


22-a-1-20
3.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35



3
25-18



22-a-1-20
3



3
25-18

M E N S A
S P I R I T V A L I V M C I B O R V M

TUM È SACRA SCRIPTURA
Tum è Sanctorum Patrum interpretatione selectorum
P R O V E R B I D I V I N I
CONCIONATORIBVS.




NON IN SOLO PANE VIVIT HOMO, SED IN OMNI VERBO QD PROCEdit DE OSIBVS
ET EST CIBVS CIBO MELIOR. *Eccl. xxi. 31.*
MELIOR CIBO INNOVALIBVS PATRVM. *PROVERB. xiii.*

COLLECTORE P. DIDACO LOPEZ DE MESSA.
Lafrensi Theologo Societatis Iesu.
IN MEXICANA PROVINCIA

LYGDVNI
SVMPTIBVS HORATHI CARDON
MDCXIV.





EPISTOLA DEDICA-
TORIA REVERENDIS
ADMODVM PATRIBVS CONCIO-
NATORIBVS SOCIETATIS SESV.



Didacus Lopez de Mesa, eiusdem Societatis D. D.



ETSI ab ea tempestate, qua primùm grauioribus disciplinis me ipsum tradidi, sacrarum literarum stud. o, sanctissimorumque interpretum explanationi semper addictus fui, non ob incredibile tantum iucunditatem, verumetiam non mediocrem ob fructum, quem ex ipsarum assidua lectione eo tunc tempore hauriebam: quapropter dum etiam regendi munere, à Societate nostra humeris meis imposito interdum fungerer, animo quotidianis negotiis furtim subducto, mentem ad sacrum otium, & iocundum, & utile lubenter appellebam: Verùm eo nunquam consilio fui, vt aliquid ederem, donec paucis ab hinc annis, labores meos animaduerti emolumentum, nemini hoc tempore apportare posse; Etenim atate iam ingrauescente (quæ ipsa morbus est) aduersæ valetudines adeo increbuerunt, vt omisso concionandi munere, quod superioribus annis (remissè tamen) exequabar, firmam corporis affectionem omnino fregerint: quare eos ad vos deferre statui, quos, etsi vestræ quidem vigiliæ, & splendore superabunt, & magnitudine: hos tamen nouo labore compositos, ac digestos, ita reperietis, vt admoto digito, & laborem vobis subtrahant, & condonent otium. Cùm enim assidua animi contentiones, nulla ratione vacuum temporis punctum, in Societate nostra patiantur, sæpe liberum vix horæ spatium ad non pauca, quæ forent opus, comparanda permulti nanciscuntur: illud verò vobis optatum opus, ac iocundum fore mihi pollicetur: nihil præterquam sanctissimorum, & doctissimorum Patrum, lucubrationes, ac laboriosas commentationes omnibus à me constitui, quæ sacrarum scripturarum fundamento firmissimo, vt præsidio innituntur: atque ab Episcopi Lipomani viri doctissimi Catena, Glossa interlineari, & ordinaria, non paruo studio, potissimùm decerptæ fuerunt. Et quamuis hac tempestate, permulta grauissimorum hominum volumina conspiciantur, præcipuè verò, quæ à fratre Aloisio Granatensi Philippo Diaz, Ioanne Lopez Episcopo, singulari omnium commédatione prælo tradita fuere, quæ Sylua, Loci communes, & Epitome inscribuntur: spero tamen, Deo fauente, opus hoc omnibus gratissimum futurum: cum dicta sanctorum Patrum Sacræ scripturæ referat, & accomodet. Qua-



à 2 propter

propter ex his voluminibus, nihil decerpere operæ pretium feci: cum in animo non sit, alienas, (vt aiunt) pennas alis meis intexere. Sed potius ea vobis offerre, quæ aliquo studio comparata, etiam proprio Marte disposuiffem: vt quibus per- uolutandi libros, otium non vacat, & sacrarum literarum loca, & eorum expo- sitiones ante oculos constituentur. Neque verò libros omnes sacrarum Biblio- rum percurri. Negotium enim grande faceretur, si mare magnum illud ab hac nauis rimis vndique fatifcente præterueheretur, cum illud ab infinita Dei Sa- pientia dictatum fuerit, quod nullo exitu circumfcribitur. Et si fateor libros illos facile numerari posse, per pauca quorum capita hoc in opere desiderentur, vt ipsius scripturæ index testatur. Atque opus hoc *Mensa spiritualium ciborum* nun- cupatur, vt cæterorum librorum nomina subterfugiam. Atque inter cæteras vti- litates, quæ ex hoc volumine elici facile poterunt, hæc sanè non modica: Cum missionum tempore, quæ à vobis frequentissimè obeundæ sunt, permultorum librorum congeriem abundè suppleat, non tantum, inquam, Sacræ scripturæ in- terpretum, verum & sanctorum Patrum; quæ vtilitas eo maior censeferi poterit, quo & in Collegiis commorantibus, volumina non pauca labor hic communicabit. Neque sanè præter consuetudinem censebitur, Sacræ scripturæ paginas, Sancto- rumque volumina, eo nomine appellari: cum & ipsorum dicta & sententiæ *cibi* sæpe dicantur: quod ab ipsis etiam comprobatur: inter quæ illud Bedæ venerabi- lis satis habeatur, quod verbo, *Scriptura sacra*, etiam exarau, num. 34. in illa Exodi verba cap. 25. *facies & mensam de lignis Setim*. [Mensa (inquit) de lignis Setim facta, Scriptura est sacra de fortibus Sanctorum Patrum verbis, actibusque compacta, quæ dum nobis, quæ sint æternæ gaudia beatitudinis, & quomodo ad hæc per- ueniatur, ostendit, cibum profectò nobis salutis ac vitæ suggerit, &c.] Atque hæc mensa, & exemplorum volumine, nuper edito à P. Doctore P. Sanchez nouæ huius

Hispaniæ primo Prouinciali, Patribus Confessariis dicato: præcipuis con- cionandi, & confessiones audiendi muneribus intentis, Societatis no- stræ Mexicana Prouincia hos offeret ac consecrabit labores, vt operæ in proximorum salute procuranda commodius infudent, quo Societas nostra instituta fuit ad maiorem Dei Gloriam.



PROLOGVS



PROLOGVS.


MENSAM olim (studiose lector) summus hominis Opifex, homini Pa- radisum amœnissimam incolenti, larga lautitiæ splendidam, saporum condimento refertam, regioque sumptu, & apparatu, extruxit opipa- ram. Augusta sanè mensa, sed quæ corporis famem, non quæ spiritus expleret euriem, ardorem restingueret, irrequietum satiare affe- ctum. Cælestis enim animus hominis, cum terrenos minime saporos in- haret, unico diuinæ sapientiæ flagranter admodum aestuabat ardore. Sed qui corporibus pabulum largissimè ministravit, idem sapientissi- mus hominum Parens, & estimator Deus, animorum alimonie manu locupletiore prouidit. Etenim, cum non solum animali corpore, sed angelico etiam animo coalescat homo, hinc planè oritur (Seruatoris nostri Domini diuino attestante eloquio) vt non in solo pane uiuat, qui ne- que uiuit in solo corpore, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Ut ex pane terreno, terrenum corpus, ex diuino uerò uerbo, diuinus item animus dulcissimè pabuletur ac reficia- tur. Verba ergo, quæ procedunt de ore Dei, spirituales sunt animorum Panes. Ita quidem, & Scriptura sacra, quæ Panes hos, uti Propositionis, uera mensa (cuius in templo Salomonis Typus olim adumbratus euauit) ostentat, & exhibet. Et in hanc facile mentem plurimi Pa- trum, ac Doctorum præcipuè unanimes sensu conspirant. Diuus Ambrosius, Lucæ 4. Diuus Chrysostomus, Matthæi 4. Diuus Augustinus, Psalmo 9. Diuus Gregorius, 1. Regum cap. 9. Diuus Bernardus, Sermone 3. Dedicationis Ecclesiæ. Diuus Leo, Sermone 2. Quadragesimæ. Diuus Hieronymus, Diuus Thomas, Diuus Bonauentura 4. in Lucam. Vt sciunt (inquit sacra pagina) Sapientiæ 16. (D. O. pro hac mensa, pro pane hoc debitas grates rependens) filij tui, quos dilexisti Domine, quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te crediderint, conseruat. Neque abs- re Panes Propositionis, Hebraicè Panes facierum appellantur, non à multiplici tantum, qua notabantur, forma, sortiti cognomen (vt Lyranus explicuit) sed à multiformi sensu, quo diuina locupletantur eloquia. Hinc etiam, acutè satis, panem hunc cælestem Manna illi sua- uissimo de celo præstito, comparauit Origenes, ut pote qui plurimos saporos redoleat; multiplices sapiat sensus, & uarios in se gustus pro mysteriorum uarietate prelibandos includat.

Sed quemadmodum (inualefcente peccato) Paradisus, illa opipara mensa corporum, recon- dita prorsus, & omnino latuit abstrusa: ita sermo diuinus, animorum pabulum, & alimonie cælestis, nescio qua difficultatum caligine circumuolutus, arcanorum inclusus latebris, quasi nux in cortice, quasi intra duritiem ossis medulla suauiissima delitescit: ita ut qui literam confrin- gere, spiritumque decorticare nituntur, quasi mel de petra suggant, oleumque de saxo durissi- mo. Panis enim hic spiritualis, corporei panis instar, antequam ad uberem maturamque fru- gem perueniat, in semine latitat, telluris inuolucro tegitur, inter spicas reconditur, circumual- latur aristis. Quæ omnia, singulaque, maximam in cibo hoc peruestigando, difficultatem, & laborem insinuant. In qua sanè laboriosa segete, plurimi, ac sanctissimi Patres, Doctores, uiri, agricolæ, Adami amplexati uestigia, falcem arripientes, & operam, toto ingeniorum conatu, & animi uiribus indefessè sudauerunt, inuigilarunt industriè. Quos omnes Seruatoris nostri,

Discipuli, spicas quondam euellentes, & confricantes manibus, quasi granum intus inclusum laboriosè retegentes, typicè figurarunt.

Retexerunt quidem sancti Patres, ac Ecclesie Doctores, granum hoc diuinum; spirituales cibos abstrusos valde reclusè: confricata litera spiritum occultè ebibitum, arcanos sensus, sapores abditos, vniuersa prælibarunt Ecclesie: & illorum quilibet pro ingenij sui vbertate miranda & vberima, diuina sapientie frugalitate, libros plures, quasi plures mensas, dapibus caelestibus oneratas, regioque sumptu magnificas, appararunt. Adhuc tamen in sudore vultus nostri vescimur panem nostrum. Etenim, cum immensa penè sint sanctorum ac Patrum volumina, cum scribendorum laborum infinitus sit numerus, non iam arcana diuina sapientie recludere, non spiritualem hanc alimoniam inquirere, non sensus abstrusos intimè penetrare; sed reclusa iam, & inuestigata colligere, aggregareque labor est immodicus, ac operosa sollicitudo. Dispersa planè sunt quæ doctores sacri grana messuerunt, effusi quos calluerunt sensus, & dulcissimos illos cibos, quos in sudore vultus sui aliquando gustarunt, in plurimis libris, quasi in mensis plurimis, degustandos etiam nobis apposuerunt, quos nec sine oblectamento, cum attingimus, degustamus: nec sine sudore, cum nondum degustamus, attingimus.

Vt autem sine sudore, sine opera, cibos illos, & attingamus, & prælibemus, vniuersas sanctorum Patrum mensas, & lautissimam qua refertiuntur alimoniam in hanc nostram spiritualem mensam, concinnè redegimus, aggregauimus. Hic diuina sapientie lautities, Doctorum vbertas, Patrum sales, & condimenta: & quidquid in eorum libris mensisque splendidum, & opiparum; quidquid ibi dispersum est, & effusum, in hac vnicam mensam collectum & concinnatum apponitur. Si ergo caelesti Panis huius diuini stimularis esurie (benigne lector) se cibos hos ardentè esuris: ecce mensam, non effusis cibis, sed ad manum, sed ad os appositis, & aggregatis. Refertissimam ecce mensarum omnium (quas ob multiplicatam, & prolixitatem refugis) mensam vnam quam sine sudore, sine sollicitudine pertingas. Etenim, ne mensas plures inuestigando, desudes: in hac ego mensa, diu noctuque desudans inuigilauit libenter; tibi que, vt fercula hac, cibos hos, sine sudore degustes, sudorem omnem, industriam, & operam, quam in his cibis, ferculis his adunandis, expertus sum, confecro libentissimè. Vale.



FACVL

FACVLTA S SOCIETATIS.

EGO Rodericus de Cabredo Prouincialis Societatis Iesu in prouincia Nouæ Hispaniæ potestate ad id mihi facta à R. admodum P. N. Claudio Aquaiuia Generali Præposito facultatem concedo, vt opus inscriptum *Mensa ciborum spiritualium*, à P. Didaco Lopez de Mesa Societatis nostræ Theologo compositum: & eiusdem Societatis grauium, doctorumque virorum iudicio examinatum, & approbarum typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & nostri officij sigillo munitas dedimus. Mexici die xxiii. Aprilis, anni M. DC. XI.

RODERICVS DE CABREDO.

APPROBATIO.

DE mandato supremi Senatus legi librum, cuius titulus est, *Mensa spiritualium ciborum*, Authore Didaco Lopez de Mesa, Societatis Iesu: cui non tantum concedenda est facultas cum in lucem edendi, sed & habenda gratia pro magno labore quem consumpsit in colligenda ex SS. Patribus tam præclara doctrina, cum insignibus locorum Scriptura explanationibus, quæ admodum commodæ & vtilis futuræ sunt speciatim verbi diuini Concionatoribus. Matrili in Conuentu S. Trinitatis, die 18. Februarij 1612.

Præsentatus

FR. IOANN. BAP^{TA}.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lugdunensi.

ANTONIVS SVFFREN Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lugdunensi, iuxta Priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. Maij 1583. & Henrico III. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Febr. 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos, absque superiorum permissione imprimant: permittit Horatio Cardon Lugdunensi Bibliopola, vt R. Parr. Didaci Lopez de Mesa Societatis nostræ Theologi opus inscriptum, *Mensa ciborum spiritualium*, ad sex primos annos imprimere, ac liberè diuendere possit. Datum Lugduni die 5. Nouemb. 1613.

SVFFREN.

APPROBATIO.

IOANNES CLAVDIUS DEVILLE, in Sacra Theologia Magister, & diuini verbi Prædicator, in sancti Pauli huiusce Ciuitatis Canonicus, atque in hac Lugdunensi Diocesi Librorum Censur designatus: fidem facimus, nos opus R. Parris Didaci Lopez de Mesa Societatis Iesu Presbyteri & Doctoris, inscriptum, *Mensa ciborum spiritualium*, perlegisse, omniâque in illo iuxta orthodoxam Catholicæ, Apostolicæ ac Romanæ Ecclesiæ, & sanctorum Patrum sanam doctrinam, summa cum eruditione & pietate exponi. Lugduni apud sanctum Paulum 1. Martij 1614.

IOANNES CLAVDIUS DEVILLE.

R. D. D. Thoma de Meschatin la Faye, huius libri imprimendi facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus & Camerarius Ecclesiæ Lugdunensis, & Vicarius Generalis in Archiepiscopatu Lugdunensi: Opus, quod inscribitur, *Mensa ciborum spiritualium*, Doctore P. Didaco Lopez Societatis Iesu Presbytero authore, vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni 8. Martij 1614.

MESCHATIN LA FAYE.

LIBRUM hunc, inscriptum, *Mensa ciborum spiritualium*, Doctore P. Didaco Lopez Societatis Iesu Presbytero Authore, ab HORATIO CARDON Bibliopola Lugdunensi in lucem dari permittimus: simul, ne quis citra factam ei ab ipso potestatem, denuo excudat, interdicimus. Datum Lugduni VII. Martij, 1614.

SEVE.

à 4 SVMM A


Index

G		Manfuetudo.	476.b
G Audium.	319.b	Maria virgo.	478.a
G enus, Vide <i>Nobilitas</i> .		Martyrium.	494.a
Gloria Dei.	322.a	Matrimonium.	496.b
Gloria vana.	324.a	Mendacium.	504.a
Gratia Dei.	328.b	Misericordia Dei, Vide <i>Deus</i> .	
Gratiarum actio.	334.a	Misericordia erga proximos.	507.b
Gratitudo.	ibidem.	Mors.	512.b
Gula.	338.a	Mortificatio.	523.a
H		Mulier.	532.b
H eretici.	343.b	Munditia cordis, Vide <i>Cor</i> .	
H omo.	351.a	Mundus.	541.a
Homicidium.	361.b	Murmuratio.	545.b
Hospitalitas.	364.b	N	
Humilitas.	366.b	N obilitas.	549.b
Hypocritæ.	378.a	N omen.	550.b
I		Nouissima.	554.a
I dolatria.	380.a	O	
I eiunium.	383.b	O bedientia.	555.a
Ignorantia.	388.a	O culi.	565.b
Imagines.	390.a	Odiu, Vide <i>Amor proximi, & inimicorum,</i>	
Incarniatio.	392.a	& <i>Ira</i> .	
Incipientes, Vide <i>Status</i> .		Opera.	567.a
Inconstantia, Vide <i>Perseuerantia</i> .		Oratio.	573.a
Infernus.	403.b	Otium.	600.b
Infirmitas, Vide <i>Tribulatio</i> .		P	
Intentio.	405.a	P aradisus, Vide <i>Beatitudo</i> .	
Inuidia.	407.b	Parentes, Vide <i>Filij</i> .	
Ira.	411.b	Passio Christi.	602.a
Iudices.	416.b	Passiones Animæ, Vide <i>Mortificatio, & Caro</i> .	
Iudicium finale.	418.b	Patientia.	616.a
Iudicium proprium, Vide <i>Obedientia</i> .		Paulus Apostolus.	620.b
Iudicium temerarium.	429.b	Paupertas.	623.b
Iuramentum.	431.a	Pax.	629.b
Iustitia.	435.a	Peccatores.	633.b
Iusti.	438.a	Peccatum.	651.b
Iuuenes, Vide <i>Adolescentia</i> .		Pœnitentia.	668.a
L		Perfecti, Vide <i>Status</i> .	
L acrymæ.	447.b	Periurium, Vide <i>Iuramentum</i> .	
L aus Dei.	450.b	Perseuerantia.	682.b
Laudes humanæ, Vide <i>Adulatio</i> .		Pertinacia, Vide <i>Peccator</i> .	
Lectio.	451.b	Pietas, Vide <i>Filij, & Parentes</i> .	
Lex.	452.b	Prædestinatio.	687.b
Liberalitas, Vide <i>Auaritia</i> .		Prædicatores.	689.a
Liber vitæ.	458.a	Prælati.	709.b
Liberum arbitrium.	458.b	Præsentia Dei, Vide <i>Deus</i> .	
Lingua.	460.a	Primitiæ, Vide <i>Decima</i> .	
Locus.	464.b	Prophetia.	728.a
Loqui.	460.a	Prudentia.	732.a
Lux.	465.b	Pulchritudo, Vide <i>Homo</i> .	
Luxuria.	467.a	Purgatorium.	735.b
M		Q	
M aledictiones.	472.b	Q uadragesima.	737.b
M andata Dei.	473.a	Reges	

Verborum.

R		fectorum.	840.a
R eges, & regnum.	739.b	Superbia.	846.a
R eligio, & Religiosus.	742.a	T	
Reliquiæ, Vide <i>Sancti</i> .		T emperantia.	856.a
Reprehensio, Vide <i>Correctio</i> .		Templa.	856.b
Restitutio, Vide <i>Furtum</i> .		Tempus.	861.a
Resurrectio vniuersalis.	757.b	Tentatio.	861.b
Resurrectio Christi.	761.b	Timor.	873.b
S		Tribulatio.	880.a
S abbatum, Vide <i>Festa</i> .		Trinitas.	896.a
Sacerdotes.	768.b	Tristitia.	904.b
Sacrificia.	782.a	V	
Sanguis Christi, Vide <i>Eucharistia</i> .		V ana Gloria, Vide <i>Gloria vana</i> .	
Satisfactio, Vide <i>Pœnitentia</i> .		Vanitas, Vide <i>Mundus</i> .	
Sancti.	485.b	Venialia, Vide <i>Peccatum</i> .	
Sapientia.	790.b	Verba, Vide <i>Loqui, & Lingua</i> .	
Scandalum.	796.a	Verbum Dei.	906.a
Scientia, Vide <i>Sapientia</i> .		Veritas.	921.a
Scriptura Sacra.	799.a	Vestes.	922.b
Secretum, Vide <i>Silentium</i> .		Virginitas.	923.b
Senectus.	809.b	Virtus.	926.b
Sensus Corporei.	810.b	Vita humana.	932.a
Silentium.	813.b	Vita actiua, & contemplatiua.	936.b
Synagoga, Vide <i>Ecclesia</i> .		Vocatio.	939.b
Simplicitas, Vide <i>Prudentia</i> .		Voluntas.	941.a
Societas bona, vel mala.	815.a	Votum, Vide <i>Iuramentum</i> .	
Societas Iesu.	819.	Z	
Solicitudo, Vide <i>Diligentia</i> .		Z elotypia.	944.a
Spes.	826.a	Z elus Animarum, & gloriæ Dei.	945.b
Spiritus sanctus.	830.a		
Status incipientium, proficientium, & per-			

Ad Le



INDEX
COPIOSISSIMVS
LOCORVM SCRIPTVRÆ,

QVI IN HOC LIBRO EXPLICANTVR,

& etiam Doctorum eos interpretantium.

Ad Lectorem.

DVO in quouis volumine apponi solent indices, vel saltem desiderantur, rerum videlicet qua tractantur, & locorum Scriptura qui explicantur. Cum autem opus hoc nostrum totum Index quodammodo dici possit: superuacaneum duxi indicem rerum attingere. Maxime cum in principio cuiuslibet verbi, quid per singulos numeros distincte contineatur, breuiter appositum reperiatur. Indicem vero Scripturae, qua per totum volumen explicatur, satis diffuse copioseque non sine magno labore & studio confeci, assignatis, distinctio- nis causa, & verbo, numeroque in quo explicatur, & Auctore, seu Doctore expli- cante; qui si aliquando ignotus, & vulgaris auctoritatis, tibi videatur (non enim omnes inter sanctos Doctores enumerantur) sententiam elige, auctorem relinque. Abstinuimus autem dedita opera à Philosophis, cum praecipuus huius operis scopus fuerit, diuinorum verborum sana & secura interpretatio.

INDEX

GENESIS.

EX CAPITE I.

Versu 1. *In principio creauit Deus caelum, & terram.* Vide verbum, Amor Dei erga homines, numero 1. ex Chryso- stomo. Christus, nu. 1. ex Origene, Hieronymo, & Cyrillo. Caelum, nu. 1. & 2. Ex Glossa, Ruperto, & aliis. Creatura, num. 1. ex Chryso- stomo. Deus, num. 50. ex Basilio. Idololatria, nu. 1. ex Augu- stino, Theodoro, & Chryso- stomo. Iudicium finale, nu. 1. ex Basilio, & Ambrosio. Scriptura sacra, nu. 1. ex Chryso- stomo. Trinitas, num. 1. ex Lipomano. Versu 2. *Terra autem erat inanis, & vacua.* Vide, &c. verbum, Amor Dei erga homines, num. 2. ex Ba- silio, & Ambrosio. Bona, num. 2. ex Ambrosio, & Chryso- stomo. Cogitatio, num. 2. ex Bernardo. Gratiitudo, num. 1. ex Chryso- stomo. Homo, num. 2. & 3. ex Ambrosio, & Chryso- stomo. Virtus, num. 1. ex Ambrosio. Versu eodem, *Et spiritus Domini ferebatur super aquas.* Vide verbum Amor Dei erga homines, num. 3. ex Ruperto. Baptismus, num. 1. ex Theo- doreto, Chryso- stomo, & Augustino. Diligentia, nu. 1. ex Chryso- stomo. Homo, num. 4. ex Ruperto, & Fero. Spiritus sanctus, nu. 1. ex Ambrosio, & Chry- stomo & aliis. Trinitas, n. 2. ex Ambrosio, & Cyrillo. Versu 3. *Dixitque Deus fiat lux, & facta est lux, vi- ditque Deus lucem, &c.* Vide verbum, Angeli, n. 3. ex Augustino, Thoma, & Ruperto. Apostoli, num. 1. ex Ambrosio. Creatura, nu. 2. ex Augustino. Deus, num. 1. ex Ambrosio, & num. 5. 4. ex Thoma. Aetates mundi ex Iunilio. Lux, num. 1. 2. & 3. ex Basilio, Ambrosio, & aliis. Mundus, num. 1. & 3. ex Ambro- sio, & Hugone de sancto Victore. Nomen, num. 1. ex Augustino, & Caietano. Spiritus sanctus, num. 2. ex Augustino. Tentatio, num. 1. ex Gregorio. Tri- nitas, num. 3. ex Thoma. Verbum Dei, num. 1. ex Basilio, Augustino, & Thoma. Virtus, num. 2. ex Ba- silio, & Ambrosio. Versu 4. *Et dixit iste lucem à tenebris.* Et versus. *Ap- pellauitque lucem diem, & tenebras noctem.* Amor Dei erga homines, num. 4. Angeli, num. 3. & 4. ex Au- gustino & Ruperto. Deus, num. 14. ex Augustino. Iudicium finale, num. 2. ex Augustino, & Ruperto. Lux, num. 7. & 8. ex Augustino, Thoma, & Chryso- stomo. Obedientia, num. 1. ex Chryso- stomo, Basilio, & Ambrosio. Peccatum, num. 4. ex Stephano. Versu 5. *Eratque est vespere, & mane dies vnus.* Angeli, num. 5. & 6. ex Augustino, Thoma & Ruperto.

to. Antichristus, num. 1. ex Iunilio. Deus, num. 2. & 11. ex Augustino, & Basilio. Tentatio, num. 1. ex Gregorio. Verbum Dei, num. 2. ex Ruperto. Versu 6. *Dixit quoque Deus: fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.* Angeli, num. 7. ex Ruperto. Bona, num. 3. Creatura, nu. 3. ex Basilio & Ambrosio. Aetates mundi, ex Iunilio. Homo, num. 4. ex Fero. Iudicium finale, num. 3. ex Fero, & nu. 69. ex Basilio. Praelati, n. 1. ex Stephano. Versu 8. *Vocabitque Deus firmamentum, caelum.* Angeli, num. 8. ex Gregorio. Bona, num. 4. ex Ru- perto. Caelum, num. 3. ex Ambrosio & Ruperto, & num. 4. & 5. ex Thoma. Homo, num. 5. ex Orige- ne. Iusti, num. 1. ex Ruperto. Nomen, num. 2. ex Ruperto. Oratio, num. 1. ex Origene. Versu 9. *Congregentur aquae, quae sub caelo sunt, & appareat arida.* Amor proximi, num. 2. ex Ambro- sio. Charitas, num. 1. ex Hugone de sancto Victore, & num. 19. ex eodem. Ecclesia, num. 1. & 2. ex Am- brosio. Aetates mundi ex Iunilio. Gaudium, nu. 2. ex Chryso- stomo. Mortificatio, num. 1. ex Origene & Hugone. Mundus, num. 2. ex Eucherio. Pecca- tum, num. 2. ex Origene. Religio, num. 1. ex Am- brosio, & num. 1. ex Eucherio. Superbia, num. 1. ex Eucherio. Versu 10. *Et vidit Deus quod esset bonum.* Amor proximi, num. 1. ex Hieronymo. Angeli, num. 9. ex Ambrosio, & Chryso- stomo. Creatura, num. 3. ex Ambrosio, & Chryso- stomo. Homo, num. 6. ex Hieronymo & Ruperto. Lux, num. 4. 5. & 6. ex Basilio, Ambrosio, & aliis. Perseuerantia, num. 1. ex Ru- perto. Trinitas, num. 4. ex Ruperto. Versu 11. *Germinet terra herbam virentem, &c. & infra versu 19. Ecce dedi vobis omnem herbam, &c. ut sint vobis in cibum, &c.* Abstinencia, num. 1. ex Ambro- sio, n. 2. ex Chryso- stomo, Ruperto, & Glossa. Amor Dei, num. 10. ex Chryso- stomo, & Bernardo. Deus, num. 57. ex Ambrosio, & Bernardo. Ecclesia, num. 3. ex Gregorio. Gratia, num. 1. ex Basilio. Homo, num. 20. ex Iunilio. Humilitas, num. 1. ex Basilio, Ambrosio, Chryso- stomo, & aliis. Ira, num. 1. ex Ori- gene. Mundus, num. 14. ex Iunilio. Obedientia, num. 1. ex Ambrosio. Peccatum, num. 3. ex Ba- silio, & Ruperto. Perseuerantia, num. 2. ex Origene. Praelati, num. 2. ex Gregorio, & Eucherio. Concu- piscencia, num. 6. ex Origene. Ieiunium, num. 18. ex Ambrosio. Resurrectio, num. 2. ex Iunilio & Augu- stino. Verbum Dei, nu. 3. ex Basilio. Virtus, nu. 3. ex Origene. Vita, num. 1. ex Fero. Versu 14. *Fiant luminaria in firmamento caeli, & dimit-*

Index copiosissimus

dant diem ac noctem, &c. Apostoli, num. 1. ex Ambrosio. Christus, num. 16. & 17. ex Ambrosio & num. 18. ex Origene. Deus, num. 42. ex Ambrosio. Ecclesia, num. 4. ex Ambrosio. *Ætates mundi* ex Iunilio. Gloria Dei, num. 1. ex Chrysofomo. Iusti, num. 2. ex Origene & Iunilio & num. 3. ex Origene & num. 4. 9. ex Stephano. Lux, num. 10. ex Bernardo. Tempus, num. 1. ex Chrysofomo, Basilio, & Thoma.

Verfu 16. *Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius ut præfset diem, luminare minus ut præfset noctem, & stellas.* Bona, num. 5. ex Basilio. Caro, nu. 1. ex eodem. Exemplum, num. 29. ex Origene. Gratitude, num. 1. ex Chrysofomo. Sancti, num. 2. ex Origene. Superbia, num. 2. ex Basilio.

Verfu 20. *Producant aqua reptile animæ viventis, & volatilis super terram*, &c. Amor inimicorum, n. 1. ex Basilio. Anima, num. 1. ex Ruperto, Basilio, & aliis. Avaritia, num. 1. ex Basilio & Ambrosio. Bona, num. 6. ex Basilio, Augustino, & Eucherio. Baptismus, num. 2. ex Ambrosio & num. 3. ex Eucherio. Cogitatio, num. 1. ex Origene. Electio, num. 1. ex Hugone Victorino. *Ætates mundi* ex Iunilio. Filij, num. 1. ex Ambrosio. Gula, num. 1. ex eodem. Iudicium finale, num. 4. ex Hugone & Basilio. Maria, num. 1. ex Basilio. Murmuratio, num. 1. ex Ambrosio. Nouissima, num. 1. ex Basilio. Obedientia, num. 1. ex Ambrosio. Religio, num. 3. ex Ambrosio & num. 4. ex Hugone. Resurrectio, num. 1. ex Basilio. Spes, num. 1. ex Basilio & Ambrosio. Spiritus sanctus, num. 2. ex Ambrosio.

Verfu 21. *Creauitque Deus Cete grandia & omnem animam viventem atque motabilem*, &c. & *omne volatile*, &c. Animalia, num. 1. ex Hugone, Basilio, & Iunilio. Animalia, num. 2. ex Basilio & aliis. Mortificatio, num. 2. ex Eucherio. Homo, num. 7. ex Basilio & Iunilio.

Verfu 24. *Producat terra animam viventem in genere suo*, &c. Anima, num. 1. ex Basilio. Exempla, num. 1. ex Eucherio & Chrysofomo. Homo, nu. 7. ex Basilio. Peccatores, num. 3. ex Ambrosio. Peccatum, num. 3. ex Ruperto. Verbum Dei, num. 4. ex Basilio.

Verfu 25. *Et fecit Deus bestias terra iuxta species suas*, &c. Animalia, num. 2. ex Basilio & aliis. Cogitatio, num. 1. ex Ambrosio. Deus, num. 98. ex Ruperto & Eucherio. *Ætates mundi* ex Iunilio. Patientia, num. 1. ex Basilio & Augustino.

Verfu 26. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & sequentia, quæ perueniunt ad imaginem & similitudinem Dei.* Amor Dei, num. 5. ex Ambrosio & Theodoro, num. 6. ex eodem, & nu. 7. ex eodem, Glossa & Origene, & num. 9. ex Iunilio & Bernardo, & num. 24. ex Ruperto. Amor hominis, num. 1. ex Ambrosio & Bernardo. Anima, num. 2. ex Origene & Bernardo. Avaritia, num. 19. ex Glossa. Beatitudo, num. 1. ex Origene. & num. 2. ex Iunilio, Bona, num. 7. ex Bernardo. Caro, num. 2. ex Ambrosio. Creatura, num. 4. ex Theodoro. Christus, num. 12. ex Chrysofomo & num. 73. ex Origene. & num. 74. ex Ambrosio, Augustino & Hugone, num. 75. ex Ruperto & Bernardo. Desperatio, nu. 1. ex Origene. Deus, num. 22. ex Ambrosio & aliis. & num. 23. ex Gregorio Nysseno, Augustino & Chrysofomo, num. 24. ex Eucherio, Isidoro & Ruperto, & num. 25. ex Gennadio & Theodoro & num. 26. ex Bernardo. Gratitude, num. 2. ex Ruperto & Bernardo. Homo, num. 8. & 9. & deinceps vsque ad numerum 19. item num. 37. ex Ambrosio & Chrysofomo, & num. 38. ex Hugone, & num. 50. ex Cyrillo. Mulier, num. 1. ex Chrysofomo. Peccatores, nu. 4. ex Ambrosio & aliis. Spiritus sanctus, num. 4. ex

Bernardo. Trinitas, num. 5. ex Theodoro & Iunilio, & num. 6. ex Ambrosio & Augustino, & nu. 7. ex Ruperto & num. 8. ex Bernardo & num. 9. ex Augustino. Virtus, num. 4.

Verfu 26. *Et præf piscibus maris & volatilibus celi*, &c. Amor Dei, num. 8. ex Chrysofomo. Deus, num. 84. ex eodem. Iusti, num. 7. ex Ruperto. Homo, num. 65. ex Ambrosio. Oratio, num. 2. ex Gregorio Nysseno. Peccatores, num. 5. ex Ruperto & Isidoro. Peccatum, num. 5. ex Hugone. Prophetia, num. 1. ex Chrysofomo. Timor, num. 1. ex eodem. Tribulatio, num. 1. ex eodem.

Verfu 27. *Masculum & feminam creauit eos.* Amor proximi, num. 3. ex Gregorio, Iunilio & Augustino. Homo, num. 19. ex Glossa & Lipomano. Iusti, nu. 7. ex Isidoro.

Verfu 28. *Crescite & multiplicamini & replete terram & subiciete eam*, &c. Bona, num. 8. ex Chrysofomo & Ruperto. Cogitatio, num. 2. ex Origene, Chrysofomo & Eucherio. Matrimonium, num. 1. ex Augustino, Iunilio & aliis. Peccatores, num. 6. ex Chrysofomo & Ruperto. Societas, num. 1. ex Glossa. Virginitas, num. 1. ex Glossa & Iunilio.

Verfu 31. *Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Adulatio, num. 5. ex Eucherio. Amor Dei, num. 11. ex Augustino. Bona, num. 9. ex Cassiano & num. 10. ex Bernardo. Creatura, num. 5. ex Cassiano. Deus, num. 48. ex Hugone. Homo, num. 21. ex Augustino & Ruperto. Mundus, num. 5. ex Bernardo.

EX CAPITE GENESIS II.

Verfu 2. *Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat.* Beatitudo, num. 3. ex Ruperto. Christus, num. 24. ex Ruperto.

Verfu eodem. *Et requiesuit Dominus die septimo ab universo opere quod patrarat.* Amor Dei, num. 11. ex Ambrosio. Deus, num. 48. ex Augustino & num. 8. ex Ambrosio & num. 119. ex Augustino. *Ætates mundi* ex Iunilio. Homo, num. 22. ex Ambrosio, Maria, n. 2. ex eodem. Christus, nu. 24. ex Ruperto.

Verfu 3. *Et benedixit dies septimo & sanctificauit illum.* Christus, num. 24. ex Ruperto. Beatitudo, num. 3. ex Iunilio. Festa, num. 1. ex Iunilio, Caietano, & aliis. Passio Christi, num. 1. ex Iunilio.

Verfu 5. *Non enim placuit Dominus Deus super terram & homo non erat qui operaretur terram.* Incarnatio, num. 2. ex Glossa, & Isidoro. Maria, num. 2. ex Glossa, & Ambrosio & num. 3. ex Isidoro.

Verfu 6. *Sed fors ascendebar de terra irrigans universam superficiem terra.* Christus, num. 79. ex Ambrosio. Incarnatio, num. 2. ex Isidoro. Maria, num. 3. ex eodem & Theodoro. Spiritus sanctus, num. 6. ex Ruperto & num. 57. ex Cyrillo. Virtus, num. 5. ex Theodoro & aliis.

Verfu 7. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terre, & inspirauit in faciem eius spiraculum vite, & factus est homo in animam viventem.* Amor in communi, num. 1. ex Bernardo. Anima, num. 3. ex Augustino, & Ruperto, & num. 4. ex Chrysofomo. Caro, num. 3. ex Chrysofomo, & Bernardo & num. 4. ex Thoma, & Chrysofomo, & num. 5. ex Irenæo & Eucherio. Deus, num. 41. ex Ruperto & num. 51. ex Chrysofomo. Homo, num. 23. ex Augustino, Beda, Thoma, Chrysofomo & aliis. Humilitas, num. 3. ex Chrysofomo & Ruperto. Incarnatio, num. 3. ex Eucherio. Resurrectio, num. 3. ex Seueriano. Spiritus sanctus, num. 5. ex Irenæo.

Verfu 8. *Plantauerat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat.* Beatitudo, num. 4. ex Ambrosio, & num.

Locorum Scripturæ.

& num. 27. ex Hieronymo, Ambrosio, Augustino, & Ruperto, & num. 28. ex Strabo & Damasceno. Ecclesia, num. 5. ex Augustino, Ruperto, & Eucherio. Homo, num. 2. ex Chrysofomo, Theophilo & aliis. Prædestinatio, num. 1. ex Ambrosio, Hieronymo & aliis. Resurrectio, num. 3. ex Seueriano.

Verfu 9. *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum, &c. Lignum etiam vite in medio paradisi, lignumque scientiæ boni & mali.* Amor hominis, num. 2. ex Damasceno & Bonauentura. Angeli, num. 10. ex Ambrosio. Antichristus, num. 1. ex Ruperto. Baptismus, num. 4. ex Theodoro & Acatio. Bonum in communi, num. 1. ex Ambrosio, Augustino, & Ruperto. Christus, num. 80. ex Ambrosio. Crux, num. 1. ex Theodoro & Chrysofomo. Eucharistia, num. 1. ex Ruperto & Eucherio. Mors, num. 1. ex Hugone, & Ambrosio. Oratio, num. 3. ex Damasceno. Sancti, num. 3. ex Ambrosio. Sensus, num. 1. ex Hugone. Timor, num. 2. ex Bonauentura.

Verfu 10. *Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde dividitur in quatuor capita.* Baptismus, num. 5. ex Rabano. Beatitudo, num. 29. ex Augustino, Seueriano, & Ruperto, & num. 30. ex Ruperto. Christus, num. 80. ex Eucherio, & num. 117. ex Bernardo. Deus, num. 44. ex Seueriano. Euangelium, num. 1. ex Ruperto & Eucherio. Exemplum, num. 2. ex Rabano. Eucharistia, num. 3. ex Ruperto, & num. 4. ex Ambrosio. Iusti, num. 8. ex Ambrosio. Prudentia, num. 1. ex eodem. Virtus, num. 5. ex Augustino, Ambrosio, Rabano, Seueriano & aliis.

Verfu 11. *Nomen vni Phison, ipse est qui circumit omnem terram Eufrates, &c.* & verfu 14. *Nomen vero fluminis tertij Tigris, &c. Fluvius autem quatuor versus est Euphrates.* Prudentia, num. 1. ex Ambrosio. Fortitudo, num. 1. ex eodem. Iustitia, num. 1. & 2. ex eodem. Temperantia, num. 1. ex eodem. Vita, num. 2. ex Ambrosio.

Verfu 15. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur & custodiret illum.* Amor Dei, num. 12. ex Chrysofomo & Augustino. Beatitudo, num. 5. ex Isidoro. Diligentia, nu. 2. ex Ambrosio & Gregorio, & nu. 3. ex Chrysofomo & Ruperto. Ecclesia, num. 6. ex Eucherio. Gratia, nu. 2. ex Chrysofomo. Gratitude, nu. 3. ex Chrysofomo. Homo, nu. 25. ex Augustino, Chrysofomo & Isidoro, & num. 26. ex Gregorio Nazianzeno, & num. 39. ex Hugone, & num. 51. ex Machario. Humilitas, n. 4. ex Gregorio. Incarnatio, n. 3. ex Eucherio. Liberum arbitrium, num. 1. ex Theophilo. Locus, nu. 1. ex Ambrosio, & num. 2. ex Thoma. Mulier, nu. 2. ex Ambrosio. Nobilitas, nu. 1. ex Ambrosio & Chrysofomo. Obedientia, num. 2. ex Augustino. Peccatum, nu. 6. ex Theodoro & Bonauentura. Verbum Dei, nu. 5. ex Augustino & Chrysofomo. Virtus, nu. 6. ex Ambrosio, & nu. 7. ex Ruperto.

Verfu 16. *Præcepitque ei dicens ex omni ligno paradisi comede, & verfu 17. De ligno autem scientiæ boni & mali ne comede.* Amor proximi, nu. 3. ex Chrysofomo & Ambrosio. Deus, nu. 45. ex Ambrosio, & num. 59. ex eodem, & nu. 84. ex Theodoro. Homo, num. 27. ex Chrysofomo, Gregorio, & Bonauentura. Ieiunium, num. 21. ex Hieronymo. Mandata Dei, nu. 1. ex Chrysofomo, & n. 2. ex Gregorio. Obedientia, nu. 3. ex eodem, & Augustino & Bonauentura, & nu. 9. ex Augustino. Sapientia, nu. 2. ex Seueriano. Virtus, num. 8. ex Ambrosio, & num. 9. ex Ruperto.

Verfu 17. *In quo cuiusque enim die comederis ex eo morte morieris.* Beatitudo, num. 6. ex Ambrosio. Electio, num. 2. ex eodem. Homo, num. 40. ex Isaac,

& num. 64. ex Machario. Iusti, num. 9. ex Thoma. Mandata Dei, num. 1. ex Chrysofomo, & num. 3. ex Ambrosio. Mors, num. 1. 2. & 3. ex Ambrosio, & nu. 4. ex Augustino & num. 5. ex Gregorio & Thoma. Martyrium, num. 1. ex Chrysofomo & num. 2. ex Thoma. Obedientia, num. 4. ex Ambrosio. Virtus, num. 9. ex Ruperto. Vita, num. 3. ex Ambrosio.

Verfu 18. *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.* Amicitia, num. 2. ex Ambrosio. Bonum in communi, num. 4. ex eodem. Deus, num. 60. ex eodem Ambrosio. Incarnatio, num. 4. ex eodem. Matrimonium, nu. 2. ex Ambrosio & Lipomano. Mulier, num. 3. ex Chrysofomo, & Ruperto. Superbia, num. 3. ex Ambrosio.

Verfu 19. *Adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea, &c.* Amor hominis, num. 3. ex Ruperto. Homo, nu. 28. ex Chrysofomo, Eucherio & Ruperto & num. 53. ex Procopio. Nomen, num. 3. ex Caietano, Chrysofomo, & Eucherio. Sapientia, num. 3. ex Chrysofomo.

Verfu 20. *Ada vero non inueniebatur adiutor similis eius.* Amor hominis, num. 3. ex Ruperto. Apostoli, num. 2. ex Eucherio. Christus, num. 27. ex Isidoro. Passio Christi, num. 2. ex eodem.

Verfu 21. *Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit unam de costis eius, & repleuit carnem pro ea.* Matrimonium, n. 3. ex Chrysofomo, & nu. 6. ex Lipomano & nu. 7. ex Ambrosio. Oratio, n. 4. ex Augustino, Ruperto, Bernardo, & Gregorio. Passio Christi, nu. 2. ex Augustino & Glossa.

Verfu 22. *Et edificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem.* Amor proximi, n. 4. ex Augustino & Thoma. Ecclesia, nu. 7. ex Augustino, Prospero, Ruperto, & aliis. Matrimonium, nu. 3. ex Chrysofomo, & nu. 4. ex Theodoro, Augustino & aliis, & nu. 5. ex Ruperto, & nu. 8. ex Ambrosio.

Verfu 23. *Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est.* Ecclesia, num. 7. ex Rabano, Augustino & aliis. Nomen, num. 4. ex Chrysofomo, Lipomano & Rabano. Passio Christi, num. 71. ex Procopio.

Verfu 24. *Quamobrem relinquet homo patrem suam & matrem & adhaerebit uxori suæ & erunt duo in carne una.* Filij, nu. 1. ex Hugone & Thoma. Matrimonium, n. 9. ex Chrysofomo, Augustino, Thoma, & Ruperto, & num. 10. ex Hugone, & Thoma, & n. 11. ex Thoma, & nu. 12. ex Hugone, & Lipomano, & nu. 13. ex Lipomano. Verbum Dei, num. 6. ex Augustino & Thoma.

Verfu 25. *Erat autem virque nudus, Adam scilicet & uxor eius, & non erubescerant.* Diligentia, n. 4. ex Chrysofomo. Obedientia, n. 5. ex Augustino & Eucherio.

EX CAPITE GENESIS III.

Verfu 1. *Sed & serpens erat callidior cunctis animalibus terra, &c.* Consilia, n. 1. ex Augustino & Ruperto. Diabolus, n. 1. ex Augustino, Theodoro, Cassiano, & Bernardo, & n. 43. ex Cypriano, & num. 52. ex Origene, & Cypriano. Gula, num. 2. ex Gregorio. Hæretici, num. 1. ex Glossa & Eucherio. Prudentia, nu. 2. ex Ruperto. Religio, num. 5. ex Bernardo. Sapientia, num. 4. ex Augustino, & Ruperto.

Verfu 1. *Qui dixit ad mulierem: cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradisi? Angeli, num. 11. ex Augustino, & Strabo. Diabolus, n. 2. ex Augustino, & num. 3. ex Ambrosio, & num. 4. ex Lipomano, Ambrosio, & Ruperto, & num. 5. ex Ambrosio, Lipomano, & Chrysofomo, & num. 6. ex Bernardo, Hugone & Bonauentura, & num. 23. ex Lipomano. Fides, num. 3. ex Lipomano, Bernardo & Hugone. Hæretici, num. 1. ex Ambrosio,*

Index copiosissimus

Ruperto, & Lipomano. Homo, num. 29. ex Ambrosio. Mandata, num. 4. ex Ambrosio, & Lipomano, & num. 5. ex Theodoro. Mulier, num. 5. ex Ruperto, & Chrysofomo. Obedientia, num. 6. ex Diodoro. Prophetia, num. 1. ex Augustino, & Strabo. Superbia, num. 4. ex Ruperto, & Thoma. Tentatio, num. 2. Verbum Dei, num. 7.

Verfu 3. *Præcipit nobis Deus ne comederemus, nec tangere illud, ne forte moriamur.* Hæretici, num. 2. ex Ruperto, & Ambrosio. Mendacium, num. 3. ex iisdem. Mulier, num. 6. ex Bernardo, & Caietano. Obedientia, num. 7. ex Ambrosio. Silentium, num. 1. ex Chrysofomo, & Lipomano.

Verfu 4. *Nequaquam morie moriemini. & versu 5. Scit enim Deus quod in quocunque die comederitis ex eo aperientur oculi vestri.* Blasphemia, num. 1. ex Ruperto, Ambrosio, & Rabano. Gula, num. 3. ex Gregorio, & Cassiano. Mendacium, num. 4. ex Ambrosio, & Ruperto, & num. 5. ex Ruperto. Mors, num. 6. ex Bernardo, & Thoma. Verbum Dei, num. 8.

Verfu 5. *Et eritis sicut Dij scientes bonum & malum.* Avaritia, num. 2. ex Gregorio. Idololatria, num. 2. ex Ambrosio, & Rabano. Mendacium, num. 1. & 5. ex Ruperto. Sapientia, num. 5. ex Thoma.

Verfu 6. *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.* Bona, num. 11. ex Bernardo. Mulier, num. 7. ex Ambrosio, & Bernardo, & num. 8. ex Ruperto, & Chrysofomo, & num. 9. ex Thoma, & Bernardo. Mundus, num. 6. ex Bernardo. Peccatum, num. 7. ex Eucherio. Sensus, num. 2. ex Gregorio, & num. 3. ex Bernardo.

Verfu 6. *Tulit de fructu illius, & comedit, deditque vivo suo, qui comedit.* Amicitia, num. 3. ex Augustino. Locus, num. 3. ex Gregorio. Mulier, num. 10. ex Augustino, Bernardo, & Ruperto. Peccatum, num. 7. ex Eucherio. Societas, num. 1. ex Chrysofomo. Tentatio, num. 3. ex Eucherio, & Gregorio, & num. 4. ex eodem, & Cassiano, & num. 5. ex Augustino. Verbum Dei, num. 9. ex Gregorio.

Verfu 7. *Et aperti sunt oculi amborum.* Conscientia, num. 1. ex Glossa, & Theodoro. Luxuria, num. 1. ex Augustino, Chrysofomo, & Glossa. Mendacium, num. 5. ex Ruperto. Ignorantia, num. 1. ex Augustino, Chrysofomo, & aliis. Peccator, num. 7. ex Serapione, & Augustino.

Verfu 7. *Cumque cognovissent se esse nudos consueverunt folia ficum, & fecerunt sibi perizonia.* Bona, num. 12. ex Diodoro, & Ambrosio. Castitas, num. 1. ex Augustino, Theodoro, & Hugone, & num. 2. ex Gregorio. Excusatio, num. 1. ex Eucherio, & Ambrosio. Chrysofomo, & aliis, & num. 100. ex Theodoro. Luxuria, num. 2. ex Augustino, & Hippolyto. Iusti, num. 10. ex Ambrosio. Mendacium, num. 6. ex Eucherio. Oratio, num. 5. ex Basilio. Scriptura sacra, num. 5. ex Ambrosio. Superbia, num. 5. ex Chrysofomo, & Lipomano.

Verfu 8. *Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso, ad auram post meridiem.* Deus, num. 2. ex Ruperto, & num. 28. ex Ambrosio, & num. 54. ex Thoma, Gregorio, & Augustino, & num. 61. ex Theodoro, Hugone, & Chrysofomo, & num. 121. ex Ruperto, & num. 139. ex Hugone. Gratitude, num. 4. ex Ruperto. Homo, num. 66. ex Chrysofomo. Misericordia, num. 28. ex Galfrido. Oratio, num. 6. ex Ruperto. Passio Christi, num. 3. ex Rabano. Penitentia, num. 1. ex Ambrosio, & Ruperto.

Verfu 8. *Abcondit se Adam, & uxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi.* Beatitude, num. 7. ex Rabano, & Ruperto. Conscientia, num. 1. ex

Chrysofomo. Excusatio, num. 2. ex Ruperto. Ignorantia, num. 1. ex Chrysofomo. Peccator, num. 9. ex Caietano, Chrysofomo, Rabano, & Ruperto. Peccatum, num. 8. ex Ruperto, & Eucherio.

Verfu 9. *Vocavitque Dominus Deus Adam, & dixit ei ubi es? Confessio, num. 1. ex Ruperto, Glossa, & Rabano, & aliis. Desperatio, num. 2. ex Glossa, & Rabano. Deus, num. 62. ex Ambrosio, Chrysofomo, & aliis, & num. 152. ex Chrysofomo. Excusatio, num. 3. ex Eucherio. Index, num. 1. ex eodem, & Chrysofomo. Peccator, num. 10. ex Ambrosio, Glossa, & Rabano, & num. 11. ex Ambrosio, Theophilo, & Gregorio. Vocatio, num. 1.*

Verfu 10. *Vocatumque audivi in paradiso, & timui eo quod nudus essem, & abscondi me, &c.* Confessio, num. 2. ex Ambrosio, & Ruperto. Excusatio, num. 10. ex Bernardo. Peccator, num. 12. ex Ambrosio, & Bernardo, & num. 13. ex Ruperto, & num. 14. ex Bernardo. Timor, num. 3. ex Ruperto. Verbum Dei, num. 10. Virtus, num. 25. ex Bernardo.

Verfu 11. *Quis enim indicavit tibi quod nudus es, nisi quod ex ligno, &c.* Confessio, num. 2. ex Ruperto. Index, num. 1. ex Chrysofomo.

Verfu 12. *Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno & comedi.* Amor, num. 2. ex Bernardo. Confessio, num. 3. ex Gregorio. Excusatio, num. 4. ex Augustino & Gregorio, & num. 5. ex Ruperto, & Gregorio. Timor, num. 3. ex Gregorio.

Verfu 13. *Et dixit Dominus Deus ad mulierem: quare hoc fecisti? qua respondit: Serpens decepit me & comedi.* Confessio, num. 3. ex Augustino & Gregorio, & num. 4. ex Ambrosio. Diabolus, num. 7. ex Ambrosio. Excusatio, num. 6. ex Augustino, Gregorio, & Bernardo. Peccatum, num. 9. ex Gregorio, & Ruperto.

Verfu 14. *Et ait Dominus ad serpentem: quia fecisti hoc maledictus es inter omnia animalia, & bestias terre.* Consilia, num. 1. ex Augustino, Ruperto, & Chrysofomo. Deus, num. 101. ex Ruperto, & Serapione. Diabolus, num. 8. ex Thoma, & Caietano, & num. 26. ex Chrysofomo. Iudicium finale, num. 5. ex Ruperto, & Serapione. Peccatum, num. 10. ex Ambrosio.

Verfu 14. *Super pelvis enim gradieris.* Diabolus, num. 9. ex Chrysofomo, & Ambrosio, & num. 10. ex Gregorio, & Ambrosio, & num. 11. ex Isidoro, & num. 12. ex Rabano, & Ruperto, & num. 13. ex Caietano, & num. 45. ex Chrysofomo, & num. 71. ex eodem, & num. 77. ex Procopio. Gula, num. 4. ex Gregorio, & Ambrosio. Hæretici, num. 41. ex Chrysofomo. Luxuria, num. 3. ex Gregorio, & Isidoro. Concupiscentia, num. 18. ex Ambrosio.

Verfu 14. *Et terram comedes cunctis diebus vite tue.* Diabolus, num. 14. ex Gregorio, Rabano, Isidoro, & Ambrosio. Hæretici, num. 41. ex Chrysofomo. Peccator, num. 15. ex Ambrosio, & num. 16. ex Gregorio.

Verfu 15. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, semen tuum, & semen illius.* Christus, num. 27. ex Ruperto, & num. 39. ex eodem. Diabolus, num. 15. ex Caietano, & num. 16. ex eodem & Eucherio. Incarnatio, num. 5. ex Ruperto. Maria, num. 4. ex eodem. Penitentia, num. 2. ex Hugone.

Verfu 15. *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Diabolus, num. 17. ex Hieronymo, Caietano, Eucherio, & Rabano, & num. 63. ex Gregorio Nazianzeno. Ecclesia, num. 8. ex Glossa & Rabano. Intentio, num. 20. ex Gregorio. Iusti, num. 11. ex Hieronymo, & Caietano. Mulier, num. 11. ex Ruperto, & Rabano. Tentatio, num. 6. ex Gregorio, & Eucherio.

Verfu 6.

Index copiosissimus.

Verfu 16. *Adulteri quoque dixit, multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, &c.* Deus, num. 85. ex Chrysofomo & Rabano, & num. 102. ex Ruperto. Ecclesia, num. 9. ex Rabano. Gaudium, num. 2. ex Chrysofomo. Mortificatio, num. 4. ex Eucherio, & Isidoro.

Verfu 17. *Ada vero dixit quia audivi vocem, &c.* Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex omnibus diebus vite tue, & versu 18. *Spinæ & tribulos germinabit tibi, &c.* Baptismus, num. 6. ex Ruperto, & Alcuino. Mortificatio, num. 4. ex Ambrosio. Peccatum, num. 11. ex Hieronymo, Ruperto, Eucherio, & aliis. Penitentia, num. 92. ex Machario. Ieiunium, num. 1. ex Zenone. Mortificatio, num. 4. ex Ambrosio. Tentatio, num. 7. ex Eucherio, & Bernardo. Voluntas, num. 18. ex Machario.

Verfu 19. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec revertaris in terram de qua assumptus es.* Eucharistia, num. 5. ex Ambrosio. Humilitas, num. 5. ex Chrysofomo. Mors, num. 7. ex Bernardo, & num. 8. ex Ruperto.

Verfu 19. *Quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Humilitas, num. 5. ex Ruperto. Mors, num. 7. ex Bernardo, & Ruperto, & num. 8. ex Ruperto, & num. 9. ex Augustino, & Gregorio, & num. 59. ex Olympodoro, & Idiota.

Verfu 20. *Et vocavit Adam nomen uxori sue Evam, eo quod mater esset cunctorum viventium.* Mors, num. 11. ex Ruperto. Ecclesia, num. 10. ex Augustino. Eucharistia, num. 6. ex eodem.

Verfu 21. *Fecit quoque Dominus Deus Ada & uxori eius iunicas pellicias, & induit eos.* Deus, numero 156. ex Chrysofomo. Mors, num. 12. ex Hyppolyto, Glossa, Eucherio, & Strabo. Vestes, num. 1. ex iisdem, & num. 2. ex Chrysofomo.

Verfu 22. *Ecce Adam quasi vnus ex nobis, &c. nunc ergo ne forte mittat manum suam, &c.* Deus, num. 132. ex Glossa, Ruperto, & Stephano. Diabolus, num. 18. ex Ruperto, & Thoma. Eucharistia, num. 7. ex Chrysofomo, Eucherio & Ruperto. Homo, num. 30. ex Chrysofomo, Ruperto, & Thoma. Ira, num. 2. ex Glossa, & Ruperto. Mors, num. 13. ex Ruperto. Penitentia, num. 2. ex Isidoro. Superbia, num. 8. ex Theodoro. Augustino, & Gennadio. Vita, num. 4.

Verfu 23. *Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis.* Deus, num. 86. ex Chrysofomo, Eucherio, Thoma, & Strabo. Homo, num. 62. ex Procopio. Obedientia, num. 9. ex Gregorio. Peccatum, num. 11. ex Hieronymo, & Augustino. Penitentia, num. 2. ex iisdem, & Chrysofomo.

Verfu 23. *Ut operaretur terram de qua assumptus est.* Homo, num. 62. ex Procopio. Humilitas, numero 5. ex Chrysofomo.

Verfu 24. *Et collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vite.* Caritas, num. 2. ex Isidoro. Circumcisio, num. 1. ex Lipomano. Deus, num. 86. ex Strabo. Iudicium finale, num. 6. Mortificatio, num. 5. ex Rabano. Penitentia, num. 3. ex Isidoro. Purgatorium, num. 1. ex Augustino, Theodoro, Thoma, Ruperto, & aliis. Passio Christi, num. 71. ex Procopio. Tribulatio, num. 2. ex Isidoro.

EX CAPITE GENESIS IV.

Verfu 1. *Adam vero cognovit uxorem suam Evam, quæ concepit & peperit Cain dicens, possedi hominem per Deum.* Gaudium, num. 3. ex Ruperto. Gratitude, num. 5. ex Chrysofomo, & Ambrosio. Lachryma, numero 1. ex Glossa. Obedientia, num. 10. ex Chrysofomo.

Verfu 2. *Rursusque peperit fratrem eius Abel.* Grati-

tudo, num. 5. ex Chrysofomo. Lacryma, num. 1. ex Glossa.

Verfu 2. *Fuit autem Abel Pastor ovium, & Cain Agricola.* Christus, num. 33. ex Ruperto. Ecclesia, num. 11. ex Ambrosio, Eucherio, & Augustino. Passio Christi, num. 4. ex Ruperto. Religio, num. 6. ex Lipomano.

Verfu 3. *Factum est autem ut per multos dies offerret Cain de fructibus terre munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum.* Caritas, numero 3. ex Glossa. Christus, num. 35. ex Gregorio. Diligentia, num. 5. ex Ambrosio. Eucharistia, num. 8. ex Ruperto, & Gregorio. Intentio, num. 1. ex Chrysofomo.

Verfu 4. *Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Verfu 5. *ad Cain vero & ad munera illius non respexit.* Cor, num. 1. ex Ruperto, Ambrosio, & Gregorio. Electio, num. 3. ex Hieronymo, & Chrysofomo. Eleemosyna, num. 1. ex Gregorio. Eucharistia, num. 8. ex Ruperto, & Gregorio. Sacrificia, num. 1. ex Hieronymo.

Verfu 5. *Iratissque est Cain vehementer, & concidit vultus eius.* Verfu 6. *quare iratus est & cum conculcit facies sua.* Conscientia, num. 2. ex Ambrosio. Crudelitas, num. 1. ex Ruperto. Deus, num. 63. ex Ruperto. Diabolus, numero 19. ex eodem. Gaudium, num. 4. ex Ambrosio. Invidia, num. 1. ex Gregorio, & num. 2. ex Ruperto. Ira, num. 3. ex Chrysofomo, Ruperto, & Caietano. Tristitia, num. 1. ex Ambrosio.

Verfu 7. *Nonne si bene egeris recipias, si autem male statim in foribus peccatum aderit.* Bona, num. 13. ex Hieronymo, & Ambrosio. Cogitatio, num. 3. ex Gregorio. Conscientia, num. 2. ex Lipomano. Deus, num. 63. ex Ruperto. Fides, num. 25. ex Bernardo. Intentio, num. 2. ex Gregorio, Augustino, Ambrosio, & Ruperto. Iustitia, num. 3. ex Ambrosio. Oratio, num. 7. ex eodem. Peccatum, num. 12. ex Gregorio, & Ruperto, & num. 13. ex Hugone, & num. 14. ex Lipomano. Sacrificia, num. 2. ex Augustino. Virtus, num. 10.

Verfu 7. *Sed sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Excusatio, num. 7. ex Hieronymo, Augustino, & Ambrosio. Peccatum, num. 15. ex Ambrosio, & Chrysofomo.

Verfu 8. *Dixitque Cain ab Abel: egrediamur foras, cumque esset in agro conserrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum.* Christus, num. 14. ex Augustino, & Isidoro. Crudelitas, num. 1. ex Chrysofomo. Homo, num. 31. ex eodem. Homicidium, num. 1. ex Ambrosio. Locus, num. 4. ex eodem. Mors, num. 14. ex Theodoro. Peccator, num. 17. ex Gregorio, & Chrysofomo. Peccatum, num. 16. ex Ambrosio. Tribulatio, num. 3. ex Bernardo. Verbum Dei, num. 11. ex Augustino. Virginitas, num. 2. ex Augustino.

Verfu 9. *Vbi est Abel frater tuus? qui respondit nescio, nunquid custos fratris mei sum ego?* Amor proximi, num. 45. ex Stephano. Confessio, num. 5. ex Ambrosio, & Chrysofomo. Fides, num. 4. ex Ambrosio. Homicidium, num. 2. ex Chrysofomo, Lipomano, & Ambrosio. Index, numero 2. ex Chrysofomo, & Caietano.

Verfu 10. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Amor inimicorum, num. 2. ex Ambrosio. Ecclesia, num. 11. ex Augustino, & Isidoro. Eucharistia, num. 22. ex iisdem. Homicidium, num. 2. ex Ambrosio, & num. 3. ex Lipomano. Mors, num. 15. ex Ambrosio. Oratio, num. 8. ex eodem, & Hilario, & Basilio. Peccatores, num. 18. ex Ambrosio. Peccatum, num. 17. ex Lipomano. Sancti, numero 4. ex Ambrosio.

8 3

Verfu

Locorum Scripturæ

EX CAPITE GENESIS V.

Verſu 11. *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram* &c. Homicidium, num. 4. ex Ambroſio, Chryſoſtomo, & Albino. Peccatores, num. 19. ex iſdem.

Verſu 12. *Cum operatus fueris ea non dabit tibi fructus ſuos.* Circumciſio, nu. 1. ex Auguſtino, & Iſidoro. Homicidium, num. 5. ex Chryſoſtomo, Auguſtino, & Iſidoro. Reſurrectio Chriſti, num. 1. ex Auguſtino, & Iſidoro.

Verſu 12. *Vagus, & profugus eris ſuper terram.* Chriſtus, num. 40. ex Auguſtino, & Iſidoro. Cor, num. 16. ex Hugone. Gaudium, num. 4. ex Ambroſio. Homicidium, num. 6. ex Lipomano, Auguſtino, & Iſidoro, & nu. 7. ex Ambroſio, & Chryſoſtomo. Peccatores, num. 20. ex Ambroſio.

Verſu 13. *Maior eſt iniquitas mea, quam ut veniam merear.* Blaſphemia, nu. 2. ex Bernardo, & Gloſſa. Deſperatio, nu. ... ex iſdem. Deus, num. 64. ex iſdem. Pœnitentia, num. 4. ex Chryſoſtomo.

Verſu 14. *Ecce eiſ me hodie à facie terra, &c. Omnis qui innenerit me occidet me, &c.* Homicidium, nu. 8. ex Hieronymo. Peccatores, num. 20. ex eodem, & Ambroſio. Conſcientia, nu. 12. ex Gilleberto. Mors, num. 16. ex Ambroſio, Auguſtino, & Bernardo, & num. 17. ex Hieronymo, & Baſilio. Item Conſcientia, num. 2. ex Hieronymo, & Ambroſio. Homicidium, num. 6. ex Lipomano, Auguſtino, & Iſidoro. Peccator, num. 21. ex Ambroſio.

Verſu 15. *Omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur.* Exempla, numero 3. ex Chryſoſtomo, & Albino.

Verſu 15. *Poſuitque Dominus Cain ſignum, ut non interficeret eum omnis qui innuenerit eum.* Iudex, num. 3. ex Eucherio, Ruperto, & Ambroſio. Mors, num. 18. ex Ruperto, & Ambroſio, & num. 19. ex Ambroſio. Timor, num. 4. ex Ruperto, Eucherio, & Ambroſio. Vita, num. 5. ex eodem Ambroſio.

Verſu 17. *Et adificauit Cain ciuitatem, & vocauit nomen eiſ ex nomine filij ſui Henoch.* Bona, num. 14. ex Gregorio, & Strabo. Homicidium, num. 8. ex Ambroſio, Caietano, Ruperto, & Iſidoro. Peccator, num. 2. ex Iſidoro, & Gregorio. Superbia, num. 9. ex Chryſoſtomo.

Verſu 19. *Lamech qui accepit duas uxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella.* Adulterium, num. 1. ex Hieronymo, Ephren, & Caietano.

Verſu 20. *Label qui ſuit pater habitantium in tioris, atque paſtorum.* Filij, num. 5. ex Lipomano.

Verſu 23. *Dixitque Lamech vxoribus ſuis, audite vocem meam, &c. quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in luorem meum.* Adoleſcentia, num. 1. ex Ruperto, Ambroſio, Auguſtino, Theodoreto, & aliis. Confeſſio num. 6. ex Chryſoſtomo.

Verſu 24. *Septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſepties.* Peccatum, num. 18. ex Ambroſio, & Auguſtino, & num. 19. ex Hieronymo, & Nicolao Papa, & Alcuino, & num. 20. ex Ruperto, & Iſidoro, & num. 21. ex Chryſoſtomo. Pœnitentia, num. 5. ex Ruperto.

Verſu 25. *Vocauitque nomen eiſ Seth dicens, poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel quem occidit Cain.* Peccatum, num. 21. ex Chryſoſtomo. Reſurrectio, num. 4. ex Ruperto, & Chryſoſtomo. Reſurrectio, Chriſti, num. 2. ex Gloſſa.

Verſu 26. *Sed & Seth natus eſt filius què vocauit Enos, iſte cepit invocare nomen Domini.* Filij, num. 2. ex Chryſoſtomo. Sancti, num. 5. ex Eufebio Emiſſeno, & Chryſoſtomo. Spes, num. 2. ex Hieronymo, Eufebio, & Auguſtino, & num. 3. ex Auguſtino, & Gloſſa. Imago, num. 1. ex Lipomano. Oratio, num. 9. ex Auguſtino.

Verſu 1. *Hic eſt liber generationis Adam, &c.* Peccatores, num. 23. ex Chryſoſtomo. Sancti, nu. 6. ex eodem. Scriptura ſacra, num. 6. ex Caietano. Tribulatio, num. 5. ex Chryſoſtomo.

Verſu 3. *Vixit autem Adam, &c. & genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, & vocauitque nomen eiſ Seth.* Peccatum, num. 2. ex Lipomano, & Gloſſa. Sancti, num. 6. ex Chryſoſtomo.

Verſu 7. *Vixit quoque Seth, &c.* Fortitudo, num. 1. ex Iſidoro. Peccator, num. 23. ex Cytillo.

Verſu 8. *Et facti ſunt omnes dies, &c. & mortuus eſt.* Sapius in hoc capitulo repetitur. Mors, num. 21. ex Lipomano.

Verſu 24. *Henoch ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus.* Antichriſtus, num. 2. ex Proſpero, & Lipomano. Deus, num. 45. ex Chryſoſtomo, & Theodoreto. Mors, num. 20. ex Chryſoſtomo, Thoma, & Ephren. Matrimonium, num. 14. ex Chryſoſtomo. Perſeuerantia, num. 3. ex eodem & Alcuino. Reſurrectio Chriſti, num. 3. ex Thoma, Status, num. 1. ex Lipomano, & Caietano.

Verſu 29. *Vocauitque nomen eiſ Noe dicens: iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum in terra, cui maledixit Dominus.* Iuſtitia, nu. 4. ex Ambroſio. Prophetia, num. 3. ex Chryſoſtomo.

Verſu 31. *Noe verò cum quingentorum eſſet annorū genuit Sem, Cham, & Iapheth.* Caſtitas, num. 3. ex Caietano. Deus, num. 65. ex Chryſoſtomo. Matrimonium, num. 14. ex eodem.

EX CAPITE GENESIS VI.

Verſu 1. *Cumque cecepiſſent homines multiplicare ſuper terram.* Mulier, num. 12. ex Eucherio, & Theodoreto.

Verſu 2. *Videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchre, acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant.* Exempla, nu. 4. ex Hieronymo, & Lipomano. Gratia, num. 3. ex Auguſtino, & Ambroſio. Iudex, num. 4. ex Lipomano, & Hieronymo. Iuſti, num. 12. ex Auguſtino, & Theodoreto, & aliis. Matrimonium, num. 15. ex Chryſoſtomo. Sapientia, num. 6. ex Caſſiano. Sensus, num. 4. ex Chryſoſtomo, & num. 5. ex Theodoreto, & Eucherio. Societas, nu. 2. ex Ruperto.

Verſu 3. *Non permanebit ſpiritus meus in homine, in æternum qui caro eſt, &c.* Caro, num. 7. ex Ambroſio, Auguſtino, Gregorio, & Chryſoſtomo. Deus, num. 65. ex Chryſoſtomo. Peccator, num. 24. ex Hieronymo, & Lipomano. Peccatum, num. 23. ex Auguſtino. Perſeuerantia, num. 4. ex Ambroſio. Sapientia, num. 7. ex eodem. Pœnitentia, num. 7. ex Hieronymo, & Lipomano. Tribulatio, num. 4. ex Hieronymo. Vita, num. 7. ex Ruperto.

Verſu 4. *Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis.* Caro, num. 8. ex Ambroſio. Fortitudo, num. 2. ex Hieronymo, Ruperto, Chryſoſtomo, & Damasceno. Nobilitas, num. 2. ex Ruperto. Superbia, num. 10. ex Hieronymo, Ambroſio, & aliis.

Verſu 4. *Postquam enim, &c. uſi ſunt potentes à ſaculo viri ſameſi.* Matrimonium, num. 15. ex Auguſtino. Fortitudo, num. 2. ex eodem. Peccator, num. 25. ex Chryſoſtomo. Peccatum, nu. 24. ex Caſſiano.

Verſu 5. *Videns autem Deus quod multa malitia hominum eſſet in terra.* Luxuria, num. 4. ex Chryſoſtomo. Peccatores, num. 25. ex eodem, & Caietano.

Verſu 5. *Et cuncta cogitatio cordis inuenta eſſet ad malum omni tempore.* Cogitatio, num. 3. ex Gregorio, & num. 4. ex Chryſoſtomo. Adoleſcentia, nu. 2. ex Ruperto, Bernardo, & Chryſoſtomo.

Verſu

Index copioſiſſimus.

Verſu 6. *Pœnituit eum quod hominem feciſſet & tæctus dolore cordis intrinſecus, delebo inquit hominem quem creauit à facie terra, &c.* Deus, nu. 8. ex Gregorio: & num. 103. ex Chryſoſtomo, & num. 122. ex Auguſtino, Thoma, Ruperto, & Gloſſa, & num. 123. ex Lipomano & Hugone. Amor Dei, num. 13. ex Hugone. Iudicium finale, num. 7. ex Ambroſio & Chryſoſtomo, & num. 8. ex Ruperto, & num. 10. ex Ambroſio. Pœnitentia, num. 6. ex Hugone, & Bernardo. Peccatum, num. 25.

Verſu 8. *Noe vero inuenit gratiam coram Domino.* Gloria Dei, num. 2. ex Chryſoſtomo. Gratia, num. 4. ex Ambroſio, & Chryſoſtomo. Iuſti, num. 13. ex iſdem, & num. 14. ex Chryſoſtomo. Tribulatio, num. 5. ex eodem. Virtus, num. 11. ex Chryſoſtomo, & Ambroſio.

Verſu 9. *He ſunt generationes Noe, Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis.* Filij, nu. 6. ex Caietano. Iuſti, num. 13. ex Ambroſio, & Chryſoſtomo, & nu. 14. ex iſdem, & num. 15. ex iſdem ex Hieronymo & Gloſſa. Nobilitas, num. 3. ex Chryſoſtomo, & Ambroſio. Status, num. 2. ex Chryſoſtomo, Hieronymo, Ambroſio, & Gloſſa.

Verſu 9. *Cum Deo ambulauit.* Status, num. 3. ex Hieronymo & Lipomano. Timor, num. 5. ex Lipomano & Chryſoſtomo.

Verſu 11. *Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate, &c.* Homo, nu. 59. ex Rabano & Theophilo. Mulier, num. 12. ex Ephren. Peccator, num. 26. ex Chryſoſtomo, Caietano, Ambroſio & Rabano.

Verſu 13. *Finis vniuerſa carnis, &c. Ego disperdam eos cum terra.* Homo, num. 59. ex Rabano, & Theophilo. Iuſti, num. 16. ex Chryſoſtomo. Vita, num. 7. ex Ambroſio. Zelus animarum, nu. 1. ex Baſilio.

Verſu 14. *Fac tibi arcam de lignis leuigatio.* Crux, num. 2. ex Origene. Eccleſia, num. 12. ex eodem, & Auguſtino. Iuſti, num. 16. ex Chryſoſtomo. Prædicator, num. 2. & 3. ex Auguſtino, & aliis.

Verſu 14. *Et bitumine linies intrinſecus & extrinſecus.* Hypocrita, num. 1. ex Rabano, Origene, & Auguſtino.

Verſu 15. *Trecentorum cubitorum erit longitudo, &c.* Eccleſia, num. 13. ex Gregorio. Hypocrita, num. 2. ex Origene, & Auguſtino.

Verſu 16. *Feneſtram in arca facies.* Lux, num. 12. ex Gloſſa, Hieronymo, & Caietano. Zelus animarum, num. 2. ex Origene, & Auguſtino.

Verſu 16. *Et in cubito conſummabis ſummitatem eiſ.* Deus, num. 11. ex Origene, & Auguſtino. Eccleſia, num. 13. ex Gregorio.

Verſu 16. *Oſtium autem arce ponet ex latere deorſum.* Chriſtus, num. 68. ex Origene & Auguſtino, Eccleſia, num. 12. ex iſdem. Iudicium finale, nu. 9. ex iſdem.

Verſu 18. *Ponamque fœdus meum tecum.* Iuſti, num. 16. ex Ambroſio. Sancti, num. 7. ex eodem.

Verſu 18. *Et ingredieris arcam tu & filij tui, & vxor tua, & uxores filiorum tuorum tecum.* Iuſti, num. 17. ex Chryſoſtomo. Prælati, num. 3. ex Ambroſio.

Verſu 19. *Ex cunctis animantibus vniuerſa carnis bina induces in arcam, &c.* Eccleſia, num. 14. ex Iſidoro.

Verſu 21. *Tolles igitur tecum ex omnibus eiſis que mundi poſſunt.* Abſtinentia, nu. 3. ex Auguſtino.

EX CAPITE GENESIS VII.

Verſu 1. *Ingredere tu & omnis domus tua in arcam, &c. enim inueni iuſtum coram me in generatione hac.* Deus, num. 29. ex Ambroſio, & Chryſoſtomo.

Verſu 2. *Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptaena, & ſeptena, &c.* Gratiitudo, num. 6. ex Chryſoſtomo. Spiritus ſanctus, num. 7. ex Eucherio.

Verſu 3. *Sed & de volatilibus cœli ſeptena, & ſeptena, &c.* Amor proximi, num. 5. ex Eucherio.

Verſu 4. *Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram, &c. & delebo, &c.* Peccatores, num. 27. ex Chryſoſtomo. Pœnitentia, num. 8. ex Ambroſio & num. 9. ex Chryſoſtomo. Timor, nu. 6. ex Chryſoſtomo. Deus, num. 87. ex Chryſoſtomo & Ambroſio. Pœnitentia, num. 9. ex Chryſoſtomo. Reſurrectio, num. 5. ex Ambroſio.

Verſu 5. *Fecit ergo Noe omnia que mandauerat ei Deus.* Obedientia, num. 11. ex Ambroſio & Chryſoſtomo.

Verſu 7. *Et ingreſſus eſt Noe, & filij eiſ, &c. in arcam propter aquas diluuij, &c.* Matrimonium, nu. 16. ex Rabano, Ambroſio & Gloſſa.

Verſu 10. *Cumque tranſiſſet ſeptem dies, aqua diluuij inundauerunt ſuper terram.* Baptiſmus, num. 7. ex Eucherio.

Verſu 11. *Anno ſexcenteſimo vita Noe, menſe ſecundo, &c. rupi ſunt omnes fontes abyſſi magna & cataracta cœli aperta ſunt.* Deus, num. 103. ex Ambroſio. Peccatum, nu. 26. ex Gloſſa, Thoma & Ambroſio. Pœnitentia, num. 10. ex Ruperto, & Chryſoſtomo.

Verſu 12. *Et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Baptiſmus, num. 7. ex Eucherio. Pœnitentia, num. 11. ex Chryſoſtomo. Quadrageſima, num. 1. ex Chryſoſtomo & Ambroſio.

Verſu 16. *Et incluſit eum Dominus deſoris.* Fides, num. 5. ex Chryſoſtomo. Miſericordia, num. 1. ex Gloſſa, Lipomano & Chryſoſtomo.

Verſu 17. *Factumque eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terram.* Iudicium finale, num. 11. ex Ruperto. Tribulatio, num. 6. ex Chryſoſtomo.

Verſu 20. *Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes quos operuerat.* Beatitudo, num. 8. ex Eucherio. Reſurrectio, num. 6. ex eodem.

Verſu 21. *Conſumptaque eſt omnis caro, que mouebatur ſuper terram, volucrium, animantium, &c.* Caro, num. 9. ex Ambroſio.

Verſu 23. *Remanſit autem ſolus Noe, & qui cum eo erant in arca.* Verſu 24. *Obſtineruntque aqua terram centum quadraginta diebus.* Tentatio, num. 8. ex Lipomano.

EX CAPITE GENESIS VIII.

Verſu 1. *Recordatus autem Deus Noe cum ſortumque animantium, &c.* Amor proximi, num. 6. ex Ambroſio. Tribulatio, num. 7. ex Chryſoſtomo & Lipomano.

Verſu 1. *Adduxit ſpiricum ſuper terram & imminuta ſunt aqua.* Reſurrectio Chriſti, num. 4. ex Ruperto. Spiritus ſanctus, num. 8. ex Lipomano, Ambroſio, Eucherio & Ruperto.

Verſu 2. *Et claui ſunt fontes abyſſi, &c.* Verbum Dei, num. 11. ex Ambroſio.

Verſu 4. *Requieuitque arca menſe ſeptimo, &c.* Beatitudo, num. 8. ex Iſidoro.

Verſu 5. *Decimo enim menſe prima die menſis apparuerunt cacumina montium.* Reſurrectio, num. 9. ex Iſidoro.

Verſu 6. *Aperuit Noe fenestram, &c. & miſit cornum qui egrediebatur, & non reuertebatur, & verſu 8. miſit quoque columbam, &c.* Baptiſmus, nu. 42. ex Hieronymo. Eccleſia, nu. 15. ex Ruperto. Iuſti, nu. 18. ex Chryſoſtomo. Luxuria, nu. 5. ex Chryſoſtomo, Auguſtino, & Iſidoro. Spiritus ſanctus, num. 8. ex Ruperto.

Locorum Scripturæ

Verſu 10. *Rurſum dimiſit columbam ex arca. & verſu 11. At illa venit ad eum ad vesp̄eram portans ramum oliuæ uidentibus ſolis in ore ſuo.* Deus, num. 66. ex Ambroſio.

Verſu 12. *Expectantique nihilominus ſeptem alios dies, &c. Quæ non eſt reuerſa ultra ad eum.* Spiritus ſanctus, num. 9. ex Ruperto.

Verſu 16. *Egredere de arca tu & uxor tua, &c.* Obedientia, num. 12. ex Ambroſio. Reſurrectio, num. 7. ex Eucherio.

Verſu 18. *Egreſſus Noe, & filij eius, &c.* Angeli, num. 12. ex Gloſſa.

Verſu 20. *Adificauit autem Noe altare Domino & tollens de cunctis pecoribus, &c.* Chriſtus, nu. 14. ex Ruperto. Cor, num. 2. ex Ambroſio & Chryſoſtomo. Gratitude, num. 6. ex Ambroſio, Ruperto, & Lipomano. Sacrificia, num. 3. ex Diodoro & Ruperto. Trinitas num. 10. ex Eucherio.

Verſu 21. *Odoratusque eſt Dominus odorem ſauitatis.* Sacrificia, num. 4. & 5. ex Chryſoſtomo & num. 6. ex Ruperto, & Caietano.

Verſu 21. *Nequaquam ultra maledicam terra propter homines, ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt, &c.* Adoleſcentia, nu. 2. ex Chryſoſtomo, Ambroſio, Ruperto, & Bernardo. Cogitatio, num. 4. ex Ruperto & Chryſoſtomo. Deus, num. 67. ex Chryſoſtomo. Mulier, num. 12. ex Bernardo. Senſus, num. 6. ex Ruperto.

Verſu 21. *Non igitur percuciam ultra omnem animam uiuentem ſicut feci.* Deus, num. 88. ex Ambroſio.

Verſu 22. *Cunctis diebus terra, ſementis & meſſis, frigus, & æſtus, æſtas & hiems, nox & dies non requieſcent.* Tempus, num. 3. ex Ambroſio, & Ruperto.

EX CAPITE GENESIS IX.

Verſu 1. *Benedixitque Deus Noe, & filiis eius, & dixit ad eos, creſcite, & multiplicamini, & replete terram.* Apoſtoli, num. 2. ex Lipomano & Eucherio. Iudicium finale, num. 12. ex Ruperto. Vocatio, num. 2. ex eodem.

Verſu 2. *Terror ueſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terra, &c.* Apoſtoli, num. 2. ex Eucherio. Humilitas, num. 6. ex Gregorio. Prælati, num. 4. ex eodem. Tentatio, num. 9. ex Chryſoſtomo & Ambroſio.

Verſu 3. *Omne quod mouetur, & uinit, erit uobis in cibum, quaſi olera uirentia tradidi uobis omnia.* Abſtinentia, num. 4. ex Chryſoſtomo, Theodoro, Rabano & Ruperto, & num. 5. ex Ambroſio.

Verſu 4. *Excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis.* Confefſio, num. 7. ex Eucherio. Cruelitas, num. 2. ex Lipomano, & Caietano. Obedientia, num. 13. ex Chryſoſtomo, & Lipomano.

Verſu 5. *Sanguinem enim animarum ueſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum & de manu hominis, &c.* Homicidium, num. 9. ex Ruperto, Gloſſa, & Eucherio, & num. 10. ex Ambroſio & Ruperto. Reſurrectio, num. 8. ex Theodoro.

Verſu 11. *Statuum pactum meum uobiscum & nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluuij, &c.* Deſperatio, num. 4. ex Ambroſio. Chriſtus, num. 55. ex Ruperto.

Verſu 12. *Hoc ſignum fedæ quod do inter me & uos, &c. Arcum meum ponam in nubibus, &c.* Chriſtus, num. 55. ex Lipomano. Baptiſmas, num. 8. ex Ruperto. Deus, num. 89. ex Ambroſio & Lipomano. Gloria Dei, num. 3. ex Auguſtino. Iudicium finale, num. 13. ex Eucherio & Lipomano.

Verſu 18. *Porro Chan ipſe eſt Pater Chanaan,*

Filij, num. 3. ex Chryſoſtomo, Ambroſio & Caietano.

Verſu 19. *Ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper uniuerſam terram.* Apoſtoli, num. 3. ex Chryſoſtomo. Fides, num. 6. ex eodem.

Verſu 20. *Capitque Noe uir agricola exercere terram, & plantauit uineam bibenſque uinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo.* Miſericordia, nu. 2. ex Chryſoſtomo. Ebrietas, num. 1. ex Ambroſio & Chryſoſtomo. Exemplar, num. 5. ex Chryſoſtomo. Murmuratio, num. 2. ex eodem. Paſſio Chriſti, nu. 5. ex Auguſtino.

Verſu 22. *Quod cum uidiſſet Chan pater Chanaan uerenda ſcilicet Patris ſui eſſe nudata nunciavit duobus fratribus ſuis ſoras.* Paſſio Chriſti, num. 5. ex Auguſtino.

Verſu 23. *At uerò Sem & Iapheth pallium impoſuerunt humeris ſuis & incedentes retrorſum operuerunt uerenda Patris ſui, &c.* Filij, num. 4. ex Chryſoſtomo & Ambroſio. Manſuetudo, num. 1. ex Chryſoſtomo. Murmuratio, num. 3. ex Gregorio. Paſſio Chriſti, num. 5. ex Auguſtino. Prudentia, num. 3. ex Ambroſio.

Verſu 24. *Euigilans autem Noe ex uino cum didiciſſet quod fecerat filius ſuus minor, &c.* Ebrietas, num. 3. ex Ambroſio & Chryſoſtomo.

Verſu 25. *Adulteriſ Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* Filij, num. 7. ex Chryſoſtomo, Theodoro, Ambroſio & aliis. Peccator, num. 28. ex Gregorio. Peccatum, num. 27. ex Chryſoſtomo, Theodoro & Ruperto.

Verſu 26. *Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanaan ſeruus eius.* Bonum in communi, num. 2. ex Lipomano. Chriſtus, num. 2. ex Diodoro, Caietano, & Ruperto. Blaſphemia, num. 3. ex Chryſoſtomo. Deus, num. 12. ex Lipomano, & num. 20. ex Ambroſio. Gloria Dei, num. 4. ex Chryſoſtomo.

Verſu 27. *Dilatet Deus Iapheth & habitet in tabernaculis Sem, &c.* Deus, num. 35. ex Theodoro. Eccleſia, num. 16. ex Hieronymo & Ruperto. Templum, num. 1. ex Theodoro.

Verſu 28. *Vixit autem Noe poſt diluuium trecentis quinquaginta annis.* Crux, num. 2. ex Ambroſio.

EX CAPITE GENESIS X.

Verſu 8. *Nemrod ipſe cepit eſſe potens in terra, & erat robuſtus uenator coram Domino, ob hoc exiit proverbium, quaſi Nemrod robuſtus uenator coram Domino.* Diabolus, num. 20. ex Auguſtino, Alcuino, Gloſſa & Ruperto. Fortitudo, num. 3. ex Chryſoſtomo, Auguſtino, Caietano, Lipomano, & aliis. Hypocriſis, num. 3. ex iſdem. Idololatria, num. 3. ex Gloſſa & Lipomano. Peccator, num. 29. ex Ambroſio.

Verſu 10. *Fuit autem principium regni eius Babilon, &c.* Peccator, num. 29. ex Ambroſio. Rex, num. 1. ex eodem.

Verſu 11. *De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & adificauit Ninum, & plateas ciuitatis, &c.* Filij, num. 7. ex Chryſoſtomo. Nobilitas, num. 6. ex eodem.

EX CAPITE GENESIS XI.

Verſu 2. *Cumque proſuſcerentur de oriente, inueniunt campum in terra Sennar, & habitauerunt in eo.* Hæretici, num. 4. ex Gloſſa, Iſidoro & Ruperto. Luxuria, num. 6. ex Gregorio. Murmuratio, num. 4. ex eodem. Superbia, num. 12. ex Chryſoſtomo & Ruperto.

Verſu 3. *Dixitque alter ad proximum ſuum; uenite faciamus lateres, &c. & uerſu 4. Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius cubum pertingat ad caelum.* Humilitas, num. 7. ex Auguſtino. Superbia, num. 7.

num. 7. ex Chryſoſtomo, & Auguſtino. Verſu 3. *Habueruntque lateres pro ſaxis, &c.* Bona, num. 15. ex Gregorio.

Verſu 4. *Et celeberrimus nomen noſtrum antequam diuidamur in uniuerſas terras.* Ambitio, num. 1. ex Chryſoſtomo. Diuitiæ, num. 12. ex eodem. Eleemoſyna, num. 2. ex eodem. Prophetia, num. 4. ex Lipomano.

Verſu 5. *Deſcendit autem Dominus ut uideret ciuitatem & turrim, quam adificabant filij Adam.* Ambitio, num. 2. ex Gloſſa, Lipomano, & Ruperto. Deus, n. 68. ex Chryſoſtomo, & nu. 138. ex Auguſtino & Gloſſa. Iudices, nu. 5. ex Chryſoſtomo & Ruperto. Iudicium temerarium, num. 1. ex Chryſoſtomo.

Verſu 6. *Cœperuntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis.* Deus, num. 68. ex Chryſoſtomo.

Verſu 7. *Uenite igitur deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, &c.* Angeli, num. 13. ex Auguſtino, & Gregorio. Deus, num. 55. ex Auguſtino & num. 104. ex Caietano, Chryſoſtomo & Ruperto. Eccleſia, num. 17. ex Eucherio. Hæretici, num. 5. ex eodem. Peccator, num. 30. ex Caietano, Chryſoſtomo & Ruperto, & num. 31. ex Gregorio. Scriptura ſacra, num. 7. ex Ruperto. Trinitas, num. 11. ex Auguſtino, Chryſoſtomo, Gloſſa, & Ruperto.

Verſu 30. *Erat autem Sarai ſterilis nec habebat liberos.* Bonum in communi, num. 2. ex Lipomano. Deus, num. 12. ex eodem.

Verſu 31. *Take naque Thare Abram, filium ſuum, & Loth, filium Aran, filium filij ſui, & Sarai uirum ſuum uxorem Abram & eduxit eos de Ur Chaldecorum, &c.* Iuſti, num. 10. ex Auguſtino.

EX CAPITE GENESIS XII.

Verſu 1. *Dixit autem Dominus ad Abram: egredere de terra tua & de cognatione tua, &c. & ueni in terram quam monſtrabo tibi.* Diabolus, num. 21. ex Auguſtino. Deus, num. 12. ex Caſſiano. Diligentia, num. 10. Mortificatio, num. 6. ex Auguſtino. Obedientia, num. 14. ex Ambroſio, Chryſoſtomo, Auguſtino, Gregorio, & aliis. Pauertas, nu. 1. ex Caſſiano. Religio, num. 7. ex Auguſtino, & Chryſoſtomo & num. 8. ex Caſſiano. Tentatio, num. 10. ex Caietano & Ambroſio. Vocatio, num. 3. ex Caietano, & Lipomano, & num. 4. ex Caſſiano.

Verſu 2. *Faciamque te in gentem magnam & benedicam tibi, &c.* Tentatio, num. 11. ex Caietano, & Ambroſio.

Verſu 4. *Septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran.* Amor hominis, num. 4. ex Chryſoſtomo.

Verſu 6. *Et pertranſiit uſque ad locum Sichem.* Obedientia, num. 15. ex Chryſoſtomo.

Verſu 7. *Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei, ſemini tuo dabo terram hanc.* Deus, num. 41. ex Chryſoſtomo. Tentatio, num. 12. ex Ruperto, & Chryſoſtomo. Religio, num. 90. ex Cyrillo.

Verſu 7. *Qui adificabit ibi altare Domino, qui apparuerat ei.* Gratitude, num. 7. ex Chryſoſtomo. Spes, num. 4. ex Ambroſio.

Verſu 9. *Perrexitque Abram uadens, & ultra progrediens.* Mulier, num. 13. ex Chryſoſtomo.

Verſu 10. *Facta eſt autem famas in terra, deſcenditque Abram in Egyptum, &c.* Tentatio, num. 13. ex Lipomano, Gloſſa, & Chryſoſtomo.

Verſu 11. *Novi quod pulchra ſis mulier, & quod cum uiderint te Egyptij, &c.* Verſu 13. *Dic ergo obſecro quid ſoror mea ſis, ut bene ſit mihi propter te, &c.* Maria, num. 5. Matrimonium, num. 17. ex Ambroſio, & num. 18. ex Chryſoſtomo. Mendacium, nu. 7. ex Auguſtino & Lipomano. Mulier, num. 13. ex

Locorum Scripturæ.

Chryſoſtomo. Tentatio, num. 14. ex Lipomano, & Chryſoſtomo, & num. 15. ex Auguſtino. Virtus, num. 11.

Verſu 15. *Et nunciauerunt principes Pharaonis & laudauerunt eam apud illum.* Reges, num. 2. ex Lipomano.

Verſu 15. *Et ſublata eſt mulier in domum Pharaonis, &c.* Caſtitas, num. 4. ex Chryſoſtomo, Hieronymo, & Theodoro. Maria, num. 5.

Verſu 17. *Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai uxorem Abram.* Adulterium, num. 2. ex Theodoro, & Ambroſio. Deus, num. 30. ex Ambroſio. Filij, num. 8. ex Chryſoſtomo. Prælati, num. 6. ex eodem. Timor, num. 6. ex eodem.

Verſu 18. *Quidnam eſt hoc quod feciſti mihi? Quare non indiçaſti quod uxor tua eſſet, &c.* Religio, nu. 9. ex Hugone de Foilleto. Tribulatio, nu. 8. ex Chryſoſtomo, & Caietano.

Verſu 19. *Nunc igitur ecce coniuſ tua, accipe eam & uade, &c.* Adulterium, num. 3. ex Ambroſio. Deus, num. 36. ex Chryſoſtomo. Iuſti, num. 20. ex eodem. Obedientia, num. 16. ex Ambroſio. Religio, num. 9. ex Hugone de Foilleto. Spes, num. 4. ex Ambroſio.

EX CAPITE GENESIS XIII.

Verſu 2. *Erat autem diues ualde in poſſeſſione auri, & argenti.* Diuitiæ, num. 1. ex Hieronymo, Chryſoſtomo, & Lipomano. Pauertas, num. 2. ex Ambroſio.

Verſu 3. *Reuerſusque eſt per iter quo uenerat, &c.* Verſu 4. *In loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini.* Deuotio, num. 1. ex Gloſſa, & Lipomano. Gratitude, num. 7. ex iſdem. Societas, num. 4. ex Chryſoſtomo.

Verſu 6. *Nec poterat eos capere terra ut habitarent ſimul.* Diuitiæ, num. 2. ex Ambroſio.

Verſu 7. *Vnde facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram & Loth.* Diuitiæ, num. 3. ex Chryſoſtomo. Famuli, num. 1. ex Ambroſio & Chryſoſtomo.

Verſu 8. *Ne quaſo ſit uirgum inter me & te, & inter paſtores meos, & paſtores tuos: fratres enim ſumus.* Amor proximi, num. 7. ex Ambroſio. Famuli, nu. 1. ex Ambroſio & Chryſoſtomo. Pax, num. 1. ex Chryſoſtomo, & num. 2. ex Hugone de Foilleto. Scandalum, num. 1. ex Chryſoſtomo.

Verſu 9. *Recede à me obſecro: ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: ſi in dexteram, &c.* Amor proximi, num. 8. ex Chryſoſtomo, & Rabano. Electio, num. 4. ex Ambroſio, & Auguſtino, & num. 5. ex Ambroſio, & Lipomano. Pauertas, num. 2. ex Chryſoſtomo.

Verſu 10. *Elenatis itaque Loth oculis uidit omnem circa regionem Iordanis, &c.* Verſu 11. *Elegitque ſibi, &c. Et receſſit ab oriente.* Electio, num. 5. ex Ambroſio, & Lipomano. Bona, nu. 16. ex iſdem. Hæretici, num. 6. ex Rabano.

Verſu 12. *Loth uerò, &c. habitauit in Sodomis, Iuſti, num. 20. ex Lipomano. Societas, num. 5. ex Gregorio.*

Verſu 13. *Homines autem Sodomitæ peſſimi erant & peccatores coram Domino nimis.* Diuitiæ, num. 4. ex Lipomano. Iuſti, num. 20. ex eodem. Peccatores, num. 3. ex Hieronymo, Chryſoſtomo, Gloſſa, & aliis. Societas, num. 5. ex Gregorio.

Verſu 15. *Omnem terram quam conſpicis tibi dabo, & ſemini tuo uſque in ſempiternum.* Eleemoſyna, num. 3. ex Chryſoſtomo. Humilitas, num. 8. ex eodem.

Verſu 16. *Faciam ſemen tuum ſicut puluerem terræ, &c.*

&c. Christus, num. 15. ex Rabano. Spes, num. 5. ex Augustino, & Chrysoftomo.

Versu 17. Surge & perambula terram in longitudine & latitudine sua, &c. Mortificatio, num. 7.

Versu 18. Adstantique ibi altare Domino. Spes, num. 6. ex Chrysoftomo.

EX CAPITE GENESIS XIV.

Versu 9. Quatuor reges aduersus quinque. Caro, num. 10. ex Glossa.

Versu 11. Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum & Gomorrhœorum, &c. Tribulatio, num. 9. ex Lipomano.

Versu 12. Nec non & Loth & substantiam eius filium fratris Abram. Societas, num. 6. ex Chrysoftomo. Tribulatio, num. 9. ex eodem. Amor proximi, num. 9. ex eodem, & Ambrosio.

Versu 13. Et ecce vnus qui euaserat nunciavit Abram Hebræo. Iusti, num. 21. ex Hieronymo, Ruperto, & Chrysoftomo.

Versu 14. Numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem, & octo. Electio, n. 1. ex Ambrosio, & Rabano.

Versu 17. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, &c. Iusti, num. 21. ex Chrysoftomo.

Versu 18. At vero Melchisedech Rex Salem proferens panem, & vinum: erat enim sacerdos Dei altissimi. Christus, num. 15. ex Eustachio, Hieronymo, & Ambrosio. Eucharistia, num. 9. ex Glossa, Ambrosio, Augustino, & Eustachio.

Versu 19. Benedixit & ait, benedictus Abram Deo excelsio, qui creauit calum & terram, & benedictus Deus excelsus, &c. Eucharistia, num. 9. ex Glossa, Ambrosio, & Eucherio. Gratitude, num. 8. ex Caietano, & Glossa.

Versu 20. Et dedit ei decimas ex omnibus. Decima, num. 1. ex Hieronymo, Chrysoftomo, & Lipomano. Perseuerantia, num. 4. ex Glossa.

Versu 21. Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: da mihi animas, cetera tolle tibi. Diabolus, num. 12. Paupertas, num. 4.

Versu 22. Leuo manum meam ad Dominum, &c. quod a filo subregnum usque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tuas sunt. Humilitas, num. 9. ex Caietano, Ambrosio, & Chrysoftomo. Oratio, num. 10. ex Lipomano. Paupertas, num. 4. ex Caietano, & Lipomano. Bona, num. 17. ex Ruperto, & Chrysoftomo. Mortificatio, num. 8. ex Ruperto. Prædicator, num. 4. ex eodem. Reges, num. 3. ex Ambrosio, & Augustino.

Versu 23. Ne dicas ego diuini Abram. Gloria Dei, num. 5. ex Chrysoftomo, & Caietano. Mortificatio, num. 8. ex Ruperto.

EX CAPITE GENESIS XV.

Versu 1. Factus est sermo Domini ad Abram per visionem. Prophetia, num. 5. ex Glossa, Chrysoftomo, Gregorio Nazianzeno, & Lipomano.

Versu 1. Noli timere Abram ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Beatitudo, num. 8. ex Ruperto, & Lipomano. Paupertas, num. 4. ex Ambrosio, Chrysoftomo, Ruperto, & Lipomano. Spes, num. 7. ex Caietano, & Lipomano.

Versu 2. Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam absque liberis, &c. & ecce vernaculus domus meæ hæres meus erit, &c. versu 4. non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de utero tuo. Matrimonium, num. 19. ex Ambrosio. Oratio, num. 11. ex Ruperto, & Lipomano. Sancti, num. 8. ex Chrysoftomo.

Versu 5. Suscipe calum, & numera stellas, &c. sic erit semen tuum. Christus, num. 3. ex Ambrosio. Sancti, num. 9. ex Augustino, & Ruperto.

Versu 6. Credidit Abram Deo, & reputatum est illi

ad iustitiam. Fides, num. 7. ex Ambrosio, Augustino, & Chrysoftomo, & num. 8. ex Ruperto, & num. 9. ex Gregorio. Spes, num. 8. ex Chrysoftomo.

Versu 8. Domine Deus unde scire possum quod possessurus sum eam? Fides, num. 10. ex Augustino, Theodoro, Ruperto, & Lipomano. Maria, num. 6. Incarnatio, num. 17. ex Augustino.

Versu 9. Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arctem annorum trium, turturem quoque & columbam. Sacrificia, num. 8. ex Chrysoftomo, & Lipomano, & num. 9. ex Augustino, Theodoro, & Glossa. Trinitas, num. 12. ex Ruperto, Augustino, & Lipomano.

Versu 10. Qui tollens vniuersa hæc diuisit ea per medium & vtrasque partes contra se alteriussecus posuit, aues autem non diuisit. Amor proximi, num. 10. ex Augustino, & Isidoro. Castitas, num. 5. ex Augustino. Intentio, num. 3. Iusti, num. 23. ex Isidoro, & Augustino.

Versu 11. Descenderuntque volucres super cadauera, & abigebat eas Abram. Cogitatio, num. 5. ex Gregorio. Diabolus, num. 22. ex Augustino, Hieronymo, & Glossa. Oratio, num. 12. ex Gregorio. Peccator, num. 33. ex Augustino, & Lipomano. Sancti, num. 10. ex Hieronymo, Glossa, Augustino, & Lipomano. Tentatio, num. 16. ex Gilleberto.

Versu 12. Cumque sit occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus, & tenebrosus inuasisit eum. Infernus, num. 1. ex Brunone. Iudicium finale, num. 14. ex Ruperto, & Augustino. Peccator, num. 34. ex Ruperto.

Versu 13. Distringitque est ad eum scitio pranosens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, &c. Fortitudo, num. 8. ex Chrysoftomo. Tribulatio, num. 10. ex Chrysoftomo, & Lipomano. Deus, num. 90. ex eodem.

Versu 15. Tu autem ibis ad patres tuos, in pace sepultus, in senectute bona. Sancti, num. 11. ex Chrysoftomo. Senectus, num. 2. ex eodem.

Versu 16. Generatione autem quarta reuertentur hæc: nec dum enim completæ sunt iniquitates Amorrhœorum usque ad præsens tempus. Deus, num. 105. ex Chrysoftomo, Theodoro, Ruperto, & Gregorio. Peccatum, num. 28. ex Chrysoftomo, Theodoro, & Ruperto. Pœnitentia, num. 12. ex Gregorio.

Versu 17. Cum ergo occubisset, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clubas et fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. Deus, num. 40. ex Chrysoftomo, Theodoro, & Ruperto. Infernus, num. 1. ex Brunone. Iudicium finale, num. 14. ex Ruperto, & Augustino, & num. 15. ex Augustino. Peccator, num. 34. ex Ruperto.

EX CAPITE GENESIS XVI.

Versu 2. Ingredere ad ancillam meam, &c. Caro, num. 27. ex Hugone.

Versu 3. Dedit eam viro suo uxorem, qui ingressus est ad eam. Adulterium, num. 4. ex Ambrosio.

Versu 4. At illa concepit se videns despexit dominam suam. Famuli, num. 2. ex Chrysoftomo. Obedientia, num. 17. ex Gregorio.

Versu 6. Ecce ancilla tua in manu tua est, utere ea ut libet. Castitas, num. 6. ex Augustino. Ira, num. 4. ex Ambrosio. Zelotypia, num. 1. ex Chrysoftomo.

Versu 6. Affligente inquit eam Sarai fugam inuit. Ira, num. 4. ex Ambrosio.

Versu 9. Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. Ecclesia, num. 60. ex Rabano. Obedientia, num. 17. ex Gregorio.

Versu 11. Paries filium & vocabis nomen eius Ismael, eo quod audivit Dominus afflictionem tuam. Nomen, num. 6. ex Caietano, & Lipomano. Tribulatio, nu.

11. ex Caietano, & Chrysoftomo.

Versu 13. Vocauit autem nomen Domini qui loquebatur ad eam: in Deus qui vidisti me. Christus, num. 12. ex Hilario, Glossa, & Lipomano. Gratitude, num. 9. ex Caietano. Nomen, num. 19. ex eodem. Tribulatio, num. 12. ex Hilario, Caietano, & aliis.

Versu 13. Profecto huc vidi posteriora videntis me. Bonæ, num. 18. ex Ruperto. Incarnatio, num. 6. ex Caietano, & Rabano.

Versu 14. Propterea appellauit puteum illum, puteum viuens, & videntis me. Scriptura sacra, num. 9. ex Hieronymo.

Versu 15. Peperitque Agar, Abra filium, qui vocauit nomen eius Ismael. Mansuetudo, num. 2. ex Chrysoftomo. Tribulatio, num. 11. ex eodem.

EX CAPITE GENESIS XVII.

Versu 1. Apparuit ei Dominus. Incarnatio, num. 7. ex Irenæo, Lipomano, & aliis.

Versu 1. Ego Deus omnipotens ambula coram me & esto perfectus. Amor Dei, num. 14. ex Chrysoftomo. Deus, num. 12. ex Ruperto, & num. 20. ex Chrysoftomo, & num. 31. ex Caietano, & Ambrosio. Status, num. 4. ex Glossa & Ruperto.

Versu 4. Dixitque ei Deus: ego sum, & pactum meum tecum. Amor hominis, num. 5. ex Lipomano.

Versu 5. Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed vocaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constituisti. Christus, num. 4. ex Hieronymo, & Ruperto. Nomen, num. 7. ex Glossa & Hieronymo.

Versu 8. Dabo tibi, & seminum terræ, &c. in possessorem æternam. Beatitudo, num. 9. ex Ruperto.

Versu 10. Hoc est pactum meum, &c. circumcideretur ex vobis omne masculinum, & versu 11. & circumcideris carnem præputij vestri. Castitas, num. 7. ex Glossa, Alcuino, & Ambrosio. Circumcisio, num. 1. ex Ruperto, Glossa, & Chrysoftomo, & num. 2. ex Glossa, Caietano, & Lipomano, & num. 3. ex Glossa, Alcuino, Strabo, & Ruperto, & num. 4. ex Lipomano, & Ruperto, & num. 6. ex Origene. Diligentia, num. 10. Fides, num. 11. ex Ruperto, & Alcuino. Mortificatio, num. 9. ex Glossa. Fides, num. 13. ex Origene.

Versu 11. Vt sit signum fœderis inter me, & vos. Christus, num. 4. ex Lipomano. Circumcisio, num. 4. ex eodem, & num. 5. ex Chrysoftomo, & Theodoro, & num. 7. & 8. ex Origene.

Versu 14. Masculus cuius præputij caro circumcisâ non fuerit non delebitur anima illa de populo suo, &c. Circumcisio, num. 9. ex Glossa, Ruperto, & Lipomano. Fides, num. 11. ex Ruperto, Glossa, & Augustino. Lingua, num. 2. ex Origene. Verbum Dei, num. 13.

Versu 15. Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. Nomen, num. 7. ex Hieronymo, Augustino, & Ambrosio.

Versu 17. Cecidit Abram in faciem suam & risit. Gaudium, num. 5. ex Ambrosio, Ruperto, & Lipomano. Gratitude, num. 10. ex Chrysoftomo.

Versu 17. Putas ne centenario nasceretur filius? Incarnatio, numero 9. ex Augustino, Ambrosio, & Ruperto.

Versu 19. Vocabisque nomen eius Isaac. Nomen, num. 8. ex Hieronymo, & Ruperto.

Versu 20. Super Ismael quoque exaudini te, ecce benedicam ei, &c. Paupertas, num. 5. ex Chrysoftomo.

Versu 20. Duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam. Apostoli, num. 4. ex Glossa, & Rabano.

Versu 23. Circumcidit carnem præputij eorum statim in ipsa die sicut præceperat ei Deus. Diligentia, num. 10. Societas, num. 7. ex Chrysoftomo.

EX CAPITE GENESIS XVIII.

Versu 1. Apparuit ei Dominus in conuallibus Mambræ sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso seruuore diei. Eucharistia, num. 10. ex Glossa, & Augustino. Gratitude, num. 11. ex Chrysoftomo. Hospitalitas, num. 1. ex Chrysoftomo, & Ambrosio. Oratio, num. 13. ex Lipomano, & Glossa.

Versu 2. Cumque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum, &c. Deus, num. 35. ex Augustino. Hospitalitas, num. 2. ex Ambrosio. Trinitas, num. 13. ex Ambrosio, Cyrillo, Eusebio, Augustino, & num. 14. ex Augustino, Ambrosio, Eucherio, Chrysoftomo, & Gregorio, & num. 15. ex Gregorio, & num. 16. ex Ruperto.

Versu 2. Cucurru in occursum eorum, &c. Diligentia, num. 5. ex Ambrosio. Incarnatio, num. 11. ex Ruperto.

Versu 3. Et adorauit in terram & dixit: Domine si inueni gratiam in oculis tuis ne transas seruum tuum. Eucharistia, num. 11. ex Augustino. Hospitalitas, num. 3. ex Chrysoftomo, & Augustino.

Versu 4. Afferam panem aquæ, & lauare pedes vestros, & requiescite sub arbore. Eucharistia, num. 11.

Versu 6. Festinauit Abraham in tabernaculum ad Sarai, & dixitque ei: accelera tria (sua) simile, commisce & fac subcinericeos panes. Ecclesia, num. 18. ex Ambrosio. Eucharistia, num. 13. ex eodem. Trinitas, num. 17. ex eodem. Virtus, num. 12. ex Augustino.

Versu 7. Ipse vero ad armentum cucurrit, & talis inde vitulum tenuerim & optimum, &c. Eucharistia, num. 14. ex Origene, Ambrosio, Eucherio, & Glossa. Passio Christi, num. 6. ex Origene, Glossa, Rabano, Ambrosio, & Lipomano. Diligentia, num. 6. ex Chrysoftomo. Matrimonium, num. 20. ex Ambrosio, & Chrysoftomo. Mulier, num. 15. ex Ambrosio. Pœnitentia, num. 13. ex Glossa. Silentium, num. 2. ex Ambrosio.

Versu 8. Tuli quoque butyrum, & lac, & vitulum quem coxerat, & posuit coram eis. Abstantia, num. 6. ex Lipomano.

Versu 8. Ipse vero stabat iuxta eos sub arbore. Crux, num. 3. ex Eucherio, & Glossa. Eucharistia, num. 14. ex eodem. Oratio, num. 13. ex Chrysoftomo.

Versu 9. Vbi est Sara uxor tua? Ecce in tabernaculo est. Matrimonium, num. 21. ex Ambrosio, & Glossa.

Versu 10. Quo audito Sararise post ostium tabernaculi. Caro, num. 11. ex Origene, & Gregorio.

Versu 12. Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, volæptati operam dabo? Matrimonium, num. 21. ex Lipomano.

Versu 15. Negauit Sara dicens non risi, &c. non est ita, sed risisti. Mulier, num. 16. ex Augustino, Ambrosio, & Lipomano.

Versu 16. Direxerunt oculos suos contra Sodomam, & Abraham simul gradiebatur deducens eos. Deus, n. 92. ex Ambrosio, Glossa, & Ruperto.

Versu 17. Dixitque Dominus nū celare potero Abram que gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam? &c. Adolescentia, num. 14. ex Ambrosio. Deus, num. 134. ex Chrysoftomo. Diligentia, num. 7. ex Ambrosio. Iusti, num. 24. ex Lipomano, & Chrysoftomo. Oratio, num. 13. Societas Iesu, num. 1. ex Chrysoftomo, Glossa, Lipomano, Ruperto, & Caietano.

Versu 20. Clamor Sodomorum, & Gomorre multiplicatus est, &c. versu 21. Descendam, & videbo virum clemorem qui venit ad me opere complerem, &c. Deus, num. 91. ex Ambrosio, & Augustino. Iudices, num. 5. ex Ruperto. Iudicium temerarium, num. 2. ex Ambrosio. Peccatum, num. 29. ex Ambrosio, Augustino,

stino, & Gregorio. Peccator, num. 35. ex Lipomano, Augustino, & Origene. Deus, num. 120. ex Origene, Augustino, & Hilario.

Verf. 17. *Abraham vero adhuc stabat coram Domino, & appropinquans, ait, nunquid perdis iustum cum impio.* Deus, num. 46. ex Lipomano. Oratio, num. 13. ex Ruperto. Tribulatio, num. 13. ex Chryostomo, & Lipomano.

Verf. 26. *Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos.* Deus, num. 69. ex Ruperto, & Lipomano. Iusti, num. 25. ex Ambrosio, Gregorio, & Chryostomo. Oratio, num. 13. ex Ruperto.

Verf. 27. *Quia semel cepti loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis.* Superbia, n. 14. ex Gregorio. Humilitas, num. 1. ex eodem.

Verf. 32. *Non delebo propter decem.* Crux, num. 3. ex Eucherio. Peccator, num. 3. ex Augustino, & Lipomano. Sancti, num. 12. ex Chryostomo. Iusti, num. 25. ex Ambrosio, Gregorio, & Chryostomo.

EX CAPITE GENESIS XIX.

Verf. 1. *Veneruntque duo Angeli Sodomam vesperis, & sedente Loth in foribus ciuitatis.* Deus, num. 69. ex Caietano, Glossa, & Ambrosio. Iusti, num. 27. ex Ambrosio, Glossa, Ruperto, & Gregorio. Locus, num. 5. ex Gregorio. Passio Christi, num. 7. ex Ambrosio. Trinitas, num. 18. ex Ruperto, & Ambrosio. Hospitalitas, num. 4. ex Chryostomo. Locus, num. 6. ex eodem. Societas, num. 8. ex eodem. Tribulatio, num. 14. ex Ambrosio, & Ruperto.

Verf. 1. *Init obviam eis, adorantique pronus in terram.* Angelus, num. 14. ex Augustino, & Gregorio. Hospitalitas, num. 4. ex Chryostomo, & Origene. Incarnatio, num. 12. ex Augustino, & Gregorio.

Verf. 2. *Obsecro Domini declinate in domum pueri vestri, &c. minime sed in platea manebimus.* Consilia, num. 2. ex Cassiano. Liberum arbitrium, num. 2. ex eodem. Sapientia, num. 8. ex eodem.

Verf. 3. *Compulsi illos oppido ut diuiterent ad eum.* Hospitalitas, num. 5. ex Lipomano, & num. 6. ex Ambrosio, Chryostomo, & Gregorio.

Verf. 4. *Præus autem quam irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum à puero usque ad senem.* Castitas, num. 8. ex Glossa. Deus, num. 106. ex Ambrosio.

Verf. 6. *Egressus ad eos Loth post tergum occultans ostium.* Hospitalitas, num. 7. ex Lipomano.

Verf. 7. *Nolite quasi fratres mei, nolite malum hoc facere.* Verf. 8. *Habeo duas filias, &c. educam eas ad vos, &c. dummodo viris istis nihil mali fuerit, &c.* Amor proximi, num. 28. ex Chryostomo. Correctio, num. 1. ex eodem. Deus, num. 70. ex eodem. Misericordia, num. 3. ex eodem. Peccatum, num. 30. ex Augustino, Caietano, Lipomano, Ambrosio, & Chryostomo. Zelus animarum, num. 5. ex Chryostomo, & Lipomano.

Verf. 10. *Et ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Loth, clausuramque ostium.* Inuidia, num. 3. ex Gregorio.

Verf. 11. *Et eos qui foris erant percusserunt cecitate à minimo usque ad maximum.* Ignorantia, num. 2. ex Augustino, Chryostomo, Ambrosio, Lipomano, Ruperto. Inuidia, num. 3. ex Gregorio. Peccator, num. 37. ex Chryostomo, & Ambrosio.

Verf. 11. *Ita ut ostium inuenire non possent.* Christus, num. 68. ex Ruperto, & Lipomano. Inuidia, num. 3. ex Gregorio. Luxuria, num. 7. ex Ambrosio, & Lipomano, & Chryostomo.

Verf. 13. *Qui misit nos ut perdamus illos.* Gula, num. 5. ex Cassiano. Timor, num. 6. ex Lipomano.

Verf. 16. *Dissemblante eo apprehenderunt manum*

eius, & manum uxoris ac duarum filiarum eius, &c. Bona, num. 19. ex Ambrosio, & Ruperto. Societas, num. 9. ex Chryostomo, Lipomano, & Glossa.

Verf. 17. *Salua animam tuam, noli rescicere post tergum.* Diligentia, num. 8. ex Chryostomo, & Ambrosio. Perseuerantia, num. 5. ex Ambrosio, Augustino, & Glossa. Status, num. 5. ex Glossa, Ambrosio, & Caietano.

Verf. 17. *Nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac.* Castitas, num. 9. ex Gregorio, & Ruperto. Peccatum, num. 3. ex Glossa, Ambrosio, & Caiet. Religio, n. 10. ex Ambr. Caietano, & Glossa. Status, n. 5. ex iisdem. Virginitas, num. 3. ex Ruperto.

Verf. 19. *Quia inueni seruus tuus gratiam coram te, &c. nec possum in monte saluari, ne forte apprehendat me malum, & moriar.* Desperatio, num. 5. ex Ruperto. Oratio, num. 13. Religio, num. 10. ex Ruperto. Vita actiua, & contemplatiua, num. 1. ex Isidoro.

Verf. 21. *Etiam in hoc suscepi preces tuas, ut non subuertam urbem pro qua loquutus es.* Oratio, num. 13.

Verf. 23. *Sol egressus est super terram, & Loth ingressus est Segor.* Iudicium finale, numero 16. ex Ruperto.

Verf. 24. *Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem à Domino de celo, &c.* Deus, num. 106. ex Gregorio, Ruperto, & Eucherio. Filij, num. 9. ex Alcuino. Luxuria, num. 8. ex Caietano, Gregorio, Glossa, Ruperto, Eucherio, & Strabo. Tribulatio, num. 15. ex Caietano, & Lipomano. Trinitas, num. 19. ex Caietano, & Cyrillo.

Verf. 26. *Respicensque vxor eius post se versa est in statuam salis.* Caro, num. 12. ex Origene. Obedientia, num. 18. ex Chryostomo, Glossa, Lipomano, Augustino, & Caietano. Perseuerantia, num. 5. ex Augustino, & Ruperto.

Verf. 29. *Cum enim subuerteret Deus ciuitates regionis illius recordatus Abrahæ liberavit Loth, &c.* Iusti, num. 28. ex Augustino, & Chryostomo. Oratio, num. 14. ex Chryostomo.

Verf. 30. *Ascenditque Loth de Segor, & mansit in monte, &c.* Fides, num. 14. ex Hieronymo, & Augustino.

Verf. 30. *Mansi in spelunca ipsa & dua filie eius cum eo.* Gloria vana, num. 1. ex Origene. Locus, num. 7. ex Glossa, & Gregorio. Mulier, num. 17. ex Lipomano. Religio, num. 11. ex Glossa, & Origene. Sapientia, num. 7. ex Origene.

Verf. 32. *Veni & inbruiemus etiam vino, dormiamusque cum eo, &c.* Ebrietas, num. 4. ex Origene, & Lipomano, & num. 5. ex Ambrosio. Peccatum, num. 32. ex Origene, Chryostomo, & aliis.

Verf. 37. *Peperitque mater filium, & vocauit nomen eius Moab, &c. & verf. 38. minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, &c.* Hæretici, num. 53. ex Ruperto. Peccator, num. 38. ex Caietano.

EX CAPITE GENESIS XX.

Verf. 1. *Profectus iude Abraham in terram Aethiopiæ, habitauit inter Cades, &c.* Prædicator, num. 5. ex Lipomano.

Verf. 2. *Dixitque de Sara vxore sua: soror mea est.* Mors, num. 23. ex Chryostomo.

Verf. 2. *Misitque Abimelech rex Gerar, & tulit eam.* Matrimonium, num. 22. ex Chryostomo. Mulier, num. 18. ex Lipomano & Glossa.

Verf. 3. *Ea morieris propter mulierem quam tulisti.* Adulterium, num. 5. ex Ambrosio.

Verf. 7. *Nunc ergo redde vxorem quia propheta est, & orabit pro te.* Ecclesia, num. 19. ex Lipomano,

mano, & Augustino. Futurum, num. 10. ex Glossa & Lipomano. Iusti, num. 28. ex iisdem & Ambrosio.

Verf. 11. *Respondit Abraham cogitavi meum dicens: forsitan non est timor Dei in loco isto.* Propheta, num. 6. ex Lipomano.

Verf. 12. *Alius autem, & vere soror mea est filia Patri mei, & non filia matris meae, & duxi eam in uxorem.* Matrimonium, num. 23. ex Hieronymo, Augustino, Caietano, Lipomano, & aliis.

Verf. 13. *Postquam autem eduxit me de domo Patri mei, &c. dices quod frater tuus sim.* Prædicator, num. 5. ex Chryostomo.

Verf. 14. *Tulit igitur Abimelech oues, & boues & seruos, &c. reddiditque illi Saram uxorem suam.* Ecclesia, num. 19. ex Glossa.

Verf. 17. *Orante autem Abram sanauit Deus Abimelech & uxorem ancillaque eius & pepererunt.* Ecclesia, num. 20. ex Ambrosio. Prædicator, num. 6. ex Ruperto.

EX CAPITE GENESIS XXI.

Verf. 5. *Cum centum esset annorum, hac quippe aetate Patri natus est Isaac.* Gaudium, num. 5. ex Ambrosio.

Verf. 6. *Risum fecit mihi Deus: quicumque audierit corvidebit mihi.* Verf. 7. *Quis audierunt crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit eam seni.* Filij, num. 10. ex Ambrosio. Fides, num. 15. ex Glossa, Eucherio, Rabano, Ruperto, & Lipomano.

Verf. 8. *Creuit igitur puer, & ab lactatus est, secuturque Abraham grande conuiuium, in die ab lactationis eius.* Diligentia, num. 9. ex Augustino & Ambrosio. Eucharistia, num. 15. ex Ruperto, Augustino, & Ambrosio.

Verf. 9. *Cumque vidisset Sara filium Agar Aegyptia ludentem cum Isaac filio suo.* Caritas, num. 4. ex Origene. Idololatria, num. 4. ex Hieronymo.

Verf. 10. *Eiuce ancillam hanc, & filium eius, non enim erit heres, &c.* Verf. 11. *Dyre accepit hoc Abraham.* & Verf. 12. *Non tibi videatur asperum, &c.* Diligentia, num. 10. Timor, num. 7. ex Origene. Adulterium, num. 6. ex Ambrosio.

Verf. 13. *Sed & filium ancille faciam in gentem magnam.* Amor Dei, num. 15. ex Ambrosio.

Verf. 15. *Cumque consumpta essent aquae in vtre abiecit puerum subter vnam arborum, &c.* Christus, num. 81. ex Origene. Crux, num. 4. ex Eucherio.

Verf. 17. *Exaudivit autem Deus vocem pueri.* Oratio, num. 15. ex Hieronymo, Caietano, & Lipomano.

Verf. 19. *Aperuitque oculos eius Deus, quae videns puteum aquae, &c.* Deus, num. 37. ex Chryostomo. Gratia, num. 5. ex eodem. Ignorantia, num. 3. ex Chryostomo, Lipomano, & Origene.

Verf. 27. *Tulit itaque Abraham oues & boues, & dedit Abimelech.* Reges, num. 4. ex Glossa.

Verf. 27. *Percusseruntque ambo sudus.* Verf. 28. *Et statuit Abram septem agnas, &c.* Baptismus, num. 9. ex Ruperto.

Verf. 33. *Abraham vero plantauit nemus in Bersabee & vocauit ibi nomen Domini Dei aeterni.* Templarum, num. 2. ex Caietano, & Lipomano. Zelus animarum, num. 6. ex Lipomano.

EX CAPITE GENESIS XXII.

Verf. 1. *Tentauit Deus Abram.* Amor hominis, num. 6. ex Chryostomo & Augustino. Tentatio, num. 17. ex Ruperto, Augustino, & Ambrosio, & num. 18. ex Augustino. Vita, num. 8. ex Lipomano.

Verf. 2. *Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres*

eum in holocaustum, &c. Diligentia, num. 10. Fides, num. 16. ex Augustino. Resurrectio Christi, num. 5. ex Lipomano. Tentatio, num. 19. ex Origene, Chryostomo, Ambrosio, & Gregorio, & num. 20. ex Origene & Ambrosio, & num. 21. ex Hieronymo, Ruperto, Lipomano, & Origene, & num. 22. ex Augustino, Chryostomo, & Lipomano. Voluntas, num. 1. ex Bernardo.

Verf. 3. *Igitur Abram de nocte confurgens stransit asinum suum, &c.* Deuotio, num. 2. ex Ambrosio, Augustino, Origene, & Ruperto. Diligentia, num. 10. Obedientia, num. 19. ex Origene, Augustino, Ruperto, & Lipomano. Silentium, num. 2. ex Lipomano & Chryostomo.

Verf. 4. *Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul.* Diligentia, num. 10. ex Ambrosio, Origene & Chryostomo. Obedientia, num. 19. ex iisdem. Passio Christi, num. 8. ex iisdem, Glossa & aliis. Prudentia, num. 4. ex Ambrosio & Chryostomo. Trinitas, num. 20. ex Ambrosio.

Verf. 5. *Dixitque ad pueros suos exspectate hic donec reuertamur ad vos.* Passio Christi, num. 8. ex Ambrosio, Origene, Chryostomo, & aliis. Mendacium, num. 8. ex Origene & Ambrosio.

Verf. 6. *Tulit quoque ligna holocausti, & impulsit super Isaac filium suum.* Crux, num. 5. ex Ambrosio, Augustino, Origene, Glossa & aliis. Passio Christi, num. 8. & num. 9. ex iisdem. Trinitas, num. 21. ex Ambrosio, Origene, & aliis.

Verf. 6. *Ipsè vero portabat in manibus ignem, & gladum.* Spiritus sanctus, num. 10. ex Lipomano. Vide etiam duos versus superiores.

Verf. 7. *Pater mi, &c. Ecce inquit ignis & ligna, ubi est victimam holocausti? Christus, num. 41. ex Glossa, Lipomano & Augustino. Tentatio, num. 23. ex Origene & Ambrosio. Passio Christi, num. 9. ex Ambrosio.*

Verf. 8. *Deus providebit sibi victimam holocausti fili mi.* Deuotio, num. 3. ex Chryostomo & Ambrosio. Passio Christi, num. 9. ex Ambrosio, Origene, Chryostomo, Lipomano, & Glossa.

Verf. 9. *Cumque colligisset filium suum posuit eum in altare super struem lignorum.* Deuotio, num. 4. ex Zenone, & Chryostomo. Obedientia, num. 20. ex Caietano, & Gregorio. Patientia, num. 2. ex Zenone & Gregorio. Crux, num. 5. ex Ambrosio, Augustino, Ruperto, & aliis. Filij, num. 11. ex Origene.

Verf. 11. *Abraham, Abraham, qui respondit adsum, &c.* Verf. 12. *Non extendas manum tuam supra puerum, &c.* Deuotio, num. 5. ex Ambrosio, Augustino, & Zenone.

Verf. 12. *Nunc cognoui quod timeas Deum, & non peperisti vnigenito filio tuo propter me.* Deus, num. 119. ex Augustino, Gregorio, Chryostomo, & Origene. Intentio, num. 4. ex Chryostomo.

Verf. 13. *Leuauit Abram oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, &c.* Crux, num. 6. ex Origene, Augustino & Eucherio. Amor Dei, num. 16. ex Zenone, Augustino & Lipomano. Passio Christi, num. 10. ex Alcuino, Zenone, & Lipomano, & num. 11. ex Origene, Glossa, Gregorio & Augustino, & num. 12. ex Ambrosio, Augustino, & Eucherio, & num. 13. ex Augustino, Eusebio, & Glossa.

Verf. 14. *Appellauitque nomen loci illius Dominus videri, unde usque hodie dicitur: in monte Dominus videbit.* Crux, num. 7. ex Ambrosio & Eucherio. Deus, num. 37. ex Hieronymo. Passio Christi, num. 13. Tribulatio, num. 16. ex Hieronymo & Lipomano.

Verf. 16. *Per memetipsum iransi dixit Dominus,*

Index copiosissimus

quia fecisti hanc rem, &c. Iuramentum, num. 1. ex Chrysofomo & Origene.

Verfu 17. *Multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli, &c.* Ecclesia, num. 21. ex Origene.

Verfu 17. *Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum.* Diabolus, num. 15. ex Origene. Mortificatio, num. 10. ex eodem.

Verfu 19. *Reversus est Abram ad pueros suos abiernuntque Bersabee simul.* Silentium, num. 2. ex Lipomano.

Verfu 23. *Oeto istos genuit Melcha, Nachor fratri Abra.* Scriptura sacra, num. 11. ex Glossa, & Augustino.

EX CAPITE GENESIS XXIII.

Verfu 2. *Venitque Abram ut plangeret & staret eam, scilicet Saram.* Lacrymae, num. 2. ex Glossa.

Verfu 3. *Cumque surrexisset ab officio funeris, &c.* Lacrymae, num. 2. ex Ambrosio, & Lipomano.

Verfu 4. *Aduena sum, & peregrinus apud vos, da rem mibi ius sepulchri, &c.* Avaritia, num. 3. ex Chrysofomo.

Verfu 16. *Quod cum audisset Abram appendit pecuniam, &c.* Nomen, num. 7. ex Hieronymo.

Verfu 19. *Atque ita sepeliuit Abram Saram, &c.* Praedicator, num. 7. ex Caetano & Gregorio. Vita, actiua & contemp. num. 2.

EX CAPITE GENESIS XXIV.

Verfu 3. *Pone manum tuam subter femur meum ut adhaerens te per Dominum Deum caeli & terra, non accipias uxorem filio meo de filiabus Chanaan, &c.* Castitas, num. 10. ex Ruperto. Circumcisio, num. 10. ex Glossa & Gregorio. Incarnatio, num. 13. ex iisdem. Iuramentum, num. 2. ex Chrysofomo, Caetano, Lipomano, Glossa, & Gregorio, & num. 3. ex Thoma. Matrimonium, num. 24. ex Ambrosio, & num. 25. ex Chrysofomo.

Verfu 5. *Si noluerit mulier venire mecum, &c.* Verfu 7. *Dominus Deus caeli, &c. Ipse mittet Angelum suum coram te, &c.* Incarnatio, num. 18. ex Ambrosio.

Verfu 8. *Sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento.* Praedicator, num. 8. ex Ruperto.

Verfu 10. *Ex omnibus bonis eius portans secum.* Praedicator, num. 9. ex Ruperto, & Gregorio.

Verfu 10. *Profectus perrexit in Mesopotamiam ad urbem Nachor.* Baptismus, num. 10. ex Ambrosio. Penitentia, num. 13. ex eodem.

Verfu 12. *Domine Deus Domini mei Abram occurre obsecro mibi hodie, & fac misericordiam, &c.* Praedicator, num. 10. ex Glossa, Lipomano, & Gregorio.

Verfu 14. *Igitur puella cui ego dixero inclina hydriam tuam ut bibam, & illa responderit bibe, &c.* Hospitalitas, num. 3. ex Chrysofomo. Iudicium temerarium, num. 3. ex eodem & Ruperto. Tentatio, num. 24. ex Ruperto, & Lipomano.

Verfu 15. *Eccc Rebecca egrediebatur, &c. habens hydriam in scapula sua.* Verfu 16. *Puella decora nimis virgoque pulcherrima, & incognita viro.* Oratio, num. 16. ex Origene. Virginitas, num. 4. ex eodem.

Verfu 17. *Pauullum aquae mibi ad bibendum prebe de hydria tua.* Maria, num. 7. ex Ambrosio. Praedicator, num. 11. ex Gregorio, & num. 12. ex eodem. Verbum Dei, num. 14. ex Augustino & Origene.

Verfu 18. *Quae respondit viuit Domino mi, celeriterque deposuit hydriam super vltimam suam & dedit ei pa- num, &c.* Avaritia, num. 19. ex Glossa. Ecclesia, num. 22. ex Ambrosio. Verbum Dei, num. 14. ex Origene.

Verfu 20. *Et haustam omnibus camelis dedit.* Caro, num. 13. ex Gregorio.

Verfu 22. *Protulit vir immaures aureas appendentes ficos duos, &c.* Mulier, num. 19. ex Ambrosio.

Verfu 29. *Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban qui festinus egressus est, ad hominem ubi erat fons. Societas, num. 10. ex Gregorio. Maria, num. 84.*

Verfu 33. *Non comedam donec loquar sermones meos.* Praedicator, num. 13. ex Gregorio, & Ruperto.

Verfu 51. *En Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere, &c.* Matrimonium, num. 25. ex Chrysofomo. Maria, num. 84.

Verfu 53. *Prolatisque vasis argenteis, & aureis, ac vestibus dedit ea Rebecca pro munere, fratribus quoque eius, & matri dona obtulit.* Ecclesia, num. 23. ex Gregorio, & Ambrosio. Maria, num. 84.

Verfu 58. *Vis ire cum homine isto? quae ait vadam.* Baptismus, num. 11. ex Augustino, & Glossa, & num. 12. ex eodem & Origene. Matrimonium, num. 26. ex Glossa, Lipomano, & Ambrosio.

Verfu 60. *Soror nostra es crescas in mille millia & possideas semen tuum, &c.* Prophetia, num. 7. ex Glossa, Chrysofomo, & Augustino.

Verfu 61. *Igitur Rebecca & puella illius ascensis camelis sequuntur virum.* Matrimonium, num. 27. ex Hieronymo & Chrysofomo.

Verfu 61. *Qui festinus reuertebatur ad Dominum suum.* Gratitude, num. 12. ex Gregorio. Praedicator, num. 14. ex eodem.

Verfu 62. *Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam qua ducit ad puteum, &c.* Scriptura sacra, num. 12. ex Gregorio. Oratio, num. 17. ex Cyrillo & Gregorio. Lectio, num. 1. ex Origene. Passio Christi, num. 14. ex Gregorio.

Verfu 63. *Et egressus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die.* Incarnatio, num. 53. ex Stephano. Oratio, num. 17. ex Hieronymo & Augustino. Passio Christi, num. 37. ex Gregorio. Scriptura sacra, num. 13. & Aylredo, & num. 14. ex Origene.

Verfu 64. *Rebecca quoque conspecto Isaac descendit de Camelo.* Confessio, num. 8. ex Gregorio. Ecclesia, num. 24. ex Ambrosio, & Gregorio. Praedicator, num. 15. ex Gregorio.

Verfu 66. *Seruus autem cuncta quae gesserat narrauit Isaac.* Praedicator, num. 16. ex Ruperto.

Verfu 67. *Accepit eam uxorem, & in tantum dilexit eam, ut dolorem qui ex morte matris eius acceperat, temperaret.* Ecclesia, num. 25. ex Augustino & Ruperto. Matrimonium, num. 27. ex Chrysofomo, Lipomano & Glossa.

EX CAPITE GENESIS XXV.

Verfu 1. *Abram vero aliam duxit uxorem nomine Ceturam.* Diligentia, num. 11. ex Origene. Exemplum, num. 7. ex eodem. Haereticus, num. 7. ex Glossa & Lipomano. Matrimonium, num. 28. ex Augustino & Glossa. Mortificatio, num. 10. ex Origene. Oratio, num. 18. ex Glossa, Augustino & Origene.

Verfu 5. *Deditque Abram cuncta quae possederat Isaac, &c.* Bona, num. 20. ex Augustino.

Verfu 6. *Et separauit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse viveret, ad plagam orientalem.* Societas, num. 11. ex Glossa.

Verfu 8. *Et deficiens mortuus est in senectute bona proneque aetatis, &c.* Mors, num. 25. ex Lipomano Ambrosio, Ruperto, Origene, & Caetano.

Verfu 11. *Et post obitum illius benedixit Deus Isaac filio eius.* Oratio, num. 17. ex Origene.

Verfu 20. *Qui cum quadraginta esset annorum duxit uxorem Rebecca, &c.* Matrimonium, num. 29. ex Lipomano.

Verfu

Locorum Scripturae.

Verfu 21. *Deprecatusque est Isaac Dominum pro uxore sua eo quod esset sterilis.* Maria, num. 8. ex Chrysofomo. Matrimonium, num. 29. ex eodem.

Oratio, num. 19. ex eodem, & Gregorio & Glossa.

Verfu 21. *Qui exaudivit eum, & dedit conceptum Rebecca.* Praedestinatio, num. 1. ex Gregorio, Glossa & Lipomano.

Verfu 22. *Sed colludabantur in utero eius parvuli.* Ecclesia, num. 26. ex Augustino.

Verfu 22. *Perrexitque ut consuleret Dominum.* Ecclesia, num. 12. ex Origene & Hieronymo. Oratio, num. 20. ex Origene, Chrysofomo, & Augustino, Theodoro, & Diodoro. Sacerdos, num. 1. ex Chrysofomo, Augustino, & alii.

Verfu 23. *Duae gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, &c. Et maior seruet minori.* Cor, num. 4. ex Origene. Iusti, num. 29. ex Augustino. Peccator, num. 39. ex eodem. Scriptura sacra, num. 15. ex Lipomano, & Augustino.

Verfu 26. *Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei parvuli.* Castitas, num. 11. ex Augustino & Lipomano. Iudicium temerarium, num. 4. ex iisdem. Virginitas, num. 5. ex Lipomano, magistro sententiarum.

Verfu 27. *Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis.* Oratio, num. 21. ex Gregorio. Prudentia, num. 5. ex Lipomano.

Verfu 33. *Iuravit ei Esau & vendidit primogenita.* Diuitia, num. 5. ex Chrysofomo. Gula, num. 6. ex Augustino, Gregorio, & Lipomano.

EX CAPITE GENESIS XXVI.

Verfu 2. *Ne descendis in Aegyptum sed quiesce in terra, quam dixero tibi.* Diligentia, num. 13. ex Glossa, & Lipomano. Vita actiua & contemplatiua, num. 3. ex Lipomano.

Verfu 11. *Qui teigerit hominis huius uxorem morte morietur.* Deus, num. 36. ex Chrysofomo. Reges, num. 5. ex Lipomano.

Verfu 12. *Seuit autem Isaac in terra illa & inuenit in ipso anno centuplam benedixitque ei Dominus.* Diligentia, num. 13. ex Hieronymo.

Verfu 15. *Ob hoc inuidens ei Palestini omnes pueros quos foderant serui patris illius, &c. Illo tempore obstruxerunt, &c.* Inuidia, num. 4. ex Chrysofomo, Lipomano, & Origene. Scriptura sacra, num. 16. ex Ruperto & Origene.

Verfu 16. *Recede a nobis quoniam potentior nobis factus es valde.* Inuidia, num. 4. ex Chrysofomo. Reges, num. 5. ex Lipomano.

Verfu 18. *Rursum fudit alios pueros quos, &c. Illo mortuo olim obstruxerunt Philistin, &c.* Christus, num. 81. ex Hieronymo. Ira, num. 5. ex Chrysofomo.

Verfu 19. *Foderuntque in torrente & repperunt aquam viam.* Euangelium, num. 2. ex Lipomano. Scriptura sacra, num. 17. ex Ambrosio. Verbum Dei, num. 15. ex eodem.

Verfu 20. *Sed & ibi iurgium fuit pastorum Gerarae aduersus pastores Isaac.* Manuetudo, num. 3. ex Chrysofomo.

Verfu 22. *Nomen putei ex eo quod acciderat vocauit calumniam, &c.* Verfu 21. *Appellamque cum inimicitias.* Verfu 22. *Pro quo non contenderunt, itaque vocauit nomen eius Latitudo dicens memo dilatabit nos Dominus, &c.* Bona, num. 21. ex Ambrosio. Cogitatio, num. 6. ex Origene, & Gregorio. Gratitude, num. 11. ex Chrysofomo. Trinitas, num. 22. ex Origene.

Verfu 24. *Igo sum Deus Abravae Patris tui, nolite timere quia ego tecum sum.* Amor Dei, num. 17.

ex Chrysofomo. Resurrectio, num. 8. ex Lipomano.

Verfu 28. *Sit iuramentum inter nos & mecum sedus.* Conscientia, num. 3. ex Chrysofomo.

Verfu 30. *Fecit ergo eis conuiuium, &c.* Amor inimicorum, num. 3. ex Chrysofomo.

Verfu 34. *Esau vero quadragenarius duxit uxores, &c.* Verfu 35. *Qua amba ossaderant animam Isaac & Rebecca.* Gula, num. 7. ex Ruperto.

EX CAPITE GENESIS XXVII.

Verfu 1. *Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat, vocauitque Esau filium suum maiorem.* Ecclesia, num. 27. ex Ruperto, Hieronymo, & Gregorio.

Verfu 2. *Vides quod senuerim, & ignorem diem mortis meae.* Mors, num. 26. ex Lipomano.

Verfu 8. *Nunc ergo fili acquiesce conuictis meis.* Filij, num. 13. ex Ambrosio.

Verfu 15. *Vestibus Esau valde bonis quas apud se habebat domi induit eum.* Sacerdos, num. 2. ex Hieronymo. Scriptura facta, num. 18. ex eodem, & Gregorio.

Verfu 16. *Pelliculasque hororum circumdedit, & colla munda proiecit.* Christus, num. 87. ex Brunone.

Verfu 19. *Ego sum primogenitus tuus Esau.* Intertio, num. 5. ex Chrysofomo, & num. 6. ex Cassiano, & Augustino. Mendacium, num. 11. ex Lipomano.

Verfu 22. *Fox quidem, vox Iacob est, sed manus manus sunt Esau.* Christus, num. 88. ex Bernardo.

Verfu 23. *Et non cognouit eum quia pilose manus similitudinem maioris expresserant.* Ignorantia, num. 4. ex Hieronymo. Prophetia, num. 8. ex eodem, & Gregorio.

Verfu 26. *Accede ad me, & da mibi osculum fili mi.* Vita actiua, & contemp. num. 4. ex Glossa, & Lipomano.

Verfu 27. *Statimque ut sensit vestimentorum, &c.* Penitentia, num. 13. ex Ruperto.

Verfu 28. *Eccc odor filij mei, sicut odor agri pleni.* Exempla, num. 8. ex Gregorio.

Verfu 28. *Det tibi Deus de rore caeli, & de pinguedine terrae abundantiam frumenti & vini.* Eucharistia, num. 154. ex Ruperto, & Augustino. Exempla, num. 8. ex Gregorio.

Verfu 29. *Seruiant tibi populi, & adorent te tribus, &c.* Christus, num. 28. ex Lipomano, Ruperto, & Origene.

Verfu 33. *Expauit Isaac stupore vehementi, & ultra quam credit potest admirans.* Oratio, num. 22. ex Augustino.

Verfu 34. *Auditis Esau sermonibus patris irruit clamore magno, & consternatus.* Inuidia, num. 5. ex Philone. Lacrymae, num. 3. ex Lipomano.

Verfu 35. *Veni germanus tuus fraudulenter, & accipit benedictionem tuam.* Hypocrita, num. 4. ex Lipomano.

Verfu 40. *Fratri tuo seruiet, Iusti, num. 30. ex Ambrosio.*

Verfu 41. *Venient dies lactus Patris mei, &c.* Ira, num. 6. ex Chrysofomo.

EX CAPITE GENESIS XXVIII.

Verfu 1. *Noli accipere coniugem de genere Chanaan.* Christus, num. 56. ex Augustino. Incarnatio, num. 14. ex eodem.

Verfu 11. *Tulit de lapidibus, qui iacebant, & supponens capiti suo dormiuit, &c.* Bona, num. 22. ex Gregorio. Oratio, num. 22. ex eodem. Paupertas, num. 6. ex Chrysofomo, Augustino, & Ruperto.

Verfu 12. *Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelos, Angelos quoque Dei ascendentes, & dolores dentes per eam, & Dominum imixtum scale.* Christus, num. 5. ex Augustino, & Ruperto, & num. 31. ex Augustino. Crux, num. 8. ex eodem. Zenone, Eustachio, Isidoro. Incarnatio, num. 15. ex Ambrosio, & Ruperto. Perseuerantia, num. 6. ex Zenone.

i 2 Scri

Index copiosissimus

Scriptura sacra, num. 19. Veritas, num. 2. ex Bernardo. Virtus, num. 14. ex eodem, & num. 13. ex Brunone.

Verfu 16. *Cumque euigilasset Jacob de somno ait, verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam.* Oratio, num. 22. ex Gregorio. Templum, num. 3. ex Augustino, Ruperto, Caietano, Bernardo, & num. 4. ex Ruperto.

Verfu 18. *Surgens ergo Jacob mane tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit, in titulum fundens oleum desuper.* Christus, num. 49. ex Ruperto, Cyrillo, Gregorio, Isidoro. Prædicator, num. 17. ex Ruperto. Resurrectio Christi, num. 6. ex Isidoro. Templum, num. 5. ex Cyrillo, Gregorio, Isidoro, & num. 6. ex Ruperto.

Verfu 20. *Ponit etiam votum dicens, si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, & dederit mihi panem ad vescendum, &c.* Paupertas, num. 6. ex Chrysofomo. Sacerdos, num. 3. ex Gregorio. Timor, num. 8. ex Lipomano.

Verfu 22. *Cunctorum que dederis mihi decimas offeram tibi.* Decimæ, num. 2. ex Caietano. Sacerdos, num. 2. ex eodem.

EX CAPITE GENESIS XXIX.

Verfu 1. & 2. *Profectus ergo Jacob venit in terram orientalem, & vidit puteum in agro, &c. & os eius grandi lapide clandebar.* Incarnatio, num. 16. ex Ruperto, Rabano, Eucherio, Lipomano. Scriptura sacra, num. 20. ex iisdem.

Verfu 3. *Morsque erat ut cunctis gregibus congregatis deuoluerent lapidem, & reseruis grecibus rursum super os putei ponerent.* Prædicator, numero 18. ex Lipomano.

Verfu 7. *Abhuc multum diei superest, nec est tempus ut reducantur ad canlas greges, date autè potum ouibus, &c.* Christus, num. 33. ex Ruperto. Prædicator, num. 19. ex eodem.

Verfu 9. *Eccc Rachel veniebat cum ouibus patris sui nam gregem ipsa pascebat.* Castitas, numero 12. ex Lipomano.

Verfu 20. *Servinit ergo Jacob pro Rachel septem annis, & videbantur illi pauci dies præ amarum magnitudine.* Amor, in communi, num. 3. ex Augustino, & Chrysofomo. Christus, num. 59. ex Ruperto, & Glossa. Amor hominis, num. 7. ex Chrysofomo. Ecclesia, num. 28. ex Ruperto, & Glossa.

Verfu 27. *Imple hebdomadam dierum huius copula, & hanc quoque dabo tibi, &c.* Vita actiua, & contemp. num. 5. ex Hieronymo.

Verfu 30. *Amorem sequentis prioris prætulit seruicium apud eam septem annis aliis.* Vita actiua, & contemp. num. 5. ex Augustino, & Ruperto, & num. 6. ex Gregorio.

Verfu 31. *Videns autem Dominus quòd deficeret Liam aperuit vuluam eius, sorore sterili permanente.* Vita actiua, & contemplatiua, num. 7. ex Ruperto.

Verfu 33. *Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus.* Timor, num. 9. ex Ricardo.

Verfu 35. *Modo confitebor Domino.* Laudes Dei, num. 1. ex Ricardo.

EX CAPITE GENESIS XXX.

Verfu 1. *Cernens autem Rachel quòd infecunda esset inuidit sorori suæ.* Prædicator, num. 20. ex Augustino. Vita actiua, num. 8. ex eodem. Zelotypia, num. 2. ex Theodoro, & Chrysofomo.

Verfu 1. *Da mihi liberos alioquin moriar.* versu 2. *criuratus respondit Jacob: num præ Deo ego sum, &c.* Spes, num. 9. ex Lipomano, & Chrysofomo. Zelotypia, num. 2. ex iisdem.

Verfu 4. *Deditque illi Balam in coniugium.* Castitas,

num. 13. ex Magistro sententiarum, & Cassiano. Matrimonium, num. 30. ex Augustino, & num. 31. ex Magistro sententiarum, & Cassiano.

Verfu 14. *Dixitque Rachel da mihi partem de mandragoris filij tui.* Fama, num. 1. ex Lipomano, & Augustino. Mulier, num. 21. ex Augustino. Vita actiua, num. 9. ex Augustino.

Verfu 16. *Ad me inquit Lia intrabis, quia mercede conduxisti te pro mandragoris filij mei.* Vita actiua, num. 9. ex Augustino.

Verfu 22. *Recordatus quoque dominus Rachelis exaudivit eam, & aperuit vuluam eius, &c.* Oratio, num. 23. ex Lipomano.

Verfu 27. *Experimento didici, quia benedixit mihi Deus propter te.* Eucharistia, num. 16. ex Ruperto. Incarnatio, num. 19. ex eodem.

Verfu 30. *Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es, benedixit tibi Dominus ad introitum meum.* Famuli, num. 3. ex Lipomano. Incarnatio, num. 19. ex Ruperto.

Verfu 30. *Iustum est ut aliquando provideam etiam domui meæ.* Ecclesia, num. 29. ex Ruperto.

Verfu 32. *Quodcumque furuum, & maculosum variumque fuerit, &c. erit merces mea.* Peccator, num. 40. ex Eucherio.

Verfu 33. *Respondebis que mihi cras inlicita mea.* Iudicium finale, num. 7. ex Hieronymo, Bernardo, & Ruperto. Iustitia, num. 5. ex Ruperto, & Lipomano.

Verfu 37. *Tollens ergo Jacob virgas populæ virides, &c. ex parte decorticauit eas, &c.* Exempla, num. 9. ex Gregorio. Filij, num. 14. ex Hieronymo, & Cyrillo. Amor inimicorum, num. 4. ex Eucherio. Sancti, num. 13. ex Chrysofomo. Scriptura sacra, num. 21. Trinitas, num. 23. ex Ambrosio.

Verfu 42. *Faciliusque sunt ea que erant serotina Laban, & que primi temporis Jacob.* Iustitia, num. 5. ex Lipomano.

Verfu 43. *Diuitisque est homo ultra modum, &c.* Diuitiæ, num. 6. ex Lipomano.

EX CAPITE GENESIS XXXI.

Verfu 1. *Tulit Jacob omnia, que fuerunt Patri nostri, & de illius facultate diuites factisque est in-clitus.* Inuidia, num. 6. ex Chrysofomo, & Lipomano. Pax, num. 3. ex Ambrosio. Tribulatio, num. 17. ex Ruperto.

Verfu 3. *Eròque tecum.* Deus, num. 31. ex Ambrosio, Caietano, & Lipomano.

Verfu 10. *Leuavi oculos meos, & vidi in somniis ascendentes mares, &c.* Sensus corporæ, num. 7. ex Lipomano.

Verfu 12. *Vidi omnia que fecit tibi Laban.* Patientia, num. ... ex Chrysofomo.

Verfu 19. *Rachel furata est idola patris sui.* Exempla, num. 10. ex Chrysofomo, & Gennadio. Idololatria, num. 5. ex iisdem, Theodoro, & Lipomano.

Verfu 24. *Viditque Laban in somniis dicentem sibi Deum: caue ne quidquam asperè loquaris contra Jacob.* Deus, num. 21. ex Chrysofomo. Peccator, num. 41. ex Ruperto, & Glossa.

Verfu 26. *Quare ita egisti, ut clam me abigeres filias meas? Deus, num. 31. ex Chrysofomo. Diabolus, num. 23. ex Glossa, & Lipomano.*

Verfu 27. *Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi? &c.* Diabolus, num. 23. ex Lipomano. Religio, num. 12. ex Ruperto.

Verfu 31. *Quod nescio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas, &c.* Manufactudo, num. 3. ex Chrysofomo, & Ruperto.

Verfu 32. *Quid autem facti me arguis, apud quem-cunque inuenieris Deos istos necetur coram fratribus nostris,*

Locorum Scripturæ.

Verfu 1. *Furtum, num. 1. ex Ruperto. Idololatria, num. 6. ex eodem.*

Verfu 32. *Hæc dicens ignorabat quòd Rachel furata esset idola.* Lingua, num. 3. ex Ruperto. Prophetia, num. 9. ex eodem.

Verfu 34. *Ille festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper.* Idololatria, num. 6. ex Chrysofomo, & Lipomano. Pœnitentia, num. 14. ex Gregorio.

Verfu 34. *Scrutanti que omne tentorium, &c. ne irascatur Dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo, &c.* Auaritia, num. 4. ex Gregorio, & Ruperto. Filij, num. 15. ex Ambrosio.

Verfu 36. *Tumensque Jacob cum iurgio ait: quam ob culpam meam se exarsisti post me.* Corredio, num. 2. ex Chrysofomo, & Ruperto.

Verfu 37. *Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuæ.* Gratia, num. 6. ex Ambrosio. Iustitia, num. 6. ex eodem. Liberum arbitrium, num. 3. ex eodem. Sacerdos, num. 4. ex Ruperto. Status, num. 6. ex Ambrosio.

Verfu 40. *Die noctisque estis virgebat, & gelu, fugiebaturque somnus ab oculis meis.* Prælati, num. 8. ex Chrysofomo, & num. 119. ex eodem.

Verfu 42. *Nisi Deus Patri mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi forsitan nudum me dimisisses.* Timor, num. 10. ex Lipomano.

Verfu 44. *Veni ergo, & incedimus fœdus, ut sit testimonium inter me, & te.* Mundus, num. 7. ex Brunone.

Verfu 45. *Tulit lapidem Jacob, &c.* Imago, num. 2. ex Augustino, Lipomano, & Ruperto.

Verfu 50. *Nullus sermonis nostri testis est, absque Deo qui presens respicit.* Eucharistia, num. 17. ex Ruperto.

Verfu 54. *Inmularisque victimis in monte vocauit fratres suos ut ederent panem, &c.* Eucharistia, num. 17. ex Ruperto. Christus, num. 49. ex eodem.

Verfu 55. *Laban verò de nocte consurgens osculatus est filios, & filias suas, &c. reuerisique est in locum suum.* Baptismus, num. 13. ex Rabano. Persecrantia, num. 7. ex eodem.

EX CAPITE GENESIS XXXII.

Verfu 1. *Eueruntque ei obuiam Angeli Dei.* Amor proximi, num. 11. ex Ambrosio. Mundus, num. 8. ex Brunone.

Verfu 2. *Quos cum vidisset ait: castra Dei sunt hæc.* Religio, num. 13. ex Odone Tusculano, & num. 74. ex eodem, & Brunone.

Verfu 7. *Tinnit Jacob valde & perterritus diuisit populum, &c.* Oratio, num. 24. ex Lipomano. Prælati, num. 8. ex Ruperto. Tribulatio, num. 18. ex Lipomano.

Verfu 8. *Si percusserit unam, &c. alia saluabitur.* Tentatio, num. 25. ex Augustino.

Verfu 9. *Dixitque Jacob, Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, &c.* Prædestinatio, num. 2. ex Glossa.

Verfu 10. *Minor sum cunctis miserationibus tuis.* Gratiitudo, num. 12. ex Lipomano. Humilitas, num. 17. ex Caietano, & Lipomano. Oratio, num. 24. ex iisdem.

Verfu 10. *In baculo meo transiui Jordanem istum, & nunc cum duabus turmis regressor.* Prælati, num. 9. ex Ruperto. Status, num. 7. ex eodem.

Verfu 21. *Præcesserunt itaque munera ante eum, ipse verò mansit, &c.* Pax, num. 4. ex Ambrosio.

Verfu 24. *Mansit solus, & ecce vir inlabatur cum eo usque mane.* Humilitas, num. 18. ex Theodoro, & Bernardo. Incarnatio, num. 20. ex Ruperto. Oratio, num. 25. ex Gregorio.

Verfu 25. *Qui cum videret quòd eum superare non*

posset ceiguit neruum femoris eius, & statim emarcuit. Angeli, num. 15. ex Theodoro, & Caietano. Incarnatio, num. 20. ex Ruperto. Amor in communi, numero 4. ex Gregorio. Amor hominis, num. 8. ex eodem.

Verfu 26. *Dixitque ad eum dimitte me, iam enim ascendi arrora.* Resurrectio Christi, numero 6. ex Augustino.

Verfu 29. *Cur quæris nomen meum? Deus, num. 8. ex Cyrillo, & Gregorio.*

EX CAPITE GENESIS XXXIII.

Verfu 2. *Et posuit viramque ancillam, &c.* Timor, num. 11. ex Glossa.

Verfu 3. *Et ipse progrediens adorabit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius.* Reges, num. 6. ex Caietano, & Lipomano. Superbia, num. 14. ex Gregorio.

Verfu 13. *Nosti Domine mi, quòd paruulos habeam tentos, &c.* Amor inimicorum, num. 5. ex Chrysofomo. Manufactudo, num. 4. ex eodem. Prælati, num. 9. ex Ruperto. Societas, num. 11. ex eodem.

Verfu 14. *Et ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse.* Mendacium, num. 9. ex Augustino, Glossa, & Lipomano.

Verfu 19. *Emittit, partem agri in qua fixerat tabernacula, &c.* Erectioque ibi altari innocuit super illud fortissimum Deum Israel. Diuitiæ, num. 7. ex Chrysofomo.

EX CAPITE GENESIS XXXIV.

Verfu 1. *Egressa est autem Dina filia Lia, ut videret mulieres regionis illius.* Iudicium temerarium, num. 5. ex Gregorio. Mulier, num. 22. ex Lipomano, & Bernardo. Religio, num. 14. ex Gregorio. Sensus, num. 8. ex Bernardo. Virginitas, num. 6. ex Lipomano.

Verfu 2. *Quam cum vidissent Sichem, &c. adamauit eam, & rapuit, &c. vi opprimens virginem.* Adolescentia, num. 4. ex Chrysofomo. Diabolus, num. 24. ex Ruperto. Sensus, num. 8. ex Chrysofomo.

Verfu 3. *Conglutinata est anima eius cum ea, tristemque delinuit bluduitis.* Pœnitentia, num. 15. ex Gregorio. Sensus, num. 8. ex Lipomano.

Verfu 5. *Quòd cum audisset Jacob absentibus filiis, &c. sluit donec venirent.* Patientia, num. 4. ex Lipomano.

Verfu 12. *Augeat dotem, & munera postulate, &c.* Matrimonium, num. 43. ex Ribera.

Verfu 13. *Responderunt filij Jacob Sichem, & patri eius in dolo salientes ob stuprum sororis.* Castitas, num. 14. ex Lipomano. Hypocrita, num. 5. ex Ruperto. Misericordia, num. 4. ex Lipomano.

Verfu 19. *Nec distulit adolescens, quia statim quòd petebatur impleverit.* Hypocrita, num. 5. ex Lipomano.

Verfu 23. *Substantia eorum, & pecora, & cuncta que possident nostra erunt, &c.* Hypocrita, num. 5. ex Glossa, & Lipomano.

Verfu 25. *Ecce die tertio quando granissimus vulnerrum dolor est, arreptis duo filij Jacob, &c.* Pœnitentia, num. 16. ex Stephano.

Verfu 27. *Irriuerunt super occisos ceteri filij Jacob depopulati sunt urbem, &c.* Prælati, num. 10. ex Rabano. Zelus animarum, num. 7. ex Gregorio.

Verfu 30. *Turbastis me & odiosam me fecistis Chanaanis.* Zelus animarum, num. 7. ex Gregorio.

EX CAPITE GENESIS XXXV.

Verfu 1. *Locutus est Deus ad Jacob, &c. fac altare Deo, &c.* Trinitas, num. 24. ex Hilario, Augustino, & Lipomano.

Verfu 3. *Ascendamus Bethel, & faciamus ibi altare Deo,*

Index copiosissimus

re Deo, &c. Christus, num. 49. ex Cyrillo.
 Versu 4. Dederunt ergo ei omnes Deos alienos, & in-
 aures, &c. Ecclesia, num. 30. ex Ambrosio, & Ruperto.
 Idololatria, num. 24. ex Brunone. Oratio, num. 26.
 ex Basilio.
 Versu 4. At ille infodit ea subter Terebinthum. Crux,
 num. 9. ex Ruperto. Avaritia, num. 4. ex Glossa.
 Versu 5. Terror Dei inuasit omnes per circumum ci-
 nitates, & non sunt ausi persequi recedentes. Fortitudo,
 n. 4. ex Chrysofomo. Iusti, num. 40. ex Lipomano.
 Versu 8. Eodem tempore mortua est Debora nutrix
 Rebecca, & sepulta est, &c. Patientia, num. 5. ex
 Stephano.

Versu 10. Non vocaberis ultra Iacob, sed Israel erit
 nomen tuum. Mortificatio, num. 11. ex Augustino,
 Glossa, & Lipomano. Nomen, num. 9. ex Ruperto.
 Vita actiua, num. 10. ex Augustino, Glossa, &
 Lipomano.

Versu 11. Cresce, & multiplicare, gentes, & populi na-
 tionum ex te erunt, &c. Mortificatio, num. 11. ex
 Rabano.

Versu 13. Et recessit ab eo. Tribulatio, num. 19.
 ex Ruperto.

Versu 18. Egrediente anima pre dolore, &c. vocavit
 nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei. Pater vero
 appellavit eum Benjamin, id est, filius dexterae. Patien-
 tia, num. 4. ex Lipomano. Paulus, num. 1. ex Isidoro,
 & Glossa.

Versu 22. Abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concu-
 bina patris sui, &c. Haeretici, num. 8. ex Chrysofomo,
 & Ruperto. Manufactudo, num. 8. ex Chry-
 sofomo.

Versu 23. Erant autem filij Iacob duodecim. Apo-
 stoli, num. 4. ex Lipomano.

CAPVT XXXVI.

EX CAPITE GENESIS XXXVII.

Versu 2. Ioseph cum sedecim esset annorum, pasce-
 bat gregem cum fratribus suis adhuc puer. Ado-
 lescentia, num. 5. ex Ruperto, Chrysofomo, & Li-
 pomano. Castitas, num. 15. ex Ambrosio. Exem-
 plum, num. 11. ex eodem, & num. 12. ex Gregorio.
 Christus, num. 34. ex Cyrillo.

Versu 2. Accusavitque fratres suos apud patrem cri-
 mine pessimo. Christus, num. 34. ex Ruperto. Corre-
 ctio, num. 2. ex eodem, Thoma, & Caietano. Inuidia,
 num. 7. ex Chrysofomo, & aliis.

Versu 3. Israel autem diligebat Ioseph super omnes
 filios suos, eo quod in senectute sua genuisset eum. Amor
 inimicorum, num. 6. ex Ambrosio. Christus, num.
 34. ex Ruperto, & Isidoro. Filij, num. 16. ex Am-
 brofio. Senectus, num. 1. ex Ruperto. Amor
 proximi, num. 12. ex Ambrosio, & Cassiano. Pru-
 dentia, num. 6. ex Ricardo.

Versu 3. Fecitque ei tunicam polychromam. Chri-
 stus, num. 34. ex Ruperto, & Glossa. Perseuerantia,
 num. 8. ex Hieronymo, Ambrosio, Ruperto, & Gre-
 gorio. Status, num. 9. ex Ruperto. Veltes, num. 4. ex
 Lipomano.

Versu 5. Videntes autem fratres eius quod a patre
 plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, &c. Charitas,
 num. 5. ex Gregorio. Inuidia, num. 8. ex eodem, &
 num. 9. & 10. ex eodem, & num. 11. ex Ruperto.
 Lingua, num. 4. ex eodem.

Versu 7. Et quasi confurgere manipulum meum, &
 stare, &c. Humilitas, num. 19. ex Lipomano.

Versu 8. Hac ergo causa somniorum atque sermonum
 inuidia, & odij fomitem ministravit. Inuidia, num. 11.
 ex Ruperto, & num. 12. ex Cassiano, & numero 13.
 ex eodem.

Versu 9. Aliud quoque vidit somnium, quod narrans

fratribus, &c. Excusatio, num. 8. ex Lipomano.

Versu 9. Vidi per somnium quasi solem, & lunam,
 & stellis undecim adorare me. Resurrectio Christi,
 num. 7. ex Ruperto, & Augustino.

Versu 10. Increpauit eum pater suus, &c. Filij, num.
 16. ex Chrysofomo, & Lipomano.

Versu 13. Fratres tui pascent oves in Sichimis, veni
 mutam te ad eos. Peccator, num. 43. ex Ambrosio,
 & Augustino.

Versu 17. Perrexit ergo Ioseph post fratres suos, &
 inuenit eos in Dothan. Peccatum, num. 33. ex Am-
 brofio, & Augustino.

Versu 19. Ecco somnator venit, venite & occi-
 damus eum, &c. Peccator, num. 44. ex Chrysofomo.

Versu 21. Audiens autem hoc Ruben mitebatur libe-
 rare eum de manibus eorum. Iudicium temerarium,
 num. 6. ex Lipomano.

Versu 24. Miseruntque eum in cisternam veterem
 qua non habebat aquam. Christus, num. 69. ex Pro-
 spero, Augustino, Ambrosio, & Cyrillo. Eucha-
 ristia, num. 18. ex Lipomano. Passio Christi, num.
 16. ex Prospero, Augustino, Isidoro, Ambrosio,
 & aliis.

Versu 25. Et sedentes ut comederent panem, viderunt
 Ismaelitas viatores, &c. Eucharistia, num. 18. ex Li-
 pomano. Prædicator, num. 21. ex Seueriano. Re-
 ligio, num. 15. ex Glossa, & Lipomano. Fides, num.
 17. ex Ambrosio.

Versu 27. Melius est vi venundetur Ismaelitis, & ma-
 nus nostra non polluantur, &c. vendiderunt eum Ismae-
 litis viginti argenteis, &c. Apostoli, num. 5. ex Seueria-
 no. Christus, num. 6. ex Ambrosio, & Seueriano.
 Passio Christi, num. 15. ex eodem, & num. 17. ex Am-
 brofio, Ruperto, & Augustino.

Versu 30. Puer non comparet, & ego quo ibo? Resur-
 rectio Christi, num. 8. ex Glossa.

Versu 31. Tulerunt autem tunicam eius, & in san-
 guine hodi quem occiderunt tinxerunt. Passio Christi,
 num. 18. ex Ruperto, Ambrosio, & Glossa. Timor,
 num. 12. ex Chrysofomo.

Versu 32. Vide virum tunicam filij tui sic, an non? Pas-
 sio Christi, num. 19. ex Glossa.

Versu 33. Feva pessima comedit eum, bestia deuorauit
 Ioseph. Passio Christi, num. 19. ex Ruperto, &
 Bernardo.

Versu 34. Scissisque vestibus indutus est cilicio lugens
 filium suum multo tempore. Passio Christi, num. 20. ex
 Ambrosio, Lipomano, & Seueriano.

Versu 35. Noluit consolationem accipere, sed ait: de-
 scendam ad filium meum. Inuidia, num. 14. ex Chry-
 sofomo. Passio Christi, num. 20. ex Ruperto, &
 Seueriano.

Versu 36. Madianita vendiderunt Ioseph in Egy-
 ptum Putiphari eunuchis Pharaonis. Christus, num. 60.
 ex Ambrosio. Peccator, num. 45. ex Ruperto, &
 num. 46. ex Ambrosio.

EX CAPITE GENESIS XXXVIII.

Versu 7. Fuit quoque Her primogenitus Iuda ne-
 quam in conspectu Domini, & ab eo occisus est.
 Diabolus, num. 25. ex Lipomano. Fornicatio, num.
 1. ex Lipomano, Caietano, & Cassiano. Matrimo-
 nium, num. 32. ex Lipomano.

Versu 9. Introiens ad uxorem fratris sui semen fun-
 debat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur.
 Avaritia, num. 5. ex Augustino. Penitentia, num.
 17. ex Ruperto.

Versu 14. Que deposita viduatis vestibus assumpsit
 Thersistrum, & mutato habitu, &c. Mulier, num. 23.
 ex Augustino, Ruperto, & Lipomano. Veltes, num.
 5. ex eodem.

Versu 18.

Locorum Scripturæ.

Versu 18. Ad unum igitur coitum mulier concepit.
 Confessio, num. 18. ex Stephano.
 Versu 23. Certe mendacij arguere nos non potest.
 Peccatum, num. 33. ex Lipomano.

EX CAPITE GENESIS XXXIX.

Versu 1. Emitque eum Putiphar Eunuchus Pha-
 raonis, &c. Famuli, num. 5. ex Theodoro.
 Prædicator, num. 21. ex Glossa, Rabano, & Lipomano.

Versu 2. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in
 cunctis prosperè agens. Christus, num. 69. ex Glossa,
 Rabano, Lipomano, & Gregorio.

Versu 4. Inuenit Ioseph gratiam coram Domi-
 no suo, &c. Gubernabat credens sibi domum. Deus,
 num. 17. ex Gregorio.

Versu 5. Benedixitque Dominus domui Egyptij
 propter Ioseph. Famuli, num. 3. ex Lipomano.

Versu 6. Nec quidquam aliud nouerat nisi panem
 quo vesceretur. Abstinencia, num. 7. ex Lipomano.
 Iusti, num. 31. ex Chrysofomo.

Versu 6. Erat autem Ioseph pulchra facie, & deco-
 rum aspectu. Sensus, num. 9. ex Ambrosio.

Versu 7. Iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, &c.
 Amor in communi, num. 5. ex Chrysofomo. Ca-
 stitas, num. 29. ex Hugone de Foilletto. Mulier,
 num. 24. ex Ambrosio, & Chrysofomo. Sensus,
 num. 9. ex Ambrosio.

Versu 8. & 9. Ecce Dominus meus omnibus mihi
 tradidit, ignorat quid habeat in domo sua, &c. Præter-
 ite, &c. Auaritia, num. 6. ex Bernardo. Gloria
 Dei, num. 13. ex eodem.

Versu 8. & 9. Qui nequaquam acquiescens nefario
 operi, &c. Quomodo ego possum hoc malum facere & pec-
 care in Deum meum. Adulterium, num. 7. ex Lipomano,
 & Chrysofomo. Deus, num. 30. ex Chryso-
 stomo. Gratitude, num. 12. ex Gregorio. Pecca-
 tor, num. 47. ex Ambrosio. Timor, num. 13.

Versu 10. Mulier molesta erat adolescenti, & illi re-
 cusabat suprum. Castitas, num. 16. ex Ruperto,
 Chrysofomo, & Ambrosio. Luxuria, num. 10. ex
 Ambrosio. Mulier, num. 24. ex eodem. Virtus,
 num. 15. ex Ruperto.

Versu 11. Accidit autem, ut quadam die intraret
 Ioseph domum ut operis quippiam absque arbitrio face-
 ret. Famuli, num. 4. ex Lipomano, & Ambrosio.

Versu 12. Qui relicto in manu eius pallio fugit &
 egressus est foras. Fornicatio, num. 2. ex Augustino,
 & Gregorio, & num. 3. ex Ambrosio. Iusti, num. 32.
 ex eodem. Peccator, num. 48. ex eodem. Resur-
 rectio Christi, num. 9. ex Eusebio.

Versu 13. Cum vidisset mulier vestem in manibus
 suis, & se esse contemptam, &c. Oratio, num. 27. ex
 Ambrosio. Peccator, num. 48. ex eodem.

Versu 14. En introduxit virum Hebraum ut illu-
 deret nobis ingressus ad me, &c. Mulier, num. 25. ex
 Chrysofomo, Ambrosio, & Lipomano. Silentium,
 num. 3. ex Ambrosio. Tribulatio, num. 21. ex Chry-
 sofomo.

Versu 20. Tradiditque Ioseph in carcerem, &c. Ca-
 stitas, num. 17. ex Ambrosio. Mulier, num. 25. ex
 eodem. Patientia, num. 6. ex Chrysofomo.

Versu 21. Fuit autem Dominus cum Ioseph, & mi-
 seris illius dedit ei gratiam in conspectu principis car-
 ceris. Tribulatio, num. 22. ex Ambrosio.

Versu 22. Qui tradidit in manus illius vniuersos
 vinclos. Christus, num. 69. ex Ambrosio, & Ruperto.

EX CAPITE GENESIS XL.

Versu 1. Accidit ut peccarent duo Eunuchi, pin-
 cerna Regis, & pistor Domino suo. Amicitia,
 num. 4. ex Lipomano, & Pio Pontifice. Prædesti-

natio, num. 3. ex Ruperto. Reges, num. 7. ex Lipomano
 & Ambrosio.

Versu 4. At custos carceris tradidit eos Ioseph.
 Iusti, num. 33. ex Chrysofomo.

Versu 7. Sciscitatus est eos dicens: cur tristis est ho-
 die solus facies vestra. Misericordia, num. 5. ex Chry-
 sofomo.

Versu 9. Narravit prior præpositus pincernarum
 somnium suum. Bonus, num. 24. ex Ambrosio.

Versu 12. Tres propagines tres adhuc dies sunt post
 quos recordabitur Pharaon, &c. Resurrectio Christi,
 num. 9. ex Isidoro.

Versu 16. Quod tria canistra farina haberem super
 caput meum, &c. Scriptura sacra, num. 22. ex Li-
 pomano.

Versu 18. Tria canistra vres adhuc dies sunt post
 quos auferet Pharaon caput tuum. Reges, num. 8. ex Am-
 brofio.

Versu 21. Resistitque alterum in locum suum, ut
 porrigeret ei poculum. Versu 22. Alterum suspendit in
 patibulo. Passio Christi, num. 21. ex Ruperto &
 Glossa.

Versu 23. Et tamen succedentibus prosperis, præposi-
 tus Pincernarum oblitus est interpretis sui. Misericor-
 dia, num. 5. ex Lipomano. Tribulatio, num. 23. ex
 Augustino.

EX CAPITE GENESIS XLI.

Versu 1. Post duos annos vidit Pharaon somnium,
 putabat se stare super fluum. Peccatum, num.
 34. ex Augustino. Reges, num. 9. ex Lipomano.
 Spes, num. 10. ex Augustino.

Versu 2. De quo ascendebant septem bona pulchra
 & crassa, &c. Antichristus, num. 3. ex Isidoro. Cha-
 ritas, num. 18. ex Richardo. Spiritus sanctus, num. 11.
 ex Isidoro.

Versu 8. Nec erat qui interpretaretur. Prophe-
 tia, num. 11. ex Gregorio.

Versu 9. Tunc demum reminiscens Pincernarum
 magister ait: confiteor peccatum meum, &c. Pœni-
 tentia, num. 18. ex Ambrosio.

Versu 14. Protinus ad regis imperium, eductum de
 carcere Ioseph toronderunt, &c. Patientia, num. 6. ex
 Chrysofomo. Resurrectio Christi, num. 10. ex
 Prospero, & Lipomano. Tribulatio, num. 24.

Versu 16. Absque me Deus respondebit prospera
 Pharaoni. Humilitas, num. 20. ex Chrysofomo, &
 Lipomano.

Versu 20. Que deuoratis & consumptis prioribus
 nullum saturitatis dedere vestigium. Peccatum, num. 35.
 ex Lipomano.

Versu 25. Que facturus est Deus abscondit Pharaoni.
 Peccator, num. 49. ex Ruperto.

Versu 26. Septem bonas pulchras, & septem spicae plo-
 ne septem vbertatis anni sunt. Luxuria, num. 11. ex
 Ambrosio. Scriptura sacra, num. 23. ex Glossa & Ru-
 perto. Tentatio, num. 26. ex Ambrosio.

Versu 31. Vbertatis magnitudinem perditura est
 inopie magnitudo. Diuitie, num. 8. ex Glossa &
 Chrysofomo.

Versu 40. Tu eris super domum meam & ad tui
 oris imperium, &c. Patientia, num. 6. ex Chrysofomo.

Versu 42. Tulitque anulum de manu sua, & dedit
 eum in manu eius. Christus, num. 15. ex Ambrosio
 & Lipomano. Humilitas, num. 20. ex Ruperto.

Versu 43. Clamante præcone ut omnes coram eo
 genu flecterent. Iudicium finale, num. 18. ex Ambro-
 sio, & Lipomano.

Versu 44. Absque tuo imperio non mouebit quis-
 quam manum vel pedem. Mortificatio, num. 55. ex
 Ricardo.

Index copiosissimus

Verfu 45. *Veritque nomen eius, & vocavit eum lingua Aegyptiaca saluatorem mundi.* Nomen, num. 10. ex Glossa.

Verfu 46. *Triginta autem annorum erat quando stetit in conspectu regis Pharaonis.* Prædicator, num. 22. ex Glossa, Lipomano, & Eucherio.

Verfu 47. *In manipulos redacta segetes congregatae sunt in horrea Aegypti.* Antichristus, num. 3. ex Isidoro.

Verfu 51. *Vocavitque nomen primogeniti Marassæ dicens: oblitisci me fecit Deus omnium laborum, &c.*

Verfu 52. *Nomen quoque secundi appellavit Ephraim, dicens crescere me fecit Deus, &c.* Pauperas, num. 7. ex Ruperto. Religio, num. 16. ex eodem.

Verfu 55. *Ite ad Ioseph, & quidquid vobis dixerit facite.* Nomen, num. 10. ex Glossa, & Ruperto. Verbum Dei, num. 17. ex Ambrosio.

Verfu 57. *Aperuit Ioseph universa horrea, & vendebat Aegyptiis.* Christus, num. 61. ex Ambrosio. Verbum Dei, num. 16. ex Glossa, Lipomano, Prospero, & Isidoro.

EX CAPITE GENESIS XLII.

Verfu 1. *Audiciens autem Iacob quod alimenta venderentur in Aegyptum, &c.* Adolescentia, num. 6. ex Glossa & Ambrosio. Eucharistia, num. 19. ex iisdem, & Prospero.

Verfu 4. *Beniamin domi retento, &c.* Paulus, num. 1. ex Chrysofomo, & Ambrosio.

Verfu 6. *Erat autem fames in terra Chanaan, & Ioseph erat princeps in terra Aegypti.* Verbum Dei, num. 18. ex Prospero.

Verfu 7. *Cumque adorassent eum sacerdotes, & agnosceret eos quasi ad alienos durus loquebatur.* Christus, num. 28. ex Ruperto, Lipomano & Prospero. Deus, num. 18. ex Ruperto.

Verfu 8. *Et tamen fratres ipse cognoscens non est cognitus ab eis.* Christus, num. 28. ex Prospero.

Verfu 9. *Exploratores estis, &c.* Correctio, num. 3. ex Ruperto.

Verfu 15. *Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc donec veniat frater vester minimus.* Turamentum, num. 4. ex Thoma. Paulus, num. 1. ex Ambrosio & Glossa.

Verfu 17. *Tradidit ergo illos custodia tribus diebus.* Peccator, num. 49. ex Lipomano.

Verfu 21. *Merito haec patimur quia peccavimus in fratrem nostrum, &c.* Conscientia, num. 4. ex Chrysofomo. Peccatum, num. 36. ex eodem.

Verfu 22. *Nunquid non dixi vobis nolite peccare in puerum.* Correctio, num. 3. ex Lipomano.

Verfu 23. *Nesciebant quod intelligeret Ioseph eo quod per interpretem loqueretur ad eos.* Murruratio, num. 5. ex Lipomano.

Verfu 25. *Iussit ministris ut implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, &c.* Amor inimicorum, num. 7. ex Ruperto, & Augustino. Christus, num. 61. ex Ambrosio, & Rabano.

Verfu 28. *Quidnam est hoc quod fecit nobis Deus?* Conscientia, num. 4. ex Chrysofomo.

Verfu 38. *Non descendet filius meus vobiscum.* Lingua, num. 4. ex Ruperto.

EX CAPITE GENESIS XLIII.

Verfu 8. *Mitte puerum mecum, &c.* Paulus, num. 3. ex Ambrosio.

Verfu 9. *Ero peccati reus in te omnitemporale.* Peccatum, num. 37. ex Strabo.

Verfu 11. *Deserte viro munera, modicum refusa, &c.* Paulus, num. 3. ex Ambrosio.

Verfu 15. *Tulerunt ergo viri munera, &c.* Tribulatio, num. 23. ex Augustino.

Verfu 16. *Quos cum ille vidisset, & Benjamin simul præcepit dispensatori, &c.* Paulus, num. 4. ex Ambrosio.

Verfu 18. *Propter pecuniam quam retulimus primum, &c.* Conscientia, num. 4. ex Ambrosio, & Lipomano.

Verfu 23. *Nam pecuniam quam dedisti mihi probatam ego habeo.* Mendacium, num. 10. ex Glossa, Augustino, & Lipomano. Verbum Dei, num. 19. ex Glossa, & Augustino.

Verfu 25. *Illi vero parabant munera donec ingrederetur Ioseph mercatorem.* Eucharistia, num. 20. ex Ambrosio.

Verfu 29. *Attollens autem Ioseph oculos vidit Beniamin fratrem suum uterinum, &c.* Adolescentia, num. 7. ex Ambrosio. Amor in communi, num. 6. ex eodem. Paulus, num. 5. ex Prospero.

Verfu 30. *Festinanterque quia commota fuerunt viscera eius super fratre suo, & erumpebant lacrymae, &c.* Lacryma, num. 4. ex Ambrosio.

Verfu 34. *Maiorque pars venit Benjamin ita ut quinque partibus excederet.* Paulus, num. 6. ex Ambrosio, Glossa, Prospero, & Lipomano.

Verfu 34. *Liberuntque & inebriati sunt cum eo.* Ebrietas, num. 6. ex Hieronymo, & Ambrosio.

EX CAPITE GENESIS XLIV.

Verfu 5. *Scyphus quem confurati estis, ipse est in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari solet.* Mendacium, num. 12. ex Caietano, & Augustino. Tribulatio, num. 26. ex Augustino.

Verfu 16. *Deus inveni iniquitatem servorum tuorum, &c.* Conscientia, num. 4. ex Chrysofomo.

EX CAPITE GENESIS XLV.

Verfu 1. *Non se poterat cohibere Ioseph multis coram astantibus.* Correctio, num. 4. ex Gregorio. Prælati, num. 11. ex eodem.

Verfu 1. *Vnde præcepit ut egrederentur cuncti foras.* Incarnatio, num. 21. ex Ambrosio.

Verfu 3. *Et dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph, adhuc Pater meus vivit.* Amor inimicorum, num. 8. ex Bernardo, & Ambrosio. Incarnatio, num. 21. ex Ambrosio.

Verfu 8. *Non vestro consilio sed Dei voluntate huc missi sumus, &c.* Deus, num. 16. ex Ruperto, Chrysofomo, & Lipomano.

Verfu 11. *En oculi vestri & oculi fratris mei Benjamin vident quod os meum loquatur ad vos.* Incarnatio, num. 21. ex Lipomano.

Verfu 14. *Cumque complexus esset Ioseph Benjamin fratris sui stetit, &c.* Paulus, num. 7. ex Ambrosio.

Verfu 15. *Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & ploravit, &c.* Amor inimicorum, num. 9. ex Augustino.

Verfu 16. *Gaudebat Phavao atque omnis familia eius.* Ecclesia, num. 31. ex Ambrosio, Ruperto, Rabano, & Glossa.

Verfu 17. *Dixitque ad Ioseph, ut imperaret fratribus suis dicens oservantes tumenta, &c.* Ecclesia, num. 31. ex Glossa.

Verfu 21. *Quibus dedit Ioseph plaustra, &c.* & ci-
baria in itinere. Verfu 22. *Singulis quoque proferre iussit binas stellas.* Prædicator, num. 23. ex Glossa & Ambrosio.

Verfu 22. *Benjamin vero dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis.* Paulus, num. 7. ex Ambrosio. Trinitas, num. 23. ex Glossa.

Verfu 24.

Locorum Scripturae.

Verfu 24. *Prosciscitentibus ait: ne irascimini in via.* Amor inimicorum, num. 10. ex Chrysofomo, & Ambrosio. Ira, num. 7. ex iisdem.

Verfu 26. *Ioseph filius tuus vivit, & ipse dominatur in omni terra Aegypti.* Mortificatio, num. 12. ex Origene. Peccatum, num. 38. ex eodem. Resurrectio Christi, num. 11. ex Glossa, & Ambrosio.

Verfu 26. *Iacob quasi è gravi somno emulans, &c.* Gaudium, num. 6. ex Chrysofomo.

Verfu 27. *Cumque vidisset plaustra, & vinivise qua miserat, resixit spiritus eius.* Resurrectio Christi, num. 11. ex Ambrosio & Isidoro.

EX CAPITE GENESIS XLVI.

Verfu 1. *Profectusque Israel cum omnibus que habebat venit ad puteum iuramenti, mactatisque ibi victimis Deo, &c.* Oratio, num. 28. ex Chrysofomo & Ambrosio.

Verfu 34. *Hac autem dicitis, ut habitare possitis in terra Gessen, quia detestantur Aegyptii omnes pastores ovium.* Tribulatio, num. 28. ex Eucherio.

EX CAPITE GENESIS XLVII.

Verfu 9. *Dies peregrinationis mee centum triginta annorum sunt, pauci & mali, &c.* Humilitas, num. 21. ex Ruperto. Mundus, num. 9. ex Chrysofomo, & Eucherio.

Verfu 19. *Eme nos in servitutem regiam, & probe semina, &c.* Iusti, num. 34. ex Origene.

Verfu 22. *Præter terram sacerdotum que à rege tradita fuerat eis.* Ecclesia, num. 61. ex Rabano. Sacerdos, num. 5. ex Glossa, & Lipomano, & num. 6. ex Origene, Rabano, & Theodoro, & num. 7. ex Chrysofomo.

Verfu 23. *Accipite semina, & serite agros, &c.* Prædicator, num. 14. ex Glossa & Gregorio.

Verfu 24. *Quoniam partem regi dabit, quatuor reliquas permittit vobis, &c.* Decima, num. 3. ex Origene. Sensus, num. 10. ex Glossa.

Verfu 27. *Andetisque est, & multiplicatus nimis.* Tribulatio, num. 29. ex Chrysofomo.

Verfu 30. *Pe non sepelietur me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis, &c.* Mors, num. 27. ex Glossa, & Lipomano, & Chrysofomo. Peccatum, num. 39. ex Augustino.

Verfu 31. *Adoravit Israel Deum conversus ad letali caput.* Oratio, num. 29. ex Hieronymo, Chrysofomo, & Augustino.

EX CAPITE GENESIS XLVIII.

Verfu 1. *Assumptis duobus filiis, Manasse & Ephraim ire perrexit.* Filij, num. 17. ex Ambrosio.

Verfu 2. *Diciturque est seni, Ecce filius tuus Ioseph venit ad te, qui confortatus sedit in lectulo.* Prophecia, num. 12. ex Ruperto.

Verfu 10. *Oculi Israel caligabant præ nimia senectute, & clare videre non poterat.* Sensus, num. 11. ex Chrysofomo, & Lipomano.

Verfu 10. *Applicatis ad se deosculatis, & circumplexus eos dixit, &c.* Christus, num. 67. ex Cyrillo.

Verfu 14. *Qui extendens manum dexteram posuit super caput Ephraim, &c.* Commutans manus. Crux, num. 10. ex Isidoro & Ruperto.

Verfu 15. *Benedixitque Iacob filiis Ioseph, & ait: Deus in cunctis conspectu ambulaverunt patres mei, &c.* Deus qui pascit me, &c. Christus, num. 12. ex Cyrillo, & Lipomano. Trinitas, num. 26. ex Lipomano.

Verfu 18. *Non ita convenit Pater, quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius, &c.* Prophecia, num. 13. ex Lipomano, & Gregorio.

Verfu 22. *Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio, & arcu meo.* Ecclesia, num. 32. ex Augustino, Eucherio, & Bernardo. Incarnatio, num. 22. ex Bernardo. Iustitia, num. 7. ex Hieronymo. Oratio, num. 29. ex Lipomano.

EX CAPITE GENESIS XLIX.

Verfu 1. *Congregamini ve annunciem qua ventura sunt vobis, &c.* Verfu 2. *Congregamini & audite filij Iacob, audite Israel Patrem vestrum.* Amor proximi, num. 13. ex Ruperto.

Verfu 3. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, &c.* Effusus sicut aquam non crescit, &c. Adolescentia, num. 8. ex Ruperto. Cogitatio, num. 23. ex Bernardo. Gloria vana, num. 2. ex Ruperto. Passio Christi, num. 22. ex Ambrosio, Hippolyto, Eucherio, & Isidoro. Timor, num. 14. ex Ricardo, & num. 15. ex eodem.

Verfu 5. & 6. *Simeon, & Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea, &c.* Passio Christi, num. 23. ex Ambrosio.

Verfu 6. *Quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua siffo derunt murum, &c.* Passio Christi, num. 24. ex Glossa, Origene, & Eucherio, & num. 63. ex Ambrosio, Glossa, & Origene, & num. 64. ex Isidoro, & Origene.

Verfu 7. *Dividam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel.* Passio Christi, num. 24. ex Origene.

Verfu 8. *Iuda te laudabunt fratres tui: manus tua in cervicibus inimicorum tuorum: adorabunt te filij Patris tui.* Christus, num. 29. ex Ambrosio, & Ruperto.

Verfu 9. *Catulus leonis Iuda: ad prædam filii mei ascendisti, requiescens accubisti ut leo, & quasi leona, quis suscitabit eum? Christus, num. 6. ex Ambrosio. Passio Christi, num. 25. ex Ambrosio, & Augustino. Resurrectio Christi, num. 12. ex Augustino, Gregorio, Eucherio, & Ruperto. Timor, num. 16. ex Ambrosio. Christus, num. 76. ex Ambrosio, & Cyrillo. Crux, num. 11. ex Augustino. Incarnatio, num. 23. ex Ambrosio.*

Verfu 10. *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, &c.* Incarnatio, num. 24. ex Ambrosio, & Ruperto.

Verfu 11. *Ligans ad vineam pullum suum, & ad vicem d filii mei asinum suum.* Verbum Dei, num. 20. ex Lipomano, & Diodoro.

Verfu 11. *Lanabit in vinea stolam suam, & in sanguine via pallium suum.* Eucharistia, num. 22. ex Ambrosio, & num. 23. ex Diodoro. Crux, num. 11. ex Ambrosio. Spiritus sanctus, num. 12. ex eodem.

Verfu 12. *Pulchriores oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.* Apostoli, num. 6. ex Ambrosio, & Eucherio. Prædicator, num. 25. ex Eucherio. Prophetia, num. 14. ex Ambrosio. Resurrectio Christi, num. 13. ex Theodoro. Verbum Dei, num. 21. ex Lipomano, Ruperto, Diodoro, Cyrillo, & Hippolyto.

Verfu 13. *Zabulon in littore maris habitabit, & in statione navium pertingens usque ad Sidonem.* Ecclesia, num. 33. ex Ambrosio. Societas Iesu, num. 51. Zelus animarum, num. 8. ex Ricardo.

Verfu 14. *Issachar asinus fortis accubans inter terminos, &c.* Apostoli, num. 7. ex Hippolyto. Crux, num. 11. ex Ambrosio. Beatitudo, num. 10. ex Gregorio.

Verfu 16. *Dan indicabit populum suum sicut & alia tribus in Israel.* Antichristus, num. 4. ex Ambrosio, & Gregorio. Cogitatio, num. 24. ex Ricardo.

Verfu 17. *Fiat Dan coluber in via cerastes in serpens*
no; dens

Index copiosissimus

mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro. Ambrosio, num. 3. ex Gregorio. Antichristus, num. 4. ex Ambrosio, & Gregorio. Gloria vana, num. 18. ex Vuerico. Superbia, num. 15. ex Ambrosio. Tentatio, num. 27. ex eodem.

Versu 18. *Saluare tuum expectabo Domine.* Incarnatio, num. 25. ex Lipomano. Nomen, num. 11. ex Gregorio, & Lipomano.

Versu 19. *Gad accinctus praliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum.* Abstinencia, num. 13. ex Ricardo. Antichristus, num. 5. ex Eucherio, Ilidoro, & Glossa.

Versu 20. *Aser pinguis panis eius, & prabebit delicias regibus.* Eucharistia, num. 21. ex Ambrosio, Eucherio, & Ruperto. Paupertas, num. 8. ex Ambrosio.

Versu 21. *Nepheali cervus emissus, & dans eloquia pulchritudinis.* Apostoli, num. 8. ex Eucherio. Verbum Dei, num. 22. ex Lipomano, Caietano, & Ruperto.

Versu 22. *Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu, &c.* Versu 23. *Inuideruntque illi habentes iacula, &c.* Christus, num. 68. Inuidia, num. 15. ex Hieronymo, & Ambrosio.

Versu 24. *Iude pastor egressus est lapis Israel.* Christus, num. 33. ex Ruperto.

Versu 25. *Deus Patris tui erit adiutor tuus, & Omnipotens benedicet tibi benedictionibus, &c.* Christus, num. 30. ex Ambrosio. Amor Dei, num. 22. ex Chrysofomo. Filij, num. 18. ex Theodoro. Maria, num. 9. ex Ambrosio.

Versu 26. *Donec veniret desiderium collium aeternorum.* Sancti, num. 14. ex Eucherio.

Versu 27. *Benjamin lupus rapax mane comedet pradam, & vespere dividet spolia.* Paulus, num. 8. ex Hieronymo, Ambrosio, & Lipomano. Sacrificia, num. 10. ex Hieronymo.

Versu 28. *Omnes hi in tribubus Israel duodecim.* Deus, num. 12. ex Ruperto.

Versu 28. *Hac loquutus est eis Pater suus, benedixitque singulis benedictionibus propriis.* Correctio, num. 5. ex Caietano. Filij, num. 18. ex eodem.

EX CAPITE GENESIS L.

& vltimo.

Versu 3. *Transferunt quadraginta dies. iste quippe mos erat caduuerum, &c.* Quadragesima, num. 2. ex Augustino.

Versu 3. *Fleuitque eum Aegyptus septuaginta diebus.* Lachryma, num. 5. ex Strabo, & Ruperto.

Versu 4. *Locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis, &c.* Loquimini in auribus Pharaonis, &c. Sancti, num. 15. ex Lipomano.

Versu 11. *Planctus magnus est isto Aegyptiis.* Mots, num. 28. ex Chrysofomo.

Versu 16. *Mandauerunt ei dicentes: Pater tuus praecepit nobis antequam moreretur, ut haec tibi verbis illius diceremus: obsecro ut obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, &c.* Amor inimicorum, num. 11. ex Chrysofomo, & Lipomano. Conscientia, num. 4. ex Chrysofomo.

Versu 17. *Nos quoque oramus ut seruis Dei Patris tui dimittas iniquitatem hanc.* Eucharistia, num. 20. ex Ambrosio.

Versu 17. *Quibus auditis stetit Ioseph, &c.* Amor inimicorum, num. 11. ex Ruperto.

Versu 19. *Nolite timere, numi Dei possumus resistere voluntati?* Deus, num. 16. ex Lipomano. Praelati, num. 12. ex Ruperto.

Versu 20. *Nos cogitastis de me malum, sed Deus perit illud in bonum.* Praelati, num. 12. ex Ruperto.

Versu 21. *Nolite timere, Ego pascam vos, & paruulos*

vestros, &c. Deus, num. 134. ex Lipomano. Eucharistia, num. 20. ex eodem.

Versu 25. *Mortuusque est Ioseph expletis centum decem annis.* Tribulatio, num. 29. ex Chrysofomo.

Versu 25. *Conditus aromantibus repositus est in loculo in Aegypto.* Virtus, num. 16. ex Rabano.

LIBER EXODI.

EX CAPITE EXODI I.

Versu 1. *Haec sunt nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in Aegyptum cum Iacob.* Apostoli, num. 9. ex Beda, Glossa, & aliis. Gratia, num. 7. ex Ruperto. Nomen, num. 12. ex Stephano.

Versu 5. *Erant igitur omnes anime eorum qui egressi sunt de femore Iacob septuaginta.* Filij, num. 32. ex Origene.

Versu 6. *Quo mortuo, & uniuersis fratribus eius omnique cognatione illa filij Israel creuerunt, &c.* Mortificatio, num. 13. ex Origene.

Versu 8. *Surrexit interea Rex nouus, super Aegyptum, qui ignorabat Ioseph.* Gratitudo, num. 13. ex Caietano, & Lipomano. Tentatio, num. 28. ex Origene.

Versu 9. *Ecce populus filiorum Israel multus, &c.* Versu 10. *Venite sapienter opprimamus eum.* Tentatio, num. 28. ex Origene. Tribulatio, num. 30. ex Lipomano, & Glossa. Inuidia, num. 16. ex Ruperto.

Versu 11. *Preposuit itaque eis magistrum operum, ut affligerent eos oneribus.* Apostoli, num. 10. ex Origene, & Augustino. Diabolus, num. 27. ex iisdem.

Versu 11. *Aedificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaoni, Pithon, & Ramesses.* Diabolus, num. 42. ex Origene. Diuitia, num. 9. ex eodem. Mendacium, num. 13. ex eodem.

Versu 12. *Quantiue opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant.* Tribulatio, num. 31. ex Cypriano.

Versu 13. *Oderantque filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis.* Iusti, num. 35. ex Augustino. Tentatio, num. 29. ex eodem.

Versu 14. *Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris, &c.* Cogitatio, num. 7. ex Bernardo. Diabolus, num. 28. ex Cyrillo, & Ruperto. Tribulatio, num. 79. ex Petro Damiano.

Versu 15. *Dixit autem rex Aegypti obstericibus Hebraeorum, quarum una vocabatur Sephora, altera Phua.* Scriptura sacra, num. 21. ex Origene.

Versu 16. *Si masculus fuerit interficite eum, si feminam seruate.* Tribulatio, num. 32. ex Origene.

Versu 17. *Timuerunt autem obsterices Deum, & non fecerunt iuxta praeceptum regis Aegypti, &c.* Mortificatio, num. 13. ex Origene.

Versu 19. *Non sunt Hebraeae sicut Aegyptiae mulieres, ipsa enim obstericanda habent scientiam, & priusquam, &c.* Diligentia, num. 15. ex Lipomano, & Ambrosio.

Versu 20. *Bene ergo fecit Deus obstericibus, & creauit populum, &c.* & quia timuerunt obsterices Deum adificauit eis domos. Bona, num. 16. ex Augustino. Beatitudo, num. 11. ex Hieronymo, Eusebio, & Ruperto. Mendacium, num. 14. ex Augustino, & num. 15. ex Gregorio, & Thoma.

Versu 22. *Quidquid masculini sexus natum fuerit, in stumem prouocet, quidquid foemini seruate.* Christus, num. 57. ex Cyrillo, & num. 70. ex eodem. Diabolus, num. 31. ex Origene, Hieronymo, & Glossa. Iusti, num. 35. ex Glossa, & Hieronymo. Mulier, num. 26. ex Hieronymo, & Augustino. Tentatio, num. 30. ex Origene, & Hieronymo.

EX CAR.

Locorum Scripturae.

EX CAPITE EXODI II.

Versu 7. *Egressus est post haec vir de domo Leni, & accepit uxorem, &c.* Christus, num. 7. ex Ruperto, & Glossa.

Versu 2. *Et videns eum elegantem abscondit tribus mensibus.* Deus, num. 38. ex Chrysofomo. Gloria vana, num. 3. ex Origene.

Versu 3. *Cumque iam eum calare non posset, sumpsit fiscoelam scarpeam, &c.* Lachryma, num. 6. ex Gregorio Nysseno.

Versu 5. *Ecce autem descendebat filia Pharaonis ut labaretur in flumine.* Baptismus, num. 14. ex Ilidoro, Augustino, Origene, & Prospero. Deus, num. 19. ex Lipomano, & Augustino. Ecclesia, num. 34. ex Augustino, Origene, & Prospero. Gratia, num. 8. ex Hugone.

Versu 12. *Percussum Aegyptium abscondit in sabulo.* Fortitudo, num. 5. ex Ambrosio. Zelus animarum, num. 9. ex Eusebio.

Versu 13. *Conspexit duos Hebraeos rixantes, dixitque ei qui faciebas iniuriam: quare percussit proximum tuum? Charitas, num. 6. ex Lipomano. Iusti, num. 36. ex eodem. Vocatio, num. 5.*

Versu 14. *Timuit Moyses, & ait: quomodo palam factum est verbum istud? Versu 15. qui fugiens, &c.* Ira, num. 8. ex Lipomano.

Versu 17. *Surrexitque Moyses & defensus puellis adhaeruit oues earum.* Charitas, num. 6. ex Lipomano. Christus, num. 58. ex Cyrillo. Ecclesia, num. 35. ex eodem. Praelati, num. 13. ex Stephano.

Versu 21. *Accipitque Sephoram filiam eius uxorem.* Ecclesia, num. 35. ex Augustino. Prudentia, num. 7. ex Gregorio Nysseno.

Versu 23. *Post multum vero temporis mortuus est rex Aegypti, & gemisciones filij Israel propter opera, &c.* Penitentia, num. 19. ex Glossa, & Ruperto.

EX CAPITE EXODI III.

Versu 1. *Cumque minasset gregem ad interiora deserti venit ad montem Dei Oreb.* Eucharistia, num. 24. ex Lipomano, & Philone. Mundus, 10. ex Gregorio. Oratio, num. 30. ex eodem, & Lipomano. Praelati, num. 13. ex Philone. Verbum Dei, num. 23.

Versu 2. *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Christus, num. 13. ex Augustino, & Ambrosio, & num. 19. ex Gregorio Nysseno. Deus, num. 6. ex Ruperto, Caietano, & Thoma, & num. 7. ex Ruperto. Ecclesia, num. 36. ex Ilidoro. Iudicium finale, num. 27. ex Gregorio Nazianzeno. Spiritus sanctus, num. 13. ex Augustino, & num. 21.

Versu 2. *Et videbat quod rubus arderet & non combureretur.* Incarnatio, num. 26. ex Cyrillo, & Ambrosio. Maria, num. 10. ex Theodoro, Bernardo, Chrysofomo, Eucherio, & Gregorio Nysseno, & num. 11. ex Ruperto. Passio Christi, num. 26. ex Gregorio. Peccator, num. 50. ex Augustino, & Gregorio. Resurrectio Christi, num. 14. ex Cyrillo, Chrysofomo, & Gregorio.

Versu 3. *Vadam, & video visionem hanc magnam, &c.* Bona, num. 27. ex Gregorio, & Ambrosio.

Versu 5. *Ne appropriet, inquit, huc: Solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas sancta est.* Christus, num. 56. ex Ilidoro, & Ambrosio. Ecclesia, num. 36. ex Ambrosio. Praedicator, num. 27. ex Glossa, Ambrosio, & Prospero.

Versu 6. *Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob.* Amor Dei, num. 14. ex Chrysofomo, & num. 17. ex eodem. Trinitas, num. 27. ex Basilio, & Scucero.

Versu 8. *Et sciens dolorem eius descendit ut liberarem eum de manibus Aegyptiorum.* Incarnatio, num. 27. ex Hesychio, Irenaeo, & Scucero.

Versu 8. *Et educam de terrilla, in terram bonam, & spatiosam, in terram qua fluit lacte, & melle.* Bona, num. 28. ex Gregorio, & Bernardo.

Versu 10. *Sed veni & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum filios Israel de Aegypto.* Praedicator, num. 28. ex Ruperto.

Versu 11. *Quis sum ego, ait, vadam ad Pharaonem, & educam, &c.* Humilitas, num. 22. ex Glossa, Ruperto, Bernardo, & Lipomano. Praedicator, num. 28. ex iisdem.

Versu 12. *Ego ero tecum, & hoc habebis signum quod miserim te, &c.* immolabis Deo super montem istum. Prophetia, num. 19. ex Lipomano. Sacerdos, num. 8. ex Glossa.

Versu 14. *Ego sum qui sum, ait, sic dices filiis Israel: qui est misit me ad vos.* Deus, num. 9. ex Hilario, Ambrosio, & Hieronymo, & num. 10. ex Augustino, Gregorio, Bernardo, & Thoma. Humilitas, num. 23. ex Gregorio, & Bernardo. Scriptura sacra, num. 1. ex Theodoro. Veritas, num. 1. ex Gregorio Nysseno.

Versu 15. *Deus Abraham, & Deus Isaac, &c.* hoc nomen mihi est aeternum, & hoc memoriale meum in generationem, & generationem. Amor Dei, num. 17. ex Augustino, Bernardo, & Ruperto. Deus, num. 71. ex iisdem. Humilitas, num. 24. ex Ruperto. Incarnatio, num. 28. ex iisdem. Iusti, num. 37. ex Bernardo, & Lipomano.

Versu 16. *Congrega seniores Israel & dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorum, &c.* Tribulatio, num. 33. ex Gregorio.

Versu 18. *Dominus Deus Hebraeorum, vocauit nos, ibimus viam trium dierum in solitudinem, ut immolamus Domino Deo nostro.* Mendacium, num. 16. ex Lipomano. Societas, num. 12. ex Ruperto. Trinitas, num. 28. ex Ambrosio, & Augustino. Vocatio, num. 6. ex Thoma.

Versu 19. *Sed ego scio quod non dimittet vos rex Aegypti, ut eam nisi per manum validam.* Tribulatio, num. 34. ex Glossa, & Lipomano.

Versu 22. *Sed postulat mulier a vicina sua, & ab hospite sua, vasa argentea & aurea, ac vestes, &c.* Praedicator, num. 29. ex Glossa, Ruperto, & Augustino.

Versu 22. *Et spoliabit Aegyptum.* Furtum, num. 2. ex Thoma, & Ruperto.

EX CAPITE EXODI IV.

Versu 3. *Proice eam in terram, proiecit & versa est in colubrum, ita ut fugeret Moyses.* Correctio, num. 27. ex Brunone. Crux, num. 12. ex Augustino. Incarnatio, num. 29. ex Ambrosio, Cyrillo, Ruperto, & Ilidoro. Iudicium finale, num. 19. ex Gregorio. Passio Christi, num. 27. ex Ruperto, Ilidoro, & Ambrosio, & num. 87. ex Remigio. Resurrectio Christi, num. 15. ex Ruperto, Ilidoro, & Ambrosio.

Versu 4. *Apprehende caudam eius, &c.* versaque est in virgam. Resurrectio, num. 10. ex Ilidoro.

Versu 6. *Mitte manum tuam in sinum tuum, &c.* & protulit leprosam instar niuis. Deus, num. 72. ex Cyrillo, & Theodoro. Humilitas, num. 25. ex Theodoro.

Versu 9. *Sume aquam fluminis, &c.* & vertetur in sanguinem. Incarnatio, num. 30. ex Cyrillo. Passio Christi, num. 28. ex eodem. Scriptura sacra, num. 26. ex Ruperto.

Versu 10. *Obsecro Domine non sum eloquens ab heri & nudius tertius, & ex quo loquens es ad seruum tuum impeditorem, &c.* Ambitio, num. 4. ex Gregorio, & Cyrillo. Humilitas, num. 26. ex Gregorio, Origene, & Basilio. Praedicator, num. 30. ex Gregorio. Sapientia,

Index copiosissimus

na, num. 10. ex Origene, Basilio, & Ruperto, & num. 11. ex Gregorio. Verbum Dei, nu. 24. ex Ruperto.

Verfu 12. *Perge igitur, & ego ero in ore tuo, docebique te quid loquaris.* Lingua, num. 5. ex Origene & Augustino.

Verfu 13. *Obsecro, inquit, Domine mitte quem miseris es.* Incarnatio, num. 31. ex Cyrillo, & Ruperto. Ambitio, num. 4. ex Cyrillo.

Verfu 14. *Aaron frater tuus Levites scio quod eloquens sit: Ecce ipse ingredietur in occursum tuum, videntique te letabitur corde.* Conscientia, num. 6. ex Lipomano. Gaudium, num. 6. ex eodem.

Verfu 15. *Ecce ego ero in ore tuo, & in ore illius.* Sensus, num. 12.

Verfu 18. *Vadam & revertar ad fratres meos in Aegyptum.* Gloria vana, num. 4. ex Ruperto. Silentium, num. 4. ex eodem.

Verfu 20. *Tulit ergo Moyses uxorem suam & filios suos, & portans virgam Dei in manu sua, &c.* Matrimonium, num. 33. ex Lipomano.

Verfu 21. *Ego indurabo cor eius, & non dimittet populum.* Deus, num. 92. ex Theodoro, & num. 93. ex Chrysostomo. Invidia, num. 16. ex Ruperto. Peccator, num. 51. ex Augustino, & num. 52. ex Thoma, & num. 53. ex Lipomano. Tribulatio, num. 35. & 26. ex Theodoro.

Verfu 22. *Filius meus primogenitus Israel.* Ecclesia, num. 37. ex Hieronymo. Iusti, num. 37. ex Bernardo.

Verfu 24. *Cumque esset in itinere in diversorio occurrit ei Dominus & volebat occidere eum.* Matrimonium, num. 34. ex Augustino, & aliis. Prælati, num. 14. ex Isidoro Pelusiotâ. Timor, n. 17. ex Theodoro.

Verfu 25. *Tulit illico Sopheram acutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui, &c.* Circuncisio, num. 11. ex Thoma, & Rabano.

Verfu 27. *Vade in occursum Moysi in desertum.* Prædicator, num. 31. ex Lipomano.

Verfu 27. *Qui perrexit obviam ei in montem Dei, &c.* Scriptura sacra, num. 27. ex Origene.

Verfu 30. *Loquutusque est Aaron omnia verba qua dixerat Dominus ad Moysen, & fecit signa coram populo.* Prædicator, num. 32. ex Prospero, Glossa, Lipomano, & Gregorio Nysseno.

EX CAPITE EXODI V.

Verfu 1. *Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto.* Mundus, num. 10. ex Origene.

Verfu 2. *Quis est Dominus, ut audiam vocem eius, & dimittam Israel.* Diabolus, num. 32. ex Cassiano. Superbia, num. 16. ex eodem.

Verfu 2. *Nescio Dominum, & Israel non dimittam.* Christus, num. 72. ex Cassiano. Humilitas, num. 27. ex eodem. Tribulatio, num. 37. ex Origene.

Verfu 3. *Deus Hebræorum vocavit nos, ut eamus viam rivum dierum in solitudinem & sacrificemus, &c.* Christus, num. 67. ex Origene, & Augustino. Cor, num. 13. ex Isidoro. Eucharistia, num. 25. ex Bernardo. Passio Christi, num. 29. ex Augustino. Religio, nu. 75. ex Origene, & Basilio. Resurrectio Christi, nu. 16. ex Augustino.

Verfu 4. *Quare Moyses & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis?* Prædicator, num. 33. ex Origene.

Verfu 5. *Multus est populus terra, videtis quod turba succreverit, quanto magis si dederimus eis requiem, &c.* Verbum Dei, num. 25. ex Bernardo.

Verfu 14. *Flagellati que sunt qui præerant operibus filiorum Israel ab exactoribus Pharaonis, &c.* Peccator, num. 54. ex Origene.

Verfu 17. *Vacatis otio, idcirco dicitis, eamus & sacrificemus, &c.* Bona, num. 29. ex Glossa, & Gregorio

Nysseno. Quadragesima, num. 11. ex Cassiano. Tentatio, num. 31. ex eodem.

Verfu 18. *Palæ non dabuntur vobis, &c.* Diabolus, num. 75. ex Cyrillo Alexandrino. Vocatio, num. 7. ex Lipomano.

Verfu 21. *Videat Dominus & inducet, quoniam fecerere fecisti odorem nostrum coram Pharaone, &c.* & præbuisisti ei gladium, &c. Fama, num. 2. ex Bernardo. Prædicator, num. 33. ex Glossa, & Lipomano.

Verfu 33. *Ex eo enim quod ingressus sum ad Pharaonem, &c. afflixit populum tuum, &c.* Tentatio, num. 32. ex Origene, & Gregorio.

EX CAPITE EXODI VI.

Verfu 3. *Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente.* Nomen, num. 21. ex Lipomano.

Verfu 3. *Et nomen meum Adonai, non indicavi eis,* Nomen, num. 21. ex Lipomano. Sapientia, num. 12. ex Glossa, Gregorio, & Rabano.

Verfu 5. *Ego audisi gemitum filiorum Israel, &c. & recordatus sum pacti mei.* Oratio, num. 31. ex Beda. Pœnitentia, num. 21. ex eodem.

Verfu 6. *Ego Dominus qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum, &c. & redimam, &c.* Christus, num. 78. ex Rabano, & Glossa.

Verfu 9. *Qui non acquisierunt ei propter angustiam spiritus, & opus durissimum.* Verbum Dei, num. 26. ex Glossa, & Lipomano.

Verfu 12. *Ecce filij Israel non audiunt me, quomodo audiet Pharaon?* Verbum Dei, num. 26. ex Glossa, & Lipomano.

Verfu 13. *Loquutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, & dedit mandatum ad filios Israel & ad Pharaonem, &c.* Verbum Dei, num. 26. ex Glossa, & Lipomano.

EX CAPITE EXODI VII.

Verfu 1. *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Angeli, num. 16. ex Thoma. Humilitas, num. 28. ex Ruperto.

Verfu 1. *Et Aaron frater tuus erit Propheeta tuus.* Humilitas, num. 28. ex Ruperto. Prophetia, num. 15. ex Glossa, & Lipomano.

Verfu 3. *Sed ego indurabo cor eius.* Verbum Dei, num. 27. ex Chrysostomo.

Verfu 12. *Proieceruntque singuli virgas suas qua verse sunt in Dracones.* Deus, num. 52. ex Augustino, & Glossa, & num. 53. ex Thoma. Diabolus, num. 33. ex Augustino, & Lipomano.

Verfu 12. *Sed denoravit virga Aaron virgas eorum.* Christus, num. 58. ex Prospero, & Hieronymo, & nu. 77. ex Ambrosio, Hieronymo, & Gregorio Nysseno. Antichristus, num. 11. ex Hieronymo.

Verfu 20. *Eleuus virgam percussit aquam fluminis, &c. que versa est in sanguinem.* Sapientia, num. 13. ex Strabo.

Verfu 24. *Foderunt autem omnes Aegyptij, per circuitum fluminis aquam, ut biberent.* Sapientia, num. 13. ex Rabano.

EX CAPITE EXODI VIII.

Verfu 6. *Et ascenderunt ranæ, & operuerunt terram Aegypti.* Hæretici, num. 13. & num. 49. ex Augustino. Iuramentum, num. 5. ex Origene, Ruperto, Glossa, & Prospero. Luxuria, num. 12. ex Gregorio Nysseno.

Verfu 7. *Fecerunt autem, & malefici per incantationes suas similiter, & eduxerunt ranas super terram Aegypti.* Antichristus, num. 6. ex Lipomano. Tentatio, num. 33. ex eodem.

Verfu 9.

Verfu 9. *Constitu mihi quando deprecer pro te, &c.* Qui respondit: Crux. Pœnitentia, num. 22. ex Ambrosio.

Verfu 12. *Egressique sunt Moyses & Aaron a Pharaone & clamavit Moyses ad Dominum pro sponsione ranarum, &c.* Amor inimicorum, num. 12. ex Ambrosio, & num. 13. ex Gregorio.

Verfu 16. *Extende virgam tuam, & percutit pulverem terræ, & sint scyrryphes in universa terra, &c.* Murmuratio, num. 21. ex Stephano.

Verfu 17. *Perussique pulverem terræ & facti sunt scyrryphes in hominibus, &c.* Diabolus, num. 33. ex Lipomano.

Verfu 18. *Feceruntque similiter malefici incantationibus suis, &c. & non potuerunt.* Diabolus, num. 33. ex Lipomano.

Verfu 19. *Dixeruntque malefici ad Pharaonem, dicitus Dei est hic.* Spiritus sanctus, num. 14. ex Lipomano, Ruperto, Augustino, Hieronymo, Eucherio, & Strabo. Trinitas, num. 29. ex Hieronymo, Strabo, Augustino, & Thoma.

Verfu 24. *Veni musca gravissima in domos Pharaonis, &c. Et corrupta est terra ab huiusmodi muscis.* Cogitatio, num. 8. ex Gregorio. Festa, num. 2. ex eodem. Fornicatio, num. 11. ex Brunone. Luxuria, num. 13. ex Isidoro, & Gregorio. Murmuratio, nu. 6. ex Lipomano, Ruperto, & Isidoro. Superbia, nu. 17. ex Lipomano, & Ruperto.

Verfu 26. *Abominaciones enim Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro.* Conscientia, num. 5. ex Gregorio. Mortificatio, num. 14. ex Bernardo. Peccator, num. 56. ex Ruperto, Augustino, Ambrosio, & Gregorio. Sapientia, num. 14. ex Gregorio. Virtus, num. 17. ex Ruperto.

Verfu 29. *Egressus a te orabo Dominum, & recedet musca a Pharaone, &c. Veruntamen noli ultra fallere, &c.* Confessio, num. 9. ex Lipomano.

EX CAPITE EXODI IX.

Verfu 4. *Faciet Dominus mirabile inter possessiones Israel, & possessiones Aegyptiorum ut nihil omnino pereat, &c.* Iusti, num. 38. ex Lipomano.

Verfu 10. *Fætaque sunt ulcera vesicarum turgentium in hominibus, &c.* Adulterium, num. 8. ex Prospero.

Verfu 16. *Idcirco autem posui te ut ostendam in te fortitudinem meam, &c.* Deus, num. 16. ex Thoma. Peccatum, num. 40.

Verfu 20. *Qui timuit Verbum Domini de servis Pharaonis fecit confugere servos suos, &c. Qui autem neglexerit, &c.* Timor, num. 18. ex Lipomano. Verbum Dei, num. 28.

Verfu 25. *Piuit ergo Dominus grandinem super terram Aegypti, &c.* Tribulatio, num. 41. ex Stephano.

Verfu 25. *Et percussit grandis in omni terra Aegypti euntes, que fuerunt in agris, &c.* Furtum, num. 4. ex Glossa, Augustino, & Ruperto. Luxuria, num. 14. ex Ruperto. Verbum Dei, num. 28.

Verfu 30. *Novi autem quod & tu & servi tui necdum timeatis Dominum Deum.* Timor, num. 19. ex Augustino.

Verfu 35. *Anxit peccatum, & ingravatum est cor eius, & servorum illius, & induratum nimis, nec dimisit filios Israel.* Cor, num. 5. ex Bernardo.

EX CAPITE EXODI X.

Verfu 3. *Uque quo non vis subici mihi?* Correctio, num. 6. ex Gregorio. Prædicator, num. 34. ex eodem.

Verfu 9. *Cum parvulis nostris, & senioribus perge-*

ma, &c. Est enim solemnitas Domini Dei nostri. Festa, num. 5. ex Lipomano.

Verfu 15. *Ventus evens levavit locustas, &c.* Adulatio, num. 1. ex Gregorio. Hæretici, num. 9. ex Ruperto. Murmuratio, num. 7. ex Glossa. Superbia, num. 17. ex Ruperto.

Verfu 16. *Peccati in Dominum Deum vestrum & in vos, sed nunc dicitur peccatum mihi, &c.* Confessio, num. 10. ex Caietano, Ruperto, & Lipomano.

Verfu 19. *Qui stare fecit ventum ab occidente vebemiosissimum, & arreptam locustam proiecit in mare rubrum.* Adulatio, num. 7. ex Stephano.

Verfu 22. *Et facte sunt tenebræ horribiles in universa terra Aegypti, &c.* Adulterium, num. 9. ex Glossa, Prospero, & Ruperto.

Verfu 23. *Vbiomque autem habitabant filij Israel lux erat.* Iusti, num. 29. ex Bernardo. Liberum arbitrium, num. 4. ex Gregorio Nysseno.

Verfu 26. *Cuncti greges perierunt nobiscum, &c. præsertim cum ignoremus, &c.* Societas, num. 12. ex Theodoro.

Verfu 28. *Recede a me & cane ne ultra videas faciem meam: quocumque die apparueris mihi morieris.* Iusti, num. 40. ex Lipomano.

EX CAPITE EXODI XI.

Verfu 1. *Adhuc una plaga tangam Pharaonem, & Aegyptum.* Deus, num. 73. ex Lipomano.

Verfu 2. *Dices ergo omni plebi, ut postulet vir ab amico suo, & mulier a vicina sua vasa argentea & aurea.* Furtum, num. 3. ex Augustino, Basilio, & Theodoro. Virtus, num. 18. ex Gregorio.

Verfu 3. *Dabit autem Dominus gratiam populo suo coram Aegyptiis.* Cor, num. 5. ex Lipomano.

Verfu 9. *Et exiit a Pharaone iratus nimis.* Ira, num. 9. ex Glossa, & Hieronymo.

EX CAPITE EXODI XII.

Verfu 2. *Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni.* Christus, num. 11. ex Cyrillo. Baptismus, num. 15. ex Ambrosio. Religio, num. 18. ex eodem.

Verfu 3. *Decima die mensis huius tollat unusquisque agnum per familias, & domos suas.* Christus, nu. 36. ex Hieronymo, & num. 37. ex Ruperto. Eucharistia, num. 26. ex Hieronymo.

Verfu 4. *Sin autem minor est numerus ut sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, &c.* Eleemolyna, num. 5. ex Theodoro. Eucharistia, num. 27. ex Ruperto.

Verfu 5. *Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus.* Christus, num. 38. ex Hieronymo & Zenone.

Verfu 5. *Iuxta quem ritum tollitis, & hædum.* Christus, num. 38. ex Lipomano, Theodoro, Gregorio Nazianzeno, Ruperto, & Ambrosio.

Verfu 6. *Immolabitque cum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam.* Eucharistia, num. 28. ex Ruperto.

Verfu 7. *Et sument de sanguine eius, ac ponent super utrumque postem, & in superliminaribus domorum.* Anima, num. 7. ex Gregorio Nysseno. Baptismus, num. 16. ex Ruperto. Eucharistia, num. 29. ex Theodoro, Chrysostomo, & Gregorio, & num. 31. ex Ruperto, & num. 33. ex Leone Papa. Intentio, num. 7. ex Gregorio. Mortificatio, num. 63. ex Procopio. Crux, num. 13. ex Isidoro & Gregorio.

Verfu 8. *Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactuicis agrestibus.* Eucharistia, num. 30. ex Gregorio, & Ruperto, & num. 155. ex Ruperto.

Verfu 9.

Verfu 9. *Non comedetis ex eo crudum quid nec colatum aqua sed tantum assum igni.* Christus, num. 8. ex Gregorio. Incarnatio, num. 32. ex eodem.

Verfu 9. *Caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitur.* Christus, num. 9. ex Gregorio & Ruperto. Verbum Dei, num. 29.

Verfu 10. *Nec remanebit quidquam ex eo usque mane: si quid residuum fuerit igne comburetur.* Christus, num. 9. ex Gregorio. Humilitas, num. 29. ex eodem. Scriptura sacra, num. 28. ex eodem.

Verfu 11. *Renes vestros accingetis.* Castitas, num. 18. ex Gregorio, & Leone Papa. Resurrectio Christi, num. 17. ex Gregorio.

Verfu 11. *Et calciamenta habebitis in pedibus.* Eucharistia, num. 185. ex Chryostomo. Prædicator, num. 35. ex Hieronymo, & Lipomano. Sancti, num. 16. ex Gregorio.

Verfu 11. *Tenentes baculos in manibus.* Prælati, num. 15. ex Gregorio.

Verfu 11. *Et comedetis festinanter.* Diligentia, num. 16. ex Gregorio.

Verfu 11. *Est enim Phasæ (id est) transitus Domini.* Religio, num. 18. ex Gregorio Nazianzeno, & Hieronymo.

Verfu 12. *In cunctis diis Egypti faciam iudicia ego Dominus.* Religio, num. 18. ex Hieronymo.

Verfu 13. *Videbo sanguinem, & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens, &c.* Eucharistia, num. 31. ex Rabano, & Theodoro. Iudicium finale, num. 20. ex Cypriano. Passio Christi, num. 30. ex Rabano, Lipomano, & Cypriano.

Verfu 15. *Septem diebus azyma comedetis, in die primo non erit fermentum, &c.* Superbia, num. 18. ex Ruperto. Baptismus, num. 17. ex eodem. Vita, num. 9. ex Rabano.

Verfu 16. *Dies prima erit sancta, atque solemnitas, & die septima eadem festiuitate venerabitis, &c.* Christus, num. 25. ex Ruperto. Vita, num. 9. ex Rabano.

Verfu 22. *Nullus vestrum egredietur ostium domus sue usque mane.* Ecclesia, num. 38. ex Ruperto. Persecutio, num. 9. ex Glossa.

Verfu 23. *Transibit enim Dominus percussiens Egyptios, &c.* Angeli, num. 17. ex Lipomano, Strabo, & Hieronymo.

Verfu 29. *Factum est autem in noctis medio percussit Dominus omne primogenitum, &c. à primogenito Pharaonis, &c.* Ambitio, num. 5. ex Prospero. Cogitatio, num. 9. ex Gregorio Nysseno. Diligentia, num. 17. ex Ruperto. Iudicium finale, num. 21. ex eodem. Resurrectio Christi, num. 18. ex eodem.

Verfu 31. *Ite & immolate Domino sicut dicitis, &c.*

Verfu 32. *Et abeuntes benedicite mihi.* Diabolus, num. 35. ex Glossa, & Ruperto.

Verfu 34. *Tulit igitur populus conspersam farinam, antequam fermentaretur.* Religio, num. 18. ex Isidoro.

Verfu 35. *Et petierunt ab Egyptiis vasa argentea, & aurea vestemque plurimam, &c.* Verbum Dei, num. 30. ex Ambrosio.

Verfu 36. *Et spoliauerunt Egyptios.* Scriptura sacra, num. 29. ex Ambrosio.

Verfu 37. *Profectique sunt filij Israel de Ramesse in Sochoth.* Paupertas, num. 9. ex Origene. Religio, num. 19. ex eodem & Hieronymo.

Verfu 39. *Nec enim poterant fermentari cogentibus exire Egyptiis.* Mundus, num. 11. ex Glossa.

Verfu 43. *Omnis alienigena non comedet ex eo, &c.* Eucharistia, num. 32. ex Rabano, Ruperto, & Glossa.

Verfu 46. *Nec os illius confringetis.* Christus, num. 9. ex Rabano. Eucharistia, num. 151. ex Ruperto. Intentio, num. 8. ex Bernardo.

Verfu 48. *Si quis autem circumcisus non fuerit non vescetur ex eo.* Baptismus, num. 16. ex Seuero. Eucharistia, num. 32. ex Rabano.

Verfu 49. *Eadem lex erit indigena, & colono.* Deus, num. 124. ex Rabano, & Ruperto.

EX CAPITE EXODI XIII.

Verfu 2. *Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperis vuluam in filiis Israel, &c.* Christus, num. 42. ex Ambrosio & Thoma. Caro, num. 22. ex Ambrosio. Virtus, num. 19. ex eodem.

Verfu 3. *Mementote diei huius in qua egressi estis, &c. Vi non comedatis fermentatum panem.* Eucharistia, num. 34. ex Glossa, & Chryostomo.

Verfu 5. *Vi daret tibi terram fluciem lacte & melle.* Sapientia, num. 9. ex Lipomano.

Verfu 9. *Et erit quasi signum in manu tua & quasi monumentum ante oculos tuos.* Fides, num. 18. ex Augustino.

Verfu 9. *In manu enim forti eduxit te Dominus de Egypto.* Incarnatio, num. 54. ex Stephano.

Verfu 12. *Quidquid habueris masculini sexus consecrabis Domino.* Deus, num. 15. ex Glossa.

Verfu 13. *Primogenitum asini mutabis oue, quod si non redemeris interficiet.* Bona, num. 30. ex Ambrosio. Castitas, num. 19. ex Gregorio. Confessio, num. 11. ex eodem, & Glossa. Elecmofyna, num. 6. ex Ruperto.

Verfu 13. *Omne autem primogenitum hominis, de filiis tuis pretio redimes.* Fides, num. 27. ex Brunone. Religio, num. 20. ex Gregorio.

Verfu 17. *Igitur cum emisisset Pharao populum non eos duxit Deus per viam terra Philistinum, qua vicina est, reputans ne forte poeniteret, &c.* Consilia, num. 3. ex Augustino. Mundus, num. 12. ex Brunone, & Stephano. Status, num. 10. ex Ruperto, & Lipomano, & num. 11. ex Gregorio. Tentatio, num. 34.

Verfu 18. *Armati ascenderunt filij Israel de terra Egypti.* Religio, num. 21. ex Lipomano, & Ruperto.

Verfu 19. *Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum.* Sancti, num. 16. ex Glossa, & Lipomano.

Verfu 21. *Dominus autem procedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis & per noctem in columna ignis, &c.* Christus, num. 43. ex Ambrosio. Incarnatio, num. 33. ex Ruperto. Iudicium finale, num. 22. ex Gregorio, Isidoro, & Zenone. Maria, num. 12. ex Ambrosio. Religio, num. 21. ex Prospero. Tribulatio, num. 38. ex Maximo & Glossa.

Verfu 22. *Nunquam defuit columna nobis per diem, nec columna ignis per noctem.* Scriptura sacra, num. 45. ex Glossa.

EX CAPITE EXODI XIV.

Verfu 3. *Diciturque est Pharao super filiis Israel: coartati sunt in terra, conclusit eos desertum.* Tribulatio, num. 39. ex Glossa, & Origene.

Verfu 6. *Iunxit ergo currum & omnem populum suum assumpsit secum, &c.* Tentatio, num. 35. ex Bernardo.

Verfu 8. *At illi egresserant in manu excessa.* Iusti, num. 41. ex Glossa, Lipomano, & Rabano.

Verfu 10. *Cumque appropinquasset Pharao, leuantes filij Israel oculos viderunt Egyptios post se & timuerunt valde.* Poenitentia, num. 23. ex Rabano. Deus, num. 39. ex Augustino.

Verfu 11. *Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt ad Moysen: forsitan non erant sepulchra in Egypto, &c.* Tentatio, num. 36. ex Caietano, Beda, & Augustino. & num. 37. ex Seuero.

Verfu 12. *Adulto enim melius erat seruire eis quam*

quam mori in solitudine. Religio, num. 22. ex Origene.

Verfu 13. *State, & videte magnalia Domini, qua facturus est hodie.* Persecutio, num. 10. ex Cypriano.

Verfu 15. *Dixitque Dominus ad Moysen: quid clamas ad me? Oratio, num. 32, 33, 34. ex Origene, & Ambrosio, Gregorio, Augustino, Gregorio Nysseno, & Seuero, & num. 35, & 36. ex Gregorio, & Chryostomo, & num. 37. ex Bernardo.*

Verfu 16. *Tu autem elena virgam tuam, & extend de manum tuam super mare, & diuide illud, &c.* Crux, num. 14. ex Augustino.

Verfu 19. *Tollenque se Angelus Dei, qui procedebat castra Israel, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis priora amittens post tergum stetit, &c.* Prælati, num. 16. ex Strabo.

Verfu 21. *Flante vento vehementi & vrente tota nocte, & vrent in siccam.* Baptismus, num. 19. ex Origene, Rabano, Ambrosio, & Ruperto.

Verfu 22. *Ingressi sunt filij Israel per medium siccis maris.* Baptismus, num. 20. ex Origene, & Ruperto, & num. 35. ex Basilio, & num. 36. ex Cyrillo Alexan.

Verfu 22. *Erat enim aqua quasi murus a dextera eorum, & laua.* Euangelium, num. 12. ex Bernardo. Pax, num. 21. ex Gregorio.

Verfu 23. *Persequentes quoque Egypti ingressi sunt post baptisum, num. 21. ex Origene, & Isidoro, & num. 37. ex Basilio. Tribulatio, num. 40. ex Origene.*

Verfu 24. *Iamque aduenerat vigilia matutina & ecce respiciens Dominus super castra Egyptiorum, &c. interfecit exercitum eorum, &c.* Resurrectio Christi, num. 19. ex Ruperto, & Rabano.

Verfu 28. *Reuerſaque sunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, &c. Nec vnus quidem superſuit ex eis.* Baptismus, num. 18. ex Augustino, Ruperto, & Prospero. Deus, num. 107. ex Hieronymo, & Lipomano. Tentatio, num. 38. ex Bernardo.

Verfu 31. *Et crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.* Fides, num. 19. ex Hieronymo, & Gregorio Nysseno. Sacerdos, num. 9. ex Gregorio Nysseno. Sancti, num. 17. ex Hieronymo.

EX CAPITE EXODI XV.

Verfu 1. *Tunc cecinit Moyses, & filij Israel cæcumen hoc Domino, & dixerunt.* Gratitudo, num. 14. ex Origene, Augustino, & Lipomano. Mortificatio, num. 15. ex Origene. Spiritus sanctus, num. 22. ex Augustino.

Verfu 1. *Cantemas Domino, gloriose enim magnificatus est.* Iudicium finale, num. 23. ex Origene. Resurrectio Christi, num. 20. ex eodem.

Verfu 1. *Equum, & ascensorem deiecit in mare.* Apostoli, num. 11. ex Origene. Diabolus, num. 29. ex eodem, & Hieronymo. Iusti, num. 42. Mortificatio, num. 15. ex Ambrosio. Peccator, num. 57. ex Origene, & Hieronymo.

Verfu 2. *Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.* Christus, num. 32. ex Glossa, Ambrosio, & Ruperto.

Verfu 3. *Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius.* Christus, num. 71. ex Euthymio, Lipomano, Origene, & Ruperto.

Verfu 4. *Electi Principes eius submersi sunt in mari rubro.* Diabolus, num. 30. ex Euthymio, Hieronymo, & Origene. Peccatum, num. 41. ex Origene.

Verfu 6. *Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine, &c.* Christus, num. 78. ex Ambrosio, Hieronymo, & Rabano. Bona, num. 31. ex Gregorio.

Resurrectio Christi, num. 20. ex Rabano. Spiritus sanctus, num. 15. ex Ambrosio.

Verfu 9. *Dixit inimicus persequar & comprehendam, &c. Interficiet eos manus mea.* Diabolus, num. 34. ex Ruperto. Tribulatio, num. 42.

Verfu 10. *Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare.* Baptismus, num. 22. ex Ruperto. Spiritus sanctus, num. 16. ex Glossa, Hieronymo, & Augustino.

Verfu 10. *Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehemenibus.* Peccatum, num. 42. ex Origene. Purgatorium, num. 2. ex eodem.

Verfu 11. *Quis similis tui in fortibus Domine, &c.* Christus, num. 47. ex Gregorio. Deus, num. 27. ex Origene. Prædicator, num. 36. ex Gregorio.

Verfu 11. *Terrabilis atque laudabilis, &c.* Timor, num. 20. ex Caietano.

Verfu 12. *Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra.* Desperatio, num. 6. ex Origene. Luxuria, num. 15. ex Glossa, Euthymio & Origene. Peccator, num. 58. ex Glossa, Augustino, Euthymio, & Origene.

Verfu 13. *Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti.* Christus, num. 62. ex Origene. Diabolus, num. 36. ex eodem.

Verfu 13. *Et portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum.* Peccator, num. 58. ex Origene. Resurrectio Christi, num. 21.

Verfu 16. *Irruat super eos formido, & pauor in magnitudine brachij tui.* Crux, num. 14. ex Origene.

Verfu 16. *Introduces eos, & plantabis in monte beatitudinis tua.* Religio, num. 23. ex Origene.

Verfu 19. *Filij autem Israel ambulauerunt per siccam in medio eius.* Tentatio, num. 39. ex Origene.

Verfu 20. *Sumpsit ergo Maria Prophetica soror Aaron, tympanum in manus sua, &c.* Mortificatio, num. 15. ex Ruperto. Sancti, num. 18. ex eodem.

Verfu 20. *Egressaque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, &c.* Mulier, num. 27. ex Ruperto.

Verfu 22. *Tulit autem Moyses Israel de mari rubro, &c.* Prælati, num. 17. ex Ruperto.

Verfu 22. *Ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, &c.* Trinitas, num. 30. ex Isidoro, & Glossa.

Verfu 23. *Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara eo quod essent amare.* Tentatio, num. 40. ex Hieronymo.

Verfu 25. *At ille clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignum, quod cum misisset, &c.* Baptismus, num. 23. ex Augustino, Ambrosio, & Cyrillo. Circumcisio, num. 12. ex Origene. Crux, num. 15. ex Isidoro, Theodoro, Lipomano, & Prospero. Passio Christi, num. 31. ex Stephano. Resurrectio Christi, num. 21. ex Gregorio Nysseno.

Verfu 25. *Ibi constituit ei præcepta atque iudicia & ibi tentauit eum.* Tribulatio, num. 43. ex Origene.

Verfu 26. *Si audieris vocem Domini Dei tui, &c. canctum langorem quem posui in Egypto non inducam super te, &c.* Tribulatio, num. 44. ex Lipomano, & Origene.

Verfu 27. *Venerunt autem in Elim filij Israel ubi erant duodecim fontes aquarum, &c.* Apostoli, num. 12. ex Origene, & Hieronymo.

EX CAPITE EXODI XVI.

Verfu 1. *Venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin.* Tribulatio, num. 45. ex Hieronymo.

Verfu 2. *Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen in solitudine, &c.* Murmuratio, num. 8. ex Origene. Oratio, num. 38. ex Cyrillo, & Lipomano.

Verfu 4. *Ecco ego pluam vobis panes de celo.* Eucharistia,

ritia, num. 35. & 36. ex Cyrillo, & num. 37. ex Ruperto, & num. 38. ex eodem, & Isidoro, & num. 9. ex Ruperto. Oratio, num. 38. ex Cyrillo, & Lipomano. Verbum Dei, num. 31. ex Origene.

Verfu 4. *Egredietur populus, & colligat, quæ sessivum per singulos dies.* Avaritia, num. 7. ex Gregorio Nysseno. Eleemosyna, num. 7. ex Cyrillo. Eucharistia, num. 40. ex Ruperto. Temperantia, num. 3. ex Ruperto Lipomano, & Gregorio Nysseno.

Verfu 4. *Vt tentem eum, utrum ambalet in lege mea, an non?* Deus, num. 127. ex Augustino, Lipomano, & Thoma, & num. 128. ex Ruperto. Eucharistia, num. 41. ex eodem. Tentatio, num. 41.

Verfu 5. *Die autem sexta parent quod inferant, & sit duplum quam colligere solebant, &c.* Festa, num. 4. ex Origene.

Verfu 6. *Vespere scietis quod Dominus eduxerit vos de terra Egypti, & mane videbitis gloriam eius, &c.* Incarnatio, num. 34. ex Origene. Resurrectio Christi, num. 22. ex eodem.

Verfu 7. *Audui enim murmur vestrum contra Dominum, nos vero quid sumus quia missistis contra nos?* Murmuratio, num. 9. ex Gregorio.

Verfu 8. *Dabit vobis Dominus vespere carnes edere, mane panes in saturitate, &c.* Eucharistia, num. 41. ex Cyrillo, & Ruperto. Resurrectio Christi, num. 22. ex Augustino.

Verfu 9. *Dixit quoque Moyses ad Aaron: dis universa congregationi, & c. accedite coram Domino, &c.* Sacerdos, num. 10. ex Glossa. Tempa, num. 7. ex Caetano.

Verfu 13. *Ascendens coturnix cooperuit castra.* Ecclesia, num. 49. ex Cyrillo. Eucharistia, num. 41. ex eodem, & Ruperto. Verbum Dei, num. 32. ex Isidoro.

Verfu 13. *Mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum.* Christus, num. 89. ex Stephano. Ecclesia, num. 39. ex Cyrillo. Evangelium, num. 3. ex eodem. Eucharistia, num. 43. ex eodem, & Ruperto, & num. 157. ex Ambrosio.

Verfu 14. *Apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo usum in similitudinem pruina super terram.* Christus, num. 90. ex Balduino. Eucharistia, num. 74. ex Lyrano. Verbum Dei, num. 31. ex Glossa, Origene, & num. 73. ex Philone.

Verfu 15. *Quod cum vidissent filij Israel dixerunt ad invicem: Adhuc quod significat quid est hoc?* Contemplatio, num. 1. ex Gregorio, & Bernardo. Eucharistia, num. 44. ex Ruperto, Cyrillo & Origene. Religio, num. 24. ex Bernardo. Verbum Dei, num. 32. ex Origene.

Verfu 16. *Iste est panis quem dedit Dominus vobis ad vescendum.* Religio, num. 24. ex Bernardo. Verbum Dei, num. 73. ex Philone.

Verfu 18. *Neque qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus paraverat reperit minus, &c.* Eucharistia, num. 45. ex Ruperto. Temperantia, num. 3. ex Ruperto, & Lipomano, & Gregorio Nysseno.

Verfu 19. *Nullus relinquat ex eo in mane.* Christus, num. 20. ex Cyrillo. Incarnatio, num. 34. ex eodem.

Verfu 20. *Et scatero capite vermibus atque computruit.* Avaritia, num. 8. ex Glossa, Theodoro, Chryostomo, & Ruperto. Christus, num. 91. ex Balduino. Diuitia, num. 10. ex Chryostomo, Ruperto, Origene, & Prospero. Eucharistia, num. 46. ex Ambrosio. Maria, num. 13. ex Ruperto, & Ambrosio. Verbum Dei, num. 33. ex Origene.

Verfu 21. *Cumque incaluisse sol liquescebat.* Desideria, num. 1. ex Caetano.

Verfu 23. *Quodcumque operandum est facite, & quis*

coquenda sunt cogite, &c. Festa, num. 15. ex Lipomano.

Verfu 26. *Sex diebus colligite, in die autem septimo sabbatum est Dominis idcirco non mactentur.* Beatitudo, num. 12. ex Cyrillo. Desideria, num. 2. ex Gregorio. Eucharistia, num. 152. ex Balduino.

Verfu 19. *Manum unam, quæque apud semetipsum, autem egredietur de loco suo die septimo.* Amor hominis, num. 17. ex Gregorio. Cogitatio, num. 10. ex eodem. Deus, num. 49. ex eodem. Festa, num. 5. ex eodem. Iuventio, numero 9. ex eodem.

Verfu 31. *Gustusque eius quasi melle cum melle.* Verbum Dei, num. 34. ex Theodoro, & Origene.

Verfu 32. *Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuris retro generationes.* Eucharistia, num. 47. ex Glossa.

Verfu 33. *Sume vas unum, & mure ibi mane, &c. & repone coram Domino, &c.* Eucharistia, num. 48. ex Cyrillo.

EX CAPITE EXODI XVII.

Verfu 1. *Igitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin, &c. castrametati sunt in Raphidin, &c.* Tentatio, n. 42. ex Origene, & Augustino. Verfu 2. *Quid surgamini contra me: cur tentatis Dominum, &c.* Murmuratio, num. 10. ex Caetano, Hugone, & Lipomano.

Verfu 4. *Clamavit autem Moyses ad Dominum, dicens: quid faciam populo huic, &c.* Oratio, num. 39. ex Cyrillo, & Gregorio.

Verfu 6. *Percutitque petram, & exibat ex ea aqua, ut bibat populus.* Abitinentia, num. 8. ex Ambrosio, & Maximo. Christus, num. 50. ex Origene, & Bernardo. Crux, num. 16. ex Origene, Augustino, & Cyrillo. Passio Christi, num. 32. ex Origene, & Augustino. Spiritus sanctus, num. 17. ex Ruperto.

Verfu 8. *Veni autem Amalech, & pugnabat contra Israel in Raphidin.* Tentatio, num. 43. ex Origene, & num. 44. ex Augustino, & Strabo.

Verfu 9. *Elige viros, & egressus pugna contra Amalech.* Apostoli, num. 13. ex Origene, & Theodoro.

Verfu 10. *Moses autem & Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis.* Oratio, n. 40. ex Lipomano.

Verfu 11. *Cumque levaret Moyses manus vincebat Israel, sin autem paululum remisisset, &c.* Crux, num. 17. ex Augustino, & Theodoro. Oratio, num. 40. ex Chryostomo, & Augustino.

Verfu 12. *Manus autem Moysi erant graves, sumentesque lapidem, &c.* Fornicatio, numero 4. ex Gregorio.

Verfu 12. *Aaron autem, & Hur sustentabant manus eius ex utraque parte.* Confessio, num. 12. ex Gregorio. Oratio, num. 41. ex Chryostomo.

Verfu 14. *Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc in monumentum in libro, &c. delebo enim memoriam Amalech sub celo.* Iudicium finale, num. 24. ex Ruperto. Scriptura sacra, n. 1. ex Lipomano.

Verfu 16. *Quia manus solus Domini erat contra Amalech.* Crudelitas, num. 5. ex Lipomano. Iulli, num. 43. ex eodem.

EX CAPITE EXODI XVIII.

Verfu 2. *Tulit Sephoram uxorem Moysi quam remiserat, & duos filios, &c.* Matrimonium, num. 35. ex Lipomano, & num. 36. ex Chryostomo.

Verfu 7. *Qui egressus in occursum cognati sui adoravit, &c. cumque intrasset, &c.* Tentatio, num. 45. ex Origene.

Verfu 11. *Veneruntque Aaron, & omnes seniores Israel, ut comederent panem cum eo coram Domino.* Gloria Dei, num. 6. ex Augustino, & Origene. Status, num. 12. ex Origene.

Verfu 18. *Non bonam, inquit, rem facis, stulto labore consume*

consumeris, & tu, & populus iste, &c. Correctio, num. 7. ex Chryostomo.

Verfu 19. *Sed audi verba mea atque consilia, erit Deus tecum.* Consilia, num. 4. ex Augustino, Hieronymo, & Ioanne Abbate.

Verfu 19. *Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, &c.* Prælati, num. 18. ex Gregorio.

Verfu 21. *Provide autem de omni plebe viros potentes & timentes Deum in quibus sit veritas, &c.* Iudices, num. 6. ex Origene, & Caetano, Thoma, & Augustino. Prælati, num. 18. ex Gregorio.

Verfu 24. *Quibus audiuit Moyses fecit omnia quæ illi suggererat.* Consilia, num. 5. ex Origene, & num. 6. ex Chryostomo. Humilitas, num. 30. ex eisdem.

EX CAPITE EXODI XIX.

Verfu 5. *Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium.* Religio, num. 25. ex Glossa, Ruperto, & Thoma. Verbum Dei, numero 35. ex Glossa, & Ruperto.

Verfu 9. *Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, &c.* Deus, num. 137. ex Thoma, Glossa, & Lipomano.

Verfu 10. *Sanctifica illos hodie, & cras, laventque vestimenta sua.* Eucharistia, num. 49. ex Theodoro, Ambrosio, Cyrillo, Origene, & Ruperto. Penitentia, num. 24. ex Ruperto. Resurrectio Christi, num. 22. ex Rabano. Verbum Dei, num. 36. ex Theodoro, Cyrillo, & Origene.

Verfu 12. *Constituisti terminos populo per circuitum.* Deus, num. 46. ex Lipomano, & Ruperto.

Verfu 12. *Omni qui tetigerit montem morte morietur, &c.* Blasphemia, num. 9. ex Glossa, & Ruperto. Deus, num. 46. ex Glossa. Hæretici, num. 10. ex Glossa, & Ruperto. Timor, num. 21. ex Lipomano. Vita activa, & contemplativa, num. 11. ex Gregorio, & Ruperto.

Verfu 13. *Cum clangere coeperit buccina, tunc ascendant in montem.* Verbum Dei, num. 37. ex Caetano, Rabano, & Lipomano. Vocatio, num. 8.

Verfu 15. *Estote parati in diem tertium.* Castitas, num. 20. ex Rabano. Beatitudo, num. 13. ex Ruperto.

Verfu 15. *Et ne appropinquatis uxoribus vestris.* Contemplatio, num. 2. ex Rabano. Eucharistia, num. 49. ex Ruperto. Matrimonium, num. 37. ex eodem, & num. 38. ex Thoma, & num. 39. ex eodem. Oratio, num. 42. ex Hieronymo.

Verfu 16. *Iamque advenerat tertius dies, & mane incluserat.* Spiritus sanctus, num. 23. ex Augustino, Beda, & Isidoro.

Verfu 19. *Et sonitus buccina paulatim crescebat in manus, & prolixius tendebatur.* Verbum Dei, num. 38. ex Rabano, & Gregorio Nysseno.

Verfu 19. *Moses loquebatur, & Deus respondebat ei.* Deus, num. 6. ex Caetano.

Verfu 20. *Et vocavit Moysen in cacumen.* Deus, num. 46. ex Lipomano.

Verfu 21. *Descende & contestare populum ne forte velit transire, &c.* Verfu 22. *Sacerdotes quoque, &c. sanctificentur.* Sacerdos, num. 11. ex Caetano, & Lipomano.

Verfu 23. *Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai.* Prælati, num. 19. ex Ruperto.

Verfu 24. *Vade, & descende, ascendisque tu, & Aaron tecum. Sacerdotes autem, & populus ne transseant terminos.* Verbum Dei, num. 39. ex Ruperto.

EX CAPITE EXODI XX.

Verfu 1. *Loquutusque est Dominus cunctos sermones hos.* Humilitas, num. 31. ex Augustino.

Verfu 2. *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Egypti, &c.* Religio, num. 26. ex Origene.

Verfu 3. *Non habebis Deos alienos coram me.* Mandata, num. 7. ex Thoma. Trinitas, num. 31. ex Cypriano, & Damasceno, & num. 32. ex Bernardo.

Verfu 4. *Non facies tibi sculptile, nec omnem similitudinem quæ est in celo, &c.* Exempla, num. 28. ex Stephano. Imago, num. 3. ex Origene, Theodoro, Caetano, & Lipomano, & num. 4. ex Thoma, & num. 5. ex Damasceno, & num. 6. ex Gregorio, & num. 7. ex Lipomano, & num. 9. ex Damasceno, & Thoma, & num. 11. ex Damasceno. Peccatum, num. 43. ex Origene.

Verfu 5. *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes.* Penitentia, num. 25. ex Origene. Zelotypia, num. 3. ex eodem, & num. 4. ex Augustino, & num. 5. ex Theodoro.

Verfu 5. *Visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me.* Baptismus, num. 24. ex Gregorio. Deus, num. 109. ex Hieronymo, & num. 110. ex Augustino, & num. 111. ex Gregorio, & num. 112. ex Acatio, & num. 113. ex Thoma, & num. 129. ex eodem. Filij, num. 19. ex Hieronymo, & Augustino, & num. 20. ex Gregorio, & num. 21. ex Acatio. Idololatria, num. 10. ex Diodoro. Peccatum, num. 44. ex Hieronymo.

Verfu 6. *Et faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, &c.* Deus, num. 74. ex Augustino, Lipomano, & Caetano.

Verfu 7. *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, &c.* Idololatria, num. 11. ex Glossa, & Cyrillo. Iuramentum, num. 6. 7. & 8. ex Thoma, & num. 9. ex Chryostomo, & num. 10. ex Theodoro, & Chryostomo, & num. 11. ex Thoma, & num. 12. ex Lipomano, & num. 13. ex Thoma, Lipomano, & Caetano, & num. 14. ex Augustino.

Verfu 8. *Memento ut diem sabbati sanctifices.* Avaritia, num. 10. ex Thoma. Beatitudo, num. 14. ex eodem Cyrillo, & Augustino. Festa, num. 6. ex Thoma, & Lipomano, num. 7. ex Thoma, & Damasceno, & num. 8. & 9. ex Thoma. Oratio, num. 126. ex Thoma, & Damasceno. Otium, num. 2. ex Thoma, & num. 3. ex Chryostomo. Peccatum, num. 45. ex Thoma, Augustino, & aliis.

Verfu 12. *Honora patrem tuum, & matrem tuam ut sis longævus super terram, &c.* Filij, num. 22. ex Thoma, & num. 23. ex Hieronymo, & num. 24. ex Augustino, & Chryostomo, & num. 25. ex Thoma, & num. 26. ex Hieronymo, & num. 27. ex Thoma. Gratiitudo, num. 15. ex Thoma.

Verfu 13. *Non occides.* Animalia, num. 3. ex Thoma, & Augustino. Homicidium, num. 12. ex Thoma, Hieronymo, & Augustino, & num. 13. ex Augustino, & num. 14. ex Thoma, & num. 15. ex eodem. Ira, num. 10. ex Chryostomo, & Thoma, & num. 11. & 12. ex Thoma. Iudices, num. 7. ex Thoma, Hieronymo, & Augustino.

Verfu 14. *Non machaberis.* Adulterium, num. 10. ex Thoma, Ambrosio, & Chryostomo, & num. 11. ex Augustino, & Thoma, & num. 12. ex Thoma. Cogitatio, num. 11. ex Cassiano. Fornicatio, num. 5. ex Augustino, & num. 6. ex Thoma, & numero 7. ex Cassiano.

Verfu 15. *Non furtum facies.* Furtum, num. 5. & 6. ex Thoma, & num. 7. & 8. ex Hieronymo.

Verfu 16. *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.* Adulatio, num. 6. ex Thoma. Iudices, num. 8. ex eodem. Mendacium, num. 17. ex eodem, & num. 18. ex Augustino. Murmuratio, num. 11. ex Thoma.

Verfu 17. *Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis*

Index copiosissimus

desiderabis uxorem eius, non seruum, &c. Adulterium, num. 13, ex Chrysofomo. Auaritia, num. 11, ex Thoma. Cogitatio, num. 12, ex Cyrillo. Gula, num. 8, ex Cassiano. Luxuria, num. 16, ex Gregorio, & num. 17, ex Chrysofomo, & num. 18, ex Basilio, & num. 19, ex eodem, & num. 20, ex Damasceno, & Cassiano, & num. 21, ex Thoma. Mandata, num. 8, & 9, ex Lipomano. Mortificatio, num. 16, ex Bernardo. Peccatum, num. 46, ex Thoma, Gregorio, & Lipomano. Sensus, num. 13, ex Gregorio, & Chrysofomo. Virginitas, num. 7, ex Chrysofomo. Concupiscentia, num. 2, ex Thoma, & Chrysofomo. Mors, num. 29, ex Basilio.

Verfu 18. *Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & sonitum buccinae, &c.* Verbum Dei, num. 40, ex Hieronymo, Augustino, & Basilio, & num. 41, ex Ambrosio.

Verfu 19. *Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur.* Prædicator, num. 37, ex Glossa, & Gregorio Nysseno.

Verfu 21. *Moses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus.* Deus, num. 3, ex Gregorio Nysseno, & num. 4, ex Hieronymo, Thoma, & Dionysio, & num. 5, ex Gregorio. Status, num. 13.

Verfu 23. *Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis.* Auaritia, num. 13, ex Lipomano, & Augustino. Concupiscentia, num. 1, ex Ruperto. Hæretici, num. 11, ex Lipomano, & Hieronymo. Idololatria, num. 8, ex Origene, & num. 9, ex Damasceno. Imago, num. 3, ex Origene, Caietano, & Lipomano.

Verfu 24. *Altare de terra facietis mihi, &c.* Christus, num. 82, ex Gregorio, & Glossa. Humilitas, num. 32, ex Lipomano. Incarnatio, num. 35, ex Gregorio. Sacrificia, num. 11, ex Caietano, Ruperto, & Lipomano.

Verfu 24. *In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei veniam ad te, & benedicam tibi.* Eucharistia, num. 50. Societas Iesu, num. 2, ex Lipomano.

Verfu 25. *Quid si altare lapideum feceris mihi, non edificabis illud defectu lapidibus.* Gloria vana, num. 5, ex Ruperto. Amor proximi, num. 14, ex Isidoro. Homicidium, num. 16, ex Diodoro.

Verfu 26. *Non ascendes per gradus ad altare meum, &c.* Ambitio, num. 5, ex Stephano. Sacerdos, num. 12, ex Thoma, Ruperto, & Lipomano. Trinitas, num. 33, ex Glossa, & Brunone.

EX CAPITE EXODI XXI.

Verfu 1. *Hæc sunt iudicia que propones eis.* Mandata, num. 10, ex Augustino, & num. 11, ex Thoma, & num. 12, ex Lipomano.

Verfu 2. *Si emeris seruum Hebræum sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber.* Perseuerantia, num. 11, ex Gregorio. Vita actiua, num. 12, ex eodem.

Verfu 12. *Qui percussit hominem volens occidere morte moriatur, qui autem non est insidiatus, &c. constipnam tibi locum in quem fugere debeat.* Homicidium, num. 18, ex Augustino. Tempa, num. 8, ex Rabano, & Lipomano.

Verfu 14. *Si quis per industriam occiderit proximum suum & per insidias: ab altari meo euclles eum ut moriatur.* Scandalum, num. 2, ex Rabano.

Verfu 15. *Qui percussit patrem suum, aut matrem, morte moriatur.* Filij, num. 28, ex Lipomano.

Verfu 16. *Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum consiliis: noxa morte moriatur.* Hæretici, num. 10, ex Lipomano, & Rabano.

Verfu 17. *Qui maledixerit patri suo, &c.* Filij, num. 28, ex Glossa, & Caietano.

Verfu 18. *Si rixati fuerint viri, & percussit alter*

proximum, &c. Auaritia, num. 14, ex Guillermo de Cailloc. Correctio, num. 7, ex eodem.

Verfu 20. *Qui percussit seruum suum, vel ancillam, virga, &c.* Correctio, numero 8, ex Rabano, & Ambrosio.

Verfu 22. *Si rixati fuerint viri & percussit quis mulierem pregnantem, &c.* Scandalum, num. 3, ex Origene, & num. 4, ex Ambrosio, & numero 5, ex Rabano.

Verfu 23. *Reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, &c.* Amor inimicorum, num. 14, ex Augustino, & Hieronymo. Scriptura sacra, num. 30, ex Hieronymo.

Verfu 26. *Si percussit quisquam oculum serui sui aut ancilla, &c.* Pœnitentia, num. 86, ex Chrysofomo. Scandalum, num. 5, ex Rabano.

Verfu 28. *Si bos cornu percussit virum, aut mulierem, &c.* Homicidium, num. 19, ex Augustino, Lipomano, & Thoma. Prælati, num. 20, ex Lipomano. Superbia, num. 19, ex Rabano.

Verfu 33. *Si quis aperuerit cisternam, & non operuerit eam, &c.* Prædicator, num. 3, ex Gregorio. Scandalum, num. 6, ex Thoma, & Augustino.

EX CAPITE EXODI XXII.

Verfu 1. *Si quis fuerit frater bonem aut ouem, & occiderit, vel vendiderit, &c.* Furtum, num. 9, ex Theodoro, Chrysofomo, & Lipomano. Prædicator, num. 19, ex Rabano.

Verfu 2. *Si egressus fur domum sine sufficiens, &c. & accepto vulnere, &c.* Desperatio, numero 6, ex Radulpho.

Verfu 5. *Si leserit quisquam agrum, vel vineam, &c.* Furtum, num. 10, ex Rabano.

Verfu 6. *Si egressus ignis inuenierit spinas, & comprehendit aceros frugum, &c.* Correctio, num. 9, ex Rabano.

Verfu 10. *Si quis commodauerit proximo suo asinum, bouem, ouem, &c. ad custodiam, &c.* Prælati, num. 21, ex Rabano, & Lipomano.

Verfu 14. *Qui a proximo suo quidquam horum mutuopostulauerit, &c.* Deus, num. 32, ex Rabano, & Lipomano. Prælati, num. 22.

Verfu 19. *Qui coierit cum inmento morte moriatur.* Societas, num. 13, ex Rabano.

Verfu 20. *Qui immolat Diis occidetur, praterquam Domino soli.* Sacrificia, num. 12, ex Augustino, & num. 13, ex Thoma.

Verfu 21. *Aduenam non contristabis, neque affliges eum, &c.* Scandalum, num. 7, ex Glossa.

Verfu 22. *Vidua & pupillo non nocebitis, &c. vociferabuntur ad me, & ego exaudiam, &c.* Misericordia, num. 8, ex Thoma, Chrysofomo, & Lipomano.

Verfu 26. *Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis ortum reddes ei.* Amor proximi, num. 15, ex Hieronymo. Amor inimicorum, num. 15, ex Gregorio. Eucharistia, num. 51, ex eodem. Mandata, num. 13, ex Thoma. Misericordia, num. 9, ex Hieronymo, Ambrosio, & Lipomano.

Verfu 28. *Dns non detrabes, & Principi populi non maledices.* Indices, num. 9, ex Theodoro, Gregorio, & Lipomano. Nomen, num. 13, ex Cyrillo. Sacerdos, numero 13, ex Glossa, Dionysio, Gregorio, & Lipomano.

Verfu 29. *Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere.* Decimæ, num. 4, ex Hieronymo, & num. 5, & 6, ex Thoma, & num. 7, ex Augustino, & num. 8, ex Cassiano, & num. 9, ex Hieronymo, & Isidoro. Oratio, num. 43, ex Cassiano. Quadragesima, num. 3, ex eodem.

Verfu 30. *Septem diebus sit cum matre sua die,*

octaua

Locorum Scripturæ.

octaua reddes illum mihi. Beatitudo, num. 15, ex Rabano.

Verfu 31. *Carnem que a bestis fuerit prægustata non comedetis sed proticietis canibus.* Eucharistia, num. 52, ex Rabano. Peccatum, num. 47, ex eodem.

EX CAPITE EXODI XXIII.

Verfu 1. *Non suscipies vocem mendacij, &c.* Mendacium, num. 19, ex Caietano, Augustino, & Thoma.

Verfu 3. *Pauperis quoque non misereberis in iudicio.* Indices, num. 10, ex Augustino, Hieronymo, Thoma, & Caietano.

Verfu 4. *Si occurreris boni inimici tui, aut asino erranti, redue ad eum.* Amor inimicorum, num. 16, ex Augustino, & Isidoro. Correctio, num. 10, ex Brunone.

Verfu 5. *Si videris asinum odientis te iacere sub onere, &c. subleuabis eum.* Amor inimicorum, num. 16, ex Lipomano, & Chrysofomo.

Verfu 6. *Non declinabis in iudicium pauperis.* Indices, num. 11, ex Lipomano.

Verfu 7. *Insontem, & instum non occides, &c.* Indices, num. 12, ex Lipomano, & Caietano.

Verfu 8. *Nec accipies munera que etiam excæcant prudentes, &c.* Adulatio, num. 2, ex Augustino, & Gregorio. Indices, num. 13, ex Caietano, & Augustino. Societas Iesu, num. 50.

Verfu 9. *Peregrino molestus non eris, &c.* Misericordia, num. 10, ex Glossa, & Augustino. Tribulatio, num. 46, ex iisdem.

Verfu 10. *Sex annis seminabis terram tuam, &c. anno autem septimo dimittes, &c.* Beatitudo, num. 15, ex Rabano. Eleemosyna, num. 8, ex eodem.

Verfu 13. *Per nomen externorum deorum non iurabis, nec audietur ex ore vestro.* Iuramentum, num. 15, ex Glossa, & Rabano.

Verfu 14. *Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis, &c.* Festa, num. 10, ex Thoma. Trinitas, num. 34, ex Brunone.

Verfu 15. *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* Oratio, num. 44, ex Theodoro, & Chrysofomo.

Verfu 18. *Nec remanebit adeps solemnitate meæ usque mane.* Diligentia, num. 18, ex Caietano, & Rabano.

Verfu 18. *Non immolabis super fermento sanguinem victima meæ.* Eucharistia, num. 53, ex Lipomano, Rabano, & Brunone.

Verfu 19. *Non coques hædum in lacte matris sue.* Crudelitas, num. 3, ex Lipomano, Theodoro, & Thoma. Pœnitentia, num. 26, ex Thoma & Rabano.

Verfu 20. *Ecce ego mittam Angelum meum qui præcedat, &c. observa eum, &c. & est nomen meum in illo.* Christus, num. 13, ex Ruperto. Societas Iesu, num. 3, ex Lipomano, Rabano, & Caietano.

Verfu 22. *Quod si audieris vocem eius, &c. inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te.* Amor inimicorum, num. 17, ex Hieronymo.

Verfu 23. *Et introducet te ad Amorrhæum, &c.* Virtus, num. 20, ex Rabano.

Verfu 25. *Seruietique Domino Deo vestro, ut benedicam panibus tuis, &c.* Prædestinatio, num. 4, ex Glossa, & Theodoro. Vita, num. 10, ex Theodoro.

Verfu 26. *Non erit infecunda nec sterilis in terra tua, &c.* Ecclesia, num. 40, ex Ruperto. Peccatum, num. 48, ex Glossa. Prædestinatio, num. 4, ex Glossa & Theodoro.

Verfu 28. *Emittens crabrones prius qui fugabunt Hebræum, &c.* Apostoli, num. 14, ex Theodoro &

Ruperto. Timor, num. 22, ex Augustino, Lipomano, & Theodoro.

Verfu 29. *Non euiciam eos à facie tua anno uno, &c. paulatim expellam eos, &c.* Superbia, num. 20, ex Ruperto. Tentatio, num. 46, ex Rabano.

Verfu 32. *Non inibis cum eis fœdus, &c.* Beatitudo, num. 16, ex Hieronymo. Tentatio, num. 46, ex Ruperto.

EX CAPITE EXODI XXIV.

Verfu 5. *Misque iuvenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta.* Apostoli, num. 15, ex Glossa, & Ruperto. Religio, num. 27, ex Rabano. Sacerdos, num. 14, ex Lipomano.

Verfu 5. *Immolaueruntque victimas pacificas Domino vitulos.* Christus, num. 26, ex Augustino. Apostoli, num. 15, ex Glossa. Voluntas, num. 2, ex Hieronymo.

Verfu 8. *Ille vero sumptum sanguinem resperxit in populum, &c.* Baptismus, num. 25, ex Ruperto. Martyrium, num. 4, ex Brunone.

Verfu 12. *Ascende ad me in montem & esto ibi dabo tibi tabulas lapideas, &c.* Spiritus sanctus, num. 24, ex Ruperto.

Verfu 13. *Surrexerunt autem Moyses, & Iosue minister eius, &c.* Scriptura sacra, num. 31, ex Augustino, Seuero, & Beda.

Verfu 14. *Habetis Aaron, & Hur vobiscum si quid natum fuerit questionis, &c.* Caritas, num. 7, ex Galfrido. Eucharistia, num. 54, ex Beda & Stephano.

Verfu 18. *Et fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Ieiunium, num. 2, ex Cypriano, & num. 3, ex Augustino, & num. 4, ex Ruperto. Quadragesima, num. 4, ex Hieronymo & Ambrosio, & num. 5, ex Augustino, & Ruperto.

EX CAPITE EXODI XXV.

Verfu 1. *Tollant mihi primitias, ab omni homine qui offeret ultroque, auferetis eas.* Deus, num. 13, ex Beda. Decimæ, num. 10, ex Theodoro, & Lipomano.

Verfu 8. *Facient mihi sanctuarium & inhabuabo in medio eorum.* Angeli, num. 18, ex Beda. Spiritus sanctus, num. 25, ex Bernardo.

Verfu 10. *Arcam de lignis Sethim compingite, &c.* Christus, num. 43, ex Beda, & Cyrillo. Maria, num. 14, & 15, ex Bernardo. Trinitas, num. 35.

Verfu 11. *Faciesque supra coronam auream per circuitum.* Incarnatio, num. 36, ex Ruperto. Resurrectio, num. 23, ex Beda.

Verfu 12. *Et quatuor circulos aureos, &c.* Verfu 13. *Facies quoque veches de lignis Sethim, &c. qui semper erunt in circulis, &c.* Euangelium, num. 4, ex Beda & Gregorio. Prædicator, num. 40, ex iisdem. Scriptura sacra, num. 32.

Verfu 16. *Ponesque in arca testificationem quam dabo tibi.* Christus, num. 44, ex Beda & Bernardo. Resurrectio Christi, num. 24, ex Beda.

Verfu 17. *Facies & propitiatorium de auro mundissimo.* Christus, num. 45, ex Ruperto, & num. 64, ex Gregorio.

Verfu 18. *Dnos quoque Cherubim aureos, & productiles facies, &c.* Angeli, num. 20, ex Lipomano, Cyrillo, & Glossa. Scriptura sacra, num. 55, ex Lipomano, & Gregorio.

Verfu 23. *Facies & mensam de lignis Sethim, &c.* Scriptura sacra, num. 34, ex Beda.

Verfu 24. *Faciesque illi labium aureum per circuitum.* Prædicator, num. 41, ex Beda.

Verfu 25. *Et ipsi labio coram interrasstem altam quatuor digitis.* Beatitudo, num. 17, ex Beda. Prædicator,

Index copiosissimus

dicator, num. 41. ex eodem. Resurrectio, num. 11. ex eodem.

Verfu 29. *Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula & cyathos in quibus offerenda sunt libamina.* Prædicator, num. 42. ex Glossa, & Gregorio.

Verfu 30. *Et ponet super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.* Eucharistia, num. 55. ex Lipomano, Hieronymo, & Ruperto. Prædicator, num. 43. ex Beda. Verbum Dei, num. 42. ex eodem, & Ruperto.

Verfu 31. *Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, &c.* Christus, num. 21. ex Gregorio, & Ruperto. Ecclesia, num. 41. ex Beda. Passio Christi, num. 33. ex Gregorio. Prædicator, num. 44. ex eodem.

Verfu 34. *In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, &c.* Sancti, num. 19. ex Beda.

EX CAPITE EXODI XXVI.

Verfu 1. *Tabernaculum verò ita facies.* Beatitudo, num. 18. ex Beda. Ecclesia, num. 42. ex eodem.

Verfu 1. *Decem cortinas de bysso resorta, & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto, &c.* Castitas, num. 21. ex Beda. Charitas, num. 8. ex eodem, & Gregorio. Religio, num. 51. ex Glossa. Virtus, num. 21. ex Brunone. Amor inimicorum, num. 18. ex Gregorio.

Verfu 6. *Facies, & quinquaginta circuli aureos, &c.* Charitas, num. 9. ex Ruperto.

Verfu 7. *Facies, & saga cilicina undecim ad operiendum tectum tabernaculi.* Eleemosyna, num. 9. ex Ruperto. Murmuratio, num. 12. ex Gregorio. Prælati, num. 23. ex Beda.

Verfu 14. *Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis, &c.* Prælati, num. 24. ex Gregorio. Virginitas, num. 8. ex Beda.

Verfu 15. *Facies, & tabulas stantes tabernaculi de lignis Sethim, &c.* Prælati, num. 25. ex Ruperto, & num. 26. ex Beda.

Verfu 19. *Quibus quadraginta bases argenteas fundes ut bina bases singulis tabulis per duos angulos subiciantur.* Apostoli, num. 16. ex Gregorio. Prophetia, num. 16. ex Beda & Gregorio.

Verfu 26. *Facies & veltes de lignis Sethim quinque, &c.* Eleemosyna, num. 10. ex Ruperto.

Verfu 31. *Facies & velum de hyacintho, &c.* Passio Christi, num. 34. ex Chryostomo.

Verfu 32. *Quod appendes ante quatuor columnas de lignis Sethim, &c.* Angeli, num. 21. ex Beda. Virtus, num. 22. ex eodem.

Verfu 37. *Et quinque columnas deaurabis lignorum Sethim, ante quas ducetur tentorium, &c.* Prædicator, num. 45. ex Beda.

EX CAPITE EXODI XXVII.

Verfu 1. *Facies & altare de lignis Sethim, &c.* Cor, num. 6. ex Beda. Lacrymæ, num. 7. ex Gregorio. Mortificatio, num. 17. ex eodem.

Verfu 3. *Faciesque in usus eius lobetes ad suscipiendos cineres & forcipes, &c.* Sancti, num. 20. ex Beda. Prædicator, num. 46. ex eodem.

Verfu 8. *Non solidum, sed inane, & cauum intrinsecus facies illud.* Mortificatio, num. 18. ex Beda.

Verfu 9. *Facies & atrium tabernaculi, &c.* Castitas, num. 22. ex Beda.

Verfu 17. *Omnis columna atrij per circuitum vestire erunt argenteis laminis, &c.* Prædicator, num. 47. ex Beda.

Verfu 19. *Cuncta vasa tabernaculi, &c. tam paxillos eius, &c. ex are facies.* Apostoli, num. 17. ex Gregorio.

Verfu 20. *Et afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, &c.* Prælati, num. 27. ex Brunone.

Verfu 21. *Et ardeat lucerna semper in tabernaculo, &c.* Verbum Dei, num. 43. ex Beda.

Verfu 21. *Et collocabunt eum Aaron & filij eius, &c.* Prædicator, num. 112. ex Beda.

EX CAPITE EXODI XXVIII.

Verfu 1. *Applica ad te Aaron fratrem tuum cura filij suis, &c. Et sacerdotio fungantur tibi.* Prælati, num. 28. ex Odone. Sacerdos, num. 15. ex Lipomano, & num. 16. ex Beda, & Ambrosio.

Verfu 6. *Facient autem superhumerali de auro, & hyacintho, &c.* Christus, num. 64. ex Ruperto. Prædicator, num. 48. ex Beda. Prælati, num. 29. ex Brunone. Sacerdos, num. 17. ex Beda & Lipomano, & num. 18. ex Gregorio.

Verfu 7. *Duas oras unctis habebit in utroque latere, &c.* Perseuerantia, num. 32. ex Brunone.

Verfu 9. *Sumes quoque duos lapides Onychinos & sculpes in eis nomina filiorum Israel.* Sancti, num. 20. ex Beda & Gregorio.

Verfu 17. *Ponesque in eo quatuor ordines lapidum, &c.* Apostoli, num. 18. ex Hieronymo.

Verfu 22. *Facies, & in rationali catenas sibi inuicem coherentes ex auro purissimo.* Cogitatio, num. 14. ex Gregorio.

Verfu 30. *Pones autem in rationali iudicij doctrinam, & veritatem qua erunt in pectore Aaron.* Iudicium finale, num. 25. ex Ruperto. Prælati, num. 30. ex Brunone, & num. 31. ex Hieronymo, & num. 32. ex Gregorio. Veritas, num. 3.

Verfu 31. *Facies, & tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, &c.* Et Verfu 33. *Deorsum verò ad pedes per circuitum quasi mala punica, &c.* Perseuerantia, num. 12. ex Beda. Prædicator, num. 111. ex Gregorio. Sacerdos, num. 19. ex Augustino, Hieronymo, Gregorio, & Senero, & num. 20. ex Beda.

Verfu 36. *Facies, & laminam de auro purissimo in qua sculpes, &c. Sanctum Domino.* Crux, num. 19. ex Hieronymo, & Beda. Resurrectio Christi, num. 25. ex Lipomano, & Ruperto. Sapientia, num. 15. ex Hieronymo. Trinitas, num. 36. ex Lipomano.

Verfu 37. *Et erit super ianarum immensus frontis pontificis.* Spes, num. 13. ex Adam de Perfenia.

Verfu 38. *Portabitque Aaron iniquitates eorum, &c.* Poenitentia, num. 27. ex Radulpho.

Verfu 39. *Stringesque tunicam bysso, &c.* Castitas, num. 23. ex Hieronymo, & Beda.

Verfu 40. *Porro filijs Aaron tunicas lineas portabis, &c.* Prælati, num. 33. ex Thoma. Sacerdos, num. 21. ex eodem.

Verfu 42. *Facies, & feminalia linea ut operiant carnem turpitudinis sue.* Mandata, num. 14. ex Lipomano. Castitas, num. 23. ex Hieronymo, Ambrosio, & Beda.

EX CAPITE EXODI XXIX.

Verfu 4. *Cumque laveris Patrem cum filijs suis aqua, &c.* Baptismus, num. 26. ex Hieronymo. Sacerdos, num. 22. ex Beda.

Verfu 13. *Sumes, & adipem totum qui operit intestina, &c.* Castitas, num. 24. ex Basilio.

Verfu 22. *Tolles adipem, de ariete & caudam, &c.* Perseuerantia, num. 13. ex Gregorio.

Verfu 23. *Tortamque panis unius crustulam conspersam oleo laganum, &c.* Virtus, num. 27. ex Brunone.

Verfu 26. *Sumes quoque pectusculum de ariete, &c. sanctificabisque illud, &c.* Verfu 28. *Cedatque in partem Aaron*

Locorum Scripturæ.

Aaron, &c. Sacerdos, num. 23. ex Hieronymo & Gregorio.

Verfu 33. *Alienigena non vescitur ex eis qui sancti sunt.* Eucharistia, num. 56. ex Glossa.

Verfu 34. *Quod si remanserit de canibus consecratis, sive de panibus usque mane combures reliquias ignis, &c.* Poenitentia, num. 28. ex Lipomano.

Verfu 35. *Septem diebus consecrabis manus eorum, &c.* Sacerdos, num. 24. ex Lipomano.

Verfu 38. *Agnos amiculos duos per singulos dies iugiter, unum agnum mane, & alterum vesperis.* Passio Christi, num. 35. ex Cypriano & Lipomano. Resurrectio Christi, num. 26. ex eisdem.

EX CAPITE EXODI XXX.

Verfu 7. *Et adolebit incensum super eo Aaron suave fragrans mane, &c.* Oratio, num. 45. ex Beda.

Verfu 8. *Vret Thymiana sempiternum coram Domino, in generationes vestras.* Oratio, num. 46. ex Beda.

Verfu 9. *Non offeretis super eo Thymiana compositionis alterius.* Oratio, num. 46. ex Beda.

Verfu 10. *Deprecabuntur Aaron super cornua, &c.* Sancti, num. 21. ex Beda.

Verfu 12. *Quando iuleris summam filiorum Israel iuxta numerum dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, &c.* Eleemosyna, num. 11. ex Beda, & Cyrillo.

Verfu 13. *Hoc autem dabit omnis qui transe ad nomen, dimidium sicti iuxta mensuram templi.* Fides, num. 28. ex Radulpho & Galfrido.

Verfu 15. *Dies non addet ad dimidium sicti & pauper nihil minuet.* Amor hominis, num. 9. ex Cyrillo, Beda, & Lipomano. Charitas, num. 10. ex Beda, Augustino, & Lipomano. Fides, num. 28. ex Radulpho, & Galfrido.

Verfu 18. *Facies & labram aereum cum basi sua, &c.* Baptismus, num. 26. ex Beda. Lacrymæ, num. 8. & 9. ex eodem.

Verfu 19. *Et missa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas, ac pedes.* Eucharistia, num. 47. ex Beda.

Verfu 23. *Sume tibi aromata prima myrrhe, & eleæ.* Christus, num. 54. ex Cyrillo, & Hieronymo. Mortificatio, num. 19. ex Glossa.

Verfu 36. *Cumque in tenuissimum puluerem uniuersa conuerteris pones ex eo coram tabernaculo.* Examen, num. 1. ex Gregorio.

Verfu 37. *Talem compositionem non facietis in vestris vestros.* Adulatio, num. 13. ex Glossa. Oratio, num. 46. ex Glossa, & Isidoro.

EX CAPITE EXODI XXXI.

Verfu 2. *Ecco vocati ex nomine Beseleel.* Apostoli, num. 19. ex Glossa. Nomen, num. 14. ex eadem & Lipomano.

Verfu 13. *Videte ut sabbatum meum custodiatis, quis signum est inter me & vos, &c.* Circumcisio, num. 13. ex Irenæo. Festa, num. 11. ex Hieronymo, & Irenæo.

Verfu 18. *Vediteque Dominus Moyse completis huiusmodi sermonibus, &c. duas tabulas testimonij lapideas, &c.* Spiritus sanctus, num. 18. ex Augustino, & Ambrosio.

EX CAPITE EXODI XXXII.

Verfu 1. *Videns autem populus quod moram faceret descendendi de monte Moyses.* Prælati, num. 34. ex Lipomano.

Verfu 1. *Surge fac nobis Deos qui nos procedant,*

&c. Idololatria, num. 12. ex Lipomano, & num. 13. ex Glossa, & Hieronymo, & num. 14. ex Chryostomo. Peccator, num. 59. ex Chryostomo, & Lipomano. Prælati, num. 34. ex Lipomano.

Verfu 2. *Tollite maures aureas de vxorum, filiarumque vestrarum auribus, & afferite ad me.* Fides, num. 20. ex Ambrosio. Mendacium, num. 20. ex Ruperto.

Verfu 3. *Fecitque populus que iusserat deferens in auras ad Aaron.* Eleemosyna, num. 12. ex Augustino, & Lipomano.

Verfu 4. *Dixeruntque: hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Egypti.* Verfu 5. *Quod cum vidisset Aaron edificauit altare, &c.* Deus, num. 76. ex Caetano.

Verfu 6. *Seditque populus manducare, & bibere, & serexerunt ledere.* Gratitude, num. 16. ex Ruperto. Gula, num. 9. ex Ambrosio, Isidoro, & Chryostomo, & num. 10. ex Cypriano, & Gregorio. Idololatria, num. 15. ex Thoma, & Ruperto, & num. 16. ex Caetano, & Lipomano. Prælati, num. 35. ex Bernardo. Tribulatio, num. 47. ex Chryostomo.

Verfu 7. *Vade, descende quia peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Egypti.* Peccatum, num. 49. ex Glossa, Hieronymo, & Lipomano.

Verfu 10. *Dimute me ut irascatur furor meus contra eos & deleam eos.* Deus, num. 75. ex Cyrillo, & Theodoro. Humilitas, num. 32. ex Ruperto. Oratio, num. 47. ex Hieronymo, Cyrillo, Theodoro, Gregorio, Prospero, & Lipomano.

Verfu 10. *Faciamque te in gentem magnam.* Ecclesia, num. 43. ex Theodoro, & Bernardo.

Verfu 11. *Moyse autem orabat Dominum Deum suum dicens: cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum? &c.* Humilitas, num. 32. ex Lipomano. Mansuetudo, num. 6. ex Ambrosio, & Gregorio. Prælati, num. 36. ex Chryostomo.

Verfu 12. *Quiescat ira tua, &c.* Verfu 13. *Recordare Abraham, Isaac, & Israel, &c.* Sancti, num. 21. ex Glossa, & Lipomano.

Verfu 14. *Placatusque est Dominus ne faceret malum quod loquutus fuerat, &c.* Poenitentia, num. 29. ex Hieronymo. Sancti, num. 21. ex Lipomano.

Verfu 17. *Audens autem Iosue tumultum populi vociferantis dixit ad Moysen, &c.* Silentium, num. 5. ex Lipomano.

Verfu 19. *Iratusque valde proiecit de manu tabulas & confregit eas ad radicem montis.* Euangelium, num. 5. ex Augustino, Ambrosio, & Isidoro. Gula, num. 11. ex Hieronymo, & Chryostomo. Ieiunium, num. 5. ex Hieronymo, & Ambrosio. Zelus animarum, num. 10. ex Lipomano.

Verfu 20. *Arripensque vitulum quem fecerant combussit & contriuit usque ad puluerem, quem sparsit in aquam, &c.* Baptismus, num. 27. ex Augustino. Mortificatio, num. 20. ex Ambrosio.

Verfu 21. *Et induceres super eum peccatum.* Sacerdos, num. 25. ex Lipomano.

Verfu 24. *Proieci illud in ignem & egressus est, &c.* Excusatio, num. 8. ex Lipomano.

Verfu 25. *Videns ergo Moyses populum quod esset nudatus, &c.* Otium, num. 4. ex Lipomano & Augustino. Sacerdos, num. 25. ex Augustino, & Lipomano.

Verfu 26. *Si quis est Domini inuigatur mihi, congregatique sunt ad eum omnes filij Levi, &c. Ponat vir gladium suum super femur suum, &c. & occidat unusquisque, &c.* Correctio, num. 11. ex Ambrosio, & Gregorio. Ira, num. 13. ex Basilio. Mortificatio, num. 20. ex Ambrosio. Peccator, num. 60. ex Gregorio, & num. 61. ex Gregorio Nysseno. Prælati, num. 37.

num. 37. ex Gregorio. Religio, num. 28. ex Ambrosio, & Gregorio. Zelus animarum, num. 10. ex Lipomano. Prædicator, numero 49. ex Caietano, & Gregorio.

Verfu 30. *Peccasti peccatum maximum, ascendam ad Dominum si quomodo quivero eum deprecari pro scelere vestro.* Prælati, numero 38. ex Lipomano, & Ruperto.

Verfu 31. *Obsecro peccavit populus iste peccatum maximum, &c.* Confessio, num. 13. ex Chrysoftomo.

Verfu 32. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis dele me de libro tuo, quem scripsisti.* Amor proximi, num. 16. ex Thoma, Ruperto, & Ambrosio. & num. 17. ex Hieronymo, & Augustino, & num. 18. ex Ruperto, & num. 19. ex Bernardo. Amor inimicorum, num. 19. ex Chrysoftomo. Humilitas, num. 33. ex Ruperto. Liber vitæ, num. 1. & 2. ex Thoma. Peccator, num. 62. ex Ruperto. Prælati, num. 39. ex Caietano.

Verfu 34. *Ego autem in die ultionis visitabo, & hoc peccatum eorum.* Iudicium finale, numero 26. ex Rabano.

EX CAPITE EXODI XXXIII.

Verfu 2. *Mittam præcursorum tui Angelum, ut evociam Canaanem, &c.* Christus, num. 13. ex Glossa, & Lipomano. Deus, num. 77. ex Augustino.

Verfu 4. *Ardens populus sermonem hunc pessimum luxit, &c.* Gratia, num. 9. ex Rabano. Oratio, num. 48. ex Glossa, & Chrysoftomo. Pœnitentia, num. 30. ex Lipomano.

Verfu 5. *Populus dura cervicis es, semel ascendam in medietatem, & delebo te, &c.* Iudicium finale, num. 26. ex Glossa, Rabano, & Caietano.

Verfu 5. *Iam nunc depono ornatum tuum, ut sciam quid faciam tibi, &c.* Pœnitentia, num. 30. ex Lipomano, & Ruperto.

Verfu 7. *Moses quoque tollens tabernaculum recendit extra castra procul.* Incarnatio, num. 37. ex Lipomano, & Ruperto.

Verfu 8. *Cumque egredieretur Moyses ad tabernaculum surgebat universa plæbs, &c.* aspiciantque tergum Moysi. Prædicator, num. 50. ex Gregorio.

Verfu 9. *Ingresso autem illo tabernaculum fœderis descendebat columna nubis, &c.* Prælati, num. 40. ex Gregorio.

Verfu 10. *Cernentibus universis quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi.* Contemplatio, num. 3. ex Gregorio.

Verfu 11. *Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum.* Ieiunium, num. 6. ex Ambrosio. Quadragesima, num. 7. ex eodem. Religio, num. 29. ex Hieronymo.

Verfu 11. *Minister eius Isue filius Num. Puer non recedebat de tabernaculo.* Eucharistia, num. 38. ex Glossa, & Lipomano.

Verfu 13. *Si ergo inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam ut sciam te.* Contemplatio, num. 4. ex Ambrosio, & num. 5. ex Bernardo, & num. 6. ex Gregorio. Status, num. 14. & 15. ex Bernardo, & Gregorio.

Verfu 14. *Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi.* Spiritus sanctus, num. 19. ex Lipomano, Cyrillo, & Gregorio.

Verfu 16. *In quo scire poterimus, &c. nisi ambulaveris nobiscum ut glorificemur ab omnibus populis, &c.* Gloria Dei, num. 7. ex Lipomano.

Verfu 17. *Invenisti enim gratiam coram me, & te ipsum novi ex nomine.* Christus, num. 47. ex Cyrillo. Nomen, num. 15. ex Lipomano, Gregorio, & Ruperto, & 16. ex Hugone, Thoma, & Gregorio.

Verfu 19. *Misereror cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.* Liberum arbitrium, num. 5. ex Ambrosio, & Chrysoftomo. Vocatio, num. 9. ex Lipomano, & Augustino, & num. 10. ex Ambrosio.

Verfu 20. *Non enim videbit me homo, & vivet.* Christus, num. 65. ex Gregorio Nazianzeno, & num. 66. ex Gregorio Nysseno. Mortificatio, num. 21. ex Gregorio. Oratio, num. 49. ex Ambrosio. Status, num. 16. ex Gregorio Nysseno.

Verfu 21. *Ecce est locus apud me, stabis supra petram.* Christus, num. 51. ex Augustino, & Gregorio Nysseno, & num. 52. ex Hieronymo. Ecclesia, num. 44. ex Augustino. Status, numero 17. ex Gregorio Nysseno.

Verfu 22. *Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petre, &c.* Fides, num. 21. ex Theodoretto.

Verfu 23. *Videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.* Mortificatio, num. 22. ex Gregorio Nysseno.

EX CAPITE EXODI XXXIV.

Verfu 1. *Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, &c.* Oratio, num. 50. ex Chrysoftomo.

Verfu 2. *Esse paratus mane ut ascendas statim montem Sinai, stabisque mecum.* Oratio, num. 51. ex Rabano. Prælati, num. 41. ex eodem.

Verfu 5. *Cumque descendisset Dominus per nubem, sicut Moyses cum eo invocans nomen Domini.* Persecutio, num. 14. ex Ambrosio, & Hieronymo, & num. 15. ex Hieronymo.

Verfu 7. *Nullus apud te per se innocens est.* Gratia, num. 10. ex Gregorio. Peccator, num. 63. ex Lipomano, Rabano, & Gregorio.

Verfu 7. *Qui reddis iniquitatem patrum filius, ac nepotibus, &c.* Deus, num. 108. ex Lipomano, Caietano, Ruperto, & Cyrillo.

Verfu 9. *Obsecro ut gradiaris nobiscum, &c.* Verfu 10. *Ego inibo pactum videntibus cunctis, signa faciam que nunquam visa sunt, &c.* Eucharistia, num. 59. ex Glossa. Oratio, num. 52. Iudicium finale, num. 28. ex Glossa.

Verfu 12. *Cavene unquam cum habitatoribus terra illius inigas amicitias, &c.* Societas, num. 14. ex Lipomano.

Verfu 14. *Dominus Zelotes nomen eius Deus est amulator.* Zelotypia, num. 6. ex Augustino, & Cyrillo.

Verfu 16. *Ne postquam ipse fornicata fuerint fornicari faciant, & filios suos in Deos suos.* Mulier, numero 37.

Verfu 22. *Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primis frugum messis triticee.* Spiritus sanctus, num. 26. ex Lipomano.

Verfu 22. *Solemnitatem quando redeunte anni tempore cuncta continentur.* Persecutio, num. 16. ex Lipomano.

Verfu 28. *Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes, pacem non comedit, & aquam non bibit.* Abstinencia, num. 9. ex Ambrosio. Ieiunium, num. 7. ex Chrysoftomo, & Hieronymo, & num. 8. ex Maximo, & num. 9. ex Batilio, & num. 10. ex eodem.

Verfu 28. *Et scripsit in tabulis verba fœderis decem.* Evangelium, num. 6. ex Augustino.

Verfu 29. *Ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consorcio sermonis Domini.* Oratio, num. 53. ex Lipomano, & Ambrosio.

Verfu 33. *Implevitque sermonibus posuit velamen super faciem suam.* Christus, num. 22. ex Ambrosio. Prædicator, num. 51. ex Gregorio. Prælati, num. 42. ex Gregorio. Verbum Dei, num. 44. ex Origene.

EX CAP.

EX CAPITE EXODI XXXV.

Verfu 21. *Quidquid ad cultum & ad vestes sanctas necessarium eras, &c.* Eleemosyna, num. 12. ex Origene. Mulier, num. 28. ex eodem.

Verfu 23. *Si quis habebat hyacinthum & purpuram, &c.* Christus, num. 23. ex Origene. Prædicator, num. 52. ex eodem. Virginitas, num. 9. ex Lipomano, & Origene.

Verfu 30. *Ecce vocavit Dominus ex nomine Be-fetel, &c. implevitque eum spiritu Dei, &c.* Deus, num. 125. ex Rabano.

EX CAPITE EXODI XXXVI.

Verfu 1. *Fecit ergo Be-fetel & Ooliaber, & omnis vir sapiens, &c.* Prudentia, num. 8. ex Lipomano, & Origene.

Verfu 5. *Plus affert populus quam necessarium est.* Avaritia, num. 15. ex Augustino.

Verfu 8. *Feceruntque omnes, &c. cortinas decem de bysso retorta, & hyacintho, &c.* Mortificatio, num. 23. ex Lipomano, & Origene.

EX CAPITE EXODI XXXVII.

Verfu 17. *Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo.* Spiritus sanctus, num. 20. ex Isidoro, & Gregorio Nysseno.

EX CAPITE EXODI XXXVIII.

Verfu 8. *Fecit & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum que excubabant, &c.* Examen, num. 2. ex Lipomano, & Gregorio. Mulier, num. 29. ex Lipomano, Glossa, Caietano, & aliis. Sacerdos, num. 26. ex Gregorio Nysseno.

EX CAPITE EXODI XXXIX.

Verfu 1. *De hyacintho verò, & pupura, &c. fecit vestes, &c.* Sacerdos, num. 27. ex Gregorio Nysseno.

Verfu 8. *Fecit & rationale opere polymito, &c.* Evangelium, num. 7. ex Isidoro.

Verfu 20. *Feceruntque tunicam superhumeralis rotam hyacinthinam, &c.* Ecclesia, num. 41. ex Isidoro.

Verfu 23. *Et tintinnabula de auro purissimo que posuerunt inter malogranata, &c.* Fides, numero 22. ex Gregorio Nysseno. Prædicator, numero 53. ex eodem.

Verfu 25. *Feceruntque tunicas byssinas opere texili Aaron, & filius eius, &c.* Christus, numero 10. ex Isidoro.

EX CAPITE EXODI XXXX.

& ultimo.

Verfu 2. *Mense primo, prima die mensis eriges tabernaculum testimonij, &c.* Christus, num. 82. ex Cyrillo. Incarnatio, num. 38. ex Theodoretto, Strabo, & Cyrillo.

Verfu 26. *Posuit & tentorium, &c. & altare holocausti, &c.* Christus, num. 82. ex Cyrillo.

Verfu 32. *Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini implevit illud.* Gloria Dei, num. 8. ex Hieronymo. Gloria vana, num. 6. ex eodem.

Verfu 33. *Nec poterat Moyses ingredi tentum fœderis nube operiente omnia, &c.* Scriptura sacra, num. 36. ex Strabo.

LIBER LEVITICI.

EX CAPITE LEVITICI I.

Verfu 2. *Homo qui obtulerit ex vobis hostiam Domino, &c.* Homo, num. 32. ex Origene, & Glossa.

Verfu 3. *Si holocaustum fuerit eius oblatio ac de armento, masculum immaculatum offeret, &c.* Mortificatio, num. 24. ex Origene, & Hefychio.

Verfu 6. *Detrahitque pelle hostia arvis in frustra cadent, & subiciet in altari ignem, &c.* Conficentia, num. 8. ex Vatablo, & Glossa.

Verfu 9. *Injetinis, & pedibus lotis aqua, &c.* Cogitatio, num. 15. ex Gregorio.

Verfu 10. *Quod si de pecoribus, &c. de ouibus sine de capris holocaustum, &c.* Iudicium finale, num. 29. ex Isidoro, & Hefychio.

Verfu 14. *Si autem de avibus, &c. de turturebus aut pullis columbe, &c.* Castitas, num. 25. ex Lyrano.

Verfu 16. *Veficulam verò gutturis, & plumas proiciet, &c. confringetque has cellas eius, & non secabit, &c.* Humilitas, num. 34. ex Glossa, & Radulfo. Mortificatio, num. 25. ex Glossa.

EX CAPITE LEVITICI II.

Verfu 1. *Anima cum obtulerit oblationem sacrificij Domino similis erit eius oblatio, &c.* Eucharistia, num. 60. ex Glossa, & Origene. Paupertas, num. 10. ex Glossa, & Lyrano.

Verfu 5. *Si oblatio fuerit de sartagine simile conspersa oleo, &c. divides eam minutatim, &c.* Eucharistia, num. 61. ex Glossa, & Hefychio.

Verfu 11. *Nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domino.* Fama, num. 2.

Verfu 13. *Quidquid obtuleris sacrificij sale condies, &c. in omni oblatione tua offeres sal.* Prudentia, num. 9. ex Glossa.

Verfu 14. *Si autem obtuleris, &c. de spicis ad hoc virentibus, torrebis igni.* Spiritus sanctus, num. 27. ex Origene.

EX CAPITE LEVITICI III.

Verfu 5. *Omnis adeps Domini erit iure perpetuo, &c.* Amor hominis, num. 10. ex Glossa.

Verfu 16. *Nec sanguinem nec adipem omnino comedas.* Crudelitas, num. 4. ex Glossa, & Lyrano.

EX CAPITE LEVITICI IV.

Verfu 2. *Anima que peccaverit per ignorantiam, &c.* Contemplatio, num. 7. ex Glossa, & Origene. Peccatum, num. 50. ex Oleastro.

Verfu 3. *Si sacerdos qui unctus est peccaverit delinquere faciens populum offeret, &c.* Sacerdos, num. 30. ex Oleastro.

Verfu 6. *Cumque intinxerit digitum in sanguine asperget eo septies coram Domino, &c.* Passio Christi, num. 67. ex Brunone.

Verfu 22. *Si peccaverit princeps, &c. offeret hostiam Domino, &c.* Reges, num. 10. ex Origene, & Glossa.

Verfu 24. *Cumque immolaverit eum in loco ubi solet maclari holocaustum, &c.* Pœnitentia, num. 31. ex Radulpho.

EX CAPITE LEVITICI V.

Verfu 1. *Si peccaverit anima, &c. nisi indicaverit, portabit iniquitatem suam.* Conficentia, num. 9. ex Augustino, & Glossa.

Verfu 2. *Anima que tetigerit aliquid immundum, &c.* Mortificatio, num. 56. ex Radulpho.

Verfu 8. *Retorquebit caput eius ad pinnulas, ita ut collo bareat, &c.* Mortificatio, num. 25. ex Gregorio, & Glossa.

EX CAPITE LEVITICI VI.

Verfu 2. *Anima que peccaverit, & contempno Domino negaverit proximum suum depositum, &c.* Eucharistia,

Eucharistia,

Eucharistia, num. 52. ex Origene. Sensus, num. 14. ex eodem.
 Versu 9. *Hæc est lex holocausti, cremabitur in altari una nocte usque mane.* Perseuerantia, num. 17. ex Radulpho.
 Versu 12. *Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutrit sacerdos subiciens ligna, &c.* Charitas, num. 11. ex Gregorio, & Oleastro. Examen, num. 3. ex Gregorio. Exempla, num. 13. ex eodem. Spiritus sanctus, num. 28. ex Glossa, & Oleastro.
 Versu 16. *Reliquam autem partem simile comedit Aaron cum filiis suis, absque fermento, &c.* Religio, num. 30. ex Radulpho.
 Versu 18. *Omnis qui tetigerit illa sanctificabitur.* Eucharistia, num. 63. ex Hefychio.
 Versu 20. *Decimam partem Ephraïm offerent simile in sacrificio sempiterno, &c.* Sacerdos, n. 29. ex Brunone.
 Versu 21. *Que in sartagine oleo confersa frigitur, &c.* Zelus animarum, num. 11. ex Gregorio.
 Versu 23. *Omne sacrificium sacerdotum igne consumitur, nec quisquam comedit ex eo.* Prælati, num. 43. ex Radulpho.
 Versu 27. *Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa lanabuntur in loco sancto, &c.* Penitentia, num. 33. ex Glossa, & Oleastro, & num. 34. ex Galfrido.

EX CAPITE LEVITICI VII.

Versu 2. *Sanguis eius per gyrum altaris fundetur.* Passio Christi, num. 65. ex Brunone.
 Versu 7. *Ad sacerdotem qui eam obtulerit, pertinebit.* Sacerdos, num. 31. ex Origene.
 Versu 12. *Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento, &c.* Gratitude, num. 17. ex Glossa.
 Versu 26. *Sanguinem quoque omnis animalis non sumitis in cibum, tam de animalibus, quam de pecoribus.* Prælati, num. 44. ex Radulpho.

EX CAPITE LEVITICI VIII.

Versu 4. *Congregataque omnis turba ante fores tabernaculi, &c.* Versu 6. *Statimque obtulit Aaron & filios eius, &c.* Sacerdos, num. 32. ex Glossa.
 Versu 7. *Vestivit Pontificem septem sacerdotibus indumentis (que ibi numerantur.)* Spiritus sanctus, num. 56. ex Radulpho.
 Versu 30. *Assumensque unguentum, & sanguinem qui erat in altari, aspersit super Aaron, & vestimenta eius, &c.* Prælati, num. 45. ex Oleastro.

EX CAPITE LEVITICI IX.

Versu 24. *Et ecce egressus ignis à Domino denoravit holocaustum, & adipem.* Spiritus sanctus, num. 29. ex Glossa, & Oleastro.

EX CAPITE LEVITICI X.

Versu 1. *Arripitque Nadab, & Abiu filius Aaron thuribulis, &c. offerentes coram Domino ignem alienum.* Ebrietas, num. 7. ex Lyrano, & Oleastro. Eucharistia, numero 64. ex Glossa, Ildoro, Lyrano, & Hieronymo.
 Versu 2. *Egressusque ignis à Domino denoravit eos, & mortui sunt coram Domino.* Eucharistia, num. 64. ex Hefychio. Scriptura sacra, num. 38. ex eodem.
 Versu 3. *Sanctificabor in his qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor.* Deus, num. 114. ex Glossa, & Augustino.
 Versu 5. *Tulerunt eos sicut iacebant vestitos lineis tunicis, &c.* Scriptura sacra, num. 38. ex Glossa.
 Versu 7. *Et omne quod inebriare potest non bibetis tu, & filij tui, quando intratis in tabernaculum, &c.* Ebrietas, num. 8. ex Petro Chryologo. Sacerdos,

num. 33. ex Glossa, & Hefychio.
 Versu 19. *Quomodo potuit comedere eam, aut placere Domino in ceremoniis merito legibus? Gaudium, num. 7. ex Oleastro. Tristitia, num. 2. ex eodem.*

EX CAPITE LEVITICI XI.

Versu 2. *Hæc sunt animalia, qua comedere debetis de cunctis animalibus terra.* Eucharistia, num. 65.
 Versu 3. *Omne quoque quod habet duas ungulas, & ruminat in pecoribus comedetis.* Exempla, num. 14. ex Radulpho. Notissima, num. 3. ex Galfrido. Verbum Dei, num. 105. ex Chryostomo.
 Versu 9. *Omne quod habet pennas, & sequas tam in mari quam in fluminibus comedetis.* Gaudium, num. 8. ex Bernardo. Ignorantia, num. 5. ex Glossa, & Gregorio. Oratio, num. 54. ex Gregorio. Patientia, num. 7. ex Bernardo. Peccatum, num. 51. ex Gregorio. Penitentia, num. 35. ex Ildoro.
 Versu 13. *Hæc sunt qua de animalibus comedere non debetis, &c.* Contemplatio, num. 8. ex Glossa.
 Versu 20. *Omne de vulneribus quod graditur super quatuor pedes abominabile erit vobis.* Contemplatio, num. 8. ex Glossa.
 Versu 21. *Sed habet longiora retro crura per qua salit super terram comedere debetis.* Contemplatio, num. 8. ex Glossa, & Basilio.
 Versu 29. *Hæc quoque inter polluta reputabuntur, &c.* Chamaeleon, &c. Adulatio, num. 8. ex Stephano.
 Versu 36. *Fosses vero, & cisterna, & omnis aquatio congregatio mundi erit, &c.* Prædicator, num. 54. ex Radulpho.

EX CAPITE LEVITICI XII.

Versu 2. *Mulier si suscepto semine pepererit masculum immunda erit, &c.* Maria, num. 16. ex Glossa, Lyrano, Oleastro, Bernardo, Origene, Hefychio, & Chryostomo, & num. 17. ex Hieronymo, & Toletio, & num. 18. ex Toletio. Mulier, num. 42. ex Radulpho. Verbum Dei, num. 45. ex eodem.
 Versu 8. *Quod si non inuenerit manus eius nec potuerit offerre agnum, sumet duas iurtures, &c.* Paupertas, num. 11. ex Augustino, Cyrillo, & Beda.

EX CAPITE LEVITICI XIII.

Versu 2. *Homo in cuius cute, & carne ortus fuerit diversus color, &c. adducetur ad Aaron, &c.* Confessio, num. 13. ex Glossa.
 Versu 4. *Reclinet eum sacerdos septem diebus, & considerabit die septimo, &c.* Iudicium temerarium, num. 7. ex Glossa, & Oleastro.
 Versu 6. *Si obcurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum quia scabies est.* Peccatum, num. 52. ex Radulpho.
 Versu 56. *Si autem obscurior fuerit locus lepræ, postquam vestis est tota abrupta, &c.* Superbia, num. 21. ex Radulpho.
 Versu 57. *Quod si ultra apparuerit in his locis qua prius immaculata erant, lepra volatilis, & vasa, &c.* Superbia, num. 21. ex Radulpho. Gloria vana, num. 7. ex Glossa, & Gregorio.

EX CAPITE LEVITICI XIV.

Versu 21. *Quod si pauper est, & non potest, &c. assumet agnum ad oblationem, &c.* Eucharistia, num. 66. ex Glossa. Patientia, num. 8. Penitentia, num. 36. ex Glossa. Virginitas, num. 10. ex Hieronymo.
 Versu 34. *Si fuerit plaga lepræ in edibus ibi, cuius est domus nuntiatus sacerdoti, &c.* Conscientia, num. 11. ex Glossa.
 Versu 39. *Reversus, die septimo considerabit si inuenerit creuisse lepram, &c.* Societas Iesu, num. 4. ex Glossa.

EX CAP.

EX CAPITE LEVITICI XV.

Versu 31. *Docebitque filios Israel, ut caueant immunditias, & non moriantur in sordibus suis.* Prædicator, num. 55. ex Glossa.

EX CAPITE LEVITICI XVI.

Versu 2. *Loquerè Aaron, &c. ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, &c. ut non moriatur.* Eucharistia, num. 67. ex Glossa.
 Versu 4. *Tunica linea vestietur, fomis albis lineis verenda celabit.* Prædicator, num. 56. ex Glossa.
 Versu 12. *Assumptoque thuribulo quod de prunis altaris repleverit, &c.* Lingua, num. 6. ex Glossa, & Stephano. Prædicator, num. 55. ex Stephano.

EX CAPITE LEVITICI XVII.

Versu 3. *Homo quilibet de domo Israel occiderit bonum, aut onem, &c. & non obtulerit ad ostium, &c.* Sacrificia, num. 16. ex Glossa, Augustino, & Lyrano.
 Versu 10. *Homo quilibet, &c. si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius.* Voluntas, num. 3. ex Radulpho.
 Versu 11. *Ego dedi illum vobis ut super altare in eo expietis pro animalibus vestris.* Eucharistia, num. 68. ex Glossa.

CAPVT XVIII.

EX CAPITE LEVITICI XIX.

Versu 2. *Sancti estote quia ego sanctus sum Dominus Deus vester.* Religio, num. 31. ex Glossa, Origene, Cyrillo, & Leone.
 Versu 9. *Cum messuerit segetes terræ tuæ non tondebis usque ad solum, &c. Nec remanentes spicas colliges, &c.* Eleemosyna, num. 13. ex Glossa. Paupertas, num. 12. ex eadem.
 Versu 16. *Non eris criminator, nec susurro.* Muturatio, num. 13. ex Lyrano, Hefychio, & Bernardo, & num. 23. ex Radulpho.
 Versu 19. *Agnum unum non fecerit diuerso semine.* Prædicator, num. 57. ex Radulpho.
 Versu 19. *Veste que ex duobus texta est non indueris.* Vestes, num. 6. ex Radulpho.
 Versu 23. *Et plantaueritis in ea ligna pomifera auferetis præputia eorum.* Gloria vana, num. 8. ex Gregorio.

CAPVT XX.

EX CAPITE LEVITICI XXI.

Versu 2. *Ne contaminetur sacerdos in moribus ciuium suorum, &c. nisi super patre & matre & filio, &c.* Religio, num. 32. ex Hieronymo. Sacerdos, num. 35. ex Glossa, & Hieronymo.
 Versu 6. *Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius.* Sacerdos, num. 34. ex Galfrido.
 Versu 17. *Homo de semine tuo, &c. Qui habuerit maculam non offeret panes Deo suo.* Prædicator, num. 58. ex Radulpho.
 Versu 23. *Ita duntaxat ut intra velum non ingrediatur nec accedat ad altare, &c.* Lingua, num. 22. ex Hieronymo.

EX CAPITE LEVITICI XXII.

Versu 3. *Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea que consecrata sunt peribit, &c.* Eucharistia, num. 69. ex Hieronymo, & Glossa.
 Versu 4. *Homo de semine Aaron qui fuerit leprosus, &c. non vescetur, &c. donec sanetur.* Eucharistia, num. 59. ex Glossa.

Versu 6. *Sed cum lauerit carnem suam aqua, &c. tunc mandatus vescetur quia cibus illius est.* Eucharistia, num. 69. ex Glossa.
 Versu 9. *Custodiant præcepta mea, ut non subiaceant peccato, & moriantur in sanctuario, &c.* Eucharistia, num. 69. ex Glossa.
 Versu 14. *Qui comederit de sanctificatione per ignorantiam addet quintam partem, &c.* Eucharistia, num. 70. ex Glossa.
 Versu 23. *Bonum, & ouem aure, & cauda amputatis voluntarie offerre potes, &c.* Perseuerantia, num. 18. ex Glossa. Religio, num. 33. ex Radulpho.
 Versu 28. *Sive illa bos, sive onus non morabuntur una die cum foetibus suis.* Mortificatio, num. 57. ex Radulpho.

EX CAPITE LEVITICI XXIII.

Versu 22. *Sed pauperibus, & peregrinis dimittetis eas.* Paupertas, num. 12. ex Glossa.

EX CAPITE LEVITICI XXIV.

Versu 2. *Præcipe, &c. ut afferant tibi oleum de olivis purissimum, ac libidum ad concinnandum lucernas.* Charitas, num. 20. ex Radulpho.
 Versu 5. *Accipies quoque similes, & coques ex ea duodecim panes, &c.* Prædicator, num. 59. ex Radulpho.
 Versu 5. *Super mensam purissimam coram Domino statues, & pones super eas thuris lucidissimum, &c.* Eucharistia, num. 71. ex Glossa.
 Versu 15. *Homo qui maledixerit Deo portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur.* Blasphemia, num. 4. ex Augustino, & Hefychio. Homo, num. 33. ex Augustino.

EX CAPITE LEVITICI XXV.

Versu 48. *Qui voluerit ex fratribus suis redimere eum, &c.* Prædicator, num. 60. ex Glossa.

EX CAPITE LEVITICI XXVI.

Versu 28. *Sed ambulaueritis contra me, & ego incedam aduersum vos in furore contritio.* Deus, num. 115. ex Oleastro.

EX CAPITE LEVITICI XXVII.

& ultimo.

Versu 25. *Omnis estimatio sicut sanctuarij ponderabitur.* Charitas, num. 21. ex Radulpho.
 Versu 30. *Omnes decime terræ siue de frugibus siue de pomis arborum Domini sunt, &c.* Gratia, num. 14. ex Radulpho.

LIBER NUMERORVM.

EX CAPITE NUMER. I.

Versu 47. *Leuita autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis.* Sacerdos, num. 36. ex Glossa.
 Versu 53. *Porro Leuita per gyrum tabernaculi figent tentoria.* Sacerdos, num. 36. ex Lyrano, & Stephano.

EX CAPITE NUMER. II.

Versu 2. *Singuli per turmas signa atque vexilla.* Religio, num. 34. ex Origene.

EX CAPITE NUMER. IV.

Versu 8. *Panes semper in ea erunt, & extendentque desuper pallium coccineum.* Eucharistia, num. 72. ex Lyrano, & Oleastro.

Index copiosissimus

EX CAPITE NVMER. V.

Versu 2. *Ecce dicitur omnem leprosum de castris, &c. ne contaminent ea cum habitauerim vobiscum.* Eucharistia, num. 73. ex Oleastro. Societas Iesu, num. 4.

EX CAPITE NVMER. VI.

Versu 18. *Tunc radetur Nazareus ante ostium, &c.* Humilitas, num. 35. ex Stephano.

EX CAPITE NVMER. VII.

Versu 89. *Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, &c. audiebat vocem loquentis ad se de propitiatoris, &c.* Prædicator, num. 61. ex Gregorio. Vita actiua, num. 13. ex eodem.

EX CAPITE NVMER. VIII.

Versu 7. *Apergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ, &c.* Cogitatio, num. 20. ex Gregorio. Religio, num. 35. ex eodem.

Versu 18. *Sanctificati eos mihi, &c. ut seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis, & erent pro eis ne sit in populo plaga, &c.* Sacerdos, num. 37. ex Glossa.

EX CAPITE NVMER. IX.

Versu 8. *Stare ut consulam quid præcipiat Dominus de vobis, &c.* Oratio, num. 55. ex Gregorio.

Versu 10. *Homo, qui fuerit immundus super anima, &c. faciat phasæ Domino, &c.* Pœnitentia, num. 37. ex Petro Damiano.

EX CAPITE NVMER. X.

Versu 2. *Fac tibi duas tubas argenteas dulciles quibus conuocare possis multitudinem, &c.* Prædicator, num. 62. ex Stephano.

Versu 4. *Si semel clangoris venient ad te principes & capita multitudinis Israel.* Prælati, num. 46. ex Stephano.

Versu 7. *Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit & non concisus ululabunt.* Prædicator, num. 63. ex Rabano.

Versu 29. *Prospicimus ad locum, quem Dominus daturus est nobis, veni nobiscum, &c.* Superbia, num. 22. ex Gregorio.

Versu 34. *Nubes quoque Domini super eos erat per diem, &c.* Superbia, num. 23. ex Stephano.

EX CAPITE NVMER. XI.

Versu 4. *Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Abstinentia, num. 10. ex Oleastro. Quadragesima, num. 8. ex eodem, & Ambrosio.*

Versu 5. *Recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis.* Peccatum, num. 53. ex Oleastro.

Versu 6. *Anima nostra iam nauisat, &c.* Verbum Dei, num. 46. ex Balduino.

Versu 7. *Erat autem Man quasi semen Coriandri, &c.* Eucharistia, num. 74. ex Lyrano.

Versu 9. *Cumque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & Man.* Verbum Dei, num. 47. ex Balduino.

Versu 11. *Cur imposuisti pondus vniuersi populi huic super me? Ambitio, num. 7. ex Oleastro. Prælati, num. 47. ex eodem.*

Versu 12. *Porta eos in sinu tuo sicut portare solet matris infanulum.* Prælati, num. 47. ex Oleastro.

Versu 16. *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, &c.* Adolescentia, num. 9. ex Gregorio.

Versu 17. *Et auferam de spiritu tuo iramque eis.* Spiritus sanctus, num. 30. ex Augustino, Origene & Lyrano.

Versu 18. *Ut det nobis carnes, & comedamus, non uno die nec duobus, vel quinque aut decem, &c.* Eucharistia, num. 75.

Versu 25. *Cumque requiescisset in eis spiritus prophetauerunt, nec ultra cessauerunt.* Spiritus sanctus, num. 31. ex Origene.

Versu 26. *Remanserunt autem in castris duo viri, &c. super quos requiescit spiritus, &c.* Humilitas, num. 35. ex Glossa.

Versu 29. *Quis tribuat ut omnis populus prophetaet & det eis Dominus spiritum suum? &c.* Ambitio, num. 7. ex Oleastro. Gloria Dei, num. 9. ex Gregorio. Prædicator, num. 64. ex eodem.

EX CAPITE NVMER. XII.

Versu 1. *Locutaque est Maria & Aaron contra Moysen, &c. propter uxorem eius Ethiopissam, &c.* Murmuratio, num. 14. ex Magistro sententiarum. Oratio, num. 56. ex Lyrano.

Versu 2. *Num per solum Moysen locutus est Dominus, nonne & nobis? &c.* Oratio, num. 56. ex Lyrano.

Versu 5. *Vocans Aaron, & Mariam, &c.* Adulatio, num. 3. ex Lyrano, & Gregorio. Prælati, num. 48. ex Oleastro.

Versu 7. *At non talis seruus meus Moyses qui in omni domo mea fidelissimus est.* Murmuratio, num. 15. ex Origene.

Versu 9. *Iratusque contra eos abiit, &c.* Murmuratio, num. 14. ex Origene.

Versu 13. *Deus obsecro sana eam.* Amor inimicorum, num. 20. ex Oleastro.

Versu 14. *Cui respondit Dominus: si pater eius expuisset in faciem illius, non ne debuisset saltem septem diebus rubore suffundi? &c.* Pœnitentia, num. 38. ex Oleastro.

EX CAPITE NVMER. XIII.

Versu 24. *Absciderunt palmitem cum vna sua quem portauerunt in veste duo viri.* Eucharistia, num. 76. ex Isidoro.

Versu 28. *Qua reuera sunt lacte & melle ut ex his, &c. sed cultores foetissimos habet.* Murmuratio, num. 16. ex Lyrano, & Oleastro.

Versu 31. *Inter hac Caleb comescens murmur populi, &c.* Murmuratio, num. 16. ex Lyrano.

EX CAPITE NVMER. XIV.

Versu 9. *Neque timeatis populum terre huius quia sicut panem eos manducabimus.* Diabolus, num. 41. ex Origene. Diligentia, num. 19. ex eodem. Tentatio, num. 47. ex eodem.

Versu 12. *Te autem faciam principem super gentem magnam & fortiozem, &c.* Ecclesia, num. 46. ex Origene.

Versu 17. *Magnificetur ergo fortitudo Domini, &c. auferens iniquitatem, &c.* Amor inimicorum, num. 21. ex Oleastro.

Versu 19. *Dimitte obsecro peccatum populi huic secundum magnitudinem misericordie tue, &c.* Deus, num. 95. ex Oleastro.

Versu 34. *Iuxta numerum quadraginta dierum quibus, &c. annis pro die imputabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates vestras.* Pœnitentia, num. 39. ex Origene.

Versu 36. *Detrahentes terra quod esset mala mortui sunt atque percussu in conspectu Domini.* Murmuratio, num. 16. ex Lyrano.

EX CAPITE NVMER. XV.

Versu 20. *Sicut de aere primitias separatis, ita & de pulmentis.* Decima, num. 10. ex Lyrano,

Locorum Scripturæ.

ranus & Glossa. Intentio, num. 10. ex iisdem.

Versu 30. *Anima que per superbiam aliquid commiserit, &c. peribit de populo suo.* Pœnitentia, num. 40. ex Augustino. Superbia, num. 4. ex Glossa, & Augustino.

Versu 35. *Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra.* Peccator, num. 64. ex Isidoro. Pœnitentia, num. 41.

Versu 38. *Faciatis sibi simbrias per angulos palliorum ponentes in eis, &c.* Eucharistia, num. 77. Mandata, num. 14. ex Isidoro, & Lyrano. Sensus, num. 15. ex Oleastro.

EX CAPITE NVMER. XVI.

Versu 3. *Cur eleuamini super populum Domini?* Gloria vana, num. 9. ex Oleastro.

Versu 26. *Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos, &c.* Euangelium, num. 8. ex Origene.

Versu 31. *Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos, &c.* Hæretici, num. 54. ex Eugubino.

Versu 37. *Ut tollat thuribula qua iacent in incendio, &c. quoniam sanctificata sunt, &c.* & producat ea in laminas, &c. Exempla, num. 15. ex Glossa & Origene.

Versu 42. *Cumque oriretur seditio, &c. Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis, &c.* Oratio, num. 57. ex Origene. Tribulatio, num. 48. ex eodem. Iusti, num. 44. ex eodem.

Versu 48. *Obtulit thymiana, & stans inter mortuos, ac viuentes pro populo deprecatus est & plaga cessauit.* Incarnatio, num. 39. ex Origene.

EX CAPITE NVMER. XVII.

Versu 5. *Quem ex his elegero germinabit virga eius.* Status, num. 18. ex Origene. Deus, num. 151. ex eodem.

Versu 8. *Inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, &c.* Deus, num. 151. ex Origene.

EX CAPITE NVMER. XVIII.

Versu 8. *Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum, omnia que sanctificantur a filiis Israel tradidi tibi, &c.* Eucharistia, num. 78. ex Origene.

Versu 10. *In terra eorum nihil possidebitis, &c. ego pars & hereditas tua.* Religio, num. 36. ex Oleastro, & Cypriano.

EX CAPITE NVMER. XIX.

Versu 6. *Lignum quoque cedrinum & hyssopum coccumque bis vitum sacerdos mittet in flammam.* Oratio, num. 58. ex Gregorio. Humilitas, num. 36. ex eodem.

Versu 10. *Cumque lauerit qui vacca portauerat cineres vestimenta sua immundus erit, &c.* Eucharistia, num. 79. ex Augustino, & Radulpho.

Versu 15. *Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper immundum erit.* Silentium, num. 6. ex Gregorio.

EX CAPITE NVMER. XX.

Versu 8. *Loquimini ad petram coram eis & illa dabit aquas.* Amor hominis, num. 16. ex Oleastro.

Versu 10. *Num de Petra hac vobis aquam poterimus cucere? Gloria vana, num. 9. ex Oleastro.*

Versu 12. *Quia non credidistis mihi, &c. non in-*

roducetis hos populos in terram, &c. Superbia, num. 25. ex Oleastro.

EX CAPITE NVMER. XXI.

Versu 8. *Fac serpentem aneum, & pone eum pro signo.* Tribulatio, num. 49. ex Oleastro.

EX CAPITE NVMER. XXII.

Versu 4. *Quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere, &c.* Oratio, num. 59. ex Origene.

Versu 6. *Veni igitur & maledic populo huic quia fortior me est, &c.* Oratio, num. 59. ex Origene.

Versu 13. *Ita in terram vestram quia prohibuit me Dominus venire vobiscum.* Superbia, num. 26. ex Lyrano.

Versu 18. *Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei.* Concupiscentia, num. 4. ex Augustino.

Versu 20. *Si vocare te venerunt homines isti, surge, & vade cum eis.* Peccatum, num. 54. ex Glossa, Augustino, & Origene.

Versu 20. *Ita dumtaxat ut quod tibi præcepero facias.* Verbum Dei, num. 48. ex Origene.

Versu 27. *Cernens asina Angelum stantem in via euaginato gladio auertit se, &c.* Caro, num. 14. ex Gregorio.

Versu 28. *Aperuitque Dominus os asinae & locuta est.* Superbia, num. 26. ex Glossa.

EX CAPITE NVMER. XXIII.

Versu 4. *Septem inquit aris crexi, & posui vitulum & arietem desuper.* Superbia, num. 27. ex Oleastro.

Versu 9. *De summis silicibus videbo eum & de collibus considerabo illum.* Humilitas, num. 37. ex Origene, & Oleastro.

Versu 10. *Mortatur anima mea morte istorum, & sicut nonissima mea horum similia.* Mors, num. 30. ex Oleastro, & Augustino. Oratio, num. 60. ex Gregorio. Tentatio, num. 48. ex eodem. Vita, num. 11. Patientia, num. 9. ex Stephano.

Versu 13. *Veni mecum in alteram locum, ubi partem Israel videas, & eorum videre non possis, &c.* Murmuratio, num. 17. ex Glossa.

Versu 23. *Temporibus suis dicitur Iacob, & Israeli quid operatus sit Deus.* Eucharistia, num. 80. ex Origene.

Versu 24. *Ecce populus, ut leona confurget, & quasi leo erigetur.* Ecclesia, num. 46. ex Glossa & Origene. Eucharistia, num. 80. ex Chrysostomo.

EX CAPITE NVMER. XXIV.

Versu 1. *Scribet libellum repudiij, &c.* Matrimonium, num. 40. ex Glossa, & Augustino.

Versu 3. *Dixit homo cuius obruatus est oculus, &c. qui cadit, & sic aperiantur oculi eius.* Humilitas, num. 38. ex Oleastro. Ignorantia, num. 10. ex Glossa, & Gregorio. Sensus, num. 16. ex Origene.

Versu 5. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua, Israel.* Status, num. 19. ex Origene.

Versu 6. *Ut valles nemorose, ut horri iuxta flumines irrigui, &c.* Societas, num. 15. ex Origene.

Versu 7. *Fluet aqua de fistula, & semen illius erit in aquis multus.* Societas Iesu, num. 5.

Versu 8. *Cuius fortitudo similis erit Rhinocerotis.* Societas Iesu, num. 5.

Versu 9. *Accubans dormiuit ut leo & quasi leona quam suscitare nullus audebit.* Eucharistia, num. 81. ex Lyrano, & Gregorio.

Index copiosissimus

Verfu 17. *Orietur stella ex Jacob, & consurget virga de Israel.* Maria, num. 19. ex Galfrido.
Verfu 18. *Et erit Idumea possessio eius.* Caro, num. 15. ex Origene.
Verfu 19. *De Jacob erit qui dominetur, & perdet reliquias ciuitatis.* Mortificatio, num. 27. ex Origene.

EX CAPITE NVMER. XXV.

Verfu 1. *Fornicatus est populus cum filiabus Moab quae vocauerunt eos ad sacrificia sua.* Cogitatio, num. 16. ex Ricardo.
Verfu 4. *Inuitatusque est Israel Beelphegor, &c.* Deus num. 13. ex Origene. Peccatum, num. 55. ex eodem.
Verfu 4. *Tolle cunctos principes populi, & suspende eos, &c.* Ambitio, num. 8. ex Origene. Praelati, num. 49. ex eodem.
Verfu 17. *Quod cum vidisset Phinees, &c. arrepto pugio, &c. perfudit ambos simul, &c.* Cogitatio, num. 16. ex Origene. Verbum Dei, num. 49.
Verfu 13. *Et erit tam ipse quam semini eius pactum sacerdotij sempiternum.* Castitas, numero 26. ex Origene.

EX CAPITE NVMER. XXVI.

Verfu 2. *Numerate omnem summam filiorum Israel à viginti annis & supra, &c.* Ecclesia, num. 47. ex Glossa, & Origene. Eucharistia, num. 82. ex Origene.
Verfu 11. *Et factum est grande miraculum ut Core pereunte filij eius non perirent.* Exempla, num. 16. ex Lyrano.
Verfu 44. *Iessui à quo familia Iessuitarum.* Societas Iesu, num. 6.
Verfu 62. *Quia non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum ceteris data possessio est.* Oratio, num. 61. ex Origene. Religio, num. 36. ex eodem. Sacerdos, num. 38. ex Oleastro.

EX CAPITE NVMER. XXVII.

Verfu 12. *Ascende in montem istum Abarim, & contemplantur inde terram.* Christus, num. 92. ex Stephano. Mors, num. 30. ex Glossa.
Verfu 14. *Quia offendisti me in deserto Sin, in contradictione multitudinis, &c.* Christus, num. 46. ex Origene. Mors, num. 31.
Verfu 16. *Provideat Dominus Deus spirituum omnium carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc, &c.* Electio, num. 6. ex Origene. Praelati, num. 50. ex eodem. Trinitas, num. 37. ex eodem.
Verfu 18. *Tolle Iosue filium Nun, in quo est Spiritus, & pone manum, &c.* Caro, num. 16. ex Origene. Baptismus, num. 18. ex eodem.

Verfu 20. *Et dabis ei praecepta, &c. & partem gloriae tuae ut audiat eum omnis synagoga, &c.* Humilitas, num. 39. ex Oleastro. Praelati, num. 51. ex eodem.

EX CAPITE NVMER. XXVIII.

Verfu 1. *Orationem meam, & panes, & incensum odoris suavissimi, offerre per tempora.* Deus, num. 136. ex Origene, & Stephano. Bonum in communi, num. 3. ex iisdem, & Augustino. Pœnitentia, num. 42. ex Origene.
Verfu 17. *Septem diebus vescetur azymis.* Peccatum, num. 56. ex Origene.

EX CAPITE NVMER. XXX.

Verfu 3. *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum.* Homo, num. 34. ex Origene.
Verfu 3. *Sed omne quod promisit implebit.* Religio, num. 37. ex Origene.

EX CAPITE NVMER. XXXI.

Verfu 2. *Plescere primum filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum.* Scandalum, num. 7. ex Origene.
Verfu 5. *Dederuntque milles de singulis tribubus.* Oratio, num. 62. ex Origene.
Verfu 17. *Ergo cunctos interfecite, &c. puellas autem, & omnes feminas virgines seruate vobis.* Virginitas, num. 11. ex Oleastro.
Verfu 22. *Aurum, & argentum, & as, & ferrum, & plumbum, & stannum, &c. igne purgabitur, &c.* Angeli, num. 22. ex Origene. Purgatorium, num. 3. ex eodem.

EX CAPITE NVMER. XXXII.

Verfu 17. *Nos autem ipsi armati, & accincti pergemus ad praelium ante filios Israel.* Exempla, num. 17. ex Origene.
Verfu 20. *Sis facitis quod promittitis, expediti pergitis coram Domino ad pugnam.* Societas Iesu, num. 7.

EX CAPITE NVMER. XXXIII.

Verfu 26. *Profecti de Maceloth venerunt in Thabasha.* Timor, num. 23. ex Origene.
Verfu 34. *De Ierobabaha, venerunt in Hebrona.* Diligentia, num. 20. ex Hieronymo, & Origene. Status, num. 20. ex iisdem.
Verfu 38. *Ascendit Aaron sacerdos in montem Hor iubente Domino, & ibi mortuus est.* Mors, num. 30. ex Oleastro, & Augustino.
Verfu 52. *Atque omnia excelsa vastate.* Superbia, num. 28. ex Glossa. Hieronymo, & Stephano.

EX CAPITE NVMER. XXXV.

Verfu 2. *Præcipe filiis Israel ut dent Lonitis de possessionibus suis orbes ad habitandum.* Sacerdos, num. 39. ex Oleastro.
Verfu 3. *Et suburbana earum per circuitum, &c. pecoribus atque iumentis.* Praelati, num. 52. ex Stephano, & Hieronymo.
Verfu 20. *Si peradium quis hominem impulerit, vel iecerit quidpiam ei per insidias, &c.* Homicidium, num. 20. ex Glossa.
Verfu 28. *Postquam autem ille obierit homicida reuertetur in terram suam.* Christus, num. 64. ex Glossa, & Gregorio.
Verfu 33. *Ne polluatis terram, qua insonium cruore maculatur.* Scandalum, num. 8. ex Glossa.
Verfu 33. *Nec alter expuari potest nisi per eius sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit.* Pœnitentia, num. 43. ex Glossa.

EX CAPITE NVMER. XXXVI.

Verfu 3. *Sequitur possessio sua, & translata ad aliam tribum, de nostra hereditate minuetur.* Ambitio, num. 9. ex Oleastro. Intentio, num. 11. ex Rabauo.

LIBER DEUTERONOMII.

EX CAPITE DEUTERONOMII I.

Verfu 1. *Hæc sunt verba, quæ locutus est Moyses ad omnem Israel.* Euangelium, num. 9. ex Hieronymo, & Augustino.
Verfu 13. *Dato ex vobis viros sapientes, & gnaros, & quorum conuersatio sit probata, &c.* Electio, num. 9. ex Stephano.
Verfu 22. *Mittamus viros qui considerent terram, & renuncient, &c.* Praelati, num. 53. ex Glossa.
Verfu 37. *Nec miranda indignatio in populum cum mihi*

Locorum Scripturæ.

mibi quoque iratus Dominus, &c. Praelati, num. 53. ex Oleastro.
Verfu 38. *Nec in ingredieris illuc sed Iosue, &c.* Tentatio, num. 49. ex Oleastro.
Verfu 39. *Paruli vestri, &c. & filij qui ignorant, &c. ipsi ingrediantur, & ipsi dabo terram, & possidebunt eam.* Humilitas, num. 39. ex Oleastro.
Verfu 43. *Sed aduersantes imperio Domini, & inmentes superbiam ascendistis in montem.* Superbia, num. 29. ex Glossa.

EX CAPITE DEUTER. II.

Verfu 27. *Transibimus per terram tuam, publica gradiemur via, &c.* Tribulatio, num. 50. ex Glossa.
Verfu 30. *Quia induruerat Dominus Deus tuus spiritum eius, & obfirmauerat cor illius.* Cor, n. 12. ex Glossa.

EX CAPITE DEUTERON. III.

Verfu 24. *Neque enim est alius Deus vel in celo vel in terra, &c.* Trinitas, num. 55. ex Athanasio.
Verfu 25. *Transibo igitur, & videbo terram hanc optimam, &c.* Oratio, num. 63. ex Lyrano, & Gregorio. Praelatus, num. 54. ex Oleastro. Spes, n. 11. ex Lyrano.
Verfu 26. *Iratusque est Dominus mihi propter vos, neque exaudiuisti me, & dixisti mihi, &c. nequaquam ultra loquaris de hac re ad me.* Praelati, num. 54. ex Oleastro.

EX CAPITE DEUTERON. IV.

Verfu 7. *Neque est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi sicut Deus noster ad est cunctis obsecrationibus nostris.* Eucharistia, num. 83. ex Glossa, & Oleastro. Oratio, num. 64. ex Glossa, Oleastro, & Lyrano.
Verfu 9. *Custode igitur te metipsum, & animam tuam sollicitè.* Oratio, num. 64. ex Lyrano.
Verfu 24. *Quia Dominus Deus ignis consumens est.* Pœnitentia, num. 44. ex Stephano.

EX CAPITE DEUTERON. VI.

Verfu 5. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Amor hominis, num. 11. ex Glossa, & Augustino, & num. 26. ex Balduino. Amor Dei, num. 25. ex Bernardo. Amor proximi, num. 20. ex Augustino. Amor in communi, num. 7. ex eodem. Caritas, num. 12. ex Glossa, & Augustino, & num. 22. ex Adam de Perseua. Eucharistia, num. 84. ex Bernardo. Incarnatio, num. 40. ex eodem.
Verfu 16. *Non temebis Dominum Deum tuum.* Tentatio, num. 50. ex Glossa.

EX CAPITE DEUTERON. VII.

Verfu 22. *Non poteris delere eas pariter, ne forte multiplicentur contra te bestie terre.* Gloria vana, num. 10. ex Glossa. Humilitas, num. 40. ex Gregorio. Superbia, num. 30. ex Glossa.

EX CAPITE DEUTERON. VIII.

Verfu 3. *Dedit tibi manna, &c. Et ostenderet tibi quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo, &c.* Eucharistia, num. 85. ex Glossa.
Verfu 15. *In qua erat serpens, statu aduersus, & scorpio, & aspid.* Concupiscentia, n. 5. ex Glossa, & Lyrano.
Verfu 17. *Ne dices in corde tuo: fortitudo mea, & fortitudo manus mee, hæc mihi omnia presterunt.* Peccatum, num. 57. ex Petro Damiano.

EX CAPITE DEUTERON. IX.

Verfu 9. *Perseueraui in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, panem non comedens, &c.* Oratio, num. 65. ex Lyrano. Quadragesima, num.

6. ex eodem.
Verfu 10. *Dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei.* Euangelium, num. 10. ex Augustino.
Verfu 18. *Et proci. ante Dominum sicut prius quadraginta diebus, &c.* Quadragesima, n. 6. ex Lyrano.
Verfu 25. *Et iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus cum simpliciter deprecabar ne deleret vos.* Quadragesima, num. 6. ex Lyrano.

EX CAPITE DEUTERON. X.

Verfu 14. *En Domini Dei tui calum est, & calum cali terra, & omnia quæ in ea sunt, &c.* Amor Dei, num. 18. ex Glossa, & Oleastro.
Verfu 16. *Circuncidite igitur preputium cordis vestri, & cernicem vestram ne induretis amplius.* Circuncisio, num. 14. ex Glossa, & Oleastro. Gloria vana, num. 11. ex Glossa. Superbia, num. 31. ex eadem.
Verfu 20. *Dominum Deum tuum timebis, & ei soli serues, &c.* Deus, num. 130. ex Glossa, & Oleastro.

EX CAPITE DEUTERON. XI.

Verfu 10. *Terra ad quam ingredieris possidendam non est, sicut terra Egypti, &c.* Iusti, num. 45. ex Glossa.

EX CAPITE DEUTERON. XII.

Verfu 13. *Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, &c.* Ecclesia, num. 48. ex Glossa.

EX CAPITE DEUTERON. XIV.

Verfu 1. *Filij estote Domini Dei vestri, &c.* Filij, num. 29. ex Oleastro.

EX CAPITE DEUTERON. XV.

Verfu 6. *Fanerabis genibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum, dominaberis nationibus multis, &c.* Ecclesia, num. 49. ex Glossa.
Verfu 7. *Si vnus de fratribus tuis, &c. ad paupertatem venerit, &c.* Verfu 9. *Caue ne subrepat tibi impia cogitatio, &c.* Intentio, num. 11. Elecmosyna, num. 13. ex Augustino, & Oleastro.

Verfu 11. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tue, &c. ut aperias manum, &c.* Elecmosyna, num. 13. ex Glossa.

Verfu 19. *De primogeniis, quæ nascuntur in armentis, &c. quidquid est sexus masculini sanctificabis Domino Deo tuo.* Humilitas, num. 41. ex Glossa.

Verfu 19. *Non operaberis in primogenito bonis, & non condabis primogenita auium.* Gloria vana, num. 12. ex Gregorio. Et num. 19. ex Stephano.

Verfu 21. *Si autem habuerit masculum, vel claudum fuerit, &c. comedes illum.* Gloria vana, num. 12. ex Gregorio. Intentio, num. 12. ex Glossa.

EX CAPITE DEUTER. XVI.

Verfu 5. *Non poteris immolare Phæ in qualibet urbium marum, &c.* Ecclesia, num. 48. ex Glossa, Eucharistia, num. 85. ex eadem.

Verfu 20. *Insto quod instum est persequeris ut viuas, & possideas terram, &c.* Intentio, num. 12. ex Gregorio. Iudices, num. 14. ex Oleastro, & Gregorio.

EX CAPITE DEUTER. XVII.

Verfu 18. *Describet sibi Deuteronomij legis huius in volumine accipiens exëpla à sacerdotibus, &c. legè que illud omnibus diebus vite sue.* Electio, n. 2. ex Glossa.

EX CAPITE DEUTER. XVII.

Verfu 2. *Dominus enim ipse est hereditas eorum, Sacerdos, n. 39. ex Glossa, & n. 40. ex Ambrosio.*
Verfu 15. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscipiabis tibi Dominus Deus tuus, &c.* Christus, num. 48. ex Glossa, & Lyrano.

Index copiosissimus

EX CAPITE DEUTER. XIX.

Versu 5. *In succisione lignorum securis fugerit manum, ferrumque lapsum de manubrio, &c.* Correctio, num. 13. ex Gregorio. Intentio, num. 13. ex eodem.
Versu 7. *Hic ad unam supra dicitur urbium confugeret, & viuet.* Mortificatio, num. 28. ex Ambrosio. Penitentia, num. 45. ex Gregorio.

EX CAPITE DEUTER. XX.

Versu 6. *Quis est homo qui plantauit vineam, & necdum eam fecit communens, &c. vadat, & reuertatur in domum suam.* Vita actiua, num. 14. ex Isidoro.
Versu 8. *Quis est homo formidolosus, & corde pauido, &c.* Mortificatio, num. 29. ex Isidoro.
Versu 17. *Nullum omnino permittes viuere, &c. sed interfacies in ore gladij, &c. ne forte doceant vos facere cunctas abominaciones, &c.* Exempla, num. 18. ex Olcastro. Mortificatio, num. 30. ex Glossa.

EX CAPITE DEUTER. XXI.

Versu 3. *Seniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, &c.* Christus, num. 63. ex Glossa.
Versu 5. *Accedentque sacerdotes, &c. & ad verbum eorum omne negotium, &c. iudicetur.* Sacerdos, num. 41. ex Glossa.
Versu 16. *Non poterit filium dilecte facere primogenitum, & preferre filio odiose, &c.* Apostoli, num. 20. ex Glossa. Ecclesia, num. 50. ex eadem.
Versu 23. *Non permanebit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur.* Exempla, num. 18. ex Olcastro. Penitentia, num. 46. ex Glossa.
Versu 23. *Quia maledictus omnis qui pendet in ligno.* Crux, num. 26. ex Augustino.

EX CAPITE DEUTER. XXII.

Versu 5. *Non induetur mulier veste virili nec vir vtiatur veste feminea.* Mulier, num. 30. ex Augustino, & Glossa. Prælati, num. 55. ex Augustino.
Versu 6. *Si ambulans per viam, &c. nidum auis inuenieris, &c. non tenebis eam cum filiis.* Misericordia, num. 11. ex Olcastro.
Versu 8. *Cum edificaueris domum nouam facies murum recti per circuitum, &c. ne effundatur sanguis, &c.* Humilitas, num. 42. ex Glossa, & Gregorio.

EX CAPITE DEUTER. XXIII.

Versu 10. *Si fuerit inter vos homo qui nocturno polutus sit somno, &c.* Cogitatio, num. 17. ex Augustino, & Gregorio.
Versu 15. *Non irades seruum Domino suo qui ad te confugerit, &c.* Penitentia, num. 47. ex Augustino, & Brunone.

EX CAPITE DEUTER. XXIV.

Versu 4. *Ne peccare facias terram tuam, &c.* Mortificatio, num. 31. ex Glossa.
Versu 6. *Non accipies loco pignoris inferiorem, & superiorem molam, quia animam suam opposui tibi, &c.* Spes, num. 12. ex Gregorio, & Glossa, & Isidoro.

EX CAPITE DEUTER. XXV.

Versu 9. *Tollet calcamentum de pede eius expulsetque in faciem illius.* Prædicator, num. 65. ex Glossa.
Versu 13. *Non habebis in sacculo diuersa pondera magna, & minus, &c.* Prædicator, num. 66. ex Glossa, & Isidoro.

EX CAPITE DEUTER. XXVIII.

Versu 5. *Et benedicta reliquia tua.* Intentio, num. 14. ex Glossa.

Versu 9. *Suscipiat te Dominus sibi in populum sanctum, si custodieris mandata, &c.* Societas Iesu, num. 8.
Versu 12. *Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, calum ut tribuat pluuiam terra tue, &c.* Apostoli, num. 21. ex Glossa. Prædicator, num. 67. ex eadem.
Versu 22. *Percutiat te Dominus egestate, febre, & frigore, &c.* Deus, num. 94. ex Augustino.
Versu 23. *Sit calum quod supra te est aneum, & terra quam calcas ferrea.* Peccatum, num. 58. ex Glossa. Prædicator, num. 67. ex eadem.
Versu 33. *Fructus terra tue, & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras.* Ecclesia, numero 50. ex Glossa.
Versu 38. *Sementem multam iacies in terram, & modicum congregabis.* Eucharistia, num. 86. ex Glossa. Gloria vana, num. 11. ex eadem.
Versu 43. *Advena qui tecum versatur in terra, ascendet super te, &c. in autem descendet, &c.* Ecclesia, num. 50. ex Glossa. Gratitude, num. 18. ex Gregorio.

EX CAPITE DEUTER. XXX.

Versu 6. *Circumcides Dominus Deus tuus, cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas Dominum, &c.* Circumcisio, num. 14. ex Glossa, & Olcastro.
Versu 11. *Mandatum hoc quod ego precipio tibi hodie non supra te est nec procul positum, &c.* Mandata, num. 15. ex Lyrano, & Olcastro.
Versu 20. *Ut diligas Dominum Deum tuum, &c. ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum.* Eucharistia, num. 87. ex Lyrano, & Olcastro.

EX CAPITE DEUTER. XXXI.

Versu 21. *Scio enim cogitationes eius qua facturus sit hodie, &c.* Eucharistia, num. 88. ex Chryostomo, & Olcastro. Gratitude, num. 19. ex Olcastro.

EX CAPITE DEUTER. XXXII.

Versu 5. *Peccauerunt ei & non filij eius in sordibus.* Peccatum, num. 83. ex Augustino.
Versu 6. *Nunquid non ipse est Pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?* Amor hominis, num. 10. ex Ambrosio, & Glossa.
Versu 8. *Constituit terminos populorum iuxta numerum stirorum Israel.* Angeli, num. 23. ex Glossa, Lyrano, & Gregorio.
Versu 10. *Inuenit eum in terra deserta, in loco horrore, &c.* Vocatio, num. 11. ex Olcastro.
Versu 11. *Sicut aquila promouens ad volandum pullos suos, & super eos volans, &c.* Christus, numer. 83. ex Glossa, & Stephano.
Versu 13. *Constituit eum super excelsum terram.* Ecclesia, num. 51. ex Glossa.

Versu 13. *Ut sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo.* Christus, num. 53. ex Gregorio, & Ricardo. Ecclesia, num. 51. ex Glossa, & Gregorio. Spiritus sanctus, num. 31. ex Gregorio.
Versu 14. *Et hincos cum medulla tritici, & sanguinem vna biberent meracissimum.* Eucharistia, num. 89. ex Glossa. Penitentia, num. 48. ex eadem.
Versu 21. *Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, &c. ego prouocabo eos in eo qui non erat populus, &c.* Eucharistia, num. 41. ex Ruperto.
Versu 22. *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferum nouissima.* Tribulatio, num. 51. ex Gregorio.
Versu 29. *Vinam sapient, & intelligerent ac nouissima prouiderem.* Nouissima, numero 2. ex Bernardo. Prudentia, num. 11. ex eodem, & Glossa.
Versu 30. *Quomodo persequatur vnus mille, & duo fugent decem millia.* Caritas, num. 13. ex Radulpho. Timor, num. 25. ex eodem.
Versu 39. *Ego occidam, & ego viuere faciam, per-*

ueniam,

Locorum Scripturæ.

nam, & ego sanabo. Tribulatio, num. 52. ex Gregorio.
Versu 42. *De crure occisorum & de captiuitate nudas inimicorum capitis.* Prælati, num. 56. ex Glossa.

EX CAPITE DEUTER. XXXIII.

Versu 1. *Hæc est benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filius Israel ante mortem suam.* Eucharistia, num. 90. ex Glossa.
Versu 3. *Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt; & qui appropinquanti pedibus eius, accipiem de doctrina illius.* Humilitas, num. 19. ex Glossa. Iusti, num. 46. ex eadem. Scriptura sacra, num. 39. ex eadem. Prædicator, num. 68. ex eadem.
Versu 8. *Leni quoque ait perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, &c.* Societas Iesu, num. 9.
Versu 9. *Qui dixit Patri suo, & Matri sue: nescio vos, & fratribus suis ignoro vos, &c.* Societas Iesu, num. 9.
Versu 10. *Ponent Thymiana in furore tuo, & holocaustum super altare tuum.* Oratio, num. 66. ex Glossa.
Versu 12. *Et Benjamin ais amantissimus Domini habuabit confidenter in eo, &c.* Religio, num. 38. ex Stephano.
Versu 20. *Qui inundationem maris quasi lac surgent, &c.* Patientia, num. 9. ex Stephano. Tribulatio, num. 53. ex eodem.
Versu 25. *Affer, &c. tingat in oleo pedem suum, feruum & calcamentum eius.* Eucharistia, num. 91.
Versu 28. *Habuabit Israel confidenter & Iobus oculus Jacob in terra frumentis, & vni, calique caligabunt rora.* Eucharistia, num. 92. ex Glossa.

EX CAPITE DEUTER. XXXIV. & ultimo.

Versu 5. *Mortuus est ibi Moyses seruus Domini in terra Moab iubente Domino.* Mors, num. 31. ex Glossa & Origene.
Versu 6. *Et sepeluit eum in valle terra Moab, contra Phogor, & non cognouit homo sepulchrum eius, &c.* Euangelium, num. 1. ex Glossa.
Versu 7. *Non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt.* Intentio, num. 15. ex Glossa.
Versu 8. *Fleueruntque eum filij Israel in campes tribus Moab triginta diebus, &c.* Mors, num. 32. ex Hieronymo.
Versu 9. *Iesus vero filius Nun repletus est spiritu sapientia quia Moyses posuit super eum manus suas.* Sancti, num. 22. ex Olcastro.

LIBER IOSVE.

EX CAPITE IOSVE I.

Versu 2. *Moyses seruus meus mortuus est, surge, & transi Iordanem.* Mors, num. 33. ex Caietano, & Ambrosio.
Versu 12. *Rubenitis quoque & Gaduis, & dimidia tribui Manasse ait, &c.* Trinitas, num. 38. ex Stephano.
Versu 14. *Voces vestra, & filij, &c. Vos autem transite armati, ante fratres vestros, &c. Et pugnate pro eis.* Prædicator, num. 69. ex Glossa, & Origene. Societas Iesu, num. 10.

EX CAPITE IOSVE II.

Versu 2. *Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine Rahab & quienerunt, &c.* Ecclesia, num. 52. ex Glossa, & Origene. Hospitali-

tas, num. 8. ex Lyrano, & Chryostomo. Incarnatio, num. 41. ex Lyrano.
Versu 6. *Operuitque eos stipula lini, que ibi erat.* Incarnatio, num. 41.
Versu 18. *Signum fuerit funiculus iste coccineus, &c.* Ecclesia, num. 52. ex Origene. Eucharistia, num. 93. ex Glossa, & Origene.

EX CAPITE IOSVE III.

Versu 4. *Sitque inter vos & arcam spatium cubitorum decem millium, ut procul videre possitis, &c.* Sacerdos, num. 42. ex Augustino, & Origene.
Versu 7. *Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel, ut sciam quod sicut cum Moysse fui, &c.* Iudicium finale, num. 30. ex Origene.
Versu 16. *Steterunt aquæ descendentes in loco vno ad instar montis, &c. Quæ autem inferiores erant in mare solitudinis, &c.* Eucharistia, num. 93. ex Glossa, & Origene. Iudicium finale, num. 31. ex Glossa, & Lyrano. Tribulatio, num. 81. ex Galfrido. Sacerdos, num. 43. ex Glossa.

EX CAPITE IOSVE IV.

Versu 3. *Et tollant de medio Iordanis alueo, ubi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, &c.* Apostoli, num. 22. ex Glossa, & Lyrano. Sacerdos, num. 43.
Versu 9. *Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, &c.* Ecclesia, num. 53. ex Glossa.
Versu 10. *Festinavitque populus, & transiit.* Diligentia, num. 21. ex Glossa, & Origene.

EX CAPITE IOSVE V.

Versu 2. *Fac tibi cultros lapideos, &c.* Circumcisio, num. 15. ex Augustino, Lyrano, Glossa, & Ambrosio.
Versu 8. *Postquam autem omnes circumcisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco donec sanarentur.* Perseuerantia, num. 19. ex Glossa.
Versu 10. *Manseruntque, &c. & fecerunt Phasæ, &c.* Eucharistia, num. 94. ex Glossa, & Isidoro. Penitentia, num. 49. ex Stephano.
Versu 12. *Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terra.* Beatitudo, num. 19. ex Glossa, & Origene. Religio, num. 39. ex Origene.
Versu 16. *Solue inquit, calcamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas sanctus est.* Societas Iesu, num. 11.

EX CAPITE IOSVE VI.

Versu 1. *Iericho clausa erat atque munita, &c.* Mundus, num. 13. ex Origene.
Versu 2. *Eccc dedi in manu tua Iericho & regem eius, &c.* Iudicium finale, num. 32. ex Origene.
Versu 17. *Sitque ciuitas hæc Anathema & omnia que in ea sunt Domino.* Religio, num. 40. ex Origene & Stephano.
Versu 18. *Vos autem caute ne de his que precepta sunt quidpiam contingatis.* Peccatum, num. 59. ex Glossa.
Versu 20. *Igitur omni populo vociferante, &c. murillo corruerunt, & ascendit vnusquisque per locum qui contra se erat.* Pax, num. 5. ex Origene. Prædicator, num. 70. ex Glossa, & Galfrido, & num. 71. ex Origene. Fides, num. 23.

EX CAPITE IOSVE VII.

Versu 1. *Nam Achan filius Charmi, &c. tulit aliquid de Anathemate, iratusque est Dominus, &c.* Paupertas, num. 13. Peccator, num. 65. ex Origene.
Peccatum

Index copiosissimus

Peccatum, num. 39. ex Origene, & Augustino. Prælati, num. 57. ex Origene.

Verfu 3. *Quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos.* Religio, num. 41. & 42.

Verfu 12. *Non ero ultra vobiscum donec coneratis eum qui huius sceleris reus est,* &c. Societas Iesu, num. 12. Religio, num. 42.

Verfu 19. *Euli mi da gloriam Domino Deo Israel, & confitere,* &c. Confessio, num. 14. ex Lyrano.

Verfu 20. *Vere ego peccaui Domino Deo Israel,* &c. Confessio, num. 14. ex Lyrano.

Verfu 21. *Fidis enim inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream,* &c. Hæretici, num. 14. ex Glossa & Origene. Religio, num. 42. ex Glossa. Sapientia, num. 16. ex Stephano. Nouissima, num. 5. ex eodem.

EX CAPITE IOSVE VIII.

Verfu 15. *Simulantes metum, & fugientes per solitudinis viam.* Angeli, num. 24. ex Origene. Fornicatio, num. 8. ex eodem.

Verfu 18. *Leua clypeum qui in manu tua est contra urbem Hai.* Crux, num. 21. ex Glossa, & Chrysothomo. Intentio, num. 16. Passio Christi, num. 36. ex Glossa.

Verfu 26. *Iosue vero non contraxit manum quam in sublime porregerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes,* &c. Mortificatio, num. 32. ex Origene. Perseuerantia, num. 20.

Verfu 29. *Regem quoque eius suspendit in patibulo.* Crux, num. 21. ex Origene.

Verfu 30. *Tunc adificauit Iosue altare Domino Deo Israel,* &c. Altare vero de lapidibus impositis, &c. Apostoli, num. 23. ex Origene. Oratio, num. 67. ex eodem.

Verfu 33. *Omnis autem populus & maiores natu, &c. habant ex utraque parte arce, &c.* Iudicium finale, num. 33. ex Glossa.

EX CAPITE IOSVE IX.

Verfu 1. *Cuncti reges trans Iordanem, &c. congregati sunt, &c. pariter,* &c. Tribulatio, num. 54. ex Glossa.

Verfu 4. *Callide cogitantes tulerunt sibi cibaria sacros veteres, &c.* Mortificatio, num. 33. ex Glossa, & Origene.

Verfu 14. *Susciperunt igitur de cibariis eorum & os Domini non interrogauerunt.* Oratio, num. 68. ex Lyrano.

Verfu 22. *Cur nos decipere fraude voluistis,* &c. Religio, num. 43. ex Augustino.

EX CAPITE IOSVE X.

Verfu 4. *Ad me ascende, & ferte praesidium ut expugnemus Gabaon, quare transfugeret ad Iosue,* &c. Tentatio, num. 51. ex Glossa.

Verfu 6. *Ne retrahas manus tuas ab auxilio seniorum tuorum, ascende cito,* &c. Oratio, num. 68. Tribulatio, num. 55.

Verfu 11. *Domini misit super eos lapides magnos de caelo,* &c. Fornicatio, num. 9. ex Glossa.

Verfu 14. *Non fuit antea nec posse tam longa dies obediens Domino voci hominis,* &c. Eucharistia, num. 95. ex Glossa.

Verfu 18. *Voluit saxa ingentia ad os spelunca, &c.* Tentatio, num. 52. ex Origene.

Verfu 21. *Nullusque contra filios Israel mutire ausus est.* Tentatio, num. 53. ex Glossa, & Origene.

Verfu 22. *Aperite os spelunca & producite ad me quinque reges,* &c. Senfus, num. 18. ex Galfrido.

Verfu 24. *Ponite pedes vestros super colla regum istorum.* Mortificatio, num. 24. ex Glossa & Origene, & num. 35. ex Origene.

Verfu 40. *Non dimisit in ea villas reliquias sed omnino quod respirare poterat interfecit.* Mortificatio, num. 36. ex Origene.

EX CAPITE IOSVE XI.

Verfu 6. *Equos eorum subneruabis, & currus igne combures.* Humilitas, num. 43. ex Origene. Mortificatio, num. 38. ex eodem.

Verfu 12. *Et omnes per circuitum ciuitates regesque earum cepit, percussit, atque delenuit.* Mortificatio, num. 37. ex Origene. Peccatum, num. 60. ex eodem.

Verfu 20. *Domini enim sententia fuerat ut indurentur corda eorum, &c. & non mouerentur ullam clementiam,* &c. Diabolus, num. 44. ex Glossa, & Origene.

Verfu 23. *Quienitque terra à praliis.* Pax, num. 6. ex Origene.

EX CAPITE IOSVE XIII.

Verfu 1. *Iosue senex pronectaque atatis erat.* Senectus, num. 4. ex Origene.

Verfu 33. *Tribui autem Leui non dedit possessionem quoniam Dominus Deus Israel, ipse est possessio eius.* Sacerdos, num. 44. & 45. ex Origene.

EX CAPITE IOSVE XIV.

Verfu 3. *Duabus enim tribubus, & dimidia dederat Moyses, &c. qui nihil terre acceperunt,* &c. Diuitia, num. 11. ex Gregorio. Sacerdos, num. 46. ex Glossa, & Isidoro.

Verfu 15. *Terra cessauit à praliis.* Mortificatio, num. 39. ex Glossa, & Origene. Pax, num. 6. ex Origene.

Verfu 15. *Adam maximus ibi situs est.* Sancti, num. 23. ex Lyrano.

EX CAPITE IOSVE XV.

Verfu 18. *Qua cum pergerent simul suasa est à viro suo, ut peteret à patre agnum suspirauitque, &c.* Mulier, num. 31. ex Lyrano, & Chrysothomo. Oratio, num. 69. ex Ruperto, & Gregorio.

Verfu 19. *Terram australem, & aurentem dedisti mihi, &c.* Dedit itaque ei Caleb irriguum superius, & inferius. Lacrymæ, num. 10. ex Gregorio. Oratio, num. 69. ex eodem & Ruperto.

Verfu 63. *Habitauitque Iosue cum filiis Iuda in Hierusalem.* Pax, num. 7. ex Origene.

EX CAPITE IOSVE XVI.

Verfu 10. *Et non interfecerunt filij Ephraim Chananeum, &c.* Tentatio, num. 54. ex Glossa, & Origene.

Verfu 10. *Habitauitque Chananeus, in medio Ephraim usque in diem hunc tributarius.* Humilitas, num. 44. ex Glossa, & Gregorio.

EX CAPITE IOSVE XVII.

Verfu 18. *Transibis ad montem & succides tibi atque purgabis ad habitandum, &c.* Mortificatio, num. 53. ex Petro Damiano.

EX CAPITE IOSVE XVIII.

Verfu 1. *In Silo, ibi fecerunt tabernaculum testimonij, & fuit eis terra subiecta.* Eucharistia, num. 95.

EX CAPITE IOSVE XIX.

Verfu 49. *Cumque compleisset sorte diuidere terram singulis, &c. dederunt filij Israel possessionem Iosue,*

Locorum Scripturae.

EX CAPITE IOVDICVM V.

Verfu 2. *Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum benedicite Domino.* Religio, num. 44. ex Ruperto.

Verfu 3. *Audite reges auribus, percipite Principes Angeli, num. 28. ex Origene. Nobilitas, num. 4. ex eodem. Reges, num. 11. ex eodem. Religio, num. 44. ex Ruperto. Verbum Dei, num. 52. ex Glossa, & Origene.*

Verfu 11. *Vbi colli sunt curru & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur iniustia Domini, &c.* Fortitudo, num. 7. ex Origene. Gratiudo, num. 20. ex Glossa.

Verfu 26. *Sinistram manum misit ad clauum & dexteram ad fabricum malleos, &c.* Crux, num. 24. ex Ruperto.

EX CAPITE IOVDICVM VI.

Verfu 11. *Veni Angelus Domini & sedit sub quercu, &c. cum autem Gedeon filius eius excuteret atque purgaret frumenta in torculari.* Crux, num. 25. ex Glossa, & Hugone. Examen, num. 4. ex Gregorio.

Verfu 14. *Vade in hac fortitudine tua & liberabis Israel, &c.* Humilitas, num. 46.

Verfu 21. *Extendit Angelus Domini summitatem virga quam tenebat in manu, &c.* Crux, num. 25. ex Hugone. Penitentia, num. 50. ex Gregorio.

Verfu 27. *Assumptis Gedeon decem viris, &c. fecit sicut preceperat ei Dominus.* Societas Iesu, num. 14.

Verfu 27. *Timens autem domum Patris sui, &c. per diem noluit id facere, sed nocte omnia complens.* Gloria vana, num. 13.

Verfu 37. *Ponam vellus hoc lanæ in arca, & si ros in solo vellere fuerit, &c.* Maria, num. 21. ex Ambrosio, Ruperto, Bernardo, & Petro Chryologo.

EX CAPITE IOVDICVM VII.

Verfu 2. *Multus tecum est populus, nec tradetur Adadim, &c. ne gloriatur, &c.* Apostoli, num. 24. ex Glossa.

Verfu 3. *Qui formidolosus est & timidus reuertatur, &c.* Timor, num. 26. ex Glossa, & Origene.

Verfu 4. *Adhuc populus multus est duc ad aquas & ibi probabo illos.* Bona, num. 32. ex Glossa. Prædicator, num. 75. ex Glossa, Ruperto, & Gregorio.

Verfu 14. *Subiernerens panis, non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis, &c.* Eucharistia, num. 97.

Verfu 16. *Et dedit tubas in manibus eorum lagenasque vacuas, ac lampades, &c.* Apostoli, num. 25. ex Gregorio, & Ruperto. Prædicator, num. 75. ex eodem.

EX CAPITE IOVDICVM VIII.

Verfu 1. *Iurgantes fortiter & prope vim inferentes.* Ira, num. 15.

Verfu 5. *Date obsecro panes populo, &c.* Verfu 9. *Cum reuersus fuero victor in pace, destruiam turrim hanc.* Eleemolyna, num. 14. Iudicium finale, num. 35. Verfu 24. *Vnam petitionem postulo à vobis: date mihi inanes ex præda vestra.* Prædicator, num. 75.

EX CAPITE IOVDICVM IX.

Verfu 5. *Et occidit fratres suos, &c.* 70. viros. Ambitio, num. 10. Electio, num. 10. ex Stephano.

Verfu 13. *Nunquid possum deserere vinum meum, &c.* Humilitas, num. 47. ex Glossa.

Verfu 14. *Dixerunt omnia ligna ad rhamnium: veni, & impera super nos.* Ambitio, num. 11.

Verfu 48.

Iosue, &c. Eleemolyna, num. 14. ex Origene. Humilitas, num. 45. ex eodem.

Verfu 50. *Adificauitque ciuitatem, habitauitque in ea.* Prædicator, num. 72. ex Origene.

EX CAPITE IOSVE XXII.

Verfu 2. *Fecistis omnia quae praecepit vobis Moyses famulus Domini, mihi quoque in omnibus obedistis.* Perseuerantia, num. 21. ex Glossa & Ambrosio.

Verfu 10. *Adificauerunt iuxta Iordanem altare infinite magnitudinis, &c.* Eucharistia, num. 96. ex Lipomano, & Origene.

LIBER IOVDICVM.

EX CAPITE IOVDICVM I.

Verfu 7. *Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias.* Diabolus, num. 37.

Verfu 7. *Sicut fecit ita reddidit mihi Deus.* Amor proximi, num. 21.

Verfu 12. *Qui percusserit Cariatih Sopher, & vastauerit eam dabo ei Axam filiam meam uxorem.* Sapientia, num. 17. ex Ruperto.

Verfu 19. *Fuirque Dominus cum Iuda, & montana possedit, nec potuit delere habitatores vallis, &c.* Humilitas, num. 46. Peccatum, num. 61. ex Hugone, & Augustino.

EX CAPITE IOVDICVM II.

Verfu 12. *Ad iracundiam concitauerunt Dominum dimittentes eum, & seruientes Baal, & Astaroth.* Peccatum, num. 62. ex Glossa.

EX CAPITE IOVDICVM III.

Verfu 1. *Haec sunt generationes quas Dominus dereliquit ut erudiret in eis Israel, &c.* Tribulatio, num. 56. ex Glossa.

Verfu 8. *Iratusque contra Israel Dominus tradidit eos in manu Chusiam Rafatham Regis Mesopotamiae, &c.* Superbia, num. 32. ex Origene.

Verfu 9. *Qui suscitauit eis saluatorem & liberauit eos, &c.* Angeli, num. 27. ex Origene.

Verfu 12. *Qui confortauit aduersum eos Eglon regem Moab, &c.* Peccatum, num. 64. ex Glossa.

Verfu 15. *Aod, &c. Qui utraque manu pro dextera utebatur.* Apostoli, num. 24.

Verfu 16. *Qui fecit sibi gladium ancipitem habentem in medio capulum longitudine palma manus.* Prædicator, num. 73. ex Stephano.

Verfu 31. *Post hunc fuit Sangar, &c. qui percussit de Philistiim sexcentos viros vomere.* Crux, num. 23. ex Origene. Perseuerantia, num. 22. ex eodem. Prædicator, num. 74. ex Stephano.

EX CAPITE IOVDICVM IV.

Verfu 4. *Erat autem Debora Propheta, &c. quae indicabat populum in illo tempore, &c.* Maria, num. 20. Prælati, num. 58. ex Glossa.

Verfu 18. *Intra ad me Domine mi ne timeas, &c.* Caro, num. 17.

Verfu 21. *Tulit itaque Iahel, &c. clauum tabernaculi afficiens pariter & malleum, &c. percussitque mulier defixit in cerebrum usque ad terram.* Mulier, num. 37. ex Augustino. Caro, num. 17. ex Ambrosio, & Gregorio Nazianzeno. Crux, num. 24. ex Ruperto.

Index copiosissimus

Verfu 48. *Præcidit arboris ramum, impositumque fereus humero, &c. quod me videtis facere, cito hoc facite.* Crux, num. 26. ex Lyrano.

Verfu 52. *Accedensque Abimelech iuxta turrim, &c. & ecce una mulier fragmen mola desuper iaciens, &c.* Ambitio, num. 12.

EX CAPITÈ IVDICVM X.

Verfu 13. *Idcirco non addam ut ultra vos liberem, ue, & inuocate Deos quos elegistis.* Deus, num. 116. Peccatum, num. 62.

Verfu 15. *Peccauimus: redde tu nobis quidquid tibi placet, &c.* Pœnitentia, num. 51.

EX CAPITÈ IVDICVM XI.

Verfu 1. *Fuit illo tempore Iephte filius meretricis. Maria, num. 22. ex Lyrano. Resurrectio Christi, num. 27. ex Glossa.*

Verfu 11. *Locutus est Iephte omnes sermones suos coram Domino. Prædicator, num. 76. ex Stephano.*

Verfu 30. *Votum vouit Domino, &c. eum holocaustum offeram Domino.* Iuramentum, num. 21. ex Ambrosio, Isidoro, & Beda.

Verfu 37. *Dimite me ut duobus mensibus, &c. plangam virginitatem meam.* Lachrymæ, num. 11. ex Chrysofomo.

Verfu 38. *Flebat virginitatem suam in montibus.* Virginitas, num. 12. ex Lyrano.

Verfu 39. *Renerja est ad patrem suum, & fecit ei sicut voverat, quæ ignorabat virum.* Ecclesia, num. 54. ex Chrysofomo. Mortificatio, num. 40. ex eodem.

EX CAPITÈ IVDICVM XII.

Verfu 6. *Dic ergo Scibboleth quod interpretatur spica, &c. eadem litera spicam exprimere non valens.* Lingua, num. 7. ex Stephano.

EX CAPITÈ IVDICVM XIII.

Verfu 3. *Sterilis es, & absque liberis, sed concipies, & paries filium, &c.* Incarnatio, num. 42. ex Ruperto.

Verfu 16. *Si autem vis holocaustum facere, offer illud Domino.* Angeli, num. 26.

Verfu 22. *Morte moriemur quia vidimus Dominum, &c.* Verfu 23. *Si Dominus nos vellet occidere de manibus nostris holocaustis, &c.* Eucharistia, num. 98. Oratio, num. 70. ex Guillemo de sancto Theodoro. Spes, num. 14. ex Gregorio.

EX CAPITÈ IVDICVM XIV.

Verfu 12. *Proposui vobis problema quod si solueritis, &c.* Passio Christi, num. 37. ex Stephano.

Verfu 14. *De comedente exiit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* Eucharistia, num. 99. ex Lyrano. Patientia, num. 9. ex Stephano.

EX CAPITÈ IVDICVM XV.

Verfu 4. *Cepit recentas vulpes, candidasque earum intinxit ad candas, & facies ligauit in medio quas igne succendit, &c.* Hæretici, num. 23. ex Origene, & num. 50. ex Augustino. Pœnitentia, numero 52. ex Glossa.

Verfu 14. *Iruit Spiritus Domini in eum, & sicut solem ad odorem ignis lima consumi, &c.* Spiritus sanctus, num. 33.

Verfu 15. *Inuentamque maxillam, id est, mandibulam asini quæ iacebat arripens interfecit in ea mille viros.* Apostoli, num. 26. ex Ruperto. Prædicator, numer. 77. ex Gregorio.

Verfu 19. *Aperuit itaque Dominus molarem dentem, in maxilla asini, & egressa sunt ex eo aquæ.* Apostoli, num. 26. ex Ruperto. Sancti, num. 24. ex Ruperto.

EX CAPITÈ IVDICVM XVI.

Verfu 3. *Dormiuit autem Samson usque ad mediam noctem, &c.* Resurrectio Christi, num. 28. ex Ruperto.

Verfu 16. *Cum mulesta esset mulier, &c.* Caro, num. 18. ex Ruperto. Mulier, num. 33. ex eodem.

Verfu 17. *Si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea.* Oratio, num. 71. ex Hugone.

Tribus vicibus Samson ligatur in hoc capite. Christus, num. 84. ex Ruperto.

Verfu 21. *Quem cum apprehendissent Philistim statim eruerunt oculos eius, &c.* Caro, num. 27. ex Hugone. Desideria, num. 3. ex Gregorio. Ignorantia, num. 6. ex eodem.

Verfu 23. *Conuenerunt in unum ut immolarent hostias, & epularentur, &c.* Gula, num. 12. ex Ruperto.

EX CAPITÈ IVDICVM XVII.

Verfu 13. *Nunc scio, dicens; quod beneficiat mihi Deus habenti Leuitici generis sacerdotem.* Eucharistia, num. 100.

EX CAPITÈ IVDICVM XVIII.

Verfu 13. *Cumque venissent ad domum Michæ, &c.* Religio, num. 45. ex Hugone de Foillero.

EX CAPITÈ IVDICVM XIX.

Verfu 3. *Sequitur est eam vir suus volens reconciliari ei, &c.* Mortificatio, num. 41. ex Glossa.

Verfu 12. *Non ingrediar in opidum gentis alienæ, &c.* Societas, num. 17.

Verfu 18. *Nihil sub tectum suum nos vult recipere.* Hospitalitas, num. 9.

Verfu 29. *Caeterum uxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frustra concidens, &c.* Sancti, num. 25. ex Glossa.

EX CAPITÈ IVDICVM XX.

Verfu 2. *Conuenerunt quadraginta milia pedum pugnatorum, &c. qui fere omnes mortui sunt.* Correctio, num. 14. ex Gregorio.

Verfu 8. *Stans omnis populus, &c. non recedemus in tabernacula nostra, &c.* Peccatum, num. 63.

Verfu 26. *Sedentes stebant coram Domino ieiunaueruntque die illo, &c.* Pœnitentia, num. 53. ex Glossa.

EX CAPITÈ IVDICVM XXI.

Verfu 2. *Elenauerunt vocem, & magno ululatu ceperunt flere.* Lachrymæ, num. 12.

Verfu 11. *Virgines autem reueruere.* Virginitas, num. 13.

Verfu 21. *Rapite ex eis singuli uxores singulis, & pergitis, &c.* Correctio, num. 35. Mulier, num. 34.

LIBER RVTH.

EX CAPITERVTH I.

Verfu 6. *Surrexit ut in Patriam pergeret, &c. audiverat enim quod respexisset Dominus populum suum, & dedit ei esum.* Eucharistia, num. 100. ex Glossa.

Verfu 10. *Ne vocetis me Noem, ut est pulchram, sed vocate me Mara, id est, amarum, quia amaritudine valde repleat me omnipotens.* Humilitas, num. 48.

Verfu 21. *Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus.* Eleemosyna, num. 15. ex Lyrano.

EX CAPITÈ RVTH II.

Verfu 2. *Si imbes vadam in agrum, & colligam spicis que superint manus meentium.* Sancti, num. 26. ex Glossa.

Verfu

Locorum Scripturæ.

Verfu 9. *Sed etiam si fueris vado ad sarcinas, & bibo aquas de quibus pueri bibunt, &c.* Eucharistia, num. 101.

Verfu 14. *Quando hora vescendi fuerit veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto.* Eucharistia, num. 102. Passio Christi, numero 38. ex Stephano.

EX CAPITÈ RVTH III.

Verfu 4. *Quando autem ierit ad dormiendum nota locum in quo dormiat.* Crux, num. 27. ex Lyrano. Passio Christi, num. 38. ex eodem.

Verfu 4. *Et discooperes pallium quo operitur à parte pedum, &c.* Passio Christi, num. 38. ex Glossa.

Verfu 15. *Expandepallium tuum quo operiris, & tene utraque manum, &c.* Amor Dei, num. 23.

LIBER I. REGVM.

EX CAPITÈ PRIMO LIB. I. Regum.

Verfu 2. *Et habuit duas uxores.* Prælati, num. 59. ex Glossa.

Verfu 6. *Affigebat quoque eam emula eius, & vehementer angebat, &c.* Tempa, num. 9.

Verfu 9. *Heli sacerdos sedente super sellam, &c.* Prædicator, num. 78. ex Glossa.

Verfu 10. *Cum esset Anna amaro animo orauit ad Dominum fletu largiter.* Gula, num. 13. ex Chrysofomo. Oratio, num. 72. 73. & 74. ex eodem.

Verfu 14. *Vsquequo ebria es digere paulisper vinum quo mades?* Patientia, num. 10. ex Chrysofomo.

Verfu 15. *Sed effudi animam meam in conspectu Domini.* Confessio, num. 14. ex Chrysofomo.

Verfu 17. *Vade in pace, & Deus Israel dei tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.* Mansuetudo, num. 7. ex Chrysofomo. Patientia, num. 10. ex eodem.

Verfu 24. *Et adduxit eum ad domum Domini in Silo.* Eleemosyna, num. 15. ex Chrysofomo.

EX CAPITÈ II. LIB. I. REGVM.

Verfu 1. *Exultauit cor meum, &c. & exaltatum est cornu meum in Deo meo.* Amor Dei, num. 19. ex Chrysofomo. Amor hominis, num. 13. ex eodem.

Verfu 3. *Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes, &c.* Lingua, num. 9. ex Vatablo.

Verfu 3. *Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.* Cogitatio, num. 18. ex Ruperto. Deus, num. 53. ex Vatablo.

Verfu 8. *Domini enim sunt cardines terre, & posuit super eos orbem, &c.* Apostoli, num. 27. ex Ruperto. Paupertas, num. 14. ex eodem.

Verfu 10. *Dominum formidabunt aduersarij eius, & super illos in calis tonabit, &c.* Iudicium finale, num. 34. ex Ruperto.

Verfu 10. *Dominus iudicabit fines terre, &c.* Iudicium finale, num. 34. ex Ruperto. Mors, num. 34. ex Gregorio. Timor, num. 28. ex eodem.

Verfu 12. *Porro filij Heli filij Belial nescientes Dominum, &c.* Prædicator, num. 78. ex Bernardo, Gregorio, & Augustino. Sacerdos, num. 47. ex Ruperto.

Verfu 12. *Et habebat fascinulam videntem in manu sua, &c.* Sacerdos, num. 48. ex Glossa.

Verfu 15. *Non enim accipiam à te carnem collam sed erudam.* Religio, num. 46. ex Hugone de Foileto.

Verfu 23. & 24. *Nolite filij mei, non enim est bona fama quam ego audio.* Bona, num. 41. ex Gregorio Nazianzeno. Correctio, num. 16. ex Glossa.

Verfu 25. *Si peccaueris vir in virum placere eum potest Deus, si autem in Dominum, &c.* Oratio, num.

75. ex Ambrosio, & Glossa. Peccatum, num. 65. ex Vatablo, & Glossa, & num. 83. ex Glossa.

Verfu 30. *Quicumque glorificauerit me glorificabo eum, qui autem contempnunt me erunt ignobiles.* Amor Dei, num. 20. ex Ambrosio.

Verfu 35. *Suscitabo mihi sacerdotem fidem qui iuxta cor meum, &c.* Societas Iesu, num. 15.

EX CAPITÈ III. LIB. I. REGVM.

Verfu 3. *Nec poterat videre lucerna Dei ante quam extingueretur.* Inuidia, num. 17. ex Ruperto, & Lyrano.

Verfu 5. *Ecce ego vocasti enim me.* Conscientia, num. 7. ex Cassiano. Religio, num. 47. ex eodem.

Verfu 18. *Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat.* Oratio, num. 76. ex Ruperto. Pœnitentia, num. 54. ex eodem.

Verfu 19. *Et non cecidit ex omnibus verbis eius in terram.* Lingua, num. 8. ex Rabano. Prædicator, num. 79. ex eodem.

EX CAPITÈ IV. LIB. I. REGVM.

Verfu 1. *Castrametati sunt iuxta lapidem adiutorij.* Christus, num. 93. ex Odono Tusculano.

Verfu 3. *Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini.* Maria, num. 23.

Verfu 18. *Cumque ille nominasset arcam Dei cecidit de sella retrorsum, & mortuus est.* Ecclesia, num. 55. ex Glossa. Religio, num. 48. ex eadem. Zelus animarum, num. 12.

Verfu 20. *Ne timeas quoniam filium peperisti.* Humilitas, numero 48. ex Lyrano. Zelus animarum, num. 12.

Verfu 21. *Translata est gloria de Israel quia capta est arca Dei.* Amor hominis, num. 14.

EX CAPITÈ V. LIB. I. REGVM.

Verfu 6. *Et ebullierunt villa, & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, &c.* Diabolus, num. 38. ex Ruperto.

Verfu 8. *Circumducatur arca Dei Israel, &c. illis autem circumducentibus eam, &c.* Eucharistia, num. 103.

Verfu 9. *Fecerunt sibi sedes pelliceas, &c.* Pœnitentia, num. 54. Caro, num. 28. ex Stephano.

Verfu 12. *Percussit autem de viris Bethsamitis, eo quod vidissent arcam Domini, &c.* Deus, num. 47. ex Ruperto.

EX CAPITÈ VI. LIB. I. REGVM.

Verfu 12. *Ibant in directum vacca pergentes & mugientes, &c.* Misericordia, num. 12. ex Gregorio.

Verfu 19. *Percussit autem de viris Bethsamitis, eo quod vidissent arcam Domini, &c.* Deus, num. 47. ex Ruperto.

Verfu 20. *Quis poterit stare in conspectu Dei sancti huius?* Eucharistia, num. 103. ex Vatablo.

EX CAPITÈ VII. LIB. I. REGVM.

Verfu 2. *Requiescit omnis domus Israel post Dominum.* Pœnitentia, num. 54. ex Vatablo.

Verfu 6. *Haueruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini, & ieiunauerunt, &c.* Confessio, num. 14. ex Glossa. Humilitas, num. 48. ex eadem. Idolatria, num. 17. ex Ruperto. Oratio, num. 76. ex Lyrano. Pœnitentia, num. 54. ex Glossa.

Verfu 10. *Intonuit Dominus fragore magno, in die illa supra Philistim, &c.* Verbum Dei, num. 53. ex Glossa.

EX CAP. VIII. LIB. I. REGVM.

Verfu 3. *Declinauerunt post auaritiam acceperuntque munera.* Iudices, num. 15. ex Glossa.

Verfu

Index copiosissimus

Verfu 18. *Clamabit in die illa à facie regis vestri,* &c. Oratio, num. 77.
Verfu 19. *Rex enim erit super nos, & erimus nos quæque super omnes gentes.* Prælati, num. 60.

EX CAPITE IX. LIB. I. REGVM.

Verfu 2. *Ab humero, & sursum eminebat super omnem populum.* Prælati, num. 59, ex Gregorio.
Verfu 6. *Eccè vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis, omne quod loquitur sine ambiguitate venit.* Consilia, num. 7.
Verfu 11. *Inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam.* Mulier, num. 35, ex Lyrano.
Verfu 21. *Nunquid non filius Gemini ego sum? de minima tribu Israël.* Ambitio, num. 13. Humilitas, num. 49.
Verfu 27. *Dic puero ut antecodat nos.* Oratio, num. 78.

EX CAPITE X. LIB. I. REGVM.

Verfu 3. *Cum veneris ad quercum Thabor, &c.* Crux, num. 28, ex Petro Lombardo.
Verfu 4, & 6. *Dabunt tibi duos panes, &c.* Eucharistia, num. 103.
Verfu 16. *De sermone autem regni non indicauit ei, &c.* Humilitas, num. 48.
Verfu 22. *Eccè absconditus est domus, &c.* Ambitio, num. 13.
Verfu 26. *Et abiit cum eo pars exercitus quorum tetigerat Deus corda.* Timor, num. 27, ex Vatablo.
Verfu 27. *Filij verò Belial dixerunt num saluare nos poterit iste?* Patientia, num. 10.

EX CAPITE XI. LIB. I. REGVM.

Verfu 2. *In hoc seruiam vobiscum fœdus, ut eriam omnium vestrum oculos dextros, &c.* Intentio, num. 17.
Verfu 6. *Influit Spiritus Domini in Saul, &c. & iratus est furor eius nimis.* Spiritus sanctus, numero 34, ex Vatablo.
Verfu 7. *Quicumque non exierit, & securus fuerit Saul, & Samuel, sic fiet bobus eius.* Infernus, num. 2, ex Lyrano.
Verfu 15. *Fecerunt sibi Regem Saul coram Domino, &c. & latuit est tibi Saul, &c.* Ambitio, num. 13.

EX CAPITE XII. LIB. I. REGVM.

Verfu 23. *Absit autem à me hoc peccatum in Domino, ut cesset orare pro vobis.* Prædicator, num. 80.

EX CAPITE XIII. LIB. I. REGVM.

Verfu 1. *Filius unius anni erat Saul cum regnare cepisset, duobus autem regnauit super Israël.* Humilitas, num. 49, ex Glossa. Peccator, num. 66, ex eadem, & Lyrano. Superbia, num. 33, ex Glossa, & Ruperto.
Verfu 3. *Saul cecinit buccina in omni terra dicens: audiant Hebræi, & vniuersus Israël, &c.* Hypocritæ, num. 6.
Verfu 13. *Dixitque Samuel ad Saul: stultè egisti nec custodisti mandata Domini Dei tui, &c.* Peccator, num. 67, ex Prospero.
Verfu 19. *Porro faber ferrarius non inueniebatur.* Prædicator, num. 80, ex Glossa.

EX CAPITE XIV. LIB. I. REGVM.

Verfu 9. *Si taliter locuti fuerim ad vos, manete donec veniamus ad vos, &c.* Consilia, num. 7.

Verfu 27. *Et illuminati sunt oculi eius, &c.* Liturgia, num. 22, ex Augustino.

EX CAPITE XV. LIB. I. REGVM.

Verfu 3. *Vade, & percutite Amalech, & demolite vniuersa eius, &c.* Paupertas, numero 15, ex Glossa.
Verfu 17. *Non ne cum paruulus esses in oculis tuis caput in tribus Israël factus es?* Humilitas, num. 49, ex Gregorio. Superbia, num. 34, ex eodem.
Verfu 20. *Imo audui vocem Domini, & ambulanti in via per quam misit me Dominus, &c.* Excusatio, num. 9, ex Glossa.
Verfu 23. *Quoniam quasi peccatum arielandi est repugnare, & quasi salus idololatriæ, &c.* Idololatria, num. 21, ex Balduino, & Cassiano.
Verfu 23. *Pro eo ergo quod abiicisti sermonem Domini, abiicit te Dominus ne sis rex.* Prælati, num. 61, ex Gregorio.

Verfu 25. *Sed nunc porta queso peccatum meum, & reuertere mecum.* Peccatum, num. 66.
Verfu 27. *Apprehendit summitatem pallij eius, quæ & scissâ est, &c.* scidit Dominus regnum Israël, &c. Prælati, numero 61, ex Lyrano, & Stephano.
Verfu 30. *Peccasti, sed honora me coram senioribus.* Confessio, num. 15, ex Bernardo, & Galfrido. Humilitas, num. 50, ex Bernardo.
Verfu 33. *Dixit Agag, sicine separat amara mors.* Mors, num. 35, ex Vatablo, & Stephano.
Verfu 35. *Peruntamen iugebat Samsiel Saulem quoniam Dominum penitebat, &c.* Misericordia, num. 13, ex Bernardo, & Gregorio.

EX CAPITE XVI. LIB. I. REGVM.

Verfu 6. *Nam coram Domino es Christus eius, &c. ne respicias vultum eius, &c.* Electio, num. 7, ex Vatablo.
Verfu 13. *Directus est spiritus Domini à die illa in David, & deinceps.* Societas Iesu, num. 16.
Verfu 14. *Exaguitabat eum spiritus nequam à Domino.* Tentatio, numero 55, ex Hieronymo, & Gregorio.
Verfu 16. *Vt quando arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu sua, & tenuis feras.* Crux, num. 29, ex Glossa. Mansuetudo, numero 8, ex Glossa, & Gregorio.

EX CAPITE XVII. LIB. I. REGVM.

Verfu 4. *Et egressus est vir spurius, &c. nomine Goliath.* Diabolus, num. 46, ex Stephano.
Verfu 8. *Stansque clamabat aduersus phalangas Israël, &c.* Superbia, num. 35, ex Bernardo. Verbum Dei, num. 54.
Verfu 8. *Eligite ex vobis virum, & descendat ad singulare certamen.* Societas, num. 16, ex Galfrido.
Verfu 16. *Procedebat vero Philistæus mare, & verspere, & stabat quadragesima diebus.* Tentatio, num. 56, ex Glossa.
Verfu 39. *Capit tentare si armatus posset incedere.* Charitas, num. 14, ex Glossa.
Verfu 40. *Misit eos in peram pastorem quam habebat secum, &c.* Prælati, num. 62, ex Galfrido.
Verfu 58. *De qua progenie es adolescens?* Gracitudo, num. 21, ex Lyrano, & Augustino.

EX CAPITE XVIII. LIB. I. REGVM.

Verfu 7. *Percussit Saul mille, & David decem milia.* Inuidia, num. 18, ex Vatablo, & Glossa.

Locorum Scripturæ.

EX CAP. XIX. LIB. I. REGVM.

Verfu 4. *Ne pecces rex in seruum tuum David, quia non peccauit tibi.* Angeli, num. 29, ex Vatablo, & Glossa.

EX CAP. XX. LIB. I. REGVM.

Verfu 3. *Quia uno tantum, ut ita dicam, gradu ego morsque diuidimur.* Mors, num. 36, ex Lyrano, Vatablo, & Glossa.
Verfu 22. *Eccè sagittæ intra te sunt tolle eas, tu venies ad me, &c.* Amor hominis, num. 15. Tribulatio, num. 57.

EX CAP. XXI. LIB. I. REGVM.

Verfu 4. *Non habeo laicos panes ad manus, &c.* Eucharistia, num. 104.
Verfu 9. *Eccè hic gladius Goliath, &c. non est huic alter similis.* Eucharistia, num. 104.

EX CAP. XXII. LIB. I. REGVM.

Verfu 2. *Conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, &c. & factus est eorum princeps.* Penitentia, num. 56, ex Glossa.
Verfu 5. *Noli manere in præsidio, proficiscere & vade in terram Iuda.* Societas, num. 17, ex Glossa, & Lyrano. Tribulatio, num. 58, ex Glossa.

EX CAP. XXIII. LIB. I. REGVM.

Verfu 18. *Percussit ergo uterque fœdus coram Domino.* Oratio, num. 78, ex Lyrano.

EX CAP. XXIV. LIB. I. REGVM.

Verfu 3. *Perrexit Saul ad inuestigandum David, &c. etiam super abruptissimas petras, &c.* Tentatio, num. 57, ex Glossa.
Verfu 5. *Surrexit ergo David & præscidit oram eblamydis Saul silenter.* Murmuratio, num. 18, ex Gregorio.
Verfu 13. *Quem persequeris rex Israël? quem persequeris canem mortuum.* Humilitas, num. 49, ex Gregorio, & num. 51, ex Glossa, & Chrysostomo.
Verfu 18. *Insuper tu es quam ego. Tu enim tribuisti mihi, &c.* Prudentia, num. 17, ex Augustino.

EX CAP. XXV. LIB. I. REGVM.

Verfu 5. *Saluabitur eum pacifice, & dicetis: sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, &c.* Pax, num. 8.
Verfu 8. *In die enim bona venimus, quodcumque inuenerit manus tua de seruis tuis, &c.* Eucharistia, num. 105.
Verfu 10. *Quis est David, & quis est filius Isai? hodie increuerunt serui qui fugiunt, &c.* Prælati, num. 63, ex Hugone de Foilletto.
Verfu 11. *Tollam panes meos, & aquas meas, &c.* Iudicium finale, num. 35.
Verfu 12. *Eratque illa mulier prudentissima, &c.* Prudentia, num. 12, ex Vatablo.
Verfu 15. *Homines isti boni satis fuerunt nobis, &c. pro muro erant nobis, &c.* Societas Iesu, num. 17.
Verfu 22. *Hæc faciat Deus inimicis David, & hæc addat, si reliquero de omnibus, &c.* Iudicium finale, num. 35.
Verfu 29. *Erit anima Domini mei custodita quasi in fasciculo viuientium apud Dominum Deum tuum, &c.* Iusti, num. 47, ex Glossa, & Lyrano. Tribulatio, num. 60, ex Glossa.
Verfu 36. *Non indicauit ei verbum pusillum aut grande usque mane.* Correctio, num. 17, ex Gregorio. Ira, num. 16, ex eodem.

EX CAP. XXVI. PRIMI REGVM.

Verfu 7. *Inuenerunt Saul iacentem, & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius.* Oratio, num. 79, ex Glossa.
Verfu 9. *Ne interficias eum: quis enim extendet manum suam in Christum Dominum.* Amor inimicorum, num. 22.
Verfu 15. *Quare ergo non custodisti dominum tuum regem?* Eucharistia, num. 106.
Verfu 19. *Si Dominus incitat aduersum me, odoretur sacrificium, &c.* Patientia, num. 11, ex Lyrano, & Vatablo.
Verfu 24. *Sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis sic magnificetur anima mea, &c.* Amor proximi, num. 21.

EX CAP. XXVII. LIB. I. REGVM.

Verfu 1. *Nonne melius est ut fugiam & saluer in terra, &c.* Fornicatio, num. 10.

EX CAP. XXVIII. LIB. I. REGVM.

Verfu 2. *Nunc scies quæ facturum est seruus tuus, &c. Et ego custodem capitis mei ponam te, &c.* Gracitudo, num. 22, ex Glossa.

EX CAP. XXX. LIB. I. REGVM.

Verfu 1. *Amalechite impetum fecerunt ex parte Australi in Siceleg & percusserunt Siceleg, &c.* Tribulatio, num. 61, ex Gregorio.
Verfu 16. *Eccè illi discumbebant super faciem terre comedentes, & bibentes, & quasi festum celebrantes, &c. & percussit eos David.* Iudicium finale, num. 36, ex Vatablo.
Verfu 18. *Erut ergo David omnia quæ tolerante Amalechite, &c.* Verfu 20. *dixeruntque: hæc est præda David, &c.* Resurrectio Christi, num. 29, ex Vatablo & Glossa.

EX CAP. XXXI. LIB. I. REGVM.

Verfu 9. *Præsciderunt caput Saul & expoliauerunt, &c.* Exempla, num. 19, ex Stephano.
Verfu 11. *Surrexerunt omnes viri fortissimi & ambulauerunt tota nocte & tolerunt cadaver Saul, &c.* Gracitudo, num. 22, ex Glossa. Mortificatio, num. 43, ex eadem.

LIBER II. REGVM.

EX CAP. I. LIB. II. REGVM.

Verfu 18. *Præcepit ut docerent filios Iuda arcum.* Oratio, num. 80, ex Glossa.
Verfu 18. *Considera Israël pro his qui mortui sunt super excessu tua vulnerati.* Superbia, num. 36, ex Glossa.
Verfu 21. *Montes Gelboe nec ros, nec pluuia veniant super vos.* Ambitio, num. 14, ex Glossa & Bernardo. Superbia, num. 36, ex Glossa, & num. 37, ex Bernardo.

EX CAP. II. LIB. II. REGVM.

Verfu 5. *Benedixit vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc, cum Domino vestro Saul, & sepelissetis eum.* Exempla, num. 19, ex Glossa, & Stephano. Iudicium finale, num. 37, ex Glossa. Murmuratio, num. 19, ex eadem.
Verfu 18. *Porro Asael cursor velocissimus fuit quasi unus de capris, &c.* Ira, num. 17, ex Gregorio.
Verfu 19. *Persequabatur autem Asael Abner & non declinauit ad dexteram, &c.* Tentatio, num. 56.

Index copiosissimus

Verfu 26. *Uguoque non dicis populo, ut dimittat persequi fratres suos?* Amor inimicorum, num. 23.

EX CAP. III. LIB. II. REGVM.

Verfu 1. *Facta est ergo longa concertatio inter domum Saul, & inter domum David. David proficiens, & semper se ipso robustior, domus autem Saul decrepescens quotidie.* Mortificatio, num. 44. ex Glossa, & Vatablo.

EX CAP. IV. LIB. II. REGVM.

Verfu 5. *Et ostiaria domus purgans triticum obdormiit.* Cor, num. 7. ex Gregorio. Examen, num. 5. ex eodem.

EX CAP. V. LIB. II. REGVM.

Verfu 24. *Cum audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis pralium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam.* Spiritus sanctus, num. 36. ex Glossa.

EX CAP. VI. LIB. II. REGVM.

Verfu 6. *Extendit Oza manum ad arcam Dei & tenuit eam.* Murmuratio, nu. 20. ex Gregorio.

Verfu 14. *Et David saluabat totis viribus ante Dominum.* Humilitas, num. 52. ex Galfrido, & num. 53. ex Gregorio.

Verfu 22. *Et ludam & vilior sum plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis, &c.* Humilitas, num. 49. ex Gregorio, & num. 52. ex Galfrido, & num. 53. ex Gregorio.

EX CAP. VII. LIB. II. REGVM.

Verfu 4. *Ecce sermo Domini ad Nathan dicens, vade & loquere ad seruum meum David.* Humilitas, num. 54. ex Glossa.

Verfu 14. *Arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum.* Tribulatio, num. 62. ex Vatablo.

Verfu 19. *Ista est enim lex Adam Domine Deus, quid ergo addere poterit adhuc David, ut loquatur, &c.* Cor, num. 8. ex Glossa. Oratio, num. 81. ex eodem.

Verfu 27. *Propterea inuenit seruus tuus cor suum ut oraret te oratione hac.* Oratio, num. 81. ex Glossa.

EX CAP. VIII. LIB. II. REGVM.

Verfu 1. *Tulit David frenum tributi de manu Philistinum.* Mortificatio, num. 45. ex Glossa, & Vatablo.

Verfu 14. *Et posuit in Idumea custodes, statuitque presidium.* Caro, num. 28. ex Stephano.

EX CAP. IX. LIB. II. REGVM.

Verfu 3. *Supereit filius Ionathae debilis pedibus.* Prædestinatio, num. 6. ex Glossa.

Verfu 11. *Miphibosath comedit super mensam meam.* Eucharistia, num. 107.

EX CAP. X. LIB. II. REGVM.

Verfu 4. *Rasitque dimidiam partem barba eorum & prescidit vestes eorum, &c.* Prælati, num. 64. ex Stephano.

EX CAP. XI. LIB. II. REGVM.

Verfu 1. *Factum est vertente anno, &c. David autem remansit in Hierusalem.* Otium, num. 5. ex Lyrano.

Verfu 2. *Viditque mulierem se lauancem ex aduerso.* Humilitas, num. 55. ex Gregorio.

Verfu 11. *Arca Dei, & Israel, & Iuda habitant in papilionibus, & Dominus meus Ioab, &c.* Exempla, n. 20.

Verfu 27. *Transactio autem lectu misit David, & introduxit eam in domum suam, & facta est ei uxor.* Luxuria, num. 23. ex Glossa & Gregorio.

EX CAP. XII. LIB. II. REGVM.

Verfu 1. *Duo virierant in ciuitate una, unus diues, & alter pauper, &c.* Correctio, num. 18. ex Glossa, & Gregorio.

Verfu 9. *Et si parua sunt ista adiiciam tibi multo maiora, &c.* Bona, num. 33. Eucharistia, num. 106. ex Vatablo. Peccator, num. 67. ex eodem.

Verfu 9. *Quare ergo contempsisti verbum Domini ut faceres malum, &c.* Peccator, num. 67. ex Vatablo.

Verfu 13. *Peccauit Domino, &c.* Pœnitentia, num. 57. ex Glossa, & Gregorio, & num. 59. ex Ambrosio, & Augustino.

Verfu 14. *Veruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, &c.* Blasphemia, nu. 5. ex Glossa, & Vatablo.

Verfu 16. *Deprecatusque est David Dominum pro paruulo.* Oratio, num. 82. ex Glossa.

EX CAP. XIII. LIB. II. REGVM.

Verfu 2. *Ita ut propter amorem eius agrotaret, &c.* Amor in communi, num. 7. ex Glossa, & Basilio.

Verfu 9. *Eiicite vnuerfos a me.* Virginitas, num. 24. ex Hieronymo.

Verfu 15. *Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis.* Pœnitentia, num. 58. ex Lyrano & Glossa.

EX CAP. XIV. LIB. II. REGVM.

Verfu 14. *Omnes morimur, &c. nec vult Deus perire animam, sed retrahat cogitans ne penitus pereat qui abiectus est.* Deus, nu. 78. ex Glossa. Mors, num. 37. ex Vatablo, & Augustino.

Verfu 30. *Scitis agrum Ioab, iuxta agrum meum, &c. ite igitur succendite eum, &c.* Tribulatio, nu. 63.

EX CAP. XV. LIB. II. REGVM.

Verfu 1. *Fecit sibi Absalon currus, & equites, & quinquaginta viros, &c.* Ambitio, num. 15. ex Lyrano.

Verfu 20. *Heri venisti, & hodie compelleris nobiscum egredi, &c.* Mors, num. 37. ex Augustino.

EX CAP. XVI. LIB. II. REGVM.

Verfu 10. *Dimittite eum ut maledicat, Dominus enim præcepit ei ut malediceret David.* Patientia, num. 12. ex Gregorio.

EX CAP. XVII. LIB. II. REGVM.

Verfu 14. *Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel.* Angeli, num. 30. ex Vatablo.

EX CAP. XVIII. LIB. II. REGVM.

Verfu 5. *Seruate mibi puerum Absalon.* Manufactudo, num. 9. ex Glossa, & Vatablo.

Verfu 15. *Cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percussiones interfecerunt eum.* Infernus, num. 3.

EX CAP. XIX. LIB. II. REGVM.

Verfu 28. *Tu autem possisti me seruum tuum inter conuicias mensæ tue, quid ergo habeo in te querela.* Eucharistia, num. 107.

EX

Locorum Scripturæ.

EX CAP. XX. LIB. II. REGVM.

Verfu 1. *Non est nobis pars in David, nec hereditas, in filio Isai, &c.* Lingua, nu. 10. ex Vatablo.

Verfu 5. *Tu adesio præfens, &c. & moratus es extra placitum regis.* Diligentia, num. 22.

Verfu 18. *Qui interrogant, interrogi in Abela, &c.* Maria, num. 24. ex Glossa.

EX CAP. XXI. LIB. II. REGVM.

Verfu 1. *Facta est quoque fumes in diebus David, &c.* Iuramentum, num. 16. ex Lyrano.

Verfu 6. *Dentur nobis septem viri de filiis eius ut crucifigamus eos.* Mortificatio, num. 46. ex Glossa.

Verfu 10. *Tollens autem Respha filia Aia cilicium substravit sibi super petram, &c.* Maria, num. 25. ex Vatablo.

EX CAP. XXIII. LIB. II. REGVM.

Verfu 3. *Dominator hominum, iustus dominator in timore Dei.* Timor, num. 29. ex Vatablo.

Verfu 4. *Sicut lux aurora oriente sole mane absque nubibus rutilat, &c.* Timor, num. 29. ex Glossa.

Verfu 5. *Cuncta enim salus mea & omnis voluntas, nec est quidquam quod non germinet, &c.* Deuotio, num. 7. ex Lyrano. Gloria Dei, num. 10. ex eodem. Oratio, num. 83. ex eodem.

Verfu 8. *Ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus.* Eucharistia, num. 109. ex Glossa, & Euthymio. Incarnatio, num. 43. ex iisdem. Iudicium finale, num. 38. ex Glossa. Prædicator, num. 81. ex Galfrido.

Verfu 10. *Ipse stetit & percussit Philistheos. donec deficeret manus eius, &c.* Prædicator, num. 82. ex Vatablo, & Galfrido.

Verfu 17. *Num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt & animarum periculum bibam? &c.* Eucharistia, num. 108.

LIBER III. REGVM.

EX CAP. I. LIB. III. REGVM.

Verfu 4. *Erat autem puella pulchra nimis dormituarque, &c.* Sapientia, num. 18. ex Glossa, & Hieronymo.

Verfu 13. *Vade & ingredi ad regem David, &c.* & Verfu 14. *Et adhuc ibi te loquente cum rege ego veniam, &c.* Maria, num. 26. ex Chrysofomo.

EX CAP. II. LIB. III. REGVM.

Verfu 5. *Tu quoque nosti qua fecerit mibi Ioab filius Saruie, &c.* Iudicium finale, num. 39. ex Glossa.

Verfu 16. *Petitionem vniam precor a te, ne confundas faciem meam, &c.* Maria, num. 27. ex Bernardo, P. Damiano, & aliis.

Verfu 26. *Equidem vir mortis es, sed hodie te non interficiam, quia purasti arcam Domini Dei.* Eucharistia, num. 110.

Verfu 36. *Ædifica tibi domum in Hierusalem, &c. quacunque autem die egressus fueris, &c. scito te interficiendum, &c.* Religio, num. 49. ex Glossa.

EX CAP. III. LIB. III. REGVM.

Verfu 5. *Apparuit autem Dominus Salomoniper somnium nocte dicens: postula quod vis ut dem tibi.* Pœnitentia, num. 59. ex Gregorio.

Verfu 9. *Dabis ergo seruo tuo cor docile, ut populum*

tuum indicare possit, & Verfu 11. Quia postulasti verbum hoc, &c. Oratio, num. 84. ex Basilio, & Ambrosio.

Verfu 25. *Diuidite infantem viuam in duas partes.* Cor, num. 9. ex Iosepho, Ambrosio, & Hieronymo.

EX CAP. IV. LIB. III. REGVM.

Verfu 7. *Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel, qui præbebant annuam.* Apostoli, num. 18. ex Glossa.

Verfu 24. *Et habebat pacem ex omni parte per circuitum.* Pax, num. 9. ex Hugone de Foilieto.

Verfu 29. *Dedit quoque Deus Salomoni sapientiam, &c. Et latitudinem cordis quasi arenam qua est in litore maris.* Cogitatio, num. 25. ex Ricardo.

Verfu 33. *Et dispauit super lignis à cedro qua est in Libano usque ad hyssopum qua egreditur de pariete, &c.* Crux, num. 30. ex Glossa. Incarnatio, nu. 44. ex eadem.

EX CAP. V. LIB. III. REGVM.

Verfu 15. *Et octoginta millia latomorum in monte.* Peccatum, num. 67. ex Beda. Prædicator, num. 83. ex eodem.

Verfu 17. *Præcepit rex ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi.* Apostoli, num. 29. ex Glossa. Societas Iesu, num. 18. ex eadem.

EX CAP. VI. LIB. III. REGVM.

Verfu 4. *Fecitque in templo fenestras obliquas.* Maria, num. 28. Prædicator, nu. 84. ex Glossa.

Verfu 7. *Malleus & securis & omne ferramentum non sunt audita in domo cum edificaretur.* Pax, nu. 10. ex Aitardo. Tribulatio, num. 64. ex Glossa, & Gregorio.

Verfu 22. *Sed & totum altare oraculi texit auro.* Oratio, num. 85. ex Beda.

Verfu 29. *Fecit in eis Cherubim & palmas.* Martyrium, num. 5. ex Ruperto, & Tertulliano.

EX CAP. VII. LIB. III. REGVM.

Verfu 7. *Porticum quoque solij in qua & tribunal est, fecit, &c.* Iudices, num. 15.

Verfu 24. *Duo ordines, &c. erant fusiles, &c.* Exempla, num. 23. ex Glossa.

Verfu 29. *Et inter coronulas, & plebs leones & boues, &c.* Prælati, num. 66. ex Gregorio.

EX CAP. VIII. LIB. III. REGVM.

Verfu 10. *Nebula impleuit domum Domini, & non poterant sacerdotes stare, &c.* Maria, nu. 29.

Verfu 27. *Ergo ne putandum est quod vere Deus habitet super terram? &c.* Maria, num. 29.

EX CAP. IX. LIB. III. REGVM.

Verfu 3. *Sanctificauit domum hanc, quam edificasti, ut ponerem nomen meum tibi in sempiternum.* Societas Iesu, num. 19.

Verfu 28. *Sumptum inde aurum, &c.* Bona, num. 35. ex Glossa & Lyrano.

EX CAP. X. LIB. III. REGVM.

Verfu 2. *Regina Saba, &c. ingressa Hierusalem multo cum comitatu & diuitiis, &c.* Maria, num. 31. ex Petro Damiano. Reges, num. 14. ex Ricardo.

Verfu 13. *Rex autem Salomon dedit Regina Sabæ omnia que voluit & petiuit ab eo.* Eucharistia, num. 111.

EX

EX

Index copiosissimus

riffia, num. 111. ex Glossa. Oratio, num. 86. ex Vatablo, & Glossa.

Verfu 18. *Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem, &c.* Maria, num. 30. ex Glossa.

Verfu 21. *Non erat argentum nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis, &c.* Verbum Dei, num. 55. ex Vatablo, & Glossa.

EX CAP. II. LIB. III. REG.

Verfu 1. *Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas, &c.* Mulier, num. 36. & 37. ex Glossa, & Ambrosio, & aliis. Perseuerantia, num. 23. ex Ambrosio, Hieronymo, & Glossa, Cyrillo, Gregorio, & Eusebio. Zelotypia, num. 7. ex Plinio Iunior, & aliis.

Verfu 14. *Suscitavit autem Dominus aduersarium Salomoni, &c.* Caro, num. 19. ex Glossa.

EX CAP. XII. LIB. III. REG.

Verfu 31. *Et sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi.* Sacerdos, num. 49. ex Vatablo.

EX CAP. XIII. LIB. III. REG.

Verfu 1. *Et ecce vir Dei venit de Iuda in sermone Domini in Bethel.* Superbia, num. 39. ex Gregorio, & Glossa.

Verfu 22. *Non inferetur cadaver tuum in sepulchrum Patrum tuorum.* Ieiunium, num. 23. ex Hieronymo.

Verfu 24. *Et leostabat iuxta cadaver.* Mors, num. 38. ex Glossa.

Verfu 31. *Cum mortuus fuero sepelire me in sepulchro, in quo vir Dei sepultus est.* Mors, numero 38. ex Glossa.

Verfu 33. *Quicumque volebat implebat manum suam, & fiebat sacerdos, &c.* Sacerdos, num. 49. ex Lyrano, & Vatablo.

EX CAP. XIV. LIB. III. REG.

Verfu 3. *Tolle quoque in manu tua decem panes, & crustulans, & vas mellis.* Eucharistia, num. 112. ex Glossa, & Lyrano.

Verfu 25. *Ascendit Sifac rex Aegypti in Hierusalem, & tulit thesauros domus Domini.* Inuidia, num. 18. ex Glossa, & Vatablo.

Verfu 27. *Et tradidit ea in manum ducum scutariorum, & eorum qui excubabant, &c.* Bona, num. 34.

EX CAP. XVI. LIB. III. REG.

Verfu 3. *Ecce ego demetam posteriora Baasa.* Bona, num. 34. ex Glossa, & Stephano.

Verfu 15. *Regnavit Zambri septem diebus inter Sa.* Ambitio, num. 16.

EX CAP. XVII. LIB. III. REG.

Verfu 1. *Vivit Dominus in cuius conspectu sto, si erit annis his ros, & pluvia nisi oris mei verbo.* Deus, num. 33. ex Glossa, & Gregorio. Oratio, num. 87. ex Chryostomo.

Verfu 12. *Non habeo panem nisi quantum pugillus capere potest farina.* Eucharistia, num. 113. ex Glossa, Verbum Dei, num. 56. ex Stephano.

Verfu 12. *En colligo duo ligna ut ingrediar, &c.* Crux, num. 31. ex Glossa.

Verfu 11. *Expandit se atque mensus est super puerum.* Eucharistia, num. 114. ex Gilleberto. Incarnatio, num. 45. ex eodem.

EX CAP. XVIII. LIB. III. REG.

Verfu 3. *Abdias autem timebat Dominum, & quinquagenos in speluncis, & panit eos pane & aqua.*

Misericordia, num. 26. ex Lyrano. Timor, num. 30. ex Glossa.

Verfu 21. *Utrique claudicatis in duas partes.* Fides, num. 24. ex Augustino, Ruperto, & Gregorio.

Verfu 23. *Dentur nobis duo boves, &c.* Hypocritarum, num. 7. ex Stephano.

Verfu 44. *Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari, &c.* Spiritus sanctus, num. 35. ex Isidoro.

Verfu 46. *Et manus Domini facta est super Eliam, accinctisque lumbis currebat ante Achab.* Societas Iesu, num. 20.

EX CAP. XIX. LIB. III. REG.

Verfu 3. *Timuit ergo Elias, & surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas, &c.* Humilitas, num. 56. ex Gregorio. Status, numero 21. ex Odone de Motim.

Verfu 5. *Ecce ad caput suum submericis panis, & vas aqua, comedit ergo, & bibit, &c.* Eucharistia, num. 115. ex Vatablo, & Lyrano.

Verfu 8. *Et ambulavit in fortitudine cibi illius, &c. usque ad montem Dei Oreb.* Verbum Dei, num. 57. ex Glossa.

Verfu 11. *Non in spiritu Dominus post spiritum commoto, non in commotione Dominus, &c.* Post ignem sibilus auratenus. Oratio, num. 88. ex Gregorio.

Verfu 13. *Quod cum audisset Elias operuit vultum suum pallio, &c.* Humilitas, num. 57. ex Gregorio. Oratio, num. 88. ex eodem.

Verfu 13. *Quid hic agis Elia?* Ieiunium, num. 22. ex Augustino.

Verfu 18. *Derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata, &c.* Superbia, num. 40. ex Gregorio.

EX CAP. XX. LIB. III. REG.

Verfu 11. *Ne glorietur accinctus aqne ut discinctus.* Timor, num. 31. ex Glossa.

Verfu 19. *Egressi sunt ergo pueri principum provinciarum, &c. percussit unus quisque virum qui contra se veniebat.* Apostoli, num. 24.

Verfu 28. *Quia dixerunt Syri, Deus montium est Dominus, & non est Deus vallium, dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua.* Blasphemia, num. 6. ex Lyrano.

Verfu 30. *Cecidit murus super viginti millia hominum.* Blasphemia, num. 6. ibidem.

EX CAP. XXI. LIB. III. REG.

Verfu 6. *Da mihi vineam tuam, &c.* Avaritia, num. 16. ex Vatablo.

Verfu 9. *Pradicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi.* Hypocritarum, numero 7. ex Vatablo.

Verfu 24. *Comedent eum canes, &c. comedent eum volacres cali, &c.* Diabolus, num. 47. ex Stephano.

Verfu 27. *Cum audisset Achab sermones istos scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, &c.* Penitentia, num. 61. ex Vatablo, & aliis.

EX CAP. XXII. LIB. III. REG.

Verfu 19. *Vidi Dominum, &c. & omnem exercitum cali assistentem ei a dextris, & a sinistris.* Angeli, num. 31. ex Gregorio. Diabolus, numer. 38. ex eodem.

Verfu 37. *Mortuus est autem rex Achab, &c. & linxerunt canes sanguinem eius, &c.* Mors, num. 39.

LIBER

Locorum Scripturae.

LIBER QUARTVS REGVM.

EX CAP. II. LIB. IV. REGVM.

Verfu 1. *Cum levare vellet Dominus Elam per turbulenta in calum, &c.* Oratio, num. 89. ex Galfrido.

Verfu 9. *Obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus.* Gratia, num. 15. ex Bernardo. Status, numero 29. ex eodem.

Verfu 12. *Pater mi, pater mi, curvus Israel, & asriga eius, &c. & levavit pallium Elie.* Eucharistia, num. 116. ex Galfrido. Pradicator, num. 85. ex Vatablo, & Galfrido.

Verfu 20. *Afferte mihi vas novum, & mitte in illud sal.* Societas Iesu, num. 21.

Verfu 24. *Malodixit eis in nomine Domini: Egressi sunt duo viri de sattu, & laeceraverunt ex eis quadraginta duos pueros.* Diabolus, num. 39. ex Stephano.

EX CAP. III. LIB. IV. REGVM.

Verfu 16. *Fossas, & fossas, &c.* Cogitatio, num. 19. ex Stephano.

Verfu 17. *Non videbitis ventum, nec pluviam, & atacus iste replebitur, &c.* Sapientia, numero 19. ex Stephano.

Verfu 20. *Mane quando sacrificium offerri solet, &c.* Eucharistia, num. 117.

EX CAP. IIII. LIB. IIII. REG.

Verfu 3. *Pete manum ab omnibus vicinis tuis vaso vacua non parca, &c.* Amor Dei, num. 23. Oratio, num. 90. ex Galfrido.

Verfu 4. *Claude ostium tuum, &c.* Oratio, num. 90. ex Galfrido.

Verfu 11. *Cum vocasset eam, & illa stetit coram eo, &c.* Mulier, num. 38.

Verfu 29. *Tolle baculum meum in manu tua, &c. & pones baculum meum super faciem pueri, &c.* Incarnatio, numero 46. ex Gregorio, Augustino, & Bernardo. Nomen, numero 18. ex Augustino, & Bernardo.

Verfu 40. *Mors in olla vir Dei, &c. afferre mihi farinam, &c.* Eucharistia, num. 118.

EX CAP. V. LIB. IV. REG.

Verfu 2. *Erat autem vir fortis, & duos sed leprosus.* Superbia, num. 41. ex Glossa. Voluntas, num. 4. ex Bernardo.

Verfu 3. *Vtinam fuisset Dominus meus ad Prophetam.* Oratio, num. 91. ex Vatablo.

Verfu 10. *Vade, & lauvare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua.* Humilitas, numero 58. ex Bernardo.

Verfu 17. *Concede mihi seruo tuo, ut tollam onus duorum burdorum de terra, &c.* Eucharistia, num. 119. ex Glossa.

Verfu 23. *Melius est, ut accipias duo talenta, &c.* Iuramentum, num. 17. ex Lyrano.

EX CAP. VI. LIB. IV. REG.

Verfu 1. *Ecce locum in quo habitamus coram te, angustus est nobis.* Avaritia, num. 17. ex Vatablo.

Verfu 5. *Accidit, ut cum unus materiam seccidisset, caderet fornum securio, &c.* Resurrectio Christi, num. 30. ex Glossa.

Verfu 22. *Non percutiet, &c. sed pone panem & aquam coram eis, ut comedant, & bibant, &c.* Amor inimicorum, num. 23. ex Glossa.

Verfu 28. *Da filium tuum, ut comedamus eum hodie, & filium mentis comedemus cras.* Eucharistia, numero 120.

EX CAP. VII. LIB. IV. REGVM.

Verfu 20. *Videbis oculis tuis, & inde non comedes.* Eucharistia, num. 121.

EX CAP. IX. LIB. IV. REGVM.

Verfu 20. *Est autem incessus quasi incessus Iebus, &c.* Princeps enim graditur. Superbia, num. 42. ex Vatablo.

Verfu 30. *Porro Ierabel, &c. depinxit oculos suos stibio, & ornavit caput suum, &c.* Mulier, num. 39. ex Vatablo, & Stephano.

Verfu 33. *Et precipitauerunt eam, aspersisque est sanguine paries, & equorum ungula, &c.* Mors, num. 39. ex Boetio, & Drogone.

EX CAP. X. LIB. IV. REGVM.

Verfu 13. *Frateres Ochozias sumus, & descendimus ad salutandos filios reges, &c. & ingulauerunt eos, Societas, num. 17.*

EX CAP. XI. LIB. IV. REGVM.

Verfu 12. *Produxit filium regis, & posuit super eum diadema, & testimonium.* Praelati, num. 67.

EX CAP. XII. LIB. IV. REGVM.

Verfu 2. *Fecit Ios rectum coram Domino cum illis diebus, quibus docuit eum Iotada sacerdos.* Sapientia, num. 20. ex Stephano.

EX CAP. XIII. LIB. IV. REG.

Verfu 4. *Deprecatus est autem Ioaabaz, faciem Domini, & audivit eum Dominus.* Deus, num. 78.

Verfu 5. *Dedit Dominus saluatorem Israeli.* Angeli, num. 32. ex Vatablo.

Verfu 16. *Pone manum tuam super arcum, &c. aperi fenestram orientalem.* Scriptura sacra, num. 41. ex Glossa.

Verfu 18. *Percute iaculo terram, &c. si percussisses quingies, &c.* Pradicator, num. 86. ex Glossa.

Verfu 21. *Cum tetigisset ossa Elisei, renixit homo, &c.* Eucharistia, num. 122. ex Glossa.

EX CAP. XVI. LIB. IV. REG.

Verfu 7. *Seruus tuus, & filius tuus ego sum: ascende, & saluum me fac, &c.* Oratio, num. 91.

EX CAP. XVII. LIB. IV. REG.

Verfu 27. *Ducite illuc unum de sacerdotibus, quos inde captivos adduxistis, & vadat, & habitet cum eis, &c.* Societas Iesu, num. 22.

EX CAP. XVIII. LIB. IV. REG.

Verfu 21. *An speras in baculo arundineo, &c.* Spes, num. 16. ex Vatablo.

Verfu 33. *Nunquid liberauerunt dii gentium terram suam de manu regis, &c.* Blasphemia, num. 6. ex Glossa.

EX CAP. XIX. LIB. IV. REG.

Verfu 3. *Venerunt filij usque ad partum, & vires non habet parturiens.* Desideria, numero 4. ex Gregorio.

Verfu 14. *Ascendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino, &c.* Oratio, num. 91.

Verfu 28. *Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas.* Blasphemia, num. 6. ex Glossa.

Verfu 30. *Quodcumque reliquum fuerit de domo Iuda mittet radicem deorsum, & faciet fructum suum, &c.* Cogitatio, num. 21. ex Gregorio. Misericordia, num. 13. ex eodem.

Index copiosissimus

EX CAP. XX. LIB. IV. REGVM.

Versu 1. *Præcipe domui tuæ, morieris enim tu & non viues, &c.* Mors, num. 40. ex Vatablo, Gregorio, & Glossa. Oratio, num. 91. ex Glossa & Vatablo. Tempus, num. 9. ex Glossa.

Versu 3. *Obsecro Domine memento, queso, quomodo ambulauerim coram te, in veritate, & in corde perfecto.* Intentio, num. 18. ex Gregorio. Spes, num. 15. ex Glossa. Timor, num. 32. ex eadem. Gloria vana, num. 14. ex Gregorio.

Versu 9. *Pis, ut ascendat umbra decem lineis, an, ut reuertatur totidem gradibus.* Incarnatio, num. 47. & 48. ex Stephano.

Versu 14. *Latatus est in aduentu eorum Ezechias, &c.* Superbia, num. 43.

Versu 15. *Quid viderunt in domo tua?* Confessio, num. 16. ex Ambrosio.

EX CAP. XXI. LIB. IV. REGVM.

Versu 13. *Extendam super Ierusalem feniculum Samariae, & pondus domus Achab.* Deus, num. 96. ex Vatablo, Chrysostomo, & Ambrosio.

Versu 13. *Et delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabulae.* Deus, num. 117. ex Lyrano.

EX CAP. XXII. LIB. IV. REGVM.

Versu 20. *Colligeris ad sepulchrum tuum in pace, &c.* Pax, num. 10. ex Stephano.

EX CAP. XXIII. LIB. IV. REGVM.

Versu 4. *Et combussit ea foris Ierusalem in conualle Cedron, & iulit puluerem eorum in Bethol.* Idololatria, num. 19.

Versu 11. *Abstulit quoque equos, quos dederunt soli.* Idololatria, num. 18. ex Vatablo, & Glossa.

Versu 13. *Excelsa quoque qua erant in Ierusalem, &c. contriuit stauas, & succidit lucos.* Penitentia, num. 62. ex Glossa.

Versu 16. *Tulit ossa de sepulchris, & combussit ea, &c.* Idololatria, num. 19. ex Glossa. Sancti, num. 27. ex eadem. Penitentia, num. 62. ex eadem.

Versu 18. *Nemo commoueat ossa eius, &c.* Sancti, num. 27. ex Vatablo.

Versu 22. *Nec enim factum est tale Phasæ à diebus iudicium, &c.* Eucharistia, num. 123. ex Glossa.

Versu 29. *Obiit Iosias Rex, &c. & occisus est in Magdon, &c.* Mors, num. 41. ex Glossa.

EX CAP. XXIV. LIB. IV. REGVM.

Versu 1. *Factus est Iochims seruus tribus annis.* Perseuerantia, num. 24. ex Glossa.

Versu 14. *Et transtulit omnem Ierusalem, & vniuersos principes, & omnes fortes exercitus, &c.* Prædicator, num. 87. ex Vatablo, & Glossa. Scriptura sacra, num. 42. ex eadem.

Versu 14. *Nilque relictum est exceptis pauperibus populi.* Paupertas, num. 16. ex Vatablo.

EX CAP. XXV. LIB. IV. REGVM.

Versu 6. *Apprehensum ergo regem, duxerunt ad Regem Babylonis in Reblatha.* Desideria, num. 5. ex Gregorio.

Versu 11. *Et reliquum vulgus transtulit Nabuzardan, Princeps militiae, & muros Ierusalem in circuitu destruxit.* Prædicator, num. 87. ex Glossa. Oratio, num. 92. ex eadem.

LIBER I. PARALIPOM.

EX CAP. II. LIB. I. PARALIP.

Versu 54. *Fili Salma, &c. corone domus Iobab.* Amor proximi, num. 12. ex Glossa, & Lyrano. Societas Iesu, num. 23. ex Glossa.

Versu 54. *Dumidium requisionis Sarai.* Beatitudo, num. 20. ex Glossa. Confidentia, num. 6. ex eadem.

Versu 55. *Cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes, canentes, atque resonantes, & in tabernaculis commorantes.* Religio, num. 50. ex Stephano. Societas Iesu, num. 24. ex Glossa.

EX CAP. IV. LIB. I. PARALIP.

Versu 9. *Fuit autem Iabes, inclitus pro fratribus suis, &c.* Christus, num. 31. ex Glossa. Oratio, num. 93. ex Lyrano. Societas Iesu, num. 95.

Versu 10. *Inuocauit vero Iabes Deum Israel, &c. & prestauit Deus quæ precatus est.* Oratio, num. 93. ex Stephano.

Versu 21. *Et cognationes domus operantium byssum in domo iuramenti.* Peccator, num. 68. ex Glossa. Religio, num. 51. ex Lyrano.

Versu 22. *Et qui stare fecit solem, virique mendacij, & securus, & incedens, &c.* Peccator, num. 68.

Versu 23. *Hi sunt figuli habitantes in plantationibus.* Prædicator, num. 88. ex Lyrano, & Glossa. Religio, num. 50. ex Stephano.

Versu 27. *Prædicator non potuit adæquare summam filiorum Iuda.* Religio, num. 52.

Versu 38. *Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, &c.* Apostoli, num. 29.

EX CAPITE V. LIB. I. PARALIP.

Versu 1. *Fili quoque Ruben primogeniti Israel, &c. sed cum violasset chorum Purus suis data sunt primogenita eius filius Ioseph.* Ecclesia, num. 55. ex Glossa. Eucharistia, num. 124. ex eadem.

Versu 2. *Porro Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt.* Societas Iesu, num. 23. ex Glossa. Apostoli, num. 30. ex eadem.

Versu 18. *Viri bellatores scuta portantes, & gladios, & tendentes arcum eruditique ad prelia, &c.* Oratio, num. 94. ex Lyrano. Societas Iesu, num. 26.

EX CAP. VI. LIB. I. PARALIP.

Versu 48. *Fratres quoque eorum leuita qui ordinati sunt in cunctis ministeriis tabernaculi.* Societas Iesu, num. 27.

Versu 29. *Aaron vero, & filij eius adolebant incensum super altare, &c. in omne opus sancti sanctorum, & ut precarentur pro Israel, &c.* Oratio, num. 95.

EX CAP. IX. LIB. I. PARALIP.

Versu 18. *In porta regis ad orientem, obseruabant per vices suas de filijs Leui.* Oratio, num. 96. ex Glossa.

Versu 24. *Per quatuor ventos erant ostiarij, id est, ad orientem, &c.* Prædicator, num. 89. ex Lyrano, & Glossa.

Versu 28. *De horum genere erant, & super vasa ministerij: ad numerum enim, & inferebantur vasa, &c.* Prælati, num. 68. ex Glossa.

Versu 33. *Hi sunt principes cantorum per familias, &c.* Religio, num. 53. ex Lyrano.

EX

Locorum Scripturæ.

EX CAP. X. LIB. I. PARALIP.

Versu 5. *Quod cum vidisset armiger eius, videlicet mortuum esse Saul, irruit etiam ipse in gladium suum, &c.* Exempla, num. 21. ex Glossa. Hæretici, num. 12. ex eadem.

Versu 7. *Saul, & filij eius mortuis dereliquerunt vrbes suas, & hæc, illucque dispersi sunt.* Exempla, num. 21. ex Glossa.

EX CAP. XI. LIB. I. PARALIP.

Versu 1. *Os tuum sumus, & caro tua.* Christus, num. 31. ex Glossa.

Versu 5. *Non ingredieris hæc, &c.* Vide supra, 2. Regum 6. & verbo Imago, num. 10. ex Lyrano.

Versu 17. *Desiderauit igitur David, & dixit: ô si quis daret mihi aquam, &c.* Concupiscentia, num. 8. ex Gregorio. Exempla, num. 22. ex Glossa.

EX CAP. XII. LIB. I. PARALIP.

Versu 1. *Qui erant fortissimi, & egregij pugnatōres, tendentes arcum, & utraque manu, fundis, &c.* Prædicator, num. 90. ex Glossa.

Versu 8. *Viri robustissimi & pugnatōres optimi, &c. facies eorum, quasi facies leonis, &c.* Martyrium, num. 6. ex Glossa.

Versu 14. *Nonissimus centum milibus præerat, & maximus mille.* Prælati, num. 69. ex Glossa.

Versu 15. *Isti sunt qui transierunt Iordanem, &c.* Apostoli, num. 30.

Versu 21. *Hi præbuerunt auxilium David aduersus Iairuculos, &c.* Religio, num. 54. ex Glossa.

EX CAP. XIII. LIB. I. PARALIP.

Versu 8. *Porro David, & vniuersus Israel adorabant coram Domina, omni virtute in canticis, &c.* Humilitas, num. 59. ex Gregorio.

Versu 10. *Iratu est itaque Dominus contra Ozam, & percussit eum, eo quod tetigisset arcam, &c.* Eucharistia, num. 125. ex Gregorio.

EX CAP. XV. LIB. I. PARALIP.

Versu 2. *Illicitum est, ut à quocunque portetur arca Dei, nisi à Leuitis.* Sacerdos, num. 50. ex Glossa.

Versu 12. *Vos qui estis principes familiarum Leuitarum sanctificamini, &c.* Sacerdos, num. 50. ex Glossa.

EX CAP. XVI. LIB. I. PARALIP.

Versu 3. *Disiis vniuersis per singulos à viro usque ad mulierem tortam panis, &c.* Eucharistia, num. 126. ex Glossa, & Lyrano.

Versu 4. *Constituit coram arca Domini de Leuitis, qui ministrarent, &c.* Religio, num. 55. ex Glossa.

EX CAP. XVII. LIB. I. PARALIP.

Versu 9. *Dedi locum populo meo Israel, plantabunt & habitabunt in eo.* Beatitudo, num. 21. ex Glossa.

Versu 11. *Cumque impleueris dies tuos, &c. siccitabo semen tuum post te, &c.* Incarnatio, num. 49. ex Glossa.

EX CAP. XVIII. LIB. I. PARALIP.

Versu 17. *Porro filij David, primi ad manum regis.* Sacerdos, num. 51. ex Glossa.

EX CAP. XIX. LIB. I. PARALIP.

Versu 5. *Præcepit ut manerent in Ierico donec cresceret barba eorum.* Purgatorium, num. 4. ex Glossa.

EX CAP. XX. LIB. I. PARALIP.

Versu 2. *Tulit David coronam Melchom de capite eius, &c.* Christus, num. 8. ex Glossa.

EX CAP. XXI. LIB. I. PARALIP.

Versu 1. *Consurrexit autem Saian contra Israel, & concitauit David, ut numeraret, &c.* Prælati, num. 70. ex Gregorio, & Lyrano.

Versu 7. *Displicuit autem Deo quod iustum erat, & percussit Israel, &c.* Superbia, num. 44. ex Gregorio.

Versu 13. *Ex omni parte me angustia premunt, sed melius est mihi ut incidam in manus Domini, &c.* Prælati, num. 71. ex Glossa.

Versu 22. *Da mihi locum arca tua, ut ædificem in ea altare Domino, &c.* Eucharistia, num. 127.

Versu 30. *Nimio enim fuerat in timore perterritus, videns gladium Angeli Domini.* Angelus, num. 33. ex Lyrano.

EX CAP. XXII. LIB. I. PARALIP.

Versu 14. *Ecce ego in paupertate mea præparauimus impensas domus Domini, auri talenta centum milia.* Ecclesia, num. 56. ex Lyrano.

Versu 17. *Præcepit quoque David cunctis principibus Israel, ut adiuaerent Salomonem silum suum.* Religio, num. 56. ex Glossa. Societas Iesu, num. 28. ex eadem.

Versu 19. *Consurgite, & ædificate sanctuarium Domino Deo, &c.* Societas Iesu, num. 28. ex Glossa.

EX CAP. XXIII. LIB. I. PARALIP.

Versu 28. *Et erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini, &c.* Sacerdos, num. 52. ex Glossa, & Lyrano.

EX CAP. XXIV. LIB. I. PARALIP.

Versu 5. *Erant enim principes sanctuarij, & principes Dei, &c.* Sacerdos, num. 52. ex Glossa.

EX CAP. XXV. LIB. I. PARALIP.

Versu 8. *Miseruntque sortes per vices suas, ex equo tam maior, quam minor.* Electio, num. 8. ex Lyrano.

EX CAP. XXVI. LIB. I. PARALIP.

Versu 20. *Porro Achias erat super thesauros domus Dei, & vasa sanctorum.* Christus, num. 31. ex Glossa.

EX CAP. XXVII. LIB. I. PARALIP.

Versu 1. *Fili autem Israel secundum numerum suum principes familiarum, tribuum, & centuriones.* Apostoli, num. 30. ex Glossa.

EX CAP. XXIX. LIB. I. PARALIP.

Versu 1. *Opus enim grande est: nec enim homini preparatur habitatio, sed Deo.* Eucharistia, num. 128.

Versu 15. *Peregrini enim sumus coram te, & aduene: sicut & omnes patres nostri, dies nostri quasi umbra, &c.* Vita, num. 12.

LIBER II. PARALIPOMEN.

EX CAP. I. LIB. II. PARALIP.

Versu 10. *Da mihi sapientiam, & intelligentiam, &c.* Prælati, num. 72. ex Glossa.

ãã 4 Versu 16.

Index copiosissimus

Verſu 16. *Adiucebantur autem ei equi de Agypto & de Coa à negotiatoribus regis, &c.* Prædicator, num. 92. ex Gloſſa.

EX CAP. II. LIB. II. PARALIP.

Verſu 1. *Decreuit autem Salomon adificare domum nomini Domini.* Eccleſia, num. 57. ex Gloſſa.

Verſu 6. *Quis ergo poterit prævalere ut adificet ei dignam domum? Si cælum, & cæli cælorum, &c.* Eleemoſyna, num. 128.

EX CAP. III. LIB. II. PARALIP.

Tripartita fuit fabrica templi Salomonis diſtinctio. Beatitudo, num. 22. ex Gloſſa.

Verſu 6. *Stravit quoque pavimentans templi pretioſiſſimo marmore, decore multo, &c.* Charitas, num. 15. ex Gloſſa.

Verſu 9. *Sed & clauos fecit aureos.* Lingua, num. 11. ex Gloſſa. Verbum Dei, num. 58. ex eadem.

EX CAP. IV. LIB. II. PARALIP.

Verſu 5. *Labium illius erat quaſi labium calicis, &c.* Baptiſmus, num. 29. ex Gloſſa.

Verſu 7. *Fecit autem, & candelabra aurea decem.* Societas Ieſu, num. 29.

Verſu 17. *In Regione Iordanis fudit ea Rex in argilloſa terra.* Scriptura ſacra, num. 44. ex Gloſſa.

EX CAP. V. LIB. II. PARALIP.

Verſu 14. *Impletetur domus Dei nube, nec poſſent ſacerdotes ſtare, & miniſtrare, &c.* Spiritus ſanctus, num. 37.

EX CAP. VI. LIB. II. PARALIP.

Verſu 13. *Fecerat Salomon baſim ancæ, &c.* Humilitas, num. 60. ex Gloſſa. Oratio, num. 97. ex eadem.

Verſu 19. *Ad hoc tantum facta eſt, ut reſpicias orationem ſervi tui, &c.* Euchariſtia, num. 118.

EX CAP. VII. LIB. II. PARALIP.

Verſu 1. *Ignis deſcendit de cælo, & deuorauit holocauſta, &c.* Spiritus ſanctus, num. 38. ex Lyrano.

Verſu 7. *Quia altare aneum quod fecerat non poterat ſuſtinere holocauſta, &c.* Euchariſtia, num. 129. ex Gloſſa.

Verſu 16. *Elegi enim, & ſanctificam locum iſtum ut ſit nomen meum ibi in ſempiternum.* Maria, num. 32.

EX CAP. VIII. LIB. II. PARALIP.

Verſu 11. *Eo quod ſanctificata ſit quia ingreſſa eſt in eam arca Domini.* Euchariſtia, num. 130.

EX CAP. IX. LIB. II. PARALIP.

Verſu 17. *Fecit quoque rex folium eburnæum grande, & veſtuit illud auro mundiſſimo.* Eccleſia, num. 57. ex Gloſſa. Societas Ieſu, num. 30.

Verſu 20. *Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur.* Amor proximi, num. 23. ex Gloſſa. Charitas, num. 16. ex eadem.

Verſu 21. *Deſerabant inde aurum, & argentum & ebur, &c.* Prædicator, num. 92. ex Rabano.

Verſu 29. *Reliqua autem operum Salomonis priorum, &c.* Perſeuerantia, num. 25. ex Gloſſa.

EX CAP. X. LIB. II. PARALIP.

Verſu 6. *Quid dabitis mihi conſilij: ut reſpondeam populo?* Conſilia, num. 8. ex Gloſſa.

Verſu 13. *Reſponditque Rex dura dereliſto conſilio*

ſeniorum, &c. Adoleſcentia, num. 10. ex Gloſſa. Conſilia, num. 8. ex eadem. Prudentia, num. 13.

EX CAP. XI. LIB. II. PARALIP.

Verſu 4. *Non aſcenditis, nec pugnabitis contra Patres veſtros.* Amor inimicorum, num. 24.

Verſu 16. *Quicumque dederunt cor ſuum, ut quaererent Dominum Deum Iſrael, venerunt in Ieruſalem, &c.* Iuſti, num. 48.

EX CAP. XII. LIB. II. PARALIP.

Verſu 1. *Roboam dereliquit legem Domini, & omnis Iſrael cum eo, &c.* Prælati, num. 73. ex Gloſſa.

Verſu 2. *Aſcendit Seſac Rex Agypti in Ieruſalem.* Gloria vana, num. 13. ex Gloſſa.

Verſu 6. *Conſternatique Principes Iſrael, & Rex, &c.* Humilitas, num. 60.

Verſu 9. *Et clypeos aureos, quos fecerat Salomon, pro quibus fecit rex aneos.* Prædicator, num. 93. ex Gloſſa.

Verſu 12. *Nec delati ſunt penitus; ſiquidem, & in Iuda inuenta ſunt opera bona.* Iuſti, num. 48.

EX CAP. XIII. LIB. II. PARALIP.

Verſu 10. *Noſter autem Dominus, Deus eſt, quem non reliquimus, &c.* Spes, num. 17. ex Lyrano.

EX CAP. XIV. LIB. II. PARALIP.

Verſu 1. *Regnavitque Aſſa, &c. In quibus diebus quieuit terra annis decem.* Perſeuerantia, num. 26. ex Gloſſa.

Verſu 6. *Nulla temporibus eius bella ſurrexerant, pacem Domino largiente.* Otium, num. 6.

Verſu 11. *Non eſt apud te vlla diſtantia, virum in paucis auxiliis, an in pluribus.* Oratio, num. 98.

EX CAP. XV. LIB. II. PARALIP.

Verſu 5. *In tempore illo non erat pax egredienti, & ingredienti, ſed terrores, &c. pugnabit enim gens, &c.* Iudicium finale, num. 40.

EX CAP. XVI. LIB. II. PARALIP.

Verſu 7. *Quia habuiſti ſalutem in Rege Syria & non in Domino Deo tuo.* Perſeuerantia, num. 26.

EX CAP. XVII. LIB. II. PARALIP.

Verſu 19. *Hi omnes erant ad manum Regis, exceptis aliis.* Societas Ieſu, num. 31.

EX CAP. XIX. LIB. II. PARALIP.

Verſu 2. *Impio præbeſ auxiliium, & hiſ, qui oderunt Dominum, amicitia iungeris.* Societas, num. 17.

Verſu 6. *Videte, ait, quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium ſed Domini, &c.* Iudicis, num. 16.

EX CAP. XX. LIB. II. PARALIP.

Verſu 3. *Iſaphat autem, &c. totum ſe contulit ad rogandam Dominum, &c.* Oratio, num. 99. ex Gloſſa.

Verſu 37. *Quia habuiſti fœdus cum Ochozia, percuſſit Dominus opera tua, &c.* Societas, num. 17.

EX CAP. XXI. LIB. II. PARALIP.

Verſu 4. *Surrexit Ioram ſuper Regnum Patris ſui, cumque ſe conformaſſet, occidit omnes fratres ſuos*

gladio, &c. Ambitio, num. 17. ex Lyrano.

EX CAP. XXII. LIB. II. PARALIP.

Verſu 19.

Locorum Scripturæ.

Verſu 19. *Cumque diei ſuccederet dies, & temporum ſpatia voluerentur, duorum annorum expletus eſt circulus.* Mors, num. 42. ex Gloſſa.

EX CAP. XXIII. LIB. II. PARALIP.

Verſu 11. *Eduxerunt filium Regis, & impoſuerunt ei diadema, &c.* Prælati, num. 74. ex Gloſſa.

EX CAP. XXIV. LIB. II. PARALIP.

Verſu 13. *Egeruntque hi qui operabantur indreſtriæ.* Societas Ieſu, num. 31.

Verſu 15. *Senuit autem Ioiada plenus dierum, & mortuus eſt.* Prælati, num. 75. ex Gloſſa.

Verſu 17. *Et ingreſſi ſunt principes Iuda, adoraueruntque regem, qui delinuit obſequiſ corum, &c.* Prælati, num. 75. ex Gloſſa. Ambitio, num. 18. ex eadem.

EX CAP. XXV. LIB. II. PARALIP.

Verſu 14. *Et allatos Deos filiorum Seir, ſtatuit illos in deos ſibi.* Idololatria, num. 23.

EX CAP. XXVI. LIB. II. PARALIP.

Verſu 18. *Non eſt tui officiij Ozia, ut adoleas incenſum, &c.* Correctio, num. 19. ex Gloſſa.

EX CAP. XXVII. LIB. II. PARALIP.

Verſu 6. *Corroboratus eſt Iotham, eo quod direxiſſet vias ſuas coram Domino.* Intentio, num. 19.

EX CAP. XXVIII. LIB. II. PARALIP.

Verſu 3. *Luſtrauit filios ſuos in igne, iuxta ritum gentium.* Purgatorium, num. 4. ex Lyrano.

Verſu 9. *Inſuper occidiſti eos atrociter, &c.* Crudelitas, num. 6.

Verſu 11. *Reducite captiuos, quos adduxiſtis de fratribus veſtris, &c. cumque veſtiſſent eos, &c.* Miſericordia, num. 14.

Verſu 19. *Humiliauerat enim Dominus Iudam propter Achaz Regem, &c.* Peccator, num. 69.

Verſu 22. *Inſuper, & in tempore anguſtia auxit conſcriptum in Dominum.* Peccator, num. 69.

EX CAP. XXIX. LIB. II. PARALIP.

Verſu 3. *Ipe anno, & menſe primo regni ſui aperuit valuas domus Domini, & inſtaurauit eas.* Diligentia, num. 23. ex Gloſſa.

Verſu 31. *Impleſtis manus veſtras Domino, accedite & offerte viſtimas, &c.* Euchariſtia, num. 131.

EX CAP. XXX. LIB. II. PARALIP.

Verſu 6. *Filij Iſrael reuertimini ad Dominum, &c. & reuertetur ad reliquias, que effugerunt, &c.* Deus, num. 97.

Verſu 8. *Tradite manus veſtras Domino, &c. & venite ad ſanctuarium eius, & comederunt ſeptem diebus.* Euchariſtia, num. 132.

Verſu 18. *Magna etiam pars populi, que ſanctificata non fuerat, comedit Phuſe, &c.* Euchariſtia, num. 133. ex Gloſſa.

EX CAP. XXXI. LIB. II. PARALIP.

Verſu 3. *Pars autem Regis erat, ut de propria eius ſubſtantia, offerretur holocauſtum.* Deuotio, num. 6. ex Lyrano.

Verſu 10. *Ex quo coperant offerri primitie in domo Domini, comedimus, & ſaturati ſumus.* Eleemoſyna, num. 15.

Verſu 11. *Præcepit igitur Ezechiâs, ut prepararent horrea, in domo Domini, &c. ut darent partes ſacerdotibus.* Sacerdos, num. 53. ex Lyrano.

EX CAP. XXXII. LIB. II. PARALIP.

Verſu 25. *Sed non iuſta beneficia, que acceperat retribuit, quia elenatum eſt cor eius, &c.* Gloria vana, num. 15. ex Lyrano.

Verſu 31. *Attamen in legatione principum Babylonis, &c. dereliquit eum Deus, ut remaretur, &c.* Gloria vana, num. 15. ex Lyrano.

EX CAP. XXXIII. LIB. II. PARALIP.

Verſu 9. *Igitur Manaſſes, ſeduxit Iudam, & habitatores Ieruſalem, &c.* Verſu 12. *Qui poſtquam coanguſtatus eſt, &c. egit poenitentiam.* Peccator, num. 70. Oratio, num. 100.

Verſu 22. *Regnavit Amon, &c. ſecitque malum in conſpectu Domini, ſicut fecerat Manaſſes Pater eius, &c.* Exemplum, num. 24. ex Lyrano.

EX CAP. XXXIV. LIB. II. PARALIP.

Verſu 5. *Oſſa ſacerdotum combuſti in altaribus.* Iudicium finale, num. 41. ex Gloſſa.

Verſu 14. *Cumque efferrent pecuniam, &c. reperit Helcias ſacerdos librum, &c.* Eleemoſyna, num. 15. Lectio, num. 3. ex Lyrano.

EX CAP. XXXV. LIB. II. PARALIP.

Verſu 12. *Nec erubuit faciem Ieremia Propheta loquentis ad ſe ex ore Domini, &c.* Verbum Dei, num. 59.

Verſu 13. *Indurauit cervicem ſuam & cor, ut non reuertetetur ad Dominum, &c.* Peccator, num. 71. ex Gloſſa.

EX CAP. XXXVI. LIB. II. PARALIP.

Verſu 12. *Nec erubuit faciem Ieremia Propheta loquentis ad ſe ex ore Domini, &c.* Verbum Dei, num. 59.

Verſu 13. *Indurauit cervicem ſuam & cor, ut non reuertetetur ad Dominum, &c.* Peccator, num. 71. ex Gloſſa.

IN ORATIONE MANASSÆ

non Canonica.

Indignum ſaluabis me ſecundum magnam miſericordiam. Deus, num. 79. ex Gloſſa.

Inſuſtentabilis eſt ira ſuper peccatores comminationis tue: immenſa vero, & inueſtigabilis miſericordia promiſſionis tue, &c. Deus, num. 118. ex Gloſſa.

Laudabo te ſemper omnibus diebus vite mee. Laudes Dei, num. 6. ex Gloſſa. Perſeuerantia, num. 27. ex eadem.

Tu autem ſecundum bonitatem tuam promiſiſti poenitentiam, &c. Peto, rogans te, &c. Poenitentia, num. 63. ex Gloſſa.

LIBER PRIMVS ESDRÆ.

EX CAP. I. LIB. I. ESDRÆ.

Verſu 3. *Ve adificet ei domum in Ieruſalem que eſt in Iudæa.* Confeſſio, num. 17. ex Gloſſa.

Verſu 4. *Adiuuent eum viri de loco ſuo argento, & auro, & ſubſtantia, &c.* Eleemoſyna, num. 16. ex Gloſſa. Prædicator, num. 94. ex eadem.

Verſu 5. *Surrexerunt principes patrum de Iuda & Benjamin, &c.* Peccator, num. 72. ex Gloſſa.

Verſu 7. *Rex quoque Cyrus, protulit vaſa templi Domini, que tulerat Nabuchodonofor de Ieruſalem, &c.* Peccatum, num. 68. ex Lyrano.

EX CAP. II. LIB. I. ESDRÆ.

Verſu 59. *Non potuerunt indicare domum Patrum ſuorum, & ſemen ſuum, utrum ex Iſrael eſſent.* Poenitentia, num. 64. ex Gloſſa.

Verſu 62. *Hi que ſerunt ſcripturâ Genealogia ſua, &c.*

Index copiosissimus

non intenerunt, & eieci sunt de Sacerdotio. Sacerdos, num. 54. ex Glossa.

Verfu 63. *Ve non comederent de sancto sanctorum donec surgeret sacerdos doctus, atque perfectus.* Societas Iesu, num. 32. ex Lyrano.

Verfu 69. *Secundum vires suas dederunt impensas operis, aurifolidos, &c.* Status, num. 28. ex Glossa. Tribulatio, num. 65. ex eadem.

EX CAP. III. LIB. I. ESDRÆ.

Verfu 3. *Obtulerunt super illud holocaustum Domino mane, & vespere.* Oratio, numero 147. ex Beda.

Verfu 4. *Et holocaustum diebus singulis per ordinem.* Prædicator, num. 95. ex Glossa. Prudentia, num. 14. ex eadem.

Verfu 8. *Constituerunt Leuitas à viginti annis, & supra.* Prædicator, num. 95. ex Glossa.

Verfu 12. *Plurimi etiam de sacerdotibus, & Leuitis, & principes patrum, & seniores, qui viderant templum prius cum fundatum esset, & hoc templum, &c. flebant voce magna, &c.* Ecclesia, num. 58. ex Glossa. Gaudium, num. 9. ex Beda.

EX CAPITE IV. ESDRÆ I.

Verfu 15. *Scios quoniam urbs illa urbs rebellis est, & nocens regibus, & prouinciis, & bella concitantur in ea, &c.* Mortificatio, num. 48. ex Glossa.

Verfu 22. *Fidete ne negligenter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra reges.* Diligentia, num. 23.

EX CAPITE V. ESDRÆ I.

Verfu 2. *Ceperunt adificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis Propheta Dei adiunantes, &c.* Prædicator, num. 95. ex Lyrano.

EX CAPITE VI. ESDRÆ I.

Verfu 12. *Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populum, &c.* Societas Iesu, num. 33.

Verfu 20. *Purificati enim fuerant sacerdotes, & Leuitas, quasi unius: omnes iuncti ad immolandum Pascha.* Amor proximi, num. 24. ex Beda.

Verfu 22. *Et fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in Ierusalem: quoniam letificauerat eos Dominus, &c.* Pœnitentia, num. 65. ex Beda.

EX CAPITE VII. ESDRÆ I.

Verfu 10. *Estras enim parauit cor suum, ut inuestigaret legem Domini, & faceret, & doceret Israel, &c.* Amor inimicorum, num. 25. ex Glossa. Cor, num. 10. ex eadem.

Verfu 25. *Tu autem Estras secundum sapientiam Dei tuam, que est in manu tua, constitue iudices, & presides ut iudicent tui populo, &c.* Societas Iesu, num. 34.

Verfu 28. *Et ego confortatus manu Dei mei que erat in me congregaui de Israel principes, &c.* Societas Iesu, num. 35.

EX CAPITE VIII. ESDRÆ I.

Verfu 17. *Et misi eos ad Eddo, &c. ut adducerent nominibus domus Dei nostri.* Societas Iesu, num. 36.

Verfu 21. *Et prædicanti ibi ieiunium, &c. ut affugerent curam Domini Deo nostro, & peteremus ab eo viam salutem, &c.* Ieiunium, num. 14. ex Beda.

Verfu 22. *Erubui enim petere à rege auxilium, & equites, &c.* Spes, num. 18.

Verfu 22. *Dixeramus enim regi, manus Dei nostri est super omnes, qui querunt Deum in bonitate, &c.* Beatitudo, num. 23. Deus, num. 97. Spes, num. 18.

Verfu 24. *Separavi de principibus sacerdotum duodecim, &c. appendique eis argentum, & aurum, &c.* Prælati, num. 76. ex Glossa.

EX CAPITE IX. ESDRÆ I.

Verfu 2. *Manus etiam Principum, & magistratum fuit in transgressione hac prima.* Exempla, num. 25.

Verfu 3. *Scidi pallium meum, &c. & sedi marens.* Verfu 6. *Deus meus confundor, &c.* Exempla, num. 25. ex Glossa. Oratio, num. 101. ex Lyrano.

EX CAPITE X. ESDRÆ I.

Verfu 3. *Et nunc si est pœnitentia in Israel super hoc, percutiamus fœdus cum Domino, &c.* Pœnitentia, num. 66. ex Glossa.

Verfu 6. *Et Estras, &c. panem non comedit, & aquam non bibit, &c. iugebat enim transgressionem eorum, Sacerdos, num. 55. ex Beda.*

Verfu 11. *Et nunc date confessionem Domino Deo Patrum vestrorum, & facite placitum eius.* Confessio, num. 17. ex Lyrano.

LIBER II. ESDRÆ.

EX CAPITE I. ESDRÆ II.

Verfu 4. *Cum audissem verba huiusmodi sedi, & steni, & luxi diebus multis, ieiunabam, & orabans ante faciem Dei celi.* Sacerdos, num. 55. Zelus animarum, num. 13. ex Glossa.

Verfu 6. *Fiant aures tue auscultantes, & oculi tui aperti, ut audias orationem serui tui quam ego oro, &c.* Zelus animarum, num. 13.

EX CAPITE II. ESDRÆ II.

Verfu 4. *Et ait mihi Rex: pro qua re postulas? & oravi Dominum Deum celi, & dixi ad regem, &c.* Oratio, num. 102.

Verfu 10. *Et contristati sunt afflictione magna quod venisset homo, qui quæret prosperitatem filiorum Israel.* Gaudium, num. 9. ex Glossa.

Verfu 11. *Et veni in Ierusalem, & eram ibi tribus diebus, &c.* Resurrectio Christi, num. 31.

Verfu 13. *Et considerabam murum Ierusalem dissipatum, & portas eius consumptas igne, &c.* Societas Iesu, num. 37.

EX CAPITE III. ESDRÆ II.

Verfu 1. *Et surrexit Elisib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes, & edificauerunt portam gregis, &c.* Sacerdos, num. 56. ex Glossa.

Verfu 15. *Et portam fontis edificauit Sellun, &c. usque ad gradus, qui descendunt de civitate David.* Humilitas, num. 61. ex Glossa.

EX CAPITE IV. ESDRÆ II.

Verfu 9. *Et orauimus Deum nostrum, & posuimus custodes super murum, die ac nocte contra eos.* Oratio, num. 103. ex Glossa. Prædicator, numero 96. ex eadem.

Verfu 17. *Vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium.* Gloria vana, numero 16. ex Lyrano. Pœnitentia, numero 67. ex Beda.

Verfu 18. *Edificauerunt enim unusquisque gladio erat accinctus renes, & edificabant, &c.* Prælati, num. 77. ex Glossa.

Verfu 19. *Opus grande est, & latum, & nos separati sumus in muro, procal alter ab altere.* Societas Iesu, num. 38.

EX

Locorum Scripturæ.

EX CAPITE V. ESDRÆ II.

Verfu 9. *Non est bona res, quam facitis, &c.* Iudicium finale, num. 42. ex Glossa.

Verfu 10. *Et ego, & fratres mei, & pueri mei commodatimus plurimum pecuniam & frumentum, &c.* Eleemosyna, num. 17. ex Beda. Exempla, n. 25. ex Glossa.

Verfu 13. *Insuper excessi finum meum, & dixi sic excutiat Deus omnem virum, qui non compleuerit verbum istud de domo sua, &c.* Eleemosyna, numero 17. Iudicium finale, num. 42. ex Glossa.

Verfu 19. *Memento mei Deus meus in bonum secundum omnia, que feci populo huic.* Eleemosyna, numero 17.

EX CAPITE VII. ESDRÆ II.

Verfu 3. *Non aperiantur porta Ierusalem usque ad calorem solis.* Beatitudo, num. 24. ex Glossa.

EX CAPITE VIII. ESDRÆ II.

Verfu 4. *Stetit autem Estras scriba super gradum lignum, &c.* Prædicator, num. 97. ex Glossa, & Beda.

EX CAPITE IX. ESDRÆ II.

Verfu 3. *Quater in die, & quater in nocte confitebantur, & adorabant Dominum.* Oratio, num. 103. ex Glossa.

Verfu 16. *Ipsi vero, & Patres nostri superbe egerunt, & indurauerunt ceruices suas, & non audierunt mandata tua, &c.* Deus, num. 80.

Verfu 17. *Tu autem Deus propitius, clemens, & misericors, longanimis, & multa miserationis, non dereliquisti eos, &c.* Verfu 20. *Spiritus tuum bonum dedisti, qui doceret eos.* Spiritus sanctus, num. 39.

EX CAPITE XII. ESDRÆ II.

Verfu 30. *Et mundati sunt sacerdotes, & Leuitas, & mundauerunt populum, &c.* Prædicator, num. 97. ex Beda.

Verfu 31. *Ascendere autem feci principes Iuda super murum.* Prædicator, num. 98. ex Glossa.

Verfu 42. *Immolauerunt in die illa victimas magnas, & letati sunt: Deus enim letificauerat eos letitia magna.* Beatitudo, num. 24. ex Glossa.

EX CAPITE XIII. ESDRÆ II.

Verfu 1. *Et lectum est in eo, &c. quod non debeant introire Ammonites, & Moabites in Ecclesiam Dei usque in æternum.* Iudicium finale, num. 43.

Verfu 16. *Tyrj vendebant in sabbatis filiis Iuda in Ierusalem, &c.* Oratio, num. 104. ex Glossa.

Verfu 23. *Sed in diebus illis vidi Iudeos ducentes uxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas, & filij eorum ex media parte loquebantur Azoticæ, &c.* Lingua, num. 12. ex Glossa.

Verfu 26. *Salomon rex Israel, &c. non erat ei similis, & dilectus Deo suo, &c. & ipsum duxerunt ad peccandum mulieres, &c.* Mulier, num. 36. ex variis.

LIBER III. ESDRÆ NON CANONICUS.

EX CAPITE I. ESDRÆ III.

Verfu 4. *Non erit vobis tollere super humeros arcam.* Eucharistia, num. 134.

Verfu 32. *Qui presidebant cum vxoribus, lamentabantur cum usque in hunc diem, & datum est hoc fieri semper, &c.* Passio Christi, num. 39.

Verfu 48. *Periurans discessit, & indurata cornice sua, & corde suo transgressus est legittima Domini Dei Israel.* Iuramentum, num. 18.

EX CAPITE III. ESDRÆ III.

Verfu 10. *Vnus scripsit forte est vinum: alius scripsit fortior est rex; tertius scripsit fortiores sunt mulieres, super omnia autem vincit veritas.* Amor in communi, num. 8. Deus, num. 34. Spiritus sanctus, num. 40.

EX CAPITE IV. ESDRÆ III.

Verfu 15. *Non ne mulieres genuerunt regem, &c. qui dominatur mari, & terra, &c.* Maria, num. 33. ex Lyrano.

Verfu 18. *Se cogregauerunt aurum, &c. & viderint mulieres, &c. multi perierunt, &c. propter mulieres.* Mulier, n. 40.

Verfu 37. *Iniqui omnes filij hominum, & iniqua illorum omnia opera, & non est in ipsis veritas, & in sua iniquitate peribunt.* Iudicium finale, num. 44.

Verfu 39. *Abs te est victoria, &c.* Societas Iesu, n. 39.

EX CAPITE V. ESDRÆ III.

Verfu 61. *Et cantabant canticum Domino quoniam dulcedo eius, & honor in secula super omnem Israel.* Deus, num. 80.

EX CAPITE VII. ESDRÆ III.

Verfu 2. *Instituebant sacrosanctis operibus diligentissime, cooperantes cum senioribus, &c.* Diligentia, num. 23.

EX CAPITE VIII. ESDRÆ III.

Verfu 51. *Et voti illic ieiunium inuenibus in conspectu Dei, ut quærerent ab eo bonum iter nobis, &c.* Adolescentia, num. 11.

Verfu 53. *Quoniam virtus Domini erit cum eis qui ingurunt eum in omni affectu, &c.* Oratio, num. 105.

Verfu 80. *Detegere luminare nostrum, &c. dare nobis cibum in omni tempore seruitutis nostre.* Eucharistia, num. 135.

LIBER III. ESDRÆ NON CANONICUS.

EX CAPITE I. ESDRÆ IV.

Verfu 28. *Non ne ego vos rogavi, ut pater filios, &c.* Amor Dei, num. 32. ex Chrysostomo.

Verfu 34. *Et filij procreationem non faciunt quoniam mandatum meum neglexerunt, & quod malum est coram me fecerunt.* Prædicator, num. 99.

EX CAPITE II. ESDRÆ IV.

Verfu 2. *Mater qua eos generauit, dicit illis, ite filij quia ego vidua sum, &c. educant vos cum letitia, &c.* Maria, num. 34.

Verfu 12. *Lignum vite erit illis in odore unguenti.* Crux, num. 32.

Verfu 27. *Noli fatigari cum enim venerit dies pressuræ, & angustia alij plorabunt, &c.* Tu autem hilaris, &c. Iudicium finale, num. 45.

Verfu 32. *Amplectere natos tuos usque dum venio, & præstem illis misericordiam.* Deus, num. 81.

Verfu 36. *Fugite umbram seculi huius, & accipite incundiam gloriam vestre.* Mundus, num. 14. Religio, num. 57.

EX CAPITE III. ESDRÆ IV.

Verfu 7. *Et statim instituiti in eo mortem, & in nationibus eius, &c.* Mors, num. 34.

Verfu

Index copiosissimus

Verfu 19. *Et inclinasti celos, & statuisti terram, & commouisti orbem, & tremere fecisti abyssos, &c. & tran-*
sisti gloria tua, &c. Spiritus sanctus, num. 41.

Verfu 21. *Cor enim malignum bailulans primus*
Adam, transgressus, & victus est, &c. & facta est permanens infirmitas, &c. Cor, num. 11. Peccatum, num. 69.

EX CAPITE IV. ESDRÆ IV.

Verfu 2. *Excedens excessu cor tuum in saeculo hoc, &*
comprehendere cogitas viam altissimi, &c. ponde-
ra mihi, &c. Ignorantia, num. 7.

Verfu 26. *Frequenter miraberis quoniam festinans,*
festinat seculum pertransire. Mundus, num. 14.

EX CAPITE V. ESDRÆ IV.

Verfu 5. *De ligno sanguis stillabit, & lapis dabit vo-*
cem suam, & populi commonebuntur, & regnabit
quem non sperabant, qui inhabitant super terram. Crux, num. 33.

Verfu 13. *Si oraueris iterum, & ploraueris, sicut &*
nunc, & ieiunaueris septem diebus, audies iteratio horum
maiora. Ieiunium, num. 15.

Verfu 27. *Ex omnibus multiplicatis populis acquisi-*
uisti tibi populum unum, & ab omnibus probatam legem
donasti huic, quem desiderasti populo, &c. Ecclesia, num. 59. Maria, num. 35.

Verfu 33. *Valde tu in excessu mentis factus es pro Is-*
rael, an plus dilexisti eum, quam qui eum fecit? Præ-
lati, num. 78.

EX CAPITE VI. ESDRÆ IV.

Verfu 12. *Oro ut demonstres sermo tuo finem signo-*
rum tuorum quorum pariem mihi demonstraisti,
&c. Iudicium finale, num. 47.

Verfu 31. *Si ergo iterum rogaeris, & iterum ieiuna-*
ueris septem diebus, iterum tibi renuntiabo horum ma-
iora per diem, quam audiui, &c. Ieiunium, num. 15.

Verfu 32. *Vidit enim fortis directionem tuam, & pro-*
uidit pudicitiam, quam à iuuentute tua habuisti, &c. Castitas, num. 27.

Verfu 52. *Leuiathan autem dedisti septimam partem*
humidam, &c. Diabolus, num. 40.

EX CAPITE VII. ESDRÆ IV.

Verfu 5. *Si non tranferit angustum, in latitudinem*
quando venire poterit. Beatitudo, num. 25.

Verfu 7. *A dextris quidem ignis: à sinistris aqua alta.*
Beatitudo, num. 25.

Verfu 25. & 26. *Vacua, vacuis, & plena, plenis. ecce*
tempus veniet, &c. & apparebit sponsa, &c. Iudicium
finale, num. 48.

Verfu 29. *Et erit post annos hos morietur filius meus*
Christus, &c. & conuertetur seculum in antiquum silen-
gium. Eucharistia, num. 136.

Verfu 55. *Et quoniam super stellas fulgebunt facies*
eorum, qui abstinentiam habuerunt, nostra autem facies
super tenebras nigra. Abstinentia, num. 9.

Verfu 61. *Vocatus est altissimus misericors in eo, quod*
miseretur his, qui nondum in saeculo aduenerunt, &c.
Deus, num. 81.

EX CAPITE VIII. ESDRÆ III.

Verfu 18. *Audiui celeritatem iudicis qui futurus*
est. Iudicium finale, num. 49.

Verfu 46. *Qua sunt presentia presentibus, & qua*
futura futuris, &c. vobis apertus est paradysus, plantata
est arbor vite, &c. Eucharistia, num. 137.

Verfu 48. *Sed in hoc mirabilis es coram altissimo,*
quoniam humiliasti te sicut decet te. Humilitas,
num. 62.

Verfu 63. *Non demonstraisti mihi quo tempore*
iudicium finale, num. 50.

EX CAPITE IX. ESDRÆ III.

Verfu 20. *Considerabis seculum, & ecce erat pericu-*
lum propter cogitationes que in eo aduenerunt. Re-
ligio, num. 8.

Verfu 21. *Seruauit mihi acinum de botro, & planta-*
tionem de tribu multa. Ecclesia, num. 59.

Verfu 24. *Ibis in campum florum ubi domus non est,*
adificata. Religio, num. 59.

EX CAPITE X. ESDRÆ IV.

Verfu 24. *Tu ergo excute tuam tristitiam multam,*
& depon abs te multitudinem dolorum, &c. ut tibi
repropietur foris. Resurrectio Christi, num. 32.

EX CAPITE XI. ESDRÆ IV.

Verfu 12. *Eccc à dextera parte surrexit una penna,*
& regnauit super omnem terram, &c. Ambitio,
num. 19.

Verfu 36. *Audiui vocem dicentem mihi, conspice con-*
tra te, & considera quod vides. Iudicium finale,
num. 51.

EX CAPITE XIII. ESDRÆ IV.

Verfu 3. *Et vidi, & ecce conualescebat ille homo*
cum millibus caeli, & ubi vultum suum vertebat,
ut consideraret, tremebant omnia, &c. Incarnatio,
num. 50. Iudicium finale, num. 52.

EX CAPITE XIV. ESDRÆ IV.

Verfu 12. *Nunc ergo dispone domum tuam, & cor-*
ripe populum tuum, & consolare humiles, &c. Præ-
dicator, num. 100.

Verfu 16. *Quantum inualidum fiet seculum à sene-*
ctute, tantum multiplicabuntur super inhabitantes mala.
Mundus, num. 14.

Verfu 34. *Si ergo imperaueritis sensui vestro, & eru-*
dieritis cor vestrum, vini conseruati eritis, &c. Morti-
ficatio, num. 49.

EX CAPITE XV. ESDRÆ IV.

Verfu 5. *Eccc ego induco dicit Dominus super or-*
bem terrarum mala, gladium, & famem, & mor-
tem, & interitum, &c. Tribulatio, num. 66.

Verfu 14. *Va seculo, & qui habitant in eo, quia appro-*
pinquauit gladium, &c. Iudicium finale, num. 53.

EX CAPITE XVI. ESDRÆ IV.

Verfu 6. *Nunquid repellat aliquis leonem esurien-*
tem in silua? aut extinguet ignem in stipula, mox
quando coeperit ardere? &c. Iudicium finale, nu-
mero 54.

LIBER TOBIÆ.

EX CAPITE I. TOBIÆ.

Verfu 2. *In captiuitate tamen postus, &c. ita ut om-*
nia, que habere poterat quotidie concaptiuis fratri-
bus, &c. impertiret. Eleemosyna, numero 18. ex
Glossa.

Verfu 4. *Cumque esset iunior omnibus, in tribu Ne-*
phthali, nihil tamen puerile gessit in opere. Humilitas,
num. 63. ex Glossa.

Verfu 5. *Denique cum irent omnes ad vitulos aureos,*
&c. hic solus fugiebat consortia omnium, sed pergebat in
Ierusalem, &c. Fornicatio, num. 10. ex Glossa. Ora-
tio, num. 106. ex eadem.

Verfu

Locorum Scripturæ.

EX CAPITE V. TOBIÆ.

Verfu 10. *Quem ab infantia timere Deum docuit,*
& abstinere ab omni peccato. Adolescentia, num. 12.

Verfu 13. *Et quoniam memor fuit Domini in toto*
corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salma-
nasar Regis, &c. Deus, num. 33. ex Glossa. Reges,
num. 13.

Verfu 21. *Fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum*
fecerat Deus, propter blasphemiam suam, &c. Blasphe-
mia, num. 6.

EX CAPITE II. TOBIÆ.

Verfu 1. *Et factum esset prandium bonum in domo*
Tobia. Eucharistia, num. 138. ex Glossa.

Verfu 3. *Relinquens prandium ieiunius pertinet ad*
corpus. Diligentia, num. 24. ex Stephano. Eucha-
ristia, num. 138.

Verfu 11. *Ex nido hirundinum dormienti illi cali-*
da sterora inciderunt super oculos eius, fieretque cecus.
Bona, num. 37. ex Glossa. Gloria vana, num. 17. ex
eadem.

Verfu 12. *Hanc autem tentationem ideo permisit*
Dominus enenire illi, ut posteris daretur exemplum, &c.
Exempla, num. 27. ex Bernardo. Patientia, num. 13.
Tribulatio, num. 67. ex Glossa.

Verfu 14. *Non est contristatus contra Deum quod*
plaga cæcitas euenerit ei, sed immobilis in Dei timore
permanuit, &c. Perseuerantia, num. 28. ex Glossa.

EX CAPITE III. TOBIÆ.

Verfu 1. *Tunc Tobias ingemuit, & cepit orare cum*
lacrymis, &c. Oratio, num. 107. ex Glossa.

Verfu 10. *Perrexit (scl. Sara) in superius cubiculum*
domus sue, & tribus diebus, & tribus noctibus, &c.
Oratio, num. 154. ex Stephano.

Verfu 16. *Tu sis Domine, quia nunquam concupiu*
virum, &c. Virginitas, num. 15. ex Glossa.

Verfu 21. *Hoc autem pro certo habet omnis qui te*
colit, quod vita eius si in probatione fuerit, &c. Deus,
num. 82. ex Glossa.

Verfu 25. *Sis nomen tuum Deus Israel benedictum*
in saecula, &c. Oratio, num. 125. ex Ambrosio.

Verfu 25. *Missa est Angelus Domini sanctus Ra-*
phael, ut curaret eos ambos. Angeli, num. 39.

EX CAPITE IV. TOBIÆ.

Verfu 4. *Memor esse debes que, & quanta pericu-*
la passa sit propter te in vtero suo. Eucharistia,
num. 139. Passio Christi, num. 39.

Verfu 6. *Omnibus autem diebus vita tua in men-*
te habeo Deum, & caue ne aliquando peccato consen-
tias. Deus, num. 33. ex Glossa. Passio Christi,
num. 39.

Verfu 7. *Ex substantia tua fac eleemosynam & noli*
auertere faciem tuam ab illo paupere. Eleemosyna,
num. 19. ex Glossa, & num. 27. ex Augustino.

Verfu 11. *Eleemosyna ab omni peccato, & à morte*
liberat, & non patitur animam ire in tenebras. Elee-
mosyna, num. 20. ex Augustino, Nazianzeno, & Am-
brosio, & num. 40. ex Cælatio Arelatensi.

Verfu 14. *Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in*
tuuo verbo dominari permittas. Humilitas, num. 67.
ex Augustino. Superbia, num. 58. ex Prospero, &
Bernardo.

Verfu 16. *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu*
aliquando alteri facias. Amor proximi, num. 27. ex
Chrysofomo.

Verfu 23. *Noli timere fili mi, pauperem quidem*
vitam gerimus, sed multa bona habebimus, sed timuerimus
Deum. Vita, num. 13. ex Galfrido.

Verfu 6. *Vnde te habemus bone iuuenis? Ange-*
li, num. 34. ex Glossa.

Verfu 12. *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris*
sedeo, & lumen caeli non video. Gaudium, num. 11.
ex Lyrano.

Verfu 18. *Ego sum Azarias, Anaia magni filius.*
Angeli, num. 35. ex Lyrano.

EX CAPITE VI. TOBIÆ.

Verfu 1. *Profectus est autem Tobias, & canis se-*
quutus est eum. Prædicator, num. 101. ex Glossa,
& Beda.

Verfu 1. *Et mansit prima mansione iuxta flumina*
Tigris. Mors, num. 44.

Verfu 2. *Et ecce piscis immanis exiuit, ad deuoran-*
dum eum, &c. Angeli, num. 44. ex varijs.

Verfu 7. *Quod remedium habebunt ista, que de*
piscis seruari iussisti? Oratio, num. 108. ex Glossa.

Verfu 9. *Fel valet ad ungendos oculos, &c.* Passio
Christi, num. 39.

Verfu 12. *Tibi debetur omnis substantia eius, &*
oportet eam te accipere coniungem. Ecclesia, num. 59.

Verfu 7. *Hi, qui coniungunt ita suscipiunt, ut*
Deum à se, & à sua mente excludant, &c. Matrimo-
nium, num. 41. ex Origene, Hieronymo, & Thoma.

EX CAPITE VII. TOBIÆ.

Verfu 9. *Præcepit Raquel occidi arietem, & parari*
conuiuium, &c. ego hodie non manducabo, nisi prius
petitionem meam confirmes. Eucharistia, num. 140.

EX CAPITE VIII. TOBIÆ.

Verfu 3. *Tunc Raphael Angelus apprehendit de-*
monium, & reliquit illud in deserto, &c. Ange-
li, num. 43. ex Glossa, & alijs.

Verfu 4. *Deprecemur Dominum hodie, & cras, &*
secundum cras, quia his tribus noctibus Deo iungimur,
&c. Oratio, num. 109.

Verfu 11. *Factum est circa pullorum cantum accer-*
sari iussit, &c. & foderunt sepulchrum, &c. Resurre-
ctio Christi, num. 33.

Verfu 24. *De omnibus que possidebat Raquel dimi-*
diam partem dedit Tobia, & fecit scripturam, ut pars
dimidia, &c. Eucharistia, num. 140.

EX CAPITE X. TOBIÆ.

Verfu 13. *Momentes eam honorare soceros, diligere*
maritum, regere familiam, &c. Matrimonium,
num. 42. ex Lyrano.

EX CAPITE XI. TOBIÆ.

Verfu 4. *Tolle tecum ex felle piscis, erit enim ne-*
cessarium. Mortificatio, num. 49.

Verfu 7. *Vbi introieris domum tuam, statim adora*
Dominum Deum tuum, & gratias agens ei, &c. Eucha-
ristia, num. 141. Gratitude, num. 23. ex Lyrano.

Verfu 9. *Tunc præcurrit canis, &c. & quasi nuntius*
adueniens, blandimento sua cauda gaudebat. Prædi-
cator, num. 101. ex Glossa, & Beda.

Verfu 13. *Tunc sumens Tobias de felle piscis liniuit*
oculos Patris sui, &c. Filij, num. 30.

Verfu 14. *Et cepit albugo ex oculis eius, quasi*
membrana oculi egredi. Humilitas, num. 64. ex
Glossa.

EX CAPITE XII. TOBIÆ.

Verfu 1. *Quid possumus dare viro isti sancto*
qui venit tecum? aut quid dignum poteris esse be-
neficijs

Index copiosissimus

neficiis eius, &c. Eucharistia, num. 141. Gratitude, num. 24.

Verfu 6. *Benedicite Deum celi, & coram omnibus viventibus confitemini ei, &c.* Angeli, num. 42. ex Augustino. Gloria Dei, num. 11.

Verfu 7. *Etenim sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare, & confiteri honorificum est.* Secretum, num. 7. ex Glossa.

Verfu 8. *Bona est oratio cum ieiunio, & elemosyna magis quam thesaurus, &c.* Oratio, num. 132.

Verfu 12. *Ego obtuli orationem tuam Domino, &c.* Angeli, num. 37. ex Ruperto, Bernardo, Augustino, & aliis.

Verfu 14. *Et nunc misit me Dominus ut curarem te, & Sarai uxorem filij tui, &c.* Angeli, num. 46. ex Vatablo.

Verfu 15. *Ego enim sum Raphael Angelus, unus de septem, qui assumis ante Dominum.* Angeli, num. 36. ex Glossa.

EX CAPITE XIII. TOBIÆ.

Verfu 4. *Ideo dispersit vos inter gentes, &c. ut vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos quia non est alius Deus, &c.* Societas Iesu, num. 40.

Verfu 11. *Ierusalem civitas Dei castigavit te Dominus in operibus manuum tuarum, &c.* Tribulatio, num. 68. ex Glossa.

EX CAPITE XIV. TOBIÆ.

Verfu 14. *Reversusque est ad soceros suos, inveniuntque eos incolomes, &c.* Adolescentia, nu. 13. Christus, num. 31. ex Glossa. Senectus, num. 6. ex eadem.

LIBER IVDITH.

EX CAPITE I. IVDITH.

Verfu 4. *Gloriatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum. Superbia, num. 45. ex Glossa.*

EX CAPITE II. IVDITH.

Verfu 6. *Non parceret oculus tuus ulli regno, omnemque urbem munitam subingabis mihi.* Antichristus, num. 7. ex Glossa.

Verfu 12. *Ascenditque omnia castella eorum, & obtinuit omnemmunitionem, &c.* Antichristus, num. 7. ex eadem.

EX CAPITE III. IVDITH.

Verfu 2. *Desinat indignatio tua circa nos, melius est enim, ut viventes serviamus Nabuchodonosor Regi magno, &c.* Antichristus, num. 7. ex Glossa.

EX CAPITE IV. IVDITH.

Verfu 8. *Clamavit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliaverunt animas suas in ieiunio, &c.* Oratio, num. 109. ex Glossa.

Verfu 13. *Memores estote Moyfi servi Domini, qui Amalech confidentem in virtute sua, &c.* Exemplum, num. 26. ex Glossa. Oratio, num. 110. ex eadem.

EX CAPITE V. IVDITH.

Verfu 1. *Nunciatum est, &c. quod filij Israel pararent se ad resistendum.* Superbia, num. 46. ex Glossa.

Verfu 4. *Quare pro omnibus qui habitant in Oriente, isti contempserunt nos, &c.* Societas Iesu, num. 41.

Verfu 5. *Tunc Achior dux omnium filiorum Am-*

mon respondens ait: si digneris audire, &c. Hæretici, num. 14.

Verfu 24. *Nunc ergo perquire si est aliqua iniquitas eorum, in conspectu Dei eorum, &c.* Tribulatio, num. 68.

Verfu 26. *Cum cessasset loqui Achior verba hæc irati sunt omnes magnates Holofernis.* Veritas, nu. 4. ex Stephano.

EX CAPITE VI. IVDITH.

Verfu 14. *Omnis populus cecidit in faciem adorantes Dominum, &c.* Oratio, num. 110.

Verfu 19. *Tunc Ozias finito consilio suscepit eum in domum suam, & fecit ei cenam magnam.* Oratio, num. 133. ex Stephano.

EX CAPITE VII. IVDITH.

Verfu 20. *Tu quia pius es miserere nostris, &c.* Oratio, num. 111.

EX CAPITE VIII. IVDITH.

Verfu 8. *Et erat hæc in omnibus famosissima, &c.* Fama, num. 3. ex Glossa.

Verfu 14. *Sed quia patiens est Dominus, in hoc ipso poeniteamus, &c.* Oratio, num. 111. Lachrymæ, num. 14. ex Glossa.

Verfu 21. *Vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum: ad eloquium vestrum, corda eorum erigite.* Prædicator, num. 102. ex Glossa.

Verfu 33. *Vos autem nolo ut scrutemini actus meum.* Iudicium temerarium, num. 7. Secretum, num. 7.

EX CAPITE IX. IVDITH.

Verfu 1. *Iudith ingressa est oratorium suum, & induit se cilicio.* Oratio, num. 112. ex Glossa.

Verfu 12. *Fac Domine ut gladio proprio eius superbia amputetur, &c.* Amor inimicorum, num. 26. ex Glossa. Maledictio, num. 1.

EX CAPITE XI. IVDITH.

Verfu 1. *Ego nunquam nocui viro, qui voluit servire Nabuchodonosor Regi.* Mundus, num. 15.

Verfu 14. *Ego ancilla tua, Deum colo, etiam nunc apud te, &c.* Oratio, num. 113.

Verfu 18. *Mirabantur ad sapientiam eius, & dicebat alter ad alterum: non est talis mulier, &c.* Maria, num. 36.

EX CAPITE XII. IVDITH.

Verfu 5. *Periit dum introiret, ut daretur ei copia nocte, & ante lucem egredi foras, &c.* Oratio, num. 113.

Verfu 17. *Bibe nunc, & accumbe in incunditate, &c. quoniam magnificata est anima mea hodie, &c.* Eucharistia, num. 142.

EX CAPITE XIII. IVDITH.

Verfu 8. *Accessit ad columnam que erat ad caput, &c. & pugionem eius exsoluit, &c.* Mundus, num. 16. ex Stephano.

Verfu 19. *Et proferens de pera caput Holofernis, ostendit eis dicens: ecce caput Holofernis, &c.* Eucharistia, num. 143.

EX CAPITE XV. IVDITH.

Verfu 1. *Fugit mens & consilium ab eis, & solo tremore, & metu agitati fugæ presidium sumunt.* Iudicium finale, num. 55.

Verfu 4. *Quoniam Assyrj non adnati in fugam ibant,*

Locorum Scripturæ.

EX CAP. X. ESTHER.

Verfu 6. *Parnus fons, qui crenit in fluvium, & in lucem, solemque conuersus est, &c.* Esther est, &c. Maria, num. 38.

EX CAP. XI. ESTHER.

Verfu 5. *Hoc eius somnium fuit, apparuerunt voces & tonitrua, & terræ motus, &c. & ecce duo dracones magni, &c.* Iudicium finale, num. 57.

EX CAP. XIV. ESTHER.

Verfu 16. *Tu scis necessitatem meam quod abominer signum superbia, & gloriæ meæ, &c.* Mulier, num. 41.

EX CAP. XV. ESTHER.

Verfu 2. *Memorare dierum humilitatis meæ, quomodo nutrita sis in manu mea, &c.* Eucharistia, num. 145.

EX CAP. XVI. ESTHER.

Verfu 2. *Muli bonitate principum, &c. abusi sunt in superbiam, &c.* Gratitude, num. 25.

LIBER IOB.

EX CAP. III. IOB.

Verfu 24. *Antequam comedam suspirio, & tanquam inundantes aqua, sic rugitus meus.* Lachrymæ, num. 26. ex Augustino.

EX CAP. V. IOB.

Verfu 15. *Puto saluum faciet eg. num. 1, à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.* Fortitudo, num. 5. ex Ambrosio.

Verfu 19. *In sex tribulationibus libi abi te, & in septima non tanget te malum.* Tentatio, num. 58. ex Bernardo.

Verfu 26. *Ingressus in abundantia sepulchrum.* Vita actiua & cont. num. 5. ex Ruperto.

EX CAP. VII. IOB.

Verfu 7. *Memento quia ventus est vita mea, &c.* Mors, num. 61. ex Idiota.

EX CAP. IX. IOB.

Verfu 4. *Quis restitit ei & pacem habuit? Pax, num. 12. ex Gregorio.*

Verfu 31. *Abominabuntur me vestimenta mea.* Pœnitentia, num. 24. ex Ruperto.

EX CAP. XIV. IOB.

Verfu 1. *Homo natus de muliere breui vivens tempore repletur malis miseris.* Homo, num. 58. ex Idiota.

Verfu 2. *Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, &c.* Homo, num. 55. ex Gregorio, & Antonio, & Gregorio Nazianzeno.

EX CAP. XVI. IOB.

Verfu 19. *Terra ne operias sanguinem meum, nec inuinciat in te locum latendi clamor meus.* Eucharistia, num. 68.

EX CAP. XIX. IOB.

Verfu 10. *Quasi auis a arbori, &c.* Resurrectio Christi, num. 13. ex Cypriano.

Verfu 25. *Sciendum quod redemptor meus vinit, & in notissimo die de terra surrecturus sum, &c.* Resurrectio Christi, num. 34. ex Galfrido.

ibant, filij autem Israel uno agmine, &c. Amor proximi, num. 25. ex Glossa.

EX CAPITE XVI. IVDITH.

Verfu 13. *Tunc ululauerunt castra Assyriorum quando apparuerunt humiles mei.* Societas Iesu, num. 42.

Verfu 28. *Montes à fundamentis movebuntur cum aquis, sicut cera liquefcent, &c.* Iudicium finale, num. 56. ex Glossa.

LIBER ESTHER.

EX CAPITE I. ESTHER.

Verfu 3. *Tertio igitur anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis fortissimis, &c.* Eucharistia, num. 144. ex Glossa.

EX CAPITE II. ESTHER.

Verfu 1. *Postquam Regis Assueri indignatio deferbuerat, recordatus est Vastibi, &c.* Deus, num. 83.

EX CAPITE III. ESTHER.

Verfu 1. *Rex Assuerus exaltauit Aman, &c.* Antichristus, num. 8. ex Glossa.

Verfu 5. *Experimento probasset, quod Mardocheus non flecteret sibi genu, nec se adoraret, &c.* Superbia, num. 48. ex Glossa.

Verfu 15. *Statim in Susan pendit odium, Rege & Aman celebrante conuiuium, &c.* Gaudium, num. 10. ex Glossa.

EX CAPITE IV. ESTHER.

Verfu 2. *Non enim erat licitum, inditam sacco anilam regis intrare.* Pœnitentia, nu. 68. ex Glossa.

Verfu 3. *In omnibus quoque Prouinciis, &c. plantus magnus erat apud Iudeos, &c.* Tribulatio, num. 69. ex Glossa.

Verfu 8. *Moneret eam ut intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo suo, &c.* Maria, num. 37. ex Glossa, & Bonauerura.

Verfu 13. *Ne reputes quod animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es, præ cunctis Iudeis.* Societas Iesu, num. 43.

EX CAPITE V. ESTHER.

Verfu 2. *Extendit contra eam virgam auream quam tenebat in manu, qua accedens osculata est summitatem virgæ eius, &c.* Crux, num. 34.

Verfu 12. *Regina quoque Esther nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege præter me.* Ambitio, num. 24.

EX CAP. VI. ESTHER.

Verfu 3. *Quid pro hac fide honoris ac præmij, Mardocheus coniecimus est.* Societas Iesu, num. 44.

EX CAP. VIII. ESTHER.

Verfu 13. *Procidit ad pedes regis, &c. & loquuta ad eum, orauit ut malitiam Aman, &c.* Maria, num. 37. ex Glossa.

Verfu 15. *Mardocheus autem de Palatio, & de conspectu regis egrediens, fulgebat vestibus regis, &c.* Prælati, num. 80. ex Glossa.

EX CAP. IX. ESTHER.

Verfu 22. *Luctus atque tristitia in hilaritatem, atque gaudium conuersa sunt.* Gaudium, num. 10.

Verfu 25. *Dies mei velociores, &c.* Mors, nu. 48. ex Ribeta.

Index copiosissimus

EX CAPITE XXIX. IOB.

Versu 14. *In stultia indutus sum, & vestivi me, &c.* Misericordia, num. 15. ex Radulpho.

EX CAPITE XXXV. IOB.

Versu 7. *Cum me laudarent astra matutina, &c.* Sancti, num. 1. ex Chrysofomo.

Versu 10. *Non dixit ubi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte?* Tribulatio, numero 70. ex Gregorio.

Versu 11. *Qui docet nos super iumenta terrae, & super volucres cali erudit nos.* Superbia, num. 57. ex Patre Ribera, & Gregorio.

EX CAPITE XXXVIII. IOB.

Versu 36. *Quis posuit in visceribus hominum sapientiam, vel quis dedit gallo intelligentiam?* Prædicator, num. 132. ex Gregorio. Item, nu. 52. ex eodem.

EX CAPITE XL. IOB.

Versu 16. *Sub umbra dormit in secreto calami, &c.* Prælati, num. 81. ex Adam de Perseua.

Versu 20. *An extrahere poteris leuiathan, & fune ligabis, &c.* Diabolus, num. 68. ex Chrysofomo.

Versu 22. *Nunquid multiplicabit tibi preces, & loquetur ad te mollior?* Diabolus, num. 35. ex Ruperto.

Versu 23. *Nunquid feret tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum?* Diabolus, num. 25. ex Ruperto, & num. 34. ex eodem.

Versu 24. *Nunquid illud es quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis?* Diabolus, num. 68. ex Chrysofomo, & num. 72. ex eodem.

LIBER PSALMORVM.

EX PSALMO I.

Versu 1. *Beatus vir qui non abiit in consilio, &c.* Beatitudo, num. 49. ex Petro Chrysofologo.

Versu 1. *Et erit tanquam lignum quod plantatum est, &c.* quod fructum suum dabit in tempore suo. Tempus, num. 4. ex Ruperto.

Versu 4. *Non sic impij non sic, sed tanquam puluis, &c.* Infernus, num. 10. ex Hilario.

EX PSALMO II.

Versu 11. *Servite Domino in timore, & exultate ei, &c.* Verbum Dei, num. 74. ex Hilario.

EX PSALMO V.

Versu 11. *Sepulchrum patens est guttur eorum, lingua suis dolose, &c.* Lingua, num. 27. ex Chrysofomo, & Gregorio Nazianzeno.

EX PSALMO VI.

Versu 2. *Nec in ira tua corripas me.* Correctio, num. 41. ex Petro Chrysofologo.

Versu 8. *Turbatus est à furore oculus meus.* Mortificatio, num. 64. ex Basilio.

EX PSALMO VII.

Versu 11. *Iustum adiutorium meum à Domino.* Tentatio, num. 80. ex Basilio.

EX PSALMO IX.

Versu 19. *Patientia pauperum non peribit in fine.* Paupertas, num. 34. ex Chrysofomo.

EX PSALMO XVI.

Versu 4. *Propter verba labiorum tuorum ego custodius vias duras.* Tribulatio, n. 109. ex Augustino.

EX PSALMO XVII.

Versu 6. *Dolores inferni circumdederunt me.* Infernus, num. 5.

Versu 27. *Cum electo, electus eris, & cum peruerso peruerteris.* Peccator, num. 91. ex Augustino.

EX PSALMO XXI.

Versu 7. *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, &c.* Incarnatio, num. 43. ex Euthymio.

Versu 15. *Sicut aqua effusus sum.* Homo, num. 37.

EX PSALMO XXII.

Versu 5. *Calix meus inebrians quam præclarus est.* Eucharistia, num. 163. ex Cypriano.

EX PSALMO XXX.

Versu 20. *Quam magna multitudo, &c.* Spes, num. 20. ex Ribera, & Augustino.

EX PSALMO XXXI.

Versu 1. *Reclus decet collaudatio.* Oratio, num. 184. ex Basilio.

EX PSALMO XXXIII.

Versu 10. *Timeo Dominum omnes sancti eius, &c.* Timor, num. 47. ex Basilio.

Versu 16. *Oculi Domini super iustos, &c.* Angeli, num. 54. ex Basilio.

EX PSALMO XXXVI.

Versu 20. *Deficientes quemadmodum fumus deficient.* Superbia, num. 67. ex Augustino.

Versu 24. *Cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.* Iusti, nu. 52. ex Origene.

EX PSALMO XXXVII.

Versu 3. *Quoniam sagitta tua infixæ sunt mihi, &c.* Maria, num. 58. ex Patre Salmeron, & Bernardo.

Tribulatio, num. 114. ex Idiora. Verbum Dei, num. 71. ex Origene.

Versu 10. *Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.* Pœnitentia, num. 97. ex Chrysofomo.

EX PSALMO XL.

Versu 9. *Nunquid, qui dormit, non adiciet ut resurgat?* Tentatio, num. 81. ex Origene.

EX PSAL. XLIV.

Versu 2. *Eruclauit cor meum verbum bonum.* Verbum Dei, num. 85. ex Chrysofomo.

Versu 2. *Lingua mea calamus scriba velociter, &c.* Lingua, num. 25. ex Basilio.

Versu 10. *Astuu regna à dextris tuis in vestitu deaurato, &c.* Maria, num. 75. ex Athanasio.

Versu 11. *Audi filia, & vide, &c.* Religio, num. 8. ex Cassiano.

EX PSAL. XLVIII.

Versu 15. *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Infernus, num. 17. ex Fulgentio.

Versu 18. *Cum interierit non sumet omnia, &c.* Mors, num. 54. ex Augustino.

EX PSAL. L.

Versu 5. *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci.* Gloria Dei, num. 6. ex Origene, & Augustino.

Versu 6. *Pe in iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum indicaris.* Deus, nu. 157. ex Arnobio, & Basilio.

EX PSAL. LI.

Versu 4. *Sicut nouacula acuta fecisti dolorem.* Lingua, num. 16. ex Hilario.

Versu 10. *Ego autem sicut oliua fructificavi in domo Domini.* Eleemosyna, num. 32. ex Chrysofomo.

EX PSAL. LVII.

Versu 5. *Sicut aspidis sarda, & obturantis aures suas.* Verbum, num. 111. ex Augustino.

EX PSAL. LVIII.

Versu 11. *Deus ostendit mihi super, &c.* Amor inimicorum, num. 7. ex Ruperto.

EX PSAL. LXI.

Versu 1. *Nonne Deo subiecta eris, &c.* Resurrectio vniuersalis, num. 30. ex Galfrido.

Versu 11. *Diuitia si affluant, nolite cor apponere.* Diuitia, num. 39. ex Augustino.

EX

Locorum Scripturæ.

EX PSAL. LXII.

Versu 12. *Laudabuntur omnes, qui iurant in eo.* Iuramentum, num. 20. ex Ottomaro.

EX PSAL. LXVII.

Versu 3. *Sicut defici fumus, deficient, sicut fluit cera à facie ignis.* Peccator, num. 93. ex Hilario.

Deus, num. 7. ex Ruperto.

Versu 5. *Iter facite ei qui ascendit, &c.* Mors, num. 49. ex Gregorio.

EX PSAL. LXXIV.

Versu 3. *Cum accepero tempus, ego iustitias indicabo.* Iustitia, num. 8. ex Ottomaro.

EX PSAL. LXXV.

Versu 11. *Et reliqua cogitationis diem festum agent tibi.* Prædicator, num. 116. ex Chrysofomo, & Cogitatio, num. 18. ex Ruperto.

EX PSAL. LXXVII.

Versu 18. *Tentauerunt Deum in cordibus suis, ut peterent effugas animabus suis.* Eucharistia, num. 41. ex Ruperto.

Versu 20. *Dirupit petram, &c.* Christus, num. 51. ex Augustino.

Versu 15. *Panem Angelorum manducavit homo.* Eucharistia, num. 37. ex Ruperto.

Versu 65. *Excitatus est tanquam dormiens Dominus tanquam potens crapulatus à vino.* Deus, num. 121. ex Ruperto.

EX PSAL. XC.

Versu 11. *Quoniam Angelis suis Deus mandauit de te ut custodiant te, &c.* Amor Dei, n. 21. ex Bernardo.

EX PSAL. XCI.

Versu 7. *Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelligit hæc.* Tribulatio, nu. 108. ex Augustino.

Versu 11. *Iustus ut palma florebit, &c.* Tribulatio, num. 108. ex Augustino. Iusti, nu. 66. ex Gregorio.

EX PSAL. XCII.

Versu 6. *In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.* Tribulatio, num. 75. ex Augustino.

EX PSAL. CII.

Versu 5. *Renouabitur ve aquila iuuentus tua.* Pœnitentia, num. 105. ex Venancio.

EX PSAL. CIII.

Versu 15. *Et panis cor humanis confirmet.* Eucharistia, nu. 158. ex Cypriano, & Innocentio Papa.

EX PSAL. CIX.

Versu 7. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Mors, num. 58. ex Augustino. Vita, num. 32. ex eodem.

EX PSAL. CXV.

Versu 12. *Quid retribuam Domino pro omnibus, &c.* Amor hominis, num. 19. ex Bernardo.

EX PSAL. CXVII.

Versu 15. *Vox exultationis, & saluus in tabernaculis, &c.* Vita, num. 27. ex Chrysofomo.

Versu 27. *Hæc dies quam fecit Dominus, &c.* Christus, num. 14. ex Ruperto, & num. 25. ex eodem.

EX PSAL. CXVIII.

Versu 61. *Media nocte surgebam ad confitendum, &c.* Iudicium finale, num. 11. ex Ruperto.

Versu 67. *Priusquam humiliarer ego deliqui.* Cogitatio, num. 12. ex Cyrillo.

Versu 92. *Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo.* Prudentia, num. 17. ex Augustino.

Versu 103. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Super mel, &c.* Verbum Dei, nu. 75. ex Hilario.

Versu 103. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Lex, num. 35. ex Cypriano. Verbum Dei, num. 76. ex Hilario.

Versu 116. *Suscipe me secundum eloquium tuum, &c.* Oratio, num. 144.

Versu 120. *Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis*

enim tuis timui. Timor, nu. 40. ex Basilio, & n. 42. ex Leone Papa, & Augustino, & nu. 50. ex Chrysofomo.

Versu 128. *Ad omnia mandata tua dirigebar, &c.* Mandata, num. 18. ex variis.

Versu 137. *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Tribulatio, num. 77. ex Hilario.

Versu 140. *Ignitum eloquium tuum uehementer, &c.* Verbum Dei, num. 88. ex Ambrosio.

EX PSAL. CXXIII.

Versu 4. *Forfitan aqua absorbisset nos.* Ita, num. 29. ex Chrysofomo.

EX PSAL. CXXIX.

Versu 6. *A custodia manuum.* Resurrectio Christi, num. 19. ex Ruperto.

EX PSAL. CXXXII.

Versu 1. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in unum.* Caro, num. 20. ex Chal-daica Paraphrasi.

Versu 2. *Sicut unguentum in capite, &c.* Tristitia, num. 6. ex Cassiano.

EX PSAL. CXXXIII.

Versu 1. *Ecce nunc benedixit, &c.* Religio, num. 29. ex Hieronymo.

EX PSAL. CXXXV.

Versu 6. *Qui formauit terram super aquas, &c.* Deus, num. 51. ex Chrysofomo.

EX PSAL. CXXXVI.

Versu 6. *Adhæreat, &c. si non propofuero Hierusalem, &c.* Gaudium, num. 20. ex Bernardo.

EX PSAL. CXL.

Versu 5. *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, &c.* Correctio, num. 35. ex Chrysofomo. Verbum Dei, num. 76. ex Hilario.

EX PSAL. CXLVIII.

Versu 7. *Laudate Dominum de terra dracones, & omnes abyssi.* Animalia, n. 40. ex Chrysofomo.

LIBER PROVERBIORVM.

EX CAP. I. PROVERB.

Versu 5. *Audiens sapiens sapientior erit.* Consilia, num. 4. ex Hieronymo.

Versu 7. *Timor Domini principium sapientie.* Timor, num. 31. ex Adam de Perseua.

EX CAPITE II. PROVERB.

Versu 14. *Qui latantur cum malè fecerint, &c.* Bona, num. 40. ex Eusebio Emilieno.

EX CAPITE III. PROVERB.

Versu 2. *Misericordia, & veritas, te non deserant.* Eleemosyna, num. 36. ex Chrysofomo.

Versu 13. *Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.* Sapientia, num. 21. ex Bernardo, & num. 22. ex Galfrido.

Versu 14. *Primi & purissimi fructus eius.* Sapientia, num. 23. ex Galfrido.

Versu 16. *In sinistra illius diuitia, & gloria.* Diuitia, num. 13. ex Bernardo.

Versu 18. *Lignum vite à his qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam beatus.* Caritas, numero 17. ex Hugone. Deuotio, num. 8. ex eodem. Sapientia, num. 22. ex Galfrido.

EX CAPITE IV. PROVERB.

Versu 23. *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ab ipso vita procedit.* Cor, num. 17. ex Bernardo.

Intentio, num. 21. ex Ricardo.

EX CAPITE VI. PROVERB.

Versu 12. *Homo apostata vir inutilis graditur ore peruerso.* Homo, num. 41. ex Hugone.

Versu 27. *Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo? Sic qui ingreditur ad mulierem, &c.* Mulier, numero

663

numero

Index copiosissimus

numero 49. ex Hieronymo Nilo, & Gregorio.

EX CAP. VIII. PROVERB.

Verfu 18. *Adecum sunt diuitia & gloria, opes, superba, & iustitia.* Diuitia, nu. 14. ex Vuerrico.

EX CAP. XIV. PROVERB.

Verfu 13. *Rifus dolore mifcbitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Trifticia, numero 5, ex Maximo, & Bernardo.

Verfu 30. *Putredo offium inuidia.* Inuidia, num. 19, ex Gregorio.

EX CAP. XV. PROVERB.

Verfu 1. *Refponfo mollis frangit iram, fermo durus fufcitat furorem.* Manuctudo, num. 12, ex Chryfoftomo. Patientia, num. 20, ex eodem.

EX CAPITE XVI. PROVERB.

Verfu 5. *Abominatio Domini eft omnis arrogans.* Superbia, num. 57, ex Ribera.

EX CAP. XVIII. PROVERB.

Verfu 3. *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Superbia, nu. 24, ex Auguftino. Verfu 17. *Iuftus prior eft accufator iui.* Confeflio, num. 6, ex Chryfoftomo.

Verfu 21. *Mors, & vna, in manibus lingua, qui diligunt eam, &c.* Lingua num. 18, ex Chryfoftomo.

EX CAP. XIX. PROVERB.

Verfu 1. *Melior eft pauper, qui ambulat in fimplicitate fua, quam dives torquens labia fua.* Prudentia, num. 18.

Verfu 2. *Vbi non eft fcientia anime, non eft bonum.* Prudentia, num. 18. Ignorantia, num. 10.

EX CAP. XXI. PROVERB.

Verfu 13. *Qui oburat aurem fuam ad clamorem pauperis, & ipfe clamabit, & non exaudietur.* Ieiunium, num. 26, ex Petro Chryfologo. Iudicium finale, num. 66, ex eodem. Misericordia, num. 16, ex eodem.

EX CAP. XXV. PROVERB.

Verfu 16. *Mel inuenifti comede quod fufficit ne forte fatiatus enomas illud.* Adulatio, nu. 10, ex Bernardo.

Verfu 20. *Sicut tineae veftimento, & vermis ligno, ita & vifitia viri nocet cordi.* Gaudium, num. 16, ex Caffiano, & Chryfoftomo, & num. 17, ex Bafilio, & Chryfoftomo. Trifticia, num. 6, ex Caffiano, & num. 6, ex eodem, & Bafilio.

EX CAPITE XXVII. PROVERB.

Verfu 6. *Meliora funt vulnera diligentis, quam fraudulenta ofcula odientis.* Correctio, num. 38, ex Auguftino.

Verfu 14. *Qui benedixit proximo fuo voce grandi de nocte conjurgens maledicenti fimilis erit.* Adulatio, num. 11, ex Galfrido.

EX CAP. XXVIII. PROVERB.

Verfu 14. *Beatus homo, qui femper eft pauidus, qui vero mentis eft durus corruet in malum.* Timor, nu. 34, ex Hugone de Foillero, & nu. 35, ex Galfrido.

EX CAP. XXX. PROVERB.

Verfu 15. *Sanguifuga due funt filie dicentes affir, affir.* Voluntas, num. 5, ex Galfrido.

Verfu 16. *Ignis vero nunquam dicit fufficit.* Amor in communi, num. 7, ex Bafilio.

Verfu 17. *Oculum qui fubfarnat patrem, & qui defpicit partum matris fua effodiant eum cornu, &c.* Filij, num. 27, ex Thoma.

LIBER ECCLESIASTES.

EX CAP. I. ECCLESIASTÆ.

Verfu 2. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas dixit Ecclefiaftes.* Mundus, num. 33, ex Chryfoftomo.

Verfu 5. *Oritur fol, & occidit, & ad locum fuum reuertitur, &c.* Gratia, num. 16, ex Ricardo.

Verfu 7. *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat.* Caro, num. 29, ex Ricardo. Gracitudo, num. 26, ex Galfrido. Mors, num. 60, ex Idiora.

Verfu 8. *Non fatiatur oculus vifu, nec auris auditu impletur.* Cor, num. 18, ex Hugone.

EX CAP. III. ECCLESIASTÆ.

Verfu 5. *Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus.* Gratia, num. 17, ex Hugone.

Verfu 6. *Tempus acquirendi, & tempus perdendi.* Gratia, num. 17, ex eodem.

Verfu 8. *Tempus belli, & tempus pacis.* Spes, num. 19, ex Hugone.

EX CAP. V. ECCLESIASTÆ.

Verfu 3. *Si quid vouifti Deo ne moreris, &c.* Diligentia, num. 5, ex Ambrofio.

EX CAP. VII. ECCLESIASTÆ.

Verfu 7. *Sicut fonitus spinarum ardentium fub olla ita rifus ftultis.* Gaudium, num. 14, ex Bernardo, & Chryfoftomo.

EX CAP. X. ECCLESIASTÆ.

Verfu 1. *Mufca morientes perdunt fuauiatatem vnguenti.* Defideria, num. 2, ex Gregorio.

EX CAPITE XI. ECCLESIASTÆ.

Verfu 3. *Si ceciderit lignum ad Auftrum, aut Aquilonem, in quocumque loco ceciderit ibi erit.* Mors, num. 55, ex Bernardo.

EX CAPITE XII. ECCLESIASTÆ.

Verfu 5. *Florebit amygdalus, &c.* Refurrectio vniuerfalis, num. 14, ex Cyrillo.

CANTICVM CANTICORVM.

EX CAPITE I. CANTICORVM.

Verfu 1. *Meliora funt ubera tua vino, &c.* Apoftoli, num. 37, ex Iufto.

Verfu 2. *Oleum effufum nomen tuum.* Nomen, num. 22, ex Didymo.

EX CAPITE II. CANTICORVM.

Verfu 1. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Maria, num. 79, ex Bernardo, & Vuerrico.

Verfu 2. *Sicut lilium inter fpumas fic amica mea inter filias.* Heretici, num. 25, ex Iufto.

Verfu 15. *Capite nobis vulpes paruulas, que demoluntur vineas.* Heretici, numero 26, ex Iufto, & Hieronymo.

EX CAP. III. CANTICORVM.

Verfu 6. *Qua eft ifta, que ascendit per defertum, ficut virgula fum, &c.* Examen, n. 1, ex Gregorio.

Verfu

Locorum Scripturae.

Verfu 11. *Egredimini, & videte filia Sion regem Salomonem in diademate, &c.* Chriftus, num. 94, ex Bernardo.

EX CAP. IV. CANTICORVM.

Verfu 2. *Dentes tui, greges confarum, que ascenderunt de lauro.* Religio, num. 60, ex Bernardo. Verfu 3. *Sicut vita coccoinea libra tua, &c.* Oratio, num. 155, ex Gilleberto.

Verfu 9. *Vulnera cor meum foror mea, &c. in vno oculo tuorum.* Charitas, num. 24, ex Balduino. Oratio, num. 155, ex Gilleberto.

EX CAP. V. CANTICORVM.

Verfu 1. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariffimi.* Status, num. 22, ex Bernardo.

Verfu 8. *Adiuuro vos filia Ierufalem, fi inuenieris dilectum meum, &c. quia amore lingueo.* Charitas, nu. 25, ex Gilleberto.

Verfu 11. *Caput eius aurum optimum.* Amor Dei, num. 23.

Verfu 12. *Oculi eius sicut columbae fuper riuulos aquarum, que late funt loca.* Iufti, numero 67, ex Gregorio.

Verfu 13. *Gene illius sicut areola aromatum, confita a pigmentis.* Apoftoli, num. 38, ex Iufto.

Verfu 5. *Crura illius columna marmorae, &c.* Apoftoli, num. 39, ex Iufto.

EX CAP. VI. CANTICORVM.

Verfu 9. *Qua eft ita que progreditur quasi aurora confurgens?* Maria, num. 81, ex Ruperto.

EX CAP. VIII. CANTICORVM.

Verfu 6. *Pone me ut fignaculum fuper cor tuum.* Amor hominis, num. 31, ex Balduino.

Verfu 6. *Quia fortis eft, ut mors dilecto, dura ficut infernus emulatio.* Amor hominis, num. 34.

Verfu 13. *Que habitas in hortis amici aufcultant te.* Angeli, nu. 48, ex Vuerrico. Caro, n. 24, ex eodem.

LIBER SAPIENTIAE.

EX CAP. I. SAPIENTIAE.

Verfu 1. *Sentite de Domino in bonitate, & fimplicitate cordis, &c.* Deus, num. 140, ex Galfrido.

Verfu 4. *In maleuolana animam non introibit fapientia, &c.* Sapientia, num. 37, ex Auguftino.

Verfu 5. *Spiritus enim fanchus difcipline effugiet fidum, &c.* Lectio, num. 4, ex Bernardo. Spiritus fanchus, num. 42, ex Galfrido.

EX CAPITE II. SAPIENTIAE.

Verfu 24. *Inuidia autem diaboli, mors introiit in orbem terrarum.* Diabolus, num. 3, ex Ambrofio. Inuidia, num. 11, ex Caffiano.

EX CAPITE III. SAPIENTIAE.

Verfu 6. *Tanquam aurum in fornace probauit illos.* Tribulatio, num. 93, ex Chryfoftomo, num. 106, ex Auguftino.

EX CAPITE V. SAPIENTIAE.

Verfu 8. *Quid nobis profuit fuperbia aut diuitiarum iactantia, &c.* Diuitia, num. 38, ex Clemente Alexandrino, & Auguftino, & num. 23.

EX CAPITE VI. SAPIENTIAE.

Verfu 6. *Iudicium duriffimum his, qui praefunt fiet.* Iudicium finale, num. 58, ex Galfrido.

EX CAPITE VII. SAPIENTIAE.

Verfu 22. *Eft enim in illa fpiritus Domini, &c. multiplex, fubtilis, &c.* Spiritus fanchus, num. 43, ex Bernardo.

Verfu 30. *Sapientiam autem non vincit malitia.* Sapientia, num. 24, ex Bernardo.

EX CAPITE IX. SAPIENTIAE.

Verfu 15. *Corpus, quod corrumpitur aggranat animam, &c.* Chriftus, num. 95, ex Bernardo.

LIBER ECCLESIASTICI.

EX CAP. I. ECCLESIASTICI.

Verfu 13. *Timenti Dominum bene erit in extremis.* Nouiffima, num. 4, ex Galfrido.

Verfu 27. *Timor Domini expellit peccatum.* Timor, num. 36, ex eodem.

EX CAPITE II. ECCLESIAST.

Verfu 1. *Fili accedens ad feruitutem Dei fit in iuftitia, & timore, & prepara animam tuam, &c.* Tribulatio, num. 107, ex Auguftino.

EX CAPITE III. ECCLESIAST.

Verfu 33. *Ignem ardentem extinguit aqua, & elemofyna refiftit peccatis.* Elemofyna, num. 38, ex Gaudentio.

EX CAPITE V. ECCLESIAST.

Verfu 8. *Non tardes conuerfi ad Dominum, & ne differas de die in diem, &c.* Paenitentia, num. 102, ex Caffario Arclatenfi.

EX CAPITE VI. ECCLESIAST.

Verfu 7. *Si poffides amicum, in tentatione poffide eum, &c.* Amicitia, num. 5, ex Ribera.

EX CAPITE VII. ECCLESIAST.

Verfu 34. *De negligentia tua purga te cum paucis.* Tempus, num. 5, ex Vuerrico.

Verfu 40. *In omnibus operibus tuis memorare nouiffima tua, & in eternum non peccabis.* Mors, num. 45, ex Bernardo, & num. 62, ex Climaco, & Gregorio Nyffeno. Nouiffima, num. 6, ex Chryfoftomo.

EX CAPITE XV. ECCLESIAST.

Verfu 3. *Aqua fapientia falutaris potasi illum, &c.* Sapientia, num. 25, ex Bernardo.

Verfu 9. *Non eft fpeciofa laus in ore peccatoris.* Laudes Dei, num. 2, ex Galfrido.

EX CAPITE XVIII. ECCLESIAST.

Verfu 16. *Nonne ardorem refrigerabit ros, fic & verbum melius, quam datum?* Lingua, num. 33, ex Clemente Alexandr.

EX CAPITE XX. ECCLESIAST.

Verfu 12. *Eft qui multa redimat modico pretio.* Tribulatio, num. 81, ex Galfrido.

EX CAPITE XXI. ECCLESIAST.

Verfu 2. *Quasi a facie colubri fuge peccatum.* Peccatum, num. 70, ex Galfrido.

EX CAPITE XXII. ECCLESIAST.

Verfu 2. *De ftercore bonum lapidatus eft piger.* Peccator, num. 73, ex Bernardo.

Index copiosissimus

EX CAPITE XXIV. ECCLESIAST.

Versu 16. *In plenitudine sanctorum detentio mea.* Maria, num. 68. ex Bernardo.
Versu 19. *Quasi oliva speciosa in campis.* Maria, num. 40. ex Adam de Perseua.
Versu 23. *Ego quasi vultu fructificanti suavitatem odoris.* Maria, num. 41. ex Vuerrico.
Versu 26. *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me,* &c. Maria, num. 69. ex Bernardo.

EX CAP. XXVI. ECCLESIAST.

Versu 10. *Sicut boum iugum, quod mouetur, ita & mulier nequam,* &c. Mulier, num. 47. ex Cypriano.

EX CAP. XXVII. ECCLESIAST.

Versu 5. *Sicut in percussura cribri, remanebit puluis: sic aporia hominis in cogitatu illius.* Cogitatio, num. 26. ex Machario.
Versu 7. *Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius: sic verbum ex cogitatione cordis hominis.* Lingua, num. 30. ex Chrysofotomo, & num. 33. ex Clemente Alexandr.
Versu 12. *Stultus ut luna mutatur.* Gloria vana, num. 30. ex Bernardo. Peccator, num. 126. ex Origene, & Antonio.

EX CAP. XXXI. ECCLESIAST.

Versu 8. *Beatus diues, &c. qui post aurum non abiit nec sperauit,* &c. Paupertas, num. 17. ex Bernardo.

EX CAP. XXXII. ECCLESIAST.

Versu 1. *Rectorem se posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis.* Prælati, num. 82. ex Bernardo.
Versu 24. *Fili sine consilio nihil facias.* Consilium, num. 3. ex Augustino, & num. 10. ex Antonio.

EX CAP. XXXIV. ECCLESIAST.

Versu 30. *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum,* &c. sic homo qui ieiunat. Abstinentia, num. 22. ex Chrysofotomo.

EX CAP. XXXV. ECCLESIAST.

Versu 21. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet,* &c. Oratio, num. 112. ex Glossa, & num. 134. ex Bernardo.

EX CAP. XL. ECCLESIAST.

Versu 1. *Iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris,* &c. Homo, num. 42. ex Galfrido. Mors, num. 37. ex Augustino.
Versu 13. *Substantie inuisibilium sicut fluminis siccantur,* &c. Diuitiæ, num. 20.

EX CAP. XLI. ECCLESIAST.

Versu 1. *O mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti,* &c. Mors, num. 46. ex Galfrido, & num. 68. ex Chrysofotomo.

EX CAP. XLII. ECCLESIAST.

Versu 13. *De vestimentis procedit tineæ, & à muliere inquinat viri.* Mulier, num. 46. ex Cypriano.

EX CAP. XLIV. ECCLESIAST.

Versu 10. *Illi viri misericordie sunt, quorum pietates non deseruunt.* Apolliti, num. 33. ex Bernardo. Iustitia, num. 9. ex eodem.

EX CAP. XLV. ECCLESIAST.

Versu 4. *In fide, & lenitate ipsius sanctum fecit illum.* Homo, num. 43. ex Bernardo.

ISAIAS.

EX CAP. I. ISAIAE.

Versu 3. *Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui, Israhel autem,* &c. Homo, num. 61. ex Ambrosio, & Machario.
Versu 5. *Omne caput languidum, & omne cor moriens à planta pedis,* &c. Peccatores, num. 74. ex Galfrido.
Versu 6. *Vultus, & liuor, & plaga tumens,* &c. Peccatum, num. 71. ex Richardo.
Versu 9. *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen quasi Sodoma,* &c. Christus, num. 96. ex Bernardo.
Versu 15. *Cum multiplicaueritis orationem non exaudiam.* Oratio, num. 158. ex Basilio.
Versu 16. *Lauamini mundi estote, auferite malum,* &c. Penitentia, num. 104. ex Beda.

EX CAP. II. ISAIAE.

Versu 2. *Preparatus mons domus Domini in vertice montium,* &c. Deus, num. 141. ex Galfrido.
Versu 10. *Ingrederi in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini.* Passio Christi, num. 64. ex Bernardo.

EX CAP. III. ISAIAE.

Versu 9. *Peccatum suum quasi Sodoma predicauerunt,* &c. Peccatum, num. 29. ex Gregorio.

EX CAP. V. ISAIAE.

Versu 6. *Ponam eam desertam, & non habitabitur, & non fodietur.* Tribulatio, num. 86. ex Basilio.

EX CAP. VI. ISAIAE.

Versu 1. *In anno quo mortuus est Rex Ozias.* Prophetia, num. 22. ex Chrysofotomo.
Versu 1. *Vidit Dominum sedentem super solium excelsum,* &c. Christus, num. 97. ex Bernardo.
Versu 3. *Plena est omnis terra gloria eius.* Voluntas, num. 6. ex Bernardo.
Versu 10. *Excaca cor populi huius, & aures eius agrana, & oculos eius claudet.* Peccator, num. 142. ex Chrysofotomo & Nysseno.

EX CAP. VII. ISAIAE.

Versu 21. *Nurriet homo vaccam bouem, & duas oues.* Mansuetudo, num. 11. ex Richardo.

EX CAP. X. ISAIAE.

Versu 26. *Suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum,* &c. & virgam suam super mare, & leuabit eam, &c. Crux, num. 35. ex Ailredo.
Versu 27. *Compurescet iugum à facie olei.* Gratia, num. 18. ex Gilleberto.

EX CAP. XI. ISAIAE.

Versu 1. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet,* &c. Incarnatio, num. 66. ex Bernardo.

Locorum Scripturae.

EX CAP. XLII. ISAIAE.

Versu 5. *Dant flatum populo, qui est super eam, & spiritum calcantibus eam.* Caro, num. 5. ex Irenæo, & Eucherio.

EX CAP. XLV. ISAIAE.

Versu 7. *Ego Dominus non est alius, formans lucem & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum.* Deus, num. 98. ex Eucherio.

EX CAP. XLVIII. ISAIAE.

Versu 4. *Sciui enim, quia durus es tu, & neruus ferreus, ceruix tua, & frons tua area.* Peccator, num. 75. ex Galfrido.

EX CAP. XLIX. ISAIAE.

Versu 2. *Posui os meum quasi gladium acutum, in umbra manus suae protexi me,* &c. Verbum Dei, num. 71. ex Origene.

EX CAPITE L. ISAIAE.

Versu 11. *Ecce vos omnes accendentes ignem, accinctis flammis,* &c. Peccatores, num. 102. ex Ambrosio.

EX CAP. LII. ISAIAE.

Versu 7. *Quam pulchri super montes pedes annuntiantis, & predicantis pacem,* &c. Prædicator, num. 103. ex Ailredo.
Versu 11. *Mundamini qui fertis,* &c. Cogitatio, num. 14. ex Gregorio. Prælati, num. 32. ex eodem.

EX CAPITE LIII. ISAIAE.

Versu 1. *Brachium Domini cui reuelatum est?* Christus, num. 116. ex Eusebio.
Versu 5. *Disciplina pacis nostra super eum, & inuocatus eius,* &c. sanatus sumus. Passio Christi, num. 68. ex Gilleberto. Pax, num. 11. ex eodem.

EX CAPITE LIV. ISAIAE.

Versu 11. *Ecce ego per ordinem sternam lapides tuos.* Ecclesia, num. 62. ex Sello.

EX CAPITE LV. ISAIAE.

Versu 1. *Omnes scientes venite ad aquas, &c. venite emite absque argento,* &c. Gratia, num. 19. ex Galfrido, & num. 20. ex Bernardo. Voluntas, num. 7. ex eodem.

EX CAPITE LVII. ISAIAE.

Versu 20. *Impij autem quasi mare feruens.* Peccatum, num. 121. ex Hieronymo, & Chrysofotomo.

EX CAPITE LVIII. ISAIAE.

Versu 1. *Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam,* &c. Peccator, num. 76. ex Bernardo.
Versu 6. *Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi, dissolue colligationes impietatis,* &c. Ieiunium, num. 20. ex Augustino, & Ambrosio.

EX CAPITE LIX. ISAIAE.

Versu 5. *Telas aranea texuerunt.* Hæretici, num. 43. ex Hieronymo.

EX CAPITE LX. ISAIAE.

Versu 8. *Qui sunt isti, qui ut nubes volant & quasi columbae,* &c. Ecclesia, num. 15. ex Ruperto.

Bernardo. Maria, num. 73. ex Ambrosio, Hieronymo, Petro Damiano, & Ruperto.
Versu 2. *Et requiescet super eum spiritus Domini spiritus sapientia, &c.* Spiritus sanctus, num. 44. ex Bernardo. Desideria, num. 4. ex Gregorio.
Versu 10. *Et erit sepulchrum eius gloriosum.* Passio Christi, num. 71. ex Chrysofotomo.

EX CAP. XIII. ISAIAE.

Versu 2. *Super montem caliginosum leuate signum.* Crux, num. 38. ex Ailredo.
Versu 7. *Propter hoc omnes manus dissoluentur,* &c. Iudicium finale, num. 59. ex Ailredo.
Versu 8. *Facies combusta vultus eorum,* &c. Iudicium finale, num. 60. ex Ailredo.
Versu 9. *Ecce dies Domini crudelis, & indignationis plenus,* &c. Iudicium finale, num. 61. ex Ailredo.

EX CAP. XIV. ISAIAE.

Versu 8. *Ex quo dormisti non ascendit qui succidat nos,* &c. Antichristus, num. 18. ex Ailredo.
Versu 12. *Quomodo cecidisti de caelo Lucifer qui mane oriebaris?* Superbia, num. 49. ex Ailredo.
Versu 19. *Quasi cadaver patridum non habebis confortium,* &c. Antichristus, num. 18. ex Ailredo.
Versu 29. *De radice colubæ egredietur regulus,* &c. Superbia, num. 50. ex Ailredo.

EX CAP. XV. ISAIAE.

Versu 6. *Aque Nemrim deserta erunt, quia aruit terram.* Hypocrita, num. 11. ex Ailredo. Lacrymæ, num. 15. & 10. ex eodem.

EX CAP. XVI. ISAIAE.

Versu 1. *Emitte aquam Domine dominatorem terræ,* &c. Christus, num. 98. ex Ailredo.
Versu 2. *Sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes,* &c. Contemplatio, num. 9. ex Ailredo.

EX CAPITE XXI. ISAIAE.

Versu 11. *Onus Duma, ad me clamat,* &c. Lingua, num. 13. ex Ailredo.

EX CAPITE XXV. ISAIAE.

Versu 6. *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis, in monte hoc conuiuium, pinguium,* &c. Eucharistia, num. 15. ex Ruperto.

EX CAPITE XXVI. ISAIAE.

Versu 10. *Misereamur impio, & non discet iniquitatem,* &c. Deus, num. 133. ex Bernardo, & num. 159. ex Stephano.

EX CAPITE XXVIII. ISAIAE.

Versu 13. *Manda, remanda, &c. expecta, reexpecta,* &c. Penitentia, num. 69. ex Richardo.

EX CAP. XXXVIII. ISAIAE.

Versu 2. *Conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit,* &c. Lacrymæ, num. 17. ex Galfrido.

EX CAPITE XL. ISAIAE.

Versu 6. *Quid clamabo? omnis caro sanum.* Vita, num. 19. ex Basilio.

EX CAP. XLI. ISAIAE.

Versu 19. *Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrrubum,* &c. Prælati, num. 107. ex Galfrido. Religio, num. 73. ex eodem.

EX

Index copiosissimus

EX CAPITE LXII. ISAIÆ.

Verfu 6. *Qui reminiscimini Domini, ne taceatis.* Deus, num. 12. ex Ruperto. Gratitude, num. 4. ex eodem.

EX CAPITE LXIII. ISAIÆ.

Verfu 17. *Quare ergo, &c. induisti cor nostrum ne uideremus te.* Peccator, num. 110. ex Origene. Inuidia, num. 16. ex Ruperto.

EX CAPITE LXV. ISAIÆ.

Verfu 2. *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, &c.* Crux, numero 39. ex Petro Chrysolologo.

Verfu 3. *Qui immolant in hortis, & sacrificant, &c.* Heretici, num. 46. ex Hieronymo.

EX CAPITE LXVI. ISAIÆ.

Verfu 1. *Calum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum.* Iusti, num. 5. ex Origene.

Verfu 3. *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, &c.* Amor Dei, num. 11. ex Ambrosio.

Verfu 24. *Verbis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Conscientia, numero 17. ex Chrysostomo, Basilio, & Hieronymo.

IEREMIAS.

EX CAP. I. IEREMIAE.

Verfu 10. *Pe euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & edifices, & plantes.* Prælati, num. 83. ex Bernardo.

Verfu 11. *Virgam vigilantem ego video.* Correctio, num. 37. ex Hieronymo.

EX CAPITE II. IEREMIAE.

Verfu 13. *Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Lingua, num. 14. ex Petro Damiano. Peccator, numero 104. ex Chrysostomo.

EX CAPITE IV. IEREMIAE.

Verfu 19. *Ventrem meum, ventrem meum doleo, &c.* Sapientia, num. 26. ex Bernardo.

EX CAPITE V. IEREMIAE.

Verfu 5. *Equi amatores, & emissarii facti sunt, &c.* Homo, num. 52. ex Basilio.

EX CAPITE VII. IEREMIAE.

Verfu 4. *Nolite considerare in verbis mendacij, dicentes templum Domini, &c.* Tempa, num. 10. ex Galfrido.

Verfu 6. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, &c.* Oratio, num. 14. & 162. ex Chrysostomo.

EX CAPITE IX. IEREMIAE.

Verfu 21. *Ascendit mors per fenestras nostras.* Charitas, num. 27. ex Bernardo. Murmuratio, num. 24. ex eodem.

EX CAPITE XV. IEREMIAE.

Verfu 1. *Si steterit Moyses, & Samuel coram me, &c.* Oratio, num. 39. ex Gregorio.

EX CAPITE XVII. IEREMIAE.

Verfu 11. *Perdix sonet, quæ non peperit.* Diabolus, num. 55. ex Eusebio Emiliæno, & Athanasio.

Heretici, numero 48. ex Augustino.

Verfu 18. *Induo super eos diem afflictionis, & duplici contritione, &c.* Diabolus, num. 49. ex Calliano.

EX CAPITE XXXI. IEREMIAE.

Verfu 22. *Creauit Dominus nouum super terram, femina circumdabit virum.* Incarnatio, num. 67. ex Bernardo.

EX CAPITE XXXII. IEREMIAE.

Verfu 14. *Sume libros istos, librum emptionis, &c.* Scriptura sacra, num. 43. ex Stephano.

Verfu 18. *Reddens peccata parentum in sinum filiorum ipsorum post eos.* Deus, num. 112. ex Acatio.

EX CAPITE XXXV. IEREMIAE.

Verfu 14. *Præcepit tonadab filiis suis ut non biberent vinum, &c.* Ebrietas, num. 9. ex Balduino. Voluntas, num. 11. ex eodem.

THRENI IEREMIAE.

EX CAPITE II. THRENORVM.

Verfu 18. *Deduc quasi torrentem lachrymas, per diem, & noctem, & non taceat pupilla oculi tui.* Peccator, num. 77. ex Hugone.

Verfu 19. *Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum tuarum.* Penitentia, numero 70. ex Hugone.

Vita, num. 14. ex Galfrido.

Verfu 19. *Effunde sicut aquam cor tuum, ante conspectum Domini.* Confessio, numero 20. ex Hugone. Penitentia, num. 70. ex eodem.

EX CAP. III. THRENORVM.

Verfu 27. *Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua, &c.* Senectus, num. 5. ex Bernardo.

EX CAP. IV. THRENORVM.

Verfu 1. *Quomodo obscuratum est aurum, &c.* Prælati, num. 18. ex Gregorio.

Verfu 5. *Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercorea.* Perseuerantia, num. 33. ex Hugone de Foilloto.

Verfu 7. *Sapphiro pulchriores.* Status, num. 23. ex Balduino.

EZECHIEL.

EX CAPITE I. EZECHIELIS.

Verfu 17. *Euntes ibant, & non reuertebantur, cum ambularent.* Prælati, num. 84. ex Galfrido.

EX CAPITE XVI. EZECHIELIS.

Verfu 49. *Quid peccauit soror tua Sodoma, nisi quia panem suum, &c.* Gula, num. 5. ex Calliano.

EX CAP. XVIII. EZECHIELIS.

Verfu 2. *Paures vnam acerbam comederunt, & dentes filiorum stupuerunt.* Deus, numero 109. ex Hieronymo.

EX CAP. XXXVII. EZECHIELIS.

Verfu 4. *Ossa arida audire verbum Domini.* Religio, num. 72. ex Galfrido.

Verfu 9. *A quatuor ventis veni spiritus, & sessa super interfectos istos.* Spiritus sanctus, numero 45. ex Galfrido.

EX

Locorum Scripturæ.

EX CAP. XLIII. EZECHIELIS.

Verfu 10. *Ostende domui Israel templum, & confundantur.* Exempla, num. 20.

EX CAP. XLVII. EZECHIELIS.

Verfu 1. *Ecce aqua egrediebantur à latere templi.* Virtus, num. 23. ex Galfrido.

DANIEL.

EX CAPITE I. DANIELIS.

Verfu 15. *Apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris, qui vesebantur cibo regio.* Abstinencia, num. 7. ex Lipomano.

EX CAPITE VII. DANIELIS.

Verfu 2. *Ecce quatuor venti cali pugnabant in mari magno.* Cor, num. 19. ex Ricardo.

EX CAPITE IX. DANIELIS.

Verfu 4. *Obsecro Domine Deus magne, & terribilis custodiens pactum, & misericordiam, diligentibus te, &c.* Penitentia, num. 104.

EX CAPITE XIII. DANIELIS.

Verfu 5. *Egressa est iniquitas, in Babylone à senioribus iudicibus, &c.* Ecclesia, numero 63. ex Bernardo.

OSEAS.

EX CAPITE I. OSEÆ.

Verfu 1. *Verbum quod factum est ad Osee filium, &c.* Prædicator, num. 104. ex Patre Ribera, & Hieronymo. Et num. 105. ex iisdem.

Verfu 11. *Magnus dies lezraels.* Iudicium finale, num. 67. ex Ribera.

EX CAPITE II. OSEÆ.

Verfu 8. *Hæc nesciunt, quia ego dedi ei frumentum, &c.* Peccator, numero 78. ex Ribera, Gregorio, & Origene, & Hieronymo. Verbum Dei, num. 60. ex Gregorio.

Verfu 13. *Visitabo super eam dies Babalim.* Peccator, num. 79. ex Ribera.

Verfu 14. *Ecce ego lætabor eam, &c.* Mundus, num. 24. Religio, numero 61. ex Ribera. Verbum Dei, num. 61. ex eodem.

Verfu 17. *Auferam nomina Babalim, &c.* Peccatum, num. 72. ex Ribera.

Verfu 19. *Sponsabo te mihi, &c.* Penitentia, num. 72. ex Stephano, & Hieronymo.

EX CAPITE III. OSEÆ.

Verfu 2. *Fedi eam mihi, quindecim argenteis.* Matrimonium, num. 43. ex Ribera.

EX CAPITE IV. OSEÆ.

Verfu 2. *Maledictum, & mendacium, &c. & sanguis sanguinem tetigit.* Mundus, num. 17. ex Stephano. Deus, num. 105. ex Gregorio.

Verfu 6. *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, &c.* Prælati, num. 85. ex Ribera.

Verfu 8. *Peccata populi mei comedent.* Prælati, numero 86. ex Hieronymo, Gregorio, & Bernardo. Sacerdos, numero 57. ex Ribera, & Anastasio Nysseno.

Verfu 8. *Et ad iniquitatem subleuabunt animas*

corum. Adulatio, num. 15. ex Glossa, & Stephano.

Verfu 15. *Si fornicaueris cum Israel, non delinquat saltem Iudæ.* Religio, num. 62. ex Ribera.

Verfu 15. *Neque iuraueris vni Dominus.* Inramentum, num. 19. ex Ribera, Hieronymo, & Cyrillo.

EX CAPITE V. OSEÆ.

Verfu 1. *Vobis iudicium quia laqueum facti estis, &c.* Sacerdos, numero 58. ex Hieronymo, & Ribera.

Verfu 1. *Et rete expansum super Thabor.* Prædicator, num. 106. ex Theophylacto.

Verfu 5. *Respondebit arrogantia Israel in facie.* Superbia, num. 57. ex Hieronymo, Ribera, & Gregorio.

Verfu 10. *Facti sunt Principes Iudæ quasi assum entes terminum.* Ambitio, num. 13. ex Ribera, & Hieronymo.

EX CAPITE VI. OSEÆ.

Verfu 1. *Venite, & reuertamur ad Dominum.* Zelus animarum ex Hieronymo, & Ribera.

Verfu 3. *Viuificabit nos post duos dies, & die tertia suscitabit nos, &c.* Passio Christi, numero 40. ex Ribera, & Origene. Resurrectio Christi, num. 55. ex Ribera, Anselmo, Thoma, & Hieronymo.

Verfu 6. *Quia misericordiam volui, & non sacrificium.* Misericordia, numero 17. ex Ribera, & numero 18. ex eodem, & Thoma. Sacrificia, numero 14. ex iisdem.

Verfu 7. *Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt preceptum, præuicarij sunt in me.* Peccatum, num. 73. ex Ribera, & Hieronymo. Religio, numero 63. ex iisdem.

EX CAPITE VII. OSEÆ.

Verfu 1. *Renelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samarie, &c.* Exempla, num. 28. ex Stephano.

Verfu 4. *Omnes adulterantes quasi clubanus succensus.* Tentatio, num. 9. ex Stephano.

Verfu 8. *Ephraim factus est submericens panis.* Peccator, num. 80. ex Ribera, Hieronymo, & Gregorio.

Verfu 9. *Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit.* Peccator, numero 81. ex Hieronymo, & Gregorio.

Verfu 11. *Factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor.* Peccator, numero 82. ex Ribera, & Hieronymo.

Verfu 11. *Aegyptum innocabant, & ad Assyrios abierunt.* Oratio, num. 130. ex Ribera, Hieronymo, & Theodoro.

Verfu 16. *Facti sunt quasi arcus dolosus.* Peccator, num. 83. ex Ribera, & Cyrillo.

EX CAPITE VIII. OSEÆ.

Verfu 4. *Ipsi regnauerunt, & non ex me, &c.* Prælati, num. 87. ex Origene, & Gregorio.

Verfu 6. *In aranearum telis erit vitulus Samarie.* Peccatum, num. 74. ex Ribera.

Verfu 7. *Calamus stans non est in eo, germen non faciet farinam, &c.* Peccator, numero 84. ex Ribera, & Gregorio.

Verfu 9. *Onager solitarius sibi Ephraim.* Peccator, num. 85. ex Ribera, & Gregorio.

EX CAPITE IX. OSEÆ.

Verfu 7. *Scitote Israel statum Prophetam, insatum virum, &c.* Mors, num. 47. ex Ribera, & Gregorio.

Verfu 8. *Propheta laqueus ruina factus est super omnes vias.* Sacerdos, num. 58. ex Ribera.

Verfu 10. *Quasi vultus in deserto nauis Israel, & quasi*

Index copiosissimus

prima poma ficulnea. Status, numero 24. ex Stephano.

EX CAPITE X. OSEÆ.

Versu 12. *Seminate vobis in iustitia, &c. innotate vobis nonale, &c.* Sapientia, num. 17. ex Origene, & Bernardo. Tribulatio, num. 100. ex Chrysofotomo.

EX CAPITE XI. OSEÆ.

Versu 3. *Ego quasi nutricius Ephraim, portabam eos, &c.* Passio Christi, num. 41. ex Stephano.

EX CAPITE XIII. OSEÆ.

Versu 5. *Ego cognovi te in deserto, in terra solitudinis.* Amicitia, num. 5. ex Ribera.
Versu 11. *Dabo tibi regem in furore meo, &c.* Prælati, num. 88. ex Gregorio.

Versu 12. *Colligata est iniquitas Ephraim, &c.* Peccatum, num. 75. ex Ribera.

Versu 15. *Adducet orientem ventum Dominus de deserto.* Incarnatio, num. 51. ex Stephano.

EX CAPITE XIV. OSEÆ.

Versu 1. *Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitavit Deum suum.* Maledictio, num. 2. ex Ribera, & B. Anacleto.

Versu 3. *Tollite vobiscum verba.* Laudes Dei, num. 3. ex Ribera, & Chrysofotomo.

Versu 3. *Reddemus vitulos labiorum vestrorum.* Laudes Dei, num. 4. ex Hieronymo, Thoma, & Cyrillo.

I O E L.

EX CAPITE I. IOELIS.

Versu 4. *Residuum eruca comedit locusta, & residuum locustæ, &c.* Ira, num. 20. ex Ribera, & Hugone.

Versu 5. *Flete, & ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine.* Gula, num. 16. ex Stephano.

Versu 6. *Gens ascendit super terram fortis, & innumerabilis, &c.* Tentatio, numero 60. ex Ribera, & Hieronymo.

Versu 13. *Accingite vos, & plangite sacerdotes, &c.* Sacerdos, num. 59. ex Ribera, & Hieronymo.

EX CAPITE II. IOELIS.

Versu 12. *Convertimini ad me in toto corde vestro, &c.* Humilitas, num. 82. ex Bernardo.

Versu 31. *Quia benignus & misericors est, patiens, &c.* Deus, num. 81.

Versu 17. *Inter vestibulum, & altare plorabunt sacerdotes, &c.* Templum, num. 11. ex Ribera.

Versu 18. *Zelatus est Dominus super terram suam, & pepercit populo suo, &c.* Zelus animatum, numero 15. ex Ribera.

Versu 28. *Senes vestri somnia somniabunt, &c.* Prophetia, num. 17. ex Ribera, & Thoma.

A M O S.

EX CAPITE I. AMOS.

Versu 1. *Ante duos annos terra motus.* Sacerdos, num. 69. ex Ribera, & Iosepho.

EX CAPITE II. AMOS.

Versu 1. *Suscitavi de filijs vestris in prophetas, &c.* Religio, num. 64. ex Ribera.

Versu 13. *Ecce ego strideo super vos, sicut stridet plaustrum onustum feno.* Peccatum, num. 76. ex Hieronymo, & Gregorio.

EX CAPITE III. AMOS.

Versu 4. *Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam?* Penitentia, num. 73. ex Ribera, & Ruperto.

Versu 9. *Videte infanias multas, in medio eius.* Mundus, num. 50. ex Ribera, & Cypriano.

Versu 12. *Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, &c.* Prælati, num. 89. ex Stephano.

Versu 15. *Percutiam domum hyemalem cum domo æstivali, &c.* Prælati, num. 89. ex Stephano.

EX CAPITE IV. AMOS.

Versu 4. & 5. *Venite ad Bethel, &c. & sacrificare de fermentato laudem, &c.* Eucharistia, num. 30. ex Gregorio.

Versu 7. *Plui super unam civitatem, & super alteram civitatem non plu.* Prædicator, numero 107. ex Ribera, & Origene. Verbum Dei, numero 62. ex Gregorio.

Versu 9. *Olueta vestra, & ficeta vestra, comedit eruca, &c.* Invidia, numero 19. ex Ribera, & Gregorio.

Versu 13. *Formans montes, & creans ventum, &c.* Maria, numero 39. ex Ribera. Religio, numero 65. ex Ribera.

Versu 15. *Faciens matutinam nebulam, &c.* Tentatio, num. 61. ex Ribera, & num. 62. ex eodem.

EX CAPITE V. AMOS.

Versu 1. *Ego leno super vos plantum, &c.* Peccator, num. 86. ex Ribera.

Versu 1. *Domus Israel cecidit, & non adiciet, ut resurgat, &c.* Virginitas, num. 17. ex Ribera, & Hieronymo.

Versu 3. *Præ de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum.* Peccatum, num. 77. ex Ribera.

Versu 8. *Facientem Arcturum, & Orionem, & convergentem in mane tenebras, &c.* Penitentia, num. 74. ex Ribera, & Augustino.

Versu 19. *Quomodo si fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei ursus.* Iudicium finale, numero 68. ex Ribera.

EX CAPITE VI. AMOS.

Versu 1. *Optimates, capita populorum ingredientes pompatice.* Prælati, num. 90. ex Ribera.

Versu 4. *Qui dormitis in lectulis eburneis.* Misericordia, num. 20. ex Ribera, & Ambrosio. Penitentia, num. 75. ex Hieronymo.

Versu 6. *Nihil patiebantur super contritione Ioseph, &c.* Misericordia, num. 19. ex Ribera, & num. 21. & 22. ex eodem.

Versu 10. *Tollet eum propinquus, & comburet eum, &c.* Adulatio, num. 9. ex Patre Ribera, & Gregorio.

EX CAPITE VII. AMOS.

Versu 7. *Ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla carnevarij.* Iustitia, num. 10. ex Ribera.

EX CAPITE VIII. AMOS.

Versu 1. *Ecce vincinus pomorum, &c. venit finis, &c.* Mors, num. 48. ex Ribera.

Versu 9. *In die illa, &c. occidet sol in meridie, &c.* Mors,

Locorum Scripturæ.

Mors, num. 49. ex eodem. Tristitia, num. 3. ex Chrysofotomo.

Versu 11. *Mittam famem, in terram, non famem panis, &c.* Verbum Dei, num. 63. ex Chrysofotomo, Hieronymo, & Gregorio.

EX CAP. IX. AMOS.

Versu 3. *Si absconditi fuerint in vertice carmeli, inde scrutans auferam eos.* Penitentia, num. 76. ex Ribera.

Versu 6. *Qui fasciculum suum super terram fundavit.* Religio, num. 66. ex Hieronymo.

Versu 7. *Nunquid non ve filij Æthiopiæ vos estis mihi filij Israel?* Nobilitas, num. 5. ex Ribera.

Versu 11. *In die illa suscitabo tabernaculum David, quod cecidit, &c.* Incarnatio, num. 52. ex Chrysofotomo.

Versu 13. *Comprehendet arator messorum, &c. & stillabunt montes dulcedinem, &c.* Spes, num. 20. ex Ribera, & Augustino.

I O N A S.

EX CAP. I. IONÆ.

Versu 4. *Dominus autem misit ventum magnum in mare, &c.* Tribulatio, num. 82. ex Stephano.

Versu 5. *Et dormiebat sopore grani.* Peccator, num. 88. ex Chrysofotomo.

Versu 6. *Quid in sopore deprimeris?* Prælati, num. 91. ex Ribera.

Versu 12. *Tollite me, & mittite in mare.* Passio Christi, num. 42. ex Ribera, & Hieronymo.

Versu 15. *Et stetit mare à seruire suo.* Pax, num. 13. ex Hieronymo.

EX CAP. II. IONÆ.

Versu 4. *Pelagus operuit caput meum, &c. omnes gurgites tui, &c. super me transferunt.* Passio Christi, num. 45. ex Ribera.

Versu 8. *Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum.* Oratio, num. 131. ex Ribera.

Versu 8. *Vt veniat ad me oratio mea, ad templum sanctum tuum.* Templum, num. 12. ex Ribera.

EX CAP. III. IONÆ.

Versu 7. *Homines, & iumenta, &c. non gustent quidquam nec pascantur.* Ieiunium, num. 27. ex Ribera, Ambrosio, & aliis.

M I C H E A S.

EX CAP. VI. MICHÆ.

Versu 8. *Indicabo tibi ò homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, utique facere iudicium, &c.* Trinitas, num. 39. ex Hugone.

EX CAP. VII. MICHÆ.

Versu 5. *Ab ea, que dormit in sinu suo custodi claustra oris tui, &c.* Oratio, num. 135. ex Cassiano.

N A H V M.

EX CAPITE I. NAHV M.

Versu 2. *Deus amulator, & oleiscens Dominus, oleiscens Dominus, & habens furorem, &c.* Deus,

num. 132. & num. 160. ex Stephano. Ira, num. 14. ex eodem.

H A B A C V C.

EX CAP. I. HABACVC.

Versu 2. *Vsqquo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor à te, &c.* Oratio, num. 149. ex Hieronymo.

EX CAPITE II. HABACVC.

Versu 5. *Quomodo vinum potantem decipit sic, &c.* Superbia, num. 66. ex Hieronymo.

Versu 6. *Qui multiplicat non sua, &c. contra se densum lutum, &c.* Furtum, num. 6. ex Thoma.

S O P H O N I A S.

EX CAP. I. SOPHONIÆ.

Versu 9. *Vsuiabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen.* Ambitio, num. 25. ex Stephano.

Versu 12. *Scrutabor Ierusalem in lucernis.* Iudicium finale, num. 62. ex Bernardo.

Z A C H A R I A S.

EX CAPITE VI. ZACHARIÆ.

Versu 2. *In quadriga prima equi rufi, & in quadriga secunda equi nigri, &c. & in quadriga quarta equi varij, & fortes.* Electio, num. 11. ex Stephano.

EX CAPITE XI. ZACHARIÆ.

Versu 15. *Adhuc sime tibi vasa pastoris stulti, &c.* Prælati, num. 92. ex Stephano.

M A L A C H I A S.

EX CAPITE I. MALACHIÆ.

Versu 6. *Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus? &c.* Peccatum, num. 78. ex Stephano. Timor, num. 37. ex eodem.

EX CAP. II. MALACHIÆ.

Versu 7. *Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius, &c.* Sacerdos, num. 61. ex Bernardo.

EX CAP. IV. MALACHIÆ.

Versu 1. *Sicut albanus ignis, &c.* Passio Christi, num. 30. ex Cypriano.

LIBRI MACHABÆORVM.

EX CAPITE I. MACHAB.

Versu 4. *Exaltatum est, & eleuatum cor eius, &c.*
Versu 6. *Et post hac decidit in lectum, & cognouit quia moreretur, &c.* Superbia, num. 51. Mors, num. 51.

Versu 24. *Et accepit argentum, & aurum, & vasa concupisibilia, & accepit thesauros oculos, &c.* Antichristus, num. 9.

Versu 25. *Et fecit cadem hominum, & locutus est in superbia magna, &c.* Superbia, num. 52.

Index copiosissimus

Verfu 57. *Edificauit Rex Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei*, &c. Antichristus, num. 10. ex Lyrano, Glossa, & Hieronymo.

Verfu 58. *Et ante ianuas domorum, & in plateis incendebant ebura, & sacrificabant*, &c. Oratio, num. 114.

EX CAPITE II. LIB. I. MACHAB.

Verfu 6. *Hi viderunt mala*, &c. Apostoli, num. 31.

Verfu 24. *Vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes eius*, &c. Zelus animatum, num. 16. ex Ambrosio, & Cypriano.

EX CAPITE III. LIB. I. MACHAB.

Verfu 2. *Præliabantur prælium Israel cum letitia*, Apostoli, num. 32. ex Glossa.

Verfu 7. *Lætificabat Iacob*, &c. Gaudium, num. 12. ex Glossa.

Verfu 14. *Faciám mihi nomen, & glorificabor in regno*, &c. Intentio, num. 19.

Verfu 23. *Contritus est Seron*, &c. Amor inimicorum, num. 27. ex Glossa.

Verfu 44. *Congregatus est conuentus, &c. ut orarent, &c. & suscitarent Nazareos*, &c. Oratio, num. 115. ex Glossa, & Ruperto.

EX CAPITE IV. LIB. I. MACHAB.

Verfu 4. *Elegit Iudas sacerdotes sine macula, voluntatem in lege Dei habentes*, &c. Sacerdos, num. 63. ex Hugone de Foilleto. Societas Iesu, num. 48. ex Glossa.

Verfu 10. *Nunc clamemus in cœlum, & miserebimur nostri*, &c. Oratio, num. 116. ex Ruperto, Bernardo, & Chrysofomo.

Verfu 18. *Expugnate eos, & postea sumetis spolia*, &c. Mortificatio, num. 51. ex Glossa.

Verfu 30. *Oravit Iudas, & dixit benedictus es, &c. deice illos gladio*, &c. Oratio, num. 118. ex Chrysofomo.

Verfu 57. *Ornauerunt faciem templi coronis*, &c. Templum, num. 13. ex Chrysofomo, & Hieronymo.

Verfu 58. *Facta est letitia magna in populo*, &c. Gloria Dei, num. 11. ex Bernardo.

Verfu 59. *Statuit Iudas, &c. ut agatur dies dedicationis altaris*, &c. Templum, num. 14. ex Beda.

EX CAPITE V. LIB. I. MACHAB.

Verfu 33. *Exclamauerunt tuis, & clamauerunt in oratione*, &c. Oratio, num. 119. ex Ioseph.

Verfu 57. *Faciámus & ipsi nobis nomen*, &c. Hypocritæ, num. 8. ex Glossa.

Verfu 62. *Ipsi autem non erant de semine*, &c. Hypocritæ, num. 8. ex Glossa.

EX CAPITE VI. LIB. I. MACHAB.

Verfu 13. *Eccce pereo tristitia magna, in terra aliena*, &c. Tribulatio, num. 72. ex Idiota.

Verfu 46. *Inie sub pedes Elephantis, & supposuit se ei*, &c. Hypocritæ, num. 9. ex Glossa, & Hugone de Foilleto. Superbia, num. 33. ex Glossa & Gregorio.

EX CAPITE VII. LIB. I. MACHAB.

Verfu 21. *Satis agebat Alcimus pro principatu sacerdotij*, &c. Ambitio, num. 21.

EX CAPITE VIII. LIB. I. MACHAB.

Verfu 1. *Acquiescunt ad omnia que postulantur ab eis*. Oratio, num. 123.

Verfu 3. *Possederunt omnem locum consilio, & patientia*. Prudentia, num. 19. ex Lyrano, & aliis.

Verfu 15. *Consulebant quotidie trecentos viginti consilium agentes semper*, &c. Prudentia, num. 19. ex Lyrano, & aliis.

EX CAP. IX. LIB. I. MACHAB.

Verfu 10. *Non inferamus crimen gloria nostre*. Gloria Dei, num. 12.

EX CAP. X. LIB. I. MACHAB.

Verfu 10. *Ionathas habitauit in Ierusalem & copia edificare, & innouare ciuitatem*. Prælati, num. 94. ex Stephano. Templum, num. 15. ex eodem, & ex utroque Cyrillo, & Eusebio.

Verfu 44. *Ad edificanda & restauranda opera sanctorum, sumptus dabantur de ratione regis*. Templum, num. 15. ex utroque, Cyrillo & Eusebio.

EX CAP. XII. LIB. I. MACHAB.

Verfu 23. *Pecora nostra, & possessiones nostra vestra sunt*. Amor proximi, num. 16.

EX CAP. XIII. LIB. I. MACHAB.

Verfu 28. *Statuit septem Pyramides unam contra unam*, &c. Spiritus sanctus, num. 46. ex Galfrido.

Verfu 29. *Ad memoriam æternam*, &c. Humilitas, num. 66.

EX CAP. XIV. LIB. I. MACHAB.

Verfu 26. *Quam gratiarum actionem reddemus Simoni, &c. restituit enim ipse fratres suos*, &c. Eucharistia, num. 148.

Verfu 36. *Quod inferebant plagam magnam castitati*, &c. Eucharistia, num. 148.

EX CAP. XV. LIB. I. MACHAB.

Verfu 18. *Misit Simon Romam clypeum aureum*, &c. Fides, num. 29. ex Galfrido.

EX CAP. XVI. LIB. I. MACHAB.

Verfu 17. *Fecit & Ptolomeus deceptionem magnam*, &c. Prudentia, num. 20. ex Glossa.

LIBER II. MACHAB.

EX CAP. I. LIB. II. MACHAB.

Verfu 6. *Nunc hic sumus orantes pro vobis*. Oratio, num. 123. ex Origene.

Verfu 8. *Oramus ad Dominum, &c. & obtulimus sacrificium, & similitudinem*, &c. Eucharistia, num. 149.

Verfu 11. *De magnis periculis à Deo liberati magnifice gratias agimus*. Eucharistia, num. 148.

Verfu 20. *Non inuenerunt ignem sed aquam crassam*. Spiritus sanctus, num. 47. ex Ambrosio.

Verfu 31. *Ex residua aqua, &c. lapides maiores perfundit, quod vi factum est, ex eis flamma accensa est*. Eucharistia, num. 149. Pœnitentia, num. 77. ex Stephano.

Verfu 32. *Sacerdotibus donauit multa, &c. manus sua tribuit eis*. Eleemofyna, num. 22. Eucharistia, num. 150.

EX CAP. II. LIB. II. MACHAB.

Verfu 9. *Veniens ibi Ieremias inuenit locum spelunca, &c. intulit illic, &c. & locum obstruxit*, &c. Templum, num. 17. & 18. ex Patre Serrario.

Verfu 7. *Dixit Ieremias quod ignotus erit locus donec congreget Deus congregationem populi*, &c. Iudicium finale, num. 65. ex Epiphano, & Dorotheo.

Verfu 20.

Locorum Scripturæ.

Verfu 20. *De Iuda Machabæo & fratribus eius*, &c. Apostoli, num. 31. Societas Iesu, num. 45.

Verfu 33. *Stultum est ante historiam effluere*, &c. R. eligio, num. 68. ex P. Serrario.

Verfu 35. *Sacerdotibus donauit multa bona*, &c. Sacerdos, num. 64.

EX CAP. III. LIB. II. MACHAB.

Verfu 5. *Cum sancta ciuitas habitaretur in pace, &c. propter Onia Pontificis pietatem*, &c. Prælati, num. 93.

Verfu 15. *Sacerdotes ante altare iactauerunt se, & inuocabant de celo eum*, &c. Oratio, num. 124.

Verfu 18. *Alij etiam congregati de domibus confluebant supplicatione publica*, &c. Oratio, num. 124.

Verfu 25. *Apparuit eis quidam eques terribilem habens sessorem: Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori*, &c. Societas Iesu, num. 46.

Verfu 34. *Tu autem à Deo flagellatus nuntia omnibus magna Dei*, &c. Gloria Dei, num. 11.

EX CAP. IV. LIB. II. MACHAB.

Verfu 7. *Ambiebat Iason frater Onia summum sacerdotium*, &c. Prælati, num. 95. ex Hugone de Foilleto.

Verfu 17. *In leges diuinas impie agere impune non cedit*. Mandata, num. 16.

Verfu 22. *Magnifice ab Iasone, & ciuitate Ierolyma susceptus Antiochus*, &c. Ambitio, num. 20.

Verfu 30. *Eo quod Antiochi Regis concubina dono essent dati*, &c. Adulterium, num. 14.

EX CAP. V. LIB. II. MACHAB.

Verfu 5. *Menelaus apprehensa ciuitate fugit*, &c. Ambitio, num. 20.

Verfu 16. *Scelestis manibus sumens sancta vasa*, &c. Eucharistia, num. 146.

Verfu 20. *Ipsè locus particeps factus est populi malorum, postea autem fiet socius bonorum*, &c. Eucharistia, num. 146.

Verfu 21. *Existimans se præ superbia terram, ad nauigandum*, &c. Superbia, num. 52.

EX CAP. VI. LIB. II. MACHAB.

Verfu 12. *Qui hunc librum lecturi sunt, &c. Tribulatio*, num. 71.

Verfu 18. *Eleazarus vnus de primoribus scribarum vir atate prouectus*, &c. Sacerdos, num. 65. ex Cypriano.

Verfu 19. *At ille magis gloriosissimam mortem, magis quam odibilem vitam, &c. Domine qui habes sanctam scientiam*, &c. Martyrium, num. 7. ex Ambrosio, & Cypriano, & num. 8. ex Cypriano, & num. 9. ex Theophilo, & Chrysofomo, & num. 10. ex Ambrosio, & num. 11. ex Augustino, & num. 12. ex eodem, & Bernardo.

EX CAP. VII. LIB. II. MACHAB.

Verfu 2. *Vnus autem ex illis, qui erat primus, &c. Lingua*, num. 21. ex Cypriano, & Ambrosio.

Verfu 18. *Deducabant sextum, & hic mori incipiens ait: noli frustra errare, &c. Humilitas*, num. 65. ex Cypriano.

Verfu 41. *Nouissime post filios mater consumpta est*, &c. Beatitudo, num. 26. ex Chrysofomo.

EX CAP. VIII. LIB. II. MACHAB.

Verfu 14. *Deprecabatur ut eriperet eos, &c. propter inuocationem sancti, & magnifici nominis eius super ipsos*. Societas Iesu, num. 47.

Verfu 27. *Sabbatum agebant benedicentes Dominum, &c. communiter ab omnibus facta obseruatione*, &c. Oratio, num. 117. ex Rabano.

Verfu 30. *Plures prædus diuiserunt, equam portionem debilibus pupillis*, &c. Eleemofyna, num. 21. ex P. Serrario.

Verfu 53. *Cumque epinicia agerent Ierolymis, &c. Gratitudo*, num. 24. ex Rabano.

Verfu 56. *Predicabat nunc procellorem Deum habere*. Eleemofyna, num. 21. Mandata, num. 16.

EX CAP. IX. LIB. II. MACHAB.

Verfu 4. *Calesti enim iudicio perurgente, eo quod ita superbe, &c. Blasphemia*, num. 7. ex Ruperto.

Verfu 5. *Super hoc autem repleus miseria, &c. multis, & insanabili plaga, &c. Blasphemia*, num. 7. ex Ruperto, & Iosepho.

Verfu 8. *Manifestam Dei virtutem in semetipso contestans, &c. Pœnitentia*, num. 79.

Verfu 13. *Orabat autem hic scelestus Dominum à quo non esset misericordiam consecuturus*. Pœnitentia, num. 78. ex Augustino. Tribulatio, num. 73. ex eodem, & Hieronymo.

EX CAP. X. LIB. II. MACHAB.

Verfu 4. *Rogabant Dominum prostrati in terram, &c. sed si quando peccassent, ut ab ipso mitius corripirentur*. Oratio, num. 118.

Verfu 11. *Ptolomeus autem, qui dicebatur Macer iusti tenax: erga Iudæos, &c. veneno vitam finieit*. Pœnitentia, num. 29.

Verfu 15. *Hi qui erant cum Machabæo, per orationem Dominum rogabant, &c. Oratio*, num. 119.

Verfu 25. *Deprecabantur Dominum, caput terræ aspergentes, &c. ita per orationem sumptis armis, &c. Oratio*, num. 119.

Verfu 35. *Viginti iuuenes accensi animis propter blasphemiam, &c. Blasphemia*, num. 8.

Verfu 38. *Qui in hymnis & confessionibus benedicebant Dominum*. Gratitudo, num. 24.

EX CAP. XI. LIB. II. MACHAB.

Verfu 6. *Machabæus, & qui cum ipso erant cum fletu, & lacrymis rogabant Dominum, &c. Oratio*, num. 120. ex Hieronymo.

EX CAP. XII. LIB. II. MACHAB.

Verfu 36. *Inuocauit Iudas Dominum, adiutorem & ducem belli, &c. Oratio*, num. 120.

Verfu 40. *Inuenerunt sub iunice interfectorum de donariis idolorum, &c. Rogauerunt, &c. ut delictum obligationi traderetur*. Purgatorium, num. 5. & num. 6. ex Iacobo fratre Domini, & Marco Euangelista, & num. 7. ex Dionysio, & Clemente Romano, & num. 8. ex Athanasio, & num. 9. ex Augustino.

EX CAP. XIII. LIB. II. MACHAB.

Verfu 3. *Cum multa fallacia deprecabatur Antiochus, &c. Ambitio*, num. 20.

Index copiosissimus

Verfu 10. *Præcepit Indas populo, ut die ac nocte Dominum invocarent, &c.* Oratio, num. 121. ex Chrysoſtomo.

Verfu 12. *Potentibus à Domino misericordiam cum ſtem, & ieiunio, per triduum continuum, &c.* Ieiunium, num. 17. ex Chryſoſtomo.

Verfu 14. *Daſis itaque poteſtatem omnium Deo mundi creatori.* Gloria Dei, num. 11.

EX CAP. XIV. LIB. II. MACHAB.

Verfu 3. *Conſiderans nullo modo ſibi eſſe ſalutem, nec accellum ad altare, &c.* Ambitio, num. 21.

Verfu 38. *Hic multis temporibus continentia, propoſitum tenuit, &c.* Perſeuerantia, num. 30.

EX CAP. XV. LIB. II. MACHAB.

Verfu 3. *Ille infelix interrogavit, ſi eſt potens in celo, &c.* Blaſphemia, num. 8.


Verfu 12. *Oniam, &c. manus protendentem orare, &c.* Oratio, num. 123. ex Origene.

Verfu 16. *Accipe ſanctum gladium, munus à Deo in quo deſerues aduerſarios, &c.* Euchariftia, num. 147.

Verfu 23. *Nunc dominator calorū, mitte Angelum tuum, &c. manu quidem pugnantem, ſed Dominum cordibus orantes, &c.* Oratio, num. 122.

Verfu 27. *Præſentia Dei magnifice delectati, &c.* Euchariftia, num. 146.

Verfu 40. *Sicut enim vinum ſemper bibere aut ſemper aquam, &c.* Temperantia, num. 4.



EVANGELIUM SECUNDUM MATTHÆVM.

EX CAPITE I. MATTHÆI.

Verfu 1. *Liber generationis Ieſu Chriſti, &c.* Incarnatio, num. 68. ex Gregorio.

EX CAPITE II. MATTHÆI.

Verfu 1. *Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem Iuda, &c. ecce magi, &c.* Incarnatio, num. 55. ex Petro Chryſologo.

EX CAPITE IV. MATTHÆI.

Verfu 2. *Cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, &c.* Ieiunium, num. 24. ex Bernardo, & num. 31. ex Chryſoſtomo. *Quadraginta, num. 9. ex Gregorio Nazianzeno, Ignatio, Auguſtino, & aliis, & num. 10. ex Auguſtino, & num. 12. ex Ludouico Granatenſi.*

Verfu 3. *Si filius Dei es dic, ut lapides, &c.* Ieiunium, num. 25. ex Petro Chryſologo.

Verfu 8. *Oſtendit illi omnia regna mundi.* Diabolus, num. 69. ex Chryſoſtomo.

Verfu 9. *Hæc omnia tibi dabo, &c.* Diabolus, num. 70. ex Chryſoſtomo.

Verfu 11. *Accellerunt Angeli, & miniſtrabant ei.* Obedientia, num. 22. ex Ruperto.

Verfu 17. *Pœnitentiam agite, &c.* Pœnitentia, num. 80. ex Hugone.

Verfu 19. *Venite poſt me, faciam vos fieri, &c.* Paupertas, num. 8. ex Petro Chryſologo.

EX CAPITE V. MATTHÆI.

Verfu 3. *Beati pauperes ſpiritu, &c.* Manſuetudo, num. 14. ex Chromatio. ~ Paupertas, num. 19. vſque ad num. 24. ex Auguſtino, & num. 37. ex Saluiano, & Laurentio Iuſtiniano. Sapientia, num. 28. ex Iſaac Abbate.

Verfu 4. *Beati mites, &c.* Manſuetudo, num. 14. ex Chromatio. Mortificatio, num. 61. ex Gregorio Nyſſeno.

Verfu 5. *Beati qui lugent, &c.* Lacrymæ, num. 21. ex Leone Papa, & num. 25. ex Auguſtino.

Verfu 6. *Beati qui eſuriunt, & ſitiant iuſtitiã, &c.*

Iuſtitia, num. 13. ex Bernardo, & num. 14. ex Leone Papa.

Verfu 7. *Beati miſericordes, &c.* Miſericordia, num. 23. ex Iſaac, & num. 31. ex Baſilio, & num. 35. ex Chryſoſtomo.

Verfu 9. *Beati paſſivi quoniam filij Dei, &c.* Pax, num. 18. ex Leone, & Auguſtino, & num. 19. ex Hieronymo.

Verfu 10. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiã, &c.* Tribulatio, num. 118. ex Gregorio Nyſſeno.

Verfu 13. *Vos eſtis ſal terra.* Apoſtoli, num. 33. ex Chromatio. Fides, num. 54. ex eodem. Prudentia, num. 16. ex Petro Chryſologo.

Verfu 19. *Qui ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis, &c.* Prædicator, num. 108. ex Caſſiano.

Verfu 20. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum, & Phariſæorum, &c.* Eleemoſyna, num. 23. ex Auguſtino. Iuſtitia, num. 11. ex Gaſfrido, & num. 19. ex Baſilio.

Verfu 22. *Qui autem dixerit futue, &c.* Ira, num. 26. ex Chryſoſtomo.

Verfu 23. *Si offeris munus tuum ad altare, &c.* Pax, num. 14. ex Caſſiano.

Verfu 27. *Audiſtis quia dictum eſt, &c. non moechaberis, &c.* Lex, num. 22. ex Chryſoſtomo.

Verfu 28. *Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, &c.* Adulterium, num. 19. ex Chryſoſtomo.

Verfu 36. *Quia non potes unum capillum album facere.* Mulier, num. 55. ex Tertulliano.

Verfu 37. *Quidquid autem his abundantius eſt, à malo eſt.* Lex, num. 25. ex Chryſoſtomo.

Verfu 39. *Dico vobis non reſſtere malo, &c.* Ira, num. 18. ex Petro Chryſologo.

Verfu 39. *Si quis te percuſerit in dexteram, &c.* Ira, num. 18. ex Caſſiano.

Verfu 44. *Diligite inimicos veſtros, & benefacite his qui oderunt vos, &c.* Miſericordia, num. 37. ex Gregorio Nyſſeno, & Laurentio Iuſtiniano. Amor inimicorum, num. 7. & 39. ex Chryſoſtomo.

EX CAPITE VI. MATTHÆI.

Verfu 2. *Cum facis eleemoſynam noli tuba canere, &c.* Eleemoſyna, num. 28. ex Petro Chryſologo.

Verfu 3.

Locorum Scripturæ.

Verfu 3. *Nesciat ſiniſtra tua quid faciat, &c.* Eleemoſyna, num. 8. ex Petro Chryſologo, & Gaſfrido.

Verfu 9. *Sic orabitis Pater noſter, &c.* Oratio, num. 136. ex Bernardo, & num. 137. ex Petro Chryſologo, & num. 138. ex Caſſiano.

Verfu 11. *Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie.* Euchariftia, num. 153. ex Caſſiano.

Verfu 12. *Dimitte nobis debita noſtra, &c.* Amor inimicorum, num. 15. ex Gregorio, & num. 32. ex Bernardo, & num. 40. ex Iſidoro. Pœnitentia, num. 105. ex Venancio.

Verfu 13. *Et ne nos inducas in temptationem.* Gula, num. 14. ex Hugone. Tentatio, num. 63.

Verfu 14. *Sed libera nos à malo.* Luxuria, num. 24. ex Hugone.

Verfu 16. *Nolite fieri ſicut hypocrita triſtes.* Hypocrita, num. 11. ex Petro Chryſologo.

Verfu 17. *Sed faciem tuam lava, &c.* Hypocritæ, num. 13. ex Bernardo.

Verfu 22. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus.* Fides, num. 53. ex Chromatio. Senſus, num. 21. ex Chryſoſtomo.

Verfu 22. *Si oculus tuus fuerit ſimplex, &c.* Apoſtoli, num. 35. ex Machario.

Verfu 24. *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire, &c.* Mundus, num. 31. ex Cypriano.

Verfu 29. *Theſaurizate vobis theſauros in celo.* Diuitiæ, num. 28. ex Chryſoſtomo, & num. 36. ex Petro Chryſologo. Paupertas, num. 30. ex eodem.

EX CAPITE VII. MATTHÆI.

Verfu 1. *Nolite indicare, & non indicabimini, &c.* Iudicium temerarium, num. 8. ex Hugone.

Verfu 3. *Pro quid vides ſeſtucam in oculo fratris, &c.* Iudicium temerarium, num. 10. ex Chryſoſtomo.

Verfu 12. *Quæcumque vobis reſponderint vobis homines, &c.* Lex, num. 24. ex Chryſoſtomo.

Verfu 13. *Intrate per anguſtam portam, &c.* Pœnitentia, num. 89. ex Cyrillo Ieroſolym.

Verfu 14. *Abſta eſt via que ducit ad vitam, & pauci ingrediantur per eam.* Status, num. 25. ex Caſſiano.

Verfu 15. *Qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, &c.* Hæretici, num. 40. ex Chryſoſtomo, & num. 51. ex Vicentio Litrenſi.

EX CAPITE VIII. MATTHÆI.

Verfu 2. *Domine ſi vis potes me mundare, &c.* Iuſtitia, num. 12. ex Iſaac.

EX CAPITE IX. MATTHÆI.

Verfu 9. *Sequere me, &c.* Diuitiæ, num. 15. ex Petro Chryſologo.

Verfu 12. *Non eſt opus valentibus medicus, &c.* Diuitiæ, num. 18. ex Petro Chryſologo.

Verfu 13. *Discite quid eſt miſericordiam volo, & non ſacrificium.* Diuitiæ, num. 18. ex Petro Chryſologo.

Verfu 14. *Quare nos, & Phariſæi ieiunamus, diſcipuli autem, &c.* Inuidia, num. 20. ex Petro Chryſologo.

Verfu 17. *Nec mittite vinum novum in vires veteres.* Ieiunium, num. 30. ex Petro Chryſologo.

Verfu 21. *Si tegero tantum ſimbram veſtimenti, &c.* Euchariftia, num. 186. ex Petro Chryſologo.

EX CAPITE X. MATTHÆI.

Verfu 5. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Fides, num. 43. ex Chryſoſtomo.

ſoftomo, & num. 57. ex Ambroſio. Prudentia, num. 10. ex Hieronymo, & num. 22. ex Hilario & Epiphania.

Verfu 22. *Qui perſeueraverit uſque in ſinem huius ſæculi erit.* Perſeuerantia, num. 31. ex Bernardo.

Verfu 28. *Noctem timere eos qui occidunt corpus, &c.* Mors, num. 69. ex Chryſoſtomo.

Verfu 34. *Non veni pacem mittere ſed gladium.* Pax, num. 26. ex Chryſoſtomo.

EX CAPITE XI. MATTHÆI.

Verfu 7. *Arundinem vento agitatam, &c.* Homo, num. 56. ex Ambroſio. Peccator, num. 89. ex Chryſoſtomo.

Verfu 12. *Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt, &c.* Beatitudo, num. 34. ex Chryſoſtomo, & num. 43. ex eodem. Reges, num. 15. ex Bernardo, & Gaſfrido. Religio, numero 69. ex Gaſfrido.

Verfu 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis, &c.* Diabolus, num. 55. ex Eufebio Emiſſeno.

Verfu 29. *Tollite iugum meum ſuper vos.* Charitas, num. 28. ex Bernardo.

Verfu 29. *Discite à me quia mitis ſum, & humilis corde.* Manſuetudo, num. 11. ex Chryſoſtomo, & num. 10. ex Bernardo. Gaudium, num. 20. ex Bernardo.

Verfu 30. *Iugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Lex, num. 34. ex Bernardo, & Iſidoro Clario. Diabolus, num. 73. ex Chryſoſtomo.

EX CAPITE XIII. MATTHÆI.

Verfu 3. *Exiit, qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, &c.* Chriſtus, num. 99. ex Bernardo.

Verfu 4. *Quidam ceciderunt ſecus viam, &c.* Mundus, num. 34. ex Chryſoſtomo.

Verfu 21. *Falſaria diuitiarum ſuffocat verbum, &c.* Diuitiæ, num. 30. ex Chryſoſtomo, & num. 33. ex eodem.

Verfu 26. *Cum aſerem creviſſet verba, & fructum feciſſet, apparuerunt & zizania.* Fides, num. 52. ex Petro Chryſologo. Hæretici, num. 25. ex Iuſto.

Verfu 31. *Simile eſt regnum celorum grano ſinapis.* Fides, num. 40. ex Cyrillo Ieroſolym. & num. 49. ex Ambroſio. Paſſio Chriſti, num. 70. ex Petro Chryſologo.

Verfu 52. *Qui profert de theſauro ſuo novum, & vetera.* Correſtio, num. 20. ex Hugone.

EX CAPITE XVI. MATTHÆI.

Verfu 18. *Et porta inferi non prævalebunt, &c.* Tribulatio, num. 119. ex Baſilio.

Verfu 19. *Quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in celo.* Sacerdos, num. 70. ex Chryſoſtomo.

Verfu 23. *Vade poſt me ſatana, non ſapis, &c.* Mortificatio, num. 58. ex Bernardo. Diligentia, num. 8. ex Ambroſio.

Verfu 24. *Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, &c.* Crux, num. 40. ex Bernardo, & num. 41. ex eodem.

EX CAPITE XVII. MATTHÆI.

Verfu 2. *Reſplendat facies eius ſicut ſol, &c.* Mulier, num. 57. ex Iſidoro Clario.

Verfu 4. *Domine benignus eſt nos hinc eſſe, &c.* Abſtinentia, num. 9. ex Ambroſio.

Verfu 20. *Hoc æterum genus non cunctur, niſi per oratio*

orationem, & ieiunium. Luxuria, num. 32. ex Hieronymo & Cassiano.

EX CAPITE XVIII. MATTHÆI.

Versu 6. Qui scandalizauerit unum de pusillis istis, &c. Scandalum, num. 9. ex Bernardo.

Versu 7. Necessè est ut veniant scandala. Scandalum, num. 11. ex Petro Chryologo, & num. 15. ex Chryostomo.

Versu 7. Pater homini illi per quem scandalum venit. Scandalum, num. 10. ex Bernardo.

Versu 9. Si oculus tuus scandalizat te, &c. Eucharistia, num. 156. ex Balduino. Scandalum, num. 12. ex Bernardo.

Versu 16. Si te non audierit, adhibe tecum unum, &c. Correctio, num. 29. ex Chryostomo.

Versu 19. Si duo ex vobis consenserint super terram, &c. Ecclesia, num. 67. ex Origene, & Eusebio Emiseno.

Versu 20. Vbi duo vel tres congregati fuerint, &c. Oratio, num. 139. ex Petro Chryologo.

Versu 35. Si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Amor inimicorum, num. 40. ex Isidoro Clario.

EX CAPITE XIX. MATTHÆI.

Versu 11. Non omnes capiunt verbum istud. Virginitas, num. 22. ex Chryostomo.

Versu 14. Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum, &c. Humilitas, num. 77. ex Chryostomo.

Versu 21. Vade, & vende omnia qua habes, &c. Paupertas, num. 38. ex Nilo.

Versu 23. Dives difficile intrabit in regno caelorum. Diuitia, num. 27. ex Chryostomo.

Versu 24. Facilius est camelum per foramen acus, &c. Diuitia, num. 22. ex Ambrosio.

Versu 27. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Diuitia, num. 19. & num. 26. ex Bernardo.

EX CAPITE XX. MATTHÆI.

Versu 18. Ecce ascendimus Ierosolyam, & filius hominis, &c. Homo, num. 36. ex Isaac. Mors, num. 63. ex Petro Chryologo.

Versu 28. Non veni ministrari sed ministrare, &c. Christus, num. 100. ex Bernardo.

EX CAPITE XXI. MATTHÆI.

Versu 5. Sedens super asinam, &c. Iusti, num. 69. ex Chryostomo.

Versu 43. Auferetur à vobis regnum Dei, &c. Verbum Dei, num. 30. ex Ambrosio.

EX CAPITE XXIII. MATTHÆI.

Versu 13. Pater vobis scriba, & Pharisei, hypocrite, &c. Hypocrita, num. 14. ex Chryostomo.

Versu 37. Quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. Prædicator, num. 113. ex Chryostomo.

EX CAPITE XXIV. MATTHÆI.

Versu 29. Stella cadent de celo, &c. Mundus, num. 38. ex Chryostomo.

Versu 36. De die autem illo, & hora nemo scit, &c. Iudicium finale, num. 76. ex Chryostomo. Christus, num. 119. ex Basilio, & 120. ex Athanasio.

Versu 40. Erunt duo in lecto, unus assumetur & alter relinquetur. Contemplatio, num. 10. ex Gilleberto.

Versu 48. Si dixerit seruus ille: moram facit Dominus, &c. & cæperit edere, & bibere, &c. Ebrietas, num. 10. ex Petro Chryologo.

EX CAPITE XXV. MATTHÆI.

Versu 8. Dato nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Fides, num. 44. ex Chryostomo.

Versu 32. Et separabunt eos ab inuicem, &c. Iudicium finale, num. 77. ex Chryostomo.

Versu 35. Esurui, & dedistis manducare. Reges, num. 16. ex Petro Chryologo.

Versu 40. Quod vni de his fratribus minimis fecistis, mihi fecistis. Eleemolyna, num. 34. ex Chryostomo.

Versu 41. Discedite à me maledicti in ignem æternum. Infernus, num. 4. ex Petro Chryologo, & num. 13. & 15. ex Isidoro Clario.

Versu 43. Hospes eram, & non collegistis me, &c. Misericordia, num. 32. ex Chryostomo, & num. 36. ex eodem.

EX CAPITE XXVII. MATTHÆI.

Versu 3. Retulit triginta argenteos. Auaritia, num. 12. ex Drogone.

Versu 25. Sanguis eius super nos, & super filios nostras. Passio Christi, num. 53. ex Chryostomo.

Versu 27. Congregauerunt vniuersam cohortem. Passio Christi, num. 49. ex Chryostomo.

Versu 31. Et crucifixerunt eum. Passio Christi, num. 54. ex Augustino.

EVANGELIUM SECUNDUM MARCV M.

EX CAPITE I. MARCI.

Versu 44. Vade, & ostende te sacerdoti, & offer munus, &c. Pœnitentia, num. 85. ex Richardo.

EX CAPITE III. MARCI.

Versu 33. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Filij, num. 31. ex Bernardo.

EX CAPITE V. MARCI.

Versu 6. Videns Iesum à longe cucurrit, & adorauit, &c. Adulatio, num. 16. ex Petro Chryologo.

EX CAPITE VI. MARCI.

Versu 7. Vocauit Iesus duodecim discipulos suos. Christus, num. 101. ex Petro Chryologo.

Versu 19. Volens occidere eum timuit populum. Iustitia, num. 15. ex eodem.

EX CAPITE IX. MARCI.

Versu 25. Collidens, & multum decerpens, &c. Concupiscentia, num. 9. ex Bernardo.

EX CAPITE XI. MARCI.

Versu 24. Omnia quæcumque orantes petitis, credite, quia accipietis, &c. Oratio, num. 141. ex Bernardo.

EX CAPITE XIII. MARCI.

Versu 32. De die autem illo nemo scit, nec filius hominis. Christus, num. 119. ex Basilio, & num. 120. ex Athanasio.

Versu 35.

EX CAP. III. LVCÆ.

Versu 21. Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba. Spiritus sanctus, num. 48. ex Guillermo de Cailloe.

EX CAP. VI. LVCÆ.

Versu 12. Exiit in montem solus orare & erat pernoctans in oratione Dei. Oratio, num. 151. ex Chryostomo, & numero 181. ex Casario Arelatensi.

Versu 25. Pater vobis qui ridetis nunc quia plorabitis, & flebitis. Gaudium, num. 13. ex Chryostomo, & Augustino.

Versu 26. Pater vobis cum maledixerint vobis homines, &c. Gloria vana, num. 26. & 27. ex Chryostomo.

Versu 36. Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Misericordia, num. 29. ex Eusebio Emiseno.

Versu 38. Mensuram bonam, &c. dabunt in sinum vestrum. Beatitudo, num. 31. ex Bernardo. Misericordia, num. 25. ex Isaac.

EX CAP. VII. LVCÆ.

Versu 32. Cantamus vobis iustis, & non salastis, &c. Prædicator, num. 128. ex Chryostomo.

Versu 38. Lacrymis cepit rigare pedes eius, &c. Lacrymæ, num. 18. ex Petro Chryologo.

Versu 47. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, &c. Amor hominis, num. 20. ex Petro Chryologo.

EX CAP. VIII. LVCÆ.

Versu 12. Venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum. Verbum Dei, num. 81. ex Chryostomo.

Versu 11. Semen est verbum Dei. Fides, num. 46. ex Chryostomo. Prædicator, num. 121. ex eodem.

Versu 13. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Iusti, num. 59. ex Anselmo & Vuerrico.

EX CAP. IX. LVCÆ.

Versu 58. Vulpes foueas habent, & volucres cæli, &c. Hæretici, num. 47. ex Ambrosio.

EX CAP. X. LVCÆ.

Versu 38. Mulier quadam, Martha nomine excepit illum, &c. Vita actiua, num. 15. ex Bernardo.

Versu 39. Quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat, &c. Gratia, num. 22. ex Bernardo.

Versu 40. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Vita actiua, num. 16. ex Bernardo.

Versu 41. Martha, Martha, sollicita es. Pœnitentia, num. 81. ex Hugone de Foilleto.

Versu 42. Maria optimam partem elegit, &c. Prædicator, num. 109. ex Galfrido.

EX CAP. XI. LVCÆ.

Versu 4. Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum. Lingua, num. 15. ex Isaac. Tentatio, num. 64. ex eodem.

Versu 35. Nescitis quando Dominus veniat, sero ex mane, an media nocte, an galli cantu. Pœnitentia, num. 87. ex Adam de Perfeua.

EX CAPITE XIV. MARCI.

Versu 37. Caput pauere, & tadere. Passio Christi, num. 46. ex Ambrosio, Cypriano, Cyrillo, & aliis, & num. 81. ex Athanasio.

EX CAPITE XV. MARCI.

Versu 21. Angarianerunt prætereuntem quempiam Simonem. Hypocrita, num. 19. ex Bernardo.

Versu 32. Si tu es Rex Israel, descende de cruce. Crux, num. 44. ex Bernardo.

EX CAPITE XVI. MARCI.

Versu 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Baptismus, num. 30. ex Bernardo.

EVANGELIUM SECUNDUM LVCAM.

EX CAPITE I. LVCÆ.

Versu 26. Missus est Angelus Gabriel à Deo, &c. Maria, num. 42. ex Bernardo. Virginitas, num. 18. ex Petro Chryologo, & Bernardo.

Versu 28. Ave gratia plena, &c. Maria, num. 44. ex Petro Chryologo, & num. 83. ex Ioanne Maria.

Versu 30. Ne timeas Maria: inuenisti gratiam apud Deum. Gratia, num. 12. ex Bernardo, & num. 21. ex eodem, & num. 33. ex Chryostomo. Maria, num. 43. ex Bernardo, & num. 44. ex Petro Chryologo, & num. 45. ex Bernardo.

Versu 35. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi, &c. Maria, num. 72. ex Hieronymo, & num. 84.

Versu 38. Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Maria, num. 80. ex Irenæo, & num. 84.

Versu 39. Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione, &c. Maria, num. 84.

Versu 42. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Incarnatio, num. 56. ex Bernardo. Maria, num. 43. ex eodem, & num. 45. ex eodem.

Versu 44. Vt facta est vox saluationis tuæ in auribus meis, &c. Maria, num. 84.

Versu 47. Exultauit spiritus meus in Deo saluari meo. Gaudium, num. 18. ex Adam de Perfeua.

EX CAPITE II. LVCÆ.

Versu 14. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, &c. Gloria Dei, num. 14. ex Bernardo. Pax, num. 15. ex Bernardo, & num. 16. ex Galfrido. Voluntas, num. 8. ex Bernardo.

Versu 21. Postquam impleti sunt dies octo, ut circumcideretur puer. Circumcisio, num. 17. ex Bernardo.

Versu 21. Vocatum est nomen eius Iesus, &c. Nomen, num. 18. ex Bernardo, & Augustino.

Versu 22. Postquam impleti sunt dies purificationis Maria. Tempus, num. 6. ex Vuerrico.

Versu 35. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Amor hominis, num. 27. ex Bernardo.

Versu 51. Et erat subditus illis. Superbia, num. 55. ex Bernardo.

Index copiosissimus

Versu 28. *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodierunt illud.* Verbum Dei, num. 64. ex Bernardo.

EX CAP. XII. LVCÆ.

Versu 33. *Vendite qua possidetis, & date elemosynam.* Elemosyna, num. 39. ex Petro Chryologo.

EX CAP. XIII. LVCÆ.

Versu 5. *Si poenitentiam non egeritis, omnes similes peribitis.* Poenitentia, num. 89. ex Cypriano, Lactantio, Cyrillo, & Iustino.

Versu 6. *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua.* Homo, num. 60. ex Petro Chryologo.

EX CAP. XIV. LVCÆ.

Versu 7. *Cum inuitatus fueris ad nuptias non recumbas, &c.* Humilitas, num. 70. ex Bernardo.

Versu 12. *Cum facis prandium, aut conam, noli vocare amicos, &c. ne forte & ipsi te inuicent, &c.* Paupertas, num. 29. ex Chryostomo.

EX CAP. XV. LVCÆ.

Versu 7. *Gaudium est in celo super uno peccatore, &c.* Angeli, numero 41. ex Nilo, & Chryostomo.

Versu 17. *Ego autem hic sumo pereco.* Abstinencia, num. 14. ex Petro Chryologo.

EX CAP. XVI. LVCÆ.

Versu 16. *Lex, & Propheta usque ad Ioannem, &c.* Lex, num. 19. ex Epiphano.

Versu 19. *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & bysso, &c.* Diuitia, num. 113. ex Petro Chryologo. Elemosyna, num. 24. ex Clemente Alexandrino, & Basilio.

Versu 42. *Ut refrigeres linguam meam.* Lingua, num. 17. ex Augustino.

Versu 25. *Memento fili quia receperis bona, &c.* Bonas, num. 38. ex Bernardo.

Versu 30. *Si quis ex mortuis ierit ad eos, &c.* Infernus, num. 16. ex Chryostomo.

EX CAP. XVII. LVCÆ.

Versu 6. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, &c.* Tribulatio, num. 110. ex Gregorio.

Versu 10. *Cum feceritis haec omnia, dicit serui inuiles sumus.* Confessio, num. 23. ex Chryostomo. Eucharistia, num. 49. ex Ruperto.

Versu 21. *Regnum Dei intra vos est.* Reges, num. 17. ex Cassiano, & Galfrido.

EX CAP. XVIII. LVCÆ.

Versu 1. *Oportet semper orare, nunquam deficere.* Oratio, num. 140. ex Galfrido, & num. 41. ex Chryostomo.

Versu 11. *Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum.* Gratitude, num. 27. ex Bernardo. Superbia, num. 59. ex Chryostomo.

Versu 38. *Fili David miserere mei.* Voluntas, num. 13. ex Machario.

EX CAP. XXI. LVCÆ.

Versu 25. *Erunt in signa in sole, & luna, &c.* Antichristus, num. 14. ex Eusebio Emiseno. Iudicium finale, num. 75. ex Chryostomo.

Versu 34. *Attendite ne grauentur corda vestra crupula, &c.* Gula, num. 19. ex Chryostomo.

EX CAP. XXII. LVCÆ.

Versu 27. *Qui maior est vestrum fiat sicut minor, & qui praest, &c.* Praelati, num. 96. ex Balduino.

Versu 31. *Satanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum.* Diabolus, num. 56. & 57. ex Machario.

Versu 64. *Relauerunt eum; & percussit eum faciem eius.* Passio Christi, num. 47. ex Chryostomo, & aliis, num. 48. ex Origene.

EX CAP. XXIII. LVCÆ.

Versu 27. *Sequebatur autem multa turba populi, &c.* Maria, num. 49. ex Salmerone & Bernardo.

Versu 31. *Si in viridi ligno haec faciunt, in arido, &c.* Tribulatio, num. 125. ex Isidoro Clario.

Versu 34. *Pater dimitte illis non enim sciunt quid faciunt.* Maria, num. 50. ex Patre Salmerone & Bonauentura. Amor inimici, num. 8. ex Ambrosio.

Versu 40. *Nec tu times Deum, &c.* Christus, num. 105. ex Galfrido.

Versu 42. *Memento mei dum veneris in regnum tuum.* Tribulatio, num. 83. ex Bernardo, & Clemente.

Versu 46. *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Passio Christi, num. 56. ex Salmerone.

EX CAP. XXIV. LVCÆ.

Versu 1. *Vna sabbatorum veniunt ad monumentum, &c.* Apostoli, num. 34. ex Petro Chryologo.

Versu 28. *Ensis se longius traxit.* Deus, num. 142. ex Bernardo.

EVANGELIUM SECUNDUM IOANNEM.

EX CAPITULO IOANNIS.

Versu 14. *Verbum caro factum est, &c.* Christus, num. 102. ex Vuerico. Incarnatio, num. 63. ex Theodoro. Verbum Dei, num. 65. ex Bernardo.

Versu 16. *De plenitudine eius omnes accepimus gratiam, &c.* Gratia, num. 23. ex Bernardo, & num. 29. ex Chryostomo, & num. 33. ex eodem.

Versu 33. *Super quem uiaerit spiritum descendentem de celo, & manentem, &c.* Persecutio, num. 4. ex Ambrosio. Sapientia, num. 17. ex Augustino.

EX CAPITULO II. IOANNIS.

Versu 1. *Nuptia facta sunt in Cana Galilae.* Matrimonium, num. 36. ex Chryostomo.

Versu 3. *Deficiente uino dicit mater Iesu ad eum, &c.* Maria, num. 46. ex Bernardo.

Versu 3. *Vinum non habent.* Fides, num. 31. ex Bernardo. Maria, num. 46. ex eodem. Oratio, num. 118. ex Gilleberto.

Versu 4. *Quid mihi, & tibi est mulier.* Maria, num. 47. ex Bernardo.

Versu 7. *Implete hydrias aqua.* Praelati, num. 97. ex Bernardo.

Versu 10. *Omnis homo primum bonum uinum ponit, deinde, &c.* Amor in communi, num. 10. ex Hugone.

EX CAPITULO III. IOANNIS.

Versu 8. *Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audit, &c.* Baptismus, num. 43. ex Augustino. Locus,

Locorum Scripturae.

Locus, num. 8. ex Galfrido. Spiritus sanctus, num. 49. ex Ailredo.

Versu 11. *Et puteus altus est, &c.* Ecclesia, num. 22. ex Ambrosio.

Versu 14. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, &c.* Passio Christi, num. 74. ex Chryostomo.

EX CAPITULO V. IOANNIS.

Versu 2. *Est autem Ierosolymia probatica piscina, &c.* Poenitentia, num. 83. ex Galfrido.

Versu 8. *Tollo grabatum tuum, & ambula.* Caro, num. 23. ex Bernardo.

EX CAPITULO VI. IOANNIS.

Versu 32. *Non Moyses dedit uobis panem de celo, &c.* Eucharistia, num. 39. ex Ruperto.

Versu 44. *Nemo uenit ad me, nisi Pater meus traxerit illum.* Voluntas, num. 10. ex Bernardo.

Versu 56. *Caro mea uere est cibus, &c.* Eucharistia, num. 187. ex Machario.

Versu 60. *Durus est hic sermo.* Verbum Dei, num. 60. ex Bernardo, & num. 67. ex Vuerico.

Versu 64. *Caro non prodest quidquam, spiritus est, qui uisificat.* Gratia, num. 11. ex Bernardo.

EX CAPITULO VII. IOANNIS.

Versu 24. *Nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate.* Fides, numero 26. ex Bernardo.

Versu 37. *Si quis sitit, ueniat ad me, & uiuat.* Bonas, num. 1. ex Chryostomo. Trinitas, num. 40. ex Vuerico.

EX CAPITULO VIII. IOANNIS.

Versu 35. *Seruus non manet in domo, filius autem, &c.* Tribulatio, num. 117. ex Idiota.

Versu 44. *Ille homicida fuit, &c. & in ueritate non stetit.* Diabolus, num. 4. & 8. ex Ruperto, & Haretici, num. 1. ex eodem.

Versu 47. *Qui ex Deo est uerba Dei audit, &c.* Status, num. 26. ex Bonauentura.

EX CAPITULO X. IOANNIS.

Versu 11. *Ego sum pastor bonus, &c.* Praelati, num. 98. ex Adam de Perseua.

EX CAPITULO XI. IOANNIS.

Versu 3. *Ecce quem amas infirmatur.* Oratio, num. 150. ex Bernardo.

Versu 33. *Videns Mariam plorantem lachrymarum est Iesus.* Lachryma, num. 19. ex Radulpho.

Versu 44. *Lazare ueni foras.* Excusatio, num. 6. ex Gregorio.

EX CAPITULO XII. IOANNIS.

Versu 3. *Domus repleta est odore unguenti.* Poenitentia, num. 82. ex Bernardo.

Versu 25. *Qui amat animam suam perdet eam.* Vita, num. 16. ex Bernardo.

Versu 26. *Si quis mihi ministrat me sequatur, &c.* Homo, num. 44. ex Bernardo.

Versu 31. *Nunc princeps huius mundi euictus foras.* Diabolus, num. 53. ex Origene.

Versu 32. *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.* Electio, num. 12. ex Galfrido. Passio Christi, num. 44. ex Gilleberto. Praelati, num. 99. ex Adam de Perseua.

EX CAPITULO XIII. IOANNIS.

Versu 27. *Post buccellam introiit in eum satanas.* Eucharistia, numero 171. ex Chryostomo.

& numero 183. ex Augustino.

Versu 34. *Mandatum nouum do uobis, ut diligatis, &c.* Amor in communi, num. 16. ex Petro Lombardo. Euangelium, num. 8. ex Origene.

EX CAPITULO XIV. IOANNIS.

Versu 2. *In domo patris mei mansiones multae sunt.* Beatitudo, numero 41. ex Gregorio Nazianzeno.

Versu 6. *Ego sum uia, ueritas, & uita.* Prophetia, num. 20. ex Origene, & Theodoro.

Versu 9. *Qui uidet me, uidet & Patrem meum.* Trinitas, num. 54. ex Athanasio.

Versu 23. *Ad eum uenimus, & mansionem apud eum faciemus.* Tribulatio, numero 96. ex Chryostomo.

Versu 30. *Uenit Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam.* Incarnatio, num. 59. ex Chryostomo, & Origene.

EX CAPITULO XV. IOANNIS.

Versu 13. *Maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam, &c.* Amor Dei, num. 26. ex Bernardo. Charitas, num. 32. ex Balduino.

Versu 21. *Si non uenisset, & locus eis fuisset, &c.* Ignorantia, num. 11. ex Bernardo.

EX CAPITULO XVI. IOANNIS.

Versu 28. *Exiit a Patre, & ueni in mundum, iterum relinquo mundum, &c.* Incarnatio, numero 60. ex Chryostomo.

EX CAPITULO XVII. IOANNIS.

Versu 38. *Quid est ueritas, & cum hoc dixisset, &c.* Veritas, num. 6. ex Augustino, & Salmerone.

EX CAPITULO XIX. IOANNIS.

Versu 2. *Milites pleccentes coronam spineam, &c.* Lingua, num. 16. ex Gilleberto.

Versu 5. *Exiit ergo Iesus portans spineam coronam.* Passio Christi, num. 50. ex Clemente Alexandrino, & Tertulliano.

Versu 5. *Ecce homo.* Passio Christi, num. 51. ex Augustino.

Versu 9. *Iesus autem responsum non dedit ei.* Passio Christi, num. 52. ex Augustino.

Versu 18. *Crucifixerunt eum, &c.* Crux, num. 45. ex Drogohe. Maria, num. 48. ex Vuerico, & Ernaldo.

Versu 25. *Stabat autem iuxta crucem Domini Maria.* Crux, num. 46. ex Vuerico. Maria, num. 51. ex Ambrosio, & num. 52. ex Hieronymo, & Brigitta, & num. 57. ex eodem Hieronymo, Anselmo, & Alberto magno, & num. 58. ex Salmerone, & aliis.

Versu 26. *Pinus militum lanca latus eius aperuit.* Maria, num. 56. ex Nicephoro.

Versu 30. *Consummatum est.* Passio Christi, num. 55. ex Taulero.

Versu 30. *Tradidit spiritum.* Passio Christi, num. 57. ex Ambrosio, & Augustino.

EX CAPITULO XX. IOANNIS.

Versu 15. *Si tu sustulisti eum.* Charitas, num. 38. ex Bernardo.

Versu 17. *Noli me tangere nondum enim ascendi, &c.* Fides, num. 32. ex Bernardo.

Versu 27. *Infer digetum tuum huc, & cognosce loca clauorum.* Peccatum, num. 79. ex Galfrido.

EX CAPITULO XXI. IOANNIS.

Versu 7. *Sciens Petrus quia Dominus est, misit se in mare.* Apostoli, num. 40. ex Bernardo.

Index copiosissimus

Verfu 17. *Simon Ioannis amicus me.* Prælati, num. 100. ex Bernardo.

ACTVS APOSTOLORVM.

EX CAPITE I. ACTVVM.

Verfu 1. *Ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos,* &c. Angeli, num. 49. ex Odone de Morim.

Verfu 14. *Hi omnes erant perſeuerantes unanimiter in oratione.* Virtus, num. 24. ex Bernardo.

EX CAPITE II. ACTVVM.

Verfu 24. *Solatis doloribus inferni.* Paſſio Chriſti, num. 78. ex Chryſoſtomo.

EX CAPITE III. ACTVVM.

Verfu 6. *Argentum, & aurum non eſt mihi,* &c. Sacerdos, n. 6. ex Origene, & n. 85. ex Balduino.

EX CAPITE IV. ACTVVM.

Verfu 32. *Nec quiſquam eorum qua poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat.* Mundus, num. 27. ex Chryſoſtomo.

EX CAPITE VII. ACTVVM.

Verfu 58. *Secus pedes adoleſcentis qui vocabatur Saulus.* Adoleſcentia, num. 7. ex Ambroſio.

EX CAPITE IX. ACTVVM.

Verfu 4. *Saulle Saulle quid,* &c. Chriſtus, num. 32. ex Auguſtino.

Verfu 5. *Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* Tribulatio, num. 122. ex Chryſoſtomo.

Verfu 6. *Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi,* &c. Homo, num. 45. ex Caſſiano.

EX CAPITE XX. ACTVVM.

Verfu 24. *Non facio animam meam pretioſiorem quam me.* Anima, num. 15. ex Bernardo.

Verfu 28. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi,* &c. Sacerdos, num. 66. ex Balduino.

EPISTOLA PAVLI AD ROMANOS.

EX CAPITE I. AD ROMANOS.

Verfu 18. *Renetur enim ira Dei.* Furtum, num. 4. ex Ruperto.

Verfu 21. *Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Ignorantia, num. 15. ex Chryſoſtomo. Sapientia, num. 29. ex Bernardo. Peccator, num. 113. ex Chryſoſtomo.

Verfu 23. *Qui mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei,* &c. Auaritia, num. 23. ex Balduino.

Verfu 28. *Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.* Peccator, num. 113. ex Chryſoſtomo.

EX CAPITE II. AD ROMANOS.

Verfu 4. *An ignoras quoniam benignitas Dei, ad poenitentiam te adducit?* Poenitentia, num. 102. ex Caſario Arelatenſi.

Verfu 13. *Non audientes legis iuſti ſunt apud Deum,* &c. Verbum Dei, num. 98. ex Baſilio.

Verfu 24. *Nomen Dei blaſphematur propter vos,* &c. Peccator, num. 96. ex Cypriano.

EX CAPITE III. AD ROMANOS.

Verfu 23. *Omnes peccauerunt & egent,* &c. Iuſti, num. 54. ex Chryſoſtomo.

EX CAPITE V. AD ROMANOS.

Verfu 3. *Sed gloriatur in tribulationibus.* Martyrium, numero 15. ex Chryſoſtomo. Tentatio, num. 75. ex eodem.

Verfu 3. *Tribulatio patientiam operatur,* &c. Tribulatio, num. 101. ex Chryſoſtomo.

Verfu 5. *Charitas Dei diſfuſa eſt in cordibus noſtris,* &c. Charitas, num. 33. ex Balduino.

Verfu 12. *Per unum hominem peccatum,* &c. & per peccatum mors, &c. Mors, num. 53. ex Petro Chryſologo.

EX CAPITE VI. AD ROMANOS.

Verfu 4. *In nouitate vite ambulemus.* Mortificatio, num. 52. ex Richardo.

Verfu 6. *Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt,* &c. Crux, num. 47. ex Balduino.

EX CAPITE VII. AD ROMANOS.

Verfu 7. *Peccatum non cognoui niſi per legem.* Lex, num. 28. ex Hieronymo, & nu. 33. ex Theophylacto. Peccatum, num. 80. ex Petro Chryſologo.

Verfu 10. *Ego autem ſum Deo placere non poſſum.* Lex, num. 33. ex Theophylacto.

Verfu 13. *Peccatum per bonum mihi eſt mortem,* &c. Lex, num. 29. ex Auguſtino.

Verfu 17. *Iam non ego operor illud ſed peccatum.* Caro, num. 21. ex Balduino. Mortificatio, n. 59. ex eodem.

Verfu 18. *Velle adiacet mihi perſicere autem,* &c. Voluntas, num. 12. ex Origene.

EX CAPITE VIII. AD ROMANOS.

Verfu 7. *Sapientia carnis inimica eſt Deo,* &c. Sapientia, num. 35. ex Auguſtino.

Verfu 8. *Qui in carne ſum Deo placere non poſſum.* Caro, num. 34. ex Chryſoſtomo.

Verfu 9. *Qui Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.* Spiritus ſanctus, num. 50. ex Hugone.

Verfu 11. *Ipsa creatura liberabitur à ſeruitute,* &c. Liberum arbitrium, num. 6. ex Bernardo.

Verfu 26. *Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus.* Oratio, num. 144. ex Auguſtino.

Verfu 28. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Caro, num. 32. ex Bernardo. Iuſti, num. 60. & 61. ex eodem, & num. 62. ex Galfrido, & num. 63. ex Caſſiano.

Verfu 32. *Qui proprio filio,* &c. Spes, numero 6. ex Chryſoſtomo.

EX CAPITE IX. AD ROMANOS.

Verfu 16. *Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis,* &c. Liberum arbitrium, num. 8. ex Chryſoſtomo.

EX CAPITE X. AD ROMANOS.

Verfu 8. *Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde,* &c. Cor, num. 20. ex Bernardo.

Verfu 10. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit,* &c. Fides, num. 33. ex Bernardo. Homo, num. 47. ex Petro Chryſologo.

EX CAPITE XII. AD ROMANOS.

Verfu 1. *Obſecro vos per miſericordiam Dei,* &c. Paulus, num. 18. ex Petro Chryſologo. Sacrificia, num. 15. ex eodem, & num. 18. ex Bernardo.

Verfu 3. *Non plus ſapere quam oportet,* &c. Prudentia, num. 16. ex Bernardo, & Petro Chryſologo. Sapientia, num. 30. ex Bernardo.

Verfu 8. *Qui miſeretur in hilaritate.* Eleemoſyna, num. 35. ex Chryſoſtomo.

Verfu 15. *Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus.*

Locorum Scripturæ.

Verfu 7. *Expurgate vetus fermentum, ut ſitis non a conſperſo.* Peccatum, num. 81. ex Galfrido.

Verfu 18. *Cum omnibus pacem habentes.* Pax, num. 28. ex Chryſoſtomo.

Verfu 19. *Non vos defendentes, &c. ſed date locum,* &c. Amor inimicorum, num. 36. ex Caſſiano.

Verfu 21. *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malo.* Patientia, num. 21. ex Chryſoſtomo.

EX CAP. XIII. AD ROMANOS.

Verfu 8. *Nemini quidquam debeatis, niſi ut inuicem,* &c. Charitas, num. 34. ex Bernardo.

Verfu 10. *Plenitudo legis eſt dilectio.* Amor proximi, num. 41. ex Chryſoſtomo.

Verfu 12. *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit,* &c. Prædicator, num. 142. ex Gregorio.

Verfu 13. *Sicut in die honeſte ambulemus.* Mundus, num. 35. ex Chryſoſtomo.

Verfu 14. *Induimini dominum Ieſum Chriſtum.* Chriſtus, num. 103. ex Hugone.

EX CAP. XIV. AD ROMANOS.

Verfu 17. *Non eſt regnum Dei eſca, & potus, ſed gaudium in Spiritu ſancto.* Gaudium, num. 20. ex Bernardo. Gula, num. 15. ex eodem. Iuſtitia, num. 16. ex Galfrido. Reges, num. 18. ex Bernardo.

Verfu 23. *Omne quod non eſt fide, peccatum eſt.* Hæretici, num. 22. ex Origene.

EX CAP. XV. AD ROMANOS.

Verfu 4. *Quæcunque ſcripta ſunt,* &c. & per patientiam, & conſolationem, &c. Lectio, num. 6. ex Chryſoſtomo.

EX CAP. XVI. AD ROMANOS.

Verfu 16. *Volo vos ſapientes eſſe in bono,* &c. Sapientia, num. 36. ex Origene.

EPISTOLA I. AD CORINTH. I.

EX CAPITE I. AD CORINTHIOS I.

Verfu 18. *Verbum crucis peruentibus ſtultitia,* &c. Peccator, num. 119. ex Chryſoſtomo, & num. 120. ex Theodoro.

Verfu 25. *Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.* Chriſtus, num. 104. ex Bernardo.

Verfu 30. *Chriſtus factus eſt nobis ſapientia,* &c. Chriſtus, num. 105. ex Galfrido.

EX CAPITE II. AD CORINTH. I.

Verfu 9. *Oculus non vidit, nec auris,* &c. Charitas, num. 39. ex Chryſoſtomo.

Verfu 15. *Spiritalis iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.* Spiritus ſanctus, numero 64. ex Machario.

EX CAPITE III. AD CORINTH. I.

Verfu 2. *Tamquam paruulus in Chriſto lac vobis dedi.* Prædicator, num. 110. ex Petro Chryſologo, & Galfrido.

Verfu 12. *Si quis ſuper edificat aurum,* &c. Amor in communi, num. 17. ex Hugone.

EX CAPITE IV. AD CORINTH. I.

Verfu 7. *Quid habes quod non accepisti?* Gloria vana, num. 20. ex Bernardo.

EX CAPITE V. AD CORINTH. I.

Verfu 6. *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* Hæretici, num. 44. ex Hieronymo.

EX CAP. VI. AD CORINTH. I.

Verfu 4. *Contempnibiles,* &c. Prælati, num. 18. ex Gregorio.

Verfu 20. *Glorificare, & portate Deum in corpore veſtro.* Chriſtus, num. 106. ex Gilleberto.

EX CAP. VII. AD CORINTH. I.

Verfu 9. *Melius eſt nubere quam vri.* Matrimonio, num. 45. ex Hieronymo.

Verfu 13. *Si qua fidelis habet virum infidelem,* &c. Adulterium, num. 10. ex Chryſoſtomo.

Verfu 15. *Infidelis ſi diſcedit, diſcedat.* Amor proximi, num. 46. ex Bernardo.

Verfu 25. *De virginibus præceptum Domini non habeo,* &c. Virginitas, num. 19. ex Hildeberto.

EX CAP. VIII. AD CORINTH. I.

Verfu 2. *Qui ſe exiſtimat aliquid ſcire nondum ſcit,* &c. Sapientia, num. 31. & 32. ex Bernardo.

Verfu 11. *Peribit infirmus in tua ſcientia frater,* &c. Amor proximi, num. 28. ex Chryſoſtomo.

EX CAP. IX. AD CORINTH. I.

Verfu 24. *Omnes quidem currunt, ſed omnes,* &c. Tentatio, num. 76. ex Chryſoſtomo.

Verfu 26. *Sic curro non quaſi in incertum.* Vita, num. 17. ex Chryſoſtomo.

Verfu 26. *Ita pugno non quaſi aerem verberans.* Tribulatio, num. 104. ex Chryſoſtomo.

EX CAP. X. AD CORINTH. I.

Verfu 3. *Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt,* &c. Euchariſtia, num. 39. ex Ruperto.

Verfu 13. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari,* &c. Tentatio, num. 65. ex Origene.

EX CAP. XI. AD CORINTH. I.

Verfu 1. *Imitatores mei eſtote,* &c. Exempla, num. 32. ex Chryſoſtomo, & num. 33. ex eodem, & Climaco.

Verfu 28. *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane,* &c. Peccator, num. 97. ex Origene.

Verfu 29. *Qui manducat, & bibit indigne iudicium,* &c. Euchariſtia, num. 160. ex Balduino, & num. 170. ex Chryſoſtomo, & Origene.

Verfu 30. *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles.* Peccator, num. 97. ex Origene.

EX CAP. XIII. AD CORINTH. I.

Verfu 3. *Si tradidero corpus meum ita ut ardeat,* &c. Gloria vana, num. 6. ex Hieronymo.

Verfu 4. *Charitas, patiens eſt, benigna eſt,* &c. Charitas, num. 35. ex Bernardo.

Verfu 9. *Ex parte cognoſcimus, & ex parte propheta-*mus. Prophetia, num. 18. ex Bernardo.

Verfu 13. *Nunc manent fides, ſpes, charitas,* &c. Charitas, numero 29. ex Ailredo. Virtus, num. 26. ex Galfrido.

EX CAP. XIV. AD CORINTH. I.

Verfu 20. *Nolite pueri eſſe ſenſibus.* Mundus, num. 32. ex Chryſoſtomo.

EX CAP. XV. AD CORINTH. I.

Verfu 10. *Abundantius illis omnibus laboraui.* Prælati, num. 102. ex Bernardo.

Verfu 48. *Qualis terrenus, tales & terreni,* &c. Homo, num. 48. ex P. Chryſologo.

Verfu 49.

Index copiosissimus

Verſu 49. *Sicut portauimus imaginem terreni, &c.* Peccatum, num. 82. ex Bernardo.

EX CAP. XVI. AD CORINTH. I.

Verſu 13. *Vigilate. & ſtate in fide, viriliter agite, &c.* Fides, num. 34. ex Galfrido.

EPISTOLA II. AD CORINTH.

EX CAP. I. AD CORINTH. II.

Verſu 3. *Benedictus Deus, &c. Pater miſericordiarum. & Deus totius conſolationis.* Chriſtus, num. 107. ex Bernardo.

Verſu 12. *Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ, &c.* Conſcientia, num. 13. & 14. ex Bernardo. Gloria Dei, num. 15. ex eodem.

EX CAPITE IV. AD CORINTH. II.

Verſu 4. *In quibus Deus ſæculi huius, obcecavit mentes infidelium.* Peccator, num. 111. ex Cyrillo Ieroſol.

EX CAP. V. AD CORINTH. II.

Verſu 18. *Omnes nos aſtare oportet ante tribunal Chriſti, ut recipiat unusquisque, &c.* Iudicium finale, num. 63. ex Galfrido.

EX CAP. VI. AD CORINTH. II.

Verſu 2. *Ecce nunc tempus acceptabile, &c.* Gratiſtudine, num. 18. ex Galfrido. Quadrageſima, num. 13. ex eodem.

Verſu 6. *In caſtitate, &c. in Spiritu ſancto, &c.* Spiritus ſanctus, num. 4. ex Bernardo.

EX CAP. VII. AD CORINTH. II.

Verſu 10. *Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, poenitentiam in ſalutem, &c.* Gaudium, num. 15. ex Chryſoſtomo.

EX CAP. VIII. AD CORINTH. II.

Verſu 9. *Qui cum diues eſſet pro nobis egenus factus eſt, &c.* Euchariftia, num. 21. ex Ambroſio.

EX CAP. X. AD CORINTH. II.

Verſu 4. *Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed ſpiritalia, &c.* Diabolus, num. 82. ex Baſilio. Verſu 17. *Qui gloriatur in Domino gloriatur.* Iudicium finale, num. 64. ex Bernardo.

EX CAP. XI. AD CORINTH. II.

Verſu 9. *Libenter ſufferitis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes, &c.* Patientia, num. 14. ex Bernardo.

Verſu 14. *Satanas tranſfiguratur ſe in Angelum lucis.* Diabolus, num. 52. ex Origene, & Cypriano, & num. 58. ex Machario.

EX CAP. XII. AD CORINTH. II.

Verſu 4. *Audiuſi arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Charitas, num. 39. ex Hugone.

Verſu 7. *Ne magnitudo reuelationum, &c.* Paulus, num. 16. ex Hieronymo.

EPISTOLA AD GALATAS.

EX CAPITE III. AD GALATAS.

Verſu 24. *Pædagogus noſter eſt lex.* Lex, num. 20. ex Epiphano.

Verſu 27. *Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Mulier, num. 59. ex Chryſoſtomo.

EX CAPITE IV. AD GALATAS.

Verſu 15. *Ubi eſt ergo beatitudo veſtra? Verbum Dei, num. 87. ex Hieronymo.*

Verſu 19. *Filioli mei, quos puerumarturio, &c.* Correctio, num. 33. ex Chryſoſtomo. Paulus, num. 14. ex eodem.

EX CAPITE V. AD GALATAS.

Verſu 10. *Ego conſido de vobis quod nihil aliud ſentietis, ceterum qui vos perturbat, &c.* Paulus, num. 20. ex Chryſoſtomo.

Verſu 13. *Per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem.* Charitas, num. 36. ex Hugone.

Verſu 16. *Spiritu ambulate, &c.* Spiritus ſanctus, num. 51. ex Guillerimo de Cailloe, & Bernardo.

Verſu 17. *Caro conſuſcepit aduerſus ſpiritum, &c.* Concupiſcentia, num. 7. ex Auguſtino.

Verſu 24. *Qui ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixurum, &c.* Martyrium, numero 13. ex Auguſtino, & Theophylacto.

EX CAPITE VI. AD GALATAS.

Verſu 1. *Huiusmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, Miſericordia, num. 24. ex Bernardo.*

Verſu 14. *Absit mihi gloriari niſi in cruce, &c.* Crux, numero 22. ex Origene, & numero 36. ex Bernardo. Euchariftia, num. 161. ex eodem. Paſſio Chriſti, num. 75. ex Chryſoſtomo.

EPISTOLA AD EPHESIOS.

EX CAPITE I. AD EPHESIOS.

Verſu 13. *Signati eſtis ſpiritu promiſſionis.* Spiritus ſanctus, num. 67. ex Chryſoſtomo.

EX CAPITE II. AD EPHESIOS.

Verſu 4. *Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, &c.* Charitas, num. 34. ex Galfrido.

Verſu 10. *In operibus bonis, quæ præparauit Deus, ut in illis ambulemus.* Perſeuerantia, numero 37. ex Chryſoſtomo.

EX CAPITE III. AD EPHESIOS.

Verſu 17. *Vt poſſitis comprehendere, &c. quæ ſi longitudo, latitudo, &c.* Crux, num. 49. ex Galfrido.

EX CAPITE IV. AD EPHESIOS.

Verſu 3. *Solliciti ſeruare unitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Pax, num. 27. ex Chryſoſtomo.

Verſu 7. *Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum meſuram donationis Chriſti.* Gratia, numero 35. ex Hieronymo.

Verſu 10. *Vt adimplet omnia.* Chriſtus, num. 108. ex Adamo.

Verſu 25. *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Ira, numero 21. ex Caſſiano, & num. 31. ex Chryſoſtomo, & Auguſtino.

Verſu 27. *Nolite locum dare diabolo.* Amor proximi, num. 37. ex Chryſoſtomo.

Verſu 31. *Omnis ira, & indignatio, & clamor tollatur, &c.* Ira, numero 19. ex Caſſiano.

EX CAPITE V. AD EPHESIOS.

Verſu 5. *Auarus quod eſt ſimulacrorum ſeruitus, &c.* Auaritia, num. 22. ex Galfrido, & num. 24. ex Chryſoſtomo. Idolatria, num. 22. ex Balduino, &

Locorum Scripturæ.

no, & Caſſiano. Prælati, num. 103. ex Galfrido. Verſu 18. *Nolite mēbriari vino, in quo eſt luxuria.* Luxuria, num. 32. ex Hieronymo, & aliis.

EX CAPITE VI. AD EPHESIOS.

Verſu 12. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, &c.* Diabolus, num. 78. ex Origene.

Verſu 15. *Calceati pedes ad præparationem Euangelij.* Lex, num. 32. ex Gaudentio.

Verſu 18. *Orantes in omni tempore, orate & in ſpiritu, &c.* Oratio, num. 178. ex Chryſoſtomo.

EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

EX CAP. II. AD PHILIP.

Verſu 7. *Exinanini ſemetipſum, &c.* Chriſtus, num. 122. ex Gregorio Nazianzeno.

Verſu 12. *Cum timore, & tremore veſtram ſalutem operamini, Deus enim eſt qui operatur, &c.* Timor, num. 39. ex Leone Papa.

EX CAP. III. AD PHILIP.

Verſu 12. *Sequor autem ſi quomodo comprehendam, &c.* Paulus, numero 9. ex Machario, & Chryſoſtomo.

Verſu 13. *Ego me non arbitror comprehendiffe.* Sapientia, num. 33. ex Bernardo.

Verſu 18. *Inimicos crucis Chriſti.* Trinitas, num. 41. ex Balduino.

Verſu 20. *Noſtra autem conuerſatio in calis eſt.* Paulus, num. 13. ex Chryſoſtomo.

Verſu 21. *Reformabis corpus humilitatis noſtræ conſignatum corpori, &c.* Mulier, num. 57. ex Iſidoro Clario.

EPISTOLA AD COLOSSEN.

EX CAPITE I. AD COLOSSEN.

Verſu 12. *Qui dignos nos fecit miniſtros, &c.* Deus, num. 155. ex Theophylacto.

Verſu 23. *In fide fundati, & ſtabiles, &c.* Fides, num. 45. ex Chryſoſtomo, & num. 47. ex eodem, & num. 55. ex Cypriano.

EX CAPITE II. AD COLOSSEN.

Verſu 15. *Expolians principatus, &c. palam erumpant, &c.* Paſſio Chriſti, num. 79. ex Chryſoſtomo.

EX CAPITE III. AD COLOSSEN.

Verſu 1. *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, &c.* Reſurrectio Chriſti, num. 37. ex Bernardo.

Verſu 5. *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram.* Poenitentia, num. 91. ex Chryſoſtomo.

Verſu 5. *Auaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus.* Auaritia, num. 25. ex Chryſoſtomo.

Verſu 9. *Expoliantes viderem hominem, &c.* Poenitentia, num. 89. ex Cyrillo, & Iuſtino.

Verſu 14. *Super omnia charitatem continuam habentes.* Amor proximi, num. 38. ex Chryſoſtomo.

EX CAP. IV. AD COLOSSENSES.

Verſu 2. *Orationi inſtate vigilantes, &c.* Oratio, num. 169. ex Chryſoſtomo.

Verſu 4. *Propter quod & vinctus ſum, ut manifeſtem illud ſicut oportet me loqui.* Paulus, numero 11. ex Chryſoſtomo.

Verſu 6. *Sermo veſter ſemper in gratia ſale conditus*

ſit, &c. Lingua, num. 18. ex Petro Damiano.

Verſu 18. *Memores eſtote vinculoꝝ meoꝝ.* Mulier, num. 58. ex Chryſoſtomo. Paulus, num. 12. ex eodem.

EPISTOLA I. AD THESSALON.

EX CAP. II. AD THESSALON. I.

Verſu 7. *Factus ſum paruulus in medio veſtri, tanquam ſi nurſa foueat filios ſuos.* Paulus, num. 17. ex P. Chryſologo.

EX CAP. III. AD THESSALON. I.

Verſu 10. *Noctæ ac die abundantius orantes, ut videam faciem veſtram.* Paulus, numero 19. ex Theophylacto.

Verſu 12. *Abundare faciat charitatem veſtram, &c.* Amor inimicorum, num. 29. ex Theophylacto.

EX CAP. IV. AD THESSALON. I.

Verſu 1. *Rogamus autem vos fratres, ut abundetis magis, &c. & ut veſtrum negotium agatis.* Otium, num. 7. ex Caſſiano.

Verſu 4. *Ve ſciat unusquisque viam ſuam poſſidere.* Caſtitas, num. 30. ex Ailredo.

Verſu 8. *Qui ſpernit, non hominem ſpernit ſed Deum.* Luxuria, num. 27. ex Chryſoſtomo.

EX CAP. V. AD THESSALON. I.

Verſu 20. *Spiritum non extinguatis, prophetias nolite ſpernere.* Gratia, num. 32. ex Chryſoſtomo.

EPISTOLA II. AD THESSALON.

EX CAP. II. AD THESSALON. II.

Verſu 4. *Qui extollitur ſupra omne quod creditur, & colitur Deus.* Superbia, num. 16. ex Ailredo.

Verſu 8. *Tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet, &c.* Antichriſtus, num. 17. ex Chryſoſtomo, & Theophylacto.

EPISTOLA AD TIMOTH. I.

EX CAP. I. AD TIMOTHEVM I.

Verſu 5. *Charitas de corde puro, & de conſcientia bona, &c.* Charitas, num. 30. ex Bernardo.

Verſu 9. *Lex inſta non eſt poſita, ſed inuſta, &c.* Inſti, num. 58. ex Theophylacto. Lex, num. 23. ex Chryſoſtomo.

EX CAP. II. AD TIMOTHEVM I.

Verſu 1. *Volo fieri obſecrationes, deinde orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, &c.* Oratio, num. 143. ex Bernardo.

Verſu 8. *Leuantes puras manus ſine ira, &c.* Oratio, num. 142. ex Ailredo, & num. 159. ex Baſilio.

Verſu 14. *Adam non eſt ſeductus, &c.* Homo, num. 63. ex Procopio.

EX CAP. III. AD TIMOTH. I.

Verſu 2. *Oportet epiſcopum irreprehensibilem eſſe.* Ambitio, num. 22. ex Chryſoſtomo.

EX CAP. IV. AD TIMOTH. I.

Verſu 3. *Cibus quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione, &c.* Abſtinentia, num. 4. ex Ruperto.

Index copiosissimus

EX CAP. V. AD TIMOTH. I.

Versu 8. *Siquis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit.* Peccator, num. 98. ex Iustino.

Versu 23. *Vere modico vino propter stomachum, &c.* Religio, num. 71. ex Bernardo. Scandalum, num. 14. ex Chrysofomo.

EX CAPITE VI. AD TIMOTH. I.

Versu 9. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli.* Diuitia, num. 19. ex Bernardo.

Versu 10. *Radix omnium malorum, cupiditas.* Auaritia, numero 26. ex Chrysofomo, & numero 41. ex eodem.

EPISTOLA AD TIMOTH. II.

EX CAPITE II. AD TIMOTH. II.

Versu 19. *Cognouit Dominus, qui sunt eius.* Mandata, num. 17. ex Bernardo.

EX CAP. III. AD TIMOTH. II.

Versu 2. *Erunt homines se ipsos amantes.* Amor in communi, num. 11. ex Theophylacto.

Versu 8. *Sicut Iannes, & Mambres resistunt Moysi, sic & isti resistunt veritati.* Hæretici, numero 48. ex Augustino.

Versu 12. *Omnes, qui pie volunt vivere in Christo, &c.* Tribulatio, num. 120. ex Chrysofomo.

Versu 16. *Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est.* Lectio, num. 5. ex Origene.

EX CAP. IV. AD TIMOTH. II.

Versu 2. *Argue, obsecra, increpa opportune, &c.* Correctio, numero 39. ex Augustino, Chrysofomo, & Hieronymo. Prædicator, num. 122. ex Chrysofomo, & Origene.

Versu 5. *Ministerium tuum imple vel honora.* Prælati, num. 104. ex Bernardo.

Versu 7. *Bonum certamen certami, &c.* Diabolus, num. 81. ex Chrysofomo.

EPISTOLA AD TITVM.

EX CAPITE III. AD TITVM.

Versu 10. *Hæreticum hominem post unam, & secundam correptionem denota.* Peccatum, num. 115. ex Chrysofomo.

EPISTOLA AD PHILEMONEM.

Versu 9. *Cum sis talis, ut Paulus senex.* Adolescentia, num. 7. ex Ambrosio.

EPISTOLA AD HEBRÆOS.

EX CAPITE I. AD HEBRÆOS.

Versu 3. *Qui cum sit splendor gloria, & figura, &c.* Christus, numero 121. ex Origene. Trinitas, num. 59. ex Gregorio Nysseno.

Versu 14. *Omnes sunt administratorij spiritus propter eos, &c.* Angeli, num. 50. ex Bernardo.

EX CAPITE II. AD HEBRÆOS.

Versu 9. *Gratia Dei cum pro omnibus gustaret mortem.* Passio Christi, num. 80. ex Chrysofomo.

EX CAPITE IV. AD HEBRÆOS.

Versu 12. *Virtus est sermo Dei, & efficax.* Verbum Dei, num. 68. ex Hugone.

Versu 13. *Omnia sunt nuda, & aperta oculis eius.* Deus, num. 147. ex Chrysofomo.

Versu 15. *Non habemus pontificem, qui non possit compati.* Christus, num. 109. ex Bernardo.

EX CAPITE V. AD HEBRÆOS.

Versu 1. *Omnis pontifex ex hominibus assumptus, &c.* Prælati, num. 105. ex Hugone.

Versu 8. *Didicit ex his, quæ passus est obedientiam, &c.* Passio Christi, num. 45. ex Bernardo.

EX CAPITE VI. AD HEBRÆOS.

Versu 6. *Rursus crucifigentes, &c. & ostentui habentes filium Dei, &c.* Peccator, num. 90. ex Hugone.

Versu 7. *Terra, quæ bibit frequenter venientem super se imbrem, &c. quæ autem profert spinas, &c.* Peccator, num. 108. ex Origene. Eucharistia, num. 22. ex Augustino, & Isidoro.

Versu 19. *Quam sicut anchoram habemus animam iutam.* Fides, num. 48. ex Chrysofomo.

EX CAPITE IX. AD HEBRÆOS.

Versu 22. *Sine sanguinis effusione non fit remissio.* Eucharistia, num. 184. ex Chrysofomo, & Laurentio Iustiniano.

EX CAPITE X. AD HEBRÆOS.

Versu 1. *His hostiis, quæ offeruntur in desinenter nunquam potest ascendentes perfectos facere.* Passio Christi, num. 76. ex Chrysofomo.

Versu 24. *Consideremus inuicem in pronocationem, &c.* Amor proximi, num. 40. ex Chrysofomo.

Versu 26. *Voluntarie enim peccantibus, &c. non relinquitur, &c.* Baptismus, num. 40. ex Chrysofomo.

Versu 29. *Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit? Peccator, num. 92. ex Tertulliano, Chrysofomo, & Saluiano.*

Versu 31. *Horrendum est incidere in manus, &c.* Deus, num. 115. ex Oleario.

Versu 32. *Rememorari pristinos dies, &c.* Paulus, num. 21. ex Chrysofomo.

Versu 36. *Patientia vobis necessaria est.* Patientia, num. 16. ex Machario.

EX CAPITE XI. AD HEBRÆOS.

Versu 7. *Fide Noe responso accepto, &c. per quam damnauit mundum, &c.* Fides, numero 5. ex Chrysofomo.

Versu 33. *Sancti per fidem vicerunt regna.* Fides, num. 35. ex Bernardo.

EX CAPITE XII. AD HEBRÆOS.

Versu 3. *Recogitate eum, qui talem aduersum se, &c.* Passio Christi, num. 77. ex Chrysofomo, & Augustino.

Versu 14. *Pacem sequimini, &c.* Pax, numero 29. ex Chrysofomo, & Basilio.

EX CAP. XIII. AD HEBRÆOS.

Versu 2. *Hospitalitatis nolite oblitisci.* Hospitalitas, num. 10. ex Chrysofomo.

Versu 8. *Iesus Christus veri, & hodie, ipse & in secula.* Christus, num. 110. ex Bernardo.

Versu 17. *Obedite præpositis vestris, &c.* Prælati, num. 121. ex Chrysofomo.

EPISTOLA

Locorum Scripturæ.

EPISTOLA CATHOLICA IACOBI.

EX CAPITE I. IACOBI.

Versu 9. *Glorietur frater, qui est humilis, &c. contra qui diues est in humilitate, &c.* Diuitia, num. 21. ex Chrysofomo.

Versu 12. *Beatus vir qui suffert tentationem, &c.* Bonum, num. 40. ex Eusebio Emisleno.

Versu 14. *Nusquamque tentatur à concupiscentia sua, &c.* Homo, num. 40. ex Isaac.

EX CAPITE II. IACOBI.

Versu 12. *Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis, incipientes iudicari.* Lingua, num. 23.

Versu 13. *Superexaltat autem misericordia iudicium, &c.* Misericordia, num. 27.

Versu 26. *Fides sine operibus mortua est.* Fides, num. 2. ex Chrysofomo, & num. 37. ex Lactantio, & num. 44. ex Chrysofomo.

EX CAPITE III. IACOBI.

Versu 3. *Equis frana in ora mittimus ad consentiendum nobis, &c.* Lingua, num. 24. ex eodem Iacobo ad longum, & num. 29. ex Chrysofomo, Diodoro, & Isaia.

Versu 5. *Lingua modicum membrum, &c. inflamat totam naturam nostram.* Lingua, 20. ex Gilleberto.

Versu 6. *Lingua vniuersas inquietas, &c.* Lingua, num. 19. ex Salmerone.

Versu 17. *Omnis sapientia quæ de sursum est primum quidem pudica est, deinde pacifica, &c.* Pax, num. 17. ex Bernardo. Sapientia, num. 34. ex eodem.

EX CAPITE IV. IACOBI.

Versu 7. *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Diabolus, num. 67. ex Chrysofomo.

EX CAPITE V. IACOBI.

Versu 12. *Ante omnia fratres mei nolite iurare.* Iuramentum, num. 23. ex Chrysofomo, & August.

Versu 16. *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Peccata, num. 118. ex Beda.

EPISTOLA I. B. PETRI.

EX CAPITE II. PETRI I.

Versu 11. *Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus, &c.* Mundus, num. 26. ex Chrysofomo. Vita, num. 18. ex Bernardo.

EPISTOLA I. B. IOANNIS.

EX CAPITE II. IOANNIS I.

Versu 6. *Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.* Christus, num. 111. ex Galfrido.

EX CAPITE III. IOANNIS I.

Versu 18. *Non diligamus verbis, nec lingua, &c. sed opere, & veritate.* Mortificatio, num. 60. ex Bernardo. Amor hominis, num. 30. ex eodem.

EX CAPITE IV. IOANNIS I.

Versu 1. *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritum si ex Deo sint.* Spiritus sanctus, nume-

ro 52. ex Bernardo.

Versu 4. *Maiores est qui in vobis est, quam qui in mundo.* Diabolus, num. 50. ex Cassiano.

Versu 16. *Deus charitas est, & qui manet in charitate, &c.* Charitas, num. 31. ex Bernardo.

Versu 18. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Christus, num. 86. Timor, num. 38. ex Gilleberto, & num. 55. ex Augustino.

EX CAPITE V. IOANNIS I.

Versu 6. *Hic est qui venit per aquam, & sanguinem.* Christus, num. 112. ex Bernardo.

Versu 18. *Omnis qui natus est ex Deo non peccat, sed generatio Dei conseruata est.* Penitentia, num. 84. ex Bernardo. Prædeterminatio, num. 5. ex eodem.

EPISTOLA IVDÆ CATHOLICA.

Versu 19. *Hi sunt qui segregant semetipsos, animales spiritum non habentes.* Spiritus sanctus, num. 53. ex Bernardo.

APOCALYPSIS B. IOANNIS.

EX CAPITE II. APOCALYPSIS.

Versu 17. *Dabo illi calculum candidum, &c.* Verbum Dei, num. 86. ex Hieronymo.

EX CAP. III. APOCALYPSIS.

Versu 19. *Ego quos amo, arguo, & castigo.* Amor Dei, num. 27. ex Bernardo.

EX CAP. IV. APOCALYPSIS.

Versu 8. *Requiem non habebant, &c.* Opera, num. 4. ex Augustino.

EX CAP. V. APOCALYPSIS.

Versu 7. *Vidi in dextera sedentis super thronum librum signatum sigillis septem.* Liber vitæ, num. 4. ex Bernardo.

EX CAP. VI. APOCALYPSIS.

Versu 11. *Vt requiescerent adhuc modicum tempus donec impleantur, &c.* Beatitudo, num. 31. ex Bernard.

EX CAP. VII. APOCALYPSIS.

Versu 14. *Lauerunt stolas suas, & dealbauerunt, &c.* Martyrium, num. 14. ex Bernardo.

EX CAP. VIII. APOCALYPSIS.

Versu 4. *Ascendit fumus incensorum de manu Angelis.* Angeli, num. 51. ex Bernardo.

EX CAP. XII. APOCALYPSIS.

Versu 1. *Signum magnum apparuit in celo, &c.* Maria, num. 58. ex Bernardo, & Salmerone, & num. 60. & 61. ex Bernardo.

Versu 1. *Et in capite eius corona stellarum duodecim.* Maria, num. 59. ex Bernardo, & num. 62. & 63. ex eodem.

EX CAP. XIV. APOCALYPSIS.

Versu 2. *Habebant voces, &c. quasi citharætorum, &c.* Fama, num. 3.

Versu 3. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur, mors, num. 33. ex Ambrosio.*


EX CAP. XX. APOCALYPSIS.

Versu 12. *Libri aperti sunt, &c.* Liber vitæ, num. 3. ex Hugone.

EX CAP. XXI. APOCALYPSIS.

Versu 2. *Vidi civitatem, &c. sicut sponsam, &c.* Christus, num. 113. ex Bernardo.

MENSA



MENSA SPIRITUALIVM CIBORVM.

ABSTINENTIA. Vide etiam Ieiunium.

- Cibus herbarum, & pomorum, homini naturalis, & utilis. 1. 12.*
- Hunc cibum qualiter Deus dedit. 2.*
- Post abstinentiam suavior cibus. 3.*
- Carnium esus quare concessus. 4.*
- Carnium esu qualiter utendum. 5.*
- Abstinentia antiquorum qualis. 6. & 7.*
- Abstinentia à vino. 10.*
- Abstinentia à carne. 10.*
- Abstinet anima, propter Dei dulcedinem. 9.*
- Abstinentia omnes obligat. 11.*
- Abstinentia utilitates. 12. 14. 19.*
- Abstinentia interior, & exterior. 13.*
- Abstinentia nimia, perniciofa. 15. 16. 18.*
- Quae abstinentia laudabilior. 17.*
- Abstinentia virtus, & laudes. 19. 20.*
- Abstinentia, ante ieiunium, necessaria. 21.*
- Post ieiunium, non peccandum. 22.*
- Ieiunium necessarium. 23.*

Cibus herbarum, & pomorum, homini naturalis, & utilis.

1. **E**NESEOS 1. *Germinet terra herbas viuentem, &c. & lignum pomiferum, &c.* AMBROS. Simplicem cibum, & naturalem hominis victum reliquis cibus debuit anteferre. Hic enim sobrietatis est cibus, reliqui deliciarum, atque luxuria. Exemplum frugalitatis, magisteriumque parcimoniae est, vt sciamus, herbae simplici victu aut pomi contentos esse omnes oportere, quem natura obtulit, quem liberalitas Dei prima donauit. Iste est salubris, iste utilis cibus, iste morbos repellit, nullo hominum paratus labore, sed diuino effusus munere, tam dulcis, tam gratus, vt etiam repletis voluptati atque vsui sit.

Idem.

2. **G**ENESI. *Ecces dedi vobis omnem herbam, &c. & vniuersa ligna, &c. vt sint vobis in escam, & cunctis animalibus, &c. vt habeant ad vescendum.* CHRYS.

sost, Magna Domini erga hominem, quem condidit, ostenditur cura. Sine labore ipsius hominis, liberalissime alimenta praebet. tam illi quam famulis, hoc est, animalibus. & ne affligeretur homo, quasi non sufficeret ad alenda tot & tanta animalia, prius quam de hoc cogitaret, bonus Deus praueuendo demulcet eum (vt ita dicam) & ostendit quod tam ipse, quam iumenta, & bruta omnia, praepro. Domini omnem copiam terra suppeditante sit habiturus. RVPERT. Non herbam, aut omne lignum digito ostendit, sed naturalem eorum appetitum, animalibus in stomacho eorum fundauit. Neque enim sola hominis ratio sapit, sed & gula eius, & cunctorum animantium auida natura sentit, quod sibi in escam haec data sunt, & infra contenta esset his epulis natura nostra, nisi consuetudine gula soluta creuisset edacitas. GLOSSORD. Nec tamen sic intelligas, quod herbae & fructus arborum darentur in escam hominibus, bestiis, & auibus communiter, sed singula singulis secundum vniuscuiusque naturam conditionem.

Post abstinentiam suavior cibus.

3. **G**ENES. 6. *Tolles igitur tecum ex omnibus escis, quae mandata possunt.* AVGVST. Videtur sentire quod non introduxit Noe animalia in cibum, pro animalibus carniuoracibus, sed tantum illa quae Deus illi praecipit, sed quod in Arca foeno pascebatur ob necessitatem. Nam dicit: Quid, inquit, est, quod non cogeret vesci fames? Aut quid non suauis ac salubre facere posset Deus, qui etiam vt sine cibo viuerent, diuina facilitate donaret?

Carnium esus quare concessus homini?

4. **G**ENES. 9. *Omne quod mouetur, & viuic, erit vobis in cibum.* CHRYSOST. Hic est initium edendarum carniū, non vt nos ad ventris ingluuiem parer, & instruat, sed quia ex illis sacrificauerat Noe, ne videamur quasi ab execratis abstinere. THEODOR. Concedit esum carniū, vt morbo morbum expelleret, & minori maius sanaret. Prauidens enim Deus in Deorum numero quandoque habenda animalia, vt impietatem e medio tollat, eorum escam concedit. Extrema namque dementia est, adorare quod comedas. RABAN. Esus carniū concessus videtur post diluuium, propter infecunditatem terrae, & hominis fragilitatem. RVPERT. Felici adhuc, & infirmitatis experti homini, tenuis ille victus herbarum, & fructuum, sufficitia extitit, attamen infirmo nunc & moribundo carniū esus conce

conceditur: & licet ante diluuium, abſque nulla Dei præcipientis auctoritate, hæc homo in cibum præſumpſit, iam ex hoc tempore accepta, iure ſibi vindicari eadem in eſum, vt is potius contra Dei faciat imperium, qui prohibere tentauerit, teſtante Apoſtolo, 1. ad Timoth. 4. [Abſtinentiam à cibus, quos Deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione,] &c.

Carnis uſu qualiter utendum.

5. **GENES. 9.** *Quaſi olera uirentia tradidi uobis omnia.* AMBROS. Sunt qui putant, vt olera ad eſcam nobis Dei nutu attributa uideantur, quo his magis quam carnalibus epulis uti debeamus. Ego autem libenter his acquieſcerem, vt hominibus ad parcimoniam olerum uſus inoleſceret: niſi uiderem quia non omne hominum genus ſapientie & continentie amore ducitur, vt continentiam ſequi poſſit, & ideo quod generale eſt præceptum, ad particulam paucorum hominum deſignare non poſſimus. Omnibus enim hominibus hoc præceptum datur: *Quaſi olera uirentia tradidi uobis.* Utantur igitur qui utuntur carnibus tanquam oleribus, non ad diſtinctionem, non ad ruinam corporis, quam epulæ carnis facere conſueuerunt. Sed quemadmodum & olera non omnia ad eſcæ uſum habilia; ſiquidem à uenenatis naturaliter abſtinemus: ita etiam non omne animal ad uſum ac commodum epulandi: nam huc quoque proceſſit luxuria, vt magis delectationi conſulat, quam periculo.

Abſtinentia antiquorum.

6. **GENES. 18.** *Tulit quoque butyrum, & lac, & vitulum.* LIPOMA. Diſcamus hinc antiquorum frugalitatem. Solemne conuiuium, hoc eſt, quo Angelos paſcere parauit Abraham, panes azymos, lac, butyrum, & vitulinam carnem, lautitias illis fuiſſe fummas & optimas.

Idem.

7. **GENES. 39.** *Nec quidquam aliud nouerat niſi panem quo uicebatur.* LIPOMAN. Hunc locum ſic nonnulli intellexerunt. Ioseph nihil è cibus Domini ſui cognouiſſe præter ſiccum panem quo uicebatur, & tamen uultum habuit elegantem. Sicut & Daniel abſtinens à Regiis cibus uicebatur leguminibus, & interim erat corpulentior, & pulchrior illis qui Regis nutriebantur alimentis.

Abſtinentia à uino.

8. **EXODI 17.** *Percuties petram, & exiit ex ea aqua, ut bibat populus.* AMBROS. *lib. de Elia, & ieiunio, cap. 5.* Moylem cognouimus ſitienti populo, amaritudines aquarum temperaſſe, non uinam; cui petra aquam uomuit, potuit & uini abundantia non deeſſe. Non autem dixit, Exiit uinum populo, ſed aqua. Periculofum enim erat, uinum populo miniſtrare, quod fortiores ferre uix poſſent. MAXIM. *Episcopus Taurinens. Hom. 1. in Epiphan.* Dominus Hebræis ſitientibus, aquam manare arida de rupe præcepit, quæ innumerabiliū multitudinem populorum ſtillicidio noui fontis uice maternorum uerè nutritabat. Quid primum ſtupeas, quid mireris: uinum, de aqua, hoc eſt, de pluuia qua uites rigat Deus; an aquam de petra? Dubium non eſt, ad nutum Creatoris, creaturarum elementa pendere.

Abſtinet anima propter dulcedinem Dei.

9. **EXODI 34.** *Fuit ergo ibi cum Domino Moyleſ quadraginta dies, & quadraginta noctes, panem non comedit, & aquam non bibit.* AMBROS. *s. lib. 3. epiſt. 11. ad Irenæum.* Anima, quæ ſemel ſua ueritatem uerbi gu-

ſtauerit, quæ ſemel claritate eius uiderit, nihil aliud deſiderat. Moyleſ in monte poſitus quadraginta diebus legem accipiens cibum corporis non requiebat. Eliaſ, illam feſtinans requiem, rogabat ut acciperetur anima ſua, &c. Petrus reſpiciens & ipſe in monte Dominicæ Reſurrectionis gloriam, nolebat deſcendere, dicens: [Domine bonum eſt nos hic eſſe,] &c. Talis anima igitur corpus hoc non requirit, renunciat ſeculo, exiit omnibus uoluptatum iſtarum nexibus, dicens, [Suauiſ es Domine & in inuenditate tua doce me iuſtificationes tuas.] *Hæc ille.* & hoc ultra præmium Patriæ, de quo Eſdræ 7. [Super ſtellas fulgebunt facies eorum, qui abſtinentiam habuerunt.]

Abſtinentia à carnibus, & à uino.

10. **NUMER. 11.** *Quis dabit nobis ad deſcendum carnes, &c. Iratiſque eſt furor Domini ualde, ſed & Moysi intoleranda res uifa eſt.* OLEASTER. Non putes parum, aut nihil prodeſſe, propter Deum à carnibus abſtinere. Audiſ enim hinc quam ægre tulerit Deus eos quos ipſe ad tempus à carnibus priuauerat, in carnes deperiſſe. Similiter Nazareus exulſiſſe quoddam ad tempus uino & ſicera abſtinebant. In hoc enim edoctus debet eſſe ſeruus Dei, vt ſciat dura & delicata comedere, pro ut Deo ſuo placere didicerit.

Abſtinentia omnes obligat.

11. **BASILIVS Sermone 2. de ieiunio & abſtinentia naturali.** non de Eccleſiaſtico, ſic ait: In omnem terrarum orbem præceptam ipſius annuntiat, & hæc inſula aliqua, nec terra firma, noiſ ciuitas, non gens, non extremitas eſt, ad quam prædicatio ipſius non perueniat: ſed & exercitus, & uiatores, & nauigatores omnes æqualiter & præceptum audiunt, & cum gaudio ſuſcipiunt. Quare nemo ſe ipſum ex ieiunantium catalogo eximat, in quo omnia genera, & omnis ætas, & omnes dignitatum differentie recenſentur. Dives eſ, ne afficias contumelia ieiunium, ne aliquando te apud ieiuniorum legiſlatorem recuſet pauper cauillus, non imperat ieiunium iam olim ipſum contubernale habens. Mulieribus autem uelut reſpirare, ita etiam ieiunare proprium eſt, & ſecundum naturam. Pueri uelut plantæ uirides ieiunij aqua irrigentur. Senibus aſſuetudo, ac familiaritas ab antiquo, ad ipſum leuiter fecit labore.

Abſtinentie utilitas.

12. **Idem BASILIVS Serm. 1. de ieiun.** Nauim oneris magnitudine grauata quamuis exiguus fluctus adoriens demergit. Contra, quæ modicis ſarcinis temperata eſt, facile ſuffert uindarum impetum, eo quod nulla res impediatur eam, quominus fluctum in altum ſurgentem ſuperet: eundem admodum, & hominum corpora, aſſidua expletione degrauiata, facile à morbis demerguntur.

Abſtinentia interior, & exterior.

13. **GENES. 49.** *Gad, accinctus prælabitur ante eum, & ipſe accingitur retrorſum.* RICHARDVS. *Gad eſt rigor abſtinentie.* Tunc enim Dan contra proditorum perfidiam intrinſecus uiliter uigilat, & cogitationum ordinat diſciplinam, cum Gad extrinſecus occurrant hoſtes excludit uiriliter, & expugnat. Prius itaque Gad accingitur, vt poſtmodum fortiter prælietur. Tunc autem ſe accingit, quando ſenſuum diſſolutionem per diſciplinam reſtringit. Forti uerò prælio dimicat, quando deſideria carnis per afflictionem trucidat.

Abſt

Abſtinentia uoluntatis.

14. **LVCAE 15.** *Ego autem hic ſum perire: ſurgam, & ibo ad Patrem meum, &c.* PETRVS RAYENAS. Fames reuocat, quem ſaturitas expulerat. Fames illi Patrem dedit ſapere, cui copia tulerat genitorem ſentire. Et ſi tantum præſtiterit uel inuita fames, probate quid uoluntarium poſſit conferre ieiunium: oneratur uenter ad uitia, cor deponit mentem, ne ſupernam ualeat pietatem ſentire. Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam.

Abſtinentia nimia pernicioſa.

15. **BASILIVS lib. de uera uirginitate.** Sicut guſtui ad omnes paſſim cibos liberè franos laxare, noxiū reuera, ac pernicioſum: ita neceſſaria illi alimenta negando, corpus inſtimum, ac inuolidum reddere, irrationabile proſus ac ſtultum eſt. Extrema enim quæque, vt ait ſapiens quidam, ac per id inæqualia, periculofa ſunt. Nam ſicut per ciborum abundantiam laſciuens equus noſter aurigam quicumque uult peſſimè præcipitem fertita: & per nimiam abſtinentiam, propoſitum impedit uirtutis iter. & quemadmodum aurigæ non expedit equum ita affluentem ſaginare præſepio, ut illius laſciuie motibus inordinatiſque lædatur, & quod ille uoluerit circumferatur, dum feruidis eius ac nimis uiribus nequit obſiſtere: ita nec uirtutis uiam cum eo pergere inſtituente conuenit ex nimia neceſſarij uictus indigentia, uires eius omnino deicere: ne perpetuis infirmitatis incommodis preſſo alligatus, inextricabiles ipſius cauſa labores ſubire cogatur. Fit enim ferè, vt dum proſus lapſum erigere iam ad curſum nequit, per inleparabile conſortium ſemper ei condolere compellatur.

Idem.

16. **IDEM ibidem.** Sicut uenter pinguis, non quia ita naturaliter affectus, ſed in quæ pinguedo per gulae intemperantiam aſſatim fluxit, perturbans, & impingans animum, non gignit ſenſum tenuem: ita & qui per imbecillitatem nimium fuerit exilis, & gracilis, in emortuo corpore, tenuem quoque iam genitum proſus extinguit. Quantitas ciborum ubique metienda eſt, quæ ſi excedat frugalitatis modum, idem ſolet quod noxia quæque operari. Et qualitas quoque diſcernenda, quæ niſi ſollicitè diſcutiatur, non minus habet uirtum, quam quæ aperte ſunt noxia. Quod ſi proximum tanquam nos diligere iubemur, mandatum proſectò non implet, qui cum alteri curet aſſiſtere, atque opem ferre, ſeipſum inſirmitate immaniter necat. Quocirca hiſ, qui adipiſcendi ueri boni ſtudio corpus macerare pergunt, iteratò dictabimus illud *Prouerbiorum 4.* [Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram.] Sicut enim in gula intemperantiam declinare, graue, ac periculoſum eſt, ita per nimiam abſtinentiam corpus atterere, ac per infirmitatem inutile reddere, omni proſectò rarione caret.

Quæ abſtinentia laudabilior.

17. **HERONVMVS Epiſtola ad Euryan.** Parcus cibus, & multo melius eſt quotidie parum, quam raro ſatis ſumere. Pluuia illa optima eſt, quæ ſenſim deſcendit in terram. Subitus, & nimis imber, in præceptis arua ſubuerit.

Abſtinentia nimia, pernicioſa.

18. **DIADOCVS de perfectione ſpirituali, cap. 45.** **D**Vt corpus multo cibo onuſtum languidam & ſegnem efficit mentem: ſic nimia continentia ui-

uus debilitat: in facit, vt ea pars animæ quæ in contemplatione uerſatur, in moeſtitia ſit, & in ſaſtidio ſermonis. Nec enim inſirmo corpore eſſe debet, qui certat, ſed ita firmo, vt ſuſtinendo certamini par eſſe poſſit.

Ieiunij uirtus.

19. **BASILIVS Hom. 2. de ieiunio.** Qui bellicis in rebus exercentur, qui que in Palæſtris luctando deſudant, conuenit vt copia ciborum reddant ſe ipſos corpulentos, & obefos, uidelicet quo ualidioribus neruis labores queant capeſſere. Contra uerò, quibus non eſt colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus Principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi Dominos tenebrarum harum, aduerſus ſpirituales militias, hoſ oportet per ſobrietatem, & ieiunium, ad certamen exerceri. Etenim, quemadmodum oleum oblinat athletam; ita ieiunium robur addit ei, qui ad pietatem exercet ſeſe.

Abſtinentia & ieiunij laudes.

20. **CHRYSOST. Hom. 1. de penitentia.** Si crapulam ebrietatè que timeri oportet, non ieiunium timeri debet. Illa ſiquidem noſtra poſt terga manus ligans, uictorū tyrannidi, ueluti præuæ quidam domina, ſeruos nos captiuoſque, reddit. Ieiunium uerò, ſeruos exiſtentes nos, atque ligatos inueniens, uincula remittit, atque à tyrannide liberat, priſtinamque in libertatem reducit. *Et infra.* Er vos delicatis cibus, atque omni ingluuici ualefacientes, ſic matrem bonorum omnium, pudicitiam, atque totius uirtutis magiſtrum, ieiunium dico, apertis ſinibus ſuſcipite.

Abſtinentia ante ieiunium neceſſaria.

21. **CHRYSOST. Hom. de Iona Propheta.** Si Medici pharmaca dare uolentes, vt putridum, & corruptum humorem expurgent, à corporali hac uoluptate abſtinere præcipiunt, ita vt pharmacia efficacia deſit obſtaculum, & operari, & ſuam uim illa declarare poſſint: multo magis nobis ſpirituale hoc remedium, hoc eſt, uilitatem, quæ ex ieiunio eſt, ſuſcepturis, tenuitate uictus noſtram mentem expurgare, & leuiorem reddere conuenit, vt ne ebrietate demerſa inſrugiferam, & inutilem uilitatem, quæ ex illo eſt, efficiat. *Et infra.* Sicut crapula humano generi, innumerorum malorum cauſa eſt, & adductrix: ita etiam ieiunium, uentriſque neglectus, omnium nobis bonorum ſemper cauſa fuit.

Post ieiunium, non peccandum.

22. **ECCLESIAST. 34.** *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? ſic homo qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum eadem faciens, quid proficit humilianda ſe orationem illius exaudiet?* **CHRYSOST. Serm. 1. de ieiunio.** Qui propter peccatum ieiunat, & in peccato uolutatur, quid amplius facit, quam ſi in luto lotus ſit, ite rumque in luto uolutetur? *Idem Hom. 3. ad populum Antiochenum:* Tria uobis præcepta commendare uolo, quæ in ieiunio mihi præſtetis, vt nemini detraharis, inimicum habeatis neminem, & omnem proſus malam ex ore iurandi conſuetudinem expellatis.

Ieiunium neceſſarium.

23. **AVGVSTINVS cap. 10. de ſalutaribus doctrinis.** Sicut equis fræna ſunt imponenda: ita corpora noſtra ieiuniis, uigiliis, & orationibus ſunt infrænanda. Nam quemadmodum aurigæ ſi fræna laxauerint, per præcipitia ducuntur: ita anima noſtra cum

eum ipso corpore, si ei frangam non imposueris, ad inferni præcipitiam dilabitur. CLIMACVS de *Discret. gradu* 26. Sicut impossibile est, vt serpentis vetustate exuat, nisi angustam rimam prius ingrediatur: ita nos quoque anticipationes veteres, & vetustatem animæ, veterisque hominis, nisi per angustam & arctam ieiunij & ignominie transcamus viam. Excitatum lutum iam non porcis vsui esse, vt ibi se volent; potestita & caro per abstinentiam marcida effecta, daemionibus vltra nõ præbebit in se quiescendi locum. Idem ibidem. cap. 48. Sicut terra, si moderatè sit irrigata, semen sparsum, quod excipit, cum multa fertilitate effundit, multis verò imbribus madefacta, spinas tantum & tribulos fert: sic terra cordis, si moderato vtamur victu, semina sibi innata, arque insita, pura edit; & illa quæ sunt è Spiritu sancto seminata, cum multa viriditate & vberitate fructuum profert; si verò potu mædeat, ex omnibus cogitationibus suis, spinas & tribulos procreat.

ADOLESCENTIA

Adolescentes dicuntur quandoque propter vitia.

1. 7. 9. 10.

Ab adolescentia, peccata incipiunt. 2.

Infantia & pueritia non immunes à peccato. 2.

Infantia, pueritia, & adolescentia, comparantur. 2.

Adolescentia effrenata. 3. 8. 16.

Adolescentia cum diuitiis, peior. 4. 16.

Adolescens Ioseph, puer dicitur, ob perfectionem. 5. 14.

Adolescens Ioseph, ob virtutem magis dilectus. 5.

Adolescentia non est impedimentum virtutis. 5.

Adolescentes, potius vana quam Dei verbum audiunt. 6.

In adolescente, maior laus castitatis, num. 7.

Adolescentes, magis metu quam ratione tractandi. 7.

Adolescentibus ieiunium salubre. 11.

Virtus ab adolescentia. 12.

Senes quales Deus visitat. 13.

Adolescentie periculum. 15. 16.

Adolescentia colenda. 16.

Adolescentes dicuntur propter peccata.

GENES. 4. Quoniam occidi virum in vulnere meum, & adolescentulum in luorem meum. RVPERTVS. Scilicet Cain, qui vir pariter & adolescentulus rectè potest vocari: vir quidem per ætatem, adolescentula autem per stultitiam. AMBROS. Grauior quidem culpa Lamech est, quam Cain, quia nec post damnationem se corripuit alterius. Item quia Cain impetu quodam improvido ante peccauerat, Lamech verò, quod in altero reprehensum aduerterat, cauere debuerat. Item quia non debuit interimere eum qui vsque ad naturalem terminum mortis suæ agenda habebat spatium poenitentia. Nam excusari posset, quod redemisset vel fera actione poenitentia, nisi eum præmatura mors rapuisset, &c. AVGVST. & THEODOR. dicunt, non occidisse Lamech, Cain, sed alii. Nam ait Lamech se occidisse adolescentulū: Cain autem, tunc tæporis, senior erat, vtpote cuius abnepos erat Mathusael pater Lamech. CHRYSOST. & EPHREM dicunt Lamech occidisse duos, alterū virū, & alterum adolescentulū. Idem tenet CAIETAN. & ait EPHREM, quod vxores interfectori à se, sibi copulauit; apud quas crimen suum confessus est. R. ADAM, autem refert, Hebræos dicere Lamech

diu viuendo caliginem oculorum incurrisse, & adolescentem ducem, & rectorem itineris habuisse: exercens verò venationem sagittam direxit, quod adolescens indicauit, casūque Cain inter fructa latentem interfecit, & ideo dicit: [Occidi virum in vulnere meo,] id est, vulnere quo infixi nõ bestiam, sed hominem. Vnde & furore accensus occidit adolescentem ducem suū. Idem tenet STRABVS, & ait, *Occidi virum*, id est, Cain, *in vulnere meum*, quia pro illo vulnerabor, & *adolescentulum in luorem meum*, id est, qui me senem regebat, quia pro illo quoque damnabor.

Ab adolescentia potissimum peccata incipiunt.

GENES. 8. Nequaquam vltra maledicam terre propter homines. Sensus enim, & cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescentia sua. CHRYSOSTOMVS. O magnam beneficii pondus! o plurimam misericordie magnitudinem! O ineffabilem tolerantia excellentiam. Rara profectò misericordie spes. Vide quantam consolationem affert iusto, imò non iusto tantum, sed propter suam bonitatem etiã vniuerso hominū generi. AMBROS. *Prona sunt in malum ab adolescentia sua.* Sed & infantia, sine peccato non est, propter corporis infirmitatem. Vnde alibi legimus, quod non sit sine peccato, nec infans vnius diei. Diligentia autem, & studium peccati, incipit ab adolescentia. Puer namque quasi infirmus peccat, iuuenis tanquam improbus, quia studiosè cupiat peccata committere, & in criminibus gloriatur. Apud plerisque enim Innocentia pro ignauia, & culpa pro laude habetur. Ita se luxuria, & deliciis, & adulteriorum affectibus iuuenes iactare consueverunt. Crescit ergo cum ætatibus culpa. RVPERT. Ab adolescentia, inquit, quia prima intelligibilis ætas est. Nam quod antecedit vitæ humanæ, magis à peccatis liberum est. Proinde, & quidam sapientum vitam hominis, Y, Græcæ literæ similem dixerunt, quæ ab vno ductu incipiens, finditur in biuiū: sic namque homo in infantia, & in pueritia, simplicem graditur viam, boni ac mali non pendens distantiam. Vbi autem adolescentiæ metas attigerit, vtriusque discretionem, duce ratione percipit. Vnde si dexteram elegerit, præmium consequetur virtutis; si autem sinistram, poenas malorum incurret. BERNARD. Ser. 85. *super Cantica.* Ab adolescentia, hoc est, ab insipientia primæ mulieris. Quia insipientia mulieris saporem boni excludit: serpentis namque malitia mulieris insipientiam circumuenit.

Adolescentia effrenata.

GENES. 34. Adamauit eam illicito amore, & rapuit. CHRYSOST. Vide quantum sit iuuentus malum, quando rectæ rationis freno caret. Vidit Sichem virginem, & totus propter aspectum captus factus est, & concupiscentiam opere compleuit: & *conglutinata est anima eius cum ea.* LIPOMANVS. Ecce quomodo vincitur cupidine, qui sensibus non imperat.

Adolescentia cum diuitiis, peior.

CHRYSOSTOMVS *super Genes. 33.* An nescis, quod iuuentus per seipsam ad ruinam procliuus est, & ad malitiam leui momento inclinatur? Quando autem & opum affluentiam acceperit, multo magis ad malum proruit. Sicut ignis cum fomitem inuenit, validioribus flammis exurgit, ita quando in iuuentute materia pecuniarum incidit, tantam accendit fornacem, vt animam iuuenis totam flagrare faciat. Nam quando poterit talis continentia curam habere, & intemperantiam fugere, & laborem pro virtute, vel aliud spirituale quiddam susci-

pere? Vnde Saluator bene diuitias spinis comparauit: sic enim spinæ non sinunt semen emicare, sed densitate sua seminatum supprimunt: ita & diuitiæ, & curæ temporales, quas secum portant, spirituale semen, quod in anima seminatur, non sinunt fructum afferre, sed adurant, & suffocant, profectum eius retardantes.

Adolescentia, non est impedimentum virtutis.

GENES. 37. Ioseph cum seecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer, &c. RVPERTVS. Non superfluit sermo, adhuc puer, licet sufficere videbatur dixisse, *cum seecim esset annorum*, sed vt citam iusticia vel meriti miretur perfectionem, quæ continuò subtextitur; idcirco vtrumque vigilanter dictum est. CHRYSOST. Designat numerum annorum, vt scias quod adolescentia non est virtutis præpedimentum, & vt plenius scias adolescentis erga Patrem obedientiam, in fratres beneuolentiam. LIPOMAN. Puer dicitur, cum rot esset annorum, propter eius puritatem, & munditiam. Aut puer largè accipitur pro iuvene hoc loco. RVPERT. Aduertendum etiam, quod grandiores fratres accusauit adhuc puer: quod vtiq; nõ fecisset, si non puritatis amorem, zelumque iusticia, iam haberet, quod in puero, vel adolescente maxime laudabile est. [Vnde sequitur: *Israel autem diligebat Ioseph super omnes fratres suos, eo quod in senectute sua genuisset eum.*] LIPOMAN. In Chaldaeo habetur, *Israel autem diligebat Ioseph, plus quam omnes filios suos, quoniam filius sapiens erat ei.* Idem tenent Chrysostomus, Theodoretus, & Isidorus Pelusiota. Et CHRYSOST. sic ait: [Eo quod in senectute sua genuisset eum;] vt sciamus quod non hoc solum erat quod Patrem illi conciliabat, & præferri eum aliis faciebat: docet nos Scriptura quod post illum & alius natus sit: superna autem quædam gratia, quæ fuit in Ioseph, amabilem eum reddebat, & propter animæ virtutem cunctis præferri faciebat. Hæc autem in Scriptura adiecta est causa, quod filius senectutis fuerit, vt non manifestè augeat odium fratrum. Et dicitur ISIDOR. addit, vt fratrum inuidiam mitigaret, atque extingueret, hanc singularis charitatis rationem afferebat Pater: sed reuera, virtutum ergo eum præ cæteris filiis diligebat. Alioquin Benjamin; qui cæteris nec longè minor erat, præ cæteris amandus fuisset.

Adolescentes potius vana quam verbum Dei audiunt.

GENES. 42. Audiens Iacob, quod alimenta venderentur in Aegypto, &c. descendit, & emie nobis necessaria, &c. INTERLINEARIS. Necessaria profectò est ad vitam animæ spiritualis intelligentia, sicut panis ad vitam corporis. [Non enim in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei.] AMBROS. Non semel hoc Iacob dixit, quotidie omnibus filiis suis dicit, qui seriùs veniunt ad gratiam Christi. *Ecce audiui*, inquit, *quod frumentum est in Aegypto.* Citius itaque iuuenes aliqui conueniunt audire, cum foris positi multa circum-eunt. Sed hanc negotiationem prius senex audit. Sed ille, in quo est fidei longæua canities, prior senex intelligit, sed ille senex in quo est venerabilis senectus, & ætas senectutis vita immaculata. Nec omnes hanc negotiationem suscipiunt nisi filij Iacob, & ipsi prouectioris ætatis; ideo decem pergunt; non pergit iunior.

Adolescentes propter vitia dicuntur.

GENES. 43. Atollens autem Ioseph oculos, vidit Benjamin fratrem suum, &c. Et ait: iste est frater

vester parvulus? &c. AMBROS. Vidit Ioseph Benjamin, vidit & Dominus Iesus Paulum. [Oculi enim Domini super iustos.] & dixit, Hic frater vester est adolescentior? *Adolescentior* dicitur, qui nondum maturam in canitie fidei gerebat ætatem, nondum, sicut ipse ait, in virum perfectum exercebat, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Denique adolescens legitur tantum ibi, vbi lapidantium Stephanum vestimenta seruabar, & ideo Philemonem, non adolescentia sua, sed senectutis similem esse cupit dicens: [Magis obsecro, cum sum talis, vt Paulus senex.] Ideo adolescentiores viduas prædicat declinandas, nõ propter ætatè tantum, sed propter quamdam delictorum lasciuam, immaturitatemque virtutis. Cæterum, maior in iuvene quam in senè laus castitatis est. Ideo etiam adolescentior dicebatur Paulus à Christo, quando vocabatur ad gratiam, eo quod lubrica esset ætatis. Denique vidit cum Christus, vbi lux circumfulsit eum. Et quia adolescentis magis metu quam ratione reuocantur à vitio, adhuc stimulum, cum miseratus admonuit, ne aduersum stimulum calcitraret.

Adolescentia effrenata.

GENES. 49. Ruben primogenitus meus est: non cresecas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. RVPERTVS. Ruben, interpretatur filius, qui videtur, hoc est, visibilis, & carnalis. Ipse de quo Apostolus, [primus homo de terra terrenus.] *Et alibi:* [Si enim is qui videtur non ster homo corrumpitur.] *Et iterum:* [Non primus quod spirituale, sed quod animale.] Primò ergo omnis homo in hoc mundo carnaliter viuunt, & secundum carnem mouetur; & prius est carnalis motus in concupiscentia libidinis. Qui cum primùm iuuentutis temporis obfederit, durum & temerarium simul, & lasciuum inueniem reddit, ascendentem etiam super cubile patris, & polluentem torum patrum, id est, etiam præcepta, & monita naturalis legis, quæ in nobis est, & patruus torus dicitur, prauaricantem. Est enim intra nos lex quædam naturalis, quæ arguit vnumquemque peccantem, quod deliquerit. Cubile ergo huius legis temerat, ac sedem secreti eius maculat, qui præceptis & iustis fertur ad vitia.

Adolescentes ob vitia, senes ob virtutes dicuntur.

NVMERORVM II. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus, quos tu nosti quod senes populi sint, ac magistri. GREGOR. lib. 19. *Moral. cap. 11.* Sicut plerumque iuuenes dicuntur, qui nulla consilij grauitate premuntur: ita senes non eos Scriptura vocat, qui sola grauitate temporum, sed morum grauitate maturi sunt. Vnde *Sapient. 4.* [Senectus venerabilis est, non diuturna, nec annorum numero computata, &c.] Idem ostenditur hæc dicendo, *Quos tu nosti, quod senes populi sint.* In quibus verbis, senectus cordis notatur, cum tales iubentur eligi senes, qui sciuntur. Si enim corporis senectus quæreretur, à tantis sciri poterat, à quantis videri. Cum verò dicitur, *quos tu nosti*, &c. patet quod senectus mentis, non corporis eligatur.

Idem.

PARALIP. IO. At ille, scilicet Roboam, reliquit consilium senum, & cum iuuenibus tractare cepit. Et iterum: Responditque Rex dura, relicto consilio seniorum, locutusque est iuxta iuuenum voluntatem. & iterum: At illi responderunt vt iuuenes, & murri omni eo in deliciis. GLOSS. ORD. Iuuenes, non ætate sed animo saepe dicimus. Non enim erat Roboam

iuuenis aetate, sed sensu, qui quadragesimo primo aetatis suae anno coepit regnare. Interpretatur *Robor* latitudo populi. Iuuenes autem, vt in plurimum spatiosam & latam viam gradiuntur, quae ducit ad mortem, relictoque sanctorum Patrum consilio, quorum dicta, & exempla, ad celsitudinem tendunt, illis obtemperant, qui iuuenilibus desideriis mancipantur. Ideo Sapiens: [Vae tibi terra cuius Rex puer est, & cuius Principes mane comedunt panem.] & e contrario: [Beata terra, cuius Rex est nobilis, & cuius Principes vefcuntur in tempore suo.]

Adolescentibus ieiunium salubre.

11. **ESDRAS** 8. *Et vni illic ieiunium iuuenibus in conspectu Dei, vt quarerem ab eo bonum iter nobis, &c. propter infidias.* Acceptabile Deo iuuenum ieiunium, quia per illud, infidias antiqui hostis euadunt, quas illorum aetati ferè semper opponit.

Virtus ab adolescentia.

12. **TOBIAS** 1. *Quem ab infantia timere Deum docuit, &c.* Iuxta illud Prouerborum 22. [Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.] **CALLETANVS** in Hebraeo. [Assuefac puerum super os viae suae, etiam cum senuerit,] &c.

Senes quales Deus visitat.

13. **TOBIAS** 14. *Reuersus est ad soceros suos, inuenitque eos incolumes in senectute bona.* **GLOSS.** **ORD.** Hoc quotidie facit Christus, cum malis relictis, ad bonorum corda illustranda conuertitur, quos inuenerit in senectute bona, quia in bonis operibus diu studuerunt. Alios autem praeterit, qui diu viuentes, nec consilio sunt maturi, nec canitie bonae actionis venerandi, sed peccatorum onere incurui, de quibus Isaias, cap 65. [Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit,] qui scilicet diu viuens, animi leuitatem non deserit.

Etiam dicitur puer senex ob virtutem.

14. **GENES.** 18. *Num celare potero Abraham quae gesturus sum?* **AMBROS.** Alia litera: [Num celo Abraham pueri meo quae ego facio?] Quare puer appellatur cum nonaginta nouem esset annorum? quia expressit eum immemorem senectutis, &c. **Vide verbo, Dilgentia, num. 7.**

Adolescentia periculum.

15. **AVGVSTINVS** *Serm. 247. de Tempore.* Quid sentendum est de flagrantia iuuenilis aetatis, quae vtriusque, id est, pueritiae & senectutis, in medio constituta, & ab infirmitate pueritiae iam recessit, & nondum ad torporem senectutis accessit: Haec pluribus atque maioribus tentationum tempestatibus quatitur. Haec fluctuam crebriori impetu seculi inundantis operitur. Praesunt viribus, firma dignitate iactatur, pompa rerum temporalium praefulgere, aut exoptat, aut gaudet. *Hac ille.* Merito Propheta, qui dicebat: [Super omnes docentes me intellexi, & super senes intellexi.] Dubitando interrogat, [In quo corrigit adolescentior viam suam?] *Idem Serm. 43. de verbis Domini: Quando viuimus, fratres, sic est, sicut & nos qui seniuimus in ista militia, minores quidem hostes habemus, sed tamen habemus. Actior pugna iuuenum est.*

Idem.

16. **CHRYSOST.** *Hom. 50. in Mattheum: Quem admodum ager diu non proficissus, sic iuuentus*

neglecta syluescit, ac passim innumeras vepres producit. Ignis ergo Spiritus sancti immittendus est, quo impiis cupiditatibus concrematis, noualia excolamus, quae spiritualia semina possint suscipere. Si in adolescentia diligens fulgeat moderatio, mirum est & dignum. Nam si quis modestus in senectute, non multum admirandum, sed in iuuentute mitandum; vt in fluctibus, & procellis, si tranquillitate fruaris, & in medio fornace non ardeas, ne si in iuuentate, nulla corrumparis luxuria.

ADVLATIO.

Adulatio perniciosa. 1. 2. 6. 10. 11.

Adulari prohibetur. 2. 13. 7.

Adulari inter munera prohibita. 2.

Nemo laudandus in praesentia. 3.

Nemo laudandus ante mortem. 4. 5.

Laudes humanas ne aestimes. 5. 13.

Remedium contra adulationem. 7.

Adulatoris proprietates. 8. 12. 15.

Adulatores mortui sunt, & mortuos sepeliunt. 9.

Adulatio melli comparatur, & quando perniciosa. 10.
Iesum, quem diabolus non potuit mouere muneribus, sentat adulatione. 16.

Adulatores plurimum nocent.

EXODI 10. *Ventus urens leuante locustas, quae ascenderunt super uniuersam terram Aegypti.* **GREGOR.** 30. *Moral. cap. 20.* Quid per significationem locustae portendunt, quae plus quam caetera minima quaeque animantia humanis frugibus nocent: Nisi linguas adulantium, quae terrenorum hominum mentes, si quando bona aliqua proferre conspiciunt, haec immoderatis laudando, corrumpunt. Fructus quippe Aegyptiorum est operatio carnalium, quam locustae exterminant, dum adulantes linguas, ad appetendas laudes transitorias cor operantis inclinant. Herbam verò locustae comedunt, quando adulatores, quique verba loquentium fauoribus extollunt, poma quoque arborum denorant, quando vanis laudibus, quorundam iam quasi fortium, & opera enervant.

Adulationes non admittende.

EXODI 23. *Nec accipias munera, quae excoecant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorum.* **AVGVSTINVS** super *Psal. 25.* Munera, non solum pecunia est, non solum aurum, & argentum, non solum xenia sunt, &c. Sed quid est accipere munera? Propter munera laudare hominem, adulari homini, palpare blandiendo, iudicare contra veritatem propter munera. Propter quae munera? Non solum propter aurum, & argentum, & huiusmodi, sed etiam propter laudem. Qui iudicat male, munus accipit, & munus quo nihil inanis. Patuit enim illi manus ad accipiendum iudicium linguae alienae, & perdidit iudicium conscientiae suae. **GR.** 6. 9. *Moral. cap. 26.* Tres sunt acceptiones munerum, ad quas ex fraude festinatur. Munus namque à corde est captata gratia à cogitatione, munus ab ore est gloria per favorem, munus ex manu est praemium per dationem. Sed iustus quisque ab omni munere manus excutit. Quia in eo quod rectè agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec à manu recipere donationem quaerit. Solus ergo in Dei opere fraudem non facit, qui cum ad studia bonae actio

Adulatores nocent plurimum.

DOMINVS in *Opusculo.* Inter eos qui communiter peccant contra octauum praecipuum Decalogi, [Non falsum testimonium dices,] numerat blanditores, id est, adulatores, iuxta illud: [Laudatur peccator in desideriis animae suae, & iniquus benedicitur.] Et Propheta Isaias cap. 3. [Popule meus, qui te beatu dicunt, ipsi te decipiunt.] & *Psal. 140.* [Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.]

Remedium contra adulationem.

EXODI 10. *Ventus flans ab Occidente proiecit locustas in mare rubrum.* **STEPHANVS.** Quia contra venenum adulationis, medicina est recordatio peccati praeteriti, & consideratio futuri iudicii. Ventus Spiritus sanctus qui flat ab Occidente cum facit hominem sua mala opera recordari. Mare rubrum, est ignis iudicii, qui locustas submerget, quia omnem adulationem puniet, & consumet.

Adulatoris proprietates.

LEVITICI 11. *Hec inter polluta reputabuntur, &c.* **Chamaeleon**, ait **STEPHANVS**, animal est variis coloribus pictum, & crudele, manifestum se simulat. Denique colorem rei, cui se iungit, recipit. Chamaeleon ergo adulatores significat, qui ita omnibus se conformant, vt secundum varios status hominum, alias & alias species induere videantur. Vnde **Jeremias** [Manus misericordium mulieru coxerunt,] paruulos scilicet, & bene per mulieres, adulatorum mollities figuratur, qui paruulos decoquunt, qui infirma facta diuitum, vanis laudibus eleuant, & extollunt, quorum os maledictione & amaritudine plenum est, quamuis benedicere videantur. Vnde, [vae vobis, cum benedixerint vobis homines.] **RADVLPHVS.** Huiusmodi homines quandiu nulla potestate praediti sunt, immoderata adulatione omnibus blandiuntur: quibus tamen si potestas contigerit, crudelitatem continuè manifestant. Testis est **Abfalon**, qui ante regni perquisi tyrannidem omnibus blandum se exhibens adulabatur, mox verò vt principatus culmen arripuit, celestissimum partem quantum in ipso fuit, nec parui pepercit.

Adulatores mortui sunt, & mortuos sepeliunt.

AMOS 6. *Et tollet eum propinquus suus, & comburet eum, vt efferat ossa de Domo.* **PATER RIBERA.** id est, tot erunt in singulis domibus mortui, vt nullo modo vacet eos more solito sepelire, sed domi comburent, vt saltem ossa exportare, & tumulare possint. In Hebraeo habetur, [Et tollet eum proximus eius,] Septuaginta, [Et tollent eum domestici eorum.] Itaque singularis pro plurali ponitur in nostra translatione. *Mystice.* Magna est morientium multitudo, magnus etiam numerus propinquorum sepelientium. [Quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae, & iniquus benedicitur, &c.] De his dicit Dominus: [Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.] Mortui mortuos sepeliunt, vt ait **GR.** 6. 4. *Moral. cap. 29.* quando peccatores, peccatorem fauoribus premunt. Qui enim peccantem laudibus prosequuntur, extinctum sub verborum aggere abscondunt. Qui autem hoc faciunt, sunt consanguinei, & amici: de quibus dicit Dominus: [Inimici hominis, domestici eius.] Sicut sorores Lazari, quarum cura fuit sepelire mortuum fratrem, & non vt suscitaretur. Sed nota quod prius vrunt, quam sepeliant, quia eos, quos postea in peccatis laudant, adulationibusque fouent, prius saepe

luis consiliis in peccata impellunt, & igne concupiscentiarum atque vitiatorum concremandos tradunt. Falis fuit Ionadab Amnoni filio Dauid, 2. Regum 13. [Erat Amnon amicus nomine Ionadab,] &c. [cuba super lectum tuum, & languorem simula,] &c. Consilium nefarius incestus securus est. Achitophel etiam consilium dedit Absaloni, 2. Regum 16. Ingredere ad concubinas patris tui, &c. [Atque ita visa est in ciuitate Domini fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, vt vxores patris sui aliquis haberet: & quoniam cum huiusmodi igni animae iniiciuntur, omnis earum ornatus ac decor perit, paucaque virtutes informes relinquuntur, recte non nisi ossa ad sepeliendum efferuntur.]

Adulatio mellis comparatur, & quando perniciofa.

30. **P**ROVERB. 25. Mel inuenisti. Comede quod sufficit tibi, noli multum comedere, ne forte satiatus euomas illud. BERNARD. Potest non incongrue hoc loco, mellis nomine, fauor humanae laudis intelligi. Meritoque non ab omni, sed ab immoderato mellis huius edulio prohibemur: est enim cum vtiliter humanas laudes recipimus; fraternae duntaxat charitatis intuitu, & ad salutem eorum, qui nobis propterea facilius acquiescunt. Hac igitur paritate seruata, mellis huius moderata comestio non nocebit. Inuento autem melle immoderatus vescitur, quisquis apponens omnino cor suum, fauore humanae laudis inflatur. Vis autem noscere quando euomat immoderatus epulo mellis edulium, quod vsque ad satietatem sumens, modum paritatis excessit? Tunc sine dubio cum fauore ipso contentus humano non alium fructum quaerens. Tunc inquam multa cum anxietate euomit quod cum perniciofa delectatione comedit, cum alium quemlibet laudare audiens, contabescit. Mens enim dedita vanitati, & arrogantia tumens, laudem alterius, suam reputat vituperationem.

Adulatio perniciofa.

11. **P**ROVERB. 27. Qui de nocte assurgens, magna voce benedicit amico suo, maledicenti similis erit. GALFRIDVS. Nox est vita ista mortalis, ignorantiae tenebris terra, & culparum obscura caligine: in ea tamen confurgens amico suo voce grandi benedicit, qui in vita sua laudare hominem, & non parca laudare praesumit. Itaque similis est maledicenti, dum inutiliter vtilem somnum excutit, & beatificans, in errorem inducit, vel non recipienti misero molestus lucem ingerit, quam ille non diligit, iuxta illud, [& dtem hominis non desiderauit tu scis.]

Adulatio proprietates.

12. **B**ERNARD. Qui conscientias suas in alienis labiis posuerunt, modò magni, modò parui, modò nulli, secundum quod adulantium linguas, vel vituperare placuerit, vel laudare. Vide Lux. num. 10.

Adulatio prohibetur.

23. **E**XODI. 30. Talem compositionem non facietis in vltis vestros quia sanctum est Domino. GLOSS. ORD. Quia precibus, & laudibus diuinis non debemus vti in adulationibus humanis: soli enim Deo ita seruendum est. Vnde supra prohibetur, ne caro hominis unquatur ex eo.

14. **N**UMER. 10. Noli nos relinquere, &c. & eris duellor noster. Quòd ad conuersationem superbi licet adulationibus aliquando vti. Vide superbia, numero 22. ex Gregorio, & Brunone.

Adulatio proprietates.

15. **O**SEAE. 4. Et ad iniquitatem subleuauit animas eorum. GLOSSA ORD. Quia non solum non

corrigunt: sed & laudant, & impunitatem promittunt, vnde illi ad peccandum subleuantur. STEPHANVS. Signanter ait, subleuantur, qui enim aliquem subleuat, efficitur vector eius: & sicut homo qui vehitur, facilius, & cum minori labore transit viam, quam si incederet pedes: sic facilius peccat, qui adulationis vehiculo inducitur ad peccandum. Item qui reum iudici ostendit, nonne idem facit, ac si dicat vt in eum animaduertat? Similiter qui adulando peccatorem subleuat, idem est ac si Deo dicat, vt in eum animaduertat, cuius etiam damnationis participem se ostendit.

Iesum, quem diabolus non potuit mouere muneribus, tentat adulatione.

16. **M**ARCI 5. Videns Iesum à longe cucurrit, & adorauit eum, &c. PETRVS CHRYSOLOGVS. Quem trina tentatione prouocabas ad lapsum, quem promissione regni vt te adoraret subdulus ambiebas, hunc tremens fateris, & adoras? Ecce, qui honores omnes regni promittebat, & gloriae, habitare fecit corruptione cadauerum reperitur in tumulis, sic sic iste decipit eum promittit, vt ad inferna secum protrahat quos de supernis se consulentes, fallax promissis illudit. Quid tibi, & tibi fili Dei summi? Nam & modò vt adulator, non vt deuotus & obsequens hic adorat, euadere cupiens peccatam, praedam perdere pertimescens. Credit infelix, vt eum, quem tentatione vincere, quem muneribus nequiuisset inflectere, possit adulatione pulsare.

ADULTERIVM.

- Adulterium contra naturam. 1. 3.
- Adulterium Deus ulciscitur. 2. 5. 7.
- Adulterium etiam apud gentes, crimen maximum. 2. & 3.
- Adulterium Abrahae excusatur. 4.
- Adulterium, par peccatum viro & mulieri. 4. II.
- Adulterij damna. 4. 6. 8. 9. 12. 14. 16. & 17.
- Adulteri ab Ecclesia expellendi. 10.
- Adulterium, commune peccatum. II.
- In adultero, quae concupiscentia prohibeatur. 13.
- Adulter primus, Lamech. I.
- Adulterium, inexcusabile peccatum. 15. 17.
- Ex adulterio nasci non est peccatum. num. 18.
- Adulterij radix, concupiscentia. num. 19.

Adulterium contra naturam.

1. **G**ENES. 4. Mathusael genuit Lamech, qui accepit uxores duas, &c. INTERL. Primus Lamech contra naturam, & contra morem, adulterium commisit. HIERONYMVS contra IOVINIANVM. Primus Lamech sanguinarius, atque homicida, vnam carnem in duas diuisit uxores. CAIETANVS. De stirpe Cain, quinta generatio introduxit pluralitatem vxorum.

Deus Adulterium ulciscitur.

2. **G**ENES. 12. Flagellauitque Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius, propter Sarai, &c. THEODORETVS. Ex hoc colligitur etiam apud gentes adulterium crimen fuisse, & supplicio dignum. Id enim & Pharaon, & Abimelech liquidò declarant. AMBROS. Magnum testimonium, documentumque castitatis. Intuendus locus ita hortatorius, vt vnusquis

Adulterij damna.

6. **G**ENES. 21. Durè accepit hoc Abraham, cui dixit Deus, non tibi videatur asperum, &c. AMBROS. Et tu noli miscere te ancillae tuae, ne suscipias ex illa filium: vides enim hinc solum matrimonij gratiam. Si autem incidisti, & habes ex illa filium, eice illam, & filium eius. Melius est enim vt ancilla, quam vxor, recedat, & filius ancillae, quam legitimus, eiciatur. Quòd si contempseris vxoris tui sententiam, & durum tibi visum fuerit, dicit tibi Deus quod dixit & Abrahæ: Audi vocem eius. Quòd enim illi dixit, tibi dicit, & omnibus dicit. Nusquam alibi dixit, audi vocem vxoris tuae, nisi hic, quia scilicet fecisti illi iniuriam.

Adulterium Deus ulciscitur.

7. **G**ENES. 39. Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum? LIPOMANVS. Licet enim adulterium sit peccatum in proximum, cui læsionem infert, est tamen in Deum peccatum, quia contra illius sit præceptum. CHRYSOST. Cum mulier illa solitudinem obseruaret, & tempus expectaret, quo latere poterat virum, & omnes qui in domo erant, rectè Ioseph dicit, & peccare in Deum. Nam etiam si fecerimus, vt res clam sit omnibus, ab oculo tamen illius, qui dormire nequit, latere non poterimus. Illum solum timere oportet, & tremere, ac pauere, vt ne in conspectu eius mali quidpiam faciamus.

Adulterij damna.

8. **E**XODI 9. Sparsit cinerem Moyses, & facta sunt vlcera vesicarum urgentium in hominibus, & iumentis. D. PROSPER. Sexta plaga Aegyptiorum est, vesicæ ebullientes vlceraque manantia, & sextum mandatum legis est, Non moechaberis. Quod enim moechi in anima patiuntur, compacta plaga demonstrat. Nisi enim vlcera pessimi amoris, ebulliensque libido rationem animi perturbarent, adulter vtique non esset. Neque vt scriptum est Prouerb. 6. [Per inopiam sensus perditionem animae suae acquireret,] & licet huiusmodi hic puniantur etiam legibus humanis, fornicatores etiam & adulteros (vt Paulus ait Hebr. 13.) iudicabit Deus.

Idem.

9. **E**XODI 10. Extenditque Moyses manum in caelum, & facta sunt tenebrae horribiles in vniuersa terra Aegypti tribus diebus. Nemo vidit fratrem suum, &c. GLOSS. ORD. Nonum præceptum, [Non concupisces uxorem proximi tui,] & nona plaga densæ tenebrae. Qui enim hoc facit, verè cæcatur furore horribili. D. PROSPER. I. p. cap. 36. Quid namque deterius est concupiscentia mala, quæ ita totam excæcat mentem, vt non tantum timorem Dei, quantum etiam ipsas penas legum, infamemque mortem obliuioni dans, nihil in moecho relinquat luminis, quod non totum occupent ferale tenebrae? Quos verò ex his gratia liberat, admonet Apostolus Ephes. 5. dicens: [Fuiſtis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino, sicut filij lucis ambulat.] RVPERTVS. Vt cum Aegyptiis non maneat in tenebris, sed cum Israël in luce habitet, hoc tibi mandatum obseruandum est. Quid enim magis, quam concupiscentiae oculus totum hominem obscurat? [Lucerna corporis tui (ait Dominus) est oculus tuus: si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.] Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebrae sint. Qui enim videt mulierem ad concupiscendum eam, neminem proximum agnoscit: si enim proximum agnosceret, non faceret in eo quidquam eorum quæ laederet illi cupiditas, radix

vnusquisque se castum præbeat, alienum non affocet thorum, nec latendi specie, aut faciendi impunitate, alienam vxorem incestet. Non incuria, aut stultitia prouocetur matiti, aut longiore absentia. Adest praesul coniugij Deus, quem nihil latet, nullus euadat, nemo irideat. Vicem absentis matiti tuetur, seruat excubias, imò sine excubiis deprehendit reum, antequam faciat quod parauerit. In animis singulorum, in mentibus vniuersorum crimen agnoscit: etsi maritum adulter sefelleris, non falles Deum; etsi maritum euaseris, etsi iudicem fori luseris, non euades iudicem totius mundi. Ille grauius ulciscitur iniuriam inopis, contumeliam imprudentis mariti. Maior est enim iniuria, auctorem custodem thalami spretum, & non consideratum.

Adulterium contra naturam.

3. **G**ENES. 12. Nunc igitur, ecce coniux tua, accipe eam, & vade. AMBROS. Etsi natura ferus ac barbarus Pharaon, tamen significat, etiam exteris ac barbaris moribus esse curam pudoris, & adulterij etiam sibi crimen cauendum. Qui præterdit ignorantiam, condemnat intemperantiam. Nec mirum, si barbarus ius nouit naturæ. Muta animalia, licet nullis constringantur legibus, sunt tamen aliqua, quæ non solum paribus suis copulæ seruent fidem, verum etiam coitus vnus castitatem custodiant. Maior ergo lex naturæ, quam legum præscriptio est, & non mirum, si iste Aegyptius rex Deum timuit, qui hominem non timebat, & penam soluit adulterij, qui nullis tenebatur reus legibus.

Adulterium Abrahae excusatur.

4. **G**ENES. 16. Tulit Sarai Agar ancillam suam Aegyptiam post annos decem, &c. & dedit eam viro suo uxorem, qui ingressus est ad eam. AMBROSIVS. Dices, quomodo Abraham nobis imitandum proponis, cum de ancilla suscepit filium? Non abnuo. Vt cognoscas quòd non superioris cuiusdam naturæ ac substantiæ fuit Abraham, sed vnus è numero & fragilitate vniuersorum hominum. Denique, & de regione Chaldaeorum vocatus est, quos superstitiosos esse magis quam cæteros accepimus. & ideo maiorem inuenit gratiam apud Deum, quia posterioribus renunciauit, & ad priora se extendit, vt sequeretur Deum. Propositus est ergo ad imitandum tibi, vt & tu aduertas, quòd si peccatis renuncias, possis emereri Domini misericordiam, &c. Et infra. Sed & vos moneo viri, maxime qui ad gratiam Domini tenditis, non commiseri adulterio corpori, nec dare hanc occasionem diuortij mulieribus: nec enim viro licet quod mulieri non licet. Eadem à viro, quæ ab vxore debetur castimonia. Item quia huiusmodi intemperantia soluit charitatem coniugij, superbas ancillas facit, iracundas matronas, discordes coniuges, concubinas procaces, inuerecundos maritos.

Adulterium Deus ulciscitur.

5. **G**ENES. 20. En morieris (dictum est Abimelech Regi) propter mulierem quam tulisti, habet enim virum. AMBROS. Aduertimus hic, adulterium diuino iudicio morte puniri. Nulli licet scire mulierem præter vxorem, ideo coniugij tibi datum est ius, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. Alligatus es vxori, ait Paulus, noli quaerere solutionem. Nec hoc solum est adulterium, cum aliena peccare coniuge, sed omne, quod non habet potestatem coniugij. Tamen locus iste docet, grauius crimen esse, vbi celebrati coniugij iura temerantur, & vxoris pudor soluitur.

dix omnium malorum. Vnde signanter de Ægyptiis est dictum, quia *tribus diebus nemo vidit fratrem suum*. Cupiditate namque præoccupatus animus, non videt fratrem suum, non agnoscit proximum suum, eò tamen intentus, ut mœchetur eius vxorem, quia concupiuit eam.

Adulterium, graue peccatum.

10. **E**XODI 20. *Non mœchaberis.* D. THOMAS in *Opusculis*. Post prohibitionem homicidij, congruè prohibetur adulterium, quia vir & vxor sunt quasi vnum corpus. [Erunt inquit Dominus] duo in carne vna, & ideo post iniuriã, quæ infertur personæ, nulla maior est, quàm illa quæ infertur coniunctæ. A MBROSIO in *Hexam. lib. 5. cap. 7.* Graue est adulterium, naturæ iniuria. Duos primùm Deus fecit, virum, & vxorem, & vxorem de viro, & iussit ambos esse in vno corpore, & in vno spiritu. Quod vnum separas corpus, vnum diuidis spiritum, naturæ adulterium est. CHRYSOST. *Hom. 62. super Ioannem*: Quemadmodum alligata viro, si alium cognoscit, adulteratur: ita alligatus vxori, si aliam habet, adulterij reus est. Hic non hæreditabit regnùm cœlorum, sed in gehennam intrudetur. De his, inquit Deus, vermis eorum non morietur, nec ignis exstinguetur. Nullam enim veniam consequitur, qui capta vxore post hoc carnis remedium alienæ iniuriatur. Hoc iam lasciuia est. Quòd si ab vxore sua multi ieiunij & orationis tempore abstinent, qui sua contentus non est, sed alienam introducit, quantum sibi mali accumulatur? Si suam repudiare & alij vacare non licet (est enim adulterium) quantum ille accusandus est, qui suæ aliam addit? Nemo igitur hunc morbum animæ infidere permittat, sed radicibus euellat. Nec enim tantum vxorem, quantum seipsum offendit. Hoc enim adeò apud Deum scelestum videtur, vt si vxor ab idololatra viro ipso nolente discedat, puniatur; si ab adultero, minimè. Considera ergo huiusmodi malitiam. Nam [si qua fidelis inquit Paulus 1. Cor. 7. habet virum infidelem, & ipse consentit habitare cum illa, non dimittat virum.] De fornicatione autem [si quis dimiserit vxorem suam (ait Dominus) præter rationem fornicationis, facit ipsam mœcham.] Intuere excessum. [Quæ cum infideli habitat, non est immunda, sanctificatus est namque vir infidelis in muliere fidei.] In fornicaria autem ait, [Nunquid membra Christi faciemus membra meretricis?] Graue itaque malum, adulterium, graue, inquam, & immortale afferens supplicium. & in hac vita innumera secum mala trahit. Cogitur enim vitam miseram, & infelicem viuere qui hoc morbo afficitur. Alienam domum trepidus, & formidolosus ingreditur, omnia timet, & seruos, & liberos. Quare hortor hoc vos morbo dissoluatis. Quod si non facitis, nolite hæc sacra ingredi penetralia. Si quidem minimè oportet, scabiosas, & morbosas oues, in sanarum & bene valentium grege versari, sed ab omni abigendæ sunt, quoad bonam recipiant valetudinem. Membra Christi sumus, nolite fieri meretricis, non est locus hic lupanar, sed Ecclesia: si membra meretricis habes, abesto ab Ecclesia, ne præsentia tua fordescat. Qui post vxorum mortem alijs admiscetur, si reprehenduntur à multis, quamuis puniri non possint, tu verò aliam superducis viuente vxore: Quenam hæc incontinentia? Cur non vereris, non erubescis? Perhorresce minas, formida supplicium, non est hic tanta voluptas, quanta illic poena.

Adulterium, par peccatum viro & femina.

11. **I**BIDEM *Non mœchaberis.* AVGVSTIN. *quest. 71. super Exod.* Ex eo quod dictum est. *Non mœcha-*

beris, vterque sexus constringitur, cum & ipsum præceptum potest referri ad vtrumque, sicut, *Non occides, Non furaberis*, & alia, quæ similiter, non expresso vno sexu, vtrique videntur sonare communiter. D. THOMAS in *Opusculo*. Prohibetur autem adulterium vxori, & viro. Viri namque peccant non minus, quàm vxores, licet sibi quandoque blandiantur. Quod patet ex tribus; primò ex æqualitate quam habet vir, secundò ex viri fortitudine, tertio ex eius auctoritate. Vide locum. AVGVSTIN. *lib. de 10. sbordis, cap. 9.* in sexto præcepto, [Nō mœchaberis,] video iacere penè totum genus humanum, in illo video plus laborare. Querelæ quotidianæ sunt, quanquam & ipsæ feminae nec iam audeant conueniri de viris suis. Ita inuadens omnia consuetudo pro lege seruat, vt iam & mulieribus fortè persuasum sit, licere hoc viris, non licere mulieribus: cum sit par peccatum in peccato pari, innocentior facit videre virum, non diuina veritas, sed humana peruersitas. Et infra. Ideo non cesso de hoc præcepto loqui, propter ipsam peruersam consuetudinem, & labem totius generis humani. Si quis inter vos faciat homicidium, pellere eum vultis de patria. Si quis faciat furtum, odistis illum, &c. Si quis autem volutatur cum ancillis suis, amat, blandè accipit, conuertuntur vulnera in ioca. Si quis non faciat adulterium, erubescit accedere ad illos non sui similes, ne insultent, ne irrideant, ne dicant non esse virum. Ad hoc delapsa est humana peruersitas, vt vir habeatur à libidine victus, & vir non habeatur libidinis victor. Triumphantes exultant, & non sunt viri: iacent prostrati, & viri sunt.

Adulterij damna.

12. **E**XODI 20. *Non mœchaberis.* Diuus THOMAS in *Opusculo*. Sciendum quòd adulterium & fornicatio prohibentur propter multa. Primò enim perimit animam, iuxta illud *Proverb. 6.* [Qui adulter est, propter cordis inopiam, perdet animam suam,] & dicit, propter cordis inopiam, quod est quando caro dominatur spiritui, secundò priuatur vita. Talis enim, secundum legem, debet mori, vt dicitur *Leuitici 20. & Dent. 22.* & quòd aliquando non puniatur corporaliter, est in malum suum, quia poena corporalis, quæ cum patientia toleratur, est in remissionem peccatorum: puniatur tamè postea in vita futura. Tertio consumit substantiam, vnde de prodigo dicit Dominus, [Disparuit substantiam suam viuendo luxuriosè.] Et *Ecclesiast. 9.* [Ne des fornicariis animam tuam in villo, ne perdas te & hæreditatem tuam.] Quarto vilificat prolem, iuxta illud *Sapientie 3.* [Filij adulterorum, in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur; & siquidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore.] Et *Apostolus.* [Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.] Quintò priuatur honore, & specialiter mulieres, iuxta illud *Ecclesiast. 9.* [Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur. Et de viro dicitur, *Proverb. 6.* [Turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur.] GREG. etiam dicit, quòd peccata carnalia sunt maioris infamiae, & minoris culpæ, quàm spiritualia, & ratio huius est, quia est commune cum bestiis, iuxta illud, [Homo cum in honore esset, nō intellexit, comparatus est iumentis.]

Concupiscentia que prohibeatur in adultero.

13. **E**XODI 20. *Non concupisces vxorem proximi tui.* CHRYSOST. in *epistolam ad Galatas, cap. 5.* Concupiscentia ad liberorum procreationem, vitæque conseruationem, data est, non ad adulterium, scortationes,

tationes, & lasciuias, vt pater fieres, non adulter: vt legitime verferis cum vxore, non vt contra fas eam corrupas, vt relinquo tuum semen, non vt alienum vitias. Siquidem adulterium, non est naturalis appetitus, sed contumelia præter naturam. Siquidem appetitus ille tantum desiderat mixturam, non talem mixturam.

Adulterij damna, & contra naturam.

14. 2. **M**ACHAB. 4. *Vers. 30.* *Coniugit Tarsenses & Malloias seditionem mouere, eo quòd Antiochi regis concubina dono essent dati.* Opprobrium sibi factum ducentes, seruos esse concubinæ regis Antiochi; quæ appellabatur Antiochida. Tam infame crimen est adulterium, etiam apud Gentes.

Adulterium, inexcessibile peccatum.

15. **C**HRYSOST. *Serm. 9. de Oria.* Sicut nauclerus in portu naufragium faciens, nequaquam assequitur veniam; ita vir post nuptialem portum, aliena coniugia inuadens, vel mulierem alienam curiosè expectans, nullam habebit defensionem tam apud Deum, quàm apud homines, etiam si sexcentis naturæ voluptatem prætexat.

Adulterij damna.

16. **I**DEM de *Lazaro concione prima.* Qui committit adulterium, etiam si milles fuerit diues, etiam si nullum habeat accusatorem, non definit tamen intus seipsum accusare. Et voluptas quidem, temporaria est; dolor verò perpetuus. Timor vndique ac tremor, suspicio, & anxietas; angulos metuit, vmbas ipsas formidat, suos ipsius famulos conscios, infcios, illam ipsam quam corrumpit, & virum, quem affectit contumelia: obambulat, amarum accusatorem circumferens conscientiam, cum sit suo iudicio damnatus, nec vel ad breue tempus possit respirare. Nam & in lecto, & in mensa, & in foro, & in domo, & interdiu, & noctu, & in ipsis frequenter somniis hæc iniquitatis simulachra videt; ipsiusque Cain vitam viuunt gemens, ac tremens super terram, cum nemo sciat; intus tamen habet ignem implicitum.

Idem.

17. **I**DEM super *posteriorem epistolam ad TIMOTH. Hom. 3.* Sicut quisque, siue Regis violauerit vxorem, siue pauperis, siue serui, pari ratione adulter est: cum peccatum, non personarum differentia, verum ex voluntate improba id scelus admittentis iudicatur, ita & hic; imò illum magis adulterum dixerim, qui quamlibet ex vulgo, quàm qui ipsam reginam violauerit. Illic enim plurima irritamenta sunt, puta, opes, elegantia, forma, & eiusmodi, quorum hic nihil inuenitur: eadem profectò ratione, illum magis ebrium dixerim, qui quolibet vino, quàm qui optimo inebriatur.

Ex adulterio nasci, non est peccatum.

18. **H**IERONYMVS ad *Pammachium aduersus errores Ioannis Hierosolymitani.* Nasci de adulterio, non eius est culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat; quomodo in feminibus, non peccat terra quæ fouet, non semen quod in sulcis iacitur, non humor & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant, sed verbi gratia fur, & latro, qui fraude & vi eripit femina. Sic in generatione hominum recipit terra, id est, vulua, quod suum est, & receptum confouet, confortum corporat, corporatū in membra distinguit.

Adulterij radix, concupiscentia.

19. **M**ATTHEI 5. *Quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde*

suo. CHRYSOST. *Hom. 8. de Penitentia.* Non modò morbum, sed morbi radicem euellit. Radix enim adulterij concupiscentia impudica. Sic & medici faciunt, non ad morbos instant solum, sed causas etiam tollendas. Quamuis ægrotantem oculum viderint, paruum rheumata desuper à temporibus compescunt. Sic & Christus facit. Cæcitas mala est adulterium, oculorum est morbus, non corporis solum, sed animæ prius. Idcirco compescit rheumata impudicitia per timorem legis, iam mœchatus est in corde suo. Corde corrupto, quæ utilitas est in reliquo corpore? Quemadmodum enim in plantis, & lignis, si quando excessum videmus, reliquam repudiamus partem, sic & in homine cum id perierit, incassum est inde reliqua corporis sanitas. Auriga perit fractus, deiectus est; vanum in posterum equi currunt.

A M B I T I O.

- Ambitiosus non conseruat sui memoriam, imò perdit eam. 1.*
Ambitiosus diabolum imitatur. 2. 5.
Ambitiosus puniatur à Deo. 2. 14. 18. 20. 24. 25.
Ambitiosus, victus à diabolo cadit. 3.
Ambitiosus, onus importabile querit, quod Sancti formidant. 4. 7.
Per ambitionem non ascendendum ad altare. 6.
Ambitiosus vult esse solus, & contra Sancti. 7.
Non ambies principatus, rationem redditurus pro alijs. 8. 23.
Ambitiosus crudelis, & ingratus. 10. 11. 16. 17. 20. 21.
Ambitiosi valde oculati. 9.
Ambitiosi finis, malus. 12. 16. 19. 20. 24. 25.
Dignitates, quas ambitiosi appetunt, peiores eos reddunt. 13.
Ambitiosi, steriles. 14.
Ambitiosi humiliantur. 14. 20.
Ambitiosus diabolus valde torquetur. 14.
Ambitiosus se extollit, & alios deprimit. 15.
Ambitiosus largus in laudibus, & sumptibus. 20. 21.
Ambiens prælationem qualis sit. 22.
Ambitionis malum. 27. 28. 29.

Ambitiosus, non conseruat sui memoriam, imò perdit eam.

GEN. II. *Et celebremus nomen nostrum, &c.* CHRYSOST. Ecce radicem mali, vt scilicet perpetuam memoriam consequamur. Sunt multi etiam hodie, qui illos imitantur, & talibus operibus celebrari volunt. Alij splendidas domos ædificant, & porticus, & deambulacra, &c. quorum si aliquem interrogaueris, quare ita laboret, tantòque pecuniarum sumptus faciat? Nihil aliud audies quàm hæc verba: Vt celebrem nomen meum, & immortalis mei seruetur memoria. Sed reuera hoc non est tam laudem quàm sequamur sibi ipsi parare. Nam statim subiungunt plurimarum contumeliarum verba: Domus hæc huius auari est, huius rapacis, huius viduarum & orphanorum spoliatoris. Igitur hoc non est memoriam assequi, sed etiam post mortem infamari, & spectatorum linguas acuire in accusationem eius, qui illam possidet, vel ædificauit. Quòd si omnino æternam memoriam amas: ego tibi viam monstrabo, qua poteris semper celebrari, dabitque tibi fiduciam in futuro seculo. Pecunias tuas in manus inopum dispensa, relictis lapidibus,

atibus, & splendidis ædificiis, iuxta illud: [Dispersit, & dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.] &c. Vide verbo, Eleemosyna, nu. 2.

Ambitiosus diabolum imitatur, & punitur à Deo.

2. **G**ENES. II. *Descendit autem Dominus ut videret civitatem, & turrim, quam edificabat filij Adam.* INTERL. *Descendere Dei, est, humanorum actuum attendere pravitatem.* GLOSS. ORD. *vel sensibus humanis se accommodare, vel operibus.* Vnde Exod. 13. *Descendi liberare eos.* LIPOMAN. Chaldaica, *ut de more habet, sic exponit: Et apparuit Dominus ut videret turrim super opera civitatis, & turris, quam edificabat filij hominum.* R. VERT. *Filij Adam, dicit, ut multo acrius percutiat eos, qui dixerunt, [celebremus nomen nostrum,] & turrim superbiæ, quæ caelum attingeret edificare ceperunt.* Eo quod hoc modo specialiter prævaricationem Adæ imitabantur, qua diabolum secutus est, dicentem, [Eritis sicut Dij.] &c. Vnde sequitur: *Nec desistat, &c. subaudi quantum in ipsis est: satis enim diabolum imitari sunt dicentem: [Ascendam super altitudinem nubium,] quique quantum potest extollit se aduersum Deum altissimum.*

Ambitiosus victus à diabolo cadit.

3. **G**ENES. 49. *Cerastes in semita, mordens ungulus equi, ut cadat ascensor eius retro.* GREGORIVS. 31. *Moral. cap. 18.* Equus hunc mundum insinuat, qui per elationem suam spumat: & quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, cerastes iste equi ungulas mordere perhibetur, scilicet ut cadat ascensor eius retro. Ascensor autem equi, est, quisquis extollitur in dignitatibus mundi.

Ambitiosus, onus importabile querit, quod sancti formidant.

4. **E**XODI 4. *Obsecro Domine: Non sum eloquens, & timeo quem missurus es.* GREGOR. 1. p. *Pastor. cap. 7.* Hinc ergo quique præcipites colligant, cum quanta culpa ex appetitu proprio ceteris præesse non metuunt, si sancti viri plebium ducatum, Deo etiam iubente, timuerunt. Moyses trepidat suadente Domino, & infirmus quisque ut honoris onus suscipiat anhelat. Te ipsum portare vix potes, nec supra pedes tuos stare, & humerum ponderibus submittis alienis? Quæ egisti ferre non vales, & auges quæ portes. CYRILLVS. Numquam defuerunt, nec desunt, qui humanam gloriam præsentemque splendorem magno opere sectentur. At non talis Moyses fuit, dicit enim: *Obsecro Domine, mitte quem missurus es.* Quæ ex te, ut ita dicam, Deum contentiosum aduersum se reddit, sua videlicet imbecillitatis confessione, & honorificæ legationis recusatione. Quare bene se illud Sapientis habet: [Ne quæras fieri iudex, ne forte non possis peccata auferre.]

Ambitiosus, diabolum & Adam imitatur.

5. **E**XODI II. *Percussit Dominus Deus omnem primogenitum in terra Egypti.* PROSPER. 1. p. *cap. 36.* Decima plaga Egyptiorum est, omnium primogenitorum mors; & decimum mandatum est in lege: *Non concupisces ullam rem proximi tui.* Primitiam enim esse concupiscentiam malam diabolus illo ostendit, quod concupiuit ipse esse quod non erat: & Adam, quem cupiditas præcipitavit in mortem. Hanc concupiscentiam in primitiis Egyptiorum in hoc mundo, tanquam in Ægypto, dux noster interfecit, dum nos docet renunciare diabolo, pompis, & Angelis eius, ut [ubi abundauit peccatum, superabundet gratia.]

Per ambitionem, non ascendendum ad altare.

6. **E**XODI 20. *Non ascendes per gradus ad altare meum.* STEPHANVS. Id est, ad regimen Ecclesie, per gradus consanguinitatis vel dignitatis temporalis. A Deo enim esse debet quod Prælati erigitur ad culmen regiminis Ecclesie. Vnde: [Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo posuit vos Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei.]

Ambitiosus onus importabile querit.

7. **N**VMER. II. *Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me?* OLEASTER. Solent ambitiosi arbitrari, se Deum habere propitium, cum altiora loca, & sæculi dignitates, & officia concesserit. Cum potius cum Moysè sentiendum esset, secum male actum esse, cum detur præfectura. Et infra: *Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi.* Ad eodè graue hoc onus sentiebat, ut diceret. *Stm aliter tibi videtur, obsecro ut interficiam me.* Moyses potius eligit mortem, quam Ducatus dignitatem. Ambitiosi è contrà moriuntur, ut ita dicam, ut eam assequantur. Nota etiam quantum distant serui Dei à ministris Principum; isti nullo pacto volunt in ministerio habere consortem; illi verò continuo pro adiutore clamant, & dicunt cum Moysè: *Non possum solus sustinere, &c.* Elias quinque ait 3. *Reg. 19.* [Prophetas tuas occiderunt, & relictus sum ego solus.] Mârtha quoque conqueritur, [& reliquit me solam ministrare, dic ergo illi ut me adiuet.] Ita Moyses adiutorium petit, non inquit *possum solus sustinere: & sic desiderabat non esse solus, ut dicenti sibi ut prophetantes prohiberet, respondit: Quid amularis pro me? Quis tribuat ut omnis populus prophetaet, & det eis Dominus spiritum suum?*

Non ambies principatus, rationem redditurus pro aliis.

8. **N**VMER. 25. *Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra solem in paupulis.* ORIGEN. *Homil. 20.* Populus peccat, & principes puniuntur. Non enim tantum pro suis arguuntur delictis. Pro populo enim coguntur principes reddere rationem, ne forte non docuerint, non monuerint, non sollicitè dilpergeretur in populos. In ipsos enim conuertitur ira Dei, & cessabit à populo. Hoc si cogitent homines, principatus non ambirent. Sufficit vnicuique pro peccatis propriis argui, & reddere rationem.

Ambitiosi valde oculati.

9. **N**VMER. 36. *Translata ad aiam tribum (possessio) de nostra hereditate minuetur.* OLEASTER. Mirum valde est, quàm oculati sunt homines in videndis iacturis & lucris temporalibus, & quàm solliciti erga hæc sint. Nec cogitant quidem tunc vxores ducere aliarum tribuum, & iam incipiunt litigare ad quemnam pertineat possessio. SIMILITER. Quia inter multa, quæ Christus Dominus prædixit Discipulis, de ignominia crucis, solum vnum verbum dixit de Resurrectione, ex eo ambitiosi Iacobus, & Ioannes, de sedium excellentia tractare ceperunt mediante Matre; [Dic ut sedeant hi duo filij mei, &c. in regno tuo,] nulla regni mentione à Christo facta. E contrà cum de cruce manifestè disliceret, ait Euangelista, [Ipsi nihil horum intellexerunt,] &c.

Ambitiosus crudelis, & ingratus.

10. **I**VDICVM 9. *Abimelech venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos, filios Ierobaal, septuaginta viros, super lapidem vnum.* Qui prius humiliter

liter dixerat: *Loquimini ad omnes viros Sichem. Quid vobis est melius, ut dominentur vestri Septuaginta viri, &c. an ut dominetur vnus vir? Simulque considerate, quod os vestrum & caro vestra sum; obsecro regno occidit eos, & fociauit se cum impiis. Conduxit enim viros inopes, & vagos, secumque sunt eum.* Nota ingratitude, & crudelitatem ambitiosi hominis.

Idem.

11. **I**BIDEM. *Dixeruntque omnia ligna ad rhamnium, Veni, & impera super nos, &c. Venite, & sub umbra mea requiescite.* Oliua, ficus, & vitis noluerit acceptare regnum; Rubus tamen libenter acceptauit regiam dignitatem, & reliquas arbores ad umbram suam inuitauit, dicens: *Venite, & sub umbra mea requiescite.* Umbra rhamnii parua, & inutilis, imò ouibus valde perniciofa: nam sentibus suis lanam earum replet, imò sibi vsurpat, & rapit. Ita protectio ambitiosi, Electores electo valde similes; dicitur enim, [ierunt ligna vt vngerent super se regem.] INTERL. *Homines vagi, & infructuosi, aeterno incendio preparati.*

Ambitiosi finis.

12. **I**BIDEM. *Accedensque Abimelech iuxta turrim, &c. & appropinquans ostio, ignem supposere nitabatur, & ecce vna mulier fragmen mola desuper iaciens, illis capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius.* Nota ambitiosi mortem, circa turrim quam expugnare vult, hoc est, dignitatem, quam consequi desiderat, ignem concupiscentia in manu tenentis: quem interfecit vilis quedam mulier, id est, mundi vanitas, quæ super turrim eleuata, frustum mola proiecit: quæ poena à Christo Domino, contra scâdulum facientes imposita est: [Expedit ei vt suspèdatur mola afinaria.] &c. & caput eius illi sit, vbi ambitionis aegritudo residebat.

Dignitates, quas ambitiosi appetunt, peiores eos reddunt.

13. **R**EGVM 10. *Ecce absconditus est Saul domi.* Alia litera. [Ecce inter arma latitat,] vel inter vasa, hoc est, inter suppellectilem. [Iudicia Dei abyssi multa.] Deo electus tanquam melior omnibus in dignitatem regiam, quam non solum non desiderabat, imò repugnabat. 1. *Reg. 9.* *Nunquid filius Iemini, & de minima tribu, &c. Quare ergo locutus es mihi sermonem istum? Ecce absconditus est inter vasa, id est, suppellectilem vilem, ne vngatur, & adoretur in regem, hic dignitate suprema perueritur. & nota peruersionis eius initium. 1. *Reg. 11.* *Fecerunt ibi Regem Saul, coram Domino, &c. & lacatus est ibi Saul.* Qui plorare debuerat, lacatur, & qui sub onere gemere, dignitate gaudet.*

Ambitiosi, steriles.

14. **R**EGVM cap. 1. *Montes Gelboë, nec vos, nec pluuia veniant super vos.* GLOSS. ORD. *Montes Gelboë vberissimi ante maledictionem fuerunt, quos hæcenus maledictioni subiaccere ferunt, nec vquam pluere ibi testantur.* BERNARDVS. *Non mirum ergo si steriles & infructuosi permanent montes, super quos, nec ros, nec pluuia descendunt. Quippe, authore gratia, & benedictionum largitore trahente eos. Omnes montes, qui in circuitu eius sunt, visitet Dominus, à Gelboë autem transeat.* Qui super omnes esse volebat, sub omnibus fit, sicut ambitiosus Lucifer. [Peccator videbit, & irascetur.] Quàm miser diabolus cum suspicit caelos, in quibus innumeros montes intuetur diuina claritate fulgentes, diuinis laudibus resulantem, sublimes, in gloria abundantes, quàm miserior cum respicit terram, montes quamplurimos habentem fide solidos, spe excelsos, charitate

spatiosos, virtutibus cultos, bonorum operum fructibus refertos, de rore cœli, quotidianam capientes benedictionem: Timendū ergo nobis, ne veluti à montibus Gelboë transeat & à nobis, si indignos sua visitatione conspexerit Deus.

Ambitiosus se extollit, & alios humiliat.

15. **R**EGVM 15. *Fecit sibi Absalon curru, & equites, &c. L Y R A N V S.* Ad consequendum regnum facit ostentationem propriae sufficientia, & patris sui insufficientia. *Quis constituat me iudicem super terram, &c.* Ambitiosus hoc intendit, propriam sufficientiam extollit, & alienam deprimit, & hoc diligentissimè sicut Absalon. *Mane surgens Absalon, stabat iuxta introitum porte, &c.*

Ambitiosi finis, malus, & festinus.

16. **R**EGVM 16. *Regnavit Zambri septem diebus in Thersa. Ad regnandum septem diebus ambitiosè occidit regem proprium Ela. Rebellauit contra Elam seruus suus Zambri dux media partis equitum. Fecit sibi regem omnis Israel Amri, qui erat Princeps militia super Israel, in die illa, in castris qui circueunt Zambri. Videns autem Zambri, quod ex pugnanda esset ciuitas, ingressus est Palatium, & succendit se cum domo Regia, & mortuus est in peccatis suis.* Nota finem ambitionis.

Idem.

17. **P**ARALIP. 21. *Surrexerunt autem Iovani super regnum patris sui, & cumque se confirmasset. L Y R A N V S.* id est, amicitia, & adiutorio malorum hominum se vallasset: *occidit omnes fratres suos gladio: vt bona eorum possideret, & ne forsitan, ipso eiecto de regno, propter suam malitiam aliquis de fratribus suis regnaret: & quosdam de principibus Iuda; quia facta sua non approbabant, sed magis eius malitiam abhorrebant. Ambulauit in viis Regum Israel, sicut fecerat domus Achab; filia quippe Achab erat vxor eius, & fecit malum in conspectu Domini.* Ambitionis nota eum inuissit Propheta Elias in Epistola: *Insuper & fratres tuos, domum Patris tui, meliores te occidisti.*

Ambitiosus à Deo punitur.

18. **P**ARALIP. cap. 24. *Postquam autem obiit Ioiada, egressi sunt principes Iuda, & adorauerunt Regem, qui delinuit obsequis eorum, acquirunt, &c.* GLOSS. ORD. *Tradunt Hebraei, principes Iuda, regem Ioas vt Deum adorasse, & illum libenter accepisse; Vnde nimis Dominum offendit, & subito expertus est iram quam meruit. Ob hanc etiam culpam Herodes legitur in Actibus Apostolorum ab Angelo percussus, & sequitur. In Ioas quoque Syri ignominiosè exercuere iudicia, & abeantes dimiserunt eum in languoribus magnis.* L Y R A N V S. *Aliqui dicunt, quod interfecerunt Syri coram eo filios eius, improperando ei internecone Zachariae Prophetæ. Sed verius videtur, quod fecerunt ei plagas turpes, & ignominiosas. Non interfecerunt eum, quia volebat Deus, vt manibus eum adorantium interficeretur. Surrexerunt autem contra eum serui sui in vltionem sanguinis Zachariae, &c. & occiderunt eum in lecto suo, & mortuus est, sepelieruntque eum in ciuitate Dauid, sed non in sepulchris Regum.* Ambitiosus contra Dei honores, sic factus morti, sic sepeliri debuit.

Ambitosorum finis.

19. **E**SDR A II. *Ecce ab externa parte surrexit vna penna, & regnavit super omnem terram, & factum est cum regnaret, venit ei finis, & non apparuit locus eius.* Pennula quedam leuis surrexit contra aquilam

Iam grandem, habentem duodecim alas; sic ambitio-
sus insurgit contra Dominum, & licet dignitatem
consequatur in pœnam ambitionis suæ, statim ta-
men venit ei finis, &c. *Et sequitur: Et sic contingebat
omnibus aliis singulatum principatum gerere, & iterum
nunquam comparere. & nota quod prosperitate erige-
bantur. Erigebantur, inquit, a dextera parte, ut tenerent
& ipso principatum. & de sic consequentibus dicitur
cap. 12. quod erat regnum eorum exile, & tumultu ple-
num. De non consequentibus autem dicitur: Et ali-
que erigebantur, sed non tenebant principatum.*

Ambitiosus, largus in laudibus & sumptibus.

20. 2. **M**ACHAB. 4. Vers. 22. *Magnificè ab Iasone, & ciuitate Ierosolyma susceptus Antiochus cum
facularum luminibus, & laudibus ingressus est. Ambitio-
sè hoc fecit Iason summus Sacerdos, ut Rex An-
tiochus summum sacerdotium confirmaret in eo,
quod & fecit. Sed ab alio ambitioso deceptus est,
nempe à Menelao. Vnde sequitur: Et post triennij tem-
pus misit Iason Menelaum, &c. portanem pecunias Re-
gi, &c. At ille commendatus Regi, cum magnificasset fa-
ciem potestatis eius, superponens Iasoni talenta argenti
irreuerentia, in semetipsum reuertit sacerdotium, & pœnam
ambitionis suæ soluit. Et Iason quidem, qui pro-
prium fratrem captiuauerat, ipse deceptus in Ama-
nitem expulsus est regionem. Nec sine sui criminis
pœna Menelaus euasit. Quia de pecuniis Regi promissis,
nihil agebat, &c. Menelaus amotus est à sacerdotio suc-
cedente Lysimacho fratre suo. Porro Iason alia diffici-
liori via Pontificatum aggreditur. cap. 5. lib. 2. Repente
aggressus est ciuitatem, &c. Ad ultimum apprehensa ci-
uitate Menelaus fugit in arcem. Iason vero, non parce-
bat, &c. Nec cogitabat, prosperitatem aduersum cognatos,
malum esse maximum. Principatum quidem non obti-
nuit, finem verò insidiarum suarum, confusionem accepit,
& profugus iterum abiit in Amaniam, neque ibi secu-
rus exiit. Vnde & sequitur: Qui multos de patria sua
expulerat, peregre periiit, & qui insepultos multos abiece-
rat, & ipse illamentatus, & insepultus abiicitur, sepul-
cra nec peregrina usus, nec patrio sepulchro participans.
Neque dissimilem finem habuit Menelaus. lib. 2. cap.
13. & Menelaus cum multa fallacia deprecabatur An-
tiochum, non pro patriæ salute, sed sperans se constitui in
Principatum. Sed Rex Regum suscitauit animos An-
tiochi in peccatorem, &c. & insit cum necari, &c. In ci-
uerem deuici insit sacrilegum, &c. & quidem satis iuste.
Nam qui multa erga aram Dei delicta commisit, cui-
us ignis, & cinis erat sanctus, ipse in cineris morte
damnatus est.*

Ambitiosorum crudelitas.

21. 1. **M**ACHAB. cap. 7. *Satis agebat Alcimus pro
principatu Sacerdotij sui, quem ut obtineret, lo-
cutus est eis verba pacifica, & iurauit eis dicens, Non in-
feremus vobis malum, &c. & crediderunt ei: Non autem
verbis stetit, & comprehendit ex eis sexaginta viros, &
occidit eos in vna die. Vnde collegit populus, Non est
veritas, & iudicium in eis. Transgressi sunt enim consti-
tutum, & iurandum quod iurauerunt. lib. 2. cap. 14.
Considerans autem nullo modo sibi esse salutem, nec ac-
cessum ad altare, venit ad Regem Demetrium, offerens ei
coronam auream & palmam, & thallos, id est, ramos au-
reos, qui templi esse videbantur, & sic obtinuit. Vnde
lib. 5. c. 7. vers. 9. Sed & Alcimus impium constituit in
sacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios
Israël. Vide quid faciat Ambitio.*

Ambiens prelationem equalis sit.

22. 1. **A**D TIMOTH. 2. *Oportet Episcopum irrepre-
hensibilem esse. CHRYSOST. Homil. 10.*

*super hunc locum. Hoc vnico verbo, genus omne vit-
tutis expressit. Itaque qui sibi, vel leuis culpa con-
sciens est, malè profectò facit cam rem appetens, qua
indignum se per opera facit. Non enim decet huius-
modi regere, sed potius regis eum quippe qui regen-
dos alios suscipit, tanta decet gloria virtutis excel-
lere, ut instar Solis ceteros velut stellarum igni-
culos in suo fulgore obscurat. Debet huiusmodi vi-
tam habere immaculatam, atque compositam, ut o-
mines in illum, & in eius vitam, veluti exemplar ali-
quod excellens, intueantur. Idem in Epistolam ad
Philemonem. Honoris esse negligentem, vltimè que
non affectare multorum, maximo labore indiget,
magnæ philosophiæ & animæ cuiusdam angelicæ
certum argumentum est.*

Non ambies Principatum, rationem redditurus.

23. **O**SEÆ 5. *Facti sunt principes Iuda quasi assu-
mentes terminum. P. RIBERA. Mysticè
quoties enim moriuntur magistratus, & alij, locum
eorum occupare ceteri prætentant: cum dolere debe-
rent, & cauere ne & ipsi talia patiantur, reddentes
strictè rationem villicationis: ideo dicitur quasi assu-
mentes terminum. Vnde HIERONYMVS sic expo-
nit: Capto Israël Iudæ principes, qui dolere debue-
rant, & populum ad penitentiam cohortari, ne &
ipsi similia paterentur, cooperunt gaudere quod pa-
teret sibi terra Israël ad possidendum latius, & facti
sunt quasi assummentes terminum Israël, regnum suum
& possessionem dilatare cupientes.*

24. **H**ESTER 5. *Regina Hester nullum alium voca-
uit ad conuiuium cum Rege, præter me. STE-
PHANVS. Si prælatus gloriatur de electione sua,
quod solus sit electus: recordetur Aman, qui solus vo-
catus fuit ad conuiuium reginæ, sed malo suo,*

Ambitionis pœna.

25. **S**OPHONIA 1. *Et visitabo super omnem qui ar-
roganter ingreditur limen. STEPHANVS. Hé-
bræum habet, [Transilierunt limen.] Quod faciunt
qui confessione neglecta, quæ est via intrandi ad
Deum, dignitatē Ecclesiasticam, vel ordines, assumunt,
imitantes sacerdotes Dagon, qui limen templi calca-
re volebant, sed transibant. Vnde limen est sensualitas,
quam qui non calcabit, conculcabitur in æternū.*

Idem.

26. **G**REGOR. NYSSEN. *Orat. de Beatitudinibus.*
Ambitiosi nihil differunt ab iis qui in scena cum
pompa prodeunt. Etenim illis quoque persona quæ-
dam ex arte polita, atque ornata, vestisque purpurea
auro intexta iniecta est, & in curru magnificè inue-
hantur, & tamen nullus superbiae morbus eos ex re-
bus eiusmodi inuadit: sed quo sensu & spiritu erant
antequam in scenam prodirent, eundem in animo
habitu etiam in pompa conseruant, & postea non
agrè ferunt, nec aguntur, quod & de curru descen-
derint, & habitus ipsi detrahatur & adimatur.

Ambitionis malum.

27. **C**HRYSOST. *Homil. 10. ad Ephes. Quemad-
modum in portum tranquillum intrantes fe-
roces venti, quouis illum turbine ac freto periculo-
sus reddunt, ita & subingressa gloria: cupido, omnia
subuertit, & confundit. Et infra. Sed o rem amaris
lacrymis dignam. Nam omnia incendit vanæ gloriæ
tyrannis, & flamma nihil non vorans, & nemo est, qui
malo isto superior factus sit: sed flammam quæ-
dam admirantes, malum verò nondum extinguere
valentes. Et infra. Omnia corripuit ignis: honores
ab homi-*

ab hominibus querimus, & gloriæ desiderio accen-
dimur.

Idem.

28. **C**HRYSOST. *Homil. 43. ad populum Antioch-
Quemadmodum faui quidem venti in tran-
quillum mare delati totum ab imo subruunt, ut & arena
cum vndis miscetur: sic & ambitio, & turpis quæstus
animam subeuntes, omnia subuertunt, excæcat men-
tis intuitum præsertim gloriæ furor. Nam pecunias
quidem contemnere volenti satis est facile; honorem
autem à multis collatum despiciere, multi laboris in-
diget, magnæ sapientiæ, Angelicæ cuiusdam animæ,
ipsam cælestis testudinis vertiginem tangentis.*

Idem.

29. **A**NSELMVS *lib. de similitudinibus, cap. 71. Sic
agunt illi, qui mundi honores appetunt, quo-
modo pueri qui sequuntur papilionem. Papiliones
enim cum volant, tramitem rectum nunquam te-
nent, sed huc illucque se agitant, cumque alicubi
residere videantur, nec ibi diu morantur. Hos autem
sequentes cum pueri carpere volunt, citò post eos
currere satagunt, & quia non ad suos pedes, sed ad
papiliones intendunt, aliquando in foeam cadunt,
seque immaniter lædunt: plerumque cum cautè ac-
cedunt, & eos apprehendere tentant, papiliones
auolant: si quando eos apprehenderint, exultant de
nihilo, quasi magnum quid fuerint adepti: similiter
faciunt qui huius mundi honores appetunt. Ho-
nores enim huius mundi nunquã certam tenent
viam, sed incertis diuerticulis, de vno ad alium
transuolant, &c.*

AMICITIA.

Amicitia vis. 1.

Non omnibus amicis fidendum. 2. 3.

Gratia Principum facile perditur. 4.

Amicitia Dei vera. 5.

Amicorum vnitus. 6.

Amicorum presentia. 7. 12.

Amicitia necessaria. 8.

Amicus simulatus. 9. 11.

Vera amicitia. 10.

Amicorum conuersatio suauis. 12.

Amicitia vis.

30. **V**GVSTINVS *lib. 1. de catechizandis
rudibus, cap. 4. Si in ipsis flagitiosis & sor-
didissimis amoribus videmus, nihil aliud
eos agere, qui amari vicissim volunt, nisi
ut documentis, quibus valent, aperiant, & ostendant
quantum amant; eamque imaginem iustitiæ præten-
dere affectant, ut vicissim sibi reddi quodammodo
flagitentur ab eis amnis quos illecebræ moluntur,
ipsique ardentius æstuant, cum iam moueri eo-
dem igne illas mentes quas appetunt, sentiunt. Si ergo
etiam animus qui torpebat, cum se amari senserit,
excitatur, & qui iam feruebat, cum se redamari didi-
cerit, magis accenditur, manifestum est, nullam esse
maiorē causam, qua vel inchoetur, vel augeatur
amor, quàm cum se amari agnoscat, qui nondum
amatus: aut redamari se vel posse sperat, vel iam probat,
qui iam prior amat. Et si hoc in turpibus amoribus,
quanto plus in amicitia? Quid enim aliud cauemus
in ostensione amicitia, nisi ne amicus arbitretur,*

quod cum, vel non diligimus, vel minus diligimus,
quàm ipse nos diligit?

Non omnibus amicis fidendum.

31. **G**ENES. 2. *Non est bonum hominem esse solum:
faciamus ei adiutorium simile sibi. AMBROS.
Contuendum est, quia nemo debet sibi facile præsu-
mere. Nam ecce mulier, quæ in adiutorio facta est
viro, præsidio virili indiget, quia vir caput est mulie-
ris, vir autem qui adiumentum vxoris habiturum se
esse credebat, lapsus est propter vxorem. Vnde ne-
mo debet facile alteri se credere, nisi cuius virtutem
probarit.*

Idem.

32. **G**ENES. 3. *Deditque viro suo, qui comedit. AV-
GVSTIN. de Genesi ad Iueram, lib. 11. Fortasse
dedit cum verbo suo forio, quod Scriptura tacens in-
telligendum reliquit. Et lib. 14. de ciuitate, c. 11. Cre-
dendum est, Adam suæ feminae ad Dei legem trans-
grediendam, non tanquam verum loquentis credidisse
seductum, sed sociali necessitudine paruissè. Vnde
non frustra Apostolus dixit: [Adam non est seductus,
sed mulier:] Seducti enim id quod faciunt, non pu-
tant esse peccatum, ille autem sciuit. Vxorē igitur,
quæ iam seducta manducauerat delicias suas, noluit
Adam contristare, quam credebat à se alienatam ta-
bescere, & sine solatio interire, non quidem carnis
concupiscentia, sed amicabilem beneuolentia, qua sæpe
Deus offenditur.*

Gratia Principum facile perditur.

33. **G**ENES. 40. *Accidit ut peccarent duo eunuchi,
pincerna regis Egypti, & pistor, domino suo. LI-
POMANVS. Superuacaneum fuit cum Indæis
diuinare genera peccatorum istorum, quibus in iram
Regis inciderunt, musca scilicet in potu, & capillus in
pane repertus. Digna sanè respõsio ad illos qui super-
stinatius requirunt, quæ Spiritus sanctus inutilia sci-
tu prætermisit. Quasi non facile periclitentur qui
potentatibus famulantur. PIVS Pontifex lib. epi-
stolarum, epist. 266. Ut oculus parua festuca turbatur:
sic principum gratia offensuscula vel minima cadit,
tantum apud principes subdola lingua potest.*

Amicitia Dei vera.

34. **O**SEÆ 13. *Ego cognoui te in deserto, in terra soli-
tudinis. P. RIBERA. Id est, benefeci tibi, pa-
ui te. [Cognoscere dicitur, cum benefacit. Vnde iis, qui-
bus benefacere non vult, ait, [Tunc confitebor illis,
quia non noui eos.] Item: [Amen dico vobis, nescio
vos.] CHALDÆVS. Ego tribui vobis necessaria in
deserto, in terra in qua desiderabatis omnia. Mysticè au-
tem non sunt viæ Dei sicut viæ nostræ. Homines,
eos qui in deserto sunt, agnoscunt amicos, hoc est,
quos manus Dei tangit, & ponit in via deserta, in-
uia, & inaquosa, in paupertate, & persequutione, &
in mediis laborum fluctibus relinquit. Deus autē no-
ster cognoscit suos in deserto, & eos alit, ac protegit.
Vnde Sapientia 10. [Sapientia hos qui se obseruant à
doloribus liberat. Hæc autem profugum iræ fratris
iustum deduxit per vias rectas, &c.] & de Ioseph filio
eius subiicit: [Hæc venditum iustum non locipit, sed
à peccatoribus, &c.] Stultum autem est, amicitiam
Dei derelinquere, qui sic amicos suos diligit, & quæ-
rere amicitiam fraudulentam hominum. Vnde Eccli.
6. [Si possides amicum, in tentatione posside eum, &
ne facile credas ei teipsum. Est enim amicus secu-
dum tempus suum, & non permanebit in die tribu-
lationis.] Deus autem amicus fidelis est: de quo idem*

Sapiens ibidem. [Amicus fidelis, protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum.]

Vnitus amicorum.

6. **CYPRIANVS** de singularitate clericorum: Sicut oculus verti non potest, quod & alius non vertatur: ita & quidquid vnus voluerit, ed & aliorum voluntas vertetur.

Amicorum presentia.

7. **MAXIMVS**, Serm. 6. ex **CHRYSOST.** Quemadmodum res splendidæ lucem quandam in circumfusa & vicina loca diffundunt: sic amici vbi-cumque versati fuerint, gratiæ & suauitatem spirant, & emittunt, vt satius sit in tenebris versari, quam carere amicis.

Amicitia necessaria.

8. **IDEM** ibidem ex **Dion. Cronis.** Quot amicos paratis, tot oculos habes, quibus quæ velis videas; tot aures, quibus quæ decet audias; tot consilia, quibus de his quæ conducunt, consultare & prospicere possis. Non enim aliter se habet plurium amicitia, quam si cui Deus vnum corpus habet, multas daret animas, quæ omnes illi prouiderent, atque consulerent.

Amicus simulatus.

9. **CHRYSOST.** Hom. 60. in *Matth.* Si nostra plerumque membra rescindimus, cum incurabili morbo & ipsa tabescunt, & reliquis officiant, multo magis in amicis simulatis id faciendum.

Vera amicitia.

10. **AVGVSTINVS** ad *Macedonium.* Vera amicitia, non pensanda est temporalibus commodis, sed gratuito amore portanda. **AMBROSIVS.** Amicitia virtus est non quaerita. **HERONYMVS** super *duodecim Prophetas*: Delicata amicitia est, quæ amicorū facultates & diuitias sequitur. Istiusmodi homines non mihi videntur amicos, sed seipfos diligere. Et in *Epistola.* In amicis non res quaeritur, sed voluntas. **SENECA.** Amicitia, quæ ad commodum accedit, quæ quid consecutura sit spectat, negotiatio est, non amicitia.

Amicus simulatus.

11. 2. **MACHAB.** 6. Vers. 21. de *Eleazar* falsis amicis ait: *Hi autem qui stabant, iniqua misericordiae commoti propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum secreto, rogabant afferri carnes, quibus vesca licebat, ut simularetur manducasse sicut rex imperauerat, de sacrificij carnibus, vt hoc facto à morte liberaretur. Respondit cado dicens, pramitti se velle in infernum, &c.*

Amicorum conuersatio suavis.

12. **CHRYSOST.** Hom. 2. in *primam ad Thessalonienses*: Tanti est amicus bonus, vt & loca & tempora illius gratia diligantur. Quemadmodum enim splendida corpora in vicino loco splendoris sui quasi vigorem emittunt: ita & amici gratiam suam his locis quæ accesserint, induunt: & plerumque, & sine amicis ad ea loca venientes illacrymamur, dierum illorum memores, quibus illic vnâ conueneramus, & ingemiscimus, nec sermone potest comprehendere, quantam voluptatem afferat amicorū presentia. Est enim euerca amicus ipsa luce iucundior: & ne mireris, est enim nobis Solem hunc extinguere iucundius, quam amicorū consuetudine priuari, iucundius in tenebris agere, quam sine amicis esse: quia multi Solem istum videntes in tenebris sunt; qui verò amicorū copiâ adepti sunt, ne in afflictionibus quidē tristitiam habent.

AMOR DEI erga homines.

Christi erga amor Apostolos. Vide, Apostoli, num. 4.2.

Deus hominibus literas reconciliationis mittit. 1.

Dei oculos homo ad se trahit. 2.

Deus magnum affectum homini demonstrat. 3. 11.

Deus quietem hominis curat. 4. 12.

Deus pre cæteris creaturis hominem honorat. num. 5.

7. 10.

Deus ipse hominem docet Theologiam Trinitatis. 6.

Deus creauit hominem ad imaginem Dei, & Christi præuisi. 7. 9. 10.

Dominium super Bestias illi concessit, etiam post peccatum. 8.

Super omnes creaturas homo constituitur à Deo. 8. 10.

Requiescit Deus in homine. 11.

A Deo dilectus homo. 13. 14. 17. 18. 19. 22.

Deus homines iustos & iniustos pascit. 15.

Pro homine Filium ad mortem tradidit. num. 16. 11.

Deus diligentes glorificat, & neminem condemnat. 20.

Deus magnam curam habet hominis. 21.

Deus liberalior in dando, quam homo in petendo. 23.

Deus secundum capacitatem hominis tribuit. 23.

Vnaquæque persona Trinitatis, circa hominem munus suscepit. 24.

Christus dilexit nos dulciter, sapienter, & fortiter. 25.

De charitate Christi nimia. 26.

Flagellum corporis, diuinæ est erga nos attestatio charitatis. 27. 31.

Deus tanquam Pater suos filios diligit. 28. 32.

Amor Diuinus liber est ab omni inuidia. 29.

Quanta & quam multa Deus homini communicauit. 30.

Deus quandoque nos priuat temporalibus, vt donec caelestia. 31.

Multis nominibus explicat Deus sui amoris magnitudinem. 32.

Deus hominibus literas mittit reconciliationis.

GENES. I. In principio creauit Deus caelum, & terram. CHRYSOST. Deus humani generis conditor, ab initio per seipsum hominibus loquebatur quo modo hominibus audire eū possibile est. Sic enim ad Adam venit, sic Cain increpauit, sic cum Noe locutus est, sic apud Abraham hospitatus est. At vbi in magnam malitiam omne genus hominum degenerauit, nec tunc se totum ab hominibus auertit Deus, sed quia familiaritate sua indigni facti fuerunt, iterum suam erga illos amicitiam innouare volens, quasi longè agentibus literas mittit, conciliaturus sibi vniuersam hominum naturam, & has quidem literas Deus dedit, attulit autem Moyses. Dicunt autem literæ, *In principio creauit Deus caelum, & terram, &c.*

Dei oculos homo ad se trahit.

GEN. I. Terra autem erat inanis, & vacua. Alia litera, [inuisibilis, & incomposita] BASIL. Inuisibilis autem, quia non erat homo, qui eam videret.

AMBROS.

AMBROS. Nisi fortè & sic accipiamus inuisibilem terram, quod nondum verbo Dei & protectione visitabatur, quæ hominem non habebat propter quem Dominus respiceret in terram, sicut scriptum est *Psal. 13.* [Dominus respexit super filios hominum, vt videat si est intelligens] &c. & *Psal. 75.* [De caelo fecisti iudicium, terra tremuit, & quicuit.]

Magnum affectum homini demonstrat Deus.

3. **GEN. I. Et Spiritus Domini ferebatur super aquas.** **GRVPERTVS.** Id est, amor Dei substantialis ferebatur super aquas; id est, magno super creaturam suam affectu ducebatur: vt quia non poterat esse quod ipse, qui creauerat, tales ex ea faceret formas, in quibus creatori coniungeretur, coniuereturque & conregnaret creatura, scilicet homo.

Quietem hominis curat.

4. **GENES. I. Et diuisit lucem à tenebris, &c.** Nota bonitatem Dei. Nondum erat homo, & iam ei Deus quiete, id est, noctem, post laborem diei præuidit, & præordinauit; hoc est, tanquam famulum Deus destinauit, qui caeli ianuas clauderet, vt quietius homo quiesceret, & dormiret.

Pre cæteris creaturis hominem honorauit.

5. **GENES. I. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.** **AMBROS.** Consilio S. Trinitatis & opere maiestatis diuinæ creatus est homo, vt ex primæ conditionis honore homo intelligeret quantum deberet suo conditori; & tanto ardentius amaret conditorē; quanto mirabilius se ab eo esse conditū intelligeret. **THEODORETVS.** Dum ipse Deus hominem per se format, ac fingit, maiorem erga illum quam cætera quæ creauit, paternam beneuolentiam indicauit. Quod & sanctus **IOB** considerans, ad Deum clamauit: [Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me.] Cæteram manus, ac consilium Dei maiorem circa hoc rationale animal curam significat.

Theologiam Trinitatis ipsemet hominem docet.

6. **GENES. I. Dixitque Deus, faciamus hominem, &c.** **THEODORETVS.** Vniuersorū Deus singulari numero loqui consuevit, raro tamen pluraliter, Trinitatis mysterium ostendere volens: vnde Propheta dicendo, *dixitque Deus,* communionem diuinæ naturæ expressit; subiciens verò, *faciamus:* trium personarum numerum indicauit. *Ac rursus: Imaginem singulari numero dicit, diuinarū personarū eandē esse naturam ostendit. Nostram* verò pluraliter nominans, personarum numerum insinuat. Vt homo, qui Deum creatorem suum in terra laudaturus esset, Theologiam in enigmate disceret. **S. IVNILIVS.** Ideo in profundo fuit abscondita prædicatio Deitatis, quia non erat qui disceret: vbi verò cepit hominis expectati creatio, reuelata fides, & euidenter doctrina veritatis emicuit.

Ad imaginem Christi præuisi creatus homo.

7. **GENES. I. Faciamus hominem, &c.** **THEODORETVS.** Ideo ipsius generis fundamentum atque principium maximo honore affectus Deus, præuidens vnigeniti sui incarnationem, quod naturam humanam è Virgine sumpturus esset, atque eam ita sibi copulaturus, quod vna eademque persona Dei patris & hominis intelligatur, vnam quoque adorationem ab vniuersa creatura illi afferendam esse. **GLOSS. ORD. Faciamus hominem, &c.** Scilicet ad eam formam, & effigiem, quæ prædestinata est ab æterno, vnienda Dei filio; vnde *Rom. 1.* [Primogenitus sim-

nis creaturæ dicitur. **ORIGENES.** Ad imaginem illius de quo scriptum est: [Candor est lucis æternæ, & figura substantiæ eius;] id est, Saluatoris, qui est primogenitus omnis creaturæ: Vnde ipsemet dicit: [Ego in patre, & pater in me est, & qui videt me, videt & patrem meum,] sicut qui videt imaginem alicuius, videt eum cuius imago est; ita qui videt Christum, videt & patrem cuius imago est: & propterea Saluator noster, qui est imago Dei, videns, hominem; de-posita sua imagine, maligni imaginem induisse, misericordia motus, imagine hominis assumpta venit ad eum [in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo,] vt ait *Paulus,* [& humiliavit semetipsum vsque ad mortem, & petit, *Joan. 17.* [Pater, da vt sicut ego & tu vnum sumus, ita & isti in nobis vnum sint.]

Dominium super bestias illi concessit, etiam post peccatum.

8. **ET** **PRÆSIC** piscibus maris, & volatilibus cæli, &c. **CHRYSOST.** Ab initio homo plenum & perfectum super bestias principatum habuit, & bestie timebant hominem, & respiciebant dominium. Vbi autem per inobedientiam, dignitatem nostram amisimus, etiam principatus noster mutilatus est, &c. Quod autem post peccatum homo bestias timeat, & hoc diuinæ misericordiae maximum argumentum est. Nam si postquam homo mandatum præuaricatus est, integer illius mansisset honor, non facile à lapsu destitisset, quandoquidem eum inobedientes & obediētes pari dignitate fruuntur, malitia affluēunt magis quam ab ea statim desistant, &c. Et inde misericordiam Dei ineffabilem considera. Adam totum mandatum subuertit, & totam legem transgressus est, misericors autem Deus non omnem honorem abstulit, nec toto deiecit principatu, sed eam dumtaxat animalia à nostra potestate alienauit, quæ non multum ad huius vitæ vtilitatem nobis conducunt, quæ verò vitæ nostræ multum seruiunt, & vtilia & necessaria sunt, ea in seruitute & subiectione sua reliquit. Dedit itaque nobis bouum armenta, ouium greges, & alia animalium genera, vnde multa nobis suppeditantur commoda. Idem faciens quod benignus & prudens paterfamilias, qui flagellato seruo, etiam curam quandam flagellis adhibet. **HVGGO DE SANCTO VICTORE.** Homo per peccatum amisit dominium & in maximis & in minimis bestiis. In maximis, vt in leonibus, vt cognoscat dignitatem propriam amisisse; in minimis, vt in pulicibus, & muscis, ad cognoscendam suam vilitatem; sed reliquit Dominum principatum in medijs animalibus, ad consolationem suam. **LIPOMANVS.** Ecce quomodo Deus beneficiis suis hominem velut obrueret, antequam conderet, omnibus iam antè creatis, quibus esset opus habiturus ad gaudium, oblectationem, ac vsum; quo prouocaretur homo ad Deum tam beneficium sibi Patrem amandum ardentius.

Ad imaginem Dei creatus homo.

9. **GENES. I. Ad imaginem Dei creauit illum.** **S. IVNILIVS.** Saepè repetit, vt diligentius inculcaret nobis quales à Deo facti sumus. **BERN. De interiori domo, cap. 67.** O anima mea, si vis amari à Deo, reforma in te imaginem suam, & amabit te; repara in te similitudinem suam, & desiderabit te, considera nobilitatem tuam, &c. vide verbo, *Animæ*, num. 4. ex *Bernardo.*

Magna cura alimenta prouidet: & super omnes creaturas eum constituit.

GENES. I. Ecce dedi vobis omnem herbam, &c. Et sint vobis in escam, & cunctis animalibus, &c.

ut habeant ad uescendum, CHRYSOST. Magna Domini erga hominem, quem condidit, ostenditur cura, ne angustiaretur homo, quasi non sufficeret ad alenda tot & tanta animalia, quibus eum praefecit: priusquam de hoc cogitaret, bonus Deus praeueniendo demulcer eum (ut ita dicam) & ostendit quod tam ipse quam iumenta & bruta omnia, praecipio Domini, omnem copiam, terra suppeditante, sit habiturus. BERNARD. in Psal. Qui habitat, serm. 14. Agamus, fratres, gratias factori nostro, benefactori nostro. Prius, quod nobis praestitit quod nos ipsi sumus: siquidem ipse fecit nos, & non ipsi nos. & cogita qualem se fecit secundum corpus egregiam creaturam, secundum animam magis, ut pote imagine creatoris insignem, rationis participem, capacem beatitudinis: Porro secundum ambo simul praeter ceteris creaturis maxime admirandam. Itaque tam magnum hoc donum est, quam magna res est homo. Secundum, quod nobis dedit omnia: unde postquam dixit Scriptura, Creauit Deus hominem ad imaginem, &c. statim addit, & subiicit terram, & dominamini piscibus maris, &c. Caelum autem elementa in usus creasse tuos, antea docuerat, cum facta memorantur, ut essent in signa, & tempora, & dies, & annos. Considera igitur quam copiosus tibi fuit in hoc secundo beneficio, quam liberalissimus Deus fuit, quanta largitus est ad sustentationem, quanta ad eruditionem, quanta ad consolationem, quanta ad correptionem, quanta etiam ad delectationem. Verum haec duo beneficia gratis, & dupliciter gratis fecit, dupliciter inquam gratis, quia sine merito tuo, & sine labore tuo, &c.

Magnum affectum homini demonstrat.

11. GENES. I. Vidit Deus cuncta quae fecerat, & erant valde bona. S. Eucherius. Antè erant singula bona, propter hominem tamen omnia valde bona, quia omnia in decorem hominis creata, homo uero in gloriam & laudem conditoris factus est. AUGUSTINUS. Non frustra additum est, valde, quia & corporis membra etiam si singula pulchra sunt, multo sunt tamen in uniuersis corporis compage pulchriora. Cap. 2. Et requieuit Deus ab uniuerso opere quod parauerat. AMBROS. Fecerat Deus hominem rationis capacem, imitatore suum, virtutum amatorem, cupidum celestium gratiarum, in his requiescit Deus, qui ait, [Super quem requiescam, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos?] Isai. 66. Gratias ergo Domino Deo nostro qui huiusmodi opus fecit, in quo requiesceret. fecit caelum, non lego quod requiesceret; fecit terram, solem, lunam, & stellas, & non lego, quod requiesceret, sed lego quod fecerit hominem, & tunc requiesceret, habens cui peccata dimitteret.

Quietem deliciosam illi concedit.

12. GEN. 2. Tullit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis. AMBROS. id est, tulit, & apprehendit eum virtus Dei inspirans processus & incrementa virtutis, & posuit eum & collocauit in paradiso, ut scias apprehensum, quasi afflatum diuina esse virtute. CHRYSOST. In paradiso uoluit illum habere domicilium, & addidit, voluptatis, ut excellentem voluptatem qua fruiturus esset in habitando, nobis declaret. Alij: Tullit, & posuit, id est, ministerio Angelorum collocauit, & introduxit in paradysum. Sequitur, ut operaretur, & custodiret illum. AUGUSTINUS. Non laboris afflictio, sed exhilaratio voluptatis homini imponitur in paradiso. In agricultura enim & voluptas est, & labor, quidquid ergo deliciarum habet agricultura (tunc utique longe amplius erat cum ea quae Deus creauerat humani

operis adiutorio, latius prouenirent) hoc homini imponitur. Videmus autem nunc quosdam magna cum voluptate agricolare, ita ut eis magna poena sit inde ad aliud auocari, sed a quibus custodiendus erat paradysus, non aduersus improbos, & inimicos, qui nulli erant, sed custodiret eum ipse ibi, ne aliquid admitteret quare inde mereretur expelli. Vide alias expositiones.

Homo à Deo dilectus.

13. GENES. 6. Et tussit dolore cordis inuisceris. HILGON DE S. VICTORE. Non est dolor nisi de re amata amissa. Unde cum amittimus rem de qua non curamus, dicimus, non attingit cor nostrum, quanto igitur profundior est amor, tanto altius tangit dolor. Cum igitur hic agatur de rei dilectae destructione, merito adesse dicitur dolor magnus.

Idem.

14. GENES. 17. Ego Dominus omnipotens, ambula coram me, &c. CHRYSOST. Alia litera habet, Ego sum Deus tuus, esto probatus coram me, &c. Magna grauitas dignitatis quae iusto tribuitur. Qui totius mundi est dominus, & uniuersi opifex, creator caeli, & terrae, dicit, Ego sum Deus tuus, ut amorem suum erga iustum declararet. Sicut igitur Dominus cum sit omnium communis, à seruis suis, ut peculiaris uocari uult, unde & dicit, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Ita & Propheta dicitur conlocuerunt. [Deus Deus meus, non concludentes eius dominium. Non igitur mirum, si homines hoc faciant, cum & ipse idem faciat, quia melior est, ut ait Sapientis Eccl. 19. vnus faciens uoluntatem Domini, quam decem mille peccatores.] & Paulus de quibusdam iustis dicit, [Quibus dignus non erat mundus.] Ecce quomodo toti mundo opposuit eos qui propter Deum affliguntur, ut discas quanta uirtutis sit magnitudo.

Homines iustos & iniustos pascit.

15. GENES. 21. Sed & filium ancilla faciam in gentem magnam. AMBROS. Omnes alit Deus noster, sufficit uniuersos, & iustos & iniustos. Denique & pluit super iustos & iniustos.

Pro homine filium ad mortem tradidit.

16. GENES. 22. Leuauit Abraham oculos suos, uiditque post tergum arietem inter uesperes, &c. Obtulit holocaustum pro filio. ZENO, Episcopus Keronens. Sermon 5. de sacrificio Abraham. Eo ferro maclauit arietem quo filium percutere iam parauerat, à filio ad agnum transtulit dexteram, semper latatus, & gaudens, nec mutatus est, uultus eius, cum esset uictima commutata; cum tanta laetitia arietem obtulit, cum quanta & filium obtulerat. Vbi enim fides fuit, non erat dolor. In illo sacrificio solus Deus doluit, quia aliam uictimam procurauit, scilicet filium suum. Nam Abraham cum filio sic probatus est à Deo, ut non postulans misericordiam mereretur. AUGUSTINUS. serm. 71. de tempore. Videte, fratres, Deum cum hominibus magna pietate certantem. Abraham, mortalem filium non moturum obtulit Deo, & Deus immortalem filium pro hominibus tradidit morti. LIPOMANVS. Sic magna liberalitate Deus certat cum homine; quia Abraham non pepercit filio tuo unigenito propter me, uicissim tibi tradam, ait Dominus, filium unigenitum meum propter te, & non parcam ei. Ut autem te melior sum, sic tibi amoris signum maus praestabo: [sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.] & proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Homo

Homo à Deo dilectus.

17. GENES. 26. Ego sum Deus Abraham patris tui. CHRYSOST. Considera Dei misericordiam. Dominus orbis ac conditor vnus hominis Deum se dicit, non abbrevians suum dominium, sed magnam in illum beneuolentiam monstrat. Exod. 3. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Hoc nomen mihi est in aeternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. AUGUSTINUS. Posito nomine aeternitatis, Ego sum qui sum, &c. dignatus est habere nomen misericordiae. Ego sum Deus Abraham, &c. illud in se, hoc ad nos. Si enim hoc solum esse uellet quod in se est, quid essemus nos? Sic ergo inquit Dominus, sum id quod sum, sic sum ipsa esse, sic sum cum ipso esse, ut nolim hominibus deesse, & ita etiam sum Deus Abraham, &c. laudemus ergo ineffabiliter eius essentiam, & amemus misericordiam. Cum dicit, Ego sum qui sum, & qui est misit me, &c. Diuinitatis substantiam significat, cum autem dicit, Ego sum Deus Abraham, &c. mysterium susceptae incarnationis insinuat, quia de illis secundum carnem generatus agnosceatur. BERNARDUS. Sermon de Natiuitate Domini. Vide effusionem nominis. Dixit quidem Dominus, ego sum qui sum, &c. perterritus autem Moyses inextimabilis auctoritate uocabili, ac si diceret: Hoc excedit intellectum meum, non posita capere, nisi effundatur, audita maiestate, Ego sum Deus Abraham, &c. Ecce Deus Angelorum uocat se Deum hominum. RUFERTVS. Duo nomina respondit Deus, alterum naturae, scilicet, Ego sum qui sum, alterum gratiae, uidelicet Deus Abraham, &c. uerum nomini gratiae addidit: Hoc nomen mihi est in aeternum, &c. quia misericordiae eius super omnia opera eius.

Idem.

18. DEUT. 10. En Domini Dei tui calum est, & calum caeli, terra, & omnia, quae in ea sunt. INTERL. Quasi ne putes eum seruitio tuo eguisse, & ideo talia praecipisse, & tamen patribus tuis conglutinat est Dominus, & amauit eos, elegitque semen eorum post eos. LYRANUS. id est, glutinio charitatis coniunctus ex sua mera liberalitate, quia non indigebat eis, sicut nec te. OLEAST. non petis aurum, aut argentum tuum, non praedia, non opes, non filios, non uxorem, sed timorem, & amorem.

Idem.

19. 1. REGVM 2. Exaltatum est cor meum in Deo. CHRYSOST. Hom. 4. de fide Anna. Non simpliciter dicit in Deo, sed in Deo meo. Sibi vsurpans eum qui toti orbi communis est, non dominium diminuens, sed suum desiderium indicatura, ac consolationura. Sic enim amatores solent, non ferunt unquam cum multis amare, sed eximium ac peculiarem amorem pra se ferre uolunt. Unde Propheta saepe dicit, Deus meus, & Dominus meus, &c. Quod plus est, etiam Deus hac locutione uirtutem suam seruis suis, priuatim aliquorum se profitetur Deum. Unde dicebat, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, &c. Nec tantum Deus caeli, & terra, & maris, & eorum quae in eis sunt, appellari gaudet, quantum si Deus Abraham, Isaac, & Iacob uocetur. Apud homines à dominis serui, à maioribus minores appellationem sumunt: apud Deum autè è contra. Nò solum enim Abraham Dei dicitur, sed Deus etià Abrahami. Atque ita dominus à seruo denominatur. Unde Paulus, [et non confunditur uocari illorum Deus.] Quare non erubescit? Nimirum, ut & nos ipsam imitemur. Vide etiam Amor hominis erga Deum nu. 12. & 3.

Diligentes glorificat, & noninem con demnat.

1. REGVM 2. Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum. Quis autem contempnit me, erunt ignobi es. AMBROS. lib. de paradiso, cap. 5. Deus operatur quod bonum est, non quod malum. Ergo doceant te uerba diuina, quia operatur gloriam, poenam relinquit. Honorificantes me, inquit, glorificabo, & contemptores mei: non dixit, honore priuabo, sed honore priuabuntur: non suae operationi deputans eorum iniuriam, sed quid futurum esset ostendens: similiter serpenti non dixit, faciam ut super pedes tuos gradiaris, &c. sed super pedes tuos gradiaris.

Deus magnam curam habet hominis.

20. PSAL. 90. Angelis suis Deus mandauit de te. BERNARDVS. [Consciantur Domino misericordiae eius, & mirabilia eius filiis hominum] consciantur, & [dicant inter gentes, quoniam magnificauit Dominus facere cum eis] [Domine quid est homo quia innotuisti ei,] [aut quid apponit erga eum cor tuum?] geris pro eo sollicitudinem, curam illius habes, denique ei mittis unigenitum tuum, immittis spiritum tuum, promittis etiam uultum tuum, & ne quid in caelestibus uacet à cura sollicitudinis nostrae, beatos illos spiritus propter nos mittis, in ministerium custodiae nostrae deputas, nostros iubes fieri paedagogos, &c.

Homo à Deo dilectus.

21. GENES. 49. Deus Patris cui, adiutor tuus, &c. CHRYSOST. Nota autem quomodo orbis dominum suum solius esse dicat, non cōclydens eius dominium, nec priuans eum potestate uniuersali, sed suum declarans amorem.

Deus liberalior in dando quam homo in petendo.

4. REGVM 13. Pete mutuo ab omnibus uicinis tuis uasa uacua non pauca, &c. Asser mihi uas, & responde mihi, Non habeo, stetitque oleum. Iuxta nostram capacitatem est Dei liberalitas. Hoc est, quo quis melius dispositus, eo maiora recipit. Imo in hac concertatione, semper Deus uictor euadit. Semper enim uota supplicum excedit merita, ut patet in illo dono inenarrabili filij sui, de quo Item: [sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret.] Item in Eucharistiae dono ultra desiderium humanum. Imo tanquam impossibile dixerit quidam: [Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandum?] Multa homines desiderant iuxta illud, [caput illius aurum.] Sed Deus excedit in magnificentia hominis desideria, iuxta illud Cant. 5. [Caput eius aurum optimum,] ac si diceret: hominis desideria finita, & pereunt, sed Dei aurum optimum, infinita, & permanentia. [Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quae praeparauit Deus,] &c. Ruth. 3. expande pallium tuum quo operiris,] dixit quidam, [et tene utraque manu,] &c. & alibi, [aperi os tuum & implebo illud,] id est, quantum dilataueris, tantum accipies. & nota quod utraque manu aicit tenendum, id est, quod corde conceptum est, faciendum opere.

Vna quaque persona Trinitatis circa hominem manus suscepit.

22. GENES. I. E. ianiam hominem ad imaginem, &c. RUFERTVS. Mignum planè consilium in illo talium personarum Patris, & Filij, & Spiritus sancti, non tam senatu quam soliloquio uenerando de nobis peccatoribus habitum est. Planè ibi omnis nostra in medio causa posita est, mors, uel perditio nostra futura, & quidquid esse nos, actum uel agendum est.

est: vnaqueque persona suam operis partem suscipit. Pater dicit, ego creabo; Filius, ego redimam: Spiritus sanctus, ego sanctificabo. Atque ita communi totius Trinitatis consilio dicitur, *faciamus hominem*. &c. laus ergo sapientiae creatoris, honor gratiae liberatoris, gratiarum actio pietati illuminatoris, & adoratio vniuersae creatrici, liberatrici, & gubernatrici omnium Trinitati. Repleatur os nostrum laude, vt tantam eius magnitudinem tota die decantemus.

Christus dilexit nos dulciter, sapienter & fortiter.

25. **D**EUTER. 6. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, &c. BERNARDVS. Amor cordis ad zelum quandam pertinet affectionis; amor animae, ad industriam, seu iudicium rationis; amor virtutis, ad animi reflectatur constantiam, & vigorem. Dilige ergo Dominum Deum tuum toto & pleno cordis affectu; dilige tota rationis vigilantia, & circumspicione; dilige tota virtute, vt nec pro eo mori timeas. Sit suavis affectui, contra male dulces huius vitae illecebras, & vincat dulcedo dulcedinem sicut clauo clauis expellitur. Sed sit nihilominus prauiam lux intellectui, & dux rationi, non solum ob cauendas haereticas fraudis decipulas, & fidei veritatem ab eorum versutiis custodiendam, verum vt cautior quoque sis, nimiam ruinam, & indiscretam vehementiam vitare in tua conuersatione; sit & fortis, & constans amor tuus, nec erroribus nec succumbens laboribus. Hos tibi Christianae dilectionis modos Christus exhibuit in seipso. Dilixit enim dulciter, sapienter, & fortiter. Dulce nempe dixerim, quod carnem induit; cauit, quod culpam cauit; forte, quod mortem sustinuit. Nam quos in carne visitauit, non dilexit carnaliter, sed in prudentia spiritus, aemulans nos Dei aemulatione, non hominis, & sane saniori affectu quam prior Adam Heuam suam. Itaque quos in carne quaesuit, dilexit in spiritu, redemit in virtute: Plenum certe omni dulcedine, videre hominem hominis conditorem. At dum naturam prudenter selegit a culpa, mortem potenter propulit a natura, in carnis assumptione condescendit mihi, in culpe violatione consuluit sibi, in mortis susceptione satisfecit patri. [Amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis.] Nisi amasset dulciter, non me in carcere quaesisset illa maiestas. Sed iunxit affectioni sapientiam, quae tyrannum deciperet; iunxit & patientiam qua placaret offensum patrem. Disce Christiane a Christo quomodo diligas ipsum. Disce amare ipsum dulciter, fortiter, prudenter; dulciter, ne illectus; prudenter, ne deceptus; fortiter, ne oppressus, ab amore Domini auertaris; ne mundi gloria seu voluptatibus abducaris. Dulcescat tibi praesens Sapia Christi: ne seducaris spiritu mendacis, vel erroris, luceat tibi veritas Christi; ne aduersitatibus fatigeris, confortet te virtus Dei Christi; zelum tuum inflammet charitas, informet scientia, firmet constantia: sit feruidus, sit circumspectus, sit inuidus: nec torporem habeat, nec careat discretionem, nec timidus sit.

De charitate Christi nimia.

26. **I**OAN. 15. *Maiorem charitatem nemo habet quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* BERNARDVS. Tu maiorem habuisti Domine Iesu ponens eam pro inimicis. Cum enim adhuc iniqui essemus, per mortem tuam, & tibi reconciliati sumus & patri. Quam ergo videbitur vel esse, vel fuisse vel fore huic similis charitati? Vix pro iusto quis moritur, tu pro iniustus passus es, moriens propter delicta nostra, qui venisti iustificare gratis peccatores; seruos, facere fratres; captiuos, cohaeredes, exules, reges. Nec sane aliud aliquid patientiam & humilitatem hanc aequae

illustrat quam quod tradidit in mortem animam suam, & peccata multorum tulit, etiam pro transgressoribus rogans vt non perirent.

Flagellum corporis, diuina est erga nos attestatio charitatis.

27. **A**POCALYP. 3. *Ego quos amo, arguo, & castigo.* BERNARDVS. Haecine tota commendatio est: Prorsus quantum mihi videretur, ipsa. Quae enim melior aut efficacior commendatio quam diuina erga nos attestatio charitatis? Testimonium verò amoris eius nullum credibilius, nullum certius in hac vita, quam quod desiderat Propheta, vbi ait, [Corripit me iustus in misericordia sua.] &c. Haec namque increpatio qua iugiter nobis in occulto suggerit spiritus veritatis quid desit nobis, superbiam, negligentiam, ingratitudeque repellit. Quo triplici vitio omne paulominus religiosorum hominum genus periculosè laborat: pro eo quod minus attentata cordis aure percipiunt quid intus loquatur is qui neminem palpat spiritus veritatis. Quod nonnullis ex inde prouenit, nisi fallor, quod propriae gloriae cupidum, nulla ratione quiescere possunt, cum in seipsis nihil penitus inueniunt unde possint aliquatenus gloriari. Perfecta & secura gloriatio est, cum veremur omnia opera nostra] sicut ait *Beatus Iob, & cum Ihu*, [omnes iustitias nostras tanquam pannum menstruatam reputamus.] Nihilominus tamè confidimus etiam, & gloriamur in Domino, cuius misericordia tanta est super nos, vt a grauioribus, & quae ad mortem sunt peccatis custodiat nos, & tam benignè ipsam imperfectionis nostrae impunitatem nobis manifestet, & condonet, vt humilitate & sollicitudine, & gratiarum actione firmiter radicari, iam non in nobis, sed in Domino gloriemur.

Deus tanquam Pater suos filios diligit.

28. **C**LEMENS ALEXANDRINVS *Oratione ad gentes.* Deus ex multa benignitate hominem retinet, & complectitur. Sicut enim cum pullus è nido excidit, mater è nido aduolat: si quando autem serpens deuoraturus inhiat, mater circumuolat natos, charissima pignora deflens: Deus autem Pater, & suum quaerit figmentum, & ei quod lapsum est medetur, & feram persequitur, & pullum rursus in nidum recipit, vt rursus aduolat incitans. CYPRIANVS, *de zelo & liuore.* Si hominibus latum est & gloriosum filios habere conformes, & tunc magis generasse delectat, si ad patrem lineamentis paribus soboles successua respondeat: quanto maior in Deo patre latitia est, cum quis sic spiritualiter nascitur, vt actibus eius, & laudibus, diuina generositas praedicetur?

Amor diuinus liber est ab omni inuidia.

29. **C**HRYST. *Hom. 23. in epistolam ad Romanos.* Apud homines, si, quem alius diligit, dilexeris, repugnabit illius amator: Deus verò sui te amoris communicatione ita dignatur, vt non communicantem oderit. Humanus quidem amor zelo & inuidia plenus est; diuinus verò ab omni huiusmodi affectuum morbo liber est, & ideo quaerit qui secum in amore communicent.

Quanta & quam multa Deus homini communicauit.

30. **C**HRYST. *Hom. 15. in epistolam ad Timotheum.* Vide quanto nos affectu honore, huiusmodi nobis potestate permittit. *Feci ego, inquit, caluam, & terram, eadem conditionis facultate te dono, vt terram facias*

facias caelum. Potes enim, sicut veluti, quilibet indulgentissimus pater pictura illustris, non ipse solum eam gloriam vult, sed filium, quoque ad eandem gloriam cupit adducere. Feci ego, inquit, corpus pulchrum, do tibi praestantioris officium. Tu pulchrum pulchram. Dixi ego, Produxi herbam foeni, & omne fructificum lignum: dic tu quoque: Producat haec terra fructum suum, & proderit quodcumque operari volueris; facio astatim, & nebulam serpo, tonitruum, & creo spiritum, sinxi draconem, & illud ei, diabolo scilicet: nec tibi hanc inuidi potestatem: illud illi tu quoque si vis. Potes enim cum vt passerulum capere. Orii facio solium super bonos & malos: imitare eum tu bonaeque tuae bonis & malis communita. Accendi in caelo luminaria, accende & tu clara illis, nam & hoc potes; is qui in errore sunt, lumen veritatis accende. Dominus angelorum: ego itidem in sede regia sede, & tu mecum per primitias sede.

Deus quandoque nos priuat temporaliibus, vt daret caelestia.

31. **C**HRYST. *Hom. 1. ad Timotheum.* Sicut paratulus si quid habeat puerile, idque rebus necessariis praefert, pater ipsum puerilibus priuat, vt vel initium ad meliora traducat: ita & Deus omnia facit cunctaque molitur, vt vota nostra, atque desideria ad caelestia transferat. *Idem hom. 25. ad Hebraeos.* Infantulus cum aliquid puerile desiderat, cum omni festinatione abscondimus, vt puta sphaeram, & quaecumque talia, ne impediatur a necessariis: cum autem ea contemperit, & non iam eorum desiderio detinetur, sine sollicitudine ei damus, scientes quoniam multa laesio ei de caetero non contingeret, illa cupiditate cessante, quae eum a necessariis poterat auocare: ita & Deus cum viderit nos non cupientes, quae terrena sunt, tunc iam ipsa nobis ad vtendum largitur, & sicut liberi & viri eam possidebimus, non sicut pueri.

Multis nominibus explicat Deus sui amoris magnitudinem.

32. **C**HRYST. *in Psalm. 5. Sponsum vocat Iohannes Baptista Iesum Christum, sponsam: Paulus Ecclesiam.* Ac spūs quidem homo post primos dies remittit amoris vehementiam: sponsus autem noster Deus perpetuò nos amat, & auget desiderium. *4. Esdra 1. Nomen ego vos rogavi vt pater filios, & mater filias, & vt nutrix parvulos suos, vt essetis mihi in populum, & ego vobis in Deum, & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem? Ita ego vos collegi, vt gallina pullos suos sub alas suas.* **C**HRYST. *in Psalm. 4. Deus suum nobis nostrae salutis amorem significaturus, gallinarum in nobis charitatem, patrum curam, matrum misericordiam, virorum profert amorem, non quia tantum duntaxat amet, sed his exemplis, & regulis, non alia apud nos maiora signa, vel argumenta. Nam quod multo magis nos deamat: [Eti] *(ait Ihu. c. 49.)* mater filiorum vteri sui obliuiscatur, at ego tui non obliuiscar. *3. [vir uxorem dimissam, & cum alio pollutam reuertam non recipiet, peccatorem autem Deus recipit.]**

AMOR HOMINIS erga Deum.

Amor Dei vincit religionis difficultates, vide Religio. nu. 7. 21. 24. Qualiter Deus diligendus ab homine, imagine Dei. I. II.

Amandus & timendus Deus. *Amor Dei timendus.* *Deus solus vult adorari.* *Propter Dei amorem labores sustinendi.* *Amor Dei amor est: vt paratulus tollit, & a matre Ab omnibus exigitur amor.*

Diligendus Deus plusquam parentes. *Amor eximius Dei, ipsum sibi appropriat.* *Amor Dei eius offensas deplorat.* *Amor Dei signum electianis, & eius absentia, reprobationis.* *Dilectione rependuntur omnia beneficia.* *Qualiter Deus diligendus ab homine, imagine Dei.*

AMROSIVS lib. de dignitate humane conditionis, super illud Genes. 1. *Ad imaginem Dei, & similitudinem nostram.* Sicut Deus vniuersa trinitate personarum, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: sic & anima vna natura est, tres tamen in se dignitates habet: id est, intellectum, voluntatem, & memoriam, quod idem, licet aliis verbis, in Euangelio designatur, cum dicitur: [Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.] Id est, ex toto intellectu, & ex tota voluntate, & ex tota memoria. Item, sicut ex Patre generatur Filius, & ex patre filioque procedit Spiritus sanctus: ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his item ambobus procedit memoria: sicut Deus pater, Deus filius, Deus Spiritus sanctus est, non tamen tres Dij sunt, sed vnus Deus, tres habens personas: ita & anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tamen tres animae in vno corpore: sed vna anima tres habens dignitates, & ex his tribus quasi excellentioribus animae dignitatibus, iubemur diligere conditorem. Nec solum sufficit Deo intellectus, nisi fiat in amore eius voluntas, imo nec haec duo sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis & diligentis maneat Deus. Vt sicut non potest esse momentum, quo homo non vtatur vel fruatur Dei bonitate, & misericordia: ita nullum debeat esse momentum, quo praesentem eum non habeat memoria.

BERNARD. *cap. 1. medit.* Oportet autem id quod ad imaginem est, cum imagine conuenire, & non in vacuum nomen imaginis participare. Repraesentemus ergo in nobis imaginem eius in appetitu pacis, in intuitu veritatis, & in amore charitatis.

Amandus & timendus Deus.

2. **G**ENES. 2. *Lignum etiam vite in medio Paradisi: lignumque scientiae boni, & mali.* DAMASIOENVS. Lignum vitae sic dictum quasi habens operationem tributivam vitae, vel, quia iis solum comestibile qui vita digni sunt, & morti non subiecti: Lignum autem scientiae boni & mali, quia virtutem donabat cognoscendae propriae naturae, quod quidem bonum erat perfectis, sed malum infirmioribus. Sicut solidus cibus adhuc debilibus & lacte indigentibus. **BONAVENTURA** super 2. *sententiarum.* Posuit Deus haec duo ligna in medio Paradisi iuxta se inuicem, vt ex vno, vt pore ex ligno vitae, conciperet homo affectum amoris; ex alio verò, affectum timoris.

Idem.

3. **G**ENES. 2. *Et adduxit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea.* RYPERTVS. Vt ostenderet homini honorem suae conditionis, & intelligeret

zet quod nihil sibi compar esset in iumentis siue careris animantibus cuiuslibet generis. Hoc enim, ad amorem creatoris homini proficere debuit. Vnde subditur: Adhuc verò non inueniebatur adiutor similis eius. CHRYSOST. Nam licet omnia animantia illum adiuuent, & in multis ministerio suo seruiant ei, ratione tamen carent, & dignitate inferiora sunt.

Amor Dei impedienda tollit.

4. GEN. 12. Septuaginta quinque annorum erat Abraham cum egredere de Aram. CHRYSOST. Nec etas fuit obstaculo, nec aliud quidpiam eum potuit detinere, sed vicit omnia ipsius in Deum amor. Anima enim vigilans, & sobria, cuncta disciat impedimenta, totaque sit eius quod amat. Nec enim possibile est, ut rem fortem & egregiam quis vnquam aliter faciat, nisi antea aduersus omnia, quae obistere possunt, se armet, & instruat.

Deus solus vult amari.

5. GEN. 17. Dixitque Deus: Ego sum, & ponam patrem tuum, &c. LIPOMANVS. Solus vult dominus haberi, credi, coli, & amari, & vt solus noster Dominus est, sic totos nos exigit esse suos.

Idem.

6. GEN. 22. Tentauit Deus Abraham. CHRYSOST. Non quod ipse ignoraret, tentatione illum probauit, sed vt ij qui tunc erant, & qui ab eo tempore vsque ad praesens, Patriarchae obedientiam in praecipis dominicis discerent. AVGVST. Serm. 72. de Tempore. Et si sciebat se Abraham, nos non noueramus Abraham. Nobis ergo prodendus erat, vt sciramus, vel quid à Domino deprecemur, vel quid in homine imitemur. Docet igitur nos Abraham, vt Deo non proponamus quod dar Deus. Ergo nec illud quod tibi pro magno praestat Deus, proponas illi qui praestitit, & cum voluerit tibi subtrahere, non tibi vilescat: quia gratis amandus est Deus, quod enim dulcius à Deo praemium, quam ipse Deus?

Propter Dei amorem labores suscipiendi.

7. GEN. 29. Seruauit Iacob septem annis pro Rachel, & videbantur illi dies pauci pro amoris magnitudine. CHRYSOST. Audiamus igitur & nos ignari, & supini, magna ingratitude in Deum viuientes. Nam si iustus hic pro puellae amore septennium seruire, ferreque pastoralium laborum arumnas decreuit, & non sentit, vel labores, vel temporis longitudinem, sed omnia ei leuia, & facilia videntur: qualem nos habebimus excusationem, qui non pari studio erga dominum nostrum benefactorem & curatorem afficimur? Si quando proponitur lucrum temporale, omnia alacriter suscinemus, etià si laboriosum sit, & valde arumnosum, propter nostram autem salutem remissi, & supini, & dissoluti sumus. Non ita Paulus, qui tanta feruebat, & ignitus erat charitate in Deum, vt diceret: [Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, angustia,] &c. Amor enim eius in Deum, & succensam charitas mentem eius à sensibilibus ad spiritualia transfudit, à praesentibus ad futura, & à visibilibus ad non visibilia. Vnde, & labores plurimos gaudens & exultans propter Christum dilectum sustulit; & dicebatur: [In laboribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter,] &c. [Ter virgis caesus sum,] &c.

Amor Dei, amorem temporalium tollit.

8. GEN. 32. Tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit, &c. Ipse verò claudicabat pede. GREG. hom. 14. super Esau. Notandum quod idem victus

Angelus neruum femoris Iacob tetigit, eumque marcescere statim fecit, & extunc Iacob vno claudicauit pede. quia scilicet omnipotens Deus cum iam per intellectum & desiderium cognoscitur, omne in nobis voluptatem carnis arefacit, & qui prius quasi duobus pedibus innitentes, & Deum videbamur quaerere, & seculum tenere, post agnitionem suauitatis Dei, vnus in nobis pes sanctus remanet, atque alter claudicat. Quia necesse est vt debilitato amore seculi, conualescat ad amorem Dei. Si ergo tenemus angelum, vno claudicamus pede, quia dum crescit fortitudo in nobis amoris intimi, infirmatur proculdubio fortitudo carnis: Omnis enim qui vno pede claudicat, soli illi pedi innititur, quem sanum habet: sic, & cui desiderium terrenum iam arefactum fuerit, in solo pede amoris Dei, tota virtute se sustinet, & in ipso stat, quia pedem amoris seculi, quem in terra ponere consueuerat, iam suspensum à terra portat. & 4. Moral. cap. 14. Qui vero amore sublimia respicit, iam in hoc mundo duplicibus incedere desiderijs nescit. Vno enim pede innititur, qui solo Dei amore roboratur, & necesse est, vt alius marcescat, quia mentis virtute exescente, oportet proculdubio vt carnis fortitudo torpescat.

Ab omnibus exigitur amor.

9. EXODI 30. Dives non addet ad dimidium sili, & pauper nihil minus. CYRILLVS. lib. 2. super Ioannem. Lex pecuniam Deo offerre iubebat, non quoniam pecuniam Deo colligere vellet, sed quod per figuram, maiora doceret. BEDA. Dives non addet, &c. quia siue magnus est meritis quisque ac perfectus, siue tener adhuc, & in profectu positus virtutum, à cunctis charitas exigitur. LIPOMANVS. Nota autem non exigi integrum silium, sed dimidium. Nam charitas imperfecta est, dum peregrinamur in hoc seculo, perficienda autem in caelo.

Idem.

10. LEVIT. 3. Omnis adeps Domino erit iure perpetuo. INTERL. Vt omne desiderium nostrum offeramus Domino, non partim mundo. [Nemo enim militans Deo, implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat, cui se probauit,] Hac illa. 2. ad Timoth. 2. Per adipem intellige, amoris affectum, iuxta illud David: [Sicut adipe, & pinguedine repletur anima mea.] quia opera exteriora communia quidem sunt Deo, & hominibus, amor autem interior soli Deo patet. Et, [Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.] iure perpetuo, inquit, in generationibus, & cunctis habitaculis vestris. INTERL. Per singulas aetates, non quod figura semper obseruetur, sed quod per eam intelligitur.

Qualiter diligendus Deus.

11. DEUTER. 6. Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. INTERL. intellectu & ex tota anima tua. INTERL. Fuit. Et ex tota fortitudine tua. INTERL. Viribus vel affectu. AVGVST. lib. de doctrina Christiana, cap. 22. Debuit homini ista perfectio praecipii, quamvis in hac vita non possit haberi. Non enim recte curritur, si quod currendum est nesciamur, curramus autem sperando, credendo, desiderando, eleemosynas dando, & orando vt currentes adiuuemur, & sic praecipia perfectionis audiamus, nec ad perfectionem charitatis currere negligamus, &c. Et si Deus omni homine plus diligendus est, plus debet quis diligere eum quam seipsum. Patet item: Amplius alius homo diligendus est, quam corpus nostrum, quia propter Deum omnia ista diligenda sunt.

Diligen

Diligendus Deus plusquam Parentes.

12. DEUTER. 32. Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit te fecit, & creauit te. AMBROS. lib. de fuga seculi. Si parentes quia nos genuerunt amamus: quanto magis diligere debemus creatorem, parentem, factoremque nostrum? GLOSSA ORDIN. Praeposterus ordo. primo enim creauit Deus disponendo vt esses. secundo, fecit formando; tertio, dominando possedit. Sed prius ponit possessionem quam de te habet. Vnde INTERL. Qui possidet per fidem expulsus erroribus, vindicauit sibi & postea ius ad possessionem: Pater tuus ait, ac si non esset reliquorum. Vide Amor Dei erga homines, num 14. 17. 18. 19. 22.

Amor eximius Dei ipsum sibi appropriat.

13. 1. REGVM 2. Exaltauim est cornu meum in Deo meo. CHRYSOST. Non simpliciter dicit in Deo, sed in Deo meo, sibi vsurpans eum qui toti communis est: &c. Vide Verbo, Amor Dei erga homines, numeris citatis. Paulus etiam ad Galatas 2. [Qui dilexit, inquit, me, & tradidit semetipsum pro me,] & 1. Petri 1. [Manifestati nouissimis temporibus propter vos, qui per ipsum fideles estis,] tanquam si non venisset pro reliquis omnibus. Vnde AVGVSTINVS, lib. 3. confess. cap. 11. O tu bone omnipotens qui sic curas vniquemque nostrum, tanquam solum cures, & sic omnes tanquam singulos.

Amor Dei eius offensas deplorat.

14. 1. REGVM 4. Et pro sacro suo, & pro viro suo ait: Translata est gloria Dei ab Israel, eo quod capta esset arca Dei. Oblita omnium arumnarum suarum, nempe partus dolorum, foci, mortis, & quod plus est, viduitatis propriae, hoc solum deplorat, captiuitatem arcae Dei, & ignominiam nominis Dei. consolabantur eam: Ne timeas quia solum peperisti: at ipsa non cessat: Translata est gloria Dei ab Israel. Exemplar veri Dei amatoris, qui quia diligit Deum super omnia, etià super omnia eius offensas & peccata sentit.

Amor Dei signum electionis, & eius absentia, reprobationis.

15. 1. REGVM 20. Ecce sagitta intra te sunt, &c. Tu veni ad me, quia pax tibi est, &c. Si autem dixeris, Ecce sagitta ultra te sunt: Vade, quia dimisit te Dominus. Si sagitta amoris, & charitatis, intus in anima fuerint, veluti sentiebat in semetipso S. AVGVSTINVS, quando dicebat: Sagittaueras tu Deus cor meum charitate tua: certum signum securitatis, Pax tibi est. At si ultra te sunt, si non manes in charitate, signum reprobationis, quoniam dimisit te Dominus. Alia litera, quoniam amandam te, &c.

Amor à nobis exigitur.

16. NUMER. 20. Loquimini ad petram, & illa dabit aquas. OLEASTER. Omnia etiam insensibilia dant Deo suo & Creatori quicquid ab iis postulant, etiam si di natura sua non habeant: solum homo negat Deo suo quod Deus ab eo petit, nempe amorem, & praecordia sua. [Fili praecordia cor tuum.] Ferrens, & plusquam lapideus es, si dante petra aquas tuum.

Idem.

17. EXODI 16. Nullus egredietur de loco suo. GREGORIUS. lib. 8. Moral. cap. 15. Locus hominis, sed non localis ipse, scilicet conditor extitit, qui hunc vt in semetipso confisteret, creauit, què nimirum locum tunc homo deseruit, cum seductoris verba audiens, à

conditoris amore discessit: sed cum omnipotens Deus, redimendo se homini etiam corporaliter ostendit, ipse vt ita dixerim fugitui sui vestigia subsequens, ad retinendam quem amiserat hominem, locus venit. Si enim appellari locus nequaquam conditor posset, Deum laudans Psalmista, nequaquam diceret: [Fili seruatorum tuorum habitabunt ibi,] ibi enim non dicimus nisi cum locum specialiter designamus. Dicere ergo Dei ad hominem, non egredietur quisquam die septimo de loco suo, est, ac si diceret, à conditoris sui amore in die sanctae festiuitatis non discedat. Vide verbo Deus num. 49.

Amor Dei omnia vincit impedimenta.

18. AVGVST. lib. de 10. chordis cap. 9. Nunquid non habemus praecipuum, quo ligemus fugituum istum? habemus quidem, sed amet, & non erit ligamentum, sed ornamentum. Agit ibi Augustinus de eo qui dicit, fornicationem simplicem non esse peccatum contra sextum praecipuum decalogi.

Amandus Deus pro beneficiis.

19. PSAL. 115. Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi? BERNARD. Quando ignorabam, me instruxit: quando errabam me reduxit; quando peccabam, me correxit; quando steti, me tenuit; quando cecidi, me crexit; quando iui, me duxit; quando veni ad ipsum, me suscepit: nec pro his omnibus quid rependam habeo, nisi tantum vt diligam. non enim melius nec decentius quam per dilectionem rependi potest, quod per dilectionem datum est.

Amore solo, de cunctis criminibus triumphamus.

20. LVCA 7. Dimittantur ei peccata multa, quoniam diligit multum. PETRVS RAVENAS. Inter omnia Dei praecipia, amor obtinet principatum: [Diliges, inquit, Deum ex toto corde,] &c. Ama ergo homo Deum, & ama totus, vt possis omnia sine labore vincere & delere peccata. Teneat militiae, & delicati conflictus est, amore solo de cunctis criminibus victoriam reportare.

Amor diuinus, mundanum excludit.

21. CHRYSOSTOM. Hom. de profectu Euangelij. Anima quando diuino amore & desiderio vere corripitur, ad nihil huius vitae se conuertit: sed sicut mente moti contemnunt ignem, & ferrum, & feras, & pelagus, & omnia: ita pij furore quodam, maxime spirituali, ac honestissimo, insaniunt deridentes omnia quae vident. Idem Hom. 43. in caput. 22. Matthei. Sicut casta mulier, quae virum suum amat, nullum amat alium. Si autem alterum amauerit, iam non amat virum suum: ita & homo si Deum amat, mundum non amat; si autem mundum amauerit, iam Deum ex toto corde non amat. CYPRIANVS. lib. de duodecim Abusibus. Quemadmodum iidem oculi ocelum & terram pariter nequaquam aspicunt: ita mundi amor & Dei pariter in vno corde habitare non possunt.

Amor Dei, ab aliis abstrahit animam.

22. CHRYSOST. lib. 2. de Compunctione cordis. Si corporalis amor, ita deuinctam sibi tenet animam, vt ab omnibus etiam necessariis actibus cogat abscedere, & illi soli quem amat, operam dare, atque in eius amore cogitationem fixam tenere: quomodo non amor Christi ab omnibus reliquis abstrahit animam, sibi que conficiat, atque desiderij sui vinculis costringit? MAXIMVS lib. 2. de Charitate. Quam rem aliquis amat, eandem etiam omnibus modis amplectitur: & omnia quae illi, erga illam impedimenta sunt,

funt, aut obstaculo, contemnit, ne re adamata priuetur. Itaque qui Deum diligit, puræ precationis curam habet, & omnem affectum illi erga hoc obstantem ex se ipso eiectum abiicit. **BERNARDVS. Serm. de Ascensione**, amorem Dei comparat virgæ Moyſi verſæ in serpentem coram Pharaone, & amores omnium aliarum rerum mundanarum, virgis magorum Pharaonis, in colubros verſis. Vnde serpens Moyſi deuorauit alios serpentes aliarum Virgarum, ad designandum quoddam amor Dei quasi ignis consumens deuorat amorem omnium mundanorum.

Idem.

23. **MARCVS Eremita**, de his qui putant ex operibus iustificari. Quemadmodum in aquis ignis durare non potest, ita nec turpis cogitatio in corde Dei amante. **MAXIMVS, lib. 3. de Charitate**. Quem amat aliquis, hunc omnibus modis studet, & adproperat etiam reuerenter habere, & colere. Itaque si quis Deum amat omnino, etiam ea quæ sibi maximè placitura sunt, festinat facere. Cæterum si quis carnem amat, ea quæ carni voluptati sunt, facit. **AVGVSTINVS lib. Mediationum cap. 35**. Si homo hominem tanta diligit dilectione ut alter alterum vix patiat abesse: si sponsa sponso tanto conglutinatur mentis ardore, ut præ magnitudine amoris nulla perfrui valeat requie, chari sui absentiam non sine magno mœrore ferens. Qua ergo dilectione, quo studio, quo seruore anima quam desponsasti tibi fide, & miserationibus, debet diligere te verum Deum, & pulcherrimum sponsum, qui nos sic amasti, & saluasti, qui pro nobis tot & talia fecisti? Amor tuus suauis, & quietus est, nam pectora quæ possidet, dulcedine & suauitate, & tranquillitate replet: è contrà amor seculi, & carnis, anxius est, & perturbatus. Animas certè quas ingreditur, quietas esse non patitur, semper enim suspitionibus variisque timoribus follicitat eas.

Amando Deum, pulchri efficitur.

24. **AVGVST. in Epistolam Ioan. Tract. 9**. Diligendo, pulchri efficitur. Quid facit homo difformis, & distorta facie, si amat pulchram? aut quid facit femina difformis, nigra, & distorta, si amat pulchrum? Nunquid amando potest esse formosus? quando in speculo videt, erubescit faciem suam leuare ad illum formosam quam amat. Quid facit vt pulchra sit? expectat & expectando, senectus additur, & turpiorem facit. Non est ergo quod des illi consilium, nisi vt compescat se, & non audeat amare impari parem. Anima nostra fœda est per iniquitatem, amando Deum, pulchra efficitur: qualis amor qui reddidit pulchram amantem? Deus semper Pater est, amauit nos fœdos, vt ex fœdis faceret pulchros. Erunt pulchri amando eum qui pulcher est. Quantum in te crescit amor, tanto crescit pulchritudo: quia ipsa charitas animæ est pulchritudo.

Quare lex amoris Dei toties repetitur?

25. **DEYTERON. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo**, &c. Vide *Amor Dei erga homines*, num. 25. ex Bernardo. **BALDVINVS**. Vt arbitror ob duritiam cordis nostri curauit Deus hoc verbum tam diligenter mandare, & quasi mandando altius imprimere. Sicut fieri solet in duriori ligno, cui insigendus est clauus: nam propter ligni duritiam, non totus clauus statim intro mittitur, sed crebra percussione additur, & intrare cogitur, donec totus insigatur. Iste sermo quasi quidam clauus est nostris cordibus insigendus. Hoc volens Deus cor nostrum transfigere, & penetrare, dicit: *Diliges Dominum Deum*

tuum ex toto corde tuo, & altius insigens, ait: *Ex tota anima tua*. & vt interius adhuc admittatur, subdit: *Ex totis viribus tuis*: & vt ad interiora intima perueniat, nouissime adiungit, *Ex omni mente tua*. & nimis mandauit hoc, qui voluit custodiri nimis. Est & alia ratio. Nam qui amor mundi totum cor nostrum occupat, de toto corde eiiciendus est, vt & princeps huius mundi eiiciatur foras, & ingrediatur amor, totum cor sibi vendicans, vt in nouissimis finibus cordis nostri cognoscat Deus, & [remineantur & conuertantur ad Dominum vniuersi fines terræ.] sed quomodo toto corde possumus diligere Deum, cum cor nostrum, nondum nostrum sit, sed alieni diripiant illud? Vnde [cor meum dereliquit me.] Verum si non quantum tenemur, diligere possumus, saltem quantum possumus, diligamus. Nec imitemur iniquum debitorem, qui si non sufficit totum soluere quod debet, detrectat soluere quantum habet: quasi par culpa sit nihil soluere, & nõ totum soluere.

IDEM BALDVINVS. Diligendus est Deus in beneficiis suis, toto corde; in promissis, tota anima; in iudiciis suis, ex omnibus viribus, in præceptis, ex omni mente. Primò, Multitudine beneficiorum nos obruit, & amorem molitur beneficiis extorquere. Qui cor concessit, petit cor. [Fili præbe mihi cor tuum.] Jex corde vult amari qui cor sibi petit dari. Secundo, Qui magna nobis dedit, maiora promissit. Pro his meritis debet amari a nobis sine modo; nam promissiones Dei, omne desiderium superant. Hæc autem affectio sancti desiderij significari potest nomine animæ, cum dicit, *ex tota anima tua*. Tertio, in iudiciis suis diligendus est Deus, *ex omnibus viribus tuis*, iuxta illud: [Et exultauerunt filie Iudæ propter iudicia tua Domine.] Quarto, *Tota mente* diligendus est Deus, & in præceptis suis. Mens enim principatur in homine, & sicut omnibus quæ sub ea sunt, se nouit esse prælatam: ita meminisse debet, necessitate obediendi, se Deo fore astrictam: obedientiam sanè quam ab inferiori exigit, suo superiori æquissimo iure impendit. Charitas autem Dei, & obedientia in diuiduo nexu se complectuntur, & ab inuicem non disiunguntur. Hinc dominus ait, [Si quis diligit me, sermone meum seruabit.]

Mariae gladius est Charitas Dei.

26. **LVCA. 2. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius**. **BERNARDVS**. Est gladius amor Dei, qui Mariæ animam non modò confixit, sed etiam pertransiuit, vt nullam in pectore virginali particulam vacuum amore relinqueret, sed toto corde, tota anima, tota virtute diligeret, & esset gratia plena. Aut certè pertransiuit eam, vt acciperemus, & fieret mater charitatis, cuius pater est charitas Deus parturiens, & in sole ponens Tabernaculum eius, & illa quidem vulnus suscepit amoris, & suauis. Ego verò me fœlicem putauerim, si summa quasi culpe huius gladij interduum me sensero, vt vel modico accepto amoris vulnere, dicat anima mea: [vulnerata charitate ego sum.]

Amore Dei, ad perfectionem peruenitur.

27. **IOAN. 4. Diligamus Deum quoniam ipse prior dilexit nos**. **BERNARDVS**. Non aliter ad veram perfectionem condescendere poterimus: nisi quemadmodum nullius alterius rei, nisi nostre salutis gratia prior nos ille dilexit: Ita eum nos quoque nullius alterius rei, nisi sui tantum amoris dilexerimus obtentu. Verum qui sic eum diligit, superata omni impugnatione vitiorum, pacis iam securitate perfruitur: & transit in ipsius virtutis affectum, iugemque statum ipsius boni, cuius iam totus est, retentat: quia damno

damno intima castitatis, nihil credit esse damnosius: nec enim carius, sicut pretiosius, quicquam præfenti iudicat puritate, cui pœna grauis est, vel virtutum pernicioſa transgressio, vel ipsius vitij virulenta contagio. Huic nunquam nec reuerentia humanæ præfentiæ adiciet quidquam honestatis, nec minuet solitudo, sed vbicumque secum semper circumferens arbitram non solum actuum, sed etiam cogitationum suarum conscientiam, ipsi potissimum studere contendit, quam nec circumuenire, nec falli, nec subterfugere se posse cognoscit.

Amor Dei, alios vincit amores.

29. **CHRYSOST. Hom. 2. ad Philip.** Quemadmodum in fornace Babylonica, cum tam ingens flamma ferretur in altum, tamen beatis illis pueris ros erat: sic amicitia diligentis, ac Deo placentis animium occupans, omne abigit incendium, & in rorem admirabilem vertit.

Charitatis præceptum non perfecte in hac vita impletur.

30. **IOAN. 3. Nolite diligere verbo, nec lingua, sed opere & veritate**. **BERNARDVS**. Est dilectio in actu, est & in affectu: & de illa quæ operis est, puto legè datam hominibus, mandatumque formatum. Nam in affectu, quis ita habet vt mandatur? ergo illa mandatur ad meritum, ista in præmium datur, cuius tamen initium profectumque vitam quoque præfentem experiri diuina posse gratia non negamus. Sed consummationem futuræ deferimus felicitati. Aut, si placet tibi, de affectuali magis datum fuisse mandatum, non inde contendo, dummodo acquiescas & tu mihi, quod minimè in hac vita ab aliquo hominè possit vel poterit adimpleri. Quis enim sibi arrogare hoc audeat, quod se Paulus ipse fateatur non comprehendisse, nec latuit præceptorem, præcepti pondus, hominum excedere vires? sed iudicauit vile, ex hoc ipso suæ illos infirmitatè admoneri, & vt scirent ad quem iustitiæ finem niti pro viribus oporteret: ergo mandando impossibilia, non præuaricatores homines fecit, sed humiles, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis homo coram Deo: accipientes quippe mandatum, & sentientes defectum, clamabimus in cælum, & miseribitur nostri Deus. At hoc dixerim, si consenserimus affectualè charitatè lege fuisse mandatà. Sed actuali id potius conuenire videtur, maximè ex hoc, quod cum dixisset Dominus: [diligite inimicos vestros,] mox de operibus infert, [benefacite iis qui oderunt vos.] *Item Scriptura*: [si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi,] & hæc de actu, non de affectu. *Et uerbum Dominus*: [si diligitis me, sermonem meum seruabitis.] atque hinc ad opera mittitur per iniunctam obseruationem mandatorum. Sic ergo necesse est accipere, quoddam iuberis diligere proximum tuum sicut te ipsum, etsi non ita aperte expressum sit, nec hoc dico vt sine affectione sumus; cum inter magna & grauià hominum mala enumeret Apostolus, sine affectione esse.

Iniquè agit contra Dominum qui tam uehementer amantem non diligit.

31. **CANTIC. 8. Pone me vt signaculum super cor tuum**. **BALDVINVS**. Ac si diceret: Ama me sicut ego te, habe me in mente tua, in memoria, in desiderio, in suspirio, in gemitu, in singultu tuo. Memento o homo qualè te fecerim, quali dignitate te nobilitauerim, quomodo sub pedibus tuis omnia subiecerim.

Memento non solum quanta tibi fecerim, sed quam dura, quam indigna pro te pertulerim, & videri si non inique agis contra me, si non amas me. Quis enim sic te amat sicut ego? Quis à te sic amari desiderat, vt ego? Quis defensor vitæ tuæ periculè duelli subit nisi ego? Vt ergo vicissitudinè amoris mihi rependas, exere brachia, vires exere. *Pone me vt signaculum super cor tuum*: pugna pro me, sicut ego pro te. Ne mihi simulatione adulatoria blandiaris, vt dicas, *Domine amo te*. Si amas ostende quia amas; ama, nõ verbo, & lingua, sed opere & veritate. Tuum periculum vertitur. Pugna est de anima tua, de salute tua, nec vinci poteris nisi ex te, nec vincere nisi per me. Proinde *pone me vt signaculum super cor tuum*, vt me tota virtute diligas; *super brachium tuum*, vt me super placita sunt, tota dilectione perficias. Pone me super cor tuum, super omne quod cogitas, quod amas, quod tibi cordi est, vt omne quod charum est, postponas, & me semper superponas. Non solum quam quod extra te est, sed plus quam quidquid intra te est. Quoniam autem probatio dilectionis est exhibitio operis, *pone me super brachium tuum*, vt de me solo confidas, vt sic te exerceas operando pro me, vt opereris & me.

Vt diligas Deum, meminisse oportet beneficiorum eius.

32. **CHRYSOST. Hom. 1. ad Titum**. Nihil ferè ita nobis vile est, vt meminisse iugiter beneficiorum Dei, siue quæ cõmuniter omnibus, siue quæ seorsim singulis tribuit. si enim, cum ex amico beneficium aliquod sumimus, siue cum aliquid grati placidumque audimus, in amorem exardescimus: quanto magis cum viderimus quibus periculis impliciti fuerimus, ex quibus omnibus nos eruit Deus, promptiores ad obedientiam erimus?

Amori Dei contrariatur alius amor.

33. **ANSELMVS Epistola 2. ad Hugonem**. sic est de corde hominis, & de amore Dei, quomodo de vase, & oleo. Nam sicut vas quanto magis habet aquam, aut alium similem liquorè, tanto minus capit oleum: ita cor in quantum occupatur alio amore, in tantum excludit istum. Est & aliud: quia sicut factor est contrarius odori, & tenebræ luci: sic & omnis alius amor huic amori. Sicut igitur contraria nunquam simul integre conueniunt: sic nec iste amor cum villo alio amore in vno corde.

Charitas excludit peccatum.

34. **CANTIC. 8. Fortis est vt mors dilectio**. **AMBROS. lib. de Isaac & anima**. Quia sicut mors est finis peccatorum, ita & charitas: quoniam qui diligit Deum peccare desinit. Christi amor in Eucharistia elucet, vide *Eucharistia*. nu. 168.

AMOR PROXIMI.

Opera qua proximo sunt, Deo sunt: vide opera n. 36. Concordiam Deus diligit, diuisio non placet ei. nu. 1. 2. 3. 4. 9.

Nos inuicem debemus diligere. 3. 13. 15. 28.

Boni se diligunt, & probi non item. 5. 6. 10. 14.

Discordia occasiones fugienda. 7. 8.

Discordia causa, meum & tuum. 8. 12.

In dilectione fratris perfectio consistit. 11. 24.

Particularis amor, causa inuidiæ. 12.

Omnes æqualiter diligendi. 12.

C

Par

- Particularis causa amoris, debet esse virtus. 12.*
Quid intellexit Moyses per librum vite. 16.
Perfectio charitatis fraternae, Moysi & Pauli. 16. 17. 18. 19.
Ordo charitatis fraternae. 20.
Secundum mensuram charitatis fraternae metiemur. 21. 27.
Charitate fraterna vincitur inimicus. 22. 25.
Charitatis fraternae efficacia. 23.
Charitas fraterna, omnia communia facit. 26.
Proximus subleuandus. 29.
Non insidiandum proximis. nu. 30.
Amorem proximorum docent nos animalia. nu. 31.
Membra corporis idem docent. nu. 32.
De cura proximorum habenda. nu. 33. 34. 35.
De necessitate charitatis fraternae. nu. 36. 37. 38.
Familiaritas vitanda in dilectione proximorum. 39. 44.
Dilectio proximi, dilectione augetur. 40.
Dilectione proximi lex impletur. 41.
Dilectio proximi à dilectione Dei. 42.
Dilectio proximi sibi ipsi prius prodest. nu. 43. 48.
Charitas fraterna commendatur. nu. 45.
Non est contra Charitatem separatio à iustis. 46.
Sibi ipsi potius providendum quam aliis. 47.
Qui proximum ledit, peior est fera. 49.
Contra eos qui proximos ledunt. 50.

Concordiam Deus diligit, diuiso non placet ei.

GENES. 1. Notat Hieron., contra Iouinianum, quod iuxta Hebraicam veritatem, non dicitur in secundo die: *vidit Deus quod esset bonum*: cum in reliquis diebus ponatur: nobis intelligentiam derelinquens, non esse bonum duplicem numerum, qui ab vnione diuidit. Vnde, & in arca Noe, Omnia animalia quaecumque bina ingrediuntur, immunda sunt. Impar autem numerus mundus est. Vnde bina ingrediuntur immunda, & septena quae munda sunt, vt haberet Noe post diluuii quod de impari numero statim Deo posset offerre. Quamquam & aliud sacrificium (ait idem) in duplici numero ostendatur, quod nec in bestiis quidem, & in immundis aubus digamia, id est, diuisio, comprobata sit. Bina enim ingrediuntur immunda, & septena quae munda sunt.

Idem.

GENES. 1. **AMBRÓS.** Congregatur aqua in locum vnum, & ex omni fouca, vt nemo fodiat foueam fratri suo, sed omnes se inuicem diligant, omnes se inuicem foueant, & quasi vnum corpus diuersa se membra sustentent. Vbi non ranarum cantus, vt in paludibus, sed concentus Ecclesiae, & consona circa Dei laudes, populi vox, & pia vota delectent.

Nos inuicem debemus diligere.

GENES. 1. **GRÉGOR.** Masculinum & feminam creauit eos. Nondum foemina facta erat, sed quia de Adæ latere erat foemina processura, in illo iam computatur per substantiam à quo erat prodenda per formam. **S. IUVENILIVS.** Vt per hanc humanum genus actiori ad inuicem copula charitatis Deum perfringeret, quod se ex vno totum parente ortum esse meminisset. **AVGVST.** 12. de ciuitate ca. 81. Vnum ac singulum creauit, vt eo modo commen-

daretur ipsius societatis vnitas, vinculumque concordiae, si non tantum inter se natura similitudine, verum etiam cognationis affectu, homines necerentur. Nec ipsam quidem foeminam viro copulandam, sicut ipsum creare illi placuit, sed ex ipso, vt omne ex vno homine diffunderetur genus humanum. **GEN. 2.** *Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas: in quocumque enim die, &c.* Lxx. vertunt, Ex omni ligno quod in paradiso est, escā comedes; de ligno autem cognoscendi bonum & malum, non comedatis: qua autem die comedetis ex eo, morte moriemini. **CHRYSOST.** Nondum producta muliere, vtrique loquitur, manifestās quod vnum sunt vir & mulier. **AMBRÓS.** Ideo Dominus vnitatem semper intendens, secundum vnitatem praecipit. Vnitatem operatur, [qui fecit vtraque vnum,] nec solum vtraque, sed omnes vnum fecit. Omnes enim vnum corpus & vnum spiritum esse nos iussit. Denique qui ait, [Ego & Pater vnum sumus,] & nos vnum esse praecipit, & suae naturae vnitatis similitudinem, in nos gratiae adoptione transfudit, dicens: [Pater, sicut ego, & tu vnum sumus, ita & isti in nobis vnum sunt.] Ergo vbi bonū praecipit, tanquam ad vnum praecipit, dicens: *ex omni ligno Paradisi comede.* Vnitatem enim praenari non potest. Vbi verò de ligno scientiae boni & mali dicit non esse gustandum, ad plures dicit, *non comedatis*: quod enim prohibitorium mali est, tanquam pluribus imperatur. Item aliud in eodem sermone reperio. De omni ligno gustandum Adā soli Dominus praecipit, quem seruaturum sciebat, de ligno autem scientiae boni & mali non esse gustandum, pluraliter dicit: sciebat enim praenari mulierem, & ideo per pluralitatem ostendit, non esse seruaturus, quia plurius discreta sententia est.

Idem.

GENES. 2. *Et edificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem.* **AMBRÓS.** Illud non otiosum, quod non de eadem terra de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Adā costa facta sit mulier, vt sciremus, vnam in viro & muliere corporis esse naturam: vnum fontem generis humani, ab vno principio omnes. **D. THOM.** 1. p. 2. q. 92. ar. 2. In hoc quaedā dignitas primi hominis seruatur, vt sicut Deus principium est totius vniuersi, ita & ipse principium est totius suae speciei. **AVGVST.** 12. de ciuitate Dei, cap. 26. Nihil commodius contra vitium discordiae vel cauendum, cum nondum existeret, vel sanandum cum extitisset, natura loqueretur humana, quam recordationem illius parentis, quem propterea Deus creare voluit vnum, de quo multitudo propagaretur, vt hac admiratione etiam in multis concursus vnitatis seruaretur.

Boni inuicem, reprobi separantur.

GENES. 7. *Sed & de voluilibus cali septena & septena.* **S. EVCHERIVS.** Quod septena sunt munda, & bina immunda. Non quia pauciores sunt mali in arca Ecclesiae quam boni, sed quia boni seruant vnitatem spiritus in vinculo pacis. Sanctum enim spiritum diuina Scriptura in septiformi operatione commendat. Mali autem in binario numero ad scismata faciles, & quodammodo diuisibiles ostenduntur.

Idem.

GENES. 8. *Recordatus est autem Deus Noe, cum eborumque animantium.* **SC. AMBRÓS.** Sed quare non recordatur vxoris, & filiorum? In praesule domus reliquas personas comprehendit, maxime cum consensus idem est omnium; etenim cum omnes inuicem

cem sibi chari sunt, vna est domus: cum autem discerpant, separantur, & scinduntur in plures domos. Vbi ergo charitas, ibi senioris nomine, de quo pendent caeteri, domus omnis significatur, vt si quis arborem dicat etiam fructus qui in ea sunt.

Discordia occasiones fugiende.

GENES. 13. *Ne quaso si iurgium inter me & te, & inter pastores, &c. fratres enim sumus.* **AMBRÓS.** Aduertit prudenter, seruulorum dissensionibus, Dominorum concordiam solui solere, & amputauit fibram discordiae, ne contagium serperet. Tolerabilius enim putauit, vt copula sequestraretur, quam gratia dirimeretur. Quod te facere oportet, si forte huiusmodi aliquid incidere, vt seminarium dissensionis auferas. Nec enim tu fortior quam Abraham. Ille declinanda censuit, & non despicienda seruulorum iurgia, etsi tu fortior, caue ne alter infirmior, qui aurem praebet seruulorum susurris. Frequenter diuisa seruita inter parentes discordias serunt, diuide potius vt maneat amicitia. Indiuisa domus duos non sustinet. Nonne melius est emigrare cum gratia, quam cohabitare cum discordia?

Discordia causa, Meum, & Tuum.

GENES. 13. *Recede à me obsecro: si ad sinistram ueris, &c.* **CHRYSOST.** Cogita ante omnia quantum ex diuitiis damnum. Aucta sunt armenta, multiplicati greges, affluerunt diuitiae multae, & statim discindit concordia. Antea erat pax, & charitatis vinculum, nunc rixa & contentio. Vbi enim *meum, & tuum*, illic omne litium genus, & contentionis occasio. Vbi autem haec non sunt, ibi secura versatur pax & concordia, vt patet de illis qui omnia sua afferebant ad pedes Apostolorum, [& diuidebantur singulis,] &c. [Multitudinis, inquit Lucas, credentium erat cor vnum, & anima vna.] **RABANVS.** Hic Abraham nos admonet, vt nihil charitati & concordiae praeponamus, sed semper parati simus, siue per prospera, quod *dextra* significatur, siue per aduersa, quae per *sinistram* exprimitur, in pacē & dilectione perseverare. Dixit enim, *si ad sinistram ueris, ego dexteram tenebo, &c.*

Concordia bonum, diuisionis malum.

GENES. 14. *Sed & Loth, & substantiam eius superulerunt.* **CHRYSOST.** Didicit Loth re ipsa quod multo satius ei fuisset uti consuetudine iusti, quam separatam in libertate viuere. Ecce enim vt diuisus est à iusto, cum putabar se in maiori esse vberitate rerum, & copia, repente factus est seruus carens omnibus. Vt discas quantum malum sit diuisio, & quantum bonum concordia: & quod conuenit non maiora temere capessere, sed potius humilitas diligenda est. Dices quod etiam Abraham separatus est ab illo, imò quod ab Abraham consilium separationis emanauit. Respondet **S. AMBRÓS.** quod ex parte Abraham probatur diuisionis affectus, quando sic amabat nepotem, vt pro eo nec belli declinauerit periculum.

Boni se diligunt, reprobi diuiduntur.

GENES. 15. *Aues autem non diuisit.* **AVGVSTINVS & ISIDORVS.** Ideo aues non diuisit, & animalia diuisit, quoniam carnales, & in populo veteri & nunc inter se diuiduntur. Spirituales autem nullo modo. Schisma enim non cogitant, sed pax est semper in ipsis, siue columbae sint, id est, inter homines degant, siue turtures, hoc est, à negotiosis conuersationibus hominum se remouent, semper seruant vnitatem spiritus in vinculo pacis. **AVGVST.** *Serm. de Quinquagesima.* Illa tria animalia diuisisse

in duas partes dicitur Abraham, non autem aues, quia in Ecclesia Catholica carnales diuiduntur, spirituales omnino non diuiduntur, & non solum diuiduntur carnales, sed contra se ipsos sunt positi. Omnes enim luxuriosi & amatores mundi contra se ipsos diuisio, nes & scandala habere non desunt, & sibi inuicem aduersantur: Aues autem, id est, spirituales, non diuiduntur, quia est in illis cor vnum, & anima vna in Deum. Est illis vnum velle, ac nolle. Et quando carnales, & diuisi grauibus vitiorum compedibus premuntur in mundo, spirituales diuersarum virtutum peninis eleuantur in altum, & duabus velut alis, duobus scilicet praecipitis, diligendi Deum, & proximum, eriguntur in caelum, & dicere possunt cum Paulo: [Nostra conuulsio in caelis est.] & quoties Sacerdos dixerit: Sursum corda, securi & fideliter dicunt se habere ad Dominum. Quod valde pauci, & rari in Ecclesia cum veritate dicere possunt. Spirituales ergo non diuiduntur, quia à Dei vel proximi amore separari non possunt. Sed cum Apostolo clamant: [Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio,] &c. Spirituales ergo nec tormentis separantur à Christo. Carnales verò interdum etiam fabulis otiosis separantur. Illos non separat nec crudelis gladius, istos verò separat carnalis affectus. Spirituales nec dura frangunt, carnales etiam blanda corrumpunt.

In dilectione fratris, perfectio consistit.

GENES. 32. *Euertuntque ei obuiam Angeli Dei.* **AMBRÓS.** Perfectis & fidelibus diuina solent adesse praesidia. Perfectus autem, qui cogitabat de reconciliatione fraterna, ita vt humilitate eam inuiteret, officiis acquireret, muneribus quoque emendam putaret.

Particularis amor inuidiae causa.

GENES. 37. *Israel autē diligebat Ioseph super omnes filios suos.* **AMBRÓS.** Docemur hic qualis esse debeat affectus parentis, filiorum gratia. Amare liberos, dulce, & impensius amare, per dulce. Sed frequenter amor ipse patrius, nisi moderationem teneat, nocet liberis, si aut nimia indulgentia dilectū resoluat, aut praeratio vnius, caeteros ab affectu germanitatis auertat. Plus acquiritur filio, cui fratrum amor acquiritur. Haec ditior hereditas filiorum. Iungat igitur liberos aequalis parentum gratia, quos iunxit aequalis natura. Quid miraris si propter fundum, aut domum oriuntur inter fratres iurgia, quādo propter tunicam inter Iacob sancti filios exarsit inuidia? Quid ergo reprehendendus Iacob quia praeferebat vnum caeteris? sed nec libertatē possumus auferre parentibus, ne plus eos diligant, quos plus credant mereri: nec filiis refecare debemus studium plus placendi, ergo Iacob illum plus amabat, in quo maiora virtutum insignia prauidebat, vt non tam filium patet praerulisse videatur, quam Propheta mysterium.

Omnes aequaliter diligendi.

CASIANVS Collatione. 6. cap. 14. Charitas ad omnes se extendit, iuxta illud, [dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.] & in tantum omnibus est generaliter exhibenda, vt eam etiam inimicis nostris à Domino iubeamur impendere. Affectio autem paucis admodum, & his qui, vel paritate morum vel virtutum societate conueniunt, exhibetur. Quod etiam Iacob Patriarchae probatur exemplo, qui cum esset duodecim filiorum pater, omnesque paterna charitate diligeret, tamen propensiore Ioseph dilexit affectu, cuiusque affectui dulcius quodammodo, atque indulgentius inhaesit: quia typum Domini praeferebat.

Hoc etiam de Ioanne Euangelista legimus euidenti-
simè designari, cum de ipso dicitur: [Discipulus quem
diligebat Iesus,] cum utique etiam reliquos vndecim
similiter electos ita præcipua dilectione amplexus sit,
ut dicat ipse Dominus: [Hoc est præceptum meum
ut diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos,] & alibi;
[Cum dilexisset suos, ait Euangelista, qui erat in mun-
do, in finem dilexit eos.] Sed hæc vnus dilectio, non
erga reliquos discipulos teporem charitatis, sed lar-
giorem erga hunc superabundantiam amoris ex-
pressit: quam & virginitatis priuilegium, & carnis in-
corruptio conferebat. Tale quid etiam ex persona
spontæ legimus: [Ordinavit, inquit, in me charitatem
suam.] Hæc est enim vera charitas ordinata, quæ
odio habens neminem, quosdam meritorem iure
plus diligit: quæque cum generaliter diligit cunctos,
excipit tamen sibi ex his quos debeat peculiari affe-
ctione complecti, & rursus inter ipsos qui in dile-
ctione summi atque præcipui sunt, aliquos sibi qui
cæterorum affectui superextollantur, excerpit.

Vnitas & conformitas sectanda.

83. **GENES. 49.** *Congregamini, & audite filij Iacob,*
&c. **RVPERTVS.** Non solum vocat duo-
decim illos homines, sed vniuersos qui se agnoscunt,
vel profitentur esse filios Iacob. Nos igitur inuitat
pater Iacob tuba prophetica: *Congregamini,* inquit, vi-
delicet ut & corporibus congregemur in iisdem pa-
rietibus, in eadem domo Dei, in eadē schola Christi:
& quod magis expedit, mentibus congregemur in ve-
ritate fidei, in societate spiritus, in vinculo pacis. Ita-
que tanquam filij in domo Patris sub fidei magisterio,
morumque disciplina eruditi, audiamus, &c.

Idem.

84. **EXODI 20.** *Non edificabis altare de setis lapi-
dibus.* **ISIDORVS.** Secti lapides hi sunt qui
vnitatem scindunt, ac diuidunt semetipsos à societate
fraterna per odium vel schismata. Tales in corpore
suo non recipit Christus, cuius corporis figuram, al-
taris illius constructio obumbrabat. Isti verò non se-
cti lapides, ex quibus altare construi iubetur, hi sunt
qui fide, morumque vnitate solidantur, de quibus
Apostolus dicit: [Vos estis lapides viuui, qui cõdifi-
camini in domos spirituales.] His non est iniectum fer-
rum, quia incorrupti sunt, & iacula maligni spiritus
ignita non receperunt, quique vnò altare faciunt, id est,
vnitatem fidei vel concordiam charitatis sequuntur.

Diligere nos inuicem debemus.

85. **EXODI 22.** *Si pignus à proximo tuo acceperis, &c.*
Reddes ei. **HIERONYMVS.** in *Ezech. cap. 18.*
Possumus quoque pignus reddere debitori, quando ei
cui dilectione coniungimur, & qui nobis debet mu-
tuam charitatem, reddimus pignus suum, nihil debiti
eius apud nos vltra retinentes.

Quid intellexit Moyses per librum vitæ.

86. **EXODI 32.** *Aut dimitte eis hanc noxam, aut si
non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.* **D.**
THOMAS 1. p. 9. 24. ar. 1. declarat quis sit liber vitæ,
& ar. 3. quomodo quis possit deleri de libro vitæ.
Vide liber vitæ, num. 1. & 2. **CAIETANVS** dicit pe-
tuisse Moysen deleri de libro principatus in hoc
mundo. Nam tanquam liber, inquit, apud Deum; est
decretum, quod isti & illi principentur in hac vita.
RVPERTVS. Petiit, inquit, Moyses deleri de libro vitæ;
quasi diceret, quia & ego homo peccator sum. Si iu-
diciū apud te est sine misericordia, consequetur ut &
me de libro tuo deleas. [Si enim iniquitates obserua-
ueris, quis sustinebit?] Ergo si tu peccata non dimittis,
si soli apud te scripti permanent iusti, consequens est
ut nec ego permaneam in libro tuo quem scripsisti.
Vnde notandum, quod non dixit Moyses, dele me pro

illis de libro tuo, aut opto deleri, ut scribantur isti, sed,
si non dimittis eis, dele me. quod idem est ac si di-
ceret, si deles illos, dele & me cum illis. *Hæc Rupertus.*
AMBROS. lib. 1. de penitentiâ cap. 8. Nunquid erra-
uit Moyses dicendo, dele me de libro vitæ? At certe quia
non errauit, quod rogauit, & meruit, & impetrauit.
Quid enim talis affectus non impetraret? quando se
obicit pro populo? Vides quia non tanquam delicio-
sus intercessor, & fastidij plenus sibi consulat, nec of-
fensionem contrahat, sed magis omnium memor, sui
immemor, offendere non timebat ipse, ut plebem ab
offensionis periculo exueret, & liberaret: & Hieremia
dictum est à Domino Deo nostro. [Noli orare pro po-
pulo isto,] tamen orauit, & veniam promeruit. *Idem*
lib. de Spiritu sancto. cap. 11. Non delerit gratia sed ini-
quitas, quia scriptum est: [Ego sum ego sum qui de-
leo iniquitates tuas.] Vnde Moyses petens, dele me
de libro tuo, minimè delerit, quia non habebat ini-
quitate, sed gratiam profuebat.

Idem.

17. **EXODI 32.** *Aut dimitte eis hanc noxam, &c.*
HIERON. *Algasie.* Si consideremus hanc Moy-
si vocem, perspicimus eundem & Moyse & Pauli
erga creditum sibi gregem affectum. [Pastor enim
bonus ponit animam suam pro ouibus suis.] & hoc
ipsum est dicere, [optabam anathema esse à Christo,]
& [dele me de libro tuo.] Qui enim delentur de libro
viuentium, & cum iustis non scribuntur, anathema
sunt à Domino. Simul cerne Apostolum quantæ cha-
ritatis sit in Christum, ut pro illo cupiat mori, &
solus perire, dummodo omne in illum credat homi-
num genus. Perire autem non in perpetuum, sed in-
presentiarum. [Qui enim perdidit animam suam,
saluam eam facit.] Vult ergo Apostolus perire in car-
ne, ut alij saluentur in spiritu, suum sanguinem fun-
dere, ut multorum animæ conseruentur. Sic & Moy-
ses anathema fieri voluit, ne populus à Domino de-
leatur propter peccatum. *Idem in Epistola ad Gan-
dennum.* Vult Moyses perire cum pereuntibus, nec
propria salute contentus est. [Gloria quippe regis,
multitudo populi.] *Idem in Ionam.* Legerat, Moysen
rogantem pro populo, dixisse, aut dimitte eis, &c. & ad
preces illius saluatum fuisse Israel, & Moysen de
libro non fuisse delerum, quin potius Dominum oc-
casione accepisse per seruum, ut cæteris conseruis
illius parceret. Tale quid & Apostolus loquitur: [Op-
tabam anathema esse pro fratribus meis,] &c. Non
quod ipse perire desideret, [cui viuere Christus est, &
mori lucrum] sed magis meretur vitam, dum saluare
vult cæteros. [AUGVST. 9. 147. super Exod.] Securus
hoc dixit Moyses, ut in consequentibus ratio conclu-
datur: id est, ut quia Deus non deleret Moysen de li-
bro suo, populo peccatum illud remitteret. Verum tam-
en aduertendum est, quantum malum in illo pec-
cato perspexerit Moyses, quod tanta cæde crediderit
expiandum, qui eos sic diligebat, ut pro eis illa verba
Deo funderet.

Idem.

18. **EXODI 32.** *Aut dele me de libro vitæ.* **RVPERTVS.**
Eodem spiritu Apostolus optat anathema esse à
Christo pro fratribus. Nam sua separatione vult fra-
trum salutem redimere. Vtriusque dicta magni pon-
deris sunt, & nostras vires excedunt. est enim hoc pe-
ne ineffabile, & nisi aliquis de eiusdem charitatis spi-
ritum habentibus, saltem sensu perceptibile est. Quo-
modo homo Deo familiaris, qualicumque causa vel
ratione, hoc animo suo admittere possit ut à Deo ana-
thema esse vel de libro eius concedat seipsum deleri?
Quomodo in ista concessione non solum nullam in-
currat pœnam, aut culpam, sed etiam ampliorem
apud Deum mereatur gratiam? Nobis hoc solum de

tanta

tanta re subluet, quia Deus charitas, Deus humilitas
est: & cum per humilitatem, siue per charitatē à Deo
quisquam procul abfuit, indigniorem se iudicans eis,
pro quibus interuenit, miro modo, quantum se de-
primat, tantum ascendit, quantum condemnat, tantum
iustificat, quantum à Deo quali recedit, tantum illi
proximus fit. Diuitias animi huiusmodi, nos frigidū
atque inopes ignoramus: & ideo cum legimus, illum
anathema esse optantem pro fratribus, istum de libro
Dei deleri se concedentem, aut dicta dissimulamus,
aut in sensum exile grauissimè prolata derorquemus.
Cæterum cum spiritus idem tetigit, videt ex parte
aliqua quantum talis habitus mentis apud Deum va-
leat pro sua reuerentia.

Idem.

19. **EXODI 32.** *Aut dele me de libro vitæ.* **BERN.**
Serm. 12. super cant. O verè hominem vnctum
vnctione misericordiæ. loquitur planè matris affectu,
quam nulla possit delectare felicitas exortibus quos
parturiuit. v. g. si diues quispiam mulieri pau-
perculæ dicat: Ingredere tu ad prandium meum,
sed quem gestas infantulum relinque foris quoniam
plorat, & molestus est nobis. Nunquid faciet? Nonne
magis eligeret ieiunare, quam exposito pignore charo,
sola prandere cum diuite? Ita nec Moyses vult solus
introduci in gaudium domini sui, foris scilicet reman-
ente populo, cui licet inquieto & ingrato vice pa-
riter & affectione matris inhaeret, dolet viscera: sed
tolerabiliorem sibi iudicat torsionem quam euulsionem.
Idem epistola ad Suggerrum Abbatem num. 78.
Fidelis aduocatus qui quoniam non querit quæ sua
sunt, facillè obtinet omne quod querit. Planè beni-
gnus, qui tantum caput vnium membrum, genti suæ
firma charitate coherens, aut illam saluabit secum:
aut non potest nisi idem cum illis subire periculum.
Ieremias quoque affectu compassionis, præ communi
exilio & seueritate contempsit natale solum, quippe
cui cæteris migrantibus libere manere in patria
liberum fuit, sed maluit captiuus abduci cū populo,
cui se fore & in ipsa captiuitate nouerat necessarium.

Charitatis ordo.

20. **DEUTER. 6.** *Diligas Dominum Deum tuum ex toto
corde, &c.* **AUGVSTINVS,** *lib. de doctrina
Christiana, cap. 21.* Addit Christus Matth. 22. & pro-
ximum tuum sicut te ipsum. In his tota lex pendet, &
propheta. Finis ergo præcepti dilectio gemina, Dei
scilicet & proximi. Cum præcurrat dilectio Dei, eius
modus præscriptus est, ut cætera in illum confluant,
scilicet dilectio tui ipsius & dilectio proximi, &c.
Omnis peccator, in quantum peccator est, diligendus
non est, sed omnis homo in quantum homo est, pro-
pter Deum diligendus est, Deus verò propter seipsum:
& si Deus omni homine plus diligendus est, plus de-
bet quisque diligere eum quam seipsum: item am-
plius alius homo diligendus est quam corpus no-
strum, quia propter Deum omnia ista diligenda sunt,
& potest nobiscum alius homo Deo perfrui, quod
non potest corpus, quia per animam viuunt, qua Deo
fruiuntur. Omnes autem æquè diligendi sunt: sed cum
omnibus prodesse non possis, his potissimum consul-
lendum est, qui pro locorum, & temporis, & quarum
libet rerum opportunitate magis nobis coniuncti sunt

*Secundum mensuram charitatis fraternæ
iudicabimur.*

21. **IVDICVM I.** *Sicut feci, ita & reddidit mihi
Deus.* [Qua mensura mēsi fueritis, ait Dominus, re-
metietur vobis.] Ideo petebat David cum Saul igno-
uisset. 1. Reg. 26. [Sicut magnificata est anima tua ho-
die in oculis meis: sic magnificetur anima mea in ocu-
lis Domini, & liberet me ex omni angustia.] Vnde in

oratione dominica petimus, [& dimitte nobis debita
nostra,] &c. Et Dominus ipse ait, [Sic faciet vobis pa-
ter cœlestis, si non tenueritis fratres vestros,] &c.

Charitate fraternæ vincitur inimicus.

22. **PARALIP. 2.** *Filij Salma, & Netophati corona*
domus Iacob. **LYRANVS.** hoc est, isti qui de-
scenderunt de Salma, fuerunt viri fortes, & bellicosi
tempore Ioab, qui fuit princeps militiæ David. &
ideo per adiutorium ipsorum coronæ, id est, victoriæ,
augmentatæ domui Iacob. **INTERL.** Quia mu-
tua societate in præliis utebantur: Frater qui adiu-
uatur à fratre, tanquam turris manita.

Charitatis fraternæ efficacia.

23. **PARALIP. 9.** *Argentum in diebus illis id est,*
Salomonis, pro nihilo reputabatur. In primitiua
Ecclesia omnes fulgebant auro charitatis. Multitu-
dinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Pro
nihilo reputabatur argentum, id est, sonora vox. **GLOS-
SARABANI.** Quia secundum Apostolum non
est in sermone verbum Dei, sed in virtute, & præ-
dicatione Euangelij, [non in persuasibilibus humana
sapientia verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis.]

Charitas perfecta.

24. **ESDRAS. 6.** *Purificati fuerant sacerdotes, & Le-
uitæ, quasi vnus omnes mundi ad immolandum
Pascha.* **BEDA.** Quæ in hac vita maior potest esse
perfectio quam mundæ multitudinis vnitas quæ om-
nes purificat? Nusquam aliàs, nisi fallor, ex quo egressi
de Ægypto, tantæ deuotionis fuisse reperiuntur.

Charitas fraternæ vincit.

25. **IVDITH. 15.** *Assyrii adunati in fugam ibant præci-
pites: filij autem Israel vno agmine persequentes.* **IN-
TERL.** Multitudinis credentium erat cor vnum, &
anima vna: debilitabant omnes quos inuenire po-
tuissent. Ad vincendos inimicos, maximè spirituales,
multum iuuat vnio.

Charitas omnia communia facit.

26. **MACHAB. 12. Vers. 21.** Scripserunt Spartia-
tæ, vel Lacedæmones. *Inuenim est in scriptu-
ra de Spartiatis, & Iudeis, quoniam sunt fratres, & quod
sunt de genere Abraham, & tanquam fratribus obtu-
lerunt omnia: Pecora nostra, & possessiones nostræ vestre
sunt, & vestra nostra. & responderunt eis, Nos cum
nullo horum indigeremus, habentes solatio sanctos libros
qui sunt in manibus nostris, &c.* Ac si dicerent: non in-
digemus aliena scriptura ad credendam nostram cum
Lacedæmonis cognatione, cum propria genealogia-
rum nostrarum gaudeamus. Nos ergo in omni tem-
pore sine intermissione in diebus solēnibus, & cæte-
ris quibus oportet, memores sumus vestri in sacrificiis
quæ offerimus, & obseruationibus, sicut fas est, & decet
meminisse fratrum. Lætamus itaque de gloria vestra.

Secundum mensuram charitatis metiemur.

27. **TOBIAS. 4.** *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne
tu aliquando alteri facias.* **CHRYSOST. hom.**
13. ad populum. Non opus est multis sermonibus
nec prolixis legibus, nec varia doctrina: voluntas tua
sit lex. Vis beneficia capere? confer beneficium alteri.
Vis misericordiam consequi? Miserere proximi.
Vis laudari? Lauda alium. Vis amari? Ama. Vis primis
partibus potiri? Cede prius alteri. Tu sis index, tu sis
vitæ tuæ legislator. Quod odisti, alii ne facias. Odisti
contumeliam pati? Nec tu alteri inuideas. Odio
habes falli? Nec tu fallas alium. Et in omnibus gene-
raliter si duo hæc verba retineamus, *Quod tibi fieri
non vis, alteri ne feceris,* alterius disciplina non in-
digebis.

Proximus diligendus quia frater.

28. **G**EN. 19. *Nolite quasi fratres mei: nolite malum hoc facere.* CHRYSOST. Dices quid mihi commune cū illo? Quid dicis o homo? Frater tuus est, eiusdem tecum nature, sub eodem estis domino, eiusdem participes mensæ spiritualis, & dicis, nihil cum eo commune habeo? & immisericorditer præteris, & non porrigis iacenti manum? & Judæis quidem lex imperabat, ne inimicorum lapsa iumenta, negligenter: tu autem fratrem tuum iacentem super peccati baratrum, & à diabolo saucium videns, tua exhortatione non reuellis? & quomodo habere poteris aliquos qui te iuuent à manibus Diaboli, si quando (quod absit) cecideris? Audi Paulum [confiderans te ipsum ne & tu teneris,] quasi diceret, si absque compassione & misericordia fratrem præteris, forte & te si cecideris, alius similiter præteribit. Si igitur non vis non despici sicubi laboris, ne ipse despexeris alium. Thesaurum crede maximum si serues fratrem. Nihil huic vnquam par fieri poterit. Mente cogita quoddam illum quem despicias, & præteris, à domino tanto in honore habitus est ut propter ipsum sanguinem fuderit. Audi Paulum 1. Cor. 8. [Peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est?] Si propter illum Christus sanguinem effudit, quid magnum facis, si per exhortationem tuorum verborum iacentem erigas? Imitemur igitur iustum hunc, & si periclitandum etiam fuerit pro salute proximi, nō hoc subterfugiamus. Nam tale periculum nobis erit salutis occasio, multamque conciliabit fiduciam.

Proximus subleuandus.

29. **C**HRYSOST. *Oratione 5. aduersus Iudæos.* Non oportet fratres lapsos negligere, nec contemnere, verum prospicere quidem illis ante peccatum, ceterum etiam post peccatum multam erga illos præstare curam. Itidem faciunt & medici, præscribunt enim ac præcipiunt hominibus quæ possunt illorum sanitatem tueri, omnemque morbum excludere. Ceterum ubi neglexerunt præscripta, & in valetudinem aduersam inciderunt, non negligunt eos ipsi, sed tunc maxime multam adhibent sollicitudinem, quo illos morbo leuent.

Non insidiandum proximis.

30. **C**HRYSOST. *Hom. 42. in cap. 22. Matth.* Sicut in imagine sua rex honoratur, vel contemnitur, sic & Deus in homine vel diligitur vel oditur. BASILIVS. *hom. 1. in exam.* Ipse ego optauerim, ut cancrorum solertem industriam imitatus in parando viatico, à proximorum noxa incommodisque tibi temperes. Cancræ efflicti ostrei carnes cupit, sed perdifficilis eius est ipsi venatio, testæ ratione qua clauditur, ac munitur: perualido namque & infracto septo carnis ostrei mollicitudinem natura muniuit. Cùmque duæ concauitates exactè inter se coniunctæ ostreum circumplacent, & ambiant, nihil profus cancri denticulati forcipes illi profunt. Quid igitur agit? Quid tandem molitur? Cùm viderit illud tranquilliss in locis tepore sese oblectare, suasque illas valvulas ad solis radios aperuisse, ac explicasse, tunc elanculum iniecto calculo conclusionem prohibet, atque quod viribus suis deorat, id tali astu sibi supplet. Talium est profectò morum, qui suum cum dolo fratrem adire solet, quique ex insidiis proximos aggredditur, alienisque insultat calamitatibus.

Amorem Proximorum docent nos animalia.

31. **V**SEBIVS EMISSIVS, *hom. de eo quod scriptum est: Arundinem quassatam non confringet.* Alter

alterius commodis studeamus, & inuicem labores & opera nostra porremus. Quem affectum etiam ferae & aues inter se habere dicuntur. Ponit exemplum in auibus cùm mare transmittunt, quæ imbecillam suscipiunt fortiores. Item in ceruis cùm per litora transeunt, qui alter super alterum capita sua cornibus onerata componunt, & qui prius erat, postremus efficitur, &c. & si, inquit, inuicem laboribus suis animalia locata famulantur, & reddunt sibi mutuam seruitutem, quæ nesciunt charitatem: Quid nos facere debemus, quibus auctor rationis contulit intellectum, quibus redemptor præbuit dilectionis exemplum? Vide & de ceruis, AVGVSTINVM, *lib. 83. questionum 9. 8.*

Membra corporis idem docent.

32. **B**ASILIVS, *Epistola 68.* Porro quod in ipsa corporis structura communio est necessaria, Dominus nos docuit. Cùm enim hæc ipsa nostra membra respicimus, quod vnum non sibi ipsi ad functionem satis est, quomodo censebo meipsum mihi sufficere ad vitæ negotia obeunda? Nec enim pes tutò ierit, altero non subleuante: nec oculus sanè viderit, nisi alterum habeat socium: & cum eo vnanimiter visibilibus se obicit. Iam auditis exactor est, qui per utrosque meatus vocem accipit.

De cura proximorum habenda.

33. **C**HRYSOST. *Orat. 5. aduersus Iudæos.* Nos autem ne remittamus pro fratribus nostris sollicitudinem, nec post hac existimemus vllam illorum curam esse importunam, &c. & infra: Et tu igitur cùm videris aliquem egentem curatione vel corporis vel animi, ne dixeris apud teipsum, quare ille & ille non curauerunt? sed à morbo libera. Ne petas ab illis excusationes negligentiae. Si inueneris aurum iacens, non dicis apud teipsum: Quare ille aut ille hoc non sustulerunt? sed festinas ante alios rapere. Itidem & de fratribus collapsis cogita, putatōque te thesaurum reperisse, occasione illis medendi. Etenim si insilaueris illi velut oleum sermonis doctrinam, si obligaueris humanitate temperantiâque vulneratum, si sanaueris, ille te faciet ditiores quouis thesauro. Qui enim eduxerit pretiosum ex indignitate, tantquam os meum erit, inquit ille.

Idem.

34. **I**DEM *ibid.* Propterea Christianus es, ideo hoc nomen accepisti ut Christum imiteris, cuiusque legibus operum exhibitione parcas. Quid autem ille fecit? Non Hierosolymis desiderans vocauit ad se agrotos, sed obambulabat ciuitates, ac vicos, geminos curans morbos, tum animi, tum corporis. Attamen poterat eodem in loco sedens omnes ad se attrahere, non tamen hoc fecit, nobis præbens exemplum ut obambulemus, & quaramus eos qui pereunt. An non vides medicos quoque hoc ipsum facere? Non cogunt agrotos lecto decumbentes ad ipsorum aedes deferri, sed ipsi accurrunt in aedes. Hoc & tu fac dilecte, sciens hanc præsentem vitam esse breuem: quodque nisi hæc lucra parauerimus, nullam illic sumus habituri salutem.

Idem.

35. **I**DEM **C**HRYSOST. *Hom. 60. in Matth.* Si mercator, ut rem familiarem amplifcet, terroris plena maria nauigat: si opifices ut rebus suis quidquam adiciant, duros tolerant labores; & nos pariter salutem nostram salutem proximorum adiciamus, præsertim cùm qui sua contentus, negligit alienam, nec suam quidem consequi potest. In prælio enim ac expedita acie, qui sibi soli consulit miles, nec aliud respicit quam quomodo possit fugiendo animam suam seruare,

Dilectio proximi à dilectione Dei.

42. **D**OROTHEVS *Doctrina 6. Ne proximum iudicemus.* Hæc est charitatis vis, & natura. Quo magis à Dei dilectione recedimus, eo & à proximi amore distamus: quanto Dei amori adhaeremus, tanto & proximi, quantoque & proximo, tanto & Deo.

Dilectio proximi sibi ipsi prius prodest.

43. **D**AMASCENVS *de his qui in fide hinc migrarunt.* Quemadmodum qui agrotantem, vnguento, vel alio pretioso oleo vult inungere, prior ipse vngendo particeps est vntionis, & sic postea inungit laborantem morbo: ita qui pro salute proximi adhibito studio aliquid facit, primum sibi, deinde proximo prodest.

Remedium pro cuiusdam familiaritate nimia in amore proximi.

44. **L**AURENTIVS IUSTINIAN. *de disciplina & perfectione monastica cap. 22.* Volentes domos aut palatia construere, primò student, in imo supra petram, vel super stabile solum fundamenta locare, & postmodum reliquas ædificiorum partes suis locis & temporibus ordinare, quatenus firmato fundamento cætera ædificanda seruentur. Quale etenim fuerit cuiusque rei fundamentum, talis erit eiusdem perseverantia & latus. Hoc in materialibus, hoc in secularibus, humanisque negotiis contingit, nec minus in spiritualibus iudicandum est. Proinde quicumque in congregationibus militantium Christo cupiunt absque sui detrimento, & proximorum scandalo, fratrum & domesticorum habere confortia, prius veræ charitatis conentur in seipsis fundamenta iactare, atque demum poterunt seruatim modis congruis, & temporibus, vtiliter conuersari.

Charitas fraternæ commendatur.

45. **G**ENES. 4. *Nunquid custos fratris mei sum ego?* **S**TEPHANVS. Qui aliorum contemnit salutem, non solum Cain sed & diuite qui sepultus est in inferno, peior est. Nam Abraham dixit, [rogo te ut mittas Lazarum in domum patris mei,] &c. Andreas non contentus propria salute, adduxit Petrum ad Iesum, & Philippus Nathanaelem, ut sic cortina trahat cortinam, & qui audit, dicat, veni, propter societatem & charitatem commendandam. Præcipitur in Leuitico ut offeratur par turturum, aut duo pulli columbarum. Tortures, contemplatiuam; columbas, actiuam vitam designant: & quia in vtraque debet esse charitas quæ inter pauciores quam duos esse non potest: ideo, & duo turtures, & duo pulli columbarum offerri iubentur: & quia in vtraque vita duplex continentia, scilicet mentis & corporis, esse debet. Verum cùm in vtraque vita sit vinculum & vnio charitatis, tamen quia maius vinculum, & est & esse debet in contemplatiua quam in actiua; inde in ea, non dicitur *meum sed nostrum*, & in actiua è contrario. Ideo dicitur, *Par turturum aut duo pulli columbarum*: expressius enim designatur amor per hoc nomen *par*, quam per *duo*. Item, Postquam beata Virgo concepit Saluatorem, abiit in montana cum festinatione, ut Elisabeth parienti Ioannem, præstaret obsequium. Vade, & tu fac similiter.

Non est charitati contrarium si peractus à iustorum collegio separatur.

46. **C**ORINTH. 7. *Infidelis si discedit, discedat.* **B**ERNARD. Auferatur malus, ne malos generet. nec enim potest arbor mala fructus facere nisi malos. Abscindatur ut ouis morbida à grege, ut

seruare, is ceteros quoque milites, secum ad perniciem trahit: quemadmodum è contra, generosus miles, cùm alios tutari conatur, seipsum defendit.

De necessitate charitatis fraternæ.

36. **C**HRYSOST. *Hom. 11. ad Gal.* Quemadmodum si manus fuerit à corpore diuulsa, spiritus è cerebro descendens, atque in illum sese effundere querens, si non inuenerit in corpore, extra illud vti que nec exilit, nec perforato illo ad manum auullam egreditur: sed quam in corpore positam non inuenit, non contingit etiam: nisi charitate colligati fuerimus, spiritus subministracionem non capiemus.

Idem.

37. **A**D *Ephes. 4. Nolite locum dare diabolo.* [Idem] *ibid. Hom. 15.* Quemadmodum quamdiu lapides bene compacti sunt, nihil vacuum inter se habent, sumi & infracti perstant: si verò vel foramen acus duntaxat, quod vtrinque penetret, aut scissuram quæ capilli locum habeat, fieri contigerit, omnia dissoluuntur, ac pereunt; ita & diabolus, donec compacti quidem ac bene compositi fuerimus, nihil suorum poterit omnino inferre.

Idem.

38. **A**D *Colossens. 3. Super omnia autem hæc, charitatem continuam habentes, quæ est vinculum perfectionis.* Idem, *Hom. 7. ad Coloss.* Quemadmodum in nauis, etiam si magna sint instrumenta, nisi fuerint subligacula, nihil proderunt; & in domo nisi colligationes, & contignationes; & in corpore, etiam si magna sunt ossa, si non fuerint vincula, & compagine, nihil proderunt: Ita quæcumque quis habuerit rectè facta, inania erunt omnia, nisi sit charitas.

Familiaritas vitanda in dilectione proximorum.

39. **C**HRYSOST. *Hom. 2. in 2. ad Theosal.* Si oculus omnem prouidentiam, & curam quam prouiderit corpore habet, in solam manum deriuaret, ac reliquis membris omnibus contemptis, vni isti intenderet, an non totum perderet? Absque dubio. Ita & nos si charitatem quam in vniuersam Ecclesiam extendere debemus, in vnum & alterum coarctauerimus, & nobis ipsis, & illis, totique Ecclesiæ perniciem inferemus. Ista namque non sunt charitatis, sed dissidij, schismata nempe & scissuræ hiulcæ. Nam si ex integro homine diuulsam aliquam portionem ceperis, atque ipsum quidem schisma, sibi ipsi vniunt, continuum, & conglutinatum fuerit, nihilominus etiam hoc pacto schisma est.

Dilectio proximi dilectione augetur.

40. **H**EBR. 10. *Consideremus inuicem ad prouocationem charitatis.* **C**HRYSOST. *hom. 19. ad Heb.* Sicut ferrum aliud ferrum reddit acutum: sic etiam coetus charitatis facit augmentum. Lapis ad lapidem contritus, ignem emittit: quanto magis anima animæ commixta?

Dilectione proximi lex impletur.

41. **R**OMAN. 13. *Plenitudo legis, dilectio.* Idem *ibid.* Non enim labore opus habemus, aut sudoribus, si dilexerimus inuicem. Spontanea nobis viæ sternitur ducens ad virtutem. Sicut enim in via publica contingit, si quis initium eius apprehendat, recta via ducitur, & non habet opus ut manu ducatur: Sic etiam in charitate tantum arripe principium, & statim, manum tibi præbens, ipsa te deducit, & dirigit.

putridum membrum à corpore, qui iam se nouerit haberi tanquam ethnicum & publicanum, & ne timearis esse contra charitatem, si vnus scandalum, multorum recompensaueris pace. Quippe qui sua fortè malitia fratrum cohabitantium turbare facile poterat vnanimitatem. Melius est enim vt pereat vnus quam vnitas.

Non charitatis, sed stultitia est, eum qui sibi non sufficit, aliis providere.

47. **BERNARDVS.** Sunt quidam qui tantæ sunt charitatis, vt antè loqui quam audire parati sint, & promptè docere quod non didicerunt, & aliis præesse gestientes, qui seipso regere nesciunt. Ego nulum ad salutem pietatis gradum illi præponendum existimo, de quo *Sapiens ait*, [Miserere animæ tuæ placens Deo.] Quod si non habeo nisi parum olei quo vngas, putas tibi debeo dare, & remanere inanis? seruo illud mihi, & omnino nisi ad infusionem Prophætæ, non profero; sed charitas, inquit, non querit quæ sua sunt: & tu scis quam obrem non querit quæ sua sunt, quia non desunt. Quisnam querat quod habet? charitas quæ sua sunt, id est, non propriæ salutis necessaria, nunquam non habet, nec modò habet, sed abundat. Vult abundare sibi vt possit & omnibus. Seruat sibi quantum sufficit, vt nulli deficiat. Alioquin si plena est, perfecta non est. Cæterum tu frater cui summa salus propria salus nondum est, cui charitas adhuc aut nulla est, aut adeo tenera atque arundinea, quatenus omni flatui cedat, omni credat spiritui, omni circumferatur doctrinæ vento: imò cui tanta est charitas, vt vltra mandatum diligas proximum tuum plusquam teipsum, & rursus tantilla vt contra mandatum fauore liquecat, pauore deficiat, perturbetur tristitia, auaritia contrahatur, protrahatur ambitione, suspitionibus inquietetur, conuitiis exagitetur, curis enisceretur, honoribus tumeat, liuore tabescat: Tu, inquam, ita in propriis teipsum sentiens, quam dementia quæso aliena curare aut ambis, aut acquiescis? sed audi quid consular cauta vigilque charitas. Non quoddam aliis sit, inquit, remissio, nobis autem tribulatio, sed ex æqualitate. [Noli nimium esse iustus,] sufficit vt diligas proximum tantquam teipsum. Hoc quippe est ex æqualitate.

Qui proximum ledit, prius se ipsum ledit.

48. **ATHANASIVS, de Passione Domini.** Quem admodum si quis serpentem apprehendat manu, dumque conatur in altum proicere, prorsus ipse mordeatur, aut si quis ignem manu tenens, dum vult hostem ledere, nō intelligat quod ipse prorsus exuritur: sic malitia militat aduersus eos qui ipsa vtuntur, magisque ledit eos à quibus habetur, quam eos in quos intenditur.

Qui proximum ledit, peior est fera.

49. **P SAL. 119. Libera Domine animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.** CHRYSOST. super hunc locum. Hic liquet præceptum Euangelicum, Luc. 22. [Orate ne intretis in tentationem.] Nulla autem, dilecte, grauior est tentatio quam in hominem dolosum incidere. Ipse enim est, vel quauis fera truculentior. Nam ea quidem id quod est, esse cernitur: hic autem obtentu mansuetudinis & probitatis bello, saepe virtus occultat, vt nec facile deprehendi possint insidie, & in insidias nulla cautione adhibita incidatur: si autem à fraudulentiis cauendum, multo magis à peruersis dogmatibus, qui & in virtute laqueant, & in vitium adducunt.

Contra eos qui proximos ledunt.

50. **N A HV M cap. 1. Sicut spinus se inimicem complectuntur, &c. consumuntur quasi stipula, ariditate plena.** Alia litera: [velut simillax spansa consumitur.] **THEOPHYLACTVS in Nabum cap. 1.** Simillax planta est hederæ similis perpetuò sursum tendens, subtilibus ramis, quæ proximè astant, plantis comprehendens, maximè verò paliuros, adeo vt illos quidem feriat, ipsa etiam suo tempore pereat. Huiusmodi erat Babylon, nunquam non ad altiora tendere volens, vndique potentia suæ retia extingues, vt deprimerentur ab ipsa comprehensi. Comeditur tandem ipsa à Persis & Medis. At qui circumuectus mare & aridam, vt vnum profelytum faciant, ac postea ipsum filium gehennæ constituent: simillax fuerunt spansa, suffocans sub se comprehensos, ac velut arida stipula, nec susceperit descendente pluuia, nec aquam salientem in vitam æternam. Simillax etiam æquiparantur, qui charitatem simulant, & complectentes per blanditias proximum, ac quæ ad eorum perniciem faciunt, meditantur. Absumetur tandem talis simillax ipsa à sese. Alter enim impostor, ab altero fraudulentiore capitur.

AMOR INIMICORUM.

Elemosyna etiam inimicis largienda. vide elemosyna. nu. 8.

Nulli malum reddendum. 1. 28. 29. 44.

Inimici diligendi. 3. 6. 7. 8. 18. 39.

Christus perfecta docuit, 4. 25. Non noua. 16. 29. Nec impossibilia. 19. 30.

Inimicis benefaciendum. 5. 9. 16. 22. 27. 32.

Inimicos corrigere bene licet. 8.

Inimicos diligere, & excusare debemus. 8. 10. 16.

Pro inimicis orandum. 12. 13. 19. 20.

Lex talionis qualiter intelligenda. 14.

Inimico petenti veniam, tenemur dare. 15. 37. 40.

Exempla diligentium inimicos. 2. 3. 5. 6. 12. 19. 20.

In parcendo inimicis, fortitudo consistit. 21.

Christus imperat inimicos diligere. 23. 24. 38.

Propheta, non zelo vindictæ inimicis mala pronuntiant. 26.

Qui diligit inimicum, vincit diabolum. 30.

Diligere inimicum, elemosyna magna. 31.

Diligere inimicum, repropitiatio peccatorum. 31.

Dilectionis inimicorum premium. 31.

Inimicis debita dimittere, qualiter perfectorum sit. 32. 33.

Diligere inimicum, caro non praualeat. 34.

Inimicitia, & odium decipit nos. 35.

Omni cedit iniuria mens, quam charitas emolluit. 36.

In manu cuiusque est, iram proximi excitare, vel extinguere. 41.

Qui proximum ledit, seipsum ledit. 42.

Proximo non est iniuria ferenda. 43. 45.

Nulli malum reddendum.

GENES. I. & volatile super terram. **BASILIVS.** Apis nemini vnquam officiens, nec alienas vllas fructus demoliens, fauos extruit suos, atque componit. Audiunt ista religionis homines nostræ, quibus lege sanctum

Inimicis benefaciendum.

5. **GENES. 33. Nosti Domine mi quod paruulos habeam teneros, &c.** **CHRYSOST.** Initemur ergo charissimi iustum istum, & si qui sunt qui malè nobis afficiuntur, non magis eorum accendamus iram, sed magna mansuetudine, & humilitate tam verborum quam operum reprimamus eorum inimicitias, & afflictas eorum curemus animas, sicut Iacob, qui ita Esau demulsit, vt ad se colendum festinaaret. Hoc verè summæ virtutis est, vt non solum eos qui bene nobis afficiuntur, magno studio diligamus, & eis omnibus modis seruiamus, sed etiam eos, qui nobis infesti esse volunt, assiduitate officiorum nobis conciliemus amicos. Nihil enim mansuetudine violentius. Nam sicut rogam, cum valde accenditur, aqua iniecta restinguit: ita animum exardescentem verbum cum mansuetudine prolatum extinguit: & duplex inde nobis lucrum accrescit, tum quod nos mansuetudinem declaramus, tum quod fratris indignationem cessare facimus, & mentem eius à turbatione liberamus. Non potest ignis igni extinguere, repugnat enim hoc natura: Sic nec furor furori alio demulceri poterit vnquam. Verum quod igni est aqua, hoc est iræ mansuetudo, & mititas. Licet autem supermo præsidio fretus fuerit Iacob, vt mansuetudine sua prius superaret Laban, nunc autem fratrem, atamen quod suum est declarauit. Sicut autem, nisi supernam gratiam habeamus, nihil vnquam possumus rectè agere, ita & nisi quod nostrum est, attulerimus.

Inimici diligendi, exemplo Ioseph.

6. **GENES. 37. Israel diligebat Ioseph super omnes filios suos.** **AMBR OS.** Perfectio Ioseph in eo ostenditur, quod non mouebatur vlciscenda dolore inuidiæ, nec malorum rependit vicem. Vnde David: [Si reddidi retribuentibus mihi mala.] Quid autem esset quod præferri Ioseph mereretur cæteris? Si autem lædentes læsisset, aut diligentes dilexisset? Hoc enim plerique faciunt, sed illud mirabile, si diligas inimicum tuum, quod Saluator docet. Iure ergo mirandus qui hoc fecit ante Euangelium, vt læsus parceret; appropitius ignosceret; venditus, non referret iniuriam, sed gratiam pro contumelia solueret: quod post Euangelium omnes didicimus, & seruare non possumus. Discamus ergo & sanctorum inuidiam, vt imitemur patientiam, & cognoscamus, illo non naturæ præstantioris fuisse, sed obseruatoris, nec vitia necesse, sed emendasse.

Idem.

7. **GENES. 42. & iussit ministris vt implerent saccos eorum tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis.** **R. V P E R T.** Vide mansuetudinem Ioseph, inter ipsa seueritatis acta vel dicta, fleuit, & tandem cuncta quæ potuit pro malis reddidit: quò exemplo dignum est agere Christianos erga fratres suos infensos, non occidere eos autoritate: secundum Psalmistam ex persona Christi protestantem sic: [Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei.] Sed quid? [Disperge illos in virtute tua.] Non ergo illos occidere sed ad agnitionem sui reatus hoc exemplo conuenit reuocare. Igitur quemadmodum Ioseph fratres suos in vltionem sui non occidit, sed pia torura ad poenitentiam compulsi, vt dicerent, [Merito hæc patimur,] &c. Sic nos omnes docet Christus, vt inimicos nostros non occidamus, sed vt multum ad poenitentiam compellamus. **A V G V S T. Serm. 82. de tempore.** Ioseph tam sanctus fuit vt nunquam fratres suos

citum est, nemini vnquam homini pro malo reddere malum, sed malum vincere, superareque bono. Imitare igitur mores apis peculiare. *Idem de Camelo ait.* Olim verberibus casta camechus, ira tempore longo recondita, cum idoneum opportunumque nacla fuerit tempus, malum illud tandem reddere solet. Audite vos, audite, qui grauem amarumque geritis animum, quique mali memoriam vobis illati tanquam virtutem probitatemque quandam exercere soletis, cuiusnam animali per similes estis.

Abel non accusauit Cain.

2. **GENES. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.** **AMBR OS.** Quasi diceret: si me testem abiuus, & refugis arbitrum: vox sanguinis fratris tui testis est, quæ ad me clamat, illa te maiori auctoritate arguit quam si frater videret. Non frater clamat, quia tantum innocentia & gratia, germanitatis etiam in ipsa morte seruat. Non acculat frater, ne videatur parricida, non vox eius, non anima eius, sed vox sanguinis accusat, quem ipse sudisti. Tuum te facinus, non frater acculat. *De terra inquit*, non de corpore fratris clamat: quia etsi frater parcat, terra non parcat, si frater tacet, terra condemnat. Ipsa est in te, & testis, & iudex. Testis acrior, quæ adhuc sanguine madet, iudex asperior, quæ tanto scelere inquinata est.

Inimici diligendi, exemplo Isaac.

3. **GENES. 26. Fecit ergo eis conuiuium, scilicet Isaac.** **CHRYSOSTOM.** Vide quomodo iustus hic qui neque à lege eruditus fuit, neque ad aliquem virtute præditum respicere potuit, sed ductus à conscientia humanæ naturæ indita, etiam inimicis charitatem exhibuit, implens illud quod Christus discipulis suis præcepit: [Diligite inimicos vestros: & benefacite illis qui oderunt vos.] Tanta enim hospitalitate tractat eos, qui eum ita oderant, vt faciat eis grande conuiuium. Quia igitur nos venia digni erimus, qui post tantam doctrinam, & Saluatoris præcepta, & post tot exempla, nec ad huius iusti mensuram peruenire valeamus, nec prope astare possumus? Tanta enim nunc malitiæ abundantia obduxit omnia, vt rarus nunc sit, & diligentes diligere. Vnde & publicanus deterioris sumus: Ait enim Christus: [Si diligitis eos qui vos diligunt, quid facitis: Nonne & publicani hoc faciunt?] Obsecro ergo vt obtemperemus doctrinæ Christi, & non solum diligentes diligamus germanè, omni odio & rancore ab animabus nostris eliminato, sed & eos qui hostiliter nos persequuntur, diligere studeamus. Nec enim aliter nos saluari possibile erit. Imo magis diligere studeamus inimicos, vt pote eos qui nobis innumerorum bonorum sunt authores. Sic enim & peccatorum nostrorum remissionem inuenire, & humiliata mente, & contrita anima Deum precari poterimus.

Christus perfecta docuit.

4. **GENES. 30. Ex parte decorticauit eum, scilicet, virgæ, & ex parte proprio colore dimisit.** **V C H E R I V S.** Virgæ istæ, quas Iacob decorticauit, testimonia sūt ex lege, & prophetis, quæ Dominus noster Iesus Christus ex parte decorticauit, & ex parte in proprio colore dimisit. Decorticauit enim dum dicit, [Scriptum est, oculus pro oculo, dētem pro dente. Ego autem dico vobis reddere aduersario omnino talionem.] & rursus scriptum est. [Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, & benefacite.] &c. Decorticauit quidem cum dicit debere diligere inimicum: ex parte verò in proprio colore dimisit, illud videlicet cum de diligendo proximum, antè præmisit.

suos odio habere potuerit. Vnde credendum est quod ideo eos tantis tribulationibus fatigauit, vt illos ad confessionem criminis, & ad medicamentum poenitentiae prouocaret. Sciebat enim beatus Ioseph quod fratribus suis parricidij crimen sine grandi poenitentia indulgeri non possit, & ideo semel, & secundo & tertio illos medicabili tribulatione tanquam spiritali igne decoxit, non vt se vindicaret, sed vt illos corrigeret, & de tam graui crimine liberaret. Vnde priusquam peccatum suum confiterentur, nec agnoscerent eis se dedit, nec pacis osculum eis indulsit. Cum vero illos pro peccato videret afflictos, deosculatus est singulos, & super singulos fleuit, & illorum coisla pio oculorum rore perfundens, odium fratrum charitatis lacrymis abluibat. Hoc idem etiam & nos in illis, qui in nobis peccauerunt, debemus implere, & non ipsos, sed eorum peccata debemus odire, & ita velimus secundum culpae merita durissima castigatione corripere, vt eos studeamus in veritate diligere. Haec si facimus, impletur in nobis illud: [Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.] In summa, Taliter indulgeamus eis qui nobis peccauerunt, qualiter volumus vt nobis indulgeat Deus, quoties in illum peccamus. Haec si facimus, securi possumus dicere: [Dimitte nobis peccata nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.]

Inimicos diligere, & excusare debemus.

3. **GENES. 45.** *Et eleuauit vocem cum fleuit, &c. & dixit, Ego sum Ioseph, &c.* BERNARDVS, *serm. de Magdalena.* Cerne quomodo Ioseph totus misericordiae & compassionis melle illitus erat, omnium iniuriarum immemor, dulcissimis fletibus inundatus, & pietatis adeps, qui intus latitat, foras per oculos emanat, fregit odium, nescit iram, tempus iracundiae non referuat, reddens bonum pro malo, pro crudelitate dulcedinem. AMBROS. Quam pia fraternitas, quam dulcis germanitas, vt etiam parricidiale excusetur admissum, dicens, diuinae illud prudentiae fuisse, non impietatis summae. Quandoquidem non ab hominibus oblatus ad mortem, sed a Domino ad vitam. Quid aliud habet illa Domini nostri Iesu Christi, qui fratres pietate superauit, in cruce positi intercessio? [Pater ignosce illis: non enim sciunt quid faciunt.]

Inimicos beneficiendum.

5. **GENES. 45.** *Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos.* AVGVSTINVS, *serm. 83. de Tempore.* Mirati estis castitatem Ioseph, aspiciate nunc benignitatem. Ille pro odio reddidit charitatem, & cum videret fratres suos, imò inimicos ex fratribus, cumque ab eis agnosci vellent, dilectionis affectum pio doloris affectu testatus est ad eos, osculabatur singulos, & per singulos flebat, & irriguis fletibus pauentium colla perfudit. Odium fraternum, charitatis lacrymis abluibat, germano semper amore eos dilexit, nec recordatur illum in quo ad necem fuerat deiectus lacum, sed pro malis bona restituens iam tunc, necdum data Apostolica praeccepta complcuit.

Inimicos diligere, & excusare debemus.

7. **GENES. 45.** *Proficiscentibus fratribus ait, ne irascamini in via.* CHRYSOST. Non solum ipse dimisit iram, & a criminibus liberauit, sed & de caetero admonet, ne irascantur in via, nec inter se de factis contendant; nam verisimile valde erat quod in via inter se rixaturi essent. Quis pro dignitate admirabitur viri huius virtutem, qui nouae legis philosophiam magna adimpleuit diligentia? & id quod Christus admonet discipulos, [Diligite inimicos ve-

stros,] &c. hoc ille & multo magis fecit. Nec enim solum tantam declarauit charitatem erga eos qui se occidere vulerant, sed omnia facit vt demonstraret eis, quod nihil in se peccauerint: iniquus, Non vos haec mihi fecistis, sed Dei erga me prouidentia. AMBROSIVS. Quam bene docet ab iracundia praecauendum; quod ea posset etiam amantes sui separare germanos: & maxime in via fugiendam esse discordiam, vbi ipse viandi comitatus debet esse inuolabilis, & gratiae habere confortium.

Idem.

GENES. 50. *Pater tuus praecepit nobis antequam moreretur, vt hac tibi verbis illius diceremus: Obsecro vt obliuiscaris scelera fratrum tuorum, &c.* CHRYSOST. Vide iterum, quomodo ipsi accusatores sui ipsorum sint. Vide quanta est conscientiae reprehensio. LIPOMANVS. Fortè videntur patris finxisse verba. Melior enim illi de filio existimatio erat, quam vt se vindicaretur formidaret de fratrum iam dudum commissio crimine. Sequitur, *Quibus auditis fleuit Ioseph.* RYPERTVS. Ingenuae clementiae laus est. Sanctissimum, & optimum donationis & remissionis genus est hoc: vbi illis qui peccauerunt, non fletibus, sed tantummodo confitentibus, solus ille flet qui peccatis offensus indulget, & adorantibus pro indulgentia, pia quoque reddit lacrymas cum venia. Sequitur, *Nolite timere. Num Dei possumus resistere voluntati?* alia litera (ait CHRYSOST.) *ne timeatis, Dei enim sum ego.* Ac si dicat, Dominum meum imitor, & per beneficia respondere studeo iis qui mala irreparabilia contra me fecerunt. *Vos cogitastis inquit de me malum, sed Deus vertit illud in bonum.* RYPERTVS. Atamen vbi muleat pietas, illic pariter pungit veritas: nec sic de remissione eius qui laesus est, fratres gaudeant, quatenus à sollicitudine iudicij Dei mentis oculos claudant. *Nolite, inquit, timere. Num Dei possumus resistere voluntati?* Hoc planè pietatis est. *Vos cogitastis de me malum, &c.* Hoc aspera veritatis est. Vtile omnibus qui praesunt hinc exemplum sumendum est, vt citò quidem in se peccantibus dimittant, & insuper bona pro malis retribuunt; sed de Dei iudicio peccatores nimium se quos esse non sinant.

Pro inimicis orandum.

EXODI. 8. *Egressus Moyses à Pharaone orauit Dominum, qui fecit iuxta verbum illius.* AMBROS. *lib. 3. officiorum cap. 14.* Verè nimium, sicut scriptum est, [mansuetus, & mitis:] Sciebat quod fidem rex non seruaret promissi, tamen honestum putauit vt rogatus oraret, laesus benediceret, appetitus remitteret.

Idem.

EXODI. 17. *Clamauit autem Moyses ad Dominum dicens: quid faciam populo huic, adhuc paululum, & lapidabit me.* GREGORIVS, *Hom. 27. Hierem. 15.* dicitur. [Si Moyses, & Samuel steterint coram me, non est anima mea ad populum istum.] Quid est quod Moyses & Samuel caeteris patribus in postulatione praeseruntur, nisi quod hi duo tantummodo in cuncta testamenti veteris serie, etiam pro inimicis suis leguntur exorasse: Reliqua vide Verbo Oratio, num. 39.

Lex Talionis, non iniusta.

EXODI. 21. *Reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dente pro dente.* AVGVSTINVS, *lib. 12. contra Faustum Manichaeum cap. 25.* Haec lex talionis, ad reprimendas flammam odiorum, sanientiumque immoderatos animos refranandos, posita est. Quis enim

enim contentus est tantum reponere vindictam, quantum accepit iniuriam? Nonne videmus homines leuiter laesos moliri eadem, sicut sanguinem, vixque inuenire in malis inimici vnde fatientur? Huic igitur immoderata, ac per hoc iniusta vltioni lex istum modum figens, poenam talionis instituit. hoc est, vt qualem quisque intulit iniuriam, tale supplicium pendat. Proinde oculum pro oculo, dentem pro dente, non fomes, sed limes furoris est. Non vt id quod sopitum erat hinc accenderetur, sed ne id quod ardebat vltra extenderetur impositus. Est enim quaedam iusta vindicta, iusteque debetur ei, qui fuerat pallis iniuriam. Vnde vtique quando ignoscimus, de nostro quodammodo iure largimur. Vnde etiam *debita* dicuntur, quae in oratione Dominica humanitas dimittit monemur, vt nobis & nostra diuinitus dimittantur. Quod autem debetur etiam benignè dimittitur, non tamen iniquè repetitur: sed sicut in iurando, etiam qui verum iurat, propinquat perituro, vnde longè abest qui omnino non iurat: & quamuis non peccet, qui verum iurat, remotior tamen à peccato est qui non iurat: vnde admonitio non iurandi, conseruatio est à peccato perituri: Ita cum peccat qui per immoderantiam iniuste vult vindicari, non peccat autem qui modum adhibens iuste vult vindicari: remotior est à peccato iniuste vindictae qui non vult omnino vindicari. Peccat enim qui exigit vltra debitum, non peccat autem qui exigit debitum. Sed tutior longè est à peccato iniusti ex actoris, qui omnino non exigit debitum, praesertim ne cogatur & ipse reddere debitum ab eo qui nullum habet debitum. HERON. in *Ezechiel. cap. 47.* Considera legem Moysi, si intelligatur iuxta sensum carnum Iudaeorum, quomodo amara sit, effodiens oculum pro oculo, dentem pro dente. Si enim intelligamus iuxta occidentem literam, & non iuxta spiritum viuificantem, amara sunt, & lectorem suum, non tam edificat quam destruit.

Petenti veniam inimico, tenemur dare.

15. **EXODI. 22.** *Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei, &c.* GREGORIVS. 16. *Moral. cap. 2.* Pignoris nomine peccati confessio solet intelligi, sicut hic. Cum debet tibi quidquam frater tuus, & abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue. frater etenim noster debitor efficitur, cum quilibet proximus, in nos aliquid deliquisse monstratur. Peccata quippe *debita* vocantur in scriptura, iuxta illud [Omne debitum dimisi tibi,] &c. & illud: [Dimitte nobis debita nostra.] A debitore autem nostro pignus accipimus, quando ab eo qui in nos peccasse cognoscitur, peccati eius iam confessionem tenemus, per quam relaxare peccatum quod in nos perpetratum est, postulamus. Qui enim peccatum quod commisit, fateatur, & veniam petat, iam quasi pro debito pignus dedit. Quod nimium pignus ante solis occasum reddere iubemur, quia priusquam in nobis per dolorem cordis sol iustitiae occidat, debemus ei confessionem veniae reddere, à quo confessionem accepimus culpae, vt qui se deliquisse in nos meminit, à nobis mox relaxatum sentiat quod deliquit.

Inimicos beneficiendum.

16. **EXODI. 23.** *Si occurreris boni inimici tui, aut asino erranti, redde ad eum.* AVGVST. 9. 88. Dixerat in superiori sententia: [Pauperis non miseraberis in iudicio,] sed ne quis putaret Deum misericordiam prohibere, sequitur opportunissime, *Si occurreris, &c.* Vt scias te non prohibitum facere misericordiam, fac eam erga inimicos tuos, cum potestas est à iudicando,

libera. ISIDORVS. Asinum reduci iubet odienti proximum suum, vt hac ratione, odientis animum sibi conciliet. Nam si omnino implacabilis, atque inexorabilis non fuerit, fieri non potest quin hac in illam humanitate, animus illius non manifestet. Et sequitur: *Si videris asinum odientis te, iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis eum.* LIPOMANVS. Hic video quod cum Christus in Euangelio praecipiat etiam inimicos diligendos, non ferat nouam legem, sed veterem tantum exponat, ac planè idem doceat quod verbis harum duarum legum disertè explicatur. CHRYSOST. *Hom. 55. Ioan. & Pauli.* Ad praeccepta Euangelica, de diligendo inimicos, etiam per Iliam exhortatur nos S. Spiritus, dicens, *cap. 66.* [Audite verbum Domini, qui timetis ad verbum eius, dixerunt fratres vestri odientes vos, & abiicientes propter nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in laetitia vestra, ipsi autem confundentur.] Vnde non immeritò Dauid in Psalmo 7. testatur: [Domine Deus meus, si feci istud, si reddidi retribuendis mihi mala, decidā ab inimicis meis inanis.] Beatus etiam *Iob. cap. 31.* id ipsum ita commemorat, dicens: [Si gauisus sum in delicto inimici mei, si dixi in corde meo, benefactum est, audiat auris mea maledictionē.] Haec autem Euangelicae gratiae praeccepta, inuenimus per mandata legis in animalibus formata, cum dicitur: *cum videris bonem, &c.* Vtinam nunc in lege Moysi vnusquisque in animalibus dilceret, quodcumque secundum Euangelium facturus esset in homine.

Inimici qui dicantur.

17. **EXODI. 23.** *Quod si audieris vocem eius, & feceris omnia quae loquor, inimicus ero inimicis tuis, &c.* HERON. *super Epistola ad Galat. c. 5.* Quantum in nobis est, nullius debemus esse inimici, sed cum omnibus habere pacem. Quod si loquentes veritatem, aliquos meremur inimicos, non tam nos inimici eorum sumus, quam illi inimici sunt veritatis. Nam quod in *Genesi* dicitur ad Abraham: *inimicus ero inimicis tuis, &c.* & similiter hic ad Populum, intelligendum est, non tam Abraham illis inimicum fuisse, quam illos Abrahæ virtutibus & religioni, per quam calcatis idolis, cognitum venerabatur Deum. Illud quoque quod populo praecipitur Israel, vt odio sempiterno inimici sint Madianæis, quasi his dicitur qui sub Pædagogo erant, & in alio loco merebantur audire, [odio habebis inimicum tuum,] aut certè nō tam personarum quam morum est facta dissensio. Vt quomodo Deus vtiliter inter serpentem & mulierem inimicitias posuit, ne amicitiae eorum inutiles essent homini, per quas proiectus est de paradiso: Ita in Israelitis, & Madianæis vita magis dissimilis quam gens vna damnata est. Vide etiam AVGVSTINVM, *contra Adimantum Manich. cap. 17.*

Inimici diligendi.

18. **EXODI. 26.** *Coccūque bis tincto.* GREGORIVS, *Hom. 38.* Nemo cum quemque diligit, habere se protinus charitatem putet, nisi prius ipsam vim suae dilectionis examinet. Nam si quis quemlibet amat, sed propter Deum non amat, charitatem non habet. Charitas enim vera est, cum & in Deo diligitur amicus, & propter Deum diligitur inimicus. Ille ergo securus amat, qui propter Deum illum amat, à quo se intelligit non amari. Magna sunt haec, & alta, & multis ad exhibendum difficultia, sed tamen ista est vestis nuptialis. Quisquis autem hanc ipsam vestem, recumbens in nuptiis, non habet, iam sollicitus metuat, ingrediente rege, quando mittatur foras.

Inimicos diligere, non impossibile.

19. **EXODI. 32.** *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me, &c.* **CHRYSOST.** *Hom. de cruce & latrone.* Inimemus Dominum, qui clavis confixus, in cruce pendebat, & pro inimicis orabat, dicens: [Pater dimitte illis.] Sed dices, quomodo potero imitari? Mihi crede, si non posses, non dixisset, [discite à me quia mitis sum,] Si esset imitari impossibile, nec Paulus diceret: [Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.] Si non vis Dominum imitari, saltem seruum Stephanum imitare, saltem Apostolum imitare, qui Dominum imitati sunt. Stephanus enim flexis genibus pro lapidantibus orabat, dicens: [ne statuas illis hoc peccatum.] Paulus etiam à Iudæis ter virgis caesus, semel lapidatus, pro ipsismet orabat anathema esse à Christo. Moyses etiam, de veteri testamento, quod plus admirationis affert: nam tunc inimicos amare non iubebatur, sed oculum pro oculo, dentem pro dente eruere: pro Iudæis, à quibus & lapidatus, & sapius contemptus est, sic orabat; [aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo.] Nihil Moyses peccasti, & cur particeps desideras esse supplicij, cur pœnæ coniunctus? cur tribulationi locius? cur effectus detrimenti confortium? Quam iocunditatem, diceret, quid beneficij, cum alij puniuntur, sentire possum? Nec fructum meæ commoditatis agnosco, cum tenentur alij laceratione supplicij. Suffecerant quidem ad emendationem nostræ mentis exempla prolata, sed vt firmius corrigamur, aliud quoque monstrabo. Beatus ille, & mansuetus Dauid, cum contra populum & filium, sibi rebelles, Deum iratum vidisset, ait: [Ego sum qui peccaui, ego qui malum feci, vertatur obsecro. manus tuæ contra me,] &c. Samuel etiam Propheta sustinuit Iudæorum iniuriam, & qui exordinatus fuerat, & contēptus, ait: [Mihi absit peccatum hoc maximum, vt intermittam orare pro vobis Dominum. Christus dicit: [Pater dimitte illis.] **STEPHANVS.** [Domine, ne statuas illis hoc peccatum.] Paulus ait: [Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis.] Moyses: [Aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro tuo.] Dauid: [Vertatur obsecro manus tua cōtra me.] Samuel, [absit à me hoc peccatum, vt.] &c. Quam igitur veniam mereri poterimus, si tantorum seruorum de veteri ac nouo testamento non imitamur exempla, vt pro nostris inimicis oremus?

Idem.

20. **NVMER. 12.** *Clamauitque Moyses ad Dominum, dicens: Obsecro Domine sana eam, scilicet, Mariam, quam reprehendit Dominus, & pariter Aaron fratrem. Quare ergo non timuisti detrabere seruo meo Moyse? & hoc absente Moyse.* **OLEASTER.** Ne forsitan suis orationibus pœnam impediret; secundò, ne putarent quòd frater à se de eis vindictam petiuisset, &c. Malum quod aduersus eam deprecatus est, fuit, *Deus, obsecro, sana eam,* clamoribus scilicet intemis cordis sui. *Clamauitque Moyses ad Dominum.* Optime quadrat quod de eo Spiritus sanctus dicit in principio huius cap. *Erat enim Moyses vir mitissimus, super omnes homines qui morabantur in terra.* Vnde in cap. 16. cum castigaret Dominus populum, Moyses & Aaron orabant: *Cum iacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron, INTERL.* videns in spiritu quæ gerebantur. *Tolle churibulum, &c.* **ORIGENES.** *Hom. 9.* Sed videamus quid faciunt sancti, & perfecti, & magis Euangelij quàm legis discipuli? Ideo diligunt etiam inimicos, & orant pro persecutoribus; illis enim irruentibus, isti prociidunt in faciem. Videant ergo qui Deum pariter criminantur, & legem, quomodo Moyses & Aaron priores fecerunt, quod postmodum E-

uangelium docuit. Diligit Moyses inimicos, & orat pro persecutoribus. Inuenitur ergo Euangelij virtus in lege, & fundamento legis inniuitur Euangelium. Nec vetus testamentum nomino legem, si etiam spiritualiter intelligam. Illis tantum lex est vetus testamentum, qui eam carnaliter intelligunt, illis vetus est, & senuit, quia vires suas obtinere non possunt. Nobis autem qui eam spiritualiter exponimus, semper noua est, & vtrumque nobis nouum testamentum est, non temporis ætate, sed intelligentiæ nouitate. Vnde ait **IOAN. 13.** [Mādatum nouum do vobis vt diligatis inimicem,] cum sciret datum esse mandatum dilectionis in lege. Sed quia charitas nunquam cadit, neque mandatum charitatis veterascit, semper nouum esse pronuntiat. Semper enim obseruantes, nouos fitit in spiritu, peccatori autem, & charitatis fœdera non seruanti, etiam Euangelia veterascunt. Nec potest esse nouum testamentum ei qui non deponit veterem hominem, & induit nouum secundum Deum creatum.

In parcendo inimicis, fortitudo consistit.

21. **NVMER. 14.** *Magnificatur ergo fortitudo Domini, &c. & dimitte obsecro peccatum populi huius, &c. Sicut propitius fuisti, &c.* Nota in quo collocat fortitudinem Dei, in parcendo. & ita est iuxta illud **PROVERBIORUM 16.** *Melior est vir patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* Considera quæso, ait **OLEASTER**, hominum cecitatem. Arbitrantur se suam fortitudinem magnificare, si in alios seuiant, si illatas iniurias vindicent. Non sic autem Dominus noster, sed parcendo, & non vindicando, sibi nomen potentissimi acquirit Deus (ait Ecclesia) qui omnipotentiam suam, parcendo maximè, & miserando manifestat. Vide ad oculum: Vindicando iniuriam illatam, inimicum superas; parcendo verò, te ipso superior es, qui iram in te compescere potes. Conuenientissimè ergo sanctus Moyses Dei fortitudinem magnificandam dicit, si subditis parcat. & bene item subdit, *Sicut propitius fuisti.* Solet apud homines multiplicata iniuria illata condonatio esse causa de cætero continendi veniam. Non sic autem Dominus Deus noster, sed veniam multiplicasse causa est nouæ condonationis, & ita Moyses qui oprime nouerat Dominum, ait, *Dimitte obsecro peccatum, &c. Sicut propitius fuisti.*

Inimicis benefaciendum.

22. **REGVM 26.** *Dixit Abisai ad Dauid: Concluse Deus hodie inimicum tuum in manus tuas, &c. Respondit Dauid, ne interficias eum. Quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit? Ita Saulem Dauid hoc facto deuicit, vt diceret, peccaui. Reuertere fili mi Dauid: cum ad hoc solum venisset vt cum quæreretur, & occideret. Nequaquam enim ultra tibi malefaciam, eo quòd pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie. Apparet enim quòd stultè egerim & ignorauerim multa nimis.* **INTERL.** Consilia Dei, qui te conseruat, & me in manus tuas tradidit. Quod inimicos Dei vincit, est obsequi illis, iuxta illud: [Si esurierit inimicus tuus,] &c. [& carbones ignis congeres super caput eius.]

Christus imperat.

23. **REGVM cap. 2.** *Dixit Abner ad Ioab inimicū suū, Vt quequo non dicis populo vt dimittat persequi fratres suos? Nota efficaciam verborum. Cum iam bellum irrumpere voluisset: Insonit Ioab buccina, & stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt ultra Israel. Non est Abner qui hoc dicit, sed Christus. [Ego autem dico vobis, diligite, &c. Qui & viuens, & moriens, dimittendi exemplum nobis præbuit: Non sicut Dauid, qui licet*

licet viuens dimisit, moriens tamen vlsceri præcepit. **3. REGVM 2.** Desiderabat Rex Samaria punire quosdam latrones Syria, & interrogauit Prophetam Eliseum. **4. REG. 6.** *Nunquid percussum eos pacer mi? Non percutes, &c. Sed pone panem & aquam coram eis.* Et sic præualuit coram rege autoritas Prophetæ: *appositaque est eis ciborum magna preparatio.* Alia litera. [Apparuit itaque eis splendidum apparatū.] Et tamen Christus dominus dicit, [Diligite inimicos vestros, & benefacite,] &c. & tu non vis obedire? Nota etiam nouum modum vlscendi, quem Propheta spiritui Dei motus adiuuauit. *Pone panem & aqua coram eis.* **INTERL.** vt percussas. *iuxta illud Apostoli:* [Si esurierit inimicus tuus,] &c. [& carbones congeres,] &c. Vnde sequitur, *& ultra non uenerunt latrones Syria in terram Israel.* Alia via non potuerant eos cohibere.

Idem.

24. **2. PARALIP. 11.** *Non ascendetis, nec pugnabitis contra fratres vestros, &c. Qui cum audirent sermonem Domini, reuerse sunt, nec perrexerunt contra Ieroboam.* Iam sumptus & paramenta belli disposita erant, & omnes parati ad iustum bellum ineundum, & auditis his prophetæ verbis: *Non pugnabitis contra fratres vestros,* omnes à bello cessarunt. & nihilominus Christus auctoritate sua diuina ait: [Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros,] &c. [& non sufficit,] &c.

Christus perfecta docuit.

25. **1. ESDRÆ 7.** *Esdras autem parauit cor suum, vt inuestigaret legem Domini, & faceret, & doceret in Israel præceptum, & iudicium.* **BIDA.** Et Christus inuestigauit legem Dei. Quia abiectis Pharisæorum traditionibus, scripturam sanctam mysticè intelligere docuit, & decreta Euangelij quæ attulit magis perfecta, & Deo accepta, quàm ea quæ per Moysen præmisserat, ostendit. Vnde, [audistis quia dictū est antiquis, Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum.] Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros,] &c. & infra ait Artaxerxes Esdræ: *Missus es vt uisites Iudæam & Ierusalē in lege Dei cui, quæ est in manu tua.* **GLOSS.** Christus legem in manu habuit, quia eam quondam per Moysen pro vt voluit statuit, & nunc eandem per semetipsum immutans, ad perfectiora transtulit. **INTERL.** Quæ in manu tua; & non solum in lingua: quia cepit Iesus facere; & docere,

Non zelo vindicte sed prophetia spiritus propheta inimicis mala pronunciant.

26. **1. VIDIT. 9.** *Fac Domine vt gladio proprio eius superbia amputetur.* **GLOSS. ORD.** Hoc non dicit delectatione pœnæ, sed amore iustitiæ: sic propheta quidquid in spiritu iusto iudicio vident futurum, in eodem spiritu prædicunt faciendum: imò per eos ipse prædixit, qui per eos reuelat atque facit. Quale est illud, **PSALM. 68.** [Fiat mensa eorum cotam ipsi in laqueum,] & illud, **ACT. 23.** [Percutiat te Deus paries dealbate.] Non vindictam desiderantes, sed quid faciendum prophetantes.

Inimicis benefaciendum.

27. **1. MACHAB. 3.** *Perfecit Seron & exercitus eius in conspectu ipsius, &c.* **GLOSS. ORD.** Quia sepe patientiā Sanctorum, furorē mitigat persequentium, & mansuetudo humilium protēgit audaciam superbiorum: Inde est quòd Paulus **ROM. 12.** docet dicens: [Si esurierit inimicus tuus, ciba illum,] &c. hoc enim faciens, carbones ignis conge-

res super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.]

Idem.

28. **AVGVST.** *Super Psal. 78.* Cum & homo iustus & homo malus de inimicis suis velint à Domino vindicari; vnde discernentur? Nisi quia iustus & magis cupit inimicum suum corrigi, quàm puniri; & cum in eum videt à Domino vindicari, non eius delectatur pœnæ, quia non eum odit, sed diuina iustitia, quia Deum diligit. *Idem ibid.* Non solum factum malum pro facto malo, sed nec votum malum reddendum est pro facto vel voto malo.

Nulli malum reddendum.

29. **1. AD THESSALON. 3.** *Vos autem Domini multiplicet; & abundare faciat charitatem vestram in inuicem & in omnes.* **TERTULLIAN.** in **APOC. CAP. 37.** *Idem sumus imperatoribus, qui & vicinis nostris.* Malè enim vellè, malè facere, malè dicere, malè cogitare de quoquam ex aquo veterum.

Qui inimicum diligit, vincit diabolum.

30. **AVGVST.** in **PSALM. 54.** Homo hominem vincit humana felicitate: diabolus autem vincit inimici dilectione. Quo modo ergo ambit homo auferre tibi, & detruncare, aut auertere felicitatem, qua vincitur, sic & diabolus hominem vult vincere auferendo vnde vincitur. Sed cura in corde seruare dilectionem inimici, qua diabolus vincis. **AVGVST.** *Super Psal. 93.* Hoc præstat nobis sepe Dominus de malis hominibus, in quibus exercet & perficit dilectionem nostram, quam vult extendi ad inimicos. Nec enim est perfecta dilectio Christiani, nisi eum implet quod Christus præcipit: [diligite inimicos vestros.] Hinc ipse diabolus vincitur, hinc victoriæ corona percipitur.

Diligere inimicum, maxima elemosyna.

31. **AVGVST.** *Tracta. de Reclitua. conuersar. Tom. 9.* Quod si aliquis ita sit pauper, vt nullam rem habeat vnde elemosynam temporalem faciat: quia non potest fieri, vt ab aliquo non patiatur iniuriam; si ex toto corde omnibus in se peccantibus indulgeat, & contra nullum hominem odium teneat, atque omnes sicut seipsum diligat; hoc ei procul dubio pro maxima elemosyna reputabitur. Nemo ergo se circumueniat, nemo se seducat, qui vel contra vnum hominem in hoc mundo odium tenet, quidquid Deo in bonis operibus obtulerit, perdet totum. Vos autem ad inimicorum dilectionem admonet ad sanandum peccatorum vulnera nullum esse medicamentum vtilius, cognosco licet magnus labor sit inimicos diligere, sed magnum erit premium in futuro, qui dilexerit inimicos, hic erit Dei amicus, non solum amicus, sed & filius.

Inimicis dimittere debita qualiter perfectorum sit.

32. **MARC. 6.** *Dimittit nobis debita nostra, &c.* **BIDA.** O infelix! præsumptio. Itam Dei aduersum se precibus prouocare. Homo homini reseruat iram, & à Deo querit misericordiam? sunt autem quidam imperfecti, quorum imperfectio, sicut dicit **AVGVST.** diuina misericordia condescendens, concedit vt saltem tunc debitoribus suis dimittant, eum ipsi debitorum indulgentiam ab eis sibi qui postulant. Perfectorum autem est, omnia omnibus corde puro, vultu iocundo, sine restauratione precibus sine satisfactione iniuriarum, & sine iunctis precibus suis debitoribus indulgere; in super & sua tribuere, & obsequia charitatis exhibere.

D Quisqua

Quisq[ue] medicus esto inimici sui.

33. CHRYSOST. Hom. 1. de Saule, & David. Hoc spectat medicus ut morbo liberet aegrotum, non utrum merito, an immerito sibi morbum contraxerit. Tu quoque igitur medicus esto ei qui te laesit. Vnum hoc quare, quo pacto illi morbum adimas.

Non est carnis inimicum diligere.

34. CHRYSOSTOMVS, Hom. 13. in caput 5. Math. Quando quis corporalibus quidem motibus excitatur, voluntas autem illius non inclinatur, ut faciat opus quod facere instigatur, sed stabili proposito continentia, & operatione iustitia irrationabiles motus corporis frangit, etsi corpore concupiscit, animus eius non concupiscit: si autem consenserit explere quod cogitat, tunc verè dicitur animo concupiscere. Sic & caro inimicum suum diligere non potest. Quemadmodum nec est possibile, ut iniuriam non sentiat sibi illatam. Anima autem inimicum diligere potest: quia dilectio vel odium carnis in sensu est, animae autem in intellectu.

Facile decipimur propter inimicitias.

35. GREGOR. NAZIANZEN. Serm. 3. de pace. Quemadmodum eadem terra stat quidem sanis, & non aegrotantibus; mouetur autem vertiginosis, & qui se circumuolunt, cum videntium passio ad id quod cernitur, transmutatur: aut si mauis: Quoadmodum eadem statua maior quidem iis qui prope sunt, & considerant; minor verò distantibus apparet, cum aer suffuretur distantiae, visui verò dilatat crassiora: Ita & nos facile decipimur propter inimicitias, ut in eisdem nequaquam iidem amici sumus: nec nos cognoscimus.

Omni cedit iniuria mens, quam charitas emollit.

36. ROMAN. 12. Non vos defendentes; charissimi, sed date locum ira. CASSIAN. Id est; Nequaquam ad vindictam iracundia cogente tendatis, sed dare locum ira, hoc est; non sint corda vestra sic impatientia ac pusillanimitatis angustiis coarctata, vt violentam commotionis procellam, cum intruerint, sustinere non non possint. Sed dilatamini in cordibus vestris, suscipientes aduersos iracundia fluctus in illis extentis sinibus charitatis, quae omnia suffert, omnia sustinet, & ita mens nostra amplitudine longanimitatis ac patientiae dilatata, habeat in se consiliorum salutare recessus; in quibus receptus quodammodo atque diffusus teterrimus iracundiae furus procinus euanescat. Date locum ira: Aut cedendo locum vel permittendo nocere. Vel certe ita damus locum irae, quoties commotioni alterius, humili atque tranquilla mente succumbimus, & quodammodo dignos nos qualibet iniuria profitentes, impatientia obsequimur saeuienti. Ceterum, ij qui ita sensum Apostolica perfectionis inclinant, vt locum irae illos dare existimant, qui irascentes discedunt, videntur mihi discessione fomite non abscondere, sed nutrire.

Inimicos dimittendum.

37. CHRYSOSTOMVS, Hom. 15. operis imperfecti. Quemadmodum si quis homo in os suum aliquid dulce admittat eam amaro permixtum, dulcedo illa non dat suum saporem: ita qui mala non dimittit, & bona suscipit, bonorum suorum gratiam perdit.

Christo obediendum dicenti: Ego autem dico vobis.

CHRYSOST. Hom. 4. in Genes. Dic oro: si Rex aliquis terrenus legem tibi posuisset, vt vel inimicorum tuorum curam geras, vel morte puniaris: an non metu mortis corporalis, omnes accurrerent ad implendam legem? Quanta igitur accusatione dignus fuerit is, qui ob corporalem mortem, quam alioquin naturae necessitas affert, omnia facere paratus (mortem inquam, quae hic nullam inuenit consolationem) minus curat Dominum viuificorum, si & ipse ponit legem?

Inimici diligendi sunt.

39. MATTH. 6. Diligite inimicos vestros, &c. CHRYSOST. Hom. 27. in epist. ad Rom. Ne dicas, quoniam odio habeo, propterea non diligam. Propter hoc enim potissimum diligere debes. Non vides turpes illos amatores, alapas, ipta, opprobria, innumeraque alia incommoda, quae fornicariae illae mulieres infligunt, patienter ferre? Quid igitur amorem hunc eximet? Illata conuicia? Nequaquam. imo magis inde accenditur. Et quamuis ista facientes mulierculae praeterquam quod fornicantur, obscurae etiam, ac vilis genere sunt; qui verò talia ab illis patiuntur, illustres saepenumero progenitores connumerare possent: annon erubescimus, quod tantam erga Deum dilectionem, quantum habet potentiam diabolicus ille amor, ostendere nequimus? Idem Homil. 7. ad Ephes. Hinc sumamus dilectionis exemplum, non vt tales diligamus (mulierculas fornicarias intelligo) sed vt ad hunc modum diligamus inimicos. Etenim dicas velim, an non contumeliosius illis abutuntur, quam si inimicae essent? An non substantiae inuolant? Annon in faciem procaciter contumeliantur? Annon illis plusquam saepius imperant, & tamen nihilominus non abstant ipsi: tamen si talem nemo habeat inimicum, qualem habet qui amicam diligit.

Inimicis remittendum est.

40. MATTH. 6. Si non remiseritis hominibus peccata vestra, nec Pater vester remittet vobis peccata vestra. ISIDOR. CLARIVS oratione 53. in Math. Haec res si attentius cogitaretur, optare quisque deberet habere aliquos quorum offensiones remittenda. Quod hac similitudine potest intelligi. Fingamus liberalissimum quempiam regem, aut principem, qui multos habeat, qui sibi plurimum debeant, qui etiam, cupiens eas aliquid quod aliis deberetur, in tota ciuitate dissolui, legem promulgaret, vt quicumque suis debitoribus remitterent, grauius exiguntur esse quod deberent, fore vt rex maxima quaeque debita illis remitteret: quicumque verò neminem haberet qui sibi deberet, oportere eum quidquid deberet regi, ad terentium persolvere. In hac lege quisquis debito rem nullum habuisset, & multa regi deberet, multo detestiore quam ceteri esset conditione; optaretque aliquos habere, qui sibi quidquam deberent. At haec ipsa est lex caelestis patris, qui etiam cupiens habere occasionem ignoscendi, permittit offensiones inter homines accidere; vt omnes, debitoribus aliquos habeamus, quibus remittendum sit, vt possit ipse maximè nobis remittere debita, quae illi debemus.

In manu cuiusque est iram proximi excitare vel extinguere.

41. CHRYSOST. Hom. 3. de David, & Saule. Quemadmodum si infles scintillam ignis excitas in eandem, contra si inspuas extinguis, & utrumque tibi in manu est, quoniam utrumque ex ore tuo proficiscitur. Idem fit in inimicitia proximi. Si inflatos ac vecordes ingeras sermones, excitas ignem, illius accendis

AMOR IN COMMUNI, & amor proprius & carnalis.

Amor erga propriam carnem. 1. 7. 12.

Amor carnalis crudelis. 2. 5. 7. 11. 12.

Amoris vis. 3. 6. 7. 8. 14.

Amor proprius. 4. 9. 11.

Differentia inter amorem Dei, & carnalem. 10. 13.

Amor, & odium non habent verum iudicium. 15.

Quatuor sunt nobis diligendi. 16.

De diuersis amoris generibus. 17.

Amor erga propriam carnem.

GENES. 2. Formauit igitur Deus hominem de limo Terrae, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitae, &c. BERNARD. Serm. de Tribus mixturis. Agnosce, homo, dignitatem tuam, agnosce gloriam conditionis humanae. In te conglutinantur sibi limus terrae, & spiritus vitae. In te compacta & cofoederata sunt caro, & anima, illa plasmata, haec inspirata, &c. Charitatem mihi coniunctio ista commendat, charitatem in ipso statim principio, non solum praedicat, sed ingerit mihi manus benignissima Creatoris, iuxta illud, [nemo carnem suam odio habuit.]

Amor carnalis crudelis.

2. GENES. 3. Mulier quam dedisti mihi sociam, dedisti mihi, &c. BERNARD. Serm. 5. omnium Sanctorum. Consideremus & nos fratres Adae crudelitatem, qui videtur vxoris amore peccasse. Videamus nunc quantum diligit eam. Non dixit, Domine, mulier infirmior est, mulier seducta est, mea est iniquitas, in me solum vindicta procedat, sed, mulier, inquit, quam dedisti mihi, &c. O peruersitas. Pœnam pro ea suscipere refugis, & culpam admittere non reculas. Quomodo omnia confundis perniciose misericors, vbi seuerus esse debueras? & perniciose crudelis, vbi misericordiam impendere oportebat? Nam derelinquere propter illam nullo modo: satisfacere verò pro ea, libenti animo debuisti.

Amor etiam dura faciliat.

3. GENES. 29. Seruauit igitur Iacob septem annis pro Rachel, & videbantur illi dies pauci pro amoris magnitudine. AVGVST. Videtur quod potius breue tempus, longum videri solet amantibus. Dicitur autem hoc est propter laborem seruitutis, quem facilem & leuem amor faciebat. CHRYSOST. Amor enim magnus, & laborem, & temporis longitudinem succidit, & breuem videri facit.

Amor proprius ab amore Dei superatur.

4. GENES. 32. Qui cum videret quod eum superare non posset, recigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. GREGOR. Hom. 14. super Ezechiel. Notandum quod idem victus Angelus, uerum femoris Iacob tetigit, eumque marcescere statim fecit, & ex tunc Iacob vno claudicauit pede. Quia scilicet omnipotens Deus cum iam per intellectum & desiderium cognoscitur, omnem in nobis voluptatem carnis arfacit, & qui prius quasi duobus pedibus innitentes, & Deum videbamur quærere & seculum tenere, vel (possumus dicere) & nos ipsos amare, post agnitione suauitatis Dei, vnus in nobis pes sanus remanet, atque alter claudicat, quia necesse est, vt debilitato amore seculi vel proprio conualescat ad amorem Dei, &c. & dum creuit fortitudo in nobis amoris intimi,

infimatur procul dubio fortitudo carnis. Omnis enim qui vno pede claudicat, soli illi pedi innititur quem sanum habet. Quia & cui desiderium terrenum iam arefactum fuerit, in solo pede amoris Dei, tota virtute se sustinet, & in ipso stat, quia pedem amoris seculi quem in terra ponere confueverat, iam suspensum à terra portat. *Hæc ille.* Hoc videre est in Laban, qui totus deditus erat amori proptio & filiorum, & proprietatum facultatum, cui in somnis dixit Deus: [caue ne quidquam aspere loquaris contra Iacob.] *Gen. 31.* Quod & fecit, & sic mutatus, ait: [Quid possum facere filiis & nepotibus meis?] *INTERT.* Quod nō fecit Dei timore compressus, dicit se dimissile causa carnalis affectus.

Amor carnalis crudelis.

5. **GENES. 39.** *Post multas itaque dies iniecit dormina sua oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum.* **CHRYSOST.** Vide intemperantiam lasciviam mulieris non accepit in mentem quod haberetur dormina, non quod ille erat servus, sed à fornicitate capta, & diabolico incendio suscepto, in iuvenem insilire tentat. Tempus inquit, & solitudinem, quæ possent ei cooperari ad illicitum suum conatum. Sequitur: *Ingressus est ad me servus Hebraeus, quem adduxisti, ut illuderet mihi.* **CHRYSOST.** O misera, & calamitosa. Non ipse introductus est, ut illuderet tibi, sed diabolus te induxit, ut non solum adultera fieres, sed vt homicidium procurares. **D. PROSPER.** O impudica mulier, ardet amans, *Vulnus alit venis, & cæco carpitur igne.* Amat, & persequitur; concupiscit, & sævit; & quia ei ad stuprum non consentit, trucidandum eum statuit, quæritque perire quem diligit.

Amoris vis.

6. **GENES. 43.** *Atollens autem Ioseph oculos, vidit fratrem suum Benjamin, & ait: Iste est frater vester parvulus, &c.* **AMBROS.** Morale est vt quos diligimus, eos videamus præ ceteris, & quos animi intentio habet priores, eos obrutus offendat oculorum, si quidem plerumque circa alia mentis occupatione distracti, quæ habemus ante oculos non videmus: ita duce animo dirigitur noster aspectus. Benjamin absente nobis, quidquid expectantibus fortuna proiecit, id sine vlla voluptate demittimus statim ad rapinam alterius erecti, & attendit. *Job 40.* [Ecce absorbebit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.] Multum bibens adhuc sitit.

Amor proprie Carnis.

7. **DEUTER. 6.** *Diliges Dominum Deum tuum, &c.* **AVGVST. lib. de doctrina Christi. cap. 22.** Cum præcurrat dilectio Dei, eius modus præscriptus est, vt cætera in illum confluant, scilicet dilectio tui ipsius, & dilectio proximi, &c. & si Deus omni homine plus diligendus est, plus debet quisque diligere eum, quam seipsum. *Item:* Amplius alius homo diligendus est, quam corpus nostrum. Quia propter Deum omnia ista diligenda sunt, & potest nobiscum alius homo Deo perfrui, quod non potest corpus, quia per animam vivit qua Deo fruimur. **2. Regum cap. 13.** *Ita vt agrotaret, scilicet Amnon propter amorem eius, scilicet Thamar.* **GLOSSA ORD.** Incestus Amnon in sorore sua Thamar, & parricidium Absalon in Amnon fratre, monet nos vt semper cautè agamus, ne vitia in nobis dominantur, & Princeps peccati, qui falsam pacem periclitantibus spondet, nos imparatos inveniens, de improviso trucidet: *Hæc illa.* Facile fuerat Amnon in principio scintillam extinguere amoris carnalis; reliquit eam, & secutum est incendium ma-

gnum. **BASILIVS. in interrog. 17.** *Regum* suscipit disputat. Voluptas nihil aliud est quam esca illa maligni, per quam nos ad peccatum valde proclives sumus. Ab ea omnis anima, non secus atque ab hamo quodam, ad exitum pertrahitur. Sequitur: *Et exosam eam habuit oculo magno nimis, ita vt manus esset odium quo odorat eam, amore quo antè dilexerat.* **LYRANVS:** quia, sicut dicunt Hebræi, in eius defloratione læsus fuit in tantum: quod dolor sequens, maior fuit delectatione præcedenti. sed certum est hunc habere finem amorem carnalem: vel, quia forsitan morsus & vermis malæ conscientie, seuerior ei fuit, quam delectatio præcedens delectauerat.

Amoris vis.

8. **ESDRAS 3.** *Vnus scripsit, furio est vinum, alius scripsit, fortior est Rex: tentus scripsit, fortiores sunt mulieres.* Vnusquisque iudicabat secundum affectum quem habebat. Amor meus, dicebat **AVGVSTINVS,** pondus meum, illo feror quocūque feror. & Christus Dominus, [ex abundantia cordis os loquitur.] Notanda amoris inordinati vis: fortitudinem ebrietati tribuit. Quid debilius ebrio? Item. Quid instabilius Regum fauore? Item tertio, Quid muliere infirmius?

Amor proprius insatiabilis.

PROVERBIORVM 30. *Ignis nunquam dicit, sufficit.* Talis est amor proprius, qui quidem insatiabilis est. Qui volunt diuites fieri, incident in tentationem, &c. **AVGVST. lib. 50. homil. Hom. 13.** Non dixit Apostolus, qui diuites sunt, sed qui volunt diuites fieri, cupiditates accusavit, non facultates. Pecunia delectat, istam non times? Bona res est pecunia, bona res est magna pecunia. Incident homines in tentationes, non times? In desideria multa incident, stulta & noxia non times? Desideria quod ducant time. Quid est, quod ducant? Quæ mergunt, inquit, homines in interitum, & perditionem, & adhuc surdus es? Interitum & perditionem non times? Sic Deus tonat, & stertis? **SENECA Epistola. 73.** Vidisti aliquando canem, missa à Domino frustra panis aut carnis aperto ore captantem? Quidquid exceperit, totum protinus in integrum deuorat, & semper ad ipem futuri inhiat. Idem euenit nobis, quidquid expectantibus fortuna proiecit, id sine vlla voluptate demittimus statim ad rapinam alterius erecti, & attendit. *Job 40.* [Ecce absorbebit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.] Multum bibens adhuc sitit.

Differentia inter amorem Dei, & carnalem.

IOANNIS. 2. *Omnis homo primum bonum vinum ponit, deinde quod deterius est, &c.* **HUGO DE S. VICTORE.** Inter amorem huius mundi, & amorem Dei, hæc est differentia, quod amor mundi in principio dulcis videtur, sed finem habet amarum. Amor Dei ab amaritudine incipit, sed vltima eius plena sunt dulcedine. Vnde & dicitur: *omnis homo primum vinum bonum, &c.* Omnis namque homo, id est carnalis, primum bonum vinum ponit: quia in sua delectatione falsam quandam dulcedinem sentit: sed postquam furor mali desiderii mentem inebriauit, tunc quod deterius est propinat: quia spina conscientie superueniens, mentem quam prius falsò delectabat, grauiter cruciat. Sed sponus noster postremò vinum bonum porrigit, dum mentem quam sui dulcedine amoris replete disponit, quadam prius tribulationum compunctione amaricari finit, vt post gustum amaritudinis, auidius bibatur suavissimum poculum charitatis. Et hoc est primum signum quod fecit Iesus coram discipulis suis, [et crediderunt in eum.] Quia inde peccator, & peccitens primum de misericordia Dei fiduciam habere

bere incipit, quod post longa meroris tædia Spiritus sancti consolatione cor suum releuari sentit.

Amor proprius crudelis.

11. **I. AD TIMOTHEVM 3.** *Erunt homines seipso amantes.* **THEOPHYLACTVS super hunc locum.** Statim malorum omnium causam produxit in medium: quod suis quisque magis prospiciat, quam proximi commodis. Ei namque qui sui ipsius duntaxat trahitur charitate, accidit sæpe vt nec ipse se amet. Nam quemadmodum soler & in membris contingere, quorū cum vnum aliquod læditur, & reliqua lædantur, necesse est: quod vtique & ædificia patiuntur: sic dicit & in Ecclesia potest: Qui proximum negligat, & ipsum se curet, sibi ipsi officere.

Idem.

12. **AVGVST. in Psal. 139.** Spinæ non pungunt in radicibus. Erue spinas de terra. Contrecta radices ipsarum, & vide si sentis dolorem. Tamen illud vnde dolorem sentis in superficie, de radice processit. Ita amatores carnalium, etsi videntur blandi, lenes, radices spinarum sunt. Quod Amor seculi sit anxius, & perturbatus, vide *Amor hominis erga Deum, ex Augustino.*

Differentia inter amorem Dei, & seculi.

13. **REGOR. 19. Moral. cap. 25.** Omnis arbor suo robore iuxta terram vasta subsistit, sed crescendo superius angustatur, & quanto paulisper sublimior, tanto in altum subtilior redditur. Palma verò minor ab imis inchoat, & iuxta ramos ac fructus ampliori robore exurgit, & quæ tenuis ab imis proficit, vastior ad summam succrescit. Ita huius sæculi dilectores, in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles, pro temporali lucro, & gloria ad mortem de sudare parati sunt. Pro æterna gloria nec parum quidem in labore subsistunt, &c. At contra iustorum vita per palmam significata, qui nequaquam in terrenis studiis sunt fortes, sed longè magis studiosos se exhibent Deo quam seculo.

Amoris vis.

14. **CHRYSOST. in cap. 5. Epistola ad Galat.** Quemadmodum ignis ad motus cere, facillè mollit eam: sic & amoris calor, resum saltum, & arrogantiam, vehementius quam ignis soluit. **S. MAXIMVS, lib. 3. de Charitate.** Quemadmodum parentes corporum compatiuntur natis ex se liberis: Sic etiam animus naturaliter indulget rationibus & cogitationibus: & quanquam omnium, & per omnia liberi fuerint ridiculosissimi, & turpissimi, omnium tamen videntur suauissimi & formosissimi; sic etiam amenti animo suæ cogitationes, & rationes, tametsi ex omnibus fuerint pessimæ, sapientissimæ tamè esse videntur.

Amor & odium non faciunt verum iudicium.

15. **CHRYSOST. Hom. 26. ex variis.** Perfectus amor & perfectum odium, verum iudicium non cognoscit. Vt puta si perfectè odias aliquem, qualiacumque fuerit apud illum, omnia tibi displicent, siue quæ loquitur siue quæ agit, & si sint bona, tamen tibi mala videntur: Sic & si perfectè aliquem amas, quæcumque sunt apud eum, tibi placent, quæ loquitur siue quæ agit, & si mala sunt, tamen tibi bona videtur: ergo & vxor si videns aliquem, dixerit, quam sapiens vir, vtinam vir meus talis esset: iam amor eius minus habet de perfecto amore: Sic ergo & omnis anima Christiana, quæ sponfa est Christi, ita debet diligere Deum, vt nihil sit in mundo quod amplius amet quam eum.

Quatuor sunt nobis diligenda.

16. **IOAN. 13.** *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inimicem sicut dixi vos.* **PETRVS**

LOMBARDVS. Quatuor nobis diligenda Catholica proponit doctrina. Vnum, quod supra nos, id est, Deum: alterum, quod nos sumus: tertium, quod iuxta nos est, id est, proximum: quartum, quod infra nos est, id est, corpus, magisque animam Proximi, quam corpus nostrum, diligere debemus.

De diuersis amoris generibus.

17. **COR. 3.** *Si quis auiens superadificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, &c.* **HUGO DE S. VICTORE.** Triplex est amor, Dei, mundi, peccati. Quidam enim solum Deum amant: & hi superadificant aurum, argentum, lapidem pretiosum: in auro intellectum, in argento eloquium, in lapide pretioso opus incorruptum. Quidam præter Deum aliud amant, plus tamen Deum: & hi superadificant lignum, fenum, stipulam. In lignis affectione cognationis: in feno, possessionis; in stipula, familiaritatis. In quibus omnibus etiam peccatum non est, est tamen peccati occasio. Quidam contra Deum aliquid amant, & hi non superadificant, sed fundamentum destruunt, quia amor Dei esse in corde non potest, vbi non est vel solus vel summus.

ANGELVS.

Angeli crucis Predicatores, vide crux. 3. 38.

Angeli simul cum celo creati. 1.

Cur nihil scribitur de creatione Angelorum? 2.

Angeli creati in gratia, & lux dicti. 3. 4.

Angeli mali, tenebra dicti, & separatio eorum. 4. 7.

Angelorum cognitio matutina, & vespertina. 5.

Angeli non dicuntur dies, sed solum Verbum æternum. 6.

Angelorum libertas in creatione. 8.

Angelorum multitudo, & pulchritudo. 9. 2.

Angeli ligna Paradisi. 10.

Angeli boni intelligentes faciunt, non mali. 11.

Angeli, electos præsentant in celo. 12. 4. 7. 5. 5.

Angeli Dei cooperatores. 13. 3. 5.

Angeli qualiter Deus loquatur. 13.

Angeli non permittunt adorari ab hominibus. 14. 2. 6.

Angeli collatantur in resurrectione Christi. vide Angelum num. 4. 2.

Angelorum potentia. 15. 3. 0.

Angeli Dei, & filij Dei appellantur. 15. 2. 3.

Angelis bonis ad bona: malis ad punitionem Deus

vititur. 17. 3. 1. 5. 7.

Angelos imitari debemus. 18. 19. 2. 3.

Angeli semper vident Deum. 20. 3. 4. 3. 6. 5. 6.

Angeli qualiter Virtutes cardinales seruant. 21.

Angeli immortales. 21. 1.

Angelorum Charitas. 21. 1. 5. 0.

Angelorum officium, laudes Deo decantare. 21. 5. 3.

Angeli nos expectant. 22.

Quot sunt Angeli, tot saluabuntur homines. 23.

Angeli nos adiuant contra demones. num. 24. 40.

43. 44.

Angeli delectantur lectione sacra nostra. 25.

Angeli nos adiuant, & erudiunt. 27. 2. 8.

Angeli custodis officium. 29. 3. 2. 3. 4. 3. 9. 4. 0. 5. 4.

Angelorum obedientia. 30.

Angelorum maiestas. 33.
Angeli orationes nostras offerunt Deo. 37. 51.
Angeli astant orantibus, & deferunt ad nos beneficia. 37. 51.
Angeli habere custodes magnum beneficium. 38.
Angeli assistunt sacrificio Missae. 41.
Angeli gaudent nostris bonis operibus. 41.
Angelorum fidelitas erga Deum. 26. 42.
Angeli etiam temporalia impertiuntur nobis. 45.
Angeli tentant nos, ut probent. 46.
Angeli consolantur nos in articulo mortis. 47.
Angeli nos orantes vacuos dimittunt, se vacui dimittuntur. 48.
Angeli cur tam pauci apparuerunt in ascensione Domini. 49.
Angeli, à nobis discedunt cum non proficimus. 52.
Angelis malis non est regressus. 58.
Angeli procuratores sumi gloriae Dei. vide, gloria Dei, num. 11.

Angeli simul cum caelo creati.

GENES. 1. *In principio creavit Deus caelum, & terram.* AVGVST. Per *caelum* & *terram* intellige non solum quod sonat, sed etiam omnes creaturas visibiles & invisibiles. Per *terram* intellige creaturas visibiles, & per *caelum*, invisibiles, & non incongrue. Quia & anima quae invisibilis est, cum rerum visibilium amore tumesceret, & earum adeptione extolleretur, terra dicta est. *Eccl. 10.* [Quid superbit terra, & cinis?] & per *caelum* intelligitur creatura spiritualis, & Angelica, quae in Psalmis nuncupatur *caelum caeli*. THEODORUS. Sunt qui dicant Angelos ante caelum fuisse, ut Deum laudarent, sed hi considerare debent, si Deus laudatoribus opus habuerit, Angelos sempiternos, ac sine principio fuisse, quia Deus sempiternus est, quod dictum absurdum est. Item secundum Apostolum: [Omnes Angeli sunt administratorij spiritus,] &c. Sed ad quid ante conditam creaturam creati sunt? cum adhuc nihil esset quod Angelorum ministerio indigeret. Sed contra quod Iob dicit. [Cum facerem stellas, laudabant me omnes angeli mei. Responso. Quod stellae quarta die una cum Sole & Luna creatae sunt, & in firmamento positae: Angelos vero simul cum caelo, & terra creavit Deus, & cum viderent lucem, stellarum laudabant creatorem. Sed nihil certi affirmare audeamus, cum scriptura nihil manifestè de creatione Angelorum declarat. CHRYSOST. Non dicitur de caelo quod sit inane, & vacuum, cum in principio quando creatum est, Angelis est repletum. Vnde Iob 38. ait Creator cum homine loquens: [Vbi eras quando ponebam fundamenta terrae, cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?] Astra matutina Angeli dicuntur, quos & *filios Dei* nuncupat ad distinctionem hominum sanctorum, qui post modum creati velut astra vespertina. Ex quibus astris matutinis, vnus qui cecidit, audire meruit. *Isai. 14.* Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris?]

Cur nihil scribitur de creatione Angelorum.

SED cur Moyses nihil certi de creatione Angelorum scripsit? Respondet THEODORUS, quia Iudei quibus scripsit, prona erant ad idololatriam. Nam qui post tot ac tanta miracula vitulum sibi in Deum confluant, quid obsecro te fecissent, si spiritualium, atque Angelicarum naturarum cognitionem habuissent? Vnde aperte colligere licet Angelorum

pulchritudinem & perfectionem. Idcirco vsque ad perfectionem Abraham, ad neminem veterum illorum Patrum per Angelos Deus locutus est.

Angeli creati in gratia.

FIAT Lux. *Genes. 1.* AVGVST. Per hanc Lucem etiam naturam Angelicam intellige, iuxta illud: [Primo omnium creata est Sapientia.] Non illa Patri coaeterna per quam facta sunt omnia, sed intellectualis, & Angelica, quae nisi ad Creatorem illuminanda conuerteretur, fluctuaret informiter: cum autem conuerteretur, & illuminata, formata est. D. THOMAS. 1. p. 9. 67. art. 4. declarat quod formatio haec intelligitur per hoc quod illuminatur ut adherat verbo Dei, non autem intelligitur formatio perfecta quae est per gratiam, cum qua creata non fuit natura Angelica, sed illa quae est per gratiam perfecta, cum qua creata fuit. R. V. P. E. R. T. V. S. ait ideo Angelos dici *Lucem*, non solum quia vim discernendi habent, sed etiam quia veri & incircumscripti luminis gratia resurgent. Item, ut cognoscat spiritualis homo sic sanctos Angelos in eadem felicitate differentis honoris & gloriae esse, sicut stella differt ab stella in charitate, & sic eos in comparatione Solis aeterni, scilicet Creatoris, veram lucem non esse. Sequitur: *& vidit Deus lucem*, id est, Angelicam naturam quod est bona, id est, capax Dei bonitatis. Nam caetera ab homine non sunt capacia, & ideo non dixit, Vidit terram quod esset bona, nec vidit Deus luminaria, &c. IN T. E. R. L. vidit Deus Lucem, id est, filios Lucis.

Angeli boni, Lux; mali, Tenebra.

GENES. 1. *Et divisit lucem à tenebris.* AVGVST. 4. *STINVS, lib. de civitate cap. 9.* id est, bonos Angelos à malis. Boni enim *Lux* appellantur, eo quod illustratione veritatis intelligibiliter fulgent: mali autem, *tenebrae*, quia eorum mentes teterrimè à luce Iustitiae avertunt. *Divisit ergo lucem à tenebris.* Solus quippe Deus, ista discernere potuit, qui potuit & priusquam caderent, praescire cautos, & lumine privatos veritatis in tenebrosa superbia remansuros. *Notat quidam auctor*, quod de Luce dixit, quod *vidit Deus quod esset bona*, de tenebris autem non dixit, ne malum praevicatorum videretur approbare Angelorum. R. V. P. E. R. T. V. S. Divisit autem eos separatione inmutabili, ita ut nec illi qui ceciderunt, resurgere, nec illi, qui cum peccare possent, peccando cadere noluerunt, vltimum vnquam habeant vel possint peccando cadere. *Psal. 32.* [Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.] caeli enim Angeli boni, ita firmati sunt verbo, & spiritu, id est, amore diuino, ut iam dissolui non possint, ita approbavit hanc lucem, ut iam non possit obscurari. Sequitur: *& appellavit Deus lucem, diem, & tenebras noctem.* Quando scilicet eius diuinam sententiam cuique parti firmata posuit, quae vltimè mutari non possit. Haec appellatio *diei*, id est, bonorum Angelorum, stabilitatis est felicitatis, firmamentum gratiae & honoris. Ita ut Lux illa quae *diem* à Deo vocari meruit, iam non possit in tenebras conuertere, iam non valeat amoveri à fonte luminis aeterni, nec separari à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Contra, *noctis* appellatio firma, & stabilis, aenatio est tenebrarum, id est, malorum Angelorum, ex ore eiusdem incommutabilis Dei semel prolata. [Non enim Deus homo est ut mutetur, aut filius hominis, ut mentiatur.] 1. *Reg. 15.* Vnde optime *Iob cap. 3.* [Pereat dies in qua natus sum, id est, diabolus, id est, lucifer ille sub quo natus sum filius Adae. Pereat inquam, ut verè perit, & desinat esse lux] & nox in qua dictum est, conceptus est homo. [Nox enim dicitur ex quo Deus tenebras *noctem* appellavit. Noctem illam

illam, tenebrosus turbo possideat, id est, poena grauisima. [Non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.] quia videlicet semel nox effectus, nulla vnquam mutatione, in pulchritudinem reformabitur, in lucem diei laude dignam.

Angelorum cognitio matutina & vespertina.

GENES. 1. *Et factum est vespere & mane dies vnus.* AVGVST. intelligit per *mane* & *vespere diei*, cognitionem Angelorum matutinam, & vespertinam. *Cognitio matutina* est cognitio rei, vel creaturae, prout talis creatura est in verbo Dei, à quo sumptum principium. *Cognitio autem vespertina*, est cognitio creaturae secundum quod in propria natura consistit. Dicitur autem talis cognitio matutina, quia sicut in die consueto, mane est principium diei: ita haec cognitio est primordialis esse rerum, & dicitur cognitio vespertina, quia sicut vespere est terminus diei: ita haec cognitio est terminus esse rei, quod in propria natura habet. & quia sancti Angeli huiusmodi cognoscentes creaturas primo in esse quod habent in Verbo, & postea in esse quod habent in propria natura, non in eis figurantur, quod esset tenebreferè, & noctem fieri, sed hoc ipsum referunt ad laudem Dei, in quo sicut in principio omnia cognoscunt, ideo post vespem non ponitur nox, sed mane, & non dicitur factum est vespere & nox, sed *vespere & mane dies vnus*. Ita quod mane sit finis praecedentis operis, & principium sequentis, in quantum Angeli cognitionem praecedentis operis ad laudem Dei referunt. Ita explicat D. THOMAS. 1. p. 9. 58. art. 3.

Angelus non dies, sed verbum Patris.

SED quare non dicitur dies primus, sed *dies vnus*? Respondet quidam Doctor, quod ad insinuandam concordiam Angelorum. R. V. P. E. R. T. V. S. Non dicitur dies primus, quia angelica lux quamvis pulchra & decora, non tamen est prima dies. Nam longè minor est illo die sanctificato & benedicto, in quo requisescit Deus, scilicet Verbo aeterno, in quo facta sunt omnia, de quo die infra. *Ista sunt generationes caeli, & terrae, quando creata sunt in die quo creavit Deus caelum, & terram, &c.* id est, in verbo. Hic est dies primus, imò & dies dierum. Sed dices, si verbum est primus dies, ergo hic dies, id est, natura Angelica, erit secundus. Absit. Quia dies ille, id est, verbum, non de ordine, nec de natura caeterorum dierum est, sed dierum originalis causa, quem caeteri dies cognoscentes glorificant, & gratias agunt, qui perpetua merces caeterorum est dierum, in quo requiescunt omnes dies. & ideo caeteris diebus non suppositus, sed superpositus: & ideo hic non dicitur, dies primus, nec dies secundus: sed dies vnus.

Angelorum diuisio.

GENES. 1. *Divisitque aquas quae erant super firmamentum, ab his quae erant sub firmamento.* R. V. P. E. R. T. V. S. Per *aquas superiores*, intellige Angelos, secundum illud *Psal. 148.* [& aquae omnes quae super caelum sunt, laudent nomen Domini.] & in canticò Puerorum. [Benedicite aquae omnes quae super caelos sunt.] Sed quomodo aquae istae superiores diuisae sunt ab inferioribus? Respondeo. Quando separati sunt Angeli boni à malis, lux à tenebris, ut supra dictum est.

Angelorum libertas in creatione.

GENES. 1. *Vocavitque Deus firmamentum, caelum.* GREGORIUS. *lib. 27. Moral. cap. 24.* Tales creati sunt Angeli, ut, si vellent, in beatitudinis lege persistenterent, si autem nolent, etiam labi potuissent. Vnde & Satan cum sequacibus cecidit, & Angeli qui per-

stiterent, confirmati sunt, ut cadere omnino non possent. & hoc significavit Moyses, cum prius factum caelum dicit, & hoc idem postmodum firmamentum vocatum esse affirmat.

Angelorum multitudo, & pulchritudo.

AM BROSIVS. *Secundum Lxx. additum est hic, & vidit Deus quod bonum esset.* Non cognovit quod nesciebat, sed probavit quod placebat. Vidit mihi, probavit mihi. Si firmamentum bonum, quàm magis bonus eius creator? CHRYSOST. Quando subleuatis oculos, & spectas caeli pulchritudinem, magnitudinem, & vtilitatem, tunc inde ad opificem ascende. [Caeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.] & Sap. 13. [A magnitudine creaturarum,] &c. Quod si visibilia sola sufficiunt nobis ad ostendendam potentiam conditoris, & magnitudinem; Vbi & ad invisibiles veritatis virtutes, & mentem extenderis ad Angelorum exercitum, Archangelorum, Virtutum, Thronorum, dominationum, potestatum, &c. Quae mens, quis sermo sufficit enarrare magnificentiam eius inenarrabilem? *Haec ille.* Si David considerans tantum visibilia, ait, *Psal. 103.* [Quàm magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapientia fecisti.] Si Paulus etiam attendens ad electionem Iudaeorum, & admissionem gentium, exclamans, & admirans ait, *Rom. 2.* [O altitudo diuitiarum sapientiae, & scientiae Dei.] &c. Quid vterque faceret, si ingressus curiam illam caelestem, attenderet ad pulchritudinem caelestium spirituum, innumerabilemque eorum multitudinem?

Angeli, ligna Paradisi.

GENES. 2. *Lignum vitae in medio Paradisi, &c.* AMBROSIVS. Paradisus voluptatis, in quo omne lignum pulchrum visum, & ad vescendum suum: quid est nisi ciuitas illa, quae sursum est: Ierusalem libera mater nostra, in qua plurima ligna, ligna fructifera, ligna plena succi atque virtutis? Bona Angelorum plantatio, bona Sanctorum: de quibus dicitur *Psal. 95.* [& exultabunt omnia ligna sylvarum] ligna semper florentia viriditate meritum. In illo enim pacis futurae tempore, iuxta Prophetiam *Malach. 4.* [Sedebit vir sub truncis vitium suam, & sub truncis ficum suam, & non erit qui de teareat.] id est, sancti sedebunt iuxta Angelos. In medio huius paradisi est *lignum vitae*, illud scilicet lignum, quod *plantatum est secus decursus aquarum, cuius solum non defuerit*, quia totus in eo fructus exuberans, id est, Christus Dominus: locus autem in quo plantatus est, *paradisus voluptatis* dicitur. Vnde & sanctus David ait *Psal. 35.* [Torrente voluptatis tuae potabis eos.]

Angeli boni, & mali differunt in eo, quod boni intelligentes faciunt, non mali.

GENES. 3. *Qui dixit ad mulierem: cur, &c.* AVGVST. Serpens, non verborum sonos intelligebat qui ex illo fiebant ad mulierem, ut pote qui anima rationali carebat: imò nec ipsi homines, quorum rationalis natura est, cum daemones in eis loquuntur, sciunt quid loquantur, &c. Sic ergo locutus est serpens mulieri, sicut asina, in qua sedebat Balaam, locuta est homini, nisi quod illud fuit opus diaboli, hoc Angelorum. Habent enim quaedam boni & mali Angeli similia, sicut Moyses, & Magi Pharaonis. STRABVS. Diabolus quemcumque arripuerit, intellectum, & rationem tollit, sicut pater in energumenis, qui non intelligunt quae loquuntur. Spiritus vero bonus quoscumque gratia repleuerit, videntes & intelligentes facit. Vnde [spiritus Prophetarum subiectus est Prophetis.]

Angeli electos presentant in celo.

12. **GENES. 8.** *Egressus est ergo Noe & filij eius de Arca, &c. GLOSS. ORD.* Per orationes Sanctorum, ac ministerium Angelorum, electi egrediuntur de vita presenti, & transferuntur ad caelestia, iuxta illud: [Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraham. *Hinc illa.* Hinc est quod Ecclesia orat: subuenite sancti Dei, occurrere Angeli Domini, suscipientes animam eius, offerentes eam in conspectu altissimi.

Angeli, Dei cooperatores.

13. **GENES. 11.** *Venite igitur, descendamus: & confundamus ibi linguam eorum, &c. AVGVST. 16. de Civitate cap. 4.* Angelis intelligitur dictum, & bene non ait: Venite, & descendentes confundite, sed, *descendamus, & confundamus*, ostendens ita se operari per ministros suos, ut sint etiam ipsi cooperatores Dei. Sicut Apostolus dicit: [Dei enim sumus cooperarii.] Nec sic loquitur Angelis Deus quomodo nos inuicem loquimur nobis, vel Deo vel Angelis, vel ipsi Angeli nobis, sed ineffabili suo modo. Dei quippe ante suum factum loquutio ipsius sui facti est immutabilis ratio, quae non habet sonum strepentem, atque transeuntem, sed vim sempiternam manentem, & temporaliter operantem. **GR. GOR. 2. Moral. cap. 5.** loquitur Deus ad Angelos Sanctos, eo ipso, quo eorum cordibus occulta sua inuisibilia ostendit, ut quidquid agere debeant, in ipsa contemplatione veritatis legant: ut veluti quaedam praecipua vocis sint ipsa gaudia contemplationis. Quasi enim audientibus dicitur, quod videntibus inspiratur. Vnde cum eorum cordibus contra humanam superbiam animadversionem ultionis infunderet, dicit, *venite, descendamus, & confundamus linguam eorum.* Ascenderunt Angeli in eo quod conspiciunt creatorem, descenderunt autem, in eo quod creaturam sese in illicitis erigentem ex animi restrictione premunt.

Angeli non permittunt adorari ab hominibus.

14. **GENES. 19.** *Loth cum vidisset Angelos, surrexit, & iuit obviam eis, adoravitque pronus in terram.* **AVGVST. 16.** Ideo adoravit pronus in terram, quia intellexit quod essent Angeli. **GR. GOR. Hom. 8.** Postquam caeli rex terram nostrae carnis assumpsit, infirmitatem nostram illa iam Angelica celsitudo non despicit, & quos prius infirmos abiectosque despexerat, iam socios venerantur. Hinc est quod Loth & Iosue Angelos adorant, nec tamen adorare prohibentur. Iohannes vero in Apocalypsi, adorare Angelum voluit, sed tamen Angelus non permittit, dicens: [vide ne feceris: conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum.] Ratio est, quia postquam naturam nostram super se assumptam conspiciunt, prostratam sibi videre pertimescunt. Neque iam sub se veluti infimam contemnere ausi sunt, quam super se, videlicet in caeli rege, venerantur: nec habere dedignantur hominem socium, qui super se adorant hominem Deum.

Angelorum potentia.

15. **GENES. 32.** *Et ecce vir luctabatur cum eo usque mane, qui cum videret quod eum superare non posset, &c. THEODOR. E.* Angelus cum Iacob luctari voluit, ut timenti fratrem, fiduciam iniiceret. Quin etiam se superari ab illo passus est; ac si diceret: me vicisti, & hominem times? **CAIETAN.** Sed dices, quo pacto verificatur quod Angelus non potuit vincere Iacob luctando? solutio est quod Angelus virtutis potentia sua, non secundum necessitatem naturae, sed secundum arbitrium praecipue divinae voluntatis,

et, & quod dispositione divina decretum factumque est, ut Angelus allumeret corpus in tanta mensura virum, quod non posset iuxta vires Iacob luctando vincere, & sic verificatur, quod Angelus experimento vidit, quod non potuit vincere Iacob luctando.

Angeli, Dij appellantur.

16. **EXOD. 7.** *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* **D. THOMAS. super cap. 1. epist. ad Hebr. lect. 1.** Sciendum quod licet tantum sit vnus Deus naturaliter, tamen participatiue, & in caelo, & in terra sunt Dij multi, iuxta illud. **1. Cor. 8.** [Sunt quidem Dij multi, & Domini multi:] Angeli enim & *Dij*, & *filij Dei* dicuntur apud Iob, **ca. 1. & 2.** propter abundantissimam refulgentiam diuinæ claritatis. **Iob 25.** [Super quem non fulget lumen illius,] &c.

Angelis bonis ad bona, malis ad vindictam Deus utitur.

17. **EXOD. 12.** *Transibit enim Dominus percurrens Aegyptum.* **LIPOMANVS.** Angelus percurrens hic Dominus nominatur, quia Dominum representabat, cuius iudicium explebat, & iustitiae eius minister operabatur omnia. **STRABVS.** Virum percussor bonus Angelus an malus fuerit, non necesse est inquiri. Quicumque enim fuerit, praecipuum Domini impleuit. Sciendum tamen quia tales pestes mali Angeli facere solent permissione Dei. **HERON. in Isaiam cap. 24.** Sinistrae quaedam sunt contrariaeque virtutes venientes, ut impleant furorem Domini, gaudentes in aliena iniuria, de quibus in **Psal. 77.** legimus: [misit in eos furorem irae suae, furorem, & iram, & tribulationem, immisionem per Angelos malos.] Ex his est & exterminator in Aegypto, & ille spiritus qui egressus stetit in conspectu Domini, & ait: Ego decipiam Achab] **3. Reg. 22.** Vnde in eodem Regum volumine Micheas dixit: [Vidi Dominum Israel sedentem super Thronum, & omnis exercitus caeli stabat contra eum a dextris, & a sinistris.] *Dextera*, virtutes sunt eorum Angelorum, qui ad bona mittuntur: *sinistra* autem, eorum, quibus ad puniendum tradimur. Vnde Apostolus, **1. ad Timoth. 1.** [Quos tradidi inquit Sarna, ut discant non blasphemare.]

Angelos imitari debemus.

18. **EXOD. 25.** *Facientque mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, & omnis vasorum in cultum eius.* **B. D. A.** Tabernaculum quod Moyse monstratum est in monte, superna illa ciuitas & patria caelestis est, quae illo quidem tempore ex solis exitu creditur Angelis sanctis; post passionem vero, & ascensionem in caelos, mediatoris Dei & hominum, & multitudinem praecalam, & copiosam sanctarum recepit animarum. Vasa vero tabernaculi illius, singulaeque quaeque sunt personae spirituum beatorum. Notandumque diligentius quod sanctuarium Domino facere filij Israel iubentur, non ex parte simile, sed iuxta omnem similitudinem Tabernaculi quod ostendit Moyse, omniumque vasorum in cultu eius. Nam si ad Angelorum in caelis consortia tendimus, debemus vitam eorum in terris, quantum nos noxia corpora tardant,

Terrenisque bebent artus moribundaque membra, semper imitari. Quod si forte requiris, in quo hoc tabernaculum caeleste, homo terrigena, spirituales carnalis imitari valeas? Diligunt Deum, & proximos, hoc imitare. Subueniant miseris, et si non Angelis, qui omnes beati sunt, certe hominibus. Hoc imitare. Humiles sunt, mites sunt, inuicem placati sunt, diuinis parent iussis. Hoc in quantum vales, imitare: nihil

nihil mali, nihil otiosi, nihil iniusti loquuntur, agunt, cogitant, diuinis indefessi laudibus, verbo, & mente assunt. Hoc quantum potes, imitare, & sanctuarium Domino iuxta exemplum quod Moyse in monte monstratum est, edificasti: Veniensque Dominus & Saluator noster cum patre, mansionem apud te faciet, quin & post hanc vitam in illud tabernaculum quod imitaberis, perpetuo beatum introducet.

Idem.

19. **D. BONAVENT. Opus. de 7. itineribus aeternitatis: Vul. Dominus ut Angelis in operando assimilatur,** cum ad eorum societatem creati sumus: Vult ut ardeamus amore, cum *Seraphim*: diuinorum scientia fulgeamus, cum *Cherubim*: spirituales facti, omnia iudicemus cum *Thronis*: nobis ipsis dominemur cum dominationibus: fortiter resistamus inordinatis moribus nostris, malignorumque spirituum suggestionibus cum *virtutibus*: regnum animae in iustitia & pace gubernemus cum *potestatibus*. subditis nostris debite pronideamus cum *Principatibus*: magna proximis exhibeamus, cum *Archangelis*: minora indigentibus subsidia impertiamur, cum *Angelis*.

Angeli semper vident faciem Patris.

20. **EXOD. 25.** *Duos quoque Cherubim aureos, & propitiales facies, &c. Expandentes alas, & operientes oraculum, respiciantque se mutuo versus vultibus in propitiatorium.* **LIPOMANVS.** Cherub secundum Hebraeos est dictio composita, idem significans quod quasi puer. *Cherubim* autem plurale est. Habebant enim formam & figuram puerorum. **CYRILLVS de incarnatione vniuersi cap. 14.** Cerne Cherubim circumstantia propitiatorium, superobumbrantia quidem pennis, conuersa autem ad propitiatorium, & pene nutui Dominico oculum intendentia. Ad Dei enim voluntatem tantum respicit sancta caelestium spirituum multitudo, & nunquam Dei fatiatur aspectu. Ita filium Prophetam Isaias vidisse se dicit in sede altissima, & eminentissima, circumstantibus Seraphim, & obsequentibus ei ut **Deo. GLOSS. ORD.** Cherubim autem, Angelicam militiam significant, & quia Angeli summa concordia & quiete Christum contemplantur, hinc est quod versis ad inuicem vultibus propitiatorium respiciunt, quia illam beatitudinem se habere Dei gratia consentunt.

Angeli qualiter quatuor virtutes cardinales seruant.

21. **EXOD. 26.** *Velum appendes ante quatuor columnas de lignis setim, quae ipsa quidem deaurata erunt, & habebunt capita aurea, sed bases argenteas, &c.* **B. D. A.** Quatuor columnae ante quas appensum est velum, quod etiam iuxta literam, pulchritudinem caelestis visionis denotat, caelestium sunt potestates agminum, virtutibus quatuor eximie praeclearae, scilicet fortitudine, temperantia, prudentia, & iustitia. Quae quidem virtutes aliter a nobis in laboribus vitae huius, aliter ab Angelis, & animabus sanctis in caelis seruantur. Ibi namque regnant Deo subditum esse, immortalis omnino iustitiae est; nullum bonum Deo praepone, vel aequare, prudentiae: Deo firmissime cohaerere; fortitudinis: nullo defectu noxio delectari, temperantiae. Hic autem quod agit iustitia in subueniendo miseris, quod prudentia in praecauendis insidiis, quod fortitudo in perferendis molestiis, quod temperantia in coerendis delectationibus prauis, non ibi erit: vbi nihil omnino erit mali. Bonae autem hae columnae *de lignis setim* sunt factae, quia spiritus Angelici, incorruptibilis naturae, & immortalis sunt conditae, & *ipse quidem deaurata, & habebant capita*

aurea, sed bases argenteas. *Deaurata* quidem, quia posita intra velum caeli, virtutes Angelorum summae charitatis sunt gratia vestita. *Capita* autem habent aurea, quia mentem qua reguntur, praesentia diuinæ cognitionis ac visionis illustratam habent. *Bases argenteas*: quia omnis eorum natura in hoc quasi fundamento specialiter subsistit, ut laudes hymnorum suo conditori decantent, & voluntatem eius, nobis adhuc in terra peregrinantibus, quasi extra velum positus narrent. Per *argentum* enim nitore verborum ostendi consuevit.

Angeli nos expectant.

22. **NVMER. 31.** *Aurum, & argentum, &c. & omne quod potest transire per flammam, igne purgabitur.* **ORIGENES.** Tempus belli est in hoc mundo contra nequitias spirituales, & concupiscentias carnales. Spectat nos Angelorum chorus, & virtutum caelestium pia erga nos pendet expectatio, quando vel quomodo de praelio reuertamur, quis plus afferat auri vel argenti, quis lapides pretiosos curiosè intueatur: requirunt etiam qui deserunt aures, qui ferrum, qui plumbum, &c. Secundum ergo ea quae quisque detulerit, mansionis ei meritum deputabitur. Probanatur autem haec omnia alia per ignem, alia per aquam, &c.

Angeli filij Dei.

23. **DEUT. 32.** *Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.* **INTERL.** Hyperbole, id est, tot constituit singulas gentes, quot erant singulae personae in populo Israel: vel quot ingressae sunt Aegyptum, id est, Septuaginta. **LYRAN.** Translatio Lxx. habet, *iuxta numerum filiorum Dei*, per quos aliqui intelligunt Angelos. Itaque secundum eos tot saluabuntur homines, quot remanserunt Angeli boni, vel tot homines quot sunt Angeli stantes vel cadentes, ut dicunt aliqui, & secundum hoc determinatur numerus electorum. **GR. GOR.** Alia editio. *Statuit terminos gentium iuxta numerum Angelorum Dei.* Vbi videtur ministeria Angelorum supra gentes singulas, vel etiam homines, ordinata significare, quibus regantur, & defendantur. Vnde [Angeli eorum semper vident faciem patris mei.] Dei enim ciuitas, ex Angelis & hominibus constat, ad quam tanti conscendunt hominum quanti illic remanserunt Angelorum: quod ex hoc potest haberi: *statuit terminos gentium secundum numerum Angelorum Dei.* Debemus ergo ex imitatione eorum ad usum nostrae conuersationis aliquid trahere, & emulatione bonis studiis nos inflammare, ut similes simus illis, ad quos debemus ascendere. Distinctae enim conuersationes hominum, distinctis congruant ordinibus Angelorum, & in eorum sortem per conuersationis similitudinem ascendunt.

Angeli nos adiuvant contra aduersarios demones.

24. **IOSUE 8.** *Iosue vero, & omnis Israel cesserunt loco simulantes metum, & fugientes per solitudinis viam.* **ORIGENES.** Quid putas Iesus fugiens significet: videamus si sit tale aliquid, quod fugiendo vincamus. Quia est aliqua perfecta virtus in fuga. Paulus indicat dicens **1. Cor. 6.** [Fugite fornicationem.] &c. Similimè fugere debemus iram, auaritiam, &c. Si fugiendo euaserimus horum malorum contagia, videntes deuotionem nostram & propositum mentis Angelis, & nos insectationem demonum pati, insurgunt, & eos post tergum cadentes interimunt. Iesus enim est cum his qui fugiunt, magis quam cum illis qui persequantur. Diligit enim eos qui fugiunt fornicationem, dolum, mendacium, & huiusmodi.

Angeli

*Angeli assistunt, & delectantur lectione
sacra nostra.*

25. **O**RIGEN. *Hom. 20. super Josue.* Non parum utilitatis confert animæ, cum ad aures nostras licet obscura lectio diuini sermonis illabitur. Maliginarum enim virtutum insidias & demonum incurtiones huiusmodi sermonum & nominum appellationibus effugamus. lectionis enim diuinæ virtute, si quis contra nos est contrariæ virtutis serpens, scripturæ carminibus depelletur: & multo magis cælestes virtutes quæ nobiscum sunt, libenter accipiunt, si verba scripturæ, & preces ex ore nostro promamus. etsi enim illa non intelligimus, illæ virtutes intelligunt, & velut carmine quodam inuitatæ & adesse nobis, & ferre auxilium delectantur. Sanctæ enim virtutes, cum scripturæ leguntur à nobis, & delectantur, & validiores erga nostram diligentiam fiunt, licet sensus noster sine fructu sit: secundum illud Apostoli 1. Cor. 14. [Si linguis loquamur, & spiritus noster oret, & sensus noster sine fructu sit ad intelligendum.] mirum mysterium in hoc protulit Apostolus. aliquando scilicet fieri posse vt spiritus, qui in nobis est, oret, & sensus noster sine fructu sit. Illæ enim virtutes quæ animæ nostræ in adiutorium datæ sunt, rescinduntur ex auditu sanctæ scripturæ, velut diuinis & rationalibus cibis.

Angelorum fidelitas erga Deum.

26. **I**VDICVM 13. *Si me cogis, non comedam panes tuos, si autem vis holocaustum facere, offer illud Domino.* Nota Angeli fidelitatem, non sibi, sed Deo vult sacrificium offerri. Non minor fuit Pauli & Barnabæ fidelitas, quando in Actis dixerunt; [& nos mortales sumus,] &c.

Angeli nos adiuant.

27. **I**VDICVM 3. *Qui suscitauit ei Saluatorem.* **I**NTER L. aliquem scilicet Archangelorum, missum in auxilium eorum qui hæreditatem capiunt salutis. **O**RIGEN. *Hom. 3.* Hi saluatores significant angelos, quos emittit Deus ad subsidium eorum, qui ad se toto corde clamauerunt, & diuinam clementiam erga se, conuersione penitentia flexerunt. *Exod. 2.* [Clamor filiorum Israël, ascendit ad me] & misso Moyse, Angelus quoque exterminans missus est. Sub rege etiam Senacherib. 4. *Reg. 19.* Angelus quoque mittitur qui occidit centum octoginta quinque millia vna nocte. similiter ergo quando peccamus, clamemus ad Dominum, & mittet nobis Dominus virtutem cælestem, &c.

Angeli nos erudiunt, & adiuant in initio.

28. **I**VDICVM 5. *Audite Reges, auribus percipite Principes.* **O**RIGEN. *Hom. 6.* Cum primum venimus ad cultum Dei; & doctrinæ cælestis initium accipimus, à principibus, hoc est, Angelis, hæc initia accipienda sunt: de quibus dicitur, [Angeli eorum semper vident faciem patris,] &c. v. g. si ear quis puer ad scholam, à magistro quasi discipulus suscipitur, sed non statim ab ipso discendi sumit exordium: sed cum ab eo prima tantum elementa susceperit, traditur aliis erudiendus quasi scholæ ipsius principibus, vt cum ab illis quantum in ipsis est, fuerit edoctus, tandem ipsius doctoris perfectiora præcepta suscipiat. Populus Israël cum inciperet exire de Ægypto, & per mare Rubrum, nihil ipsius proprio labore, sed totum per principes, id est, per Angelos, agebatur. Vnde *Exodi 14.* [Vos tacebitis, & Dominus pugnabit pro vobis.] Vastator Angelus pro eis pugnabit, qui Ægyptiorum primogenita interemit, Israelitarum neque pecus mutire fecit. Non autem expectandum est sen-

per, vt Angeli pugnent pro nobis, sed in principio tantum ab his principibus inuamur. sed processu temporis oportet nos ipsos etiam armatos exire ad prælium. Antè enim quam bella discamus, antequam pugnas Domini pugnare meditemur, à principibus Angelis subleuamur, antequam cælestis panis annonam consequamur, & agni immaculati carnibus saturemur, tanquam paruuli subactoribus Angelis agimus. Postea verò dicitur nobis. [Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. *Ephes. 6.*

Custodis Angeli exhortatio.

29. **R**EGVM 19. *Ne pecces in Dauid* (ait Ionathas Sauli) *quia non peccauit tibi, & opera eius, bona sunt tibi valde.* Alia littera: [Opera eius valde vtilia tibi fuerunt.] **V**A T A B. id est, singula quæ gessit, profuerunt tibi plurimum. *& posuit animam suam in manu sua.* Alia littera; in manum suam. **V**A T A B. id est, exposuit se periculo. *& percussit Philistæum, & fecit Dominus salutem magnam vniuerso Israël. Vidisti & letatus es, quare ergo peccas in sanguine innocenti?* Alia littera, contra sanguinem innocentem: *Interficiens Dauid qui est absque culpa?* Hæc verba optime quadant pro exhortatione quam Angelus custos animæ pupilli sui consuecit facere, ne peccet contra Dominum Christum saluatorem nostrum. **G**L O S S A M O R A L I S. Per hoc significatur quod instinctus diuini trahentes peccatores à malo, non deficiunt eis quando sunt in vita præsentis, quantum Deus sciat eos vitam in malo finire, tamen aliquando, ad tempus retrahuntur, & hoc significatur per responsum Saulis. *Vniuersus Dominus quia non occiderur.* Peruersus Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit. & tu Saule durior, non placaris Angeli tui custodis exhortationibus?

Angelorum obedientia, & efficacia.

30. **R**EGVM 17. *Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel vire.* Alia littera: Siquidem Dominus ordinauerat, vt consilium Achitophelis bonum, irritum fieret. **V**A T A B. Dominus præceperat (subaudi Angelis) vt dissiparet consilium Achitophel, quod bonum erat. Nota obedientiam promptissimam Angelorum præsitam Domini nutu, & efficaciam ad mouendum humanas voluntates. Vnde sequitur: *Dixitque Absalon, & omnes viri Israël, Melius est consilium Chusai, &c.*

*Angelis bonis ad bona, malis ad vindictam
Deus vultur.*

31. **R**EGVM 22. *Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris, & à sinistris.* **G**R E G O R. *lib. 2. Moral. cap. 16.* *Dextera Dei* Angelorum pars electa; *sinistra autem Dei,* pars Angelorum reproba designatur. Nec enim ministrant Deo solum boni qui adiuant, sed etiam mali qui reprobent, non solum qui à culpa redeunt, sed etiam qui redire nolentes grauent. A dextera ergo Dei, & à sinistra Angelorum exercitus stat, quia voluntas electorum spirituum, diuinæ pietati concordat, & reproborum sensus suæ malitiæ seruiens iudicio distractionis eius obtemperat. Neque mouere debet quoddam exercitus cæli, etiam repulsi Angeli vocantur: quia & ipsi quantum ab æthereo cælo expulsi sunt, adhuc tamen in ære cælo demorantur, iuxta illud *Ephes. 6.* [Contra spiritualia nequitia in cælestibus.] Vnde & mox fallax spiritus in medium prostratus describitur, per quem Achab exigentibus suis meritis decipitur: *Egrediar, inquit, & ero spiritus mendax, &c.* quia Achab rex, peccatis procedentibus, dignus erat vt tali debuisset deceptione damnari. Occulta iustitiæ licentia, malignis spiritibus

tibus datur, vt quos volentes in peccati laqueo strangulabant, in peccati pœnam etiam nolentes trahant.

Angelus custos Prouincia vel regni.

32. **R**EGVM 13. *Et dedit Dominus Israël Saluatorem, & liberatus est de manu Regis Syria.* **V**A T A B. Nempe filium huius loachaz vindicem, scilicet Ioam. Hoc non placet Lyrano, qui ait: quod iste Saluator, fuit Angelus regno Israël prælatus, qui ordinatione diuina, impediuit ex tunc contra Ioachaz consurgere bella. Sicut dicitur quid simile, *Dani. 10.* & allegat Iosephum dicentem, quod Dominus concesserit ei euadere pericula belli.

Angelorum maiestas.

33. **P**A R A L I P. 21. *Non prauuluit Dauid, ire ad Altare, sicut Gabaoi, vt ibi obsecraret Deum.* *Nimis enim fuerat timore perturbatus, videns gladium Angeli Domini.* **L**Y R A N V S. Non potuit ire in Gabaoi, vbi erat altare holocaustorum, eo quod ex visione Angeli fuit nimis territus, & per consequens infrigidatus, & debilitatus. Hæc debilitatio fuit causata in Dauid ex visione Angeli. *Porro Ornan cum suspexisset, & vidisset Angelum, quatuorque filij eius cum eo, absconderunt se.*

Angelus custos.

34. **V**NDE *Te habemus bone vir? Ex filiis Israël.* **T**O B. **G**L O S S A O R D I N. Erat enim ex numero Angelorum qui sunt filij Israël, quia semper vident Deum facie ad faciem: & sequitur: *Novi, & omnia uerba eius frequenter ambulanti.* **G**L O S S A O R D I N. Sæpe enim mittuntur in custodiam filiorum Israël id est, videntium Deum. Vnde [constituit terminos Populorum iuxta numerum filiorum Israël.] Sequitur: *& mansi apud Gabelum fratrem nostrum.* **I**N T E R L. Angeli enim apud sanctos manent, & æquales sunt Angelis: & cohæredes, & concius futuri sunt: vnde Christus, [Angeli eorum,] &c. Vide etiam officia Angelorum, verbo *crux* num 38.

Angeli adiutores Dei.

35. **T**O B I Æ 5. *Ego sum Azarius, Anania magni filius.* **L**Y R A N V S. Verum dixit Angelus, quia *Azarius* interpretatur, adiutor Dei. Angeli verò sunt adiutores Dei, in quantum per eorum ministerium electi diriguntur in salutem. *Ananias* verò interpretatur, gratia Dei vel gloria Dei, & Angeli sunt filij gloriae Dei vel filij gratiæ Dei. Magna enim gratia Dei est concessa hominibus, Angelos habere custodes: iuxta illud **H**E R O N. Magna dignitas animarum, vt vnaquæque habeat Angelum custodem, &c.

Angeli semper vident faciem Patris.

36. **T**O B I Æ 12. *Ego sum Raphael Angelus, vnus ex septem.* **I**N T E R L. Septenarius vniuersitatem designat; quia totus mundus septenario numero creatus est; vel pro septiformi spiritu, quo omnes boni replentur. *Qui astamus ante Deum.* **I**N T E R L. Sequitur parati quocumque sumus missi. Deus enim vbique est. *Apoc. 1.* [Qui in conspectu Throni eius sunt.] Ideo vocantur *oculi, Apoc. 5.* & *Zacharia. 3.* quia, vt ait Dominus, [semper vident faciem patris.] & *Apoc. 4.* dicuntur *lampades,* quia fulgent lumine gloriae, & illuminant homines ad quos mittuntur.

Angeli, orationes nostras offerunt Deo.

37. **E**G O *obuli orationem tuam Domino.* **T**O B I Æ 12. *Actorum. 10.* Cornelio dixit: [Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascendunt in memoriam in conspectu Dei.] & *Apoc. 8.* Data sunt Angelo incensa multa,

vt adoleret, &c. **R** V P E R T V S *lib. 9. de victoria verbi.* cap. 8. Scire debemus, sanctos Angelos inter Deum & homines Dei seruos esse administratores, & nos in conspectu eorum psallere, & orare, eoque semper esse paratos ad offerendas Deo orationes Ecclesiæ. **B**E R N A R D. *serm. 7. in Cantica.* Credimus, Angelos sanctos altare orantibus, offerre Deo preces, & vota hominum, vbi tamen sine ira & discipulatione leuari suas manus perspexerint. Ea propter attēdit principes vestros, cum statis ad orandum vel psallendum, & stante cum reuerentia, & disciplina, & gloriamini, quia Angeli vestri, quotidie vident faciem patris,] nimirum missi in ministerium propter nos, qui hæreditatem capimus salutis, deuotionem nostram in superna ferunt; referunt gratiam. *& infra.* Anima in his exercitata cælestes nuntij sese familiares exhibent & frequentes, præsertim, si frequentes orantes persenserint. *& serm. 3. super missus est.* Solent Angeli altare orantibus, & delectari in his quos vident leuare puras manus in oratione, holocaustum sanctæ deuotionis gaudent se offerre Deo in odorem suauitatis: *& rursum serm. 7. in Cant.* Quis dabit mihi per vos, o benigni Principes, petitiones meas innotescere apud Deum? Non enim Deo, cui etiam cogitatio hominis confiteretur, sed apud Deum, hoc est, ipsis qui cum Deo sunt, tam beatis virtutibus quam carne solutis spiritibus. **A**V G V S T I N V S, *Epistola 120.* Annuntiant Angeli non solum nobis beneficia Dei, verum etiam illi preces nostras. Non vt tunc Deus nonerit quid velimus vel quo indigemus. [Nouit enim pater vester, ait Dominus, quid vobis necessarium sit priusquam petatis ab eo.] sed quia necesse habet rationalis creatura obtemperans Deo, temporales causas ad æternam veritatem referre, siue petēdo quid erga se fiat, siue consulendo quid faciat. Qui pius mentis affectus est, vt ipsa construat, non vt Deus instruat. Nam & hæc quædam contestatio rationalis creaturæ, quod non scit ipsa sibi bonum quo beata fiat, sed illud incommutabile cuius participatione etiam sapiens efficitur. **D.** **H**I L A R I V S *super Psal. 129.* Intercessione Angelorum, non natura Dei indiget, sed infirmitas nostra. Missi enim sunt propter eos qui hereditabant salutem, Deo nihil ex his quæ agimus ignorante, sed infirmitate nostra ad rogandum & promerendum spiritualis intercessionis ministerio indigente. Hinc est quod Ecclesia sancta petit in *Canone:* Iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui, &c. *& in Lithuania,* Omnes sancti Angeli, & Archangeli Dei orate pro nobis. **A**M B R O S. *lib. de viduis.* Obsecrandi sunt Angeli, qui nobis ad præsidium dati sunt.

Angeli custodes.

DE R N A R D V S *In Psal. Qui habuit, serm. 38.* *super illa verba. Angelis tuis Deum mandauit de-* *te, &c.* [Confiteantur, inquit, Domino misericordiae eius, & mirabilia eius filij hominum confiteantur, & dicant inter gentes, gratiam magnificauit Dominus facere cum eis. Domine quid est homo quia innotuisti ei, aut quid apponis erga eum, cor tuum?] Geris pro eo sollicitudinem, curam illius habes, denique ei mittis vniuersum tuum, immittis spiritum tuum, promittis etiam vultum tuum, & ne quid in cælestibus vacet à cura sollicitudinis nostræ, beatos illos spiritus propter nos mittis, in ministerium custodiae nostræ deputas, nostros fieri iubes pædagogos. Parum est enim quod facis Angelos tuos spiritus; facis & Angelos paruulorum. Denique [Angeli eorum semper vident faciem patris.] Mira dignatio, & verè magna dilectio charitatis. Quis enim, quibus, de quo, & quid mandauit? studiosè consideremus, fratres, diligenter commendemus memoriæ hoc tam grande mandatum.

mandatum. Quis enim mandavit? Is, cuius sunt Angeli, cuius mandatis obtemperant, cuius obediunt voluntati. Nempe Angelis suis mandavit de re, ut custodiant te in omnibus viis tuis, quin etiam in manibus tollant te. Summa ergo maiestas mandavit Angelis illis sublimibus, tam beatis, tam proximè sibi cohærentibus, tam familiariter adhærentibus, & verè domesticis Dei. Mandavit ergo de te: tu quis es? Domine [quid est homo, quoddam memor es eius? aut filius hominis quoniam reputas eum?] Quasi ergo non sit [homo putredo, & filius hominis vermis?] Sed quid putas mandavit de re? Nunquid scripsit contra te amaritudines? Nunquid ut contra [foliū quod vento rapitur,] ostendat potentiam suam, & stipulam siccam prosequantur? Nunquid ut tollant impium ne videat gloriam Dei? Mandandum istud est, non mandatum. Non recedas ab adiutorio Altissimi: in protectione Dei cœli commorare, ne de te illud quandoque mandetur. Quem enim protexerit Deus cœli, non de eo illud mandabitur, sed pro eo. [Angelis suis Deus mandavit de te ut custodiant te.] Triticum inter zizania, ô granum inter paleas, ô lilium inter spinas, gratias ei fratres, gratias ei pro nobis, & pro vobis.

Angelus custos.

39. **T**OBIAE. 3. Missus est Angelus Domini sanctus Raphael, ut curaret eos ambos. & cap. 5. Si ego sanū ducam, & sanum tibi reducam filium tuum, sanum in corpore, & sanum in anima, quia Raphael est medicina Dei. Experta hoc est sancta Iudith cap. 13. Fuit autem ipse Dominus, quoniam custodisti me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem: & non permisit me Dominus ancillam suam coquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me, &c.

Idem.

40. **B**ERNARDVS. Homines docent Deum quære- re, Angeli adorare. Solus Spiritus sanctus est qui docet inuenire. ATHANASIVS, lib. de communi essentia. Angeli sunt hominum pædagogii. CHRYSOST. hom. 3. super Epistolam ad Colossenses. Vn- quisque credentium Angelum habet. Vnde Iacob: [Angelus qui pascit me, & liberauit me à iuuentute meâ.] Si ergo Angelos habemus, sobrij simus, tãquam si pædagogii quidam nobis adessent. Adest namque & dæmon, propterea oramus & dicimus, petentes Angelum pacis. Hac ille. Videns quidam proteruus Arrianus quendam Angelum loquentem ad Sancti Ambrosij autem, cum verbum Dei prædicaret, conuersus ad veram fidem fuit, ut refert Sanctus Paulinus in vita ipsius Ambrosij. Alius Angelus conuertit alium hæreticum apud Sophronium. cap. 178. Ana- tolium quoque hæreticum eò vsque Angeli punie- runt, quò reduceretur ad fidem veram, ut refert Eu- sebius lib. 5. historie cap. vit.

Angeli assistunt sacrificio Missæ, & gaudent nostris bonis operibus.

41. **L**VCAE 15. Gaudium est in caelis super uno peccatore penitentiam agente. S. NILVS, Epistola ad Ana- stasium, refert quoddam sanctus Ioan. CHRYSOST. sem- per intuebatur Angelos, sacrificio Missæ assistentes. Et idem CHRYSOST. Hom. 21. in acta Apost. Non dubites, ait, assistere Angelos, quando Christus assi- sit, Christus immolatur. Vide eundem super epistolam ad Ephes. Hom. 3. & lib. de sacerdotio cap. 7. & AVGV- STINVM, lib. soliloq. cap. 27. Quoties, inquit, bona agimus, gaudent Angeli, & tristantur demones. Quo- ties à bono deniamus, diabolum latificamus, & An- gelos suo gaudio defraudamus.

Angelorum fidelitas erga Deum.

42. **T**OBIAE 12. Benedicite Deum cali, &c. AVGVST. serm. 126. Non ipsum honorem gratiarum mihi deputetis, ait Angelus, quia meis viribus nihil perce- pissetis: Deum benedicite, & illi confitemini, & ipsam glorificate, quia fecit vobiscum bona.

Angeli, diabolum fugant & nos adiuuant.

43. **T**OBIAE 8. Ipsum scilicet demonem apprehendit Raphael Angelus, & reliquit in superioribus Æ- gypti in desertum. Desertum, & Ægyptus, ait GLOSSA ORDIN. corda infidelium significant, quæ à Deo des- ferta, quia eius inhabitatione indigna: & iuxta inter- pretationem, Ægypti perfidiæ tenebris obscurata, in quibus tamen Angelus tenet eum ligatum: quia nec ipsos tantum ledere permittitur quantum nititur. Apocal. 12. [Michael, & Angeli eius, præliabantur cum Dracone.] Idem modò faciunt Angeli, qui à nobis dæ- mones fugant. S. POSTHVMIVS, serm. ad fra- tres. Si aduersus vos conueniunt castra demonum, potestis vos multum adiuuari agminibus Angelo- rum. S. HILARIVS super Psal. 124. Iis qui stare volunt in Ecclesia Catholica, non desunt sanctorum custodia, & munitiones Angelorum. Et 4. Reg. 6. di- cebat Elisæus. [Noli timere, plures enim vobiscum sunt quam cum illis.]

Idem.

44. **T**OBIAE 6. Ecce piscis magnus exiit ad deno- randum eum. Ab hoc, & ab aliis periculis libera- uit eum Angelus. S. ISACIYS apud Metaphra- stem, mediis in spinis ab Angelis conseruatur. & S. FRANCISCVS, apud S. Bonaventuram, Musico concen- tu è morbo difficillimo releuatur.

Temporalia etiam Angeli nobis impertiuntur.

45. **A**NGELI etiam temporalia nobis impertiuntur, cum ad Dei gloriam professe vident. Vide Cyrillum lib. 4. contra Iulianum. & Origenem in Nu- meros, hom. 20. & 25.

Angeli tentant nos, ut probent.

46. **T**OBIAE 12. Misit me Dominus ut curarem te. In Græco habetur: Misus sum ut tentarem te. Sicut Deus qui intentator malorum est, tentat nos, ut probet, & ut proficiamus: ita & Angeli tentant nos, ut ostendamus profectum nostrum.

Angeli consolantur nos, maxime in articulo mortis.

47. **A**NGELI etiam nos consolantur in tribulatio- nibus nostris, maxime in articulo mortis. Luca 16. Factum est ut moreretur mendicus, & portaretur ab ab Angelis in sinum Abrahæ, &c. nunc hic consolatur, &c. Vide CHRYSOST. lib. 6. de Sacerdotio, & GRE- GOR. TYRONEN. de gloria martyrum, & de gloria confessorum. Vnde Ecclesia petit pro Agonizante: Aperiatur ei cœli, collatetur illi Angeli, suscipiat eum Sanctus Michael Archangelus, &c. Veniant illi obuiam sancti Angeli Dei, &c. & cum expirat: Sub- uenite sancti Dei: occurrere Angeli Domini susci- pientes animam eius, offerentes eam in conspectu Altissimi.

Angeli, nos orantes vacuos dimitunt, si vacui dimittantur.

48. **C**ANTIC. 8. Quæ habitas in hortis, amici ascen- dunt te, fac me audire vocem tuam. Quid sit habi- tare in hortis, vide corpus numero 24. ex Verriero: & addit, Dupliciter potest intelligi, quod hic à sponso dicitur: vel quoddam deuotum amatorem inuiter ad psal- lendum vel orandum: vel quoddam sanctum prædicato- rem

rem exciter ad loquendum. Quod ut magis perua- deat amicos audire, memorat Angelos, scilicet oran- tes, vel psallentem fidelem, vel prædicantem. Vbi primò intueamur qua disciplina cordis, & corporis, nos oporteat in conspectu Angelorum psallere vel orare, ne vacui dimissi, nos vacuos dimittant qui venerant amici. Quin imo sponsus ipse, qui stat ad ostium, & pulsat, si nulla ei deuotio digna de intus respondens aperiat, recedet conquerens, & dicens, [Attendi, & auscultauit, nemo quod bonum est loquitur.]

Angeli cur tam pauci apparuerunt in Ascensione Domini.

49. **A**CTORVM. I. Ecce duo viri asciterunt iuxta illorum vestibus albi. ODO de Morim. Mirum & inquisitione dignum videtur, cur tam pauci missi sunt? cur tam pauca loquuti? Cùm rei dignitas atte- stantium posceret multitudinem, & Apostolorum desolatio, non modica consolatione indigeret. Nato Domino, Angelorum chorus canebat, [gloria in excelsis Deo,] ascendente eo, nisi duo apparuere. Dicamus causam: sed causam fortasse, deuotioni potius seruientem, quam rationi. Ascendente Domino, & nouam in cœlis speciem naturæ ingerente, superna illa curia admirata, festino apparatu exiit ei obuiam, & canticis spiritualibus laudes cecinit triumphanti. Fortasse idcirco tam pauci venere, ne tam felix de- essent solemnitas, & qui venere, regressu celeri, nouis se gaudijs sociarunt.

Angeli, magna cum charitate, salutem nostram desiderant.

50. **A**D HEBR. I. Omnes sunt administratorij spiri- tus in ministerium missi propter eos qui heredita- tem capiunt salutis. BERNARD. O quantum deside- rant ciues cali instaurari ciuitatis suæ ruinas! Quo- modo solliciti sunt, ut veniant lapides viuui qui co- ædificentur cum eis! Quomodo discurrunt medij in- ter nos, & Deum, fidelissimè portantes ad Deum gem- itus nostros, & ipsius nobis gratiam fidelissimè re- portantes! Planè non dedignabuntur, ut simus socij eorū, quorum facti sunt iam ministri. Festinemus, ob- secro, festinemus. Tota nos multitudo regni cælestis expectat. Exultare fecimus Angelos, quando conuersi sumus ad penitentiam: perficiamus, & festinemus complere de nobis eorum lætitiā. Væ tibi quicun- que es qui deliberas redire ad lutum, reuerti ad vo- mitum. Putasne placatos habebis in iudicio, quos tanto & tam sperato priuare vis gaudij? Exultaue- runt, cum nos ad penitentiam venimus, tanquam super filiis quos ab ipsa inferi porta cernerent reuo- cari, quid nunc erit si ab ipsa paradisi ianua reuerti viderint, & abire retrorsum eos qui iam pedem ha- bent alterum in paradiso? Nam et si corpora inferius, tamen habemus corda sursum. Nec soli Angeli, sed & ipse Angelorum creator nos expectat, expectat autem pariter, & desiderat.

Angeli, vota nostra ad Deum perferunt, & ad nos gratiam referunt.

51. **A**POC. 8. Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini de manu Angeli. BERNARD. Mini- strant Angeli, sed de alieno offerentes Deo, opera no- stra bona, nobis eius gratiam referentes. Vnde meri- to præmisit Scriptura, data fuisse Angelo incensa multa, & addidit: ascendit fumus aromatum; nostros enim sudores, non suos, nostras, non suas lacrymas of- ferunt Deo. Nobis quoque eius munera ipsi refe- runt, non autem sua. Non sic minister ille sublimior cunctis, & humilior vniuersis, qui semetipsum obtu-

lit sacrificiū laudis, qui patri offerens animam suam, nobis ministrat vsque hodie carnem suam. Iuius itaque tanti ministri gratia nihil mirum si dignan- ter nobis, imò & libenter Angeli sancti ministrent. Ipsi enim amant nos, quia nos Christus amat. Di- citur certè vulgari quodam proverbio: Qui me amat, amat & canem meum. Nos verò ô beati Angeli, ca- telli sumus Domini illius quem tanto affectu dili- gitis. Catelli inquam cupientes [saturari de micis quæ cadunt de menta dominorum,] qui estis vos.

Angeli à nobis discedunt, cum non proficiamus.

52. **O**RIGENES. Homil. 2. in Ieremiam. Accedit aliquis medicus ad languentem: quantum ars patitur, & industria, medicamina non cessant. Sed si, aut ægritudo tanta sit, ut repugnet curationi, aut ipse inualidus per impatientiam doloris contra faciat quam iubetur, relinquit medicus, desperat huiusmo- di hominem, & recedit, ne inter manus suas spirans, causam interitus eius ad se retorquet: sic ergo & nos, ne in Sanctorum Angelorum manibus, qui ad nos curados à Domino destinati sunt, moriamur: re- linquunt nos desperantes animam nostram, & di- cunt: [Non est malagma imponere, nec oleum, nec ligaturas: quia appropinquauit in cælum iudicium eius.] MACHARIVS. Hom. 1. Quemadmodum in infirmis, si corpus vltra cibum sumere nequeat, de- sperant de ipsis, ac desent omnes amici: ita liget Deus & Angeli sancti animas illas, quæ non vscun- tur cælesti spiritualique cibo, nec viuunt in incorru- ptione. BASILIUS Psal. 33. Velut fumus apes fugat, & foedus odor columbas expellit: sic Angelum vitæ nostræ custodem abigit, multa lacrymarum aspergi- ne dignum, ac graue olens peccatum.

Angelorum officium erga Deum.

53. **E**PIPHAN. Hæresi 4. Quemadmodum in terra videmus principatus non contrarios regi, sed subditos in administrationem totius regni, & ad bo- nam ordinationem terræ, vbi cædes, & pugna, &c. & hac de causa sunt potestates, ut ad bonum ordinem gubernationis vniuersi mundi omnia ex Deo bene disponantur, ac administrantur: sic etiam in cælo, maxime etiam præcisè illic, vbi non inuidia, non ar- mulatio, non iniquitas, non contrarietas, non seditio, &c. Potestates, non ob aliud negotium ordinatæ sunt, quam propter modulationem laudis, propter im- mortalem glorificationem.

Angelorum officium erga nos.

54. **P**SAL. 33. Oculi Domini super iustos, &c. BASIL. Quemadmodum sancti, corpus sunt Christi, & membra ex mēbro, & posuit Deus in Ecclesia quos- dam, ut oculos, quosdam, ut linguas, nonnullos, ut au- res, alios item manuum, alios pedum qui rationem obtinerent: sic & sanctæ spirituales virtutes circa cæ- lestem versantes locum, aliqua oculi dicuntur, quod curam susceperint nos intervifendi, curaque nostri omnium illis concredita sit: nonnullæ, aures, ut quæ nostras suscipiunt preces.

Angeli deducunt animas in Paradisum.

55. **C**HRYSOST. Hom. 2. de Lazaro. Quemadmo- dum cum qui prius in cauea, vulnera multa ac- cepit, ac sanguine conspersus est, post anademate capiti addito, ij qui ante caueam stant, susceptum, mul- ta cum laude domum deducunt applaudentes, bene ominantes, admirantes: sic & Angeli Lazarum tunc deducebant, illius verò animâ reperebant metuende quædam virtutes fortassis ad hoc missæ: nec enim sua sponte anima ad illam secedit vitam, propterea quod hoc

hoc nec fieri quidem possit: nam si ciuitatem ciuitate vertentes, egemus deductoribus: multo magis anima à carne diuisa, & ad futuram transiens vitam, opus habeat viar ducibus.

Angelorum reuerentia erga Deum.

56. **C**HRYSOST. *Hom. 1. in Isaiã verba: Vidi Dominum, &c.* Assistit aliquis terreno Regi, omnibusque modis molitur, vt quàm plurimam erga illum reuerentiam exhibeat, quo per hoc maiorem erga se conciliet beneuolentiam: cuius gratia non solum specie capitis, verum etiam ipsa voce, manuum compositione, ipsa pedum coniunctione, totiusque corporis contractione talem reuerentiam conatur ostendere. Hoc & ab illis incorporalibus virtutibus fit. Cùm enim plurimam habeant erga conditorem reuerentiam, & hanc vndique conentur præstare: deinde quoniam non assequuntur quod appetunt, quod deest affectui, hoc velo obtegunt.

Angelis bonis ad bona, malis ad punitionem Deus viuitur.

57. **I**DEM *Hom. 3. de Patientia Iob.* Sicut in hominum potestatibus, manifesti quidam sunt milites qui honoribus in ministrando insistent: atque certissimi sunt milites, qui ad exigendas pœnas segregantur: sic, ad ministeria quidem bona, atque hominum dispensationes sancti Angeli: ad malorum verò pœnas postulandas demones transmittuntur.

Angelis malis non est regressus.

58. **D**AMASCENVS, *lib. 2. de fide. cap. 4.* Quod hominibus est Mors, hoc est Angelis lapsus. Post lapsum, non est illis pœnitentiæ locus, vt nec post mortem hominibus.

ANIMA.

Animas diabolus appetit. vide diabolus. nu. 14. 22. 70.

Differentia maxima inter animam hominis & ceterorum animalium. nu. 1.

In anima consistit similitudo Dei, non in corpore. 2.

Anima hominis creata à Deo. 3.

Anima nobilitas, & dignitas. 4. 5.

Anima vita Deus est. nu. 6.

Anima diuiditur in rationale, concupiscibile & irascibile. 7.

Anima, spiritualiter operatur, etiam in carne. 8.

Anima, omnium rerum capax. 9.

Anima, omnium rerum pretiosissima. 10.

Anima custodienda. 11. 12. 13.

Animam solus Deus replet. 14.

Differentiam inter se, & animam suam assignat Paulus. 15.

Differentia maxima inter animam hominis, & ceterorum animalium.

1. **G**ENES. I. *Producant aqua reptile anime viuens, &c.* RVPERT. *Anima viuens dicit, vt animam reptilium distingueret ab anima hominis. Reptile anime viuens supple tantummodo, non autem intelligentis, vel discernentis, vt est anima hominis. & infra: producat terra animam viuentem in genere suo, &c.* BASILIVS. *Animam, inquit, producit tellus, vt discat quid in-*

terfit inter animam iumentis, & animam hominis: anima hominis paulo potest vt orta est, consistit: animalis autem anima cum sanguis sit ipsius, sanguis autè coactus suapte natura in carnem vertatur, caroque corrupta in terram resolui solet, terra merito natura quaedam est anima iumentorum. *Creaturique Deus cere grandia, & omnium animam viuentem atque motabilem, id est, mobilem de esse ad nõ esse.* HVGODE S. VICT. *in Genes. cap. 7.* Quidquid enim factum est præter hominem, fecit Deus ad mutationem, & mortem, hominem verò solum, ad immortalitatem. **VNLIVS.** Cætera animantia ab homine, prima sic conditione facta sunt, vt vel alia aliis in alimonia cederent, vel ipsa suo senio deficiente perirent. Solus homo, si præcepta diuina seruaret, perpetua viueret incommutabilitate beatus: & ideo addit, *atque motabilem*, ad distinctionem hominis, quem facturus erat Deus ad imaginem & similitudinem suam. **D. BASILIVS.** Iumenta terrea sunt, & ad ipsam nutantia terram. At planta cælestis homo, quantum figura formæque corporis cæteris animantibus antecellit, tantum & dignitate animæ præstat. Caput quadrupedum ad humum pronum est, ad ventrem spectat, voluptatem omnibus modis prosequitur. Caput tuum ô homo, ad cælum ipsum exurgit, oculi tui res supernas conspiciunt. Quod si etiam tu carnis affectionibus te ipsum subieceris, ventrique, & eius quæ sunt sub ventre serueris, [comparatus es iumentis insipientibus, & similis factus es illis.] Alia te cura decet, supernas res explorare, ac querere debes, vbi Christus est in dextra Dei sedens: vti forma decora præditus es, sic & te ipsum, & tuam vitam disponere velis, si vis in republica versari cælesti. Vera tibi patria est superna illa libera Ierusalem. Concines, atque contribules ipsi primogeniti qui sunt conscripti in cælis.

In anima consistit similitudo Dei, non in corpore.

2. **G**ENES. I. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &c.* ORIGENES. Non hominem corporalem. Non enim corporis figmentum Dei imaginem continet. sed interiori hominem, id est, animam incorpoream, inuisibilem, incorruptam, atque immortalem. **AMBROS.** Anima igitur hominis ad imaginem Dei est, in hac totus es homo, quia sine hac nihil es, sed es terra, & in terram resolveris, vt scias quia sine anima, caro nihil est. [Nolite (inquit Dominus) timere eos qui corpus occidunt, animam autem, non possunt,] quasi dicat: Illud time, ne animæ tuæ defrauderis auxilio, [quam enim commutationem dabit homo pro anima sua,] in qua non exigua sui portio, sed totius humanæ vniuersitatis substantia est: Quid igitur in carne præsumis, qui nihil amittis, si carnem amiseris? Anima igitur est ad imaginem Dei facta, corpus autem ad speciem bestiarum. **BERNARD.** *lib. de vita solitaria.* Triplex similitudo Dei est, quaedam quam nemo viuens, nisi cum vita exiit, quam habet & volens, & nolens, & qui eam cogitare potest, & qui tam hebes est vt non possit. scilicet, vt sicut vbiq; est Deus & vbiq; totus, sic & anima in corpore: & sicut semper sibi similis Deus, in dissimilia operatur, sic & anima vna cum sit, indissimiliter operatur in corporis sensibus. Hæc similitudo Dei, cum naturæ, & non voluntatis sit, nullius apud Deum momenti, nec meriti est. Est & alia magis Deo propinqua similitudo vt pote magis voluntaria, quæ in virtutibus consistit. Cùm scilicet anima gestit summi boni magnitudinem quasi imitari in virtutibus. Super hanc autem est & alia similitudo Dei adeo propriè propria, vt non iam similitudo, sed vnitas spiritus nominetur. scilicet cum homo fit cum Deo vnus spiritus, non tam

tam vnitate volendi idem, quàm aliud velle non valendi, iuxta illud: [Qui adheret Deo, vnus spiritus sit cum eo.] Hæc autem adhesio, & vnitas dicitur spiritus, non tam quia Spiritus sanctus efficit eam, sed quia ipsa est Spiritus sanctus. Deus enim charitatis est.

Anima hominis creata à Deo.

3. **G**ENES. 2. *Et inspirauit in faciem eius spiraculum vite, & factus est homo in animam viuentem.* AVGVST. Sicut non manibus corporis finxit, ita nec labiis faucibusque sufflauit. Sed hoc ipsum est spirare, quod spiritum & animam facere. *& factus est homo in animam viuentem*, hoc est, sentire cœpit in corpore, quod est animata viuentisque carnis certissimum indicium. *Alij* sic interpretantur: *In animam viuentem*, id est, in personam humanam: sic enim accipitur in Scriptura, anima pro homine. *Alij. In animam viuentem*, id est, non mortalem. Nunquam enim anima hominis moritur. vel *in animam viuentem*, id est, vitam corpori dantem, secundum quatuor vitæ gradus quos ponit Philosophus 2. *de Anima*, sensitiuum videlicet, & vegetatiuum, & motiuum secundum locum, & intellectuū. **D. THOM.** & quia operationes vitæ magis manifestantur in facie hominis propter sensus ibi existentes. Ideo dicit in faciem hominis inspiratū esse spiraculum vite: *& factus est homo in animam viuentem.* RVPERT. Hoc idem & de iumentis legitur, cum dictum sit, *Producat terra animam viuentem in genere suo, &c.* Quare ergo tantum honoris homini detractum est: videlicet quia factus homo, rationis dono non bene vsus est, & honorem suum non intellexit, ideo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.] Quod sentiens Apostolus 1. *Cor. 15.* [Factus est, inquit, primus homo in animam viuentem, nouissimus verò in spiritum viuificantem. Qui habet aures audiendi, audiat] pulchram musicæ huius consonantiam, id est, scripturarum concordiam.

Anima nobilitas, & dignitas.

4. **E**T factus est homo in animam viuentem, &c. *Genes. 2.* **CHRYSOST.** Cogita obsecro formationis ordinem, & expende tecum antequam spiraretur à Deo spiraculum vitæ, quis erat formatus ille? Inanimis quaedam imago lutæ, operatione catens, & ad nihilum vilis. At totum illud, quod in tantum honorem illum prouehit spiraculum à Deo inspiratum, est anima, & ex hoc collige animæ nobilitatem, vt nequid ea indignum operemur, ne coinquemus eam illicitis operibus, ne sub carnis seruitutem eam subiugemus, ne tam nobilem, tam sublimem, sic crudeliter & immisericorditer tractemus. Vide eius dignitatem: nam propter illius substantiam nos qui corpore hoc inuoluti sumus, possumus cum incorporalibus virtutibus adiuvante nos diuina gratia certare, & in terra obambulantem quasi in cælo viuere, & nihil minus quàm cælestes facere, & quodammodo aliquid amplius. Animæ igitur cum ita pretiosæ sint, à rege Sodomæ, id est, diabolo, valde desiderantur. *Genes. 14.* [Da mihi animas, cætera tolle tibi.]

Anime Dignitas.

5. **N**OTA anima dignitatem. **S. AVGVST.** *lib. 7. de Genesi ad literam, cap. 19. ait:* Sicut Deus omnem creaturam, sic anima omnem corpoream creaturam naturæ dignitate præcellit. *Idem AVGVST.* *Ser. 13. de Sanctis.* Anima immortalis perhibetur, & est immortalis, secundum quendam modum suum, quia est quaedam vita, quæ potest præsentia sua carnem viuificare, per animam quippe caro viuunt, hæc vita mori

non potest, & ideo anima immortalis est. *& infra:* Anima deserente moritur corpus, & iacet cadaver paulo autè appetibile, modò aspernabile: insunt mēbra, oculi, aures, solæ fenestæ sunt, domus habitator abscessit. Qui plangit mortuum, ad fenestras habitaculi frustra clamat, non est intus qui audiat.

Anima vita Deus est.

6. **I**DEM **AVGVST.** Ordinem attende creaturæ. Vita corporis anima est, vita animæ Deus est. Sicut enim adest vita corpori, id est, anima, ne moriatur corpus: sic debet adeste vita animæ, hoc est Deus, ne moriatur anima. Impietas enim & infidelitas, mors animæ est. Ecce quomodo potest mori anima & immortalis est. Viuente corpore mortua est anima: viuunt enim corpus: & impius est, & infidelis, ad credendum durus, ad corrigendos mores ferreus. Tanta res est anima, tam excellens creatura, vt idonea sit etiam mortua carnem viuificare. Nam ipsa anima impij, anima infidelis, anima peruersi, dura, mortua est, & tamen per ipsam mortuam viuunt corpus. Vnde hoc probabimus? Ipsam veritatem interrogemus. *Sapient. 1.* [Os quod mentitur, occidit animam.]

Anima diuiditur in rationale, concupiscibile, & irascibile.

7. **G**REGORIUS NYSSEN. *Super illud, Exod. 12.* *Aspergite ex eo superliminare, & virtumque post.* Animam in rationale & concupiscibile & irascibile Philosophi partiuntur, quorum duo postrema, irascibile dico & concupiscibile, subesse aiunt, ac vtrinque rationale sustinere, rationale verò vtriusque innum vtraque continere, & ab vtriusque sustineri. Vt ad fortiter quidem agendum, per iram excitetur ac roboretur: ad boni autem fructum, concupiscentia efferatur. Quousque igitur anima hoc ordine se ipsam tutatur, & hunc ordinem seruauerit, alterum ab altero quoad virtutis cultum coadiuuatur. Si verò is ordo conuersus fuerit, & quod superesse debet, subiiciatur, & cupiendi ac irascendi vis rationem de loco suo deiectam conculcet, tunc percussor ingreditur, tunc nulla sanguinis vis ipsi resistit. Nihil enim fides in Christum his prodest, qui peruersione huius ordinis corrumpuntur. Primò enim superliminare iniungendum est, deinde vtrumque postem tingendum sanguine iubet. Nullo enim modo poteris rationem primùm Christi fide communitare: cum eum supra querere iubeatis, si scilicet eam in loco suo non inueneris.

Anima spiritualiter operatur, etiam in carne.

8. **C**HRYSOST. *Hom. 42. operis imperfecti.* Quemadmodum diues peregre profectus, si se in hospitio applicuerit pauperis alicuius, quamuis non potest in domo iubere quod vult, quia hospes est: tamen magnam sibi agendi fiduciam vendicat, quia potens. Sic anima peregrina in hoc regnum carnis ingressa, quamuis non omnia spiritualiter agere potest secundum se, quia extranea est in hoc mundo, tamen aliq; id spirituale vendicat & in carne, quia nihilominus potens est.

Anima omnium rerum capax.

9. **M**ACHAR. *Hom. 43.* Sicut pupilla oculi cum sit exigua, tamen est vas ingens, quoniam inuictur vnà cælum, astra, solem, lunam, vrbes, & alias creaturas, & eodem modo quæ conspiciuntur in illa parua pupilla oculi simul & eodem modo formantur, & effinguntur: hoc pacto se mens habet in corde. Ipsūque cor est vas quoddam exiguum. Ibi nihilominus dracones, ibi leones, ibi bestie venenosa,

sa, ibi vitiorum cuncti thesauri, ibi asperæ & salebrosa via, ibi præcipitia: itidem è contra ibi Deus, ibi etiam Angeli, ibi vita, & regnum: ibi tamen & Apostoli, ibi cælestes vrbes, ibi thesauri gratiæ, ibi sunt omnia.

Anima omnium rerum pretiosissima.

10. **C**HRYSOST. *Hom. 56. in Matth.* Num habes aliam animam quam possis pro tua dare? Pecuniam qui amittit, aliam pro amissa reddere potest; si milititer qui ædes, qui seruos, qui cætera huiusmodi. Animam si perdas, aliam pro ea dare non potes, vel si Rex orbis, & dominus sis, quæque in orbe sunt omnia, ipsum denique orbem offeras, non poteris vel vnam animam eruere. Multo minus quam debile corpus confirmare, si mille alia corpora, mille vrbes, mille regna, infinitam pecuniam impenderes, à debilitate vindicare poteris.

Anima custodienda.

11. **B**ASILIVS *in caput 1. Iste.* Quemadmodum expugnata ciuitate, mox vt diuitiæ dispersæ, non iam obserantur eius portæ, non etiam custodes designantur, qui ad mœnia excubent: Sic anima cum exhausta fuerit thesauris Dei munere obtentis, deinceps quasi indigna, quæ perfratur custodia Dei, despectam præteritur. Ob hoc dicitur illud: [Omni custodia serua cor tuum.]

Idem.

12. **M**ACHAR. *Hom. 33.* Vt corpus cum operatur quiddam, totum prorsus occupatum incumbit operi, cunctaque ipsius membra se mutuo inuuant: eodem modo anima tota penitus deuouetur Domino, & postulationi, & charitati: quæ non vegetur, nec circumferatur cogitationibus: & spem in Christo collocatam habeat.

Idem.

13. **C**HRYSOST. *In illud Apostoli: Vnam tolerassetis paululum.* Diuina benignitatis est argumentum, quod corpus mutilum ac deforme nequeat emendari, anima verò turpis & manca in pristinum decorem facile reformetur. Hinc ex vultus bonitate boni ac emolumenti nihil: ex animæ autem pulchritudine tantum licet bonum lucrari, quantum possidet, qui Deum habet amatorem. [Audi, ait, filia, & concupiscet rex decorem tuum.] Decorem vtique secundum animam, quantum virtute ac pietate cõtingit.

Animam solus Deus replet.

14. **B**ERNARD. *serm. super illud: Ecce nos reliquimus omnia, &c.* Panis animæ iustitia est, & soli beati [qui esuriunt illam; quoniam ipsi saturabuntur.] Nimirum ad imaginem Dei facta est anima rationalis, cæteris omnibus occupari potest, repleti omnino non potest. Capacem Dei quiddam Deo minus est, non implebit. Inde est quod naturali desiderio, summum quilibet probatur appetere bonum, nullam nisi eo adepto requiem habiturus. Vis peruenire ad illud? Incipe cætera transilire. Innumera enim sunt hæc, & à cæteris pariter acquiruntur: quod valet quisque, trahit in partem, nec aliquando poterit hic circuitus peragrari. Igitur à summo bono eo longius inueneris, quo te amplius dederis caducis rebus & transitoriis appetendis. Instructiosa enim via est, & inambulabilis; faciliusque peruenies præcis omnibus quam adæpris. Sic Petrus fecerat, qui dicebat, [Ecce nos reliquimus omnia,] &c.

Quam differentiam assignat Paulus inter se, & animam suam.

15. **A**CTORVM 20. *Non scio animam meam pretiosorem quam me.* Vide Religio numero 70. BERNARDVS. Ergo differentiam facis inter te, & animam tuam? Prudenter quidem. Tu tibi pluris es quam quoduis tuum. Sed quomodo non anima tua tu? Arbitror, quod quia Paulus iam in spiritu ambularet, & mente consentiret legi Dei, quia bona est, idcirco hanc ipsam mentem suam tanquam principalem ac supremum quiddam sui, dignum duxerit suum potius quam suæ cuiuspiam rei nomine designare. Reliquum verò quod constat naturæ esse inferioris, & inferiori perinde viliorique essentia, quod est corpus, inhærescere, non modò officio viuificandi, ac sensificandi, sed fouendi nutriendique desiderio: Hoc, inquam, sensuale atque carnale appellatione sui homo spiritualis indignum iudicans, inter sua magis censuit deputandum, quam se personaliter exprimendum, per illud: Cum medico, inquit, excellentius quod in me est, in quo & sto per gratiam Dei, mætem rationemque intelligo: cum loquor, animam meam hoc inferius accipe, quod carni animanda: vides accommodatum: imò & iunctum in concupiscentia. Id me fuisse sed iam non esse agnosco, quia non secundum carnem ambulo, sed secundum spiritum. Vno ego iam non ego: secundum carnem, non ego: secundum mentem ego. Hanc ergo animam suam Paulus spernebat præ se, paratus perdere eam, iuxta consilium Domini. Tu quoque si propriam deseras voluntatem, si corporis voluptatem, probabis te Pauli imitorem, qui non facias animam tuam pretiosorem te ipso.

ANIMALIA.

Ab animalibus discere debemus, maxime à piscibus.

Animalia venenata quare creata. 2. 4.

Animalia, & viuientia bene licet occidere. 3.

Ab animalibus discere debemus, maxime à piscibus.

1. **G**ENES. I. *Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuientem.* BASILIVS. Si transigamus oratione, quanta animalibus rationis expertibus inest sine doctrina naturalis suæ vitæ diligentia atque cura; ad nostri custodiam corporis, animarumque nostrarum prouidendam salutem impellemur, aut magis magisque carpemus, ac condemnabimur, si ita fuerimus affecti, vt nec animalia imitari valeamus. Maior pars piscium alter alterum deuorat, & minor, esca maioris est. Quid igitur quæso nos homines aliud agimus, cum vim afferimus inferioribus, rapimusque eorum fortuna? Quid interest inter nos, ac infimos pisces? Caue igitur ne finis idem tibi, qui piscibus euenire crebro solet. Caue ne occurrat hamus aut nassa, aut rete, scilicet Iudicium illud vltimum pœnæque extrema, & multa quæ non euitabimus, certò scio. Quam bona mater piscibus sit aqua, etiam hinc considera. Viuere pisces sine aqua non queunt, nec à sui parentis consortio separari, quin moriantur illico. Quod nobis est spiritus, illis est aqua. Singula genera piscium, accommodata loca sibi habent, in illisque vitam degunt, nec aliena loca vnquam expetunt, nec aggrediuntur, sed intra suos se lata continent fines, nemine assignante fines, seu terminos, sed quadam naturæ lege pro vnus cuiusque vsu, victuque. AMBROS. At nobis alia longè sententia est, mutare domos,

domos, incolarum fastidio teneri, aduenarum captare gratiam, transferre terminos perpetuos quos posuerunt patres nostri, agrum ad agrum, domum ad domum iungere: Defecit terra hominibus, sternunt & maria, diuidunt elementa sibi potentes. Alter dicit: Iste sinus maris est meus, ille alterius, &c. [Nunquid soli habitabit super terram?] clamat Propheta: Cognoscit hæc Dominus, & vindictæ reservat. BASILIVS. Sunt aliqui pisces, qui sedem immutare statuto tempore soliti, quasi communi deliberatione præmissa longinqua peregre petentes maria, gregatim abeunt omnes, & cum satis actum negotij fuerit, cui student, rursus ipsi omnes quasi agmine facto, se recipiunt domum. Quis est qui mouet? Quod regis edictum? Quæ tabula in foro posita præstituta recedendi & regrediendi tempus designat? Qui denique sunt hospitium aduenarumque ductores? Causa est quod pisces diuina legi non aduersantur. At homines vnusquisque in viam suam declinantes, salutaria sibi præcepta non serunt, non patiuntur. Noli ô homo pisces floccipendere quod voce careant, quod animalia sint, penitus expertia rationis, sed vereri velis ne Creatoris obstando præceptis, rationis illis expertior videaris. Adesto animo quæso, erige mentem aurisque tuas, & pisces exaudi, quasi vocem per ea que agunt elicientes, nos quod genus nostrum perstet, atque permaneat, peregre proficiscimur. Si animantia muta, si rationis expertia excogitare conseruareque salutem suam soleant, atque piscis id sciat, quod expectandum est sibi, quod fugiendum: Quid nos ipsi dixerimus, qui ratione præditi, legibus eruditi, pollicitationibus inuitati, spiritui sapientiam allequuti, res eas que ad nos pertinent, longè rudius quam ipsi pisces disponimus? Si illi quidem de futuro prospiciant, atque prouideant, nos autem spe futurarum vacui. rem, vitam nostram voluptati deditam more pecudum consicimus, ac consummamus? Pisces tot maria tranat vt vtilitatis aliquid consequatur, quid ipse dixeris quæso, qui vitam in otio degis? Nemo causetur ignorantem. Ratio profectò naturalis in nobis ipsa inspecta, prosequenda nobis honesta, fugienda noxia turpiaque demonstrat.

Animalia venenata quare creata.

2. **G**ENES. I. *Fecitque Deus bestias terra.* BASILIVS. Nemo creatorem eam ob rem inculcare velit quod animalia venenata, exitiâque vitæ nostræ etiam creauit. Ipsæ enim fera fidei demonstrationes sunt: confidis in Domino? [Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.] Fidem habes? [Ecce dedi vobis potestatem calcandi scorpiones,] &c. Quod si fide careas, non tam feram exitialem quam fidei vacuitatem metuere debes. Vipera licet Paulum momordit, non nocuit illi, quia plenus erat fide. Daniel quoque inter leones, ait Augustinus, sanus & intrepidus vixit. AVGVST. Creata sunt animalia venenosa ad terrendam puniendamque vitia, vel ad probandam perficiendamque virtutem. Quia & exempla sunt demonstranda patientiæ ad profectum cæterorum, & ipse sibi homo in tentationibus certius innotescit. & iuste salus illa perpetua, quæ turpiter amissa est per voluptatem, fortiter recuperatur per dolorem. RVPERTVS. Quid mirum si truces homini peccatori bestias, & venenata præparauit animalia, qui infernum quoque futuris demonum vel hominum peccatis præparauerat? EYCHERIVS. Fortè in primordio innoxia facta sunt huiusmodi animalia, & post peccatum nocere ceperunt. Bona enim condita sunt, sed malè agentibus data sunt in flagella: Vnde Dominus [Ego Dominus facies pacis, & creans malum,] id est, flagellum,

peccatoribus. Eaque bona natura sua sunt, ea enim per dolorem quo ferunt, peccatoribus mala sunt, & per naturam qua existunt, bona. Sed ait AVGVST. Si animalia noxia viuos aut lædunt pœnaliter, aut exercent salubriter, aut vtiliter probant, aut ignoranter docent, cur in escas suas dilacerant aut corpora hominum mortuorum? Respondeo. Vt prudentes admoneantur, vt se ita commendent fideli creatori, cui nostri etiam capilli numerati sunt, ne propter inanes curas exanimatorum corporum suorum vlla genera mortium perhorrescant: sed pia fortitudinis neruos ad omnia præparare non dubitent.

Animalia, & viuientia, bene licet occidere.

3. **E**XODI. 20. *Non occides.* D. THOMAS, *in Opusculis.* Quidam dixerunt quod non licet occidere etiam bruta animalia. Sed hoc falsum est, quia non est peccatum in illis quæ sunt subdita hominis potestati. Est enim naturalis ordo quod plantæ sint in nutrimentum animalium, & quædam animalia in nutrimentum aliorum, & omnia in nutrimentum hominum, iuxta illud *Genes. 9.* [Quasi olera virentia tradidi vobis omnia,] & illud *1. Cor. 10.* [Omne quod in macello vauit, māducate:] Philosophus etiam dicit *in Polit.* quod venatio est sicut iustum bellum. AVGVST. *1. de Civitate cap. 20. 21. 26.* Non licet occidere bestias, ergo nec herbas, nec quidquid humo radicatus alitur, ac figitur. Nam & hoc genus rerum, quantum nō sentiat, dicitur tamen viuere, ac per hoc potest & mori: proinde etiam cum vis adhibetur, occidi. Nunquid igitur ob hoc, cum audimus, *non occides*, vitulgum vellere nefas ducitur, & Manichæorum errori insanissimè acquiescimus? His igitur deliramentis remotis, cum legimus, *non occides*, si propterea non accipimus hoc dictum esse de fructibus, quia nullus est eis sensus, sic nec de animantibus irrationalibus, volatilibus, aëtilibus, ambulatibus, reptilibus, quia nulla nobis ratione sociantur, quam non eis datum est nobiscum habere communè. Vnde iustissima ordinatio Creatoris, & vita & mors eorum nostris vsibus subditur.

Animalia venenata quare creata.

4. **C**HRYSOST. *Super Psal. 148. super illud: Laudate Dominum de terra dracones, & omnes abyssi.* Si enim quæ videntur esse inutilia, & generi hominum infesta, adeo sunt bona, adeo vtilia, vt ipsa quoque Deo laudem offerant, & cum gloria honoræque afficiant propter suum opificium, cogita apud te qualia sint animalia.

ANTICHRISTVS.

Antichristus, nox & lignum mortis. 1.
Contra Antichristum, Enoch & Elias seruati. 2.
Antichristi tempore sterilitas & fames futura. 3.
Antichristus coluber, & zerastes. 4.
Antichristum Christus Dominus interficiet. 5. 17.
Antichristi miraculis non credendum. 6. 11.
Antichristi tribulatio magna. 7. 9.
In Antichristum introibit Satanus. 8. 12.
Antichristus figuratus in Aman. 8.
Antichristus figuratus in Antiocho. 9. 10.
Idolum desolationis tempore Antichristi. 10.
Antichristus ex impura nascetur muliere. 13.
Signa præcedentia Antichristum. 14. 15. 16.
Antichristi finis, & pœna æterna. 18.

Antichristus, nox & lignum mortis.

GENES. 1. Et factum est vespere & mane dies sextus. Nox sexta huius ætatis, ait IUVILIVS, erit quando veniet ille [homo peccati, filius iniquitatis, qui extollitur atque eleuabitur super omne quod dicitur Deus,] id est, Antichristus, cuius tribulatio ita erit magna, vt in errore inducantur, si fieri potest, etiam electi, & denique ita erit obscura nox illa in die tenebrosa iudicij, quod ait Dominus: [Verumtamen filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra:] Et Genes. 2. lignum vite in medio Paradisi, lignum quoque scientia boni & mali. RVPERTVS. Per paradysum Ecclesia hæc militans figuratur. In Ecclesia enim lignum est vita, id est, Christus: & lignum mortis, id est, Antichristus, erit: qui iam dudum per membra sua ministerium operatur iniquitatis.

Contra Antichristum, Enoch & Elias seruati.

GENES. 5. Non apparuit Enoch, quia tulit eum Dominus. D. PROSPER, De promissionibus & prædictionibus Dei. Translatus est Enoch Eliæ sociandus, vt duo testes idonei secundo Christi aduentui præparentur in confusionem Antichristi, & in gloriam iudicantis filij Dei. LIPOMANVS. Nostri paradiso donatum ob sanctitatem eius, rediturumque contra Antichristum asseuerant, & hoc auctoritate Apocal. cap. 11.

Antichristi tempore sterilitas maxima & fames.

GENES. 41. De quo ascendebant septem bonæ pulchra, & crassa nimis, &c. & septem spica, &c. I. S. DORVS. In septem spicis plenis, seu in septem vaccis pinguibus significabatur vbertas fidei diuinæ in gratia noui Testamenti. Itaque fertilitatis illa hebdomada significabat tempus quo ab vniuersis gentibus fides Christi suscepta est, iuxta illud: [Repleta est terra scientia Domini sicut aquis maris operientis.] At contra septem sterilitatis anni, seu septem spicarum macies, famem veritatis & iustitiæ ac verbi Dei nouissimis temporibus significabant, quæ fidelium consumptura est multitudinem tempore Antichristi, cum refrigerante charitate in fine seculi abundabit iniquitas. Vnde infra dicitur de macie bouum; & spicarum, quod nunquam tales in terra Egypti visæ sunt. Tempore enim Antichristi tanta erit iniquitas, quanta antea fuit nunquam. Vnde Dominus: [erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet.] Sequitur: In manipulos redacta segetes congregata sunt in horreo. Per septem annos congregauit Ioseph omnem frugum abundantiam, frumenta in horreis condens, quia Christus per septem charismata fidei frumenta sanctorum horreis congregauit, vt cum septem anni inopiæ esse cœperint, id est, cum iniquitas occurrerit septem capitalium criminum sub Antichristo; quando fames fidei fuerit Saluatoris; tunc sancti pariter, & fideles habeant copiosam iustitiæ frugem; ne fides eorum inopia sermonum vel prædicationis, attenuata deficiat.

Antichristus, Coluber & zerastes.

GENES. 49. Dan iudicauit Populum suum, sicut & alia tribus in Israhel. Fiat Dan coluber in via, zerastes in semita mordens ungulas equi, vt cadat ascensor eius retro. AMBROS. Non Samsone Prophetia significat, sed Antichristum, qui futurus est ex tribu Dan seuus iudex, & Tyrannus immanis iudicabit populum suum, tanquam serpens in via sedens Deiicere tentabit eos, qui viam ambulant veritatis, supplantare cupiens veritatem, hoc est enim mordere

equi calcaneum, vt veneni diffusionem equus satietis, & vulneratus dente serpentis, leuet calcaneum suum, sicut Iudas proditor tentatus à Diabolo, super Dominum Iesum leuauit calcaneum suum, &c. Vnde & nos cum bene curimus, caueamus ne serpens lateat in semita, & subruat vestigium equi, hoc est, corporis nostri, & eiiciat subito equitem dormientem. Non ergo nos opprimat somnus negligentia, somnus seculi, somnus diuitiarum, ne de nobis dicatur: [Dormierunt somnum suum viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis.] GREGOR. 31. Moral. cap. 18. Per Dan, Antichristus intelligitur. Vnde primus Dan, ad Aquilonem castra meratus est, illum scilicet significans, qui in corde suo dixerat: [Sedebo in mote testamenti, in lateribus Aquilonis,] de quo Propheta: [A Dan auditus fremitus equorum eius,] qui non solum coluber, sed zerastes vocatur, id est, secundum Græcum, serpens comutus: per quem dignè Antichristi aduentus asseritur, quia contra vitam fidelium cum mortu pestiferæ prædicationis, armatur etiam cornibus potestatis. Semita autem angustior est quam via. Fiat ergo Dan coluber in via, quia in præsentis vitæ latitudine eos ambulare prouocat quibus quasi pariendo blanditur: sed in via mordet, quia eos, quibus libertatem tribuit, erroris sui veneno consumit. Fiat zerastes in semita, quia quos fideles reperit, & sese ad præcepti celestis angusta itinera constringentes, non solum nequitia solidæ persuasionis impetit, sed etiam terrore potestatis premit, & post beneficia facta dulcedinis, exerceat cornua potestatis. Equus autem hunc mundum insinuat, qui per elationem suam spumat, & quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, zerastes iste, equi ungulas mordere perhibetur, scilicet, vt cadat ascensor eius retro: Ascensor equi, est quisquis extollitur dignitatibus mutidi, qui retro cadere dicitur, & non in faciem, sicut Saulus ceci disse memoratur. In faciem enim cadere, est sitas vnumquemque culpam agnoscere, eaque penitendo deslere. Retro vero qui videtur cadere, est ex hac vitâ repente discedere, & ad quæ supplicia ducatur ignorare. [Salutare tuum, inquit, expectabo Domine,] id est, non sicut infidelem Antichristum, sed eum qui in redemptionem nostram venturus est, verum credendo fideliter Christum.

Contra Antichristum Christus pugnet, & interficiet eum.

GENES. 49. Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum. V. CHERIVS, I. S. DORVS, & INTERL. Gad ante & retro accinctus ad præliandum, Christi Domini personam exprimit, qui ante & retro contra Antichristum præliabitur gladio verbi Dei, de quo ipse ait: [Non veni pacem mittere in terram, sed gladium: quo scilicet inimicos diuisit,] Vnde Propheta: [Accingere gladio tuo, super femur tuum potentissime.] Ante ergo pugnavit occulto aduentu, humili, post, manifesta gloria maiestatis. Christus enim celeri aduentu progrediens interficiet eum gladio oris sui. Vnde bene Gad hircinulus interpretatur, eo quod posterior, id est, secus pedes quasi latrunculus rapido atque improviso aduentu sicut fur in nocte contra apertam Antichristi oppugnationem exiit.

Antichristi miraculis non credendum.

EXOD. 8. Fecerunt autem malefici per incantationes suas similitur. Antichristus etiam miracula faciet. Ideo Christus Dominus ait: [Si dixerint, illic est Christus, nolite credere.] LIPOMANVS. Grauis hinc tentatio fidelium oriri potest, & infidelium verisimilis excusatio parari ex huiusmodi falsis signis, quæ per omnia diuinis similia videntur. Sic enim tentat Deus electos ad salutem, impios ad excacationem,

excacationem, & obstinatum animum. [Si surrexerit (inquit Moyses) in medio tui Propheta, & prædixerit signum, atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, eamus, & sequamur deos alienos quos ignoras, non audies verba Propheta illius, quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat verum diligatis eum, annon in toto corde vestro, & in tota anima vestra.]

Antichristi tribulatio magna.

7. IVDITH. 2. Non parces oculis tuis (dixit Nabuchodonosor Holoferni) vlla regno, omnemque urbem munissimam subingabis mihi. INTERL. Quia persecutionem magnam excitabit inimicus Antichristus. Erit enim talis persecutio qualis nec antè fuit, nec erit. In Antichristum perditionis filium ait GLOSSOR. totus Satanus introibit, vt faciat quæ non fecerunt patres sui, & Deum patrum suorum non reputabit, qui aduersus omnia regna consurgit, & veniet in multitudine magna, vt conterat & interficiat, & tabernaculum suum super montem inelytumi & sanctum ponat, vbi diuinitus constrictus corruet. Hæc est bestia, cui iuxta Apocal. 13. Draco virtutem suam, & potentiam dabit, vt omnes adorent draconem, qui bestia talem dedit potestatem,] &c. Nec pugna formidat difficultatem, sed grandis potentia grandem ceitat efficere ruinam. Depingit hic Scriptura stragem quæ facturus est Antichristus: Ascendit omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem. INTERL. virtutum excellentiam. Et fregit omnes ciuitates excessas. INTERL. Ipsos enim pastores astutia sua frangit qui præsumt Dominico gregi. Prædit omnem locupletationem eorum. INTERL. Scientiæ virtutem. Omnesque resistentes sibi occidet in ore gladij. INTERL. Pœna corporali. Et post hoc descendet in campos Damasci. INTERL. Facile delictis vincuntur. In tempore messis. GLOSSOR. id est, in consummatione seculi debacchante per latitudinem orbis, Antichristi furore. Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram. INTERL. Carnales, terrena amantes. Alij enim his visis, perpropinquum redemptoris aduentum expectant lætabundi, qui peregrini, & hospites sunt super terram. [Væ super inhabitantes terram.] Isti omnes sese illi dedunt, dicentes, Iudith cap. 3. desinat indignatio tua circa nos. Melius est enim vt viuent, INTERL. nobis in delictis mundi, seruiamus Nabuchodonosor regi magno. INTERL. Diabolo, principi tenebrarum harum: & subditi simus tibi. INTERL. Antichristo: quam morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis damnâ patiamur.

Figuratus in Aman.

8. ESTHER 3. Rex Assuerus exalauit Aman. INTERL. Iniquitas interpretatur, & possessio saluum eius super omnes principes, quos habebat, cunctique serui regis flecebant genua, & adorabant Aman, &c. Solum Mardocheus non flecebat genua, neque adorabat eum. Aman significat Antichristum, cuius thronus in altum collocatus est. [Cum videritis abominationem, stantem in loco sancto,] &c. Fere omnes ei genua flebant, solum Mardocheus, id est, populus electus, non flecebat genua. Vnde sequitur: [Iratusque est valde, & pro nihilo duxit in vnum Mardocheum mittere manus suas, magisque voluit omnem perdere nationem.] INTERL. omnem plebem Catholicam.

Antichristus figuratus in Antiocho.

9. MACHABI. 1. Vers. 24. Antiochus accepit argentum, & aurum, & vasa concupiscibilia, & accepit thesauros oculos quos inuenit, & sublati omnibus abiit in terram suam. lib. 2. cap. 5. vers. 21. Igitur An-

tiochus mille & octingentis ablatis de Templo talentis, velocius Antiochiam reuersus est. GLOSSOR. Quod Antiochus Antichristi figuram præferat, Sanctorum patrum traditione manifestissimum est. Quia sicut Saluator habet Salomonem & ceteros sanctos in typum aduentus sui: sic Antichristus pessimum regem Antiochum, qui sanctos persecutus est, templum violauit, &c. Mysticè autem Antiochus hic, qui intravit in terram sanctam cum superbia, & deuastauit templum, & locum sanctum polluit superstitione gentili, typum tenet Antichristi, qui contra Ecclesiam Christi crudeliter bellum gerit, & animas credentium (quæ verè templum Dei sunt,) errore suo pollueret contendit, de quo Daniel. 11. sub figura istius Antiochi ita scriptum est: [Cor eius aduersus testamentum sanctuarij, & faciet, ac reuerteret & cogitabit aduersus eos qui dereliquerunt testamentum sanctuarij. Et brachia,] &c. Tollit ergo Antiochus de Ierusalem altare aureum, quando eos qui perfectiores esse videbantur, & pro populi statu, non modicoriter Dominum exorare, suam maligno euellit de Ecclesia. Tollit & candelabrum luminis, & vniuersa vasa eius, quando eos, qui predicationis officioungebantur, & veluti luminaria, per diuersas species dogmatum in populo Dei lucere debebant, siue per meritum, siue per cupiditatem terrenam, de ordine suo præcipitavit. Tollit mensam propositionis, ac vasa eius, quando Scripturas sacras cum iniqua interpretatione confundere per hæreticos satagit, & eos qui in meditatione legis Dei, velut vasa mensæ Dei, ac panes propositionis, commanere videbantur, astutia nequitia suæ corrumpere, atque in errorem seducere contendit. Velum quoque, & coronas, & ornamentum aureum quod in facie templi erat, idem Antiochus tollit, & comminuit omnia, quando literam legis Dei (in qua Sapiencia diuina, ac mysteria caelestia latent, & vbi corona perpetuæ mercedis, & bene laborantibus, & præcepta Dei seruantibus, in regno caelesti promittitur) contritis sententiis, ac sensu deprauato in alienum intellectum conuertit, animaque sibi obediens, hoc modo decipit. Nam aurum argentumque, & thesauros oculos, nihil aliud intelligo quam eloquij venustatem, ac sensuum puritatem cum thesauro virtutum, quæ in occultis eordium apud fideles collocantur. Hæc omnia diabolus de regno Christi auferre molitur, cum possessores eorum, his bonis expoliatis, in barathrum perditionis secum trahere conatur.

Idolum desolationis.

10. MACHABI. 1. post vers. 43. Edificauit Rex Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei. LYRANVS. Idolum Iouis Olympij desolationis, quia erat signum desolationis templi. GLOSSOR. Sed legimus in Euangelio, Matth. 24. Saluatorem à discipulis interrogatum de signo aduentus sui, & consummationis seculi, inter alia respondisse: [Cum videritis desolationis abominationem quæ dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sancto: qui legit intelligat.] Quando ad intelligentiam prouocamur, mysticum monstratur esse quod dictum est. Scriptum est autem in Daniele hoc modo: [Et in medio hebdomadis auferetur sacrificium meum, & libamina, & in templo desolationum abominatio erit, vsque ad consummationem temporis, & consummatio dabitur super solitudinem.] De hoc Apostolus loquitur, 2. ad Thessal. 2. [quod homo iniquitatis, aduersarius, eleuandus sit contra omne quod dicitur Deus & colitur: ita vt audeat stare in Templo Dei, & ostendere quod ipse Dominus sit, cuius aduentus, secundum operationem Satanæ, destruet eos.]

eos.] & ad solitudinem rediget, qui se susceperint. Potest autem simpliciter, aut de Antichristo accipi, aut de imagine Caesaris, quam Pilatus posuit in templo, aut de Adriani equestris statua, quae in ipso sancto sanctorum loco, usque in praesentem diem stetit. De Antiocho impiissimo rege dicit *Daniel. cap. 8.* [Rex impudens facie, & intelligens propositiones, & roborata est fortitudo eius, sed non viribus suis, & supra quam credi potest, vniuersa vastauit, & prosperatus est, & fecit, & interfecit robustos,] &c. [& contra principem principum consurrexit, & sine manu contritus est.] *HIERON.* in *Daniel.* ita dicitur: Luxuriosissimus fuisse dicitur, & in tantum dedecus per stupra & corruptelas venisse regia dignitatis, vt mimis quoque, & scortis, publice iungeretur, & libidinem suam populo praesente completeret. Ideo dixit Propheta, *impudens facie*, dicendo autem, *intelligens propositiones*, id est, intelligere faciens, non propositiones quaslibet, sed abstrusas, & arcanas. Vnde in Hebraeo & in Graeco, loco *intelligens*, dicitur *interpretans*. Efficet namque, vt quae de ipso praedicta erant, clarissima postea essent, clarissimeque demonstrarent quae per ipsum de Antichristo significata.

Miraculis Antichristi non credendum.

11. **E**XOD. 7. *Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum.* *HIERON.* Quemadmodum signis Dei quae operabatur per Moysen, Magi suis resistere mendacis, sed virga Moysi deuorauit virgas eorum: ita mendacium Antichristi, Christi veritas deuorabit.

In Antichristum totus Satanus introibit.

12. **T**HEODOR. in *Epitome diuinorum decretorum. lib. 5. cap. de Antichristo.* Non omnes venabitur Antichristus ad exitium: sed eos qui mobilem & ad persuadendum facilem mentem habent. Docuit autem quod etiam diaboli opera suscipiet. Sicut enim vnigenitus Dei filius sanctis quidem Prophetis, & facris Apostolis, & alijs etiam sanctis diuisit dona Spiritus sancti: homo autem factus, non particularem aliquam sumptu naturae dedit gratiam, sed omnem diuinitatis plenitudinem, vt vult Apostolus, visum est in ipso habitare. Ita diabolus alijs quidem hominibus quoscumque persuasit esse operarios iniquitatis, non omnes immisit species iniquitatis. Hinc autem Antichristo, ipse totus coniunctus, omnis generis vitiorum & scelerum machinas per ipsum ostendet.

Antichristus, ex impura nascetur muliere.

13. **H**IPPOLYTUS, de *consummatione mundi.* Cum Saluator mundi genus humanum salutare decreuisset, ex immaculata virgine Maria natus est, & in figura carnis, hostem conculcauit, suae diuinitatis propria praesentia. Ad eundem modum etiam diabolus, ex impura muliere prodibit super terram, sed falso nascetur ex virgine: etenim Deus noster in carne versatus est nobiscum, nostrae non dispari, quam ipse fecit Adamo, posterisque eius omnibus, absque peccato: Sed diabolus, licet carnem assumat, hoc opinione tantum. Propterea edetur ex virgine tanquam spiritus, qui quidem reliquis tunc apparebit caro. Nam virginem peperisse solam sanctissimam nouimus, quae carnigerum verè genuit Saluatorem. Si quidem Moyses ait, *Leuit. 12.* [Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur:] Hic autem nequaquam. Sed quemadmodum non aperiet vuluam, ita nec carnem veram assumet, aut in cunictetur, vt circumcisus est Christus. & sicuti Christus elegit Apostolos, sic ille integrum populum discipulos sibi asciscet, nequitia sui similes. *Hec ille,*

Non putandum est, Antichristum diabolum futurum in carne plantastica apparentem.

Signa praecedentia, Antichristum.

14. **L**V C. 21. *Erunt signa in sole, luna, & stellis.* *EUSEB.* *EMISSENVS,* *Hom. de Dominica 2. aduentus.* Sicut enim Christi natiuitate, pax & exultatio praecessit, cantantibus Angelis: [*Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis,*] & ecce annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate David: Ita hunc perditionis filium, lites, contentiones, dissensiones, terrae motus, pestilentiae & fames, & alia his similia terroris signa praecedent.

Idem.

15. **C**HRYSOST. *Hom. 78. in Matth.* Quemadmodum cum arca fieret, aperte futurum praenunciatur diluuium; illi autem non credentes, tanquam nullo modo venturo lasciuebant: sic Antichristus apparebit, post quem consummatio & intolerabiles poenae sequentur.

Idem.

16. **I**DEM, *Hom. 79. operis imperfecti.* Vt ante lucem Aurora exit, ante noctem autem obscuritas: ita in aduentu Christi ante illum Prophetarum, & cum illo Apostoli in Spiritu sancto faciebant virtutes. In aduentu Antichristi, Pseudochristiani ante illum, & cum illo in spiritu maligno facient virtutes. *Hom. 49.* Sicut fumus ante ignem praecedit, ante victoriam pugna: sic & ante gloriam Christi, tentatio Antichristi.

Antichristum Christus interficiet.

17. **A**D THESSAL. *epist. 2. cap. 2.* Tunc reuelabitur filius iniquitatis. *CHRYSOST.* *hom. 4. super hunc locum.* Quemadmodum regna illa destructa sunt, quae ante Romanum imperium fuerunt, vt pote regnum Macedonum à Babylonijs; Babyloniorum à Persis; Persarum à Macedonibus; Macedonum à Romanis: ita & regnum Romanorum ab Antichristo, & ille à Christo, & postea non amplius obtinebit. Quem Dominus Iesus, ait, consumet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui, eum, cuius aduentus est secundum operationem Satanarum. Quemadmodum enim ignis irruens passim minuta animalcula, etiam antequam planè adueniat, procul adhuc diffusus torpescit, & consumit: ita & Christus. Sufficiet solum inibere, & adesse illum, atque ita omnia peribunt. *THEOPHYL.* *super eundem locum.* Quemadmodum ignis suo fragore, parua quaedam & minuta animalcula torpere cogit, & contrahit, consumitque vel antequam ea pertingat: sic & Christus, vel solo iussu & eius afflatu Spiritus sancti virtute oppleto perditurus est illum, vel sola praesentia, & solo eius conspectu, sedabit errorem.

Antichristi finis & poena aeterna.

18. **I**SAIAE 14. *Ex quo dormisti, non ascendit qui succidat nos.* *AILEMVS.* Mortuo Antichristo, non erit qui cedros abietesque succidat. *Ascensus,* superbiam, vel potentiam vel prudentiam Antichristi exprimit, vt intelligas, nullum post eum tanta superbia erigi, vel exaltari potentia, vel callere prudentia; vt in paradiso Dei, in Ecclesia scilicet, quoslibet perfectos, quasi cedros & abietes, à fidei fundamento succidat, siue per superbiam laeuendo, siue per potentiam opprimendo, siue per prudentiam seducendo: sequitur: *subter se seruetur sineas, & pueredo,*

Apostoli lux.

ENES. 1. *Fiat lux, & facta est lux.* *AMBROS.* Vnde nox Dei debuit inchoare, nisi à lumine? Vnde mundi ornatus, nisi à luce exordium sumeret? frustra enim esset, si non videretur. Sapiens architectus primum quod intendit, etiam antequam fundamenta iaciat, domus est, qua parte lucem ei dabit, quia ea prima est domus gratia: quae si desit, tota domus deformi inhorret cultu, lux enim est quae reliquos domus commendat ornatus. Ita Dominus in creatione mundi, ita etiam in constitutione Ecclesiae primum quod Christus Dominus fecit, fuit eligere Apostolos, quibus dicit: *vos estis lux mundi.* Idem *AMBROS.* *super illud: Fiat luminaria.* Deus Pater dixit, Fiat Sol, & Filius fecit solem. Dignum enim erat vt solem mundi faceret Sol iustitiae. Ipse eum in lumen adduxit, ipse eum illuminauit, ipse ei donauit fundendi luminis potestatem. *Hec ille.* Idem fecit Christus in restauratione mundi, cum Apostolos nuncupauit, & fecit lucem mundi: dignum enim erat vt lucem mundi faceret ille qui est lux vera quae illuminat omnem hominem, &c.

Apostoli Dei adiutores.

2. **G**ENES. 2. *Adae verò non inueniebatur adiutor similis sibi.* Hoc fuit ante dormitionem eius. Sic ante Christi passionem, non inueniebantur adiutores similes ei. Post eius autem dormitionem ait Apostolus: [*Dei adiutores sumus.*] Post diluuium *Genes. 9.* [*Benedixit Deus Noe, & filiis eius, & dixit ad eos, Crescite & multiplicamini,*] &c. *LIPOMAN.* id est, fecundus reddidit, proliquo gignendae idoneos praestauit. Haec fuit benedictio, quam eis largitus est. *VERCNER.* Noe & filij eius Dominum Iesu Christum, & suos praedicatorum significat, qui à Deo patre, benedictione percepta in caelestibus, in omni benedictione spirituali, tunc iussi sunt crescere, & multiplicari, quando veluti de arca egressi, de Ierusalem, & Iudaea dispersi, quasi terram ingredi praecipi sunt. [*Euntes inquit in Mandum vniuersum, praedicate Euangelium omni creaturae.*] Vnde idem *VERCNER.* *super illud Genes. 9.* *Omnes pisces maris manui vestrae traditi sunt.* Non solum terror ac tremor Apostolorum, & praedicatorum Euangelij fuit super cuncta animalia terrae, id est, super gentes quae more animalium vivebant, & super volucres caeli, id est, sapientes huius seculi, verum etiam pisces maris, manui illorum traditi sunt, id est, potentes huius seculi, qui infirmos quosque & pusillos deuorabant, ad praedicationem Apostolorum, qui aliena rapiebant, ceperunt etiam propria largiri. Impletumque est illud, [*subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris,*

Idem.

3. **G**ENES. 9. *Ab his disseminatum est omne genus hominum super vniuersam terram.* *CHRYSOSTOMVS.* Quomodo ex tribus tanta multitudo succreuit? Maxime post tantam miseriam, & vitam illam in arca, quomodo non corrupti? Quomodo non perierunt? Ne mireris: Deus enim opifex natura erat, qui omnia impedimenta auferebat mandato suo, quo dixit, [*Crescite, & multiplicamini,*] &c. Id ipsum in fide videre licet, cum tales, & tanti sunt Tyranni, qui infestent, & insidiantur, vt scintillam fidei extinguant: tanta pietatis flamma erupit, vt totum orbem inuaserit: & sicut per tres illos homines genus multiplicauit Deus: ita quoque & in fide per duodecim piscatores illiteratos, & idiotas, omnem sibi orbem conciliauit.

Esperimentum tuum erunt vermes Poena aeterna quae Antichristi substantiam totam occupabit, satis manifestè describitur. A parte inferiori, tinea demolietur, à parte superiori vermes corrodent, putredo intus consumet. Sequitur, *Tu autem proiectus es de sepulchro tuo sicut stirps inutilis.* Ipsi Antichristi omniumque reproborum sepulchra, eorum sunt corpora, in quibus anima illorum putredine vitiorum corrumpitur, & omnium immunditiarum sanie foedatur: de quibus sepulchris tunc eiciuntur, quando animae extrahunt à corporibus proiciuntur in tenebras exteriores. Proiciuntur autem quasi stirps inutilis, cui nihil aliud debetur quam ignis pollutus, & obuolutus: pollutus propter peccati contaminationem; obuolutus propter irrecuperabilem vitae emendationem. Suis quippe peccatis dicitur obuolutus, qui in sceleribus vitam finiens, nulla spe euadendi consolatur, sed ille omnium iniquiorum princeps proicitur de sepulchro suo quasi stirps inutilis. Sepulchrum eius omnes reprobi sunt, quod tunc proicitur, quando ipse quoque mittetur in ignem aeternum. Sequitur: *Pollutus & obuolutus cum his, qui interfecit sunt gladio, & descendent usque ad profundum lacu.* Diabolus igitur, pollutus dici potest, sanguine scilicet multorum, quos gladio iniquitatis occidit, obuolutus malitia, & desperatione, vt reparari non possit. Cuius sicut quàm caterorum maior est malitia, ita intolerabilior erit & poena. licet enim cum cateris perditis, ad profunda lacu, id est, ad profunda descendat Inferni: in ipso tamen profundo acriora expendet supplicia; quia non alieno suggestu peccauit, & alijs peccata suggestit. Vnde & sequitur: *Quasi cadaver putridum non habebis consortium, neque cum eis in sepultura.* Antichristus enim, vel princeps eius diabolus, sicut nullus est, quem non superet in malitia; ita nullus est cum quo consortium habeat in sepultura.

APOSTOLI.

- Apostoli lux. 1. 35.*
- Apostoli Dei adiutores. 2. 31.*
- Apostoli missi in mundum. 2. 3. 5. 8. 9. 11.*
- Apostoli duodecim. 4. 9. 18. 28.*
- Apostoli oculi, & dentes Ecclesia. 6.*
- Apostoli figurati in Issachar. 7.*
- Apostoli magistri nostri. 10. 12. 21.*
- Apostoli fontes. 12. 21. 31.*
- Apostoli à Christo electi. 13. 25. 43.*
- Apostoli ignobiles, & abiecti. 14. 24. 26. 27.*
- Apostoli martyres. 13. 15. 34.*
- Apostoli noui homines. 15.*
- Apostoli, Prophetarum doctrinam praedicaunt. 16. 17.*
- Apostoli lapides. 18. 29.*
- Apostoli Ecclesiam aedificauit. 19. 39.*
- Apostoli cateris sanctiores. 20. 22. 23. 34. 41.*
- Apostoli columna Ecclesia. 27.*
- Apostoli Principes. 29. 30.*
- Apostoli fratres Christi. 31.*
- Apostoli gaudentes in tribulationibus. 32.*
- Apostoli sunt viri misericordiae. 33.*
- Apostoli, Sal terrae. 36.*
- Apostolica doctrina praestantissima. 37. 38.*
- Apostoli, Spiritu sancto repleti. 38.*
- Petrus super omnes Apostolos. 40.*
- Christi Domini amor erga Apostolos. 42.*

Apostoli duodecim.

4. **G**ENES. 17. *Super Ismael quoque exaudiui te. Ecce benedicam ei, &c. Duodecim duces generabis, &c.* INTERL. & RABANVS. Ismael populum Iudæorum significat, qui multiplicatus est valde, & duodecim duces generauit. Ex duodecim enim patriarchis geniti, & in duodecim tribus sunt diuisi; vel duodecim duces, duodecim Apostoli sunt, qui de Iudaica plebe fuerunt. *Genes. 35. Erant autem filij Iacob duodecim.* LIPOMANVS. Sicut duodecim Iacob filij, sacrosanctum Apostolorum cœtum expresserunt: sic vnus Ruben, qui cum concubina patris dormiuit, & ob id primogenitura priuatus est, ea ad Iudam translata; Iudam Iſcariotein, qui Dominum tradidit, ex quo, Apostolatu deiectus est, cuius Episcopatum Matthias accepit, manifestè figurauit.

Apostoli missi in mundum.

5. **G**ENES. 37. *Vendiderunt eum Ismaelitis.* SEVERIANVS. Ismaelitarum aromatum mercatores Ioseph emerunt, quia Apostoli relictis omnibus, & Dei legibus obediētes, (id enim Ismaelitarum nomen significat) Christum pretiosum Margaritum emerunt, & ad gētes, toto terrarum orbe diffusas, circumtulērunt, qui bene aromatum mercatores dicuntur, quia aromata, hoc est, bonum Christi odorem, toto orbe vendebant.

Apostoli oculi, & dentes Ecclesia.

6. **G**ENES. 49. *Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.* Vide sensum literalem verbo, *verbum Dei.* num. 21. AMBROS. Per *oculos & dentes* significat Prophetas & Apostolos. Prophetæ enim sicut oculi Christi præuiderunt & annuntiauerunt eius aduentum: de quibus ipse dixit: [Abraham diem meam vidit, & gauisus est.] & vnus de Prophetis dicit: [Vidi dominum Sabaoth.] Quem videntes semper spiritali læticia lætabantur, & ideo hilares oculi eius vino. Alij verò, hoc est, Apostoli, quos Dominus à peccatorum labe mundauit, super lac candidiores facti sunt, quos macula nulla postea fuscavit: etenim lac temporale est, gratia autem Apostolorum perpetuò manet, qui nobis spiritalia illa atque celestia confidenter alimenta, mentis internæ viscera saginarunt. EVCHERIVS. Oculi Christi Apostoli sunt, & Euangelistæ, qui scientiæ lumen vniuerso corpori Ecclesiæ præstant. Hi pulchriores vino probantur, quia eorum doctrina austeritatem vini veteris legis exsuperat. Euangelica enim præcepta longè clariora sunt quàm veteris legis mandata. *Dentes*, prædicatores sunt sancti, qui prædicant ab erroribus homines, & eos quasi cõminuendo, in Christi corpore, transferunt. Nomine autem *lactis* Doctrina legis significatur, quæ carnalem populum tanquam paruulos loco lactis alebat, quibus quidem candidiores effecti sunt doctores Ecclesiæ: quia fortem & solidum cibum verbi mandunt, atque distribuunt. Vnde Apostolus: [Perfectorum est solidus cibus.] & bene *candidiores dentes lacte* dicit. omnes enim qui scripturarum cibos explanantes, subtilem & spiritalem sensum corpori Ecclesiæ subministrant, candidi esse debent, & puri, atque ab omni macula liberi.

Apostoli figurati in Issachar.

7. **G**ENES. 49. *Issachar asinus fortis, accubans inter terminos, &c.* HIPOLYTUS. Issachar Apostolorum Christi figura est, qui legalem vitam, atque instituta relinquentes, Christum sequuti sunt. Terra autem Issachar pinguis est, quia caro Domini quam Apostoli coluerunt, fuit lacte & melle. *Accubans in-*

ter terminos: quia Decalogi præcepta ita sequuntur, vt tamen Euangelicam doctrinam non omittant. Vnde Dominus illis, [Non veni soluere legem, sed adimplere,] hoc & ipsi fecerunt. *Vidit terram quia pinguis, &c.* Accepta enim virtute à Domino, humeros suos ad prædicationis laborem supposuerunt, & Dei agricolæ facti, terram, hoc est mortalium hominum corda, excoluerunt.

Apostoli figurati in Nephthalim, quia missi.

8. **G**ENES. 49. *Nephthalim seruus emissus dans eloquia pulchritudinis.* De sensu literali vide *verbum Dei*, num. 22. EVCHERIVS. *Nephthalim*, qui interpretatur latitudo, Apostolos & prædicatores significat, quorum doctrina in latitudinem totius mundi diffusa est. Ex hac enim tribu fuerunt Apostoli, qui sunt Principes Zabulon, & principes Nephthalim, ipsi sunt filij excussorum, id est Prophetarum, qui in manu potentis Dei positi sunt, & tanquam sagittæ excussa, peruenerunt vsque ad fines terræ. Vnde & bene hic Nephthalim, *seruus emissus* scribitur, quia nimirum Apostoli, siue prædicatores Euangelij, veloci saltu exilientes, more ceruorum transcendunt implicamenta sæculi huius, sicque excelsa, & sublimia meditantur, dant eloquia pulchritudinis, id est, prædicant cunctis gentibus doctrinam Saluatoris.

Apostoli duodecim missi in mundum.

9. **E**XODI. *Hæc sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum.* BEDA. Hæc autem sententia Euangelicam sententiam significat, qua dicitur: hæc sunt [nomina duodecim Apostolorum.] INTERL. & alij. Duodecim isti qui ingressi sunt Ægyptum, significant Apostolorum ordinem, de quibus Saluator ait: [Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.] Ægyptus enim figurat mundum. Hi igitur ingressi sunt mundum, cum domibus, & familiis suis, id est, cum imitatoribus actuum, vel cogitationum, vel virtutum.

Apostoli magistri nostri.

10. **E**XODI. *Præposuit eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus.* ORIGENES. Propterea statuit Pharaon hos magistros, vt artes suas nos doceant, vt nos artifices malitiæ faciant, & quia multi sunt isti magistri, & doctores malitiæ, qui omnes exigunt, imperant, & extorquent opera terrena: Ideo veniēs Dominus Iesus Christus, fecit alios magistros, & doctores, qui pugnantes aduersum illos, & subicientes omnes eorum principatus & potestates, defendant à violentiis eorum filios Israel, & doceant nos opera Israelitica, id est, mente videre Deum, & relinquere opera Pharaonis, exire de terra Ægypti, abiicere Ægyptios, & barbaros mores, deponere totum veterem hominem, cum actibus suis, & induere nouum, qui secundum Deum creatus est, renouari semper de die in diem in imaginem eius qui fecit nos, in laudem, & gloriam suam. AUGUSTINUS. *Serm. 85. de tempore.* Habet ergo Deus ministros suos, habet & diabolus adiutores suos. Deus per homines bonos tanquam per ministros suos agit omne quod bonum est: diabolus verò per homines malos velut per satellites suos exercet omne quod malum est, &c.

Apostoli, equi Christi, & missi.

11. **E**XODI. *Equum, & ascensorem deiecit in Mare.* ORIGENES. Omnes qui in carne nati sunt, figuratim equi sunt, & habent ascensores suos. Sunt equi quos Dominus ascendit, & circumueit omnem terram, de quibus dicitur: [& equitatus tuus, salus.] Sunt etiam equi qui ascensorem habent diabolum, & Angelos

Apostoli ignobiles, & abiecti.

14. **E**XODI. 23. *Emittens crabrones prius qui fugabunt Æthiœ, & Chanaanum.* THEODORETVS. Hoc idem contestatus est per Prophetam dicens: [Israhel si in visis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliasset,] hoc est, facile admodum per minuta, scilicet animalia, quemadmodum feci in Ægypto, hostes eorum profligasset. R. VERTVS. Sed quinam sunt crabrones isti? Qui, inquam spiritaliter sunt crabrones intelligendi, quos scimus de equino stercore nasci? nisi ignobiles, & contemptibiles huius mundi, quos, vt nobilia, & fortia confunderet, ante conspectum nostrum misit, vt per illos contrita superbia sæculi, pacificè possemus ad vitam æternam ingredi? Isti crabrones qui se tanquam purgamenta mundi profitebantur, & omnium peripsa, miluos vicerunt, & diabolum principem mundi fugauerunt, & omnes pompas eius sub pedibus suis velociter conculcauerunt. Vide *Paspertus*, num. 18. ex *Petro Rauenate.*

Apostoli duodecim vituli, & noui homines.

15. **E**XODI. 24. *Immolaueruntque victimas pacificas Domino vitulos duodecim.* INTERL. Vituli duodecim immolati, duodecim Apostolos significant, qui orbem mugitibus impleuerunt. *Ibidem. Misitque Moyses iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta.* INTERL. forte Nadab, & Abiu, quia nondum electi erant Sacerdotes de Leuitica tribu. R. VERTVS. Porro quòd iuuenes potius quàm senes de filiis Israel Moyses misit, vt offerrent holocausta, illius sunt iuuentutis exemplar, de qua Psalmista: [Renouabitur, inquit, vt aquila iuuentus tua.] Neque enim veteres, sed nouos homines, neque in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus, missurus erat Dominus Iesus duodecim Apostolos, sacerdotes nouos, noui & veri sacrificij ministros.

Apostoli Prophetarum doctrinam prædicauerunt.

16. **E**XODI. 26. *Quadragesima bases argenteas fundes, vt bina bases singulis tabulis per duos angulos subiciantur.* GREGOR. 28. *Moral. cap. 9.* Quid per *tabulas*, nisi Apostoli, extensa in mundum prædicatione dilatati? Quid per *bases argenteas*, nisi Prophetæ significentur? qui super impositas tabulas ipsi infirmi ac suffiles sustinent: quia Apostolorum vita dum eorum prædicatione instruitur, eorum & auctoritate solidatur. Vnde & coniunctæ binæ bases singulis tabulis supponuntur, quia dum Prophetæ sancti in verbis suis de mediatoris incarnatione concordant, subsequentes prædicatores Ecclesiæ, indubitanter ædificant, vt cum à semetipsis non discrepent, illos in se robustius figant.

Idem.

17. **E**XODI. 27. *Tam paxillos eius, quàm atrij, ex ere facies.* GREGOR. *super Ezechiel. Hom. 15.* In constructione tabernaculi vt columnæ argenteæ interiorius starent, paxilli ærei figi per circuitum exteriorius iussi sunt, in quibus relictum tabernaculum teneretur: quia videlicet vt sancti Apostoli in luce sermonis sui solidi starent: & totum tabernaculum, id est, sancta Ecclesia, in fidei integritate consisteret, tanquam paxilli ærei, patres testamenti veteris, ac Prophetæ exteriorius fixi sunt, qui verborum suorum funibus, prædicatorum mentes in soliditate stringerent, & habitaculum Dei in statu fidei ligarent. Extrâ autem paxilli sunt: quia ante tempus huius sanctæ Ecclesiæ fuerunt: sed tamen eos ligant, qui in ipsa sunt: quia dum celestia mysteria ventura prædicant, hæc postquam ostensa sunt

gelos eius. Iudas equus erat, sed donec ascensorem habuit dominum, de equitatu fuit salutis. Cum ceteris enim Apostolis missus, agrotis salutem, & sanitatem languentibus præstauit. Sed vbi se diabolo substrauit (post buccellam enim introuit in illum Sathanas) & ascensor illius effectus est Diabolus, illius habitus ductus aduersus Dominum & Saluatorem nostrum cepit equitare.

Apostoli, magistri, & fontes.

12. **E**XODI. 15. *Venerunt autem in Helim, vbi erant duodecim fontes aquarum & septuaginta palmarum.* ORIGENES. Putas ne habet aliquid mysterij, quòd non antè in Helim ducitur populus, vbi erant duodecim fontes aquarum, quibus nihil amaritudinis erat, imò potius vbi erat amœnitas plurima ex densitate palmarum: sed primò ductus est ad aquas salvas, & amaras, quibus dulcibus per lignum effectis, postea venit ad fontes? primò enim ducitur Populus ad literam legis, ab hac litera legis, donec permanet in amaritudine sua, recedere non potest; cum verò per signum vitæ dulcis fuerit effecta, & intelligi lex spiritaliter cœperit, tunc de veteri testamento transitur ad nouum, & venit ad duodecim Apostolicos fontes: vbi etiam arbores reperitur septuaginta palmarum. Non enim soli duodecim Apostoli fidem Christi prædicauerunt, sed & alij septuaginta missi ad prædicandum verbum Dei referuntur, per quos palmas victoriæ Christi mundus agnosceret. HERONIMVS. *Helim* interpretatur arietes: quàm pulcher ordo virtutum, post victoriam tentatio, post tentationem reflectio. De amaritudine venimus ad arietes, & robustos principes gregis: de quibus in *Psalmo*: [Afferte Domino filios arietum:] Nunquam prius occurrerunt fontes purissimi, nisi vbi magistrorum doctrina prorupit. Nec dubiū quin de duodecim Apostolis sermo sit, de quorum fontibus deriuatæ aque totius mundi siccitatem rigant. Iuxta has aquas septuaginta creuerunt palme: quas, & ipsos secundum ordinem intelligimus præceptores, quos, & binos ante se Dominus præmittebat, de quibus & Paulus refert, quòd apparuerit Dominus primùm vndecim, deinde Apostolis omnibus, id est, Christi discipulis.

Apostoli à Christo electi Potentes.

13. **E**XODI. 17. *Dirige Moyses ad Iosue. Elige viros, & egredietur pugna contra Amalech.* ORIGENES. Vsq̄ ad hunc locum beati nominis Iesu numquam facta est mentio. hic primùm vocabuli huius splendor effulsit. hic primùm vocauit Moyses Iesum, sine Iosue, & dixit ei: *elige tibi ipsi viros.* Moyses vocat Iesum, lex vocat Christum, vt eligat sibi ipsi viros potentes de populo. Non poterat Moyses eligere, sed Iesus solus est qui possit potentes viros eligere, qui dixit: [Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.] Ipse enim est electorum dux, ipse potentium princeps, ipse qui configit cum Amalech, ipse est enim qui [intrat in donum fortis, & alligat fortem & vasa eius diripit.] THEODORETVS. Christus itaque cum ex omni Israel ac gente viros potentes delegisset, sanctos Apostolos dico, ceterosque omnes in Christum credentes, quibus rectè illud dici potest: [Vos autem genus electum regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis:] vñ cum ipsis aduersus principem sæculi huius in acie stetit, de quo ipse ait: [Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius,] &c. Illi verò calculo eos qui cum Christo, & propter Christum victoriam reportarunt, coronat diuinus ille Ioannes: [Scribo vobis, iuuenes, quia fortes estis, & malignum viticistis.]

sunt, credibilia omnibus fuerunt. Vt ergo intus columnæ immobiles stent, foris paxilli funes continent. Vnde magna columna veri tabernaculi primus Apostolorum ait *1. Petri 1.* [Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco.] Neque immerito *columna argentea, paxilli* verò *arei* facti sunt, quia quod clarè iam Apostoli prædicant, hoc prophetæ sub intellectu mystico, obscurè locuti sunt. Rectè ergo per aris metallum significati sunt, qui clari in suis prædicationibus non fuerunt. Sancti verò Apostoli, qui ad redemptoris nostri mysterium lucem prædicationis habuerunt, argenteis columnis expressi sunt. & notandum quòd argentum sonat, & lucet, æs verò sonat, & non lucet, quia prædicatores noui Testamenti, apertè locuti sunt, quæ etià monstrare potuerunt, prædicatores verò Testamenti veteris, quia per allegoriarum umbras de caelesti mysterio obscura dicta protulerunt, quasi sine luce sonitum dederunt.

Apostoli, duodecim lapides pretiosi.

18. EXODI 28. *Ponesque in eo quatuor ordines lapidum, &c. Habebuntque nomina filiorum Israel.* **HIERON.** *super Ezechiel cap. 28.* Sed & in pectore Pontificis, per quatuor ordines in rationali, iidem lapides describuntur, in quibus duodecim Patriarcharum scripta sunt nomina. Quos verus Pontifex Christus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech portat in pectore, vt in duodecim lapidibus Apostolorum numerum demonstrat, quorum vnus Ioannes Euangelista recubuit in pectore eius, vt hauriret flucta Sapientiæ, & posset dicere: [In principio erat verbum,] &c. Isti sunt viui lapides de quibus ædificatur Ecclesia: de quibus Petrus: [Accedentes ad lapidem viuentem, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & ipsi sicut lapides viuèntes ædificamini domus spirituales in Sacerdotium sanctum.] Super quo & vas electionis Paulus pari voce consensit, dicens: [Super ædificati in fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum Dei.] Hi sunt lapides, de quibus Propheta *Zacharius cap. 9.* Lapidés sancti voluntur super terram instar rotarum paululum tangentes humum, & volubilitate sua ad caelestia festinantes. & *Isai. 54.* [Ecce ego præparo carbunculum lapidem tuum, & fundamenta tua sapphirum, &c. & murrum tuum lapidibus electis.] De huiusmodi lapidibus Dauid etià canit: [Domine in virtute tua lætabitur rex, &c.] Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. [Istæ sunt margaritæ Prophetarum & Apostolorum, quæ comparatione Christi, omnes venundantur in Euangelio, vt ematur pretiosissimum margaritum, & lapis qui septem habet oculos, id est, septem gratias Spiritus sancti, & ponitur per Apostolum Paulum, in fundamento Ecclesiæ.]

Apostoli, Ecclesiam Dei ædificauerunt.

19. EXODI 31. *Ecce vocaui ex nomine Beseleel & Ooliab, &c.* **GLOSSA ORDIN.** & **INTERL.** *Beseleel*, qui interpretatur umbra Dei, quasi dicat: [Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo:] & *Ooliab*, qui interpretatur protectio mea, tanquam nomine dicat: [Dominus protector meus, à quo trepidabo:] Tabernaculum Domino, & omnia vasa eius ædificant, sanctorum Apostolorum typum gerant, qui sub Christo principe, sanctam Ecclesiam, sanguine suo ædificauerunt. De quibus dicitur, isti sunt qui viuent in carne, plantauerunt Ecclesiam sanguine suo. Vnde & quidam eorum dicebat: [Adiuto-

res Dei sumus.] bene autem tabernaculum constructe, qui tam constanter in Domino confidunt. *Hæc illi. Numer. 1.* dicitur: [Hi nobilissimi principes multitudinis, & capita,] &c. **INTERL.** Virtutibus præclari, doctrina eximij, merito Ecclesiæ principantur.

Apostoli, ceteris sanctiores.

DEUTER. 21. *Non poterit filium dilectæ facere primogenitum, sed filium odiosæ, &c. Dabitque ei de his quæ habuerit, cuncta duplicia. Iste est enim principium liberorum eius.* **GLOSSA ORD.** Christus sibi duas vxores coniugij copulauit nomine, populum scilicet Iudæorum, & Gentium. Odiosa est Synagoga, semper contentiosa, dura ceruice, incircumcisa corde: dilectæ gentilis Ecclesia: sed non potest filium dilectæ præferre filio odiosæ, id est, Ecclesiam de gentibus, & filios eius præferre Apostolis, & aliis primitiuis, qui sunt filij synagoga: agnoscat odiosa primogenitum, dat ei duplicia, quia primitias synagoga filiis dedit: legem, & prophetas & notitiam nominis sui, & primò eis Euangelium prædicauit. Hic est enim primogenitus liberorum eius. Apostoli cuncta duplicia susceperunt, qui doctrina & operatione præditi sunt. Alij dabit vt viuat, non vt abundet, sicut Abraham, filiam ancillæ super nationes præfecit, filio autem Saræ, non solum temporalia, sed spiritualia accumulauit. *Deuter. 34.* *Non surrexit propheta ultra in Israel sicut Moyses.* **INTERL.** Non Apostolis cum præfere, quibus dicitur: [Multi reges, & prophetae voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.] **LUC. 10.**

Apostoli magistri, & fontes.

DEUTER. 27. *Aperiet Dominus thesaurum suum optimum caelum.* **INTERL.** Placatus, qui aliquando claudis iratus, vt pluuia irruat terra sua in tempore suo. **GLOSSA ORDIN.** id est, Prophetas, & Apostolos, de quibus dicitur: [Cæli enarrant gloriam Dei,] quos Dominus aperit, cum per eos doctrinæ abundantiam tribuit, vt carnalium corda hoc imbire irrigata proferant germina bonorum operum. A contrario dicitur infra, quod non seruantibus legem succedet: *Sit caelum quod super te est animum.* **INTERL.** id est, prædicatores duri, non tere doctrinæ profui, & terra quam calcas, ferrea, **INTERL.** nullo humore fecunda.

Apostoli, ceteris sanctiores.

IOSVE 4. *Tollant de medio Iordanis alueo, &c. duodecim durissimos lapides, &c. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, &c. & sunt ibi usque ad presentem diem.* **GLOSSA MORALIS.** Per primos lapides, allegoricè significatur Populus Iudæicus ex duodecim filiis Iacob procreatus, qui nutritus fuit in numero doctrinæ legis, & prophetarum, sed adueniente Christo eiectus fuit, ad obstinationis ariditatem. Per alios duodecim significatus fuit Populus gentilis, qui per prædicationem duodecim Apostolorum conuersus est ad fidem Christi, & ex ariditate infidelitatis, translatus est ad humorem gratiæ per gratiam baptismalem. Notat hic **LYRANVS**, quòd isti duodecim lapides positi intra alueum, fuerunt ita magni, quòd poterant apparere super aquam, non enim dicitur de illis quòd singuli homines portauerunt singulos, sicut de prioribus, sed quòd Iosue posuit eos, quod est intelligendum, per adiutorium multorum propter magnitudinè lapidum, & de istis lapidibus dicitur communiter à doctoribus, quòd Ioannes Baptista baptizans in Iordane, dixit: [Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham.] **Matth. 3.** *Hæc ille.* Lapidés prægrandes introducti sunt loco

loco paruulorum, iuxta illud: [Quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens, in fontes aquarum.] Multo excellentior fuit gratia Apostolis communicata, quam ea quam Prophetis communicauerat Deus. & præclariora dona sunt Ecclesiæ collocata quam quæ synagoga. Dereliquit Dominus populum paruum, & admittit vniuersum mundum. Vnde Apostolus ait: [ite in vniuersum mundum,] &c.

Idem.

IOSVE 8. *Tunc ædificauit Iosue altare Domino Deo de lapidibus impoliis, quos ferrum non tetigit.* **INTERL.** Quia incorrupti carne, & spiritu. **ORIGENES.** Omnes qui in Christum credimus, lapides viui esse dicimur. *1. Petri 2.* [Vos autem estis lapides viui.] Sicut autem lapides validiores primi iaciuntur in fundamento, vt ipsis supponi possit ædificij pondus, secundi verò & paulo infirmiores proximi ordinantur, qui verò adhuc infirmiores sunt, paulo superiores, deinde qui infirmiores adhuc sunt in superioribus, & prope ipsa fastigia collocantur: Idem intelligendum est de lapidibus viuis. Apostoli, & Prophetae sunt in fundamentis. *Ephes. 2.* Super ædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Ipse autem Christus spiritualis ædificij fundamentum est. *1. Corinth. 3.* [Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.] Beati ergo qui super tam nobile fundamentum, ædificia sancta construxerunt.

Apostoli ignobiles, & abiecti.

IVDIC. 3. *Suscitauit eis Dominus Saluatorem, vocabulo Aod, qui utraque manu pro dextera viebatur.* Alia litera. [Qui vir erat clausa manu dextera,] id est, qui dextera non poterat uti. Nota quem elegit Deus, vt liberaret populum suum. scilicet eum qui manu dextera impeditus erat: sic, vt saluet populum, eligit duodecim piscatores idiotas. [Non multi sapientes, &c. sed quæ stulta sunt mundi, eligit Deus.] **Iudic. 7.** *Adulus est populus, nec tradetur Madian in manus eius.* Alia litera. [Populus qui tecum est, maior est quam vt tradam Madianitas in manus eorum.] *Ne gloriatur Israel contra me, & dicat: meis viribus liberaui sum.* Quod idem est, cum eo quod ait Apostolus, vt [non gloriatur omnis caro.] **INTERL.** *Adulus est populus, &c.* In bellis humanis, numerosior exercitus præstat tutiora præsidia. Sed non est ita in diuinis. Non enim clarum est diuinæ virtutis opus, si humanis adminiculis fulciatur. [Non enim saluatur rex in multitudine virtutis suæ.] *3. Reg. 20.* magna victoria obtenta est [per pedissequos principum prouinciarum] [non enim multi sapientes,] &c.

Apostoli quales electi à Christo.

IVDIC. 7. *Dedit tubas in manibus eorum, legendæ que vacuas, ac lampades, &c.* **GREGORIUS. 30.** *Moral. cap. 17.* & **RVPERT.** In tubis clamor prædicationis, in Lampadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporis designatur. Tales dux noster secum ad bella prædicationis duxit eligere, qui despecta salute corporum hostes suos moriendo prosternerent, eorumque gladios, non armis, sed patientia superarent. Sonuerunt tubis dum prædicarent, confregerunt lagenas, dum corpora sua tormentis & morti tradunt, resplenderunt lampadibus, dum post solutionem corporum, miraculis coruscauerunt, moxque hostes in fugam versi sunt: id est, luce veritatis fracti, quod impugnaverant, crediderunt, & notandum quòd tenuerunt sinistris manibus lagenas & lampades, & dextris sonantes tubas. *Pro dextero enim*

habere dicimus quidquid pro magno pensamus, pro sinistro verò quod pro nihilo ducimus. Christi igitur miles pro magno habet prædicationis gratiam; corporum verò utilitatem pro minimo. Quisquis autem plus facit utilitatem corporis, quam gratiam prædicationis, in sinistra tubam, atque in dextra lagenam tenet.

Apostoli ignobiles, & abiecti.

IVDIC. 15. *Inuenitque maxillam, id est, mandibulam asini, quæ iacebat, arripens, interfecit in ea mille viros.* **RVPERT.** *Maxilla, vel mandibula Asini,* in manu Christi, illa stulta, & infirma mundi, illa sunt ignobilia & contemptibilia mundi, de quibus Apostolus dicit: [Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes,] &c. [et ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret:] quia videlicet inueniēs eos, qui non erant, id est, Apostolos, qui iacebant tanquam abiecti, confudit mille viros, id est, eos qui potentes erant. *Proiecitque mandibulam de manu, sicut quæ valde inquit: En sit morior.* Sed quomodo proiecit de manu noster Christus Apostolos & martyres, in quibus tam insignem victoriam reportauit? Non quidem dereliquit, nec deseruit eos, sed occidi permisit, & [visi quidem sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.] & ait Christus in membris suis, & in Ecclesia: *En sit morior, & incidam in manus, &c.* In quo declaratur sollicitudo, & metus Ecclesiæ. Timebant enim ne decidentibus Apostolis, & martyribus, quorum meritis & virtutibus innitebatur Ecclesia, periret religio: *At aperuit Dominus molarem dentium in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ.* Prostratis enim in mortem sanctis Apostolis, & martyribus, sepulchra eorum viuas aquas emanauerunt, corpora illorum, miraculorum gratiam profuderunt. Hoc membris Christi dulce fuit, & fidelibus in agone Christiano desudantibus tale fuit, quale quies lassæ, & dulcis aqua sitienti. *& resocillauit, inquit, spiritum, & vires recepit.* Nam exinde creuit fides, roborata est spes, charitas magis ac magis inualuit.

Idem.

Apostoli columna Ecclesiæ.

1. REGVM 2. *Domini sunt cardines terra, & posuit super eos orbem.* **RVPERT.** in Hebræo habetur, *Domini sunt afflicti terra,* id est, [pauperes spiritu,] & humiles corde: *super quos Dominus orbem terra posuit,* quia eorum meritis terra stat. *Hæc ille.* vel, prædicationi eorum tradidit. Alia litera: [Domini sunt columna terra, & posuit super eas orbem:] & hoc modo etiam quadrat Apostolis, quos Paulus etiam vocat *columnas Ecclesiæ.*

Apostoli duodecim.

3. REGVM 4. *Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel, qui præbebant annonam regi, & domui eius.* **GLOSSA MORALIS.** Per quos significati sunt duodecim Apostoli, præbentes annonam communi veri Salomonis Iesu Christi, Ecclesiam pascendo verbo prædicationis, & actu celebrationis. Nam in primitiua Ecclesia quodidie fidelibus ministrabatur Eucharistia secundum ordinem veri Salomonis.

Apostoli lapides pretiosi.

3. REGVM 5. *Præcepit rex vt tollerent lapides quadratos, lapides pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos.* **GLOSSA ORD.** Grandes, & pretiosos fama, & merito, viros scilicet præcipuos actionis, & sanctitate, qui familiaris Christo adhererent, vt quo firmius

enim ac repercutit: ita si quid vitij insurgeret in Apostolos, non offendebar eos, cum essent perfecta Christi virtute induti. & hi cum essent perfecti, opera iustitiæ poterant peragere.

Christi Domini amor erga Apostolos.

42. **CHRYSOST.** *Hom. in Priscillam, & Aquilam.* Quemadmodum qui artem narandi docent, principio multa diligentia discipulos gestant, post vnum autem, & alterum, & tertium diem, subtrahit illis dextera, præcipiunt ut seipos inuent, & nonnunquam illos parumper mergi sinunt, ita ut & multum sanguinis forbeant: ita & cum discipulis suis Christus faciebat: Nam initio nihil eos pati sinebat vel paruum vel magnum, sed vbique aderat, muniens & circumvallans eos, faciensque ut omnia vbertim affluerent: cum verò tempus esset, ut virilitatem suam ipsi declararent, subtraxit aliquandiu beneficium, præcipiens eis ut etiam per seipos multa perficerent. & quemadmodum auēs pullos suos fouentes, tandem in nido sedent, donec illorum plume incrementum, quas dum increuisse viderint, eos primum circa nidum volitare docent, deinde adminiculo suo rotos destituunt: Ita faciebat & Christus. In Palestina enim quasi in nido nutrebat discipulos, & exinde eos volare docuit præsens & gestans. Tandem permisit eos volare in totum orbem, dato eis mandato, ne sibi ipsis decedent.

Apostolos quales Deus elegit.

43. **IDEM** *Hom. 7. Operis imperfecti.* Sicut artifex si viderit gemmas pretiosas, & non dolatas, eligit illas, non quod sint, sed quod fieri possint: habens enim scientiam artis, bonum incompositum non contemnit: sic & Dominus videns Apostolos, non opera eorum elegit, sed corda, nec quasi Apostolos elegit eos, sed quia Apostoli poterant fieri.

Fides in toto orbe per Apostolos creuit. vide fides, num. 6.

AUARITIA.

- Auaritiam nostram pisces condemnant. 1.*
Auaritia primum & secundum Adam diabolus tentauit. 2.
Auaritia nostra reprehenditur. 1. 3. 6.
Auaritia, idolorum seruitus. 4. 1. 2. 13. 2. 2. 23. 2. 4. 25. 26. 33.
Auaritia pœna. 5. 8. 9. 28. 32.
Auaritia non attendendum, sed necessitati. 7.
Contra Auaritiam est, seruire in crastinum. 9.
Auaritia prohibetur. 10.
Auaritia insatiabilis. 11. 16. 20. 21. 27. 30. 34.
Auaritia mala. 11. 12. 18. 36. 37. 38. 39. 40. 41.
Remedia contra Auaritiam. 12. 14.
Exemplum contrarium Auaritia. 15.
Auarus crudelis. 17. & inhumanius. 19.
Auaritia mentem obtenebrat. 29. 31.
Auarus similis Demoniaco. 35.
Auaritia animam polluit 36.
Auaritia, omnium malorum origo. 41.

Auaritiam pisces condemnant nostram.

44. **GENES. 1.** *Producant aqua reptile animæ uiuentis, &c.* **BASILIVS.** Singula genera piscium accommodata sibi loca habent, in illisque vitam degunt, nec aliena

loca vnquam expetunt, nec aggrediuntur, sed intra suos se læta continent fines, nemine terminos sinefque assignante, sed quadam naturæ lege, pro vniuersi cuiusque vsu, victitue. **AMBROS.** At nobis alia longè sententia est, mutare domos, incolarum fastidio teneri, transferre terminos perpetuos quos posuerunt patres nostri, agrum ad agrum, domum ad domum iungere. Defecit terra hominibus, sternuntur & maria, diuidunt elementa sibi potentes: alter dicit, iste sinus Maris meus est, ille alterius, &c. [Nunquid soli habitabit super terram?] clamat Propheta. Cognoscite hæc Dominus, & vindictæ reseruat. **IDEM** **AMBROS.** Hæc tibi communia Deus dedit, ne tibi aliqua velut propria vindicares: tibi suos fructus terra producit, tibi suos foetus omnes generant aquæ, & his non contentus, interdistingit alimenta gustasti, ad inuidiam tuam omnia congeruntur, ut præuaticatio tuæ auiditatis operetur.

Auaritia primum & secundum Adam diabolus tentauit.

- GENES. 3.** *Erutis sicut Di. scientes bonum & malum.* **GREGOR.** *Hom. 16.* Antiquus hostis primum hominem gula tentauit, cum cibum ligni veriti ostendit; vana gloria, cum dixit: *erutis sicut di.* auaritia, cum dixit: *scientes bonum & malum.* Auaritia enim nõ solum pecuniæ est, sed etiam altitudinis. Sed quibus modis primum hominem strauit, eisdem modis secundo homini, id est, Christo Domino, tentator succubuit. Tentauit de gula, quando dixit: [Dic ut lapides isti panes fiant:] de vana gloria, [mitte te deorsum,] de auaritia: [hæc omnia tibi dabo,] &c.

Auaritia nostra reprehenditur.

- GENES. 23.** *Advena & peregrinus sum apud vos: datur mihi in sepulchro.* **CHRYSOST.** Mitari non satis possum, quomodo vir sic illustris & diues factus, proprium sepulchrum non possederit, sicut nunc multi faciunt, agros, & villas, infinitamque aliam substantiam possidere studentes. Habebat enim sufficientes diuitias mentis, & de aliis non erat anxius. Audiant qui repente & vno temporis momento omnia corradiunt, & vbique suæ auaritiæ concupiscentiam extendunt. Imitentur patriarcham, qui quando ab ipsa necessitate compellus est, emit agrum pro sepultura vxoris suæ. Propterea & Beatus Paulus, prædicans eius veritatem, dicebat: [Per fidem peregrinus fuit Abraham in tabernaculis habitans: expectabat enim habentem fundamenta ciuitatem, cuius opifex est Deus.] Spe futurorum, despicebat presentia, & hoc ante legem, & ante gratiam. Qualem ergo habebimus nos excusationem, qui post tot prædicationes, & promissiones, presentibus inquam, & omnia colligimus per auaritiã? [Væ (inquit Propheta) qui coniungitis domum domui, & agrum agro copularis.] & Dominus diuiti illi dixit: [Stulte, hæc nocte reperent à te animam tuam, & quæ parasti, cuius erunt?] Quantæ igitur dementia est aliis laborare, & te propterea pœnas dare? Omnia igitur faciamus ne alibi egeni simus futuri. Nam quæ vtilitas in aliena regione multas diuitias relinquere, in propria autem, & in patria necessariis carere? Transferamus obsecro quæ in hac aliena habemus: Et enim licet multum inter se distent, facilis tamen est transuactio per manus pauperum. Eorum enim manus in cœlestia promptuaria, sibi data reponunt.

Auaritia, idolorum seruitus.

- GENES. 31.** *Iuxta consuetudinem feminarum accidit mihi.* **GREGOR.** 30. *Moral. cap. 31.* Nos igitur Rachel illa significabat, qui idola sedendo premissimus, si culpas auaritiæ poenitendo damnamus, sedere

Sedere namque est, humilitatem poenitentia apperere, sicut dicitur in Psalmo: [Surgite postquam sederitis.] Quæ utique auaritia, illis non solet euenire, qui in via Domini viriliter currunt, quibus dicitur: [Viriliter agite, & confortetur cor vestrum,] sed his maxime qui quasi effeminato gressu gradientes per blandimenta seculi resoluuntur. Vnde eadem Rachel dicit, *iuxta consuetudinem feminarum accidit mihi.* & per idola bene auaritia intelligitur: quia de ea Apostolus dicit quod est *idolorum seruitus.* **RVPERTVS.** Scrutatur Laban tentorium Rachelis, si forte sua illic idola inueniat, quando seculares homines illam simulachrorum seruitutem, quam solam sibi licitam esse putant, id est, auaritiam, in moribus religiosorum furtim subesse denotant. vulgo iam sciente quia vendentes & ementes Iesus de Templo suo rigidus cum flagello eiecerit. At Religiosi occasionem quamlibet præterunt, quæ rationabilis quidem esse videatur, rationis tamen veritate caret; dicentes cum Rachel, quæ fortassis mentita est: *Secundum consuetudinem feminarum nunc accidit mihi,* sed reuera de anima cuiusque talium, qui de prædicta simulachrorum seruitute furtum faciunt, recte propheta dicit: [Omnes qui quærunt eam, non deficient, in mensuris suis inueniant eam.] **GENES. 35.** *At ille infodit ea subter cerebinthum.* **INTERL.** Deorum infodit subter quercum, id nobis indicat, quod auaritia, quæ est idolorum seruitus, in cordibus latet terrenorum.

Auaritia pœna.

- GENES. 38.** *Ille, scilicet Onan secundus Iudæ filius, sciens non sibi nasci filios, introiens ad uxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur.* **AVGVST. 22. contra Faustum.** Duo genera hominum inutilia generi humano significantur in duobus filiis Iudæ, vnum nocentium, alterum prestare nolentium, & si quid boni habent in hac terrena vita, perdentium, tanquam in terram fundentium, & quoniam in malo prior est qui nocet, quam ille qui non prodest; ideo maior dicitur *nequam in conspectu Domini*: Sequens verò dicitur *Onan*, id est, mæcor eorum. Quorum? Nisi quibus nihil prodest, cum habeat vnde prodesse possit, atque id perdat in terra: Deus tamen ambos occidisse dicitur.

Auarus reprehenditur.

- GENES. 39.** *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat, &c.* **BERNARDVS. 4. de consideratione.** Ad verecundiam dico quorundam scrutantium quotidie omnem substantiam suam, numerantium singula, de minutis & quadrantibus exigentium rationem. **Ægyptius** ille ignorabat quid haberet in domo sua, **Ioseph** traditis omnibus: Erubescat Christianus, Christiano sua non credens; homo sine fide, fidem tamen habuit seruo, super omnia bona sua illum constituens.

Necessitati, & non auaritiæ attendendum.

- EXODI 16.** *Et colligat quæ sufficiunt per singulos dies.* **GREGOR. NYSSENVS.** Accipe consilium Dei, nec in comparandis rebus transcendas modum tuæ necessitatis. Quidquid auaritia accumulatur, en vermibus scatet. **IDEM** **GREG.** Quæcumque de illo cibo narrat historia, præcepta statutaque sunt ad bene recteque viuendum. Nam quod nec plus, aut minus quam exigebat indigentia, à validioribus, aut imbecillioribus colligebatur, in eo iudicio præceptio quedam est, omnes communiter instruens, ne plura quam naturæ sufficiat causa viuendi, ex his materialibus appetamus, sed probè teneamus, vnam esse com-

munem omnibus edendi mensuram, diurnam sufficientiam. Nam si etiam plura quam indigentia flagitaret, præparata fuerint: venter tamen vltra naturam suam suscipere non potest, nec præparationis magnitudini correspondet.

Auaritia pœna.

- EXODI 16.** *Dimiserunt quidam ex eis usque mane: & scatere cepit vermibus, atque compuirit.* **INTERL.** Malum auaritiæ notatur, cui qui studet, vermibus consumendus tradetur. Nam profectò lex Domini, & Saluator ipse hoc malum prohibentium dicit: [Nolite thesaurizare vobis thesaurum in terra,] &c. **THEODORETVS.** Volebat ille Deus vitam à curis liberam docere, & pollicitus est se per singulos dies cibum, qui satis esset illis, daturum. At verò illi Deo minime fidentes, partem in posterum diem reseruauerunt, idcirco compuirit. Quod enim id naturæ ipsius Mannæ non fuerit, testatur sabbatum, in quo illæsum seruabatur, testatur & Arca, in qua per tot ætates incorruptum integrumque permanit. **CHRYSOST.** *Hom. 40. super. 1. ad Corin. 13.* Si quis terrenis adhuc addictus, vitiorum studio tenetur, ille velim in memoriam Mannæ cibum reducat, & pœnæ isthic inflictæ exemplum horrescat. Nam quod tunc accidit, accidere auaris videmus. Vermes ab auaritia isthic scatebant. Idem in his etiam cibus sit. Nam mensura eadem omnibus est: vnum cuncti ventrem explemus, & stercoreis apud te qui voluptatem sequeris, plus est. Quemadmodum isthic qui plusquam permisum erat colligebant, non manna, sed vermium tunc plus & putredinis retulerunt: sic voluptarij sic auari, non voluptatis, sed detrimenti plus reportant. Quod illi ad errorem semel commissum respuerunt, hi quotidie vermem multo molestiorem in suas ipsorum domos inferentes, nec sentiunt, nec fatiantur. Nunquid locuples à paupere differt? Non vnum corpus vestit? Non vnum ventrem nutrit? Quid igitur differt? Curis puto, quia consumitur miser neglectu Dei, corporis iniquatione, animæ perditione. Hæc sunt quibus pauperem præcellit. Dices: plures alit. Verum est, sed nec humanitate adductus, sed fastu solo. Itaque hanc excusationem recipit nemo. Nam quemadmodum in vestibus, & in victu, necessitatem solum respicere oportet: sic in familiaribus. Quæ ergo necessitas seruorum? Nulla sanè. *Idem super illud Apostoli: Nolo vos ignorare, fratres, quod patres nostri, &c.* Tentauerunt utique cum collegerunt manna, plusquam opus fuerat, & nullum auaritiæ suæ fructum acceperunt. Quandiu æqualitatem colligebant, mansit manna, quod manna erat. Postquam autem auari plus habere desiderauerunt, auaritia mutauit manna in vermem: quantis hoc non cum detrimento aliorum faciebant. Non enim rapiebant ex alimento proximorum, cum plus colligerent, attamen condemnati sunt; neminem alium iniuria afficiunt, tamen sibi ipsis maxime nocuere, hoc colligendi modo auaritiæ studentes. Atque sic simul erat cibus, & diuinæ agnitionis instructio, simul & pascebat corpus, & erudiebat animam. Vide quanta vteris ad nouam legem affinitas. Sic enim postea Christus Apostolos instruxit quantum ad necessaria. **RVPERTVS.** Hoc exemplo commoneat se sciat infidelis auarus, qui spem suam in Deum non posuit: & idcirco diuitias recondendo mammonæ seruit. [Videbunt iusti (inquit Psalmista) & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum.] Nam eum qui cuiusmodi est, & nunc quandiu viuunt, curatum atque sollicitudinum vermibus comedit, & in futuro vermibus qui non morietur, comesturus est.

Idem.

D PROSPER I. p. cap. 39. Tales auaros doctor gentium Paulus exprobrat, dicens: [Victum, & regumentum habentes his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in desideria multa stultitia, & noxia, quae mergunt hominem in interitum.] Haec est putredo & hi vermes eorum, qui perennit mundo cupiunt suas augeri diuitias, nec sunt diurno pane contenti. **ORIGENES.** Et tu ergo si propter praesentem vitam tantummodo, & propter amorem seculi thesaurizas, continuè vermes ebulliunt. Audi de peccatis veribus, & iis qui praesens saeculum diligunt, quae propheta: [Vermis, inquit, eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.] Isti sunt vermes quos generat Auaritia, isti sunt vermes quos generat diuitiarum caeca cupiditas, iis qui habent pecunias, & videntes in necessitate fratres suos, claudunt ab eis viscera sua. Propterea & Apostolus dicit: [Diuitibus huius seculi praecipe non superbe sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, comunicent, & thesaurizent sibi veram vitam.] **LIPOMANVS.** Num ex hac lege arguemus, non licere aliquid in alterum diem aut annum reponere? Nihil minus. Nam Spiritus sanctus *Proverb. 6.* remittit nos ad fornicam, [Vade, inquit, ad fornicam, o piger,] &c. [& discere sapientiam, quae cum non habeat ducem, nec praecceptorem, parat sibi in aetate cibum, & congregat in messe quod comedat.] & *Proverb. 10.* [Qui congregat in Messe, filius sapiens est, qui autem stertit aetate, filius confusiois.] Docemur autem primum vt abiciamus impiam sollicitudinem de castino. Impia autem sollicitudo est de acquirendo victu ita curare, vt interim voluntatem Dei negligas, & praeccepta eius violas, & hoc est quod Christus prohibuit discipulis: [Nolite esse solliciti in castinum,] id est, nolite intermittere praedicationem Euangelij, sollicitudine quaerendi victum in castinum, & alibi, [Quaerite primum regnum Dei, & haec omnia adicientur vobis.] Deinde quod omnia quae colligimus & reponimus contra praecceptum Dei, sunt coram Deo putrida & maledicta, v.g. Si quis colligit opes per imposturam, haec opes maledictae sunt, & scitent coram Deo vermibus. Si quis ex auaritia non iuuat egenum ex opibus suis, cum sine damno suo eum possit iuuare; huius opes computrescunt coram Domino.

Auaritia prohibetur.

EXODI 20. *Ademento vt diem sabbathi sanctifices.* Inter alia quae affert **S. THOMAS**, in *Opusculis* circa hoc praecceptum, sic ait: Datum fuit hoc praecceptum ad opera pietatis. Aliqui enim crudeles sibi, & suis, non cessant continuè operari propter lucrum, & hoc habent Iudaei maxime, quia auarissimi sunt. Vnde Dominus: [obserua diem sabbathi.] & post: [vt requiescat seruum, & ancilla tua, sicut & tu.]

Auaritia insatiabilitas.

EXODI 20. *Non concupisces domum proximi tui, nec seruum, &c. nec omnia quae illius sunt.* **D. THOMAS**, in *Opusculis*. Hoc prohibet Deus propter multa: primo propter concupiscentiae infinitatem, Concupiscentia enim quid infinitum est. Quilibet autem sapiens debet intendere finem aliquem, imò nullus debet ire per viam infinitam. Vnde Sapiens *Ecc. 5.* [Auarus non implebitur pecunia.] & *Isai. 5.* [Vae qui coniungitis domum ad domum,] &c. Quod concupiscentia nunquam satietur, ratio est, quia cor hominis factum est ad recipiendum Deum, iuxta illud *August. 1. Confess.* Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor

nostrum, donec requiescat in te. Id ergo quod minus Deo est, ipsum implere non potest. *Psal.* [Qui replet in bonis desiderium tuum.] Secundo, quia auferit quietem, quae multum est delectabilis. Semper enim cupidi solliciti sunt acquirere, & habita custodire, iuxta illud *Ecc. 5.* [Saturitas diuitis, non finit eum dormire:] & illud: [Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.] & ideo Christus diuitias spinis assimilauit. Tertio, quia causat in diuitiis inutilitatem. facit enim diuitias esse non viles, nec sibi nec aliis. Non enim vtuntur eis nisi conseruando, iuxta illud *Ecc. 14.* [Viro cupido & tenaci, sine ratione est substantia.] Quarto, quia tollit iustitiam aequitatem. Vnde Dominus, *Exod. 23.* Ne accipias munera quae etiam excruciant prudentes, & subuertunt verba iustorum.] & *Ecc. 11.* [Qui aurum diligit, non iustificabitur.] Quinto, quia necat charitatem Dei, & proximi, quia secundum August. quanto magis habet quis de charitate, tanto minus de cupiditate, & e conuerso. Vnde Sapiens *Ecc. 7.* [Neque fratrem charissimum auro spreueris,] & charitatem Dei, quia sicut nemo potest duobus dominis seruire; ita neque Deo, & Mammonae. Sexto, quia producit omnem iniquitatem. est enim radix omnium malorum, vt ait Apostolus, & ideo, si in corde radicata est, & homicidium, & furtum & omnia mala operatur: Vnde Apostolus: [Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem,] &c.

Remedia contra Auaritiam.

DAMASCENVS in *fragmentis sententiarum.* Auaritia vincitur liberalitate, & rei pecuniariae contemptu, pariter & cogitatione illa; quod ob auaritiam dominum & magistrum Iudas tradidit, & quod omnis auarus a Scriptura diuina idololatra vocatur, quodque pecuniis ad breue tempus frui datur: morsque amara vitam acerbam auari sequatur. Quapropter si nihil ultra quam sufficiat quaeratur, passio ista euitatur. **CYRILLVS**, *lib. 9. super Ioannem cap. 15.* Proditor Domini saepius redargutus, non erubuit. Charitatem Christi, contempnit honorem, & gratiam eius abiecit, benedictionem aspernatus est, in vno fixus haerebat, illud solummodo voluebat, quomodo pecuniam sibi pararet, Non ergo vt conciliatorem, sed vt cogitationum suarum dominum in corde diabolum retinet. **DROGO** antiquus scriptor: *super illud, Reuel. triginta argenteos, &c.* Non proiecit argenteos in sterquilinum, sed in templo. Talibus semper Diis templum suum deuouerat. Auaritia enim simulachrorum est seruitus, quae excecat oculos. Maluit se ipsum perdere quam denarios perire. Denarios Templo, se ipsum laqueo addixit. Amabat haeredes suos, qui eosdem denarios exinde colligerent, & abien, laqueo se suspendit. Quia auaritiae laqueo se ipsum suspenderat, id quod fecerat in occulto, palam omnibus innouit.

Idem.

EXODI 20. *Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis.* **LIPOMANVS.** In Hebraeo habetur: *Non facietis mecum Deos argenteos, &c.* Vbi Chaldaica editio habet, *coram me.* **AVGVST.** *super Psal. 113.* Pretiosum materiae Deorum maluit commemorari Spiritus sanctus, quia cum eo quisque quod illi charius est, erubuerit, multo facilius auertitur a veneratione viliorum. **LIPOMANVS.** Deos etiam argenteos, & aureos spiritualiter statuunt sibi cupidi, & auari, qui omnem spem suam in diuitiis ponunt, & collocant: iuxta illud, [Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum.] Quod sanctus Iob a se, & sibi similibus excludit, dicens *cap. 31.* [Si putavi aurum robur meum, si obrizo dixi, fiducia mea.]

Roma

Remedium contra auaritiam.

EXOD. 21. *Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide, vel pugno, &c.* **GUILLELMUS DE CAILLO.** Rixantur homines cum praelatus subditum arguit, percutitur autem pugno, vel lapide, cum de auaritia, quae contractione manus significatur prima, de duritia quae significatur in lapide, subditus increparatur. In pugno enim quinque digiti contrahuntur, & palmam tegunt. In quinque digitis contractis, & palma inuoluta, sex opera misericordiae intelligo, quae magis ad proximam confessionem deberent extendi. Tunc vero non moritur percussus iste, sed iacet in lecto, cum prauaricator ad cor rediens, conscientiam suam agram, & ream, vnde accusatur, attendit, & innixus baculo charitatis, vel consolationis, vt ad praedicta duritia conualescat, per opera misericordiae foras egreditur, vt aliorum necessitatibus optuletur. Impensas autem accipit a percussore percussus, cum modum subueniendi proximo edocetur subditus a Praelato.

Exemplum contrarium auaritiae.

EXOD. 36. *Plus offerre populus quam necessarium est.* *Iussit ergo Moyses praconis voce, &c.* **AVGVST. quaest. 171.** Notandum quod illi qui sapientes appellantur effectores operum sancti, etiam moribus tales erant, vt cum ipsi susciperent omnia quae populus offerebat, videntes plus offerri quam erat necesse, dixerunt Moysi, atque ille per praconem offerri ultra prohibuit. Poterant autem si vellent multa auferre, sed modestia prohibuit, vel religio terruit.

Auaritia insatiabilitas.

REGVM 21. *Da mihi vineam tuam vt faciam mihi horum oleum.* **VATABL.** Vox Hebraea significat herbas virentes, & etiam odoriferas. Appetit auaritia Achab pro deliciis suis, quod necessarium erat pro victu innocentis Naboth. Non deerant regi horri alij deliciofi, sed auarus non impletur terrenis rebus, & cum denegasset ei vineam Naboth, *Veni ergo Achab in donum suam indignans, & frendens.* Alia dicitur: [Abalienatus, & indignabundus:] cui regina vxor ait: *Ego dabo tibi vineam Naboth.* Quisnam ei concesserat possessionem vineae alienae, nisi qui dixit: [Haec omnia tibi dabo, si cadens,] &c.

Auarus crudelis.

REGVM 6. *Locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis.* Cum iam non esset in domo Prophetae, Gezi est separatus, vt leprosus, qui sicut alter Iudas, fur erat, & locus habebat, nec de necessariis prouidebat pra auaritia. Accesserunt multi ad Eliseum. **VATABL.** Dicunt Hebraei studiosos Prophetarum homines familiariter versatos fuisse cum Eliseo, abiecit Gezi, quam antea, quia Gezi sceleratoribus Prophetae esset acerbi simus.

Auaritia iugum graue.

AVGVST. Serm. 219. de Tempore. Redime te, ne dum te mors, auare, praenerit, & vitam simul & praemium perdas. Sine causa hoc dimittis vxori quae forsitan alterum habebit maritum, frustra parentibus ac propinquis curam tuam iniungis. Nemo te post mortem tuam fideliter redimet, quia inuitatus te redimere noluit. Depone iam auaritiae sarcinam de ceruicibus tuis, contemne crudelissimam dominam, quae dum te iugo durissimo premit, iugum Christi suscipere non permittit. Sicut enim iugum auaritiae in infernum premere: ita iugum Christi in caelum leuare consuevit.

Liberalis est homo natura siens: vnde auarus inhumanius dicitur.

GENES. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* **GLOSS. ORDIN.** id est, vt sit propensissimus ad benefaciendum omnibus veluti Deus, quod animalia bruta non habent: vnde impij homines, & inhumani, hoc modo non sunt ad imaginem & similitudinem Dei. *Super illud Genes. 24. Bibe Domine mi, ceterisque posuit hydriam super vnam suam, & dedit ei potum:* **CHIRYOST.** sic ait: Per hoc animae suae ingenuitatem demonstrauit, non sicut multi, qui denegant saepe perentibus talia, & non solum aquam denegant, verum cum faces tenent, & ab accedentibus rogantur, vt paulisper expectent, quo licet accendant, id facere renuunt, tamen nihil inde minuatur ignis.

Auaritia insatiabilitas.

AVGVST. Serm. 227. de Tempore. Quae est ista auiditas concupiscentiae, cum ipsa belluae habeant modum? Inexplebilis est sola auaritia diuitum: semper rapit, & nunquam satiatur, nec Deum timet, nec hominem reueretur. Non patri parit, non matrem agnoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem referuat, viduam opprimit, pupilli rem inuadit, liberos in seruitutem reuocat, testimonium falsum profert.

Idem.

AVGVST. Serm. 110. de tempore. Diuitia illae quas putatis plenas esse deliciarum, pleniore sunt periculorum. Audiatur diues, & non superbe sapiat, nec speret in incerto diuitiarum, vtatur mundo tanquam non vtens, sciat se viam ambulare, & in has diuitias, tanquam in stabulum intrasse, resciat. Viator est, resciat se, & transeat. Non secum tollit quod in stabulo inuenit. Omnes hic relicturi sunt, quod hic acquisierunt.

Auaritia, idolorum seruitus.

AD EPHES. 5. *Auaritia quae est idolorum seruitus.* **GALFRIDVS.** Verè quidem auaritia idololatria est, omnium quidem malorum initium, causa, & finis. [Nihil est iniquius, ait Sapiens, quam amare pecuniam.] Qui pecuniam amat, similitudinem colit inanem, solidam vero deserit veritatem. Suffocat verbum Dei, diuitiarum fallacia, fallax quaedam imago, umbra, figmentum. Parum est quod dicitur, idolum somnium est. [Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis] ex omnibus quos somniantes tenere thesauris. O Deus quam multos errare haec somnia faciunt! Vide *Prelatum*, num. 103.

Idem.

ROMAN. 1. *Qui mutant gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem corruptibilis hominis.* **BALDVINVS.** Hoc auari faciunt, qui auaritiam sectantes postposita imagine Dei amant, & colunt imaginem nummi, cuius pretium in errore, & stulta hominum opinione consistit. Quid enim sunt argentum & aurum publicae monetae caractere signata, nisi quaedam simulachra regum, & opera manuum hominum? Hi sunt, o auare, hi sunt Dij tui, quos toto corde, tota mente, tota anima diligis, quos praecipuo honore colis, in quibus confidis, in quibus totam spem in omni necessitate ponis.

Idem.

AD EPHES. 5. *Auaritia quae est idolorum seruitus.* **CASSIAN.** Non immerito auaritiam idolorum

lorum seruitutem testatur Apostolus. Quisquis enim non communicat necessitatibus egenorum, & pecunia sua, quam infideli tenacitate seruat, Christi præcepta postponit, idololatriæ crimen incurrit, amorem scilicet materiæ mundialis, diuinæ præferens charitati.

Idem.

25. **A**D COLOSS. 3. *Auarus, qui est simulacrorum cultor est.* CHRYSOST. *Hom. 18. super epist. ad Ephe.* Deficit à Deo avarus sicut simulacrorum cultor, & ne putes istud temere dici, est sententia Christi: [Non potestis Deo seruire, & mammonæ.] Qui mammonæ seruiunt, seipsum extra seruitutem Dei eiecerunt. Qui verò dominium ipsius abnegant, & inanimato seruiunt auro, clarum est esse idolorum cultores: sed nullum, inquis, feci simulacrum, neque constitui aram, nec immolauit oves, nec vinum libando obtuli, sed Ecclesiam ingressus sum, manusque ad vniuersitatem Dei filium extendi. Dic mihi, obsecro, unde probamus militem? An ex eo quòd cum reliquis satellitibus comitatur regem, & ab eo nutritur, illiusque nomini accensetur? an inde quòd quæ illius sunt, curat? Si cum rege se facere, & quæ illius sunt, curare simulauerit, interea verò res hostiam agendas susceperit, grauius delictum esse dicimus, quam si planè seipsum à seruitio regis abruptum hostibus addixerit. At nõ inactas oves? Mactas verò homines, & animas racionales, illas quidem fatne, istas autem maledictis. Isto sacrificij genere nihil est Bacchicum magis, nihil insanius. Quis vidit vnquam animas mactari? Maledicta est auaritiæ ara. Nam si ad simulacrorum illam accesseris aram, videbis illam caprinum atque bouinum olentem sanguinem: ad istam verò auaritiæ aram si veneris, humanum sanguinem videbis misere & crudeliter exhalantem.

Idem.

26. **I.** **A**D TIMOTH. 6. *Radix omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes aberrauerunt à fide.* CHRYSOST. *super hunc locum.* Sicut enim cum quis recto itinere gradus, si in aliud aliquid intendat animum, pergit quidem, sed sæpe dum nescit, urbem illam pertransit ad quam properabat, pedesque frustra suum ministerium præbent: ita feruè & in cupiditate contingit. *Idem hom. 20. super epistol. ad Hebræos.* Nonne rectè idololatriam, auaritiam vocauit Paulus? Quatum enim illi honorem circa idola ostendunt, tantum & isti circa vestimenta sua, & circa ea quæ habent ex auro confecta. Vsq; quò non cœnum istud euacuamus? vsq; quò luto & lateribus adhærebimus? Sicut enim illi Aegyptiorum regi laborabant: sic & nos diabolo laboramus, & flagellamur multo grauioribus flagellis. Quanto enim anima præstantior est corpore; tam grauius curis flagellamur per singulos dies, & non timemus curam gerentes & trementes. Contemnamus pecunias, ne salutem nostram contemnamus. Dic mihi si haberes aliquem virum magnum, tui curam gerentem, deinde cognosceres quoniam semper victurus esset, & quòd non eum morte præuenires, & cuncta tibi imparties, cum fiducia suis rebus vti permitteret, nõ velles aliquid possidere? Num etiam si omnibus nudus esses, ditio-rem tamen te esse putares illum habendo? Quid ergo luges, quia pecunias non habes?

Auaritia insatiabilitas.

27. **C**LEMENS ROMANVS, *lib. 4. Recognitionum.* Sicut ignis quanto magis ligna acceperit, tanto amplius accenditur & inualefcit: ita & cupiditatis rabies per ea quæ adipiscitur, auctior & vehementer

efficitur. **A**S I L. *hom. in Discentes.* Sæpe numerò pueris, cibi iusto appetentioribus, quæ cupiunt maxime, astatim & ad saturitatem damus, ita vt ex copia fastidio capiantur. Avarus autem non ita, sed quanto plus accipit, tanto plura desiderat. *Idem hom. in diuites avaros.* Vt ebriosus si potum augeas, causam bibendi accumulans, ita etiam qui recenter ditati sunt, quo plura possident, plura concupiscunt, auctarij morbum semper alentes.

Auaritiæ pœna.

28. **A**S I L. *Hom. 7. in Exameron.* In mari, piscis minor, cetera maioris est: & si vnquam euenerit, vt is qui minorem superauerat, alterius præda fiat, ambo tum simul deglutiuntur, & vnum vltimi piscis immergi ventrem ingrediuntur. Quid quæso nos homines aliud agimus, cum vim afferimus inferioribus? Quid interest inter eum, ac vltimum piscem, qui sua improba & intemperanti cupiditate diuitias consequendi, in inexplebiles auaritiæ sinus, imbecilles ingerit homines, atque allidit? Ille pauperis patrimoni-um raptum habuit, tu illum oppressum partem tuarum facultatum fecisti, iniustus iniustiorum profecto, atque avaris auariorum te ostendisti. Prouideto ne finis idem tibi, qui piscibus crebro solet, occurrat, hamus forsitan, aut nassa, aut etiam rete.

Auaritia mentem obtenebrat.

29. **A**S I L. *Hom. in Discentes.* Quemadmodum per insaniam mente moti, res probè non vident, sed pro morbi sui ratione quævis imaginantur: sic anima tua ab avaritia possessa, cuncta aurum, cuncta argentum respicit. libentius vides aurum quam solem. **C**H R Y S O S T. *hom. 7. 4. in Matth.* Pecuniæ cupiditas, tenebrosa est: qua efficitur vt aliter quam se habeant, res videantur. sed quemadmodum si quis in profundissimis tenebris, aut vas aureum, aut lapides preciosos, aut vestes aureas videat, dignitatem earum rerum discernere non potest: Pariter certe avarus optimarum rerum pulchritudinem nullo modo percipit.

Auaritia insatiabilitas.

30. **A**S I L. *Hom. in Discentes.* Mare terminos habet, nox item leges antiquas non egreditur, solus avarus, nullum circumscribit tempus, non terminum noscit, rerum successioni non cedit, sed vim naturamque ignis imitando, omnia comprehendit, omnia pascit: & veluti flumina ex paruis initiis exeuntia, deinde paulatim incrementu intolérable in processu accipientia, impetu demum violento quidquid obicitur, secum trahunt, sic & hi qui in magnam prouehuntur potestatem, ex eo quòd iam aliquos oppresserunt, ad maiora continuo facinora maioresque iniurias progrediuntur, ac reliquos, quos prius præterierant, per oppressos antea lædunt.

Auaritia mentem obtenebrat.

31. **C**H R Y S O S T. *Hom. 21. in Matth.* Avarus cæcus est, amor namque pecuniarum, pupillam mentis tuæ quasi quidem malignus humor influxit, densamque iam nebulam prorsus operatus est. Sed & distrumpi atque dispergi hanc nebulam facile est, si scilicet radium doctrinæ Christi, vulneris exhortantem admittere, dicentem, *Matth. 6.* [Nolite thesaurizare vobis in terra,] &c.

Auaritiæ pœna.

32. **C**H R Y S O S T. *Hom. 29. in Matth.* Fingite vobis videre tetrum quendam hominem, qui ab oculis ignem emittit, cui ex utroque humero dracones pro manibus dependant, cuius os caneræ instar

instar pro magnitudine sit, in quo pro dentibus acuti enses stent: ex lingua venenosus fons scaturiat, venter omni fornace sit ardentior, cuncta quæ immittuntur, subito consumens, pedes alati, ventis quoque ipsis velociore, faciem canis ac lupi simul ostendat, nec hominis vocem emittat, sed insuauè quiddam atque terribile mugiat: is ad hæc omnia faces ardentis immanibus teneat. Imaginemur eum obuios iugulare, carnes eorum lacerare, ac deuorare. Sed quid dico? Nam & hoc descripto, multo truculentior est avarus, in omnes vt mors insiliens, omnes vt infernus deglutiens, communis generis hominum hostis, quippe qui vellet res omnium sibi arrogare. Nec finem hic facit, verum cum vndique cupiditate multa collegerit, ipsius etiam terræ substantiam, in aurum commutari vellet, fontes ac flumines argento optat defluere. Fingamus ipsum à nemine accusari, nullum sibi terrorem imminere, non à iudiciis, non à consuetudine hominum, non à legibus: & tunc videbis ipsam arrepto ense omnes interimere, nulli parcere, non amico, non cognato, non ipsis parentibus. sed quid plura? Interrogate avarum si hæc secum quotidie versat? *Et hom. 36.* Sicut sine fluctibus mare nunquam conspicitur: sic animos diuitum avarorum absque sollicitudine, tremore, turbatione, curis, periculis, nunquam reperies: sed antequam priora componant, alia inualerunt. Vide etiam *pauper. 25.*

Auaritia, idolorum seruitus.

33. **C**H R Y S O S T. *Hom. 64. in Matth.* Grauis morbus est avaritia. Est fera insuperabilis. Hanc Apostolus idololatriam vocat. Non tamen tam formidabilis est idololatria. Cur tamen idololatriam vocat Apostolus? Habent nonnulli pecunias, sed nepotibus referunt: & intactas, ad alios transmittunt; tunc tanquã dona Deo dicata tangere minimè audent; quòd si quando coguntur, tanquam ad nefas aliquod timide veniunt. Præterea tanquam qui idolum lapideum, aurum claustris & vectibus cohibent, pro templo arcem præparantes, & argenteis vasis recondentes. Nõ ita aurum adoras vt ille idolum: Ille & oculos & animam traderet potius quam idolum: non aliter affecti sunt auri amatores. Sed non adoro aurum, dices: Neque idolum, inquiet, sed inhabitantem dæmonem: ita & tu, licet non aurum, tamen eius aspectu & cupiditate animæ insidentem dæmonem adoras. Dæmone enim grauior est pecuniarum cupiditas, qua multo magis persuasi sunt, quam illi ab idolis, quibus non omnia parent, huic verò omnia, & quodcumque faciendum suggerit, obsequuntur. Quid dicit avaritia? Esto omnibus inimicus, obliuiscere naturam, contemne Deum, sacrificium teipsum mihi offer. Dicto cuius parent, & idolis quidem boues sacrificant: avaritia, offer mihi animam, inquit, & persuadet. Vides quas habeat aras, qua: libamina accipiat,

Auaritia insatiabilitas.

34. **I**D E M *ibid.* Quemadmodum qui acuta bilis feruore febricitant, non solum extinguunt ardorem potu, verum etiam incendunt, atque inflammant: sic qui avaritia laborant, cum huic cupiditati omnibilibe acerbiori pecuniam afferunt, maiori se ipsos flamma incendunt. Nihil quippe hanc sitim ita extinguit, quemadmodum si ab huiusmodi desiderio teipsum liberum constituas. Sicut etiam acuta bilis, non potu, sed è contrario potius extinguitur. Sed hoc ipsum, inquit, quomodo facere poterò? Si perspexeris, nunquam rerum copia huius te ardorem satis extinguetur, sed solo diuitiarum despectu, ab hoc te tabifico morbo esipere posse. *Idem hom. 1. in Matth.* Nemo

dubiter facilius in paupertate quam in rerum copia posse pecuniam despici, & multo magis à diuitibus quam à pauperibus magnitudinem pecuniæ concupisci. Veluti ebrius maiori siti vexatur, quam qui inodico vino vltus est. & quemadmodum ignis addita materia maior efficitur: sic pecuniarum cupiditas adiectione auri, magis extollitur.

Avarus similis demoniaco.

35. **C**H R Y S O S T. *Hom. 82. in Matth.* Vultus dæmoniacus, & avarus inter se comparamus. Nãquam dæmoniacus veste induitur, sed lapidibus se ipsum acerbissime cadens, per asperissima & inuia loca à dæmone actus percutitur. Quid igitur si avaros peiora his aggredi, atque pati, adeo vt ludus hæc ad illa videantur, probabimus? Nihil alter ab altero differte videtur, cum vterque omni nudo turpior reperitur. Multo enim melius est nudum omnino esse, nullaque veste contegi, quam rapta pecunia magnificas vestes sibi comparare, &c. Itaque nuditate illa hic amictus miserabilior: quod idem ostendere conabor. Quem enim ex ipsis insanis magis insanire dicemus, cumne qui seipsum solummodo cædit, an eum qui tam seipsum, quam quoscumque obuiam habeat? Hunc videlicet vltimum. Dæmoniaci igitur seipsos demudant, avari autem obuios, dum possunt. Sed lacerant illi vestes, inquit. O quanto magis vnusquisque læsorum vellet laceratum sibi potius indumentum quam ereptam esse vniuersam substantiam. Sed vulnera in hominis faciem non incutiunt? Imo verò paupertatem eis, & inediam inferentes, corrodunt. Sed non mordent dentibus sicut dæmoniaci. Vtinam dentibus morderent, & non malis, omni dente acutiores: Dentes enim ipsorum, scutum, & sagitta. Sed non sequuntur deserta, vt dæmoniaci, vtinam eremum, & non ciuitates popularentur, vt omnes qui in vrbe habitant, in otio viuere. Sed non petunt lapidibus quoscumque obuios. & quid hoc est? Multo enim facilius est à proiectis lapidibus cauere, quam literas & stipulationes charta & atramento in miseriam inopum confectas, & mille vulnerum plenas, euitare. Mca quidem sententia cum mille dæmoniacis habitandum potius esset, quam cum vno qui hoc morbo laboraret. Nam aris quidem auidi, beneuolos, nisi vtilis sint, inimicos dicunt: & liberum hominem, si possent, libenter in suam seruitutem redigerent. Dæmoniaci verò nihil huiusmodi faciunt, sed ipsi soli suo malo laborant: & illi quidem multas domos euertunt, noménque Dei propter ipsas blasphemant, communis ærumna ciuitatum, atque orbis totius: Dæmonibus autem exagitati, lacrymas nobis ita mouent, vt eorum facile misereamur, & isti non sentiunt plerumque quod agunt, illi præmeditati omnia faciunt, in medijs vrbibus bacchantes, ac nouam insanientes insaniam. Quando enim omnes simul dæmoniaci tantum facinoris committent, quantum Iudas solus commisit?

Auaritia animam polluit.

36. **C**H R Y S O S T. *Hom. 15. super epistol. ad Hebræos.* Manus non faciens elemosynam, arida est: quæ verò etiam aliena aufert, scelestæ est & impura. Nul- lus cum talibus manibus cibum sumat; iniuria quippe est hæc discumbentium, &c. Auaritia quouis cæno deterior est, animam quippe, non corpus, polluit, & facit eam vt difficile diluatur. Vides ex hoc cæno discumbentem perunctum, & manus, & vultum, & repletam eius domum, & repletam etiam mensam stercore: & quidquid aliud adhuc immundius, & spurcius dici potest, illi cibi pollutiores & scelestiores sunt.

Auari

Auaritie mala.

37. **CHRYSOST.** *Hom. quod nemo laediur, nisi à seipso.* Amor pecunie vt fera quaedam, & crudelis domina omnium corda possidet, & tyrannica dominatione deuincit. Senuit vt barbarus, fructu crudeliter vt Tyrannus, debacchatur impudenter vt meretrix, nusquam miseretur, nusquam pudet, & cum lupis, vrsis, leonibus ferocius sauiat, suavis tamen videtur hominibus, & amabilis, melle imò & fauo ipso dulcior. Cùmque his qui eam desiderant, gladios acuat quotidie, foueas parat, scopulisque eos mille, & mille naufragiis illidat, expetitur tamen ab eis. Voltuari in cœno eius tanquam fues delectantur, & vt canthari sterces eius euoluunt. Tales quodammodo omnes, qui auaritie huic manus dederunt, infeliciores & turpiores etiã istis immundissimis animalibus.

Idem.

38. **CHRYSOST.** *Hom. 40. in Matth.* Nullum inter aurum sollicitos collectores, & cœni atque laterum operarios discrimen est. Nam vt tunc Pharaon atrocissimus ille tyrannus, flagellis ad colligendas paleas compellebat Hebræos, sic etiam nunc Diabolus ad officium laterum flagellis cupiditatum multos incendit. Quid autem aliud aurum quàm cœnum, & argentum quam palea? Sicut ergo palea ignem, sic pecunia cupiditas, auaritie flammam incendit, & quasi cœnum coinquinat possidentes. Sicut olim Moyse à Deserto missus est saluator: ita nunc filius Dei de cœlo.

Idem.

39. **CHRYSOST.** *Hom. Cùm Sardonius & Anvelianus acti essent in exilium, tomo. 5.* Vesana diuitiarum cupiditas est morbus insanabilis, fornax quæ nunquam extinguitur, tyrannus per orbem longè diffusa. Diuitiæ ingratae sunt, fugitiuæ, homicidæ, crudelæ, & implacabiles, bestia incircuibiles, precipitium vndiqueque præruptum, scopulus assiduus plenus fluctibus, mare innumeris ventis agitarum, tyranni acerbè imperantes, nunc quouis barbaro factiores, inimicæ irreconciliabiles, quæque nunquam erga eos, à quibus possidentur, remittunt similitatem.

Idem.

40. **AVGVST.** *Epistola 3. ad Ioan. Comitem.* Auarus vir, similis est inferno. Infernus enim quantos mortuos deuorauerit, nunquam dicit, Satis est: sic etiam omnes thesauri confluerint in auarum, nunquam satiabitur.

Auaritia omnium malorum origo.

41. **TIMOTH.** 6. *Radix omnium malorum est cupiditas.* **CHRYSOST.** sermone, *de malis à nobis euerendis.* Euerendi sunt malorum fontes, quibus eueritis sublatisque, ardentissimum cupiditatis ignem extinguere licebit, ipsiusque nequitie radices ab imo reuellere. Etenim si infœcunda arboris superiora circumcideris, eadem nouos edente ramusculis, nihil videberis vel radicibus altè tendentibus effectisse. Quid autem malorum sit radix, edisce ab optimo agricola, qui cùm huius sit agriculturæ non ignarus, vineæ spirituali, & curam impendit, & operæ, & terrarum orbis culturam suscipit, cunctorum enim malorum fontem dixerit pecuniarum cupiditatem.

BAPTISMVS.

Baptismus ab initio declaratus. 1. 2. 5.

Aqua. Episcopalis mundat animas. 2. 3. 4. 23. 26.

Baptismus tollit peccata. 6. 17. 18. 21. 22. 45.

Baptismus in Diluuiò, & in Arca figuratus. 7. 8.

In Baptismo copulamur Christo. 9. 14. 19.

In Baptismo spiritus sanctus communicatur. 9. 19.

20. 42. 43. 44.

In Baptismo Ecclesia sponsa inuenitur. 10. 11. 12.

Baptismus, & penitentia. 10.

Non omnes baptizati saluantur. 13.

In Baptismo abrenuntiamus Satana. 15. 27.

Baptismus est ianna sacramentorum. 16.

Per Baptismum ingredimur caelum. 19. 25. 28.

29.

Baptismus tollit peccatum originale. 24.

Fides necessaria ad salutem in Baptismo, & in Martyrio. 30.

Baptismi laudes. 31.

Baptismus vitæ renouatio. 32. 38. 39. 41. 42.

Baptismi vis aduersus Demones. 33. 34.

Necessitas Baptismi ad salutem. 35. 40.

Aliquot Baptismi figura. 36. 37.

Baptismus ab initio declaratus.

GENES. 1. *Et spiritus Domini ferebatur super aquas.* **CHRYSOSTOMVS.** Mihi videtur hoc significari quòd affuerit efficax quaedam & vitalis operatio aquis, & non fuerit aqua itans, & immobilis, sed mobilis, & vitalem quandam vim habens. Nam quod immobile, omnino inutile est, quod verò mouetur, ad multa conducit. **THEODORETVS.** Aquarum naturam viuificabat Spiritus sanctus, vt baptismi gratiam iam describeret. Non autem pueriliter intelligendum quòd positioe loci super aquas superferretur, cùm scriptum sit: *[spiritus Domini repleuit orbem terrarum.]* Sed sicut faber superferri solet operi, quia voluntas eius iis quæ fabricanda sunt, intendit: ita spiritus Dei ferebatur super aquas, id est, illustrabat omnia sua diuina presentia. **AVGVST.** Non sicut oleum superferretur aquæ, ita spiritus, quia non continetur spiritus Dei in loco, sed, si ad hoc de visibilibus exempla capienda sunt; sicut superferretur lux ista solis his corporibus quæ illuminat in terra. Non enim continetur illis, sed cùm in cœlo continetur, istis superferretur. Item, sicut superferretur voluntas artificis ligno, &c. Hæc autem similitudines cùm sint omni corpore excellentiores, pauca sunt, & prope nihil, ad intelligendam superlatiorem spiritus Dei.

Idem.

GENES. 1. *Producant aquæ reptile anima viuens & volatile super terram.* **AMBROS.** Aqua prior animarum viuentium reptilia diuino nutu imperata produxit. Secundo, plura in aqua quàm in terra sunt animalia. Tercio, ea quæ timemus in terris, amamus in aquis. Etenim noxia in terris, in aquis innoxia sunt. Anguis in terra venenosus, in aqua sine veneno. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. Muræna terrestris aliquid habet noxium, in aqua esca pretiosior est. Rana horrens in paludibus, decora in aquis, omnibus fere præstat alimentis, &c. Denique tanta est aquarum gratia, vt ei conueniat illud Prophetiam de Ecclesia sanctitate dictum: *[Lupi & agni simul pascentur, leo & bos simul comedent paleas.]* Nec mirum, quandoquidem etiam in Ecclesia aquæ hoc ipsum operantur, nempe vt prædonum abluta nequitia cum innocentiis comparetur, &c. Quàm bona mater sit aqua, etiam hinc considera. Vi-

uere

uere pisces sine aqua non queunt, nec à sui parentis consortio separati, quin moriantur illico, quia quod nobis est spiritus, illis est aqua.

Idem.

3. **GENES. 1.** *Producant aquæ, &c.* **EVCHERIVS.** Quinta die facta sunt in aquis reptilia animalium viuarum, id est, homines renati in vitam per baptismi sacramentum, & volatilia, id est, sanctæ animæ ad superna volantes.

Idem.

4. **GENES. 2.** *Lignum etiam vite, &c.* **THEODORETVS.** Sic dictum quòd homini vitam conferret, si mandatum Dei custodisset. Similiter aqua viuens appellatur Baptisma, non quòd diuersam à cæteris aquis naturam habeat, sed quòd Dei gratia per aquam baptismatis æternam vitam Deus largiatur. **ACCATIVS Episcopus Cesarieus:** Non mirum cuiquam videri debet, si per sensibiles arbores immortalitas, & scientia boni ac mali conferatur, quando & per sensibile aquam remissio peccatorum credentibus datur: & panis & vinum corporalia cùm sint, sui participes sanctificare solent.

Baptismus ab initio declaratus.

5. **ET FLUMINIS egrediebatur de loco voluptatis, &c. **RABANVS.** Voluit Deus vt haberemus communem aquam cum ea quæ est in paradiso, vt intelligamus quia per aquas regeneratrices regressus nobis ad cœlestia patet. & sicut gratia nos recreans inuisibiliter in baptismo regni cœlestis ingressum præparat, ita etiam inuisibiliter ad nostrum orbem de paradiso per terræ venas, ipsa per quam nos recreat vnda profiliat. Sicut ergo spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed non scis vnde veniat, aut quò vadat, sic etiam decebat vt aqua quæ eos quos vult spiritus sanctificat, ignotis ad nos visis de Paradiso adueniat, & ad ignota nobis loca redeat: quam tamen de paradiso voluptatis constat habere originem.**

Aqua non maledicta, imò abluuit maledictum.

6. **GENES. 3.** *Maledicta terra in opere tuo.* **RVPERTVS.** id est, propter opus tuum, quod est peccatum. **ALCVINVS.** Terra maledicitur non aqua, quia homo de fructu terræ contra vetitum manducauit, non de aquis bibit. Item, quia de aquis erat peccatum abluendum, de fructu terræ contractum: animalia quoque terrestria, plus maledictionis habent, quàm aquatilia, quia plus viuunt de maledicta terra. Vnde Christus post Resurrectionem, de pisce manducauit, non de terrestri animali.

Baptismus in diluuiò figuratus.

7. **GENES. 7.** *Cùmque transissent septem dies, &c.* **EVCHERIVS.** Quòd per septem dies, postquam ingressus est Noe in arcam, factum est diluuium, datur intelligi, quia in spem futuræ quietis quæ septimo die significata est, baptizamur. Quòd autem quadraginta diebus, & quadraginta noctibus pluit, id significat quòd omnis reatus peccatorum qui in decè præceptis admittitur, per quatuor partes mundi, id est, per vniuersum mundum, siue ille reatus, qui ad dies pertinet, id est, ex rerum prosperitate; siue qui ad noctes, ex rerum aduersitate contractus sit, sacramentò baptismi cœlestis abluatur.

Item in Arca.

8. **GENES. 9.** *Arctum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram.* **RVPERTVS.** Arctus iste qui in nubibus apparet, Christi

filij Dei signum est. In eo quippe multi, & pene innumeri colores videntur, sed præcipui sunt cæruleus, & igneus. Cæruleus aquæ baptismum significat, quo nos abluuit. Igneus autem Spiritum sanctum quem effudit in nos abundè, quo peccata nostra consumit, vt scilicet ab vtriusque secernamur, & ab illis qui præterito aqua diluuiò perierunt, & ab illis qui futuro ignis iudicio perituri sunt. Est igitur signum fœderis Christus, qui quidem propter electos indicatus est, & super reprobos iudicaturus adueniet in nubibus.

In Baptismo copulamur Christo.

9. **GENES. 21.** *Percusserunt ambo fœdus, & stant Abraham septem agnæ gregia seorsum, &c.* **RVPERTVS.** Abraham, & Abimelech, id est, patres qui ex Iudæis erant, & gentes, fœdus percusserunt, & in vnam domum sociati sunt mediante angulari lapide Christo Iesu, [qui fecit vtraque vnum.] Porro septem agnæ quæ in percussione fœderis seorsum constituuntur, septiformem significant Spiritus sancti gratiam, cuius nobis in Baptismo, quo in Christo fœderamur, dona distribuuntur. Quæ videlicet agnæ seorsum constituuntur, quia profectò, nò in potestate hominis sunt dona Spiritus sancti. Etenim baptismi aquæ in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti omnes æqualiter exhibemus, Ipsi autem Spiritus sancti dona non qualia vel quanta volumus damus vel accipimus; sed ipse Spiritus sanctus operatur omnia, diuidens singulis pro vt vult. Operatur autem hoc spiritus septiformis, in testimonium quòd pater Abraham, id est, Christus, fœderit puteum istum, id est, condiderit Baptisma.

Baptismus, & penitentia.

10. **GENES. 24.** *Profectusque perrexit in Mesopotamiam.* **AMBROS.** in Mesopotamia inuenitur sponsa Isaac, id est, Christi Ecclesia, quia duobus stipatur fluminibus, Ianacro gratiæ, & fletu penitentia: Etenim nisi peccata propria destiteris, nisi gratiam baptismatis acceperis, non tibi acquiritur Ecclesia fides, & quædam cõugalitatis copula, &c. & ad aquam inuenitur sponsa illa, quæ Christo vero Isaac socianda erat, quia nisi Ecclesia ad aquam baptismatis venisset, Christo sociata non esset. Rebecca ergo Abraham inuenit ad puteum, & Ecclesia inuenit Christum ad Baptismi sacramentum.

Idem.

11. **GENES. 24.** *Vix ire cum homine esto? Quæ respondit: vadam.* **AVGVST.** in serm. Interrogata puella à parentibus, vtrum vellet ire cum puero, respondit, vadam. Apertè hoc in Ecclesia baptismum videmus impleri, vbi interrogatur voluntas Ecclesiæ, *Credis in Christum?* & respondet: *credo.* Rebecca non duceretur ad Isaac, nisi diceret *volo*, nec Ecclesia Christo iugeretur, nisi diceret: *credo.* Vnde **INTERL.** quia fides est voluntatis, non necessitatis, ideo interrogatur.

Idem.

12. **AVGVST.** Isaac Rebecam ad puteum inuenit, quia nec Christus Ecclesiã, nec Ecclesia Christum inuenit, nisi ad Baptismi sacramentum. **ORIGEN.** Rebecca inuenitur ad puteum, & rursus Rebecca ad puteum inuenit Isaac. & Iacob ad puteum venit, & ibi inuenit Rachel, sed & Moyses ad puteum inuenit Sephoram filiam Raguel. Quid tibi vult quòd Patriarcha ad puteos veniant, & ad aquas coniugia fortiantur? Sed & ad Euangelia veniamus. Ipse Dominus fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Vide vbi requiem querit, ad puteum. Ad puteos, & ad aquas

aquas venitur, ut inueniatur sponsa: & Ecclesia in lacu aquae Christo coniungitur. AVGVST. *Serm. 80. de tempore.* Sancti Patriarchae matrimonia ad pueros inueniunt, quia Christus ad aquam baptismi inuenturus erat Ecclesiam. Veniens igitur Iacob ad puteum, prius gregem Rachel adhaeruit, *Genes. 29.* & postea osculatus est eam. Nisi enim prius per aquam baptismi Christianus populus à malis omnibus abluatur, pacem Christi habere non meretur.

Non omnes baptizati saluantur.

23. **GENES. 13.** *Laban vero de nocte confurgens, &c. reuersus est in locum suum.* RABANVS. Quod Laban & Iacob ambo viam quae dicitur trans fluitium in terram repromissionis ire cœperunt, sed tamen ambo vsque ad destinatum locum non perueherunt, quia Laban à cœpto itinere destitit, non inconuenienter significare potest duos populos tentantes ire per baptismum ad terram promissam gloriae, sed Iacob illic progredientem Laban reuersus est; quia filiis Lucis in profectu virtutum per baptismum ad futuram patriam properantibus, reprobi de incepto studio retrorabantur, & ad pristinas sordes reuertuntur.

Christus in Baptismo inuenitur ab Ecclesia.

24. **EXODI 2.** *Ecce descendebat filia Pharaonis ut lauaretur in flumine, &c.* ISIDORVS. Moyses ad ripam fluminis expositus reperitur, & Dominus Iesus ad flumen Iacobi & ad aquam baptismi accedentibus inuenitur. Filia Pharaonis descendens ad lacuum fluminis, collegit infantem; Ecclesia ex gentibus lacu salutis sanctificationem desiderans, excepit Christum à Synagoga matre carnali expulsum. AVGVST. *Serm. 86. de tempore.* Sicut Moyses à matre sua proicitur, & à filia Pharaonis inuenitur, sic & Christus à Synagoga de qua natus est, repudiatur, & ab Ecclesia inuenitur, atque suscipitur. ORIGENES. Quae quamuis impium & iniquum habeat patrem, tamen dicitur ad eam, [Audi filia & vide, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.] AVGVST. Quod autem diabolus pater eius antea fuerit, Dominus ostendit, dicens, [Vos ex patre diabolo estis.] Qui ergo dicit: [Audi filia,] pater est, & ille qui admonetur obliuiscendus, pater etiam nominatur. Ac sic Deus pater admonet ut diabolus patrem derelinquat. ORIGENES. Haec igitur filia est quae exiit de domo patris, & venit ad aquas ut lauetur à peccatis quae contraxerat in domo patris sui, quae etiam statim viscera misericordiae suscepit, & miserat infantem. PROSPER. Descendens igitur filia Pharaonis lauari in flumine, cuius noster Moyses per lignum consecrauerat aquas, agnouit quod de infantibus Hebraeorum esset, eumque suscipiens educavit ut filium. Quia abluta Ecclesia spiritali vnda, depoluit superbiam, suscipiensque quasi grandis parvulum, & per humilem gratiam, quae filia erat Christi efficitur mater.

In Baptismo abrenunciamus Satanæ.

25. **EXODI 12.** *Mensis iste vobis principium mensium, &c.* AMBROS. in *Exameron.* Regeneratis, & hoc dicitur. Derelinquit enim & deserit qui abluatur, Pharaonem illum principem huius mundi, dicens: Abrenuntio tibi Diabole, & Angelis tuis, & operibus tuis, nec iam seruiet ei vel terrenis huius saeculi passionibus, vel deprauatae mentis erroribus, qui demersa omni malitia, vice plumbi bonis operibus dextera laudique munitus, inoffenso seculi huius freta studet transire vestigio.

Baptismus est ianua sacramentorum.

16. **EXODI 12.** *Et sement de sanguine eius ac ponent super circumque postem.* RVPERTVS. Prius oportet domum signari sanguine agni, & tunc demum carnes eius in illa manducari. Hoc verè legitimum, & necessarium est, nec aliter dignè fieri potest. Etenim prius oportet quemcumque baptizari in morte agni Christi, atque ita consecrata domo, tunc demum intus mensa viuificae participare. *Infrà.* Si quis circumcisus non fuerit, non comedet ex eo. SEVERVS. Scimus circumcisionem figuram salutaris lauacri tenuisse: per præputij abiectionem significat carnalem patriam abnegadam esse, & in filios Dei nos euadere iubet.

Baptismus tollit vniuersa delicta.

17. **EXODI 12.** *In die prima non erit fermentum in domibus vestris.* RVPERTVS. Per gratiam fit, ut primo die non inueniatur fermentum peccati in domo nostra. Etenim primo die solemnitas nostrae, id est, mox ut quisque nostrum signatus est sanguine Christi, id est, baptizatus, omne peccati veteris fermentum euacuatam est, & inueniri non potest. deinceps nostri studij sit, ne iterum corrumpamur.

Idem.

18. **EXODI 14.** *Cumque extendisset Moyses manum contra mare, &c. reuersa sunt aqua, &c. nec vnus quidè superfuit ex eis.* AVGVST. *Serm. 98. de Tempore.* Verè ita est fratres, quando in salutari lacu Christi merguntur, tunc Aegyptij, id est, peccata tam originalia quam actualia, quasi in rubro Mari sepiuntur, & filiis Israel pertransuentibus ad Dei seruitium, sola patiuntur peccata naufragium: & sicut nullus remanet Aegyptiorum, sic nihil remanet penitus peccatorum. RVPERTVS. Aperuit nobis Dominus viam maris rubri, id est, gratiam baptismi, sanguine suo rubenti, ut ingressi Aegyptij, id est, peccata, post nos in mare baptismatis perirent, & nos liberi exiremus. D. PROSPER. Vindex namque aqua facta verbo, rubra sanguine ligno crucis, mysterio virgae percussa, salutem ad Saluatorem venienti ministrat. Peccata verò cum auctore Diabolo, ut Aegyptios, cum suo rege in profundum detrudit. *Vnde Michae. 7.* [Ipse conuerteret, & miseretur nostri & demeret in profundum maris omnia peccata nostra.]

Per Baptismum ingredimur in caelum.

19. **EXODI 14.** *Flante vento vrente tota nocte, & vertit in siccum. & ingressi sunt filij Israel per medium succi Maris, &c.* ORIGENES. Mira Dei potentia. Bonitatem Dei creatoris intellige. Si voluntati Dei obtemperes, si legem eius sequaris, ipse tibi elementa etiam contra sui naturam, seruire compelleret. RABANVS. Quid est, Moyses manum extendere super mare, nisi scripturam demonstrare in aquis effectum esse diuinae potentiae? Abstulit ergo Dominus mare flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum, cum per omne tempus istius vitae quod vox significat, Spiritus sancti gratia aquas baptismatis meabiles à credentibus facit, ut illis per eas transeuntibus de spiritali Aegypto in terram promissionis hostium, in eodem elemento subsequens suffocetur exercitus. AMBROS. *lib. 2. de Sacramentis cap. 6.* In Mari rubro figuram baptismi extitisse Apostolus dicit, inquit, Patres nostri omnes baptizati sunt in nube, & in Mari, & subdit: [Haec autem omnia in figura contingebant illis.] Illis in figura, sed nobis in veritate. Columna lucis Christus, Dominus

minus est qui tenebras infidelitatis depulit, lucem veritatis & gratiae spiritalis affectibus infudit humanis. At verò columna nubis est Spiritus sanctus. In mari erat populus, & praebat columna lucis, deinde sequebatur columna nubis quasi umbratio Spiritus sancti. Vides quod per Spiritum sanctum, & per aquam typum baptismatis demonstrauerit? RVPERTVS. Virga Moysi quam super mare iussu Domini eleuauit, potestas est Christi, & vnica regula baptismatis, quae super aquas extedere iussit ducibus populi sui, scilicet Apostolis, postquam resurrexit à mortuis. [Data est (inquit) mihi omnis potestas in caelo & in terra, eumtes docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.] Ad hanc vocem potestatiuam diuiduntur aquae ut ingrediantur filij Israel, filij acquisitionis, & salutis.

In baptismo, multiformis gratia confertur.

20. **ET ingressi sunt filij Israel per medium succi Maris.** ORIGEN. Audiui à maioribus traditum quod in ista digressione maris singulis quibusque tribus filiorum Israel singulae aquarum diuisiones factae sunt, & propria vniqueque tribui in mari aperta sit via; idque ostendi ex eo quod in Psalmo scriptum est: [Qui diuisit mare rubrum in diuisiones.] Per quod multae diuisiones ostenduntur factae, non vna. *Item.* [Ibi Benjamin adolefcetulus in mentis excessu, Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, & Principes Nephtalim,] vbi vniqueque tribui proprius enumerari videtur ingressus. RVPERTVS. Quod si (ut aiunt Hebraei) duodecim factae fuerunt diuisiones Maris, nec hoc quidem à mysterio vacat, quia videlicet multae sunt in vno spiritu quae baptizatis in Christo aperiuntur aquarum diuisiones, & non vni cunctae tribuuntur, sed aliae alijs plus vel minus, secundum beneplacitum vnus eiusdemque spiritus diuidentis singulis prout vult. Primum quidem donum quod est remissio peccatorum, aequaliter omnibus datur. Ceterum, spirituales gratiae, quales Apostolus commemorat, dicens: [Vniquique nostrum datur manifestatio spiritus ad utilitatem: Alij quidem per spiritum datur Sapiencia, alij autem sermo scientiae secundum eundem spiritum,] &c. dubium non est quia nulli conferuntur omnes, præter vnū Christum Dominum, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

Baptismus tollit vniuersa peccata.

21. **PERSEQUENTESQUE Aegyptij ingressi sunt post eos, &c.** ORIGEN. Ut & tu qui baptizaris in Christo, in aqua & Spiritu sancto, scias infectari quidem post te Aegyptios, & velle te reuocare ad seruitium suum, rectores scilicet huius mundi & spirituales nequitias, quibus ante deseruisti. Sed tu descendis in aquam, & euadis incolumis, atque ablatis sordibus peccatorum, homo nouus ascendis, paratus ad cantandum canticum nouum. Aegyptij verò post te insequentes demerguntur in abyssum, etiam si videntur rogare Iesum ne interim mittat eos in abyssum. ISIDOR. Quid Mare rubrum, nisi baptismus est, Christi sanguine consecratus? Hostes sequentes cum rege qui à tergo moriuntur, peccata sunt praeterita, quae delentur, & diabolus qui in spiritali baptismi suffocatur. Premunt quidem Aegyptij, vrgent instantia peccata, sed vsque ad mare, id est, vsque ad aquam baptismi.

Idem.

22. **EXODI 15.** *Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare, submersi sunt, &c.* RVPERTVS. Hoc tenet Catholica fides quia mare Christi nobis ingressis, aspirat spiritus Domini, spiritus gratiae, & remissionis, depo-

nens, iuxta prophetam, omnes iniquitates nostras, & proiciens in profundum maris omnia peccata nostra. quod enim primum in semetipso caput nostrum fecit in praesentia suae mortis [delens quod aduersus nos erat Chirographum decreti, &c. & expoliatus principatus, & potestates;] hoc idè in Baptismo fecit in membris suis, vbi est similitudo mortis eius cui complantamur, ut ait Apostolus. Rectè igitur, & veraciter cantabis quicumque de hoc mari ascendisti in Christo renatus, quia [operuit eos mare, submersi sunt quasi plumbum.]

Aqua Baptismi, cruce Christi salutaris.

23. **EXODI 15.** *Qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquam, in dulcedinem versa sunt.* AVGVST. *qua. 57.* Significare videtur, quod genus ligni erat, ista habens vim, in eo quod dicitur, ostendit ei, tanquam tale iam lignum esset quo posset hoc fieri. Nisi forte locus erat vbi ligna omnino non inueniebantur, & ostendit ei Dominus lignum, & per illud aquas dulces fecit, praefigurans gloriam & gratiam crucis. AMBROS. *de iis qui inuianur mysterijs, cap. 3.* Aqua sine praedicatione, Dominicae crucis ad nullos usus futurae salutis est: cum verò salutaris fuerit crucis mysterio consecrata, tunc ad usum spiritualis lacu, & salutaris poculi temperatur. Sicut aqua Marach amarissima erat, misit autem in ea Moyses lignum, & dulcis facta est. D. CYRILLVS IEROSOL. *Catech. 13.* Lignum Moyses tempore dulcem effecit aquam, & de Christi latere aqua effusa fluxit in ligno. Initium signorum tempore Moyses, sanguis, & aqua, & vltimum Iesu signum hoc idem.

Baptismus tollit peccatum originale.

24. **EXODI 20.** *Visitans iniquitates patrum in filios, &c.* GREGOR. 15. *Moral. cap. 22.* vel aliter. Peccatum originale à parentibus trahimus, & nisi per gratiam baptismatis soluamur, etiam parentum peccata portamus, quia vnum adhuc videlicet cum illis sumus. Reddit ergo peccata parentum in filios, dum pro culpa parentis ex originali peccato anima poluitur proli; & rursum non reddit parentum peccata in filios, iuxta illud Ezechielis: [Non erit vltra vobis parabola haec in Prouerbum in Israel,] &c. Cum ab originali culpa per baptismum liberamur, iam non parentum culpas, sed quas ipsi committimus, habebimus.

Per Baptismum caelum ingredimur.

25. **EXODI 24.** *Moyses sumptum sanguinem, resperxit in populum, &c. Ascenderuntque Moyses, & Aaron, Nadab & Abin, & septuaginta de senioribus Israel, & viderunt Deum Israel.* RVPERTVS. Non sicuti est. [Non enim, inquit, videbit me homo, & viuere potest:] & Ioannes Baptista: [Deum, inquit, nemo vidit vnquã.] GREGOR. Sed per quasdam imagines, &c. RVPERTVS. Absque asperione igitur huius pretiosi sanguinis Deum nemo videbit. Nam [nisi quis renatus fue it ex aqua & Spiritu sancto (Christus ait) non potest videre regnum Dei.] Item, [qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.] Bene ergo antequam sanguine illo resperitus fuisset populus, ait Dominus, [descende, & contestare populum, ne forte velint transcendere terminos ad videndum, & percat ex eis plurima multitudo.] At nunc post asperionem ascenderunt Moyses, & Aaron, &c. & viderunt Deum Israel.

Per Baptismum purgantur anime à sordibus.

26. **EXODI 29.** *Cumque laueris patrem cum filijs aqua, indues Aaron, &c.* HERON. Legimus hic, & in

G Leuitico,

Leuitico, Moysen iuxta præceptum Domini lauiffe aqua Aaron & filios eius iam tunc purgatione mundi, & rerum omnium sanctitatem baptismi sacramenta signabant. Nec accipiunt vestes, nisi lotis prius fordidis, nec ornantur ad sacra, nisi in Christo noui homines renascantur. [Vinum enim nouum in nouos vites mittitur.] **BEDA** super illud Exod. 30. *Facies & labrum aneum cum basi sua ad lauandum.* Per hoc labrum potest intelligi aqua baptismatis cuius lauacro necesse est purgentur omnes qui Ecclesie ianuas ingrediuntur. Vide num. 29.

In Baptismo diabolo renuntiamus.

27. **EXOD. 32.** *Arripiensque vitulum quem fecerant, combussit, & cõruit usque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel.* **AVGVSTIN. 22.** *contra Faustum Manicheum.* Sed quid sibi vult quod Moses vitulum in potum populo dedit? Hoc vitulo significatum est diaboli corpus, id est, omnis societas gentilium idololatrie deditorum. Hanc sacrilegam societatem Dominus Christus igne illo comburit, de quo in Euangelio ait: [Ignem veni mittere in terram.] Deinde corpus illud totum comminuitur, id est, ab illa malae conspirationis confatione discissum verbo veritatis humiliatur, & comminatum in aquam mittitur, vt eos Israelitae, id est, Euangelij prædicatores, ex baptismo in sua membra, hoc est in Dominicum corpus, transferant, quorum Israelitarum capiti Petro de ipsi gentibus dictum est, [Macta, & manduca.] Ita ille vitulus per ignem zeli, & aciem verbi, & aquam baptismi, ab eis potius quos absorbere conabatur, absorptus est.

Per Baptismum celum ingredimur.

28. **NVM. 27.** *Tolle Iosue filium Nun, in quo est spiritus Dei.* **ORIGENE S. hom. 12.** Mors Moysis finis est legis quæ secundum literam dicitur. hæc ergo vbi finem accipit, Iesus accipit principatum. [Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.] **Roman. 10.** & sicut de prioribus dictum est. **1. Cor. 12.** quia omnes in Moysæ baptizati sunt in Nube & in Mariâ & de Iesu dicitur, quia omnes in Iesu baptizati sunt in Spiritu sancto, & aqua. Iesus est enim qui transit aquas Iordanis, & in ipsis quodammodo iam tunc populum baptizat, ipse est qui terram sanctam partitur vniuersis, non priori populo, sed secundo. Prior enim pro peccato suo cecidit in deserto. Temporibus Iesu quiescit terra à bellis, non temporibus Moysi. Sed de Iesu Christo dictum est, non de Iesu filio Naue. & vtinam terra mea cesset à bellis, & cessaret si sub Iesu meo principe fideliter militarem.

Idem.

29. 2. **PARALIP. 4.** *Labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilij.* **GLOSS. ORD.** Labium ergo maris in quo Sacerdotes lauabantur, quasi labium fuit calicis, & folium repandi lilij. Quia baptismus quo membra summi Sacerdotis efficitur in fide passionis eius, nos à peccatis purificat, & purificatos ad visionem gloriæ suæ introducit.

Fides necessaria ad salutem in Baptismo & in Martyrio.

30. **MARC. vlt.** *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluum erit.* **BERNARD.** Nota quod Saluator eum diceret, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluum erit, cautè & vigilanter non reperierit: qui verò non baptizatus fuerit, sed tantum, qui verò non crediderit, condemnabitur. Immuens solam fidem interdum sufficere ad salutem, & sine ipsa sufficere nihil. Quapropter etsi martyrii vicem baptismi habere cõceditur, hoc non

facit poena sed ipsa fides. Nam absque ipsa nihil est Martyrium nisi poena. Quæ ergo Martyrio præstat, vt sine dubio pro baptismate reputetur, & ipsa ita infirma per se erit, vt quod alteri dare potest, sola non valeat obtinere?

Baptismi laudes.

31. **CYRILLVS IEROSOLYM. Prefatione ad Catechesim.** Magnum est sanè propositum hoc baptismi, captiuitatis liberatio, peccatorum remissio, mors peccati, animæ regeneratio, vestimentum candidum, signaculum sanctum, & indelebile, curus ad cælum, delicia paradisi, regni caelestis reconciliatio, charismaque adoptionis filiorum.

Baptismus vitæ renouatio.

32. **IDEM Catechesi 3.** Quemadmodum Iesus mundi totius peccata recipiens, mortuus est, vt mortificato peccato restituat te iustitiæ, sic & tu descendens in aquam quodammodo confespultus illi, sicut ille in petra, exciteris, rursus in nouitate vitæ ambulans. Deinde cum tibi gratia confertur; tunc rursus tibi aduersus contrarias virtutes dat potestatem. Quemadmodum enim ille post baptismum, & quadraginta dies tentatus est, non quod & antea non posset vincere, sed quod ordine omnia, & successiue facere volebat: sic & tu ante baptismum aduersariis reluctari non audebas: accepta verò gratia deinceps confidens armis iustitiæ decertato, & si vis etiam euangeliza.

Baptismi vis aduersus demones.

33. **CYPRIAN. lib. 4. epist. 7.** Quod si aliquis in illo mouetur quod quidam qui agri baptizantur, spiritibus adhuc immundis tententur: sciat diaboli nequitiam pertinacem vsque ad aquam salutarem valere, in baptismo verò omne nequitia suæ virus amittere. Quod exemplum cernimus in rege Pharaone, qui diu reluctatus, ac in perfidia suæ demoratus, tamdiu resistere potuit, & præualere, donec ad aquam veniret, quod cum venisset, & victus est, & extinctus.

Idem.

34. **CYPRIAN. ibid.** Sicut scorpj & serpentes qui in sicco præualent, in aquam præcipitati præualere non possunt, aut sua venena retinere: Sic & spiritus nequam, qui scorpj & serpentes appellantur, & tamen per nos data à Domino potestate calcati, permanere ultra non possunt in hominum corpore, in quo baptizato & sanctificato incipit Spiritus sanctus habitare. Hoc denique, & rebus ipsis experimur, vt necessitate urgente in ægitudine baptizati, & gratiam consequuti, careant immundo quo antea mouebantur, & laudabiles in Ecclesia viuunt.

Baptismi necessitas ad salutem.

35. **BASIL. in Exhortatione ad Baptismum.** Nisi Israel mare transisset, nunquam à Pharaone discessisset: Sic tu nisi per aquam transieris, nunquam à diaboli sæua tyrannide liberaberis. Nec vnquam ille ex spiritali petra bibisset, nisi ex figura baptizatus fuisset, nec tibi aliquis veram potionem, nisi verè baptizato præbebit. Panem Angelorum ille post baptismum accepit. Tu autem quomodo viuentem comedes panem, nisi sumpto prius hoc sacramento? Quin & ille per baptismum in terram promissionis est ingressus. Tu autem quomodo in paradisum, hoc carens penetrabis? Nõne vides quod ligni viam gladius igneus custodit, infidelibus quidem formidandus, credentibus verò propitiis, ac amone coruscans? & versatilem illum fecit Dominus, quando fidelem conspexerit, enis terga ostendit. Hoc verò caractere sacro

Idem.

39. **CHRYSOST. Hom. 9. in Ioannem.** Quemadmodum ignis si metallorum terram attigerit, eam quamprimum aurum reddit: Sic & longè magis pro luteis aureos baptismi facit quos abluerit, cum Spiritus sanctus tanquam ignis illa ipsa hora animos nostros ingrediatur, & terrena assumpta similitudine, caelestem illam nouam, & claram, tanquam ex fornace fulgentem referat.

Baptismi necessitas.

40. **ADHEB. 6.** *Voluntariè peccantibus, non relinquatur pro peccatis hostia, sed terribilis expectatio iudicij.* **CHRYSOST. hom. 20. super epist. ad Hebr.** Arbores quæ bene plantatæ sunt, & reliquam habuerint diligentiam agricolarum adhibitam manibus atque laboribus: si nullam referunt vicissitudinem, radicibus euulsæ igni traduntur. Tale quiddam, & in causa contingit baptismatis. Cum enim nos Christus plantauerit, & irrigatione spiritali potiti fuerimus, si deinde nullum fructum afferamus, ignis nos expectabit gehennæ, & flamma inextinguibilis.

Baptismus renouat.

41. **CHRYSOST. Hom. ad baptizandos.** Sicut scintilla ignis exigua in profundi Maris pelagus cadens, aquarum copia, non paulatim, sed statim exinguitur, & illico nihilum esse demonstratur. Ita omnis humana malitia, quando ad natatoriam caelestium fontium voluerit peruenire, illius scintillæ facilius extinguitur ardore. Et ob quam causam, inquis, hoc quod nobis peccata concedit, non lauacrum purificationis dicitur, sed lauacrum regenerationis? Quia non nobis simpliciter peccata concedit, nec simpliciter purificat, sed tanquam è cælo generatos facit. Non enim vas simpliciter purgat, sed integrum nouat iterum. Nam cum vasa purgantur, etsi diligentia multa tergantur, quædam vestigia nihilominus retinent vetustatis, & pristinam maculam non amittunt: illa autem quæ confinatorio committuntur, cum flamma fuerint renouata, omnem maculam præteritæ fœditatis amittunt.

Idem.

42. **HERON. lib. aduersus Luciferianos.** Emittitur de arca coruus, & non rediit; & postea pacem terræ nostræ columba Spiritus sancti nunciat. Ita & in baptismate Ecclesie, teretrimo alite expulso, id est, diabolo, pacem terræ nostræ columba Spiritus sancti nunciat.

In Baptismo Spiritus sancti gratia datur.

43. **IOAN. 3.** *Ait Dominus ad Nicodemum. Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde venit, aut quò vadat.* **AVGVST. quest. 49. ex vtroque testamto.** Sic & omnis qui renascitur ex aqua, & Spiritu sancto: vt quomodo vox aduenientis Spiritus, id est, ventis, auditur quidem, non autem videtur: sic & ratio baptismi, auditur quod dicitur, tamen quomodo per Spiritum sanctum fit, non videtur.

Idem.

44. **THEOPHYL. in 2. ad Corinth. cap. 3.** Quemadmodum argentum soli obiectum ex solis occurfu micantes radios in solem ipsum reflectit: sic & nos baptismi accepto purgati per Spiritum, & huius splendore denique illustrati, fulgorem & ipsi spiritali quendam ex aduerso remittimus, eandemque imaginem à Spiritu gloria in gloriam nostram, & claritatem transferimus: & talem inquam imaginem qualem decens est, vt is sortiatur, qui à Spiritu Domini, nulli rei obnoxio, lucem acceperit. Dominus

carentibus, os aciemque intentat. Non recens creditur baptismi constitutio. Aquis quippe diluuij, totius mundi expiata sunt peccata, & qui in arca reconditi erant, per aquam salui facti sunt. Id baptismi typum gessit, per quem fordes omnes peccatorum deponuntur, testante Petro 1. epist. cap. 3.

Aliquot figure Baptismi.

36. **CYRILLVS ALEXAND. lib. 6. in Ioan. cap. 15.** Populus Israel duce Moysæ mare rubrum sicco pede pertransiit, submersis ibidem Ægyptiis: quod per baptismi susceptionem totam diabolicæ prauitatis cohortem à nobis dimoueri insinuat, vt testis est Paulus, 1. Cor. 10. Quid præterea populus Israeliticus Iosue ductu Iordane traiecto in terram promissionis perducti significant, nisi Christo auctore quicumque lauacri baptismum rite susceperint, in terram viuentium tandem peruenturos? Quid Naaman Syrus scpties in Iordane ablutus, & à lepra mundatus, nobis innuit, nisi baptismi Christi lotos ab omni prorsus animæ lepra peccatorum purgari? Quid denique aqua expiationis, secundum legis veteris ritum tollens immundiciam ex contactu morticinorum contractam, denotat, nisi aquam baptismi omnem prorsus animæ impuritatem abstergere? Postremo, hanc baptismi gratiam præsignauit probatica Piscina, in quam post aquæ ab Angelo motiõnem descendens, quacunque tenebatur ægitudine languidus, illico sanabatur. Non autem simpliciter sanabatur aquarum Piscinæ natura (semper enim hoc fieret) sed Angeli descensione. Sic & in baptizatis non simpliciter aqua operatur, sed cum Spiritu sancti acceperit gratiam, tunc omnia soluit peccata.

Idem.

37. **BASIL. lib. de Spiritu sancto.** Quemadmodum mare, baptismi typum gerens, separat à Pharaone, sic & lauacrum hoc à diabolica feruitute. Illud quidem occidit hostem in sese, moritur & inimicitia quæ nobis fuit cum Deo. Ab illo, populus exit illatus; ascendamus & nos ab aquis, tanquam ex mortuis viuis, seruati per gratiam eius qui vocauit nos. At vmbra quam fecit nubes, figura est de vi proficiscente à Spiritu sancto, qui flammam cupiditatum mortificando, membra refrigerat.

Baptismate anima renouatur.

38. **CHRYSOST. Hom. 4. ad baptizandos, Tom. 5. Vt** statuâ auri metallo confectam aliquanti temporis metis, fumo & puluere, & æruginis fordidis coinquinatam cum artificis manus acceperint, renouant formacis ardore, & splendidam nobis lucidamque demonstrant. Ita & nostram naturam Deus æruginatam mole peccati, & malorum gestorum fumo violatam, & omni pulchritudine quam ei primò donauit, demudatam, in illos aquarum fontes tanquam in purgatorium mittit, & pro flamma, spiritus gratiam subministrat: & exinde rudes effectos etiam solis radiis eleuat clariùs lucentes, veterem hominem cõterens, nouum autem ostendens longè meliorem. Et istam nobis quassationem, & mysticam purificationem obliquo sermone olim Propheta demonstrabat, dicens: [Sicut vasa figuli conteres eos.] Non autem dicit, sicut vasa fictilia, sed sicut vas figuli. Nam confracta vasa fictilia, iam nulla emendatione corrigantur, semel figuram per flammam sortita. Vasa autem figuli, non sunt fictilia, sed argilla composita: inde & si casu fuerint peruersa, faciliè ad pristinam figuram artificis reformantur industria.

enim ille cum sit, & regium habet splendorem: fideles autem omnes Baptismi gratia Spiritu sancto opulentur, & illorum est fulgentior anima. Quandoquidem & Moyses Dei gloria splendore inspecto, in eius gloria imaginem est transformatus, hoc est, & ipse diuinæ gloriae & splendori participauit: huius & facies resplendebat cum ipse nostri praeferret figuram.

Baptismus tollit peccatum.

45. **D**AMASCEN. lib. 4. de fide cap. 26. Quemadmodum circumciso non vtile membrum amputatur corporis: sed superfluitatem inutilem: sic per Baptisma sanctum à peccato circumcidimur. Manifestum est autem quod superfluitas concupiscentiæ est, & non necessaria concupiscentia: impossibile est enim quemque nullo modo concupiscere, aut tandem sine gustu voluptatis esse, sed quod inutile est voluptatis, est inutilis concupiscentiæ: hoc, id est peccatum, id ipsum est quod circumcidit sanctum Baptisma, præbens nobis signum honorabile, crucem in fronte, non solum à gentilibus discriminans nos (non omnes gentes baptismo conscientia & signo crucis insignita) sed in vnaquaque gente fidelem ab infideli distinguit.

BEATITUDO.

Non Beati qui temporalibus bonis fruuntur. vide bona temporalia, n. 40. 41. 42.

Ad Beatitudinem homo creatus. 1. 2. 3.

Beatitudo dies sine nocte. 3. 24.

Beatitudo Paradisus voluptatis. 4.

Beatorum operatio. 5. 6.

Beatitudine peccatores indigni. 7.

Beatitudo excedit omnem sapientiam. 8.

A beatitudine eiectus diabolus. 9.

Beatitudo considerata, mouet ad labores. 10. 14. 26.

Beatitudo domus nostra. 11.

In Beatitudine nihil laboris. 12. 14. 18.

In Beatitudine diuersæ mansiones. 12. 17.

Ad Beatitudinem dispositio. 13.

In Beatitudine omnia bona simul. 14. 19. 21.

Pro Beatitudine laborandum. 14. 15.

Beatitudo promittitur nobis. 16. 17.

In Beatitudine aureola. 17.

Beatitudo anima separata. 20.

Beatitudo in sancto sanctorum figurata. 22.

Beatorum gratiarum actio. 23.

Ad Beatitudinem arcta via. 25.

Beatitudinem aspicere oportet. 26.

De Paradiso, vide, num. 4. 5. 27. 28. 29. 30.

Vide contemplatio, num. 6.

Vide Inuidia, num. 10.

Ad Beatitudinem homo creatus.

GENES. I. *Faciemus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* ORIGEN. Omnes reliquæ creaturæ iussione Dei sunt. Dicit enim scriptura: *fiat lux, fiat firmamentum: producant aqua reptile & volatile: producat terra animam viuentem.* Deus autem ipse fecit cælum & terram & duo luminaria magna, & nunc hominem. Ex hoc considera quanta sit magnitudo hominis, qui habet honorem cæli, propter quod & cæ-

lorum ei promittitur regnum, habet & terræ honorem. Quoniam quidem in terram bonam, & terram viuorum, fluentem lac & mel, ingredi sperat. Habet honorem Solis, & Lunæ, habens repromissionem fulgere sicut Sol in regno Dei.

Idem.

GENES. I. *Ad imaginem Dei creauit illum.* IVNIVS. Sapius repetit, vt diligentius inculcaret nobis quales à Deo facti sumus, & spem accipiendæ Dei similitudinis arctius mentibus nostris infigeret. Modò verò nihil dicit de similitudine, vt qui in imagine Dei ambulamus, non vanè conturbemur, thesaurizantes in incerto diuitiarum, sed sitientes expectemus Deum, cum illo qui dicebat: *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei: quia cum apparuerit, similes ei erimus.*

Beatitudo, dies perpetua sine nocte.

GENES. 2. *Benedixitque diei septimo, & sanctificauit illum.* IVNIVS. Per hunc diem septimum sanctum & benedictum intelligitur dies beatitudinis, quam nos post bona opera, quæ in nobis ipse Deus operatur, & velle & perficere, consequemur. In qua, æterna eius sanctificatione & benedictione perfruemur. Vnde bene idem dies septimus vesperam habuisse non scribitur: quia nimirum perpetuam nostram in illo requiem designat. de reliquis diebus dicitur: *factum est vespere & mane dies tertius, vel, quartus, &c.* vltima enim sanctorum requies perpetua est. RVPERTVS, *super illud: Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat.* Hoc à cæteris diebus iste differt, quia cæterorum dierum opus in illo completum est, opus, id est, creaturæ rationalis, cuius completio, in isto septimo die, id est, in visione æterna claritatis huius diei consistit. Vnde bene nota quod non dicit scriptura, quod compleuit die septimo omne opus suum, sed tantum opus suum. Etenim non omne opus Dei hoc felice & glorioso die completur, sed solum rationis creaturæ opus gloria eius impletur. Non enim firmamentum, non mare, non terra, non Sol, non Luna, non reptilia sanctam huius diei claritatem intuentur, sed sola rationalis creatura, id est, Angelica, & humana. IVNIVS, *super illud, Et requieuit Deus die septimo ab vniuerso opere quod parauerat, & septima ætas erit perpetua in alia vita, in qua requiescit Deus cum sanctis suis in æternum, post opera bona quæ operatur in eis per sex huius sæculi ætates.* Ad hunc sanctum diem, nox, nec vesperum, non succedit, quia lucerna Agni illuminabit illum.

Beatitudo, Paradisus voluptatis.

GENES. 2. *Plantauerat autem Deus paradysum voluptatis, &c.* AMBROS. Paradisus voluptatis in quo omne lignum pulchrum visu, &c. quid est nisi ciuitas illa quæ sursum est Ierusalem libera mater nostra: in quo plurima ligna fructifera, ligna plena succi, atque virtutis. Bona Angelorum plantatio, bona sanctorum, de quibus dicitur: *Et exultabunt omnia ligna siluarum, ligna semper florentia viriditate meritòrum.* In illo enim pacis futuræ tempore, iuxta Prophetiam: *[Sedebit vir subtus vitem suam, & subtus ficum suam, & non erit qui deterrcat,] id est, sancti sedebunt iuxta Angelos. In medio huius paradisi est lignum vitæ, illud scilicet lignum [quod plantatum est secus decursus aquarum, cuius folium non defluet,] quia totus in eo fructus exuberans, id est, Christus Dominus. locus autem in quo plantatus paradysus est, voluptatis dicitur. Vnde & sanctus David ait: *[Torrente voluptatis tuæ potabis eos.]**

Opus

Opus sanctorum in Beatitudine.

5. **G**ENES. 2. *Vt operaretur & custodiret illum.* ISIDORVS. Ex eo quod additum est, *& custodiret, innuitur qualis operatio ei imponitur, quia in tranquillitate vitæ beatæ, vbi mors non est: omnis operatio est custodire quod tenens.*

Beati vita viuunt.

6. **G**ENES. 2. *Morte morieris.* AMBROS. Sicut *vita viuere, admirabilem quandam illam vitam beatamque significat, & hunc viuendi vsum spirandique munus cum beatæ vitæ gratia veluti coniunctum, & quadam participatione permixtum demonstrat, vita enim viuere in scriptura, id est, virtute viuere, & beatæ vitæ actus habere in istius corporis vita. Sic è contra morte mori, nihil aliud est nisi cum morte corporis, deformitatem significare morientis, cuius & caro communi viuendi munere defraudatur, & anima vitæ æternæ vsu priuatur.*

Peccatores, indigni Beatitudine.

7. **G**ENES. 3. *Abcondit se Adam & vxor eius.* RABANVS. Abcondunt se namque à facie Dei qui peccant, quia indignos se diuinæ pietatis reddunt aspectibus. Abcondunt se, inquam, non vt ipso conscientiam internus arbiter non videat, sed vt ipsi gloriam vultus eius nunquam nisi respiciendo conspiciant. RVPERTVS. Non quod talis effugiat oculos Domini: cum scriptum sit: *[Vultus autem Domini super facientes mala,] sed quod talis non mereatur videre faciem Domini, eo quod se ab illo, in quantum in ipso est, abscondat.* AMBROS. *super illud Genes. 6. omnis quippe caro corruperat viam suam.* Pulchre ait, quia homo viam naturæ suæ corripit, nam via sua in paradiso erat, in illo beatitudinum tramite, in illo virtutum flore, in illa incorruptibili gratia, quæ viam terrenis inquinauit vestigiis. Alij habent, *viam ipsius, hoc est, Dei.*

Beatitudo excedit omnem sapientiam.

8. **G**ENES. 7. *Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, &c.* EVCHERIVS. Numerus quindecimus continet octo & septem. Per octauum numerum, significatur resurrectio, & per septimum, quies gloriæ. Sacramenta etenim resurrectionis & quietis transcendent omnem sapientiam superbiorum, ita vt nulla possit indagare scientiæ suæ altitudine resurrectionis quietem. Sequitur, *cap. 8. Requieuitque arca mense septimo, &c.* ISIDORVS. Secundum spirituales intelligentiam ad illam septimam requiem significatio recurrit, qua perfecti requiescunt in gloria. Ita magnum est præmium gloriæ, vt ipsemet Deus dicat ad Abraham *Genes. 15. [Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.]* RVPERTVS. Ego protector tuus in præsentem, & merces tua magna nimis in futuro, vt vtrouique gaudeas. LIPOMANVS. Merces hæc non temporale duntaxat fuit bonum, sed beata diuinitatis fruitio, infiniti in creaturæ boni securæ sempiternæque possessio: de qua dicitur, *[nec oculus vidit, nec auris audivit,] &c.*

A Beatitudine eiectus diabolus.

9. **G**ENES. 17. *Daboque tibi & semini tuo post te omnem terram Chanaan in possessionem sempiternam.* RVPERTVS. Sub nomine terre Chanaan rectè intelligitur illa terra viuentium, quæ euomuit maledictum illum Chanaan, qui verè ex antiquo maledictus est, id est, diabolus: quam videlicet terram per fidem prædictum Abraham semen possidebit in æternum.

Beatitudo mouet ad labores portandos.

GENES. 49. *Issachar asinus fortis, accubans inter terminos, vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima, & supposuit humerum suum ad portandam. Factusque est tribus seruens.* GREGOR. I. *Moral. cap. 17.* Inter terminos accubare, est præstolato mundi sine requiescere, nihilque de iis quæ nunc in medio versantur, querere: fortisque asinus requiem ac optimam terram videt, cum simplex gentilitas idcirco se ad robur boni operis erigit, quia ad æternæ vitæ patriam tendit, quæ ad portandam onus humerum supponit, quia superna requie conspecta præceptis etiam grauius in operatione se subiicit, & quidquid intolerabile pusillanimatas asserit, hoc ei leue ac facile spes remunerationis ostendit. Vide *viam, num. 13.*

Beatitudo domus nostra.

EXODI. 1. *Bene ergo fecit Deus obstetricibus, &c. & quia timuerunt Deum, adificauit illis domos.* Per domos (ait HIERONYMVS, *super Isaiam cap. 65.*) vel virtutes intelligendæ sunt vel diuersæ mansiones apud Patrem, quas iugiter possidebit qui eas edificauerit, quales sibi edificasse obstetrices dicunt secundum aliarum literam. & Iacob quia simplex erat, idcirco in domo habitabat, quam Esau qui feris delectabatur, & syluis, possidere non potuit. Talem domum & Saluatoris verba describunt: *[Omni qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, similis erit viro prudenti qui edificauit domum suam super petram:]* &c. EVSEBIVS CÆSARIENS. Domos non manu factas, sed in cælis sitas. Tales enim ædificant hi qui Deo placent. RVPERTVS. Adificauit illis domos, subaudi æternas, quia timuerunt Deum. æternum quippe est quod Deus ædificat.

In Beatitudine nihil laboris.

EXODI. 16. *Sex diebus colligite, in die autem septimo sabbatum est Domino, &c.* CYRILLVS, *lib. 4. super Ioannem cap. 51.* Nihil agere in sabbato præcipit, colligere quidquam non permittit, in suo quemque loco morari iubet, quibus omnibus quid nos doceat, dicemus: si Ieremie consimilem locum repetamus, *cap. 17.* *[Hæc dicit Dominus: custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Ierusalem, & nolite eiecere onera de domibus vestris in die sabbati, sicut præcepi patribus vestris.]* Non permittit aliquem onere deprimi, quia nemo tunc delictorum pondere agitabitur, nec egredi à Ierusalem iubet, quia sanctorum multitudo cælestem Ierusalem ingressa, nunquam inde amplius exibat, nec illis bonis vnquam priuabitur. *[votatio enim & gratia Dei firma est,] vt Paulus ait. Iterum autem eandem repetisse rem videtur, dicens: [Non exibitis de loco vestro,] subostendens multas esse apud patrem mansiones, cuius rei figuram varietate sua tabernaculum obtinebat: Dabitur enim vniciuique mansio secundum merita sua, & qui tabernacula illa possidebunt, nunquam horum munerum diuinitus sibi donatorum iacturam facient. Huius rei etiam Isaias attestatur, dicens: *[Oculi tui videbunt Ierusalem ciuitatem diuitem, tabernacula quæ non quantentur, nec mouebuntur in seculum.]* Immobile enim atque stabilem illam vitam forte ostendit, vide, *Via act. & contempl. num. 10.**

Ad Beatitudinem dispositio.

EXODI. 19. *Estote parati in diebus tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris, &c.* RVPERTVS. Quod si hoc rectè dici debuit accessit ad illum

ignem visibilem, ad turbinem, & caliginē, & procellam, & tubæ sonum; quanto magis accedētibz nobis ad ciuitatem Dei viuētis Ierusalem cœlestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem omnium Deum, & spirituum iustorum & perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis asperzionem, meliùs loquentem quàm Abcl.

In Beatitudine nihil laboris.

14. **E**XODI 20. Memento ut diem sabbati sanctifices. D. THOMAS in Opuscul. Tertio datum fuit hoc præceptum ad roborandam siue figurandam veritatem promissionis. Promittitur enim nobis quies, iuxta illud *Isai. 14.* [Et erit in die illa cum dederit tibi Deus requiem à labore tuo.] Item *cap. 32.* [Sedebit populus meus in requie opulenta.] & Christus: [Venite ad me omnes, &c. & inuenietis requiem animabus vestris.] Inuenimus autem quòd Dominus operatus est sex diebus, & in septimo quieuit. quia primò oportet facere opera perfecta, iuxta illud *Ecol. 5. 1.* [Modicum laborari, & inueni mihi multà requiem.] Plus enim incomparabiliter excedit tempus æternitatis totum tempus præsens, quàm mille anni diem vnum. *CYRILLVS. lib. 4. super Ioan. cap. 51.* Cessare ab omni opere, septimo, id est, vltimo, die iubet, futuram sanctorum requiem hinc significans, quando laboribus huius vitæ liberati, sudore corporis deserto beatam cum Christo & iocundissimam vitam agent, iuxta illud *Isai. 65.* [Obliuiscuntur tribulationis primæ, nec ascendet, sed æterna lætitia super caput suum, laus & gaudium apprehendet eos, effugiet inde dolor, tristitia, & gemitus.] Laudabile igitur sabbati etiam, sanctorum vitam in requie atque sanctificatione tunc futuram ostendit, quando omni huius vitæ cura deposita bonis æternis fruuntur, iuxta illud *Isai. 35.* [Non erit ibi Leo, nec praua bestia,] id est, peccatum [illuc ascendet, sed erit ibi via pura, & via sancta vocabitur,] Omnia enim bona in visione Dei mens sanctorum adipiscitur. Ideo qui ligna in sabbato colligebat, lapidibus obruebatur, quoniam veritatem in figura violauit. Nam nutricem, & matrem ignis, peccatum dico, ibi nemo colliget. Hac etiam de causa iubebatur Iudæus à suo tabernaculo die sabbatino non recedere, quia qui ad illam quietem peruenerit, nunquam inde amplius exibat. Peccatum igitur ibi nullum erit, sed nec bonum aliquod sudore acquiretur. Vnde Moyses lege sua sanxit: [sex diebus colligētis Manna: septima verò die sabbati non colligētis.] In quo significabatur ita nobis hac in vita quæ ad æternam illam ducunt esse colligenda, quemadmodum illi tunc Manna congregabant. In septimo namque & vltimo die, id est, in fine seculorum, nulla conferentium erit collectio, sed acquisitis fruuntur. ut scribitur: [Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.] *AVGVSTIN. lib. de 10. chordis.* Tibi ò Christiane dicitur, ut obserues spiritualiter sabbatum in spe futuræ quietis, quam tibi promittit Deus. Quisquis autem propter illam quietem futuram agit quidquid potest, quamuis laboriosum videatur quod agit, tamen si ad fidem promissæ quietis id referat, nondum quidem sabbatum agit in re, sed habet in spe. Tu autem ad hoc vis requiescere ut labores, cum ad hoc debeas laborare ut requiescas.

Idem.

15. **E**XODI 22. Septem diebus si cum matre sua, die octauo reddes eum mihi. *RABANVS.* Quòd autem iubentur primogenita animalium, septem diebus

cum matre sua manere, & in die octaua reddi Domino, mysticè significat, in præsentem tempore, quod per septenarium numerum designatur, necessariò vnumquemque bonorum operum primogenita in Ecclesiæ unitate debere seruare, & in die Catholica quidquid boni possit elaborare, donec octaua dies veniat, id est, resurrectionis tempus, quando ante tribunal iudicis præsentatus bonorum operum remunerationem ab ipso accipiet. Vnde Apostolus: [Nolite ante tempus iudicare, quoad vsque veniat Dominus, qui,] &c. & tunc laus erit unicuique à Deo.] & iterum. [Omnes stabimus ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis, pro ut gessit siue bonum, siue malum.] & super illud *Exodi 23.* *Sex annis seminabis terram, & congregabis fruges eius, anno autem septimo dimittes eam, &c.* Bene ergo sex annis seminare terram nostram, & congregare fruges eius precipimur. quia in præsentem vita, quæ sex artibus constat, terram carnis nostræ exercere, & virtutum semina in ea serere debemus, ut in futuro vitam æternam accipiamus.

Beatitudo promittitur nobis.

16. **E**XODI 23. Non inibis cum eis sedes, nec cum diis eorum, &c. *HIERONYMVS Dardano.* Hac tibi Iudæe fateor promissa, non tradita, si obseruasses mandata Dei, & in re præceptis illius ambulasses: si nõ pro omnipotente Deo, coluisses Beelphegor, & Baal, & Belzebub & Chamos, quos quia prætulisti Deo, omnia quæ tibi promissa fuerunt perdidisti: & mihi in Euangelio promittuntur regna cœlorum quæ instrumentum vetus omnino non nominat, sed si non fecerit quæ præcepta sunt, nequaquam erit culpa in promittente, sed in me qui promissum accipere non merui. Vbi enim optio proponitur ad eligendum, qui operari renuis, frustra accipies quod promissum est.

Idem.

17. **E**XODI 25. Et ipsi labio, scilicet mensa, coronam in terram altam quatuor digitis, & super illam alteram coronam aureolam. *BEDA.* Mensa scriptura diuina est, labium verò prædicatores significat. Labio corona additur, quia lingua prædicantium suis auditoribus retributionem vitæ promittit æternæ: & bene ipsa corona quatuor digitis alta fieri precipitur, quia celsitudo nobis coronæ perennis per quatuor sancti Euangelij libros ostenditur, vel quòd per custodiam Euangelicæ fidei, & operationis, ad coronam nos vitæ peruenire oportet. Bene autem eadem corona interrafilis fieri precipitur, quia nimirum æterni retributio regni non indifferenter omnibus datur, sed pro qualitate accipientium distincto diuinitus examine singulis quibusque distribuitur. Pura autem esset, & non interrafilis corona, si claritas futuræ iustorum retributionis æqualis omnibus panderetur, instar videlicet huius solis mundani, cuius splendorem Deus indifferenter super bonos & malos facit oriri: atque sicut stella ab stella differt in claritate: ita erit in resurrectione mortuorum; corona mensæ Domini variis distincta scripturis, sed competenter ordinatis, apposta est. Æterna enim futura vita omnibus est promissa iustis, sed multiformis in illa pro diuersitate meritum gloria est singularum: & hoc est quod Dominus dicit: [In domo Patris mei, mansiones multæ sunt.] Quod verò dicitur: & super illam alteram coronam aureolam, de illorum potest præmio rectè intelligi, qui generalia scripturæ sanctæ mandata, spontanea quæ perfectioris electione transcendunt. Corona debetur seruantibus mandata, iuxta illud: [Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.] Sed

Sed eidem coronæ altera corona aureola superponitur, cum protinus subinfertur: [Si vis perfectus esse, vade, & vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, & sequere me.] Ad hanc coronam aureolam pertinet canticum illud nouum quod virgines tantummodo coram Agno cantasse referunt, [qui empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agnos,] ad hanc, quòd iidem [sequuntur Agnum quocunque abierit.]

In Beatitudine nihil laboris.

18. **E**XODI 26. Tabernaculum verò ita facies. *BEDA.* Templum quod fecit Salomon, non tabernaculum, futuræ vitæ quietem designabat. Vnde tabernaculum Moyses in via qua ad terram promissionis cum populo pergebat, condidit. Salomon autem templum ipsa iam in terra promissionis construxit. Templum in Ierusalem, id est, in visione pacis, tabernaculum in solitudine. Vnde in templi constructione bene dictum est quòd [malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in eo cum ædificaretur,] quia videlicet in pace supernæ beatitudinis non est tribulationibus nostræ examinanda fides, aut vita probanda, sed quæ in præsentem iam seculo castigata, & cælestibus erat sedibus regulariter aptata, ibi glutine & vinculis murtæ charitatis in conspectu sui conditoris adiuuicem copulanda.

In Beatitudine omnia bona perfecta.

19. **I**OSVE 5. Defecitque Manna postquam comederunt de frugibus terre. *INTERL. Viuentium. Nec vst sunt ultra illo cibo filij Israel. INTERL.* Quia cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. *ORIGEN.* In eremo, id est, huius vitæ statu, manna vescimur, dum diuinæ legis eruditione erudimur: qui verò meruerunt terram promissionis intrare, id est, promissæ Christi consequi, edent fructum palmarum: verè enim fructum palmæ inueniet qui deuscto hoste ad promissâ perueniet.

Beatitudo anime separate.

20. **D**E SOBAL dicitur 1. Paralip. 2. Qui videbat dimidium requietionis. Alia litera. [Diuidebat. *GLOSS. ORD.* Requietio sepulchrum dicitur. Iste ergo diuidebat, vel videbat dimidium requietionis, id est, sortitus est terram iuxta sepulchra patriarcharum. Allegoricè, *Dimidium requietio videt*, qui post præsentis vitæ laborem, animæ quietem habet, tunc autem perfectionem requietionum videbit, cum & anima & corpore perfructur perfectione quietis.

In Beatitudine omnia bona.

21. **I**PARALIP. 17. Dedi locum populo meo Israel. *INTERL.* super caelum Israeli spirituali. *Planabitur, & habuisti in eo, & ultra non commouebitur, nec filij iniquitatis atterent eos, &c. & humiliasti inimicos tuos vniuersos. INTERL.* Hac tanta bona qui in terra sperat, insipienter sapit: in cælo implebuntur, vbi absterget Deus omnem lacrymam, &c.

Beatitudo in sancto sanctorum figurata.

22. **G**LOSS. ORD. super cap. 3. 2. Paral. Tripartita fuit fabricæ distinctio, hoc est, porticus ante templum, & ipsum templum in quo altare thymiamatis, mensa propositionis, & candelabrum luminis erant, & oraculum, hoc est, sanctum sanctorum, vbi arca Testamenti, & Cherubim, post velum collocata. Porticus verò ante templum antiquorum figuram gestabat fidelium, ipsum verò templum, eorum qui post incarnationem Domini in mundum venerunt:

Domus autem interior, regni cælestis gaudia vtriusque data.

Gratiarum actio Beatorum.

1. **E**SDRÆ 8. Manus Dei nostræ fuit super nos: & liberauit nos de manu inimici, & infidelitatis in via, & venimus in Ierusalem. His verbis beati gratias agunt Deo, quæ quidem verba similia sunt iis quæ Dauid nomine illorum dicit: [Benedictus Dominus qui non dedit nos in captiorem,] &c. *Psal. 123.* [Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.]

In Beatitudine gaudium perfectum sine metu.

2. **E**SDRÆ 7. Non aperiantur porta, &c. *GLOSS. SAORD.* id est, toto tempore noctis, ne in tenebris hostis irrupat, aut aliquis cuius incautus exitus ab hoste captus pereat. Tota enim nocte huius seculi custodes animarum debent vigilanter agere ne illis negligenter agentibus, diabolus cohortem fidelium turbans irrupat, vel quemlibet fidelium rapiat. Apparente autem sole iustitiæ, & clarescente luce beatitudinis futuræ, iam non erit opus claustris continentiæ, quia nec aduersariis dabitur vltra facultas impugnandi, vel tentandi. Vnde *Apocal. 21.* [Et porta eius non claudentur per diem, nox non erit illis,] &c. item *2. Esdr. 12.* [in die illa lætati sunt, &c. & audita est lætitia illa Ierusalem procul: Deus enim lætificauerat eos lætitia magna.] *GLOSS. ORD.* in cælesti Ierusalem Deus est Rex qui sua præsentia ciues lætificat: etiam in terra nouimus beatorum lætitiā, quamuis procul sumus.

Ad Beatitudinem arctæ viæ.

4. **E**SDRÆ 7. Si non transierit angustum, in latitudinem quomodo venire poterit? & infra, si nunquam antepositum periculū pertransierit, quomodo accipiet hereditatem? Beatitudo mari comparatur, propter immensitatē gaudij, iuxta illud, [intra in gaudiū,] &c. Sed nemo mare intrat nisi per angustum. Item, ciuitati plenæ omnium bonorum, introitus eius angustus, & in præcipiti positus. Ciuitas quæ adificatur tunctionibus & præluriis, introitum quidem habet angustum, quia arctæ est via, quæ ducit ad vitam. *A dextris eius ignis, à sinistris aqua alta. Semina autem est vna sola inter eos posita, &c.*

Beatitudinem aspicere debemus.

2. **M**ACHAB. cap. 7. Nonissimè autem post filios mater consumpta est. *CHRYSOSTOM. homil. de septem Machabæis.* Facile metiri possumus quid illa pertulerit, quæ non reum aliquem, & extraneum, sed septem filios simul & in vna die variè laniatos poenis videbat interfici. Causa autem huius virilis animi in ea fuit, quia non profluentem eorum sanguinem aspiciēbat, sed magis ad coronas eorum, quæ texebantur in calis, intenta gaudebat. Non considerabat circumstantes populos, quia videbat astantes Angelos, non in terrena præsentia intendebat, sed in futura cælestia præparabatur. Hac Ecclesiam nobis integram martyrum peperit, septem filios enixa sublimiter, quorum neminem peperit terræ, sed omnes cælo magis, aut regi cælorum, cui omnes eos in vitam peperit æternam.

Paradisus quando creatus.

27. **G**ENES. 2. Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio. *HIERON.* Alia litera habet ex Hebræo: [Plantauit Deus hortum in Eden, id est, in delitiis, contra Orientem.] *AVILA* loco Orientis posuit à principio. *Plantauerat Dominus Deus Paradisum*, id est, imperauit hortū in terra fieri, non

non enim fossorio opus habuit, vel agricultura, vel alia cura, ut paradisi hortum excoleret. **A M B R O S.** Quis enim est qui poterat fingere paradysum nisi omnipotens Deus [qui dixit & facta sunt?] Ille de quo dicitur: [Omnia plantatio quam non plantauit pater meus, eradicabitur.] **A principio.** **H I E R O N Y M.** dicit quod priusquam Deus caelum & terram faceret, paradysum condiderat. Alij verius, a principio, id est, tempore conditionis, id est, tertio die, cum paradysus sit quidam terrae ornatus & corporalis, sicut **Ioan. 8.** Dominus de diabolo loquens ait: [Ille homicida erat ab initio,] id est, a sexto die in quo peccauit homo. **A V G V S T.** Tres sunt de Paradiso generales sententiae, vna eorum qui tantum corporaliter paradysum intelligi volunt, alia eorum qui spiritualiter tantum, tertia eorum qui in vtroque modo paradysum accipiunt corporaliter, & spiritualiter, & hanc mihi fateor placere sententiam. **R V P E R T.** homo enim cum anima & corpore conflat, duplici paradiso opus habebat, scilicet spirituali, & corporali, Angelus vno contentus.

Paradisus in Oriente in alto situs.

28. **I B I D E M S T R A B V S.** Ex quo possumus coniciere paradysum in Oriente situ esse. Vbiunque autem sit, scimus eum terrenum esse, & interiecto Oceano, & montibus oppositis remotissimum a nostro orbe, in alto situ, pertingentem vsque ad lunarem circum. Vnde aquae diluuij illuc non peruenerunt. **D A M A S C E N.** In Oriente paradysus omni terra excelso collocatus est, optima temperie, & aere subtilissimo, atque purissimo, splendidus, &c.

Paradisus ignotus.

29. **I B I D E M.** Flumini egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita, &c. Ad id quod aliqui dicunt, scire fontes & origines aliquorum istorum fluminum, respondet **A V G V S T I N.** & alij, ea flumina quorum fontes, & origines nota esse dicuntur, esse sub terras, & post tractus prolixarum regionum alijs locis erupisse. Nam hoc solent nonnullae aquae facere. **S E V E R I A N V S.** Hoc diuina prouidentia factum est, ut curiosorum hominum superuacaneam inuestigationem tollerent Deus. Si enim horum fluminum fontes, atque principia nacti fuissent, paradysum videre, atque intrare tentassent, qui tamen desiderio frustrati essent. **R V P E R T.** Nomen voluptatis, omnis indigentiae sensum excludit, quia videlicet non sicut hic, ita & ex necessitate manducabatur & illic. Etenim in hac hominis peregrinatione, cibis est mortalitatis solatium, illic autem immortalitatis delectamentum. **C H R Y S O S T.** Quasi Angelus aliquis, vixisset homo super terram, corpore quidem amictus, sed extra corporis necessitates constitutus.

Idem.

30. **I B I D E M.** In hoc mira terrae paradisi dulcedo ostenditur, ait **R V P E R T.** quia videlicet aquarum natura falsa est, sterilis, nec potui habilis, sicut in semetipso mare ostendit: ascendens autem de abyssu, in illam quasi magni terrae corporis mammam, id est, paradisi fontem, quodammodo lacteam assumit dulcedinem, & irrigat vniuersam terrae superficiem, ut iuxta Prophetam, [Potent omnes bestiae siluae, & expectent onagri in siti sua] imo ut dulcesceret omnis terra ad nutriendam herbam virtutem, lignumque pomiferum.

In visione Dei consistit beatitudo anima.

31. **V C 6.** Mensuram bonam, & confertam, & coagulatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. **B E R N A R D.** Tripliciter in illa aeterna & perfecta beatitudine fruimur Deo, videntes eum in omnibus

creaturis, habentes eum in nobis ipsis, & quod his omnibus iucundius est, ipsam cognoscentes in semetipso Trinitatem, & gloriam illam sine vlllo enigmate, mundo cordis oculo contemplantes. [In hoc enim erit vita aeterna & perfecta, ut cognoscamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu: & videamus Deum sicuti est,] id est, non modò sicut est in nobis, aut in ceteris creaturis, sed sicut est in se ipso. Haec cognitio summa beatitudinis triplici modula, ad se frumenti, quo ciuitas sancta Ierusalem satiatur. Nam caeterae duae quasi cortex sunt. [Mensuram, ait Dominus, bonam, & confertam,] & plenam in vniuersitate creaturarum, confertam in interiori homine nostro, coagulatam in exteriori, superfluentem in Deo ipso. Quemadmodum verò in creaturis videndus sit, possumus aliquo modo intelligere, cum & Philosophi Apostolo teste per ea quae facta sunt, Dei inuisibilia conspexere. iam quomodo in nobis habendus sit, & hoc, vel ex parte possumus cogitare. constat enim triplicem esse vim animarum, rationabilem, irascibilem, concupiscibilem. Porro quomodo circa rationale nostrum, & scientia, & ignorantia constat, tanquam habitus & priuatio: sic & circa concupiscibile, desiderium, & contemptus: & circa irascibile laetitia pariter & ira versatur. Implebit ergo Deus rationale nostrum luce sapientiae, ita ut penitus nihil nobis desit in omni scientia. Implebit concupiscibile nostrum fonte iustitiae, ut omnino desideremus eam, & ea penitus repleamur. Sola est enim iustitia quae potest animam implere, & beatificare eam. Cum ergo repleuerit Deus concupiscibile nostrum iustitia, quidquid respicere debet, anima respicit, quidquid concupiscere, concupiscet, & ex omnibus id magis appetet, quod fuerit magis appetendum. Nec immeritò concupiscibili nostro iustitiam attribuimus, ex qua aut iusti, aut iniusti reputamur. Cum verò irascibile nostrum laetitia repleuerit Deus, perfecta erit in nobis tranquillitas, & in summam iucunditatem & laetitiam replebitur pace diuina: & in his, quantum ad animam spectat, perfecta beatitudo consistit. Quando scientia iam non inflat propter iustitiam, ira non contristat propter laetitiam, ut cesset prouerbium illud: [Qui apponit sapientiam, apponit dolorem,] quando iustitia nec indiscreta erit propter scientiam, nec onerosa propter laetitiam, quando laetitia nec inepta erit propter scientiam, nec impura propter iustitiam.

Idem.

A P O C A L. 6. Suffinete modicum tempus donec impleatur numerus fratrum vestrorum. **B E R N A R D.** In plenam & perfectam beatitudinem nec sine nobis intrabunt sancti cum corporibus suis, nec sancti sine plebe, nec spiritus sine carne, & meritò quidem. Neque enim praestari decet integram beatitudinem, donec sit homo integer cui detur, nec perfectione donari Ecclesiam imperfectam. Acceperunt tamen sancti iam singulas stolas, sed non vestientur duplicibus, donec vestiamur & nos, Deo melius prouidente pro nobis, ut non sine nobis consummentur. Stola enim prima, ipsa est (quam diximus) felicitas & requies animarum. Secunda verò, immortalitas, & gloria corporum. Vnde & dicunt, [viudica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est,] non tanquam vindictae cupidini, nec de propria vltionis zelo, sed ex desiderio resurrectionis, & glorificationis corporum suorum, quam vsque in diem iudicij differendam esse non dubitant.

Pro Beatitudinis pulchritudine laborandum.

C H R Y S O S T. *Hom. 11. in Ioannem.* Sicut illi qui solis lucem conspiciari nequeunt, omni morte misero

inferiorem vitam degunt, quid eos perpeti credendum est, qui illa luce priuantur? Siquidem in hoc seculo, cecitatis duntaxat damnus est, in illo autem non in visu tantum ledimus, quamuis haec sola priuatio sit grauissima, ut neque etiam sic par esset supplicium, sed tanto id grauius, quanto sol ille quam hic est sine comparatione praestantior. **I D E M.** *hom. 55. in Ioannem.* Si huius seculi lux tam pulchra est, confidera qualis illa futura sit. Quanto enim solaris lux lucernae lumen excedit, tanto, imo magis, illa solarem: quod inde significauit: [Sol obscurabitur] ad illius videlicet splendoris comparationem, ut non appareat. Quòd si in hac vita, ut splendidas nobis domos comparemus, magnam pecuniarum vim aedificando sumimus anxij, confidera qui nobis subeundi sint labores ut clarissimam nobis in caelis domum aedificemus, ubi lux ineffabilis. Hic enim pugnae, contentiones, de terminis, de parietibus: illic minime: haec relinquenda, illa permanens. Haec tempore consumitur, & multis subiecta est periculis: illa perpetuò manet. Hanc pauper sibi comparare non potest: illam duobus obolis suis emere potest, ut vidua illa. Quam obrem iam molestissimè fero, quòd tot nobis propositis bonis desideremus, animo deficiamus, & ut hic splendidi habitemus, omnia facimus; ut autem in caelo parum vel comparemus hospitij, nihil curamus, vel laboramus. Dic quaeso vbi hic domum habere velis, in deserto, aut in aliquo paruo oppidulo? Nò puto: sed in regis & magni ciuitatibus, vbi rerum copia & maior nobilitas. Ego tibi talem ciuitatem propono, cuius artifex Deus, in qua domù minori quam hic sumptu, minori labore còdere atque aedificare poteris. Aedificauit enim manus pauperù. Haec optima aedificatio, & summa sapientia: sicut quā hic facimus, summa amètia. Equidem si quis te in Persidem visurum regionem illam, & mox reuersurum duceret, iuberetque ut illic domum strueres, nonne eius auentiam reprehenderes, ac si inutilem persuaderet impensam? Cur non idem in hoc mundo facis, quem paulo post relinques?

Propter Beatitudinem, omnia relinquenda.

34. **M A T T H. II.** Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. **C H R Y S O S T.** *hom. 53. in Ioan.* Noli aurum rapere, sed diuitias, quarum comparatione, aurum lutum esse apparet. Dic quaeso, plumbo tibi & auro proposito, quid potius raperes, nonne aurum? Hic nihil tale in manibus est, sed beatitudo: & quomodo potest quis rapere, inquit? Disperge quae habes: quousque enim seruas illa, raperi non poteris. Propone tibi hominem plenis argenti manibus, quo ad id tenuerit, nunquid aurum rapere poterit, nisi id prius proiciat, & expeditus relinquit? **I D E M.** *hom. 14. in epist. ad Rom.* Tu ut magistratum assequaris, futurum tibi occasione daturum (nec enim id genus commodum, lucrum ipse appellauerim) facultates extrudis, atque adeo aere alieno contracto, si necesse sit, & vxorem vnà cum liberis pignori opponere non vereris. Proposito autem caelorum regno, principatu successorem nullum habente, vel Deo ipso iubente, nò ut partem anguli terrae, sed ut totum ipsum caelum capias, cum ceteris, ac tergieris, & ad pecunias ore hiantis stas, nihil cogitans.

Beatitudinis pulchritudo.

35. **C H R Y S O S T.** *Hom. 6. super epist. ad Hebr.* Vultis ut dem vobis similitudinem illius status? Suspiciamus in caelum quando nulla se interponit nubes, & clara est omnis corona eius. Deinde ad pulchritudinem aspectus eius considerandam aliquantulum temporis perdurantes, intelligamus, quoniam & solium habebimus, non quidem tale quale nunc est, sed

tanto melius effectum, quanto luteis rectis aureum est. & post illud item superius tectum, deinde Angelos, Archangelos, innumerabiles populos incorporearum virtutum, deinde ipsam Dei regiam, thronum paternum. Sed non valet sermo exprimere totum, experimento opus est; per experimentum quippe melius agnosceatur. Quomodo putas, dic mihi, Adam fuisse in paradiso? At illa multo melior erit ista conuersatio, quantum terra melius erit caelum. Atamen aliam similitudinem inquiramus: Da mihi aliquem, qui sit sicut infantulus regis. Vsque quòd quidè in vtero materno est, nihil sentit: si autem contingat eum inde egredi, & in thronum regalem ascendere, non paulatim, sed confestim cuncta accipit. Sic est etiam ille status. Aut si quis vincus & multa passus, repente ad regale solum rapiatur. Sed nec sic integre pertingere potui ad illius regni similitudinem. Hic quippe quaecunque quis perceperit bona, etiam si regnum aliquod adipiscatur, in prima quidem die vertit in eo amor, & gaudium, in secunda forsitan, & tertiat: Tempore verò procedente permanet quidè in voluptate, non tamen tanta: minuetur quippe semper ex consuetudine qualiscumque sit. Illic autem non solum non decreuit, sed etiam augmentum accipit. Cogita namque quantum sit, animam illuc pergentem nequaquam finem illorum bonorum expectare, nec mutationem, quin potius incrementum, & vitam finem non habentem, & vitam omni periculo liberam, ab omni mœnore & cura alienam, plenam gaudijs & mille bonis. Sicut etiam hic in campum exentes, & tabernacula militum spectantes, ex velaminibus confecta, & tela, & galeas, & umbilicos scutorum splendentes, rapimur spectaculi miraculo; si verò etià imperatorem nobis contingat in medio exercitus videre, siue currentem siue equitantem in armis aureis, omnia nos adeptos esse putamus: Quid putas erit cum videris, sanctorum tabernacula aeterna in caelo confixa? Cum vnumquemque eorum plusquam radios Solis videris resurgentem, non ex aere & ferro, sed ex illa gloria, cuius candorem & coruscationes oculis humanis non potest conspiciere: & ista quidem ad homines attinent. Quid autem dicam multam militiam Angelorum, Archangelorum, Cherubim, Seraphim, Sedium, Dominationum, Principatum, Potestatum?

Beatitudine priuari, miserrimum.

C H R Y S O S T. *Hom. 23. in epist. ad Hebr.* Quid aut adipiscens beatius, aut non adipiscens infelicius? Si enim patria quis expulsus, ab hominibus miserabilis indicatur, & quisquis haereditatem amiserit, videtur omnibus esse dolendus: qui caelo priuatur, qui illic repositis bonis, quantis lacrymis iste plangendus est: Imò non plangendus. Plangitur enim quisquam cum passus fuerit aliquid cuius ipse causa non est: cum autem ex propria voluntate semetipsum quisquam afflictione confixerit, nec lacrymis dignus est, sed lamentationibus, magis autem luctu.

Beatitudo essentialis omnibus aequalis.

P R O S P E R. *lib. de vita contemplatiua, cap. 4.* Sicut corporalis saturitas omnes saturos aequaliter habet, quamuis singuli cibù non aequaliter, sed pro possibilitate perceperint: ita omnes sancti, etsi fuerint aliqua graduum suorum diuersitate distincti, vna beatitudine perfecti erunt, & vna perfectione beati futuri sunt.

In beatitudine deficiamus.

B E R N A R D. *Sermone de Natiuitate Ioan. Baptistae.* Quomodo stilla aquae modica, multo vino infusa

fusa deficere à se tota videtur, dum & saporem vini induit, & colorem, & quomodo ferrum ignitum & candens igni simillimum sit, pristina propriaque forma exutum: & quomodo solis luce perfusus aër in eandem transformatur luminis claritatem, adeo ut non tam illuminetur quam ipsum lumen esse videatur: sic omnem tunc in sanctis humanam affectionem quodam ineffabili modo necesse erit à semetipsa liquefcere, atque in Dei penitus transfundere voluntatem.

Mors corporis necessaria ad Beatitudinem.

39. **C**LEMENS lib. 3. *Recognitionum.* Sicut testa ouorum quantum pulchre facta, & digenter formata videtur, necesse est tamen eam frangi, & resolui, ut inde pullus procedat, & illud pro quo totius oui forma expressa videtur, appareat: Ita ergo & huius mundi necesse est transire statum, ut status ille sublimior regni caelestis effulgeat. **BASILIVS**, *Hom. prima Exameron.* Quemadmodum vita hæc temporaria cognatam obtinet & huic mundo conformem naturam: Itidem & sequutura vite illius ratio sortem cognitionemque exceptura est animarum nostrarum statui commodissimè respondentem.

In Beatitudine puri & mundi erunt.

40. **M**ACHARIVS *Hom. 65.* Quemadmodum in rebus ante oculos positis rex non vitur ministerio hominum greges pascentium, sed pulchrorum ac bene educatorum: sic & in caelesti palatio illi ministrant regi caelesti, qui sunt puro corde, sine macula, & reprehensione.

In Beatitudine diuise mansiones.

41. **I**OAN. 14. *In domo Patris mei mansiones multae sunt.* **GREGOR. NAZIANZ.** *Oratione de Pauperate sonanda.* Sicut variae sunt vitae electiones: ita & multae apud Deum mansiones, quae secundum dignitatem unicuique diuiduntur & distribuuntur. & hic quidem hanc excolit virtutem, alius verò aliam, alius etiam plures, nonnulli quoque omnes. Si saltem est possibile, tantummodo ultra pergat quisque, & anteriora concupiscat, ac vestigia inlequatur eius qui rectè deducit, & dirigit, qui per angustam viam & portam ad latitudinem quae illic est, deducit.

Beatitudo desiderabilis.

42. **C**HRYST. *Hom. 24. in Martib.* Ponamus adolescentem aliquem esse mirabilem, eundemque & cunctis florere virtutibus, & totius tenere orbis imperium, tamque in omnibus esse perfectum, ut vnuerfos erga se homines patrio ardere faciat aspectu. Quid non ergo istius patrem pati existimatis libenti animo, ne talis filij priuaretur alloquio: quod verò vel grande malum vel exiguum non esse subitutum modò ut illum etiam videat, atque illius prudentia perfruatur? Hoc igitur de futura gloria cogitemus: nec enim sic filius patri, etiam si virtutibus mille decoretur, desiderabilis est, atque mirabilis, ut caelestium fructus bonorum, ac resolui, & esse cum Christo. **IDEM** *homilia prima in primam ad Corinthios.* Quemadmodum qui regno inhiat, et si purpura loco alium quemuis honorem assequatur, nihil se adeptum arbitrat: Sic & nos omnia despiciemus praesentia, si honorè illum desiderabimus. Nonne animaduertistis ludentes pueros, cum aciem struunt, & milites, praecones, lictores praecedunt, medius puer principis loco incedit: Huiusmodi humanae res sunt, nec puerilibus differunt ludis; vel etiam abiectiones. Quae hodie existunt, cras nunquam apparent.

Propter Beatitudinem vigilandum, & laborandum.

MATT. 11. *Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* **CHRYSOST.** *Hom. 10. in 2. ad Timoth.* Vides ut bona spiritalia dum rapiuntur, abundant magis: terrena verò dum fuerint direpta, minuuntur. Non itaque consenscamus inopia, sed diuitias ambiamus. Diuitiae Dei sunt, si plures sunt qui caelo perfruuntur. *Violenti*, inquit, *rapiunt illud.* Violentia & rapina opus. Nec enim in promptu, atque ad manus est regnum caelorum. Raptor huiusmodi semper est sobrius, vigilque perdurat, & in cura cogitationibusque versatur, ut rapere opportune possit. Nonne aspicitis ut qui in bello rapere aliquid cupit, noctem totam peruigil ducat in armis? Si igitur qui secularia rapiunt, noctem in armis & vigiliis ducunt, quanto studio egemus nos qui molimur spiritalia, quae sunt dignissima, rapere? At contra quibus caelestia consequi propositum, etiam die media dormimus ac stertimus, semperque nudi & inermes sumus. Si quis regnum inuadere nititur, nonne innumeras ante sibi mortes proponit? Nonne cum sese instruxerit armis, cum rei bellicae peritus euaserit, cum omnia huius rei gratia compararit, ita demum inuadere pergit? Non ita nos agimus, sed dormitantes rapere volumus, atque ideo vacuis manibus abimus. Non vides raptores quomodo fugiant, quomodo currant, quomodo omnia impedimenta dirumpant? Cursu opus est. Nam protinus aduersum te diabolus currit, & his qui praecesserint, tenere te iubet. Sed si fortis, si excitus fueris, omnia abieceris, omnes, anis instar, euasisti, ac licet iam hinc proficiscaris, siue forum, forensisque transcendas tumultus, saeculum scilicet praesens, etiam ad ea quae superiora sunt pertinges, quod est futurum saeculum. Rapuisti pudicitiam, ne sistas gradum, fuge. Longè post te diabolus relinque, si viderit quòd te deicere nequeat, ne persequatur quidem. Ita fere & nos facimus: qui cum raptores nostris se subdixerint oculis, quasi desperantes, neque ipsi insequimur, nec alios ad eos tenendos hortamur, sed abire permittimus. Sic tu quoque initio, vehementer utere cursu; cum longè à diabolo discesseris, nihil iam contra conabitur, sed iaturo eris, bonisque fruere aeternis.

Propter Beatitudinis diuitias extendenda paupertas.

CHRYST. *Hom. 5. ad Populum Antioch.* Si quis te in regias duxisset aulas, & de parietibus aurum vndique fulgens, & omnem alium ornatum tibi demonstrasset, postea te inde in pauperis cellam induxisset, & post breue tempus in regias reducturum illas, & perennem ibi se tibi daturum mansionem promississet, nunquid non deberes affici desiderio, & vel ipsos paucos dies aegre ferre? Hoc quoque de caelis, & de terra cogites, & ingemisce cum Paulo, non propter mortem sed propter praesentem vitam.

Propter Beatitudinem laborandum.

AVGVST. *In Psal. 93.* Venale est quod habeo dicit Dominus: tibi eme illud. Quid habet venale? Requiem, regnum: quantum valet? Pretium eius labor est, quomodo si diceret, pretium eius aurum est, non sufficeret hoc dicere, sed querereres quantum aurum? nam si solidus est, aurum est, & semiuncia, & libra, & tale aliquid: Ideo dicit pretium, ne labores querere, quandiu huius rei pretium labor est. Quantum labor est? iam quare tu quantum laborandum sit. Tu indica quanto labore emenda sit requies illa sempiterna, sine fine, ubi gaudium incorruptum sine

sine fine, vita aeterna sine fine. Quanto labore digna est requies, quae non habet finem? Quia sempiterna est requies, aequè pretium. Si verum vis comparare, & verum iudicare, aeterna requies aeterno labore rectè emitur, certè tantus debuit esse. Idem sempiternus labor pro requie sempiterna. Decies centena millia annorum in labore quid valet? habent finem. Quod tibi dabo, ait Dominus, non habebit finem: qualis misericordia Dei: nec dicit, decies cetera millia annorum labora, non dicit vel mille annos labora, non dicit quingentos labora, sed cum viuus, labora paucis annis. Inde iam requies erit, & finem non habebit. Ecce quantum pretium damus, quodammodo vnam siliquam ad accipiendos thesauros sempiternos, siliquam laboris ad requiem sempiternam.

Beata vita diligenda.

45. **I**DEM **AUGVST.** *serm. 17. de verbis Domini ex Mart.* Cum sic ametur ista ærumnosa vita: quam sit amanda aeterna vita? Amas istam vitam, ubi laboras, curris, fatigis, anhelas, & vix enumerantur quae necessaria sunt in misera vita, seminare, arare, nouellare, nauigare, molere, coquere, texere, & post hæc omnia finire habes vitam. Ecce quae pateris in misera ista quam diligis vita. & putas te semper victurum, & nunquam moriturum? Tempora, saxa, marmora, plumbum ferròque consolidata, tamen cadunt, & homo nunquam putat se moriturum. Dies mali hinc sunt; non sunt dies malos quos agimus in corruptela huius carnis, in tanta vel sub tanta sarcina corruptibilis corporis, inter tantas tentationes, inter tantas difficultates, ubi falsa voluptas, nulla securitas gaudij, timor torpens, cupiditas auida, tristitia arida? Ecce quam malos dies, & nemo vult finire dies malos, multumque rogant hinc Deum homines ut viuant. Quid est autem diu viuere, nisi diu torqueri? Quid est aliud diu viuere, nisi quam malos dies malis diebus addere? & cum crescunt pueri, quasi accedunt illis dies, & nesciunt quia minuuntur, & ipsa est falsa computatio. Crescentibus enim decedunt dies, potius quam accedunt. Constituitur homini alicui nato. v. g. octoginta annos, quidquid viuunt, de summa minuit. & inepti homines gratulantur plurimis natalitiis tam suis quam filiorum suorum. O virum prudentem! si tibi vinum minuatur in vtre, tristis dies perdis & gaudes? Mali ergo sunt dies, & eo peiores quia diliguntur. Sic blanditur hic mūdus, ut nemo velit finire ærumnosam vitam. Vita bona non est, nisi beata: vita beata esse nō potest, nisi aeterna. Vbi sunt dies boni, non multi sed vnus.

Ad vitam consequendam beatam requiritur puritas.

47. **C**ASSIANVS *Collatione prima cap. 5.* Quemadmodum quibus vsus est bellica tela tractandi, cum ante regem mundi huius artis suae cupiunt peritiam demonstrare, in paruissima quadam scutula, quae figurata in se continet praemia, iacula sua vel sagittas contorquere contendunt, certi quòd non alia nisi destinationis suae linea ad finem possint desiderati praemij peruenire, securi de ipso, si modò propositum scopum valuerint obtinere: qui si fortè ab eorum fuerit subtractus intuitu, nec indeclinabiliter ei sagacissimorum obtutu pernicacia inhaerent, quantumlibet recto tramite cassa imperitorum deeret intentio, excidisse se tamen à contemplatione non sentiunt, & cum sibi efficacissimis telorum immisionibus videantur inniti, frustrato inertiae labore falluntur, quia illum subtilissimum destinationis limitem persequi oculis, ac mente non norunt, & cum inutiles in aera, vacuosque ictus effuderint, in quo peccauerint, quoue decepti sunt diiudicare non possunt: quippe quos nulla mensura proposita arguit, quantum à di-

rectione discesserint, nec quò deinceps corrigere vel reuocare debeant lineam disciplinae, docere potest passius obtutus: Ita igitur & nostri propositi finis quidem iuxta Apostolum vita aeterna est, scopus verò puritas mentis, quam Paulus sanctificationem nuncupauit, sine qua praedictus finis, non poterit apprehendi.

Beati, dij qualiter dicantur.

48. **A**NSELVVS *lib. de Similitudinibus cap. 67.* Considera sub exemplo naturam ignis, & naturam rerum ignitarum, si fortè ibi aliquatenus queas imaginari, qualiter illi summa Deitati pro modulo tuo possis participando deificari. Ecce ignis vnus est, & in sua natura calidus: in hunc igitur ignem porta lignum, plumbum, & ferrum simul: itaque cum lignum fuerit in carbonibus conuersum, & plumbum liquefactum, ita ut in carbonibus nihil nisi ignis appareat, & plumbo nihil caloris addi queat, necdum tamen poterit ferro in calore coequari; quod nondum forsitan penitus incanduit igni; licet igitur aliud alio magis in calore profecerit, singulum tamen seruata natura sui, visitato loquutionis modo, quia quod ignitum est per se dicitur ignis. Sic erit in illa beata supernorum ciuium societate, de qua loquimur. Nam quemadmodum hi qui summa Deitati sunt propinquiore, & ob hoc aliis praestantiores, dij dicentur: ita & qui illi sunt inferiores, quoniam vna & eadem quae & ipsi, summa deitati pro sua capacitate participant, simili modo deos dicendos necesse est. Talis honor, ut praelibauimus iustis pro modo meritorum exhibebitur. Quisque verò malus è contra sic exonorabitur, ut in omni fetore deiectus, vermium etiam dominio subiiciatur.

Beatitudo pronocat ad vincendum.

49. **P**SAL. 1. *Beatus vir qui non abiit.* &c. **PETRVS** **CHRYSOL.** *serm. 44.* Sicut dimicaturus cum bestis, & grauissimorum certaminum particulas subituro, praenuntiantur ante braua, praemia, coronae: sic Propheta beatitudinè praemisit, ut pronocaret hominem, totam quam potest enumerat, criminum vincere feritatem.

BLASPHEMIA.

Blasphemus primus diabolus. 1.

Blasphemus secundus Cain. 2.

Blasphemia in Spiritum sanctum. 2. 4.

Blasphemare facere, graue. 3. 5.

Blasphemia, seuerè punitur à Deo. 6. 7. 8. 9.

Blasphemia cur non prohibeatur in Decalogo. 10.

Primus blasphemus diabolus.

ENES. 3. *Scit enim Deus quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij.* **RVPERTVS.** Ecce quomodo nequissimus nebulo altissimum Deum sibi similem facere contendit. Mendax ipse, & inuidus mendacem & inuidum vult Deum facere. *Naquaquam morte moriemini.* ac si dixisset: *Mentitus est ille qui dixit, morte moriemini.* Item verè inuidus, praeccepti Dei causam esse inuidiam auderet asserere cum dicit, *scit enim Deus quia in quocumque die comederitis ex eo, aperientur, &c.* Hæc ille. Ac si diceret: unde ortam putatis prohibitionem Dei, nisi ab inuidia, ut scilicet ne sitis sicut ipse est? Qui enim blasphemus fuerat in caelo, dicens: [Super caelum coniscendam, & ero similis Altissimo,] etiam blasphemus fuit

fuit in terra, & blasphemiam feminavit in primis hominibus, dicens: *Eritis sicut dii.* AMBROS. In quo licet advertere idololatricam auctorem esse serpentem, eo quod plures Deos induxisset in hominum inveniatur errorum. RABANVS. Numerositatem Deorum homini credendam proposuit hac astutia, vt si forte ad inobedientiam illum pertrahere nequiret, fidei tamen, qua vnum Deum colebat, castitatem corrumpere.

Cain blasphemus in Spiritum sanctum.

2. GENES. 4. Dixitque Cain ad Dominum. *Maiores est iniquitas mea quam vt veniam merear.* BERNARDVS. *super Cant. Serm. 11.* Mentiris Cain: maior est enim Dei pietas quam quævis iniquitas. GLOSSA ORDIN. Culpam exaggerat, sed peccata peccatis adiiciens desperat, nec credit se veniam posse adipisci, quæ est blasphemiam in Spiritum sanctum, [quæ non remittitur nec in hoc seculo, nec in futuro:] quia putat Deum aut nolle dimittere, aut non posse, tanquam omnia aut non possit, aut inuideat hominis salutem.

Blasphemia graue peccatum.

3. GENES. 9. *Benedictus Dominus Deus Sem, &c.* Dices (ait Chrysostr.) hoc non est benedicere Sem, sed Deum, imò valde benedixit illum. Quando enim Dominus benedicitur, & aguntur illi gratiæ ab hominibus, tunc vberior ab illo solet istis benedictio dari; propter quos ipse benedicitur. Sicut è contrà quando propter nos alij illum blasphemant, maior hinc nostra fit condemnatio. Sic quando benedicitur propter nos, multum id nobis conciliat fauoris. Vnde Matth. 5. [Sic luceat lux vestra,] &c. & Sanctus Paulus, [Propter vos nomen Dei blasphematur inter Gentes.]

Idem.

4. LEVITICI 24. *Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen Domini, morte morietur, &c.* LXX. [Homo homo qui maledixerit,] &c. AVGVST. Loquutio est hæc scripturæ, & de eo dicitur qui culpatur, non qui laudatur. ESI CHIVS. Minus imponitur maledicenti Deum quam blasphemanti nomen eius. Tanquam maledicere sit minus, & nominare nomen Dei sit grauius, vt aduertamus quod blasphemiam quæ scienter committitur, maxima poena vindicatur. Vnde Matthæi 12. [Qui peccauerit in Spiritum sanctum, non dimittetur ei,] id est, qui in scientia blasphemauerit, quæ est donum Spiritus sancti. vnde 1. *Corinth. 12.* [Alij datur in eodem spiritu sermo scientiæ.] Maledicit ergo Deum qui nescienter blasphematur, & peccatum recipit, id est, poenam peccati, quia scientiam quam debebat habere non habuit. *Nomen* verò Domini nominat qui in scientia blasphematur. Hoc autem facit qui eius scientiam per Spiritum sanctum acquisiuit. [Nemo enim potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto,] ideo iuste sine misericordia puniatur, nominatur autem talis, & blasphematur, sicut filius Israelitidis nominauit, & blasphemauit.

Blasphemia graue peccatum.

5. 2. REGVM 12. *Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen Domini.* INTERL. Apud gentes scelestum haberetur si quis vxorem alterius per vim sibi vindicauerit, maximè qui præest. *Propter verbum hoc.* INTERL. Qui talem regem præfecisset. VATABL. id est, fecisti vt Dominus male audiret apud inimicos suos. dicent enim, eum constituisse regem improbissimum populo suo. PAPHR.

RAPHR. CHALDÆVS, vertit: [Quia aperiendo aperuisti os inimicorum Domini in hoc negotio,] id est, dedisti anam inimicis Domini loquendi contra ipsum propter hanc rem: *Filius qui natus est tibi, morte morietur.*

Blasphemia seuere puniatur à Deo.

LIB. 3. REGVM cap. 20. *dixerunt Syrii: Dii montium sunt dii eorum, ideo sperauerunt nos, sed melius est vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos.* Hæc apud Deum fuit magna blasphemiam, & ideo puniuit eam. *Hæc dicit Dominus, ait Propheta: Quia dixerunt Syrii, Deus mortuum est Dominus, & non est Dominus vallium, dabo omnem multitudinem hanc in manu tua, & scietis quia ego sum Dominus.* Ita paruus erat exercitus Israel, quasi duo parui greges caprarum. Alia litera. [Ac si essent duo denudati greges caprarum.] Pauci erant & sine armis, & nihilominus percusserunt filij Israel de Syriis centum millia pedum; & pauci qui confugerant ad ciuitatem Aphech. Cecidit murus super viginti septem millia hominum qui remanserant. LYRANVS. Dei voluntate cecidit murus super blasphemos. Non fuit minor blasphemiam Senacherib, nec minor eius poena 4. *Regum 18.* *Nunquid liberauerunt dii gentium terram suam, &c. vt possit eruere Dominus Ierusalem de manu mea?* INTERL. Si tantis Diis præsentibus vicimus facile, quanto magis solam Ierusalem vno Deo præsentem vincemus? *Tacui itaque populus, & non respondit ei quidquam.* INTERL. Ne cum ad maiores blasphemias prouocaret. Hunc blasphemum tanquam belluam ferocem Deus punit. *Insanisti in me.* 4. *Regum 19.* & *superbia tua ascendit in aures meas. Ponam itaque circulum in naribus tuis, & canum in labijs tuis. Nocte illa venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia.* GLOSSA ORDIN. Tot ab vno angelo vna nocte caduntur, & absque vulneribus mors sæua discurrit. & reuersus est Senacherib, &c. GLOSSA ORDIN. Cum ignominia scilicet, in terram suam, qui seruatus est vt fieret testis maiestatis illius quam paulo antè contempserat. & filij eius percusserunt eum gladio. GLOSSA ORDIN. Nec angelico periit gladio, quod erat commune, sed partitio filiorum. Pharao quoque in decem Ægypti seruatur plagis, vt nouissimus pereat. De hac punitione Senacherib, fit mentio. *Tobia 1.* *Cumque reuersus esset fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum Deus fecerat propter blasphemiam, vltra mortem centum octoginta quinque millium hominum, ait INTERL. quam circa eum Deus fecerat, membris quibusdam amissis, & in Iudæa dimissis. Hæc illa. Grauius quidem puniuitur, sed non emendatus. & iratus multos occideret ex filiis Israel, iussit Tobiam occidi, & tolli omnem substantiam eius.* Quia non contra Deum potuit vindicari, conuersus fuit contra eius populum, & ei seruientes, sed statim periit. *Post dies verò quadraginta quinque occiderunt regem filij ipsius.* Vide etiam num. 8. Propter blasphemiam contra circumcisionem Amalecitarum odio habitus. Vide *Paupertas*, num. 15. ex Glossa ordin.

Idem.

2. MACHAB. 9. *Antiochus iussit agitari curruum suum, sine intermissione agens iter, celesti enim iudicio perurgente, eo quod ita superbe locutus est, &c. sed qui vniuersa conspicit Deus Israel percussit eum insanabili & inuisibili plaga.* RVPERTVS. in cap. 17. *Apoc. 17.* De Antiocho Epiphane Daniel prædixerat cap. 8. [Et sine manu cõteretur.] Diuinitus quippe percussus inuisibili & insanabili plaga computruit, miseramque vitam misere vt dignus erat, finiuit. *Hæc ille.* Supradicta quidem fuit plaga eius inuisibilis, hæc autem fuit visibilis. *Super hoc autem repletus miseria ignem spirans*

spirans animo in Iudæos, & precipiens accelerari negotiis, contigit eum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari. IOSEPHVS. lib. 3. *Hist. Iud. cap. 12.* & lib. 12. *Antiquit. cap. 13.* Percussus vlcere pessimo, & dolore intestinorum, minimè humiliatus fuit. Dixit enim, Accelerate currus & equites, ac militares copias, vt vadam contra Ierusalem, & exequar voluntatem meam. Quis poterit stare contra faciem meam? Nonne mare & arida in potestate mea sunt, vt pro arbitrio meo cõmutem creaturas eorum? vertam mare in terram, & terram in mare. Contigit autem vt cum deside loqui, & veheretur, vt currus eius transfret contra elephantem quemdam, & elephas vociferari inciperet, atque ex rugitu eius equi terrentur, calcitrarent, & subuerterent currum, caderentque Antiochus de curru, & confringerent ossa eius. Siquidem erat homo grauis, crassus & corpulentus. & addidit Dominus plagam super plagam, vt inciperet totum corpus eius fetere instar cadaueris proiceti tempore aestatis super faciem campi.

Idem.

2. MACHAB. 10. *vers. 34.* *Hi qui intus erant, loci firmitate confisi supra modum maledicebant, & sermones nefandos iactabant, &c. Viginti iuvenes ex his qui cum Machabæo erant, accensi animis propter blasphemiam viriliter accesserunt, &c. turres portæque succendere aggressi sunt, atque ipsos maledicos viuos concremari.* Poena quidem digna eorum blasphemiam. & lib. 1. *Machab. cap. 7.* Orabant Deum vt castigaret blasphemias Nicanoris. *Qui missi erant à Rege Sennacherib, Domine, quia blasphemauerunt te, exiit Angelus, & percussit ex eis centum octoginta quinque millia: Sic contere exercitum istum in conspectu nostro hodie, & sciant ceteri quia male locutus est super sancta.* Aliam blasphemiam dixerunt contra Deum lib. 2. cap. 15. *vers. 3.* *Ille infelix interrogauit si est potens in calo qui imperauit agi diem sabbatorum, &c. Et ille ait, & ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, &c. & hoc magna cum superbia. & Nicanor quidem cum summa superbia erectus cogitauerat omne trophæum statuere de Iudæa, & ob hanc punitus statim fuit, & contrita sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus in prælio. & infra 1. *Machab. 7.* *Non est relictus ex eis nec vnus, & v. 27. 2. Mach. Prostrauerunt non minus octoginta quinque millia, presertim dei magnificè delectati.**

Idem.

9. EXOD. 19. *Omnis qui tetigerit montem, morte morietur, &c. Manus non tanget eum, siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet.* RVPERTVS. ac si dicat, Ne quis vltra intelligentiam suam ad montem sacræ Scripturæ audeat ascendere, sed contentus sit mensura secundum donum quod accepit à Deo. Quicunque enim lapsus in blasphemiam in Deum, sacræ Scripturæ altitudinè temerare ausus fuerit, æterna morte interibit: quem manus non tanget, id est, cuius insaniam nemo imitabitur, sed duris Ecclesiæ sermonibus coarctabitur, & acerrimis illius obiurgationibus constringetur, siue stultus ille fuerit iumentis comparatus, siue reputatione sua sapiens, non viuet, &c.

10. BLASPHEMIA cur non prohibetur in Decalogo, cum perituri prohibeatur, vide *iuuramentum*, num. 6.

BONA TEMPORALIA, & spiritualia.

Spiritualia bona semper crescunt. 1.

Bona temporalia despicienda. 2. 4. 5. 7. 8. 11. 13. 21. 22. 23. 27. 30. 32. 37. 43.
Spiritualia bonis temporalibus concedit Deus. 6. 14. 15. 16. 17. 20. 26. 31. 34. 36.
Spiritualia estimanda. 7. 13. 27. 33. 46. 47.
Differentia inter vtraque bona. 3. 12. 18.
In quo consistit bonitas temporalium. 9. 10.
Temporalia si despiciantur, Deus concedit. 17.
Temporalia spiritualibus impedimento sunt. 17. 19.
Temporalia bona somniata. 24.
Temporalium occupatio. 25. 29.
Temporalia Deus largitur, vt inuitet ad spiritualia. 28. 31.
Temporalia non satiant. 29.
Temporalibus qualiter vtendum. 35. 45.
Temporalia bona mutabilia. 39.
Eos qui in presenti bona acceperint, æternis malis cruciari. 38.
Non beati qui temporalibus bonis fruuntur. 40. 41. 42.
In temporalibus bonis non gaudendum. 44.
Temporalibus vtendum, vt spiritualibus fruamur. 48.
Bona eadem & nocua sunt aliquibus, & profunt alijs. 49.
Bonis etiam bene vtendum. 50.

Spiritualia bona semper crescunt.

GENES. 1. CHRYSOSTR. Hæc est natura spiritualium fluminum, vt hoc magis scaturiat & accrescat spiritualis gratia, quo quis magis inde haurire studet. Vnde Christus Ioan. 7. [Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viua, vt impletis illis ditiores redeamus. Nam quando videt gratia spiritus, feruens desiderium & vigilem mentem, tunc & gratiam suam opulentam liberalius largitur.

Bona terrena despicienda.

GENES. 1. Terra autem erat inanis & vacua. AMBROS. Quare à principio terram Deus non ornauit? Responso. Ne verè increata, & sine principio crederetur. Nam licet à principio naufragium passa, à multis Philosophis credita est esse æterna: Quid dicerent si à principio eius pulchritudo venisset? cum hoc defectu si sic amata est, quid facerent homines si à principio pulchra appareret? CHRYSOST. Cuius gratia dic quæso calum clarum & absolutum creauit, terram autem deformem effecit? Ne homines ob terræ vsus necessitatem plusquam dignum est, eam venerentur. Terra namque nutrix est, & mater nostra, ex ea siquidem facti sumus, & educamur. Terra nostra patria est, & commune sepulchrum (reditus enim noster ad eam est) & varijs per eam bonis fruimur. Sed inanis & vacua nobis demonstratur, ne beneficia terræ ipsi impures, sed ei tribuas qui eam ex nihilo creauit, & ornauit. De calo non dicitur quod sit inane, & vacuum, cum in principio quando creatum est, Angelis est repletum, vt illud diligereamus.

Differentia inter vtraque bona.

GENES. 1. Diuisitque aquas que erant super firmamentum, ab his que erant sub firmamento. Aquas inferiores clarè est subiectas esse tempestatibus & mutationibus; verum superiores, cum sint crystallinæ,

linæ,liberæ etiam sunt à similibus motionibus. Hæc eadem est differentia inter bona temporalia & spiritualia. [Nolite igitur thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furatur; Thesaurizate autem vobis thesauros in cælis, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. *Matth. 6.*

Bona terrena despicenda.

4. **GENES. I.** *Vocauitque Deus firmamentum, celum.* **R. VERT.** Notandum quod de animalibus quæ sine dubio prætereunt, dicitur infra, quod adduxit ea Dominus ad Adam, ut videret quid vocaret ea, & omne quod vocauit Adam anima viventis, ipsa est nomen eius. Rebus autem perpetuis Deus ipse nomina imposuit, cælo videlicet, terræ, ac mari, &c. *Hæc ille.* Similiter bona temporalia, nomine carent apud Deum, etiam si apud homines magnum nomen habeant. Solum spiritualia & æterna apud Deum nomen habent.

Idem.

5. **GENES. I.** *Luminare minus ut præset nocti.* **BASILIVS.** Luna nunc tota sinuata in orbem, nunc accrescens aut decrescens, non tota, conspicitur. Nam alia nimirum obumbratur parte, cum incrementa suscipit, alia pars eius occultatur, cum imminuitur. Ex eius varia figura exemplum nobis apertum nostræ naturæ præstat. Nullam inquam rem humanam fixam, nullam stabilem, nullam perpetuam esse, sed alias denuo exortas, alias perire, alias crescere, alias decrescere. Ut non plurimum nobis ipsis ob vitæ prosperitatem tribuamus, non potestatis gloriemur, non ob incertum fortunæ statum ac opulentiam efferaur; despiciamus carnem, in qua potissimum versatur mutatio, curam animæ diligentiamque adhibeamus, cuius bona duntaxat inamobilia esse constat.

Bona temporalia malis, spiritualia bonis sepe Deus concedit.

6. **GENES. I.** *Producant aqua reptile, & volatile super terram.* **BASILIVS.** Vna communis est vtriusque conditio. Nam vti pisces aquam secant agitatione pinnarum, sic & in volatilibus fieri conspicere licet, ærem pennis, alisque findunt, & veluti natant. **AVGVST.** Volatilia conuenienter sunt aquis attributa, quia non inconuenienter aer iste aqua nominatur. **EVCHERIVS.** Vna est aeris aquarumque natura: sed nota quod quidquid aquarum vndosum & fluidum est, reptilibus deputatum est. quidquid verò vaporaliter suspensum est, auibus distributum est. *Hæc ille.* Eam distributionem seruat Deus cum iustis & peccatoribus, istis bona temporalia & caduca tribuit, quidquid aquarum vndosum & fluidum est: illis verò bona spiritualia & superna, quidquid vaporaliter suspensum est. Dicendo autem vaporaliter, nobis intelligi datur quod iustis datur substantia rerum sine labore, tanquam si substantia aus eliciatur, & detur infirmo, sine ossibus & carne, quod delicioſius & delicatius quidem est.

Spiritualia afirmanda, temporalia despicenda.

7. **GENES. I.** *Ad imaginem Dei creauit illum.* **BERNARD.** *super cant. serm. 24.* Corporis staturam dedit Deus homini rectam forsitan, ut ista corporea vilioris reſtitudo figmenti, hominem interiorem illum qui ad imaginem Dei factus est, spiritualis suæ seruandæ reſtitutionis admoneret, & decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim indecentius quam curuum recto corpore gerere animum? Peruersa res est & fœda luteum vas, quod est corpus de-

terra, oculos habere sursum, spirituales verò cælestemque creaturam suos è contrario oculos, id est, internos sensus, trahere in terram deorsum, & quæ debuit nutriri in croceis, harere luto, tanquam vnam de suis, amplexarique stercora. Erubescere anima mea, diuinam, in pecorinam commutasse similitudinem. Erubescere commutari in cæno quæ de cælo es. *Hæc ille.* Græcè homo appellatur *anthropos*, id est, contemplans quæ videt, vt Plato in *Cratyllo* interpretatur. Nam cætera animalia, quæ vident, non considerant, homo autem & videt simul, & contemplatur quod videt. Alij *anthropos* interpretantur, id est, sursum aspiciens, non deorsum, sicut cætera animalia quæ imitantur peccatores, iuxta illud: [Oculos suos statuerunt declinare in terram.

Temporalia despicenda.

GENES. I. *Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam & dominamini piscibus maris, &c.* **CHRYSOST.** Primum etiam brutis animalibus & reptilibus dictum est: sed, *subiicite eam, &c.* solis hominibus dictum est. **R. VERT.** Primum quidem commune est electis cum reprobis, qui omnes eodem modo nascendo, pariterque viuendo, replent terram, sed in eo discernuntur quod sequitur, & *subiicite eam.* Soli namque electi, quorum est terra viuendum, hanc terram quam corporibus repleuerant, libertate animorum sibi subiiciunt. Quippe qui solum Deum præponentes, terrena omnia fortiter contemnunt.

In quo consistat bonitas temporalium.

GENES. I. *Vidit Deus cuncta que fecerat, & erant valde bona.* **CASSIAN.** *collat. 23. cap. 3.* In eo sunt valde bona, quod faciunt nos inuisibilia Dei intellecta conspiceret, sempiternamque virtutem eius, ac diuinitatem. Hæc tamen omnia nec boni nomen tenebunt, si futuro illi seculo comparentur, vbi bonorum nulla mutatio, nec corruptio; magna igitur hæc, & bona valde inuitu: si futuris verò ex fide re-promissionibus coaserantur, continuo vanitas apparebunt, dicente Dauid, *Psal. 101.* [Omnes sicut vestimentum veterascent,] &c. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Idem.

GENES. I. *Et erant valde bona.* **BERNARD.** *Serm. 3. de Pentecost.* Multi inter filios hominum in bonis inferioribus sensibilis mundi huius tota sensualitate repressi, totos se dederunt his quæ facta sunt, negligentes quoniam modo, vel ad quid facta sunt. Pauci verò fuere quibus summum studium fuit modum & ordinem inuestigare factorum, vtilitatem rerum perquirere: dissimulantes vtriusque successerunt viri prudentes, qui nimirum & quæ facta sunt, & quomodo facta sunt transilientes, intenderunt aciem mentis, vt ad quid facta sunt, viderent. Nec latuit eos quoniam omnia propter semetipsum operatus est Dominus, & propter suos. Hi sunt spirituales viri, siclytentes hoc mundo, tanquam non videntes, sed in simplicitate cordis sui querentes Deum. Primi, carnales; secundi, Philosophi; tertij verò spirituales sunt. Primi rursus voluptate; secundi, vanitate; tertij verò veritate impleti.

Bona temporalia despicenda.

GENES. 3. *Vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, & aspectuque delectabile.* **BERNARD.** *Serm. 82. super cant.* Non est tua ô mulier ista suauitas, ista delectatio, ista pulchritudo, & si tua pro parte luti, non tua folius, sed communis

munis cunctis animantibus terræ. Tua quæ verè tua est, aliunde & alia. Nam æterna est & de æternitate. Quid tu animæ tuæ aliam formam, imo deformitatem imprimis alienam? scilicet temporalia & transitoria appetendo?

Differentia inter vtraque bona.

12. **GENES. 3.** *Cumque cognouissent se esse nudos, &c.* **DIODORVS.** Qualis natura est, talis & voluntas: alia enim terrestrium natura & volatilium, & aquatilium alia. Vnaquæque enim natura, ea vult quæ sibi conuenientia atque conducibilia esse cognouit. Primi igitur patentes cum adhuc mortales non essent, non erubescerant de nuditate, vt pote quæ vestimentis minime egeret, sed postquam ex inobedientia mortales effecti sunt, erubescerant se non habere vnde mortalia membra tegerent atque operirent. **AMBRVS.** Postquæ primi parentes spoliatos se illa sinceritate & simplicitate viderunt, integræ incorruptæque naturæ, querere mundana & manufacta coeperunt, quibus nuda suæ mentis operirent, delectationis delectationibus, & voluptates voluptatibus, velut folia folijs affluentes.

Spiritualia afirmanda, temporalia despicenda.

13. **GENES. 4.** *Nonne si bene egeris, recipies, sin autem male, statim peccatum in foribus aderit?* **HERONYM.** Lxx. ita habent. Nonne si rectè offeras, non autem rectè diuidas, peccasti? **AMBRVS.** Rectè Cain obtulit, quia oblatio insignis deuotionis & indicium gratiarum est. Sed non rectè diuidit, quia ante omnia Deo debuit deferre primitias, vt à gratia inchoaret auctoris. Etenim diuisionis hic ordo est, vt prima secundis, non primis secunda præcurrant, & cælestia terrenis, non terrena cælestibus præferantur. Sed quia Cain confundit hunc ordinem, dicitur ei, Peccasti.

Temporalia mali, spiritualia boni querunt.

14. **GENES. 4.** *Et edificauit Cain ciuitatem, & vocauit nomen eius ex nomine filij sui Enoch.* **GREGOR. 16. Moral. cap. 6.** Primus in terra Cain ciuitatem construxisse describitur. Qui videlicet peregrinus & alienus à soliditate æternæ patriæ apertè monstratur, quia in terra fundamentum posuit. Peregrinus à summis fundamentum in infimis ponit. Vnde in eius stirpe Enoch (qui dedicatio interpretatur) primus nascitur, in electorum verò progenie Enoch septimus fuisse memoratur. Quia reprobi in hac vita semetipſos edificando dedicant: Electi verò edificationis suæ dedicationem, in septimo tempore, id est, in fine temporis expectant. Videas namque plurimos temporalia sola cogitare, honores querere, ambiendis rebus inhiare, nihil post hanc vitam requirere. Hi in prima se generatione dedicant. Videas autem electos nihil præsentis gloriæ querere, libenter inopiam sustinere, mala mundi æquanimiter perpeti, vt possint in fine coronari. Electis ergo Enoch in septima generatione nascitur, qui sui dedicationem gaudij, in extremæ resurrectionis gloria requirunt. **STRABVS.** In generatione Cain, id est, pessimorum, primus Enoch ponitur, quia reprobi in præſenti vita spei suæ radicem figunt; de quibus dicitur *Iob. 5.* [Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.] In generatione autem iustorum Enoch ab Adam septimus ponitur, quia hic manentem ciuitatem non habent, sed futuram expectant vsque ad septimam generationem gloriæ.

Idem.

15. **GENES. II.** *Habueruntque lateres pro saxo.* **GREGOR. super Psal. Miserere.** Meritò qui in Senaar

habitant, de lateribus ciuitatem ædificant, quia qui terrenis dediti sunt, voluptatibus carnis inferunt, de fragili materia mentis mutatione atollunt. Cæterum qui contempta terrenarum opum cupiditate, & carnalis vitæ abdicatis illecebris, per operâ sanctitatis virtutum in seipsis sanctificationem accumulunt: hi profectò lateres in lapides mutant, & neque in arena mundanæ confidentiæ spiritalem structuram erigunt, sed in petra fidei, quæ Christus est, atria nulli excidio obnoxia ad similitudinem Euangelicæ illius parabola constitunt.

Idem.

GENES. 13. *Eleuatis itaque Loth oculis vidit omnem circa regionem Iordanis, &c. elegitque sibi, &c.* **AMBRVS.** Diuersa hominum ingenia sunt, alios vtilia, alios amœna delectat. Inferior amœniora eligit, vtiliora fastidit. villicus, vel actor agri nonnunquam vtilis est: si autem conferatur vrbano, si insipiens sit elector, aut cocum eligit aut vocalem, quem venustioris gratiæ putat, & refutat vtiliorem. Loth ergo partem amœnam elegit, quæ citò prædonum oculis incurrit. **LIPOMAN.** Denique eligunt imperfecti decliniora, valles, & terrena: Abram verò & sibi similes sancti, montana inhabitare malunt, & Ierosolymæ ciuitatis confinia sibi cupiunt.

Idem.

GENES. 14. *Nihil accipiam ex omnibus qua tua sunt.* **R. VERT.** Spiritualiter hic locus, Euangelicum virum ædificat. Quisquis crucis vexillum erigit, & nomen Christi prædicat, sicque legitime certans, errores & vitia expugnat, & exinde non quæ sua sunt querit, sed quæ Iesu Christi, ipse quodammodo est Abram, qui quatuor reges deuicit, & eos qui expoliauerant, expoliavit, atque propinquum liberavit, & hoc factò, ab homine, sine per hominem ditari noluit. **CHRYSOST.** Talem imitemur & nos virum, despiciamus præſentes diuitias, vt veras diuitias inuenire valeamus. Misericors enim Dominus quando nos videt despiciere præſentia, etiam ipsa largiùs suppeditat, reponitque plurima, quibus olim fruemur. Videre hoc potes in diuitiis, in gloria huius vitæ, & in omnibus aliis temporalibus rebus, sicut ipsi contigit Abræ. Despiciamus igitur præſentem prosperitatem, vt præ ineffabilibus illis, nihili faciamus præſentia, vt ad futura præmia excitari valeamus. Neque enim possibile est, vt qui præſentibus est mancipatus, ineffabilium bonorum desiderium accipiat vnquam. Sicut enim lemæ quædam oculos op- plentes, ita præſentium cupiditas mentis oculos obſcurat, & non permittit videre quod oportet facere. Contrà non est possibile vt qui solida & immobilia illa bona amant; momentanea ista, & quæ anteaquam appareant, marcescunt, concupiscant. Nam qui faucius amore diuino, & futurorum desiderio tenetur, aliis oculis considerat præſentium statum, & considerat quod omnis præſens vita figura est, & deceptio, & à somniis nihil differt.

Differentia inter vtraque bona.

GENES. 16. *Dixit enim: Profectò hic vidi posteriora videntis me.* **R. VERT.** Quare non vidit Agar faciem, sed posteriora videntis? Quia videlicet non in facie, sed in posterioribus desiderabat gaudere videntis. Per posteriora namque Domini, terrena, vel transitoria; per faciem rectè intelliguntur cælestia vel æterna: & quia nulla cælestia audierat Agar sibi promissa fuisse. Terrenum enim est omne quod audiuit, scilicet, *multiplabo semen tuum, & non numerabitur pro multitudine, & hic erit ferax homo, &c.*

Rectè non faciem videns, sed posteriora ancilla vidit. Non talia de libera dicta sunt, scilicet, Sara: Et dabo, inquit, ubi filium ex ea, cui benedicturus sum, & statuum pactum meum ad eum, & his similia.

Temporalia impediunt spiritualia.

19. GENES. 19. Dissimulante illo apprehenderunt manum eius, &c. & posuerunt extra civitatem. AMBROS. Pene non est profectus ut euaderet, nisi vrgentibus Angelis, & tenentibus manus eius, egredi coactus esset: non ergo profectus, sed eductus est. RYPER. Quamuis comparatione Sodomorum Loth iustus esset, adhuc tamen à perfecta iustitia minus habens, amœnitate Sodomorum tenebatur, & idcirco quasi non satis intelligeret quod dicebatur, dormitantes oculos, & amore diuitiarum pressos auertebat à lumine præsentis. Sic persæpe is qui iam cælestia nouit, iamque de spiritualibus instrui meruit, adhuc tamen pernicioso irretitur amore mundi, & à concupiscentia sua illectus, dissimulat auditas & bene sibi cognitatas futuri iudicij minas, & æterni ignis penas sulphureas, eo contentus ut concupiscentiæ suæ effectu quoquomodo perfruatur. Quo ita dissimulante si apprehenderit manum eius Deus, & eduxerit eum ante effectum peccati, & posuerit extra civitatem, id est, extra tentationis inclusionem, tunc ad se reuertitur, & copiosam Domini misericordiam recognoscit.

Temporalia malis, spiritualia bonis dantur.

20. GENES. 25. Deditque Abraham cuncta que possederat silio suo Isaac, filiis autem concubinarum largitus est munera. AVGVST. Munera hæc quæ acceperunt filij concubinarum, videntur mihi significare quedam dona Dei populo Iudæorum, & hæreticis, & peccatoribus data, scilicet temporalia hæc, velut filiis concubinarum: cum hæreditatis munus, quod est charitas, & vita æterna, non nisi ad Isaac pertineat, hoc est ad filios promissionis.

Temporalia despicienda.

21. GENES. 26. Et vocavit nomen eius, id est, putei tertij, latitudo, dicens: nunc dilatavit nos Dominus, & fecit crescere super terram. AMBROS. Pro puteo latitudinis non sunt rixati: quia sine contentione, & sine lite iam quietus atque securus est qui mundana hæc & sensibilia fuerit supergressus: vnde superatis iam aduersitatibus, & alienis cogitationibus (quid enim tam alienum quam omnia secularia, quæ perpetua esse non possunt) potest Sapiens dicere, dilatavit Dominus nobis, & auxit nos super terram, quia terrena transcendit.

Idem.

22. GENES. 28. Tulu de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo dormiuit, &c. GREGOR. 5. Moral. cap. 21. Jacob ad caput lapidem posuit, & obdormiuit, & scalam vidit, &c. In itinere dormire, est, in hoc præsentis vitæ transitu à rerum temporalium amore quiescere, & ab appetitu visibilibus mentis oculos claudere, quos primis hominibus seductor aperuit. Culpa quippe oculos concupiscentiæ aperuit, quos innocentia clausos tenebat. Vnde sponsa, [Ego dormio & cor meum vigilat.] quia videlicet sancta mens, quo se à strepitu corporalis concupiscentiæ comprimit, eo verius interna cognoscit, & tanto alacrius ad intima vigilat quanto ab exteriori inquietudine occultat.

Idem.

23. GENES. 32. Et ecce vir luctabat cum eo, &c. AMBROS. Quid est luctari cum Deo, nisi vir-

tutis certamen inire, & potiorem ceteris imitatore Dei fieri? Quicumque enim secularia negligit, ad imaginem similitudinemque Dei propius accedit. & quia insuperabilis erat fides Jacob, atque deuotio, secreta ei mysteria Dominus reuelabat, & cum Deo certamen dicitur inisse. GREGOR. Hom. 12. super Ezech. Notandum quod idem victus angelus neruum femoris Jacob tetigit, eumque marcescere statim fecit, & ex tunc Jacob vno claudicauit pede, &c. Post agnitionem enim suauitatis Dei, vnus in nobis pes sanus remanet, atque alter claudicat, quia necesse est, ut debilitato amore sæculi conualecat ad amorem Dei, &c. & cui desiderium terrenum iam arefactum fuerit, in solo pede amoris Dei tota virtute se sustinet, & in ipso stat, quia pedem amoris sæculi, quem in terra ponere consueuerat, iam suspensum à terra portat, & 4. Mor. cap. 40. Qui vero amore sublimia respicit, iam in hoc mundo duplicibus incedere desideris nescit, vno enim pede innititur, qui soloi Dei amore roboratur, & necesse est ut alius marcescat, quia mentis virtute crescente, oportet proculdubio ut carnis fortitudo torpescat.

Temporalia bona somniata.

24. GENES. 40. Narravit præpositus piscinarum, &c. Videbam coram me vicum, in qua erant tres propagines, &c. AMBROS. Cum esset iste vini præpositus, hunc summum credebant apicem omnis potentie, quod regi calicem dabat. Hæc gloria illius, hæc magnificentia in hoc sæculo, ac defraudatus dolcebat, huic redditus gratulabatur. Sed hoc somnium, est, & omnis potentia sæculi somnium, non veritas est. Denique per somnium vidit reddi principatum suum. Isaias cap. 29. ita esse huiusmodi homines qui in hoc sæculo delectantur secundis rebus, affirmat, sicut qui in somniis manducat, & bibit, videtur sibi cibo & potu, dum dormit, repleti, sed cum euigilauerit, incipit esurie amplius, & tunc intelligit quam inanis fuerit ille cibus & potus somniantis. Sic qui dormit in hoc sæculo, nec oculos aperit ad mysteria diuina, quamdiu somno grauat corporis, putat alicuius momenti hanc esse secularem potentiam: ubi euigilauerit, deprehendit quam inanis huius sæculi voluptas sit.

Temporalium occupatio.

25. EXODI. Præposuitque eis magistros operum, ut affligerent eos operibus. CYRILLVS. Præposuit Satan magistros operum, id est, impuros demones constituit, qui variis animi affectibus mentem eorum qui terrena sapiunt, aggraunt, verens (ut opinor) ne otiosi ab operibus, mentis oculos ad Deum leuantes à Satana iugo collum eximant. Hominis enim natura libertatem maximè amat. Vnde Satanus, cæterique immundi spiritus in gloria ac diuitiarum loco habent distractionem hominum vanam, studii que ac labores eorum circa ea quæ ad carnem pertinent.

Temporalia malis concessa.

26. EXODI. Edificauit illis domos. AVGVST. 25. Fortè non habebant domos. An ad diuitias hoc verbum pertinet, vel potius ad aliquas rei familiaris idoneas facultates? Sicut dicit Jacob focero suo: iustus est ut aliquando prouideam domui meæ.

Temporalia bona despicienda, & spiritualia appetenda.

27. EXODI. 3. Vadam, & videbo visionem hanc magnam. GREGOR. 15. Moral. cap. 17. Lucta lxx. Transibo & videbo, legitur. Magnum nobis mysterium indicatur. Viator quippe dicitur, qui præsen-

tem,

tem vitam viam sibi esse, & non patriam attendit, qui in dilectione prætereuntis sæculi cor figere despicit, qui non remanere in transiuntibus, sed ad æterna peruenire cõcupiscit. Qui enim in hac vita viator esse appetit, huius vitæ prospera intimè contemnit. Vnde Dauid, cum à dilectione præsentis sæculi iam corde transiret, iniqui gloriam describens, dicebat psal. 36. [Vidi impium super exaltatum, & eleuatum super cedros libani. Sed quia cor huic mundo non subdidit, hunc iure despexit, dicens: [Transiui, & ecce non erat.] Eset quippe aliquis in eius estimatione impius, si ipse ab hoc sæculo per intentionem minimè transisset. Sed is qui non transiuit magnum aliquid esset, transiuit animo quàm nihil esset apparuit, quia dum æterna retributio cogitatur, præsens gloria quàm sit nulla, cognoscitur. Hinc Moyses cum supernæ contemplationis gloriam quæreret, dixit: Transiens videbo visionem, nisi enim gressum cordis à sæculo amore remouisset, nequaquam intelligere superna potuisset. Hinc Ieremias luctum cordis sui considerari deposcens ait: [O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus.] Qui enim præsentem vitam, non quasi viam transisset, sed quasi patriam attendunt, luctum cordis electorum considerare nesciunt. AMBROS. lib. 1. de penitentia, cap. 14. Et nos transeamus aquam: non remaneamus in aqua, ne flumina nos profunda concludant. Transeamus magis ut & nos dicamus [torrentem pertransiuit anima nostra.] Qui enim transiit, saluus est. Denique & Dominus sic ait, Isai. 43. [Si trans eas per aquam, flumina te non concludent.] & propheta dicit, [vidi impium,] & c. transiui & ecce non erat.] Transi secularia, & cecidisse aspicias altitudines impiorum. Moyses enim transiens secularia flumina, vidit visum magnum, & ait, Transiens videbo visionem hanc magnam. Si enim fuisset in corporis vitis, & sæculi istius lubricis voluptatibus, tanta non vidisset mysteria.

Temporalia Deus largitur, ut inuitet ad spiritualia.

28. EXODI 3. In terram bonam, & spatiosam, in terram que sicut lacte, & melle. GREGOR. Hom. 32. Repromissionibus populus suadetur, cum vocandus esset ad dona cælestia, ut dum esset aliquid quod de vicino perciperet, illud iam fidelius crederet quod de longinquo audire potuisset. Carnalis enim populus, si parua non acciperet, magna non crederet. Omnipotens ergo Deus largiendo terrena, suadet ad cælestia: iuxta illud: [Dedit eis regiones gentium, & labores populorum possidebunt, ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant.] BERNARD. 2. lib. de Consideratione. Meliorem illis pollicetur est terram Deum. Nam quando ipsum aliter sequeretur populus solam sapiens terram? Sic enim se habent mortalium corda: quod scimus cum necesse non est, in necessitate tamen nescimus.

Temporalium occupatio.

29. EXODI 5. Vacatis otio: idcirco dicitis, camus, &c. hic, & operamini. Paleæ non dabuntur vobis, & redditis consecretis numerum laterum. INTERL. continuè vult diabolus & ministri eius opera mala fieri, ut vlti & consuetudine trahatur quisque. GREGOR. Nvs s. diabolus semper studet ne ad cælum oculos eleuare possimus, sed in terram continuè inclinatos lateres in ea ex luto faciamus. Qui enim ad lutosas huius vitæ inhiant voluptates, nunquam se pleinos retinere possunt, sed quamuis semper se impleant,

semper tamen vacui sunt. Nam quemadmodum laterum fictor, aliud atque aliud lutum formæ, qua lateres figurat, imponit, adeo ut forma plena semper, & vacua semper luti dici possit, quoniam cum hoc receperit atque formauerit, nullus amplius vltus ipsius ad hoc est, sed ad aliud ad quod vacua est. Sic appetendi vis, si quis eam his terrenis voluptatibus replere studeat, etsi quod in dies cupit, allæquatur, eoque se repleat, vacua tamen semper est, cum ea quæ habuit, respuat, & in aliud atque aliud continuè feratur. Nec finis miserimi ardoris cupiditatum esse potest, nisi quis carnalem vitam repellat.

Temporalia relinquenda.

30. EXODI 13. Primogenitum asini, mutabis oue, &c. AMBROS. Afina laboriosum est animal, ouis fructuosum. Fructu ergo dicit mutandum laborem, ut finis operis sui fructus sit. vel certè hoc modo: Omnem laborem tuum, omnem industriam, puro & simplici commendabis affectu. Intellectus autem profundior liberandam animam tuam docet, ut desistat ab his quæ fructum non habent. Relinquenda sunt ergo opera, quæ verum fructum, bonosque processus habere non possunt, qualia sunt ista mundana, quorum vltus non potest esse diuturnus, in quibus ipse nudus, & veri vacuus effectus est, & quantum summo fuerit quæsitus labore, animam nihil iuuat. Ea enim quæ seruitutem animæ inferunt, inutilia sunt omnia, etsi non desit effectus. Athleta, cum ad victoriæ coronam peruenit, intelligit citius hanc mundi gloriam, tanquam coronæ suæ folia marcescere. Opus est ergo, ut opera tua ad Deum dirigas, & eius tibi aspiet fauor. Deum igitur deprecemur, ut secularibus curis tanquam ab immitibus, & agrestibus dominis possimus absolui, atque exui, mundanisque exire seruitio, in libertatem supernæ cognitionis, quæ vera & sola est libertas, vocati.

Temporalia largitur Deus, ut inuitet ad spiritualia.

31. EXODI 15. Dexteram manus Domini confregit inimicum. GREGOR. 3. Pasfor. cap. 27. quia hostes Dei, etsi in sinistra eius proficiunt, in dextera franguntur, quia plerumque pranos vita præsens eleuat, sed aduentu æternæ beatitudinis datinat. Admonendi sunt igitur qui in hoc mundo prosperantur, ut solerter considerent, quia præsentis vitæ prosperitas aliquando idcirco datur, ut ad meliorem vitam prouocet, aliquando verò ut æternum plenius damnet. Hinc est quod plebi Israeliticæ terra Chanaan mittitur ut quandoque ad æterna speranda prouocetur. Quod liquidè Psalmista attestatur, dicens: [Dedit eis regiones gentium, & labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes, & legem eius requirant.] Sed cum largientem Deum homo boni operis recompensatione non sequitur, vnde nutritus piè creditur, inde iustus damnatur. Vnde Paul. [deiecasti eos dum alleuarentur.] & cruciatio diuiti etiam dicitur in Inferno: [Recepisti bona in vita tua.] Idcirco enim recepit bona in vita sua malus, ut illi plenius mala reciperet, quia hic fuerat nec per bona conuersus.

Temporalia despicienda.

32. IVDICVM 7. Duc eos ad aquas, & ibi probabo illos. In bonorum temporalium abundantia, cuiusque virtus probatur, quia ut in plurimum [incrassatus est dilectus, & recalciuravit,] & c. ideo consulit Dauid, [diuitia si affluant, nolite cor apponere.] Qui manu & lingua lambuerit aquas, sicut solent canes, &c. INTERL. Qui super omnia animalia amant dominos suos, hoc eligit Deus, quia tanquam aduenæ & peregrini dicit: Sic

H 3 Sic

Sic transcamus per bona temporalia, vt non amittamus aeterna. *Flevo autem poplite bibere*, est bona temporalia adorare, & venerari. Nota etiam quod canis percussus à domino, non oblatrat, sed etiam post verbera redit ad dominum: Qui per bona temporalia nimium affliguntur, dicit Deus quod Elcana vxori suae, *1. Regum 1. Anna cur fles, & quare affligitur cor tuum? Nonne ego tibi melior sum, quam decem filij?*

Spiritualia, multo meliora.

33. 2. **R**EGVM 12. *Et si parua sunt ista, adiciam tibi multo maiora.* Regnum Israel inter alia numerauerat. Quid igitur maius regno? Intellige spiritualia bona quae sunt altioris ordinis. Maior siquidem est gradus vnus gratiae quam omnia regna mundi. **VATAB.** In Hebraeo habetur, *& si pusillum*: subaudi, expectasses, nec peccasses, adiecisses tibi multo plura.

Malis temporalia, bonis spiritualia.

34. 3. **R**EGVM 16. *Eccce ego demeram posteriora Baasa & posteriora domus eius.* **GLOSSA ORDIN.** Demetit Dominus huius vel cuiusque iniqui posteriora, cum peccata post finem vitae vlciscitur. Demetit & posteriora domus eius, cum imitatore aeternis cruciatibus damnat. Quicumque ergo vsque in finem vitae in prauis operibus perseuerat, posteriora illius demerentur. **STEPHANVS.** Iustus demetit Deus anteriora, id est, aufert temporalia, vt det aeterna; malis verd posteriora demerit, scilicet vitam aeternam. Ideo petebat **AVGVST.** Domine hic vire, hic seca, vt in aeternum parcas. & Abraham diuiti dixit: [Fili recepti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autem hic consolatur, tu verd cruciaris.] Sunt iniqui similes regi Roboam negligentem in conseruandis scutis aureis, quae pater suus Salomon in templo constituit: hoc est in bonis spiritualibus conseruandis. Magna verd cum diligentia tuitus est scuta aerea quae ipsemet posuerat loco aureorum, qui quidem, vt dicitur *3. Regum 14. tradidit ea in manu ducum curuariorum, & eorum qui excubabant ante ostium domus regis, &c.*

Qualiter temporalibus vtendum.

35. 3. **R**EGVM cap. 9. versu 28. *Qui cum venissent in Ophir, sumptum inde aurum, &c.* **GLOSSA ORDIN.** *Ophir*, terra aurea appellatur, eo quod montes aureos habeat, qui à leonibus & saeuissimis bestiis incoluntur, ad quos nullus aliter accedere audeat, nisi qui in nauis staret iuxta litus, terram quam vnguibz leonum effossam inuenerint, in suam nauim recipiunt, vt si bestiae eos senserint, facile in mari recipiantur. **YRANVS.** Quae terra postea in fornacem proicitur, & quod est ibi impuritatis consumitur, & amouetur virtute ignis, & remanet aurum purum. *Hac illo.* Sumitur hinc exemplum, qualiter vti debemus bonis temporalibus, vnguibz leonum, è visceribus terrae erutis. Quae quidem accipere debemus passim, & cum festinatione, non recedentes à mari, hoc est, recursum ad Deum habentes, ne scilicet ferae illis onustos nos comprehendant. Vnde Apostolus: [Habentes alimenta & quibus tegamur,] &c.

Temporalibus Dei ira irritatur à malis.

36. 4. **E**SDRAE 16. *Qui negotiantur in rapina, quantum dum exornant ciuitates, & domos suas, & possessiones, & personas suas, tanto magis ad elabur eos super peccata sua, dicit Dominus.* Alia litera. [Eo magis excandescam in eos ob peccata ipsorum.] *Quomodo zelatur fornicaria mulierem idoneam, & bonam valde: sic zelabitur iniustitia iniquitatem, cum exornat se & ac-*

cusat eam in facie. Temporalia enim vt in plurimum irritant iram Dei.

Temporalia despicienda.

37. **T**OBIAE 2. *Ex uido hirundinum dormienti illi, calida stercorea incidere super oculos eius, seretque cecus.* **GLOSSA MYSTICA.** Per hirundinem quae est auis, hinc inde volans, significantur fortunae bona, quae reputanda sunt vt stercorea, & haec excacant oculos etiam sapientium, sicut dicitur *Deut. 16.* [Munera excacant oculos sapientium, & mutant verba iustorum.]

Eos qui in presenti bona sua receperint, aeternus manet cruciatus.

38. **L**VCAE 16. *Memento fili quia receperisti bona, &c.* **BERNARD.** Inuenire est multos qui dicant, Quid peccauimus? Bona est omnis creatura Dei. Nostra licite possidemus, nostris vtitur facultatibus, & rapinis & atrociniis abstinentes, non pascetis in cruce coruos. Ego sanè diuitem illum cuius Saluator meminit in Euangelio, in nullo horum audio accusati. Induebatur purpura, & bysso, quotidie splendide epulabatur. Si crudelitatis arguitur, quod substantiam mundi habens, & videns fratrem egere, clausit viscera sua ab eo: Quot Lazaros esurietes, nudos, aegrotos videntes, plus de iumentis, plus de equorum phaleris, quam de iustorum miseris cogitamus? Sed ad tremendum iudicium Abraham veniamus. Non enim Abraham, sed Dei Abraham sententia est, *Memento fili, &c.* Verum vtrumque est, non potest omnino negari. Fer sententia: quia paucis expressa totius negotij summa est: ille bona, iste mala recepit. Quid modò? Nunc autè, inquit, hic consolatur, tu verd cruciaris. Expergiscimini ebrj, & flete. [Terribilis in iudiciis est Deus super filios hominum.] Haecine cruciatu causa tota, quod in hoc seculo bona recepit? Ipsa planè. Nec enim nos ad hoc de paradiso voluptatis animaduertio diuina eiecit, vt hic alterum sibi paradysum adinuentio humana praepraret: Homo ad laborem natus, si non facit ad quod natus est, si scilicet laborem refugit, ad quid venit in mundum? Quid respondebit ei qui misit eum, qui vt laboraret instituit? *Memento, ait, quod receperisti bona in vita tua.* Si talis est finis, si tale est iudicium, vt extrema gaudij ludus occupet, nunquid non praefenda sunt in hoc seculo mala bonis? Caeterum, si sic cruciandi sunt qui in vita sua, bona receperunt, & habentibus consolationem praesentem, vt intentatur aeternum: cum sint aliqui iuxta sapientiam carnis scientes reprobare malum, & eligere bonum: quis eorum poterit esse finis, si secundum multitudinem consolationum suarum, dolores obtinuerint animas miserorum? Consequens enim videtur, vt bona omnia, & omnem seculi huius recipientes consolationem, nihilominus vniuersum vae, & vniuersi maneant cruciatus. Illi verd qui contrario ducti spiritu vitae praesentis omnia bona respuunt, & eligunt mala omnia, omnia quoque bona domini sui, & omnem habituri sunt consolationem.

Temporalia instabilia.

39. **C**HRYSOST. *Hom. 14. de Auidia.* Si stella quae sunt in caelis perpetuoque lucent, recipiunt nonnullam mutationem, sol deficiens, luna interiens; an non extrema demetia est terrena pro stabilibus fixisque ducere? *Idem serm. de habenda cura proximi.* Sicut videri nequit in rota, quae continuè versatur, aliqua pars eius, eo quod crebra circumferentia, semper summa sunt ima, & ima summa: ita & nostrarum rerum impetus, dum continuè vertuntur, summa facit infima, vt videre licet in diuitiis, potentiis, & aliis.

Non

Non beati qui temporalibus bonis fruuntur.

40. **I**ACOB. 1. *Beatus vir qui suserit tentationem.* **VERSEBIVS EMISSEN.** *Hom. de sanctis Epiphodio & Alexandro.* In hoc mundo praualente malitia, iniquitate dominante, pauper affligitur, diues multiplicatur. An tu hunc potentem vocas qui in mortem suam fortis est, cui prouentuum fallax vmbra praesentium, aeternorum congregat causas malorum? Quis beatam dixerit validam in iugulum suum dexteram? Quis probabiliter laudat velocem ad ardua praecipitiam festinantem? Quis eius miseretur ascensum quem de summo prospicit esse casurum? Perinde est si alique miraris quem perimpia videas inaurato atque gemmato sibi poculo venena miscentem. An tu illum felicem vocas qui infidelis, obsecenus, cupidus, & cruentus, pro eo quod vias Domini aspernatur, per suas ire permittitur, dexterae angustis offensus, & sinistrae latitudine delectatus, flagitiis inuoluitur, sceleribus inficitur, spoliis contaminatur, & intel hac se beatissimum putat, ex hoc quoque infelicio, quod non se intelligit infelicem? Quid hic faciat medicina caelestium mandatorum, quae non sanat nisi volentes? Pigri itaque ad curam salutis, alacres ad militiam mortis, & captiuitatis, vt dictum est, *Proverbiorum. 2. Exultant in rebus pessimis, & de sui perditione latantur*, similes illis qui fortè sumentes exitiabiles herbarum succos, cum risu perire dicuntur.

Idem.

41. **G**REGOR. NAZIANZ. *Oratione 2. in Iulianum.* Non ita filij mei, dicit Sacerdos Heli, *1. Reg. 2.* filios suos in Deum peccantes admonens, sed scire facilius esse prosperitatem abeuntem reuocare quam conseruare, cum ex Dei gratia contingit. Nam cum discessit, molestia illam reducit; cum verd praesens, foecordia illam dissoluit. Siquidem & corpora aegrotantia medela restituntur, & abstinentia: ob paruum autem negligentiam, & repletionem, iterum prior morbus affluere consuevit.

Idem.

42. **C**HRYSOST. *Concione 3. de Lazaro.* Velut si quem videris hydropi, aut vitio splenis obnoxium, aut tabo quopiam marcescentem, remulencia ac deliciis indulgentem, reddere morbum acriorem, adeo non miraris aut beatum iudicas eum ob delicias, vt ob hoc ipsum, etiam maximè miserum existimes: Similiter & de anima cogitatio, vbi videris hominem peruersè vitentem, multaque fruentem prosperitate, nec triste quidquam patiente, ob hoc ipsum magis deplora, quod cum morbo grauissimoque tabo sit obnoxius, tamen deterior fit, morbum deliciis vitaeque dissoluta exasperans.

Temporalia bona non estimanda.

43. **C**HRYSOST. *Hom. 49. in 1. epist. ad Corinth.* Qui felicem rem opes iudicas, innumerabilibus lacrymis es deplorandus. Nam si quis sanus valensque felicem iudicet molli lecto ex morbo decubentem, miserior est quam aeger ipse, qui bonorum suorum nullum habeat sensum, quod acciderè quoque in his videre licet.

Temporalibus bonis non gaudendum.

44. **A**VGUSTIN. *in Psal. 91.* Ad praesens Deus habenas laxat, sed post atringeret. Noli gaudere ad piscem qui eca sua exultat, nondum traxit hamum piscator, non iam ille hamum habet in faucibus, & quod tibi videtur longum, breue est: omnia ista citò transeunt.

In bonis & in aduersis idem esse conuenit.

45. **A**VGUST. *Serm. de prudentia ad Eremitas.* Prudentia te docet, vt in cunctis semper idem sis, tam in prosperis quam in aduersis. Sicut manus quae eadem est, & cum in palmam extenditur, & in pugnam restringitur.

Propter bona spiritalia laborandum.

46. **C**HRYSOST. *Hom. 4. de verbis Isaie, Vidi Dominum, &c.* Homo vrinator, seu natator, nullam aliam ob causam audet seipsum in profundum aquarum demittere, quam propter margaritas, bellorum causam: quanquam non materiam reprehendo, sed mentem intemperantem. & tu vt accipias thesaurum, deficere nescium, plantetque vineam in anima tua, non sustines aetum nec sudorem? Non vides istos qui sudant in theatro, quomodo sudent, nudoque capite solis radium excipiant, quo fiant captiui mortis, quo scorti mancipia? ad exitium illi laborant, & tu ad salutem segnis & remissus es?

Idem.

47. **I**DEM *Hom. 4. in Genes.* Si qui in aurifodinis laborant, vbi quaedam venas diuites conspicari fuerint, à fodiendo non desistunt, donec quae obstant, amouerint, & in profundum descendentes copiam inde auri perceperint. Multo magis nos, non auri ramenta inquirentes, sed inenarrabilem thesaurum inuenturos sperantes, decet illum quoridie inuestigare, vt multis diuitiis spiritalibus in simul collectis domum redcamus.

Temporalibus bonis vtendum, vt spiritalibus fruamur.

48. **A**VGUST. *lib. 1. de Doctrina Christiana cap. 11.* Quomodo si essemus peregrini, qui beate viuere, nisi in patria non possemus, eaque peregrinatione vtique miseri, & miseriam finire cupientes, in patriam redire vellemus, opus esset vel terrenis, vel marinis vehiculis, quibus vtendum esset, vt ad patriam qua fruendum erat, peruenire valeremus: quod si amoenitates itineris, & ipsa gestatio vehiculorum nos delectaret, conuersi ad fruendum his quibus vti debuimus, nollemus citò viam finire, & peruersa suauitate implicari alienaremur à patria, cuius suauitas faceret beatos: sic in huius mortalitatis vita peregrinantes à Domino, si redire in patriam volumus, vbi beati esse possumus, vtendum est mundo, non fruendum, vt inuisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspiciantur, hoc est, vt de corporalibus & temporalibus rebus aeterna & spiritalia capiantur.

Bona eadem & nocina sunt aliquibus, & profunt aliis.

49. **A**VGUST. *lib. 1. contra Cresconium cap. 1.* Neque propterea pro patria non est miles armandus, quia contra patriam nonnulli arma sumpserunt; aut ideo vti non debent boni doctique medici ferramentis medicinalibus ad salutem, quia his ad perniciem etiam indocti pessimique abutantur. Quis enim nescit, sicut vitia, vel inutilia fuerint ea quae quaruntur: ita eloquentiam, hoc est, peritiam, facultatemque dicendi, sic esse vitalem, vel inutilem, vt fuerint vitia vel inutilia quae dicuntur? **ORIGEN.** *in lib. Iudith, hom. 5.* Vinum sanos & commode degentes iuuat, & sicut Scriptura dicit: [Cor hominis duntaxat iustificat:] febricitantibus verd si sumpserint, perniciem continuè, & interitum parit: ita fit, vt eadem res eodem modo sumpta, vni quidem vitam, alij autem conferat mortem.

Bonis etiam bene utendum.

REGOR. NAZIANZ. lib. 1. de Theologia Mellis satietas vomitum mouet, quantum sit mel. Breniter vt Salomoni, sic & mihi videtur. Suum cuique negotium destinatum esse tempus. & videmus quae per se bona sunt, si non bene quoque tractantur, boni gratiam amittere: non aliter atque hybernis mensibus sunt intempestiuu flores. Nec mulieres virilis, nec viros muliebris ornatus decuerit, vt nec luctui conuenit musica, nec in potu lacrymae.

BONVM IN COMMUNI.

Est bonum in communi, licet alicui bonum non sit. 1. Omne bonum a Deo. 2. 3. Deus magis respicit bonum vniuersale. 4.

Est bonum in communi, licet alicui bonum non sit.

GENES. 1. Lignum etiam scientia boni & mali. AMBROS. Dices; si ex gustu arboris vctitae tot mala homini orta fuere, ergo malum erat lignum scientiae boni & mali. Responso. Quod malum putamus plerumque, non per omnia malum est, sed in communi vtile. Nam sicut fel in corpore hominis, etsi amaritudinem habet, ad salutem hominis vtile inuenitur, ita & vtilitati omnium profuturam sciens Deus scientiam boni & mali, in paradiso constituit, vt in commune prodesset. Sed gustauit ex ea homo contra voluntatem Dei, & nocuit illi, sensitque amaritudinem illius. Est ergo quod singulis noceat, & in commune proficit. AVEVS. Valde mihi placet non fuisse illam arborem cibo noxiam, non enim qui fecerat omnia bona valde, in paradiso instituerat aliquid mali. Sed malum fuisse homini transgressionem praeccepti. Appellata igitur est arbor illa scientiae boni & mali. Quia nisi post prohibitionem ex illa homo ederet, nulla erat praeccepti futura transgressio, in qua homo per experimentum poenae disceret quid interesset inter obedientiae bonum, & inobedientiae malum. RVPERT. vel ironicè dictum est lignum scientiae boni, & mali, cum reuera potius sit dicendum lignum mortis. Dixit enim Deus: Quaecunque die comederis ex eo, morte moriemini, & ita fuit. Dixit vero diabolus: Eritis sicut Dij, scientes bonum & malum, & falsum dixit. Nec enim comedendo Dij facti sunt, aut scientiam ampliozem receperunt. Appellatur igitur lignum scientiae boni & mali, vt ipso nomine suo, monumentum legentibus representet diabolici mendacij.

Omne bonum a Deo.

GENES. 9. Benedictus Dominus Deus Sem. LIPOMAN. Non Sem, sed Deo eius benedicit iustus, vt intelligamus omne bonum nostrum non nobis, sed Deo esse ascribendum, de cuius munere venit vt sibi a fidelibus suis dignè & laudabiliter seruiatur. & super illud Genes. 11. Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos. Notandum, inquit, Sanctorum patrum matres omnes fere natura steriles describi, vt significetur a solo Deo quae sancta sunt, proficisci, tunc scilicet quando naturae infirmitas inclaruerit patenter, ne de naturae viribus glorientur aliquando iudaei.

Idem.

NVMER. 28. Oblationem meam, & panes, & incensum odoris suauissimi offerre per tempora sua. ORIGEN. hom. 23. Alia litera. [Munera mea, data

mea, hostias meas in odorem suauitatis obseruate, vt offeratis mihi in diebus festis meis.] Nemo, inquit suum aliquid offert Domino, sed quod Domini est, nec tam offert quam reddit. Ideo dicit mea. Ne quis credat se offerendo aliquid conferre. Impius enim est qui putat aliquid se Deo praestare velut indigenti. STERNAN. Non possumus Deum placare, nisi de iis quae nobis dedit. Vnde AVEVS. Christus dicit: da mihi ex eo quod tibi dedi. Habuisti largitorem, fac me debitorem, habeam te feneratorum. Vnde, venite, emite absque argento, &c. ibi enim non est communicatio, vbi datur suum & redditur suum.

Deus magis respicit bonum vniuersale.

GENES. 2. Non est bonum hominem esse solus, &c. Quod Deus plus respiciat ad bonum vniuersale, quam ad bonum particulare. Vide verbum Deus, num. 60. ex AMBROS.

CARO SIVE corpus.

- Amor erga propriam carnem, vide amor in communi. num. 1. 7. 12.
Caro mortificanda. Vide mortificatio. 1.
Caro mutabilis, despicienda. 1.
Caro nihil, & puluis. 2. 3. & lutum 5.
Caro qualiter diligenda. 3. 13.
In corpore quatuor elementa. 4.
An prius formatum fuerit corpus Adae quam anima. 4.
Caro vivit per animam. 5.
Caro contraria spiritui. 7. 12. 22.
Carnales sunt dediti carni. 7. 8. superantur. 10. 34.
Caro qualiter corrumpitur. 9.
Caro spiritui subiicienda. 11. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 23. 25. 27. 28. 30. 37.
Caro quandoque animam docet. 14. 3. 13. 2.
Caro animam interficit. 17. 27. 28.
Caro dupliciter spiritum subiicit. 18.
Caro fortior inimicus anima. 19.
Caro infrenanda. 21.
Corpus illecebras diligit, & odit virtutes. 24.
Caro instrumentum diaboli. 21.
Carnis vox non est audienda. 24. 36.
Caro non est affligenda nimis. 26. 30.
Carnis dulcedo in amaritudine terminatur. 29.
Molestia carnis quandoque prodest. 31. 32.
Quo magis blandimur carni, detrahimus spiritui. 33.
Caro purificanda. 35.
Anima habenda est ratio potius quam corporis. 38.
Corporis passionibus seruientes non proficiunt. 39.

Caro mutabilis, despicienda.

GENES. 1. Luminare minus vt praeset nocti. Luna (ait BASIL.) nunc tota sinuata in orbem, nunc accrescens, aut decrescens, non tota, conspicitur, &c. Ex eius varia figura, exemplum nobis apertum nostrae naturae praestatur, nullam inquam rem humanam fixam, nullam stabilem, nullam perpetuam esse, &c. Despiciamus igitur carnem in qua potissimum versatur mutatio, curam animae, diligentiamque adhibeamus, cuius bona duntaxat, immobilia esse conitat.

CARO

Caro nihil.

GENES. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. AMBROS. Anima hominis ad imaginem Dei est, in hac totus est homo, quia sine hac nihil es, sed es terra, & in terram resolueris, vt scias quia sine anima caro nihil est. [Nolite, inquit Dominus, timere eos qui possunt corpus occidere, animam autem non possunt.] Quid igitur in carne praesumis? qui nihil amittis, si carnem amiseris. Anima igitur est ad imaginem Dei facta, corpus autem ad speciem bestiarum.

Caro puluis.

GENES. 2. Formauit igitur Dominus hominem de limo terrae, &c. CHRYSOST. Alia litera, [De puluere terrae.] Hic exclamare iuuat pulchrum illud beati David dictum: [Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quia de puluere tale animal produxit, & tanto honore venustauit. Hic etiam si considerare volumus, non parua nobis humilitatis offertur doctrina. Nam si considerauerimus vnde initium natura nostra suscepit, non supra quam oportet, de nobis sentiemus. Quid superbit terra, & cinis? BERNARD. Sermon de tribus mixturis. Agnosce o homo dignitatem tuam, agnosce gloriam conditionis humanae, in te conglutinantur sibi limus terrae & spiritus vitae: in te compacta & confederata sunt caro, & anima, illa plasmata, haec inspirata. Inter homines conculcat fortis minus fortem, & ridet sapiens indoctum. Non sic in opere tuo Deus, non ad hoc sociauit spiritum limo, sublimem humili. Charitatem mihi coniunctio ista commendat: charitatem in ipso statim principio non solum praedicat, sed ingerit mihi manus benignissima Creatoris, iuxta illud: [Nemo carnem suam odio habuit.]

In corpore quatuor elementa.

FORMAVIT igitur Deus hominem de limo terrae. GENES. 2. D. THOM. 1. p. 1. q. 91. ar. 1. Ideo dicitur corpus hominis de limo terrae formatum: quia limus dicitur terra aquae permixta, & quid conglutinans partes terrae, & aquae. & licet hominis corpus constet ex quatuor elementis, de aliis duobus, scilicet igne & aere, non fit mentio. Tum quia minus abundant fecundum quantitatem in homine, tum etiam quia in tota rerum productione, de igne & aere, quae sensu non percipiuntur a rudibus, mentionem non fecit Scriptura, quae rudi populo tradebatur. Est igitur ignis & aer in corpore humano secundum virtutem, quia vita praecipue consistit in calido quod est ignis; & in humido, quod est aer. Sed an prius fuit formatum corpus hominis quam anima? CHRYSOST. Prius, inquit, de terra corpus formatur, & postea vitalis illi virtus datur, quae scilicet anima est substantia. Nec indecens est quod indignius, prius formatum sit, & postea eminentius. Sicut enim caelum, & terra & irrationalia animalia prius creata sunt, & post haec homo eorum princeps: sic & in ipsa hominis formatione prius corpus, postea anima quae dignior est, & sicut animalia seruitio hominis vtilia, ante hominem formantur, vt paratum haberet homo ministerium: ita & etiam corpus ante animam formatur, vt cum crearetur anima, posset suas potentias operari. D. THOM. vbi supra. Contra rationem perfectionis primae institutionis est quod Deus corpus sine anima, vel animam sine corpore fecerit, cum vtrumque sit pars humanae naturae. & magis inconueniens est dicere quod corpus sit prius, eo quod ex anima dependet, quam ex conuerso. Quod autem dicitur, & spirauit in faciem eius spiraculum vitae, id est,

animam, est intelligendum quasi expositio eius quod praemiserat. Nam anima est corporis forma. GREGOR. NYSSEN. Alterum non praefereamus alteri. Nec ante corpus animam, nec contrarium dicimus, ne diuisus homo sit.

Caro vivit per animam.

GENES. 2. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitae, & factus est homo in animam uiuentem. IRENAEVS. Aliud est spiraculum vitae, quod animaleni efficit hominem, aliud, spiritus uiuificans, qui spiritualement hominem operatur. Vnde Isa. cap. 42. de Deo sic loquitur: [Dans statum populo qui est super terram, & spiritum calcantibus eam.] Flatum quidem omni populo, qui est super terram, dat Deus; spiritum vero his tantummodo qui terrena desideria calcant. Vnde Adamo, & in eo omnibus nobis dedit spiraculum vitae, & factus est homo in animam uiuentem. Apostolis autem dedit Spiritum sanctum, accipite Spiritum sanctum, &c. EVCHEER. Et Adam nondum spiritualis effectus est, ob spiraculum vitae quod accepit. Tunc autem spiritualis effectus est cum in paradiso constitutus est, & praecceptum perfectionis accepit, & postquam peccauit, & emissus est de paradiso, in eo remansit, vt animalis esset, & ideo animaleni hominem prius gestamus omnes, donec allequamur spiritualement Adam, id est, Christam, iuxta illud Apostoli: [Non primum quod spirituale, sed quod animalc.]

Caro lutum.

GENES. 2. Formauit Deus hominem de limo terrae. RVPERT. Hoc perpendentes homines sancti, creatorem figulum, seiplos autem lutum appellauerunt eleganti confessione, lacrymosa declamatione. [Et nunc Domine (ait Isa. 1. cap. 64. nomine omnium) tu pater noster es, & nos lutum, & fictor noster, & opera manuum tuarum nos omnes.] & ad Ieremiam ipse Deus, cap. 18. [Nunquid sicut figulus iste, non potero vobis facere domus Israel? Ecce sicut lutum in manu figuli, ita & vos in manu mea domus Israel, &c. & dissipatum est vas quod ipse faciebat de luto, conuersusque fecit illud vas alterum.] Vnde optime Apostolus Rom. 9. [O homo tu quis es vt respondas Deo? Nunquid potest figmentum dicere ei qui se finxit, quare me fecisti sic? Aut nunquid non habet potestatem figulus facere de eodem quidem luto aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?] & Iudas: [Va qui contradicit fictori suo testa de Samitis terrae:] ita & nos cum legimus, quia formauit Dominus hominem de limo terrae; non discutendum nobis est cur ita fecerit, sed potius illud timendum vnicuique nostrum de seipso, ne vas quod fecit ipse, dissipetur in manibus eius, & hoc abiecto faciat aliud vas [sicut placuit in oculis eius, vt faceret.] CHRYSOST. Cogita, obsecro, formationis ordinem, & expende tecum antequam spiraretur a Deo spiraculum vitae, quis erat formatus ille? Inanimis quaedam imago lutea operatione carens, & ad nihilum vtilis. At totum illud quod in tantum honorem illum prouehit, spiraculum a Deo inspiratum est, id est, anima. & ex hoc collige animae nobilitatem. Ne quid ea indignum operemur, ne conquinemus eam indignis operibus, ne sub carnis seruitute eam subiugemus, ne tam nobilem, tam sublimem sic crudeliter & immisericorditer tractemus.

Caro contraria spiritui.

GENES. 6. Non permouebit spiritus meus in homine in uicium, quia caro est. AMBROS. Spiritus sanctus, spiritus sapientiae est, & cognitionis. Habet

Habet enim sapientiam, habet & disciplinam. Vnde de Beseleel dicitur quia repletus est spiritu prudentiæ, & disciplinæ. Hic ergo spiritus datur hominibus, sed non permanet in eis, quia caro sunt. Carnis enim natura, disciplinæ repugnat, quia voluptati obtemperat. De solo Domino Iesu Christo scriptum est: [Super quem videris spiritum descendentem de cælo, & manentem super eum, hic est qui baptizat Spiritu sancto: in eo manebat, quem nulla corruptelæ carnalis impedimenta reuocabant, quominus incorruptæ & impermixtæ ordinem disciplinæ teneret, cuius caro non vidit corruptionem. AVGVST. 15. de civit. cap. 23. Spiritu Dei facti fuerant filij Dei, sed declinando ad inferiora, homines dicuntur nomine nature, non gratiæ. Dicuntur & caro, desertores spiritus & deserendo deserti. GREGOR. 14. Moral. cap. 31. Caro in sacro eloquio aliter dicitur, iuxta naturam, & aliter iuxta culpam, vel corruptionem. Iuxta naturam quidem [hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.] & [verbum caro factum est.] & c. iuxta culpam autem, [non permanebit, & c. quia caro est:] & in Psal. [Recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens.] & c. Vnde & discipulis Paulus dicebat: [Vos autem in carne non estis, sed in spiritu:] quia passiones carnalium desideriorum vicerant, & iam liberi facti per virtutem spiritus. Vnde in carne dicuntur non esse. Et super primum Regum cap. 15. Caro homo efficitur, quando sensui carnis ratio subiugatur. CHRYSOST. Quia caro sunt, hoc est, quia carnalibus operibus seipfos totos dedunt. Perpetuus enim scripturæ mos est, carnem vocare carnales. Sicut & virtute præstantes carnis expertes nominat.

Idem.

3. GENES. 6. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. AMBROS. Mystice. Gigantum similes sunt homines cultui carnis suæ studentes, animæ autem nullam habentes curam, sicut illi qui de terra secundum poetice fabulam mole corporis sui freti feruntur habuisse contemptum superiorum. Non dispares æstimandi sunt qui cum ex anima consistant, & corpore mentis vigori auerantur, & se carnis huius imitatores, velut maternæ exhibent stoliditatis heredes. Itaque in vanum laborant cælum votis vsurpantes superbis, & terrenis operibus incumbentes, qui electione inferioris, & contemptu superioris consortij, tanquam voluntarij obnoxij peccatis grauiore condemnantur securitate.

Caro qualiter corrumpitur.

9. GENES. 7. Consumptaque est omnis caro quæ mouebatur super terram. AMBROS. Merito mortua est omnis caro quæ mouebatur super terram. commotio enim vitiosa erat. Mouet enim voluptates caro, & ipsa voluptatibus commouetur. Talis autem commotio corruptionem creat. Causa quippe corruptelæ commotio istiusmodi est, per quam anima vnusquisque degeneratur. Cum enim vitiosæ passiones mentem mouent, corruptela generatur; cum excitant studia virtutum, disciplinæ profectus est. Vide peccatores. num 26.

Carnales faciliè superantur.

10. GENES. 14. Quatuor reges aduersus quinque. GLOSSA ORDIN. Hi quatuor reges quatuor principalia vitia figurant, quatuor principalibus virtutibus contraria, quæ quinque sensus per quinque reges significatos subiugare nituntur, imo & vincunt, quia carnaliter viuentes, faciliè vitia superant,

Caro spiritui obsequi debet.

GENES. 18. Quo audito Sara, risit post ostium tabernaculi. ORIGENES, RABANVS, & INTERL. Spiritualiter. Vir in nobis est rationalis sensus. & mulier quæ ei velut viro sociata, est caro nostra. Sequatur ergo caro semper rationabilem sensum, nec in id vnquam desidiæ veniat, vt carni in luxuria & voluptatibus fluctuanti obsequatur rationalis sensus. GREGOR. 9. Moral. cap. 51. Discretionem magni moderaminis carnis cura frenanda est vt feruiat, & minimè principetur, ne quasi domina animum vincat, sed subacta mentis domino, quasi ancilla famuletur, vt iussa adsit, atque ad nutum cordis repulsa diffiliat, vt vix à tergo sanctæ cogitationis appareat, & nunquam contra faciem recta cogitantis obstat. In cuius rei typum Abraham extra ostium tribus Angelis occurrisse memoratur: Sara verò post ostium remansisse. Cura igitur carnis, vt femina foris non appareat, & videri iactanter erubescat, vt quasi post tergum viri sub discretionem spiritus solis necessariis intentata, nequaquam sciat procaciter detegi, sed verecundè moderari. Cui tamen sæpe cum dicitur vt de se minimè præsumat, sed totam se in spei fiduciam transferat, despicit, & cessante studio adesse sibi vitæ subsidia posse diffidit. Vnde Sara promissiones Dei audiens, ridet, sed ridens corripitur, correpta autem protinus fecundatur: & quæ in iuuentute vigena fecundari non potuit, annis fracta senilibus, vtero marcescente concepit. quia cum cura carnis sui diffidentiam habere desistit, contra spem ex diuina promissione accipit, quod habitura ex humana ratione dubitauit. Vnde: & bene Isaac, id est, risum, dicitur qui generatur, quia cum supernæ spel fiduciam concepit, quid mens nostra aliud quàm gaudium parit?

Caro contraria spiritui.

GENES. 19. Respiciensque vxor eius post se, versa est in statuam salis. ORIGEN. Lex nostra spiritualis est, & quæ contingebant antiquis, in figura contingebant illis. Loth ergo qui non respexit post se, ratio est, & animus virilis: vxor autem quæ respexit, carnis imaginem tenet. Caro est enim quæ respicit semper vitia, quæ cum animus tendit ad salutem, illa retrorsum respicit, & voluptates requirit. Vnde Dominus: [Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei.] & addit: [Mementote vxoris Loth.] Quod autem sit statua salis, insipientiæ eius indicium videtur expositum. Sal enim prudentiæ loco ponitur, quæ ei defuit, & ideo statua. Quod corpus illecebras diligit, & aueretur virtutes, vide peccatores, num 56. ex Ambrosio.

Caro qualiter diligenda.

GENES. 24. Et haustam aquam camelis dedit. GREGOR. Hydria aquæ in vlna, est doctrina prædicationis in opere. Quæ non solum eius comitibus, sed potum etiam camelis præbuit, quia verbum vitæ non solum prudentibus, sed etiam stultis prædicat, iuxta illud [sapientibus & insipientibus debitor sum.] vel certè aqua etiam iumentis datur, quando quomodo cura carnis sit habenda disponitur, vt ex voluntate impendi non debeat, & tamen in necessitatibus non negetur. Sicut scriptum est, [carnis curam ne feceritis in desiderijs.] Qui enim hanc in desiderijs fieri prohibet, procul dubio in necessitate concedit, iuxta illud: [Nemo carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam.]

Caro aliquando animam docet.

NVMER. 21. Cernens asina Angelum stantem secum viam, & c. GREGOR. in Pastor. p. 3. Admonit. 13.

& crescit vsque ad perfectam diem:] Prouerb. 4.

Caro spiritui subiiciatur.

INDICVM 16. Cum molesta esset, & per multos dies iugiter adhereret, quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est, & c. RVPERTVS. Nisi Samson Dalilæ consensisset, hostium virtutem super se non sensisset. Sit igitur mulier sub potestate viri, id est, caro sit subiecta spiritui, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore: alioquin Dalila Philistæum, id est, diabolus, & Philistæus accerserit Iebusæum, id est, mundum, & omnes conuenient, vt suffocent spiritum, & enervent. Duplici armatura caro spiritum aggreditur, scilicet blanditiis, & fraude. Aliquando enim columbæ simplicitatem, aliquando autem vulpeculæ calliditatem induit. Simplicitatem quidem, sicut Dalila quæ Samsoni dicit: quomodo dicis quod amas me, cum animus tuus non sit mecum? calliditatem autem, nam molesta fuit ei per multos dies, iugiter ei adhesit, spatium ad quietem non tribuens: & non cessauit quouique Samson, id est, spiritus, super genua sua dormiret, id est, spiritus delectaretur in operibus carnis: tunc tondetur, & deturparatur, quia gratia & decore virtutis expoliatur, & recessit ab eo fortitudo sua. quia necesse est vt recedat opus iustitiæ, vbi regnat carnalis lasciuia. Tunc Philistæi erunt ei oculos, quia mundi voluptates spiritum priuant lumine rationis. Postremo ligatur, & in carcerem traditur, quia spiritus [peccatorum suorum funibus constringitur,] & penis æternis addicitur.

Caro fortior inimicus anima.

3. REGVM 11. Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni Adad, & c. GLOSSA MORAL. Suscitauit Dominus tres aduersarios Salomoni, per quos significatur tres demones, qui homini à sapientia deiecto immittunt tentationes, & sic eum inducunt ad multiplicem culpam, & post hæc trahunt, nisi poenituerit, ad gehennam. Isti sunt tres animæ inimici, dæmon, mundus, & caro, quorum fortior est caro; per Ieroboam adumbrata, qui totum fere regnum Salomonis abstulit Roboam.

Caro se subiiciatur spiritui, bonum.

ECCOE QUAM BONUM, & QUAM IUCUNDUM HABITARE FRATRES IN VNUM. Psal. 132. Quod hæc vnio sit inter spiritum, & carnem, insinuat Paraphrasis Chaldaica quæ sic ait: Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare Sion, & Ierusalem, sicut duo in vnum. Sion sita est in monte: Ierusalem in valle. Per Sion intelligitur spiritus qui scilicet arx est collocata in sublimi: per Ierusalem autem, caro quæ spiritui subiecta est. Cum hi duo in vnum conueniant, hoc est, quando caro spiritui non contradicit, valde iocundum est Deo, quando scilicet ambo dicunt: [Audiam quid loquatur in me Dominus, & c. & in eos qui conuertuntur ad cor.] Hieron. Alia littera. [Vt non conuertantur ad stultitiam.] Vt intelligamus quod vnio hæc debet esse in bonum, & nullo modo vt conuertantur ad stultitiam.

Caro infrenanda.

AVGVST. lib. de salutaribus documentis. cap. 10. Sicut equis fræna sunt imponenda, ita corpora nostra ieiunijs, vigilijs, & orationibus sunt infrenanda. Nam quemadmodum aurigæ, si fræna relaxauerint, in præcipitia ducuntur: ita anima nostra cum ipso corpore, si ei frænum non imposueris, ad inferni præcipitia dilabitur. Quod caro sit instrumentum diaboli, vide verbum Dei, num. 30. ex Ambrosio.

Caro

nit. 13. Balaam peruenire ad propositum tendit, sed eius votum animal cui præsidet, præpedit, quia Angelum asina videt, quem humana mens non videt. Plerumque caro per molestias tacta flagello suo, mēti indicat Deum quem ipsa carni præuidens non videbat: ita vt anxietate spiritus proficere in hoc mundo cupientes, velociter tendentes impediatur, donec in visibilem qui sibi obuiat, innotescat. Vnde bene per Petrum dicitur: [Correptionem habuit suæ vesaniæ subiugale mutum, quod hominis voce loquens prohibuit Propheta insipientiam.] Insanus quippe homo à subiugali mutuo corripitur, quando elata menti humilitatis bonum quod tenere debeat, ab afflictæ carne memoratur: sed huius correptionis bonum Balaam non obtinuit, quia ad maledicendum pergens, vocem non mentem mutauit.

Caro saluabitur, si subdatur Spiritui.

15. NVMER. 24. Et erit Idumæa possessio eius, hereditas Ser cedet inimicis suis. Israel verò fortiter ager. ORIGENES. Hom. 18. Spiritualiter Edom, siue Idumæa, caro intelligitur, quæ spiritui aduersatur, & est inimica eius, sed in aduentu Christi cum subiecta caro fuerit spiritui per resurrectionis spem, ipsa etiam ad hereditatem veniet. Non enim sola anima, sed & caro, quæ aliquando fuerat inimica, per obedientiam spiritus confors futura hereditatis existit. & addit, Israel verò fortiter ager, quia tunc caro in hereditatis societatem vocabitur, cum Israël, id est, anima, fortiter ager, id est, facta fuerit virtutibus repleta. Si enim anima ad virtutes non veniat, sed perseueret in ignauiā, nec caro ad hereditatem veniet, sed ad iudicium illius, [qui potest animam & corpus perdere in gehennam.]

Caro spiritui obsequi debet.

16. NVM. 27. Tolle Iesum filium Nunn, in quo est spiritus Dei. ORIGEN. Hom. 22. Temporibus Iesu quieuit terra à bellis, non temporibus Moyfi. Sed de Iesu Christo dictum est, non de Iesu filio Naue: & vitam terra mea cesset à bellis, & cessaret si sub Iesu meo principe fideliter militarem. Caro mea non insurgeret aduersum spiritum meum, nec impugnaretur terra mea à contrarijs gentibus, diuersis scilicet concupiscētijs stimulata. Oremus ergo vt Iesus regnet super nos, & terra nostra cesset à bellis, ab impugnationibus scilicet carnalium desideriorum, & tunc requiescet vnusquisque sub vite sua, sub ficu sua, & oliua sua, id est, sub velamento patris, & filij & Spiritus sancti requiescet anima nostra.

Idem. Caro animam interficit.

17. INDICVM 4. Iabel Sifara dixit: Intra ad me, domine mi, ne timeas, & c. Quæ aperuit utrum lactis, & dedit ei bibere, & c. Caro enim mulcendo occidit fortiores; lac autem porrexit, vt esset potus suauior, & induceret illi somnum. Fugienti loco aquæ lac dat, hoc est delicias loco lacrymarum, & sic dormire illos facit. Posuit super tempus capitis eius clauum, percussimque malleo, defixit in cerebrum vsque ad terram: qui soporem mortis socias, defecit, & mortuus est. AMBROS. super Luc. 14. Etenim quasi clauis quibusdā suffigitur anima corporeis voluptatibus. Qui de terra est, de terra loquitur. Ideo GREGOR. NAZIANZ. in carmine ad Virgines, carnem Erhencida vocat, id est remora piscem, quod nauis cursum remoretur. Remora nauis caro hominis cursum inhibet. Excutiendæ igitur sunt carnales voluptates, si agiles esse, & non testudines, aut cancri, sed lucis instar, vt docet Salomon, progredi cupimus. [Iustorum semita quasi lux splendens procedit,

Caro nostra rebellis.

22. **EXODI 13.** Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus quam de iumentis. Mea sunt enim omnia. AMBROS. lib. 2. de Cam & Abel. cap. 10. Ne quid obsecratis habeat, consideremus. Dixerat de hominibus, addidit & de gregalibus, quæ cum à rectore aliquo gubernantur, facillè mansuescunt, & imperata exequi, & iugum subire, & ad vocem magistri accellerare gradum, aut sistere, aut aliqua munia sui operis quæ iubentur, humano quodam famulatu obire consueverunt. Tantum valet institutio vt vincat naturam. Non autem ita illæ feræ vel genus armentorum vel pecorum, quæ sine rectore vagantur villo, & omni dominationis gubernaculo destituta exasperantur. Videtur ergo & sensuum nostrorum quoddam genus aliud domi mansuetum, aliud indomitum. Mansuetum quidem illud est, quod velut duci cuidam moderationi mentis se subicit, & subditur; indomitum autem illud, si armentario quodam motu mentis velut deside, atque resolutio, proruat ad irrationabiles delectationes corporis. Quæcumque ergo eius naturæ reguntur, ea sunt masculina atque perfecta: quæcumque autem sine duce villo præsumptione quadam dominantur, feminina sunt. quia corporis sui omnem statum, & virilem vigorem muliebri quadam dissolutione effeminat. Ex istis illa lex carnis est, quæ legem Apostolicæ mentis impugnans, captiuam trahebat eam quadam lege peccati; & ideo petebat vt de illo mortis corpore liberaretur. Illa igitur quæ sancta sunt & primitiua, offerre debemus Deo; ista velut de grege quodam sunt, & non debent offerri.

Caro subiicienda spiritui.

23. **IOAN. 5.** Tolle grabatum tuum, & ambula. BERN. Grabatum corpus nostrum est, in quo prius languidi iacemus, feruientes desideris, & concupiscentiis nostris. tunc portamus illud cum spiritui cogimur obedire, & mortuum nostrum portamus, quia corpus mortuum est propter peccatum. Ambulamus tamen, non currimus, quia corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Ambulamus etiam in domum nostram: in quam domum? In matrem omnium quia sepulchrum eorum, domus eorum in æternum. Qui sub hoc onere ambulamus, posito eo, quid putatis quomodo curremus, quomodo volabimus? felix interim qui passiones corporis sui propter iustitiam ordinat, vt quidquid patitur, propter Dei filium patiat, quatenus & à corde tollatur murmuratio, & in ore versetur gratiarum actio, & vox laudis.

Carnis vox non est audienda.

24. **CANTIC. 8.** Quæ habitas in hortis, &c. VVERRICVS. Cuius vocem in Ecclesia deceat audiri, hæc aperte monstratur. Illi enim hæc dicitur, qui habitas in hortis, non qui habitas in sepulchris. Corpora autem peccatorum quid sunt, nisi sepulchra mortuorum? Qui ergo subditi sunt corporibus suis, non in hortis habitant, sed in sepulchris: Deumque exasperant donec educit vivos in fortitudine, fortique voce in clamat, [Lazare veni foras.] Illorum igitur vox debet audiri, quum libros legunt. Tot hortos perambulant, quot hortis inhabitant. Qui in lege Domini meditantur die ac nocte, qui quot sententias eligunt, tot poma carpunt.

Caro subiicienda spiritui.

25. **GENES. 19.** Ingredere ad ancillam meam. HVG. DE S. VICTORE. Toriens Sara ancillam suam viro suo copulat, quotiens mens ad explenda

carnis desideria rationis consensum inclinat. Sed ex hoc ancilla dominio ferax Ismael nascitur, qui postea Saræ filium persequitur. quia ex indulta carnis libertate violentus & fere intolerabilis concupiscentiæ motus surgit, qui pene mentis statum, rectæ intentionis studium pene subuertit. Sed debet Sara contumaciam Agar reprimere; quia docet nos lasciuientem carnem, inedia & laboris exercitio, mentis dominio subiugare. Sed quo difficilius vsus præuæ consuetudinis vincitur, tanto mens nostra deposita tandem victoria gloriatur. Nam postquam Agar humiliata domina subditur, ex Sara Isaac nascitur: quia si semel sibi carnem subdiderit, magnum, nec mirum de se mens gaudium parit.

Caro non est affligenda nimis.

26. **GENES. 49.** Simeon & Leni fratres vasa iniquitatis bellantia: in consilium eorum non veniat anima mea, &c. RICHARDVS. Per Simeonem nimia afflictio, per Leni immoderata abstinentia figuratur. O quales bellatores! qui dum fortiter egisse videri volunt, pacis suæ socios violenter occidunt. O viros consultos! qui dum id præsumunt quod efficere non possunt, illud etiam omittunt, quod efficere poterunt. In cœtu eorum non sit gloria mea. [Non est gloria bona] ambulare in magnis & in mirabilibus super se. Quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Quid per virum nisi viros mentis, quid per murum, nisi disciplina intelligitur corporis? vir itaque ille amator Dinæ, tunc verè occiditur quando per afflictionem nimiam vigore mentis exhausto vsque ad apertam impudentiam animus effrenatur: tunc murus destruitur, quando per immoderatam abstinentiam rigor prioris disciplinæ penitus dissipatur. Sed hoc est in iis super omnia detestabile, quod nullius quamlibet prudentis viri consilio acquiescunt, nec tunc quidem, cum iam incipiunt vel corpore deficere vel corde tabescere: quorum pertinacia maledictionis iaculo percutitur: cum per Iacob ad illos dicitur: [Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum quia dura:] Mirabilis pertinacia, sed non minor insania, à deo erroris sui, non nisi solo impossibilitatis freno posse retineri. Hoc autem totum fit pro Dina, id est, pro humana vercundia.

Caro nisi subiiciatur, perdet nos.

27. **IVDICVM 16.** Apprehenderunt Philistinim Samson, & eruerunt oculos eius. HVG. DE S. VICTORE. Qui in corpore labore sustinere nolunt, ad laborem animæ perueniunt: eorumque mentem furor malorum desideriorum exagitat, quorum carnem pœna debita non castigat. Sic nimirum Samson ille erutis oculis ad molam ponitur, quia amisso animus lumine veritatis per appetitum terrenorum desideriorum circumfertur. Qui videlicet Samson quandiu capillum capitis habuit, insuperabilis fuit, sed postquam in sinu mulieris obdormiuit, caput capillum perdidit, continuo ab hostibus capitur, & caecatur, seruituti etiam addicitur. Samson interpretatur sol eorum; & significat animum diuina cognitione illuminatum. Caput Samsonis principale est mentis: capillus capitis, radius est contemplationis: sinus mulieris, blandimentum est carnis. quandiu ergo animus contemplationi inhaeret, à tentatione separari non potest: quod si in delectatione resolutus fuerit, ibique obdormierit, continuo veritatis lumen amittit, & intercessio radio contemplationis, prauis moribus repugnare non sufficit. Tandemque erutis oculis ad molam ponitur, quando internæ dulcedinis oblitus, per terrena desideria dissipatur.

Idem.

Idem.

28. **1. REGVM 4.** Et fecerunt sibi sedes pelliceas. STEPHAN. id est, molles, cum potius debuissent duras fecisse. Sedes pelliceas facere, est, mollitiam sæculi in hac mortalitate quarere. & super illud 2. Reg. 8. Posuit David custodes in Idumæa, statuitque in ea præsidium. Idumæa, terrena, vel consanguinea, hæc est caro nostra quæ de terra est, & ad peccatum procliuus. Vnde in Ecclesiastico. [Super filiam luxuriosam firma custodiam.] Huius Idumææ cultus est disciplina, præsidium autem discretio. quia rationale debet esse obsequium nostrum.

Carnis dulcedo in amaritudine terminatur.

29. **ECCLIAS. 1.** Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. RICHARD. Scimus quia flumina dulcem faciunt aquam, sicut maria amaram. Quid igitur est flumina intrare in Mare, nisi omnem delectationem carnalem terminari in amaritudine? Omne ergo flumen mare intrat: quia [extrema gaudij luctus occupat.] Omnis aqua dulcis in mare decidens, in amarum vertitur: quoniam quidem risu dolore miscbitur. Omnia flumina in mare feruntur, & omnis dulcis aqua in amarum muratur; quia omne oblectamentum, vt dictum est, in fastidium vertitur, & omnis delectatio carnis in amaritudine terminatur. Sed flumina in mare intrant, & mare non redundat: quia in omni afflictione nostra, quia in omni percussione sua diuina æquitas modum seruat, quia in omni eo quod nos ad vltionem, vel ad correctionem percutit, metas iustitiæ non excedit. Mare ergo non redundat, quia malitiæ nostræ meritum miseriæ nostræ quantitas non exuperat.

Subiicienda caro cum moderatione.

30. **P. DAMIANVS.** Durius quidem tractandum corpus ne rebellet, ne insolescat, sic tamen vt seruire sufficiat, quia ad seruendum spiritui datum est. Debemus ergo habere corpus nostrum, sicut agrum nobis commendatum, cui etiam multum volenti, inutilia sunt neganda; vtilia verò ingerenda etiam nolenti. sicque de eo agere, sicut de nostro, sed etiam eius à quo pretio magno empti sumus, vt glorificemus eum in corpore nostro.

Molestia carnis prodest aliquando.

31. **ROMAN. 7.** Non ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum. B. ALDVIN. Sic sunt indisciplinati motus carnis nostræ, sicut latratus canis, qui molestus est viatoribus magis latratu quam morfu. Latratus quidem molesti sunt, & suspecti, sed morsus noxij. Sed latratus valent ad custodiam & cautelam: nam interdum pro nobis latrant & non semper contra nos, Deo ita dispensante, vt cautè ambulemus, vt ad vigilandum excitentur, ne vnquam per securitatem obdormiamus in morte. Quod si canes latrant circa domum, nunquid ideo non in pace custoditur domus? & si contradictio aliqua est in carne nostra, non solum rationi, sed etiam voluntati nostræ contraria, nunquid ideo non possidemus terram? imo possidemus, licet nondum omnino vt volumus, sed vt pro tempore possumus. & in regno pacis latrunculi inueniuntur, sed deprehensi, comprehensi suspenduntur, aut aliis suppliciis addicuntur.

Corpus proficuum est animæ.

32. **ROMAN. 8.** Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. BERNARD. Verum id profectò, nam & ipsum corpus, quod animam dicitur aggra-

uare, vide quomodo animæ diligenti Deum cooperetur in bonum. Valet enim illi corpus suum infirmum, valet mortuum, valet resuscitatum. Primò, ad fructum penitentiae; secundò, ad requiem; tertio, ad consummationem. Meritò sine illo perici non vult quod in omni statu in bonum sibi subuenire perferat. Bonus planè fidusque comes caro spiritui bono, quæ ipsum aut si onerat iuuat, aut si non iuuat, exonerat, aut certe iuuat, & minimè onerat. Primus status laboriosus, sed fructuosus; secundus, otiosus, sed non fastidiosus; tertius, etiam gloriosus.

Quo magis blandimur carni, detrahimus spiritui.

33. **BASILIVS.** Hom. in illud Moysi, Attende tibi ipsi. Quemadmodum staterarum momentis contingit, vnàm si de grauari lancem, velis nolis, illi oppositam tanto reddes leuiorem: consimilem in modum affollet in carne & anima contingere. Vnius exuberans copia, necesse est, vt alterum imminuat, & illi addat inopiam. Idem serm. de ieiunio. Perinde atque in acie hinc atque hinc instructa ad confictum, qui alteri parti fert suppetias, facit vt altera vincatur: Ita qui carni sese adiungit, expugnat spiritum, & qui stat à spiritu, carnem in seruitutem redigit.

Carni indulgentes, carnales efficiuntur.

34. **ROMAN. 13.** Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. CHRYSOST. hom. 13. ad Rom. Quemadmodum qui spiritu erecti, ac veluti volatiles viuunt, & corpus quoque spirituale efficiunt: sic qui à spiritu sunt auersi, ventri autem ac voluptati seruiunt, animam carnem efficiunt, non substantiam mutant, sed illius nobilitatem perdentes.

Caro purificanda.

35. **BERNARD.** lib. de diligendo Deum. Quis nostrum exteriorem hanc vestem, qua tegitur, si repente obscœnis vndique sputis illitam, & foetidissimis quibusque fordibus inquinatam consideret, non vehementer exhorreat, non velociter exuat, sed indignanter abiicit? Ita qui non vestem, sed semetipsum intus sub veste talem reperit; eo amplius doleat, & animo consternetur oportet, quod propius tolerat quod exhorret. Quid est caro ipsa nisi corruptibilis quædam tunica, qua vestimur?

Caro non audienda.

36. **BERNARD.** Serm. 1. de omnibus sanctis. Vt Adæ indignamur meritò omnes, quod vxori suæ potius obedierit quam Deo: ita & nobis ipsis displicemus, quod carni nostræ aut quibuslibet aliis creaturis, magis quam Deo placere studemus.

Caro subiicienda spiritui.

37. **ABSALOM.** Serm. 3. de Annuntiatione Mariæ. Quidam vir nobilis & eius seruus tibi in custodiam dati sunt; ea lege, vt seruum pane & aqua, more serui; nobilem secundum dignitatem natalium suorum procurares splendide. Tu verò contrarium; nobilem, fame & siti, & multis iniuriis confestim; seruum verò delicate nutriti, omni genere deliciarum insolentem fecisti, rebellem domino suo, cui insurgens, vulnerat inultus: occidit tandem. Quid respondebis ei qui vtrumque tibi commisit? Tu homo crudelis homo fuisti, qui nobilem virum, spiritum & animam, nullis deliciis virtutum, nulla pinguedine deuotionis refecisti; seruum contumacem nutriti delicatè, qui carnem gula, ebrietatibus voluptatibusque huius vitæ inescasti: caro insurgit in spiritum, cum vitis seruire cogit, vulnerat, occidit.

Animi habenda est ratio, potius quam corporis.

38. **B**ERNARD. *Serm. 6. de Adventu.* Quis rusticus, si forte nobilis & præpotens quispiam apud cum voluerit hospitari, nõ libenter in angulo domus suæ, aut sub gradibus suis, vel potius in ipsis cineribus accubabit, cedens hospiti suo locum, sicut dignum est, potiore? Sic caro quæ in regione propria habitat, animæ honestum præbeat hospitium, nec animæ velit dominari, sed eligat subseruire, ac etiam multa pati; quandoquidem multam ex illa expectat mercedem. Nam si anima imaginem inuenta sit habere Dei: corpus informabitur, & configurabitur corpori claritatis Christi.

Corporis passionibus seruietes non proficiunt.

39. **B**ASIL. *Quod peregrinatio, visitatioque locorum frequens sponte suscepta, multos de statu pacis deicit.* Qui huc illucque circumcursant, ac vagantur: animæ verò profectu nihil mouentur, aut progrediuntur; haud aliter se habent quàm iumenta, molam trahentia, quæ toto die ingrediuntur, ac in eodem se loco reperiunt; laborant assidue trahendo, nec õ gyro egrediuntur. Sic hi continuò circa corporis affectus propriasque cupiditates versantes, nihil ad spirituales profectum contendunt, in ima valle, mentis proposito iacentes, in montes oculos minimè leuantes.

CASTITAS.

Vide, Adulescentia, numer. 5. 8. & aduleterium. 2.

Eucharistia castitatem conseruat, vide, Eucharistia. nu. 148.

Castitatem non assequimur sine victoria gula. vide gula, nu. 8.

Ob castitatem naturaliter pudenda teguntur. 1.

Ad castitatem obedientia conducit. 1. 2.

Contra castitatem militat superbia. 2.

Castitas antiquorum Patrum. 3. 4. 6. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Castitas seruata in occasione. Miraculum. 4. 16.

Differentia inter luxuriosos, & castos. 5. 8.

Castitas precipitur in circumcissione. 7.

Castitatis celsitudo. 9.

Castitas coniugalis. 9. 11.

Castitas virginalis. 11. 13. 24.

Castitas interior. 15. 21. 22. 23.

Castitas vt seruetur, aufugiendum. 16. 35.

Pro castitate martyrium. 17.

Castitas seruanda. 18. 19. 20. 23. 32. 34.

Castitas, & misericordia. 18.

Castitas magno labore acquiritur. 21.

Castitas Deo grata. 25. 26. 27.

Castitas apud homines mirabilis. 27.

Oratio pro seruanda castitate. 28.

Triplex armorum genus contra castitatem. 29.

Triplex castitas. 30.

Signa castitatis Christiane. 31.

Castitas conseruatur temperantia. 33.

Castitatis custodia, solitudo. 35.

Religiosorum castitas, vide religio num. 51.

Naturaliter pudenda teguntur.

GENES. 3. *Cum cognouissent se esse nudos, &c. fecerunt sibi perizonata.* AVGVST. 14. *de ciuitate cap. 17.* id est, succinctoria genitalium, vel campestria, sic dictum, quod iuuenes qui exercebantur in campo, pudenda operiebant. Vnde qui ita succincti sunt, *campestratos* vulgus appellat. Ex hoc omnes gentes, quoniam ab illa stirpe procreatæ sunt, vsque adeo tenent insitum pudenda velare, vt etiam barbari illas corporis partes, nec in balneis nudas habeant. Per opacas quoque in die solitudines cum quidam nudi versentur, adhibent tamen genitalibus tegumenta, quibus per cætera membra carent. THEODOR. *Quemadmodum infantes, de nuditate sua minimè erubescunt, sed cum adoleuerint, non sine rubore nuditatem suam conspiciunt, & illam vestimentis tegunt: ita & Adam & Eua tanquam simpliciter infantes antequam præceptum Dei transgrederentur, nuditatem suam nec cognoscebant, nec erubescabant.* HUGO DE S. VICT. *Cum cognouissent se esse nudos, id est, nuditatem disconuenire pro motu illicito, & quia auferre non potuerunt, tegere voluerunt partes illas, in quibus motum illicitum senserunt. Iustè quidem inflicta est hæc pœna à Domino, vt quia ratio noluit obedire suo superiori, id est, Deo, neque ei obediatur in inferius, id est, caro. Cætere partes corporis, ad nutum rationis stant, aut mouentur: sola vna pars, id est, pudenda, non obedit rationi, in signum transgressionis. Ideo videlicet quia tota propagatio generis humani per partem illam erat transitura. Scriptum est igitur in ea quasi in porta signum inobedientiae parentum. Hæc ille.* Vnde colligitur quantum proficit ad castitatem seruandam obedientia, vt ait GREGOR. *numero sequenti.*

Idem.

GREGOR. 26. *Moral. cap. 12.* Si piè spiritus sub Deo premitur, caro illicitè super spiritum non leuatur. Habet quippe spiritus commissum sibi dominium carnis: si tamen sub Deo recognoscit iura legitime seruitutis. Nam si authorem suum superbiendo contemnit, iure & à subiecta carne prælium suscipit. Vnde & ille primus inobediens, mox vt superbiendo peccauit, pudenda contexit, quia statim contumeliam carnis inuenit. *Idem 32. Moral. cap. 12.* Liquidò omnibus patet, quia postquam semel hominis spiritum superbia cepit, mox se ad corruptionem carnis extendit. Quod in ipsis hominibus primis quoque agnosimus, qui dum post perpetratam superbiã pudenda membra contegunt, patenter indicant, quia postquam apud semetipsos intus arripere alta conati sunt, mox in carne foris erubescenda pertulerunt.

Notè castitas precipua.

GENES. 5. *Noè verò cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iapheth.* CAIETAN. iuxta Hebraeos habetur: *Et fuit Noè filius quingentorum annorum.* Non sine mysterio dicitur filius tot annorum: & intelligi quod hoc dicitur ad significandam abstinentiam Noè à generando vsque ad quingentesimum annum suæ ætatis. *cap. 6. cum Deo ambulauit, & genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth.* CHRYSOST. Sed & hinc nobis latenter insinuare vult Scriptura iusti huius multiplicem excellentemque virtutem. Nam supra dixerat, cum quingentorum esset annorum, genuit hos eisdem tres filios, & modò eisdem refert, vt intelligamus summam continentie illius magnitudinem fuisse, tunc cum tantam

intemperantiæ dediti essent omnes homines, genuit enim Sem, Cham, & Iapheth, & non plures, quia non solum ab illicito coitu se cohibebat, sed & à legitimo, & inculpato.

Castitas Sarai miraculosa.

GENES. 12. *Et sublata est mulier in domum Pharaonis, Abram verò bene vsè sunt propter illam.* CHRYSOST. *Quæ lingua, quæ mens poterit digne huiusmodi factum admirari? Mulier præfulgida forma, cum viro Ægyptio, & rege, & sic infans, & in continentem affecto, concubans, intacta egreditur seruata castitate sua. Talia sunt enim quæ à Deo dispensantur, rara semper, & admirabilia, & quando apud homines desperatum est, tunc potentiam & sapientiam suam Deus declarat. Enimvero sicut admirabile & rarum erat videre Daniele stare in medio ferarum, & nihil pati, sed illas egredi è lacu; & tres pueros in camino, quasi in prato versari, & nihil ab igne lædi, sed egredi inde, vt virorum fortissimos: ita admiratione dignum est hoc facinus, quod iusti vxor nullam contumeliam experta sit in Ægypto. HIERON. *de quæst. Hebraicis.* Potest fieri vt Sarai postquam placuerat regi, dum per annum eius preparatur introitus, (iuxta librum Esther: quæcunque mulierum placuisset regi, per annum curationibus foeminarum attendebat, & tunc demum ingrediebatur ad regem) & Abrahæ Pharaos multa domauerit, & Pharaos postea sit percussus à Domino, illa adhuc intacta ab eius concubitu permanente. THEODOR. *Vt primum Sara à Pharaone rapta est, Deus vniuersorum gubernator agrotatione Pharaonè quasi vinculo quodam obligauit, ne Saram violaret. Agrotatio ergo appetitionem regis hebetauit, & venator intra retia venationem habens præda minimè perfrui potuit.**

Differentia inter luxuriosos & castos.

GENES. 15. *Diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altriuscui posuit, aues autem non diuisit.* AVGVST. *Serm. de Quinquagesima.* Illa tria animalia diuisisse in duas partes dicitur Abraham, nõ autem aues, quia in Ecclesia Catholica carnales diuiduntur, spirituales omnino non diuiduntur. & non solum diuiduntur carnales, sed contra se ipsos sunt positi. Omnes enim luxuriosi, & amatores mundi, contra se inuicem diuisiones & scandala habere non desunt, & sibi inuicem aduersantur. Aues autem, id est, spirituales, non diuiduntur, quia est illis cor vnum, & anima vna in Deum, est illis vnum velle, ac nolle. In turbine castitas & in columba simplicitas designantur. Omnes enim in Ecclesia Catholica Deum timentes, & casti sunt, & simplices, & dicere possunt cum Psalmista: [Quis dabit mihi pœnas sicut columba, & volabo, & requiescam.] & iterum: [Turritur inuenit sibi nidum, vbi ponat filios suos.] & quædo carnales, & diuisi grauibus vitiorum compedibus premuntur in mundo, spirituales diuersarum virtutum pennis eleuantur in altum, & duabus velut alis, duobus scilicet præceptis, diligendi Deum, & proximum, eriguntur in caelum, & dicere possunt cum Apostolo: [Nostra conuersatio in caelis est, & quoties Sacerdos dixerit, sursum corda, securi & fideliter dicunt, se habere ad Dominum, quod valde pauci & rari in Ecclesia cum veritate dicere possunt.]

Abrahæ castitas.

GENES. 16. *Ecce Ancilla in manu tua est, utere ea vt liber.* AVGVST. *O virum viriliter vtemen-tem foeminis, coniuge temperanter, ancilla obtinenter, nulla intemperanter. Demonstrat hinc A-*

braham, non voluptatem suam, sed Saræ voluntatem impleuisse; accepisse, nec petiisse; accessisse, & non hæuisse, seminaisse, & non amasse.

Castitas in circumcissione precipiebatur.

GENES. 17. *Circumcidetis carnem præputij vestri.* INTERL. & ALGVINVS. Vel in illo membro circumcissione præcepta est, quo libido solet dominari, quo circumcilis castitatem esse sibi seruandam, & impudicitiam recidendam cognosceret. AMBROS. Circumcissio carnis, euidentis præceptum est castimonie, vt aliquis refecet libidinem carnis, & indomitas luxu ac lasciuia refrænet cupiditates. Id enim circumcissionis vocabulo præscribitur, vt omnium impuritatibus feetor abstergetur, & incentiuum libidinis auferatur.

Differentia inter luxuriosos & castos.

GENES. 19. *Prisquam irent cubium viri ciuitatis illius, vallauerunt domum illius.* INTERL. *Quia tranquillitatem castitatis semper inquietare molitur circumstrepens sartago libidinis. Filij noctis, operibus noctis obtenebrare volunt filios lucis. & infra. Inuoduxerunt Loth, &c.* INTERL. *Illud hoc factu nobis insinuatur: quia cum castitas pene vsque ad lapsum impetitur, sæpe bonorum adiutorio intra conscientie claustra inuoluta, aditus cordis contra prauos motus ratione munitur.*

Castitatis celsitudo.

GENES. 19. *In montem saluum te fac.* GREGOR. *in Pastor. p. 3. cap. 28.* Vel altitudo montium est munditia continentium, qui quasi in monte sunt, quia carnali copulæ inherentes, sed tamen extra suscipiendæ proles admixtionem debitam, nulla carnis voluptate soluuntur. In monte stare, est fructus propaginis in carne non querere: in monte stare est, carni carnaliter non adherere. Ardentem ergo Sodomam fugere est illicita carnis incendia declinare. Sed quia multi sunt qui scelera quidem carnis deserunt, sed tamen in coniugio positi iura vsus debiti non seruant: Isti cum Loth exeunt quidem Sodoma, sed tamen ad montana non perueniunt, quia celsitudo coniugalis continentie subtiliter non tenetur. Quasi paruam autem ciuitatem inueniunt, cum sibi per incontinentiam miscentur coniuges, in qua ab ignibus defenduntur. Quia coniugalis hæc vita, non quidem in virtutibus mira est, sed tamen à suppliciis secura. iuxta hæc ciuitas dicitur, quia coniugalis vita nec à mundo longè diuisa est, nec tamen à gaudiis salutis aliena. Tunc autem in hac parua ciuitate, vitam suam coniuges custodiunt, quando pro se assiduis deprecationibus intercedunt. Cum enim deprecatio funditur Deo, nequaquam talis coniugij vita damnatur. De qua deprecatione quoque Paulus admonet: [Nolite fraudari inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi.] RYPER-TRVS. *Vel mons, status continentie est. Familiare enim consilium est de seruanda virginitate: vnde Apostolus: [Præceptum Domini non habeo, consilium autem do.] Permissio autem Domini dicentis ad Loth, Ecce iam in hoc suscepti preces tuas festina, & saluare tibi, scilicet in Segor parua ciuitate. Par est ei sententia quam Apostolus pro remedio vel per indulgentiam suggerit eis, qui non possunt in prædicto monte saluari, quod [si non continent, inquit, nubant, melius est enim nubere, quam vri.] Hæc enim mediocritas vt saluetur, precum patrocinij indiget. Neque enim eorum est qui iudicari sunt, sed eorum qui iudicio quidem astabant, sed saluabuntur misericordia superexaltante iudicium.*

Castitas antiquorum Patrum.

10. **GENES. 24.** *Ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananeorum.* RVPERTVS. Nec iuuenis Isaac uxorem ambiuit, quam concupisset oculis, sed eam quam numquam viderat, secundum voluntatem præstolatus est patris. *Hec ille.* De eius sponsa dicitur infra: *Bibe domine mi, celeriterque deposuit hydriam, &c.* CHRYSOST. Cogita quanta ea atate fuerit continentia: diligentia & modestia: eminentia, quia neque ut aliena aufugit, neque prætextu verecundia: viri petitioni renuit, sed cum multa mititate respondit: *Bibe domine mi, &c.* Quibus non opibus hæc sunt pretiosiora? Quibus non thesauris hæc sunt præferenda? Hæc summa dos. Hæc innumera bona, hæc thesaurus qui non consumitur.

Idem.

11. **GENES. 25.** *Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei parvuli.* AVGVST. 16. *de civit. cap. 36.* Isaac nec uxorem habuit aliam, nec aliquam concubina: nec ideo tam patri eius præferre debemus. Imo propter patris maiora merita, illi Deus fecit bona. Vnde ait Deus illi: *Benedixit ei, & multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum.* Ut hinc nouerimus non ex bonis singulis inter se homines comparare, sed in vnoquoque consideremus vniuersa. Fieri enim potest ut habeat aliquid in vita & moribus quispiam quo superet alium, idque sit longè præstabilius, quam est illud vnde ab alio superatur. LIPOMANVS. Dicunt Iudæi quod non licuit Isaac plures habere coniuges, ex quo sponte accessit ut Deo in holocaustum immolaretur: quia ex tunc Domino stetit consecratus. Alij dicunt quod sicut Elias & Hieremias continentia virginali Euangelicæ castitatis typum gesserunt, ita & Isaac continentiam coniugalem, quæ in lege Euangelica est, præsignauit.

Castitas antiquorum patrum.

12. **GENES. 29.** *Ecce Rachel veniebat cum onibus parvis suis, nam gregem ipsa pascebat.* LIPOMANVS. Probitas hominum præcorum notatur, ut tam speciosa virgines oues tuto pascerent, & non solum parentum domos, sed & ciuitates solæ egredi ausu fuerint, & cum pastorum multitudine curam pecorum agere, eis sine periculo castitatis & famæ liceverit. *Infra. Et ad aquam grege osculatus est eam, & indicauit ei quod frater esset patris sui.* AVGVST. Consuetudinis quidem fuit maxime in illa simplicitate antiquorum, ut propinqui propinquos oscularentur: & hoc hodie fit in multis locis. Sed dices, quomodo ab incognito illa osculatus accepit? Intelligentum est quod prius indicauit Iacob ei quis esset, & deinde osculatus est eam. Scriptura autem narrat per recapitulationem: Quod corpus illecebras diligit, & auerletur virtutes. Vide peccatores, num. 56. ex Ambrosio.

Idem.

13. **GENES. 30.** *Deditque illi Balam in coniugium.* MAGISTER SENT. 4. d. 33. Non deliquit Abraham vel Iacob, quia præter uxores, filios ex ancillis quæsiissent, nec nunc illorum exemplo præter conjugale debitum fecunditatem in aliqua licet alicui querere. Cum illorum coniugia nostrorum æquentur Virginitati, & immoderati vsus coniugij nostri temporis, turpitudinem fere imitentur fornicationis illius temporis. CASTANVS, in collatione 17. cap. 19. Usque ad aduentum Christi oportuit benedictionem primordialis illius vigere sententiæ, qua dictum est: *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.*

Idcirco iustissimum fuit vt ex illa radice fecunditatis humanæ quæ in synagoga pro dispensatione temporis vtiliter viguit, angelicæ virginitatis sterculi germinarent, ac sua uolentes continentia: fructus in Ecclesia gignerentur.

Castitas antiquorum.

GENES. 34. *Saniens ob stuprum sororis.* LIPOMANVS. Quanto illibator tunc castitas seruabatur à pijs, quam pro corrupto nostro sæculo nos nunc pro dignitate æstimare non possumus, tanto tunc ignominia maior erat.

Idem.

GENES. 37. *Ioseph cum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis ad hunc puer.* AMBROS. Sanctorum vita, ceteris norma viuendi est. hic igitur nobis propositus sanctus Ioseph, tanquam speculum castitatis; in eius enim moribus, in eius actibus lucet pudicitia, & quidam splendor castimonie comes, nitor gratiæ. Vnde & à parentibus plusquam ceteri filij diligebatur. *cap. 39. Qui nequaquam acquiescens nefario operi, dixit ad eam, &c. Quomodo ergo possim hoc malum facere?* AVGVST. Serm. 83. *de tempore.* Pulchrior erat intus Ioseph quam foris, pulchrior in luce cordis quam in facie corporis. Vbi illius femine oculus non penetrabat, ibi ipse sua pulchritudine fruebatur. Blanda est castitas & sancta in cubiculo cordis tui, sua uis est, & eius amplexus non habet amaritudinem: Ama ergo & in te, & in alijs castitatem, & imitaberis Beatum Ioseph, qui repulit concupiscentiam alienam, & amplexus est pudicitiam suam. Amator Dei, dilectissima mulieris amore non vincitur, castum animum incitans adolescentia non permouet, nec diligentis auctoritas.

Castitas antiquorum.

GENES. 39. *Mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat ut stuprum, &c.* RVPERTVS. Quid temperantius eo, quod dicenti, non cuilibet, sed dominæ suæ, *dormi mecum*, adolescens suum non inclinavit animum? Quid castius eo, quod cum illa apprehensa uestimenti lascinia, diceret, *dormi mecum*: ille relicto in manu eius pallio, fugit? Tutius nempe iudicauit uestimentum suum cum temporali dispendio discutere, & ignem procul à se abicere, quam silentio diu premedito flammam femineam in sinu suo alligare cum periculo animæ. Rectè igitur hunc Psalmista virum nuncupauit. CHRYSOST. Non tam admirabile mihi videtur in fornace Babylonis etiam tres pueros, & illosos permanere, & nihil ab igne pati, ut admirabile hoc & rarum, quod admirabilis iste iuuenis reuincitur uestimenti à polluta, & lasciuia, & non detinetur. Sicut enim tres pueri illi propter suam uirtutem superna gratia freti igne præstantiores uisi sunt, ita & iste quia quod in se erat faciebat, & continentia: certamina cum magna declarabat constantia, magno supernoque præsidio muniebat, & licebat postea videre admirabilem hunc iuuenem nudum quidem uestibus exire, indutum autem continentia: uestimenti, & quasi ab incendio & fornace illasum effugere, & non solum non adustum, sed & multo fulgidiorum & clariorum factum. AMBROS. Non plaris fecit Ioseph uestimenta corporis, quam animi castimoniam. Reliquit tanquam non sua quæ adultera suis manibus detinebat, & aliena iudicauit quæ impudicè potuerant comprehendere. Magnus quippe uir qui uenditus seruile nesciuit ingenium, adanatus non redamauit, rogatus non acquieuit, comprehensus aufugit, ac nec ipsa quidem uerba diu passus est. Contagium enim iudicauit,

cauit, si diutius moraretur, ne per manus adulteræ, libidinis incentiua transiret. Spoliatus itaque, sed non nudus, aufugit, qui erat tectus indumento pudoris. Non enim est nudus nisi quem culpa nudauerit. & Adam nudus erat, postquam Dei mandatum præuaricatione deseruit. Vnde & dicit: *[Tutus quia nudus sum, & abscondi me.]* & ideo latebat, quia uellem fidei (intellige uiræ) non habebat, quam utriusque præuaricando deposuit. Magnam rem uides, ille nudus erat qui tunicam non amittit, nudus non erat qui uestimenti se exiit, quæ in manibus adulteræ dereliquit. Eadem scriptura, illum nudum asseruit, hunc abnuit, & ideo spoliavit se potius, quam nudauit, qui incorrupta uirtutum uestimenta seruabat, expoliatus se ueterem hominem cum actibus suis, ut indueret nouum, qui secundum imaginem creatoris renouatur. Ille autem nudus remansit qui se iterum uestire non potuit, singulari spolio uirtutis exutus. Vnde pelliceam accepit tunicam, quia peccator habere non poterat spirituales. *Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras.* GLOSSA ORDIN. Sic & nos si tentant carnis illecebræ, & succutunt uestem carnicam, scilicet fugere debemus. At uir castus mauult omnia uincula dirumpere quam se turpitudini subiugare.

Pro castitate martyrium.

17. **GENES. 39.** *Tradiditque Ioseph in carcerem, & c. fuit autem Dominus cum Ioseph, &c.* AMBROS. Quam beatum ego dixerim eum, cum in carcerem mitteretur: quia subibat pro castitate martyrium. Bonum enim munus pudicitia, sed minoris meriti cum periculum abest. Vbi uero etiam salutis periculo defenditur, ibi plenius coronatur. Inaudita causa, inexplorata fide ueri tanquam reus criminis in carcerem Ioseph mittitur, sed eum Dominus nec in carcere deferrebat. Non turbentur innocentes cum falsis criminibus appetuntur, cum oppressa iustitia traduntur in carcerem. uisitat Deus & in carcere suos.

Castitas seruanda.

18. **EXODI 12.** *Renes uestros accingetis.* GREGOR. *hom. 22.* Quid in renibus uis delectatio carnis accipitur? Vnde *Psalmista, uere uenes meos, &c.* Qui ergo pascha comedit, habere renes accinctos debet, id est, qui solennitatem resurrectionis atque incorruptionis agit, corruptioni iam per uicia nulla subiaceat, uoluptates edomet, carnem à luxuria restringat, &c. Hæc quibusdam dura sunt, sed angusta porta est quæ ducit ad vitam, & habemus iam multa exempla continentium. S. LEO *serm. 4. de Passione.* Quia nihil est in omnium uirtutum dignitate præstantius quam pietas misericordiarum, & puritas castitatis. His nos præiudici specialius instruamus, & charitatis opere, & nitore pudicitia: tanquam duabus eleuati alis, de terrenis mereamur esse caelestes. Quo desiderio quisquis gratia Dei adiutus impletur, &c. hic legitime honorat paschale sacramentum, huius limina uastator angelus sanguine agni & signo crucis prænotata non intrat. Is plagas Aegyptias non panescit, & iisdem aquis hostes relinquit extinctos, quibus est ipse saluatus. Amplectamur itaque dilectissimi purificatis mentibus atque corporibus salutis nostræ mirabile sacramentum, & ab omni fermento malitiæ ueteris emundati, pascha Domini eum digna obseruatione celebremus.

Castitas seruanda.

19. **EXODI 13.** *Primogenitum asini mutabis oue.* GREGOR. 25. *Moral. cap. 15.* Aliter per asinum im-

munditia, per ouem innocentia designatur. Quisquis post malitiam carnis ad innocentiam conuertitur cordis, *primogenitum asini mutat oue*, quia prioris uitæ immunditiam ad innocentiam conuertit. Qui enim qualis prius fuerit, definit esse, & apprehensa carnis munditia innocentiam custodit in oblationem Dei, *primogenitum asini, oue mutat.*

Idem.

EXODI 19. *Esote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus uestris.* RABANVS. 20. Post lotionem uestimentorum prohibet Moyses accessum uxorum, ut ostendat, nobis non sufficere ad contemplationis uirtutem mundationem operum per penitentia: lamentum sine castitate tam corporum quam & animarum. Oportet ergo ut mundemus actus nostros præteritos per compunctionem lacrymarum, & puritatem integram seruemus præcordiorum, quia aliter non sufficimus ad contemplationem Dei, & ad perceptionem ueræ sapientia: Vnde Dominus: *[Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebant,] & Salomon: [Spiritus sanctus disciplina: effugiet fictum, & in animam maleuolam non introibit sapientia.]*

Castitas magno labore acquiritur.

EXODI 26. *Decem cortinas de bysso retorta, &c.* BEDA. Byssus quæ de terra quidem oritur, sed eruta de terra longo exercitio siccandi, tundendi, purgandi, coquendi, & nendi, gramineum solet perdere, & candidum in se recipere colorem, corpora designat castitatis nitida decore, quæ cum carnis quidem illecebris nascencia magno continentia: labore quasi natium exsudant humorem, atque ad decorem Deo dignæ puritatis solerti ieiuniorum, uigiliarum, orationum, & lectionis, patientia: & humilitatis instantia perueniunt. De quibus possit illud rectè dici: *[An nescitis quoniam corpora uestra templum sunt Spiritus sancti qui in uobis est?]* Retorquetur autem hæc byssus, quoniam non modò lumbos carnis, uerumetiam, ut Petrus admonet, lumbos mentis nostræ in sobrietate succingimus. Ut uidelicet carnem ab eius moribus, & cor ab illicitis refrænumus cogitationibus.

Idem.

EXODI 27. *Facies & atrium Tabernaculi, &c.* BEDA. Sicut sancta sanctorum eam quæ in cælis est Ecclesiæ partem designant, & tabernaculum perfectam fidelium uitam in hoc seculo commorantium denuntiat, ita atrium tabernaculi quod exterius erat, prima incipientium rudimenta demonstrat. Vnde bene tentoria eiusdem atrij de bysso retorta erant facta, quia prima incipientibus cura impendenda est, ut illecebras carnis simul & spiritus refrænent, iuxta illud: *[Has igitur habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus.]* Byssus namque de terra uiridis nascitur, sed eruta de terra siccatur, contunditur, coquitur, torquetur, ac magno ac longo exercitio, ad candidum de uiridi producitur colore: sic & caro nostra ut ad uirtutem, decorumque castitatis perueniat, arctis se necesse est ut ieiuniorum orationibus, uigiliis, & totius continentia: laboribus subigat, quibus naturales, & ueluti ingenitas eius delectationes excicare, atque ad eam quam desideramus dignitatem uirtutis ascendere queamus. Retorquetur autem byssus ne facile possit dissolui, cum non solum luxuria carnis restringitur, uerumetiam tota eius memoria ab intimo corde radicibus enellitur.

Castitas seruanda maximè à sacerdotibus.

23. **E**XODI 28. *Stringeque tunicam bysso.* HIERON. hoc est, baltheo byssino ad corpus aptabis. BEDA. Hæc tunica lineæ, & stricta, castitatem in sacerdote denotat. Induat ergo sacerdos, primum linea stricta, vt & corpus ab iniquis operibus, & à prauis mentem cogitationibus compescat. Accipiat deinde hyacinthinam, vt propter descriptionem continentia salutaris æquè corpus & animum spiritualium virtutum habitu venustet. *Et infra: Facies & feminalia linea vt operiant carnem turpitudinis.* HIERON. Lineis feminalibus verenda celantur, quæ vsque ad genua & poplites veniunt. Superior pars sub vmbilico vehementer adstringitur. In Leuitico de feminalibus nihil dicitur: hæc, vt arbitror, causa, quod ad genitalia nostra & verenda lex non mittit manum, sed ipsi secretiora nostra, & confusione digna tegere & velare debemus, & conscientiam puritatis femineæ Deo iudici referuare. De cæteris virtutibus, v. g. sapientia, fortitudine, iustitia, temperantia, humilitate, &c. possunt & alij iudicare, pudicitiam solam nouit conscientia, & humani oculi, huius rei certi iudices esse non possunt. Vnde Apostolus de virginibus inquit, [Præceptum Domini non habeo,] quasi Moyses loquatur, feminalibus ego non vestio, nec impono alicui necessitatem. Qui vult sacerdos esse, ipse se vestiat. O quantæ virgines, & quantorum sperata pudicitia in die iudicij dehonestabitur? Quantorum infamata pudicitia à Deo iudice coronabitur? Ipsi igitur assumamus feminalia, ipsi nostra verenda operiamus, non queramus alienos oculos. **A**M BRO s. de beata Virgine Maria ait: Arbitremur metis solida, non hominem, sed Deum querere. **B**EDA. Tunicae habent Sacerdotes lineas, cum totum corpus suum candori castitatis dedicant. Baltheis tunicas cingunt, cum eandem castimoniam vigilanti mentis custodia circumspiciunt, ne conscientia illius desidiores erga bonorum operum exercitia remaneant, ne per iactantiam castimoniam, ipsius etiam castimoniam meritum perdant. Virginibus namque stultis, nihil castitas profuit carnis, quibus veniente sponso lumen defuit internæ puritatis. Accinguntur igitur filij Aaron tunicis lineis, vt castitatem habeant, & accingantur & baltheis, ne ipsa castitas sit remissa, & negligens, ne bonorum gressus operum iactantia suæ præsumptionis impediatur.

Castitas virginalis.

24. **E**XODI 29. *Sumes & adipem totum, &c. & reticulum iecoris, ac duos renes, & adipem, & offeres incensum super altare,* id est, adolebis, & incendes super altare. **B**ASILIVS de vera virginitate. Significat per hæc sermo diuinus & necessarium victum nobis esse amplectendum, & concupiscentiam studiosius ad meliora transferendam (iecoris quippe, quod concupiscentia instrumentum est, fibræ lingulearem scilicet peccati concupiscentiam incendere, reliquam verò felle ac pessima cupiditate liberam ad appetenda bona seruare conuenit) ac castitatis munditiâ tota intentione sectandâ. Sine renibus enim id est sine contagio in terris viuere potest, virginitatisque vita nullo inferior angelis sed ad perpetuâ gloriâ hinc iâ exerceri.

Castitas Deo grata.

25. **L**EVITI. *Si autem de anibus, &c. de turribus, & pullis colubæ, &c.* **L**YRANVS: de turribus, quia maiores turtures sunt meliores, & pinguiore. **I**NTER. castimoniam sanctitate. & de pullis colubæ. **L**YRANVS. quia minores plus valent. Item, quia vt dicit supra Bernardus ideo præcipit offerri pullos in patria ætate, quia non vacant luxuria vt ipsæmet colubæ maiores.

Idem.

NUMER. 25. *Et erit tam ipse, scilicet Phinees, quam semini eius pactum sacerdotij sempiternum.* **O**RIGENES. Quisquis enim zelo Dei compunctus carnis stimulos contemnit, comprimit, vel subiectos, ne lasciuant, corrigit, sempiternum sacerdotium acquirit, pertinens ad eundem de quo dicitur, [tu es sacerdos in æternum,] &c. cum quo æternum regnû possidebit.

Idem.

4. **E**SDRÆ 6. *Vidit enim fortis directionem tuam, & propitius pudicitiam tuam, quam à iuuentute tua habuisti.* Alia litera, vidit ille potens recta facta tua, & pudicitiam, quam à iuuentute conseruasti, perspexit. Placet enim domino castitas, & in eam oculos intendit. De sancta Iudith dicitur cap. 8. *Erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Deum valde, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum,* scilicet contra castitatem eius. **I**NTER. ab omni specie mali abstinete vos. Sed quare ita famosa erat virtus eius quæ clausa morabatur cum puellis suis? Castitas fecit eam famosam: quia, vt **A**POC. 14. dicitur de virginibus, quod habebant voces quasi citharædorum, propter consonantiam musicæ quam habent virgines apud Deum, & pariter quasi tonitruum magni propter sonitum vehementem, & famam quam apud homines habent, quorum laudes manifestæ sunt.

Oratio pro conseruanda castitate.

SANCTVS **B**ASILIVS *assert hanc orationem sanctæ Theophila virginis pro conseruanda castitate.* **M**ILESU, meus amor, mea lux, meus spiritus, meus custos castitatis, & vitæ: vide eam quæ est tibi deponsa, vide ô sponse in quem nulla cadit reprehensio, & festina: quoniam nunc est tempus quidem precandi ne pactum conuentum fallam, ne prodas me bestiis, ne lupi tuam pecudem lanient: Serua sponse sponsam, meam conserua castitatem, fons castitatis, vt tuis quoque nomen, nunc maximè glorificetur, quod intelligenter glorificatur ab Angelis.

Triplex armorum genus contra castitatem.

GENES. 39. *Iniecit vxor domini sui oculos suos in Ioseph, &c.* **H**YGO DE **F**OILLETO. Solent homines tribus generibus armorum vt ad defensionem, telis videlicet, & hasta, & gladio. Longè positi vulnerantur telis. In illos qui cuspede tangi nequeunt, vibratur hasta. Cum pugnant comminus, officium suum gladius implet. Similibus armis vitur impudicitia ad expugnandum hominem exteriorem. Quod in Ioseph contigisse probatur: ait enim scriptura: *Et iniecit vxor domini sui oculos suos in Ioseph.* Hæc sunt impudicitia tela quibus vulnerantur multi longè positi. His telis pudicitiam oculorum opposuit. Nec tantum petulans est libido, sed etiam procax. Ait enim, *dormi mecum.* Hæc est vibratio haste blandientis, scilicet adulteræ sermo, huic opponitur cordis munditia. Venenata enim colloquia non respicit mundi cordis puritas. Nec tantum petulans & procax est libido, sed etiam importuna. Tenuit enim vxor domini sui vestem Ioseph, & vt ait **B**. **A**MBROS. tenenti veste potuit, qui teneri non potuit animo. Hic est gladius quo constringitur comminus mollis videlicet adulteræ tactus, huic resistit Ioseph per munditiam corporis. Respuit enim adulteræ tactum, rupit simbram, ne serperet contagium.

Triplex castitas.

1. **A**D **T**HESSAL. 4. *Vt sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione, & honore, non in passione desiderij.* **A**TLREDVS. Sciendam est quod est castitas carnalis, castitas sensualis, castitas spiritualis. Castitas carnalis est, si homo carnem suam ab omni coinquinatione cohibeat. Castitas sensualis est, si mem

Cælum quomodo dicatur æternum. 5.

Cælum empyreum patria celestis.

GENES. 1. *In principio creauit Deus cælum, & terram.* **G**LOSS. Cælum non visibile firmamentum, sed empyreum, id est, igneum, vel intellectuale, quod non ab ardore, sed à splendore dicitur, quod statim repletum est Angelis. **R**VPERT. Cæli nomine inuisibilis illa sanctorum Angelorum patria designatur, quam animalis homo non percipit, qui cum Paulo non potest dicere: [Nostra conuersatio in cælis est,] in id nec spiritualis homo quantumuis celestia contempletur, dum viuunt, sufficienter diiudicare potest, quia [nec oculus vidit] &c. vt plurimum percipiat, quia magnus & spaciosus locus, magna domus, in qua mansiones multe sunt. In comparatione huius spiritualis habitationis terra est quidquid carnis oculis cernitur. Vnde rectè appellatur per **P**SALMISTAM, *Cælum cæli.* Cælum cæli Domino] aut **P**SALM. 114, terram autem dedit filiis hominum,] &c. Non erat cælum vacuum, & inane. Quippe quod ex lumine diuina maiestatis ab initio respanduit. Sicut ad illius similitudinem cælum istud visibile, & aer solis huius resulget lumine. **C**HRYSOST. cuius gratia dic quæso cælum clarum, & absolutum creauit, terram autem deformem effecit: Respondet, vt cælum æstimarem, & ad illud afficeremur, terram autem vilipenderemus.

Cælum hospitium homini preparatum.

GENES. 1. *In principio creauit Deus cælum, & terram.* **F**ERVS. In hoc opere, præter insignem Dei sapientiam & potentiam, etiam videmus ineffabilem eius bonitatem. Nondum homo creatus est, & iam ei providebat Deus hospitium, quo in æternum maneret, & non qualecunque, sed cælum. Prius autem cælum ornauit, quàm terram; ad ostendendum quod quamuis etiam terra ad tempus hominis hospitium sit, tamen homo potissimum propter cælum possidendum est creatus. **1. PETR**. 3. [Respositi sunt cæli verbo Dei.] Nota verbum *repositi*: quasi thesaurus reseruatus.

Cælum vnde dicatur.

GENES. 1. *Et vocauit Deus firmamentum cælum.* **G**AMBROS. Cælum à cælando dicitur, quia in eo impressa sunt stellarum lumina velut signa. Vnde cælum quasi cælatum appellatur, sicut argentum quod signis eminentibus resulget, cælatum dicitur. **R**VPERTVS. Cælum à cernendo dicitur, quia oculos habentium neminem latet.

Cæli plures non vnum tantum.

DTHOM. 1. p. q. 68. art. 4. *concalat diuersitatem inter Chrysostrum & Basilium, de numero cælorum, dicens: magis esse in nomine quàm in re, quia* **C**HRYSOST. vnum cælum nominat totum corpus quod est supra terram, & aquam. Vnde & *volucres cæli* dicuntur aues quæ volant in aère. **B**ASIL. autem. ponit plures cælos, quia in isto corpore sunt multe distinctiones.

Quomodo dicatur cælum æternum.

SED an sit cælum æternum? Videtur quod sit temporale. quia **M**ARTH. 24. ait Christus: [Cælum & terra transibunt,] & **1. PETR**. 3. Cæli & terra qui nunc sunt, reseruati sunt igni in diem iudicij, & perditionis impiorum hominû. [& **P**SALM. 101. [Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli, ipsi peribunt,] &c. & **A**POC. 21. & mare iam

si membrorum omnium sensus ab omni illicita delectatione contineat. Castitas spiritualis est, si omnes affectiones immundas, cogitationes impuras à cordis sui oculis abigens, eas, priusquam carnem affectumque perstringant, eiiciat. **S**TEPHAN. super illud **1. REG**. 18. *Dedit itaque Saul ei, scilicet David, Michol filiam suam uxorem,* quia scilicet tradidit ei ducenta præputia Philistinorum. **M**ICHOL interpretatur omnis aqua, vel aqua de omnibus: hoc est, omne refrigerium, vel refrigerium de omnibus. Qui vult habere Michol, debet dare ducenta præputia, vt auferat, scilicet immunditiam cordis & immunditiam corporis.

Signa castitatis Christianæ.

31. **B**ASIL. in regulis *susius desput. interrogatiõne 17.* Reliquæ quidem virtutes cum in occulto exercentur, minus sæpe illustres apud homines existunt. Continentia autem in quo inest, eum, vel primo aspectu tantum, notum facit. Vt enim optinus corporis habitus, & coloris bonitas pugilem à cæteris distinguit: sic Christianum à cæteris macilentia corporis, pallor que desorefcens, qui continentia veluti aduersus est comes. Indicio est eum Christi mandatorum verè pugilem esse, qui in infirmitate corporis aduersarium suum in luctu prosternat, & quam potens sit in pietatis certaminibus declarat conuenienter verbis illis: [Cum infirmor, tunc potens sum.]

Castitas seruanda.

32. **I**DEM *ibid.* Quæso, quo cruciatu digna conseretur mulier, quæ nobili coniuncta viro, seruo suo se ipsam violandam impudicè substerneret: ac seruum infidiosè nequitèr que Domini thoris inuheret? Quo item seruus ille damnandus examine, qui dominæ suæ dominique cubili se concitatus libidine adeo petulanter immiscuit?

Castitas conseruatur temperantia.

33. **P**ALLADIVS in *uia Moysi Abbaris.* Sicut canis cum affluerit in macello ossa rodere, non recedit à consuetudine: sed si fuerit clausum macellum, & nemo ei dederit, fame enectus non amplius accedit. Sic tu quoque si permanens in tuæ continentia exercitatione, mortificans membra tua, quæ sunt super terram, & excludens ab ingressu ingluuiem, quæ parit intemperantiam, ægre ferens dæmon, vt qui cibos non habeat qui accendant, à te recedet.

Castitas propter premium seruanda.

34. **C**HRYSOST. *Serm. de continentia Ioseph.* Si in gymniciis certaminibus plerique visis athleticis coronatis accens, etiam ipsi se exuerunt, & multos sudores laboresque pertulerunt, vt ramis vel oleæ, vel lauri coronarètur: quanta nos conuenit alacritate pro continentia sudores ferre, quando alios à Deo coronatos videmus, vt celestibus redimimur coronis propter bona salutariâ que facinora?

Solitudo, castitatis custodia.

35. **N**ILVS *Orat. 2. aduersus vicia.* Nauis tempestate inactata, portum querit. & viri pudici anima expectit solitudinem. Vt enim illa fluctus maris naufragium minitantes fugit: ita hæc mulierum aspectus perniciem afferentes vitat.

CÆLVM.

Cælum empyreum patria nostra celestis. 1. 2.
Cælum vnde dicatur. 3.
Cælum plures non vnum. 4.

non erit. Responso: quod terra transibit, & peribit secundum suam figuram & effectus, non secundum suam substantiam: unde Ecclesi. 1. [Generatio praterit, & generatio aduenit, terra autem in aeternum stat.] Unde Apoc. 21. dicitur: quod [erit terra noua.] Item dicitur de celo: Peribit non secundum substantiam, sed secundum quantitatem, & speciem huius aeris, & forte secundum suam motionem. Nec mare siccabitur, ita ut tunc non erit, sed secundum suam turbulentiam non erit.

CHARITAS IN communi.

- Charitas, uide, Amor.
Charitas dilatanda. 1. 19.
Charitas uia ad paradysum. 2.
Sine charitate nihil prodest. 3.
Charitas Deo placet. 3.
Differentia inter charitatem, & timorem. 4. 13.
Charitas pura & perfecta. 5.
Charitas non est otiosa. 6.
Charitas Dei, & proximi. 7. 8. 9. 12.
Charitas a cunctis exigitur. 10.
Charitas semper exigitur. 11.
Charitas nunquam excidit. 11.
Charitas qualiter conseruabitur. 11. 12.
Charitas prestantior omnibus uirtutibus. 15. 16.
Charitas uino comparatur. 17.
Charitas plerumque potius remittitur, quam augetur. 18.
Charitate lucerna anima concinnantur. 20.
Charitas actioni pretium dat. 21.
Triplex charitas insinuat in triplici datione Spiritus sancti. 22.
Charitas tripliciter ordinatur. 23.
De gemino charitatis uulnere. 24.
De uolentia charitatis. 25.
Pro mensura charitatis estimatur anima latitudo. 26.
Detraitor perimit charitatem. 27.
Sola charitas onus Christi leuigat. 28.
Omnium officia uirtutum charitas obtinet. 29.
De charitatis excellentia, & usu. 30.
Opus charitatis est hominem esse in Deo, & Deum in homine. 31.
Charitas in Deo facit quidquid uult. 32.
Charitas in alterum semper tendit. 33.
Ex charitate omnia sunt facienda. 34.
De affectu gemino charitatis. 35.
In charitate & seruitus & libertas. 36.
De nimia Christi charitate. 37.
Vires corporis charitas non metitur. 38.
Apostolus tacens, affectum charitatis excitat. 39.
De affectu charitatis. 40.

Charitas dilatanda.



ENES. 1. Congregentur aqua quae sub celo sunt, in locum unum. HVG O de S. VICT. Non loquitur de iis quae super, celos sunt, nam charitas & dona caelestia non coarctantur. Unde Apostolus: [Charitas Dei diffusa

est in cordibus nostris, per Spiritu sanctum qui datus est nobis] & [pax Dei quae exuperat omnem sensum,] &c. & [Os nostrum ad uos patet d Corinthij.] Charitas dilatanda est, & amplificanda, & quanto latius panditur, tanto celsius sublimatur.

Charitas uia ad paradysum.

GENES. 3. Et collocauit ante paradysum uoluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque uersatilem. ISIDOR. Qui ad Deum conuertitur per flammeam frammeam uersatilem, id est, per tribulationes temporales urentes peccata sua, &c. & per cherubim, id est, plenitudinem scientiae, quod est charitas, perueniet ad arborem uitae Christi, & uiuet in aeternum. Nemo enim potest illuc peruenire nisi per has duas res, iuxta illud: [Per multas tribulationes oportet nos introire regnum Dei. & plenitudo legis est dilectio.] Si quem igitur in Paradysum reditus desiderium cepit, per hac propemodum manu ducitur.

Sine charitate nihil prodest.

GENES. 4. Factum est, & c. ut offerret Cain de fructibus terra munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis, &c. GLOSS. ORD. Offerit Cain de fructibus terrae sacrificium, quia terrenorum amatores cum Deum in multis offendunt, largitione facultatum oblationibus Deum placari putat: contra quos dicitur: [Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.] Omne enim quod datur, ex dantis mente pensatur: iustus autem in omnibus quae agit per fidem, & charitatem, de quibus caeterae uirtutes oriuntur, Deo placere contendit. Quod significatur in adibus oblati ab Abel. Unde, [sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.] Sine charitate enim macilenta est anima, & languida, & in nullo, Deo placens.

Differentia inter charitatem, & timorem.

GENES. 21. Cum uidisset Sara filium Agar Aegyptia ludentem cum Isaac filio suo. ORIGENES. Duo sunt filij Abraham, vnus de ancilla, & vnus de libera, uterque tamen filius, licet non uterque de libera. Omnes quidem qui per fidem ueniunt ad agnitionem Dei, possunt filij Abraham dici, sed in his sunt aliqui pro charitate adherentes Deo, alij pro metu, & timore futuri iudicij. Unde Ioannes dicit: [Qui timet, non est perfectus in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem.] Ille ergo qui in charitate perfectus est, & de Abraham nascitur, & filius liberae est. Qui uero futurae poenae metu mandata custodit, est quidem & ipse filius Abraham, accipit & ipse dona, id est, operis sui mercedem. Quia etiam [qui calicem aquae frigidae dederit in nomine discipuli, non peribit merces eius,] tam e inferior illo est qui in charitatis libertate perfectus est.

Charitas pura, & perfecta.

GENES. 37. Oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui. GREGOR. 5. Moral. cap. 33. Immutatio liuoris est affectus surgens intimae dulcedinis. & plena mors eius est perfectus amor aeternitatis. Na cum mens ab eius rei appetitu retrahitur, quae accipientium numero partitur, tanto magis proximum diligit, quanto minus ex profectu illius sua damna pertimescit, &c. Charitas quid aliud est quam mentis oculus? Qui si terreni amoris puluere tangitur, ab interna lucis mox intuitu laesus reuerberatur. Paruulus est igitur qui terrena diligit, magnus qui aeterna conspicit.

Chari

Charitas non est otiosa.

EXOD. 2. Conspexit duos Hebraeos risantes, &c. Surrexitque Moyses, & defensis puellis aduocauit oues earum. LIPOMAN. Charitas non est otiosa, ubique & semper reperit occasionem consulendi, tam uiris quam foeminis, tam foris quam domi, tam proximis quam alienis. omnes fratres agnoscit, & debitorum se nouit omnium.

Charitas Dei, & proximi.

EXOD. 24. Habetis Hur, & Aaron uobiscum, &c. GALFRID. In Aaron & Hur amore Dei & proximi accipite, quia in his duobus mandatis uniuersa lex pendet, & Propheta. Per Aaron, amor Dei significatur, quia amor Dei est mons fortitudinis. Vis nosse quam fortis mons sit: [Charitas, ait Apostolus, nunquam excidit. Charitas omnia suffert, & quis nos separabit a charitate,] &c. Hunc montem diabolus non facile aggreditur, sciens scriptum, quod [qui tetigerit montem, lapidabitur.] Per Hur amor proximi significatur. Ioannes enim ait, [Qui diligit fratrem, in lumine manet.] Nihil est quod timeatis, si tales consiliarios uobiscum habeatis. Ardeat ergo in nobis ignis diuini amoris, & sic intus ferueat, ut foras exeat per exhibitionem fraternae dilectionis. Hoc namque mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Sed quam ffigidus est in quo non ardet ignis iste? Parum dixi, mortuus est, iuxta illud: [qui non diligit, manet in morte.]

Idem.

EXOD. 16. Decem corinas de bysso retorta, &c. hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, &c. BEDA. Coccus quia ignis habet speciem, flagrantissimae sanctorum dilectioni comparatur. Unde quidam dicebant. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, &c. & contra de reprobis dicitur, [quoniam abundauit iniquitas, refrigeret charitas multorum.] Hac quasi bis tingitur, cum amore Dei, & proximi flammescit. Cum illum toto corde, tota anima, tota uirtute: hunc sicut nosmetipsos diligimus. GREGOR. hom. 38. Vos estis fratres, vos estis cortinae tabernaculi, qui per fidem in cordibus uestris secreta caelestia uelatis. Sed cortinis rabernaculi bis tinctus color debet inesse, id est, bis tincta charitas, ut scilicet tingatur & per amorem Dei, tingatur & per amorem proximi. Qui enim sic amat Deum, ut per contemplationem illius, negligat proximum, coccus quidem est, sed bis tinctus non est. Ut ergo charitas uestra bis tinctus coccus esse ualeat, & ad amorem se Dei, & ad amorem proximi accendat; quatenus nec ex compassione proximi contemplationem relinquat Dei; nec plusquam debet inherens contemplationi Dei, compassionem abiciat proximi. Omnis itaque homo inter homines uiuens, sic ad eum anhelet quem desiderat, ut tamen hunc non deserat cum quo currebat, & sic huic adiutorium ferat, ut ab illo nullatenus torpeat ad quem festinabat. AVGVST. Coccinum charitas est: quod feruorem spiritus igneo colore testatur.

Idem.

EXOD. 26. Facies & quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarum uela iungenda sunt, &c. Per anfulas hyacinthinas, uincula intelliguntur (ait RVPERT.) fraternae charitatis. Per circulos autem aureos, uincula diuinae dilectionis, quae fraternae dilectioni quasi anfulis inserta hyacinthinis sanctam illam, & Deo dignam efficit, & quia charitas hac multitudinem operit peccatorum, bene anfula quinquaginta in singulis lateribus, & quingaginta circuli ha-

bentur. Quo numero remissio significatur, & ex lege imperatur. Unde & quinquagelimus annus iubilaeus dicitur, id est, dimittens.

Charitas a cunctis exigitur.

EXOD. 30. Dues non addet ad dimidium sili, & pauper nihil minuet. BEDA. quia siue magnus est meritis quisque ac perfectus, siue tener adhuc, & in profectu positus, uirtutum a cunctis charitas exigitur. AVGVST. lib. de natura & graua. Charitas est qua uia iustus est quicumque iustus est, charitas incipiens, iustitia incipiens, charitas proficiens, iustitia proficiens: charitas perfecta, iustitia perfecta. LIPOMANVS. Nota autem non exigi integrum sillum, sed dimidium. Nam charitas imperfecta est dum peregrinamur in hoc saeculo, perficienda autem in caelo.

Charitas semper exigitur.

LEUIT. 6. Ignis in altari semper ardebit, quem nutrit Sacerdos subiciens ligna mane per singulos dies. GREGOR. Altare Dei cor nostrum est in quo iubetur ignis semper ardere, quia necesse est ex illo charitatis flammam indefinenter ascendere, cui Sacerdos subicit ligna ne extinguatur, id est, quilibet fidelis sanctorum exempla & Scripturae testimonia in corde suo congerere non cessat. His ignem forte languescentem nutrire, & excitare debemus. Mane subiciuntur ligna cum nox caecitatis extinguitur, uel quia mane prima pars diei est. Postpositis terrenis cogitationibus hoc in principio quisque fidelis cogitet, & semetipsum holocaustum desuper imponat, & omne uitium quod in se male uiuebat, exurat. Quod uero eadem charitas in cordibus electorum inextinguibilis manet, bene subditur: Ignis est iste in altari semper ardebit. INTERL. Qui perfecte sapientiae operationem quasi holocaustum uult offerre, ignem Spiritus sancti, non sinat per negligentiam deficere. OLEASTEB. Docet te ne sinas extinguere spiritus ignem, quem semel accenderit in te. Tribus enim solet (ut dicunt sancti) ignis foueri, lignis nempe, flacibus, & cineribus. Sic & diuinus ignis bonis operibus quae per ligna designantur, suspiriis, & gemitibus, ac humilitate, quae adumbrantur flacibus, & cinere. Quem nutrit Sacerdos. INTERLIN. Quilibet fidelis membrum ueri sacerdotis.

Idem.

DEUT. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. INTERL. [intellectu.] Ex tota anima tua. INTERL. [uita.] Et ex tota fortitudine tua. INTERL. [uirtutibus uel affectu.] AVGVSTIN. lib. de doctrina Christiana, c. 22. Debit homini ista perfectio praecipui, quamuis in hac uita non possit haberi. Non enim recte curritur si quod currendum est, nesciatur. Curra uis autem sperando, credendo, desiderando, eleemosynas dando, & orando, ut currentes adiuuemur, & sic perfectionis praeccepta audiamus. nec ad plenitudinem charitatis currere negligamus. MARTH. 22. Addit Christus, [Et proximum tuum, sicut teipsum: in his tota lex pendet & Propheta.] Finis ergo praeccepti, dilectio gemina, Dei scilicet & proximi, cum praecurat dilectio Dei, eius modus praescriptus est, ut caetera in illum cofluant, scilicet dilectio tui ipsius & dilectio proximi. Ille autem ordinat diligit, si quod non est diligendum, non diligit, & diligendum diligit: nec plus quod minus est diligendum, nec

æqualiter quod plus vel minus, nec plus vel minus quod æquè est diligendum, &c. Vide, *Amor proximi*, num. 20.

Differentia inter Charitatem & Timorem.

13. **D**EV T. 32. *Quomodo persequatur unus mille, & duo fugaverint decem millia.* RADVLPHVS. Virtus mirabilis & prorsus stupenda, vt vnus contra mille, & duo præualeant contra decem millia. Multum efficere valet timor Dei, iuxta illud: [qui timet Deum, nihil negligit.] vide *timor* num. 25. Longè tamen eum singularis fortitudinis prærogatiua præcedit: ille Dei miles electus in millibus qui omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Si ergo tantum prævalent vnus vel duo, vt nec ei resistere valeant decem millia, quantum officere valet in vnum collecta regis huius militia vniuersa? Mirabilis rex qui suos sic præualeat exaltare. *Quomodo charitas foras mittat timorem*, vide *Timor*, num. 38, ex *Gilleberto*.

Charitas plenitudo legis.

14. **R**EGVM 17. *Deposuit David arma Saulis, &c. elegit sibi quinque lapides impudissimos de torrente, &c.* GLOSSA ORDIN. Sic Christus tempore reuelationis noui Testamenti, deposuit corporalia sacramenta legis, quæ non sunt imposita gentibus tanquam onera, quæ nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Tulitque quinque lapides impudissimos de torrente, id est, quinque libros legis, & misit eos in pernam pastoralem, id est, adiunxit gratiæ quæ per lac significatur, quod in vase pastorali mulgetur, vt ait IN-TERL. vt lex esset utilis, quæ sine gratia impleri non potest. Plenitudo enim legis charitas est, & tulit lapidem vnum in fronte percussit, & cecidit. Quinque accepit, vnum misit. Quinque libri electi sunt, sed vnitas vincit. Plenitudo ergo legis Charitas.

Charitas præstantior omnibus virtutibus.

15. **2.** PARALIP. 3. *Stravit quoque pavimentum templi, &c. aurum superposuit, &c.* GLOSSA ORDIN. Quid prodest decor marmoris, tabulis abiegnis, & in super laminis aureis obiecti, nisi aliquid mysticum ostendat? &c. Aurum laminæ marmoris & tabulis abiegnis superpositæ, latitudo est charitatis de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, quæ sicut aurum aliis metallis, ita cæteris virtutibus in templo Dei præfulget.

Idem.

16. **2.** PARALIP. 9. *Argentum in diebus illis pro nihilo reputabatur.* In tempore veri Salomonis, id est, Christi, & in primitiua eius Ecclesia omnia in charitate siebant, omnia auro tegebantur. [Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.] verba polita & sonitus verborum nihili ducebantur, quæ per argentum significantur. GLOSSA ORDIN. Quoniam secundum Apostolum, [Non est in sermone verbum Dei, sed in virtute, & prædicatione Euangelij, nõ in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis, vt fides nostra non in sapientia hominum, sed in virtute Dei sit.]

Charitas vino comparatur.

17. **H**VGO de S. VICTORE super illud Proverb. 3. *& qui tenuerint eam, beati.* Charitas similis est vino. vinum namque eos quos inebriauerit, reddit alacres, fortes, obliuiosos, & quodammodo insensibiles. Sic charitas mundat mentem, conscientiam exhilarat, deinde audacem reddit, quando per munditiam conscientia, fiduciam præstat. Obluionem quoque generat, quia dum cor ad æterna trahit, omnium

quæ transeunt memoriam ab animo funditus euellit: insensibilem reddit, quia dum mentem per internam dulcedinem medullitus replet, quidquid exterius amarum infertur, contemnit, quasi non sentiat. vide, *Crux*, num. 41. ex *Bernardo*.

Charitas plerumque potius remittitur, quam augetur.

18. **G**ENES. 41. *Ascendebam septem bonas pulchras & crassa nimis, &c.* RICHARDVS, Per vaccas quæ lac præbent, vnde butyrum conficitur, dulcedo charitatis exprimitur. Pingues vidit prius, macilentas posteriùs. Mallem prius tenues & postmodum pingues, omnis laus in sine canitur: sed est multo facilius atque frequentius feruidam tepescere charitatem, quam tepidam incandescere, atque incandescere. Quam multos videmus initio suæ conuersionis spiritu feruentes, spe gaudentes; postmodum paululum tepescere, donec omnino deficient, & ad similitudinem vaccarum, de fortibus inuadit; & de pinguibus fiant macilentæ: de quibus scriptum est, quia [deuorauerunt omnem priorum pulchritudinem.] Res itaque valde stupenda & nimis dolenda. Scimus enim quia multo frequentius multoque facilius veram charitatem corrumpit charitas ficta quam fictam corrigat charitas vera. [Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala.] O quoties ardentem charitatis flammam, flatus adulantis & detrahentis excussit, & in fumum tetrum conuertit, qui prudentium oculos obnubilaret, & vehementer faceret caligare. Illud sanè notandum, quia semper vaccarum maciem sequitur spicarum corruptio: sic ante teporem, affectionem semper sequitur vel comitatur sterilitas cogitationum, & quantum tepescit affectus ad concordiam charitatis, tantum hebetatur intellectus ad perspicaciam veritatis.

Charitas dilatanda, cupiditas coercenda.

19. **G**ENES. 1. *Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt, in locum vnum.* HVGVS DE S. VICTORE. Hoc mirum videtur quod aquæ quæ sub cælo sunt, congregantur in loco vno, & illæ quæ sunt super cælum, non congregantur sed relinquuntur diffuse atque expansa, quasi quæ coarctari nolint vel colligi. Quid putas hoc sibi vult, nisi quod [charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis?] & istæ sunt supercælestes aquæ, quia adhuc excellentiorem, ait Apostolus, vobis viam demonstro: Si linguis hominum loquar, & Angelorum, &c. iam videmus quare aquæ istæ non debuerunt colligi, & in vnum coarctari: quoniam charitas amplificanda est semper, & dilatanda, & quanto latius panditur, tanto celsius sublimatur. Quæ autem sunt sub cælo, congregandæ sunt, & constringendæ in vnum locum: quoniam affectus animæ inferior, nisi certa lege constringatur, non potest apparere arida, nec germina producere. Sicut Apostolus [castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne fortè cum aliis,] &c.

Charitatis oleo, lucerna intentionis & operationis sunt concinnandæ.

20. **L**EVIT. 24. *Vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum ac lucidum ad concinnandus lucernas ingiter.* RADVLPHVS. Oleum afferendum est ad legem, sed non qualecumque oleum, de oliuis purissimum, ac lucidum. Charitas namque illa à nobis exhibenda est per quam omnes sanctificati sunt, qui fuerunt quasi oliuæ fructiferae in domo Domini, charitas Dei, & proximi quæ in cordibus electorum lucet, iuxta quod scriptum est: [Præceptum Domini lucidum illuminans

De gemino charitatis vulnere.

24. **C**ANTICORVM 4. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* BALDVINVS. Attendamus quomodo sponsus cor suum à sorore & sponsa vulneratum dicit, nec semel dicit, sed secundo ingeminat vulnus. Nempe propter nimiam charitatem qua dilexit nos: cum essemus mortui peccatis, vitam nobis desiderauit, & sibi mortem. Hinc eius vulnera in cruce suspensi, hinc peccatorum nostrorum vulnera sunt sanata; hinc nobis salus est ministrata. Desiderium ergo nostræ salutis, & pro nostrâ salute desiderium propria mortis, duo vulnera sunt, alterum amoris, alterum doloris, imò vtumque amoris: vtumque enim desiderium de amore processit, quo præuenta est sponsa vt sic diligentem prædilecta diligeret, & in omni puritate sancti amoris sanctique timoris immaculatam se illi conseruaret. Sed quid sibi vult quod in tota pulchritudine sponsæ quæ tota pulchra dicitur, non vulneratur sponsus, nisi in vno oculorum & vno crine colli? sciendum est: quæ ante omnia illi placent, & quæ sunt illa: Puritas sancti amoris, & puritas sancti timoris. Hæc in vno oculo, illa in vno crine colli intelligitur: iste autem oculus non est, sed vnus oculorum est, verè vnus quia vni intentus, vnum amat, vnum curat, vni adheret: sed quo magis hæret quam oculo? Nam vbi amor, ibi oculus. oculus autem quia potest videre & videri, illex & index solent esse amoris. Nam sua pulchritudine amorem prouocat, & secreta significatione nunciat. Pulchritudine dico fideli, & vera, non fucata vel ficta. Nunc autem videamus quomodo vnus crinis componatur. Sponsa Christi, vt oculis eius placeat, curam capillorum suorum non negligit. Subtiles igitur cogitationes sanctarum cogitationum & affectionum, de vertice mentis, hoc est, de cogitatione Dei, in quatuor partes diuiduntur, & pectine discretionis discriminantur. & aliæ sunt de bonis æternis quæ ad frontem descendunt, aliæ de malis quæ retro respiciunt, aliæ de bonis vel malis temporalibus quæ ad dexteram vel ad sinistram hinc inde se diuidunt. Hi capilli oculis sponsi placere probantur: quia dicit [Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.] Omnes autem capilli sponsæ ad collum vbi est iugum obedientiæ reducuntur, & in vnum crinem nodo timoris constringuntur, quia in omnibus semper obedientia in timore Dei cogitanda est, sicut scriptum est: [Quod præcepit Deus, hoc cogita semper.] Vnus itaque crinis in collo, vnitas est cordium, cogitationum, in iugo obedientiæ, quas timor Dei in vnum colligit & indissolubiter constringit. Hic timor quod sparsum est, colligit, quod dissipatum est, vnit, quod malum est, expellit & excludit: quæ bona sunt, & nutrita, custodit. Hoc denique cor mundum & immaculatum facit, & omni custodia custodire fatagit. Prima custodia est ne quid mali in opus excat: secunda, ne malus sermo de ore procedat: tertia, ne quid mali in corde remaneat, vnde aspectus sponsi offerri debeat. Hinc cor sponsi vulneratur, hinc sponsa laudatur, quia [mulier timens Deum ipsa laudabitur.]

De violentia charitatis.

25. **C**ANTICORVM 5. *Aduro vos filie Hierusalem, &c. vt nunciatis ei quia amore languet.* GILBERTVS. Vos nunciate quæ estis expertæ quantum sit amatorij virtus amoris, quia amore languet non languet amor, sed languet amans, vbi viget amor, viget languor: si ablit quod amatur, quid est languor nisi affectio quadam de absente dilecto amantem conciens? Amor vehemens patientis simul afficit & carnem,

minans oculos: qui enim odit fratrem suum, in tenebris est, &c. Ad quid autem afferat hoc oleum, manifestat, cum subdit, ad concinnandus lucernas ingiter. Scriptum est, [Lucerna corporis tui, est oculus tuus, &c. & , luceant opera vestra bona.] &c. Lucerna itaque interior, est simplex intentio, quæ mentem Deo lucidam reddit, & lucerna exterius, opus bonum: quæ imitari volentibus, iustitiæ viam ostendit. Vtraque lucerna oleo charitatis nutritur: quia dilectio, & sanctæ actionis lucem emittit, & in ipsa actione mentem à duplicitate custodit. Cum his lucernis spei nostræ solemniam celebramus, sicut scriptum est: [Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.]

Charitas actioni pretium dat.

21. **L**EVIT. 27. *Omnis æstimatio siculo sanctuarij æstimabitur.* RADVLPHVS. Sicus viginti obolos habet. Sicus sanctuarij typum charitatis præterdit. Ipse namque denarium in obolis suis geminat, & charitas duobus præceptis viam legem consummat. Non igitur gloriatur Cain offerens munera de fructibus terræ suæ. Non confidat hypocritis, per diem affligens carnem suam, & saccum & cinerem sternens, quæ se commendat tonsa cute, dentibus atris, dum vult libertas dici mera, verèque virtus. Solo siculo sanctuarij omnis oblatio nostra pöderatur, nec cõsiderat Deus quantum à nobis accipiat, sed ex quanto. Affectionibus interioribus omni iure actionis pretiû datur, & quidquid sine charitate fit, pro nihilo reputatur.

Triplex charitas insinuat in triplici datione Spiritus sancti.

22. **D**EV T. 6. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* ADAM DE PERSENIA. Ad hanc fortè triplicem amoris mensam respicit triplex illa Spiritus sancti donatio quæ in Euangelio inuenitur. Nam super Dominum baptizatum, in columbæ speciem venit, & idem Dominus insufflans Apostolis Spiritum sanctum dedit: & ipse Spiritus super Apostolos in igneis linguis descendit. Per columbæ speciem, mansueti cordis exprimitur innocentia, quæ aliena est ab amaritudine fellis. Per insufflationem Saluatoris animatur in anima illuminans potentia rationis. Per ignem in linguis ardor exprimitur mentis, qui fortis eructare non desinit memoriam abundantia expertæ interioris suauitatis. Ex his aliquantum innotescit quare datur Spiritus sanctus. Cum enim ipse sit dilectio, ad hoc proculdubio datur, vt per ipsum & Deus, & proximus diligatur. Ipse enim cordis purgat affectionem vt diligit dulciter: animæ rationem illuminat, vt diligit fortiter.

Charitas tripliciter ordinatur.

23. **C**ANT. 2. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem.* BALDVINVS. Cella vinaria est, cella cordis, vbi est vinum compunctionis, & vinum amoris. Cella, inquam, cordis, sed eorum qui conuertuntur ad cor. *Ordinavit in me charitatem.* Charitas ordinatur æstimatione, æmulatione, & electione: æstimatione quidem, cum vero iudicio mentis omnibus melior, dignior, pretiosior æstimatur. Parum est autem sic sentire de ipsa, & sola æstimatione omnibus eam præferre, nisi & affectione desideretur; sed & hoc parum est, nisi & electione ordinetur, quatenus sic queratur, vt habeatur, & teneatur: æstimatio igitur in iudicio rationis est, æmulatione in desiderio voluntatis, electio in consilio discretionis.

carnem, & mentem: illius lasciuam extinguit, huius lætitiā perstringit. languet caro, dum eius languidior & remissior motus efficitur, languet animus dum æstuantis voti nimietate conficitur. Sic enim in consumpta materia, & iam deficiente languidiora redduntur ignis incendia, & Deus noster, ignis consumens est. O potens, & præpotens passio charitatis, si non temperetur, & non tollatur! iure potens animum quem possedit, sui ipsius efficit impotentem. cum semel fuerit accensa in mente, attingit à fine vsque ad finem: fortiter facit ad quod venit, & prosperatur, & crescit, nec deficit, donec deficientem reddiderit animam, & aliquando quidem intensioribus votis exæstuat, hora orationis maximè. Tunc quidem languet amans: quia spiritus vehemens pertransit in illo, & non subsistit. In exitu horæ illius dicere potest, [Filia Ierusalè nunciare dilecto quia amore liquefco.] Ante hanc horam languor est, sed in exitu eius in liquefactionem vertitur languor. Ideo tu cum oras, non sinas animum fluctuare, non declinare ad alia, vt cum felici hac passione tactus, ad illam se stringat, donec plenius inficiatur, & percurratur, & consumatur. Non enim desinet, quousque totum percurrat, & ebibat hominis spiritum. Sicut vir desideriorum, id est, orationum, clanguit Daniel, ex visione cœlesti, vt nihil virtutum remaneret in ipso.

Pro mensura charitatis æstimatur anime latitudo.

26. **I**EREMIÆ. 6. *Et inhabitabo in eis, & de ambulabo in illis.* BERNARD. O quanta illi animæ latitudo, quanta & meritorum prærogatiua, quæ diuinam in se præsentiam & digna inuenitur suscipere, & sufficiens capere. Quid illa, cui & spatia suppetunt deambulatoria ad opus maiestatis? Non est profectò intricata forensibus causis, curisue secularibus; nec ventri, & luxuriæ dedita: sed nec curiosa spectandi, seu cupida omnino dominandi, vel etiam tumida dominatu. Oportet namque primò his omnibus vacuum esse animam, vt cœlum fiat, atque habitatio Dei. Sed & odio, siue inuidiæ aut rancori minimè profus indulgendum. Deinde necesse est eam crescere, ac dilatari, vt capax sit Dei. Porro latitudo eius dilectio eius, sicut ait Apostolus: [dilatamini in charitate.] Nam & si anima minimè, cum sit spiritus, corpoream recipit quantitatem: tamen confert illi gratia quod negatum est à natura. Crescit quidem, & extenditur, sed spiritualiter crescit, non in substantia, sed in virtute, crescit & in gloria. ergo quantitas cuiusque animæ æstimetur de mensura charitatis quam habet: vt quæ multum habet charitatis, magna sit, quæ parum, parua, quæ verò nihil, nihil: dicente Apostolo Paulo: [Si charitatem non habueris, nihil sum.] Quid si quantumcumque habere ceperit, vt saltem diligentem se diligere curat, ac salutare vel fratres suos, & eos qui se salutant: iam non nihil quidem illam animam dixerim, quæ in ratione dati, & accepti, sociale saltem retinet charitatem.

DetraCTOR quantum in se est, perimit charitatem.

27. **I**EREMIÆ. 9. *Ascendit mors per fenestras nostras.* BERNARD. Tunc mors per fenestras nostras ingreditur, cum prurientibus auribus & oribus, letale poculum detractionis iniucem nobis ministrare contendimus. Non veniat anima mea in consilio detrahentium, quoniam Deus odit eos. dicente Apostolo: [Detractores Deo odibiles.] Nec mirum, cum id præcipue vitium, charitatem, quæ Deus est, cæteris acrius impugnare, & persequi cognoscatur. Omnis enim qui detrahit, primò quidem seipsum prodit vacuum charitate. Deinde quid aliud intendit, nisi vt is cui

detrahitur, veniat in odium, vel contemptum ipsis apud quos detrahitur? Ferit ergo charitatem in omnibus qui audiunt lingua maledica, & quantum est in se necat funditus, & extinguit. Non solum autem, sed in absentibus vniuersis ad quos volans verbum fortè per eos, qui præsentibus sunt, venire contigerit.

Sola charitas, onus Christi leuigat.

MATTH. 11. *Tollite iugum meum super vos.* BERNARDVS. Ac si dicat: Non impono inuitis, sed vos tollite si vultis: alioquin non requiem, sed laborem inuenietis animabus vestris. Bona lex charitas, & suavis, quæ non solum leuiter suauiterque portatur, sed etiam seruatorum atque mercenariorum leges portabiles ac leues reddit, quas vtique non destruit sed facit vt impleantur: illam temperat, istam ordinat, vttramque leuigat. Numquam erit charitas sine timore, sed casto; numquam sine cupiditate, sed ordinata. Implet ergo charitas legem serui, cum infundit deuotionem, & mercenarij, cum ordinat cupiditatem. Porro timori permixta deuotio, ipsum non annullat, sed castificat. sequitur: *iugum enim meum suauis, &c.* AILREDVS. iugum istud non premit, sed vnit. onus istud pennas habet, non pondus. iugum istud charitas est, onus istud fraternæ dilectio est. Hic requiescitur, hic sabbatizatur, hic à seruilibus operibus vacatur.

Omnium officia virtutum charitas obtinet.

1. **C**ORINT. 13. *Nunc manent fidei spes, charitas,* AILREDVS. Cæteræ virtutes sunt nobis aut quasi fessio vehiculum aut quasi viatori viaticum, aut quasi arma pugnantibus. At charitas, quæ licet vt alia virtutes, virtutes sunt, sit oportet in omnibus, specialibus tamen ipsa, & requies fatigato, & viatori mansio, & plena lux peruenienti, & perfecta corona victori. Quid enim est fides, nisi vehiculum nostrum, quo ad patriam vehimur: Quid est spes nisi viaticum nostrum, quo in huius vitæ miseris sustentamur? Quid quatuor illa virtutes, temperantia, prudentia, fortitudo, iustitia, nisi arma sunt nostra quibus pugnamus? At vbi charitate, quæ in Dei visio ne perficitur, illis duntaxat, quibus hic in fide inchoatur, mens fuerit plenius absorpta, nec fides erit: quia qui cernitur, & amatur, non est opus vt credatur: nec spes erit: quia brachiis charitatis Deum amplectenti, nihil restat, quod speretur. In his ergo omnibus charitas obtinet principatum.

De charitatis excellentia, & vsu.

1. **A**D TIMOTH. 1. *Charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* BERNARDVS. Tolle charitatem, & castitas ipsa non placet, nec absque illa quod libet magnum bonum suscipitur, nec cum illa quodlibet exiguum respuitur. De corde, ait puro. Puritas cordis in duobus consistit, in quærenda gloria Dei, & vtilitate proximi, vt in omnibus actibus vel dictis suis, nihil suum quarat homo, sed tantum aut Dei honorem, aut salutem proximorum, aut vtrumque. Pertingit pòs iste vsque ad Deum, ea fiducia qua non suam sed illius gloriam querit. Pertingit vsque ad proximum, ea pietate qua ipsi non sibi prodesse desiderat. Hoc tanto puritatis bono gloriari non potest veraciter, nisi qui extrinsecus gloriolas respuerit. Nec enim purè valet Dei vel proximi querere lucra, qui propria non contempserit. Sequitur: *& conscientia bona.* Duo sunt quæ faciunt bonam conscientiam, commissa flere, & stenda non committere: horum neutrum solum sufficit. Vtriusque virtutis bene conscius animus, seipsum iam securus

Charitas in alterum semper tendit.

33. **R**OMAN. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* BALDVIN. Charitas quæ per gratiam in nobis est, aliquomodo repræsentat nobis qualis sit illa incomprehensibilis charitas, quæ Deus est, cuius natura, siue Charitas, siue Benignitas est. Natura charitatis est hæc: Sicut intimo quodam sensu ipsius charitatis nobis medullitus intimatur, & amare, & velle amari. Sicut enim ignis non potest non ardere; sic & charitas non potest non amare. Amor enim ignis est, & amare, hoc est ardere. & sicut ignis non se continet intra se, sed in hoc moueri videtur, vt semper attingat quæ incendat: sic & amor se semper in alterum transfert, & bonorum suorum requirit participem. Æstimatione enim charitatis omne bonum pulchrum elucescit, cum in commune deducitur quantum decet.

Ex charitate omnia sunt facienda.

34. **R**OMAN. 13. *Nemini quidquam debeatis, nisi vt inimicem diligatis.* BERNARD. Non vultit Apostolus vt alia quælibet debita negarentur, cum alibi dicat, cui honor, honorem, &c. & in hunc modum. Sed vt plenius intelligas quid in vtroque senserit, vel monuerit. Vide quemadmodum inter radios solis minora quælibet luminaria videtur: Sic ergo dilectio alia quæuis debita superans, quasi sola regnet in nobis, vt quidquid debetur cæteris, sibi vendicet, & ex dilectione omnia faciamus.

De effectu gemino charitatis.

35. **C**ORINTH. 13. *Charitas patiens est, benigna est.* BERNARD. Charitas patiens est, sufficit. Charitas benigna est, cumulus est. Noli vinci à malo. Charitas abundans est, sed vince in bono malum superabundans. Non enim sola patientia, sed etiam benignitas Dei Iudæos ad penitentiam adduxit: quia benigna charitas etiam quos tolerat, amat, & amat tam ardentem. Patiens charitas dissimulat, expectat, sustinet delinquentem, sed benigna trahit, adducit, conuertit facit ab errore vitæ suæ: denique cooperit multitudinem peccatorum.

In charitate & seruitus & libertas.

36. **A**D GALAT. 5. *Per charitatem Spiritus seruite inimicem.* HUGO de S. VICT. Nota vtrumque in charitate, & seruitutem, & libertatem. Tunc quasi libera est charitas, cum sine acceptione mandati sponte se exercet in priuatis quibusdam operibus charitatis. Tunc autem quasi seruilis, cum propriis voluntatibus postpositis, omni modo se accommodat voluntatibus proximorum implendis, & cohibens se circa propria, dilatat se circa aliena.

De nimia Christi charitate.

37. **A**D EPHE. 2. *Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos.* GALERID. Non vtique propter nostram quæ nec minima adhuc erat. In hoc est enim charitas, non quasi non dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Nec arbitremur quòd aliquid nimium dicat qui charitatem Dei nimiam esse commendat. Nimia est enim & ira eius. Immenus quidem est Deus, non nisi immensum amat, sed nec iudicat quidem. Verumtamen non ad ipsum, sed ad nos potius referenda est vtraque nimietas. Si enim nostra consideratur indignitas, nimium diligimur, si infirmitas, nimis punimur. Quam terribilis Domine, qui sic iudicas! quam amabilis qui sic amas! Nostra itaque omnia tam sunt minima, vt

securus deserat, & quodammodo perdat, vt alios lucrifaciat. Nò timeat cum Ieremia & Ezechiele cum transgressoribus captiuari, cum sancto Iob frater fieri draconum, focus struthionum, cum Moysè etiam deleri de libro vitæ, & cum Paulo esse anathema à Christo pro fratribus, cum huiusmodi conscientia: denique si necesse est ipsam intrare gehennam, securus medias penetrare flammis. Comparemus thesauros regum, & fastigia regnorum cum huiusmodi conscientia: nonne præ tanto bono, felicitas illa, miseria reputabitur? & hanc fiduciam operatur charitas de corde puro, & conscientia bona. Sequitur: *& fide non ficta.* Triplex est fidei diuisio. est enim fides mortua, est fides ficta, est probata. Mortua est quæ per dilectionem non operatur, quasi carens anima, quæ est charitas. Ficta est, quæ ex charitate quidem moueri inchoat ad bene operandum, sed non perseverans deficit, & moritur tanquam abortiuus, & dicitur ficta, eo sensu quo vasa lutea, si stilia dicimus, non quia vtilia non sint, quando sunt, sed quia fragilia cum sint, cito pereunt. De hac fide dicitur: [Hi sunt qui ad tempus recedunt.] &c. Vnde & quòd recedunt: vtique à fide ad infidelitatem. Probata fides est, quæ in tentatione non deficit. Qualis enim sit cuiusque fides, tribulatio probat. Si cuius deficit, (deficit enim cum in charitate non perseverat) & ficta esse dicenda est: Si cuius perseverat, probata & perfecta censetur.

Opus charitatis est, hominem esse in Deo, & Deum in homine.

31. **I**OAN. 4. *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* BERNARD. Per charitatem homo in Deo, & Deus in homine est. Sed homo quidem ab æterno in Deo, tanquam ab æterno dilectus, qui tamen de prædestinatis sit. Deus verò in homine, ex quo dilectus ab homine. & si ita est, homo quidem in Deo est etiam quando in homine Deus non est: Deus autem in homine non est qui non sit in Deo. Manere enim in dilectione non potest, etsi fortè ad tempus diligat non dilectus, sicut habes: [Quia ipse prior dilexit nos.] Porro cum iam diligit qui diligitur, homo in Deo, & Deus in homine est. Qui autem nunquam diligit, nunquam dilectus est, ac per hoc, nec ipse in Deo, nec Deus in ipso.

Charitas in Deo facit quidquid vult.

32. **I**OAN. 15. *Maiorem charitatem nemo habet, &c.* BALDVINVS. Hæc Christi charitas in morte Christi violentior fuit quam Iudæorum iniquitas. Nec potuit iniquitas nisi quantum permisit charitas. Iudas Christum vel Iudæus morti tradidit, & hoc ex maligna iniquitate. Tradidit pater filium, tradidit & se filius, & hoc ex charitate, nec traditionis rea est charitas, sed innocens est etiam in morte Christi. Solum enim charitati licet quidquid libet, & impune. Sola Deum cogere potest quasi imperiosa. Hæc de cælo Deum deposuit, hæc in cruce posuit; hæc tam innocenter quam salubriter sanguinem Christi fudit in remissionem peccatorum. Ergo gratiarum actio tota pro salute mundi charitati debetur, quæ ita nos vtiget violentia suæ rationis, vt par sit nos tantum Christum diligere quantum Iudæus potuit odisse. Humanum dico propter infirmitatem cordis nostri. Indignus est enim amici nomine qui minus diligit quam inimicus odit. Indignus est remissione peccatorum, qui sic amanti vicissitudinem amoris redamando non reddit, sed qualem potest, nec dicam, parem, nam parem quis potest? Non sit nobis pretiosior sanguis proprius, quam amor Christi.

eorum comparatione omnis magnitudo fit nimia. Olim quidem aiebat quoddam delicatæ eius essent cum filiis hominum, sed nunc verè nimia eius charitas fecit eum vnum esse de filiis hominum. & non mouebuntur viscera nostra super hoc fratre nostro? Adhuc nobis considerare licebit quàm multiplex erga nos fuerit eadem ipsa diuinæ nimietas charitatis. Si quidem niāghum est quod ad homines Deus misit, maius, quoddam filium misit; maximum, quoddam in veritate carnis; nimium, quoddam in similitudinem carnis peccati. Quomodo enim non nimium, quando ibi apparuit, quod omnino non fuit? Non autem in filio sola carnis similitudo, sed veritas: carnis autem peccati similitudo, non veritas. Annon maximum quoddam splendor paternæ gloriæ non modò carnis nube velatur, sed peccati similitudine denigratur? Annon nimium quoddam Dei filius, non modò factus ex muliere sed factus sub lege est? Annon nimium quoddam intingitur hædi sanguine tunica illa polymita: quoddam hædi pellibus manus lenes, & collis nuda tegitur? quoddam nostrarum denique sordium pannis obuoluitur, cuius vtique & solius paruuli vita sine forde est super terram? Multum per omnem modum veritas carnis, sed nimium est similitudo peccati.

CHARITAS gladius appellatur: vide verbo, *amor hominis erga Deum.*

Vires corporis ardens affectio charitatis non metitur.

38. **I**OAN. 20. *Si tu sustulisti eum*, &c. BERNARD. Considera quàm vehemētissimo affectu beata hæc mulier diligebat Christū regem. *Domine*, inquit, *si tu sustulisti eum*: quem eum, Maria? *Quem eum*, cum de nullo feceris mentionem? Ad quem relationem facis? Putas ne quoddam in omnibus cordibus veretur ita memoria dilecti tui, sicut in consistorio cordis tui? *Et ego*, inquit, *eum tollam*. Mira res. Hominem perfectæ ætatis virum, cuius corpori vix centum libræ sufficiunt vnguentorum, tenerrima mulier portabis, & tolles? Ardens & affecta loquutio quæ de puritate amoris infusa promittit quod implere non potest. Nihil enim amanti difficile esse videtur.

Apostolus verba reticens ineffabilia, affectum charitatis excitat.

39. 2. **C**ORINTH. 12. *Audui arcana verba que non licet homini loqui*, IUGO de S. VICT. Scriptum est, quia nemo scit quæ præparauit Deus his qui diligunt eum, verum tamen quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, Apostolus sibi, sui que similibus per spiritum reuelata fatetur. Fortè hoc fuit quando in tertium cælum raptus audiuit ea quæ non licuit homini loqui, licet enim auditui nostro non dederat gaudium, & latitiam, affectui tamen, desiderium, & concupiscentiam tanti boni cum hæc loqueretur, immisit. Vnde & Beati patris Bernardi super hoc ipso verba tenemus. ait enim, cum de Apostolo loqueretur, Verba mihi ineffabilia si non profert, vt audiam, offert tamen vt cupiam. Felix anima quæ primitias spiritus iam prælibat, & illic sese etiam nunc non minoris animæ alacritate, quàm audivit ingerit. Imo verò transferatur magis vt Henoc, vel etiam rapitur vt Helias, in illud diuini secreti mirabile sacrarium.

40. **D**E affectu dulcissimo charitatis, vide, *Mortificatio*, num. 60, ex Bernardo. Quod charitas omnia communia facit, vide, *amor proximi* num. 26. & quoddam secundum eam charitatem tractemur, *ibidem* num. 27, ex Chrysostomo. & quoddam non est contra eam separatio perueni à Iustis *ibid.* num. 46.

DE charitate Christi nimia vide, *Amor Dei erga homines*, num. 26.

DE charitate Sacerdotis erga Proximos, vide, *Sacerdos*, num. 82.

CHRISTVS DOMINVS.

Christi vtraque generatio. 1. 5.
Christus Abraham filius. 2. 3. 4.
In Christo nomen Dei. 4.
Christus in terra, & in celo simul. 5.
Christus non minor Patre. 6.
Christus flos ex germine Maria. 6.
Christi Resurrectio. 6. vide verbum, **Resurrectio Christi**.
Christus in terra Patrem non habuit. 7.
Christus Deus, & homo. 5. 8. 9. 10. 44.
Christi Incarnatio. 9. 8. 9. vide verbo, **Incarnatio**.
Christus principium, & finis. 11.
Christus magni consilij Angelus. 12. 13.
Christus Sacerdos. 14. 15. vide verbum **Eucharistia**.
Christus Rex. 15.
Christus Sol, & lux. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.
Christus Ignis. 23.
Christus Dies. 24. 25. 26. 101. 118.
Christo nemo similis. 27. 47.
Christus ab omnibus adoratur. 28. 29. 30.
Christus frater noster. 31. 34.
Christus caput nostrum. 32.
Christus Pastor. 33. 34.
Christus Agnus. 35. 36. 37. 38.
Christi innocentia. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 57. 88. 92. 123. 124. vide etiam, **Passio Christi**.
Christi opera carbonibus Thuribuli comparantur. 44.
Christus Propheta promissus. 48.
Christus lapis. 49. 50. 51. 52. 53. 93.
Christi vulnera. 50. vide etiam, **Passio Christi**.
Christus vnctus. 54.
Christus mediator Dei, & hominum. 55.
Christus sponsus Ecclesie. 56. 113.
Christi doctrina. 88. 58.
Christus seruus factus. 59. 60.
Christus emptus. 60. 61.
Christus redemit, quos diabolus emerat. 62.
Christus vitulus. 63.
Christus murus. 64.
Christus propitiatio nostra. 64. 89.
Christus diuersimode à patribus visus. 65.
Christus vita. 66.
Christus via. 67.
Christus ostium. 67. 68.
Christus vir. 69. 70. 71.
Christi humilitas. 72. 90. 122. vide, **Humilitas**.
Christus imago Patris. 73. 74. 75.
Christus virga. 76. 77.
Christus brachium, & dextera Dei. 78. 116.
Christus Fons. 79. 80. 81. 117.
Christus Altare. 82.
Christus aquila, & gallina comparatur. 83.

Christus

Christus fidelibus coronatur. 85.

Christus lignum Paradisi. 80.

Christus totus amabilis. 86.

Christus carnem, & sanguinem immolans, quasi duos hædos obtulit. nu. 87.

Christus, quare vermis dicatur. nu. 91.

Qui Christum videre contemnit in exilio, securus in iudicio non videbit. 94. vide, **iudicium finale**.

Christus in nobis illuminat intellectum, Spiritus sanctus purgat affectum. nu. 95.

Christus fructus seminis Patribus repromissi. 96.

Qui Christum nunc viderit humilem, postea videbit, & sublimem. 97.

Christus quare dicatur venisse de petra ad nos. n. 98.

Christus seminator. 99.

Christus minister noster. 100.

Christi Natiuitas, nos iustificare debet. 102.

Christum induere debemus, & qualiter. 103. & 106.

Christi infirmitas. 104.

Christus factus est nobis sapientia, & iustitia, &c. nu. 105.

Christus quare Pater Misericordiarum dicatur. 107. 109.

Christus quomodo adimplet omnia. 108. 110.

De imitatione Christi. nu. 111.

Christus non solum congregauit populum, sed redemit. nu. 112.

Christi Domini attributa varia. 114. 115.

Christus quare dicatur ignorare iudicij diem. n. 119. 120. vide, **iudicium finale**.

Quare Christus sit figura substantie Patris. 121.

In Christo dua nature, & vna persona. 125.

Christus liber vitæ. nu. 126. vide, **liber vitæ**.

Christi aduentus, vide, incarnatio.

Christi vtraque generatio.

3. **G**ENES. I. LIPOMAN. Creatio vel generatio sunt qui dicant, quoddam sic appellatur, quoddam non solum generationem omnium rerum contineat, sed quoddam vtramque Christi generationem narret, diuinitatis nempe in eo quod dicit: [In principio creauit Deus cælum & terram:] humanitatis autem, in eo quod ad Abraham dicit: [In semine tuo benedicentur omnes gentes.]

Christus filius Abraham secundum carnem.

2. **G**ENES. 9. *Benedictus Dominus Deus semper*. DIODOR. CAIETAN. & RVPERT. Hoc spiritu prophético prædixit Noè: nouit enim, quoddam de Sem nasciturus erat Abraham, & tandem, ex eius semine Christus Dominus, in quo benedicitur vnde quaque Deus. Vnde non idem dicit de Iapheth, licet vterque æquè patrem suum honorificauerit: sed de Sem tantum, à quo Christus.

Idem.

3. **G**ENES. 15. *Suffice calum, & numera stellas si potes, & dixit ei: Sic erit semen tuum*, &c. AMBROS. Per Isaac legitimum filium Abraham promissum, postumus intelligere Dominum Iesum Christum, legitimum Abraham filium, dicitur enim *Matth.* 1. 1. filius Abraham, per quem Abram respexit in cælum, & splendorem posteritatis suæ agnouit, non minus illustrem, quàm stellarum caelestium fulget claritas: sicut enim stella, differt ab stella in claritate: ita

& resurrectio mortuorum. Apostolus dicit: *Eo quoddam resurrectionis suæ donans confortio homines, quos mors solebat terris abscondere, regni caelestis fecit esse participes. Quomodo autem Abraham propago diffusa est, nisi per hereditatem fidei, per quam caelo comparatur, conferimur Angelis, aquamur stellis? Ideo ait: sic erit semen tuum. & credidit Abraham Deo, Quidnam credidit? Christum sibi per susceptionem corporis heredem futurum. Vt scias quoddam hoc credidit, Dominus ait: [Abraham diem meum vidit, & gauisus est.]*

Idem.

GENES. 17. *Nec ultra vocabitur nomen tuum Abraham, sed appellaberis Abraham*. HIERON. Dicunt Hebraei, quoddam ex nomine suo Deus quod apud illos Tetragrammaton est, (He) litteram Abraham, & Sara addiderit. LIPOMAN. (He) littera, quæ inter sacratiores litteras, quibus nomina Dei scribuntur, principalis est, & bis scripta in nomine illo ineffabili: quæ nomini Abraham & Sara addita est: indicat prærogatiuam quandam maximam datam vtrisque, generandi Deum aliquando de semine suo, in Christo nascituro de beatissima Dei genitrice Maria, quæ vera fuit filia Abraham, & Sara. Quin & quartus locus literæ in nomine Abraham significare poterit quartum millenarium, in quo natus est Deus de semine Abraham, secundum supputationem Hebræorum.

RVPERT. Cur vnam non haberet litteram nominis Domini Pater eius, in quo est totum nomen Domini? sic enim Moyli dictum est de eo, *Exod.* 23. [Et est nomen meum in illo.] Non dixit, super illum, quod commune est omnium credentium, quorum Abraham pater est, iuxta illud, *Apoç.* 3. [Et scribam nomen Dei mei super eum, & nomen ciuitatis nouæ Hierusalem, & nomen meum nouum.] Sed, in illo, quod proprium est vnici filij, qui cum sit Deus, & Dominus, per omnia, tam nomine quàm reideo, & Domino Patri consimilis, & coequalis. infra, *ut sit signum fœderis inter me, & te*. LIPOMAN. in Chaldaeo habetur, *inter verbum meum, & te*, & vbi quæque apud nos est: *Erit signum, vel pactum inter me, & vos*: in Chaldaeo habetur, *inter Verbum meum, & vos*, quod semel adnotasse suffecerit.

Christus in terra, & in celo simul.

GENES. 28. *Vidique in somnis scalam stantem super Terram, &c. & Dominum innixam scalam*. AVGVSTIN. in *sermionibus*. Iacob dormiens, Dominum Iesum Christum in terra figurabat, & idem Dominus in caelo scalam innixus incumbebat. Quomodo autem, Christus Dominus, & in cacumine scalam in caelo, & in beato Iacob esse videbatur in terra? Aduertite. Ipse Dominus Christus & in caelo, & in terra est. Audi quid de seipso dicat *Ioan.* 3. [Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo filius hominis, qui est in caelo,] & infra. Quoddam autem Iacob dormiens, & Dominus scalam incumbens, Christum figuravit, attendite. Cum Saluator noster Iacob nominasset, dicens de Nathanael: [Ecce verè Israelita in quo dolus nō est.] statim subiunxit: [A modo videbitis caelos apertos, & Angelos Dei ascendentes & descendentes ad filium hominis.] Si ad filium hominis Angeli descendebant, quia in terris erat; quomodo hi ipsi Angeli ascendebant ad filium hominis, nisi quia & in caelis erat? Ac sic in Iacob ipse dormiebat, & de caelo ad Iacob ipse clamabat.

Christus Deus, & homo.

RVPERT. Angeli Dei, id est, nuntij, sancti sunt Euangelistæ, & prædicatores veritatis. Testes vtrius

utriusque diuinæ pariter & humanæ generationis Iesu Christi: Hi nunquam sursum aut deorsum fixi consistunt; nunquam enim, purum Deum, aut purum hominem prædicant esse Iesum Christum, sed sursum ac deorsum inoffenso pede currentes, dicunt ascendentes, quia [in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.] dicunt & descendentes, quia [Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.] Idcirco rectè duo huius generationis prædicatores, Matthæus & Lucas, ascensum hunc & descensum sibi diuiserunt, ut ille ab Abraham descenderet vsque ad virginis uterum: hic ab ipso, qui putabatur filius Ioseph, ascenderet vsque ad Deum.

Christus, non minor Patre secundum diuinitatem.

6. **G**ENES. 49. *Catulus leonis Iuda,* &c. AMBROS. Euidenter & Patrem expressit, & Filium declarauit. Quid tam euidens quo vnus naturæ filium Dei cum Patre esse doceat? *Leo ille, hic catulus leonis.* Vili comparatione eiusdem naturæ ac potentia vnitas intelligitur. Rex, ex rege processit; fortis, ex forti: & quia futuros præuidebat, qui filium assereret iunioris ætatis, occurrit subiiciens: *Ad pradam filii mi ascendisti.*

SECUNDVM aliam litteram. *Ex germine mihi ascendisti. Occumbens dormisti ut Leo.* ergo quia *catulum* dixerat, bene statim *leonem* posuit. Ipse est enim *Leo de tribu Iuda.* ac si diceret: Non capiunt aures vestrae, quæ *catulum* audierunt: Filium expressi, non dixi minorem, & ipse est Leo sicut Pater, non sic laudatur Filius ut separatur à Patre. Mirificè autem & incarnationem eius expressit, dicens: *Ex germine mihi ascendisti.* Eo quòd tanquam frutex terræ in alno Virginis genuit. & ut flos boni odoris ad redemptionem mundi, maternis visceribus emissus ascenderet. Sicut *Isaias* dicit: [Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.] Radix, familia Iudæorum; virga, Maria; flos Mariæ, Christus est, qui factorem mundanæ corruptionis aboleuit, & odorem vitæ æternæ infudit. Habes ergo Incarnationem, accipe Passionem.

RECUMBENS (inquit) *dormisti ut Leo.* Quando iacuit in sepulchro, velat quodam corporis somno quietus: sicut ipse ait: [Ego dormiui, & somnum cepi, & resurrexi, quoniam Dominus suscepit me.] Vnde sequitur, *Et quis suscitabit eum?* scilicet quem Dominus suscepit. Quis enim est alius qui resuscitet, nisi ipse se sua patrisque resuscitet potestate? video natū auctoritate propria, video mortuum propria voluntate, video dormientem potestate propria. Qui omnia suo fecit arbitrio, cuius alterius auxiliis indigebit, ut resurgat? Ipse igitur suæ resurrectionis author est.

Christus in terra Patrem non habuit.

7. **E**XODI. 2. *Post hæc egressus est vir de domo Leui, & accepit uxorem.* &c. RVPERTVS & GLOSSA GRÆCA. Cùm nomina obstetricum expressisset, nomen Patris Moyse non expressit. quia Moyse infans Christum ob diuinitatis innocentiam significat: cuius Patris nomen silentio prætermittitur, cùm tamen nominari potuisset, quia Christus secundum carnem Patrem reuera non habuit. [Putabatur enim, ait Euangelista, filius Ioseph,] elegans verò quia & de Domino scriptum est: [speciosus forma præ filiis hominum.]

Christus Deus, & Homo.

8. **E**XO. 12. *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tatum igne.* GREGORIVS.

Agni caro nec cruda edenda est, nec cocta aqua. Quia Redemptor noster nec purus homo assumandus est, nec per humanam sapientiam qualiter incarnari Deus potuit, cogitandus. Omnis enim, qui redemptorem nostrum, purum hominem credit, Agni carnes crudas comedit, quas videlicet coquere, per diuinitatis eius intelligentiam noluit. Omnis verò, qui incarnationis mysteria iuxta humanam sapientiam discutere conatur, carnes Agni, aqua vult coquere, id est, dispensationis eius mysterium per dissolutam vult scientiam penetrare. Qui ergo Paschalis gaudij sollempnitatem celebrare desiderat, Agnum, nec aqua coquat, nec crudum comedat: sed alias igne carnes eius comedat; id est, dispensari omnia per Spiritus sancti potentiam sciat. *Idem in 1. Reg. cap. 2.* Crudum Iudæi comedunt agnum, aqua coctum Hæretici: quia illi eius diuinitatem negant, isti per humanam sapientiam, & diuinitatis & humanitatis eius sacramenta euacuant.

Idem.

EXODI. 12. *Caput cum pedibus eius, & intestinis vorabit.* Idem GREGOR. *Caput vorare* est diuinitatem eius fide percipere. *Pedes vorare* est, vestigia humanitatis eius amando & imitando perquirere. *Intestina* autem eius, sunt verborum eius occulta, & mystica mandata, quæ tunc voramus, cùm verba vitæ cum auditate sumimus. In quo deuotionis verbo pigritiæ nostræ torpor reprehenditur, qui eius verba ac mysteria & per nosmetipsos non requirimus, & dicta ab aliis audimus inuiti. RVPERTVS. *Caput Agni vorare*, est, alia diuinitatis Christi eloquia viriliter capere, quæ illud: [In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.] *Pedes vorare* est, nec illud ignorare, quia [Verbum caro factum est.] *Intestina verò cum pedibus vorare*, est singulas infirmitatis eius actiones, sine passionibus, in vsum virtutis assumere, verbi gratia: Quòd esuriit, quòd fleuit, quòd contristatus, quòd tentatus est pro similitudine absque peccato. Sequitur: [Non remanebit quidquam ex eo vsque mane: si quid residuum fuerit, igne comburetis.] GREGOR. Quia videlicet eius dicta, magna sunt solitudine discutienda, quatenus priusquam dies resurrectionis appareat, in hac præsentis vitæ nocte, omnia illius mandata intelligendo & operando penetrantur. Sed quia valde difficile est, ut omne sacrum eloquium possit intelligi, & omne eius mysterium penetrari, rectè subiungitur: *Si quid autem remanserit, igne comburetis.* Quod implemus quando hoc, quod de mysterio incarnationis eius intelligere & penetrare non possumus, potestati Spiritus sancti humiliter referuamus, ut non superbe quis audeat, vel contemnere, vel denuntiare quod non intelligit, sed hoc igni tradit, cùm sancto spiritui referuat. *Ibidem.* *Nec os illius confringetis.* RABANVS. *Os Agni non comminueret*, est, in dispensatione Incarnationis Christi robur diuinitatis per blasphemiam non corrumpere, quia Deus & homo vnus est Christus. *Comminui ergo ossa Agni,* qui Christum dicit de Maria virgine purum hominem natum, & non verum Deum.

Christus Deus, & Homo.

EXODI. 39. *Feceruntque & tunicas byssinas opere textili Aaron, & filio eius, & miras, &c.* ISIDORVS. *Poderem* autem istam sacerdotalem lineam, incarnationem Christi spiritualiter accipimus, quæ de terra est: linum enim de terra oritur: *Cidarum* super caput eius, splendorem diuinitatis intelligimus, ut vnus atque idem, secundum hominem, *poderet* secundum Deum, *cidari* ornatus esse videatur.

Christus

Christus Principium & Finis.

11. **G**ENES. 1. *In principio creauit Deus cælum & terram.* ORIGENES. Quod est omnium principium, nisi Dominus noster, & Saluator omnium, Christus Iesus primogenitus omnis creaturæ? Et in hoc principio, id est, in verbo suo Deus cælum & terram fecit. Ita ait Euangelista: [In principio erat verbum,] &c. *Omnia per ipsum facta sunt.* HIERON. Quia tam in ipsa fronte Genesios, quæ caput omnium librorum est, quam etiam in principio Ioannis Euangelista, cæli & terræ conditor approbatur. Bene in *Psal. 39.* de seipso ait: [In capite libri scriptum est de me:] id est, in principio Genesios, & in principio Euangelij. Christus itaque principium omnium rerum. Vnde interrogatus à Iudæis, *Ioan. 8.* [Tu quis es?] Respondit: Principium, qui & loquor vobis,] & *Apo. 1.* [Ego sum alpha & omega, principium, & finis.] *Exod. 12.* [Mensis iste vobis principium mensium.] &c. CYRILLVS. Non abs te præscribitur principium anni, primusque mensis. Principium siquidem est omnium Christus, & in principio ex patre genitus ante omnia secula. Præcepit autem Deus Israelitico populo cùm adhuc seruus esset, & sub Ægyptiorum potentia, ut omnia hæc rite operaretur, denotans, animum nostrum nulla alia ratione à seruitute peccati, in libertatem vindicari, nec diaboli potestatem subterfugere posse, nisi per Christum: ipse enim aperte dicit: [Si filius vos liberabit, reuera liberi eritis.]

Christus Angelus magni consilij.

12. **G**ENES. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* CHRYSOST. Quis ad quem loquitur? Pater ad filium magni consilij angelum, ad admirabilem consiliarium, ad eum qui est imago & figura substantiæ suæ. SEVERIANVS. *Isaias* de filio Dei dixit: [Puer datus est nobis, & filius natus est nobis.] *Puer*, propter humanitatem, & *Filius* propter diuinitatem, & vocabitur *magni consilij angelus*, admirabilis consiliarius: vides consiliarium cui dictum est, *faciamus hominem ad imaginem*, &c. Non dixit ad angelos, ut Iudæi mentiuntur, nec ad seipsum ut vnica persona, ut contra eosdem Iudæos optime probat Basilius, & Theodoretus, *Genes. 16.* *Vocauit autem Agar nomen Domini, qui loquebatur ad eam: Tu Deus, qui vidiisti me.* HILARIVS. 4. *de Trinitate.* Qui angelus Dei, dictus est idem Dominus, & Deus est. est enim secundum Prophetam, filius Dei magni consilij angelus, ut autem personarum distinctio absoluta esset, angelus Dei est nuncupatus, qui enim est Deus ex Deo, ipse est & Angelus Dei: ut verò honor debitus redderetur, & Dominus, & Deus est prædicatus. INTERL. & LIPOMANVS. In figura Prophetiæ hæc dicta sunt, & maximi Sacramenti. Qui enim prius fuerat Angelus: & in forma hominis loquebatur, postmodum etiam Deus dictus est. Quis autem alius Deus, Angelus & Homo, quàm magni ille consilij Angelus, de quo scriptum est, [Verbum caro facta est:] &c. *Angelus*, quia diuina nobis annunciauit; *Deus*, quia Dei filius; *homo*, quia in tempore factus est ex muliere, factus sub lege. *Genesis 48.* *Deus qui pascit me* &c. *Angelus qui eruit me de cunctis malis.* CYRILLVS. Iacob pueros benedicens, Deum, & Patrem nutriendem se, & Angelum liberantem nominat. Illum nempe angelum qui *angelus magni consilij* ab *Isaia* dicitur. Quia omnis benedictio, & omnis gratia, non aliter quàm à Deo per Iesum Christum in homines descendit. LIPOMANVS. *Angelus qui eruit*, ex Hebræo proprius reddi potest: *Angelus redimens.* Quo

loquendi modo clarissimè filius Dei, mundi generalis Redemptor, denotatur.

Idem.

EXODI. 3. *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.* AVGVST. 2. *de Trinitate. cap. 13.* secundum aliam litteram, [apparuit ei Angelus.] Vnde non potest hic intelligi, quòd Deus Pater ei apparuit, sed filius. Nam de Domino Iesu euidentissimè legimus, quòd *magni consilij angelus* dictus sit. Cùm, & Dei filius, sit Deus, & dominus Angelorum. AMBROS. 5. *lib. 1. de fide. cap. 5.* Non pater in rubo, non pater in cremo, sed filius, & Moyse locutus est. vt dicit Stephanus in Actibus: *Exodi 23.* *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & introducat in locum, quem preparauit, observa eum, & audi vocem eius, nec contemendum putes, quia non dimittet cùm peccaueris, & est nomen meum in illo.* RVPERTVS. Attende quid promittat. Non vtique Regnum cælorum, nec præmium vitæ æternæ. Nam & Apostolus testatus est quia nihil ad perfectum adduxit lex, & vnus in lege Iustorum de præcipuis lacrymosa confessione dicit: [quasi pannus menstruata vniversæ Iustitiæ nostræ.] Sed promittit angelum, id est, Christum saluatorem, & consummatorem legis, qui quidem *magni consilij Angelus est*, & angelus testamenti quem vos Iudæi vultis. Propria huius Angeli differentia hæc posita est: dicente Deo: *Et est nomen meum in illo.* Non dixit, super illum, quòd dicitur de quolibet infimo electorum. iuxta illud: [Tu autem in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos.] Sed, *est*, inquit, *nomen meum in illo.* id est, pro naturali diuinitate, eodem quo & ego censetur nomine. Dicitur enim, & est aequè, vt ego, Deus, Dominus, omnipotens, &c. Hunc ego mittam qui præcedat te, aperiendo scilicet, portas Iustitiæ, & custodiat te in via. Quatenus quod arbitrio non præuales, eius consequaris gratia, & introducat ad locum, quem parauit. scilicet mansionibus multis distinctum, ab origine mundi; de quo ceciderunt apostata Angeli, quibus pes superbia, & idcirco expulsi sunt, nec poterunt stare. *observa eum, & audi vocem eius.* Non enim à seipso loquitur, nec opera mea à se ipso facit, sed sub duobus testibus, scilicet, sermone, & opere, se in nomine Dei Patris sui venisse profitetur. *Nec contemendum putes.* Quod homo est, quòd mortalis, quòd mortuus est ex infirmitate hominis. viuuit enim, ex virtute Dei. *Quia non dimittet cùm peccaueris.* habet enim potestatem iudicium faciendi, & ideo: [Si odio habueris illum gratis, non dimittet.] *Exodi 33.* *Et mittam præcursorem tuum Angelum, ut euiciam Chanaanem.* &c. INTERL. Spiritualiter autem Angelum quem se missurum spondet Dominus Deus, Dominum Iesum Christum possumus intelligere, qui est *Angelus magni consilij*, qui præsentia carnis humanum genus visitauit, & peccata dimisit. Ipse introducturus est populum in terram lacte & melle manantem, id est, in Ecclesiam, simplici & perfecta doctrina abundantem. LIPOMANVS. vel in cælestem patriam, vbi noctare & ambrosia reficiuntur beati.

Christus Sacerdos.

GENES. 4. *Cùmque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum, & interfecit eum.* AVGVST. 12. *lib. contra Faustum,* & ISIDORVS. Pius sacerdos Abel post illud sacrificium iustitiae, fortas à maligno fratre euocatur, & occiditur, & Christus ab impio discipulo traditus, ab illo Iudæorum populo secundum carnem fratre suo, comprehenditur, & foras extra portas ciuitatis eductus crucifigitur. Qui quidem sacerdos, & sacrificium, suis manibus

K 3 oblatus,

oblatus, & in odorem suavitatis acceptus est. Occiditur ergo Abel pastor ouium à fratre maiore: occiditur Christus, caput, & pastor populi minoris natu, à Iudeorum populo maiore natu. Ille in campo est in Caluarie loco. *Genes. 8. Adificauit autem Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta.* R. V. P. E. T. V. S. Et Christus Dominus, egressus de illa synagoga arca, in qua per passionem suam, mundi salutem acquisiuit, nouum altare, nouumque sacrificij ritum instituit. & quod illic seruatum est, hinc in holocaustum Deo Patri, tam per se metipsum, quam per manus Sacerdotum suorum offerre non desinit. Præterea de cunctis animalibus mundis, id est, hominibus (mundi autem sunt omnes, quos Deus sanctificauit) vt dictum est Petro: [Quæ Deus purificauit, tu ne commune dixeris:] ille holocausta offert Deo, & Patri, dum cum ipsius gratia facimus quod nobis præcepit. Vnde Apostolus: [Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem.] Sumus namque omnes hoc faciendo sacerdotes. Sicut in Apocalypsi dicimus gratias agentes: [Redemisti nos Deo in sanguine tuo, & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes.]

Christus Sacerdos æternus & Rex.

13. **GENES. 14. Melchisedech Rex Salem, profertur panem & vinum (erat enim sacerdos Dei Altissimi) benedixit ei.** EVSTACHIVS ANTIQVARIIVS. Melchisedech sine Patre, & sine matre, assimilatur Christo, non secundum naturam carnis: nam secundum hanc Christi genealogia recensetur: sed secundum supremum illum ordinem inextinguibilem generationem habens. *Hic. EVAGRIO.* Quod dicitur in Epistola ad Hebraeos, Melchisedech, Rex iustus, Rex Salem, id est, Rex pacis, sine Patre, & sine Matre, sic intellige, non quod absque Patre, & absque matre fuerit: sed quod subito introducatur in Genesi, & nec ante, nec postea eius nomen feratur ascriptum. Affirmat autem Apostolus quod Aaron sacerdotium, id est, populi Iudeorum, & principium habuerit, & finem Melchisedech autem, id est, Christi & Ecclesie, & in præteritum & in futurum æternum sit. AMBROSIVS. Ex eo quod subito nomen eius inducitur, & ex qua stitpe sit procreatus, nequaquam penitus indicatur, ac de initio vitæ eius, vel, sine, nec antea, nec postmodum quicquam refertur: Ideo, & sine Patre, & sine Matre, & sine Genealogia, nec initium dicitur, nec finem vitæ habens, Dei filio Domino nostro assimilatur. Ipse enim est solus de Patre, sine Matre genitus, per diuinitatem ipse de Matre, sine Patre per humanitatem. Ipse quoque sacerdos æternus, nec initium, nec finem habens, ipse Iustitia, & Pax: rex, & sacerdos; Rex videlicet ex Deo Patre; sacerdos, ex virgine Matre, sine aliqua Genealogia, scilicet sacerdoti tali, vt pote, non ex tribu Leui ortus, sed ex tribu Iuda, Ex qua tribu, nihil de sacerdotali præcepto accepit. Qui benedicit, maior est quam qui benedicitur. Quis est autem iste sacerdos Abram maior, nisi vnicus Dei filius? Sacerdos summi Patris, qui sui corporis sacrificio Patrem nostris repropitiavit delictis. Quis Rex iste iustus, nisi idem Dominus, & Saluator noster, qui in præsentem suos regit, & in futuro iuste iudicabit? *Genes. 13. Faciam semen tuum, sicut puluerem terra. Si quis potest numerare puluerem.* R. A. B. A. N. V. S. Semini Abraham, quod est Christus, hæreditas omnium gentium promittitur, qui Ecclesiam suam per totum orbem diffudit: cui Pater dicit: [Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, & dominabitur à mari, vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, &

adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei.] *Gen. 41. Tuli que anulum de manu sua, & dedit in manu eius.* AMBROSIVS. Ioseph mystica præmia arbitror meruisse. Nam anulus digito eius insertus, quid sibi vult, nisi vt intelligamus, Pontificatū fidei Christo esse delatum quo alios ipse signaret? LIPOMANVS. Anulo liquidem fidei, credentium animæ Saluatori signantur, iuxta illud: Sponsabo te mihi in fide. Anulo namque frontibus & cordibus nostris per signum crucis figura exprimitur æterni Regis.

Christus Sol & lux.

16. **GENES. 1. Fiant luminaria in firmamento caeli.** AMBROSIVS. Matutinos solis ortus si quis spectare desiderat, emundat oculos suos, ne quid pulueris, ne quid purgamentorum oculis eius infideat, quo intuentis hebetetur obtutus. Sol incipit, emunda oculos mentis homo, animique interioris obtutus, ne qua festuca peccati aciem tui perstringat ingenij, & puri cordis turbet aspectum. Caue homo, solam eius perpendere magnitudinem, ne nimius fulgor eius visus tuæ mentis obæret. Caue ne & tuum radius eius exoriens confundat aspectum: & ideo, prius, fundamentum caeli aspice, & terram, & omnia visibilia, non te tanto splendori solis temere committas, &c. Si tam gratus est Sol, quam bonus est Sol ille iustitia: Christus? Si tam velox iste, vt rapidis curribus die ac nocte lustrat omnia; quantus ille, qui vbicumque semper est, & maiestate sua complet omnia? Si admirabilis qui iubetur exire, quam supra admirationem qui iubet Soli, & non exoritur? Si magnus, qui occidit, & decidit quotidie: qualis ille, qui etiam cum se exinaniret, vt nos eum possemus videre, erat [lux vera, qua illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum?] Si præstantissimus, qui obiectu terræ, patitur sæpe defectus: quantæ maiestatis, qui ait: Adhuc semel ego mouebo terram! Illum terra abscondit, istius motum non potest sustinere. Si cæco damnatum est, huius solis gratiam non videre: (ait enim quidam, Quale mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo, & lumen caeli non video?) quanto maius peccatori damnatum veri luminis munere defraudatum perpetua noctis tenebras sustinere?

Idem.

IDEM ibidem. Deus Pater dixit, fiat Sol, & filius fecit solem. Dignum enim erat vt solem Mundi faceret Sol iustitia. Ipse enim in lumen adduxit, ipse enim illuminauit, ipse ei donauit fundendi luminis potestatem. Idem fecit cum Apostolos nuncupauit & fecit lux mundi. Dignum enim erat, vt lucem mundi faceret ille qui est [lux vera, qua illuminat omnem hominem.] &c. ORIGENES. Ex hoc sequitur, quod Christus quidem lux, est Apostolorum, Apostoli vero lux Mundi. Ipsi enim sunt non habentes maculam, nec rugam.

Idem.

IDEM ibidem. Fiant luminaria in firmamento caeli. ORIGENES. Ita & in nobis fieri potest, si tamen studeamus & nos vocari, & effici caelum. Luminaria habebimus in nobis, qua illuminent nos, scilicet, Christum & Ecclesiam, Solem, & Lunam. Christus enim lux est Mundi, & Sol iustitiæ. Ecclesia autem, sicut Luna, suscepto lumine à Sole Christo, illuminat omnes qui in ignorantia nocte versantur. Sicut enim Sol & Luna illuminant corpora nostra: ita & Christo & Ecclesia illuminantur mentes nostræ.

Christus.

Christus lux.

19. **EXOD. 3. Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, &c.** GREGORIVS NYSSEN. Deus veritas est. Quæ quidem veritas non de caelo illucescit, ne à stellis defluxa lux videatur. sed à rubo, ipsoque spinoso. Ab humanitate videlicet Saluatoris effulgens, ad cognitionem sui per Euangelicam nos turbam reuocat. Quæ quidem lux, cum in nobis illuxerit, primo docebit quid faciendum sit, vt possimus ad veritatis radios accedere, quod calcei soluendi, eiciendisque sit omnis amictus pelliceus, ac terrestris, & sordidus passionum æstus, vt ipsius qui est, cognitio possit suscipi, quæ opiniones de eo qui non est, falsas penitus repellit, &c. Vnde Moyses, hac in visione didicit, nihil earum rerum, quæ aut sensu comprehenduntur, aut mente perspicuntur, præter supernam essentiam, quæ omnium causa est, & à qua omnia dependent, verè subsistere. Nihil enim absque participatione veri entis potest esse.

Christus Sol, vide, Apostoli. num. 1.

20. **EXOD. 16. Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis vsque mane, & scaturire cepit, atque compuruit.** CYRILLVS. Quia orto sole, id est nato Christo, umbra legis euanescent, & veritatis præsentia figuræ omnium desinunt. Quare Paulus, vt sapiens, nihil ad mane vsque conseruauit. Ait enim [Omnia arbitratus sum sterco, vt Christum lucrificarem, & inueniar in eo: non habens iustitiam legis, sed eam quæ est per fidem Iesu Christi.] Qui autem tunc sensibile Manna conseruauerunt, hi Iudeorum incredulitatem figurabant, quibus legis antiquæ conseruatio, putredinem ac vermes parit.

Christus lux.

21. **EXOD. 25. Facies & candelabrum ductile:** id est, malleo, non fusione factum, de auro mundissimo. GREGORIVS. *Hom. 6. super Ezechiel.* Quis in candelabro, nisi Redemptor noster designatur? Qui in natura humanitatis insulit lumen diuinitatis, vt lumen, candelabrum feret, quatenus in eius lumine omnis peccator, in quibus iaceret tenebris, videret. Qui pro eo quod naturam nostram, sine culpa suscepit, candelabrum ex auro purissimo fieri iubetur: ductile autem feriendo producit, quia & Redemptor noster passionum dolore pertulit, &c. R. V. P. E. T. V. S. Rectè etiam, super candelabrum, septem lucernæ dinumerantur, quia supra Christum requieuit septiformis spiritus Domini, vt dicit Isaias. Christus ergo est candelabrum, & lux Mundi, septem eiusmodi semper lucens, inextinguibilibus lucernis, vt *Lucæ. 11. inquit, ex aduerso.* Per hoc mysticè innuitur quia lux candelabri nostri, id est, Euangelica gratia Domini nostri Iesu Christi, nobis effulsi, qui eramus in parte Aquilonis, illius videlicet de quo diabolus dixit: [Sedebo in monte Testamenti in lateribus Aquilonis.] Nobis, inquam, qui eramus Aquilonarij, mensam corporis & sanguinis sui in cibum & potum tradidit, & à meridiana charitate Dei caelestis sanctuarij candelabrum Christus effulsi.

Christus lux.

22. **EXOD. 34. Posuit velamen super faciem suam, &c.** AMBROSIVS. *super Psal. 118.* In hoc facto magnum illud mysterium declarabatur. Quod illud velamen, quod in facie Moysi corporaliter ponebatur, in cordibus Iudeorum mysticè poneretur, eo quod veram legis claritatem videre non possent. Itaque quamdiu vixit Moyses, & alloquebatur Iudeos, velamen ha-

bebat in facie sua. Mortuo autem Moysè Iesus Nauciam non per velamen, sed facie reuelata, & Presbyteros alloquebatur & populum, & nemo trepidabat. Cum vtique & ipse dixerit Deus: [Vt tui cum Moysè, ita ero & tecum.] Hoc significante Spiritu sancto, quod venturus esset Iesus verus, ad quem si quis conuerteretur, & cum veller audire, de corde suo velamen auferret, & reuelata facie, verum Saluatorem videret. Ergo omnipotens Pater qui Moysi facie excacauit populum Iudeorum, non duritia, sed præscientia, nec malitia, sed aequitate, atque iustitia. Ipsi enim sibi velamen posuerunt, qui legem intelligere noluerunt. Is, inquam, Dominus illuminauit populum nationum in facie Iesu Christi per eius aduentum. Quod euidenter Apostolico declaratur exemplo, *2. Corin. 4.* vbi scriptum habemus, [Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Iesu Christi.] Ideo dicit Dauid ad Dominum Iesum: [Vultum tuum illumina super secum tuum.] Faciem Christi videre cupiebat, vt mens eius illuminari posset. Vnde Dominum multi Prophetae & iusti videre voluerunt. Neque immeritò faciem eius aduentantis ex virgine querebat videre, vt illuminaretur in corde. Sicut illuminabantur etiam illi, qui dicebant: [Nonne cor nostrum ardebat in nobis, cum aperiret nobis scripturas?]

Christus ignis illuminans, & incendens.

23. **EXOD. 35. Si quis habebat aurum, hyacinthum, &c. coccumque bis tinctum, &c.** ORIGENES. *Hom. 13. in Exod.* Sed cur alias materias simplices nominauit, & coccum solum posuit duplicatum? Coccus colorem ignis præ se fert, ignis autem duplicem habet virtutem, vnam, qua illuminat, aliam; qua incendit. & Christus ignis est illuminans omnem hominem venientem in hunc Mundum & incendens, iuxta illud: [Nonne cor nostrum ardens erat.] &c. Simul ergo & incendebat, & illuminabat, ad accipiens Scripturas.

Christus dies.

24. **GENES. 2. Benedixitque diei septimo, & sanctificauit illum, &c.** R. V. P. E. T. V. S. Dies iste septimus, de quo tanta dicuntur, splendor est paternæ gloriæ; lux lucis, & fons luminis, dies diem illuminans, Sol ipse verus, & indeficiens, scilicet verbum æternum Patris. Huius diei proprietates, vel propria dignitas, diligenter nobis hoc loco spectanda est. Primum, à cæteris diebus differt, quod vespere & mane non habet. Nec enim dicit Scriptura, Factum est vespere & mane dies septimus, vt dixerat de cæteris omnibus. Dies enim iste, id est, Christus, natus, non factus est, genitus non creatus est. Nec, vespere & mane non habet. Quia non capit existere. Nam Catholica Fides, nihil aliud de hoc die nouit, nisi quia est. & ita non dicit aliud, nisi quia complenit Deus die septimo opus suum quod fecerat. Deinde hoc à cæteris diebus iste differt, quia cæterorum dierum opus in illo completum est. Opus, id est, creatura rationalis, cuius completio in isto septimo die, id est, in visione æterna claritatis huius diei, consistit. Vnde bene nota, quod non dicit Scriptura, quod completum die septimo omne opus suum, sed tantum, opus suum. Etenim non omne opus Dei hoc felici & glorioso die completum, sed solum rationalis creaturæ opus, gloria eius impletur. Non enim firmamentum; non mare, non terra, non Sol, non Luna, non reptilia, sanctam huius diei claritatem intuentur, sed sola rationalis creatura, id est, Angelica, & humana. Præterea, *Reginæ. inquit, Deus die septimo ab omnibus opère, quod parauit.*

In isto enim die suo tantus operarius requiescit, sanctos Angelos participes habens suae requiectionis, qui illo die formati, illo die remunerati, & in suo quilibet ordine glorificati sunt. Præterea, inquit, *Benedixitque dei septimo, & sanctificavit illum.* Primus enim benedictus & sanctificatus dies iste est. Vnde ipse ait: [Quem Pater sanctificavit, & misit in mundum.] Nota, non dixit quem Pater misit in mundum, & sanctificavit; ne dictum putes de benedictione, & sanctificatione assumptæ carnis, sed sanctificavit, inquit, deinde misit in mundum. & David: [Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. De qua autem die loquatur, exponens, ait: [O Domine saluum me fac, ô Domine, bene prosperare, Benedictus qui venit in nomine Domini.] Deinde amplius se declarans: [Deus Dominus, & illuxit nobis. Constituite diem solemnem in condensis, vsque ad cornu altaris, id est vacate à seruilis opere peccati contemplando in condensis, id est, in multiplicitate bonorum operum, hunc diem esse Principem altaris, qui cum sit Deus & Dominus, rectè debeat adorari. Alios dies facit creando, hunc autem diem de semetipso fecit agnendo. quo modo visibilem hunc diem facit hic visibilis Sol. non enim facit extra se operando, sed de seipso splendorem emittendo. Hic est dies benedictus, de quo Apostolus, [Christus, super omnia Deus benedictus,] à Patre scilicet, qui benedixit eum, & sanctificavit illum. In isto die benedictio & sanctificatio requiescent tantummodo, qui sanctificationem spiritus custodierint. Vnde & benedicti vocantur, [Venite benedicti Patris mei, percipite regnum,] &c. Maledictis autem, & non sanctificatis dicit: [Ipsi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam.] Sciendum autè, quòd in illo die tam bono tam felici, aliter nos aliter Deus requiescit. Nos post labores, & onera verè lassii, in illo requiem animabus nostris inueniemus iuxta illud: [Venite ad me omnes, qui laboratis,] &c. Deus verò in illo die sic requiescit, vt tamen nunquam laborauerit. In homine & in Angelo requiescit Deus post laborem, vt ita dixerim, nullus enim Angelorum, vel hominum aliter, nisi per operosam gratiam Dei, habitationi & requieci Domini sit idoneus. Operatur namque Deus primus in illis, & antequam domus, vel mansio sua perficiatur, quasi laborat. Vnde per Prophetam ait: [Laboravi sustinens.] At in filio suo benedictio, sicut non creauit, sed genuit: ita nec accidentali dono, bonum fecit, sed essentiali bonitate bonum semper habuit. In cæteris laborauit, in isto solo, nihil vnquam fuit quod resisteret ei. Igitur hic vnus est, in quo Deus requieuit: & si super nos requiescit, non nisi pro quanto conformamur huic, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit vt faceret. Magna & mira sententia: in isto enim septimo die sancto & benedicto creauit cælum, & terram, & omnia, id est, deuenit creare antequam in singulis diebus omnia faceret. Vnde infra: *Iste sunt generationes cæli, & terræ, quando creatae sunt. In die quo fecit Dominus cælum & terram, & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemque herbam prouersuam germinaret, &c.* In isto igitur die requiescit Deus, & complacet sibi. Vnde & in Baptismo, & in transfiguratione, idem Pater: [Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.] Non dicit, complacere, vt intelligamus, quòd non solum complacuit sibi in opere redemptionis, sed, *complacui*, contestans quòd hic ille sit, per quem, cum faceret omnia, complacerebat sibi per singula.

Idem.

EXOD. 12. *Dies prima, erit sancta, atque solemnis, & dies septima, eadem festiuitate venerabilis.* R. v.

PERT. Hæc dies prima Christus Dominus est; de quo Psalmista: [Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. subandi, illucelcere nobis exultemus, & lætemur in ea. Certè dies magnus, & præclarus, Christus, in quo de Ægypto exiimus, in quo de tenebris vocati in admirabile lumen educti sumus, de quo dicitur: [Dies prima, erit sancta atque solemnis,] & de eodem dicit Psalmista: [Constituite diem solemnem in condensis, vsque ad cornu altaris,] id est, positi in condensis, & in multiplicitate bonorum operum. Vacate à peccatis, secundum diem, quæ illuxit nobis, vsquequòd perueniatis ad cognitionem diuinitatis eius. In cuius fide, tanquam in altari, quidquid boni in nobis est, Deo offerimus. Hanc diè claritate fulgentem æterna sequuntur nostri dies septem continua celebritate, vt septimus quoque, eadem festiuitate sit venerabilis. Tota namque vita nostra sic agenda est, vt in eo consummetur, à quo cepit.

Idem.

EXOD. 24. *Et immolauerunt victimas pacificas Domino.* AVGVST. *quest. 86.* Alia litera habet, [Et immolauerunt hostiam salutaris Deo.] Non dixit hostiam salutaris, sed *hostiam salutaris.* Sicut nec David dixit, calicem salutaris accipiam, sed *calicem salutaris.* Vt ille significaretur, de quos dixit Simeon: [Quia viderunt oculi mei salutare tuum.] Hunc enim, & Psalmus commendat, vbi legitur: [Bene nunciate diem ex die salutare eius.] Diem, inquit ex die, id est, lumen ex lumine; hoc est, Deum ex Deo, quod est vnigenitus filius.

Christo nemo similis.

GENES. 2. *Adæ verò non inueniebatur adiutor similis ei.* ISIDORVS. Vtique quamuis fidelis, aut iustus quispiam sit, Christo tamen æquari non potest, quia nullus similis ei inter filios Dei. [Quis enim, inquit Moyses, similis tibi in Diis Domine?] & David: [Speciosus forma præ filiis hominum.] [Nemo enim inuentus est dignus, vt Apocalypsis ait, neque in cælo, neque in terra, nec infra terram, aperire librum, id est, humanum genus à mortalitate liberare, neque mortem superare.] *Et cap. 3.* [Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius,] id est, Christum, ait RVPERT. [Qui accinctus gladio super femur suum potētissimus intēdit, prospere processit, & regnavit,] hostemque publici superauit. iuxta illud: *Psal. 88.* [Tu humiliasti, sicut vulneratum superbum, in brachio virtutis tuæ, tu conturbasti capita draconum in aquis, tu confregisti capita draconis.] Christus namque solus ita semen mulieris est, vt non viri semen sit, nos verò viri pariter, & mulieris commixtum semen omnes sumus: & nemo nostrum cum isto deceptore integras se habere inimicitias gloriabitur, solus Christus dicere potest: [Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.]

Christus ab omnibus adoratur.

GENES. 27. *Sernians tibi populi, & adorent te tribus, esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.* LIPOMAN. Cum Iacob nunquam populis imperauerit, nec à fratre Esau legatur adoratus, sed ipse potius septicus pronus in terra fratrem adorauerit: verba hæc secundum litteram in Iacob & Esau non sunt impleta: maximè verò impleta sunt in Christo, qui non tantum homo, sed Deus, & homo est. RVPERT. ille est enim Dominus fratrum suorum verè, coram illo omnes filij matris eius, id est, omnes ciues supernæ Hierusalem, quæ

quæ est mater omnium nostrum, iure ei incuruantur, quia omnes fratres eius per adoptionem sunt filij Dei. Ille autem solus est naturalis filius. ORIGEN. *super caput 6. Genes.* In Arca representatur vniuersitas creaturarum. In superiori parte est verus Noë Christus Dominus. Post illum rationales spiritus, hoc est, homines beati: statim, viatores homines, & vltimo loco condemnati in inferno. & ita intelligitur quod Apostolus ait: [In nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum,] &c. quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. *Genes. 42.* [Cuiusque adorassent eum fratres sui,] &c. RVPERT. Bene igitur hæc adoratio per somnium illi præsignata fuerat. Ecce enim reuera quodammodo, manipuli fratrum, manipulum eius adorant, dum non ob aliud, ignotum sibi Principem Ægypti adorant, nisi quia defecerant manipuli eorum: ille autem de manipulis habebat plenum horreum. stabat namque, & sublimis erat manipulus Ioseph; circumstantes autem humiles fratrum manipuli, manipulum eius adorabant. LIPOMAN. Adorat & Christum omnis chorus sanctorum. PROSPER. *Videns autem Ioseph fratres suos, agnouit eos, ipsi verò non cognouerunt illum.* Hoc & in Domino nostro Iesu Christo impletum est, quòd sui fratres, non cognouerunt illum, [sit enim eum cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent.]

Idem.

GENES. 49. *Iuda te laudabunt fratres tui: manus tua in cernicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij Patris tui.* CHRYSOST. Benedictio quæ Iudæ data est, præsignat omnia quæ ad Christum attinent: quia ex hac tribu appariturus erat Christus. AMBROS. Ad Iudam quidem Patriarcham dirigi videatur alioquin, sed Iudas illi posterior verus confessor exprimitur, qui ex ea Tribu natus est, qui solus laudatur à fratribus, de quibus dicit: [Narrabo nomen tuum fratribus meis.] Dominus per naturam, frater per gratiam, cuius manus quas expandit ad populum non credentem, super dorsum inimicorum: eisdem enim manibus, atque eadem passione, suos tenuit, & subiugauit aduersarias potestates, omnesque fidei & pietatis exortes subditos sibi fecit. In quo magna gratia Domini. Etenim spirituales nequitia, quæ ante cernicem nostram iugo solebant captiuitatis inflectere, ita vt David ipse manus triumphantiū sentire se scriberet, supra dicens: [Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores:] ipsæ eadem nunc subditæ triumpho Christi, & quibusdam manibus eius, id est, factis operibusque subiectæ, subeunt perpetua captiuitatis arumnam. Ipse vtiq; adoratur à filiis Patris sui, quando adoratur à nobis, quibus ipse permittit, vt Patrem vocemus. RVPERT. *Iudas, quod interpretatur confessio, Christus est nostræ confessionis Princeps, & author, sine quo non erat nobis confiteri, sine quo non fieret quod scriptum est: [Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimoniū Israel, ad confitendum nomini Domini.] Neque transiret quisquam in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei in voce exultationis, & confessionis. Iuda ergo te laudabunt, te, inquam, ô Christe, confitebuntur fratres tui, & laudabunt & prædicabunt te omnes filij Dei, & pro hoc ipso etiam laudabunt te, quòd sunt fratres tui, quòd nominantur, & sunt, filij Dei viuētis. Nam nisi per te recepti, & per te fuissent adoptati, essent semper, vt erant, omnes inimici, omnes filij iræ, filij diaboli. Vnde ergo te laudabunt? Sed quid clamabunt laudantes? *Manus tua in cernicibus inimicorum tuorum.* Hoc verè laudabile, hoc laude canora dignum est, quia vera fortitudo, & gloria*

ex victoria est, scilicet, vt depressi & incuruati aut te adorent, aut expellantur de finibus tuis, claudendi carceribus in vinculis sempiternis. Adorabunt te igitur filij Patris tui, scilicet, ij qui prius inimici secundum meritum suum, postea autem per gratiam tuam filij Patris tui. Ita mirabiliter deducet te dextera tua, cernicibus inimicorum tuorum impressa. Ita [populi sub te cadent in corda inimicorum Regis] facti. [Sedes tua Deus in seculum seculi.] Nam quia Deus es tu, idcirco parum dictum erat, *Te laudabunt fratres tui*: suppletum ergo est, dicendo: *Et adorabunt te filij Patris tui.*

Idem.

GENES. 49. *Deus Patris tui adiutor tuus, & omnipotens benedict tibi, & benedictionibus cæli desuper, & benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum, &c.* AMBROS. Quis est qui confortauit Israel, & adiunxit filium, nisi solus Deus Pater, qui dixit: [Iacob puer meus, suscipiam eum: Israel electus meus, suscipiet eum anima mea. Benedictionibus benedict tibi,] &c. Omnia enim subiecit ei sub pedibus eius, caelestia, sicut benedictionem cæli; & terræ sicut benedictionem terræ, vt & hominibus & Angelis omnibus dominaretur. *Benedictionibus vberum, id est, duorum Testamentorum, quorum altero nunciatus est, altero demonstratus. & bene vberum, quoniam velut quodam nos spiritali lacte nutritos, educavit, & obrulit Deo filio.*

Christus frater noster.

PARALIP. 4. *Fuit autem Iabes inclitus præ fratribus suis, &c. Inuocauit verò Iabes Deum Israel dicens: si benedicens benedixeris mihi, &c. & præstitit Deus, quæ precatus est. Inclitus, &c.* INTERL. Quia Redemptor noster super omnem altitudinem sanctorum potentia virtutis eminuit. Vnde, [speciosus forma præ filiis hominum,] &c. [Vixit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ confortibus tuis.] *Et benedicens, benedixeris mihi, &c.* [GLOSS. ORD.] Hoc conuenit Christo, quem Pater sanctificavit, & misit in mundum. de quo dicitur, [Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi,] hunc benedixit Deus multiplicatione filiorum, quos per aquam Baptismi sacrosancta parit Ecclesia. *Dilatavit terminos eius* quia omnium gentium dedit ei hereditatem, & possessionem eius extendit vsque ad terminos terræ: *cum quo fuit manus Domini.* Quia potentia diuinitatis, per eum virtutes & miracula fecit. Ipse quoque est virtus Dei, & Sapientia, per quem condidit omnia, quæ in cælis sunt, & in terra. Cui malitia Iudæorum nocere non potuit. Qui de se ait: [Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.] 1. *Paralip. 11.* *Congregatus est igitur gommis Israel ad David in Hebron, dicens: Os tuum sumus, & caro tua.* INTERL. Fideles ad Christum. Naturam suam in Christo fideles diligunt, & venerantur, vnde: [Adorabunt in conspectu eius, vniuersæ familiae gentium.] GLOSS. ORD. sic omnes gentes conueniunt ad Christum, & quasi blandiendo dicunt: [Os, tuum, & caro tua sumus,] cum in illo incarnationem quam ex nostra natura in virginis utero suscepit, diligunt, & venerantur, & dicunt: *Hæc, & nudius tertius cum adhuc regnaret Saul, id est, diabolus, in mundo, tu eras qui educebas, & introducebas Israel. Tibi enim dixit Dominus Deus tuus: Tu pasces populum meum Israel, & tu eris Princeps super eum.* 1. *Paral. 27.* *Porro Achias erat super Thesaurus domus Domini ac vasa Sanctorum.* INTERL. Achias interpretatur frater meus. In Christo enim sunt omnes Thesauri Sapientiæ, & scientiæ Dei. Qui ait, [nunciabo nomē tuum fratribus meis.] Tobia 14. *Reuersus est ad soceros suos, inuenitque eos*

inc. oia

incolentes in senectute bona, & curam eorum gessit. INTERL. Ad caelestia deducens. & ipse clausit oculos eorum. INTERL. A faculi dilectione, ad perpetua lucis contemplationem dirigens. GLOSS. ORD. Hoc quotidie facit Christus, cum malis relictis, ad bonorum corda illustranda conuertitur, quos inuenerit in senectute bona, quia in bonis operibus diu studuerunt. Alios autem praeterit, qui diu viuenter, nec consilio sunt maturi, nec canicie bonae actionis venerandi, sed peccatorum onere incurui. De quibus Isaias cap. 65. [Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit,] qui scilicet diu viuens animi leuitatem non deserit.

Christus caput nostrum.

32. GENES. 28. Vidit Iacob in somnis scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens caelum. AVGVSTIN. in Sermonibus. Iacob dormiens Dominum Iesum Christum in terra figurauit, & idem Dominus in caelo scale innixus incumbebat. Quomodo autem Christus Dominus, & in cacumine scale in caelo, & in beato Iacob esse videbatur in terra? Christus Dominus (fratres) caput est Ecclesiae. Secundum igitur caput in caelo esse, secundum corpus in terra: vnde cum Saulus persequeretur Ecclesiam, Christus de caelo clamauit: [Saul, Saul, quid me persequeris?] Non dixit, quid persequeris seruos meos? vel membra mea? sed me. Quasi pede calcato, lingua clamat, Calcasti me, cum vtique lingua calcari non possit, sed per concordiam charitatis caput pro membris omnibus clamat. EXODI. 15. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. INTERL. Quia per eum fortis sum, & laudabilis. AMBROS. lib. 3. de Fide ad Gratianum. cap. 3. Factus dicitur non vtique per naturam, sed per gratiam: sicut etiam Dauid dixit: [Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias.] & Isaias, [Factus est omni ciuitati humilis adiutor.] Non vtique sancti Deo dicunt, creatus es, sed protector & adiutor per gratiam tuam factus es nobis. RVPERT. Ergo fortitudo tua, o Israel, facta est tibi in salutem? Planè fortitudo mea, nam fortitudo capitis mei fortitudo mea est. Imo caput meum, si forte est, fortitudo mea est. Quis autem nesciat, quia fortis ipse magnificus caput meum est, ex quo Verbum caro factum est, & ego vna Ecclesia, quae ad carmen hoc vocata sum: vnum corpus eius sum? Licet igitur vniuerso simul corpori, licet sigillatim quibusque membris gloriari salua capitis gratia, & dicere quia fortitudo mea es, & factus es mihi in salutem, & haec laus mea, & laus capitis totum corpus non dedecet.

Christus Pastor.

33. GENES. 4. Fuit autem Abel pastor ouium. RVPERT. Totum quod fecit Abel, & quod pertulit, parabola est, vel figura Domini nostri Iesu Christi. Primò quòd fuit Pastor ouium, à mysterio non vacat. Christus enim aperte ait: [Ego sum Pastor bonus. Ego sum Pastor ouium.] & sicut agricola Cain, persecutus est pastorem Abel: ita Annas & Caiphas, ceterique fures & latrones, hunc Pastorem ouium occiderunt, omnes cum illo Cain corpus vnum fuerunt, &c. Hic pastor, idemque verus agnus Dei, sacerdotio suo functus est, &c. GEN. 29. Adhuc multum diu superest, neque est tempus vt reducantur greges ad caulas, date autè potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite. RVPERT. Quid est quòd melius hic aduena, quam indigena pastores tempus ouium nouerat? Nisi quia Christus bonus Pastor melius quam Scribae, & Pharisei, curare sciebat animas? Dicere autem, Date autè potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite, est dicere Pastoribus, quòd sic dicant, vt prius faciant, id est, vt quod verbis pra-

dicant, factorum suorum exemplo praedocant. Quod qui non faciunt, eis vtique diu multum superest, nec tempus est eiusmodi mercenariis vt reducant ad caulas oues, vbi reddatur eis quasi debita merces. Tales illi erant Pastores Israel, quibus per Prophetam vna praenunciatum est: qui non oues ad pastum reducere, sed semetipsos non erant pascere. GEN. 49. Inde Pastor egressus est lapis Israel. RVPERT. Ipsi Ioseph Pastor egressus dicitur. Nam dicit: [Ego pascam vos, & paruulos vestros,] vnde scilicet egressus est per manum potentis Dei Iacob, de vinculis brachiorum & manuum suorum fratrurn.

Idem.

GENES. 37. Fecitque ei tunnicam polymitam, &c. 34. RVPERT. Intuendum iam est quam pulchra ex hoc Ioseph, speculo Christi Filij Dei, veri Solis respicendat imago. Ioseph enim adhaerens interpretatur, Christus namque omni Spiritu sancto plenus est, in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. CYRIL. Qui si cum Moysè & Prophetis comparetur, in tempore natiuitatis suae iuuenis inuenietur. Et sicut Ioseph vnà cum filiis ancillarum Balae & Celphae greges Patris sui pascebat: eodem modo Christus verus Deus, & homo, vnà cum filiis Patriarcharum, hoc est, Apostolis, de quibus dicitur: [Pro Patribus tuis nati sunt tibi filij] versabatur, oues perditas Israel, ad Deum & Patrem congregans. Accusantique fratres apud Patrem crimine pessimo. RVPERT. Non quidem ipse, sed Moyses propter ipsum, scilicet, Scribas, & Phariseos vel ipse accusauit, dicens: [Si non venissem, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo.] & alibi. [Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem, & viderunt, & oderunt me, & Patrem meum.] Cui autem dubium est, quòd Pater diligat istum Ioseph praeceteris filiis? Vnde ipsemet ait: [Pater diligit filium, & omnia dedit ei in manu eius.] & Pater ait: [Hic est filius meus dilectus.] ISID. Praetulit autem cum patre ceteris, iuxta illud: [Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo laetitiae praeconsortibus tuis.] Eo quòd in senectute sua genuisset eum. Senescenti enim mundo natus est de Maria virgine. RVPERT. Vel quia in senectute aeternitatis genuit eum: secundum quam, & ipse dicitur, & est antiquus dierum. Fecitque ei tunnicam polymitam, id est, dedit ei varietatem Populorum ex omnibus gentibus, in corpore Christi congregatam. Vnde & sequitur: Videntes autem fratres eius. GLOSSA ORD. id est Iudaei, de quorum cognatione carnem suscepit, quòd à Patre plus cunctis filiis amaretur, quia videbant quòd gratia virtutum in se fiebat, oderant eum & saepius insidias illi tendebant, nec poterant ei quidquam pacifice loqui. RVPERT. Iuxta illud: [Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: & cum loquebar illis, impugnabant me gratis.] & iterum. [Sermonibus odij circumdederunt me, & expugnabant me gratis.] Vnde dicebant [In Belzebuth Principe Daemoniorum eiicit Daemonia, & Daemonium habet,] & [infans,] & [non est hic homo à Deo,] & his similia.

Christus Agnus.

GENES. 4. Abel quoque obtulit de Primogenitis gregis sui. GREG. 29. Moral. cap. 28. Sancti diuersis quidem temporibus ad praedicandum & prophetandum missi sunt, tamen concorditer per intentionem mentis vnum praedicant. Abel, Isaias, & Ioannes diuisi quidem fuerunt tempore, sed non praedicatione. Nam Abel, Redemptoris nostri passionem significans, Agnum in sacrificio obtulit, de cuius passione Isaias ait: [Sicut agnus coram tondente se obmu-

obmutescet, & non aperiet os suum.] De quo Ioannes quoque ait: [Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,] eundem Agnum Ioannes ostendendo, Isaias videndo, Abel offerendo, locutus est, & quem Ioannes in ostensione, quem Isaias in locutione, hunc Abel significando in manibus tenuit.

Idem.

36. EXOD. 12. Tollat unusquisque agnum per familias suam. HERO. in Isai. 53. Iste Agnus qui immolari praecipitur, est de quo Isaias: [Sicut ouis ad occisionem ductus est, & quasi Agnus coram tondente se obmutuit.] Etenim [Pascha nostrum immolatus est Christus,] quem Ioannes Baptista monstrabat, dicens: [Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,] qui & in Apocalypsi, Agnus occisus saepe memoratur. Qui de seipso loquitur in Ieremia: [Ego autem, sicut agnus innocens, & ductus ad victimam, nesciebam.] Quia sicut Agnus cum ducitur ad victimam, non repugnat: sic ille passus est voluntate. Hic Agnus est, cuius cruor linitus in postibus, exterminatorem fugabat Aegypti: qui non solum sanguine suo nos redemit, sed & lanis operuit, vt argentes infidelitate, sua veste calefaceret: & audiremus Apostolum nobis loquentem: [Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.] & alibi: [Induimus Dominum nostrum Iesum Christum.]

Idem.

37. RVPERT. Hanc immolationem Agni Paschalis & cetera quaecumque (vt ait Apostolus) in figura continebant illis, sic accipimus, & sic legimus, tanquam actuales Prophetias, vel promissiones, Christi venturi, clausas sub sigillis, quae solus aperire posset idem Agnus Dei. Quod & fecit postquam resurrexit à mortuis, dicente Euangelista, Luc. 24. [Quia tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.] & in hac quidem figura Agni qualis res indita sit, eo maxime clarescit, quòd Ioannes Christum digito demonstrans: [Ecce, inquit, agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi:] Cum enim haec dicit, profecto vt est lucerna ardens, & lucens, illam nobis illustrat vespeream, qua omnis multitudo Israel istum agnum, tali ritu immolauit, & cuncta quae illic acta sunt in tenebris, hic in vero lumine manifesta dicit, &c.

Christi innocentia & item Agnus.

38. EXOD. 12. Erit autè Agnus absque macula masculus, & anniculus. RVPERT. Macula peccatum est. At Christus, peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Eritque absque macula, id est, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, in quo nulla est iniquitas. Sed parum haberet gloria sola innocentia, si non adesset fortitudo quoque ad agenda perfecta Iustitiae opera. Erit ergo masculus, id est, fortis, quia nihil femineum, hoc est, molle, vel fluxum admittit. Vnde in Apocalypsi dicitur de muliere magna, [quia peperit filium masculum, qui rectorum erat gentes in virga ferrea.] Erit etiam anniculus, id est, perfectus. Perfectionem enim ab illo consequimur, iuxta illud Prophetarum: [Spiritus Domini super me, &c. vt moderer contritis, &c. vt predicarem annum placabilem Domino,] id est, plenam acceptationem, vt Apostolus ait: [Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.] &c. De huius anni illius, imò & nostri, plenitudine dicitur ei per Prophetam: [Benedices coronae anni benignitatis tuae.] Subaudi, Cum venerit ad te omnis caro, remuneranda in illa dierum aeternorum longitudine. ZENO Episcopus Veronensis. Masculus dicitur, quia Dei est virtus. Immaculatus, quia solus est mundus, perfectus, quia in

ipso magnus ille Sacerdos, pio mysterio sua victima inclusus hodie Deo reddit hominem quem litauit. Sequitur: iuxta quem ritum tolletis & haedum. AVGVST. Iuxta LXX. habetur: Ab Agnis & haedis accipietis illi. LIPOMAN. Ponitur &, pro aut, quod frequentissimum est apud Hebraeos. Sensus igitur est, animal vnum sumetis, siue de ouili, siue de caprili. Nemo autem cum agno, haedum maciandum credat: in quem errorem aliqui prolapsi sunt. THEODOR. Vt qui agni copiam haberent, agnum sacrificarent: qui autem eo carerent, haedum. GREGOR. NAZIAN. Vel eligitur non solum ex agnis, verum etiam ex peiore specie. Quia non solum pro iustis, sed etiam pro peccatoribus sacrificatur. RVPERT. Agnus, vel haedus immolari praecipitur, quia sicut per ipsam innocentiam Christus in Agno: sic propter iniquitates omnium nostrum, quas Deus posuit in eo, rectè figuratur in haedo. Siue ergo sit agnus, siue sit haedus, qui immolatur, vnus idemque in mysterio est Christus: vel mala existimatione hominum haedus, id est, peccator: verà autem verissima similitudine innocentiae, agnus est. Quod vtinamque Propheta considerans, Et nos, inquit, putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, ipse autem vulneratus est propter delicta nostra,] &c. AMBROS. Nobis autem agnus est, illis haedus. Nobis Agnus Dei occisus est, qui abstulit peccata mundi: illis haedus, quorum acerrant errores, delicta cumulauit. Ideo ait: [Implete mensuram Patrum vestrorum.]

Christi innocentia.

GENES. 3. Inimicitias ponam, &c. Semen tuum, & semen illius. RVPERT. Christus solus ita semen mulieris est, vt non etiam viri semen sit. Omnes verò nos, viri pariter & mulieris commixtum semen sumus, & nemo nostrum cum isto deceptore integras se habere amicitias gloriabitur. Solus Christus dicere potuit: [Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.]

Idem.

GENES. 4. Vagus & profugus eris super terram. AVGVST. & ISIDOR. Vagum & profugum Iudaeorum populum, ipse Christus esse voluit. Luc. 21. [Cadent in ore gladij, & captiui ducuntur in omnes gentes.] Vt hoc ipsum proficeret, ad augendam memoriam vel notitiam eius in populis. Quia videlicet, & eorum sparsa captiuitas, & captiua cum eis ipsorum Scriptura, perhibent testimonium, quòd hic frater ipsorum quem occiderunt, iustus erat, & nihil eorum quae predicamus, fides Christiana confinxit: sicut ambulans Cain vagus, & profugus super terram, fuit signum Abelis innocentiae ab ipso interfecti.

Idem.

GENES. 22. Vbi est victima holocausti pater mihi. INTERL. & LIPOMAN. Interrogat Isaac patrem de victima holocausti: quia quantum ad innocentiam suam ignorare videtur Dominus Iesus cur patiarur. vnde in persona eius dicitur: [Congregata sunt super me flagella, & ignoranti] AVGVST. Serm. 80. Quia Laban de suo nihil inuenit, tenere Iacob omnino non potuit. GENES. 31. Laban typum Diaboli gerebat, Iacob autem typum Domini. Persecutus est ergo Laban Iacob, id est, Diabolus Christum, & nihil apud eum de rebus suis inuenit. vnde ipse Dominus ait: [Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.] Concedat & nobis diuina misericordia, vt etiam in nobis nihil de suis operibus, nostrarum adact

aduersarius recognoscat. Si enim de suo nihil inuenit, tenere nos, vel reuocare ab aeterna vita non poterit, &c.

Idem.

42. EXOD. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filiis Israel. AMBR. O. S. super Luca 2. Verbis his legis promittebatur Virginitas partus, de quo Angelus: [Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.] Verè sanctus, quia immaculatus, & solus per omnia ex natis de femina sanctus Dominus Iesus, qui terrenae contagia corruptelae, immaculati partus nouitate non senserit, & caelesti maiestate depulerit. Nam si literam sequamur, quomodo sanctus omnis masculus, cum multos acceleratissimos fuisse non lateat? Nunquid sanctus Achab? Nunquid sancti Pseudoprophetae, quos ad Eliae preces vltor caelestis iniuriarum ignis assumpsit? Sed ille sanctus, quem in figura futuri mysterij, pia legis diuinæ praescripta signabant. DIVVS THOM. 3. p. 4. ar. 2. ad 1. Pro hoc etiam specialiter dicitur masculinus, quia nihil de femineitate culpae portauit. Singulariter etiam sanctus, quia terrenae contagia corruptelae immaculati partus nouitate non senserit.

Idem.

43. EXOD. 13. Praecedebat eos Dominus ad ostendendam viam per diem in columna nubis. AMBR. O. S. Aliter quoque hanc interpretationem sumere licet. Venit in nube leui Christus in Aegyptum, hoc est, venit in susceptione corporis. In hoc seculum in nube venit, quem nebula corporis obumbrat, sed leuis erat caro quam nulla sua grauabant delicta. Quomodo ergo peccatis grauaretur suis, qui aufererat omnium peccata populorum? Venit igitur in nube leui, quasi iustitia. Iniquitas enim in talio plumbeo fedet. Christus in corde iustorum, quibus peccata non erant. Exod. 25. Arcam de lignis seshim compingite. BEDA. Arca quae prima omnium in tabernaculo fieri iubetur, Christi humanitas est, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei, absconditi, quae bene de lignis seshim (quae leuia, & impatibilia sunt, & non multum à qualitate albæ spinæ distantia) compingi iubetur, quia corpus Dominicum ex membris constabat, omni vitorum labe carentibus: & hæc eadem sunt ligna spinis similia, quia etsi non in carne peccati, tamen in similitudinem venit carnis peccati, vt ait Apostolus. CYRILL. lib. 4. super Ioannem cap. 28. Constituta arca fuit ex lignis quae putredinem non patiuntur, vt incorruptibile corpus Christi esse perdiscas. Auro etiam puro intra & extra fuit deaurata. Quia pretiosa, regaliaque omnia in ipso sunt, non solum quae Deitati, verum etiam quae Humanitati eius attribuuntur. In omnibus enim primus est, ait Paulus, Coloss. 1. & aurum honoris atque praesentiae locum super omnia accipit.

Idem.

44. EXOD. 25. Ponisque in Arca Testificationem quam dabo tibi. BEDA. Vis scire quae sit hæc testificatio? audi Apostolum, Heb. 9. [Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, &c. BERN. Sermo de Beata Maria, incipiente, Ave Maria. Thuribulum sacrosanctam carnem significat Saluatoris, quae aurea dicitur, quia nullius passa est detrimentum pudoris. Agnus scilicet sine macula, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.] De quo per Prophetam Pater: [Ecce puer meus electus, posui super eum spiritum meum.] Carbones thuribuli, opera sunt Iesu Christi, Carbones isti aliquando mortui,

quandoque sunt ignei. Quia in Saluatore nostro, nunc propria tolerabat Humanitas, nunc propria faciebat Diuinitas. Carbo mortuus, in presepe iacens: igneus, Demonia expellens. Mortuus, in Aegyptu fugiens: igneus, ementes & vendentes columbas de Templo ciciens: Mortuus, dormiens in nauis: igneus, imperans ventis, & mari. Mortuus, subditus parentibus: igneus, quatuor satians hominum millia de septem panibus. Mortuus, ad puteum Iacob, rogans potum: igneus, circa Iericho, illuminans caecum, & sanans leprosum. Carbo erat mortuus, dum à Diabolo tentaretur: igneus, dum ei ab Angelis ministratur. Mortuus, in prodicione Discipuli: igneus, in filio Reguli. Sopitus ante Praesidem: igneus, circa Tiberiadem. Sopitus, dum ei Herodes illuderetur: igneus, dum mortuorum suscitator magnificus fieret. Sopitus, dum ei acetum cum felle mixtum propinatur: igneus, dum ab eo decem leprosi mundarentur. Sopitus, in cruce: igneus, in monte. Prunæ ergo mortuae erant humanitatis opera: ignitæ, Diuinitatis miracula.

Christi innocentia.

45. EXOD. 25. Facies & Propitiatorium de auro mundissimo. RVPERT. Propitiatorium de auro mundissimo fit, vt diuinæ in Christo substantiae significaret pretium. Expressè autem dixit mundissimo, quia Christus ex eo quod Deus, ab omni est sordemundissimus. Ex eo enim peccata mundi tollere potuit: ex eo Propitiatorium nobis factus est, & Agnus Dei, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior caelis factus. Duo autem Cherubim, id est, duo Testamenta, expandunt alas suas, & oraculum protegunt. Quia videlicet humilitatem crucifixi Domini nostri Iesu Christi à Iudaicis & Hæreticis blasphemis defendunt. Nam Iudæi putauerunt eum [quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum:] ipse autem duobus Cherubim attestantibus, vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrae super eum, & linore eius sanati sumus. Mortuus est pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. vnde Apostolus sonora voce dixit: [Supraque eam Cherubim gloriae.] Duo nempe Testamenta gloriam filij Dei enunciant. Alterum namque dicit: [Gloria, Et honore coronasti eum Domine.] alterum verò: [& viximus gloriam eius, gloriam quasi vniuenti à Patre.

Idem.

46. NVMBR. 27. Cumque videris eam, ibis & tu ad populum tuum, &c. Propterea quod transgressus es, vel offendisti me in deserto, &c. ORIGEN. Hom. 22. Perterret me, quod de Moyse famulo, & amico Dei, cui facie ad faciem locutus est Dominus, per quem fecit signa, & prodigia, tam periculosa dicantur: [Appone ris, inquit, ad populum tuum, sicut appositus est Aaron frater tuus.] & causam exponit dicens: [propterea quod transgressus es, &c. Ergo nec sine culpa est Moyse? etiam ipse transgressus est, & factus sub peccato. Vnde Rom. 5. [Regnavit mors ab Adam, vsque ad Moysem:] nec enim ipsi pepercit. Concluit enim Deus, sub peccato omnes, vt omnium misereatur. [Gratia autem Christo, qui nos liberavit de corpore mortis huius:] Moyse enim liberare non potuit, cum & ipse transgressus sit. Ille ergo solus debet requiri, qui peccatum non fecit.

Christus Moyse comparatur, sed multis muneribus praestantior Christus.

47. EXOD. 15. Quis similis tui in fortibus Domine? GREGOR. super 1. Reg. cap. 2. Quia quidquid virtutis

tutis Moyse ostendere potuit, Dominus non ipse fecit? Non enim Moyse, sed Dominus Manna pluit. Non Moyse, sed Dominus in columna ignis & nubis praecessit, &c. Vnde, & ipse Dominus Iudæos in Partum fortitudine gloriantes, reprimit, dicens: [Non Moyse, sed Pater meus dedit vobis panem de caelo.] Hinc etiam Psalmista non Moysem, sed Dominum extollit, dicens: [Fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Taneos, interrupit mare, & perduxit eos,] &c. Dominus autem Iesus, omnia quae mirè egit, propria virtute exhibuit. Vnde, & de seipso potens, Paralytico imperans ait: [Tibi dico, surge, & quotquot tangebant eum, salui fiebant.] & alibi, [Virtus de illo exibat, & sanabat omnes.] Hoc namque insigne fortitudinis, nec Moyse, nec Elias habere potuit, vt dum comparabilia signa innotescerent, aduentum vniuenti aperiunt designarent. Exod. 33. Inuenisti gratiam coram me, & te ipsum non ex nomine. CYRILLVS, in Ioan. lib. 1. cap. 21. super illud: [Lex per Moysem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.] Necessario vt vetustis etiam sanctis longe maior Emanuel videretur, Moyse meminit Ioanes, ad quem dictum est: [Noui te praeter omnes, & gratiam inuenisti apud me,] notiorum autem Deo praeter ceteros hinc scire possemus. [Si quis Propheta fuerit inter vos, dicit Dominus, in visione apparebo ei, & per somnium loquar ad illum: at nõ talis sicut seruus meus Moyse, qui in tota domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei, & palam, non per aenigmata & figuras Dominum videt.] Cum igitur Moyse antiquioribus sanctis praecelluerit, superiorem eo vniuentum idcirco ostendit, vt omnium primus videatur. & gratia, inquit, pro gratia. Quia lex per Moysem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

Christus Propheta promissus.

48. DEVT. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum. INTERL. Christum de semine Dauid. Similem tui. INTERL. vetum hominem, qui non venit soluere legem, sed adimplere. & ponam verba mea in ore eius, &c. Qui autem verba eius, quae loquebatur in nomine meo, audire voluerit, ego vltor exiisum. INTERL. Perpetua poena vindicans. LYRAN. iuxta illud: [Qui autem non crediderit, condemnabitur.] Vnde ad illam auctoritatem Mosaicam referenda sunt ista verba, Ioan. 5. [Si crederetis Moyse, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit,] scilicet vt mihi crederetis. Non tamen legitur in toto Pentateuco quod Moyse praeciperet, vt crederetur Christus, nisi in hoc loco tantum. GLOSSOR. Hoc de Domino Prophetarum accipitur, de quo turbae ab ipso satiatae dixerunt: [Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum.] Ioan. 6. & Luc. 7. [Propheta magnus surrexit in nobis.]

Christus lapis.

49. GENES. 28. Tuli lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in tuulum, fundens oleum desuper. RVPERT. Lapis iste vnctus Christum significat, quem [vnxit Deus oleo exultationis prae participibus suis.] CYRILLVS. & Isaias in persona Christi: [Spiritus Domini super me, propterea quod vnxit me.] & ab Apostolis dictum est: [Insupererunt aduersum puerum tuum Iesum, quem vnxisti.] & iterum: [Quomodo vnxit Deus Spiritu sancto] hic lapis erectus est, quia à mortuis resurgens, vsque ad caelos, & supra caelos ascendit. GREGOR. 5. Moral. cap. 21. Caput in lapide ponere, est mente Christo inhærere, &c. Hic est ille lapis, quem Paulus in laude fidelium praedicat, dicens: [Superaedificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari

lapide Christo Iesu.] IUDOR. Ideo Christus immolatus dicitur, &c. Erectio autem lapidis, restructio Christi est. RVPERT. Sicut lapis immolatus, & singuli lapides parietum Templi, singulos significant electos, viuos vtique lapides superaedificatos supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ad construendum vnus Ecclesiae templum. Genes. 28. Immolati sunt vltimus in monte in acervo lapidum, quem collegerant, &c. RVPERT. Lapis erectus à Iacob in titulum in acervo Testimonij, Christum significat, qui est caput, & princeps Martyrum, id est, testium. Genes. 35. Surgite, & ascendimus in Bethel, & faciamus ibi altare Deo. CYRILLVS. Sed & nos, quando Bethel ascenderimus, hoc est, in domum Dei, ibi agnoscamus lapidem electum, qui factus est in caput angulari, hoc est, Christum: videbimus autem vnctum à Patre ad laetitiam, & exultationem totius gentis, quae sub caelo est.

Idem.

50. EXOD. 17. Percutisseque petram, & exiit ex ea aqua vt bibat populus. ORIGEN. Hom. 11. & AVGVST. Serm. 93. de tempore. Ostendit Moyse populo petram, quae est Christus. & adducit eum ad ipsam, vt inde bibat, & reficiat sitim suam. Sed hæc petra, nisi fuerit percussa, aquas non dabit: percussa verò, fontes producit. Percussus enim Christus, & in cruce actus, noui Testamenti fontes produxit, & propterea dictum est de eo: [Percutiam Pastorem,] &c. Necessè ergo erat illum percuti. Nisi enim ille fuisset percussus, & exiisset de latere eius aqua, & sanguis, omnes sitim verbi Dei pateremur: Hoc est quod Apostolus interpretatus est: [Quia omnes eundem manducauerunt cibum spiritualem, & omnes eundem spiritalem biberunt potum. Bibebant autem de spiritali sequente eos petra: petra verò erat Christus.] BERNARD. Serm. 61. super cantica. Quid non boni in petra hac, id est, in Christo? In petra exaltatus, in petra securus, in petra firmiter sto; securus ab hoste, fortis à calu: hæc, quoniam exaltatus à terra. Anceps enim & caducum terrenum omne. Conuersatio nostra in caelis sit, & nec cadere, nec deici formidabimus. In caelis namque petra nostra est, & in illa firmitas, atque securitas est, petra refugium herinacis. Et reuera vbi tuta firmaque infirmis securitas & requies, nisi in vulneribus Saluatoris? Tanto illic securior habito, quanto ille potentior est ad saluandum. Fremit mundus; premit corpus, diabolus insidiatur, non cado, fundatus enim sum supra firmam petram. Turbatur conscientia; sed non perturbatur, quoniam vulnerum Domini recordabor. Nempè vulneratus est propter iniquitates nostras. Quid tam ad mortem quod non Christi morte saluetur? Nulla iam possum morbi malignitate terri, si in mentem venerit tam potens atque efficax medicamentum. Ego sidenter quod ex me mihi deest, vsurpo mihi ex visceribus Domini, quoniam misericordia affluunt, nec desunt foramina per quae effluant. Foderunt enim manus eius, & pedes, latiusque lancea forauerunt. Per has rimas licet mihi sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo, id est, gustare & videre quoniam suauis est Dominus. Cogitabat cogitationes pacis, & ego nesciebam. [Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?] At clavis referens, clausus penetrans factus est mihi, vt videam voluntatem Domini. Quidni videam per foramen? Clamat clausus, clamat vulnus, quod verè Deus sit in Christo? concilians mundum sibi. Patet arcum cordis per foramina corporis. Patet magnum illud pietatis sacramentum. Patet viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Quidni viscera

per vulnera pateant? Maiorem enim charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro morte damnatis.

Christus petra.

37. **E**XOD. 33. *Est locus apud me, & stabis supra petram. Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petrae, &c. & videbis posteriora mea, &c.* A VGVST. de *Symbolo ad Catech. cap. 3.* Non vacat mysterio, quod in monte Oreb supra petram iussus est ascendere Moyses, & stare. Ipsa est illa petra quae percussa produxit aquas populo sitienti: de qua dicit sanctus David *Psal. 77.* [Dirupit petram, & fluxerunt aquae.] Apostolus autem, exponens hoc ait. *1. Cor. 10.* [Patres nostri escam spiritalem manducauerunt, & eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali confluence eos petra, petra autem erat Christus.] Ipsa sunt illa posteriora Dei, Christus Dei. Hoc vidit Moyses, prophetando quod Paulus exponit, dicendo: [Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum ex muliere.] GREGOR. NYSSEN. Sed quisnam est ille locus, qui apud Deum esse intelligitur? Quis ille lapis? Quae est illa capacitas in lapide, &c. locum igitur dicit, non superficie circumfusum, nec quantitate vlla descriptum (neque enim est in immenso mensura) sed ad infinitum: atque in determinabili loci nomine, qui circumscripta mensura non terminatur, auditorem deducit: quasi Moysi diceret: Quoniam semper inhias ad maiora, scias tamen esse apud me locum, ut nunquam terminum eius cursu aut volatu aliquo queas inuenire. Hic autem cursus, aut volatus, status quidam est alia ratione, istam (inquit) te in lapide. Mirabile dictum: Quomodo vnum atque idem est status, & motus? Si quis ascendit, non stat: si stat, non ascendit. At hic ascendit quia stat. Nam qui caducus ac instabilis cogitationibus est, non fixus in bono, nec permanens, sed mobilis, atque fluctuans, cogitationibus variis oppressus, & conuulsus: is nunquam ad sublimitatem verae vitae ascendit; sicut qui colles conatur scandere sabulo. Nam etsi proiectis in longum pedibus, magna transire spatia videantur, semper tamen ad inferiora delapso sabulo deferuntur. Motus igitur fit, progressus autem nullus fit. At si quis, ut Psalmista dicit, a face profundi retractos pedes in hoc posuerit lapide (lapis autem Christus est) plenitudo virtutum omnium, quanto firmiter ac nobilior, ut Paulus consulit, in bono fuerit, tanto velocius volat hac stabilitate quasi pennis eleuatus. Cum igitur locum apud se, ostendit, ad perpetuum cursum exhortatur, cum statum in lapide daturum se promittit, modum diuini cursus subaperit. Capacitas vero, aut foramen lapidis, verbis Apostoli expositum est, cum domum, non manu factam, caelestem, spe iis reseruati, qui terrestre Tabernaculum dissoluerunt, asserat. Nam certum, qui cursum consummavit in lato illo ac capacissimo stadio quod diuina vox locum appellauit, quique fidem seruauit, firmans pedes suos in lapide Christo: is corona Iustitiae, a manu eius coronabitur. Haec autem gloria hic in lapidis ingressu nuncupatur. Nam quonia Christus lapis est; omnem autem bonorum spem in Christo firmiter esse credimus, qui bonum aliquod adeptus est, is in Christo est, qui omne bonum continet. Qui vero ad Christum peruenit, & a manu Dei reclusus est, is in Christo est, is audiet vocantem. is etiam in posterioribus vocantis constituetur, iuxta illud: [Scapulis suis obumbrabit tibi.] Id est, post Deum constitueris. Nam scapulae posteriora sunt. Vnde ipsemet David de se ait: [Adhaesit anima mea post te, & me suscepit dextera tua.] Vides quomodo Psalmista cum historia consentit: Nam ut hic dicitur, cum a dextera suscipi, qui post

Deum adhaesit: sic tibi eum manus tegit qui Dei vocem expectat in lapide. Vnde & Dominus ipse ad discipulos ait, [Si quis vult venire post me,] (non dixit, ante me) & alij dixit: [Veni, & sequere me.] Qui autem sequitur, non faciem, sed tergum aspicit. Docetur igitur Moyses desiderans Deum videre, quomodo potest Deus videri. Sequi enim Deum corde ac animo semper quocumque ducat, id ipsum esse Deum videre. Etenim transitus ille Dei, ducem esse Deum sequentis, significat. Cum non sit possibile viam ignorantem, recte ac tuto iter peragere, nisi post ducem recte sequatur, &c.

Idem.

52. **I** B I D. *Stabis supra petram.* HIERON. in *Matth. cap. 18.* Petra Christus est: super hanc petram Dominus fundauit Ecclesiam. Ab hac petra Apostolus Petrus sortitus est nomen. Super huiusmodi petram, non inueniuntur serpentis vestigia. De hac & Propheta loquitur confidenter, *Psal. 39.* [Statuit supra petram pedes meos.] & *Psal. 103.* [Petra refugium leporibus, siue herinacis.] Timidum animal, in petrae caernas se se recipit, & cutis aspera, & tota armata iaculis, tali se protectione tutatur. Vnde & Moysi dicitur: quaedam lepulculus erat Domini: [Sta in foramine petrae, & posteriora mea videbis.]

Idem.

53. **D** E V T. 32. *Ne fugeat mel de petra, oleumque de saxo durissimo.* GREGOR. *Hom. 26. in Evangelia.* Hoc iuxta historiam factum, nunquam legitur, sed de petra, id est, Christo, mel fluxerunt, qui eius facta, id est, miracula, viderunt. Oleum vero de firma petra (sic enim legunt aliqui) quia post resurrectionem eius, Spiritus sancti vntionem meruerunt. Petra, mel dedit, quando adhuc mortalitatis, miraculorum dulcedinem ostendit. Firma petra oleum fudit, quia post resurrectionem impassibilis, per afflationem Spiritus sancti donum sanctae vntionis donauit: iuxta illud, *Isa. 10.* *Computresceat iugum a facie olei.* RICHARD. duo ponit, *petram & mel*, & iterum duo, *saxum & oleum.* Petra saxo est minor, saxoque fragilior. Petra, & saxum Christum significant, sed *petra*, Christum in sinu Matris, *saxum* vero, Christum in sinu Patris: *mel de petra* significat gratiam redemptionis; *oleum de saxo durissimo*, gloriae beatitudinis. Sicut mel praeter omnibus quae comeduntur, palato dulcius lapit: sic gratia redemptionis praeter omnibus, in cordibus electorum dulcescit, & quomodo oleum cunctos liquores excedit: sic gloria beatitudinis, quae summum bonum est, bona caetera superat, & excedit.

Christus vntus.

54. **E**XOD. 30. *Sume tibi aromata primo myrrha, &c. oleum de oliuetis, &c.* CYRILL. *lib. 12. in Leuit.* Hoc oleum quod ex myrrha & cassia confectum est a pigmentario, non potest dici oleum Dei. Vis autem videre oleum Dei? audi Prophetam: [Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae praeparatissimum tuis.] Christus enim solus magnus Sacerdos, oleo Domini vntus est, & in eo semper sanctum permanit diuini chrisimatis oleum: HIERON. *super cap. 2. Abacuc.* Participes autem huius olei eos puto, ad quos loquitur & Ioannes. [Et vos vnquentum habetis a sancto.] & *infra*: [haec scripsi vobis de his qui seducunt vos, & chrisima quod accepistis ab eo, maneat in vobis: & non necesse habetis, ut aliquis doceat vos, sed ipsum chrisima docebit vos de omnibus,] &c. Ac ne forte qui chrisima Baptismi perdidit, desperent, de chrisimate reparando scriptum est in *Leuit. cap. 14.* Quod leprosus extra castra proiectus cum ad sacerdotem venerit,

venerit, & lepra ipsius fuerit emundata, mittat sibi Sacerdos oleum in manu sinistra, & intincto digito septies, aspergat oleo coram Domino, & tangat eodem oleo auriculam eius, qui leprosus fuerit, & dexteram manum, & dextram pedem; & quod remanserit de vnquento, totum mittat in caput eius: cumque omnia haec rite compleuerit, tunc immolet holocaustum pro eo: & ipse Christus vocetur Dei. Volo aliquid dicere: sed timeo, ne negligentibus occasionem ruinae tribuam. Quod in scripturis sanctis idem homo frequenter vntus inueniatur. denique David tertio vntus est. Quod nos intelligimus super eo qui peccauit, & iterum vnxitur. Sufficit enim leproso, ut post primum vnquentum perditum, vngetur secundo. Sed super eo, qui per singulos dies proficit, & semper eius augetur vntio, & de leprosi oleo, migrat ad oleum populi atque sanctorum, & de oleo populi, ad oleum peruenit sacerdotum, & a sacerdotibus transcendit ad chrisima Pontificis, a Pontifice quoque ad Regem, a rege ad Patriarchas, a Patriarcha pergit ad Christum, & vngetur oleo exultationis, quo qui fuerit limitus, vnus cum Deo Spiritus efficitur, & vbi Pater, & Filius est, ibi etiam ille erit. Verum hoc rarum est.

Christus mediator Dei & hominum.

55. **G** E N E S. 9. *Ecce ego statuo pactum meum vobis, & cum semine vestro post vos, &c.* RVPERT. Quodnam pactum est hoc quod promittitur a Deo? Nam, statum, futuri temporis est. Sine dato autem & accepto pactum non solet statui. Dicimus itaque pactum istud, multoties quidem promissum, sed vnum, & semel initum, nempe Incarnatio, vel passio Christi Domini. Hoc solo pacto inimicitiae soluntur, quae erant inter Deum, & hominem. In hoc certa est constitutio pacis cum ratione dati, & accepti: dum accepta Deus fide hominum, dat hominibus eundem Christum filium suum, ut saluentur per ipsum. Sequitur: *Arcum meum ponam in nubibus, &c.* LIPOMAN. *Iris* illa Christum significat, qui est signum reconciliationis a Deo Patre nobis donatum. Ipse enim est pax nostra, qui pro nobis aduocatus constitutus, in caelis respicitur, & a Deo Patre, cum carne filij sui & cicatrices vulnerum considerat; & a nobis, cum illius misericordiam supplices & in fide imploramus. Vnde litera nostra, & Hebraeus habet, *Ponam pactum inter me, & vos; vel, inter me, & carnem;* Chaldaica editio habet, *inter verbum meum, & vos.*

Christus sponsus Ecclesiae.

56. **G** E N E S. 28. *Vocauit Isaac Iacob, benedixitque eum, praecepitque ei, dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaan, sed uade, & proficere in Mesopotamiam, &c.* A VGVST. *Serm. 79. de tempore.* Beatus hic Isaac Dei patris typus figurat: Iacob autem Christum Dominum significat. Beatus ergo Isaac, neglectis mulieribus regionis in qua habitabat, misit filium suum, ut in regione longinqua sibi uxorem assumeret. Quia Deus Pater missurus erat vnigenitum suum in mundum, qui repudiata natura Angelica, de humana sibi sponfam sociaret. De beato autem Iacob non legimus quod cum equis, aut asinis, & camelis abierit: sed hoc tantum legimus, quod baculum in manu portauerit, & Christus Dominus ad accipendam sibi uxorem pauperimus in mundum venit, solum baculum crucis in manu detulit, ad redimendam Ecclesiam.

EXOD. 3. *Solue calcamentum de pedibus tuis.* ISIDORVS. Vel aliter veterum consuetudo erat,

ut si sponsus sponfam repudiare vellet, discalcearetur ille, & hoc erat signum repudij. Proinde Moyses excalceari iubetur, ne ad Ecclesiam quae in rubo significabatur, quasi sponsus calceatus accederet. Haec enim Christo seruabatur, qui verus sponsus erat, de quo dicit Ioannes, Cuius non sum dignus corrigiam soluere calcamenti. Vtique sicut dictum est Iosue & Moysi. *AMBROS. de benedictionibus Patriarcharum, cap. 4.* Ideo dicitur Moysi, *Solue calcamentum pedum tuorum*, ne ipse sponsus Ecclesiae crederetur, qui dux plebis eligebatur. Ideo etiam soluit calcamentum suum Iesus Naue, ut venturo tanti muneris gratiam & ipse seruaret. Ideo dicit Ioannes, [Post me venit vir, cuius non sum dignus soluere corrigiam calcamentorum eius.] Ideo dicit: [Qui habet sponfam, sponsus est. Amicus autem sponsi qui stat, & audit eum, & gaudio gaudet.] hoc est: Ipse solus est vir Ecclesiae, hic est expectatio gentium. Haec deferentes copulae nuptialis gloriam, calcamentum suum soluerunt Prophetae. Hic sponsus est, ego amicus sponsi. Gaudeo quia venit, quia vocem audio nuptialem: quia iam non dura peccatorum supplicia, sed remissionem criminum, vocem laetitiae, sonum iucunditatis nuptialis audimus.

Christi innocentia.

57. **E**XOD. 2. *Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiciet.* CYRILLVS. Ante Domini Saluatoris aduentum mas ille animus, ac virilis in mundo non erat. At postquam Emanuel, nobiscum esse, ac inter eos qui bello Satanae infestabatur, enumerari voluit, reuera masculus (nec enim ad peccandum vnquam emolliri potuit) ab initio huius seculi Principem latuit.

Christi doctrina.

58. **E**XOD. 2. *Surrexerunt Moyses, & defensus puellis, ad aquam oues earum.* CYRILLVS. Mystice: relicta Christus synagoga, vnde natus erat, ad multos gentium greges sese contulit, quos peruersi Pastores infestabant, hoc est, huius mundi rectores, ac principatus. Quos tamen greges Christus seruauit, nec tantum seruauit, sed & falorum Pastorum imo luporum rabiem vlciscens, greges suos, aqua in vitam saliente, hoc est, caelesti praedicatione & gratia, potauit. *Exod. 7.* *Deuorauit virga Aaron virgas eorum.* D. P. ROSPER. Sicut nostri ducis Christi virga doctrinae omnium paganorum, haereticorumque dogmata, diuina virtute consumpsit, iuxta illud: [Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.] HIERONYM. Demum, quemadmodum signis Dei, quae operabatur per Moysen, Magi, suis restitit mendaciis, sed virga Moysi, deuorauit virgas eorum: ita mendacium Antichristi, Christi veritas deuorauit.

Christus seruus factus.

59. **G** E N E S. 29. *Seruauit igitur Iacob septem annis pro Rachel.* RVPERT. Id significat quod Christus pro Ecclesia, seruituri se subiecit. Vnde *Apostolus*: [Qui cum in forma Dei esset, non rapinam, &c. usque formam serui accipiens.] Seruire mundo fuit, poenitentiam agere, & poenitentiae baptismo baptizari propter peccata mundi, ut iuxta Prophetam illa proficeret in profundum maris. Seruire mundo fuit, in crucem ascendendo, seruilia portare onera seculi, id est, super se tollere peccata mundi, quibus erat grauatus. Huius seruitutis merces, Rachel, id est, Ecclesia, fuit. GLOSS. ORD. VICT. MARTYR. Seruitutem Iacob septem annorum, praesentis vitae tempus significare dicit, in quo Dominus serui

Christus Via & Ostium.

67. **EXOD. 5.** *Et eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro.* ORIGEN. Quæ est via trium dierum, quæ nobis incedenda est, ut perueniamus ad locum, ubi immolabimus Domino Deo nostro: Ego viam illam intelligo qui dixit: [Ego sum via, veritas, & vita.] qui enim confessus fuerit in ore suo Dominum Iesum, & crediderit quod Deus illum suscitauit à mortuis tertia die, hic saluus erit. Per hanc viam peruenitur in locum, in quo Domino immoletur, & reddatur sacrificium laudis. AVGVST. *Sermone. 90 de tempore.* Non volebat Princeps huius mundi exercitum Domini trium dierum sacramenta cognoscere, illa utique sacramenta, de quibus Propheta dicit, [Viuihcabit nos post duos dies, & in die tertio suscitabit nos.] Prima dies passio Domini Saluatoris; secunda, qua descendit ad infernum; tertia autem Resurrectionis est dies. *Genes. 48. Appliciōque ad se osculatus, & circumplexus eos, &c.* CYRILL. Quod Iacob filios Ioseph à patre ad motos osculatus est ac complexus, figura fuit, Deum, filios Christi ex gentibus genitos, osculo ac complexu suscepturum à Christo Patri applicatos, quia per Christum nos qui longè eramus, prope facti sumus, & per ipsum, non per Angelum, aut Moysen, aut Prophetas, accessum ad eum habemus, ut ait Apostolus.

Christus Ostium.

68. **GENES. 6.** *Ostium Arce pones in latere deorsum.* ORIGEN. & AVGVST. Vel ostium quod in latere accepit Arca, profectò illud est vulnus, quando latus Crucifixi vulneratum, lancea perforatum est; hac quippe ad illum venientes ingrediuntur, quia inde sacramenta manarunt, quibus credentes initiantur. *Genes. 19. via ostiū inuenire non possent.* RVPERT. Secundum altiore intellectionem. Rectè Sodomitæ postmodum igne sulphureo cœlitus consumendi, prius cœcitare percussit, ut inuenire non possent ostium: ita & Iudæi æternis ignibus cruciandi olim & nunc exæcati sunt, ut inuenire non possint illum, qui dicit: [Ego sum ostium.] Vnde de eis dictum est, [Excaeca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè videat,] &c. *Isai. 6. LIPOMAN.* Mira profectò cæcitas, quia quem Patres eorum longè antè venturum prauiderunt, præsentem ac venientem non cernebant. *Genes. 42. Videns autem Ioseph fratres suos, cognouit eos, ipsi verò non cognouerunt illum.* Diuus PROSPER. Hoc & in Domino nostro Iesu Christo impletum est. quod sui fratres non cognouerunt illum, [si enim eum cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.] *Gen. 49. Filius accrescens Ioseph, &c. inuideruntque illi habentes iacula, sed in forti brachium eius, &c.* AMBROS. Quis est ampliandus, nisi Christus: Cuius gratia semper augetur, & finem processus sui non habet gloria. De quo Ioannes dicit, illum oportet crescere, me autem minorari, quia per illius salutare nomen, cum latura est in hoc mundo, & abundauit gratia. Quia ergo videbant eum crescere fratres, ei inuidere cœperunt: vnde & dicebant; [Nescimus vnde sit.] Ille curabat eos, & illi negabant eum.] Sed vanum consilium spiritus vestri, ait Isaias. Conquirit enim quæ quasi iaculantes sagittas dirigebant, soluit omnia, contriuit eorum potentiam qui in suis virtutibus & non in Deo confidentes erant.

Christus Vir.

69. **GENES. 39.** *Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens.* INTERL. & RABAN. & LIPOMAN. Et Deus Pater fuit cum filio

suo, quandiu fuit in mundo. Nam, non sum solus, inquit ille, sed mecum est qui milit me Pater. Virum hic appellat (ait Lipomannus) decem & septem annorum adulescentem, à virtute. *GEOR. in 1. Regum, cap. 1.* Vir iste nobis Dominum ac Redemptorem nostrum insinuat, qui per humanitatem quam assumpsit, magnæ virtutis opera egisse cognoscitur. Homo in Paradiso conditus cum apostata angelo bellum habuit, cui per conditionalem virtutem resistere non posset, & enerviter subiugatus esset. Vir non fuit ex congressione, qui fuit ex munere, sed ille qui nostram assumpsit naturam, supra homines extitit, & vir dictus est, factusque est præliator noster, conditor noster. Cui nimirum cum ieiunaret in eremo, tentator affuit, antiquæ victoriæ suæ tela reparauit, gula, elationis, ac superbiæ iacula immisit, sed eum sibi per omnia resistentem reperit. Vir ergo claruit per victoriam, qui fortem iam victorem apostatam angelum superauit. Hunc virum Propheta Hieremias considerans ait: [Fœmina circumcidabit virum.] Hunc Zacharias monstrat dicens: [Ecce Vir, Oriens nomen eius.] De hoc viro Petrus inquit: [Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis interfecistis.] Et duo discipuli in via aiunt: [Qui fuit vir Propheta potens in opere & sermone.] Vir etenim fuit, qui expulit antiquum hostem, & in inferna moriens alligauit, & qui moriens, Inferni vires comminuit, & resurgens nobis aditum referauit æternitatis. LIPOMAN. De ipso etiam dicitur: [Tu quoque in sanguine Testamenti tui, eduxisti vincos de lacu, in quo non erat aqua.] *Zach. 9.* Et in eius figuram submiserunt etiam Ieremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua. Et Ioseph in cisternam veterem, quæ non habebat aquam.] *Genes. 37.* Diuus PROSPER. Hoc & noster Ioseph de sua passione, per Prophetam dicit: [Proiecerunt me in lacu inferiori, in tenebris, & in vmbra mortis.] AVGVSTIN. Noster Ioseph mittitur in cisternam, id est, descendit in Infernum. AMBROS. Quid mirum, si Iudæorum lacus aquam non habet? Quia & ipsi [dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & fecerunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquam.] CYRILL. Vel cisterna non habebat aquam, quia Inferos significabat, aqua enim vitam significat, quia viuificatrix est. Porro apud inferos vita non est. *Genes. 39. Tradidit in manu eius vniversos vincos qui in custodia tenebantur.* AMBROS. Et Christus Dominus, qui veluti puniendus, descendit in carcerem Inferni, inde velut Ioseph alios liberauit, ubi ipsi stringebantur mortis vinculis, ibi laxauit ipse vincula mortuorum. RVPERT. Iuxta illud Prophetæ *Isai. 49.* [Iis qui vinciti erant, dixit: Exite, & iis qui in tenebris, Reuelamini.] Hoc nempe est quod antequam traderetur dixit: [Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.]

Idem.

70. **EXOD. 1.** *Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiciat.* CYRILL. Ante Domini Saluatoris aduentum, mas ille animus, ac virilis, in mundo non erat. At postquam Emanuel nobiscum esse, ac inter eos, qui bello Satanæ infestabantur, enumerari voluit, reuera masculus, (nec enim ad peccandum vnquam emolliri potuit) ab initio huius seculi principem latuit.

Idem.

71. **EXOD. Dominus quasi vir pugnator, &c.** Futhymius secundum aliam litteram, [Dominus conterens bella,] hoc est, qui deluit, atque extinguit ea. LIPOMAN. Ita LXX. putarunt, fortè absurdum esse apud

apud gentes dicere, Deum esse virum bellicosum: atque ideo ei quod suum esset, tribuerunt. Quod certè videtur rationabiliter factum. Idem etiam potuit fuisse respectus interpretis Latini, ut nò diceret, Dominus vir pugnator, ut habetur in Hebræo, sed quasi vir pugnator. ORIGEN. Nolo putes, quia tantum visibiles pugnas conterit Dominus, sed & illas conterit, quæ nobis sunt, [nò aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates, & aduersus mûdi huius rectores tenebrarum harum.] RVPERT. Sicut enim vir pugnator, pro modo, vel qualitate hostis sui semetipsum aptat, & armis induit: sic Dominus, secundum naturam hostis sui, nouis & mirabilibus modis bellum ordinare voluit. Erat autem hostis eius non caro, & sanguis, sed principatus quidam, & potestas aërea, & rector mundi huius tenebrarum harum, spiritualis nequitia in cælestibus. Non ergo materiali gladio super femur suum semetipsum potentissimus accinxit, non lorica vel galeam ferro textam induit, sed contra huiusmodi potestatem, vel principatum superbiæ, humilitatem & obedientiam; contra spiritualia nequitia, charitatis fortitudinem induit, & præcinxit se. Ita quasi vir pugnator curram Pharaonis aërei, quo super altitudinem nubium equitare se credidit, ut esset Altissimo similis, & exercitum eius, tam vitiorum quàm demonum, quos præposuerat in templis, proiecit in Mare. Moriendo quippe accepit potestatem in cælo, & in terra, & omnia traxit ad se.

Christi humilitas.

72. **EXOD. 5.** *Nescio Dominum, & Israel non dimittam.* CAIETAN. *lib. 12. ca. 8. De spiritu superbia.* Ideo omnium creator & medicus Deus, causam principiumque malorum, superbiæ esse cognoscens, cõtrariis lanare contraria procurauit, ut ea scilicet quæ per superbiæm corruerant, per humilitatem resurgerent. Lucifer namque ille dixit: [In cælum conscendam.] Christus verò noster per Prophetam dicit: [Humiliata est in terra anima mea.] Ille dicit: [Ero similis Altissimo:] hic verò: [Cum in forma Dei esset, &c. humiliavit se factus obediens vsque ad mortem.] Ille dicit: [Super astra Dei exalabo solium meum:] Ille dicit: [Nescio Dominum, & Israel non dimittam.] Ille verò: [Si dixerò quia non noui eum, ero similis vobis mendax, sed noui eum, & mandata eius seruo.] ille dicit: [Mea sunt flumina, & ego feci ea:] ille verò dicit: [Non possum ego à me ipso facere quicquam, sed Pater meus in me manens, ipse facit opera.] Ille dicit: [Mea sunt omnia regna mundi, & gloria eorum, & cui voluerò, do ea.] ille verò: [cum diues esset, pauper effectus est, ut eius inopia, nos diuites effemus.] Ille dicit: [Sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt, sic vnuerfam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret.] *Isai. 10.* ille verò dicit: [Similis factus sum pellicano solitario: vigilaui, & factus sum, sicut passer solitarius in tecto.] Ille dicit: [Exsiccaui vestigio pedum meorum omnes riuos aggerum:] Hic verò dicit, [Nunquid non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum?] Ex illius igitur ruina, & huius exemplo docemur quemadmodum deuitare tam atrocem mortem superbiæ debeamus.

Christus imago Patris.

73. **GENES. 1.** *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* ORIGEN. Ad imaginem illius de quo scriptum est: [Candor est lucis æternæ, & figura substantiæ eius,] id est Saluatoris, qui

est [primogenitus omnis creaturæ.] Vnde, ipsemet dicit: [Ego in Patre & Pater in me est, & qui me videt, videt & Patrem meum.] Sicut qui videt imaginem alicuius, videt eum cuius imago est: item qui videt Christum, videt & Patrem cuius imago est, & propterea Saluator noster, qui est imago Dei, videns hominem deposita sua imagine, maligni imaginem induisse, misericordia motus, imagine hominis assumpta, venit ad eum [in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo,] ut ait Paulus, [& humiliavit semetipsum vsque ad mortem,] & petiit à Patre *Ioan. 17.* [Pater da ut sicut ego & tu vnus sumus, ita & isti in nobis vnus sint.] Semper ergo intueamur istam imaginem Dei, ut possimus ad eius similitudinem reformari. Si enim ad imaginem Dei factus homo, intuens imaginem diaboli, propter peccatum similis eius effectus est, contra propriam naturam: multo magis intuens imaginem Dei, ad cuius similitudinem factus est à Deo, propter verbum, & virtutem eius, recipiet formam illam quæ data ei fuerat per naturam, & nemo desperet videns similitudinem suam magis esse eum diabolo, quàm cum Deo, posse se iterum recuperare formam imaginis Dei: quia non venit Saluator vocare iustos, sed peccatores, ad penitentiam. Matthæus, imago diaboli erat, sed veniens ad imaginem Dei, Dominum & Saluatorem nostrum, & sequens eum, transformatus est ad similitudinem imaginis Dei. Iacobus & Ioannes pifcatores, imaginem diaboli & similitudinem gerebant, sed sequentes & illi imaginem Dei, similes facti sunt ei. Paulus, ipsius imaginis Dei persecutor erat: ut autem potuit decorem eius & pulchritudinẽ contueri, vifa ea, in tantum ad similitudinem eius reformatus est, ut diceret: [An experimentum eius quæritis qui in me loquitur Christus?] Denique, [quos præsciuit, & prædestinauit, ait idem, conformes fieri imagini filij sui.]

Idem.

74. **IBIDEM.** AMBROS. Imago Dei est solus ille qui dixit: [Ego & Pater vnus sumus.] ille de quo Apostolus: [Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ.] Ille qui semper est & erat in principio, ille qui ita habet similitudinem Patris, ut diuinitatis & plenitudinis habeat vnitatem. Vbi enim dicit, [faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram,] quomodo inæqualitas eum Patre: cum iterum dicat, [ad similitudinem nostram:] vbi est dissimilitudo? Secundum hanc imaginem, anima quæ resulget, pretiosa est pictura: illa anima bene picta est, in qua elucet diuinæ operationis effigies: illa anima bene picta est, in qua est splendor gloriæ, & æternæ imago substantiæ. Secundum hanc imaginem Adam ante peccatum. Sed vbi lapsus est, deposuit imaginem cælestis, & sumpsit terrestris effigiem. Sed fugiamus hanc imaginem, quæ intrare ciuitatem Dei non potest. Quia scriptum est: [Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges, quia non intrabit in eam aliquid coinquinarum,] &c. Si qua imago indigna intrauerit, excludetur, secundum illud: [Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?] AVGVST. Non sic est imago Dei homo, ut sit eadem imago & similitudo æqualis Patri, & coæterna illi, cuius est coæterna, id est, Verbo æterno. Nec talis esset, si nunquam omnino peccasset homo. Sed est imago ad imaginem Dei facta. HVGON. de S. VICT. Filius est imago Patris, quia quidquid habet Pater, totum habet & filius per naturam. Homo verò ad imaginem, quia non per naturam sed per participationem habet ea quæ Dei sunt. Vnde aliud est, esse imaginem, & aliud, esse ad imaginem factum.

Idem.

75. **I**DEM. R. V. P. E. R. T. Imago & similitudo in hoc differunt, quod imago, vnus est: similitudo autem, non minus quam duorum similitudo est. Filius Dei est imago Patris, sanctus autem Spiritus similitudo Patris, & filij est. Communis enim bonitas, sine charitas est Patris, & filij: Filius naque sicut non est patris filius, & Spiritus sancti simul, sic nec est imago Patris, & Spiritus sancti simul, sed solius Patris imago est: & Spiritus sanctus, sicut Patris & filij communis dilectio est, sic & eorundem communis similitudo est. (non tamen procedit vt similis.) Idem ergo est, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, ac faciamus hominem, qui trinae operationis nostrae in semetipso habeat euidentiam. BERNARD. lib. de Mediatione cap. 1. Tanta est cognatio inter nos, & Dei filium, quod ipse imago Dei est, & nos ad imaginem eius facti sumus, & non solum ad imaginem, sed ad similitudinem eius. Oportet autem id quod ad imaginem est, cum imagine conuenire, & non in vacuum nomen imaginis participare. Repraesentemus ergo in nobis imaginem eius in appetitu pacis, in intuitu veritatis, & in amore charitatis. R. V. P. E. R. T. super illud: Ad imaginem Dei creauit illum. Prouide Moyses omisit (& similitudinem) vt subaudiatur: Re creaturus aliquando ad similitudinem suam. Credebat enim ei qui sic ad imaginem & similitudinem Dei futurus erat, nascendo ex Virgine, vt in filio Adae perditam similitudinem refunderet, & sibi conuulsi efficeret.

Christus virga.

76. **G**ENES. 49. Ad pradam sili mi ascendisti. AMBROS. Secundum aliam literam, [ex germine mihi ascendisti.] Mirifice incarnationem expressit, eo quod tanquam frutex terrae in aluo virginis genuit, & vt flos boni odoris ad redemptionem mundi maternis visceribus emissus ascenderet, sicut Isaias dicit: [Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Radix familia Iudaeorum, virga, Maria, flos Mariae, Christus est, qui foetorem mundanae corruptionis aboleuit, & odorem vitae aeternae infudit. CYRILLVS. Dominus noster tanquam e germine, & radice generosa ex sancta virgine productus est. Ipse est virga virtutis, quam nobis ex Sion Deus Pater misit; ipse est baculus, qui omnes consolatur; virga aequitatis, virga regni, quae recte & mansuete sanctos regit: rebelles vero, ac contumaces, tanquam vas figuli conteret. Ipse est virga Aaron, cuius locus est tabernaculum illud diuinum, quae in sancto sanctorum reposita est, quae germinauit nubes, quod resurrectionis signum est. Vigilantiam enim, nucis lignum quadammodo facit.

Idem.

77. **E**XOD. 7. Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. AMBROS. lib. 3. officiorum cap. 14. Virga est verbum directum, regale, plenum potestatis, in signum imperij, quae serpens facta est; quoniam qui erat filius Dei, ex Deo patre natus, filius hominis factus est, natus ex virgine. Qui quasi serpens exaltatus in cruce, medicinam vulneribus infudit humanis. Vnde & ipse ait: [sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis.] Quae etiam virga, serpens facta, deuorauit serpentes Aegyptiorum: quia Verbum caro factum, serpentis diri venena vacuauit per remissionem & indulgentiam peccatorum. HIERON. super Ezech. cap. 19. Vt scire valeamus quis sit baculus arundineus, super quo domus Israel confidebat non debeat, ex contrario baculo, & virga Domi-

ni, intelligere poterimus. De qua ad Dominum dicitur: [Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.] Hanc virgam habuit Aaron, quae dracones Aegyptios deuorauit. De hac puto virga scribi in Numeris, quod floruerit, & nubes sine amygdalis germinarit. Hanc habebat & Apostolus, cum dicebat: [Quid vultis in virga veniam ad vos?] & qui Pascha celebrabant, baculos tenebant manibus, sine quibus, imbecillitatem humani corporis sustentantibus carnem Agni comedere non poterant. Haec est virga de radice Iesse supra quam septem spiritus requieuerunt. Sed non talis Pharaon, nec baculus Aegypti: & virga arundinea, quae decipit apprehendentes se, & lacerat humeros eorum, id est, fortitudinem: & quicumque fuerit supra eum innixus, dissoluntur lumbi eius, & stare non potest, nec accinctus renibus Pascha celebrare. GREGOR. NYSSEEN. Qui hanc virgam virtutis Dei, quam emisit Dominus ex Sion, habet, diaboli fraudulentas virgas consumit.

Christus brachium Dei, & dextera.

78. **E**XOD. 6. Ego Dominus, qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum, &c. ac redimam in brachio excelso. Ergastulum Aegyptiorum, tentationes huius mundi, quibus tribulantur sancti, vel corpus humanum, quod cuique animae carcer est, significat. Liberat autem Dominus filios Israel in brachio excelso, hoc est, in potestate magna, & virtute: sine incarnato filio, qui propter effectum virtutum brachium Dei dicitur, cum sanctos suos de potestate diaboli & seruitute peccatorum eruat, & introducat in terram spiritualem caelestis patriae. & cap. 15. Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine. AMBROS. lib. 3. de Spiritu sancto: sicut filium Dei dexteram Domini Scriptura dixit hoc loco, ita Spiritus sanctus appellatus est digitus Dei. HIERON. in Isa. 52. Quod filius Dei, Patris dextera appelletur, & brachium, multa sunt testimonia. [Saluabit sibi dextera eius & brachium sanctum eius.] [In brachio meo gentes sperabunt.] Isa. 51. & Psal. 88. [Tuum brachium cum potentia.] Hoc brachio eduxit Dominus populum Israel de Aegypto. RABANVS. Quae est ista dextera, nisi illa de qua dicitur: [Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me?] Quae inimicum verum & antiquum hostem, per crucis mysterium interfecit. Vnde sequitur: [Es in multitudine gloriae tuae, deposuisti aduersarios tuos. Gloria vti que resurrectionis Domine, confusio fuit diaboli, qui cum Iudaeis meditatus est mortem Christi.]

Christus fons.

79. **G**ENES. 2. Fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terra. AMBROS. Est autem Paradisus mystice anima fecunda, & fertilis, in Edem plantata, id est, in voluptate quadam. In ea est spiritus tanquam Adam, & sensus tanquam Eua. Considera autem quae habeat anima ista subsidia. In ea est fons ad irrigandum, id est, Dominus Iesus Christus, fons vitae aeternae. Psal. [Apud te est fons vitae.] Qui fons, & fluuius dicitur, & legitur: quoniam, etiam dicitur Ioan. 7. [Flumina de ventre eius fluent aquae vitae.] Hic fons, siue fluuius, facit vt lignum fructuosum sit, & ferat fructum in vitam aeternam. In anima tua fons est. Vnde & Salomon ait: [Bibe aquam de tuis vasibus, & de puteorum tuorum fontibus. Hic fons est qui procedit ex illa anima exercitata, & plena voluptatis. Hic fons est, qui dicit: [Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.] Qui etiam ait: [Venite, & edite de meis panibus, & bibite vinum quod misui vobis.] Hic fons est qui irrigat Paradisum, hoc est, virtutes animae eminentissimo merito pullulantis. Ex anima igitur

igitur quae culta est, non ex ea quae inculta est, fons iste procedit, vt irriget paradisum, hoc est, quadam diuersarum frutetae virtutum, quarum sunt quatuor initia, in quae sapientia diuiditur. Itaque flumina quatuor ex illo fonte manantia, sunt fluenta quatuor virtutum Cardinalium. Non pluerat Dominus super terram, sed fons ascendebat de terra, &c. Ante Christi aduentum non pluerat Dominus abundantiam gratiarum super terram. & ita homo non erat qui operaretur terram, scilicet cordis: sed quando fons ille in sinu Patris absconditus, de quo Psalmista, [Apud te est fons vitae,] exiit de virginali terra, scilicet Maria, de qua Propheta: [Aperiat terra, & germinet Saluatorem:] irrigata fuit terra vniuersa gratiarum abundantia, & de sterili fructuosa reddita est.

Idem.

80. **G**ENES. 2. Lignum etiam vita in medio Paradisi. AMBROS. Illud scilicet lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, cuius folium non defluet, quia totus in eo fructus exuberans, id est, Christus Dominus, locus autem in quo plantatus paradisi est, voluptas dicitur. Vnde & sanctus David ait: [Torrente voluptatis tua porasti eos.] In Ecclesia lignum est vita, ait R. V. P. E. R. T. id est, Christus. Item fons paradisi, qui in quatuor capitibus diuiditur. Propheta enim vidit eum sub quatuor animalium speciebus diuersis, scilicet hominis, leonis, vituli & aequilae, quia in quatuor Euangelis praedicatur. Item, quia vniuersa Scriptura docet, eum esse manentem hominem cum homine, & fortem leonem contra diabolum. Hostia, & sacrificium vt vitulus est. & quia vt aquila renouata resurrexit, & ad caelos ascendit. E. V. C. H. E. R. Fons siue fluuius irrigans est Christus, de paterno fonte fluens, irrigans Ecclesiam verbo praedicationis, vel sacramento Baptismi. Quatuor autem flumina, sunt quatuor Euangelia ad praedicationem cunctis gentibus missa.

Idem.

81. **G**ENES. 21. Cum consumpta esset aqua in vitro, abiecit puerum, &c. ORIGEN. Non habebat mater puteum aquae vitae, nec poterat puer haurire de puteo aquam. Isaac habebat puteos, pro quibus & certamina patitur aduersus Philistinos. Isaac autem de vitro bibit aquam: sed hic vter, quasi vter deficit, & ideo perit, & non inuenit potum. Tu autem, qui secundum Isaac, repromissionis es filius, bibe aquas de tuis fontibus: Ille vero qui secundum carnem natus est, de vitro aquam bibit, & aqua ipsa deficit ei, & in multis deficit. Vter legis est litera, de qua ille carnalis populus bibit, quae frequenter deficit, & applicari non potest. Ecclesia autem de Euangelicis & Apostolicis fontibus bibit, qui nunquam deficiunt. Bibit & de puteis, cum profundiora quaeque haurit, & scrutatur ex lege. Vnde Dominus ad Samaritanam, veluti si cum ipsa Agar loqueretur, aiebat, [Omnis qui biberit de aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum:] & illa dicit ad Saluatorem: [Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, nec veniam huc haurire.] & Dominus ad eam. [Qui credit in me, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.] Genes. 26. & ille descendens, vt veniret ad torrentem Gerare, habitauit ibi: sedit alios puteos, &c. HIERON. Nec Isaac postquam magnificatus est, in valle habitare poterat, sicut alia litera dicit. habitauit autem in torrente, de quo scriptum est [de torrente in via bibit,] de quo etiam Elias tempore famis bibit, sed quia Elias non erat perfectus, vt Christus, ideo ei torrens ille aruit. Dominus vero noster etiam in torrente traditus est, dedicans generationem nostram, & Bapti-

fici sacramentum. Sequitur: Foderuntque in torrente, & repererunt aquam viuam. LIPOMAN. Foderunt serui Isaac nostri, Matthaeus, Marcus, Lucas, & Ioannes, & ceteri Apostoli, in torrente, id est, in corde Christi, in quo absconditi sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei. Quia ex fonte Domini peccatoris hauerunt quidquid rite intellexerunt, & scripserunt, & inuenerunt aquam viuam, id est, doctrinam, gratiamque caelestem, atque exuberantiam Spiritus sancti. Vnde per Isaiam: [Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.] & illud: [Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum.]

Christus altare.

82. **E**XOD. 20. Altare de terra facietis mihi. GREGOR. 3. Moral. ca. 20. Per terram, Mediatoris incarnatio designatur. Altare ergo de terra Domino facere, est, incarnationem Mediatoris sperare. Tunc quippe de Deo munus nostrum accipitur, quando super hoc Altari, id est, super Domine incarnationis fide, nostra humilitas posuerit quidquid operatur. In altari ergo de terra, oblatum munus ponimus, si actus nostros Domine incarnationis fide solidamus. & super Psal. Miserere. Altare de terra filius Dei est ipse est namque cui in hac vita, cordium nostrorum sacrificia imponimus, & in quo cogitationes illicitas, ne conualescant, maectamus. Vnde scriptum est: [Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram.] Ad petram quidem paruulos nostros allidimus, cum orientes motus illicitos, imitationis Christi intentione mortificamus. Ipse est ergo altare, cuius clementiae, peccatorum victimas imponere praesumimus. Denique, peccata nostra ipse portauit. INTERL. Super hoc altari etiam, id est, super hac fide, offerimus holocausta, & pacificas oues, & boues nostras, hoc est, omnia virtutum opera, tam simplicia quam fortia, & perfecta. Exod. 40. Eriges tabernaculum, &c. & altare, &c. CYRILLVS. lib. 4. super Ioan. cap. 28. Tendebatur autem tabernaculum, & omnia quae continebat, vt vnum omnia, non multa esse viderentur. Vnus enim, quamuis multifariam, in nobis intelligitur Christus. Est tabernaculum quidem propter carnis tegumentum: Arca vero legem habens reconditam, vt Dei Patris Verbum: mensa, vt cibus & vita: candelastrum, vt lux spiritualis; altare incensum, vt odor suauitatis, in sanctificatione: altare holocausti, vt hostia pro totius mundi vita ad crucem acta. Omnia vero haec sanctificantur, quia quocumque modo Christum intelligas, totus sanctus est, &c. & infra. Considera etiam diligenter quod Christus vtriusque altaris nobis describitur: coram enim arca, aurum altare, in quo incensum adolebatur, positum erat, quod & tegebatur, sicut & arca. Holocausti vero altare, iuxta portas ponebatur tabernaculi extra tentorium. Itaque per altare quidem incensum, vt suauitatis odor ascendisse ad Deum Patrem intelligitur, per holocausti vero altare, vt hostia pro nobis ad caedem acta. Celabatur vero primum, quia occulta & abscondita est gloria Christi. Alterum autem vulgo patebat, quia mors eius omnibus patet, item celebratur. Primum, quia nullus cognoscit filium nisi Pater. Patebat vero secundum ad introitum, vt intelligamus nullo nos posse modo ad Deum Patrem accedere, nisi per sacrificium Christi, qui ait: [Ego sum ostium, & nemo potest venire ad Patrem, nisi per me.]

Christus aquila & gallinae comparatur.

83. **D**EV. 32. Sicut Aquila pronocans ad volandum pullos suos. GLOSS. ORD. Aquila symphylica ab acumine oculorum vocata, tam acute videt, vt supra maria, immobili fertur pena, nec humanis visibus patet,

tet, pisciculos in mari natate videt, & tormenti instar descendens, latam pennis prædam ad litus pertrahit: Pullos quoque plumescences alis verberat, & ad volandum prouocat. Sic Christus nos dicitis, & exemplis exhortans ad alta prouehit, vt sequamur quod præcessit. Vnde: [Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.] Item aquila, vt aiunt, cum plumescere pullos suos videt, ad solem conuertit, & illum nutrit qui reuerberante acie aspicit radios Solis, & si lumina desleat, quasi degenerem negligit; pullosque ad volandum prouocat, & lassos alis sustentat: Sic Deus ad verum Solem nos inuitat, infirmitatibus nostris compatitur, & alis gratia sustentat. **STEPH.** Christus aquilæ comparatur propter dilectionem: quia præ cæteris auibus diligit pullos suos; & gallinæ, propter compassionem, quia gallina in educatione filiorum, adeo infirmatur, plumis hispida, voce rauca, alis demissa, vt etiam si pullos non videas, matrem agnoscas. Vnde Dominus: [Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina, &c.] **Sicut aquila prouocat ad volandum pullos suos.** **INTERL.** Christus prouocat pullos suos dicitis & exemplis, quos etiam fonet quasi gallina, & congregat sub alis. **Et supra eos volans expandit alas suas.** **INTERL.** Gemina dilectionis, & auxilium protectionis. **Et assumptis eum, atque portauit in humeris suis.** **INTERL.** Cum in cruce peccata eorum sustinuit.

Christus pro omnibus peccatis satisfecit.

84. **IVDICVM.** 16. **RVPERT.** Tribus vicibus Samson ligatur. Primum neruis, secundò fumibus, tertio propriis capillis. Et Christus Dominus figuratus in Samone, peccata super se accipiens omnium hominum, tum legis naturæ, tum scriptæ, tum etiam gratiæ. Nam peccata per funes significantur iuxta illud: [Fumibus peccatorum suorum vnusquisque constringitur.] Et illud: [Funes peccatorum circumplexi sunt me.] Et bene peccata quæ fuerunt ante legem, significantur per *neruicos funes, nec dum siccos*, quia illius æui homines dissolutos, nulla tæperauerat lex. Peccata autè, quæ fuerunt tempore legis scriptæ, significantur per *funes siccos*, quia iustitia legalis, et si non conspicit illa, tamen aliquantisper exsiccauit. Quæ verò peccata fuerunt tempore gratiæ, septem Nazaraei capillis cum licio plexis, clauoque circumligatis, significantur, quia videlicet omnium nostrorum, qui in Christum nunc credimus, peccata, capiti eius propius admota sunt, licioque telæ Euangelicæ complexa, clauisque crucis illius publica confessione circumnixa sunt. Igitur omnia quidem Nazaraeus Filius Dei in corpore suo pertulit peccata mundi, & pro omnibus vsque ad mortem infirmatus est, pro conditione carnis, sed ex virtute Dei cuncta superando, ab Inferno teneri non potuit.

Christus fidelibus coronatur.

85. **I. PARALIP.** 20. *Tulit autem Dauid coronam Melchò de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & pretiosissimas gemmas, fecitque sibi inde diademata.* **GL OSS.** **ORD.** Conflando purgavit secundum legem. Tradunt autem Hebræi, Ethai Methæum, qui de Philistæis ad Dauid venerat, coronam de capite Idoli Melchom rapuisse, vt liceret Iudæo de manu hominis capere, quod de capite Idoli non licebat. Quia illicitum erat homini Iudæo de Idolis aliquid auri, vel argenti accipere, quia lex idololatriam vetat. **Mystice.** Christus coronam quam diabolo abstulit, sibi aptauit, fideles scilicet, qui quasi corona eum ambiunt. vnde *Psalm.* 64 [Benedices coronæ anni benignitatis tuae.]

Christus totus amabilis.

IOANN. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Quod Christus totus sit amabilis: vide, *Timor.* numero 38. ex *Gilleberto.*

Christus carnem & sanguinem immolans, quasi duos hædos obtulit.

87. **GENES.** 27. *Pelliculas hædorum circumdedit manibus.* **BRVNO.** Hoc Rebecca fecit Iacob. Hoc multa sapientia Christo. Venit ergo Christus hædorum pellibus inuolutus, hoc est, carnis peccati similitudine inuolutus. Hoc enim primum fuit hominis indumentum, quando de paradiso expulsi sunt. Tali igitur veste indutus venit Christus, ferens secum duos hædos optimos, alterum pro peccato, alterum in holocausto, carnem videlicet, & sanguinem suum. His enim, & peccatum originale soluitur, & Deus ab indignatione placatur. Hos autem hædos coxit Rebecca, quæ interpretatur, *Multa patientia.* Multa enim patientia hoc fecit, quod Christus pro nobis se coqui & occidi permittit.

Christi Innocentia, assumendo naturam non culpam.

88. **GENES.** 27. *Vox quidem, vox Iacob est, manus autem manus Esau.* **BERNARD.** Iacob in hoc loco typum Christi habuisse Christiana pietas non ignorat. Tuum est, Domine Iesu, quod auditur; quod videtur, nostrum. Quod loqueris, spiritus & vita; quod videtur, mortale & mors. Agnosco denigratæ formam naturæ. Agnosco tunicas illas pelliceas, proroplasterum peccantium habitum. Denique temer ipsum denigrasti, [formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.] Agnosco sub pelle hædi, qui peccatum significat, & manum quæ peccatum non fecit, & collum per quod mali contagium non transiit. Ideoque [non est inuentus dolus in ore eius.] Noui quod sit lenis natura, mitis, & humilis corde. blandus aspectu, suavis spiritu, & quidem vnctus oleo lætitiæ præ confortibus suis. Vnde ergo nunc, ad instar Esau pilosus & hispidus? Cuiusnam rugosa & terra imago hæc, & vnde hi pilii? Mei sunt. Nam pilosæ manus, similitudinem expriment peccatoris. Meos agnosco hos pilos, & in pelle mea video Deum Saluatorem meum. Non tamen Rebecca sic illum induit; sed Maria, tanto digniorem, qui benedictionem acciperet, quanto sanctior quæ peperit, & bene in meo habitu; quia mihi benedictio postulat.

Christi Incarnatio.

89. **EXOD.** 16. *Mane iacuit ros per circuitum castrorum.* **STEPHAN.** Per Manna quod descendit die Dominica, intelligitur Christus, qui ea die visitauit nos oriens ex alto, qui ros dicitur, propter beneficium Incarnationis. Vnde: [Rorate cœli desuper.] Prius enim aduentus fuit in rore, sed secundus erit in fulgure. Vnde in Ecclesiastico dicitur: [Ros obuians ardori venienti, humilem fecit aquilonem.] Ros, id est beneficium incarnationis obuians ardori vitorum, humilem fecit aquilonem, id est, Diabolum. Hic ros iacet per circuitum castrorum, vnde, [Dominus in circuitu populi sui.] Nota quod Manna iacuit quasi ros per circuitum castrorum, quia intellectus sacræ Scripturæ, descendens ex gratia, vndique nos defendit.

Christi Humilitas. Qui etiam pruinæ comparatur.

90. **EXODI** 16. *Apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tuncsum, in similitudinem pruinæ super terram*

terram. **BALDVIN.** Manna minutum erat, quia totum quod de Christo auditur aut prædicatur, propter eius inestimabilem humilitatem, quasi nimiam subtilitatem, subtile est, & incomprehensibile, & hoc apud fideles: apud infideles autem contemptibile, & paruum. Manna quasi pilo tuncsum erat, non solum quia Christus tuncsumbus persequentium, sese exposuit, sed positus [est in signum cui contradicitur,] & verbum fidei in pilo contradictionis tunditur, quia à multis impugnatur, & in ipsa tuncsum, literali sensu exiit, sicut exui solet folliculis vel frumentum, vel milium, vel aliquid tale, quod in mortario pilo teritur. Christus quoque tuncsum passiois, & pilo Crucis, mortalitate exutus est. vide *infra*, *Nym.* 103. Christus per *pruinam*, variis ex causis potest significari, tum quia candorem habet per munditiam sanctitatis, tum quia terram cordis nostri impinguit, & fecundat, tum quia rigore disciplinæ, fluxa vitorum refringit, tum quia incontinua carnalium desideriorum, refrigerio gratiæ extinguit.

Christus quare Vermis dicatur.

91. **EXOD.** 16. *Et scaturire cepit vermicibus, atque computruerunt.* **BALDVIN.** Christus, *vermis* dicitur tribus modis. Pro vera humanitate, vnde in figura Christi de Dauid dicitur: [Tenerimus ligni vermiculus.] & illud isaia: [Noli timere vermis Iacob.] Item, pro vili abiectioe. sicut in *Psalmo*: [Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.] Item pro mordaci feueritate, sicut dicitur *amea*. Hinc apud *Oseam*: [Ego quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iacob.] sed & gratia fidei in eo qui non operatur. Gratia quoque sapientiæ, vel scientiæ, siue gratia sermonis, cum steriliter habetur, & in bonum vsum non assumitur, sicut Manna in vermem vertitur, quia bonum Dei donum, ei in malum cedit, à quo malè habetur.

Christi Innocentia.

92. **NVMER.** 27. *Ascende in montem Abarim, &c.* **STEPH.** Nota quod Moyses terram Promissionis intrare non potuit, sed Iosue, qui ad aquas contradictionis non peccauit. In quo notatur, quod oportebat, humani generis liberatorem, & introductorem in cœlestem Hierusalem, esse sine peccato. Solus Christus liberare potuit, qui peccatum non fecit. Hinc est, quod Dominus ipse ad cenam suos instruens, atque de passione subiungeret, hoc præmisit: [Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.] Quasi diceret: Per hoc poteritis scire, quod ego solus sum idoneus ad liberandum, quod sine peccato sum.

Christus lapis.

93. **I. REGVM.** 4. *Castrametati sunt filij Israel iuxta lapidem adiutorij.* **ODO TVS CVL.** Et nos charissimi, ipsorum exemplo, iuxta hunc lapidem nostra castra collocare curemus. Alioquin ab hostibus citò capiuntur, capta dissipantur, & in cineres rediguntur. Lapis enim iste, fortitudo castrorum est, & pulchritudinis ornatus, & in circuitum sese ducens, non solum se murum, sed etiam antemurale constituit. Legitur enim: [Et Dominus in circuitu populi sui.] Bene autem *lapis adiutorij*, quia non solum munimentum tribuit, sed & adiuuat, & defendit. De particulis enim eius in funda accipimus, & contra Goliath rotantes, gloriosam de aduersario victoriam reportamus.

Qui Christum videre contemnit in exilio: securus in iudicio non videbit.

94. **CANT.** 3. *Egredimini filia Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua.* **BERNARD.** Animæ seculares, debiles, delicatæ, filia, & non filij, in quibus nihil est fortitudinis, nihil virilis animi: egredimini de sensu carnis ad intellectum mentis, de seruitute carnalis concupiscentiæ, ad libertatem spiritualis intelligentiæ, & videte regem Salomonem. Alioquin non erit vobis tutum videre Ecclesiastem: idem enim qui Salomon, id est pacificus, in exilio est: *Ecclesiastes*, id est, concionator, erit in iudicio. *Idida*, id est, dilectus Domini, in regno, in exilio mansuetus, & amabilis, in iudicio iustus, & terribilis, in regno gloriosus, & admirabilis. Vbiq; Rex est. Licet enim primus eius non sit de hoc mundo, tamen rex est, etiam in hoc mundo. Interrogatus siquidem: [Ergo Rex es tu? Ego, inquit, in hoc natus sum, & in hoc veni in mundum.] Hic ergo, rector est morum, in iudicio discretor meritorum, in regno distributor premiorum. Egredimini proinde filia Sion, & videte eum in diademate, quo coronauit eum mater sua, in corona paupertatis, in corona misericordiæ. Siquidem coronatus est, & à nouerca sua, corona spinea; à matre, corona misericordiæ, coronandus à familia sua corona iustitiæ. Coronat enim eum & Pater, corona gloriæ. O Regem! ô Diadema! Mater synagoga, non matrem se exhibens, sed nouercam, Regem nostrum corona spinea coronauit. Pudeat sectari gloriæ membra quibus caput suum tam inglorium exhibetur, peccatorum scilicet nostrorum circumdatum spinis. Pudeat sub spinato capite, membrum fieri delicatum, quod amictum interim purpura, non tam honoris sit, quam irrisiois.

Christus in nobis illuminat intellectum: Spiritus sanctus purgat affectum.

95. **SAPIENT.** 9. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.* **BERNARD.** Per sensum hinc arbitror intellectum designari, qui tunc verè deprimitur cum multa cogitat: cum non colligit se circa illam, & vnica cogitationem, quæ concipitur de ciuitate illa, cuius [participatio eius in id ipsum.] Huiusmodi intellectum oportet deprimi, & distrahi per multa, multis & multiplicibus modis. Animam verò existimo affectiones, quæ corrupto corpore diuersis passionibus afficiuntur, quæ mitigari nunquam possunt, ne dicam sanari: donec voluntas vnquam quærat, & tendat ad vnum. Duo ergo sunt quæ nobis purganda sunt, intellectus vt nouerit, affectus vt vclit. Christus intellectum illuminat, Spiritus sanctus, affectum purgat. Venit enim Filius Dei, & tot & tanta mirabilia operatus est in mundo, vt meritò intellectum nostrum, ab omnibus mundanis rebus euocauerit, vt semper cogitemus, & nunquam cogitare sufficiamus, quia mirabilia fecit. Quis enim cogitare sufficiat, qualiter rerum Dominus præuenit nos, venerit ad nos, subuenit nobis, & singularis illa maiestas voluerit mori, vt viuereamus: seruire, vt regnaremus: exulare vt repatriaremus, & vsque ad feruillissima inclinari, vt constitueret nos super omnia opera sua? Talem se obtulit Apostolis, Apostolorum Dominus: & quia discipuli carnales erant, & Deus Spiritus est, nec bene conuenit Spiritui & carni, vmbra corporis sui temperauit se eis, vt omnem cogitatum eorum, ab humanis rebus, ad carnem suam adunaret, & sic de carne transferret ad Spiritum. Non tibi videtur eis intellectum illuminasse, cum aperuit illis sensum, [vt intelligerent Scripturas?] Sed illi, sanctissimæ carni assuefacti, verbum de discessu eius audire non poterant, quia intellectus illuminatus erat, sed nondum

nondum purgatus affectus. Eleuatus igitur in cœlum, Spiritum sanctum misit, qui affectum illorum, id est, voluntatem, mundaret, imo potius alterauit, vt iam magis velint Dominum ascendisse, quem prius detinuisse voluerant. Sic ergo eorum intelligentia illuminata per Christum, & voluntas emundata est per Spiritum sanctum, vt sicut bonum nouerint, sic & velint: quod non solam perfecta religio, sed religiosa perfectio est.

Christus fructus seminis Patribus repromissi.

96. **I**S A I. I. *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorrha similes essemus.* BERNARD. Videtur mihi quasi quoddam semen fuisse diuinæ cognitionis, tanquam è cœlo iactatum in terras, alloquutiones & promissiones factæ cœlitus ad Patres, scilicet Abraham, Isaac, & Iacob. Floruit autem hoc semen, in mirabilibus, quæ ostensa sunt in exitu Israel de Ægypto, in figuris & ænigmatibus, per totum iter in deserto, vsque ad terram promissionis, & deinceps in visionibus, & vaticiniis Prophetarum. In ordinatione quoque regni, ac Sacerdotij, vsque ad Christum. Christus autem, seminis huius, & horum florum fructus esse intelligitur. sed prodeunte fructu, flos decidit. Quia veritate apparente in carne figura pertransit. Christo enim nascente, omnia transferunt, quæ in figura contingebant eis. O D O T V S C V L A M. Hoc est semen quod rorantibus cœlis in terram, vteri Virginalis nubes pluerunt. Hoc semen infidelitate Iudeorum mortificatum, fide Populorum multiplicatum est. Hoc semen egressum de cœlo, cum fructu suo recurrit in cœlum, iuxta illud: [Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.] Hoc semen est Verbum Dei, quod nisi Dominus virtutum nobis reliquisset, à Dei nostri laudibus, ora nostra penitus clauderentur, & spinis peccatorum, & operum asperitate essemus reprobandi. Sodoma enim muta, Gomorrha aspera interpretatur. Inuidiosus est autem suo factori, qui ab eius laudibus obmutescit; inuidiosus proximo, qui spinosus peccatis, non est ei sociabilis in motibus. De quibus ait Apostolus: [sine affectione, absque fœdere, sine misericordia.

Qui Christum nunc videt humilem, postea videbit & sublimem.

97. **I**S A I. 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum,* &c. BERNARD. Magnum spectaculum; & beati oculi viderunt. Hoc quippe contemplari sanctorum omnium vnicum semper desiderium fuit. Ipse est Deus in quem desiderant angeli prospicere, quem videre vita æterna est. Sed aliam audio eiusdem Prophetæ, & eiusdem Domini longè dissimilem visionem: [Vidimus enim, & non erat aspectus, neque decor; desiderauimus eum, despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem; & quasi absconditus vultus eius, & despectus. vnde nec reputauimus eum.] *Isai. 53.* Non sine causa ibi, *vidimus* scriptum est; hic, *vidi*: vt scilicet intelligas, illam esse communem, hanc verò excellentiæ singularis. Tu quoque si desideras videre sublimem, humilem prius lesam videre curato: intueri prius exaltatum in deserto serpente, si videre desideras in solio resedentem: ista te humiliet visio, vt illa exaltet humiliatum. Reprimat, & sanat ista tumorem tuum, vt illa repleat, & satiet desiderium tuum. Exinanitum vides, non sit otiosa ista visio; quia exaltatum otiosè videre non poteris. Similis eris illi, cum videris cum sicari est. Esto & nunc similis ei, videns eum sicut pro te factus est. Si enim, ne in humilitate qui-

dem, similitudinem eius abnuis, certa tibi sublimitatis quoque similitudo debetur. Nunquam ille focium tribulationis, à communionem gloriæ patietur arceri. Quia ergo si comparimur, & conregnabimus; sit interim meditatio nostra Christus, & hic crucifixus. Ipsum amplectamur brachijs quibusdam vicariæ dilectionis. Ipsum sequamur studio piæ conuersationis. Opportune siquidem visione prima, tanquam hyemali adhuc in tempore, non super solium, sed in inferiori atque humiliori habitatione videtur. Duplicem quidem soler habere magna domus qualibet mansionem, æstiualem superius, inferius hiemalem. Igitur dum ipsa etiam discipulorum corda brumali adhuc glacie stringerentur, & Petrus quoque non minùs gelido corde quàm corpore, calefaceret se ad prunas, tempus omnino non erat habitandi in solio. At vbi cantabitur canticum nouum, [hyems abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra:] oportune tunc iam ascendet in solium, & habitabit Dominus in excelso. Puta ergo Isaiam cum hoc loqueretur, illius gloriam temporis, oculo prauidisse propheticò. [Vidi, inquit, Dominum sedentem super solium excelsum, &c.

Christus quare dicatur venisse de petra ad nos.

98. **I**S A I. 16. *Emite Agnum Domine dominatorem terræ de petra deserti ad montem filie Sion.* AILRE-DVS. *Petram deserti*, vt existimo, speluncam illam appellant, quæ in locis desertis, natura vel arte excissa in petra, Loth excepit de Sodomis fugientem. De hac petra deserti in magna admiratione agnum dicit processurum, quia in ea genitus est Moab, de cuius semine nata est Ruth, cuius filius Obed, cuius filius Iesse, cuius filius David, de cuius genere natus est Christus. Montem Sion, qui erat in Ierusalem ad litteram dicit, vel montem filie Sion, Templum vel Ecclesiam vocat. Allegoricè *Petra* dicitur synagoga; eo quòd quadraginta annis eremi habitatrix effecta, hibebar [de spirituali consequente eos petra,] multisque in infidelitate pereuntibus, in perfectioribus fidei firmitatem seruauit. Vel certè de petra deserti ad montem filie Sion agnus emittitur, cum de umbra legis, ad veritatem transit Euangelij.

Christus Seminatio.

99. **M**A T T H. 13. *Exit qui seminat, seminare semen suum.* BERNARD. O genus Adam, quàm multi seminauerunt in te, & quàm pretiosum semen! Quàm malè peribis, & quàm meridè si in te perierint hæc omnia. Seminavit in terra nostra tota Trinitas, seminauerunt Angeli, Apostoli, Martyres, Confessores, & Virgines, seminavit Deus Pater eructans in corde suo verbum bonum, seminavit & filius, ipse enim est qui exiit seminare semen suum: Pater enim non exiit, sed Filius à Patre processit. Venit in mundum, vt qui prius erat cogitatio pacis, in corde Patris, fieret pax nostra in vtero Matris. Seminavit Spiritus sanctus, quia & ipse venit, & apparuerunt Discipulis dispersitæ linguæ tanquam ignis. Ita tota Trinitas seminavit, Pater, panem de cælo; Filius, veritatem; Spiritus sanctus charitatem. Seminauerunt Angeli sancti prudentiam, qui prius eam alijs errantibus tenuerunt; sed, & Apostoli hanc ipsam seminauerunt nobis, quando recedentibus his qui mundi sapientiam sequebantur, ipsi Domino adhaeserunt. Scandalizati enim sunt audientes de Sacramento carnis & sanguinis, & ultra non erant cum eo. Discipuli verò interrogati, an & ipsi vellent abire? Responderunt: [Ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.] Necessè habemus, fratres, hanc prudentiam imitari, quia multi adhuc cum Iesu ambulant, donec veniant ad edendum carnem eius, & sanguinem bibendum, id est,

id est, ad communicandum passionibus eius. Hoc enim, & verbum illud, & ipsum sacramentum significat. Hanc itaque prudentiam nobis Apostoli seminauerunt. Martyres verò manifestum est, fortitudinem seminasse. Porro confessores seminauerunt iustitiam, quam in omni vita sua sequuti sunt. Hoc enim interest inter Martyres, & Confessores, quod inter Petrum simul omnia relinquentem, & Abraham, substantiam mundi in bonos vsus expendentem. Illi enim in breui consummati expleuerunt tempora multa: isti verò, & longa & multimoda traxere martyria. Virgines sanctæ temperantiam seminauerunt, quæ perfecte libidinem calcauerunt.

Christus Minister noster.

100. **M**A T T H. 20. *Non veni ministrari, sed ministrare, & dare animam meam in redemptionem pro multis.* BERNARD. Quod quidem ceterorum nemo fecisse inuentus est. Bonus minister, qui carnem suam in cibum, sanguinem in potum, animam ministravit in pretium. Bonus planè, qui spiritualiter charitate feruens, pietate deuotus omnes superat, & vincit alacritate ministrandi, factus tanquam vnus ex illis, dissimulans iniuriam, & accumulans gratiam.

Christus, dies.

101. **M**A R C. 6. *Et vocauit Iesus duodecim discipulos suos.* P E T R V S C H R Y S O L. Post diuturna tempora terræ, noctis, auroræ suæ desiderato splendore, æternus Deus Christus noster luxit in lucem, qui duodecim horas suas, in Apostolis suis duodecim signanter aptaret. Hunc Beatus Psalmista propheta vidit spiritu, cum canebat: [Hæc est dies, quæ fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.] Vnde & Apostolus *lucis ac diei filius* appellat credentes. [Vos, inquit, filij lucis estis, & diei.]

Is quem Christi non lætificat natiuitas, vel impius, vel reprobus indicatur.

102. **I**O A N. 1. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* V V E R R I C V S. Quia Deus non poterat nobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, Verbum eius caro factum est, vt non solum audire, sed & videre possit omnis caro, quod os Domini loquutum est. & quia in Sapientia sua, non cognouit mundus sapientiam Dei, dignatione ineffabili eadem Sapientia Dei se stultam fecit, vt quamlibet idiotis, vel hebetibus se discibilem præberet, & per stultitiam prædicationis saluos faceret credentes. Non solum autem visibile, & tractabile, sed etiam gustabile, & odorabile nobis verbum Dei factum est. Quippe quòd per omnes vias sensuum aditum sibi ad misericordiam quaesierit, quatenus sicut per sensus mors intrauerat, sic per eosdem rediret & vita. Quòd ergo Verbum, caro factum est nobis, qui toti sumus caro: factum est, vt qui antea Verbum Dei poteramus audire tantum, nunc carnem factum, & videre possimus, & gustare, omnèque sensus in testimonium auditus conuocare, quatenus omnes sensus nostri, consensu vno, & vna voce cõstentur, [sicut audiuius, sic vidimus.] Incomparabiliter autem amplius nunc concessum est visui, quàm vnquam fuerat auditui, cum modo videatur quod Deus est, & antea magnum haberetur audire verbum quodcumque ex Deo est. & verbum quidem quod ex Deo est, vidi aliquando cum tardio audiri: sed Verbum quod Deus, nunquid poterit, nisi cum gaudio videri? In me primum sententiam feram, quia Verbum, quod Deus est, cum se mihi in natiuitate sua videndum, præbeat in eo quod sum, si non me lætificat, impius sum, si non ædificat, reprobus sum.

Christum induere debemus, & qualiter.

103. **R**O M A N. 13. *Induimini Dominum Iesum Christum.* H V G O de S. V I C T. Formam Christi, similitudinem Christi hanc indue, assume, conformare, cõmetire. Sursum & deorsum pergit Sapientia à sine vsque ad finem: sursum maiestate, deorsum humilitate. Si altitudinem respicis, nemo est Christo sublimior; si deiectionem, nemo humilior. Vide quantum descendit humilitate: filius erat, & factus est seruus, & accepit, non solum conditionem serui, vt subesset, sed & mali serui, vt vapularet, & amplius, vt solueret per poenam, quod non rapuerat per culpam. Quis sic gloriari potest, quis sic humiliari? Vsq; ad imum humiliatus, vsque ad summum exaltatus. Descende post Christum humilitate infima patientiando. Ascende post Christum charitate summa appetendo. Perge cum ipso, vt crescas in ipso. Imitari potes, non aquare.

Non minus nobis profuit Christi infirmitas, quàm potestas.

104. **I**C O R I N T H. 1. *Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* BERNARD. Totum nobis de Christo valuit, totum salutiferum, totum necessarium fuit: nec minùs profuit infirmitas, quàm maiestas. Quia etsi ex Deitatis potentia peccati ingum iubendo iubemur, ex carnis tamè infirmitate, mortis iura moriendo concessit. Sed & illa eius stultitia, per quam ei placuit saluum facere mundum, vt mundi confutaret sapientiam, confunderet sapientes, quòd videlicet cum in forma Dei esset, Deo aequalis, semetipsum exinanivit, formam serui accipiens, quòd diues cum esset, propter nos egenus factus est, de magno paruus, de excelso humilis, infirmus de potente, & cetera quæ passus est voluntate, non necessitate: hac ipsius quaedam stultitia, noue nobis fuit via prudentiæ, iustitiæ forma, sanctitatis exemplum. Mors igitur à morte, vita ab errore, à peccato gratia liberauit.

Christus factus est nobis Sapientia, & iustitia, sanctificatio & redemptio.

105. **I**C O R I N T H. 1. *Christus factus est nobis à Deo Patre sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.* G A L F R I D. Igitur cui placent hæc, nõ placere illi nõ potest, & qui hæc amat, illum nequit non amare. Factus est nobis sapientia, vt expectata fuerat gloriæ præmia, per ipsius gratiam prælibemas. Iustitia, quòd ipse sit qui operatur in nobis, & velle, & operari, & perficere pro bona voluntate. Sanctificatio, vt peccata quæ odimus, eius ope & opere declinemus. Redemptio, vt per ipsum ab æternis quæ peccando meruimus supplicijs eriamur. Hæc quatuor vnusquisque nostram debet habere in se, sanctificationem in contritione cordis, sapientiam in confessione oris, iustitiam in sanctificatione operis, redemptionem in consummatione virtutis: qui enim perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hæc quatuor habuit Iatro qui in cruce Christum confessus est, habuit sapientiam, quia per fidem illuminatus est, habuit iustitiam, quia per fidem illuminatus, tunc Christum Deum esse cognouit, quando eum omnes discipuli reliquerunt: Habuit iustitiam, quia alterum Iatronem blasphemantem, per charitatem corripuit, & se ipsum per poenitentiam accusauit, & Christi innocentiam fideliter prædicauit: hanc enim triplicem portionem iustitiæ sonant verba Iatronis. Ait enim ad alterum: [Nec tu times Deum, qui in eadem damnatione est?] Ecce correctio per pietatem erga proximum. [Et nos quidem iuste, inquit, nam digna factis recipimus.] Ecce cognitio culpæ per poenitentiam.

nitentiam. [Hic verò nihil mali gessit.] Ecce prædicatione innocentiae Christi. Habuit sanctificationem, quia per fidem & dilectionem Christum oravit; dicens: [Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.] Habuit participium redemptionis, sicut Dominus ait: [Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in Paradiso.]

Christum desideriosus non tam portat quam trahit.

106. 1. **C**ORINTH. 6. *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* GILBERTVS. Qui dicit hoc, portari à nobis vult Christum, sed gloriose, non cum tædio, non cum murmure, non cum indignatione, & fluctuante proposito. Denique portari, non trahi. Trahit cui onerosus est Christus, onerosa castitas, onerosa humiliatio, obedientia grauis, paupertas fordet. Deformiter portas, qui sic conuersaris. Fascis quidem grandis tibi videtur, fides, & pietas ponderosa. Non potes dicere: [Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi?] Quid scænum tibi videtur fides tua, sub cuius onere sic sedes, sic genis, sic murmurat, quomodo plaustrum stridet onustum scæno? Non est scænum Christus, sed flos est, fructus est, sed lignum vitæ est, lignum quod dat fructum suum in tempore suo: & tu non vis tempus expectare. Beati qui vescuntur tempore suo.

Quare Christus Pater misericordiarum dicatur.

107. 2. **C**ORINTH. 1. *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.* BERNARD. In eo quod dicitur: *Pater Misericordiarum*, proprio nomine filius appellatur. Ipse enim est de quo legitur: [Misericordia Domini ab æterno.] Sed fortè quis dicat: quomodo illi proprium est misereri, cuius iudicia Domini abyssus multa? Sed & [omnes viæ eius] non solum misericordia, sed [misericordia, & veritas.] Verum id quidem. Cui vult, miseretur, & quem vult, indurat. Sed quòd miseretur, proprium est illi: ex se enim sumit misericordiam, & velut seminarium miserendi. nam quòd iudicat, & condemnat, nos eum quodammodo cogimus, vt longè aliter de corde illius miseratio, quam animaduersio procedere videatur. Ipsum audi dicentem: [Nunquid voluntatis meæ est mors impij, & non magis vt conuertatur, & viuat?] Rectè igitur, non Pater iudiciorum, vel vltionum, dicitur, sed misericordiarum, non modò quòd Patris videatur misereri potius, quam indignari, sed magis quòd miserendi causam sumit ex proprio: iudicandi verò, vel vltionis, magis ex nostro. Sed si propter hoc, *Pater misericordiarum*, quare *Pater misericordiarum*? At propter substantiam, duplicem qua subsistimus, cum sit vtraque tam misera, non incongruè duplex hominum dicitur miseria, licèt sit multiplex vtraque: siquidem & cordis & corporis tribulationes multiplicatæ sunt. Sed ab vtrisque eruit qui totum hominem saluum fecit. Cum ergo Dei filius, primò propter animas venerit, secundò propter corpora sit venturus, non incongruum videtur, vt in eo quòd Patri misericordiarum benedicimus, duplicem hanc misericordiam confiteamur: [Qui consolatur nos, inquit, in omni tribulatione nostra,] non in hac vel illa tantum, sed in omni. Vtinam nos de illis simus, non quibus dicit, *eo*, sed quos consolatur Dominus Deus suus. Quis enim consolatur eos, qui suam habent consolationem? Non consolatur Christi infantia garrulos, non consolatur Christi lacrymæ cachinnantes, nõ consolatur parui eius ambulantes in stolis, nec consolantur stabulū & præsepe, amantes primas cathedras in Synagogis suis. Sed vniuersam hanc consolationem

suam æquanimiter fortè expectantibus, in silentio Dominum lugentibus, pannosis, pauperibus cedere videbuntur. Caterum audiant, quòd & ipsi quoque Angeli non alios consolantur.

Quomodo Christus adimpleuit omnia.

108. **P**HES. 4. *Vt adimpleret omnia.* ADAMVS. Omnia impleuit qui celum sanctis regnantibus, terram iustis militantibus, tartarum desperatis peccatoribus deputauit.

De Christi misericordia.

109. **A**D HEBR. 4. *Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, &c.* BERNARDVS. Benedictus Deus, benedictus Dei filius, in forma Dei impassibilis: priusquam exinanisset se, formam serui accipiens, sicut miseriam, vel subiectionem expertus non erat; sic misericordiam, vel obedientiam experimento non nouerat. Sciebat quidem per naturam, non per experientiam. At vbi minoratus est, non solum à seipso, sed etiam paulo minùs ab Angelis, vique ad illam formam, in qua pati & subiici posset, in passione expertus est misericordiam, & in subiectione obedientiam. Per quam tamen obedientiam, non illi scientia, sed nobis fiducia creuit, dum ex misero genere cognitionis, is, à quo longè erraueramus, factus est propior nobis. Quando enim illi appropinquare auderemus, in sua impassibilitate manentis. Nunc autem Apostolo suadente monemur cum fiducia adire Thronum gratiæ ipsius, quem in eo quòd passus est ipse, nobis compati posse non dubitamus. Non ergo debet absurdum videri, si dicitur: Christum non quidem aliquid scire cœpisse, quod aliquando nesciuerit, scire tamen alio modo; vt scire misericordiam ab æterno per diuinitatem, didicisse per carnem: Vnde *infra cap. 5. Didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam, &c.* Pati voluit Christus, vt compati sciret, miser voluit fieri, vt misereri diceret: non quia antè misereri nesciret, cuius misericordia ab æterno: temporaliter didicit experimento. Vel aliter potest intelligi, vt hoc quod dictum est, *didicit*, non ad ipsum caput referatur in eius persona, sed ad corpus eius quod est Ecclesia, vt sit sensus: Didicit ex iis quæ passus est, obedientiam, hoc est: Obedientiam didicit in corpore ex iis quæ passus est in capite. Nam illa mors, illa crux, opprobria, sputa, flagella, quæ omnia caput nostrum Christus pertransiit, quid aliud corpori eius, id est, nobis, quam præclara obedientiæ documenta fuerunt? Denique [Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ait Apostolus Petrus, vt sequamini vestigia eius.] Ex iis quæ passus est, didicimus quanta nos, qui puri homines sumus, oporteat pro obedientia perpeti, pro qua is, qui & Deus erat, non dubitauerit mori.

Quòd Christi gratia preste fuerit præteritis, presentibus, & futuris.

110. **A**D HEBR. 13. *Iesus Christus heri, & hodie, ipse, & in æternum.* BERNARD. Hæc tunc quidem ab initio seculi, vique ad Dominicam Ascensionem; hodiernum verò diem exinde, vique ad seculi consummationem; æternum intellige, post communem omnium resurrectionem. Nulli horum deest Christus, nulli deest Iesus, nulli deest vnctio, nulli salus. Patriarchis, & Prophetis in visione exhibitus est; Apostolis, in humilitate; nobis, in fide; Angelis, in specie: quam sanè speciem, & electis hominibus ostensurum se promisit, non quidem hodie, sed in æternum. Denique, iam transierat, iam nostrum illud illuxerat hodiernum, cum Apostoli loquerentur, & si cognoui

cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Videtur tamen etiam in hoc mane, de carnibus agni non nihil esse seruatum, sed quod residuum est, iam datur igni. Quòd videlicet vique hodie eadem caro nobis, sed spiritualiter, non carnaliter exhibetur. Neque enim est quòd causemur nostro huic negatam tempori, siue cam quæ ad Patres veteris Testamenti facta est, apparitionem, siue cam quæ Apostolis exhibita est, præsentiam carnis eius. Si quidem fideliter considerantibus, neutram deesse liquebit. Adest enim nobis etiam nunc, carnis ipsius vera substantia; haud dubium quin in sacramento asunt reuelationes, sed in spiritu, & virtute, vt tempori gratiæ, quæ nunc est, nihil in vlla gratia deesse probetur. Nec mireris quòd carnales illis manifestationes exhibuit, qui carnalem eius præstolabantur aduentum. Nobis enim tanto efficacior gratia, & reuelatio dignior necessaria est, quanto excellentior constat esse quæ expectamus.

Christum quiuis homo valet imitari.

111. **I.** **I**OAN. 1. *Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ipse ambulauit, & ipse ambulare.* GALERIUS. Ad hoc venit, ad hoc missus est à Patre, Apostolo teste, [quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri filij sui.] Nullus verò est, qui veraciter possit dicere quòd Christum sequi non possit. Sequi potest etiam, qui non potest sequi quocumque ierit. Omnes possumus imitari eum, cui nullus æquari. Quis humilior, quis sublimior Christo? Quis tam diues, quis tam pauper existit? Denique, Quis tam sanctus, quis tam multiplici vel tam grauium oneratus pondere peccatorum? Patienter sustinete charissimi. Non blasphemor nec Iudæi quid possent obloqui inueniant, cum diceret: [Quis ex vobis arguet me de peccato?] Peccata Christus non habuit lua, sed nostra portauit.

Christus non solum congregauit populum, sed & redemit.

112. **I.** **I**OAN. 5. *Hic est, qui venit per aquam, & sanguinem, Iesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua, & sanguine.* BERNARD. Hoc ad differentiam Moyses arbitror accipiendum. Moyses siquidem, in aqua venit, à qua nomen accepit, vt Moyses vocaretur. Manifestè autem plusquam Moyses hic, vt pote qui venerit non in aqua solum sed in aqua, & sanguine. Aqua multæ populi multi. Venit ergo in aqua tantum qui congregauit populum, sed populum non redemit. Nam & ipsa quoque de seruitute Ægyptia liberatio, non Moyses, sed Agni sanguine facta est.

Christus sponsus est in capite, & sponsa in corpore.

113. **A**POCAL. 21. *Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem, &c. à Deo paratam, tanquam sponsam ornataam viro suo, &c. & audiui vocem, &c. Ecco tabernaculum Dei cum hominibus, & habitauit cum eis.* BERNARD. Ad quid? Credo vt sibi acquirat sponsam ex hominibus. Mira res. Ad sponsam veniebat, & absque sponsa non veniebat. Quarebat sponsam, & sponsa cum ipso erat. An duæ erant? Absit. Vna est columba mea. Sed sicut de diuersis ouium gregibus vnum facere voluit, vt sit vnum ouile, & vnus Pastor: ita cum haberet sponsam sibi inhaerentem à principio multitudinem Angelorum, placuit & de hominibus conuocare Ecclesiam, atque vnire illi quæ de celo est, vt sit vna sponsa, & sponsus vnus. Ergo, ex adiecta illa, perfecta est illa, non duplicata. Porro ynam conformitas facit, nunc quidem in simili deuotione; postea verò etiam in pari gloria. Habes itaque vtrumque de celo, & sponsam scilicet Iesum, & sponsam, scilicet

Ierusalem. & ille quidem, vt videtur, semetipsum exinanuit, formam serui accipiens. [At illam in quam putamus forma seu specie, aut in quo habitu vidit descendente ille qui vidit? An fortè in frequentia Angelorum, quos vidit descendentes & ascendentes super filium hominis? Sed melius dicimus, quòd sponsam tunc vidit, agnoscens duos in carne vna. Dum enim sanctus ille Emanuel terris intulit magisterium disciplinae caelestis, dum superna illius Ierusalem (quæ est mater nostra) visibilis quadam imago, & species decoris eius, per ipsum nobis, & in ipso expressa innotuit: quid nisi in sponso sponsam perspeximus? vnum eundemque Dominum gloriæ admirantes, & sponsum decoratum corona, & sponsam ornatam monilibus suis. Ipse igitur qui descendit, ipse est & qui ascendit, vt nemo ascendat in celum, nisi qui descendit de celo. Vnus idemque Dominus, & sponsus in capite, & sponsa in corpore. Nec frustra in terra visus est homo caelestis, cum de terrenis caelestes quam plurimos fecerit sibi similes, vt sit quod legitur: qualis caelestis, tales & caelestes. Ex tunc deinceps, in terra viuitur more caelestium, dum instar superna illius beatæque creaturæ, hæc quoque, quæ à finibus terræ venita adire sapientiam Salomonis, caelesti viro nihilominus casto inhaeret amore. & si nec dum quomodo illa iuncta per speciem, tamen sponsata per fidem.

Christi Domini attributa varia.

114. **C**YRILLVS IEROSOLYM. *Catech. 10. Dicitur ostium.* Sed non putes ligneam esse appellationem, sed ostium viuum, rationale, discernens ingredientiens. *Via* vocatur non pedibus calcata, sed quæ ducit ad eum, qui est in caelis, Dominum. *Ouis* vocatur, sed non irrationalis, sed quæ per proprium sanguinem suum, mundum à peccatis mundat, quæ dicitur coram tendente se, & scit quando tacere oporteat. Hæc ouis rursus vocatur *Pastor*: cum dicit, [Ego sum Pastor.] Ouis propter incarnationem, pastor propter benignitatem Deitatis. *Leo* quoque vocatur, non hominum vorator; sed regium quiddam & solidum, atque confidentis personæ; per eam appellationem indicatur: leoque vocatur ex aduerso illi leoni nostro aduersario rugienti, & aberrantes deuoranti. *Lapis* vocatur, non inanimatus, manibus hominum excisus, sed [lapis angularis: & qui credit in eum nõ confundetur.] *Christus* vocatur, non humanis manibus vnctus, sed à Patre perpetuò in eam quæ super homines sacerdotij dignitatem inunctus. *Morinus* vocatur, non permanens inter mortuos, vt omnes qui suat in inferis, sed solus ex mortuis liber. *Filius hominis* vocatur, non vt quilibet nostrum ex terra generationem habens, sed venturus in nubibus iudicare vivos, & mortuos. *Dominus* vocatur, non abusiue, sed tanquam inter homines. *Iesus* vocatur, vero nomine, à salutaris medicina habens appellationem. *Filius Dei* vocatur, non per adoptionem inductus, sed naturaliter genitus. & *infra*. Vnicuique sit varius Saluator ad vtilitatem. Qui enim indigent recreatione, & lætitia, illis sit *Vinea*: Qui opus habent, vt ingrediantur, illis sit *Ostium*: & qui cupiunt offerre orationes, illis sit *Mediator summisque Sacerdos*. Rursus peccata habentibus, sit *Ovis*, vt pro ipsis mactetur. Non abusiue *Dominus* vocatur, sed verè Dominus existens. Quoniam nutu Patris dominatur suis opificiis. Nos quidem habemus dominium super homines, honore nobis æquales, & affectionibus similes, sapientumque etiam nobis generosiores, & iuuenis per sepe dominus sit seruorum, maximè senum. Dominium autem Domini nostri Iesu Christi non est eiusmodi, sed primùm factor, deinde Dominus.

Idem.

115. **G**REGOR. NAZIAN. *Tract. de Fide. Verbum* nuncupatur, quia semper in Patre, & de Patre, & nihil sine eo Pater iussit, aut fecit, *Primum* dicitur, quia propriè de Deo est, & omnis potestas Patris in ipso consistit. *Sapientia* appellatur, quia non aliunde quàm de Patre veniens, credentibus arca caelestia reserauit. *Dextera* nuncupatur, quia per eum omnia diuina opera perfecta sunt. *Brachium* dicitur, quia ab ipso omnia continentur. *Margarita* appellatur, vt nihil pretiosius habeatur. *Thesaurus* dicitur, vt in ipso omnes opes ac diuitiæ regnorum caelestium recondita cognoscantur. *Retia* dicitur, quia per ipsum, & in ipso de mari sæculi, diuersa gentium multitudo, more piscium, per Baptismum in Ecclesia congregatur, vbi bonorum malorumque discrimen cognoscitur. *Ararium* nuncupatur, quia signo crucis eius, dura pectora subiguntur, vt necessario semini præparentur. *Fons aquæ viuæ* appellatur, quia ex eo sapientium corda caelestis aquæ gratia irrigantur. *Petra* dicitur, quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiem præstat. *Lapis angularis* dicitur, quia vtrosque parietes noui & veteris Testamenti, ipse vnus & mediator in semetipso continens copulauit. *Agnus* appellatur, vt innocentia Christi, & passio demonstratur. *Homo* dicitur, quia secundum carnem propter nos homines nasci dignatus est. *Vinulus* dicitur, quia propter nostram salutem immolari sustinuit. *Aquila* dicitur, quia post venerabilem resurrectionem, vt rex alitum ad Patris reuolat sedem. *Leo* est dictus, quia ipse est Rex regum, qui mortem ac Diabolum, virtutis suæ potestate comminuit. *Via* est, quia per ipsum ad Patrem accessus est. *Veritas* est, quia mendacium nescit. *Vita* est, quia dat vitam, & ipsum hæc vniuersa significant.

Christus, brachium Domini.

116. **I**SALVS. *Et brachium Domini, cui reuelatum est* EUBELIVS EMISSENSIS, *homilia prima de Natiuitate Domini. Brachium* dicitur, quia Dei virtus, quia Paternæ operationis effectus est. Quia sicut de corpore brachium sine sui separatione porrigitur, sicut per compaginis vnitatem extenditur, & tenetur; ita Saluator noster inseparabilis cum Patre substantiæ, & ad terrena descendit, & caelestia non reliquit, & hic affuit, & ibi non desuit.

Christus Fons.

117. **G**ENES. 2. *Fluvius egrediebatur de loco voluptatis* Ad irrigandum Paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita. BERNARD. *Sermone 1. de natiuitate Christi.* Vt in Paradiso terrestri, quatuor fuere fontes, qui vniuersam irrigarent terram: ita in Christo qui noster est Paradysus, quatuor est reperire fontes. Primus, fons misericordiæ ad diluendas culpas, aquis remissionis; Secundus, fons sapientiæ, ad potandum sitim nostram, aquis discretionis. Tertius, fons gratiæ, ad irrigandas plantas bonorum operum, aquis deuotionis. Quartus, fons ad condiendum & decoquendum nostras affectiones, aquis æmulationis, & de istis intelligi potest locus Isaia: [Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.]

Christus Sol, & Dies.

118. **C**YPRIAN. *lib. 4. Epist. 4.* Si dies omnibus æqualiter nascitur; si Sol super omnes æquali & pari luce diffunditur: quanto magis Christus Sol, & dies verus, in Ecclesia sua lumen vitæ æternæ æqualiter largitur? cuius æqualitatis sacramentum videmus in Exodo esse celebratum, cum de caelo manna deflueret, & futurorum præfiguratione, alimentum

panis caelestis cibum Christi venientis ostenderet. Illic enim, sine discrimine sexus, vel ætatis, gomor à singulis æqualiter colligebatur: vnde apparebat, Christi indulgentiam, & caelestem gratiam postmodum sequuturam, æqualiter omnibus diuidi, sine sexus varietatis, sine ætatum discrimine, sine acceptione personæ super omnem Dei populum spiritualis gratiam numeris infundi.

Christus quare dicatur ignorare iudicij diem, & horam.

119. **M**ARC. 13. *De die autem illo, vel hora, nemo scit, nec Angeli in caelo, nec Filius, nisi Pater.* BASIL. *Epist. 142.* Hac ratione minor Patre est filius, quod tui gratia factus est mortalis, vt te à mortalitate liberaret, & caelestis vitæ participem redderet. Quem admodum si quis Medicum reprehendat ob id quod super agrotantium morbos incumbens, participes factoris illorum esset factus, vt decumbentes agrotos restitueret. Propter te, & horam, & diem iudicij ignorat, quamquam nihil latet veram illam Sapientiam, nam per illam omnia sunt condita. Nemo enim mortalis vsquam est, qui suum opus ignoret. Verum id ita dispensat Christus propter tuam infirmitatem, ne vel hi qui deliquerunt, per angustiam præscripti temporis adigantur ad desperationem.

Idem.

120. **A**THANAS. *Serm. 4. contra Arrianos.* Si Christus diem iudicij nesciret, nunquam ea quæ diem iudicij anteueniunt, designasset: quippe ignarus quando ea hora futura esset. Ac veluti si quis domum, aut ciuitatem ignaro certis signis describere cupiens, ea quæ ante domum, vel ciuitatem consistunt, percenset, & post omnia designata loquatur, iam deinde in proximo tibi est ciuitas, aut domus: certè fieri non potest, vt is qui ita rem demonstratam tradit, incognitum habeat vbinam locorum domus, aut ciuitas consistat. Nam si id eum lateret, profectò nunquam indicauerit ea quæ prioribus locis consistunt; quin potius per ignorantiam auditores suos procul à recto diuerterit, aut inter loquendum, non animaduertent se in te significanda limites transmittere. Ita quoque Dominus, enarrans ea quæ præuia sunt ante illam diem, & horam, exactè nouerat, nequaquam ignarus, quandonam illa dies & hora immineret. *Et infra.* Nam si Verbum est, & ille ipse est qui venturus est, idemque, & iudex, & sponfus; latere eum non potest, quando, & qua hora venturus sit. Nam sicuti vt homo, cum hominibus esurit & sitit, & paritur: ita cum hominibus vt homo non nouit.

Qualiter Christus sit figura substantiæ Patris.

121. **A**D HEBR. 1. *Qui cum sit splendor gloria, & figura substantiæ.* ORIGEN. *Periarchon. cap. 2.* Vt plenius intelligatur, quomodo Saluator figura est gloriæ & substantiæ eius, vtamur exemplo, quod quamuis rem non planè ac propriè significet, de qua agimus, tamen ad hoc solum videatur assumptum, quod exinaniens se filius qui erat in forma Dei, per ipsam sui exinaniationem studet nobis diuinitatis plenitudinem demonstrare. verbi gratia: Si facta esset statua talis, quæ magnitudine sui, vniuersum terræ orbem teneret, & pro sui immensitate à nullo considerari posset: fieret autem alia statua, membrorum habitu, ac vultus lineamentis, specie ac materia per omnia similis, absque magnitudinis immensitate, pro eo, vt qui illam immensam considerare ac intueri non possent, hanc videntes, illam vidisse confiderent, pro eo, quod omnia membrorum & vultus lineamenta, vel ipsam speciem

speciem materiæque, similitudine prorsus indiscreta feruaret: Tali quadam similitudine exinaniens se Filius Dei, æqualitate Patris, & viam nobis cognitionis ostendens, figura expressa substantiæ eius efficitur: vt qui in magnitudine Deitatis suæ posita, gloriam miræ lucis non poteramus aspicere: per hoc quod nobis splendor efficitur, intuendæ lucis diuinæ viam, per splendoris capiamus aspectum.

Christus exinaniuit seipsum sine proprio detrimento.

122. **A**D PHILIP. 2. *Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens.* GREGOR. NAZIAN. *lib. de Fide.* Non vtique sic exinanicum accipimus, vt aliud quàm quod fuerat, idem spiritus fieret, sed vt seposito interim maiestatis suæ honore, humanum corpus indueret, quo suscepto salus gentium fieret. Vt enim Sol cum nube regitur, claritas eius comprimitur, non excacatur, & lumen illud, quod toto orbe diffusum, claro splendore cuncta perfundit, paruo admodum obstaculo nubis includitur, non aufertur: sic & homo ille, quem Dominus, Saluatorque noster, id est, Deus, Deique Filius induit, deitatem in illo non intercepit, sed abscondit, &c. Vt ergo claritas Solis, non vsque ad nostros emicat visus, sed sibi salua est, quia quod non videtur, infirmitatis est nostræ, quorum oculos nubium texit obscuritas; ita & maiestas illa diuina, quæ (vt dixi) corpus induerat, probat se non suo detrimento proprio latuisse fulgore, sed carnis beneficio, cuius causa Filius Dei, Filius hominis esse sustinuit.

Christi Innocentia.

123. **H**IPPOLYT. MART. *in oratione quam fecit in illud: Dominus pascit me.* Arca ex lignis quæ putrescere non poterant, erat ipse Seruator: eius enim tabernaculum nulli putredini obnoxium, & ab interitu alienum, ideo prædicabatur, quod nullam peccati putredinem produxisset. Qui enim peccauit, & consistetur & dicit, [Putruerunt, & corrupta sunt carceres meæ, à facie insipientiæ meæ.] Dominus autem erat in peccato alienus, vt qui ex lignis putrefactioni minime obnoxius, quod ad humanitatem attinet, nempe ex Virginis, & Spiritus Dei verbo, veluti auro purissimo intra & extra esset contectus.

Idem.

124. **L**EOPAPA *Serm. 4. de Epiphania Domini.* Si lux ista visibilis, nullis immunditiis quibus superfusa fuerit, violatur: nec radiorum Solis nitore, quem corpoream creaturam esse non dubium est, loca vlla sortentia, vel coenosa contaminantur: Quid illius semperitæ & incorporeæ lucis essentiam possit qualibet sui qualitate polluere, quæ se ei, quam ad imaginem suam condidit, sociando creaturæ purificationem præstitit, maculam non recepit? & sic sanauit vulnera iniquitatis, vt nulla pateretur damna virtutis?

In Christo duæ nature, & vna persona.

125. **L**EOPAPA *in Epistola ad Flauianum.* Sicut non eiusdem naturæ est fletus & miserationis affectu amicum mortuum, & eundem remoto quatuordecim aggere sepultura, ad vocis imperium excitare rediunum, aut ligno pendere, & in noctem luce conuersa omnia elementa tremefacere: aut clauis transfixum esse, & Paradisi portas, fidei latronis aperire: ita non eiusdem naturæ est dicere, *Ego & Pater vnus sumus*, & dicere: *Pater maior me est.* Quamuis enim in Domino Iesu Christo Dei & hominis vna persona sit: aliud tamen est, vnde in vtroque communis est contumelia; aliud vnde communis est gloria. De nostro enim illi minor

Patre est humanitas: de Patre illi est æqualis cum Patre diuinitas. Propter hanc ergo vnitatem personæ, in vtraque natura intelligendam, & Filius hominis legitur descendisse de caelo, cum Filius Dei carnem de ea Virgine de qua est natus, assumpserit: & rursum Filius Dei crucifixus dicitur, ac sepultus, cum hæc non diuinitate ipsa, qua vnigenitus, consensu paternus, & consubstantialis est Patri, sed in natura humana sit infirmitatem perpeffus. Vnde vnigenitum Filium Dei crucifixum, & sepultum, omnis etiam in Symbolo conficitur Ecclesia, secundum illud Apostoli: [Si enim cognouissent, nunquam Dominum maiestatis crucifixissent.]

Christus est liber vitæ, signatus septem sigillis.

Quod Christus sit liber vitæ, signatus septem sigillis, vide, liber Vitæ, num. 4. ex Bernardo.

CIRCUMCISIO.

In circumcisioe præcipiebatur Castitas: vide Castitas. num. 7.

Circumcisio per Christum ablata 1. 18.

Circumcisio significabat Christum. 2. 9. 10.

Circumcisio non omnes obligabat. 2.

Circumcisio quare masculis solum præcipitur. 2.

Circumcisio quare tali membro apposta. 3.

Circumcisio quid significabat. 2. 4.

Circumcisionis finis 5.

Circumcisio spiritalis. 6. 7. 8. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Circumcisio Triplex. 9.

Quare Christus voluit circumcidi. 17.

Circumcisio per Christum ablata.

GENES. 3. *Flammæum gladium, atque versatilem collocavit ad custodiendam viam ligni vitæ.* LIPOMAN. Hic flammæus gladius figura fuit circumcisionis gladij, per quam saluabantur. Sed versatilis fuit, eo quod per Christum remouendus & penitus tollendus. *Genes. 4. Cum operatus fueris terram, non dabit tibi fructus suos.* Hoc genus pœnæ sentiunt Iudæi figurati in Cain, (ait Augustinus & Isidorus) quorum operatio terrena, quam adhuc exercent, est carnalis circumcisio, pascha, sabbatum & similia, quæ habent occultam virtutem intelligendæ gratiæ Dei, sed non dant Iudæis fructum nolentibus transire ad Christum. *Genes. 17. Eritque pactum meum in carne vestra, in sædus æternum.* RUPERT. Hoc dicto Iudæi carnis circumcisionem defendere contendunt, sed non est intelligendum quod æterna futura sit circumcisio. Quomodo enim circumcidendi ritus æternus esse poterit, cum sine dubio nascendi successio, finem habitura sit? Sed ad Christum respicit hoc dictum, Dei hominumque mediatorem, qui vera caro de carne illorum est, in quo veraciter pactum, vel fœdus est in æternum, quia ipse circumcisus est Pax nostra, qui fecit vtraque vnum, in quo omnes inimicitia dissoluta. INFER. Vel fœdus dixit æternum, quia illos in æternitatem ducit. CHRYSOST. Quando non habemus aliquibus fidem, curamus vt ad ipsius signum pignoris loco accipiamus. Similiter & omnium Dominus, sciens mentium inconstantiam, hoc ab eis signum petere voluit, non vt maneat signum hoc, sed vt quando signata fidem accipiant, & signi vsus auferatur; ita & hic signatus est populus Patriarcha circumcisioe, donec

veniret veritas. Cum autem ad veritatis lucem accesserunt, cessavit signum. Verum insensari Iudæi, quamuis illuxit veritas, in umbra sedent, & quamuis sol iustitiæ, radios suos undique misit, candelari luci sunt addicti, & quamuis sit tempus ut solido pascantur cibo, adhuc lacte nutriuntur.

Circumcisio significabat Christum.

GENES. 17. *Statuam pactum meum inter me & te, &c. fedore sempiterno.* INTERL. Pactum hoc, pactum est circumcisionis, quod se statuturum sempiterno federe promittit Deus, quia aliquid sempiternum significabat, id est, Christum. *Ut sum Deus tuus, &c.* id est voluntate, qui sum potestate. CAIET. Verè Circumcisio est professio, quod circumcisus diuino subiicitur iudicio, diuinæ est debitor seruandæ iustitiæ. Vnde Paulus docet, quod circumcidens se, debitorem se constituit vniuersæ legis faciendæ.

Circumcisio non omnes obligabat.

CIRCUMCIDETUR ex vobis omne masculinum. CAIET. Aduerte, quod etiam ipsa verba legis huius monstrant, quod lex circumcisionis, non ligauit mundum, sicut lex Baptismi, sed dumtaxat Abraham, & semen eius, & illos ad quos extenditur ratio Abraham, & seminis eius. Dicit enim: *Ex vobis.* LIPOMAN. in *Catena cap. 17.* Cur autem masculis tantum, non etiam mulieribus sit circumcisio imperata, cum & ipsæ originali peccato infectæ sint, & circumcisio in remedium originalis peccati tradita sit? *Primo*, quia principium generationis à patre est: mater autem materiam ministrat: ideo circumcisio solis maribus imperatur. *Secundo*, quia circumcisio instituta est in signum fidei Abraham, qui se creditur Patrem futurum Christi sibi promissi: ideo ad solos mares competebat. *Tertio*, quia Fœminæ alio remedio ab originali purgabatur, videlicet fide parentum, & oblatione hostiarum, sicuti ante circumcisionem viri sancti purgabatur. vnde in Actibus: [Fide purificans corda eorum.] *Quarto*, quia viri fuit causa transfusionis originalis peccati, licet transgressio inceperit à fœmina. vnde Apostolus: [Per hominem peccatum intravit.] *Quinto*, quia circumcisio fuit signum distinguens Israel à gentibus, & ideo debuit dari in sexu per se intro à natura, qui est masculus. Fœmina enim, teste Philosopho, est mas occasionatus.

Quare tali membro apposita.

GENES. 17. *Et circumcidetis carnem præputij vestri.* GRVPER. Hic iam quæritur, cur in tali loco, tali in parte corporis? *Primo*, non in alio membro nudo, quod semper pateret, quia damnosa macula faciem hominis deturpasset. *Secundo*, datum est tali membro, quia circumcisio cum sit signaculum iustitiæ fidei Abraham, quia scilicet creditur ex femine ipsius nasciturum illum, per quem benedicendæ essent omnes gentes, scilicet Christum, in ea parte corporis signaculum debuit dari, per quam semen ipsum naturaliter traiecitur. Quia sicut Noë, fidei suæ rectè in nubibus positum est signum, dicente Deo, [Apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei.] &c. quia prædicenti Deo crediderat, quod diluuium aquarum de nubibus vterius inundaturum non erat: sic rectè Abraham, quia crediderat, dicente Deo, quod in femine eius benedicentur omnes gentes, in loco seminis, fidei eiusdem signum positum est. *Tertio*, ALCVINVS, vel quia in hoc membro Adam culpam inobedienciæ prius cognouit, decuit ut Abraham signum obedientiæ in hoc membro secundò acciperet, ut ita ostenderetur, obediens quandoque generare filios ad vitam, vnde olim præuaricatores

generauit ad mortem. *Quarto*, cap. 2. STRAB. & INTERL. Vel in illo membro circumcisio præcepta est, quo libido solet dominari, quo circumcisus castitatem sibi esse seruandam, & impudicitiam rescindendam cognosceret. AMBROS. Circumcisio carnis, euidentis præceptum est castimoniam, ut aliquis refecet libidinem carnis, & indomitas luxuriæ ac lasciuia refrenet cupiditates. Id enim circumcisionis vocabulo præscribitur, ut omnis impuritatis fœtor abstergetur, & incentiuum libidinis auferatur. LIPOMAN. *Quinto*, quia sic Deo placuit, ut Christi sanguinis effusio significaretur, & crux semper portanda doceretur.

Circumcisio quid significabat.

GENES. 17. *Ut sit signum fœderis inter me & te.* LIPOMAN. Circumcisio signum dicitur, quia expressè significauit abluitionem originalis peccati. *Primo*, quantum ad membrum generationis, per quod originale transfunditur. *Secundo*, quantum ad pœnam quæ erat in circumcisione contra delectationem concupiscentiæ, in qua præcipue viget vis fomitis. *Tertio*, quantum ad sanguinis effusionem, in qua Christi passio designabatur, per quam satisfaciendum erat pro originali. Habet præterea circumcisio moralem significationem. Quoniam erat signum castitatis seruandæ, & impudicitia rescindendæ. Deinde allegoricam, quia significauit purgationem per Christum futuram: *Tertio* Anagogicam, in quantum depositionem corruptibilitatis carnis, & sanguinis, in resurrectione futuram significabat. RVPERT. vnde & additur: *Infans octo dierum circumcidetur in vobis.* Octauus namque dies infantis, octauam significat ætatem mundi, qua circumcidetur infans, id est, expoliabitur orbis omni corruptione mortalitatis, & nouus erit mundus, vniuersali resurrectione regeneratus.

Circumcisio data, ne miserentur Gentibus.

IBIDEM. *Ut sit signum, &c.* CHRYSOST. Ecce finis circumcisionis, vt esset populus assignatus, & sibi segregatus, ne gentibus commiserentur, vt Patriarchæ semen impermixtum maneret, & sic promissa in eis compleri possent. Quemadmodum vir aliquis prudens, & lenis, ancillam habens petulantem, mandata illi dat, ne vnquam extra vestibula prodeat, neque cum prætereuntibus conueniat, & vt melius mandatum seruet, vinculum pedibus eius mittit: ita & misericors Dominus, circumcisionis signum, carni eorum indidit, quasi pedibus vinculum quoddam, vt domesticum habentes signum, non vltra doctrina aliorum opus habeant, THEODOR. Quod id verum sit, hinc facile colligi potest, quod Hebræis quadraginta annos in deserto commorantibus, nihil de circumcisione à Deo illis mandatum est, quia superuacaneum erat: ab omni um enim gentium consuetudine remoti tunc erant. At postquam in Promissionis terram peruenerunt, Deus, Iesu Naue iussit, vt filios Hebræorum circumcideret. Inter gentes enim commoraturi erant, ideoque signo indigebant, quo ab aliis gentibus secernerentur.

Circumcisio spiritualis.

GENES. 17. *Et circumcidetis carnem vestri.* AMBROS. Non incongruè intelligimus, quod circumcisio corporalis, signum circumcisionis spiritualis fuerit. Ergo signum mansit, donec veniret veritas. Aduenit Dominus Iesus, qui ait: [Ego sum via, veritas, & vita,] qui non partem exiguam corporis in signo, sed totum circumcidens hominem in veritate, signum destruxit, & veritatem induxit. Quia posteaquam venit quod perfectum est, quod ex parte erat, euacuatum est. Ideo cessauit circumcisio

partis,

partis, vbi refulsit circumcisio vniuersitatis. Iam enim non ex parte, sed totus homo saluatur, in corpore scilicet, & anima. Scriptum est enim: [Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.] Hæc est perfectio circumcisionis, quia per corporis oblationem, redimitur anima: de qua Dominus ait: [Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam.] Congruit autem vt pars circumcisionis illi populo mandaretur; nobis autem, tota circumcisionis perfectio, vel totius hominis circumcisio. Nam populus ille, dura ceruice, & infirmus erat. Cum ergo partem non potuerit sustinere, quomodo perfectionem seruare potuisset? Vt si puerum literis imbui, à singulis literarum elementis inchoandū est tibi, vt inde ad syllabas, & à syllabis ad nomina & orationes deducas. Neque potest mare quifquam nauigare intrepidus, nisi qui antè in fluminibus nauigauerit; nec puero & prouectiori æqualia onera sunt imponenda. Ita igitur noueris his perfectionem circumcisionis esse seruandam, qui à Christo instituti, validioribus idonei viderentur, & vt fideles probarerentur, quorum multitudo innumera, crucem suam tulit, & pro Christo animam deuouit: & increduli non posse sustinere faterentur exiguum circumcisionis pondus. Ait enim quidam: [Quod nec nos, nec Patres nostri portare potuimus.]

Idem.

IBIDEM. ORIGENES, *Hom. 3. super Genes.* Sicut multa alia in figura contingebant illis: ita & circumcisio illa carnalis, circumcisionis spiritualis formam gerebat. Vnde Paulus: [Non qui in manifesto Iudæus est, nec quæ manifestè in carne est circumcisio, sed qui in occulto Iudæus circumcisione cordis in spiritu, non litera.] Vos ergo populus Dei, & populus in acquisitionem electus, ad enarrandas virtutes Domini: suscipite dignam circumcisionem verbi Dei in auribus vestris, in labijs, in corde, & in præputio carnis vestræ, & in omnibus omnino membris vestris. Circumcisæ sint aures vestræ secundum verbum Dei, vt vocem non recipiant obtrectantis, maledici & blasphemii, mentientis, &c. Itæ sunt aures quas in auditoribus suis requirebat Dominus, dicens: Qui habet aures audiendi, audiat. Nemo enim potest incircumcisus auribus, & immundus, munda verba sapientiæ & veritatis audire. *Circumcisus est labijs*, qui continet ab illicitis cor suum, qui disponit sermones suos in iudicio, qui verbositatem reprimat, linguam temperat, verba moderatur, &c. quin verbum Dei semper loquitur, & sanam doctrinam profert. At qui iniquitatem in excelso loquuntur, & extendunt in cælum linguam suam, qui non cessant à stultiloquio, à scurrilitate, qui bonis derogant, qui vana, inepta, sæcularia, impudica, iniuriosa, & cætera proterua loquuntur, hi incircumcisi & immundi labijs sunt dicendi. *Circumcisus est corde*, qui puram fidem in conscientia sinceritate custodit. De quo dici potest: [Beati mudo corde,] &c. Qui verò obsecans desiderijs, & fœdis cupiditatibus æstuat, qui mœchatur in corde, &c. hic incircumcisus est corde. Circumcisus est præputio carnis suæ, qui aliam fœminam, quàm coniugem, non nouit, & in ea quoque ipse, posteritatis tantummodo causa, certis & legitimis temporibus agit, & qui non solum ab illicitis nefandisque cubilibus, verumetiam, à concessis & licitis temperat. Qui verò in omnem lasciuiam proruit, & per diuersos & illicitos passim pendet amplexus, & qui in omnem libidinis gurgitem fertur, infranis iste incircumcisus est præputio carnis suæ. Vt ergo perfectus sit homo Dei in omnibus, cuncta circumcidenda sunt membra, *Manus* quidem à rapinis, & ad sola Deo pe-

ra pandendæ. *Pedes* circumcidendi sunt, ne veloces sint ad effundendum sanguinem, & ne intrent in cœcilium malignantium, sed vt tantum pro mandatis Dei circumciant. *Oculi* circumcidendi, ne concupiscant aliena, ne videant mulierem ad concupiscendum. *Gustus* circumcidendus, vt siue comedat, siue bibat, ad gloriam Dei, vt ait Apostolus, manducet, & bibat. *Odor* circumcidendus est, vt Christi bonus odor simus, & in operibus misericordiae, odorem suauitatis quæramus. Denique, singula quæque membrorum, si in officiis mandatorum Dei deseruiant, circumcisa sunt; si verò vltra præscriptas sibi diuinitus luxuriant leges, incircumcisa putanda sunt. Vnde Apostolus: [Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati,] &c. Itæ est circumcisio, quæ petrinis machæris, populo Dei per Iesum data est. Machæra autem petrina, siue gladius, Verbum Dei est, de quo Apostolus: [Vtius sermo Dei est, & efficax, penetrabilior omni gladio accipiti,] &c. Itæ est gladius, quo circumcidi debemus, de quo Dominus: [Non veni pacem mittere in terram, sed gladium,] &c.

Qualiter circumcidendi sumus.

IBIDEM. *Erit pactum meum in carne vestra.* ORIGENES. Id est, circumcisio, quæ est signum pacti mei. Si ergo talis fuerit vita nostra, ita vt omnibus membris quadrata, & composita, vt vniuersi motus nostri, secundum Dei leges agantur, verè Testamentum Dei erit super carnem nostram. Nec sufficit solo nomine & verbo hæc dici, sed rebus oportet impleri. Si enim peccans quis, & non rectè agens, confiteatur Iesum in carne venisse, non est Testamentum Dei in carne eius, sed in voce: si autem mortificauero membra mea, quæ sunt super terram, Testamentum Christi habeo super carnem meam, &c. Nihil autem prodest si dicam venisse in carne tantum quem de Maria suscepit, & non ostendam etiam in hac mea carne venisse. Tunc autem ostendam venisse in carne mea, si potuero dicere cum Paulo, quod cum Christo crucifixus sum, & [vivo ego, iam non ego, sed viuit in me Christus,] &c. [Ego stigmata Domini mei Iesu, in corpore meo porto.] Si enim voce tantummodo, confiteamur Dominum Iesum, & non ostendamus Testamentum eius esse secundum carnem nostram, modo prædicto: videbimur etiam nos simile aliquid facere Iudæis, qui solo circumcisionis signo Deum se confiteri putant, factis autem negant.

In circumcissione, Christi fides profitebatur.

GENES. 17. *Masculus, cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo.* INTERL. id est, non connumerabitur inter sanctos, nec de cœtu sanctorum: de quibus dicitur: [Tu autem ibis ad populum tuum,] RVPERT. Ille enim seminis, quod est Christus, fidem negauit, & sine fide Christi saluari, impossibile est. *Quia pactum meum irritum fecit*, id est, quia in Adâm præuaricatus est. Primus enim homo pactum Dei, in Paradiso præuaricatus est. Ergo qui nō accipit eius testimonium, per quem solum inimicitia inter Deum & hominem soluitur, id est Christi merito, perit eadem culpa præuaricationis primæ. Idem docet AVGVSTINVS, 16. de ciuitate. cap. 27. LIPOMAN. Ex dictis constat, tres esse circumcisiones, vnã tantum in carne, aliam spirituales in vita præsentis, per depositionem iniquitatum; tertiam, quæ erit in corpore & spiritu, in resurrectione futura, per depositionem omnimodam totius corruptionis, & pronitatis in malum. Prima iam euauit, utpote umbra & figura, adueniente veritate. Tertia adhuc expectatur. Secunda, Dei adiutorio, in nostra modò sita est potestate.

In circumcisioe Christi fides.

19. GENES. 24. Pone manum tuam subter femur meum, ut adiuvem te per Deum celi & terrae. GLOSS. GRÆC. Ibi manum suam ponere iubet, ubi fidei signum à Deo acceperat. Atque etiam, ut ibi manus ponens, & diuinæ promissionis, & circumcisioe non oblitus, alienigenarum matrimonio Dominicam nobilitatem non inquinaret. GREGOR. Manum suam sub femore iubet ponere, quia per membrum illud descensura fuit caro illius, qui filius Abrahamæ esset ex humanitate, & Dominus eius ex diuinitate. Vnde dicit: Iura per Deum, &c. quasi diceret, tanquam filium meum, & iura per Deum.

Circumcisio spiritualis.

21. EXOD. 4. Tulle illico Saphora acutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui. D. THOMAS. 3. p. 9. 70. art. 3. ad 2. Cultellus lapideus, non erat de necessitate circumcisioe: leguntur tamē aliquæ circumcisioes famosæ, cultello lapideo factæ, ut hic, & Iosue 5. Per quod figurabatur circumcisioem spiritualesse sciendam per Christum, de quo Apostolus: [Petra autem erat Christus.] RABANVS. Saphora typum tenet Ecclesiæ, quæ præputium filij sui, id est, populi gentilis, acutissima petra, hoc est, doctrina Spiritus sancti, sicut Christi Domini, docet, expoliationem veteris hominis cum actibus eius, ut mundet se ab omni inquinamento carnis, & Spiritus perfectioris sanctificationem in timore Dei.

Idem.

22. EXOD. 15. Qui ostendit ei lignum, quod cum mississet in aquas, in dulcedinem versa sunt. ORIGEN. Ego puto quod lex si secundum literam suscipiatur, satis amara sit. Quid enim tam amarum, quam ut puer octavo die, circumcisioe vulnus accipiat, & rigorem ferri, tenera pariat infantia? Amarum satis: ita ut Petrus dicat, Act. 15. [Quid tentatis imponere iugum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus?] Si autem lignum sapietia Christi missum fuerit in lege, & ostenderit nobis quomodo intelligi debeat circumcisio, tunc efficitur aqua Marath, dulcis, & amaritudo literæ legis conuertitur in dulcedinem intelligentiæ spiritualis, & tunc potest bibere populus Dei. Vnde constat, quod si quis sine ligno vitæ, id est, sine mysterio crucis, sine fide Christi, sine intelligentia spirituali, bibere voluerit de legis litera, per amaritudinem nimiam morietur. Vnde Apostolus dicebat: quia [litera occidit.] & per Ezechielem Prophetam idem Dominus dicebat cap. 20. [Dedi vobis præcepta & iustificationes non bonas, in quibus non viuatis in eis.] Dicuntur autem mandata non bona, quia vnum atque idem mandatum, si spiritualiter intelligatur, & seruetur, vitam; si non seruetur, generat mortem. Sed quia admiscuit eis lignum crucis Christi, & in dulcedinem versa sunt, & spiritualiter intellecta seruantur. Eadem ipsa, mandata vitæ appellantur, sicut & alibi dicit: [Audi Israel mandata vitæ.]

Idem.

23. EXOD. 31. Videte ut sabbatum custodiatis, quia signum est inter me, & vos. IRENÆVS, lib. 4. contra Hereses. cap. 30. Circumcisio, & sabbatum in signo data sunt. Non autem sine symbolo erant signa, id est, sine argumento. Sed secundum carnem circumcisio, præfigurabat spirituales. Etenim nos, ait Apostolus, circumcisi sumus hæc circumcisioe solemnis facta. & Propheta ait: [Circumcidite duritiam cordis vestri.] Sabbata autem perseverantiam rotius diei er-

ga Deum desertionis edocebant, &c. & quia non per hæc iustificabatur homo, sed in signo data sunt populo, ostendit: Quod ipse Abraham sine circumcisioe, & sine obseruatione sabbatorum, credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei vocatus est: sed & Loth, sine circumcisioe eductus est de Sodomis. Item Deo placens Noë, cum esset incircumcisus, accepit mensuras mundi. Sed & Enoch sine circumcisioe placens Deo, Dei legatione ad Angelos fugebatur, & translatus est, & conseruabatur vsque nunc testis iudicij Dei. Quoniam Angeli transgressi deciderunt in iudicium, homo autem placens, translatus est in salutem. Imo omnes iusti qui fuerunt ante Abraham, & omnes Patriarchæ, qui fuerunt ante Moysem, sine his quæ prædicta sunt, & sine lege iustificabantur. Vnde Moyles in Deuteronomio. [Dominus Deus tuus, testamentum disposuit in Horeb, & non Patribus vestris disposuit Dominus Testamentum hoc, sed ad vos.]

Circumcisio spiritualis.

14. DEUT. 10. Circumcidite igitur præputium cordis vestri. INTERL. Superflua cordis, omnem malam voluntatem. [Omni custodia serua cor tuum.] Proverb. 4. Et ceruicem vestram ne indareis amplius. INTERL. tumorem superbiae. Quia Dominus Deus vester ipse est Deus Deorum. INTERL. contra quem stultum est superbire. GLOSS. ORD. Spirituales circumcisioem significat, id est, mentis custodia, & veram abstinentiam, quasi dicat, cum luxuriam carnis extinxeritis, etiam mentis superflua resecat. Circumcidendi sunt omnes sensus. Vnde Moyles Exod. 6. se incircumcisum labijs conqueritur. & Stephanus Act. 7. Iudæis dixit: Incircumcisi corde, & auribus, &c. Verè enim circumcisus est qui obturat aures, ne audiat sanguinem, & claudit oculos, ne videat malum, qui non delinquit in lingua, cuius cor non grauatut crapula, & ebrietate, qui lauat inter innocentes, manus suas, & ab omni via mala prohibet pedes suos, qui castigat corpus suum, & seruituti subiicit, & omni custodia seruat cor suum. Bina quoque circumcisioe indigemus, ne ex his queramus vanam gloriam, ne foris mundi, & intus immundi simus, & simulata sanctitatis pœnas sustineamus, sicut Sichimitæ, qui Patriarcharum circumcisioem imitati sunt, non Dei amore, sed ob causam luxuriæ. Ideo nihil mercedis acquisierunt, sed die tertia intra ciuitatis suæ ruinas perierunt. Tales enim tempore resurrectionis, euacuatibus quibus confidebant virtutibus, in æternum moriuntur. OLEASTER. Cor præcipit circumcidere. Vnde Propheta: [Omnes gentes præputium habent, Israel verò incircumcisus est corde.] & Paulus: Non quæ carnis est circumcisio, à Domino probatur, sed qui in abscondito cordis præputio caret. Deut. 30. Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis viuere. INTERL. Euidens promissio gratiæ. Promittit enim Deus, se esse facturum quod solet iurare, vel iubere ut fiat. OLEASTER. Non posse nos legem seruare, sine adiutorio Dei, ad vinum locus iste depingit. Vnde necesse est, ut desideria superflua resecat ipse.

Idem.

15. IOSVE 5. Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundum filios Israel. AVOST. Vnus populus erat, in quibusdam circumcisus; in quibusdam, non circumcisus: & ideo dicitur, ut iterum circumcidatur. LYRANVS. Ideo dicitur hæc circumcisioe solemnis facta, respectu illius quam fecit Abraham de mandato Domini, Genes. 17. GLOSS. MORAL. Per hoc quod

COGITATIONES.

- Cogitationes lumine Christi examinanda. 1. Peccator repletur malis cogitationibus. 1. Cogitationes bonæ filie spiritus. 2. Cogitationibus prauis resistendum. 3. 5. 9. 10. 12. 16. 20. 22. 26. 30. 31. Cogitationes prauæ, Deum provocant ad miserendum. 4. Cogitationes, à terrenis purganda. 6. 14. 15. Prauæ cogitationes, à diabolo. 7. 16. multum obsunt. 8. Cogitationi uni attendendum. 10. Cogitatio à Deo discedens, fornicatio dicitur. 11. 19. Tria genera prauarum cogitationum. 13. Cogitatione vagus purificandus. 17. Cogitatio morosa. 17. Cogitationes bonæ preparant cor. 18. 20. Quales sint cogitationes, verba ostendunt. 29. Cogitatio bona, initium bonæ voluntatis. 32. Cogitatio bona, radix est boni operis. 21. Cogitationes inordinatas iudicare, perfectorum est. 24. Vanarum cogitationum copia, succedit bonarum multitudo. 25. 27. 28.

Cogitationes lumine Christi examinanda.

1. GENES. 1. Producant aqua reptile, & volatilia. ORIGEN. Illuminata terra hoc imperat aquis. Si mens nostra illuminata fuerit à nostro sole Christo, iubetur postmodum producere reptantia, & volatilia, id est, proferte in medium cogitationes bonas, vel malas, quæ utraq; ex corde procedunt, ut discretio fiat bonarum à malis. Si viderimus mulierem ad concupiscentiam cam, illud est in nobis reptile venenatum. Si verò sit in nobis sobrietatis sensus, etiam si domina Ægyptia nos admanerit, efficitur aues, & relinquentes Ægyptia vestimenta in manibus eius, ex obsecrationis inuidiam euolabimus. Similiter de cæteris peccatorum vel virtutum speciebus sentiendum. Ibidem. Producat terra iumenta, & reptilia, & bestias terræ. D. AMBROS. refert opinionem quorundam moralizantium sic. Peccatoris terra maledicta, statim producit iumenta, id est, stultitiam peccatorum; reptilia, id est, multitudinem turpium cogitationum; & bestias terræ, id est, passiones, & affectiones bestiales, sicut iram leonis, pigritiam Asini, &c.

Cogitationes bonæ filie spiritus.

2. GENES. 1. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. ORIGEN. Interior homo noster ex spiritu & anima constat, spiritus masculus est, femina autem anima. Hæc si concordiam inter se habeant, & consensum, crescunt, & multiplicantur, generantque filios bonos, id est, cogitationes viles, per quas replent terram, & dominantur in ea, hoc est, subiectum sibi sensum carnis, ad meliora instituta conuertunt, & dominantur. In nullo enim caro contra spiritus voluntatem insolescit: si verò anima declinet ad corporeas voluptates, sensusq; suos in delectationibus carnis declinet, & aliquando quidem obtemperare videatur salutaribus monitis spiritus, aliquando verò vitis carnalibus cedat: talis anima, velut adulterio corporis maculata, nec crescit, nec multiplicatur, & veluti auersa à Deo imprudens, audiet: [Quia facies meretricis facta est tibi:] Velut meretricis ergo punie

quod circumcisio facta sub Iosue, dicitur secunda ostenditur, quod fuit circumcisioe spiritualis figura. Nam circumcisio legalis fuit prima, spiritualis autem secunda & vera, & prima fuit huius umbra. Rom. 2. [Nō enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne circumcisio, sed qui in abscondito Iudæus, & circumcisio cordis, in spiritu non litera.] GLOSS. ORD. Quomodo potest quis secundo circumcidi, circumcisioe carnali? semel enim circumcisus, non habet quod ab eo secundo possit auferri. D. IVSTIN. MARTYR, Dialogo contra Tryphonem. Beati nos, qui altera circumcisioe, cultus lapideis, (Christi scilicet,) circumcisi sumus, in vestra enim priori ferrum adhibitum est, & adhibetur. AMBROS. super illud. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Quis mortuus mori potest? Nullus, nisi prius vitam accipiat. Illi sanè sunt beati, & illi mortui, in Domino moriuntur, qui prius moriuntur seculo, postea carni, qui prius veterem hominem in se extinguunt, ut possint dicere cum Apostolo: [Mihî mundus crucifixus est, & ego mundo.]

De circumcisioe spirituali.

16. GENES. 17. Circumcidetur ex vobis omne masculinum. STERNA. Abraham, est vir iustus, qui debet circumcidere omne masculinum, id est, omne opus bonum purgare. Non enim est aliquid bonum opus, quod non indigeat purgatione. Pulsis enim, Apostolorum pedibus adhæsit. Vnde, [Sedebit, & emundabit, & purgabit filios Leui.] Item, [Iustitia nostræ quasi pannus menstruatus.] In circumcisioe autem parū est quod absconditur, respectu illius quod remanet. Ita magnum est bonum, quod remanet, licet malum excutatur. At foemineum opus nullatenus debet circumcidi, sed ex toto deleri. Item Abraham, in senectute circumcisus est, & quilibet homo à spirituali circumcisioe grauitate ætatis non debet reuocari.

Quare Christus voluit circumcidi.

17. LVC. 2. Ut circumcideretur puer. BERNARD. Abbreniatum quidem Verbum in carne, amplius abbreviatur, carnis suscepta circumcisioe. Minoratus paulo minus ab Angelis Dei filius, naturam humanam induit, sed iam ne ipsum respiceret remedium humanæ corruptionis, multo minoratur ab eis. Agnus sine macula, esu non eguit, tamen voluit circumcidi, nec vestigium vllum habens vulneris, alligaturam vulneris non refugit. Non sic agit peruersitas elationis humanæ. Erubescimus vulnerum ligaturam, qui de vulneribus interdum etiam gloriamur. Quem nemo potest arguere de peccato, ipse peccati remedium pariter & cauterium, sine vlla necessitate suscipit: nec reperit cultrum lapideum, in quo vetus illa quæ eraderetur rubigo non fuit. Nos e contra inuerecundi, ad obsecrationem culpæ, erubescimus agere penitentiam, quod extrema demerita est, male proni in vulnera, peius in remedia verecundi. Qui peccatum non fecit, non indignatus est peccatorem se reputari. Nos & esse volumus, & nolumus aestimari. Itane sanè opus est medicina, & non malè habentibus? Imo verò itane eget medicamine, non aeger, sed medicus?

Circumcisio à Christo ablata.

18. CHRYSOSTOMVS, Hom. 38. in Genes. Sicut in humanis negotiis fieri solet, quando non habemus aliquibus fidem, ab ipsis signum, loco pignoris accipimus: ubi perfectum est negotium, tollitur iterum signum: ita Dominus noster, sciens mentium inconstantiam, quando ad veritatis lucem ventum est, tollit signum circumcisioe.

puniatur, & filios non generabit. CHRYSOST. Quemadmodum in terra, animantium alia mansuetiora sunt, alia ferociora: ita in anima cogitationes alia sunt magis irrationabiles, & pecuniae, alia ferociores, & agrestiores. Domandae igitur illae sunt, & rationis imperio magistrandae. Sed dices: quis domare poterit? Quid dices, o Homo. Leonibus imperamus, & animos eorum mansuetos facimus, & mentis ferociam in mansuetudinem mutare non poteris? EVCHER. Vult ergo Dominus, ut omnes affectiones, & motus animae, subditos habeamus, & dominemur eis per temperantiam.

Cogitationi pravae in initio resistendum.

3. GENES. 4. *Statim peccatum in foribus aderit.* GREGOR. 4. *Moral. cap. 22.* In foribus peccatum adest, cum in cogitationibus pulsat, cuius appetitus subter est, etque homo dominatur, si cordis nequitia inspecta, citius prematur, & priusquam ad deditam crescat, reluctanti menti subigatur. GENES. 6. *Cuncta cogitatio hominis intenta esset ad malum omni tempore.* GREGOR. 28. *Moral. cap. 18.* In iniquitate concepti, & in delicto editi per insitae corruptionis molestias pugnam nobis cum hac deserimus, quam cum labore vincimus. Cuncta enim cogitatio cordis nostri intenta est ad malum, & nisi hoc citius diuinis formidinis manus reprimat, omne conditae naturae bonum repente culpa, in profundum vorat. Nemo igitur sibi cogitationum suarum victoriam tribuat, cum veritas per Iob dicat: [Quis conclusit ostiis mare quando erumpebat quasi de vulua procedens?] Quia nisi ab ipso cogitationis primordio cordis fluctus, gratia diuina retineret, tentationum procellis mare saeuens, terram humanam mentis obruisset, ut salis fluctibus, perfusa arefceret, id est, perniciosis carnis voluptatibus delectata deperiret. Solum ergo Dominus ostiis mare concludit, qui prauis moribus cordis, claustra inspiratae formidinis obicit.

Cogitatio prava perseverans, Deum prouocat.

4. IBD. *Videns autem Deus, &c. & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore.* CHRYS. Magna horum verborum emphasis: Non dicit, aliqua cogitatio, ut diuernerent quandoque ad bonum, sed *cuncta cogitatio, & cordis*, inquit, *cogitatio*. Quasi diceret: Non ex surreptione hoc illis accidit, sed ex corde cogitabant, & hoc, omni tempore, id est, per singulas horas, in hoc studium suum collocabant. Nec semel & iterum, vel fortuito, sed omni tempore ad malum intenti, vnde recte per Prophetam dicitur: [Pravum est cor hominis, & inscrutabile.] Quod ad puniendum iram Dei prouocauit, idem ipsum ad miserendum mouit. vnde ait, GENES. 8. *Nequaquam ultra maledicam terra propter homines. Sensus enim, & cogitatio hominis cordis, in malum prona sume ab adolescentia sua.* R. V. P. E. R. T. *Sensus* nomine, quinque sensuum corporis significantur, qui proni sunt in malum, praefertim ubi cogitatio cordis, qua restringi, vel gubernari debuerant, & ipsa prona in malum, eisdem sensibus pro armis vitur ad opus malum. CHRYSOST. O magnam beneficentiae pondus! O plurimam misericordiae magnitudinem! O ineffabilem tolerantiae excellentiam! Rara profecto misericordiae species. Vide quantam consolationem affert iusto, imo non iusto tantum, sed propter suam bonitatem, etiam vniuerso hominum generi. R. V. P. E. R. T. Sequitur: *Non igitur ultra percussiam omnem animam sicut feci.* Deinceps namque terra quidem secuta sit, & quisquis sic super eam ambulat, ut sensus, & cogitatio eius non sint prona ad malum. Sed timeat solus ille

homo, cuius sensus, seu cogitatio sunt prona in malum. Etenim terra quidem deinceps in aeternum stabit. Alio namque iudicio, homines distinguuntur, secundum propria merita singuli retributionem recepturi.

Cogitationes pravae expellende.

GENES. 15. *Descenderuntque volucres supra caudam, & abigebat eas Abram.* GREGOR. 10. *Moral. cap. 20.* Saepe in ipso orationis sacrificio, importuna se cogitationes ingerunt, quae hoc rapere vel maculare valent, quod in nobis Deo flentes immolamus. Vnde & Abraham, cum sacrificium offerret, insistentes aues perculit, quas studiosè, ne oblatum sacrificium raperent, abegit. Sic ergo nos cum in ara cordis holocaustum Deo offerimus, ab immundis hoc volucris custodiamus, ne maligni spiritus, & peruersae cogitationes rapiant, quod mens nostra offerre se Domino vtiliter sperat. vide, *sententia. num. 16.* ex Gildberto.

Cogitationes à terrenis purgandae.

GENES. 26. *Primum puteum appellavit Calumniam, &c. Tertium, Laciudo: dicens, nunc dilatauit nos Dominus, &c.* ORIGEN. Fortasse in vniuersumque nostrum animam, est puteus aquae vitae, id est quidam coelestis sensus, & imago Dei latens. Hunc puteum Philisthiim, id est, potestates aduersae, repleverunt terra, scilicet carnalibus sensibus, & terrenis cogitationibus, & propterea portauimus imaginem terreni. Sed cum Isaac fodiamus puteos nostros, & abiciamus ab eis terram, & inueniemus in eis aquam vitam: de qua Dominus: [Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquae vitae.] Fodiamus ergo cum Isaac puteos aquae vitae, & si obstitant nobis Philisthiim, etiam si rixentur, perseueremus cum ipso, ut dicatur nobis: [Bibe aquam de tuis cisternis.] GREGOR. 31. *Moral. cap. 22.* Bene Isaac apud alienigenam gentem puteos describitur fodisse, ut eius exemplo discamus in hac peregrinationis ærumna positi, cogitationum nostrarum profunda penetrare, & quo usque nobis veræ intelligentiae aqua respondeat, nequaquam nostrae inquisitionis manus ab exhaurienda cordis terra torpescat. Nam etiam sancti viri quamuis cuncta quae in ima praeterfluunt, calcant, ex corruptione terrena carnis, cui adhuc alligati sunt, plerumque cogitationum puluerem in corde patiuntur, & cum aliis ad appetenda coelestia persuadent, semetipsos semper intrinsicè subtili inquisitione discutunt, ne qua immerante in se diu infirma cogitatione polluantur. Sæpe igitur mens euacuanda est, incessanter fodienda, ne si indiscussa relinquatur, usque ad tumorem peruersorum operum, cogitationum super nos terra cumuletur. Hinc ad Ezechielem dicitur: [Fili hominis fode parietem,] id est, cordis duritiam crebris percutationum ictibus rumpe. Vnde Palaestini insidiantes, puteos Isaac terra replebant, quia nimirum immundi spiritus, cum nos studiosè cor fodere conspiciunt, congestas nobis tentationum cogitationes ingerunt.

Pravae cogitationes à Diabolo.

EXOD. 1. *Operibus duris luti, & lateris.* BERNARD. *Serm. 34. parvulorum.* Sub iugo Pharaonis sunt lutea opera, id est, dissoluta, & fordida. Ab ipso dantur palaeae, id est, leues cogitationes. Palcarum est leuiter accendi, & in momento consumi. Sic & malae cogitationes à Diabolo immixtae, citò in mentibus nostris accenduntur, carnis mollitiae consentientes, sed si viriliter studeamus resistere, Deo iuuante protinus

eius extinguuntur. Paleis accensis coquebatur lutum, & solidabatur in lateres, & pravae cogitationes quae sunt lutum, paleis delectationis accenduntur, quae cum transeunt in actum, tunc decoquuntur, cum verò ducuntur in consuetudinem, tunc solidantur.

Cogitationes multum obsunt.

8. EXOD. 8. *Venit musca grauisissima in domos Pharaonis, &c. corruptaque est terra ab huiusmodi muscis.* GREGOR. 18. *Moral. cap. 28.* Aegyptus muscis percussit, musca enim nimis insolens & inquietum animal est, in qua, quid aliud quam insolentes curae desideriorum carnalium designantur? Vnde illud: [Musca morientes perdunt suauitatem vnguenti,] quia cogitationes superfluae, quae assidue in animo carnalia cogitante, & nascuntur, & desiciunt, eam suauitatem, qua vnusquisque intrinsicè per spiritum vinctus est, perdunt: quoniam integritate eius perfruit non permittunt.

Cogitationibus in initio resistendum.

9. EXOD. 12. *Percussit omne primogenitum in terra Aegypti.* GREGOR. NYSSEN. Hac figura docemur, quod oporteat primas cogitationes, & prima peccandi initia, & vias primas radicibus tollere; nam qui principia destraxit, is totum nequaquam admittit. Sic Dominus magna voce per Euangelium clamat, primogenita iubens Aegyptiorum interimere, cum aperte imperet nos expauescere adulterij maculam, ac homicidij scelus, cupiditate ac ira penitus extinctis. Nam qui primogenitum interimit, is partum quoque qui ex primogenito nascitur, simul interimit, sicut in occidendo serpente, qui caput oppressit, atque percussit, is totum quod à capite trahitur corpus, mortificauit: quod minimè vnquam fieri poterit, nisi sanguis in ostiis effundatur, qui percussorem facile repellit. Non enim ingressum percussorem eicere, sed ne omnino subingrediat, lex iubet. Cautio autem & custodia tuta est, vt agni sanguine superliminare simul & postes perungamus. Hoc est rationale animae nostrae, & concupiscibile, & irascibile. Nam animam in rationale, & concupiscibile, & irascibile, Philosophi partiuntur, quorum duo postrema, irascibile dico, & concupiscibile, subesse aiunt, ac vtrique rationale sustinere, &c. vide verbo, *Animam*, num. 10.

Cogitationes variae, vnde ortum habeant.

10. EXOD. 16. *Maneat vnusquisque apud semetipsum, & nullus egredietur de loco suo die septimo.* GREGOR. In tot locis inclinamur (ait 26. *Moral. cap. 36.*) in quot superuacuis curis extendimur. Nam sicut locus est corporis spatium corporale, ita locus est mentis vnaquaque intentio cogitationis, quae dum huc illucque impellitur, si delectatione aliqua cogitationis suae libenter occupatur, velut in quodam loco ponitur, vt requiescat. Nam quoties victi tadio, à cogitatione in cogitationem ducimur, quasi festina mente, de loco ad locum migramus. Recta enim mens staret, si vni cui debuerat cogitationi semper inhaereret. Recta mens staret, si non se innumeris motibus fluxa mobilitate prosterneret. Qui tamen mobilitatis vltus ex primae prauaricationis vitio iam quasi in naturam venit. Nam cum stare animus in semetipso nititur, à semetipso aliquo modo etiam nesciendo deriuatur. Humana namque anima ab vnaquaque re, cui intendit, fastidio impellente remouetur: sed dum in hianter cogitanda appetit, & repente cogitata fastidit, docet quod aliunde pender, quae quolibet posita non requiescit, ad illum quippe suspensa est, à quo formata: & quia ad Deum solum appetendum facta

est, omne autem quod infra appetit, minus est: iure ei non sufficit quod Deus non est. hinc est quod huc illucque spargitur, & ab vnaquaque re fastidio impellente remouetur. Delectationis videlicet auida querit quomodo pauper, vnum verò quod sufficeret habere poterat, amisit: vnde nunc per multa ducitur, vt quia qualitate rerum non potest, saltem varietate fatiatur. Volens itaque seruos suos Dominus ab innumeris cogitationum motibus abstrahere, & vni tantum cui debent cogitationi (Dei videlicet) inhaerere, dicit nunc: *Maneat vnusquisque apud semetipsum*, &c. Sancti enim viri, qui cauta se obseruatione custodiunt, ne ab intentione sua mutabiliter dissoluantur, & quia idem esse appetunt, ad cogitationem, qua Deum diligunt, se solerter astringunt. In contemplatione namque Creatoris in Patria hoc accepturi sunt, vt vna semper mentis stabilitate perfruatur. Hoc ergo cum labore nunc conantes imitantur, quod post in munere gaudentes accipiunt. Cui immutabilitati se Propheta virtute amoris astrinxerat, cum dicebat: [Vnam petij à Domino, hanc requiram,] &c. & Paulus: [Vnum autem, quae retro sunt oblitus, ad ea quae ante sunt, extensus sequar, ad palmam supernae vocationis Christi.] Nam si quid in eorum cordibus humanitas distinet, mox hoc discussio seuera restringit, & cum quasi pueriliter cogitatio labitur, iuuenili mox coercionem refrenatur. Vnde fit vt sparsam mentem continuò colligant, & in vna quantum praevalent, cogitatione componant.

Cogitatio à Deo discedens, fornicatio dicitur.

11. EXOD. 20. *Non moechaberis.* Hanc etiam fornicationem (ait CASSIAN. *Collatione. 14. cap. 11.*) qui potuerit declinare, caueat, ne subtiliori peccato, in fornicationis vitium collabatur, quae scilicet in cogitationis peruagatione consistit. Quia omnis cogitatio non solum turpis, sed etiam otiosa, & à Deo quantumcumque discedens, à perfecto viro immundissima fornicatio deputatur.

Cogitationibus prauis non consentiendum.

12. EXOD. 20. *Non concupisces, &c. nec desiderabis uxorem eius, &c.* CYRILL. *lib. 9. super Ioannem cap. 15.* Solet Diabolus corda piorum prauis tentare cogitationibus, & voluptatum ardore ad delinquendum detrudere. Maximè per imbecilliores animi partem nos euerit: praefertim si viderit nihil apud nos admonitiones exhortationesque virtutis posse, ac maximè si mysticam benedictionem sperni à nobis conspexerit. Quare fugiamus oro, fugiamus animi cupiditates, vnde secutura detrimenta videmus. Sed si dominantis (vt quidam dicit) spiritus in te ascenderit, non cesseris ei. Nam si potestatis nostrae non sit facere ne tales spiritus, id est cogitationes, in mentem nostram ascendant, possumus tamen, quod ascenderit, eicere, nec committere vt magnas propter negligentiam nostram agat radices: aliter non dubitemus quin perui acia Diaboli paulisper possit superare, & ita huiusmodi quid patiamur quale Psalmista canit: [Priusquam humiliarer, ego deliqui.] Prius enim quam peccati consummatione deliquimus, peccatum voluntate amplectentes, & ianuas animae Diabolo patefacientes.

Tria genera cogitationum prauarum.

13. IBIDEM BERNARD. *De triplici genere cogitationum.* Tria occurrunt genera cogitationum, à quibus multa solitudine caecae necesse sit eos qui conuertuntur ad cor. Nonnullae sunt penitus otiosae, & ad rem non pertinentes, quas tam facile abicere, quam

quam recipere facile possit anima : dummodo sit secum habitans in corde suo , & assistens dominatori vniuersa terræ. Sunt & aliæ violentæ magis , scilicet quæ ad necessitatem naturæ pertinent ; videlicet cogitationes de cibo, de potu , & de vestimento , quæ si paululum infederint , auelli nequeunt sine læsione , & difficultate. Quod non aliunde est , nisi quod & ipsa viscosa , & limosa est : & limosam & viscosam inuenit terram. Vnde non sine causa , non de terra quilibet , sed de limo hominem plasmatum dictum est. Quid ergo agendum , cum limosa hæc cogitatio , mentem subierit : planè exclamandum nobis est cum sancto Iacob , atque dicendum : [Ruben primogenitus meus , non crescas , ascendisti enim cubile Patris tui.] Iam verò tertium cogitationum genus inuendum nimis ac fetidum est , quod nec admittere quidem vlla ratione debemus , sed toto animo propulsare , & conuersti statim ad gemitus , lacrymas ac suspiria inuocantes Spiritum , qui adiuet infirmam nostram. Dico cogitationes , quæ ad luxuriam , quæ ad inuidiam , & vanam gloriam pertinent , ceteraque vitia detestanda. Sic nimirum confusus abscedens , non tam facile deinceps simile aliquid viriliter resistentibus nobis malignis hostis offerre , vel afferre presumeret. Primum quidem genus cogitationum otiosarum , lutum est , sed lutum simplex , sed non inhærens , nec fetens , nisi forte diutius immoretur in nobis , & per incuriam nostram , in alterum genus cogitationum vertatur. Secundum , non lutum simplex , sed viscosum ac limosum est. Tertium verò sic cauendum est , non tanquam lutum , ac limus , sed tanquam immundissimum ac fetidissimum cœnum.

Cogitationes mundanda , maxime à prelato , seu Sacerdote.

14. **EXOD. 28.** *Facies in rationali catenas sibi inimicem coherentes ex auro purissimo , &c.* GREGOR. in *Past. 2. p. cap. 2.* Rector semper in cogitatione sit mundus , quatenus hunc nulla immunditia polluat , qui hoc suscepit officij , vt in alienis quoque cordibus , pollutionis maculas tergat ; quia necesse est vt esse munda studeat manus , quæ diluere aliorum sordes curat , ne tacta quæque deterius inquinat , si sordida in se mens lutum tenet. Hinc nãque per Prophetã dicitur : [Mundamini qui fertis vasa Domini.] Etenim vasa Domini ferunt , qui proximorum animas ad æterna sacraria perducendas , in suæ conuersationis fide suscipiunt. Apud semetipsos ergo , quantum debeant mundari , circumspiciant , qui ad æternitatis templum vasa viuientia in sinu propriæ sponsonis portant. Hinc etiam Dominus præcepit , vt in Aaron pectore rationale iudicij vittis ligantibus imprimatur ; quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant , sed ratio sola constringat , ne indiscretum quid , vel inutile cogiter , qui est ad exemplum aliis constitutus. Ex grauitate vitæ semper debet ostendere quantum in pectore rationem portat.

Idem.

15. **LEVIT. 1.** *Intestinis , & pedibus lotis aqua.* INTERL. **AL**iter non sunt offerenda. GREGOR. Pedibus terra tangitur , intestinis stercore gestantur , &c. Cum cogitationes nostras immunda tentatio inquinat , intestina hostiæ stercore portant , sed vt comburi debeant , lauantur , quia immundas cogitationes fletus diluit , quas in acceptione sacrificij super nos amor incendat , & quidquid mens vel in experto certamine , vel de pristina conuersationis memoria patitur , lauat , vt tanto suauius in conspectu Dei ardeat , quanto cum assistere cœpit , nihil terrenum , nihil lu-

bricum in arca suæ orationis imponat.

Cogitationes prauæ à Diabolo.

16. **NUMER. 25.** *Fornicatus est Israel cum filiabus Moab , &c.* RICHARD. Ornauerunt Madiantæ filias suas , ornatasque in conspectu filiorum Israel posuerunt , vt in concupiscentiã illarum traherentur , & sic iram Dei incurrerent. quod semel historialiter contigisse cognoscitur. Hoc verus quilibet Israelita frequenter inuisibiliter experitur. Quando scilicet quasdam rerum concupiscentium imagines inimici oculis mentis obiciunt , in quarum consideratione , si se mens delectationi turpiter subiecerit , proculdubio protectoris sui offensam incurrat. Mira eius præsumptio , qui coram omni multitudine ad Madiantidem introiit : sed hunc Phinees gladius protinus inter illicitos amplexus perdidit. Sed non minus mirabilis , quod sæpe mens , inter ipsa desideria æternorum , inter lacrymarum suspiria , nunc rerum delectabilem , nunc specterem concupiscentium phantasias per concupiscentiam respicit. Sed fortis zelatoris impetus , districtæ increpationis gladio , citius extinguit quidquid illicitus concupiscentiæ ardor temerariè delinquit. vnde sequitur : *Phinees arrepto proptione , &c. perfudit ambos simul , &c.* ORIGEN. Hæc ædificauerunt priorem populum ; tibi autem , qui à Christo redemptus es , cui de manibus gladius corporalis ablatus est , & datus est gladius spiritus : accipe hunc gladium , & , si vides Israeliticum sensum , id est , voluntatem , cum Madiantibus scortantem , id est , cum Diabolicis cogitationibus , ne parcas , ne dissimules , statim percute peccatum perime , imò ipsum fomitem peccati refeca , ne vltra concipiat , & generet. Sic enim sedabis iram Dei : præuenisti enim diem iudicij , quæ dies iræ dicitur , & furoris : & sic ad iudicium venies securus. Oremus ergo , vt inueniamus semper præparatum istum gladium spiritus , per quem exterminetur ipsa peccatorum semina , & propitius nobis fiat Deus , per verum Phineem Dominum nostrum Iesum Christum. Vide etiam , *Religiosus numer. 35. ex Gregorio.*

Cogitatione vagus purificandus.

17. **DEUTER. 23.** *Si fuerit inter vos homo , qui nocturno pollutus sit somnio , egredietur extra castra , &c.* AVGVST. *quest. 28.* Multa ponit lex in sacramentis , & vmbri futurorum , &c. ac per hoc , cum in-formiter fluit , significari lex voluit , animum sine disciplina forma indecenter fluidum , ac dissolutum , quem formandum significat , cum fluxum purificari imperat. Postremò mori peccatum non est , & mortuum sepelire humanitatis officium est , & tamen purificatio mandata est , non quia corpus mortuum peccatum est , sed significat peccatum animæ , à iustitia desertum. GREGOR. *lib. 23. Moral. cap. 9.* Nocturnum somnium tentatio occulta , qua tenebrosa cogitatione turpe aliquid concipitur , sed opere non expletur. Nocturno somnio pollutus extra castra egreditur , vt qui cogitatione polluitur , indignum se societate fidelium arbitretur , & bonorum se comparatione despiciat. *Ad vesperum lauat aqua* , cum defectum suum conspiciens ad lamenta penitentiae conuertitur , vt fletibus deleat , quod occulta inquinatio accusat. *Sed post occasum Solis redeat ad castra* , id est , deferuescente calor ardore , fiduciam erga bonorum societatem sumat , & ad fidelium merita præsumenda reparatur.

Cogitationes bonæ præparant cor.

18. **REGVM 2.** *Deus scientiarum Dominus est : & ipsi præparantur cogitationes.* RVPERT. Subaudi , sensata.

sensata. Nam à cogitationibus , quæ sunt sine intellectu , ille aufert se. Si vis ergo ab illo promereri , vel impetrare scientiæ donum , sanctæ cogitationes , scientiæ consequendæ præparatoriæ sunt iuxta illud : [Præparationes cordis eorum , audiuit auris tua.] Item : [Cogitatio hominis confitebitur tibi , & reliquæ cogitationis , diem festum agent tibi.] Quasi dicat : Si primitiæ cogitationis infestæ fuerint , saltem reliquæ eius per penitentiam & confessionem , diem festum agent tibi. Propterea prædixit : [Recedant vetera de ore vestro.] *Ipsi ergo præparantur cogitationes.* Alia litera. [Conatus eorum perficiuntur.] Lxx. Deus præparatus est ad inuentiones suas , ac si diceret , quidquid desiderant , consequuntur. VATAV. Alij vertunt : [Et ipsi numerantur opera , id est , ab eo ponderantur , & examinantur opera omnium.]

Cogitationes prauæ separant à Deo.

19. **REGVM 3.** *Facite alueum torrentis huius fossus , & fossus , &c.* STEPHAN. Alueus est receptaculum aquarum , & significat cor hominis , quod est receptaculum cogitationum. Sicut torrentis cum impetu fluit per alueum , ita cogitationes per corda claustralium. Facite fossas , & fossas in corde , & adimplebit eas Dominus. Vnde sequitur , *Alueus replebitur aquis , &c.* scilicet scientiæ diuinæ. *& non videbitis ventum , &c.* Vnde Ioannes : [Non necesse habetis , vt aliquis vos doceat , sed vnctio docebit vos in omnibus.] GLOSS. ORD. Sæpe absque humano solatio , sapientiã confert suis inuestigatoribus sapietia diuina

Cogitationes prauæ repellendæ.

20. **NUMER. 8.** *Et radant omnes pilos carnis suæ.* GREGOR. 5. *Moral. cap. 24.* Pili carnis sunt , quælibet superflua , humane carnis vitæ veteris cogitationes , per quas sic à mente excidimus , vt de amissione earum nullo dolore fatigemur. Leuita autem assumptus dicitur. Oportet ergo Leuitas omnes pilos carnis suæ radere : quia qui in obsequium Dei assumitur , ante oculos Dei à cunctis carnis cogitationibus mundus debet apparere , ne illicitas cogitationes mens proferat , & pulchram animi speciem , quasi pilis fuscantibus deformem reddat. Sed quamuis virtus sanctæ conuersationis quemlibet euexerit , adhuc tamen ei de vetustate vitæ nascitur quod toleret. Vnde & ipsi Leuitarum pili radi præcipiuntur , non euelli , rasis enim pilis , in carne radices remanent , & crescunt , vt iterum recidantur , quia magno studio superflua cogitationes amputandæ sunt , sed amputari funditus non possunt. Semper enim generantur superflua , quæ spiritus , ferro sollicitudinis recidat. Sed hæc in nobis subtilius agimus , cum speculationis alta penetramus.

Cogitatio bona , radix est boni operis.

21. **REGVM 19.** *Quodcumque reliquum fuerit de Iuda , mittet radicem deorsum , & faciet fructum sursum.* GREGOR. *lib. 12. Moral. cap. 22.* Quod radix arboris , hoc cuique hominum cogitatio sua est. Quia in hoc quod exterius videtur , per illud tenetur quod interius non videtur. Cum enim cogitationem nostram ad compatiendum indigentem proximo tendimus : quasi radicem deorsum mittimus , vt retributionis fructum superius faciamus. *& lib. 8. cap. 29.* *Radicem deorsum mittere* , est , cogitationem bonam in abditis multiplicare ; *fructum verò sursum facere* est , per efficaciam operis , recta , quæ cogitauit , ostendere.

Carnalis cogitatio coercenda est , vt spiritualis augmentetur.

22. **GENES. 1.** *Terra autem erat inanis , & vacua.* BERNARD. Vsq; hodie in ciuibus Babylo-

nis , aquarum confusio , id est , confusio cogitationum , terram facit inanem , & vacuam. Dum namque fluitat circa carnem cogitatio vniuersa , nullum ex ea sperare est fructum salutis. Diuidantur ergo aquæ ab aquis , quatenus anima quoque , partem sibi vendicet sollicitudinis , & meditationis ; sanè inferiores certis limitibus coercentur , certis contineantur alueis : vt necessitatis terminos non excedant , vt perinde superiores copiosius dilatentur. Ex hoc sanè Dominus dat benedictionem , & terra nostra dat fructum suum.

De tribus generibus cogitationum.

VIDE *suprà numerum decimumtertium , ex Bernardo.* 23.

Cogitationes inordinatas iudicare , perfectorum est.

24. **GENES. 49.** *Dan iudicabit populum suum , sicut aqua tribus in Israel.* RICHARDVS. Multorum est , seipfos reprehendere de peruerso opere , vel praua voluntate. Pauci sunt qui seipfos diiudicant de inordinata cogitatione : sed quia perfecti viri hoc faciunt , & facere eos oportet qui perfecti esse volunt , ideo Iacob prædicit. Non facile in prauam delectationem , in consensum autem nunquam pertransit , & ita erit vt Dan , qui iudicium nominatur , de quo solo dubium est vtrum populum suum habeat indicare , &c.

Vanarum cogitationum copie , succedit per Dei gratiam bonarum multitudo.

25. **REGVM 4.** *Dabit tibi Dominus latitudinem cordis , sicut arenam qua est in litore Maris.* RICHARD. Vt tanta scilicet sit copia cogitationum bonarum , quanta fuit prius multitudo inutilium & vanarum : cum adhuc cor tuum iuxta mare magnum huius mundi , per desiderium requiesceret , & amore nimio inhaereret.

Cogitationes à peccato procedentes , impediunt animam.

26. **ECCLES. 27.** *Sicut in percussura cribri remanebit puluis : sic spolia hominis in cogitatione illius.* MACHARIVS , *Hom. 1.* Perinde ac cum currus currit , cutrus præcedens impedit , retinet , atque prohibet sequentem , ne præcedat , & perueniat ad palmam : ita cogitationes animæ atque peccati , currunt in homine. Si ergo contingat , cogitationem peccati præcedere , impedit illa , atque retinet , & prohibet animam accedere ad Deum , & contra peccatum reportare victoriam.

De cogitationibus bonis & malis.

27. **MACHARIVS , Hom. 16.** Bonæ cogitationes animæ similes sunt lapidibus pretiosis , ac margaritis : impuræ verò cogitationes , plenæ sunt ossibus mortuorum , & omni spurcitia , ac fetore. *Idem Hom. 26.* Quemadmodum arbor , multos habet ramos , & membra multa ; ita cogitationum & consiliorum multi sunt rami , quos comprehendit Satanas. Aliæ sunt cogitationes , & consilia , quæ non comprehenduntur à Satana.

Idem.

28. **CHRYSOST. Hom. 13. operis imper.** Quemadmodum in candida veste , macula citò apparet , nigra autem vestis , etsi tota sordidata fuerit , non citò apparet : sic & cordi puro , si surreptio inimici successerit , mox cor suum rectus homo discernit , quia spirituali alieno pulsatur : sin autem cor fuerit iniquitati-

bus plenum, suggestionem diaboli in se facile non intelligit.

Quales sint cogitationes, verba ostendunt.

29. **H**ERONYM. *Epistola ad Principiam virginem.* Quomodo iuxta qualitatem ciborum de stomacho ructus erumpit, & boni vel mali odoris, flatus indicium est: ita interioris hominis cogitationes verba proferunt, & ex abundantia cordis os loquitur.

Cogitationes male abicienda.

30. **A**VGVST. *de honestate mulierum cap. 5.* Quomodo si aliquis carbonem apprehenderit, si citò eos proiecerit, nihil ei nocebit: si verò diutius tenere voluerit, sine vulnere abire non poterit: ita & qui ad concupiscendum, oculorum defixerit intuitum, & libidinis malum in corde suscipiens, morari in corde suo permiserit, excutere à se, sine animæ plaga non poterit. Ideo iugiter clamemus cum Prophetis, *Psalm. 24.* [Oculi mei semper ad Dominum.] *Idem lib. de salutaribus documentis, cap. 3.* Ne quæso permittamus in nobis cogitationes pravas, nec tanquam minima negligamus; quia qui minima spernit, paulatim defluit. Non spernamus morsum serpentis, ne venenum eius aspergatur in corda nostra: quia quamvis venenum vita sit serpentis, tamen mors est hominis. Abscindamus virgulta spinarum de agro cordis nostri, ne defigat in nobis altas radices. Cor nostrum, ager est Domini Iesu Christi: excolamus eum cælestibus disciplinis, & non sinamus in agro tanti Imperatoris, seminari zizania; sed cunctis floribus virtutum decoremus, quia his delectatur.

Idem.

31. **C**ÆSARIUS ARELATEN. *Hom. 3. de fugiendis cogitationibus turpibus.* Quod luxuriosas cogitationes non debeamus in corde suscipere, euidentibus exemplis possumus approbare. Attendite, quomodo si aliquis in vestimentis nostris flegmata, vel sputa proficiat, ita nobis horrorem faciunt, ut nec oculis aspicere, nec summis saltè digitis velimus attingere. Et, si nobis sputa quæ sine peccato proiciuntur, horrorem faciunt in vestibus nostris: putas cogitationes libidinosas, quas diabolus ingerit, qualem horrorem faciunt Deo in animabus nostris? Itè sputa si sic perhorrescimus, quæ utique inuiti accipimus, quanto magis cogitationes sordidas, quas cum nostra voluntate in corde nostro, moras habere permittimus, opus est ut cum Dei adiutorio celerius respiciamus? & hoc considera, quod si in templum Dei de lignis, & lapidibus, quisquam porcos, vel canes introducat, aut lutum mittat, aut stercorea spargat, ita offenditur animus noster, ut illum per quem negligentia ipsa facta est, velimus flagellare. Quid igitur de nobis cogitamus, si in animabus nostris, ubi sunt templa Dei viuentia, multo peiores quam stercorea cogitationes luxuriosas, seu malignas suscipientes, Deo, qui in nobis habitare dignatur, iniurias irrogemus? Item dic mihi quæso, si te in conuentu populi aliqua famosa meretrix expansis manibus amplecti, aut osculari conetur, utrum hoc patienter aut lubenter excipias? Nonne magis eam & manibus repellis, & in faciem conspicias, timens, ne fortè quicumque viderit, ex consuetudine eam hoc fecisse diiudicet? Si ergo propter iudicia hominum, hoc non permittes; quare in secreto conscientie nostræ, immundissimas meretrices, hoc est, cogitationes luxuriosas & impias, non solum frequenter suscipere, sed etiam non paruas moras habere permittimus? Est & alia similitudo, quam prudenter considerare debemus. Si aliquis car-

bonem viuum, quamvis grandem, apprehendat in manu sua, & eum statim proiciat, nec combusturam habere poterit, nec dolorem: si verò eum, vel vnius horæ momento tenuerit, sine vulnere iactari non poterit. Item, quomodo in loco factoribus pleno diu stare nolumus corpora nostra: sic cogitationes luxuriosas, & sordidas, ne ad momentum quidem, moras habere permittamus in animabus, vel in sensibus nostris. Item in arca ubi sunt vestimenta nostra, qualemunque scintillam ignis nolumus intrare: per iniquas tamen cogitationes intus in arca conscientie nostræ, flammam iracundie, non solum intrare permittimus, sed etiam falsis suspicionibus ad maius incendium prouocamus, atque succendimus; & quam exculationem apud Dominum habere poterimus, qui plus amamus vestem nostram, quam animam nostram?

Cogitatio bona, initium bonæ voluntatis.

32. **C**HRYST. *Hom. 39. Operis imperfecti.* Sicut de gemmis flores procedunt: ita de bonis cogitationibus nascuntur bonæ voluntates; & sicut flores non possunt procedere, nisi fuerit gemma, sic bona voluntas nasci non potest, nisi præcesserit in homine cogitatio bona.

CONCUPISCENTIA, & Cupiditas.

Cupiditas, radix omnium malorum. 1.

Concupiscentia que prohibetur. 2. 6.

Concupiscentia non adest absque peccato. 3.

Concupiscentia quando erit mortale. 3.

Concupiscentia morbus. 3.

Cupiditatis pœna. 4. 5.

Concupiscentia bona & mala. 2. 6.

Concupiscentia, graue bellum. 7. 13. 14.

Contra concupiscentiam facere, sacrificium Deo acceptum. 8.

Concupiscentia reprimi potest per gratiam Dei, non sanari. 9.

Cupiditas, insensibiles nos reddit. 10.

Concupiscentia, vincenda vi. 11. 16.

Concupiscentia tentationes animam turbantes. 12.

Concupiscentia impedit Iustitiam. 15.

Concupiscentia, comparatur meretrici. 17.

Concupiscentia comparatur serpenti. 18.

Voluptas que à concupiscentia oritur, momentanea. 19.

Cupidi insatiabiles: vide, Bona temporalia, nu. 26.

vide etiam, Auaritia, nu. 11. Remedia contra concupiscentiam, vide, lux.

Cupiditas, radix omnium malorum.

EXOD. 20. *Non adorabis ea, &c. R. V. P. R. V. S.* Primum mandatum decalogi est: *Non habebis Deos alienos coram me.* Vltimum verò, *Non concupisces.* Apostolus verò dicit, quia *radix omnium malorum est cupiditas.* Cur ergo non positum est primum, *Non concupisces?* Ratio est: Quia sicut mala arboris superiores primùm rami præscinduntur, & sic paulatim vsque ad radices peruenitur: sic prius opera mala, prout sunt cupiditati viciniore, paulatim præcedunt, & sic ad vltimum ipsa cupiditas, vel concupiscentia, voce prohibentis amputatur. Quia igitur iniustos, quibus lex posita

Concupiscentia, non adest absque peccato.

posita est, & totos cupiditati deditos homines, Deus curandos suscepit: idcirco tanquam negotioso agricultori primùm hæc illi cura impendebat, ut malis radicibus occupatam terram ferendo, meliori plantationi præpararet, scilicet charitati. [Finis enim præcepti, ut ait Apostolus, est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.] Quapropter hic in initio non iam charitas imperatur, sed qua contraria sunt charitati prohibentur, ut illis extirpatis, tunc demum ipsa charitas radicè omnium bonorum substituat.

Concupiscentia que prohibetur.

2. **E**XOD. 20. *Non concupisces domum proximi tui, &c. D. THOMAS secunda secunda quæst. 122. art. 6. ad 3. & 4.* Concupiscentia dupliciter capi potest. Vno modo secundum quod est actus voluntatis, ut dicitur *Sapient. 6.* [Concupiscentia sapientie perducit ad regnum perpetuum.] Alio modo secundum quod est actus sensualitatis, iuxta illud: [Vnde bella, & lites in vobis? Nonne ex concupiscentiis, quæ militant in membris vestris?] Per duo hæc igitur præcepta Decalogi vltima, non prohibetur concupiscentia sensualitatis, quia secundum hoc, primus motus hominum essent peccata mortalia, utpote contra præcepta decalogi existentes, sed prohibetur directe concupiscentia voluntatis, qui est in opus, vel delectationem. **CHRYSOST.** *super Mattheum, Hom. 12.* Sicut duas in nobis habemus naturas, animæ, & carnis: sic duas habemus voluntates; vnâ, animæ; alteram, carnis: duas iras, duas concupiscentias, alteram animæ, alteram carnis. & natura quidem carnis, ab his non potest se separare. Nam necesse habet irasci, & concupiscere, etsi non vult, quoniam non est in arbitrio suo creata. Vnde Apostolus: [Sapientia carnis, inimica est in Deum: legi enim Dei subiecta non est, non enim potest.] Anima autem in arbitrio suo creata est, propterea potest, & non irasci, si vult, & non concupiscere, si vult. Quando ergo irascimur & concupiscimus, si displicemus nobis, & festinemus reprimere iram, vel concupiscentiam nostram, manifestum est quia caro nostra irascitur, aut concupiscit sola, non anima nostra. Quando autem complacemur nobis in his, & decreuimus, si poterimus, nostram implere iracundiam, vel concupiscentiam, tunc & irascitur anima, & concupiscit simul cum carne. Propterea sciens Deus quia carnis natura subdita ei non est, non mandat carni, non concupiscas, nolite irasci, &c. Sed ad animam loquitur, quæ potest ei in omnibus obaudire, quæ potest etiam carne irascente, & concupiscente, & ipsa non irasci, nec concupiscere. Vnde quando dicit: [Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam incechatus est in corde suo.] intelligit, non si quis concupierit secundum desiderium inuitabile carnis, sed si quis concupierit secundum voluntatem animæ & consensum, decernens & statuens implere quod cupit: ille enim talis, etsi nihil egerit, iam tamen in corde adulter est ante Deum, quia forsitan impeditus est ab opere, non compunctus in voluntate. *Idem hom. 52.* Sed ne desperare faciamus etiam virgines bonas, quia diximus per concupiscentiam animam fornicari: sciendum est quod aliud est concupiscere; aliud, velle. Concupiscere, passionis est; velle autem, arbitrij. Frequenter enim concupiscimus etiam quod nolumus. Si enim concupiscentiæ non consentit voluntas, concupiscentia sola non damnat, magis autem & gloriosiore facit virginitatis coronam.

IN Adultero quæ concupiscentia prohibetur, vide, Adulterium, num. 13.

DTHOMAS in *opiscentia.* Sciendum quod post peccatum propter corruptionem, nullus euadit concupiscentiam præter Christum & virginem gloriosam: & quodocumque concupiscentia adest, adest vel cum veniali, vel cum mortali, quando scilicet dominatur. Vnde Apostolus: [Non regnet peccatum in vestro mortali corpore.] Non dixit, non sit. Quia sicut ipse dicit, [Scio quod non habitat in me, id est, in carne mea, bonum.] Regnat autem peccatum in carne, primò quando in corde regnat concupiscentia consentiendo: & ideo subdit Apostolus, [Vt scilicet obediat concupiscentiis carnis.] Vnde Dominus: [Qui viderit mulierem,] &c. Voluntas enim apud Deum, pro facto reputatur. Secundo, quando dominatur in ore, conceptum exprimendo: [Ex abundantia enim cordis os loquitur.] Vnde Apostolus: [Omnis sermo malus, ex ore vestro non procedat.] & ideo, non est sine peccato componere cantiones vanas, etiam secundum Philosophos, quia Poeta fingentes carmina amatoria, debebant expelli à ciuitatibus. Tertio, quando egredietur in opere, membris concupiscentiæ seruiendo. Vnde Apostolus: [Sicut exhibuistis membra vestra,] &c. Isti ergo sunt gradus concupiscentiæ. **BERNARD.** *de sex tribulationibus.* Quid in homine purum à macula concupiscentiæ? Quid immune ab hoc contagio poterit inueniri? Ab intus manat, de corde exit pestiferum virus, ac deinceps corpus occupat vniuersum, mentem desiderijs afficit, membra illecebris inficit. Inde pruritus aurium, oculorum petulantia, inde olfaciendi voluptas, inde in faucibus tam inordinata delectatio, inde in vniuerso corpore mollitia sensus, & libido perniciosa tangendi, inde intus in anima ebrietas illa desideriorum, & fornax quædam ambitionis, auaritiæ, inuidiæ, & omnium denique vitiorum affectibus vehementer accensa. [A planta pedis, vsque ad verticem] non est sanitas in me. Totum infecit concupiscentia, lex peccati in omnibus membris inuenitur. Huic ergo tam multifariæ pesti, per singula quæque resistere quàm multiplex tribulatio. Minime tamen in hac tam multiplici lucta deficiendum, aut desperatione cedendum est: licet enim abundant Passiones, & tribulationes pro Christo, sed abundant & consolationes per ipsum. Audi consolationem: Peccatum in foribus est, nisi ipse aperias, non intrabit. Appetitus in corde prurit, sed sub te est, nisi sponte cesseris, nihil nocebit. Consensum cohibe, & immaculatus eris. Iuxta illud: [Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.]

Cupiditatis pœna.

NVMER. 22. *Si dederit tibi Balaam domum suam plenam argenti, & auri, non poterò immutare verbum Domini Dei mei, ut vel plus vel minus loquar.* **A. V. G. V. S. T. I. N. quæ. 48. in Num.** Balaam in his verbis, nullum habet omnino peccatum. Sed quod sequitur, graue est peccatum. *Obsecro ut hic manentis etiam hæc noxæ, ut scire queam quid mihi rursus respondeat Dominus.* Iam enim constans esse debuit cum Dominus dixisset: *Non ibis cum eis, &c.* nec eis spem dare, quod posset Dominus tanquam Balaam muneribus & honoribus flexus, suam mutare sententiam: sed se victum à cupiditate monstrauit. Dominus autem, videns cupiditatem deuictam muneribus, permittit ire, ut iumento quo vehebatur, eius auaritiæ coereret, hoc ipso eius confundens dementiam, quod prohibitionem Domini per Angelum factam, alina transgredi non auderet, quam ille cupiditate transgredi conaretur. *Alique illi Dominus: si vocare te uenerit.*

vult homines isti, surge & vade cum eis. **INTERL.** Cedit Deus cupiditati, dimittit eum in desiderium cordis sui. Addit **AVGVST.** Cur post istam permissionem Domini, iterum non consuluit, sicut post illam prohibitionem, nisi quia cupiditas eius apparebat, quamvis timore premeretur?

Idem.
DEUTER. 8. *In qua erat serpens statim adarens, & scorpis, ac dipsas.* **GLOSS. ORD.** Genus Alpidis, quæ Latine dicitur *Situla*, quia quemcumque momorderit, siti perit: adeo parvula, ut cum calcatur, non videatur: cuius venenum, ante extinguit, quam sentitur, nec tristitiam sentit moriturus. **LYRAN.** Et significat tentationem de vitio proprietatis, qua religiosus percussus moritur siti cupiditatis.

Concupiscentia bona, & mala.

GENES. 1. *Ecce dedi vobis omnem herbam, &c. ut sine vobis in escam, & cunctis animalibus, &c.* **ORIGEN.** Herba, & fructus terræ in escam homini datus, & iumentis, potest per allegoriam, de affectibus corporalibus intelligi. Verbi gratia: Ita cibus noster est, &c. vide verbo, *tra*, n. 1. Similiter & de concupiscentia dicendum: cum enim concupiscit, & deficit anima nostra ad Deum viuum, noster cibus est concupiscentia: cum autem mulierem, vel rem alienam, ad concupiscendum videmus, bestialis cibus efficitur concupiscentia. Attendamus ergo ut possimus scire quæ à Deo donata sunt nobis, ut monet Apostolus, & quæ nobis ad escam data sunt, non faciamus escas porcorum vel canum.

Concupiscentia graue bellum.

AD GALAT. 5. *Caro concupiscit aduersus Spiritum, &c. Hæc enim sibi inimicem aduersatur, ut non quacumque vultis illa faciatis.* **AVGVST.** de verbis Domini *Serm.* 43. Modò quando caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, contentio mortis est, quia volumus, ut nullæ sint concupiscentiæ, sed non possumus. Velimus nolimus, habemus illas. velimus nolimus, titillant, blandiuntur, stimulant, infestant, surgere volunt, premuntur, nondum extinguntur. Ergo quandiu viuunt, fratres, sic est: sicut & nos qui seruimus in ista militia, minores quidem hostes habemus, sed tamen habemus.

Contra concupiscentiâ facere sacrificium Deo acceptum.

1. PARALIP. 11. *Desiderauit David aquam, &c. de cisterna Bethleem, &c. & attulerunt ad David ut biberet, qui noluit, sed magis libauit illam Domino.* **GREGOR.** *Hom.* 24. *in Euang.* Cogitandum summopere est, ut qui se illicita meminisse commississe, à quibusdam etiam licitis studeat abstinere, ut qui prohibitum sibi commisit, abscindat etiam concessa, & se reprehendat in minimis, qui deliquit in maximis. Lex vetus, alienam uxorem concupiscere vetuit, à rege fortia iuberi militibus, vel desiderare aquam, non pœnaliter vetat. David concupiscentiæ mucrone transfixus, alienam uxorem abstulit, & malum quod perpetravit, per pœnitentiæ lamenta correxit, qui cum longè post contra hostium cuneos federet, aquam bibere ex eorum cisterna desiderauit, quam electi milites, inter hostium cateruas erumpentes illæsi atulerunt; sed flagellis eruditus, protinus cum periculo militum aquam desiderasse reprehenditur, & eam Domino libauit, quia in sacrificium aqua effusa conuersa est, culpam concupiscentiæ maculauit per pœnitentiæ suæ reprehensionis. Qui ergo quondam alienam uxorem concupiscere non timuit, post etiam, quia aquam concupiuit, expauit. Qui enim il-

licita se perpetrasse meminerat, contra se rigidus etiam à licitis abstinebat.

Concupiscentia reprimi potest per gratiam Dei, non sanatur tamen.

MARCI. 9. *Et collidens, & multum discerpens eum Daemon exiit ab illo.* **BERNARD.** Ita dico, nobis illud genus peccati, quod toties conturbat nos, concupiscentias loquor, & desideria mala, reprimi quidem debet, & potest per gratiam Dei, ut non regnet in nobis, & sic nulla damnatio est his, qui sunt in Christo lesus: sed non eicitur nisi in morte, quando sic discerpimur, ut anima separetur à corpore.

Cupiditas insensibiles nos reddit.

ORIGEN. *Hom.* 8. *in Numer.* Sicut hi qui Dæmone repleti, vel qui mente sua alienati sunt, non sentiunt si vulnerentur, quia naturalibus sensibus carent: ita & nos vel cupiditatibus sæculi amantes effecti, vel vitiis inebriati, sentire non possumus quanta vulnera, quantas contritiones animæ peccando conquirimus.

Concupiscentia vincenda vi.

GREGOR. *NAZIANZ.* *in dictum Euangelij.* **11.** Cernitis quòd fontes plumbeis inclusi fistulis, cum valde ob angustiam irgentur, & in vnum feruntur, adeo plerumque aquæ vim exuperant naturalem, ut etiam ad superna prorumpant, cum assidue à sequentibus propelluntur: ita etiam si cupiditatem strinxeris, tota Deo agglutinaberis, in altum eleuaberis, vnde non discedes, vnde non separaberis: tota Christi permanebis, donec sponsum tuum videas. Inaccessibilem te seruat, tam sermone quam opere, vita, cogitatione & motu. Vndique te malignus tentare saragit, omnia speculatur, ubi iaculetur, ubi vulneret, ne quid nudum, & plagæ inueniat obnoxium, quanto puriorem videt, tanto magis inquinare contendit: si quidem splendide vestis lordes sunt manifestiores. Ne oculus oculum trahat, ne risus risum, ne consuetudo noctem, ne nox perditionem: quod enim particulatim subtrahitur, & furto subripitur, insensibile ad præsens damnum habet, sed ad summam malitiæ oram.

A concupiscentia tentationes animam turbantes.

LEM. ALEXANDRIN. *lib.* 2. *Strom.* Quemadmodum exhalationes, quæ ex terra, & lacunis & voraginibus oriuntur, conflantur in caliginem, & nimbofam vortiginem: ita etiam carnalium cupiditatum vapores malam animæ inurunt habitudinem, voluptatis spectra animæ representantes, & ante eam effundentes: intelligenti itaque luci tenebras offundunt, attrahente anima vapores, qui oriuntur ex cupiditate, ex perpetuitate voluptatum, condensate vitorum vortigine. Aurum è terra non tollitur, glebæ, sed cocta, percolatur: deinde cum munda fuerit, aurum vocatur.

Concupiscentia animam grauat.

MACHAR. *Hom.* 15. Veluti dum quis inuitatus fuerit ad prandium, & huic apponuntur varia ciborum genera, peccatum suggerit, ut de omnibus gustet: & sic anima, delectatione capta grauatur. Montes enim grauissimi sunt affectiones illæ, in quarum medio currunt flumina Draconum, venenolarum ferarum, ac reptilium.

De igne concupiscentiæ comburente animam.

CHRYSOST. *Serm.* in *Oseam.* Sicut ignis mox ut calamum apprehenderit, non expectans aliquid

quanto tempore, attractam materiam sua flamma accendit: ita & concupiscentiæ ignis, ut primum formositate & venustate visu attigerit, animam statim accendit. *Idem hom.* 2. *in Matth.* Sicut ignis iste communis ubi humidam contripit conspersamque materiam: sic etiam concupiscentia vehemens illa prorsus, ac flammea, quando humentem aluius ac palustrem succendit animam, multum in ea fumum gignit, ac nutrit. *Idem ibidem.* Quemadmodum ignis aqua pluuiali, per ventorum flatum extinguitur: sic quoque imber Spiritus sancti, ex potentis illius auræ flatu ignem concupiscentiæ in cordibus hominum extinguit, omnemque fumum dispergit.

Concupiscentia impedit Iustitiam.

15. IDEM. *Homil.* 8. *Oper. imper.* Quemadmodum si tollis herbas de agro, triticum conualescit in illo: sic & concupiscentia si præcidatur ab hominibus, iustitia conualescit: quia sicut herbe suffocant triticum, sic & concupiscentiæ carnales suffocant disciplinam.

Concupiscentia expellenda.

16. IDEM. *Homil.* 12. *in Epistolam ad Roman.* Quemadmodum fit, ut qui lauream expectat, is labores eos in quibus versatur, nullo modo sentiat: sic qui voluptate peracta, supplicia sibi parata intelligit, fieri non potest, ut ista lætitia perfruatur, timore omnia conturbante. *Idem Homil.* 22. *ad Populum Antiochenum.* Cani similis est voluptas; si pellas, fugit: si nutrias, permanet. Propterea dicit Apostolus: *Resistite Diabolo, & fugiet à vobis.*

Concupiscentia comparatur meretrici.

17. AMBROS. *lib.* 1. *de Cam & Abel, cap.* 4. Duæ mulieres vniciue nostrum cohabitant, inimiticis ac discordiis dissidentes, velut quibusdam zelotypiæ contentionibus domum nostræ replentes animæ. Vna earum nobis suauitati & amori est, blandæ conciliatrix gratiæ, quæ vocatur voluptas, quæ est meretrix. Nam quid tam meretricium, quam sæcularis voluptas, quæ à fenestra domus suæ intrat, oculis prima tentamenta præludens, & penetrat cor? si tu in plateas prospiciens, id est, in publicas transcursum vias, non in legis interna mysteria obtutum mentis intendas? Ea profectò est quæ validioribus vinculis, velut cubile quoddam confociatæ nobis communitatis intexit, ut qui inclinauerit se, ligetur, & opprobriosa: fraudis velamine operit corporis sui stratum, ad sollicitandum animos iuuenum, absentiam viri, hoc est, legis, obtextens. Lex enim à peccantibus abest: ideo ait Proverb. 7. [Non est vir in domo eius.] quia in gratiam sui lege n velint esse venialem. Spargit odores suos voluptas, quia Christi odorem non habet, thesauros ostendit, regna promittit, amores spondet continuos, disciplinas sine pedagogo, sine monitore sermones, vitam sine sollicitudine, mollem somnum, inexplebilem cupiditatem.

Concupiscentia comparatur Serpenti.

18. GENES. 3. *Supra pedus tuos in gradieris, & tergram condes, &c.* **AMBROS.** *Epist.* 42. Non immerito sanctus Moyses, delectationem, serpentis figurauit similitudine. Prona est enim in ventrem sicut serpens, non pedibus incedens, aut vllis eleuata cruribus, sed sinuoso flexu totius velut corporis sui lubrica. Ei terra cibus est, sicut serpenti, qui escam nescit coelestem. Corporalibus enim pascitur, atque in varias mutatur species cupiditatum, & tortuosis angulatur anfractibus. Venenum in dentibus habet, quibus se vnusquisque cuiuscumque luxuriosus, helluo in-ternecat, abliguritor perimit.

Voluptas quæ à concupiscentia oritur, momentanea.

GREGOR. *NYSSEN.* *Homil.* 5. *in Ecclesiast.* Quomodo qui scribunt in aqua, manu quidem efficiunt scripturam, typos characterum describentes in humido: ex characteribus autem, nihil manet in figura, sed scribendi opera est tantum dum scribitur, manum enim semper sequitur aquæ superficies, id quod est impressum leuigans: ita omne studium, & operatio, quæ ponitur in fruenda voluptate, apparet in his quæ sunt. Nam cum cessauerit operatio, deletur etiam sensus voluptatis, nec eius quidpiam amplius reconditur, nec his qui lætantur, remanet vllum vestigium, aut reliquæ operationis, quæ erant ex voluptate.

CONFESSIO.

Confessio peccati exigitur à Deo. 1. 7.

Confessio humilis cum rubore. 2. 14. 15.

Non confiteri, malum. 2. 3. 14.

Confessio multum prodest ad veniam. 4. 6. 8. 11. 13.

Confessio mitigat Dei iram. 5.

Confessio festina. 6. 12.

Confessarij, qualiter se gerere debent. 9. 13.

Confessio sicca. 10. 14.

Confiteri magna gloria Dei. 14.

Confessio clara. 16.

Per confessionem saluamur. 17.

Verè confitens, duplicem consequitur gratiam. 18.

De tribus circumstantiis confessionis. 19.

Confessio debet esse integra. 20.

Quibus confiteri debemus. 21.

Confiteri, salubre, at in iudicio externo, mortiferum. 22. 23. 24. 25.

Confessionis mirabilis effectus. 26.

Vide, Amor Inimicorum, Numer. 15. *Inuidia, Numer.* 13.

Confessio exigitur per Deum à peccatore.

GENES. 3. *Adam ubi es?* **CHRYSOST.** 1. Obtupesce ad eminentem Dei misericordiam, non solùm quod vocauit, sed quòd per seipsum vocauit, &c. *Vide, vocatio.* **INTERL.** & **RABAN.** His ostenditur quia qui à fide, vel bonis operibus ad mendacia desideriaque labuntur, non despicit illos Deus, sed adhuc ut redeant per pœnitentiæ, vocat, quia non vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & viuat. [Ergo non est desperandum de quibuslibet peccatoribus, dum & ipsi impij ad spem indulgentiæ prouocantur.] **THEOPHIL.** Non tamquam ignarus Deus interrogat, sed cum esset misericors, piè arguit, præbens pœnitendi occasionem & confitendi. **EVCHER.** Interrogat, ut uis quisque conuincatur responsionibus. Quia, licet non ignoret quod sibi vult indicari, vult tamen delinquentem etiam responsionis testimonio reum statui. Dum enim interrogat, iudicat.

Confessio cum rubore.

GENES. 3. *Vocem tuam audini, &c. & abscondi me.* **AMBROS.** Habent remedium qui se absconderunt. Nam qui absconditus erubescit, qui erubescit, conuertitur: sicut scriptum est: [Confundantur, & conuertantur omnes valde velociter.] **RVPERR.** Non dicit: Ecce adsum, nec enim Deo aderat, aut obe-

dienter adesse volebat, qui post inobedientiam se absconderat; & notandum quod culpam suam tacuit, quæ causa erat suæ pudendæ nuditatis, sed questus est se esse nudum, vt Deum potiùs incusaret, quod talem iacturam hominis formasset. Sequitur, *Cui dixit Deus: Quis indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo tibi præceperam ne comederes, comediſti?* Quia suæ nuditatis causam homo tacuit, idcirco Deum loqui, & eandem in homine causam arguere oportuit. Est autem hæc regula diuinæ æquitatis, vt homo si iustificari velit, seipsum accuset. [Iustus enim in principio, accusator est sui,] & tunc mitius & mansuetius agit cum illo misericordia Dei. Si autem homine tardante, priorem Deum oporteat loqui, & narrare quid homo fecerit, tunc distriktius arguit, atque corripit, non in mansuetudine, & misericordia, sed in furore & ira sua: & ideo hinc Dominus acriter inuectus est in hominem, dicens: *Et quis indicauit tibi, &c.* At si diceret. Hæc ipsa scientia, qua te nudum perspexisti, culpa tua est, &c. Vtinam qui peccauerat, & peccatum suum à Deo redargutum & cognitum nouerat, saltem hoc solum diceret: *Comedi: & proci-dens rogaret Deum [dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi,] & non præferret scutum defensionis, dicens: Adulter quam dedisti mihi.* AVGVST. Non dixit, Peccavi. Superbia enim habet confessionis deformitatem, & non habet confessionis humilitatem. GREGOR. 4. *Moral. cap. 23.* Excelsus sui vitium in auctorem latenter intorquet. Hinc est quod huius erroris ramus in humano genere, ex illa nunc vsque radice protrahitur, vt quod malè agitur, adhuc etiam defendatur.

Ibidem.

IBID. *Mulier quam dedisti mihi, &c.* GREGOR. *Super Psalm. Penitent. Beati quorum.* Imputare sibi Adam peccatum suum noluit, quando culpam suam in Creatorem suum refudit, & quia se confiteri culpabilem renuit, mortiferæ damnationis sententiam ad posterum misit. [Quod si nosmetipsos, ait Apostolus, iudicarem, non vtique iudicaremur,] si nobis peccata nostra imputarem, non ea nobis imputaret Deus, si ea satisfaciendo puniremus, nullum qui nos in futurum puniret, inueniremus. Iudicare autem se ipsum nemo potest, nisi qui virilem animam ad vitia profrequenda assumit. Sequitur, *Et ait Dominus ad mulierem, &c. que respondit, serpens decepit me.* AVGVST. Nec ista confitetur peccatum, sed in alterum refert pari fastu, licet impari sexu. Ex his tamen natus, licet non eos imitatus est, qui dixit, & dicit vsque ad terminum sæculi: [Ego dixi Domine, miserere mei; sana animam meam, quia peccavi tibi.] Quanto melius sic & isti? sed adhuc ceruices peccatorum non concciderat Dominus. GREGOR. 22. *Moral. cap. 13.* Requisti quidem fuerunt, vt peccatum quod transgrediendo commiserant, confitendo deleterent, sed adhibere sibi vtrique defensionis solaria quam confessionis, elegerunt, &c. serpens non requiritur, quia nec eius penitentia quærebatur. Hæc autem sunt veræ humilitatis testimonia, & iniquitatem suam quemque cognoscere, & cognitam, voce confessionis aperire. Vnde & mortuo Lazaro, qui mole magna premebatur, nequaquam dicitur, Reuivisce, sed, veni foras, vt nimirum homo in peccato suo mortuus, qui intra conscientiam suam abscondit iacet per nequitiam, à seipso foras exeat per confessionem. Mortuo enim, veni foras, dicitur, vt ab excusatione & occultatione peccati, ad accusationem suam ore proprio exire pronocetur. Vnde & David, ab illa tanti mole facinoris reuiviscens, ad vocem Domini, quasi foras exiens, dū per Nathā correptus, quod fecerat, accusauit.

Confessio multum prodest ad veniam.

GENES. 3. *Serpens decepit me.* AMBROS. Et hoc veniabile Deo visū est, eo quod nosset multas ad decipiendum esse vias serpentis. Quia transfiguratur in Angelum lucis, & ministri eius, sicut ministri iustitiæ sunt: falsa imponens rebus singulis nomina, vt Temeritatem dicat esse virtutem, & Ananiam, nomen imponat industria. Veniabilis ergo culpa quam sequitur confessio delictorum. Mulier confessa peccatum est, & ideo eam medicabilis sententia secuta est. Bonum est eodemnari in peccato, & flagellari in delicto, vt cum hominibus flagellemur. Cain quia voluit negare crimen, dicens, [Nescio. Numquid ego custos fratris mei sum?] indignus iudicatus est qui puniretur in peccato, & cum hominibus flagellaretur. Et ideo accusatori Diabolo, eius accusatio reseruata est, vt cum eius angelis flagellaretur, qui cum hominibus noluit flagellari. De talibus dictum est: [In labore hominum non sunt,] id est, non est declinatio mortis eorum, & cum hominibus non flagellantur. Ergo quia Eva ipsa confessa est delictum, mitior sequitur, & profutura sententia, quæ condemnaret errorem, & veniam non negaret.

Confessio mitigat Dei iram.

GENES. 4. *Nescio. Numquid custos fratris mei sum ego?* Interrogat Dominus (ait AMBROS.) Cain de fratre, vt moneret eum ad confessionem. Confessio enim penarum compendium est. Apud forensia tribunalia, tandiu quisque torquetur, quamdiu non confitetur crimen: quod si confiteatur (ait S. Ambrosius) quædam tangit iudicem miseratio confitentis. Mitigat iudicem pudor reorum, excitat autem pertinacia negantium. Vult te pronocare ad penitentiam Deus, o Cain, vult de se sperare indulgentiam: vult demonstrare tua confessione, quod non sit auctor malitiæ, CHRYSOST. Medicus est enim Deus, & clementissimus Pater, & quod patri illius fecerat, scilicet Adamo, rogat & nunc Cain, & dicit: *ubi est frater tuus?* sicut illi dixerat: *Adam ubi es?* non ignorans, sed fiducia occasione illi præbens, vt per confessionem peccati, delictum ipsius absolueretur. AMBROS. Sed perpende patricidæ contumaciam. *Nescio* (inquit.) *Numquid custos, &c.* Quemnam magis quam fratrem minorem leuare debeuerat? Sed quomodo naturæ obedientiam deferret, qui Deo obedientiam non exhibuit? Reulat fraternæ munus custodiæ, quasi exors naturæ: quid miraris si pietatem non agnouit, qui non agnouit auctorem? CHRYSOST. Oportebat illum suæ insaniam, verbis Domini, sinem ponere, & ostendere medico vlcus, & accipere ab illo pharmaca: verum ille iterum dirumpit vulnus, & vlcus incrementum facit, & dicit: *Nescio. Numquid custos, &c.* Hoc natura decreuit, quod grandior ætate frater, fraternæ salutis custos sit. Quod si hoc nolebas, o Cain, & noluisse custos esse fratris, quare ergo illius interfectores factus?

Confessio condonat peccata.

GENES. 4. *Dixit Lamech uxoris suis, &c. Quoniam occidi virum in vulnus meum, &c.* CHRYSOST. Considera quantum illi profuerit pœna Cain irrogata. Non solum expectat, vt ab alio arguatur, sed nullo, vel accusante, vel increpante, ipse confitetur, mulieribusque narrat delicti magnitudinem, implens illud: [Iustus in principio sermonis, accusator est sui.] Ipse enim sua lingua, & confessionem peccatorum facit, & conferens quæ à se facta fuerant, cum his quæ à Cain, penam definit. Plurimum ad emendanda peccata valet confessio. Sed quis ad talem

ad talem confessionem Lamech adegit? Nullus certe alius quam sui ipsius conscientia & incorruptus ille iudex. Misericors enim Deus, eiusmodi nobis accusatore assistere voluit, vt nunquam soli relinquamus, sed indefinenter ille congregiens clamet, & pœnam exigat delictorum, &c. Quod si quis voluerit vti conscientia adiumento, vt decet, & ad confessionem peccatorum festinare, & medico ostendere vlcus, qui curret, & non exprobrat, atque ab illo remedia accipere, & omnia dicere cum diligentia, facile peccata sua emendabit. Confessio enim peccatorum, abolitio etiam est delictorum. Lamech, suis mulieribus carnes à se commissas detegere & confiteri non refugit. Quali erimus nos venia digni, si ei qui omnia nostra accuratè nouit delicta, confiteri non volumus peccata? Absque sumptu & cruciatu est pharmacum confessionis. Non in eo opes alique vult expendendæ, non via proluxa eunda est, non dolorem & cruciatum affert hæc medicina, non graue aliquid à nobis requirit Deus, contritionem vult cordis, compunctionem mentis, & confessionem ruinæ, & non solum largitur vulnere curam, sed & eum qui antea, innumeris peccatorum sarcinis grauabatur, iustum efficit, iuxta illud: *Dic tu prior peccata tua, vt iustificeris prior, id est, ne expectes te arguentem, sed præueni, & rape sermonis principium, & accusatoris linguam obmutescere facies.* In humanis quidem iudiciis si quis hoc faceret, & ante accusationem facinora confiteretur, sententiam capitalem omnino in suum caput accerteret. At misericordis Dei, & animarum nostrarum medici, tanta est bonitas, tamque ineffabilis clementia, vt si aduersarium nostrum, & accusatorem diabolum præuenerimus, & antequam ad tribunal iudicij cum eo ingrediamur, facinora nostra confessi fuerimus, dicendique principium rapuerimus, nostri ipsorum facti accusatores, in tantam misericordiam pronocabimus Dominum, vt non solum nobis donet liberari à peccatis, sed & in iustorum catalogo numerari.

In confessione peccata manifestanda.

GENES. 9. *Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.* EVCHERIVS. Morticinum ad escam non admisit Deus, eo quod mortuorum animalium, & non occisorum, morbida caro est, nec apta ad salutem corporum: quod & in Actibus prohibent Apostoli, vt abstinerent gentes à sanguine, id est, non ederent carnem, cuius sanguis non esset effusus. *Mysticè* autem, vult Deus vt effundatur sanguis, id est, peccatum, per confessionem, in conspectu Domini effundamus, quia abominatur conscientias suffocatas, quarum sanguis non est effusus.

Per confessionem peccata operiuntur.

GENES. 24. *Rebecca confectio Isaac descendit de camelo, tollensque pallium suum, cui operuit se.* GREGOR. 1. *Moral. cap. 14.* Quia Domino cognito, ab elationis celsitudine anima ima humilitatis petit. Pallio sese operuit, quia Ecclesia quanto subtilius Saluatoris sui mysteria penetrat, tanto altius de ante acta vita confunditur, & verecundatur, quia peruersè egerit. Vnde Apostolus ei dicit: [Quem fructum habuisti tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?] Item pallio se operire curauit, dum confessionis tegumento, peccata sua cooperuit, & abstulit, vt sponso celesti præsentarentur purgata iuxta illud: [Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.]

Confessarij qualiter cum penitentibus se gerent.

EXOD. 8. *Et ait Moyses, scilicet Pharaoni, Egredus à te vrabo Dominum, & recedet à te musca, &c.*

LIPOMAN. Licet ex multis argumentis suspicabatur Moyses, regem ficta loqui, & mox reuocaturum sententiam, sicut antea fecerat; nihilominus tamen patitur sibi satisfieri externa confessione regis, & offert officium suum regi. Primum quidem pollicetur se oraturum pro salute Regis, deinde admonet regem, vt verè ex animo resipiscat. *Verumtamen noluit, ultra fallere, &c.* Quasi dicat: Ego quidem tanquam minister Dei contentus sum externa tua confessione: non enim meum est de occultis cordium cogitare: sed vide tu, vt quod verbis affirmas, seridè sentias, & opere ipso compleas. In hoc admonentur ministri Ecclesiæ, vt peccatores affirmantes se penitentiam acturos, non temere à Sacramento arceant: etsi optime sciant ipsos sæpenumero in peccata relapsuros. etsi enim ministro molestissimum est sacramenta porrigere huic qui sæpenumero fictam penitentiam professus est: minister tamen non est sapientior Domino Deo suo, qui nec Iudam, apparentem adhuc coram Apostolis iustum, & exultantem sese vnà cum aliis Apostolis de prodicione, à Sacramento corporis sui reiecit. Nec melior est Deo Patre nostro, qui finit [solem suum orti super bonos, & malos.]

Confessio ficta non prodest.

EXOD. 10. *Peccavi in Domum Deum vestrum, & in vos.* CAIETAN. Verum dicit, sed non ex corde; verè enim scriptum est: [Est qui nequit se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.] RVDERTVS. Non enim satis est cuique dixisse, Peccavi, nec prodesse potest confessio ficta, aut coacta. LIPOMAN. Confessio enim peccatorum cum fictione, etiam sapius iterata non prodest: sed ipsa vera, vna cum resipiscencia & proposito vitæ melioris.

Confessio peccata tollit.

EXOD. 13. *Primogenituum asini, mutabis oue; quod si non redemeris, interficies.* GREGOR. 27. *Moral. cap. 15.* Quisquis post malitiam carnis, ad innocentiam conuertitur cordis, *primogenituum asini mutat oue*, quia prioris vitæ immunditiam ad innocentiam conuertit. Qui enim qualis prior fuerit, desinit esse, & apprehensa carnis munditia, innocentiam custodit in oblationem Dei, *primogenituum asini oue mutat.* Quod si non redemeris, interficies. INTERLIN. id est, si tam infirmus es, vt ad veram innocentiam non possis peruenire, confitere saltem, & damna peccatum tuum.

Confessio remedium facile contra peccata.

EXOD. 17. *Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex utraque parte.* GREGOR. *Hom. 33.* Aaron & Hur manus Moysi sustinent, atque sustentando leuiore reddunt: quia mediator Dei & hominum cum igne Spiritus sancti veniens, mandata legis grauias, quæ, cum carnaliter tenerentur, portari non poterant, tolerabilia nobis per spiritalem intelligentiam ostendit: quasi enim manus Domini leues reddidit. Quia potius mandatorum ad virtutem confessionis retorfit. In lege quippe scriptum est: si quis hæc vel illa fecerit, lapidibus obruatur. Apparuit autem conditor noster in carne, & confessioni peccatorum non pœnam, sed vitam promittit. Mulierem sua vulnera contentem, suscipit, & sanam dimittit. Inflexit ergo ad misericordiam duritiam legis: quia quos iuste illa damnat, ipse misericorditer liberat.

Confessio festina.

EXOD. 32. *Obsecro, peccauit populus iste peccatum maximum, &c.* CHRYSOST. *Hom. 3. de verbis Isaie.*

Hanc. Vidi Dominum, &c. Moyses à confessione peccati incipit. Quia in mundanis ac forensibus iudiciis, post accusationem, & criminum confessionem, sequitur mors. Ceterum apud diuinum Tribunal post accusationem & confessionem criminum, datur corona. Vnde & Salomon dicit: [Ne iustificaueris teipsum in conspectu Domini.] & alibi: [Dic tu prior peccata tua, vt iustificeris.] *Leui. 13. Homo in cuius carne, &c. id est, leprosus, per quem intelligitur peccator, [adducetur ad Aaron Sacerdotem, & ad vnum quemlibet filiorum eius.] GLOSS. ORD.* Cognatorum secundum spiritum, à quo habet sacerdotium, quibus inest perfecta & plena prophetia, vt discernere possint subtilia, & animæ motus absconditos. Hoc habet remedium peccator, accedere ad sacerdotem, & confiteri peccatum suum, siue interius siue exterius sit. Vnde *INTERL. in cuius carne*, id est, carnali voluptate interiori, & *cute, exteriori.* Sacerdotes hic Deus iudices & medicos lepræ constituit, postea eosdem constituturus, & iudices & medicos peccati in confessione. *Ad arbitrium eius separabitur.* Quod insinuat Christus dicens: [Quorum retinueritis peccata, retenta erunt. Vide, & *clus animarum, Num. 7. ex Gregorio.* Sequitur: *Nec humilior carne reliqua.* *GLOSS. ORD.* id est, humilior se ipso. Vnde rectè veniam non merebitur. Vincti enim ab alio maiore, portabile est. Bonum autem à Deo præceptum, non operari, vt seipso deterior fiat, quale est confitendi præceptum, hoc importabile est.

Confiteri, magna gloria Dei.

14. **I**OSVE 7. *Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, aquo indica mihi quid feceris, ne abscondas.* *LYRANVS.* Per confessionem tuam appareat Deum vera dixisse, de peccato anathematis, & per consequens iuste puniuisse populum. Confitendo quis peccatum, magnam gloriam Deo dat, quia confitetur eum immensum, & vbiq; adesse, sapientissimum, quem nihil latet, etiam interiora cognoscens, confitetur eum peccata remittere, iuxta illud: [Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.] Non dixit, gratia Dei, sed *gloria Dei.* Quia magna est gloria Dei condonatore esse peccatorum. Sed dices: Quare huic non pepercit, si quidem confessus est, dicens: [Verè ego peccaui Domino Deo Israel, & sic feci?] Pauciora verba dixit Dauid ad Prophetam Nathan, dicens: [Peccaui Domino:] & statim audiuit: [Transiit quoque Dominus peccatum tuum.] Ratio est, quia hic non habuit contritionem, vt ex sequentibus verbis colligitur: *Vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum.* Videbatur ei valde bonum, etiam postquam dixerat, [Verè ego peccaui.] Econtrario Dauidi valde malum videbatur, vt ipse ait, *Psal. 50.* [Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.] Non enim sufficit confessio sine dolore. Non ita fecit Anna. *1. Reg. 1. fletus largiter, &c.* Ait Sacerdoti Heli: [Effudi animam meam in conspectu Domini.] *CHRYSOST.* Non ait, deprecor Dominum, sed *effundo animam meam, &c. id est, mentem meam exinanivi apud illum, Deo narraui calamitatem meam, ostendi vulnus, ille potest dare remedium.* Quod enim effunditur, vilipenditur, & omnino manifestatur: sic confessio debet esse humilis, & clara. *1. Reg. 7. Hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini, &c.* *GLOSS. ORD.* Vt sicut aqua effusa non redit, sic nec ipsi redirent ad idololatriam. *LYRANVS.* Vel sicut aqua effusa ad nihilum valet ultra, nihil se esse, in conspectu Domini faterentur. Alij hoc exponunt de contritione, & lacrymis. & hauserunt aquam à cordibus suis, & per oculos effuderunt in conspectu Domini. Doctus quidam Hebræorum dicit, hanc haustionem & effusio-

nem aquæ fuisse in signum fidei remissionis peccatorum, dicendo: Euanescant peccata nostra vt hæc aqua. *RVPERT.* Hebræi tradunt, quod coram Domino in eadem aqua maledicta congesta sunt. & sicut in lege mulier zelotypa, hausta aqua probabatur: ita & hic idololatæ hæc aqua probati sunt. Tradunt enim quod quicumque idololatæ hanc aquam gustasset, labia eius ita sibi adhererent, vt nequaquam ea abinuicem separare posset, & ita idololatæ hoc indicio deprehendebatur, & interficiebatur. Ita *HIERONYMVS.* in *questionibus Hebræicis supra libros Regum.* Dicunt etiam, quod hoc modo Moyses idololatras, qui sibi vitulum fecerant, probauerit, quando combustum vitulum contriuit vsque ad puluerem, & sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel. Supplicium grauisimum scelerum, clausum habere os ad confitendum ea.

Confessio humilis.

15. **R**EGVM 15. *Peccaui, sed honora me coram senioribus.* *BERNARDVS.* Est confessio eo periculosius noxia, quo subtilius vana. Cum iam etiam inhonesta & turpia nobis, detegere non veremur, non quia humiles sumus, sed vt esse putemur. Appetere autem de humilitate laudem, non humilitatis virtus, sed subuersio. Verus humilis, vilis vult reputari, non humilis prædicari. Quid peruersus, quidve indignus, vt humilitatis cultos confessio, superbiæ militet, & inde velis videri melior, vnde videris deterior? Mirabile iactantiæ virus, vt non possis putari sanctus, si non appareas sceleratus. Culpabilis certè fuit confessio Saulis, quæ culpam non diluit, sed iram prouocauit. Omnino non poterat non placari Deus, si quæ in ore sonuit, in corde radiasset humilitas: quædo enim humilem contemneret humilitatis magister, & cui humilibus dare gratiam ingenitum est? *Nunc, inquit, honora me coram populo. Idem BERNARDVS alibi.* Ad quid tibi hæc honoratio miser? Hæc cine erat tota illa supplicatio, *Peccaui, ora Dominum pro me?* Meritò sanè non pepercit qui intuebatur cor. *GALFRIDVS.* Væ misero quia non perstitit pro indulgentia supplicans, & exorans, quod consolationem aliam qualemcunq; non repulit. Vicissit enim, audeo dicere, & diuinam vicissit iram, & sententiæ retractationem obtinuisse, si verè penituisse. sed quàm citò inuenit in sua reprobatione solatium, vt honorem retineret humanum?

Confessio clara.

16. **R**EGVM 20. *Quid viderunt in domo tua? Interrogauit Isaias Ezechiam, & confessus est integre: Omnia quæcumque sunt in domo mea, viderunt. Nihil est quod non monstrauerim eis in thesauris meis.* Imponitur ei satisfactio: *Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ sunt in domo tua, &c. Sed & de filiis, tuis, &c.* Acceptat eam humiliter: *Bonus est sermo Domini, quem loquutus es, & ita indulgentiam consequutus est.* Vnde *2. Paralip. 32. Humiliatus est postea, eo quod exaltatum fuisset cor eius, &c.* *AMBROS. cap. 2. Apologia Dauid:* Sancti sicubi vt homines fortè corruerint, natura magis fragilitate quàm peccandi libidine, actiores ad currendum resurgunt.

Per confessionem saluamur.

17. **E**SDRÆ 1. *Ierusalem quæ est in Iudæa, id est, in confessione.* *INTERL.* Vt qui per obliuionem Dei captiuantur à Chaldæis, id est, demonibus, per confessionem diuinæ pietatis, ad visionem pacis, & lucis redeant. Ideo quoties Ierusalem nominat, addit, *quæ est in Iudæa.* Non est alia via ad beatitudinem, pro his qui in peccatis captiui tenentur, nisi confes-

confessionis. Vnde cap. 10. lib. 1. *Nunc date confessionem Domino Deo Patrum vestrorum.* *LYRANVS.* Recognoscendo peccatum verbo & facto. *Et facite placitum eius, & separamini à populo terræ, & ab uxoribus alienigenis.* Videtur hic postulare Sacerdos Dei, quod à penitentibus peti solet, primò vt confiteantur: secundò, propositum emendationis, vt à peccando cessent; quarto, vt fugiant occasiones.

Verè confitens, duplicem consequitur gratiam.

18. **G**ENES. 37. *Ad vnum coitum concepit mulier.* *STEPHANVS.* Notandum quod Thamar ad vnum concubium duos gemellos concepit. Quia verè confitens duplicem consequitur gratiam, scilicet affectum declinandi à malo, qui per Phares intelligitur, & faciendi bonum, qui nomine Zaram figuratur. Sed prius oritur Phares; quia prius est malum omittendum: sed tamen Zaram prius manum extendit, quia mali odium, solet benefaciendi desiderium præuenire.

De tribus circumstantiis confessionis.

19. **B**ERNARDVS. Confessio debet procedere à corde humili, simplici, & fideli. Omne ergo quod remordet conscientiam, confiteri humiliter, purè, & fideliter. Sunt enim qui gloriantur, cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, quos denotans Propheta, ait: [Peccata sua prædicauerunt, vt Sodomam.] & hoc vitium maximè secularium est. Quamquam & deipis qui religiosè vestiti, & religionem professi sunt, nonnunquam aliquos audimus reminisci, & iactitare mala sua præterita, quæ, verbi gratia, aliquando gladiatorio, vel argute literario gestere consuevit, siue aliud quod secundum mundi vanitatem fauorabile, sed ad animæ salutem hocium, perniciosum, damnosum. Secularis adhuc animi indicium est: & humilis habitus, qui gestatur à talibus, non sanctæ nouitatis est indicium, sed prisca vetustatis operculum. Nonnulli, talia quasi dolendo & penitendo rememorant: sed gloriam in intentione captantes, commissa sua non diluunt, sed seipos illudunt; nam Deus non iridetur. Veterem hominem non exuerunt, sed nouo palliant, &c. Sed est confessio eo periculosius noxia, quo subtilius vana: cum ipsa etiam inhonesta & turpia de nobis detegere nõ veremur, non quia humiles sumus, sed vt esse putemur. Appetere autem de humilitate laudem, non est humilitatis virtus, sed subuersio. Ecce cur humilem esse debere dixerim confessionem. Oportet esse & simplicem, non intentionem (fortè quia laet homines) excusare delectet, si sit rea; nec leuigare culpam quæ grauis: nec alieno adumbrare, cum inuitum nemo coegerit. Primum illud non confessio est, sed defensio, nec placet sed prouocat. Sequens monstrat ingratitudinem, & quo minus reputatur culpa, eo minuitur & gloria indultoris. Sed minus libenter beneficium datur, quo minus necessariè prouenire sentitur. Veniam proinde sibi abiudicat, qui munus largitoris attenuat: quod quidem facit omnis qui reatum suum verbis eleuare conatur, vel factis. Iam à postremo, primi hominis dehortetur exemplum, nec culpam diffidentis, nec veniam consequentis. Non dubium quin ob reatus mulieris admixtionem. Genus excusationis est, cum argueris tu, alium inculcare. *Su auem fidelis confessio, vt confitearis in te, de indulgentia penitus non diffidens, nec tuo te ore non tam iustifices, quàm condemes.* Iudas certè proditor, & Cain fraticida confessi sunt, sed diffisi. Alter: [Peccaui, inquit, tradens sanguinem iusti.] Alter: [Maior est, inquit, iniquitas mea, quàm vt veniam merear.] & verax licet, nihil eis profuit infidelis confessio.

Confessio debet esse integra.

20. **T**HRENORVM. 2. *Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini.* *HVGEO de S. VICT.* Ceteri liquores cum effunduntur, vel quadam pinguedine superlinita, vel sapore infecta vasa relinquunt. Sola aqua sic effunditur, vt munditia vas nullis eius reliquiis maculetur. Qui ergo peccata sua confitentes, aliqua, vel negligentia, vel erubescencia causa effundere timent, quasi in vase cordis spissi liquoris reliquias retinent. Qui verò peccatum omnino, sed non peccandi affectum eiiciunt, in vase saporem noxium adhuc seruant.

Quibus confiteri debemus.

21. **B**ASILIVS, in *regulis breuioribus, interrog. 229.* Omnino in peccatorum confessione, eadem ratio est, quæ etiam in apertione vitiorum corporis. Vt ergo vitia corporis, nequaquam quibusuis temere homines aperiant, sed his tantummodo, qui rationem, qua ea curanda sunt, teneant: eodem modo & peccatorum confessio fieri debet, apud eos videlicet, qui ea possint curare: consentaneum in modum illi, quod scriptum est: [Vos qui firmiores estis, imbecillitates infirmorum portate:] hoc est, tollite diligentia & cura vestra.

Confiteri salubre, at in iudicio externo, mortiferum.

22. **C**HRYSOST. *Serm. de Penitentia & confess. & Hom. 3. de Ozia, & Hom. 7. in Acta Apostolorum.* In externis iudiciis post confessionem, confessio, & pœna in diuino, virtus, iustitia, merces, & absolutio. Idcirco Psalmista, suspirans istud ipsum, ne quis veritus pœnam post confessionem, neget peccata, ait *Psal. 117.* [Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.] & Propheta: [Dic tu prior peccata tua, vt iustificeris.] Quis confunditur confiteri peccata, vt soluat peccata? Num propter hoc iubet Deus confiteri te, vt hominum more puniat te? Non vt puniat, sed vt ignoscat. *Idem Hom. 3. ad populum Antiochenum.* Imperatorem, dum quæ facta sunt, læsus audierit, tamè timemus omnes, & tremimus: Deus verò quotidie contumelias in se factas audit, & nemo conuertitur: & hic cum sit tam clemens, & mitis, illi intencim peccatum dicere sufficit, & erimen soluitur. In hominibus penitus contrarium. Cum peccatores factum confessi fuerint, tunc magis puniuntur, quod & nunc factum est, & adhuc tamen timemus. Ex alienis iudicibus, si quis cui captorum, latronum, furumve diceret, vt peccata fateatur, & à pœna dimitteretur, omni certè hoc promptitudine susciperes, salutis cupiditate pudorem contemneres. Hic verò non id fit, sed & peccata tamen Deus dimittit, nec ea cogit presentibus aliis enunciare. Id vnum modò exigit, vt peccator remissionem fruens, Domini mansuetudinem discat.

Idem.

23. **L**V C. 17. *Cum feceritis hæc omnia, dicite: serui inuiti sumus.* *CHRYSOST. Hom. 3. de Ozia.* Dic, ne metuas, non ex tuo iudicio fero sententiam. Sic & alias loquitur. [Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris.] In mundanis quidem, ac forensibus iudiciis, post accusationem & criminum confessionem restat mors. At apud diuinum tribunal post vtramque, corona. Si tu teipsum inutilem dixeris, ego te vt vilem coronabo. *Hom. 8. operis imperfecti.* Sicut infirmus qui ipse venit ad medicum, ex parte iam sanus est: sic & ipse peccator, qui venit ad sacerdotem, & doctrina, aut penitentia medicinam quarit, ex parte iam iustus est.

Confiteri salubre.

24. **O**RIGEN. *Homil. 2. in Psalm. 37.* Sicut hi qui habent intus inclusam escam indigestam, aut humoris, vel flegmatis, stomacho grauitur & moleste imminenti, si vomuerint, releuantur: ita etiam hi qui peccauerunt, si quid occultant, & retinent intra se peccatum, intrinsecus vrgentur, & propemodum suffocantur à flegmate, vel humore peccati. Si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semetipsum, & confitetur, simul euomit, & delictum atque omnem morbi digerit causam.

Idem.

25. **A**VGVST. *in Regul. Clericorum.* Si frater tuus vulnus habeat in corpore, quod velit occultari, cum timet secari: nonne crudeliter à te sileretur, ac misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius debet manifestare crimē, ne deterius putrescat in corde?

Confessionis mirabiles effectus.

LAURENT. IVSTINIAN. *De disciplina & perfectione monast. cap. 19.* Confessionis sacramentum, velut sinus pacatissimus est, in quo hominum conscientia religantur, ne à procellis absorbeantur, delictorum deiecta eriguntur, amissa reparantur, & quidquid munditiæ inundantibus tentationum procellis, aut operante malitia, in nauim conscientia perfusum est, reicitur, & purgatur.

CONSCIENTIA.

Conscientia peccatorem accusat. 1. 2. 3. 4. 15.
Conscientia bona gaudium. 2. 6. 13.
Conscientia bona simplicitas. 5.
Conscientia superioribus aperienda. 7. 8. 9. 11.
Vera gloria testimonium conscientia. 10. 13.
Mala conscientia semper timet reprehendi. 12.
Tuto vasi committitur, quidquid conscientia commendatur. 14.
Conscientia morsus grauissimus. 15.
De bona, & mala conscientia. 16. 17.

Conscientia reprehensio prodest. vide, Confessio, num. 6. Conscientia examinanda. vide, Examen.

Conscientia peccatorem accusat.

2. **E**NES. 3. *Aperi sunt oculi amborum.* **I**NTERL. Nempe ad concupiscentiam, & cognitionem bestialis motus. Culpa quippe oculos concupiscentia aperuit, quos innocentia clausos tenebat. **T**HEODOR. Aperuit oculos amborum, id est, sensum ac stimulum conscientia habere, qui eos remorderet. Vnde Chrysostomus super illud: *Cum audisset vocem Domini Dei deambulans in Paradiso, &c. abscondit se, &c.* Voluit Deus, vt in magno mentis angore constituerentur. Quod & factum est. Nam postquam ita senserunt, quasi adesset iam Deus, occultari cœperunt. Conscientia quippe aduersus hominem insurgere solet, & clara voce clamat, & accusat, & ostendit, & quasi ante oculos scribit peccatorum magnitudinem. Et licet quis admissio peccato, omnes homines celet, ab ipsa tamen accusatrice non poterit delitescere. Nam vbicumque fuerimus, eam circumferimus, ipsa nos circummit, laniat, flagellat domi, & in foro, & in templis, & in mensa, dormientem & surgentem adoritur, ob oculos proponit, & delictorum grauitatem, & sub-

secuturam pœnam: & propterea Protoplastus, vt illum sensum accepit, aduentum Domini secum cogitans, statim se occultauit. Quoniam videbat sibi truncem altare accusatorem, conscientiam dico.

Conscientia peccatorum cruciat.

3. **G**ENES. 4. *Cur concidit facies tuas.* **A**MBRÓS. Cain tristis factus est, quia in propria conscientia intellexit Deo sacrificium suum non probatum. Quando enim mens sibi recta est, conscientia gratulatur, vel infusione quadam spiritali repletur animus gaudio, cum alicuius, vel studia, vel opera à Deo probantur. Tristitia enim Cain, conscientia testimonium, repulsa indicium est. Sequitur: *Nonne si bene egeris, recipies: si autem malum, statim peccatum in foribus aderit.* **L**IPOMAN. In Hebræo. *Ad osium peccatum tuum accubas.* Vnde quidam sic intelligunt: *Ad osium, id est, cordis cogitationes, ubi mala & bona versantur, accubabit peccatum tuum.* Peccatores enim excruciantur à conscientia sua, quæ ad cordis foras semper excubat; quia quidquid agunt, aut molliuntur, illico illis præsto est, ne clatros vnquam esse permittit. Et hæc quidem prima supplicia sunt, quæ ex malis actibus reportamus. Et hanc pœnam protestatur Deus Cain, quæ certè est omnium miserabilissima. Quia neque ad tempus desauit: sed post multa temporum spatia ad plectendum lacerandumque animum reuertitur, quæ & fratribus Ioseph, post quindecim annos, admissi sceleris memoriam reuocauit, multarumque calamitatum metum iniecit. Hæc ergo semper excruciatu erat Cain, nisi à meditato scelere abstineret. Sequitur: *& à facie abscondar.* **H**IERON. id est, conscientia scelerum tremebundus lucem ipsam, ferre non sustinens, abscondar vt latitem. **A**MBRÓS. Abscondit se qui velare vult culpam, & tegere peccatum; [qui enim male agit, odit lucem,] &c. imo & amat tenebras, suorum & latibula peccatorum. Iustus autem non abscondere à Domino Deo suo, sed ipse magis se offerre consuevit, dicens: [ecce adsum;] quia non habet criminofam conscientiam quam timeat deprehendi. Meritò ergo se abscondit malè conficius.

Idem.

4. **G**ENES. 26. *Ineamus factus, vt non facias nobis quidquam mali.* **C**HRYSOST. Iniuste iustum Isaac à terra sua expulerant; & nunc vide quomodo, impellente conscientia, semetipsum reprehendere festinant, cum nullus alius cogat, vel facta obiciat. Ita se habet iniustitia, quotidie conscientiam morder, & silente eo qui offensus est, pœnam & rationem exigunt, qui iniustitiam sunt operati, & quotidie anguntur. *Ne facias, inquit, nobis quidquam mali.* Sed dicite obsecro, quare sic timetis Iustum, videntes quòd tantà præ se tulerit mansuetudinem vobis, vt statim discesserit à vobis? Certè incorruptus Iudex, mentem eorum excitabat, & animaduertent quòd erga Iustum ingrati fuerunt.

Idem.

5. **G**ENES. 42. *Meritò hæc patimur quia peccauimus in fratre nostro.* **C**HRYSOST. Ita se habet peccatum quando consummatum est, tunc suæ absurditatis ostenditur excellentia. Sicut ebrius quando multam vini ingurgitat, nullum sentit à vino damnum, postea autem sentit quantum sit damnatum: ita peccatum donec consummetur, obtenebrat mentem, deinde verò conscientia exurgit, & quouis accusatore mentem grauius arrodit, monstrans absurditatem facti. Sequitur: *Reddita est mihi pecunia, &c. & obstrupsisti, turbati que mutuo dixerunt: quidnam est hoc?* Chry

Idem.

CHRYSOST. Iterum magis anxij facti sunt suspicantes, ne hoc argumentum eis esset criminum, & à conscientia accusati, omnia tribuebant peccato, quod in Ioseph admiserunt. **L**IPOMAN. Sic Deus multis modis vindicare legis suæ præuaricatores solet. Sic semper præsumit læua perturbata conscientia. Hoc ergo expauescamus semper, cauendo, ne vnquam tale flagitium designemus, vnde perpetuò remorsum conscientia ferre cogamur. & cap. 43. *Ibique exterriti dixerunt mutuo: Propter pecuniam quam retulimus, &c. introducti sumus vt inuoluat in nos calumniam.* **A**MBRÓS. Qui inuitabantur ad gratiam, & ad salutaris mentis conuiuium vocabantur, & calumniam sibi parari, & iniuriam fieri suspicabantur. **L**IPOMAN. Tales impiorum conscientia sunt, vt etiam in prosperis expauescant; malorum enim cum sibi conficij sunt, bona, etiam mala suspicantur, & quæ aliis securitatem facerent & gaudium. & cap. 44. *Deus inuenit iniquitatem seruatorum suorum.* **C**HRYSOST. Iterum recordantur eorum, quæ olim contra eum fecerunt. Et cap. 50. *Pater tuus precepit nobis, antequam moreretur, vt hac tibi verbis illius diceremus: obsecro vt oblitiscaris scelera fratrum tuorum.* **C**HRYSOST. Vide iterum, quomodo ipsi accusatores sui ipsorum sunt. Vide quanta est conscientia reprehensio.

Bona conscientia simplicitas.

6. **E**XOD. 8. *Abominaciones Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro.* **G**REGOR. II. *Moral. cap. 27.* Oues quippe Aegyptij edere dedignantur, sed quod abominantur Aegyptij, hoc Israelitæ Deo offerunt. Quia simplicitatem conscientia, quam iniusti quique velut infirmam abieceruntque despiciunt, hanc iusti in virtutis sacrificium vertunt.

Bona conscientia gaudium.

7. **E**XOD. 4. *Aaron frater tuus Leuites, &c. Ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidensque te, latibitur corde.* **L**IPOMAN. Bona conscientia in opere Dei affert gaudium, & est quasi iuge conuiuium. *lib. 1. Paralip. cap. 2. Qui videbat dimidium requietionis.* Plena requies in beatitudine consistit, at in hac vita possumus dicere, quòd bona conscientia videt dimidium requietionis, iuxta illud Apostoli: [Hæc est gloria nostra, testimonium conscientia nostræ.] & illud: [Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.] **G**L O S S. O R D. Ille autem plenitudinem requietionis possidet, qui post opera bona valde in æterna quiete gaudet.

Conscientia superioribus aperienda.

8. **R**EGVM. 3. *Ecce ego: Vocasti enim me, &c.* **C**ASRIAN. Nihil aduersus minores, callidissimum præualeat inimicus, si absque confessionis operimento, omnia cordis sui secreta senioribus manifestent, atque ab eis, vel remedia vulnerum, vel exempla conuersationis ac vitæ fiducialiter sumant. In tantum Deo placita hæc sententia comprobatur, vt etiam scripturis sanctis hanc institutionem inueniamus insertam: ita vt puerum Samuelem suo prælectum iudicio, nollet per semetipsum diuini colloquij disciplinam erudire, sed recurrere semel, & iterum patretur ad senem eum, quem ad suum conuocabat alloquium, etiam illius qui offenderat Deum, dum senioris doctrina veller instituit: & hoc ideo, vt & illius qui ad diuinum mysterium vocabatur, probaretur humilitas, & junioribus forma subiectionis hoc proponeretur exemplo.

9. **L**EUIT. 1. *Detrahtaque pelle hostia artus in frustra concident, &c.* Alia litera: [Detrahtaque pelle incidat holocaustum iuxta incisiones suas.] **V**ATARL. id est, membratim. Non rectè poterit sacerdos, iucturam membrorum attingere vt membra diuidat Holocaulti, id est, Religiosi Deo oblatis, nisi detrahatur pellis: id est, tollatur opetimentum conscientia. Vnde **I**NTERL. *Artus in frustra concident.* Tanquam fideles dispensatores ostendendo quid vnicique conueniat, quis singulorum profectus. Et nota, quòd quamquam holocaustum erat, volebat Deus vt detraheretur pellis, quæ si comburatur, non bene olet: ita operata conscientia, non bene olet apud Dominum. At sacrificium, detracta pelle, id est, aperta conscientia, multum ei placet.

Idem.

10. **L**EUIT. 5. *Si peccauerit anima, &c. Quod autem lipsæ vidit, aut conscius est, nisi indicauerit.* **I**NTERL. sacerdoti, vel ei qui profit non obsit. *Portabit iniquitatem suam.* **V**ATARL. id est, punietur à Deo, etiam si lateat perpetuò homines. Hic iniquitas pro pœna ponitur. **A**VGVST. *super hunc locum.* Videatur mihi quòd se homo à tali peccato exiit, qui talibus indicat, qui magis prodesse, quam obesse possunt, corrigendo scilicet, vel orando, si ipse confessionis sibi adhibeat medicinam.

Vera gloria, testimonium conscientia.

11. **Q**UOD vera gloria sit testimonium conscientia nostræ, & quòd non quarenda est vana: vide verbum, *Diuitia, num. 3. ex Bernardo.*

Conscientia superioribus aperienda.

12. **L**EUIT. 14. *Si fuerit plaga lepra in adibus, ibi, curius est domus, nunciatus sacerdoti.* **I**NTERL. Sicut Nympha, vel Priscilla Petro, vel Paulo, qui possit iudicare peccata. & dices. *Quasi plaga lepra videtur mihi esse in domo mea. At ille præcipiat, vt efferantur vniuersa de domo.* Notandus locus pro ostendenda conscientia sacerdoti, vel superiori spiritali, planè, & simpliciter sine occultatione aliqua.

Mala conscientia semper timet deprehendi.

13. **G**ENES. 4. *Omnis qui inuenerit me, occidet me.* **G**ILLEBERT. Quam dissimilis Cain, sponsa, quæ se inuentam gloriatur, & dicit: [Inuenerit me vigiles,] &c. Nihil enim tam refugium fallaces, & ficti: quam ab his custodibus inueniri, & si deprehenduntur, non faciliè conuertuntur. Cain siquidem factus vagus, & profugus super terram, & inueniri formidans, ait, *Omnis qui inuenerit me, occidet me.* Non vult peccatum occidi. Non vult pati salutarem in confessione verecundiam, medicinalem castigationem magistri: non vult inueniri, quia non vult mori. Nam ubi non veretur interfici, sed magis se foueri confidit, imprudenter se iactat indisciplinatus affectus.

Conscientia singulorum testimoniorum à Spiritu sancto perhibetur.

14. **C**ORINTH. *Gloria nostra hæc est testimonium conscientia nostræ.* **B**ERNARD. Est testimonium conscientia nostræ, in quo gloriatur Apostolus, non quod perhibet conscientia, sed quod loquitur Spiritus veritatis in ipsa. Cum enim veritas applaudit, cum iustitia attestatur; Dei sine dubio commendantis vox est, & Spiritus sancti testimonium perhibentis. Ac si decertanti militi Rex suus, pro cuius

ius amore, & honore decerit, prope assistens latus applaudat, laudet fortia facta, proximam clamiter esse victoriam, parata iam præmia, & coronam polliceatur æternam. In quo testimonio gloriatur quidem probatus, & strenuus miles, non tamen quiescit, sed tanto virilius decerit.

Tuto vasi committitur, quidquid conscientia commendatur.

14. **I**DEM *Ibidem*. Sanum vas & inconcussum conscientia, & secretis seruandis idoneum, nullis patens insidiis, nulli violentiæ cedens: nulli quippe oculo, vel manui accessibilis, excepto dumtaxat spiritu, qui scrutatur etiam alta Dei. Quidquid in ea reponeretur, securus sum quia non perdam, seruauit viuo, defuncto restituer. Quocumque vado ego, ipsa it mecum, ferens secum depositum, quod seruandum acceperit. Adest viuo, mortuum sequitur. vbi que mihi vel gloria, vel confusio pro qualitate dispositi. Beati ergo, qui in veritate dicere possunt: [Gloria nostra hæc est testimonium conscientia nostræ.] Non potest dicere nisi humilis, qui iuxta vulgare, & oculos campi semper metuere, & silnarum aures soleat habere suspectas. Non potest dicere arrogans, & præsumptor, qui seipsum imprudenter ostentans passim, & vbi que tanquam per campum incedens, torus fertur in gloriam. Sed habet hic campus oculos Sanctorum, videret angelorum, quos semper offendere solet indisciplinata conuersatio. Similiter non potest dicere Hypocrita; [Gloria mea testimonium conscientia meæ.] quia et si iudicantium secundum faciem, verbo, vultu, habitusve simulatorio illudat opinioni, sed non eius qui scrutatur renes, & corda, fallit, vel euadit iudicium. Timeat ergo & iste nemoris aurem, lingua manū que cessantibus. Auri tamen vbi que præsent de quacumque silua latebrosa duplicitatis, & spinosæ calliditatis, tacentis cor loquitur, cogitatio cõsistet.

Conscientia morsus grauisissimus.

15. **C**HRYST. *Concione. 4. de Lazaro.* Cum perpetratur peccatum, & priusquam perpetratur, & postquam perpetratum est, acerbis nobis imminet accusator: maximè verò postquam perpetratum fuerit. nam in perpetrando scelere, quoniam voluptate sumus ebrij, non perinde sentimus. Cæterum simul atque commissum est, ceperitque finem, tum demum extincta voluptate, amarus poenitentia stimulus succedit: contra quam accidere solet mulieribus parturientibus. Nam illis ante partum labor est ingens, grauisque nixus dissecantes eas dolores: post partum verò relaxatio, dolore simul cum infante egrediente. Verum hæc non item: sed dum parturimus, concipimusque corruptos affectus, delectamur, gaudemusque. Cæterum dum fuerimus enixi malum illum puerum, peccatum; tunc concepta fecunditate partus, discruciamur grauius quam mulieres parturientes. *Idem ibidem.* Pater vbi semel, iterum ac tertio, deciesque filium increpauerit, si viderit incorrigibilem permanere, desperans abdicat, expellit è familia, à cognatione resecat. At non eodem modo conscientia, sed licet semel, licet iterum, licet ter, licet millies admonuerit, tunc non obtinperes, manebit iterum, nec desister vsque ad supremum halitum: siue domi, siue in viis, siue in mensa, siue in foro, siue in itinere, frequenter & in somniis, peccatorum nobis simulacra spectraque representat.

De bona conscientia.

16. **C**HRYST. *Homil. 6. Operis imperfecti.* Si cur in conspectu hominum gratiosa est facta facies pulchra: sic in oculis Dei speciosa est conscientia

munda. **M. A. X. I. M. lib. 1. de charitate.** Quemadmodum rerum visibilium pulchritudo, sensibilem oculum: sic mentem quoque puram rerum inuisibilium cognitio ad se pertrahit. **M. A. R. C. E. R. E. M. I. T. de his qui putant ex operibus iustificari.** Non effunditur sine nubibus, pluuia, nec sine bona conscientia Deo placere possibile est. **C. H. R. Y. S. T. Homil. 24. Operis imperfecti.** Sicut qui corporaliter oculos habet acutos, de longè prospicit venientem, an amicus eius est, an aduersarius: sic qui mentem à peccatis habet mundam, de longè considerat, homo Dei est ille qui venit; an homo Diaboli. *Idem ibidem. Homil. 25.* Sicut si breuem scintillam, in magnum inieceris profundum, statim extinxeris: itidem, & omnis tristitia superabundantia in bonam missa conscientiam, extinguitur facile.

De mala conscientia.

17. **C**HRYST. *lib. 1. de compunctione cordis, & Hom. 15. in epist. ad Hebræos.* Vt homines ægri, cum multis febribus aguntur, si in aquas semetipsos frigidas immerserint, ad præsens quidem aliquid videntur sibi quæsisse solatij; multiplicatas verò corpori suo flammam febrium reparant; ita & nos agimus, cum conscientia stimulamur peccatorum, & in Euripum nos, vel lacus contritos præuæ intelligentia præcipitamus. *Idem hom. 22. de nequitia depulsa.* Sicut qui carcerem inhabitant, capitis damnati, damnationem operientes, & mortem, vel si deliciis abundè fruuntur, vitam longè agunt molestiorem, & anxiam: sic qui improba conscientia molestantur. **B. A. S. I. L. apud Antonium in Melissa. par. 1. serm. 16.** Quemadmodum vmbra corpora, sic peccata sequuntur animas, & manifestas facinororum representant imagines. **ISAIAE. 66. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.** **HIERON. super hunc locum.** Per hunc vermem, & ignem à plerisque conscientia accipitur peccatorum, quæ torqueat in supplicis constitutos, quare vitio suo, atque peccato, caruerint electorum bono: iuxta illud: [Verfatus sum in miseria, dum configitur spina.] Et in proverbiis: [Tinea ossium cor intelligens.] & illud: [Sicut tinea vestimentum, & vermis ligni: sic mætor excruciat cor viri.] **B. E. R. N. A. R. lib. 4. de considerat. ad Eugenium.** Riuis, qua fluit, terram cauat: sic decursus temporalium conscientiam rodit. Si potest torrens in agros excurrere sine lassione fatorum: & tu te posse ista, sine mentis vulnere tractare confidis?

Examinanda conscientia. Vide, *Examen*, à num. 4. & deinceps.

CONSILIA.

Consilia praua fugienda. 1.
Consilia salubribus acquiescendum. 2.
Consilia omnia faciendæ. 3. 9. 10.
Consilium à quocumque accipiendum. 4. 5. 6. 7.
Consilia senum sequenda. 8.
Consilia in Deo permanant. 9.

Consilia praua fugienda.

1. **G**ENES. 3. *Sed & serpens erat callidior cunctis animalibus terræ, &c.* **AVGVST. quæst. 68.** Quæritur cur hoc Deus famulum suum, cum quo ipse tanta & talia loquebatur, ab alienigena passus est admoneri? In quo Scriptura nos admonet, per quemlibet hominem detur consilium veritatis, non debere contemni. **HIERON. super caput primum Proverborum.** [Audienti Sapiens sapientior erit.] Per hoc ostendit Salomon, in hac vita neminem sapientem fieri posse, cuius Sapiencia nequeat augeri, sempè que moris esse sapientum, vt dictis maiorum, aliquando & minorum, auscultent, & quidquid in eis subtilitatis audierint, ad se replicent, suoque in corde recondant. Audiuit Sapiens minor maiorem, regina Saba Salomonem, & sapientior reddiit. Audiuit Moyses sacerum multo inferiorem, sapientior & sublimior redditus est. **IOAN. ABBAS CASEMARI.** Saepè paruo cuiuslibet, Dominus aliquid ostendit, quod alicui magno, & multis donis repleto videre nequaquam concedit.

Sicut Moyse sancto, facie ad faciem cum Deo loquenti, lethro alienigena consilium dedit.

Idem.

18. **I**DEM. *Quibus auditis Moyses fecit omnia qua illi suggererat. &c.* **ORIGEN.** Cum perspiciò quòd Moyses Propheta Deo plenus, cui Deus facie ad faciem loquebatur, consilium accepit à lethro Sacerdote Madian, admiratione nimia, stuporem mentis incurro. Non dixit Moyses, mihi Deus loquitur, & quid agere debeam celesti ad me sermone dicitur, & quomodo consilia ab homine accipiam; & ab homine gentili alieno à populo Dei? sed audire vocem eius, & facit omnia quæ dicit, & non quis dicat, sed quid dicat, auscultat. Vnde & nos, si forte aliquando inuenimus aliquid sapienter à gentilibus dictum, non contumè cum nomine authoris, spernere debemus, & dicta. Nec pro eo quòd legem à Deo datam tenemus, conuenit nos tumere superbia, & spernere verba prudentum, sed sicut dicit Apostolus: [Omnia probantes, quod bonum est tenentes.] Quis autem hodie eorum qui populis præstant, non dico si iam aliqua ei à Deo reuelata sunt, sed si in legis scientia aliquid meriti habet, consilium dignatur, inferioris saltem Sacerdotis accipere, nedum dixerim laici, vel Gentilis? Sed Moyses accepit cõsiliū inferioris, & vt formam humilitatis populorum Principibus daret, & futuri sacramenti designaret imaginem. Sciebat enim futurum quandoque, vt gentiles bonum consilium proferrent apud Moysen, vt bonum & spiritalem intellectum afferrent ad legem Dei, & sciebat quia audiret eos lex, & faceret omnia sicut dicerent.

Idem.

19. **I**DEM **C**HRYST. *Hom. de ferendis reprehensionibus, & conuersione Pauli.* Si discere vis quòd etià si ingenij acrimonia antecellas alios, si que valde perfectus, opus tibi sit consiliario, & aliquo qui te corrigat, & arguat, vide quid fecerit Moyses. Neque enim Moyse facile par fueris. qui enim sapiens erat, qui potens verbo, & opere, qui amicus Dei, qui creaturis imperabat, qui tanta miracula operabatur, non animaduertit rem quam mortalium plerique facile considerant. Socer autem eius, homo barbarus, & obscurus, statim animaduertit, & in medium attulit, quam ille non temere cogitauit. Audite causam, vt & vobis profit. Consiliariis enim omnes opus habent, etiam si Moyse cõferri possint. Multa enim sunt, quæ magni & admirabiles viri ignorant, quæ tamen parui abiectione scire solent. Vbi igitur barbarus ille vidit Moysen, quædam præter dignitatem facere, eum correxit, non curans quòd sapiens esset, & intelligens, & Dei amicus; consilioque iunxit increpationem; & nec sic exasperatus est Moyses ille sapiens, quòd ab homine barbaro & priuato doceretur. Non, inquam, instabatur, vel principatus magnitudine, vel miraculis ab eo factis, nec rubore suffundebatur, quòd tot præsentibus, iisque subditis, corrigeretur. Sed considerabat quòd licet magna à se signa fierent, humana tamen particeps esset naturæ, quam non raro multa latent, atque ideo, cum manufactudine consilium suscepit. Est nunc videre aliquos, qui ne putentur alieno indigere consilio, malunt potius vilitate consilij carere, quam suscepta admonitione peccatum emendare; imò eligunt ignorare, quam dicere. Moyses igitur, non reueritus subditos, non dixit intra semetipsum: contemnent me subditi, si ab aliis, quid faciendum sit didicero, sed obtemperauit, & fecit iuxta consilium lethro saceris sui. Imò non solum non crubuit illos, qui tunc erant, sed etiam eos qui vsque ad nostram ætatem sequuti sunt, hoc literis

eminentiam: atque prudentissimus, id est, astutissimus, vel callidissimus omnium bestiarum dictus est serpens, propter astutiam diaboli, qui in illo & de illo dolium agebat. Quemadmodum dicitur prudens, & astuta lingua, quam prudens, vel astutus mouet ad aliquid prudenter astuteque suadendum. Non enim est hæc vis, seu virtus linguæ, sed mentis quæ ea virtur. **R. V. P. E. R. T.** In hoc casu Adæ docemur, vt à malis consiliis declinemus, eo quòd licet deceptionis auditor congrua poena plectatur, nec ille quidem qui seductus est, condemnatione caruit, licet aliquantulo leuiore quàm ille qui author deceptionis exitit. Adam qui seductus est (imo, vt Apostoli verbis vramur) qui seductus non est, sed seducta acquieuit, poenam portauit, sed leuiorem quàm Eua, & Eua leuiorem quàm serpens, qui maledictione perenni multatus est, eo quòd primus incitor huius offensa fuit. Quamobrem summa sollicitudine & circumspectione cauendum est à consiliis prauis: quia sicut auctorem puniunt: ita deceptum nec peccato faciunt carere, nec poena. **C. H. R. Y. S. T. super illud: Maledictus eris inter omnia animalia, & bestias terre, &c.** Serpens tantam expertus est indignationem, vt futuri homines erudiantur, non accipiendum ad diaboli consilia, nec illius fraudes accipiendas, ne in eadem incidant pœnas.

Consilio salubri acquiescendum.

20. **G**ENES. 19. *Qui dixerunt, minime, sed in platea manebimus.* **CASSIAN. collat. 17. cap. 25.** Si diuersos se ad eum esse nouerant, simulatoria exultatione reuerunt: sin autem veraciter excubant, euidenter tamen mutasse sententiam comprobantur. Certè non ob aliam causam Spiritus sanctus hoc facris voluminibus indidit, nisi vt isto erudiamur exemplo, in definitionibus nostris non pertinaciter permanere, sed eas arbitrio nostro debere subicere, & ita iudicium nostrum ab omni legis vinculo liberum conferuare, vt promptum sit ad sequendum quocumque vocauerit salubre consilium, nec differat, aut recuset, ad id quod vtilius discretio salutaris inuenerit, absque vlla cunctatione transire.

Consilio omnia faciendæ.

21. **E**XOD. 13. *Non eos duxit Dominus per viam terræ Philistinum, quæ vicina est, &c. sed circumduxit per viam deserti.* **AVGVST. quæ. 49.** Hic ostenditur omnia fieri debere, quæ consilio rectè fieri possunt, ad cuiusmodi aduersa sunt, etiam cum Deus apertissime adiutor est.

Consilium à quocumque accipiendum.

22. **E**XOD. 18. *Audi verba mea, atque consilia, & eris Dominus tecum.* **AVGVST. quæst. 68.** Quæritur cur hoc Deus famulum suum, cum quo ipse tanta & talia loquebatur, ab alienigena passus est admoneri? In quo Scriptura nos admonet, per quemlibet hominem detur consilium veritatis, non debere contemni. **HIERON. super caput primum Proverborum.** [Audienti Sapiens sapientior erit.] Per hoc ostendit Salomon, in hac vita neminem sapientem fieri posse, cuius Sapiencia nequeat augeri, sempè que moris esse sapientum, vt dictis maiorum, aliquando & minorum, auscultent, & quidquid in eis subtilitatis audierint, ad se replicent, suoque in corde recondant. Audiuit Sapiens minor maiorem, regina Saba Salomonem, & sapientior reddiit. Audiuit Moyses sacerum multo inferiorem, sapientior & sublimior redditus est. **IOAN. ABBAS CASEMARI.** Saepè paruo cuiuslibet, Dominus aliquid ostendit, quod alicui magno, & multis donis repleto videre nequaquam concedit.

ris docuit. Nos autem si coram vno homine arguimur, & corripimur, conturbamur totis visceribus. At Moyses, non sic agit, sed predicat quotidie omnibus, sedque literis, quod focer suus animaduertit ea, quae ipse considerare non potuerat, vt nos doceat, ne vquam de nobis ipsis sublime sentiamus, etiam si omnibus sapientiores simus, neque Patrum consilia contemnamus, etiam si omnibus viliores habentur. & si quid vile, vel commodum consulat aliquis, esto minister sit, tu tamen admonitionem suscipias: si perneciale quiddam, esto in summa dignitate sit, eius sententiam reiicias. Non enim qualitas personarum consulendum, sed natura consilij in omnibus obseruanda est. Hoc igitur est quod Moyses nos docuit, vt non erubescamus si arguamur, etiam si tota nostra plebs adfit. Reprehensionem enim bene ferre, non vulgare, sed summam Philosophiae praconium & laus est. Non adeo laudamus & admiramur hodie Iethro, qui Moysen correxit, sicut & sanctum illum, qui non erubuit tot praesentibus corrigi, & factum hoc memoria commendare.

Idem.

7. **R**EGVM 9. *Ecce vir Dei est in ciuitate hac, &c. Nunc ergo eamus illuc, &c.* Nota quantum utilitatis afferat consiliarius bonus. Saul consilio famuli sui, virum Dei consulit, & victus fuit ab eo in regem. *1. Reg. 14.* Ionathas pro signo voluntatis diuinae consilium inimicorum suorum suscepit, si saluer locuti fuerint ad nos, manete, &c. Prouerbum est, primum consilium ab inimico. Quidam Philosophus dixit, ad salutem non minus necessarios esse inimicos, quam amicos. & Dauid: [Super inimicos meos, prudentem me fecisti.] &c. A quouis sumendum est consilium, etiam ab inimico, &c.

Consilia senum sequenda.

8. **P**ARALIP. 10. *Quid datus mihi consilij, vt respondeam populo? Magna prudentia, senes populi consulere. Sed errauit Roboam deserendo illorum consilium, & sequendo adolescentium consilia. At ille reliquit consilium senum, & cum iuuenibus tractare cepit. Ponderat hoc Scriptura. Responditque Rex duras, relictis consilio seniorum, &c.* GLOSS. ORD. Roboam interpretatur latitudo populi. Iuuenes autem, vt in plurimum spatiosam & latam viam gradiuntur, quae ducit ad mortem, relictoque sanctorum Patrum consilio, quorum dicta & exempla ad celsitudinem tendunt, illis obtemperant, qui iuuenilibus desideriis mancipantur.

Omnia consilia in Deo permanent.

9. **T**OBIAE 2. *Omni tempore consilia tua, in Deo permanent.* GALFR. Non permanere consilia poterunt, quae cum in eo non erunt. Reprobatur enim Dominus cogitationes populorum, & reprobatur consilia Principum, non eorum approbat actiones, in quibus reprobas inuenit cogitationes. Non placet opera vbi fuerunt praua consilia. Mutantur quidem vicissitudines operum, & succedunt sibi inuicem varii euentus rerum, in quibus necesse est interdum mutari consilia. Sed in ipso mutantur, nec dimoueantur ab ipso. Quamlibet ergo arideant prospera, quamlibet aduersa faciant, omni tempore in ipso consilia tua permanent. Dignum propterea vt omnia faciat cum consilio, qui solus inter omnia factus est cum consilio.

Omnia cum consilio facienda.

20. **A**NTONIUS MONACH. in *Melissa p. 1. serm. 11.* Qualis est ciuitas cuius diruta sunt moenia: talis est vir, qui non omnia cum consilio agit.

CONTEMPLATIO.

Vide, oratio, & vita contemplatiua.

Contemplatio post bona opera, vide, opera, nu. 3. 2. 4. Per obedientiam venit ad contemplationem, vide, obedientia, nu. 2. 2.

Contemplatio quid. 1. Ad contemplationem requiritur puritas. 2. Per contemplationem, caelestia petimus, & terrena deserimus. 3. 7.

Contemplatiui, secretiora cupientes, non errant. 4. Immo eis conceduntur. 5.

Contemplatiui, ad maiora semper excitantur. 6. Contemplatiui, a quibus abstinere debent. 8.

Eos qui Christo volunt copulari, oportet querere quae sursum sunt. 9.

Non omnis vacatio, contemplatio est dicenda. 10. Contemplationis otium, opus habet, non laborem. 11.

Ad contemplationem, diligentia opus est. 12. Contemplatiui, qui volanti comparantur. 13.

Contemplatiuorum oculi clariiores. 14. Contemplatiui, non satiantur rebus corporalibus. 15.

Contemplationis dignitas & eminentia. 16.

Ad contemplationem requiritur Munditia. Vide, cogitationes, nu. 15. 2. 0.

Ad contemplationem venit per obedientiam. Vide, Obedientia, nu. 2. 2. ex Gregorio.

Contemplatio quid.

EXOD. 16. *Manhu, quod significat: quid est hoc?* GREGOR. 27. *Moral. cap. 17.* Per hoc admiratio supernae dulcedinis designatur. Dulcis enim cibus qui de superis accipitur. Quid est hoc? dicimus, quando cenimus quod nescientes admiramur. Supernum Manna, anima percipit, cum per vocem compunctionis eleuata, ad nouam speciem internae refectionis obstupescit, vt diuina dulcedine repleta iure respondeat, quid est hoc? Quia dum ab infima cogitatione suspenditur ea, quae de superis cogitat, & insolite miratur, & cum per hanc vocem, corporis nostri surditas rumpitur, vetustae vitae protinus vsus mutatur, vt anima superni spiritus afflata, & in supremis appetat, quod contemperat, & contemnat in infimis quod appetebat. BERNARD. *Serm. 65. paruulorum.* Alius est sapor caeli, alius est sapor terrae. Haudquaquam nobis placere potest sapor caeli, dum saporem quaerimus coqui nostri.

Ad contemplationem requiritur puritas.

EXOD. 19. *Et ne appropinquetis vxoribus vestris.* 2. **R**ABANVS. Post lotionem vestimentorum, prohibet Moyses accessum vxorum, vt ostendat, nobis non sufficere ad virtutem contemplationis, mundationem operum, per poenitentiae lamentum, sine castitate, tam corporum quam etiam animarum. Oportet ergo vt mundemus actus nostros praeteritos, per compunctionem lacrymarum, & puritatem integram seruemus praecordiorum. Quia aliter non sufficimus ad contemplationem Dei, & ad perceptionem verae sapientiae. Vnde Dominus: [Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.] & Salomon: [Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum, & in animam maleuolam non introibit sapientia.]

Per

* Per contemplationem, caelestia petimus, & terrena deserimus.

3. **E**XOD. 33. *Cernentibus vniuersis, quod columna nubis stare ad ostium tabernaculi. Stabantque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum.* GREGOR. *super Ezechiel. Hom. 13.* Quid est autem, popululum, columnam nubis aspicere, & in tabernaculi sui foribus stare, atque adorare? nisi quod humana mens, cum superiora illa atque caelestia, vtrumque in anigmate conspiciat, iam claustra habitacionis corporeae, per subleuatam cogitationem exit, atque illum humiliter adorat, cuius est videre substantiam non valet, iam tamen eius potentiam per illuminationem spiritus miratur?

Contemplatiui, secretiora cupientes, non errant.

4. **E**XOD. 33. *Offende mihi faciem tuam, vt sciam te, &c.* AMBROS. *super Psalms. 118.* Norat vtique sanctus vates Domini, quod inuisibilem Deum facie ad faciem videre non posset, sed deuotio sancta, mensuram supergreditur, & putauit Deo etiam hoc esse possibile, vt corporeis oculis faceret id quod est incorporeum, comprehendi. Non reprehensibilis hic error sed etiam grata cupiditas, atque inexplebilis, quod Dominum suum, velut manu tenere, & obtutu oculorum videre cupiebat, &c. Si tantum accepit ardorem, si tantam subit cupiditatem, cum Angelum vidisset in flamma ignis de rubo, vt licet pauore apprehensus, considerare non auderet, considerare tamen vellet, quanto magis vultum Domini considerare desiderabat, dicens intra se: vultum illum plenum lucis, plenum gloriae, plenum virtutis, plenum diuinitatis, quem esse dicam? Non plus possum dicere, vel sentire de Deo: [Cum consummauerit homo, tunc incipiet, & cum finierit, tunc aperiabitur.] Quia incomprehensibilis est Dei aeterna maiestas. Irritus quidem erat postulationis affectus, sed affectus probabilis serui, qui vltra naturam suam, deuotione progressus, de Domini Angelis aestimabat, quantum in Domini vultu plus desideraret, quo cupiditatem suam gestiret explere? Item cum sciret quia Angeli pusillorum quotidie viderent faciem Patris, qui in caelis est, putauit quod iam eandem videre deberet, tanquam oblitus corporis, & carne depositi. Sicut ille qui in corpore adhuc positus, cum raperetur in Paradisum, vtrum in corpore, siue extra corpus raptus esset ad tertium caelum, nescire se dixit, &c.

Contemplatiui, secretiora desiderantibus conceduntur.

5. **I**BIDEM BERNARD. *Serm. 32. super cantica.* Magni Patris familias, seu regiae maiestatis schema apparere exillimo his, qui accedentes ad cor altum, de maiori spiritus libertate, & puritate conscientiae, magnanimiores facti, consueuerunt audere maiora, inquirere proflus, & curiosi, secretiora penetrare, & apprehendere sublimiora, & tentare perfectiora, non modò sensuum sed & virtutum. Hi enim, pro fidei magnitudine digni inueniuntur qui inducantur in omnem plenitudinem, nec est omnino in omnibus apothecis sapientiae, à quo Deus scientiarum Dominus arcendos censeat, cupidus veritatis, vanitatis non conscios. Talis erat Moyses, qui audebat dicere Deo: [Si inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi te ipsum.] Talis Philippus, qui sibi, & suis discipulis Patrem flagitabat ostendi. Talis & Thomas, qui nisi sua manu tangeret vulnus, & fossam latus, credere recubabat. Pusilla fides, sed de magnitudine animi miro modo descendens. Talis quoque Dauid, qui & ipse dicebat Deo, [Tibi dixit cor meum, exquisiuit

te facies mea, faciem tuam Domine requiram.] Tales itaque magna audent, quoniam magni sunt, & quae audent, obtinent, iuxta verbum promissionis ad ipsos, quod est istiusmodi: [Quemcumque locum calcauerit pes vester, vester erit.] Magna liquidem fides, magna meretur, & quatenus in bonis Domini, fiducia pedem porrexeris, eatenus possidebis. Denique Moysi ore ad os loquitur Deus, & palam, non per anigmata, & figuras, Dominum videre meruit, cum Prophetis aliis tantum in visione apparere se dicat, & per somnium loqui. Philippo quoque secundum petitionem cordis sui, ostensus est Pater in filio, in eo proculdubio quod in continenti audiuit: [Philippus, qui videt me, videt & Patrem, quia ego in Patre, & Pater in me est.] Sed & Thomae iuxta desiderium cordis eius, palpandum se praebuit, & voluntate laborum eius non fraudauit eum. Quid Dauid? Nonne & ipse, voro se omnino fraudari significat, vbi ait, non datum se somnum oculis suis, nec palpebris suis dormitationem, donec inueniret locum Domino? Igitur istiusmodi magnis spiritibus, magnus occurrit sponsus, & magnificauit facere cum eis, emittens lucem suam, & veritatem suam, eosque deducens, & adducens in montem sanctum suum, & in tabernacula sua, ita vt dicat qui eiusmodi est: [Quia fecit mihi magna qui potens est.] Regem in decore suo videbunt oculi eius praeventem se ad speciosa deserti, ad flores Rosarum, & lilia conuallium, ad amœna Hortorum, & irrigua fontium, ad delicias cellariorum, & odoramenta aromatum: postremò ad ipsa secreta cubiculi. Isti sunt Theauri Sapientiae & scientiae penes sponsum absconditi: haec vita pascua preparata in refectione animarum sanctarum. Beatus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis.

Contemplatiui, ad maiora semper excitantur.

IBIDEM GREGOR. in *1. Reg. cap. 10.* Moyses qui facie ad faciem Deum videre dicitur, & eius faciem ad videndum postulare, quid rectius designat, quam perfectionem electorum, qui iam speculum summae lucis intuentur, sed tamen ad ipsam lucis veritatem pertingere vehementer cupiunt? Ista quidem cognitio lucis electorum desideria satiare non nouit, sed excitare, illa vero satiare & excitare. Nam tam iocunda res est, vt ineffabiliter concupiscatur, & tam plena, vt qui iam semper hanc in magno desiderio viderunt, semper ineffabili plenitudine fatientur.

Contemplatiui conuersatio in caelis.

LEVIT. 4. *Quod si peccauerit anima per ignorantiam, de populo terre, &c.* INTERLIN. Quae non occupatur in meditatione legis. ORIGEN. Ad distinctionem eius quae non est de terra. Nec enim potest hoc conuenire illi, qui dicebat: [Nostra conuersatio est in caelis.] Anima enim non est de populo terrae, quae nihil habet cum terra, quae in caelis comprehensatur: vbi Christus est in dextera Dei sedens: quae [cupit dissolui, & esse cum Christo, sed manere in carne propter nos necessarium] duxit.

Contemplatiui a quibus abstinere debent.

LEVIT. 11. *Haec sunt quae de ausibus comedere non debent, & vitanda sunt vobis.* GLOSS. ORDIN. Verè enim abominandum quemlibet contemplationi vacantem, sponte tales habere maculas, quales in his ausibus legislator significat. Aquilam, & Gryphum, &c. Per haec raptos, & iniustus quae stibus gaudentes figurat. Reliquas aues, & quid moraliter significant, vide in GLOSS. ORD. & LYRAN. *Omne de volucris quod graditur super quatuor pedes, abominabile*

erit vobis. GLOSS. ORD. Qui contemplatiuis videntur esse similes, sed tanquam reptilia terrenis inharent concupiscentiis, voluptatibus seruietes, abominabiles sunt. INTERI. Quia abutuntur Evangelica prædicatione, & inquinantur sordibus terrenæ vitæ. *Quidquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ saltu super terram, comedere debetis.* GLOSS. ORD. Quia cum sint in carne, non secundum carnem ambulant, sed à sordilibus actionibus exiliunt, & terrenis hominibus permiscetur, vt instruant, & doceant. Sicut Dominus cum peccatoribus & publicanis. Habere nos oportet crura sublimiora pedibus, ne claudicemus vtroque pede, sicut Iudæi. sed crura habeamus recta sicut Cherubim: de quibus dicitur, *Ex echielis 1.* Crura eorum recta, & pennati pedes eorum, vt est bruchus, & locusta. *Vnde Beatus Basil. epist. de vita solitaria ad Gregor. Theolog.* Neque distrahi eum oportet qui vni Deo, vni veritati semetipsum consecrauit.

Eos qui Christo volunt copulari, oportet querere quæ sursum sunt.

9. **ISAIA 16.** *Sicut avis fugiens, & pulli de nido volantes sic filia erunt Moab in transactu Arnon.* AILRED. Arnon interpretatur, *illuminatio eorum.* Vt igitur filia Moab agno illi, qui emissus de petra deserti, peccata abstulit mundi, (vide interpretationem, verbo, *Christus*, num. 98.) salutaribus nuptiis copulenter; necesse est de inferioribus ad superiora conscendant, & relictis erroris & ignorantie tenebris, salutari nomine perfundantur, dicantque cum Propheta: [Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.] Sic autem ascendentes, avi fugienti pullisque de nido volantibus comparantur: quia [frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Igitur anima Moabiticis vitiiis implicita, de tenebris in lucem, quasi in transactu Arnon progrediens, avi comparatur fugienti, pullisque de nido volantibus, vt mea hic intelligatur fuga, quæ abrenuntiantium spectat conuersionem; & volatus ad perfectorum pertinet contemplationem.

Non omnis vacatio, contemplatio est dicenda.

10. **MATTH. 24.** *Et erunt duo in lecto uno: unus assumentur, & alius relinquetur.* GILBERT. Quasi lectus quidam, est otiosa & quæta vita in Ecclesiæ gremio degentium, eorum, qui nullo sunt Ecclesiastici muneris onere occupati, nec prouidentia & dispensationis sollicitudine distenti, sed libero, sub alieno regimine, vtuntur otio. Non tamen omnes rite & iure debito hoc otio perfruuntur, sed libertatem quam obtinent temporis, dant in occasionem corporis. Bonus enim lectus, si quis eo legitime vratur, & opportunitatem exterioris quietis in voluptatem conuertat visionis internæ. Hi sunt qui assumuntur ab hoc Ecclesiæ cubiculo in illud cœleste, vt vbi Christus est, & ipsi sint cum Christo. Denique [vbi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.] Esto tu quasi Aquila, & acutis vtere luminibus, spirituali assuesce contemplationi, commane in petris, & in præruptis commorare silicibus, imò etiam singularis illius Petra quæ charitas est, cauernas ingredi.

Contemplationis otium opus habet, non laborem.

11. **APOCALYP. 14.** *Beati mortui, qui in Domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* Idem GILBERT. Spiritus hoc dicit, collatæ vtique quietis exhibitione, ex effectu gratiæ, quomodo & ipse testimonium reddit spiritui nostro. *A modo iam dicit spiritus, vt requiescant à labo-*

ribus suis. A laboribus, inquit, non ab operibus. [Opera enim illorum sequuntur illos.] Opera sequuntur spiritum, sicut calor ignem, vmbra corpus, lux solem, effectus causam. Qui sabbatizat in spiritu, non opus habet sectari opera: opera enim sequuntur illum. illos opera illorum, quæ sunt opera illorum? Quæ sunt opera quiescentium? Opera mortuorum in Christo, conspultorum cum Christo, opera sabbatizantium festiua sunt, feriata sunt. otium valent opera ista. Festina ingredi in hanc requiem, in hunc sabbatismum, sed vide quòd non relinquatur sabbatismus, nisi conspultis cum Christo, non relinquatur nisi post sextam diem, in qua aut verus homo crucifigitur, aut nouus perficitur. In hoc igitur sabbato, in hoc otio sapientiam scribe, ne forte sabbata tua derideant hostes. Scribe illam super latitudinem cordis tui. Latum est enim cor, quod curæ non arctant.

Ad Contemplationem, diligentia opus est.

12. **CLEMENS lib. 6. Recognitionum.** Sicut terra à cultore neglecta, spinas & tribulos necessariò producit: ita sensus vester longi temporis incuria, multas & noxias opiniones rerum, & intelligentias falsæ scientiæ germinabit. Opus est nunc multa diligentia ad excolendum rus mentis vestræ, vt id ferno veritatis, qui est verus & diligens veritatis colonus, assiduis excolat disciplinis.

Contemplatiui aui volanti comparantur.

13. **CHRYSOST. Homil. 22. ad Hebræos.** Aues cœlerimæ, montes, colles, maria & scopulos, momento temporis, sine vilo impedimento transuolant. Talis est etiam mens cum pennas acceperit, cum à secularibus abscesserit, nihil iam apprehendere poterit. Omnibus erit eminentior iaculis ignitis Diaboli: non est ita perfectus sagittarius Diabolus, vt possit ad illam altitudinem pertere, sed dimittit quidem iacula, non autem attingit, sed reuertitur ad eum iaculum inane, imò in caput eius.

Contemplatiuorum oculi, clariore.

14. **CHRYSOST. Ibidem.** Vt corporis oculos, cum in fumo forte remorantur, lacrymas semper effundere; si verò potiantur aère purgato, & florentibus pratis, & hortis virentibus, & fontibus inter amœna fluentibus, & saniores esse, multoque maiore acie fulgore rutilare intelligimus; ita mentis quoque oculus, si in pratis spiritualis pascatur eloqui, erit totus sine dubio purus, ac lucidus, & acutiùs cuncta perstrabit. Si verò in fumum sæcularium negotiorum fuerit ingressus, ad innumera mala lacrymabit.

Contemplatiui, non satiatur rebus corporalibus.

15. **BERNARD. de diligendo Deum.** Si famelicum hominem, apertis faucibus, vento inflatis, haurire buccis aërem cernas, qui quasi consulat fami, non credas insanire? Sic non minoris insanie est, si spiritum rationalem, rebus putes quibuscumque corporalibus non magis inflari, quàm satiari.

Contemplationis dignitas, & eminentia.

16. **CASSIAN. Collatione 23. cap. 2.** Sicut stanni metallum, quod alicuius utilitatis & gratiæ putabatur, sit argenti comparatione vilissimum; & rursum auri comparatione meritum euanescent argenti; aurum quoque ipsum gemmarum collatione contemnitur, & ipsarum nihilominus, quamuis insignium multitudo gemmarum, vnius margaritæ candore superatur: ita illa omnia merita sanctitatis, quamuis non solum in præsentem bona & vtilia sunt, verum etiam

etiam donum æternitatis acquirunt, tamen si diuinæ contemplationis meritis conferantur, vilia, atque vt ita dixerim, vendibilia censentur.

COR.

- Cor primum offerendum Deo. 1.*
- Cor precipuum in oblatione. 2.*
- Cordis circumcisio. 3. 6.*
- A corde mala & bona procedunt. 4.*
- Cor in manu Dei. 5.*
- Cor durum, quale. 5. 12.*
- Cor sedule seruandum. 7. 8. 13. 17.*
- Cor fugitiuum, qualiter inueniatur. 8. 15.*
- Cor hominis inscrutabile. 6. 1. 1.*
- Cor preparandum. 10.*
- Cor mundandum. 6. 7. 13.*
- Cor magnum, & paruum. 14.*
- In corde bona & mala. 14.*
- Cordis requies Deus. 15. 18.*
- Cor diuiditur in ea quæ concupiscit. 16.*
- Corde humano nullum bonum sufficit præter summum. 18.*
- De triplici inquietudine cordis. 19.*
- In corde compuncto, Dominus inuenitur. 20.*

Cor primum offerendum Deo.

1. **GENES. 4. Respexit Dominus ad Abel, & c.** RVPERT. Cultu vel religione, parem vterque obtulit hostiam, si quidem vterque cui debuit obtulit, & proinde vterque recte obtulit, sed non recte vterque diuisit. Nam Cain cum Deo offerret sua, seipsum sibi retinuit, repositum habens in cupiditate sua terrena. Huiusmodi portionem, Deus non accipit, sed [præbe, inquit, fili, cor tuum mihi.] Iste autem, cor suum retinuit sibi, & fructus terræ Deo obtulit. Porro Abel primò cor suum, deinde rem suam offerendo, plurimam hostiam per fidem obtulit. Vnde Apostolus *Heb. 11.* [Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus.] AMBR. Hoc est verum sacrificium primitiuum, quando vnusquisque se offert hostiam, & a se incipit, vt postea munus suum possit offerre. **GREGOR. 22. Moral. cap. 12.** Omne quod datur Deo, ex dantis mente pensatur, & iram iudicis placare nescit oblatio, nisi ex munditia placeat offerentis. Neque enim sacrum eloquium tantum dicit, quòd respexit Dominus ad munera Abel, & ad munera Cain non respexit, sed priùs ait, quia respexit ad Abel, & deinde subiunxit, *& ad munera eius.* Ex dantis quippe corde, id quod datur, accipitur. Idcirco non Abel ex muneribus, sed ex Abel munera oblata placuerunt. Priùs namque respexit Deus ad eum, qui dabat, quàm ad munera quæ dabat.

Cor precipuum in oblatione.

2. **GENES. 8. Tollens de cunctis pecoribus & volucris mundi, obtulit holocausta super Altare.** AMBR. Hoc quod non est admonitus à Domino, fecit Noë. Cum Dominus admonuerit omnia quæ hæctenus fecit, & c. Iustus namque eam intellexit gratiarum actionem veram esse, quæ non iuberetur, sed deferretur, & c. Obtulit de pecoribus mundi, nam quæ in contaminata sunt, debemus offerre, in quibus affectus relacet offerentis. **CHRYSOST. Vide**

quanto stadio operatur omnia. Nec enim amplo opus habebat ædificio, nec templo, nec domo admirabili, sed structo tumultuaria opera altari, obtulit. Sciebat enim certò quòd mentem solam requirat Dominus.

Cordis circumcisio.

3. **GENES. 17. Circumcidetis carnem præputij vestri.** ORIGEN. *Homil. 3.* Circumcisio illa carnalis, circumcisio spiritualis formam gerebat. Vnde & Paulus: [Sed qui in oculo Iudæus est, circumcisio cordis in spiritu, non litera,] & c. *Circumcisus est corde,* qui puram fidem in conscientia sinceritate custodit, de quo dici potest: [Beati mundo corde,] & c. Qui verò obscenitatis desiderijs, & foedis cupiditatibus astuat, qui mœchatur in corde, & c. hic incircumcisus est corde.

A corde, mala & bona procedunt.

4. **GENES. 25. Dua gentes sunt in vtero tuo, & duo populi, & c. & maior seruiet minori.** ORIGEN. Ego autem puto quòd intra nos sunt duæ gentes, & duo populi. Nam virtutum populus & vitiorum intra nos est. De corde enim nostro procedunt cogitationes malæ, adulteria, furta, & c. Item si mereamur illà vocem dicere Sanctorum: [A timore tuo Domine concepimus, & peperimus Spiritum salutis.] tunc & alius intra nos populus inuenitur. [Fructus enim spiritus est charitas, gaudium, pax,] & c. Sed iste populus minor est, ille maior. Sæper enim plures sūt mali, quàm boni, & vitia numerosiora virtutibus. Sed si tales simus qualis Rebecca, & mereamur de Isaac, id est, de verbo Dei habere conceptum, etiam in nobis populus, populum superabit, & maior seruiet minori. Seruiet enim caro spiritui, & vitia virtutibus cedent. *Exod. 11. Dabit autem Dominus gratiâ populo suo coram Aegyptiis.* LIPOM. Filiorum ergo hominū corda in manibus Dei sunt, vt qui odiosè & crudeliter Israelitas oppræsserant, iam sponte pretiosa quæque concedant rogantibus.

Cor durum quale.

5. **EXOD. 9. Ingratum est cor Pharaonis, & non dimittet populum.** BERNARD. *lib. 1. de Consideratione.* Cor durum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollietur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia est, ad consilia infidum, ad iudicia sanum, inuercendum ad turpia, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura non prouidens. Denique cor durum est, quod semetipsum non exhorret, quia nec sentit: & vt in breui cuncta horribilis mali, mala complectar, ipsum est cor durum, quod [nec Deum timet, nec hominem reuertetur.] *Vide Peccatores, num. 51. ex Augustino.*

Cor mundandum.

6. **EXOD. 27. Facies altare de lignis Sethim, & c.** BEDA. Hoc altare holocausti, corda electorum designat, quæ ad offerenda Deo sacrificia bonorum operum, ipsius dono sunt consecrata, quod aptè de lignis Sethim fieri præcipitur, quia munda & incorrupta decet esse corda, & corpora in quibus Spiritus Dei habitet, & c. *Habet altare Dei, in medio sui, craticulam, ad suscipienda holocausta paratam.* Quia præparant electi locum Domino, in intimo sui cordis affectu, vbi deuotas ei cogitationes collocent. *Habet arulam subter craticulam, in qua ligna, & ignem holocaustorum suscipiat.* Quia eadem ipsa electorum corda, receptaculum in se præparant verbis Dei, quibus calefacti, imò & inflammari, per donum sancti Spiritus, gratia

Deo referant vota cogitationum piarum. Vnde bene craticula instar retis erat, quo per crebras illius aperturas ignis suppositus ad consummandas hostias libere penetraret. Sic etenim necesse est vt nequaquam obduremus corda nostra, nec obseremus aduersus gratiam Dei, sed diligenter aperiamus ea, & quasi plurimis simul patefactis ianuis sedule deprecemur, vt per omnia quae inchoamus, vel agere desideramus bona, quasi per singula victimarum eius frustra, sua nos misericordia illustrare, & in amorem ipse suum accendere dignetur.

Cor sedule seruandum.

7. 2. **R**EGVM. 4. Et ostiaria domus, purgans triticum &c. GREGOR. lib. 1. Moral. cap. 19. Ostiaria triticum purgat, cum mentis custodia discernendo, virtutes à vitiiis separat. Quae si obdormierit, in mortem proprii domini, insidiatores admittit. Quia cum discretiois sollicitudo cessauerit, ad interficiendum animam malignus spiritus iter pandit. Qui ingressi, spicas tollunt: quia bonarum cogitationum germina auferunt, atque in inguine ferunt: quia virtutem cordis, delectatione carnis occidunt. Non enim Isboseth inopinata morte succumberet, si non ad ingressum domus, mulierem, id est, ad mentis aditum, mollem custodiam deputasset: fortis enim vigilque sensus praeponi cordis foribus debet, quem nec negligenter somnus opprimat, nec ignorantiae error fallat. vnde bene Isboseth, id est, vir confusiois, declaratur. Qui enim forti mentis custodia munitus non est, vir confusiois dicitur. Tota ergo virtute muniendus est mentis aditus, ne eam hostes penetrant foramine neglectae cogitationis.

Idem.

8. 2. **R**EGVM. 7. Ista est lex Adam Domine Deus, id est, hominis, vt tibi in simplicitate cordis, & puritate seruiat, & tu facias ei secundum misericordiam tuam, sicut mihi fecisti, &c. Propterea inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret oratione hac. INTERL. Quia scilicet reuelasti aurem serui tui. GLOSS. ORD. Nihil corde fugacius, quod inuenitur, cum per discretionem restringitur.

Cor inscrutabile.

9. 3. **R**EGVM. 3. Diuidit infantem. IOSEPH. 8. Antiqui, cap. 2. ait quod circumstantes sententiam hanc irriterunt: at viso successu, sequitur, Timuerunt Reges, videntes sapientiam Dei esse in illo. AMBROS. 2. Officior. cap. 8. Non immerito estimatus est intellectus Dei esse in eo, in quo occulta sunt Dei. Quid autem occultius quam interiorum viscerum testimonia, in qua sapientis intellectus, velut quidam Pieratis descendit arbiter? [Pravum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscat illud?] HERON. Simulans ignorantiam, humanos pro dispensatione carnis meritur affectus.

Cor preparandum.

10. 1. **E**SDRAE. 7. Esdras autem paravit cor suum, vt inuestigaret legem Domini, vt faceret, & doceret in Israel praecipuum, & iudicium. GLOSS. ORD. Magna virtus hominis, parare cor suum ad obsequium diuinæ voluntatis, & dicere posse: [Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.]

Cor pravum, & inscrutabile.

11. **E**SDRAE. 3. Cor malignum baiulans primus Adams, iransgressus, & victus est, sed & omnes, qui de eo nati sumus, & facta est permanens infirmitas. Dum Adam

non peccavit, cor rectum habebat, & in suo loco constitutum, & ita non inclinabat cum ad terrena, at postquam peccavit, cor malignum & graue baiulans, &c. discessit quod bonum est, & mansit malignum, &c. ita remanemus filij eius, infirmi corde, & facta est permanens infirmitas. & infra. Viebanur enim & ipsi corde maligno. & cap. 4. Promisit Angelus Esdrae, quod dissolueret quaestiones illi propositas: docebo te, inquit, vnde sit cor malignum.

Cor malignum induratur.

12. **D**EUTER. 2. Quia indurauerat Dominus Deus tuus spiritum eius. INTERL. Indurari permiserat exigentibus peccatis. Et obsirmauerat cor illius. INTERL. in malo. Septuaginta, confortauerat. quod & in malo accipitur: iuxta illud: [Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius, & dolum facerent in seruis eius.] Vt traderet in manus tuas. INTERL. vincendus. GLOSS. ORD. Indurauerat, longa patientia, non corrigendo, vnde in Exodo: [Ego induravi cor Pharaonis.] causa verò indurationis additur, vt traderetur in manus tuas, id est, vt contereretur à te. Quod non fieret, nisi resisteret, nec resisteret, nisi induratus esset. Huius rei iustitiam si quaerimus, inscrutabilia sunt iudicia eius, sed iniuitas non est apud Deum.

De obduratione cordis. vide latius, Peccatores. num. 51. 52. 53.

Cor mundandum.

13. **E**XODI 5. Vt eamus viam trium dierum in solitudinem, vt sacrificemus Domino Deo nostro. ORIGEN. Iter triidui, moraliter proficiscimur, si ita nos ab omni inquinamento animae & corporis, ac spiritus conseruemus, vt, sicut dicit Apostolus, integer spiritus noster, & anima, & corpus, in die Iesu Christi seruentur. Tridui iter proficiscimur de Aegypto, si rationalem, naturalem, moralem sapientiam de rebus mundanis auferentes, ad statuta diuina conuertimur. Tridui iter de Aegypto proficiscimur, si purificates in nobis dicta, facta, & cogitata, efficiamur mundi corde, vt possimus Deum videre. Pharaon autem, qui est Princeps Aegypti, vbi se videt vehementius perurgere, cupit impetrare, ne longius abeat, quia Diabolus vult, populum Dei si non factio, vel in sermone peccare; si non in sermone, vel in cogitatione delinquere. Non vult, vt totum à se triduum proficiscantur. Vult in nobis vel vnum diem suum habere, in alijs duos, in alijs totum triduum ipse possidet. Sed illi Beati, qui integrum triduum ab eo secedunt, & nullam in eis suam possidet diem. Idem dicit AUGUSTINUS. serm. 90. de tempore, & addit: Et ideo fratres, faciamus illud, quod scriptum est: [Omni custodia serua cor tuum,] &c.

Cor paruum, & magnum. & in corde bona & mala.

14. **M**ACHAR. Sicut pupilla oculi cum sit exigua, tamen est vas ingens, quoniam intuetur vna coelum, astra, solem, lunam, orbem, & alias creaturas, & eodem modo quae conspiciuntur, in illa pupilla oculi simul, & eodem modo formantur, & effinguntur: ita & cor ipsum est vas quoddam exiguum, ibi nihilominus dracones, ibi leones, ibi bestiae venenosae, ibi vitiatorum cuncti thesauri, ibi asperae & salebrose viae, ibi praecipitia. Ibidem. Econtra ibi Deus, ibi etiam angeli, ibi vita & regnum, ibi tamen & Apostoli, ibi coelestes vrbes, ibi Thesauri gratiae, ibi sunt omnia.

Requies,

Requies cordis, Deus.

15. **A**VGVSTINUS in Manali ca. 29. Reuera haec est vera cordis requies, cum totum in amore Dei per desiderium figitur, nec quidquam aliud appetit, sed in eo quod tenet, felici quadam dulcedine delectatur, delectando iocundatur: si verò vana aliqua cogitatione, vel rerum occupatione, inde aliquantulum abstractum fuerit, summa cum festinatione illuc redire festinat, exilium reputans, alibi quam ibi moram facere.

Cor diuiditur in ea quae concupiscit.

16. **G**ENES. 4. Ero vagus, & profugus in terra. HVGEO de S. VICT. Vagus, scilicet per inordinatam concupiscentiam, profugus, per peccatricem conscientiam. Cor enim hominis, quod prius amori diuino affixum, stabile persistit, & vnum amado, vnum permanit, postquam per desideria terrena disfluere coepit, quasi in tot diuisum est, quot sunt ea quae concupiscit. Ecce morbus hominis, cor scilicet inquietum, & fluctuans; causa morbi, amor mundi: remedium morbi, amor Dei.

Castrum cordis, muniendum est, & seruandum.

17. **P**ROVERB. 4. Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso visa procedit. BERNARD. Duobus modis à corde vita procedit. Aut quia corde creditur ad iustitiam, & iustus ex fide viuunt, & mundo corde Deus videtur. Aut quia Christus vita nostra, qui nunc per fidem habitat in cordibus nostris. Erit cum apparebit, & nos cum ipso in gloria. & qui nunc later in corde, tunc de corde ad corpus procedet, configurandum corpori claritatis suae. Vulgo dicitur, bonum castrum custodit, qui corpus suum custodit. nos autem non sic: sed vile sterquilinum custodit, qui corpus suum custodit. quoniam [qui seminatur in carne, de carne corruptionem & metet, qui verò in spiritu, de spiritu,] &c. Ac si dicat, colendum, & custodiendum magis est animae castrum: quoniam ab ipso vita procedit. Sed castrum hoc in terra inimicorum suorum vndique impugnatur, & ideo, omni est custodia seruandum, id est, omni ex parte muniendum, inferius, superius, ante, retro, à dextris, & à sinistris. Inferius impugnat concupiscentia carnis; quia [concupiscit aduersus spiritum.] Superius imminet iudicium Dei: [horredum namque est, incidere in manus,] &c. Retro mortifera delectatio ex recordatione praeteritorum delictorum. Ante, instantia tentationum. A sinistris, arrogantium fratrum inquietudo. A dextris, obedientium fratrum seruos, & deuotio: & hoc duobus modis, aut bonis eorum actibus inuidendo, aut singularem eorum gratiam emulando. Ergo, contra carnem rigor vigilat disciplina, contra iudicium Dei, iudicium confessionis. Hoc sit duplex, manifestum de manifestis, occultum de occultis. & si nosmetipsos iudicemus, &c. Contra fratrum inquietudinem, patientia & compassio. Aduersus obedientium fratrum seruorem, congratulatio, & discretio. Congratulatio expellit inuidiam, discretio nimiam aemulationem.

Cordi humano, nullum bonum sufficit, praeter summum.

18. **E**CCLIES. 1. Non saturatur oculus visu, nec impletur auris auditu. HVGEO de S. VICT. Mirum est, cor humanum toti mundo non sufficit, nec illi totus mundus. Ipsum mundo non sufficit, quia cunctae res difficiles, non valet eas homo sermone explicare; mundus illi non sufficit, quia non saturatur oculus visu, &c. Ergo scientia succumbit, affectus tran-

scendit. Tendit se scientia quantum potest, & totum capere non potest. Amor verò, totum haurit, & adhuc saturari non potest. Quare hoc? Quia scientiae charitas supereminet, nec cordi humano quidquam sufficit, donec ad Deum perueniat, & in illo feliciter requiescat. Magna igitur hominis felicitas, cui nullum bonum sufficeret praeter summum.

De triplici inquietudine cordis.

19. **D**ANIEL. 7. Ecce quatuor venti cali pugnabant in mari magno. RICHARDVS. Videamus quid sit hoc mare magnum, in quo Daniel vidit hanc pugnam ventorum. Quis autem nescit mare quam instabile, & inquietum, quod semper mouetur ad omnem flatum, impulsimque ventorum? Recte itaque in eo cordis mutabilitas, & inconstantia figuratur: eo quod verè sit similis fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Est autem hoc malum triplex. Est enim mutabilitas propositi, promissi, & voti. Propositum est, quod quilibet statuit apud semetipsum; promissum, quod apud proximum; votum, quod apud Deum. De primo dicitur: [Vult & non vult piger.] De secundo: [Nubes, & ventus, & pluuia non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens.] De tertio: [Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim Deo infidelis & stulta promissio.] Similia promissio est quae fit de eo, quod fieri non licet; vel quod Deus facere prohibet. Infidelis promissio est, quam poenitentia sequitur, vel cordis duplicitas comitatur. Nec tamen qui tali voto se obligant, pro libito huiusmodi vinculum abrumpere debent, sed ad arbitrium eorum absoluedi sunt, qui potestatem ligandi & absoluedi acceperunt, & habent. In mutabilitate propositi, notatur vitium inconstantiae animi; in mutabilitate promissi, scandalum proximi: in mutabilitate voti, contemptus, & iniuria Dei.

In corde compuncto, Dominus inuenitur.

20. **R**OMAN. 10. Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. BERNARD. Non te oportet o homo maria transfricare, non penetrare nubes. Non grandis tibi ostenditur via, vsque ad temetipsum occurre Deo tuo, vsque ad cordis compunctionem & confessionem honoris occurre: Saltem ex eas de sterquilinio miserae conscientiae, quoniam indignum est illuc auctorem pietatis intrare.

Quod corrupto corde, caetera nihil praestant, Vide, Adulterium, nu. 19. ex Chrysostomo.

CORRECTIO.

- Correctio utilis. 1. 2. 4. 27. 37. 38.
Correctio cum Misericordia. 1. 4. 5. 13. 15. 20.
Ad corrigendum, requiritur puritas. 2. 14.
Correctio ante accusationem. 2.
Per correctionem, emenda intendi debet. 3.
Correctio cum humilitate & charitate. 6. 28. 29. 31. 41.
Correctione ne perturbemur. 7.
Correctio cum prudentia. 8. 9. 33.
Corrigere debemus doctum & indoctum. 10.
Corrigere debemus propinquos. 11.
Correctione malus peior fit. 12. 19.
Correctio cum seueritate. 16.
Qualiter corrigendi iracundi. 17.
Qualiter corrigendi potentes. 18.
Correctio frequens necessaria. 21.

Non desistendum à correctione. 22. 30. 39. 40.
Correctio patienter ferenda. 2. 3.
Corrigens chirurgus comparatur. 2. 5. 2. 6.
Corrigere debemus etiam minora. 3. 2.
Corrigentis præmiū, & non corrigentis supplicium. 3. 4.
Melius corripī, quàm ignoscī. 3. 5.
Qui corripit, in nomine Dei corripit. 3. 6.

Correctio utilis.

IUVS BASILIVS *super Genes. 1.* Cum apes & vespas conspexeris, veniat tibi in mentem, eas præditas respiratione non esse, pulmonèque carere, sed totis suis corpibus aura vesci. Quapropter, si oliuo fuerint madafactæ, oclusis meatibus pereunt, sin aceto, protinus aspexeris eas reclusis foraminibus reuiuiscere. *Hac ille. Per oleum intelligitur laus, iuxta illud, [oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum;] Per acetum autem, correctio. Oleum ergo interficit: claudit enim introitum spiritui: acetum autem viuificat, & spiritui viuificati ostium aperit. [Corripiet me iustus cum misericordia, & increpabit me.] Hoc idem fecit Loth cum Sodomitis. *Genes. 19. Nolite queso fratres mei, nolite malum hoc facere.* CHRYSOST. O iusti longanimitatem! O excellentem modestiam! Hæc vera virtus est, ita mansuetè alloqui illos. Nullus enim ægrum volens curare, & insanientem castigare, cum furore, & austeritate hoc facit, & animaduerte, quòd eos, qui tam absurda patrare volebant, fratres vocat, eorum conscientias tangere cupiens, & à nefario flagitio volens abducere.*

Ad corrigendum requiritur puritas.

GENES. 31. *Tumensque Iacob cum iurgio, ait: Quæ ob culpam meam, & ob quod peccatum meum, &c. CHRYSOST.* Quoniam vidit se irreprehensibilem in omnibus, magna sumpta fiducia, cum reprehendit. RVPERT. Cum iurgio, & tumens eum reprehendit. Tumor namque vel iurgium, seruilis motus est, & quia Iacob in hac causa liber omnino non erat. Quamuis enim nesciret, culpa tamen penes ipsum seruilis erat, id est, culpa, furtumque erat: & cum iurgio reprehendit. *Genes. 37. Accusauitque fratres suos apud Patrem crimine pessimo.* RVPERT. Grandiores fratres accusauit adhuc puer, quod vitæque non fecisset, si non putitatis amorem zelumque iustitiæ iam haberet, quod in puero, vel adolescente, maximè laudabile est. D. THOMAS 2. 2. *quest. 33. art. 7. ad 2.* De Ioseph credendum est, quòd fratres suos quandoque admonerit, antequam eos Patri deferret. Vel, dici potest, quòd peccatum publicum erat inter fratres. Vnde dicit pluraliter, *accusauit fratres suos.* CAIETAN. Imo in Hebræo habetur: *Et reuulit Ioseph famam eorum malam ad patrem eorum.* Vnde non crimen, sed famam criminis, denuntiavit Ioseph Patri.

Per correctionem, emenda intenditur.

GENES. 42. *Exploratores estis, &c. RVPERT.* Iustitia profectò & idoneæ seueritatis fuit, quòd peccatores tamdiu flagellat Ioseph, & corripit, verborum suorum stimulis, clausisque acutis tamdiu configit, donec peccatum suum agnoscant, & dicant: [Meritò hæc patimur,] &c. & infra. *Nūquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audistis me, &c. LIPOMAN.* Ruben audacter criminatur, & accusat fratres alios, quia non consenserat in fratrem necandam, & statim doluerat distractum. Erat natu maior,

quem eum audire nolissent dehortantem, nunc ferre coguntur, impropertantem flagitium.

Correctio cum misericordia.

GENES. 45. *Non se poterat ultra cohibere Ioseph, &c. GREGOR. Hom. 21. super Ezechiel.* Tanta debet esse sacerdotibus Dei, atque doctoribus, discretio, vt nec disciplina nimia, nec ipsa misericordia sit remissa, ne si inordinatè culpa dimittitur, is què culpabilis est, in reatu grauius astringatur. & rursus qui culpa immoderata retinetur, tanto quum corrigitur deterior fiat, quato erga se nihil ex benignitatis gratia agi considerat. Exhibenda itaque prauis est asperitas in ostensione, charitas in mente, vt dura ostensio, delinquentem coerceat, & charitatis custodia, mercedem mansuetudinis non omitat. Testis huius est Ioseph, qui spiritu discretionis plenus, memor culpæ, & remissor iniuriæ, mala fratrum, nec reddere studuit, nec sine purgatione laxare. Vincerat quidem eius mentem pietas, sed permanebat in ostensione asperitas, vt fratres noxi purgarentur. O tormenta misericordiarum! cruciat, & amat. Demum vltra se cohibere non valens, pietas clausa prorupit ad medicum, & excussit charitatis lacrymas de vultu seueritatis. Detera est ira quæ apparebat, & non erat; ostensa misericordia quæ erat, & non apparebat. Sic vir sanctus, facinus fratrum, & dimisit, & vindicauit. Sic in rigore clementiam tenuit, vt delinquentibus fratribus, nec sine ultione pius existeret, nec sine pietate districtus. Ecce hoc est magisterium disciplinæ, vt culpæ, & discretè noxi parcere, & piè refecare. Qui autem discretionis spiritum non habent, aut sic dimittunt peccata, vt non corrigant, aut sic quasi corrigendo feriunt, vt non dimittant.

Idem.

GENES. 49. *Hæc locutus est Pater suus, benedixitque singulis, benedictionibus propriis.* CAIETANVS, id est, sicut exigitur singulorum benedictio, sic quilibet filius est benedictus. Vt hinc intelligamus, quòd etiam illa quæ mala sunt (puta Simeon, & Leui vasa iniquitatis, & alia similia culpæ, vel pænæ) sunt dicta benedicendo. Nam & arguere, & punire & præmonere, alicui non sunt à paternis benedictionibus. Vide, *Mansuetudo*, numer 8. ex *Glossa, & Gregorio.*

Correctio cum humilitate, & charitate.

EXOD. 10. *Vsq̄uequo non vis subici mihi? GREGOR. 7. Moral. cap. 22.* In electorum Dei oculis quidquid temporaliter eminet, altum non est. Nam velut in magni vertice montis siti, præsentis vitæ plana despiciunt: vnde & nullis contra veritatem potestatis parant: sed quos atrolli per elationem cõspiciunt, per spiritus auctoritatem premunt. Hinc est quòd Moyses, regem Ægypti ex auctoritate aggredditur, dicens: *Vsq̄uequò non vis subici mihi?* Hinc est quòd Nathan, ad præuaricatorem Regem dixit: [Tu es ille vir] qui fecisti hanc rem. Multos alios recenser. Vide locum. *cap. 23. ait.* Sed quia sancti viri ad verba tantæ altitudinis, zelo veritatis, non autem vitio elationis exiliunt, ipsi patenter indicant, qui factis dictisque, aliis & quanta humilitate polleant, & erga eos quos redarguant, quanta charitate polleant, manifestant. Superbia quippe odium generat, humilitas amorem. Verba itaque quæ amor exasperat, profectò ex fonte humilitatis emanant. Quomodo enim Nathan contra regem, per verba increpationis tumuit, qui in terram se in conspectu eius protinus strauit? & quomodo Moyses regi Ægypti libere resistens, cum despiciere potuit, qui Deo familiariter collo-

colloquens, sequentem se Iethro cognatum suum humilis adoranit? Ex aliis ergo sanctorum factis discimus quod de aliis p̄sare debeamus. Sancti etenim viri, nec ex elatione sunt liberi, nec ex timore submissi. Sed cum rectitudo eos ad vocis libertatem erigit, consideratio infirmitatis propria, in humilitate custodit.

Correctione, ne perturbemur.

EXOD. 18. *Non bonam rem facis, stulto labore consumeris, &c. Vide, consilia, nu. 6.* Nos si coram vno homine arguimur (ait CHRYSOST.) & corripimur; conturbamur totis visceribus. At Moyses non sic agit, sed prædicat quotidie omnibus, idque literis, quòd focer suus animaduertit ea quæ ipse confiderrare non poterat, vt nos doceat, ne vnquam de nobis ipsis sublime sentiamus, etiam si omnibus sapientiores simus, &c. *Exod. 21. Si rixati fuerint viri, & percussorit alter proximum suum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, &c. GUILLELM. de CAILLOG.* Rixantur homines cum prælatus subditum arguit. Percutitur alter pugno, vel lapide, cum de auaritia, quæ contractio manus significatur, vel de duritia quæ significatur in lapide, subditus increpatur. In pugno enim quinque digiti contrahuntur, & palmas regunt. In quinque digitis contractis & palma inuoluta, sex opera misericordiarum contracta intelligo, quæ magis ad proximi confessionem deberent extendi. Tunc verò non moritur percussus iste, sed iacet in lecto, cum præuaricator ad cor rediens, conscientiam suam ægram, & ream, vnde accusatur, attendit, & innoxius baculo charitatis, vel consolationis, vt à prædicta duritia conualecat, per opera misericordiarum, foras egreditur, vt aliorum necessitatibus optuletur. Impensas autem accipit à percussore percussus, cum modum subueniendi proximo, edocetur subditus à prælato.

Reprehensio cum prudentia.

EXOD. 21. *Qui percussorit seruum suum vel ancillam, virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit.* RABAN. Sicut disciplina opus est in eruditione subiectorum, ita & discretione maximè opus est in exhibitione correptionum. Qui enim sibi commissum gregem, vltra modum disciplinæ cõstringit, vbi vitam debuit propagare, inuenitur ibi mortem ingerere. Vnde & per sapientiam dicitur: [Qui fortiter premit vbera, exhibet butyrum, & qui vehementer emungit, elicit sanguinem.] Est ergo semper mensura in disciplina tenenda, vt rigor sit in refrigerio, & refrigerium in rigore, vt in disciplinato fides & dilectio vigeat, neque per desperationem, vel odium funditus intereat. *AMBROS. lib. 2. de Cain & Abel, cap. 1.* Leones cum sint ipsi terribiles, discunt timere. Cæditur canis vt pauescat Leo, & qui sua iniuria exasperatur, coerceatur aliena, alteriusque exemplo frangitur. Quoties parata præda, & cibo obuio, famem perpeti malunt, dum offensam magistri verentur? Quoties repentino impulsi motu, ad morsus ora iussi resoluunt? Ita cernimus illos naturalem feritatem imperata mutare mansuetudine, suam rabiem deponere, nostros mores sumere. *Hac ille.* Si industria mansuescunt leones, prudentia etiam mansuescunt, qui eos imitantur in ferocitate.

Idem.

EXOD. 22. *Si egressus ignis inuenierit spinas, & comprehenderit acervos frugum, reddet damnum qui ignem succendit.* RABAN. Ignem succendimus cum correctionem subditis nostris præparamus, vt spinas vitiorum in eis cõsumamus. Sed prouidendum est, ne

dum vitia persequimur, virtutes lædamus, & eos qui fructus in se bonorum operum proferre cœperant, antequam illos ad maturitatem perducant, per iniuriam noceamus. Ergo qui tale damnus in plebe Dei commiserit, necesse est vt dignam pœnitentiam pro hoc gerat: & quod prius per inertiam læsit, per studium bonum restaurare conetur.

Corrigere debemus doctum, & indoctum.

EXOD. 23. *Si occurreris boni inimici tui, aut asino erranti, redue ad eum.* BRUNO. Inimicus carnis nostræ, est sermo diuinus, qui semper illi contraria præcipit. Quamuis igitur hic bonus noster inimicus, carnem nostram semper affligat, & persequatur, tamen si eius bouem, aut asinum, id est, doctum, vel indoctum, errare videmus, ad eum reducere debemus, quatenus eius salutifera mandata suscipiat, & ab illius plenis præsepibus non recedat.

Corrigere debemus propinquos.

EXOD. 32. *Ponat vir gladium super femur suum, &c. & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.* AMBROS. Quòd occidi fecit à proximis proximos Moyses, filios à parentibus, à fratribus fratres, præceptum euident est, quia præsentenda est religio necessitudini, & pietas propinquitati. Ea est enim verè pietas, quæ præponit diuina humanis, perpetua temporalibus, & sanctiora cæteris. Ad hoc munus eliguntur ministeria Lenitarum, quorum portio Deus. Nesciunt enim suis parcere, qui nihil suum norunt. Quoniam sanctis, omnia Deus est. *GREGOR. in 1. Reg. cap. 14. Si quis, inquit, est Domini, iungatur mihi.* Quasi dicat: In hoc ostendet quisque, quòd sit Domini, si pro eius amore, fratri, proximo, vel amico non parcat. Nos autem peccatores cecimus, & obviargare peccantes, aut nolumus, aut timemus. Cur ergo hoc facimus nisi quia Deum, sicut Patres illi, nequaquam diligimus?

Correctione malus peior fit.

GREGOR. *Hom. 9. super Ezechiel.* Salomon ait: Acetum si mittatur in nitro, feruescit; nitrum protinus ebullit: & peruerfa mens, quando per increpationem corripitur, aut per prædicationis dulcedinem bona suadentur, de correctione fit deterior, & inde in murmurationis iniquitate succenditur, vnde debuit ab iniquitate compesci. *Vide, peccatores, nu. 73. ex Bernardo.*

Correctio cum misericordia, & mansuetudine.

DEVT. 19. *Sed abiisse cum eo simpliciter in siluam ad ligna cadenda. Et in succisione lignorum, securis fegerit manum ferrumque lapsum de manubrio, amicum eius percussorit, & occiderit, hic ad vnam prædicationem urbium confugiet, & vinctus.* GREGOR. 10. *Moral. cap. 5.* Ad siluam cum amico imus, quoties cum proximo ad discutienda delicta conuertimur. Simpliciter ligna succidimus, cum delinquentium vitia, pia intentione refecamus. Securis manum fugit, cum correctio in asperitatem sese pertrahit. Ferrum de manubrio profilit, cum de correctione sermo durus excedit. Amicum percuciens occidit, qui auditorem suum, prolata contumelia à spiritu dilectionis interficit. Correctio enim mens inde ad odium prorumpit. Sed qui incaute lignum percucit, & proximum extinguit, ad tres vrbes fugiat, vt viuat. Quia si ad pœnitentiam conuersus sub spe, fide, & charitate absconditur, reus homicidij non tenetur, &c. Citius ergo culpa dimittitur, quæ non malitiosè perpetratur.

Correctio cum puritate.

14. IVDIC. 20. In illo bello iustissimo quod Israel totus habuit contra tribum Benjamin, consultato Domino, & signato per eum duce, mortui nihilominus sunt quadraginta milia hominum ex Israel. GREGOR. lib. 14. Moral. cap. 13. Quid est quod ultione criminis, Israel vniuersus inflammatur, & prius prostermitur? Nisi quod prius ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpa feriuntur, ut ipsi iam mundi per ultionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant? Vnde Ioan. 16. [Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.] Ad aliena quippe peccata puniendi ibant, & sua relinquebant. Reuocentur igitur intus ad conscientiam, ut prius propria peccata corrigant, & tunc aliena reprehendant.

Correctio cum Misericordia.

15. IVDIC. 21. Rapite ex eis singuli uxores singulas, &c. ILYRAN. Per hoc quod filiis Benjamin, datae fuerunt virgines, ad suae tribus reparationem, significatur, quod peccatoribus sufficienter punitis, debent dari exhortationes sanctae ad bonorum omissionum reparationem.

Correctio cum seueritate.

16. 1. REGVM 2. Quare facitis res huiusmodi, &c. Nolite filij mei, &c. GLOSS. ORD. Heli pro filiorum iniquitate damnatus est, quia minus seuera animaduersione plecebat. & siquidem coereuit, & corripuit, cum lenitate tamen, & mansuetudine patris, non seueritate, & auctoritate Pontificis. Discant ergo Sacerdotes, quia propter scelera populi puniuntur, & subditorum culpa illis imputabitur.

Qualiter corrigendi iracundi.

17. 1. REGVM 25. Et non indicauit ei verbum punitum, aut grande usque mane, &c. GREGOR. 3. parte Pastoral. cap. 17. Iracundos melius corrigimus si in ipsa irae commotione declinamus. Perturbati enim, quid audiant, ignorant. Sed cum ad se redeunt, tanto libentius exhortationis verba recipiunt, quanto se tranquillius tolerari erubescunt. Mentis autem furoris ebriae omne rectum quod dicitur, peruersum videtur. Vnde & Nabal ebrio culpam suam Abigail laudabiliter tacuit; quam digesto vino laudabiliter dixit.

Qualiter corrigendi potentes.

18. 2. REGVM 12. Aut Nabhan ad David. Duo viri erant in ciuitate una: vnus diues, & alter pauper, &c. INTERL. Cum praelati Ecclesiae potentes arguunt, prius quasdam similitudines, velut de alieno negotio inducunt. Iratus autem indignatione David aduersus hominem illum nimis, &c. Post similitudines rectam sententiam contra se, quasi in alterum, profertur potentes. GREGOR. lib. 1. super Ezech. Hom. 11. Pensandum nobis est cui loquamur. Quia saepe increpationis verbum quod haec admittit persona, altera non admittit, & saepe eadem ipsa persona secundum factum sit altera.

Correctione, malus peior fit.

19. NON est tui officij Ozia, ut adoleas incensum, sed Sacerdotum, &c. 2. Paral. 26. Iratusque Ozias, & renens in manu thuribulum, ut adoleret incensum, minabatur Sacerdotibus. Sed non impunitus remansit. Statimque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in domo Domini super altare thymiamatis. GLOSS. ORD. Lepra in fronte percussus est, quam Sacerdos auri lamina protegebat, quam in Ezech. cap. 9. iuber Dominus (Tau) litera: impressione signari.

Correctio cum misericordia.

MATTH. 13. Qui profert de thesauro suo noua, & vetera. HVGOR. de S. VICI. Noua sunt consolationes; vetera, increpationes. Verus enim lex penam proposuit, quod terreret; noua, misericordiam, quod foueret. Quare ergo, prius noua, post vetera? Quia pietas loquitur, ideo prius palpat, postea percutit. Pusillanimes enim prius consolatione refouendi sunt, ut surgant, postea terrore confirmandi, ne cadant. Contumaces, & duri, prius increpandi sunt ut timeant, postea consolatione fouendi sunt, ne desperent. Vide, Amor inimicorum, tit. 11.

Correctio frequens, necessaria.

CHRYSOST. Hom. 1. de David & Saule. Quoties aliquis morbum qui iam radices egit in anima, multo tempore concretus sit, radicitus euellere voluerit: non satis est ad correctionem, vnius duorumve dierum admonitio. Verum oportet frequenter, ac diebus compluribus in hac cura versari, si modo non ad ambitionem, ac voluptatem, sed ad fructum & utilitatem, munus hoc publicum gesturi sumus. CYRILLVS. in cap. 11. Ioan. Quemadmodum cruditati vulnerum, non vnum, sed varia vicissim remedia conferuntur, nec semel, sed frequenter appositis remediis molliuntur: Sic duro animo, varia quaedam, & frequens accommodanda doctrina est, ut si prima parum profecerit, secunda saltem, aut tertia, eisdem verbis allata permulcere, atque attrahere possit. AMBROS. super illud 1. Cor. 5. Nescitis quod modicum fermentum totam massam corrumpit? Ita peccatum vnius quod cognitum non arguitur, multos contaminat, imo omnes qui norunt, & non denuntiant, aut cum possint arguere, dissimulant. Non enim sibi videtur peccare quando a nullo corripitur, aut vitatur.

Non desistendum a correctione.

CHRYSOST. Concione 1. de Lazaro. Quod si post nostram etiam admonitionem in iisdem vitiis perseverauerint, nec sic quidem nos desistimus, apud vos quod rectum est consulere; quandoquidem & aquarum venae, etiamsi nullus veniat aquatum, manant tamen; & fontes quamuis hauriat nemo, tamen scatebras emittunt, & amnes, etiamsi nemo bibat, nihilo secius fluunt; sic oportet & illum, qui cociatur, quamuis nullus auscultet, tamen praefare quidquid in ipso situm est. Qui hodie quod audiuit, repulit, cras fortassis audiet, ac recipiet, tum qui hodierno crastinoque die contempserit, fortassis post dies complures praebit animum iis quae dicuntur. Quandoquidem & illud crebro fit, ut piscator, qui per totum diem vacuum attraxit rete, sub noctem iam abire parans, capto qui ipsum per totum fefellerat diem, pisce, discedat.

Correctio, patienter ferenda.

GREGOR. lib. 2. epist. 54. ad Ioannem Archiepiscopum Rauennatem. Contra morem Ecclesiasticum est, si non patientissimè toleratur (quod a nobis ab sit) etiam iniusta correctio.

Correctio vitilis.

CLEMENS ALEXANDRINVS I. Pedagogie cap. 5. Est reprehensio velut quaedam chirurgia animae, medicamentorum autem portio, aut applicationi est similis, probri insimulatio, quae resolut affectiones, quae iam occalluerunt, impudicaeque & libidinosae vitae sordes expurgat, saltuq; ac superbiae carnes, quae excreuerunt, excecat. Iam vero admonitio est veluti quaedam diæta agrotantis animae, quae sunt sumenda, consulit, & quae non sunt, prohibet.

Idem

Idem ibidem cap. 9. Quemadmodum speculum non est malum deformi, eo quod ipsum ostendat qualis sit, & quemadmodum medicus non agrotanti malus, quod ei febrem annuntiet: non enim medicus febribus causa est, sed ipse febrem arguit: Ita nec is qui reprehendit, ei male vult, qui laborat animo.

Corrigens, chirurgus comparatur.

25. CLEMENS PAPA, lib. 2. Constitutionum Apostolicarum cap. 45. Tu igitur vti clemens medicus, peccatores omnes cura, vtens accommodatis ad salutem medicamentis, non modò secando, vtendo, nouacula adhibendo, sed etiam alligando, exsiccando, iniiciendo medicamenta lenia, cicatricem obducendo, emolliendo sermonibus consolatoriis. Si vultus altum fuerit, reficito suauinguento, ut repletum, reliquis partibus aequetur. Si sordes collegerit, nouacula perpurgeto, hoc est, sermone, ad incidendum idoneo; si intumuerit, id acri collyrio complanato, hoc est, iudicij minis; si serpat, cauterio cohibeto, tabemque excidito, ieiunij acrimonia. Quod si haec feceris, viderisque à pedibus vsque ad caput non prodesse fomenta, non oleum, non fascias, sed serpente tabem, superareque omnem medicinam veluti cancrum, omnia membra exedentem: tunc rem multum considera, ac deliberata, adhibitisque aliis peritis medicis, tabidum membrum excidito; ne totum Ecclesiae corpus contabescat. Noli ergo esse facilis ad abscondendum, neque citò ad dentatam ferram curras, sed primum vtaris cultello, abscessum diuidens, ut causa quae dolorem fouebat, expulsa, corpus sine dolore conferuetur. Quod si aliquem impudentem atque obduratum videris, tunc cum tristitia, & luctu, medicinam respicientem ab Ecclesia absconde; Tollere enim malum de vobis, & timoratos facite filios Israel. Exod. 23.

Idem.

26. IDEM. Ibidem cap. 37. Si quidam homines, qui à suo ortu superflua membra reliquo corpori adiuncta habent, veluti digitos, vel carnis procellus, propter turpitudinem, illas eminentias abscondunt, nihilque sit illis indecorum, cum per artificem, naturalem corporis habitum recipiant: Quanto magis id facere debetis vos Pastores, cum sit Ecclesia corpus perfectum, constans ex integris membris, in Deum credentibus, in timore Domini, & charitate, scilicet cum inuenitur membrum aliquod superfluum, improba sapiens, & reliquum corpus deturpans, atque perturbans seditione, contumelione, detractioe, afferens ei timores, molestias, maculas, detractioes, crimina, perturbatioes, & huiusmodi diaboli opera, operam dās, veluti ad id delectus à diabolo, ut nihili fiat Ecclesia, per blasphemias, tumultus, contentiones, seditiones?

Correctio quibusdam in virgam, quibusdam vertitur in draconem.

27. EXOD. 4. Et versa est in colubrum ita ut fugeret Moyses. BRVNO. Quid per virgam, nisi correctio? Vnde, [Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.] Haec autem virga, illis vertitur in draconem, qui leniter correcti, emendare se nolunt: quia qui incorrigibiles existunt, tandem diuinæ ultionis iram & indignationem, super se sanientem sentiunt. Vnde Psalmista: [Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.] Sic igitur diuina correctio, aliis est virga, aliis est draco: alios misericorditer castigat, alios insatiabiliter percutit. Huius autem caudam Moyses tenet, & in virgam serpens conuertitur, quando aliquis vir iustus vindictam peccatoribus imminuentem suis orationibus auertit.

Cum enim Deus ab ultionis ira placatur, draco feruens, in virgam vertitur.

Correctio, cum mansuetudine, & lenitate.

28. IOSVE 7. Fili, da gloriam Deo. STEPHANVS. I. Eum, qui peccauerat, filium vocat: quia quem corrigendo punimus, ut amicum, non ut inimicum punire debemus, non libidine vindictae, sed zelo iustitiae. GREGOR. NAZIANZ. de modestia in disputationibus. Corrigendus est frater. Facias igitur hoc modestè, ac humaniter, & nequaquam ut inimico, nec medicus ut incidens. Ac non solum cognosceito quemadmodum ille iniuri ac incidi debeat, sed & respicere, ac propriam cognosce infirmitatem, &c. Multum iactari, & tolerare oportet, priusquam alterius cognoscat impietas, &c. Iudicaberis & tu, qui iudicas alienum seruum, & quem alius gubernat. Ita fratrem tuum probato, tanquam & tu eadem mensura sis iudicandus. Ac ideo haud quaquam in abscondendo, festinè aut confestim membrum alienes. Incertum enim est, ne ideo quod sanum est corrumpatur. Verum admone, hortare, increpa. Medicamenta habes, regulas habes. Christi es discipulus humilis, & mansueti, qui iniquitates nostras portauit. Quod si primum tibi resistit, longanimitas esto: si vero secundò, desperare noli. Adhuc sanandi tempus est: at si tertio, fias agricola humanus. Dominum roga, ne excidatur, aut odio habeatur sterilis, & inutilis illa ficulnea, sed ad illam te conuerte, eiusque curam gere, & eam stercoreato per confessionem, quae occulta prodit, & manifestis pudorem iniicit, ac turpiora rectius instruit. Quis scit vtrum immutetur, ac fructum ferat, &c. Igitur si potes, fratrem curato; si minus, in hoc saltem eris securus, quod nequaquam illius particeps fueris prauitatis. Odor est in sanis animi eius morbus, quem tua forsitan abiget fragrantia, cum superaueris. Idem oratione in sanctum Pascha. Sed quo pacto reformabitur is qui vehementer medelam reuerteret, tanquam inobediens, & qui minime propter longi temporis superbiam corrigi posset? Nempe ut mansuetus & humano cum rationis modo ad correctionem induceretur: cum neque ramus incurvus subitam inflexionem, & producentis manus violentiam ferret; citiusque frangeretur, quam dirigeretur. Nec equus ferox, & adultus, absque assentatione & diuisione fræni susciperet tyrannidem.

Idem.

29. MATTH. 23. Si te non audierit, adhibe tecum vnum, aut duos testes, &c. CHRYSOST. Hom. 60. in Matth. Nam quanto ille imprudentior, ac pertinacior fuerit, tanto magis ad emendationem eius absque ira & molestia nobis studendum est. Nam & medicus cum grauiorem viderit morbum, non desistit, nec molestia oppressus deficit, sed ad ferenda remedia, diligentius se accingit. Quod nos quoque facere iubet. Quoniam cum solus imbecillior visus es, adiectione duorum fortior factus argue delinquentem. Idem in Babylam martyrem. Mea sententia opus est, ut quisquis alios vult reprehendere, animam suam ab omni temeritate, & arrogantia, quam maxime liberam faciat, ut viam suam soli, verbis, & operibus declare. Nam & medici ossa putrida & accensa secturi, non ira se replent, quando curatum eunt, sed tunc maxime tranquillitatem animi seruare student, ne forte arti obstit turbatio. Quod si curaturus corpus, tanta opus est animi sedatione, medicum animarum dic quid decet? Quanta à Deo prudentia expectanda? Plane multo maior, atque adeo tanta, quantum videlicet declarauit beatus ille martyr. Idem sermone de habenda cura proximorum, super illud 2. ad Timoth. 4.

Timoth. 4. Argue, obsecra, increpa, &c. Nam si semper argueremus, impudenciores illi fierent. Si semper oblectarem, ignaviores redderent. Quapropter & medici non solum fecant, sed & vulnera obligant: nec semper amara, sed nonnunquam & lenia pharmaca infundunt, ut per priora purificetur sanies & putredo, per posteriora autem mitigetur dolor.

A correctione non cessandum.

30. **C**HRYSTO. *Concion. 1. de Lazaro.* An non vides Parentes quomodo filiis suis, licet frequenter desperatis, assident lacrymantés, lamentantes, exosculantes, omnia quae possunt, admoventes, ad supremum usque halitum? Hoc tu facito pro fratribus. Et tamen illi non possunt, lacrymis, ac lamentis morbum depellere, nec mortem imminuentem abigere: Tu vero frequenter poteris animam deploratam, assiduitate instantiaque per lamenta suscitare, ac reuocare. Dediti consilium, nec persuasisti, illacryma, punge frequenter, ac suspira paululum, ut tua sollicitudo incutiat illi verecundiam, conuerter illum ad salutem. *Idem Homil. 59. in Genes.* An non exitus, quid seni Heli acciderit, cum non debite emendaret filiorum delicta? Quemadmodum enim medicus, si morbum sectione indigentem, curare cessat, ac moratur, statim incurabilis erit morbus; & inutile, alioqui vtile, remedium faciet: ita & senex ille, cum deberet filios suos pro peccatorum qualitate emendare, nimia visus lenitate, illos arguit. *Idem Homil. de ferendis reprehensionibus.* Magnum bonum est ferre reprehensionem. Iam nos, si quem videmus veste breuiori, vel ex lateribus aperta, vel alioqui indecenter vestitum, admonemus, & emendamus. Verum videntes eius vitam dissolutam, ne verbum quidem proferimus, videntes mores eius nefarios, praeterimus, tamen si ridicula sint ea, quae ad corpus pertinent, periculosa autem aut damnosa quae ad animam pertinent.

Correctio cum mansuetudine.

31. **C**HRYSTO. *Homil. 44. in 1. ad Corinth.* Qui iram commouendo sequitur solum, nihil aliud quam cupiditatem suam explet: qui vero postquam correxit peccantem, etiam charitatem ostendit, amoris fuisse quae percellendo dixit, declarat. Ergo eodem modo pacto inuicem nos erudiamus. Qui arguit, ne irascatur, non est enim correctionis hoc, sed affectus. Neque qui arguitur aere ferat: medicina enim non inimicitia est. Si enim medicos cum vrunt, nemo in ius vocat, licet sapenumero aberrent: quin vsti sedique in tantis etiam doloribus, beneficos illos in se esse putant, qui tantam perturbationem suscitauerunt; quanto magis aequo animo perferre castigationem, & castiganti sic veluti medico intentum esse decet?

Etiā minora corrigere debemus.

32. **C**HRYSTO. *In caput 1. ad Galatas.* Ob hoc maiora supplicia subierunt, quod minoribus debita correctio non adhibetur. Et quemadmodum in corporibus qui vulnera neglexerunt, febres gignunt, & putrefactiones, ac mortem denique itidem, & in animis, qui pusilla dissimulant, maiora inuitant.

Ad tempus a correctione cessandum.

33. **A**D GALATI. *Filioli mei, quos uerum parturio.* **C**HRYSTO. *super hunc locum.* Parcit illis Paulus, nec vult vulnera vulneribus addere. Quemadmodum eruditi medici eos qui in longum incidunt morbum, non protinus ac semel, sed ex intervallo curant, ne despondentes animum, percaant.

Qui non corrigit fratrem, punitur, & corrigentis premium.

CHRYSTO. *Homil. 30. ad Hebraeos.* Si habenti pecunias, & non largienti, comminatur Dominus supplicium: & qui valet proximum commonere, vel quolibet modo, & minime facit, quomodo non maioribus suppliciis punietur? Illic enim corpus punitur, hic autem anima: illic a morte seruas temporali, hic vero ab aeterna. *Et Homil. 16. ad populum Antioch.* Nunquid si quis cui aureum unum pro singulis hominibus correctis promississet, nunc omne studium adhibuisset, & assiduus astitisset, persuadens, & exhortans? Nunc vero non aureum unum, neque decem, neque viginti, & centum mille, neque totam Deus terram tibi pollicetur in horum laborum retributionem, sed quod orbe toto maius est, hoc tibi praebet, caelorum regnum.

Melius est corripui, quam ignosci.

PSALM. 140. *Corripuit me iustus in misericordia, & increpabit, &c.* **C**HRYSTO. *super hunc Psalmum.* Clementia est, ut vulneribus mcderi, ita vitia reprehendere Misericordes saepe exitum; corripientes, salutem afferunt; cum illorum misericordia coniuncta mors est; cum horum correptione vita. Meliora illorum vulnera, quam horum oscula. Argue, inquit, increpa, exhortare. Ita facit medicus, non solum fecant, sed etiam colligant. Magna sapientia opus ut correptionis medicamentum adhibeas, & maiore opus ei, qui animam reprehendit, quam ei qui corpus secat. Quomodo? Quoniam illic quidem aliud est quod scindit, aliud quod dolorem suscipit; hic eadem res quae corripitur, & quae dolore afficitur.

Qui corrigit, in nomine Dei corrigit.

HIERON. *Epist. ad Iulian.* Quod si tibi tanta cogitatio scrupulum mouerit, cur monitor ipse, non sim talis, qualem te esse desidero, & nonnullos videris in medio itineris corruisse. Illud breuiter respondebo; Non mea esse quae dico, sed Domini Saluatoris, non monere quod ipse possit, sed quid debeat velle, qui seruus futurus est Christi. Et athletae suis incitatoribus fortiores sunt, & tamen monet debiliior, ut pugnet ille qui fortior est. *Idem super illud Ecclesiasti. 12. Verba Sapientum stimuli.* Simul & hoc notandum est, quod dicantur verba sapientum pungere, non palpare, nec molli manu attrahere lasciuam, sed errantibus, & ut supra diximus, tardis peccantibus dolores & vulnus infligere. Si cuius sermo non pungit, sed oblectationem facit audientibus, iste non est sermo sapientis: *verba quippe Sapientum, ut stimuli,* quae quoniam ad conuersionem prouocant delinquentem, & firma sunt, & a concilio Sanctorum data, atque ab vno pastore concessa, & solida radice fundata sunt. Hoc stimulo nec dum Paulum, sed adhuc Saulum puto in via concussum erroris, audisse: [Duru est tibi calcitrare contra stimulum Dei.] *Actor. 9.*

Correctio licet amara, utilis, & suavis.

HIERON. *Virgam vigilantem ego video.* **H**IERON. *super hunc locum.* Pro virga vigilante, *lx x. baculum,* translulerunt. Ita est virga de qua Dauid *Psalm. 22.* [Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.] Quomodo enim nux, siue amygdalinum amarissimum habet corticem, & testa durissima cingitur, ut detractis austeris, & duris, fructus dulcissimus reperiat: sic omnis correptio & labor continentiae, amara quidem videntur ad praesens, sed fructus pariunt dulcissimos. Vnde & vetus illa sententia est: *Literarum radices amarae, fructus dulces.*

Idem.

PROVERB. 27. *Meliora sunt vulnera amici, quam fraudulenta oscula inimici.* **A**VGVST. *Epistola 48. ad Vin*

Correctio non relinquenda.

HILARIVS *in Psal. 140.* Ut a sancto & fideli viro argui se velle, prudens est, quia aegris animis & peccatorum morbo languentibus, vtilis est seuerae obiurgationis, sub honesto auctore medicina. Ita miserum est, per peccati miserationem, vsque ad ipsam peccantium misericordiam decidisse.

Correctio sine ira, est salutaris.

PSAL. 6. *Neque in ira tua corripas me.* **P**ETRYS **C**HRYSTO. *in Psal. 37.* Non detrectat corripere, sed precatur citra Dei iram corripere. Veluti si quis medico, qui paratus sit, per ferrum, & cauterium, & amara remedia, auxilium ferre in cura morbi alicuius, dicat: ne quaso per ignem, nec per ferrum, & incisionem, sed per lenia, ac minora pharmaca curaueris. Talis enim, non modelam abnuat omnino, sed laborem doloremque remedij detrectat.

PATRES reprehendere debent filios. Vide, *filij, num. 16. 18.*

CREATURAE.

Per creaturas cognoscimus creatorem. 1. 3. 5.

Creaturarum conseruatio. 2.

Creaturarum omnium, homo summa. 4.

Creaturae inferiores vanitas, si comparentur caelestibus. 5.

In creaturis tria consideranda, vide, Bona, nu. 10.

Per creaturas agnoscimus creatorem.

IN principio creauit Deus caelum & terram. **G**ENES. 1. **C**HRYSTO. A sensibilibus ad cognoscendum vniuersi opificem, inducit Moyses, ut ex creaturis mundi fabricatorem discerent, adorem creatorem omnium. Sic fecit Paulus cum Atheniensibus, *Act. 17.* [Deus qui fecit mundum, & omnia quae in eo sunt. Hic caeli, & terrae cum sit Dominus, non in manufactis habitat templis,] &c. Moyses quidem a sensibilibus sic incipit: at Ioannes, ab ipso creatore: [In principio erat verbum,] &c. [Omnia per ipsum facta sunt.] Idem facit Paulus ad Coloss. 1. [In ipso creata sunt omnia, quae in caelis sunt, & quae in terra visibilia, & inuisibilia, sive Throni,] &c. Moyses quidem cum primus omnium instituentem suscepisset humanam naturam, docuit auditores prima elementa. Ioannes autem, & Paulus, his quos a Moysse acceperunt, perfectiora tradidit. Moyses docet minimos, Ioannes & Paulus maiores.

Creaturarum conseruatio.

GENES. 1. *Vidit Deus lucem quod esset bona, &c.* **A**VGVST. Duo sunt propter quae amat Deus creaturam suam, ut sit, & ut maneat. Ut ergo esset, *Spiritus Domini ferebatur super aquas:* ut autem maneret, *vidit Deus quia bona est:* & quod de luce dictum est, hoc de omnibus quae manent.

Per creaturas agnoscimus creatorem.

GENES. 1. *Dixit quoque Deus fiat firmamentum,* &c. **B**ASILIVS. Poruisset Moyses de omnibus pari modo tractare, sicut a principio dixit: *In principio fecit Deus caelum & terram,* deinde, *fecit lucem,* deinde firmamentum, &c. Sed introducit Deum imperantem, *Fiat lux, fiat firmamentum,* ut Dei notitiam consequamur, & ad illius desiderium accendamus, & ad illum inquirendum, animus noster excitetur. **A**M-
P **R**OS.

ad Vincentium. Non omnis qui parcat, amicus est, nec omnis qui verberat, inimicus est. Virilius desipienti panis tollitur, qui de cibo securus, iustitiam negligebat, quam esurienti frangitur, ut iniustitiae seductus acquiescat. Ipsos atroces quondam inimicos nostros pacem & quietem nostram variis violentiarum & insidiarum generibus grauius infectantes, si sic contemneremus, & tolerarem, ut nihil omnino, quod ad eos terrendos & corrigendos valere posset, excogitaretur, & agitaretur a nobis, malum pro malo redderemus. Si enim quisquam inimicum suum periculosis febribus phreneticum factum currere videret in praecipitium: nonne tunc potius malum pro malo redderet, si eum perire sic permitteret, quam si eum corripiendum ligandumque curaret? & tamen tunc ei aduersissimus molestissimusque videretur, quando vtilissimus & misericordissimus extitisset. Sed plane salute reparata, tanto liberalius ei gratias ageret, quanto sibi eum minus peperisse sensisset. *Idem epist. 1. ad Bonifacium.* Molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cedendo, sed ambo diligendo. Si autem istos negligant, & perire permittant, ista potius mansuetudo, falsa crudelitas est. Si enim equus & mulus, quibus non est intellectus, moribus & calcibus resistunt hominibus, a quibus eorum curanda vulnera contrectantur: & cum inter dentes eorum & calces saepe homines perferuntur, aliquando verentur, non tamen eos deserunt, donec per dolores & molestias medicinales reuocent ad salutem: quanto magis homo ab homine, frater a fratre, ne in aeternum pereat, non est deserendus, qui correctus intelligere potest, quantum sibi praestatur beneficium, quando persequutionem perpeti querebatur? Hoc idem dicit *Sermon. 59. de verbis Domini secundum Ioannem,* & addit: *Quis nos potest plus quam Deus? & tamen nos non solum docere suauiter, sed etiam terrere salubriter non cessat, fomentis lenibus, quibus consolatur, saepe etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adiungens. Exeret fame Patriarchas pios; populum contumacem, poenis grauioribus agit; non auertit ab Apostolo stimulum carnis, tertio rogatus.*

A correctione non cessandum.

2. **A**D TIMOTH. 4. *Argue, obsecra, increpa opportunè, & importunè.* **A**VGVST. *in epist. ad Galat. cap. 6.* Nullum medicamentum sanat, sed quod opportunè adhibueris. Multi postea cogitantes quae audierunt, ipsi se grauius & seuerius arguerunt, & quamuis perturbatores a medico viderentur abscedere, paulatim verbi vigore, in medullas penetrante, sanati sunt: quod non fieret, si semper expectarem periclitantem putrescentibus membris; quod nec ipsi corporis medici attendunt; qui terrae mercedis intuitu curant. **C**HRYSTO. *Hom. 10. ad Hebraeos.* De nullo desperandum: etenim piscatores, saepius retia mittentes, aliquandiu voto frustrati, tandem compotes illius fiunt: sic & nos speremus, quoniam repente ostendit nobis fructum maturum. Etenim agricola, dum seminat, primum diem & secundum sustinet, & multum tempus expectat, & repente vndique videt fructus germinantes. Hoc etiam in nobis futurum expectemus. **H**IERON. *epist. ad Pammachium.* Sanato vulnere, & in cicatricem superinductaenti, si medicina colorem reddere voluerit, dum pulchritudinem corporis quaerit, plagam doloris instaurata: & serus consolator, qui longo tempore tacuit, verendum est ne importunius loquatur, & attritans vulnus peccatoris aegroti, quod tempore & ratione curatum est, commemoratione exulceret.

PROS. secundum *Septuaginta*, additur hic, *Et vidit Deus quod bonum esset*, scilicet firmamentum. Non cognovit quod nesciebat, sed probavit quod placebat. Vidit mihi, probavit mihi. Si firmamentum bonum, quam magis bonus eius creator? **CHRYSOSTOM.** Quando subleuas oculos, & spectas cæli pulchritudinem, magnitudinem, utilitatem, tunc inde ad opificem ascende. [Cæli enim enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum,] & Sap. 13.] A magnitudine creaturarum,] &c. Quod si visibilia sola sufficiunt nobis ad ostendendam potentiam conditoris magnitudinem: Vbi & ad inuisibiles venèris virtutes, & mentem extenderis ad Angelorum exercitus, &c. quæ mens, quis sermo sufficiet enarrare magnificentiam eius inenarrabilem? Vt quis solem materialem aspiciat, consulit **S. AMBROS.** Cæne ô homo solâ eius pendere magnitudinè, ne nimius fulgor eius visus tuæ mentis obcæcet, caue ne & tuum radiûs eius exorients confundat aspectum; & ideo prius fundamentum cæli aspice, & terram, & omnia visibilia, ne te tanto splendori solis temere committas. Ita, vt Dei magnitudinem consideres, respice prius creaturas, & sic procede ad creatorem, ne confundaris. Nam [qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.] *Idem CHRYSOST.* *super illud: Fecitque Deus duo luminaria magna.* Cum igitur videris cælum, eiusque formositatem, astrorum varietatem, claritatis eminentiam, ne ibi subsistas, sed ad opificem ipsum extende mentem. Quia si factura tam admirabilis est, & supra omnium opinionem, & intellectum, quantus est qui ipsum, solo verbo & præcepto produxit: Id ipsum & de terra tecum confidera, quando vides eam floribus ornari, &c. Si hæc singulis diebus nobiscum versaremur, ipsi grati essemus, & Domino vt deceret, imo vt nostræ vires paterentur, gloriam daremus.

Homo omnium creaturarum summa.

GENES. 1. *Faciamus hominem.* &c. **THEODOR.** Qui in se rationalem atque irrationalem, visibilem atque inuisibilem, mortalem atque immortalis rerum creaturarum naturam complecteretur, ac veluti summa quædam omnium dici posset. Vnde Philosophi, hominem *Microcosmon* dixerunt.

In quo consistat bonitas creaturarum in cognitione Creatoris.

GENES. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* **CASSIAN.** collatione 23. cap. 3. In eo sunt valde bona, quod faciunt nos inuisibilia Dei intellectu conspicere, sempiternamque virtutem eius ac diuinitatem. Hæc tamen omnia, nec boni nomen tenebunt, si futuro illi seculo comparentur, vbi bonorum nulla mutatio, nec corruptio. Magna igitur hæc & bona valde intuitu; si futuris verò ex fide re-promissionibus conferantur, continuo vanitas apparebunt, dicente David: [Omnes sicut vestimentum veterascunt,] &c. Tu autem idem es, & anni tui non deficient.

CRUDELITAS.

- Homo crudelior bestiis. 1.*
- Crudelitas prohibetur. 2. 3. 4.*
- Crudelitas Deo odibilis. 5. 6.*
- Crudeles sunt Auari. Vide, Avaritia, num. 17.*
- De crudelitate parvorum erga filios. Vide, filij, numer. 34.*

Homo crudelior bestiis.

GENES. 4. *Cur concidit facies tua?* **R. V. PERT.** Terrâ aspiciunt, qui crudelia meditantur. Vnde est illud in Psalmo: [Proicientes me nunc circumdederunt me, oculos suos statuerunt declinare in terram.] **CAIETAN.** Tristitia interna, ex qua exscandescit animus. **CHRYSOST.** *super illud: Consurxerit Cain aduersus fratrem suum, & interfecit eum.* Sicut magnum & venerandum est rationale animal, & maxime quando in virtutis viam contendit: ita & quando in malum declinat, erulentarum bestiarum imitatur crudelitatem, quin & multis nominibus illarum superat ferociam.

Crudelitas prohibetur.

GENES. 9. *Carnem cum sanguine non comedetis.* **LIPOMAN.** Quia ad pollendum hominem, nihil agit sanguis. Videtur magis hoc mandato omnis crudelitas hominibus interdicta, eatenus vt eam nec in bestia velit Deus inuolam crudelitatem, multo minus in proximo. Nam si crudeles simus in bestias, & subinde hanc crudelitatem in hominem perpetrabimus. **CAIETANVS.** Carnem cum sanguine, id est, carnem vinam, non comedatis. Ferinus enim, non humanus est iste modus comedendi carnes.

Idem.

EXOD. 23. *Non coques hœdum cum lacte matris.* **LIPOMAN.** Sub nomine hœdi, aliqui intelligunt vitulum, & agnium; ac sentiunt hæc lege præcipi, vt Israelitæ non vescantur hœdis, vitulis, & agnis, ante legitimum tempus, quod est octo dierum. Vnde de primitiis onium, & boum dicitur: [Septem diebus sit cum matre sua, die octaua reddes eum mihi,] cui sensui fauere videtur, & Chaldaica, habens, *non comedet carnem cum lacte*, hoc est, ante tempus debium. Admonet hæc lex, vt infirmis parcamus, & imbecillitates eorum patienter feramus. Sicut enim hœdus, ante legitimum tempus infirmior est quam vt possit à nobis in cibum vsui esse: ita multi sunt in fide vel recentes, vel infirmi, qui nobis magis oneri quam vsui videntur. Hi tolerandi sunt, non opprimendi.

THEODORETVS. Per omnia Deus Hebræos humanitatem docet, &c. **D. THOMAS,** 12. *quæst.* 102. art. 6. ad 4. & ad 8. Et si hœdus occisus non sentiat qualiter carnes eius coquantur, tamen in animo de-coquentis ad quandam crudelitatem pertinere videtur, si lac matris, quod datum est ei pro nutrimento, adhibeatur ad consumptionem carnis ipsius, &c. Pro expositione nota, quod affectus hominis est duplex, vnus quidem secundum rationem, alius verò secundum passionem. Secundum igitur affectum rationis, non refert quid homo circa bruta animalia agat, quia omnia sunt subiecta eius potestati, iuxta illud: [Omnia subiecisti sub pedibus eius,] &c. & secundum hoc Apostolus dicit, quod [non est cura Deo de bobus.] Quia Deus non requirit ab homine, quid circa boues agat, vel circa alia animalia. Quantum verò ad affectum passionis, mouetur affectus hominis, etiam circa alia animalia. Quia enim passio misericordie confurgit ex affectionibus aliorum, contingit autem, etiam bruta animalia penas sentire; potest in homine confurgere affectus misericordie, etiam circa afflictiones animalium. Proximum autem est vt qui exerceret in affectu misericordie circa animalia, magis ex hoc disponatur ad affectum misericordie circa homines. Vnde in Prouerbiis dicitur: [Nouit iustus animas iumentorum suorum;

viset

viscera autem impiorum crudelia.] & ideo, vt Dominus populum Iudaicum, ad crudelitatem pronum, ad misericordiam reuocaret, voluit eos exercere ad misericordiam etiam circa bruta animalia, prohibens quædam quæ ad crudelitatem pertinent videntur. & ideo prohibuit ne coqueretur hœdus in lacte matris, & quod [non alligaretur os boui trituranti,] & quod [non occideretur mater cum filiis,] & his similia.

Idem.

LEVITIC. 3. *Nec sanguinem omnino comedetis.* **GLOSS. ORD.** Sanguinem prohibet comedi, id est, ne quemquam interficiamus. Sanguinem enim edere bestiarum, id crudeliu est. Ideo autem omnino additur, vt & proximis parcamus, & nobis. **LYRAN.** Prohibentur, ne si sanguinem licite comederent, effusionem humani sanguinis, non abhorrerent, ad quam Iudæi erant proni.

Crudelitas Deo odibilis.

EXOD. 17. *Manus solius Domini & bellum Dei erat contra Amalech, à generatione in generationem.* **LIPOMAN.** Quid sibi vult tanta seueritas? & cum Saul non trucidaret ac deuastaret omnia Amalecitarum, decreuit Deus ipsum vnâ cum familia sua è regno eiciendum? significat Deus hac seueritate sua, quàm graue, & quàm horribili supplicio puniendum sit, si quis misero & afflictio in vocatione Dei ambulanti addat nouam misericordiam, & afflictionem. Nam Israelitæ paulo ante eaferant grauissimam seruitutem, & non recuperauerant vires, tam duro itinere exhaustas: accesserat eodem fames, & sitis, qua paucis ante diebus torti fuerant. Vnde factum est, vt multi debiles & infirmi insequerentur exercitum eorum, in vltimo agmine. Amalecitarum autem addebant afflictis & miseris nouas afflictiones, & occidebant debiles ac infirmos quoscumque in vltimo agmine nancisci poterunt. *Iuxta illud Dent. 25.* [Memento quæ fecit tibi Amalech in via quando egrediebaris Ægyptum, quomodo occurrit tibi, & extremos agminis tui, qui lassos residebant, ceciderit.] Hæc est crudelitas immensissima: videlicet afflictio nouam afflictionem addere. Quare vt Deus grauitatem huius crudelitatis ostenderet, ac vt declararet se talem crudelitatem semper seuerissimè vindicaturum: iubet Moysen hœc peccatum Amalecitarum meminisse. & post multa tempora iubet Saulem totam gentem Amalecitarum delere.

Idem.

QVAMVIS Propheta *Oseæ* dixit exercitui populi Israel contra Iudam, 2. *Paralip. 28.* *Eccce iratus Dominus Deus Patrum vestrorum contra Iudam tradidit eos in manibus vestris,* nihilominus increpat crudelitatem illorum, dicens: *Occidistis eos atrociter, ita vt ad caelum pertingeret vestra crudelitas. Insuper filios Iudæ, & Ierusalem vultis vobis subicere in seruos, & ancillas. Quod nequaquam factu opus est. Peccastis enim super hoc, Domino Deo vestro. Reducite captiuos, quos adduxistis de fratribus vestris; quia magnus furor Domini imminet vobis.* Dispicet enim Deo crudelitas, etiam in inimicos suos.

CRUX

- Crux lignum vitæ. 1.*
- Per cruce saluamur. 2. 3. 18.*
- Crucis predicatorum Angeli. 3. 38.*
- Sub cruce Iudæi percunt. 4. 49.*

- Crux à Christo portatur à Patre imposta. 5.*
- Crucifixus, & spinis coronatus Christus. 6. 7. 8. 11.*
- Sub cruce nostra peccata sepulta, & ceremonia. 9.*
- In cruce fit benedictio. 10.*
- Crux contra diabolum vim habet. 12. 13. 14. 17. 21. 23. 29. 40. 50.*
- Crux Dei sapientia. 12. 30.*
- Crux contra mundum. 14.*
- Crux Christi, etiam amara, dulcia reddidit. 15. 32.*
- Crux origo sacramentorum. 16.*
- Crucis figura antiquæ. 16. 31.*
- Crucis figura in pluribus rebus. 18. 51.*
- Crux contra Inferna. 18.*
- Quare cruce in fronte portamus. 19.*
- In cruce Christus pendens quare maledictus. 20.*
- Duplex crux Christi. 22.*
- Crux portanda cum timore Dei. 24. 26. 34.*
- In cruce tria. num. 25.*
- Crux separat virtutes à vitiis. 25.*
- Crux Christi consideranda. 27.*
- Per cruce inuenitur Christus. 28.*
- Crux signum Messie. 33.*
- Crucis mysterio Christus secularium superbiam subiugauit. 35.*
- In cruce Christi gloriandum. 36.*
- Qualiter crucifigendi sunt sensus nostri. 37.*
- Crux ad nostra merita. 39.*
- De triplici genere ferentium cruce Christi. 41.*
- De quatuor crucibus. 42.*
- Quibus virtutibus cornua crucis decorantur. 43. 48.*
- De cruce quare non descenderit Christus. 44.*
- Christus in cruce inuenitur. 45.*
- Christi mater à cruce non potuit separari. 46.*
- De triplici homine, & triplici cruce. 47.*
- Crux, & serpens, & baculus est. 49.*
- Crux vnit fideles. 52.*
- Crux Christi, dulcia reddidit etiam amara, Vide, circumcisio, num. 12.*

Crux lignum vitæ.

GENES. 2. *Lignum etiam vitæ in medio Paradisi.* **THEODORETVS.** Quemadmodum crucis lignum, salutare lignum nominatur, & est, propter salutem quæ inde per fidem in Christum proficiscitur: ita lignum vitæ è terra ortum: quod illi scilicet homini vitam æternam conferret, si mandata Dei custodisset. **CHRYSOST.** Consideranda nobis sunt mala quæ lignum scientiæ boni & mali nobis attulit; & bona quæ lignum crucis nobis conciliauit: lignum illud mortem introduxit, istud autem immortalitatem largitum est: illud à paradiso eiecit; istud autem in cælum nos reduxit: illud propter vnâ transgressionem, tantum supplicij reum Adam fecit; istud nos plurimis peccatorum sarcinis exonerauit, fiduciamque ad Dominum nobis concessit.

Per Crucem saluamur.

GENES. 6. *Fac tibi arcam de lignis leuigatis.* **GORGEN.** Arca ista quæ natat in fluctibus, & in qualiumam generis fit reparatio, proculdubio figura est peregrinantis in hoc sæculo Ecclesiæ; quæ fit salua per lignum, in quo pependit mediator Dei & hominum Christus Iesus. **AMBROS.** *super illud*

Genes. 9. Vixit autem Noe trecentis quinquaginta annis post diluuium. In trecentis cruce[m] Christi significari certum est, cuius typo iustus à diluui[o] liberatus est. In quinquaginta iubilaris est numerus remissionis, quo Spiritus sanctus missus à cælo est. Perfecto igitur numero remissionis, & gratiæ, iustus curriculum vitæ huius impleuit.

Crucis prædicatores Angeli.

3. **GENES. 18.** *Ipsè verò stabat iuxta eos sub arbore.* **EVCHER.** & **INTERL.** Arbor hæc sanctissima cruce lignum est, cuius sacramentum tunc intuebatur Patriarcha, & sub arbore angeli sedebant, quia & ipsi crucis erant prædicatores. Sub hac ergo arbore, & his sacramentis, aluntur ministri Christi. *& infra: Quid si decem inuenero, non delebo eos propter decem.* Idem **EVCHER.** Quod vsque ad decem iustos, si inueniantur, non perituram Sodomam Dominus dicit, & hoc innuit mysticè: quod si in quolibet per decem præceptorum custodiam, Christi crux inueniatur, non periet. Denarij enim numeri figura cruce[m] Christi demonstrat, quia X. litera, qua denarius exprimitur, in figura Crucis formatur.

Sub cruce Iudei pereunt.

4. **GENES. 21.** *Cum consumpta esset aqua in vtre, abiicit puerum suum subter unam arborem,* &c. **EVCHER.** Filius Agar, siti perit, consumpta aqua, cum scilicet transacto carnalis obseruantie tempore, populus Iudaicus nullam habet spiritalem purificationem. Abiicit puerum subter arborem infelix mater, quando filios suos in perfidia peccato morientes, subter arborem Dominicæ crucis proicit, perseverante super illos sententia, quam mater ipsa crudelissima protulit, dicens: [Sanguis eius super nos, & super filios nostros.]

Crux à Christo portatur à Patre imposta.

5. **GENES. 22.** *Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum.* **AMBROS.** S. Consecratur sacris hostia mysteriis, & commendatur futura. **AVGVST.** *Sermon. 72. de tempore.* Tales viros habebat tunc Deus, & illo tempore tales fecerat præcones filio suo venturo, ut non solum in his quæ dicebant, sed etiam in his quæ faciebant, vel in his quæ accidebant, Christus quaratur, & Christus inueniatur. Quicquid igitur Scriptura dicit de Abraham, propheta est. Idem & **ORIGEN.** & **AMBROS.** & **CHRYSOS.** **INTERL.** & alij. Ligna Isaac sibi rexit: Christus sibi patibulum crucis portauit. Exiuit enim foras [bailulâ sibi crucem.] Simul aduerte quod portare ligna ad Holocaustum, sacerdotis officium est. Fuit ergo Isaac, & hostia, & sacerdos. Quia Christus Dominus talis in plenitudine temporis erat futurus, ut Apostolus ad Hebræos docet. Abraham comitabatur filium, pater Christum. Nec Isaac solus, nec Iesus solus. Ipse enim ait: [Non sum solus, quia pater mecum est.] Abraham portabat ignem & gladium, & Pater portabat gladium, id est, potestatem imperialem, quia in manu fuit, non Iudæorum, Dominicæ mortis potestas, ubi, quando, vel quo mortis genere deberet interimi. Vnde ad Pilatum dicit: [Non haberes potestatem aduersus me ullam, nisi tibi datum esset desuper.] Per ignem, Spiritus sanctus intelligitur, &c. *& infra: Cumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum.* **INTERL.** & **LIPOMAN.** Altare quod ædificat Abraham, mons est in quo passus est Dominus, vel charitatis sublimitas, in qua & ex qua, tanta pro nobis ferre dignatus est. Ligna desuper compolita, crux est Saluatoris, super quam positus est. Isaac ligatis pedibus à Patre,

supponitur altari. & Dominus in ligno suspensus, cruce affigitur à Patre, dicente Petro [Deus qui pronunciauit per os omnium prophetarum, patri Christum suum, impleuit sic, ut filij mors, fieret mundi redemptionis.] **RVPERT.** Colligauit planè Deus Pater Filium suum, non imbecillitatis vinculo, sed magnæ charitatis imperio, ne oblatum calicem Passionis mori dedignatus abigeret. vnde in *Psalmo* ait: [Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me.] &c.

Christus crucifixus, & spinis coronatus.

6. **GENES. 22.** *Leuaui Abraham oculos suos, videlicet post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus.* &c. **ORIGEN.** Arietis inter vepres inhærens, figuram Christi gessit. Vterque enim Christum figurat, & Isaac non iugulatus, & aries iugulatus. Nam Christus verbum Dei est, & caro factum verbum est: Christus ergo in carne passus est mortem: cuius Agnus figura est. [Vnde Iohannes: [Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.] Verbum verò in incorruptione, cuius imago est Isaac. **AVGVSTIN.** *contra Faustum.* Quis alius aries immolandus in vepre cornibus adhærebat, nisi qui crucis patibulo, pro nobis offerendus affigebatur? & 16. *de Civitate.* Vel in arietem vepribus inhærente Iesus Christus significabatur, antequam immolaretur spinis Iudaicis coronatus. **EVCHER.** Vel vepribus inhærebat aries ille cornibus, quia Crux cornua habet. vnde scriptum est: [Cornua in manibus eius.] vnde crucifixum Dominum significabat. Vepres autem, & spinæ, iniquos & peccatores significant, qui suspenduntur Dominum in cruce. Inter spinas ergo peccatorum Iudæorum suspensus est Dominus, sicut per Ieremiam idem dicit: [Spinis peccatorum suorum circumdedit me populus iste.]

Idem.

7. **GENES. 22.** *Appellauitque nomen loci illius, Dominus videri.* Vnde *vsque hodie dicitur in monte, Dominus videri.* **AMBROS.** S. Sic appellatus est locus, eo quod Dominus apparuit ibi Abraham, reuelans futuram sui passionem corporis, qua mundum redemit. Démonstrans etiam genus passionis, cum suspensum ostendit arietem in virgulto, scilicet crucis ligno, in quo præstantissimus ductor gregis Christus exaltatus, omnia traxit ad se, ut ab omnibus cognosceretur. vnde & ipse ait: [Cum exaltaueritis Filium Hominis, tunc credetis quia ego sum.] **EVCHER.** & **LIPOMAN.** Vel nomen loci illius, *Dominus videri,* dicitur pro eo quod est, *Dominus videri se fecit,* vti que per incarnationem, & in monte *Dominus videri,* propter mysterium ibi peractum Dominicæ passionis. Erat enim aliquando se visurus in monte illo Dominus & Saluator noster spiritus illius, opprobriis futurorum, clavis confixum, lancea perforatum, sanguine rubricatum, & in medio duorum latronum in patibulo suspensum. Bene igitur dicitur, [in in monte Dominus videbit,] seu, videbitur.

Idem.

8. **GENES. 28.** *Noli accipere coniugem de genere Chanaan, sed vade, &c.* **AVGVST.** *Sermon. 79. de tempore.* De beato Iacob non legimus, quod cum equis, aut asinis, & camelis abierit. Sed hoc tantum legimus, quod baculum in manu portauerit. Et Christus Dominus ad accipiendam sibi uxorem pauperimus in mundum venit, solum baculum crucis in manu detulit, ad redimendam Ecclesiam. Et *super illud: & Dominum iuxta scalam.* Scalæ incumbere est in ligno pendere. Considerate, fratres, quis in ligno crucis pendens

Crux contra Diabolum vim habet.

pendens pro Iudæis orauit, & agnosceretis quis ad Iacob scalæ incumbens de cælo clamauerit. Et nota quod in itinere hoc factum est, antequam Iacob vxorem acciperet. Quia & verus Iacob noster prius in scala, hoc est, in cruce, occubuit, & postea ibi Ecclesiam sociavit, dans ei in præsentem arham sanguinis sui, daturus dorem postmodum sui regni. **ZENO EPISCOPVS VERONEN.** *De somno Iacob serm. 8.* Vel *scala* proprio nomine crux vocatur, quia per ipsam Dominus Iesus Christus ministeria vniuersa conficiens, atque conducens patri & Adam reportauit, & iter ad cælum omnibus se sequentibus patefecit. **EVSTACH.** **ANTIUCH.** Iacob mysticè corporatam Domini speciem vidit, & triumphale Dominicæ crucis sub figura scalæ trophæum contemplatus est. **ISIDOR.** Nam & dormitio Iacob in itinere, mors Christi in cruce est. **AVGVSTIN.** *Sermon. 80. de tempore.* *super illud Genes. 32.* *In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior.* Verum est, fratres charissimi. Baculo enim crucis Christus apprehendit mundum, & cum duabus turmis, hoc est, cum duobus populis, ad Patrem rediit cum triumpho.

Sub cruce nostra peccata sepulta, & ceremonie.

9. **GENES. 35.** *At ille insudit eas subter cerebinthum.* **RVPERT.** Terebinthus autem arbor resinam generans, lignum crucis, quod virtutis est optima, significat, subter quam omnia peccata nostra sepeliuntur, ut eorum vltra nullum vestigium reperiatur. *& infra: Mortua est Debora matris Rebecce, & sepulta est subter quercum.* Quia videlicet ascendentibus in Bethel, id est, domum Dei, occidentes litera legis perit, viuificans autem spiritus perseverat, & ubique glorificatur, & sepelitur sub quercu. Quia carnalis sensus Legis, & cunctæ carnales ceremonie sub ligno crucis obruantur.

In cruce fit benedictio.

10. **GENES. 48.** *Qui extendens manum dexteram, & commutans manus.* **ISIDOR.** Mysterium præfigurans crucis, trāsata nimirum dextera, in maiorem, sinistram figuratiter supponens. **RVPERT.** Propheta enim erat: & propheticis spiritu sciebat, quod per cruce[m] componenda erat benedictio, quam venturus legislator daret, vel qua in illo semine Abraham benedicerentur omnes gentes.

Christus in cruce pependit.

11. **GENES. 49.** *Ad pradam sili mi ascendisti, & requiescens accubuisti.* **AVGVSTIN.** Ipsum genus mortis hoc est, sublimitas crucis, vno in verbo intelligitur, quod ait, *ascendisti.* Quod verò addidit: *Recumbens dormisti;* Euangelista exponit, ubi dicit: *Et inclinato capite tradidit spiritum.* Aut certe sepultura eius agnoscitur, &c. *Et infra: & in sanguine vno pallium suum.* **AMBROS.** Bene *uam* dixit, quia sicut uua, pependit in ligno vitis, id est crucis, &c. *& infra: supposuit humerum suum ad portandum, & factus est tributis seruens.* **AMBROS.** Subiecit humerum suum ad laborandum, subiiciens se cruci, ut nostra peccata portaret. Ideo Propheta: [Cuius principatus super humerum eius.] id est, crux supereminens corpori. Supposuit ergo humerum, incumbens aratro, omnibus subeundis contumeliis patiens, ita subiectus labori, ut vulneretur propter iniquitates nostras, & infirmaretur propter peccata nostra. [Et factus est agricola (secundum aliam literam) sciens terram suam bono seminare frumento, & fructiferas arbores, alta radice plantare.]

12. **EXOD. 4.** *Quid tenes in manu? Virgam. Proieice eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum.* **AVGVSTIN.** *Sermon. 86. de tempore.* Virga hæc, crucis mysterium præfigurabat. Sicut enim per virgam Ægyptus decem plagis percutitur: ita & per cruce[m] totus mundus humiliatur, & vincitur. Et sicut Pharaos, & populus eius, per virgæ sacramentum affligitur, ut dimittat populum ad seruendum Deo: ita Diabolus, & angeli eius, per crucis mysterium premuntur, ut à Dei seruitio renouare non possint populum Christianum. Virga autem proiecta in terram, & in serpente[m] versa, significat, quod crux quæ infidelibus stultitia esse creditur, sicut dicit Apostolus, postquam in terram missa est, id est, ad passionem Domini præparata, versa est in serpente[m], hoc est, in sapientiam. Serpens enim pro sapientia reputatur, iuxta illud: [Estote prudentes sicut serpentes.] & in tantam sapientiam versa est crux, ut omnem mundi istius sapientiam deuoret. Vnde *infra* dicitur, quod virga Moysi omnes serpentes quos magi incantationibus suis fecerant, deglutit. *cap. 7. sed deuorauit virga Aaron virgas eorum.* **ORIGEN.** Virga per quam geruntur hæc omnia, per quam Ægyptus subicitur, & Pharaos superatur, intelligo quod crux Christi sit, per quam mundus hic vincitur, & princeps huius mundi triumphatur. Quod autem virga proiecta sit serpens, & deuorat Ægyptiorum magorum serpentes, significat, quod crux, cuius prædicatio stultitia videbatur, postquam in terram proiecta est, id est postquam ad credulitatem & fidem hominum venit, conuersa est in tantam sapientiam, quæ omnium Ægyptiorum, id est, huiusmodi, sapientiam deuoret. Stultam quippe fecit Deus sapientiam huius mundi, postquam manifestauit, Christum crucifixum, Dei virtutem esse, & Dei sapientiam: qui ait: [comprehendens comprehendam sapientes in stultitia eorum.] **SEVER.** Virgam ferre Moyses iubetur, sine qua nihil admiratione dignum fecit. Et inde discamus, virgam, non aliunde vim miracula efficiendi habuisse, quam ob latentem in ea pretiosa crucis figuram.

Crux contra Diabolum.

13. **EXOD. 12.** *Et ponent super vitrumque postem, & in superliminaribus domorum.* **ISIDORVS.** Sanguine agni liniuntur Israëitarum postes, ne vastator angelus audeat inferre perniciem. Similiter signantur signo Dominicæ passionis in frontibus fideles populi, ad tutelam salutis, ut hi soli ab interitu liberentur, qui cruce Dominicæ passionis, corde & fronte signati sunt, qui etiam opere loquuntur: [signatum est super nos lumen vultus tui Domine.] **GREGOR.** *Hom. 22.* Certè domus nostræ ipsa sunt corpora, in quibus quovisque viuimus, habitamus. & in superliminari domus, Agni sanguinem ponimus, quia cruce[m] passionis illius in fronte portamus.

Crux contra mundum.

14. **EXOD. 14.** *Tu autem eleua virgam tuam, & extendende manum tuam super mare, & diuide illud ut gradientur filij Israel in medio maris per siccam.* **AVGVSTIN.** *Sermon. 90. de tempore.* In virga mysterium sanctæ crucis agnosce fratres. Attendite autem, & videte, quod nisi virga supra mare eleuetur, populus Dei de Pharaonis potestate non tollitur. Si sancta crux eleuata non esset, Christianus populus, in æternum periiisset. Eleuata verò virga, id est, cruce erecta, cedit mare, cedunt & fluctus eius, hoc est, vincitur mundus, & mundi istius potestates. **ORIGEN.** *super illud Exod. 15.* *Irruat super eos formido, & pavor in magnitudine*

dine brachij tui. Et super demones timor & tremor cadit. cum signum crucis vident in nobis fideliter fixum, & cum magnitudine brachij illius, quod Dominus expandit in cruce, iuxta illud, [Tota die expandi manus meas ad populum non credentem] intuentur. Non te ergo aliter timebunt, nec aliter tremor tuus veniet super eos, nisi videant in te crucem Christi, nisi & tu poteris dicere: [Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.]

Cruce Christi, etiam amara, dulcia reddit.

15. **E**XOD. 15. *Qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt.* vide ex Origene verbum *Circumciso*, num. 12. I S I D O R. Quod aqua amara; ligno in se suscepto dulcescunt, indicio erat, amaritudinem gentium per lignum crucis Christi, in usum dulcedinis quandoque esse vertendam. THEODORETUS. Salutare Christi lignum, amarum mare gentium, dulcissimum reddidit. L I P O M A N. Lignum Moysi, id est, cruce Christi, dulcescere facit omnia huius mundi aduersa. DIUS P R O S P. Nam statim vt amarum passionis poculum quis biberit, ligni crucis dulcedine omni amaritudine liberabitur. 4. *Escl.* 1. ponderat Deus: *Non ignem vobis pro blasphemis dedi, sed mittens lignum in aquam, dulce feci flumen.*

Cruce Christi, origo sacramentorum.

16. **E**XOD. 17. *Sume virgam qua percussisti fluum, &c. percussitque petram, & exiit ex ea aqua, vt bibat populus.* O R I G E N. & A V G V S T. Petra est Christus: Hæc petra, nisi fuerit percussa, aquas non dabit; percussa verò, fontes producit. Percussus enim Christus, & in crucem actus, noui testamenti fontes produxit: & propterea dictum est de eo: [percutiam Pastorem.] &c. Necessè enim erat illum percuti; nisi enim ille fuisset percussus, & exiisset de latere eius aqua, & sanguis, omnes sitim verbi Dei pateremur. C Y R I L. lib. 8. *super Ioannem cap. 17.* Quid percussio petre cum virga, nisi Christi Domini in cruce exaltatio, ex qua salutis nostræ sacramenta profuxerunt? Vt sicut per lignum vicerat serpens antiquus primum Adam, vnde in omnes transiit mors; ita quoque per lignum, idem vinceretur à secundo Adam, vnde nobis profuxit vita omnis, & gratia. Hinc factum est, vt in laqueo suo comprehensus sit peccator, & suis, vt aiunt, telis confossus. Sanè cruce ipsa funda est, qua Dauid Goliath horredum armis prostravit humi. Ipsa est signum (Tau) signatum in frontibus virorum gementium, quo muniti, ab interitu erepti sunt, ipsa inquam signum, quo Angelus Domini signauit seruos Dei in frontibus eorum, ne inferretur illis exitium, *Apoc. 7.* Duo ligna colligens malier Sareptana prophetâ domo suscipit, atque sine olei, farinaeque suæ diminutione aliquâdiu victitavit. 4. *Reg. 17.* Cruce insignita mens cælesti alimonia & Spiritus sancti gratia affatim pascitur. *Ferrum fundo aquæ demersum* Eliseus, immisso ligno ad supremam aquæ partem natans eduxit. Nos ad ima baratri demersos cruce sancta subuxit ad astra. 4. *Regum 6.* *Hæc est enim lignum vite, quod in medio Paradisi plantatum est:* quia ab ipsa viuifica nobis & vitalis medicina processit. *Hæc est arca Noe,* per quam saluamur à diluuiio inundantis aquæ vitiorum, & incolumes seruamur. *Hæc est scala Iacob,* à terra in cælum porrecta, cui Dominus innixus est; per quam nobis cælestia regna conscendere datur. *Hæc designata sunt per ligna, qua humeris suis tulit Isaac:* nam Christi humeris cruce baiulata, rotius mundi tulit pretium. *Hæc postibus, & super liminibus domorum israelitarum* figurata describitur, quæ sanguine

agni delibuta exterminatore propulerunt. *Hæc est virga Moisaica,* quæ mare rubrum percussit, diuisit aquas, & traducto Dei populo, regem Egypti cum toto equitatu demersit. *Hæc eadem silicem percussit,* aquam largo effluxu eduxit. *Ipsa videm lignum est, quod in sinu Moysi immisissum,* amaritudinem aqua in dulcedinem conuertit. Ipsi figuram atque formam *mambus extensis referens Moyses,* superbium Amalech vicit. *Denique ipsa lignum illud est, quo in deserto suspensus serpens auerit omnibus ipsium conspicientibus,* sanitatem à morfu serpentum reddidit. Nam quisquis oculos animi in Christum cruci affixum conuerterit, ab omni vulnere peccati illico curabitur. Per ipsam denique crucem, reddita est salus humano generi, facta est redemptio nostra, & reconciliatio. Per ipsam allata est nostro medicina dolori, data est fortitudo, & robur homini, vt hac lorica obtectus, & galea intrepidus, ineat certamen cum hoste, quem Dominus noster crucis salutiferæ beneficio foras eiecit, profligauit omnino, & penitus attriuit.

Cruce contra diabolum, & inimicos.

17. **E**XOD. 17. *Cumque leuaret Moyses manum, viscebat Israel.* A V G V S T. Moyses quidem manus leuat, non tantum extendit. Cui ergo seruabatur vt manus tenderet, nisi Domino Iesu Christo, qui extensus in cruce vniuersam orbem complexurus brachia pietatis expandit? Moyses ergo leuauit manus, & licet non expanderit, tamen ipsa eleuatione mysterium crucis ostendit. Videre, fratres, iam tunc per sacrificium crucis superatas esse aduersarias gentes. THEODOR. Moyses cum manus leuaret, illius qui pro nobis crucifixus est, figuram impleuit. Ostensa igitur est etiam ipsa figura ipsius veritatis vis. Quemadmodum enim cum famulus Domini manus extenderet, cadebat Amalech: ita Domino in cruce manus tendente, Diaboli castra populata sunt. Er in illo quidem bello dux ille eiusdem nominis cum Seruatore nostro trophæum hoc statuit, delectorum ad id viorum auxilio vltus: quemadmodum Christus sanctis Apostolis cooperatores vti non recusauit.

Per crucem saluamur.

18. **M**A X I M. T A V R I N E N S. *Episcop. Homil. de cruce, & sepultura Domini.* Grande crucis est sacramentum, & si intelligamus, per hoc signum, etiam mundus ipse saluatur. Nam cum à nauis scinditur mare, prius ab ipsis arbor erigitur, velum distenditur, vt cruce Domini facta aquarum fluentia rumpantur, & hoc Dominico securi signo portum salutis petunt, periculum mortis euadunt. Figura enim sacramenti quædam est, velum suspensum in arbore, quasi Christus sit exaltatus in cruce, atque ideo confidentia de mysterio veniente homines ventorum procellas negligunt, peregrinationis vota suscipiunt. Sicut autem Ecclesia, sine cruce stare non potest, ita & sine arbore nauis infirma est. Statim enim Diabolus inquietat, & illam ventus allidit. At vbi signum crucis erigitur, statim & Diaboli iniquitas repellitur, & ventorum procella sopitur. Sed & bonus agricola cum parat terræ solum vertere, & vitæ alimenta perquirere, non nisi per signum crucis, id facere conatur. Dum enim aratro dentales subicit, afficit aures, stiuam inferit, figuram crucis imitatur. Compactio enim ipsa, similitudo quædam est Dominicæ passionis: cæelum quoque ipsum huius figura dispositum est. Nam cum quatuor partibus, hoc est, Oriente, & Occidente, ac Meridiano, & Septentrione distinguitur, quatuor quasi crucis angulis continetur. Ipsi etiam incessus hominis cum manus leuauerit, crucem pingit. Atque ideo eleuatis manibus orare præcipimur, vt ipso quoque

que membrorum gestu, passionem Domini fateamur. Tunc enim citius nostra exauditur oratio, cum Christum, quem mens alloquitur, etiam corpus imitatur. Hoc enim exemplo Moyses sanctus, cum contra Amalech bellum gereret, non armis, non ferro, sed eleuatis ad eum manibus, superauit. Hoc igitur Dominico signo scinditur Mare, terra colitur, cælum regitur, homines conseruantur. Hoc etiam Dominico signo, inferna reserantur. Nam ex quo homo Dominus Iesus qui ipsam crucem gestabat, sepultus in terra est, veluti disrupta ab eo exarata terra, omnes quos retinebat, mortuos germinauit. *Hæc ille.* Vt Inferni claustra aperirentur, opus erat clauis cruce, vt sic adimplerentur vacua omnia serarum. Christus est clauis Dauid, & cruci affixus adimpleuit omnia, & sic ait: *consummatum est, &c.*

Quare crucem in fronte portamus.

19. **E**XOD. 28. *Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpsit opere caluaris sanctum Domino.* H I E R O N. Quod olim in lamina monstrabatur, nunc in signo ostenditur crucis. Auro legis, sanguis Euangelij preciosior est. Tunc signum iuxta Ezechielis vocem gementibus figebatur in fronte, nunc portantes crucem dicimus: [Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.] B E D A. *Lamina* significat ipsam professionis nostræ fiduciam, quam in fronte portamus, dicentes singuli cum Apostolo: [Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.] & rectè hoc vnum in toto Pontificis habitu de auro est solo factum, vt munditiam cordis, siue corporis, in qua mysteria redemptionis nostræ recondere, vel gestare debemus, ostenderet.

Christus in cruce pendens, quare maledictus dicitur.

20. **D**E V T. 21. *Maledictus à Deo est omnis qui pendet in ligno.* A V G V S T. *lib. contra Adimantium Manicheum cap. 21. & lib. 14. contra Faustum cap. 1.* Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: Adam namque in ligno prauaricationis corruit, ideo sibi & posteris suis prauaricationem meruit, de qua dicitur: [Maledictus omnis qui pendet in ligno,] maledictum namque, id est, execrabilem & turpissimum mortem suscepit. Mors ex pœna peccati est. Vnde & peccatum dicta est. Non quod peccat homo, dum moritur, sed quia ex peccato factum est, vt moriatur. Peccatum autem, non tantum opus malum, quod pœna dignum est, sed ipsa mors, quæ peccato facta est, appellatur. Illud ergo peccatum, quo reus esset mortis, non commisit Christus, sed alterum, id est, mortem, quæ peccato inflata est, suscepit pro nobis. Hoc pependit in ligno hoc maledictum per Moysen, id est, mors damnata est, ne regnaret, & maledicta vt periret. Per Christum itaque peccatum nostrum damnatum est, vt liberemur, ne regnante peccato, damnati remaneremus. *& infra:* ille negat Christum maledictum, qui negat & mortuum. Vnde Apostolus: [Vetus homo noster, simul cum Christo crucifixus est, & factus pro nobis maledictum.] *Rom. 5. & ad Gal. 3.* Maledictum verò est omne peccatum, siue ipsum pro quo sequitur, scilicet supplicium, siue ipsam supplicium. Suscepit autem Christus supplicium nostrum. Non erat caro Christi, peccati: quia non de traduce mortalitatis in Mariam per masculum venerat. Sed quia de peccato est mors, quamvis ex virgine, mortalitatis fuit, ex qua similitudinem habebat carnis peccati. Vnde vt de peccato damnaret peccatum in carne. & alibi, [Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.]

Maledictum autem comes est peccati. [Maledictus ergo omnis qui pendet in ligno.] Nisi Deus odisset peccatum, & mortem, non ad eam suscipiendam & delendam filium mitteret. Bene ergo maledictum dicitur quod odit Deus, hoc pependit in ligno.

Cruce contra diabolum.

21. **I**O S V E S. *Leua clypeum, qui in manu tua est, contra urbem Hai, &c. Iosue verò non contraxit manum, quam in sublime porregerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai.* G L O S S. M O R A L. Clypeus iste memoria passionis Dominicæ est. *Thren. 3.* [Dabis eis, Domine, scutum cordis laborem tuum.] & *1. Petr. 4.* [Christo in carne passo, vos eadem cogitatione armamini.] Si verò clypeus iste constanter teneatur, in manu bonæ operationis, debellatur insultus carnis, vel fomitis. Vnde Iosue contraxit manum, & noster Iesus non descendit à cruce, nec contraxit manus, donec interficerentur, &c. Vnde alia litera, loco illius, *Leua clypeum.* habet: *Extende telum,* id est, hastam, in qua erat signum, vt crucem denotaret. C H R Y S O S T. *Hom. 55. in Matth.* Si crucem faciei tuæ impresseris, nullus sceleratorum dæmonum, cum hastam videat, qua lethale vulnus suscepit, congredi tecum audebit.

Duplex cruce Christi.

22. **I**O S V E S. *Regem quoque eius suspendit in patibulo.* O R I G E N. Lxx. verterunt, *in gemino ligno.* Cruce enim Christi quæ gemina fuit, in gemina ratione consistit. Quia visibiliter Dei filius in carne crucifixus est, inuisibiliter verò diabolus cum potestatibus & principatibus suis. Vnde Apostolus ad Coloss. 2. [Quod erat contrarium nobis, tulit illud de medio, affigens cruci suæ, exuens principatus & potestates, traduxit libere, triumphans eos] in ligno crucis. Ergo duplex est ratio crucis, vna, qua Christus crucifixus reliquit nobis exemplum; altera, in qua cruce illa trophæum fuit diaboli, in quo crucifixus est, & triumphatus. Vnde ad Galat. 6. [Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.] Vbi duo contraria dicit crucifixus; se sanctum scilicet, & peccatorem mundum, sicut diximus, Christum, & diabolum. Nos enim crucifigimur mundo, cum veniens princeps mundi in nobis non inuenit quidquam, & in nobis crucifigitur mundus, cum peccati concupiscentias non recipimus. In hoc gemino ligno, Bonus, id est, Christus: & malus, id est, diabolus, pependit: sed malus, vt interiret: bonus, vt vinceret ex virtute Dei. Neque vt solum vinceret, sed vt viuificaret. Ipse est nouissimus Adam in spiritu viuificante, &c. Sed dicit aliquis: si diabolus interemptus est, quomodo adhuc contra Dei seruos præualet? Responso: Sic diabolus victus est, & crucifixus, sed his qui cum Christo crucifixi sunt.

Cruce contra aduersarios.

23. **I**V D I C. 3. *Samgar percussit de Philistinum sexcentos viros & merc.* O R I G E N. *Hom. 4.* Tu quoque esto agricola anime tuæ, vt ere aratro quo vitur Samgar. Sed cum miseris manum in aratrum, noli respicere retro, id est, postquam tuleris crucem tuam, & sequutus fueris Christum, postquam seculo renunciali, & his quæ in seculo sunt, noli requirere ea quæ propter Christum reputasti vt stercora. Quia si in hoc aratro manum habueris semper, vt consideret dicas, [mihi autem absit gloriari nisi in cruce,] &c. cadent à dextris tuis mille, & decem millia à sinistris tuis. Loco *vomere*, alia litera habet *stimulo boam*, quod etiam quadrat cruci.

Crux portanda cum timore Dei.

24. IVDIC. 4. Tali clauum tabernaculi assumens pariter & malleum. RVDERT. Ecce mulierem fortem, de qua dicitur, [accinxit fortitudinis lumbos suos, & roborauit brachium suum.] & cap. 5. in cantico dicitur, [sinistram manum mittens ad clauum, & dextram ad fabricorum malleos.] Tali habitu corporis profecto figuram crucis exprimit: quia iussa Ecclesia mortificare membra sua super terram crucem suam baiulauit, crucifigens carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis. [Tempus, inquit, valide perforans.] &c. Hoc tunc valide fit, quando non pro vanitate humane laudis, sed pro gloria Dei assumitur afflictio carnis: non, inquam, in ambitione auræ popularis, sed in timore Domini, iuxta illud: [Confige timore tuo carnes meas.] Sinistra inferius ad clauum, visibilis operatio poenitentiae est in oculis hominum. Malleus in dextera desuper, timor Domini in intentione cordis est. Item. [In capite quæsuit, inquit, vulnere locum.] Quia peccati caput est feriendum, ne postquam intus irreperit, difficilius pugna sit. Caput autem, prima peccati suggestio est.

Crux separat virtutes à vitiis.

25. IVDIC. 6. Cuiusque Gedeon excuterit atque purgauerit frumenta, &c. sub quercus umbra, &c. INTERL. Sub umbra crucis, ibi excutuntur, atque purgantur virtutes à vitiis. & infra. [Extendit Angelus Domini summitatem virgæ quam tenebat in manu.] &c. HVGGO de S. VICT. Virga quæ hæc omnia tangit, crucem Christi significat. Summitas autem virgæ, quæ sacrificium tangitur, & consumitur, primum beneficium dominicæ Passionis significat. In expiatione peccati, media longitudo virgæ, est directio vitæ: summitas altera in manu Angeli, necdum in nostra, ipsa est quam præstolamur vita æterna. Hæc ille. In cruce igitur est remissio peccatorum, & gratia ad bene operandum, & gloria æterna, vt eam consequamur. Hoc est quod dixit Christus: [Ego sum via, veritas, & vita.] Via, vt veniam consequamur; veritas, vt rectè procedamus; vita, vt æternam consequamur.

Crux portanda.

26. IVDIC. 9. Abimelech arrepta securi præcidit arboris ramum, impositumque ferens humero, dixit ad socios, quod me vidistis facere, eundem facite. Igaur concertati ramos de arboribus præcidentes sequebantur ducem. Isti iniquo duci concertati obtemperant, & Christo Domino, qui ait: [Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me,] nõ obeditur. Qui autem Christum sequuntur, soluunt illud problema, Iudic. 14. de comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. LVRAN. Hi, hoc problema soluunt intra dies septem conuiuij, id est, in præsentia vita. Nam in cruce alios terrente, & deuorante, ipsi dulcedinem inueniunt, & sic accipiunt à Christo duas stolas, scilicet gloriam corporis, & animæ. Qui autem nesciunt soluere hoc problema, deliciis dediti, persoluent pœnam in corpore & in anima.

Crux Christi consideranda.

27. RUTH. 3. Nota locum in quo dormiet, &c. LVRAN. Locus in quo Christus dormiuit, crux est. Locum autem istum notare, est, Christi passionem deuotè considerare. Et discooperes pallium quo operitur à parte pedum. Hoc est, considera dolores quos in humanitate sustinuit. Nam ex parte capitis, hoc est, diuinitatis, non est passus, & pronicies se ibi, & iacebis, scilicet per continuationem affectuosæ compassionis. I. Reg. 2. Exaltatum est cornu meum in Deo meo.

INTERL. Exaltabuntur cornua iusti, quia de apicibus crucis Christi conferuntur hæc cornua iustis. In his ventilamus, & destruimus demones animæ nostræ insidiantes.

Per crucem inuenitur Christus.

1. REGVM 10. Cum veneris ad quercum Thabor, ibi te inuenient tres viri ascendentes ad Deum in Bethel, &c. PETRVS LOMBARDVS. Christum vnctum inueniunt tres viri. Hoc est, incipientes, proficientes, & perfecti, ad quercum Thabor, id est, mediante cruce. Sicut enim quercus parui quidem pretij est, sed roboris immensi, ita & crux de qua Apostolus: [Verbum crucis, pereuntibus quidem scandalum,] &c. id est, pereuntibus quercus est, id est, arbor sterilis: his autem qui salui fiunt, cedrus, & lignum fructiferum. Sequitur: Portantes tres hædos, &c. id est, tria sacrificia: contritionis, pro incipientibus; iustificationis, pro proficientibus; & deuotionis, pro perfectis.

Crux contra diabolum.

1. REGVM 17. Tollebat David citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & lenius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus. GLOSS. ORD. David in cithara sua malignum spiritum compefcuit, non quodd tanta vis esset in cithara, sed in figura crucis quæ de ligno & chordarum extensione gerebatur, quæ iam tunc demones effugabat.

Crux Dei virtus, & sapientia.

3. REGVM 4. Disputauit super lignis à Cedro quæ est in Libano, usque ad Hysopum quæ egreditur de pariete. GLOSS. ORD. Super ligna disputauit Christus, dum in cruce pependit. Tunc enim cedrum, id est, arrogantiam seculi, inclinauit vsque ad humilitatem hysopi, id est, vsque ad stultitiam crucis. [Verbum enim crucis pereuntibus, stultitia est: his autem qui salui fiunt, virtus Dei.] r. Corinth. 1.

Crucis duo ligna.

3. REGVM 17. En colligo duo ligna, &c. INTERL. Et ligni nomine, & lignorum numero, signum crucis exprimitur, quo nobis panis vitæ æternæ est preparatus.

Crux affert dulcedinem.

4. ESDRA 2. Lignum vitæ erit in odore vniuersi, & non laborabunt, neque fatigabuntur, iuxta illud Apostoli: [His autem qui salui fiunt, virtus Dei.]

Crux signum Messie.

4. ESDRA 5. Interrogans Angelus Domini de signis aduentus Messie, quid erit in diebus illis? Respondit: Relucescet subitò sol noctis, & luna ter in die. Hoc verificatum est in nocte natiuitatis Domini. Claritas enim Dei circumfulsit pastores. Hoc dictum est de introitu in hunc mundum. Videamus quid de exitu dicat: & de ligno sanguis stillabit, & lapis dabit vocem suam, & populi commouebuntur, & regnabit quem non sperabant, qui habitauit super terram. Hoc est, lignum crucis sanguinem stillauit, & petra scissa sunt, & monumenta aperta sunt. Populi tam Iudaicus quam Gentilis ad credendum ei moti sunt, & regnauit Christus præter Iudæorum spem.

Crux portanda.

ESTHER 5. Placuit oculis eius, & extendit contra eam virgam, quæ accedens osculata est summitatem virgæ.

virga. Diligentibus Deum communicat ipse Deus crucem suam, quam venerantes suscipiunt, &c.

Crucis mysterio Christus secularium superbiam subiugauit.

35. ISAIAE 10. Suscubabit Dominus super eum, Regem scilicet Assyriorum, flagellum, iuxta plagam Madian in petra Oreb, & virgam eius super mare, & leuabit eam in via Ægypti. AILRREDVS. Flagellato siquidem diabolo, & percusso, qui rex est super omnes filios superbie, leuabit Dominus virgam super mare, & leuabit eam in via Ægypti. Mare, seculum; virga, crux; via Ægypti, via illa lata, & spatiosa, quæ ducit ad mortem. Gratias tibi Domine Iesu, quia exaltasti virgam tuam super Mare, prosternens cruci tuæ superbiam seculi, principatus & potestates ei subiicis. Verè crux tua premit fluctus seculi, Domine, perfectionum sedat tempestates, & mitigat tentationum procellas. Leuasti etiam eam in via Ægypti, vt obstructa via lata, quæ ducit ad mortem, illam arctam & angustam ostendat, quæ ducit ad vitam. An nescitis? An non sentitis? Feruet in carne aliquando æstus concupiscentiæ, in mente ira defæuit indignationis, & amaritudinis, iam iamque prorumpit, & instar maris quod vehemens exagitat ventus, omnia interiora hominis conturbantur. Sed leuante supra hoc mare crucem suam Iesu sedantur omnia, omnia conquietantur.

Qui gloriatur in cruce, nec diaboli iaculis deicitur, nec vitibus irretitur.

36. AD GALAT. 6. Absit mihi gloriari nisi in cruce, &c. BERNARD. Quid est hoc? Ergo crux amaripotest, & crux pretiosa est, & crux habet gloriationem? Ita est, si fuerit qui colligat. Semper lignum crucis vitam germinat, fructificat iucunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum sudat spiritualium charismatum; non est siluestris arbor lignum vitæ, apprehendentibus eam. Arbor est salutifera, alioquin, quomodo Dominicam occuparet terram? Illam dico pretiosissimam glebam, cui clauorum est infixa radicebus. Si non esset hæc pretiosior cunctis, fructuosior vniuersis; nunquam illo plantaretur in horto, nec illam permitteretur vineam occupare. Quid nos ad ista dicemus, quod non sapit etiam nobis quæ pro Christo est tribulatio, quod non gloriamur in cruce, quod non gustamus manna absconditum? Sic enim victus esset diabolus, nec haberet penitus quod auferret. Sufficeret enim hoc vnum nobis aduersus duplicem malitiam inimici. Habet enim nequissimus ille laqueos, habet & iacula, vt calidissimus venator hominum, & solum sitiens sanguinem animarum. Alios telis appetit malitiosæ cuiuslibet suggestionis, & in eis vulnerat multos, quorum tenuis est patientia. Alios voluptatibus irretire laborat, & in his concludit multitudinem copiosam eorum qui in terra repunt, aut volitant iuxta eam. Sic ergo gaudium in tribulatione, & non habet malignus vnde iam illiciat, vnde deiciat. Nihil enim proficiet inimicus in eo, quem Christi crux delectat, si carnalem suggerit delectationem. & filius iniquitatis non apponet nocere ei, si ad asperandum animum eius quamlibet immittere tentauerit amaritudinem. Non curat delicias qui seimio pascitur. Multo minus potest pro eo murmurare, in quo etiam delectatur.

37. QUALITER vetus homo noster, & quinque sensus crucifigendi sunt, vide infra num. 47. & etiam vide, sensu, nu. 18. ex Galfrido.

Angeli, crucis memoriam frequenter imprimunt menti nostræ.

ISAIAE 13. Super montem caliginosum leuate signum. AILRREDVS. Mons iste Babylonem significat; id est, mundum. mons per superbiam, caliginosus, propter errorem. Super hunc montem Dominus signum eleuauit, cum per crucem suam, de mundi superbia triumphauit. Ad Angelos autem credo vox ista dirigitur, quos Dominus animarum nostrarum iustus esse custodes, vt cordibus eorum, quos adhuc mundus delectat, vel tentat, recordationem crucis imponant, & singulis vitiis quæ animam, vel vastant, vel impugnant, singulas crucis virtutes opponant. Hi sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter nos, qui intersunt psallentibus, assistunt orantibus, legentibus & meditantibus adfunt. Isti se spiritibus immundis opponunt, illecebras mundi suadentibus, exemplum Dominicæ Passionis obiciunt; mentem iram inflammare volentibus, Dominicæ patientiæ bonitatem opponunt, per elationem illis imminentibus, humilitatem humilis Iesu nobis suggerunt imitandam.

Crucis iniurias Christus ad nostra mittitur mentem retorquere.

ISAIAE 65. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, non credentem, sed contradicentem mihi. PETRVS CHRYSOL. Vide misericordiam Saluatoris. Rogat Deus, quia non tam vult esse Dominus, quam Pater. Rogat per misericordiam, ne vindicet per rigorem. Tota die, inquit, expandi manus meas. Nonne qui manus expandit, ipso habitu rogat? Expandit manus meas, distendit membra, dilatat viscera, pectus porrigit, offert sinus, gremium pandit, vt patrem tantæ obsecrationis demonstrat affectu. Audi & aliter rogantem Deum: [Popule meus quid feci tibi, aut quid contristauit te?] Nonne dicitur, si diuinitas ignota est, vel caro sit nota? Videte, videte in me corpus vestrum, membra, viscera vestra, ossa vestra, vestrum sanguinem, & si quod est Dei timetis, quare vel quod vestrum est, non amatis? Si Deum fugitis, quare non recurritis ad parentem? Sed forte vos Passionis meæ quam fecistis, magnitudo confundit. Nolite timere, crux hæc, non meus, sed mortis aculeus est. Clauis isti non infigunt mihi dolorem, sed vestri mihi altius infigunt charitatem. Vulnera hæc, non educunt gemitus meos, sed magis vos meis visceribus introducunt. Extensio corporis mei vobis dilatatur in gremium, non meam crescit in penam. Sanguis meus, non mihi deperit, sed vobis derogatur in pretium. Venite ergo, redite, vel sic probate Patrem quem videtis, pro malis bona, pro iniuriis, amorem, pro vulneribus tantis, tantam rependere charitatem.

Salutifera crucis clypeo, vniuersa maligni iacula propulsantur.

MATTH. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, &c. BERNARDVS. Ac si dicat: Qui vult facere voluntatem meam, discat frangere suam. Sed continuo bella insurgunt, armantur contra nos protinus inimici, & nos armemur contra, & imitemur arma regis nostri, & tollamus & nos crucem nostram; in qua de inimicis nostris omnibus triumphemus. Audi quid Psalmista promiserit, dicens, imò sanctus Spiritus per Psalmistam: [Scuto circumdabit te veritas eius.] Vt quid hoc, nisi quia nos vndique bella circumdant? Ab inferiori parte, timor nocturnus insurgit: à sinistra, sagitta volat in die: à dextris, perambulat negotium tenebrosum; & vt nihil sit vacuum, à superiori parte demonium meridianum occurrit. Sed ecce in cruce salus nostra, tantum vt ei viriliter inhaeramus. [Verbum

[Verbū crucis, vt ait Apostolus, pereuntibus stulticia est.] Ipsa est scutum quo circumdamur, vt eius cornua quatuor quadrifariam hostium tela repellant. Sit ergo inferius cornu contra timorem nocturnum, id est, contra pusillanimitatem, quæ de carnis afflictione procedit; id quod sub nobis est corpus, castigare studeamus, & subiicere seruituti. Si quis verò nobis in faciem maledicit, si quis aperte, mala suadere conatur, in die volat sagitta, & à sinistris est, sinistro cornu excipienda. Quod si adulatur, si quasi consulendo, venenum propinat fraternæ detractionis, odium simulare conatur, si derique iniquum aliquid, tanquam iustum persuadere tentat, à dextris est mihi iste: sed Iudas est, osculo me tradit, & dextro. cornu crucis, negotium petambulans in tenebris, necesse est propulsari. Sed ecce dæmonium meridianum, superbiam scilicet spiritus, qui nimirum in maiori virtutum splendore acutus insurgere solet. Propterea quisquis es qui salutem tuam operari studes, contra hanc, super caput cornu crucis habere memento, vt non eleueris in superbiam, non exalteretur cor tuum; sed tela illa quæ de sublimi veniunt, supereminens capiti tuo cornu crucis excipiat. Sanè hoc solum est cui salutis & regni titulus inscribitur. Quia solus qui se humiliat, saluari, & exaltari meretur. Iam vt breuiter repetam, hæc sunt quatuor cornua crucis nostræ, continentia, patientia, prudentia, & humilitas. Felix anima, quæ in hac cruce gloriatur.

De triplici genere ferentium crucem Christi.

41. **I**DEM Bernardus. Sed triplicem licet considerare gradum; incipientium, proficientium, & perfectorum. [Initium enim sapientiæ timor Domini.] medium, spes; Charitas, plenitudo. Qui initiatur à timore, crucem Christi sustinet patienter; qui proficit in spe, portat libenter; qui consummatur in charitate, amplectitur iam ardentem. [Qui timet Deum, ait Sapiens, faciet bona, sed parum est, scriptum est enim declina à malo, & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam.] Noli esse salute contentus, pacem quære, ne sit tibi periculo etiam salus ipsa. Audi etiam angelum nato Domino sic canentem: [Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.] Quæ autem bona voluntas, nisi ordinata? & quænam est illa? Profecit quæ rationi consentit, dicenti: [Non sunt condignæ passiones,] &c. nec si vnus omnes sustineat. Hæc si iam sentire cœpisti, haud dubium quin libenter feras crucem Domini; & dicas: [Paratus sum, & non sum turbatus,] &c. Attramen si vis esse perfectus, vnus tibi adhuc necessarium est, gaudium in Spiritu sancto: si quidem, & is qui timore coarctatur, & patiens est, & qui ratione spei ducitur, & beneuolens est, nisi etiam fuerit feruens Spiritu, facile labi potest. At quæ per Spiritum sanctum diffunditur charitas, & patiens est, & benigna, & quod est amplius, nunquam excidit. [Fortis enim est vt mors dilectio,] non patientia, aut spes. Dicit patientia: Sic oportet fieri, quia timore vrgetur. Dicit bona voluntas, sic expedit, & sic agendum est, quia spei attrahitur ratione. Charitas verò, quæ inflammatur à spiritu, nec sic oportet, nec sic expedit, dicit: sed, sic volo, inquit, sic cupio, sic desidero vehementer. Videtis quanta sublimitas, quanta securitas, quanta suauitas charitatis. Felix anima, quæ ad hunc peruenerit gradum. Sed nemo repente fit summus ascendendo, non volando apprehenditur summitas scalæ. Ascendamus ergo velut quibusdam duobus pedibus, meditatione scilicet, & oratione: meditatio enim docet quid desit, oratio ne desit obtinet. Illa viam ostendit, ista ducit. Meditatione agnoscimus imminetia nobis pericula, oratione euadimus,

De quatuor crucibus.

42. **I**DEM Petrus Lombardus. Quatuor sunt cruces, diuersa meritorum stipendia prestolantes. Prima, charitatis; secunda, penitentiam; tertia, exercitationis; quarta, angustationis. Prima Christi, quatuor habens diuisiones, latitudinem charitatis, longitudinem perseverantiam, sublimem spei, profundum iudiciorum Dei. Hæc crux est etiã imperfectorum, sicut secunda incipientium. Imo crux prima, est stantium, secunda, post lapsum resurgentium. Est & latronis dextri, quæ in tribus consistit, in contritione cordis, in confessione oris, in satisfactione operis. Tertia crux est eorum, qui sub spe celestium premiorum, multa & indigna patiuntur, non humiliter, non deuotè, sed cum murmure, & rancore. Hæc crux est sinistri latronis, quæ est crux angustationis? Crux Simonis, crux hypocritarum.

Quibus virtutum gemmis, quatuor crucis Cornua decorantur.

43. **B**ERNARD. Interim patientiam magis exhibet, humilitatem commendat, obedientiam implet, perficit charitatem. His namque virtutum gemmis quatuor cornua crucis ornantur, & est supereminens: tior charitas, à dextris obedientia, patientia à sinistris, radix virtutum humilitas, in profundo. Hic ditauit trophæam crucis consummatio dominica: Passionis. Cum ad Iudæorum blasphemias humilis, ad vulnera patiens, intus linguis, clavis exterioris pungere tur. Nam & charitas in eo perfecta est, quod pro amicis animam posuit; & obedientia consummata, cum inclinato capite tradidit spiritum. His priuare dotibus, ac spoliare gloria Christi, satagebat Ecclesiam, qui dicebat, [Si rex Israel est, descendat de cruce.]

De cruce quare non descendit Christus inuitatus.

44. **M**ARC. 15. *Si tu es Rex Israel, descende de cruce.* **B**ERNARD. Hoc est quod dolere venenati serpentis astutia, exaltaui in deserto serpentem æneum, cuius intuitu sanentur vulnera quæ infligit. Alioquin quoniam alio instigante credimus misisse vxorem Pilati ad ipsum dicentem, [Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum?] Timebat ergo iam tunc, sed nunc maxime, virtute crucis eneruari se sentiens inimicus, fera ducitur penitentia, & quos instigauit ad crucifigendum, instigat ad suadendum, vt de cruce descendat. Audierat impius Saluatoris vocem dicentis: [Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel,] & nouerat quantum pro salute illius populi zelum gerere videbatur. Propterea malitiosè nimis linguas erudens blasphemorum, suggerebat, vt dicerent: [Descendat, inquit, & credimus;] quasi nihil posset iam ob stare, quin descenderet, qui eorum crudelitatem tantopere desideraret. Sed cui parat insidias versipellis? Nempe ei in quo nihil proficiet inimicus. Non mouetur pollicitatione qui nouit omnium corda, sicut nec exprobratione blasphema mitissimus omnium mouebatur. Eo quippe tendebat malitiosus suasio, non vt ipsi crederent, sed vt nostra quoque, si qua erat fides in eum, omnimodis deperiret. Legentes enim, Dei perfecta sunt opera: quando fateremur Deum, qui salutis opus reliquisset imperfectum? Sed audiamus quid ad hoc Christus respondeat per Prophetam: Quæ signa Indæ, expecta me in die resurrectionis meæ. [Signum non dabitur tibi, nisi signum Iona propheta.] Non signum descensionis, sed signum resurrectionis. Quod si Iudæus non credit, amplectatur, & gaudeat Christianus. Clauo enim prodiit tumulo, qui de patibulo

patibulo non descendit. Vidè reliqua, *Resurrectio Christi*, num. 38.

Christus in cruce stipite ingibit inuenitur.

45. **I**OANNIS 19. *Et crucifixerunt eum in caluarie loco.* **D**ROGO. Circuire possum calum & terram, & omnia quæ in eis sunt, & nunquam te inuenio bone Iesu, nisi tantum in cruce, ibi dormis, ibi pascis, ibi cubas in meridie. Sed vbi crucifixus es? In Caluarie loco. Beatus verè locus, in quo crucifigitur. Bona caluities quæ tali veste vestitur, ad hanc caluitiẽ Elifus tendebat. [Ascende calue, Ascende calue.] Vide si non caluus est & noster Elifus. [Filius, inquit, hominis non habet vbi caput reclinet.] Caluus est, quia regnum eius non est de hoc mundo: Caluus est, quia discipuli eius, relicto eo fugerunt. Decaluet nunc Dominus verticem filiarum Sion, & faciat ibi caluarie locum, vt ibi figatur Christi crux, vbi superbia locauerat sibi sedem.

Christi mater à cruce non potuit separari.

46. **I**DEM. 46. *Seabant iuxta crucem Domini Maria mater eius.* **V**ERRICVS. Planè mater, quia nec in terrore mortis filium deserebat. Quomodo enim mortè terri tererit poterat, cuius [charitas fortis vt mors] imò fortior quàm mors erat? Planè iuxta crucem Iesu stabat, cuius mentem dolor crucis simul crucifigebat, suamque ipsius animam tam multiplex pertranfibat gladius, quantis consilium corpus filij cernebat vulneribus.

De triplici homine, & triplici cruce.

47. **R**OM. 6. *Vetus homo noster simul crucifixus est vt destruat corpus peccati, vt ulterius non seruiat peccato.* **B**ALDVIN. Ego sum vetus homo morti vicinus, homo terrenus portans imaginem terreni, homo carnalis venundatus sub peccato, homo animalis non percipiens ea quæ sunt spiritus Dei, homo reus mortis, & cruce dignus, nec vna tantum cruce: alia enim crux debetur terreno; alia, carnali; alia, animali: & ego vnus homo omnes isti, & omnes isti in me vno, & omnes cogitationes eorum aduersum me in malum. Quenam autem est crux hominis terreni? aestimo quod contemptus mundi, quæ quidem crux quasi ex duobus lignis aptatur, contemptu scilicet terrenæ substantiæ, & contemptu terrenæ gloriæ. Totus ergo extendatur in cruce in longum & in latum. In contemptu terrenæ gloriæ, hoc est, in voluntaria vilitate extendatur altitudo eius: in contemptu terrenæ substantiæ, hoc est, in voluntaria paupertate extendatur latitudo eius. Est alia crux in qua appendendus est homo carnalis, quoniam verò ad carnalem hominem dictum est: [tu verò odisti disciplinam:] nulla crux dignior inuenitur, quàm auctoritas regularis disciplinæ, quæ crucifigitur carnalis homo, cui cruciatus est disciplina quam odit. Hæc crux ex legibus abstinentiæ & continentiæ, quasi ex duobus lignis, extruitur. Abstinentia enim gulam temperat, & lex continentia in omnibus sensibus mentis & corporis luxum frænata, & in his est omnis carnalis homo. Animalis autem homo quis sit, Apostolus declarat, dicens: [Animalis homo non percipit ea quæ sunt Dei.] Carnalis homo à terreno homine amore proficitate differre videtur: amat enim ille terram, hic amat opera carnis. animalis autem homo, vel sensu, vel affectu cognoscitur. Animalis est sensu, qui non sapit ea quæ sunt spiritus Dei: animalis est affectu, cui non sapiunt ea, quæ sunt spiritus Dei. Qui animalis est sensu, ignorat, & errat, in tenebris ambulat, nescit quò vadat. Qui animalis est affectu, sine affectione est, diuini amoris affectum in se non sentit.

CruX igitur huius hominis, est æmulatio Dei secundum scientiam. [Scientia enim & æmulatio, arma sunt militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, quibus nos armamus, destruentes consilia, & omnem altitudinem extollementem se aduersus omnem scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.] Aduertere est in his verbis Apostoli, altitudinè aduersus scientiam Dei extolli. Quæ est autè hæc altitudo? nisi de qua dicitur, [noli altum sapere?] Hæc est altitudo animalis hominis, qui in vanitate sensus sui ambulat. Altitudo autem crucis scientia Dei est, quæ in captiuitatem redigit omnem intellectum in obsequium Christi. Latitudo verò animalis hominis, est animalis affectus. Vagatur enim per illicita in uia lata, quæ ducit ad perditionem. Latitudo verò crucis, est affectus deuotionis, in latitudinem charitatis. Sunt autem nonnulli qui æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam Dei. Alij autem scientiam Dei habent, sed non æmulationem. Verum vt ex duobus lignis, crucis statura compingatur, iungenda est scientia æmulatio, & scientia æmulationi, ne sit indiffereta deuotio, vel in deuota discretio. sequitur: *vt destruat corpus peccati, vt ultra non seruiat peccato.* Si per corpus peccati, rectè intelligitur consensus peccati, tunc corpus peccati verè destruitur, cum tantum concupiscentiæ non consentitur. Carnalis autem homo, quasi homo peccati est, & filius perditionis habens corpus peccati, cui concupiscentia quasi pro anima est, & consensus quasi pro corpore: & eum concupiscentiæ plenè consentitur, quasi corpus peccati viuificatur, & iam peccato seruitur.

De quatuor crucis dimensionibus.

48. **A**D EPHES. 3. *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum.* **G**ALFRID. His verbis commendat Apostolus formam crucis. Profundum erit iasum humi, sublimitas eminens super caput, longitudo ab imo sursum porrecta vsque ad latitudinẽ, & latitudo lignum transuersum. Hæc omnia in salute in vita, & resurrectione, aliter atque aliter intelliguntur. Inuenire est homines, quos magis terreat conscientia pertinentium ad luxuriam, hæc infixa terræ profunditas, hoc profundum iniquitatis, & ab ea contraria crucis profunditate saluamur. Alios magis arguit conscientia vanitatis, quod illam eius occasionem carnalis ministrat infirmitas, cui etiam ad salutem sublimitas crucis opponitur. Aliis grauior longitudo videtur, quod manè surrexerunt ad miscendam ebrietatem, & potandum vsque ad vesperam, peccata sua vsque ad canos ab adolescentia protrahentes. Quosdam magis affligit quædam quasi latitudinis consideratio, quod iniquitatis suæ diffuderint circumquaque factorem, nec tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus, siue illius terrore, vel illorum pudore peccauerint. De huiusmodi dicitur, [quatruiduanus est, & iam fueret.] Veniatamen ab huiusmodi longitudine & latitudine, nulla nobis alia spes salutis, nisi in passione Saluatoris, quanti in longitudine & latitudine crucis pro nostra saluatione sustinuit.

CruX, & serpens, & baculus est.

49. **M**ACHAR. *Homil. 47.* Virga Moysis, duplicem gerebat imaginem: nam hostibus occurrebat vt serpens, mordens, & enecans: at Israeliis erat vice bac ulitic etiam verum lignum crucis, hostium quidem spirituum nequitia mors est, animarum verò nostrarum baculus, tuta sedes, & vita in qua conuiescunt.

CruX, arma quibus protegitur.

50. **M**ARTIAL. *Epist. ad Burdegalenses cap. 8.* Cru-
cem Domini armatura vestra inuicta contra
Satanam, galea custodiens caput, lorica protegens
pectus, clypeus tela maligni repellens; gladius iniqui-
tatem & angelicas insidias peruersæ potestatis sibi
propinquare nullo modo sicens. **C**H R Y S O S T. *serm.*
de continentia Iosaph. Sicut columna nubis, figura no-
stræ crucis Hebræorum multitudinem protegebat,
ne quid mali ab Egyptiis paterentur: ita crux ante
oculos visa, omnem statim abigit malam volupta-
tem. Hæc est enim salus animæ, fœdarumque concu-
pisceniarum salubre antidotum.

CruX mysterium significatur in navi, & in aratro.

51. **A**M B R O S. *sermon. 56. de cruce Christi.* Grande
crucis est sacramentum. Et, si intelligamus, per
hoc signum etiam mundus ipse saluatur. Nam cum à
nautis scinditur mare, prius ab ipsis arbor erigitur,
velum distenditur, vt cruce Domini facta aquarum
fluenta rumpantur, & hoc Dominico securi signo
portum salutis petunt, periculum mortis euadunt.
Figura enim quædam sacramenti est velum suspen-
sum in arbore, quasi Christus sit exaltatus in cruce:
atque adeo confidentia de mysterio veniente, homi-
nes ventorum procellas negligunt, peregrinationis
vota suscipiunt. Sicut autem Ecclesia sine cruce stare
non potest: ita & sine arbore, nauis infirma est: sta-
tim enim Diabolus inquietat, & illam ventus allidit.
At vbi signum crucis erigitur, statim & Diaboli ini-
quitas repellitur, & ventorum procella sopitur. Sed
& bonus agricola cum parat terræ solum vertere, &
vitæ alimenta perquirere, non nisi per signum cru-
cis id facere conatur. Dum enim aratro dentale sub-
iicit, afficit aures, stiuam inserit, figuram crucis
imitatur. Compactio enim ipsa, similitudo est do-
minicæ Passionis.

CruX vnit fideles.

52. **C**H R Y S O S T. *Homil. 19. Operis imperfecti.* Sicut
botrus multa in se grana, ligno mediante su-
spendit: sic & Christus multos sibi fideles per lignum
crucis tenet adiunctos.

DECIMÆ.

Decima sacerdotibus danda. 1. 7.

Decima Deo offeruntur. 2.

In Decimis ostenditur denarij perfectio. 3.

Decima multiplices. 4. 8.

Decimas soluere quo iure teneamur. 5.

Primitiæ quare offeruntur sacerdotibus. 6. 10.

Decimæ magis nobis proficiunt, quam Deo. 7.

Primitiæ qualiter spiritualiter soluuntur. 8. 9. 10.

Decimæ sacerdotibus danda.

53. **E**NES. 14. *Et dedit ei decimas ex omnibus.*
HIERON. *Enagrio.* Vtrumque intelligi
potest, & iuxta Hebraicam, & iuxta LXX.
& quod ipse Melchisedech acceperit deci-
mas spoliatorum, & quod Abrahæ dederit decimas
substantiæ suæ. Quanquam Apostolus in epistola sua
ad Hebræos apertissime definiat, non Abrâ suscepisse
à Melchisedech decimas diuitiarum eius, sed de spoliis
hostium partem accepisse pontificem. **C**H R Y S O S T.
Hoc loco patriarcha doctor fit omnibus, vt declaran-
tes gratitudinem, primitias eorum quæ sibi à Deo

concessa sunt, offerant. **L**I P O M A N. Hoc primum
loco nota decimas sacerdotibus datas inueniri. Datio
autem decimarum, confessio est datorum à Deo mune-
ri ex terra, quibus sacerdotes Domini, qui aliis comu-
niter seruiunt, docendo, vel iuando, & portionem
non habent in terra, sed Dominus portio eorum est,
& ij quoque qui paupertate grauantur, sustentari de-
bent, iuxta legem naturæ, & Dei, quæ charitatis ra-
tionem commendat per omnia.

Decimæ Deo offeruntur.

2. **G**ENES. 28. *Cunctorum quæ dederis mihi, decimas*
offeram tibi. **C**A I E T A N. Nulli sacerdotum dan-
dæ erant istæ decimæ, sed in honorem Dei erant offe-
rendæ, iuxta ritum tunc solitum, & quod solitum erat
combuti, comburebatur sacrificando, reliquum au-
tem comedebatur, non tanquam cibus prophanus,
sed tanquam Deo oblatum.

Denarij perfectio in decimis ostenditur.

3. **G**ENES. 47. *Quintam partem regi dabit.* **O**R I-
GEN. *Quintam partem Egyptij Pharaoni da-*
bant: è contrario verò Israeliticus populus, decimas
offert sacerdotibus. Quinque enim sensus corporis
designantur, quibus carnalis populus deseruit. Sem-
per enim Egyptij visibilibus rebus & corporalibus
obsequuntur. At verò Israeliticus populus honorat
decadem perfectionis numerum: decem enim verba
legis accipit, & decalogi virtute instructus est. Sed &
in nouo Testamento similiter venerabilis est dena-
rius numerus. Nam fructus spiritus denis exponitur
germinare virtutibus, & seruus fidelis de negotia-
tionibus sui lucrî, decem mnas offert Domino, &
decem ciuitatum accipit potestatem. Verum quia
vnus est author omnium, & fons, & initium vnus
est Christus: idcirco populus decimas ministris & sa-
cerdotibus præstat. Vide igitur differentiam populi
Egyptiorum, & Israel, & discutiens temeritatem per-
uide de quo populo sis. Si adhuc carnalibus sensibus
seruis, si adhuc quinario numero vœtigal exsoluis, &
respicis ea quæ visibilia, & temporalia sunt, & non ea
quæ inuisibilia, & æterna, de Egyptio populo te
esse cognosce. Si verò Decalogum legis, & decadem
noui Testamenti semper ante oculos habes, & de
iis decimas offers, [verus Israelita es, in quo dolus
non est.]

Multiplices Decimæ.

4. **E**X O D. 22. *Decimas tuas, & primitias tuas non*
tardabis offerre. **H**IERON. *super Ezechiel cap. 45.*
Decimas, hoc est, decimam partem omnium fru-
ctuum, quam Leuiticæ tribui populus debebat ex
lege. Rursus autem ex ipsis decimis Leuitæ, hoc est,
inferior ministrorum gradus, decimas dabat sacer-
dotibus. Erant quoque aliæ decimæ, quas vnusquis-
que de populo Israel in suis horreis separabat, vt
comederet eas cum iret ad templum in urbem Ieru-
salem, & in vestibulo templi, & sacerdotes, & Leui-
tas inuitarent ad conuiuia. Erant autem & aliæ de-
cimæ, quas pauperibus recondabant. At verò primi-
tiæ, quæ de frugibus offerebant, non erant speciali
numero definita, sed offerentium arbitrio derelicta.
Traditionemque accepimus Hebræorum, non lege
præceptam, sed magistrorum arbitrio inolitam: qui
plurimum quadragesimam partem dabat sacerdoti-
bus: qui minimum, sexagesimam: Inter quadragesi-
mam & sexagesimam licebat offerri quod voluissent,
& quod in Pentateucho dubium derelictum est in
Ezechiele, specialiter determinatur propter sacerdo-
tum auaritiam, ne amplius à populo exigant in pri-
mitiis,

mitiis deferendis, id est, vt sexagesimam partem offe-
rant eorum quæ gignuntur è terra.

Quo iure teneamur decimam soluere.

5. **I**BIDEM. **D.** **T**H O M. 2. 2. *quæ. 87. art. 1.* Decima in
veteri lege dabatur ad sustentationem ministro-
rum Dei, iuxta illud: [Inferre omnem decimationem
in horreum meum, vt sit cibus in domo mea.] Vnde
præceptum de solutione decimarum partim quidem
erat morale iudicium naturali ratione, partim autem
erat iudiciale, ex diuina institutione robur habens.
Quod enim eis qui diuino cultui ministrabant ad sa-
lutem populi, totus populus necessaria victus mini-
straret, ratio naturalis dictabat. Sicut & his qui comu-
ni vtilitati inuigilant, scilicet principibus, militibus,
& aliis, huiusmodi stipendia victus debentur à popu-
lo. Vnde Apostolus: [Quis militat suis stipendiis vi-
quam?] Sed determinatio certæ partis non est de iure
naturali, sed introducta institutione diuina secundum
conditionem illius populi qui cum in duodecim tri-
bus esset diuisus, duodecima tribus, id est, Leuitica,
quæ tota erat ministris diuinis mancipata, posses-
sionem non habebat. Vnde conuenienter institutum
est, vt reliquæ undecim tribus decimam partem suo-
rum prouentuum Leuitis darent, vt honorabilius vi-
uerent: & quia etiã alij per negligentiam erant trans-
gressores futuri. Vnde quantum ad determinationem
decimæ partis, erat iudiciale, licet ex consequenti ali-
quid significaret in futurum, sicut & omnia eorum
facta. iuxta illud: [Omnia in figura contingebant il-
lis.] Qui enim decimam dat, quæ est perfectionis si-
grum (eo quod denarius est quodammodo numerus
perfectus, quasi primus limes numerorû, vltra quem
numerus non procedunt, sed reiterantur ab vno)
nouem sibi partibus reseruat, protestatur quali in
quodam signo ad se pertinere imperfectionem, per-
fectionem verò quæ erat futura per Christum, esse
expectandam à Deo. Nec tamen per hoc est ceremo-
niale præceptum, sed iudiciale, & ideo absque pecca-
to potest tempore nouæ legis obseruari. Imo Eccle-
sia instituit, & determinauit decimam partem solu-
dam ministris, vt scilicet non minus populus nouæ
legis ministris noui Testamenti exhiberet quam po-
pulus veteris Testamenti exhibebat: cum tamen po-
pulus nouæ legis, ad maiora obligetur, iuxta illud:
[Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scriba-
rum.] &c. & cum ministri noui Testamenti sint ma-
ioris dignitatis, quam ministri veteris Testamenti, vt
probat Apostolus, 2. *Corinth. 3.* sic ergo patet quod ad
solutionem decimarum homines tenentur, partim
quidem ex iure naturali, partim autem institutione
Ecclesiæ, quæ tamen penfatis oportunitatibus tem-
porum & personarum possit aliam partem determi-
nare soluendam.

Primitiæ quare offeruntur Sacerdotibus.

6. **I**BIDEM. **D.** **T**H O M. 2. 2. *quæ. 86. art. 4.* Primitiæ
autem offerebantur ex speciali causa, scilicet in re-
cognitionem diuini beneficiij, quasi aliquis profitea-
tur se à Deo fructus terræ percipere, & ideo se teneri
ad aliquid huiusmodi Deo exhibendum, iuxta illud:
[Quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.] & quia
Deo debemus exhibere id quod præcipuum est, ideo
primitias, quasi præcipuum aliquid de fructibus ter-
ræ præceptum fuit Deo offerre. & quia Sacerdos cõ-
stituitur pro populo in his quæ sunt ad Deum, ideo
primitiæ oblatae à populo, in vsum sacerdotum cede-
bant. Pertinet autem ad ius naturale, vt homo ex re-
bus sibi datis à Deo, aliquid exhibeat ad eius hono-
rem: sed quod talibus personis exhibeatur, aut de pri-
mis fructibus aut in tali quantitate: hoc quidem fuit

in veteri lege iure diuino determinatum: in noua au-
tem lege definitur per determinationem Ecclesiæ, ex
qua homines obligantur vt primitias soluant secun-
dum consuetudinem patriæ, & indigentiam mini-
strorum Ecclesiæ. Sciendum etiam quod ceremoni-
alia propriè erant in signum futuri, & ideo ad presen-
tiam veritatis significata cessauerunt. Oblatio autem
primitiarum fuit in signum præteriti beneficiij, &
ideo in generali huiusmodi oblatio manet.

Decimæ soluenda.

7. **I**BIDEM. **A**V G V S T. *lib. de Reclitudoine Catholica*
conuersationis. Vnusquisque fratres de quali inge-
nio vel artificio viuit, de iplo decimam Deo in pau-
peribus vel in Ecclesiis donet. Consideret quia om-
nia Dei sunt per quæ viuit, siue terra, siue flumina,
siue semina, vel omnia quæ sub celo sunt, vel super
caelos, & si ipse non dedisset, nihil vtiq; haberet.
Nam Deus qui dignatur totum dare, decimam de
suo dignatur à nobis recipere, non sibi penitus, sed
nobis profuturam. *Idem Serm. 219. de tempore.* Ecce
quomodo nobis decimæ magis quam Deo proficiat.
[Inferre (inquit per Prophetam) omnem decimam in
horreis meis, vt sit cibus in domo mea, & probate me
in his, dicit Dominus, si non aperuero vobis catara-
ctas cæli, & dedero vobis frumentum vsque in abun-
dantiam.] **O** homines stulti, quid mali imperat Deus,
vt nõ mereatur audiri? Sic enim dicit, [Decimas tuas,
& primitias tuas nõ tardabis offerre.] Si tardius dare
peccatum est, quanto peius est non dedisse? & ite-
rum dicit: [Honora Dominum de tua substantia, &
de primitiis frugum tuarum da pauperibus, & imple-
buntur torcularia tua,] &c. Non præstas hoc gratis,
quod citò recipies cum magno fenore. Quod pau-
peribus datur, si credis, tibi proficit: si dubitas, perdi-
disti, &c. Cum decimas dando, & terrena & cælestia
possis munera promereri, quare per auaritiam dupli-
ci benedictione te fraudas? Audi ergo indenota mor-
talitas, nosti quia Dei sunt cuncta quæ percipis, &
de suo non accommodas rerum omnium conditori?
Non eget Dominus, non præmium postulat, sed hono-
rem. Decimas petit & negas auare? Quid faceres, si
nouem partibus sibi sumptis, tibi decimam reliquis-
set? Quod certe iam factum est, cum molis tua plu-
uiarum benedictione subtracta, iciuma defecit: nouem
tibi partes detractæ sunt, quia decimam dare nolisti.
Hæc enim est Domini iustissima consuetudo, vt si tu
illi decimam non dederis, tu ad decimam reuoceris: erit
intus in thesauris vestris, & in domibus vestris vit
direptio, vel dabis impio militi, quod non vis dare
sacerdoti. Benefacere Deus semper paratus est, sed
hominis malitia prohibetur: quia à Domino Deo
sibi dari vult omnia, & non vult ei quæ possidere vi-
detur, offerre. Ingrate fraudator, ac perhide, diuina te
voce conuenio. Ecce annus iam finitus est, redde
Domino plenti mercedem. Redime te homo dum
viuis, redime te ipse dum potes, redime te dum præ-
mium in manibus habes, &c. Vide, verbo, *elemosyna.*
Quanti pauperes in locis vbi decimæ non dantur
habitantes, fame mortui fuerint, tantorum homici-
diorum reus ante tribunal æterni iudicis apparebit,
qui à Domino pauperibus delegatum suis visibus re-
seruauit. Qui ergo sibi aut præmium comparat, aut
peccatorum desiderat indulgentiam promereri, red-
dat decimam, & de nouem partibus studeat elemo-
synam dare pauperibus, &c.

Decimas soluimus in quadragesima.

8. **I**BIDEM. **C**A S S I A N V S *collat. 21. 25. 26. Th 10-*
IN A S. *Lege Mosaica vnuerſo populo generalis est*
promulgata perceptio: [Decimas tuas & primitias of-
feres

feres Domino. Itaque qui substantiarum nostrarum omniumque fructuum decimas offerre præcipimur, multo magis necesse est, vt ipsius quoque conuersationis nostræ & humani vsus operumque nostrarum decimas offeramus, quæ profectò in supputatione quadragesimæ euidenter implentur. Vide verbo, *Quadragesima*, nu. 3. Quid verò de primitiis dicam, quas ab omnibus qui Christo fideliter famulantur, quotidie certum est exhiberi? Nam cum experrecti à somno, & quasi rediuita post soporem alacritate surgentes, priusquam motum sensus vllius corde concipiant, vel memoriam, aut curam rei familiaris admittant, cogitationum suarum ortus atque principia diuinis consecrant holocaustis, &c. Vide verbo, *oratio*, num. 45.

Idem.

9. **I**BIDEM **HIERON.** *super Ezech. cap. 45.* Tunc spiritualiter primitias Domino offers, dum quidquid habes, nõ tuæ putas esse virtutis, sed eius misericordiam qui fruges dedit. **ISID.** Spiritualiter etiam primitiæ frugum, vel primogenita, principia operum bonorum ostendunt, vel ipsam bonam voluntatem quæ prior est opere, quam Pelagiani sibi tribuendo ostendunt. Deus autem dum illa sibi à nobis iubet offerri, indicat ad ipsius gratiam pertinere. In decimis itaque Domino offerendis denarius numerus perfectionem significat, quia vsque ad ipsum numerus creuit. Ideoque sicut in primitiis principia voluntatum, ita in decimis consummationes nostrarum operum ad eum referre præcipimur, à quo & boni operis initium, & perfectionis donatur effectus.

Primitiæ quæ appellantur, & voluntariè offerendæ.

10. **E**XOD. 35. *Omnis voluntarius & probo animo offerat primitias Domino, aurum & argentum, &c.* **THEODORETUS.** Verisimile videtur primitias omnia illa vocari quæ ab Ægypto asportauere Iudæi. Iusserat enim eis Dominus, vt mulier peteret à vicina sua, vasa aurea & argentea, &c. Exuuiæ istæ primitiæ appellantur. **LIPOMAN.** Pretiosa quæque exigit à populo, occasione superbiendi & lasciuiendi adimens fidelibus, qui cultu Dei præferre debent omni mamonæ. **NU. 15.** *Sicut de arvis primitias separabis, ita de pulmentis dabis primitias Domino.* **YRAN.** Sicut de arvis, id est, de granis quæ sunt in arua, ita de pulmentis. In Hebræo habetur ita, [& de partibus vestris tortellum] quia de qualibet decoctione furni separabatur tortellus vnus dandus Sacerdotibus de primitiis, & idem de pulmentis. **GLOSSORD.** mysticè. Non solum de prædicationis officio laboris primordia consecrare, sed & de domesticis disciplinis quas in se quisque solerter exercet, inchoatione bonæ voluntatis, Domino dedicare. Siue enim in seipso aliquis virtutibus studeat, siue aliis pium laborem impendat, non sibi, sed diuinæ gratiæ imputet, vt ei consecretur omnis boni initium, à quo speratur perfectionis supplementum.

DESIDERIA.

Vide verbo cogitationes, num. 16. 21.

Desideria opere implenda. 1. 4.

Desideria inquietudinem causant. 2.

Desideria excæcant oculum mentis. 3. 5.

Desideria opere implenda.

11. **E**XOD. 16. De Manna dicitur. *Chm. que incaluisse Sol, liquebat.* **CAIETAN.** Mirum autem est quod non sustineret calorem Solis, & sustineret tum calorem i-

gnis, tum molam, & pilum, vt *Nu. 11.* explicatur. Nonnulla tamen humana ratio suffragatur. Vt quemadmodum ouum quamdiu est in loco suæ generationis, renellum habet corticem, qui statim genito ouo excidatur, & fit durus: Ita proportionaliter grana illa in loco in quo formata erant, obnoxia erant liquefactioni, segregata autem durecebant adco, vt non essent amplius liquecentis naturæ. *Itac ille.* Quadrat hoc desiderio boni operis: si intus remaneat, & non opere compleatur, liquefit: At si opere compleatur, fit durum, & resistit calori ignis, & cuilibet tribulationi.

Desideria inquietant.

EXOD. 16. *Sex diebus colligere, in die autem septimo sabbatum est Domino. Ideo non inuenitur.* **GREGOR.** 18. *Moral. cap. 28.* Quia in hac vita nihil laboriosius quàm terrenis desideriis astuare, & nihil quietius quàm huius sæculi nihil appetere: hinc est quod Israeliticus populus custodiam sabbathi accipit ex munere. & è contrà Ægyptus muscularum multitudine percussa. Populus namque qui Deum sequitur accipit sabbatum, id est, requiem mentis, vt nullo in hac vita desideriorum carnalium appetitu fatigetur. Ægyptus verò quæ huius mundi spem tenet, muscularum percussit. Musca enim nimis insolens, & inquietum animal est. In qua quid aliud quàm insolentes curæ desideriorum carnalium resignantur? Vnde in Eccles. dicitur: [musca morientes perdit suauitatem vnguenti:] quia cogitationes superflua quæ assidue in animo carnalia cogitante, & nascuntur, & deficiunt, eam suauitatem qua vnusquisque intrinsecus per spiritum vnctus est, perdunt, quoniam integritate eius perfrui non permittunt. Ægyptus ergo muscularum percussit, quia eorum corda qui terrenam vitam diligunt, dum desideriorum suorum inquietudinibus feriuntur, turpitudinibus cogitationum carnalium ad ima depressa sunt, vt ad quietis intimæ desiderium non leuentur. Vnde cum mira pietatis ope ad cor veritas venit, prius ab eo cogitationum carnalium astus eicitur, & post in eo virtutum dona disponit, &c. [Recedite, non est mortua puella, sed dormit:] & cum eiecta esset turba,] &c. *Matth. 9.*

Desideria excæcant oculum mentis.

IVDIC. 16. *Statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gaza vinctum, &c.* **GREGOR.** lib. 7. *Moral. cap. 13.* Sciendum quod prius intellectus obtunditur, & postea captus animus per exteriora desideria vagatur, vt cæca mens quod dicitur, nesciat, & carnis illecebris se libenter subdat. Aliquando verò prius desideria carnis ebulliunt, & post longum vsu illicitis operibus oculum cordis claudunt. Nam sæpe mens recta cernit, nec tamen audenter contra peruersa se erigit, & remittens vincitur, dum hoc ipsum quod egit diuidicans, carnis suæ delectatione superatur.

Desideria opere implenda.

4. **R**EGVM 19. *Venerunt filij vsque ad partum, & vires non habet parturiens.* **GREGOR.** Quasi diceret afflictus atque perturbatus Ezechias rex: Quod hostes irruunt, & defensores preparantur, sed nullatenus ad præparata conualescunt. Filij quippe vsque ad partum veniunt, quando apta consilia vsque ad desiderium procedunt. Sed virtutem non habet parturiens, quia dum infirmus quisque consilia concipit, hæc ad vtilitatem aliquam per partum operis non perducit. Scriptum est *Isa. 11.* [Requiescat super eum spiritus consilij, & fortitudinis.] Quæ vtraque sibi necessariò coniuncta sunt, quia nec virtus sine consilio esse utilis valet, nec consilium sine virtute.

tute. Quid igitur profunt qui per consilium præparantur, dum ad prælium per fortitudinem non procedunt? De Manahen dicitur supra cap. 15. *quod ingre- diens ciuitatem Thapsam, interfecit omnes prægnantes eius, & scidit eas.* Prius quæ pacis erant roganti, *Non- luerunt aperire ei.* Per prægnantes intelliguntur qui desideria bona concipiunt, & opere non compleunt.

Desideria excæcant oculos mentis.

4. **R**EGVM cap. 25. *Apprehensumque regem adduxerunt ad Regem Babylonis in Reblatha.* **GREGORIVS.** lib. 7. *Moral. cap. 13.* Cum sacra Scriptura Sedechia captiuitatem narrat, ordinem captiuitatis internæ denunciat. Rex quidem Babylonis est antiquus hostis possessor intimæ confusionis, qui prius filios ante inuentis oculos trucidat: quia sæpe sic bona opera interficit, vt hæc se amittere ipse qui captus est dolens cernat. Nam bona gignit plerumque animus, & tamen carnis suæ delectationibus victus, bona quæ genuit, amans perdit, & quæ patitur damna considerat. Nec tamen virtutis brachium contra Regem Babylonis leuat, sed dum videns nequitia peccatorum percutitur, ad hoc quandoque peccati vsu producit, vt ipso quoque rationis lumine priuetur. Vnde Babylonis rex extinctis prius filiis, Sedechia oculos eruit, quia malignus spiritus, subductis prius bonis operibus, post & intelligentiæ lumen tollit, quod rectè Sedechias in Reblatha patitur. Reblatha quippe multa hæc interpretatur. Ei enim quandoque & lumen rationis clauditur, qui prauo vsu ex iniquitatis suæ multitudine grauat.

DESPERATIO.

Non desperandum. 1. 2. 6. 9. 11.

Desperatio peccatum in Spiritum sanctum. 3.

Non desperandæ de emenda, nec de auxilio Dei. 4. 5.

Qui peccatorem desperare fecerit, dignus est morte. 7.

Desperatio graue scelus. 8.

Desperantes necessario condemnantur. 10.

Non desperandum.

RACIAMVS hominem ad imaginem & similitudinem nostram. **GENES. 1.** **ORIGEN.** Saluator noster, qui est imago Dei, videns hominem deposita sua imagine, maligni imaginem induisse, misericordia motus, imagine hominis assumpta venit ad eum, in similitudinem hominum factus, &c. Semper ergo intueamur istam imaginem Dei, vt possimus ad eius similitudinem reformari. Si enim ad imaginem Dei factus homo, intuens imaginem diaboli, propter peccatum similis eius effectus est, contra propriam naturam; multo magis intuens imaginem Dei, ad cuius similitudinem factus est à Deo per verbum, & virtutem eius, recipiet formam illam quæ data ei fuerat per naturam. & nemo desperet videns similitudinem suam magis esse cum diabolo quàm cum Deo, posse se iterum recuperare formam imaginis Dei, quia [non veni Saluator vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam.] **MATTHÆUS** imago diaboli erat, sed veniens ad imaginem Dei, Dominum & Saluatorem nostrum, & sequens eam, transformatus est ad similitudinem imaginis Dei. **IOHANNES** & **IOHANNES**, piscatores, imaginem diaboli & similitudinem gerebant, sed sequentes & illi imaginem Dei, similes facti sunt ei. **PAULUS** ipsius imaginis Dei persecutor erat: vt autem potuit decorem eius & pulchritudinem contueri, visa ea, in tantum ad eius similitudinem reformatus est, vt di-

ceret: [An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? [Denique de omnibus quæ saluabuntur, dicitur *Rom. 8.*] Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imagini filij sui.]

Idem.

GENES. 3. *Adam tibi est INTERLU & RABANVS.* Hic ostenditur quia qui à fide, vel bonis operibus ad mendacia sua desideriaque labuntur, non despiciat illos Deus, sed adhuc vt redeant, penitentiam vocat, quia [non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & uiuat.] Ergo non est desperandum de quibuslibet peccatoribus, dum & ipsi impij ad spem indulgentiæ prouocantur.

Desperatio, peccatum in Spiritum sanctum.

GENES. 4. *Dixitque Cain ad Dominum: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* **BERNARDVS.** Serm. 11. super cantica. Mentiris Cain, maior est enim, Dei pietas, quàm quæuis iniquitas. **GLOSSORD.** Culpam exaggerat, sed superbe confitetur, nec veniam flagitat sed peccata peccatis adiciens, desperat, nec credit se veniam posse adipisci, quæ est blasphemia [in Spiritum sanctum, quæ non remittitur, neque in hoc seculo, neque in futuro.] Quia putat Deum, aut nolle dimittere, aut non posse, tanquam omnia que non possit, aut inuideat hominis salutem.

Non desperandum de emenda.

GENES. 9. *Nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluuij, nec erit deinceps diluuium dispersans terram.* **AMBROSIO.** id est, non erit tale diluuium, quo terra omnis corrumpatur. Ostendit enim diluuium futura, sed non talia quibus possit omnis terra corrumpi. Sensus autem hoc altior, habet: quod iam prouidentia futura sit Domini ne tantum sit diluuium corporalium passionum, vt anima omnis intereat. Non audeo autem dicere, quia videtur Dominus statuere quod nullius anima possit penitus interire, quia homicida, adulter,] &c. condemnabitur, & regnum Dei non possidebit. Vnde magis illud arbitror, quod prouocet Dominus Deus, ne si quis leuius alias habeat passiones, penitus diuinam desperet gratiam, nec omnimodis victurum se esse, diffidat. Sed etiam si est luxuriosus, nec potest studium vitare luxuriæ, ab adulterio studeat tamen temperare.

Non desperandum de auxilio Dei.

GENES. 19. *Nec possum in monte saluari, ne forte apprehendat me malum, & moriar. Est ciuitas hec iuxta, &c.* **RYPER.** Hoc planè illud est quod videmus, plerisque nimium conscios infirmitatis suæ, nõ audere altius propositum arripere, ne deficiant fortè sub onere, non audientes Scripturam dicentem: [Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem.] Item illud: [Viriliter agite, & confortetur cor vestrum. Mons igitur religio est, de qua dicitur, [In monte saluum te fac, & nõli respicere post tergum,] &c. Segor verò ciuitas parua, quæ indulgetur vita secularij est, pro qua opus est, vt suscipiat Dominus intercessorum preces, dicitur enim: [Etiam in hoc suscepi preces tuas,] &c. Mons religionis, hinc præeminet.

Non desperandum.

EXOD. 15. *Demorauit eos terra.* **ORIGENES.** Si quem videris luxuriæ carnis, & voluptatibus corporis deditum, in quo animus nihil valet, sed totum libido carnis obtinuit, dicito & de hoc, quia demorauit eum terra. Neque tamen penitus desperandum est; possibile namque est, vt si fortè respiscat, qui

qui deuoratus est, rursum possit euomi, sicut Ionas. Sed & omnes nos puto, quod aliquando terra deuoratos in inferni penetralibus detinebat: & propterea Dominus noster descendit, non solum vsque ad terras, sed & vsque ad inferiora terræ, & ibi nos inuenit deuoratos, sedentes sub umbra mortis, & inde educens, non iam locum terræ, vt iterum deuoraremur, sed locum præparat nobis regni celorum. Propterea addit: *[Et portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum. Vide verbum, mundus, num. 12.]*

Qui peccatorem desperare fecerit, dignus morte est.

7. **EXOD. 22.** *Si effringens fur domum, &c. Percussor non erit reus sanguinis: quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrabit, & ipse morietur.* RADVLPH VS. Fur qui domum alienam effringit, aut suffodit, ille est qui proximi sui conscientiam, aut vi aliqua, aut praua suasionem corrupens, innocentiam thesauram conturbat subtrahere. [Ex his sunt (ait Apostolus) qui penetrant domos, & captiuos ducunt mulierculas oneratas peccatis.] Hunc furem quisquis sub noctis tenebris percussit, innocens erit. Quia quantum prauitatis suæ cæcatur caligine, quisquis eum morte dignum pronunciauerit, non peccabit. Hoc est enim occidere eum, quomodo Iob dicit Deo: [fordibus intinges me] id est, intinectum monstrabis. *Si verò orto sole hoc fecerit, &c.* Quia si peccatori Sol iustitiæ ortus fuerit, & affectum veræ poenitentiae ei infuderit, quisquis ab spe veniæ eum exclusit, desperationis mucrone furem perfodiens, homicidium perpetrabit, ideoque & ipse mortis sententia dignus erit.

Desperatio graue scelus.

8. **CYRILL. IEROSOLYMITAN. Catechesi 3.** Graue scelus non credere spem poenitentiae. Qui non expectat salutem, temere peccata accumulât; at qui sperat medicinam, deinceps sibi temperat. Latro enim qui non sperat condonationem, deuenit in contumaciam: qui verò sperat remissionem, per sepe poenitentiam suscipit. **CHRYSOST. Homil. 6. de poenitentia.** Nihil desperatione deterius: si quis enim desperauerit ob peccata, peccans non recurrit ad sanitatem. An non vides medicos, si de salute aegrotantis diffidant, non iam curare? Dicunt enim quod malent infirmitati dare, sed non vltiorem suscipit morbus curam. Artis enim industriam morbi malicia vincit. Hæc dicunt qui de aegroti salute desperant. si verò sanitas expectatur, omnia faciunt, aegroti salutes afferunt medicinas. Pari modo si quis peccatis desperando cesserit, quasi non super sit poenitenti salus, se se maius in malum stimulat. Et tu ergo si noueris peccanti ad ipsam peccati summam, cæde scilicet & adulterio, medelam accessisse, & sanitatem, tamen si millies peccaueris, confessione te excita.

Non desperandum, probatur exemplis.

9. **CHRYSOST. Homil. vltima ad populum Antiochenum.** Non est tam graue pugnans vulnere, quam post vulnus desperare. Nullus mercator postquam naufragium fecit, licet mercimonium amiserit, desistit nauigare, sed denuo mare pertransit, & longos per nauigat sinus, & pristinas recuperat diuitias. Frequenter athletas cernimus post multos lapsus coronatos. Iam verò miles quoque qui fugit, postea se strenuum exhibet, & hostes superat. Eorum quoque multi, qui propter tormentorum pauorem Christum negauerant, denuo tamen inierunt, & cum Martyrij recessere corona. Quod si prædictorum quisque post primum vulnus desperasset, secundis potitus præmiis nunquam fuisset. *Idem Homil. 40.*

Operis imperfecti. Sicut infirmus donec mediocriter habet aliquam passionem, & sperat se posse curari, seruat se à nociuis elcīs: si autem intellexerit insanabilem se iam esse, iam non parit: sic & homo, donec mediocriter peccat, sperat salutem, quantumcumque potest obseruat se à malo: si autem grauius peccando cœperit desperare, iam nihil dubitat facere, quasi qui iam peccatis suis vincit iudicium Dei.

Desperantes necessariò condemnantur.

10. **CLIMACVS, De discretione gradu, 26.** Sicut impossibile est mortuum incedere: ita impossibile est, eum qui desperauerit, saluari. **AVGVSTIN. lib. 58. Homiliarum, homil. 27.** Quomodo qui sibi collum ligant, inde se occidunt, quia non ad eos intrat spiritus aëris huius: sic illi qui desperant de indulgentia Dei, ipsa desperatione intus se suffocant, vt eos Spiritus sanctus visitare non possit. **CHRYSOST. in Epistol. ad Galat.** Vt qui se subducit malis, non criminacionem meretur, sed coronam promeretur: ita qui violenta morte, seu laqueo, seu aliis modis, vitam abruptit, hunc haudquaquam æquum fuerit in crimen vocari, iuxta vestram sententiam?

Non desperandum, exemplo Dauid.

11. **CHRYSOST. homil. 27. in Matth.** Dauid post peccatum, non decidit animo, non desperauit, non tantis vulneribus à Diabolo percussus, quasi victus humi se resupinuum prostrauit, sed maiora quam accepit, intulit vulnera. Ita non aliter factum est, quam cum à barbaro quidam in acie fortis vir emisso telo periculose percussus, nec id semel, sed iterum, atque grauius percussus non cesserit, sed vndique sanguine perfusus magnò in hostes impetu ruerit, confestimque trucidauerit: Ita Dauid quanto magis saucium dices, tanto maioris illius animi ostendis, qui postquam ita miser deprehensus fuit, atque deiectus, velociter surgere, atque ante primam aciem stare, percussoremque ipsum humi sternere potuit, quod quale quantumque sit, hi maxime non ignorant, qui in summas pectorum arumnas deciderunt. Nō enim ita magni excelsiq; animi ego iudico, si cum rectè vadas, iter tuum felici cursu perficias. Habes enim dum curris, spem optimam quæ te hortatur, incitat, roborat ac vires addit. *Idem ibid.* Naclerus mille maria præteruectus, multis tempestatibus elapsus, & procellis, naufragio tamen in portu facto, siquidem inde nudus effugerit, lubens nunquam, vel mare, vel nauigium viderit, latitatus potius & mendicaturus, quam remigaturus, aut ad priora reditatus pericula. At non ita Dauid naufragus, & propemodum submersus, non desperauit.

DEVOTIO.

Deuotio etiam impossibilia petendo, non errat. vide, contemplatio. num. 4.

Deuotio etiam in aduersis. 1.

Deuotionis affectus erga diuina. 2. 6. 7.

Deuotionis affectus potentior quam carnis. 3. 4. 5.

Deuotio quid sit, & est triplex. 8.

Deuotio etiam in aduersis.

1. **GEN. 13. Reuersus est per iter quo venerat, scilicet Abram, &c. in loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini.** **INTEL. Cultoribus Dei licet nox instet, & persecutio, non refrigescit tamen diuini cultus intentio.** **LIPOMAN.** Vbi prius adorauerat, iam nunc peri

periculis erutus redit illuc, Domino gratias dicturus de saluo reditu suo.

Deuotionis affectus erga diuina.

2. **GENES. 22. Igitur Abraham de nocte consurgens, strauit asinum suum, &c. Cumque concidisset ligna in holocaustum, &c.** **AMBROS.** Docemur hic parata omnia ad sacrificium Dei ferre. Discimus etiã apparatus sacrificij, & ministerij munus ipsi nobis vendicare, non delegare aliis. Senex Abraham, & diues pecoribus, atque abundans seruitiorum, non quasiuit comitatus sui agmina: ipse quoque ligna concidit, & obsequia maiora viribus suis non intemisit. **AVGVSTIN.** Ideo autem Abraham iubetur filium occidere, vt manifestetur mundo, qui iam notus fuerat Deo: demonstrare cunctis hominibus deuotionem voluit, qui parricidium vt fieret, imperauit. **ORIGEN.** Non deliberat, non detrectat, non communicat cum vilo hominum consilium, sed statim occupat iter. **RVPERT.** Mox audito iubentis imperio, non sequentem expectauit diem, vel saltem ortum surgentis auroræ, sed vicino obedientiæ pede tarditate pati nesciens in faciendo, & feruens mentis promptitudine, ad obtemperandum de nocte surrexit.

Deuotionis affectus potentior quam carnis.

3. **GENES. 22. Deus prouidebit sibi victimam holocausti, sibi.** **CHRYSOST.** Ignarus insinuat iterum quod futurum erat: solatur autem verbis filium, qui maiorem grauioremque dolorem perferebat, verba in animo versans, & cogitans pueri elegantiam externam, internamque pulchritudinem, obedientiam, gratiam, ætatis florem. **AMBROS.** Vide quomodo inflexibilis à studio deuotionis minister vocare filium frequenter non timet, ita erat intentionis soliditate fundatus, & hoc se meliorem patrem putabat, hoc sibi in perenne mansurum iudicabat filium, si eum immolaret Deo.

Idem.

4. **IBIDEM. Cumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum.** **ZENO Episc. Veronens.** Securus de fide generis sui pater, filio tandem secretum patefecit, quia se Dominus postulasset. Lætatus est puer, patre fideli ipse quoque fidelior. Nec recusabat mortem, quam Deus, qui vitam dederat, imperabat. Lætatur pater, filio quoque gaudente, & cum gaudio, vnicuique pignoris alligat manus, quas ille vincendas libentius offerret. Pedes quoque constringit, ne in exitu mortis concitata victima calcitraret. Securus enim pater optimus timuit ne dolori aliquid liceret in morte. O fratres, secura deuotio, o pater fidelissime. O qui seruum Domini ita se esse meminerrat, vt patrem se esse nesciret. Vbi sancte Pater sunt lacrymæ? vbi dolor? In tantis filij casibus lætatur, & se Dominum promeruisse triumphat. **CHRYSOST.** Consideremus quomodo non euolauerit à corpore eius anima, quomodo potnerit vincula innectere, & lignis imponere tam dilectum, tam amabilem vniuentum? Sequitur: *Extenditque manum, & arripuit gladium vt immolaret filium suum.* Vtrum admiretur & obstupecam iustius, fortissime spiritum Patriarchæ, an pueri obedientiam, quod nec reluctatus est, nec factum ægre tulit, sed obtemperauit his quæ à Patre facta sunt? & sicut agnus cum silentio super altare accubuit, expectans Patris dexteram? **ZENO Episc. Veronens.** O nouum spectaculum, ac verè Deo dignum, in quo dissimulare difficile est, vtrum sit potentior sacerdos, an victima. Non percussoris, non percussoris

claudicat color, non membra timore vibrantur, nemo rogat, nemo trepidat, nemo se excusat, nemo turbatur. Ille exerit gladium, iste ceruicem vno voto, vna deuotione. Ille lignum quo vratur, sibi portat, iste aram fruit. Sub tanto natura metu læti sunt, soli cedit affectus pietati, pietas religioni, sicut vtrisque religio. Ambo igitur gloriæ claritatis exemplum, ambo Dei cultus admirabile seculis testimonium. Felix orbis fuerat (fratres) si omnes sic fierent parricidæ.

Idem.

5. **IBIDEM. Ecco Angelus Domini de celo clamauit, dicens, Abraham Abraham, &c.** **AMBROS.** non semel tantum vocauit, sed geminatione vltus est, vt superetur impetus Iusti, nec aut non plene audiret, aut fortuitam vocem putaret. Sic reuocauit quemadmodum imperauit. Repetiuit vocem, tanquam veritus ne preueniretur studio deuotionis, & vna vox impetum ferientis reuocare non posset. *Ne extendas manum tuam super puerum, nec facias ei quidquam.* Quasi diceret: Affectum tuum inquisiui: non factum exegi. Tentavi mentem tuam, si etiam filio dilectissimo non parceres, propter me. Non aufero quod donauit, nec heredem in iudeo, quem largitus sum non habenti. *Hæc Ambros. AVGVSTIN. serm. de tempore.* Videte, fratres, Abraham patientia fortem, deuotione constantem, non cum fera aliqua lucantem, sed cum natura pugnans. Deuotio dicebat: Percute. Pietas clamabat: Parce. Hæc reuocabat, illa prouocabat. Sed qui iusserat vt fieret, modò vociferatur, vt parceret. Parce, inquit, deuote Pater, parricida sine crimine, parce. Tuum sacrificium quod paraueras, intendi. Ego, quod iusseram, vt si obtulisses, accepi. In voto probaui, quod in facto renui. Ecce spirituali præfatio, meum præuenisti consilium. Quod enim paraui pro toto mundo, tu iam deliberasti in filio tuo. Quod in vnigenito meo disposui, tu in tuo vnico perfecisti. **ZENO Episc. Veronens. Sermon. 5. de Abraham.** Eo ferro mactauit arictem, quo filium percute re iam parabat. A filio ad agnum transtulit dextram, semper lætatus & gaudens, nec mutatus est vultus eius, cum esset victima commutata. Cum tanta lætitia arictem obtulit, cum quanta obtulerat & filium. Vbi enim fides fuit, non erat dolor. In illo sacrificio solus Deus doluit, quia aliam victimam procurauit, scilicet, filium suum: Nam Abraham cum filio sic probatus est à Deo, vt non postulans, misericordiam mereretur.

Deuotionis affectus erga diuinitas.

6. **PARALIPOMENON 31. Pars autem regis erat, vt de propria eius substantia offerretur holocaustum mane semper & vespere, &c.** **LYRAN.** Hoc fecit Ezechias ex propria deuotione, quia tota communitas debebat talia ministrare. Hæc erat pars eius, hæc portio, hæc delicia.

Idem.

7. **REGVM 23. Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas mea: nec est quidquam ex ea quod non germinet.** Est modus loquendi (ait **LYRAN.**) qui apud Hebræos vocatur decurtatus, scilicet quando loquens, non exprimit totum conceptum suum, quod maxime contingit quando loquitur ex excessu deuotionis, sicut Dauid erat in presenti. *Cuncta, inquit, salus mea.* supple, dependet, & expectatur à Deo. *& omnis voluntas,* id est desiderium meum, supple, tendit in ipsum. *Nec est quidquam, quod ex ea non germinet.* Quod fit quando ex voluntate nihil procedit deliberatè quod non ordinetur in Deum. Iuxta illud:

[Omnia in gloriam Dei facite.] In tali statu erat Dauid, quando dixit ista verba.

Deuotio quid sit, & est triplex.

HVGO de sancto Victore, super illud Proverb. 3. *Lignum vite est his qui apprehenderint eam, &c.* Deuotio est feruor bonæ voluntatis, quem mens cohibere non valens, certis manifestat indicis. Hæc diuiditur in tria, in zelum, & compassionem, & beneuolentiam. Zelus est dum pro amore iustitiæ defensorem se offert animus, calumniam veritatis pati non sustinens. Compassio est, quando alienis miseris condolemus. Beneuolentia est, quando prompta voluntate beneficia rogata annuimus.

DEVS NOSTER.

Deus vnus, & Trinus. vide, Trinitas.

Deus Lux est. 1. 2.

Deus quare in caligine videtur. 3. 4.

Deus Ignis est. 6. 7. 40.

Deus incomprehensibilis, & ineffabilis. 8. 143. 158.

Proprium Dei est, Esse. 9. 10.

Deus æternus. 9. 10.

Nomen proprium Dei, Qui est. 10.

Deus, principium & finis. 11. 12. 13.

Deo attribuenda bona nostra. 12. 13. 15. 136. 153. Deus non est author peccati, est tamen ordinator. 14. 144. 145. 146.

Deus qualiter ad peccatum concurrat. 16.

Dei voluntati seruit humana astutia etiam contradicens. 17. 18. 19.

Deus specialiter dicitur esse iustorum. 20. 21.

Dei imago quare dicitur homo. 22. 23. 24. 25.

Dei similitudo in quo consistit. 24. 26. 27.

Deus ubique presens est. 28. 30. 137.

Iustitia vera coram Deo. 29.

Dei presentia ad perfectionem inuatur. 31. 32. 33. 34.

Deus habitat in nobis in templis & in carne. 35.

Deus adiutor in tribulatione. 36. 37. 38. 39. 153.

Deus multipliciter ostenditur. 41.

Dei mysteria non curiose scrutanda. à num. 42. vsque 47. inclusiue.

Deus summum bonum. 48.

Deus solus animam satiat. 49.

Dei omnipotentia. 50. 51.

Deus solus Creator. 52.

Deus solus miracula facit. 53.

Deus qualiter loquatur. 54. 55. 56.

Dei liberalitas, & magnificentia erga hominem. 57. 58. 131. 134. 148. 149. 154.

Dei misericordia erga peccatores. 58. vsque ad 70.

72. 73. 76. vsque 80. 83. 95. 150. 151. 152. 156.

Dei misericordia erga omnes. 66. 71. 74. 81. 82. 109. 135.

Deus propensior ad misericordiam quam ad iustitiam. 74. 75. 96.

Deus castigat cum misericordia. 84. vsque 88. 90. 96. 133. 159.

Dei misericordia, & iustitia simul. 89. 91. 92. 93. 94. 96. 97. 118.

Dei iustitia contra peccatores. 98. 99. 101. vsque 107. 114. vsque 117. 132. 160.

Deus quare priores præuocatores sic puniuit. 100.

Deus qualiter puniat filios pro parentibus. 108. 109. 110. vsque 113.

Deus qualiter dicitur requiescere, & cognoscere. 119. 120.

Deus qualiter dicitur dormire. 121.

Deus qualiter dicitur penitere. 122. 123.

Deus non est acceptor personarum. 124. 125. 126.

Deus qualiter tentet. 127. 128.

Deus qualiter odio habetur à peccatoribus. 129.

De Deo nobis gloriantium. 130.

Ira Dei perturbatione caret. 132.

Ira Dei summa aliquando misericordia. 133.

Deus qualiter dicitur venire, vel recedere. 137.

Deus qualiter dicitur descendere. 138.

Deus quandoque fugam simulat, ut auditiùs reuocetur. 139. 142.

Simplici animo Deus querendus. 140.

Deus mons in se, vallis hominibus est effectus. 141.

Deus omnia intuetur. 147.

Deus cum munere etiam dignitatem præbet. 155.

Deus vincit cum indicatur. 157.

Deus Lux.

GENES. I. *Fiat lux, & facta est lux.* AMBROS. Erat quidem Deus ipse in lumine, quia [lucem habitat inaccessibilem, & erat ipse lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] Sed etiam lucem fieri voluit, quæ oculis corporalibus comprehenderetur.

Idem.

GENES. I. *Factum est vespere & mane dies vnus.* AUGUSTIN. Primus dies incepit à luce meridiana, vsque ad finem mane sequentis diei; quia decebat omnibus modis vt dies à luce inciperet, & in mane sequentis diei tenderet. Vt opera eius qui est lux vera, & in quo tenebræ non sunt vllæ, à luce inchoata, & in luce completa significarentur. RVPERT. super illud Genes. 3. *Cum audissem vocem Dei deambulantis in Paradiso ad auram post meridiem.* Notandum, inquit, quod non post noctem, sed post meridiem Dominus Deus excitatus deambulasse dicitur. Dominus enim Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Proinde siue cum vigilat, siue cum nobis dormit, nunquam noctem, sed semper habet meridiem.

Deus lux cum sit, quare in caligine videtur.

EXOD. 20. *Moyse autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus.* GREGOR. NYSS. Quid autem significat quod in caligine Moyse Deum prospexit? Contrarium enim id quodammodo videtur primæ visioni. Nam tunc in luce, nunc in caligine Deum videt. Per hanc historiam diuersitatem docemur, quod veritatis cognitio iis lux est, à quibus primò percepta est. Verum mens hominis ad maiora semper & perfectiora procedens, quanto magis ad Dei speculationem accedit, tanto magis perspicit quod diuina natura inuisibilis atque incomprehensibilis est. Nam cum reliquerit non solum omnia, quæ sensu percipiuntur, verumetiam cuncta quæ mente inspicuntur, ac semper ad interiora progrediatur: tunc caligine vndique circumscriptus, in visibili & incomprehensi-

prehensibili, Deum videt. In hoc enim consistit Dei vera cognitio, in hoc est eius visio, vt videas quod videri non possit, quodque omnem cognitionem cognitio eius excedit. Quapropter diuinus Ioannes, qui in splendidissimam hanc caliginem peruenerat, non dubitauit exclamare: [Deum nemo vidit vnquam.] Non solum hominibus sed intellectuali omni creaturæ impossibilem diuinæ substantiæ cognitionem, hac negatione determinans. Quare Moyse etiam cum virtutibus maior factus fuit, tunc confitetur in caligine Deum vidisse, id est, tunc demum cognouisse illam esse diuinam naturam quæ cogitationem & cognitionem omnem excedit. & Propheta canit de Deo: [Qui posuit tenebras latibulum suum.]

Idem.

IBIDEM HIERON. super Psalm. 95. Dominus autem in lumine aut in caligine est. Incipientibus enim simpliciter loquitur: qui verò perfecti sunt, illis mysticè loquitur. Denique Apostolis nõ loquebatur, quasi turbis, sed intrinsecus loquebatur. Vnde dicit: [Qui habet aures audiendi, audiat.] Vnde hoc quod dicitur: [Nubes in circuitu eius,] hoc est, mysteria in circuitu eius. & in Exodo, solus Moyse ingressus est caliginem, & populus stabat deorsum, quia non poterat omnis populus Dei scire mysteria quæ solus poterat nosse Moyse. D. THOMAS, super 1. ad Timoth. 6. lect. 3. Apostolus dicit, quod Deus [lucem habitat inaccessibilem.] & in Psalm. dicitur: [Nubes, & caligo in circuitu eius.] & in Exodo [Moyse accessit ad caliginem, in qua erat Deus.] Qualiter hæc possunt intelligi? Respondet DIONYSIVS. Omnis caligo est inaccessibile lumen. Est ergo idem quod hic lumen & ibi caligo. Sed caligo est in quantum non videtur, lumen verò in quantum videtur. Sed aliquid est inuisibile dupliciter. Vno modo propter se, sicut opaca: alio modo propter excedentiam eius, sicut sol ab oculo nocturæ. Sic quædam sunt Solis nõ conspicua propter defectum sui esse, & quædam propter excedentiam eius, & sic Deus nobis est inuisibilis.

Idem.

IBIDEM GREGOR. Turba populi allegoriarum caliginem non valet penetrare, quia valde paucorum est spiritualem intelligentiam rimari, quia ergo mentes carnalium, sola sæpe historia pascuntur, loquente Deo, sterit populus de longè: quia verò spirituales quique allegoriarum nubem penetrant, vt spiritualiter Dei verba cognoscant, [Moyse accessit ad caliginem in qua erat Deus.]

Deus ignis.

EXOD. 3. *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis.* RVPERTVS. Queritur cur potius in flamma ignis quam in alia specie videri voluerit Deus? Quia quoties hominibus apparet, rebus ipsis congruam assumit speciem, propter quas apparere dignatur. Rectè igitur in igne, quod elementum forte ac lucidum est, Deus hic apparuit, fortitudinem suam quodammodo preparans. Vnde Moyse dicit: [Ego scio quod non dimittet vos Pharaon, vt eatis, nisi per manum validam.] & ad Pharaonem: [Iudicio posui te vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.] CAIETANVS. Perspicuum est quod Deus in liberando Israellem de Aegypto, fuit in ipso populo tanquam ignea flamma lucens multitudine prodigiorum, & ardens in eorum cordibus ad exeuundum de Aegypto, ita vt nullus remaneret. D. THOMAS, super Isa. 10. Non mirum videri debet, si Dominus Deus in flamma ignis seruo suo apparuerit, cum ipse ignis dicatur, [Ignis consumens

est Dominus Deus,] ait Moyses. & super epistolam ad Hebraeos cap. 12. lect. 5. *Ignis* Deus dicitur non propter hoc quod sit aliquid corporeum (secundum Dionysium) sed quia intelligibilia designantur per sensibilia. Inter quæ ignem reperimus habere maiorem nobilitatem, & maiorem claritatè, & maiorem actiuitatem, & maiorem altitudinem in situ. Item est magis subtilis, magis purgatiuus, & consumptiuus. Deus igitur præcipue nominatur ignis propter eius claritatem: quia [lucem habitat inaccessibilem,] & propter eius illuminationem. & [intellectum dat paruulis.] & [in lumine tuo videbimus lumen.] & affectum delectat. Tobie 5. [Quale gaudium est mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?] & actum dirigit. Isa. 60. [Ambulant gentes in lumine tuo.] Item calidus, quia viuificat. Job 39. [Tu fortitan in puluere calefacies ea.] Iherem. 1. [De excelso misit ignem in ossibus meis, & audiuit me.] Item Deus dicitur ignis propter eius maiorem actiuitatem. Isa. 26. [Omnia opera nostra operatus est in nobis.] Maxime leuis quod ad motum. Proverb. 16. [Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.] & in lib. Sapient. [attingit à fine vsque ad finem, & fortiter disponit omnia luauiter.] & cap. 8. [Attingit vbique propter munditiam suam, vapor est enim virtutis Dei.] Item altior est in situ. Psalm. 112. [Excelsus super omnes gentes Dominus, & quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat?] Item, est magis subtilis quantum ad substantiam, quia est spiritus. Ioan. 4. Spiritus est Deus quantum ad scientiam, quia penetrat. Hebr. 4. [Viuis est sermo Dei, & efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti.] Quantum ad apparentiam, quia inuisibilis. Job 28. [Vnde ergo Sapientia, &c. abscondita est ab oculis omnium viuentium.] Item est magis purgatiuus, Eccles. 3. 8. [Vapor ignis vrit carnes eius, & in calore fornacis concertatur.] Hebr. 12. [Ignis consumens,] scilicet peccata. Malach. 3. [Ipsè enim quasi ignis conflans,] &c. [Et purgabit filios Leui.] & ad Hebr. 1. [Purgationem peccatorum faciens.] Item consumit peccatores puniendo. ad Hebr. 4. [Terribilis est quadam expectatio & ignis amulatio, quæ consumptura est aduersarios.] & in Psalm. 96. [Ignis ante ipsam præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.] Deut. 32. [Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.] Hæc ex vtroque loco D. Thomæ.

Idem.

IBIDEM, RVPERTVS. Deus noster ignis quidem est consumens. Verumtamen igni clementario multum dissimilis. Ignis namque corporeus res ipsas comburit quibus continetur, procul autem positus innocuus est. Deus autem noster verus & perpetuus ignis suam è contrario naturam, vel potentiam exercit. Nam illis intra quos est, non solum innocuus, verumetiam salutaris, & clementissimus est, longè autem positus & dignè appropinquare nolentibus, nimium damnosus existit, de quibus Propheta: [Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.] Quod in beata virgine clariùs conspici licet. Totus enim hic ignis diuinus nonem in vtero eius mensibus habitauit, & lenem carnis eius stipulam, siue scenum, non solum non combussit, verum etiam maiori cum virginitatis honore gratiàque illustrauit. Item in Christi humanitate, habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, ignis hic diuinus, & quanto quis per fidem propius accedit ad templum huius æterni ignis, tanto decentius illo igne fulgescit. E contrario autem quanto longius, siue iudeus, siue Paganus, siue hæreticus, abest, tanto citius vt cera liquebit, cum ignis ille apparerit.

Deus incomprehensibilis & ineffabilis.

8. GENESES. 32. Cur queris nomen meum, quod est mirabile? CYRILLVS. Quarenti Jacob nomen eius, nullum sibi proprium nomen refert, quia Deus multiplici nomine nuncupatur. Nullumque ei proprium nomen assignari potest. INTERL. Quia incomprehensibilis est Deus. GREGORIUS. 20. Moral. cap. 24. super illud Genes. 6. Penituit eum quod hominem fecisset. In Scriptura sacra cum in Deo aliquid indignum dicitur, mouetur legentis animus, velut si aliquando de Deo aliquid dignum dicitur. Pone omne quippe quod de Deo dicitur, eo ipso iam indignum est, quo potuit dici. Nam cuius laudi non sufficit obtupescens conscientia, quando sufficit loquens lingua? Vnde ut Spiritus sanctus nobis insinuet quam sint ineffabilia, summa & diuina, his etiam verbis nonnunquam de Deo utitur, quae apud homines habentur in vitio. Ut ex his quae indigna videntur hominibus, & tamen dicuntur de Deo, admoneamur quod nec illa iam Deo digna sunt, quae dum digna habentur apud homines, digna putantur Deo. Poenitere igitur dicitur Deus, licet immutabilis sit. Quia quamuis rem mutet, consilium non mutat. Dum igitur ad verba mutabilitatis nostrae descenditur, ex eius quibusdam gradibus ascendat qui potest ad incommutabilitatem Dei. Vide, infra nu. 12.

Proprium Dei est, Esse.

9. EXOD. 3. Ego sum qui sum. &c. Qui est, misit me ad vos. HILARIUS. de Trinit. Admiratus sum plane tam absolutam de Deo significationem, quae naturae diuinae incomprehensibilem cognitionem aptissimum ad intelligentiam humanam sermone loqueretur. Non enim aliud proprium magis Deo quam esse, intelligitur. Quia id ipsum quod est, nec definitis est aliquando, nec cepti: & id quod incorruptae beatitudinis potestate perpetuum est, non potuit, aut poterit aliquando non esse. AMBROSIIUS. lib. 5. de fide cap. 2. Est & Christus & est semper. Qui enim semper est, est. Erat utique Gabriel, erat Raphael, erant Angeli, sed semper esse qui aliquando non fuerint, nequaquam pari ratione dicuntur. In Christo autem sicut legimus, non fuit est, & non, sed in illo fuit & est, est: vnde verè Dei solius est esse, qui semper est. HIERONIMUS. super epistolam ad Ephesios, cap. 3. Nunquid caetera non erant? Vtique Angeli, caelum, & terra, & ipse Moyses, cui Dominus loquebatur, & Israel, & Aegyptii erant. Nomen autem commune substantiae sibi vendicat Deus. Quia ut caetera, ut sint, Dei sumptere beneficio: Deus verò qui semper est, nec habet aliam de principium, & ipse sui origo est, suaeque causa substantiae, & non potest intelligi aliunde habere quod subsistit. Ignis absque calore intelligi non potest. Caetera autem quae ex igne calefiunt, calorem illius mutuuntur, & paulatim si ignis abcesserit, calore tenuato redeunt in naturam suam, & nequaquam calida nuncupantur.

Nomen Dei proprium, Qui est.

10. IBID. AVGVSTINUS. De eo quod dictum est: Ego sum qui sum. Esse nomen est incommutabilitatis. Nam quae mutantur desinunt esse quod erant, & incipiunt esse quod non erant. Esse autem verum non habet nisi qui non mutatur, scilicet ille cui dicitur: [Mutabis ea, & mutabuntur: tu autem idem ipse es.] & Iacobus cap. 1. [Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudo, adinis obumbratio.] Vnde idem est, Ego sum qui sum, ac si dixisset: Aeternus sum, mutari non possum, non sum creatura, non calum, non terra, non Angelus, &c. D. GREGORIUS. 18. Moral. cap. 33. Solus

veraciter est qui solus incommutabiliter permanet. Nam omne quod modò sic, modò aliter est, iuxta non esse est. Ut ergo in participatione Dei essentia aliquid simus, cognoscamus nosmetipsos, quia aliquid nihil sumus. BERNARDUS. lib. 5. de consideratione. [Qui est, misit me.] Nihil competentius aeternitati quae Deus est. Nam si bonum, si magnum, si Sapientem, &c. in hoc verbo instaurator, Qui est. Si centum talia addas, non recessisti ab esse, si ea dixeris, nihil addidisti, si non dixeris, nihil minuísti. In comparatione huius summi esse quiddam hoc non est, iudicabis potius non esse quam esse. D. THOMAS. 1. 2. part. quae 1. 13. art. 11. Hoc nomen qui est triplici ratione est maximè proprium nomen Dei. Primò, propter sui significationem. Non enim significat formam aliquam, sed ipsum esse. Vnde cum esse Dei sit ipsa eius essentia, & vnumquodque denominetur à sua forma, hoc maximè propriè nominat Deum. Secundo, propter eius vniuersalitatem. Omnia enim alia nomina, vel sunt minus communia, vel si conuertantur cum ipso, tamen addunt aliqua super ipsum. Vnde quodammodo determinant ipsum. Vnde & Damascenus dicit quòd principalibus omnibus quae de Deo dicuntur nominibus est, Qui est. Totum enim in seipso comprehendens velut quoddam pelagus substantiae infinitum, & indeterminatum. Tertio, ex eius significatione. Significat enim esse in presenti, & hoc maximè propriè de Deo dicitur, cuius esse non nouit praeteritum, vel futurum, ut dicit Augustinus in 5. de Trinitate.

Deus, principium & finis.

11. GENESES. 1. Factumque est vespere & mane dies vnus. BASILIVS. Dicitur autem dies vnus, & non dies primus, ut ad futuram vitam, statimque futurum, nostram Moyses mentem erigat. Deus enim vnus est, vnicumque principium, qui seculi imago, qui dierum origo, qui lucis aequalis est. ORIGENES. & AVGVSTINUS. super illud Genes. 6. & in cubito consummabis eam. Ad vnum autem totius constructionis numerum summa renocatur. Quia vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus Dominus, & vna Ecclesia fides est, vnum baptisma, vnum corpus, & vnus spiritus, & ad vnum perfectionis Dei finem cuncta festinant.

Deo attribuenda bona nostra.

12. GENESES. 12. Et venit in terram, quam monstrauero tibi. CASSIANVS. collat. 3. cap. 3. & 6. Per hoc manifestè probatur, quòd initium nostrae salutis, Domini vocatio est, quòd consummatio perfectionis ac puritatis, similiter ab eodem tribuitur. Dicit enim, & venit in terram, &c. non quantum ex temetipso nosse, vel industria tua poteris reperire, sed quam ego tibi non solum ignoranti, sed etiam non inquiringenti monstrauero. Ex quo manifestè colligitur quòd quemadmodum inspiratione diuina promoti ad viam salutis accurrimus, ita etiam magisterio ipsius, & illuminatione deducti ad perfectionem summae beatitudinis peruenimus. Genes. 17. Ego Dominus omnipotens, Ambula coram me, & esto perfectus. RVPERTUS. Non iam hoc proficiendi praecipium, sed perfectionis, datum, idcirco rectè praemittit: Ego Dominus omnipotens, qui videlicet ut ambulet coram Domino Abraham, vel alius quis, & perfectus sit, hoc omnipotentia Domini, hoc omnipotentis Dei opus est. [Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est.] LIPOMANVS. super illud Genes. 9. Benedixit Dominus Deo Sem, &c. Non Sem, sed Deo eius benedixit iustus, ut intelligamus, omne bonum nostrum non nobis, sed Deo esse ascribendum, de cuius munere venit, ut sibi à fidelibus suis dignè & laudabiliter seruiat.

seruiatur. & super illud Genes. 11. Erat autem Sarai sterilis, &c. idem sic ait: Notandum sanctorum patrum matres omnes fere, natura steriles describi, ut significetur à solo Deo quae sancta sunt, proficisci. Tunc scilicet quando naturae infirmitas inclaruerit patenter, ne de naturae viribus gloriarètur aliquando Iudaei.

Idem.

13. EXOD. 25. Loquere filiis Israel, ut tollant tibi primitias. BEDA. Et nos primitias Domino tollimus bonorum nostrorum, quando si quid boni agimus, totum hoc diuinæ gratiae tribuimus veraciter, & ex intimo corde proficentes quòd ne initium quidem bonae actionis aut cogitationis, nisi à Domino possimus habere. Pelagianus primitias bonorum suorum non sunt Domino tollere, sed sibi metipsis possidenda retinere, quia se boni aliquid à seipsis absque gratia Dei habere stulta praesumptione autumant. Fide etiam Hieron. & Isidor. Verbo, decima, nu. 9.

Deus non est auctor peccati, est autem ordinator.

14. GENESES. 1. Et diuisit lucem à tenebris. AVGVSTINUS. Sciendum quòd Deus species & naturas rerum facit & ordinat, priuationes autem specierum defectuque naturarum non facit, sed ordinat tantum. Deus fecit lucem, non autem tenebras: quia nihil aliud sunt quam lucis priuationes. vtrumque tamen ordinauit, & lucem, & tenebras, cum diuisit lucem à tenebris. Sicut in cantando interpositiones silentiorum certis moderatissime interuallis, quamuis vocum priuationes sint, bene tamen ordinantur ab his qui cantare sciunt, & suauitati vniuersae cantilenae multum conferunt. Item vmbra in picturis eminentiora quaeque distinguunt. Sic & vitiorum nostrorum non est auctor Deus, sed ordinator: cum eo loco peccatores constituit, & ea perpeti cogit quae merentur, iustos autem & facit, & ordinat. Peccatores autem in quantum peccatores sunt, non facit, sed ordinat tantum. Ita & ipso faciente pulchra sunt singula, & ipso ordinante pulchra sunt omnia. Vnde sequitur: appellauit lucem, diem; & tenebras, noctem. Appellauit, id est, ordinauit lucem in diem, & tenebras in noctem. Ne aliquis intelligat esse aliam lucem quam diem, & alias tenebras quam noctem. CAIETANVS. Sic Moyses scripsit, ut ostenderet quòd Deus singularia non solum sensibilia, sed etiam priuationes quales sunt tenebrae, intimè & nominatim nouit, & proprio nomine vocat secundum illud: [Vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt.]

Deo attribuenda bona nostra.

15. EXOD. 13. Quidquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino. INTERLIN. Quidquid habueris vtilis, & perfecti operis, (non feminini, quod diligit Pharaos & nutrit) Domino, non tibi, accepta feras. Feminea enim & mollia deputanda sunt nobis duntaxat, non Deo. Exod. 35. Ambos eruditus Sapientia. AMBROSIIUS super Psalm. 118. Bebeleel, & Oliab fecerunt quae non didicerant, nec viderant, sed secundum ea quae eis spiritus Dei demonstrabat. RVPERTVS. Quis dubitat has & omnes eiusmodi artes esse Dei dona? Proinde in quocumque habeatur homine, diligendae sunt, admonendique sunt periti artifices, ut tamquam Dei talentum in lucrum animarum expendant, & ab eis Deus qui tribuit, est exacturus. BASILIVS. Propterea vae homini illi qui sapientiae prudentiaeque suae causam Deo auctori non adscribit.

Qualiter Deus concurrat ad peccatum.

16. GENESES. 45. Non vestro consilio, sed Dei voluntate hoc missus sum. RVPERTUS. Vestrum quippe

fuit consilium, ut nihil mihi prodesse somnia mea. Dei autem consilium ut facerem quae facta sunt. CHRYSOSTOMUS. Vide quomodo ipsemet & consolatur & excusat illos. Hae non solum audiamus nos, sed & imitemur, & ita solemur eos qui nos afflixerunt, non imputantes eis quae in nos adiuuerunt, & omnia magna ferentes beneuolentia, sicut admirandus iste. LIPOMANVS. Quasi diceret: Vestra quidem culpa venditus sum, sed prouidentia Dei in Aegyptum missus sum. Prohibet quidem Deus peccare, sed adeo bonus & omnipotens est, ut peccata nostra praordinet ad finem bonum. Siquidem venditio illa quantum ad substantiam actus à Deo fuit effectiue, à quo est omne esse, & agere. Obliquitas autem actionis, ut videlicet Ioseph moreretur, & periret, à voluntate fratrum inordinata. Deus autem recta intentione & salubri fine venditionem illam causauit, & fieri permisit, ut per exaltationem Ioseph, Aegypto & terrae Chanaan subueniretur. Nec permisit Deus venditionem illam fieri, nisi ex ea bonum hoc eligere voluisset. Idem super illud Genes. 50. Num Dei possunt resistere voluntati? Pro quo sciendum quòd voluntas Dei est ipsemet Deus. Nam quidquid est in Deo, Deus est. Cum ergo ipse sit infallibilis, & eius voluntas semper infallibiliterque impletur, sicut dicitur, Isa. 46. [Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet.] & alibi Ierem. 49. [Quis est iste pastor qui resistit vultui meo?] Signis autem diuinæ voluntatis, scilicet praecipio, prohibitioni, consiliis iniqui resistunt, & contraria faciunt. Quamuis ergo Ioseph venditio non fuerit à diuina voluntate, nec placita Deo, in quantum iniqua, & à voluntate fratrum peruersa, in quantum tamen actus fuit, & opus, ac via, & dispositio ad bona plurima, quae ex ea elicere decreuit Dominus, fuit à Deo, & placuit voluntati ipsius, nec potuit quis Dei propositum impedire, fratres tamen ipsi potuerunt, imò & debuerunt venditionem illam iniustam ut huiusmodi euitare. Exod. 9. Idcirco posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam. Apostolus Roman. 9. sic allegat hunc locum: [Quia in hoc ipsum excitauit te ut ostendam in te virtutem meam.] D. THOMAS. super hunc locum Paral. lect. 3. Alio modo potest intelligi excitauit te, scilicet in peccatum, ut deterior fias. Non quòd Deus in homine capset malitiam, sed permissiue, quia scilicet ex iusto suo iudicio permittit aliquos ruere in peccatum propter praecedentes iniquitates, iuxta illud: [Tradidit illos Deus in reprobum sensum.] Sed aliquid amplius mihi videtur in hoc esse intelligendum, quia videlicet instigauit quodam interiori mouentur homines à Deo ad bonum & malum. Vnde AVGVSTINUS. lib. de gratia & libero arbitrio. Dicit quòd Deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocumque voluerit, sine ad bona pro sua misericordia, sine ad mala pro meritis eorum. Ad bonum quidem Deus suscitatur, iuxta illud, Daniel. 13. [Suscitauit Deus spiritum iunioris.] Ad malum faciendum dicitur etiam aliquos suscitare, iuxta illud: [Suscitabo Medos qui sagittis paruulos interficiant.] Aliter tamen ad bona, aliter ad mala. Nam ad bona, inclinatur hominum voluntates directè, & per se, tanquam author bonorum; ad malum autem dicitur inclinare, vel suscitare homines occasionaliter, in quantum scilicet Deus aliquid homini proponit, vel interiori, vel exteriori, quòd quantum est de se, est inductiuum ad bonum, sed homo propter suam malitiam peruersè vitur ad malum, iuxta illud: [Ignoras quòd benignitas Dei ad poenitentiam te adducit, secundum autem duritiam tuam.] &c. & Iob 24. [Dedit ei Deus locum poenitentiae, & ille abutitur in superbia.] v. g. Deus quantum est de se instigat regem ad bonum. Puta ad defen-

defendendum iura regni sui, sed hoc instinctu malus homo abutitur secundum malitiam cordis sui, sicut dicitur de Assur, *Isai.* 10. [Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, &c. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita aestimabit, sed ad contumendum erit cor eius.] Hoc modo accidit circa Pharaonem, qui cum à Deo excitaretur, ad regni sui tutelam abusus est hac excitatione in crudelitatem.

Dei voluntati scriuit etiam humana sapientia contradicens.

17. **G**ENES. 39. *Inuenit gratiam coram Domino suo, & gubernabat creditam sibi domum, &c.* GREGOR. 6. *Moral. cap. 14.* Sapientes in sua sapientia & astutia Dominus comprehendit, quando eius consiliis humana facta etiam tunc congruè seruiunt, cum resistunt. Ioseph enim somnium viderat quoddam sol & luna se cum reliquis stellis adorabant, fratres autem inuidia moti, eum Ismaelitis vendiderunt: qui in Ægyptum ductus omni Ægypto prælatus est, ubi fratres ut mererentur alimenta percipere, eorum dispensatorem Ioseph compulsi sunt pronis in terram ceruicibus adorare. Ecce quomodo sapientes in ipsa sua sapientia vis diuina comprehendit. Ideo ab eis veditus fuerat Ioseph, ne adoraretur, & ideo est adoratus, quia venditus. Inde quippe coacti sunt Dei voluntatem peragere, unde hanc moliti sunt astute commutare: sic humana sapientia dum reluctatur, comprehenditur. Saul etiam cum Dauid subiectum quotidiano succrescere virtutis successu conspiceret, suam ei in coniugium filia spondit, atque in eius dotem centum dari ab eo Philistinorum præputia petiit, hac intentione, ut inimicorum gladiis traditus vitam finiret. Unde ei dicitur: [Non habet rex necesse sponsalia nisi tantum centum præputia Philistinorum, ut fiat ultio de inimicis regis.] Sed Dauid dispositionis intimæ fauore roboratus, centum se dare perhibuit, & ducenta præputia reportauit. Sicque Saul superatus est, & superna prouidentia in sapientia suæ consilio est deprehensus. Quia unde succrescentis militiæ vitam se extinguere credidit, virtutis eius gloriæ inde cumulauit. Hoc etiam electis contingere aliquando est videre. Prudenter quippe Ionas sapere voluit, cum ad prædicandum Ninuitarum penitentiam missus, prædicationis officium implere recusauit. Nauim petiit fugere in Tharsis elegit, sed protinus tempesta exoritur, & Ionas in culpa tempestaris deprehenditur, in profundum mergitur, certo fonte repente deuoratur, atque illuc gestante bellua peruenit, quod ire sponte contempsit. Et quia auctori suo obedire renititur, ad locum quod missus fuerat, suo reus carcere portatur. [Comprehendit ergo Dominus sapientes in astutia eorum:] quando & hoc in vsum suæ voluntatis redigit, per quod sibi voluntas humana contradicit.

Idem.

18. **G**ENES. 42. *Cumque adorassent eum fratres sui, &c.* RVPERT. Ille qui idcirco venditus est, ne sicut somniaratur, adoraretur, adoratur à fratribus suis. Idcirco adoratus est, quia venditus. Et Dei Filius qui idcirco reprobatus est ab adificantiis, ne ipse, sicut in parabola Euangelica prædixerat, fieret lapis in caput anguli, idcirco quia reprobatus & crucifixus est, factum est hoc à Domino, & est admirabile in oculis nostris. Namque Diabolus, in voluntate quidem aduersatur, & propterea Græco vocabulo dicitur *Satanas*, id est, aduersarius; actu autem sic seruit tanquam sit fidelis, ita cooperatur, & bonis proficit, tanquam adiuuare velit spiritum Domini. Unde Dominus de

ipso loquens Diabolo, ad beatum Iob dicit:] Nunc quid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum, (subaudi) ut ego: Igitur Diabolus, velut nolit, seruus est sempiternus. Vide verbo, *Diabolus*, num. 12.

Idem.

EXOD. 2. *Ecce descendebat filia Pharaonis, ut laueretur in flumine, &c.* LIPOMAN. Quem pater Rex persequitur ad mortem, illum Dominus per filiam nutriendum destinat. Sic solent studia impiorum velint nolint conuerti contra quam intendunt. Non enim est consilium contra Dominum. In tua aula Pharaon nutrire & educare cogitis eum qui saluaturus est eos quos tu persequeris, & te digna morte puniturus. AVGVSTIN. Dignum malitiae eius scelus est, ut filia prouisione periret, qui genitricem interdixerat parturire. Nouum miraculum genus fecit misericordia, filia parricidæ.

Deus specialiter dicitur esse Iustorum.

GENES. 9. *Benedixit Dominus Deus Sem, &c.* AMBR. 10. Deum filij sui. Sè dixit, eo quod Deus Iustus, iustus est hoc est Deus montium non vallium, qui gratiam habeant virtutis excelsa. CHRYSOST. *super illud Genes. 17. Ego Dominus omnipotens, ambula coram me, &c.* Alia litera habet: *Ego sum Deus tuus, esto probatus coram me, &c.* Magna grauitas dignitatis quæ Iusto tribuitur: qui totius mundi est Dominus, & vniuersi Opifex, Creator cæli, & terræ, dicit: *Ego sum Deus tuus, &c.* Vide, *Amor Dei erga homines*, num. 14.

Idem.

GENES. 17. *Sed appellaberis Abraham, &c.* ERIG. 21. *que partum meum in carne vestra in fides eternum.* CHRYSOST. Notandum quod & nomini Abraham litera additur, & circumcisio imperatur, ut ostendat Deus quod iustum illum patriarcham peculiariter possederit, & propter illud etiam eos qui ex illo nascituri erant, & sicut cum quis seruum possidet, nomen eius & figuram literis immutat, ut sciat quæ suus esse: ita & omnium Dominus in signum possessionis Abraham, & successorum eius, adiecta litera, & circumcisio declarat, quod electus eius populus futurus esset. *Idem* CHRYSOST. *super illud Genes. 31. Caue ne quidquam asserere loquaris contra Iacob.* Considera Dei prouidentiam. Non imperauit Laban ut ad propria reuertere; sed prohibet, ne vel verbis offendere Iacob conetur: ut discat per opera iustus, quantam sui curam gerat Deus. Nam si reuersus fuisset Laban, unde sciuisset Iacob, & uxores? Ideo permittit ei ut abeat, & lingua sua confiteatur quæ Deus dixit ad se, ut iustus maiorem alacritatem habeat, fiduciaque accipiat, & uxores discant quanto studio Deus Iacob curet: reiciantque errorem paternum & imitentur iustum.

Dei imago in quo consistat.

GENES. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* ORIGEN. Ad imaginem illius de quo scriptum est: [Candor est lucis æternæ, & figura substantiæ eius, id est Saluatoris, qui est primogenitus omnis creaturæ. Vide verbo, *Christi*, num. 73. 74. 75. AMBR. 0 s. *lib. de dignitate humane conditionis.* Primum, quod, sicut Deus vnus semper vbique totus est, omnia viuificans, mouens, & gubernans, sicut Apostolus confirmat, quod in eo viuimus, mouemur, & sumus; sic anima in suo corpore vbique tota viget, viuificans illud, mouens, & gubernans, tam in minimis membris, quam in maximis tota. Hac est imago vnitatis Dei, &c. Vide verbo, *anima*, num. 4.

Idem.

Idem AMBR. 0 s. Nunc Dei similitudine aliqua intellige. Sicut Deus creator, qui hominē ad similitudinem suam creauit, est charitas, est bonus & iustus, patiens atque mitis, mundus & misericors, & cætera virtutum sanctarum insignia quæ de eo leguntur: ita & homo creatus est, ut charitatem haberet, bonus esset, & iustus, patiens, &c. Quas virtutes quanto plus quisque in se ipso habet, tanto propius est Deo, & maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Si verò (quod absit) aliquis per deuiā vitiatorum ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degeneret, tunc fiet de eo; [Et homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.] Quapropter quisque diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam, & venerandam in seipso sanctæ Trinitatis imaginem agnoscat, honorumque similitudinis diuinæ, nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate meritorum habere contendat, ut quando appareat qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabilis que in seculo reformauit.

Idem.

23. **G**ENES. 1. *Faciamus hominem, &c.* GREGOR. 23. GNYSSEN. Æquale est hoc ac si diceret humanam naturam omnis boni factam esse participem, quod non ob aliam causam Deus creauit hominem, nisi quia bonus est, ut honorum suorum eum participem faceret: sicut sculptor qui ad viuum exprimit imaginem Cæsaris, insuper eam purpura vestit aliisque vestibus imperialibus: sic & humana substantia, quoniam ad aliorum regimen condebat, propter similitudinem regis vniuersorum, velut quedam imago animata componitur. ita ut per hæc omnia monstraretur dignitatem regiam genitam. Unde sequitur: [ut præsit piscibus maris, & volatilibus cæli,] &c. AVGVSTIN. Ut intelligamus in eo factum hominem ad imaginem Dei, in quo irrationalibus animalibus antecellit. CHRYSOST. Imaginem dixit de principatu, & dominio: quia Deus fecit hominem principem, omnium quæ sunt super terram. Et ideo Apostolus. *1. Corinth. 11.* de viro solum dicit, quod est imago Dei, de muliere autem, non: quia subiecta est viro. [Vir, inquit, non debet velare caput, cum sit imago, & gloria Dei, mulier autem gloria viri.]

Idem.

24. **I**BIDEM. *Faciamus hominem ad imaginem, &c.* EVCHEM. Inter imaginem & similitudinem hoc interest: quod imago Dei, omnium: similitudo, paucorum. Imago Dei anima peccatrix esse non delimit, ad Dei autem similitudinem, nisi anima fuerit sancta, non peruenit. Et ideo magnum quidem est, quod hominis mens facta est ad imaginem Dei per naturam. Hoc enim priuilegio animalia carent. Sed illud est multo præstantius, quod Deo assimilatur per gratiam, & quod tandem ei similitudo danda sit sui Creatoris in gloria. Unde [cum apparuerit, similes ei erimus.] ISTODOR. Ante peccatum dictum est: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Sed quia voluntariè peccauit homo, & virtutem perdidit, ideo infra non adiecit *similitudinem*, id solum dicit: *Et fecit hominem ad imaginem suam.* RVPERT. *Ad imaginem* id est, ut sit rationalis: *ad similitudinem*, ut sit rectus, Dei sectando iustitiam: horum altero, id est, rationalitate, carere non potest homo; alterum, id est, similitudinem, nisi per gratiam assequi non potest. Sed facultas rationis instrumentum est ad quadendam similitudinem Dei. Est ergo inexcusabilis, si

ad similitudinem Dei non peruenit tali præditus instrumento.

Idem.

IBIDEM. *Gemadus.* Hominem ad imaginem Dei esse hac ratione est intelligendum. Deus vniuersorum prouidentiam habet, homo quoque ex his nonnullis prouidet. Deus incircumscriptus, & omnibus præsens adest, & homo per cogitationem, momento temporis vbicumque voluerit, præsto adest. Deus vniuersorum rex est, homo quoque multarum rerum regnum tenet. Deus vniuersorum iudex est, homo quoque iudicaria potestate à Deo honestatus est. Deus inuisibilis, immortalis, & opifex. Nec humana natura his insignibus vacua est. Idem sentit THEOD. & addit: Deus propter diuinitatem Deus est, & dicitur. Item homo Deus dicitur, sed sola ac simplici appellatione. Denique homo, ut Dei imago, exemplar suum in quantum potest imitatur.

Dei similitudo triplex.

IBIDEM. *Bernardus lib. de Vita solitaria.* Triplex similitudo Dei est. Quædam quam nemo viuens nisi cum vita exuit, quam habet, & volens, & nolens, & qui eam cogitare potest, & qui tam hebes est ut non possit, scilicet quod sicut vbique Deus, & vbique torus, sic & anima in corpore, & sicut semper sibi similis Deus in dissimilia operatur: sic & anima vna cum sit, indistincte operatur in corporis sensibus. Hæc similitudo Dei, cum naturæ, & non voluntatis sit, nullius apud Deum momenti, nec meriti est. Est & alia magis Deo propinqua similitudo, utpote magis voluntaria, quæ in virtutibus consistit. Cum scilicet anima gestit summi boni magnitudinem quasi imitari in virtutibus. Super hanc autem est & alia similitudo Dei adeo propriè propria, ut non iam similitudo, sed vnitas spiritus nominetur. Cum scilicet homo sit cum Deo vnus spiritus, non tam vnitate volendi idem, quam aliud velle non volendi: iuxta illud: [Qui adhæret Deo, vnus spiritus sit cum Deo.] Hæc autem adhesio & vnitas dicitur Spiritus. Non tantum quia Spiritus Sanctus efficit eam, sed quia ipsa est Spiritus sanctus. [Deus enim Charitas est.]

Nullus similis Deo in natura.

EXOD. 15. *Quis similis tui in fortibus Domine, quis similis tui?* ORIGEN. Alia litera habet. *Quis similis tibi in Diis Domine?* Non quod simulachris gentium compareret Deum, nec Dæmonibus qui sibi falso Deorum nomen adsciscunt, sed *Deos* illos dicit, qui per gratiam & participationem *Dij* appellantur. De quibus alibi: *Ego dixi, Dij estis, & iterum: Deus stetit in congregatione Deorum.* Nam hi quantum capaces sunt Dei, & hoc nomine donari per gratiam videantur, nullus tamen Deo similis inuenitur, vel in potentia, vel in natura: & licet Ioannes Apostolus dicat: [Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus,] similitudo tamen hæc non ad naturam, sed ad gratiam, reuocatur. v. g. Pictura similis est ei cuius imago est, scilicet quantum ad gratiam, pertinet visus, quantum verò ad substantiam longè dissimilis. Nullus ergo in Diis similis Domino, nullus enim inuisibilis, nullus immutabilis, nullus sine initio, nullus creator omnium, nisi Pater cum Filio, & Spiritu Sancto.

Dei presentia.

GENES. 3. *Cum audissent vocem Domini deambulantis in Paradiso.* AMBR. 0 s. *Que est deambulatio Dei, qui vbique semper est: Qui deambulat, non est præsens in vna parte. Deambulans igitur apparuit*

paruit Deus, quia præsens erat cordi hominis per iustitiam originalem, iam post peccatum absens erat. Iusti facie ad faciem Deum vident: quia iusti mens non solum Deo præsens est, sed & cum Deo disputat, sicut scriptum est: [Lauamini, mundi estote, &c. & venite, & arguite me, dicit Dominus.] Peccator autem fugit à Deo, non quò Deo possit latere conspectum, sed intra conscientiam suam latere cupiens, opera sua lucere non vult. Tobias 13. Non est qui effugiat manum tuam. INTERL. Quæ vbiq; est.

Iustitia coram Deo.

29. GENES. 7. Te enim vidi iustum coram me in generatione hac. AMBROS. Multi hominibus iusti videntur, pauci Deo. Homines enim quæ foris sunt, probant; Deus, quæ intus, examinat. Vnde & addit, coram me. CHRYSOST. Vera hæc virtus est, quando coram Deo quis illam habet. De parentibus Baptistæ dicitur: [Erant ambo iusti coram Deo.] Et Apostolus. [Ille probatus est, quem Deus commendat.]

Deus vbiq; etiam in occultis cordibus.

30. GENES. 12. Flagellauitque Dominus Pharaonem, &c. AMBROS. Intuendus locus ita hortatorius, vt vnusquisque se castum præbeat, alienum non affectet thorum, nec latendi specie, aut faciendi impunitate alienam vxorem incestet, non incuria aut stulticia prouocetur mariti, aut longiori absentia. Adest non procul coniugij Deus, quæ nihil lateat, nullus euadat, nemo irrideat: vicem absentis mariti tuetur, seruat excubias. Imo sine excubiis deprehendit eum antequam faciat quòd parauerit. In animis singulorum, in mentibus vnuerforum crimen agnoscit. Et si maritum adulter feceris, non falles Deum; et si maritum euaseris, et si iudicem fori luseris, non euades iudicem totius mundi. Ille grauius vlciscitur iniuriam inopis, conrumeliam imprudentis mariti. Maior est enim iniuria auctorem & custodem thalami spectum, & non consideratum. CHRYSOST. super illud Genes. 39. Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum? Rectè Ioseph hoc dicit. Nam etiam si fecerimus vt res clam sit omnibus, ab oculo tamen illo qui dormire nequit, latere non poterimus. Illud solum timere oportet, & tremere, ac parere, vt ne in conspectu eius mali quidpiam faciamus. Memores igitur semper verborum Ioseph, ne maioris faciamus timorem hominum, quam indignationem Dei. Quando igitur nos perturbat cogitatio, hoc in mente versemus verbum. Quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum? & statim effugiet omnis illicita concupiscentia.

Præsentia Dei ad perfectionem utilis.

31. GENES. 27. Ambula coram me, & esto perfectus. CAYETAN. Sensus est. Proface in studio, ac actionibus tuis, tanquam ambulans ante oculos meos. Nullum enim maius fructum, nulla efficacior ratio componendi gestus, motus, verba actionisque hominis, apparet, quam ambulare ante faciem principis. Vnde subdit: Et esto perfectus. Huiusmodi enim ambulatio, hominem ducit ad perfectionem. Vnde scriptum est: [Beatus vir qui in sensu suo cogitauit circumspersionem Dei. Vide, Gloria Dei, num. 6. AMBROS. super illud Genes. 31. Erlitque tecum: Nihil ei deest, cui adest omnium plenitudo. Hic solus perfectè abundat, hic constat omnibus, & omnia ad ipsam referuntur. Nihil ei nouum, nihil superfluum, necessarium nihil, cui pax fida suppetit. CAYETAN. Maxima gratia quam solâ desiderabar, petens: [Pone me Domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.] LIPOMAN. Omnes enim impij pariter non

obesse possunt sancto, Domino fidenti. CHRYSOST. super illud Genes. 31. Quare ita egisti, vt clam me abigeres filias meas? Magna cum mansuetudine cum arguit, & furorem reprimat, præceptum hoc seruans: [Cauere ne quidquam asperè loquaris contra Iacob.] Quando namque superna prouidentia nobis afflirit, non solum malorum hominum insidias effugere possumus, sed etiam in bestias ipsas incidamus, nihil aduersi nobis euenit. Nam omnium Dominus bestiarum, naturam mutat in oues mansuetas, idque non solum in feris quis videre poterit, sed & in elementis ipsis. Quando enim vult Deus, tunc & elementa ipsa naturæ suæ obliuiscuntur. Quod & in Daniele & tribus pueris videre licet. Nam illum Leones sicut oues circūdabant, & hos reuerbatur elementum, & non vrebatur ignis. Dei namque manus potentior est omnibus. Vide, Iuramentum. num. 9.

Præsentia Dei utilitas.

32. EXOD. 12. Qui à proximo suo quidquam horum mutuum postulauerit, & debilitatum, aut mortuum fuerit, Domino non presente, reddere compellitur: quòd si impræsentiarum Dominus fuerit, non restituet, &c. RABAN. & LIPOMAN. A proximo nostro mutuum postulamus, cum pro aeterna remuneratione curam gregis Domini suscipimus: sed si timorem Dei semper ante oculos cordis nostri ponimus, & aduentum eius, quasi exigentem pecuniam nobis commissam, formidamus, quasi in præsentia ipsius semper sumus. Vnde & Iacob ad Laban ait: [Nisi Deus patris mei, Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modò nudum me dimisisses.] & Apostolus: Quasi coram Deo in Christo loquimur. 2. Corinth. 5. Interitus ergo debilitatis, aut mortui peccoris pastoris non deputatur, si eius curam strenuè gessit, & quasi Deo presenti redditurus rationem studiosissimè laborauit. Si autem Domino nostro non presente damni quidquam factum fuerit, reddere compellitur. Quia qui negligens est in cura pastoralis, & dixerit in corde suo secundum illam sententiam serui nequæ: [Moram facit Dominus meus venire, & ceperit percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari, veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet, & in carcerem missus, non exierit inde, donec reddat nouissimum quadrantem.]

Idem.

33. EGV. 17. Viuit Dominus Deus Israel in cuius conspectu sto. Alia littera. Coram quo ministro. VATABL. In Hebræo habetur, coram quo steti. Stare coram aliquo, pro inferuire illi, accipitur. GLOSS. ORDINAR. In conspectu Domini stat iustus modò, stabit & in futuro. Modò, vt conditoris potentiam ad sensum reducat, & sic fideliter viuat: in futuro, vt veraciter coronam vitæ accipiat. GREGOR. lib. 11. Moral. cap. 18. Sciendum quòd duobus modis in conspectum Domini venimus: Vno quidem quo hæc peccata nostra subtiliter pendentes, in eius nos conspectu punimus, & serendo diudicamus. Alio verò modo in conspectu Domini venimus, cum in extremo iudicio, ante tribunal eius assistimus. Namque quoties conditoris nostri potentiam ad sensum reducimus, toties in conspectu illius stamus. Vt populum excitaret Nehemias ad bellandum, & ad ædificandum, ait: 2. Esdræ. 4. Domini magni, & terribilis memento. Magni scilicet in premiis, & terribilis in suppliciis, vt nemo noceret aliquem pusillum, ait Christus, quia [Angeli eorum semper vident faciem Patris.] Magis debet mouere nos ad bene operandum

randum, & ad discendum à malo: Præsentia Dei Domini magni & terribilis memento. Tob. 1. Et quomodo memor fuit Domini in toto corde suo, &c. Iste custodiuit animam suam, & nunquam contaminatus est, &c. Dedit illi Deus gratiam, &c. INTERL. Qui memor est omnium sperantium in se. Quia memor fuit Dei, & Dominus memor fuit ipsius & omnium, ideo filio suo consulit, cap. 4. omnibus diebus vite tue in mente habeto Deum. INTERL. Non dicit noctibus, quia tora vita iustorum dies est. Et caue ne aliquando peccato consentias. INTERL. Non dicam facias, & prætermittas præcepta Dei tui.

Præsentia Dei ad perfectionem utilis.

34. 3. ESDRÆ 3. Vnus scripsit, forte est vinum, aliud scripsit, fortior est rex: tertius scripsit, fortiores sunt mulieres. Vnusquisque id egit quod futurum sperabat gratius fore regi, qui eos iudicaturus erat. & nos id debemus agere quod magis gratum fuerit Domino Deo, qui & respicit nos, & iudicaturus est. Job 16. [Ecce in celo testis meus & conficis meus in excelsis.] De S. Iudith dicitur cap. 11. ita assuetam esse Dei præsentia, vt etiam ante Holofernem eum præsentem haberet. & ita ait: Ego ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te.

Deus habitat in nobis in Templis, & in carne.

35. GENES. 9. Dilatet Deus Iaphet, & habitat in tabernaculis Sem. THEODORETUS sic legit, & intelligit: Dilatet Deus Iaphet, & ipse Deus habitat in tabernaculis Sem. Ita Deum habitaturum in tabernaculis Sem prædicatur: quia primò Deus habitauit in posteris Sem, scilicet in Patriarchis, & Prophetis, & postea habitauit in tabernaculis, deinde in Ierosolymis, ac tandem in tabernaculo carnis suæ habitauit Dei Verbu, & patris vnguentis, quam scilicet carnem assumpsit ex femine Abraham, & Dauid. Nam & hi ex Sem oriundi erant, & hunc finem habuit propheta hæc: Genes. 18. Apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. AVGVST. 16. de ciuitate cap. 29. Hos dubitandum non est Angelos fuisse, quamuis quidam existiment, vno in eis fuisse Dominum Christum, sed multo credibilis est quòd & Abraham in tribus, & Loth in duobus viris Dominum agnoscebant, cui per singularem numeru loquebantur, etiam cum eos homines esse arbitrantur. Nec enim aliam ob causam sic eos susceperunt, vt tanquam mortalibus & humana refectione indigentibus ministrarent. Sed erat profectò aliquid quo ita exercebant, vt in eis esse Dominum, sicut esse assolet in Prophetis, hi qui hospitalitatem illis exhibebant, dubitare non possent. Atque ideo eos aliquando pluraliter, vt Dominos, aliquando singulariter, vt in eis Dominum appellabant.

Deus adiutor in tribulatione.

36. GENES. 11. Ecce coniux tua, accipe eam, & vade, &c. CHRYSOST. Quæ lingua, quæ mens poterit dignè huiusmodi factum admirari? Mulier præfulgida forma cum viro Ægyptio, & rege, & sic infano, & incontinenter affecto, concubans, intacta egreditur seruata castitate sua. Talia sunt enim quæ à Deo dispensantur, rara semper, & admirabilia, & quando apud homines desperatum est, tunc potentiam & sapientiam suam Deus declarat. Enimvero sicut admirabile, & rarè erit videre Danielem stare in medio ferarum, & nihil patitur, sed illas egredi de lacu, & tres pueros in camino quasi in prato versari, & nihil ab igne laedi, sed egredi inde, vt virorum fortissimos: Ita admiratione dignum est hoc facinus, quòd iusti vxor nullam contumeliam experta sit in

Ægypto, & super illud Genes. 26. Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur. Idem CHRYSOST. In inuisi viam inuenit Deus, & per illa quæ maximè aduersa videntur, salutem seruatorum suorum conseruari. Sic & Nabuchodonosor postquam pueros in fornacem iniocerat, & reipsa comprobauit eorum virtutem, prædicare eos cepit, & vbiq; lingua sua fecit illustres, dicens: [Serui Dei excelsi.] Hæc magna Dei virtus est, quando facit vt per inimicos celebrentur serui Dei. Hoc & in Apostolis factum est: Nam qui eos vrgebant, & in medium adducebant, quasi dentibus fremebant inter se, dicentes: [Quid faciemus viris istis?]

Idem.

37. GENES. 22. [Que hodie dicitur, in monte Dominus videbit.] HIERON. Hoc apud Hebræos exiuit in Proverbium. Vt si quando in angustia constituti sunt, & Domini optant auxilio subleuari, dicant: In monte Dominus videbit. Hoc est, sicut Abrahæ miserus est, miserabitur & nostri. CHRYSOST. super illud Genes. 21. Aperuitque oculos eius, scilicet Agari. Deus, quæ videns puerum agne, &c. id est, indicauit ignoranti, & mentè eius excitauit, viamque ei ostendit vt videret locum in quo putèis erat. Sic quando cuique voluerit Deus, licet in solitudine simus, & in extremis afflictionibus, nullamque spem salutis habeamus, nullo alio opus habebimus, diuina gratia nobis omnia suppeditante. Maxima enim securitas, & impugnabilis murus est gratia Dei. Vnde qui eum gratia Dei in solitudinibus agit, securior est, & potèrior his qui sine illa in medijs ciuitatibus versantur, ingenti hominum præsidio freti. Dauid de loco in locum transiens erraticus & vagans, manu superna munitus fuit. Saul autem in medijs ciuitatibus cum esset, & tantum secum duceret exercitum, quotidie timebat, & tremebat inimicorum insidias. Ille quidem saluus erat, & non indigebat humano præsidio. Hic verò coronatus, & purpura indutus, illius auxilio indigebat, & regi opus erat pastoris opera, & diadematè redimito, priuati adiumentum necessarium erat.

Idem.

38. EXOD. 2. Videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. CHRYSOST. Elom. 16. in Acta Apost. Hoc mirabile quòd futurus præfectus, nec ante hoc, nec post hoc tempus nascitur, sed in ipso medio persecutionis furore, & nascitur & educatur. Nam quando humana spem omnem negat, tunc diuina dispensatio clarè fulget. Hom. 54. Non per ea quæ videntur securitatis esse, sed plane per contraria omnia pro nobis sunt, vt dicamus Dei omnipotentiam, & sapientiam, & quàm facile ei sit suos seruare, Nisi proieciti fuissent pueri in flumen, non fuisset seruatus Moyfes, non in aula educatus, non eruditus in omni sapientia Ægyptioru fuisset: quando tribus mensibus seruabatur, non erat in honore; quando expositus est, tunc factus est in honore. Minatus est postea illi Iudæus, dicens: [Nunquid occidere me tu vis?] & hoc illi profuit, singularique dispensatione factum, vt ipse videret visionem illam in deserto, & vt conuenienti tempore eam opere impleret. LIPOMAN. Nascitur tunc salutis author, dum maximè gloriatur perditionis crudelitas, & vbi spes omnis desinit, & humanu auxilium, tunc incipit diuinum. Filius nascitur mortis, qui morti expositus, viuificet morituros.

Idem.

39. EXOD. 14. Leuauitque filij Israel oculos, viderunt Ægyptios post se, & immuerunt valis. AVGVST. Sermon. 89. de tempore. Includebantur Hebræi inter mare

mare & hostes, inter vndas & gladios. Hinc mare spumabat, inde arina coruscabant: hinc aquarum, inde armorum strepitus. Sic operari Deus suis assuevit: vt vbi defecerit humanum consilium, illic intercedat diuinum adiutorium.

Deus ignis.

40. **G**ENES. 15. *Apparuit chbanum fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas.* CHRYSOST. Ecce Dominus transit inter diuisiones, vt signum habeat iustus firmiorum foederum, & aduentus diuinæ operationis. THEODORETUS. In signum quoddam Deus in igne appariturus erat Moyfi ad liberationem populi. RVPERT. Item in signum diuinæ claritatis, qua erant filij Israel per multa miracula illustrandi, de quibus dicitur: [Illuxerunt coruscationes tuæ ori bi terræ: commota est, & contremuit terra, in mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis.]

Deus multipliciter ostenditur.

41. **G**ENES. 12. *Apparuitque Dominus Abraham.* CHRYSOST. Secundum aliam literam: *Et visus est Dominus Abraham.* Non quoddam diuinam substantiam suam ostenderet: sed sic apparuit, vt ipse solus scit, & sic visus est ei, vt illi possibile erat videre. Sapiens enim & misericors Dominus, multas scit vias, quibus humanæ se attemperat naturæ, & semetipsum hominibus dignè manifestat. Idque demonstrat per Prophetam dicens: [Ego visiones in multiplicauit, & in manibus Prophetarum assimilatus fui.] Hoc est, vnicuique apparui pro sua dignitate.

Dei mysteria non curiosius scrutanda.

42. **G**ENES. 1. *Fiant luminaria in firmamento caeli, &c. vt luceant, & illuminent terram.* AMBROS. Caue ô homo solis huius perpèdere magnitudinem, ne nimis fulgor eius visus tuæ mentis obcæcet. Caue ne & tuum radius eius exoriens confundat aspectum, & ideo prius fundamentum caeli aspice, & terram, & omnia visibilia, non te tanto splendori solis temere committas. Qui hoc dicit de lumine solis, quid dicit de luce inaccessibili quæ est Deus? Vide, *Trinitas*, nu. 42. ex Gregor. Nazianz.

Idem.

43. **G**ENES. 2. *Formauit igitur Deus hominem de limo terræ.* RVPERT. Hinc Apostolus optimè, [O homo tu quis es, vt respondeas Deo? Nunquid potest figmentum dicere ei qui se finxit: quare me fecisti sic? aut nunquid non habet potestatem figulus facere de eodem luto aliud quiddam vas in honorem, aliud verò in contumeliam?] & Isaias: [Væ qui contradicit fictori suo testa de famis terræ.] Itaque & nos cum legimus quia formauit Deus hominem de limo terræ, non discutiendum nobis est cur ita fecerit: sed potius illud timendum vnicuique nostrum de seipso, ne vas quod fecit ipse, dissipetur in manibus eius, & hoc abiecto faciat aliud vas, sicut placuit in oculis eius, vt faceret.

Idem.

44. **G**ENES. 2. *Qui inde diuiditur in quatuor capita.* SEVERIANVS. Hoc diuina prouidentia factum est, vt curiosorum hominum superuacaneam inuestigationem tolleretur Deus. Si enim horum flumina, fontes atque principia nacti fuissent, paradisum videre, atque intrare tentassent, qui tamen desiderio frustrati essent.

Idem.

45. **G**ENES. 2. *De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* AMBROS. Licet Adam vim nescie-

bat boni & mali, tamen quia tantorum author dixerat, de ligno scientiæ boni & mali non esse gustandum, fidem præceptori seruare debnerat. Non enim ab eo peritia, sed fides exigebatur, & si non intelligebat vim qualitatemque iustorum, sciebat tamen præceptori deferendam esse reuerentiam. Habebat in natura hanc opinionem, etsi non habebat iudicium boni & mali. CHRYSOST. *super illud Genes. 5. Non apparuit quia tulit eum Deus.* Non conuenit humanis mentibus ea quæ à Deo fiunt, explorare, sed credere his quæ dicuntur. Scriptura dicit quoddam translulit illum, & quoddam viuentem translulit, neque mortem expertus sit, ob suum quem apud Deum habebat fauorem. Quod autem illum translulit, & quomodo nunc agat, hoc non adiecit. THEODORETUS. Neutiquam quarendum est quod locorum translatus sit Enoch, quia scriptum non est.

Idem.

46. **G**ENES. 18. *Nunquid perdes iustum cum impio?* GLIOMAN. Sciendum quoddam Deus nunquam æterna poena iustum damnat cum impio: sed in hac vita quandoque, iustos occidi cum impiis permittit. Vnde Propheta ad Ierusalem: [Occidam in te iustum & impium.] Quod facit ad maiorem iustorum mercedem, & vt in hac vita pro suis culpis purgentur, eorumque patientia exerceatur, & fides probetur. Interdum verò eripit iustos, ne cum impiis trucidentur, sicut Loth cum filiabus. Occulta enim & incomprehensibilia sunt iudicia eius, &c. & infra. Aliquando autem Deus non parit propter multos bonos. Sicut Samariæ non peperit, licet superessent septem millia virosum, qui non curauerant genua sua ante Baal. Aliquando verò multis non parit propter vnum. Propter peccatum enim Dauid intèrierunt septuaginta millia virosum, peste. Dominus est, bonus est & iustus, & sapiens, & clemens. Nostrum non est scrutari consilium maiestatis suæ, sed ipsum amare, confiteri, orare, & bene operari. *Idem super illud Exod. 19. Constituesque terminos populo per circuum.* Solus Moyses & Aaron montem ascendebant, & nemo alius audebat. Vt instruantur nos à diuinis rebus non debere esse curiosos, sed ad radicem montis in ordine nostro maneamus. Quod si vnus & alter à Deo vocatur, vt ascendat, non ob id inuidiamus. RVPERTVS. Nunquid Dominum velle videre malum est? Imo bonum, & omnium optimum: sed malum est ei qui per curiositatem illum querere audeat, æstimans quoddam Deus in sua natura visibilis est aut circumscriptus. Prohibitione igitur hac curiositas importuna atque indigna repulsa est. Vnde sequitur: *Omnis qui tetigerit montem, morte morietur.* INTERI. Ac si dicat: Ne quis ultra intelligentiam suam ad montem sacræ Scripturæ audeat ascendere, sed contentus sit mensurâ secundum donum quod accepit à Deo, &c. Sequitur: *Et vocauit Moysen in cacumen montis.* LIPIOMAN. Non est omnium ascendere ad altitudinem montis, & perfectionis, nisi quem Dominus elegerit, & vocauerit. Sic & in Enangelio transfiguratio Christi paucis ostenditur. Qui enim infirma mente terrena desiderat, præsumere non debet sublimia. Periculosum enim vitium est curiositas, & maximè circa diuina, vbi qui nimium emungit, elicit sanguinem.

Idem.

47. **R**EGVM 6. *Percussit autem Dominus de viris Bethsaminibus eo quod uisissent arcam Domini.* Alia litera: *(eo quod inuississent in arcâ Domini) septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis.* RVPERT. Idcirco percussit eos quia curiosè inspexerunt arcam Domini

Domini, cum fuissent lege prohibiti. Nam *Num. 14.* dicitur: Alij, scilicet à sacerdotibus, nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario, priusquam inuoluantur, alioqui morientur. Sic multos primates viros percussit iudicium Domini, & errare eos fecit, eo quoddam indigni, non dilectionis studio, sed præsumptionis & curiositatis vitio, ausi sunt in scripturis scrutari secreta diuinitatis.

Deus summum Bonum.

48. **G**ENES. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erat valde bona.* HVGGO de S. VICT. Tres sunt gradus bonitatis. Bonum quilibet creatura: valde bona vniuersa simul: summum bonum solus Deus. AVGVST. *super illud Genes. 2. Et requieuit Deus ab vniuerso opere quod parauerat.* Potest sic intelligi. Deus ante creationem mundi æternaliter in se ipso perfectam habebat requiem. Ipse etiam creato mundo non in operibus quæ fecit, requieuit, vt pote nihil habes necessitatis in creaturis suis vt requiescat. Est summum bonum, nullius eger. [Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non indiges.]

Deus solus animam satiat.

49. **E**XOD. 16. *Maneat vnusquisque apud semetipsum, & nullus egredietur de loco suo die septimo.* GREG. 26. *Moral. cap. 36.* Humana anima dum inhianter cogitanda appetit, & repente cogitata fastidit, docet quoddam aliunde pendet, quæ quolibet posita non requiescit. Ad illum quippe suspensa est à quo formata, & quia ad Deum solum appetendum facta est, omne autem quod infra appetit, minus est, iure ei non sufficit quod Deus non est. Hinc est quoddam huc illucque spargitur, & ab vna quaque re fastidio impellente remouetur. Delectationis videlicet auida quærit quomodo pauset, vnum verò quem sufficienter habere poterat, amisit. Vnde nunc per multa ducitur, vt quia qualitate rerum non potest, saltem varietate fatietur. Volens itaque seruos suos Dominus ab innumeris cogitationum motibus abstrahere & ad vnitatem, cui debent semper cogitationi (Dei videlicet) inhærere, dicit: [Maneat vnusquisque apud semetipsum,] &c. Sancti enim viri quia cauta se obseruatione custodiunt, ne ab intentione sua mutabiliter dissoluantur, & quia idem esse appetunt, ad cogitationem qua Deum diligunt, se solerter astringunt. In contemplatione namque creatoris in patria hoc accepturi sunt, vt vna semper mentis stabilitate perfruantur. Hoc ergo cum labore nunc conantes imitantur, quod post in munere gaudentes accipiunt. cui immutabilitati se Propheta virtute amoris alstrinxerat, cum dicebat: [Vnam petij à Domino; hanc requiram, vt inhabitem,] &c. & Paulus: [Vnum autem quæ retro sunt oblitus, ad ea quæ ante sunt, extētus, sequor ad palmâ supernæ vocationis Christi.] Nam si quid in eorum cordibus humaniter distulit, mox hoc discussio seuera restringit: & cum quasi pueriliter cogitatio habitur, iuuenili mox coertione refrenatur. Vnde fit vt sparsam mentem continuò colligant, & in vna quantum prævalent cogitatione componant. Vide etiam, *Amor hominis erga Deum*, num. 17. Vide, *Iustitia*, num. 13. & 14.

Dei omnipotentia.

50. **G**ENES. 1. *Creauit Deus calum & terram.* BASILIVS. Sicut cum figulus etiam mille fingat vasa, nec artem nec artis voces consumit; sic & huius opifex vniuersi rerum magnitudines solo sanè voluntatis momento creauit. Vnum autem calum & terram nominat, vt ostendat vniuersi totius ortum

ex duobus extremis. Quidquid enim istorum medium est, vna cum ipsis extremis ortum est. Item, quia in terra tam aquam quam aërem, quam etiam ignem inuenies. Per *calum* autem intelliguntur omnia leuia, quod suapte natura omnia petunt: per *terram* omnia graua, &c.

Idem.

51. **G**ENES. 2. *Formauit igitur Deus hominem de limo terræ, &c.* CHRYSOST. Omnia præter naturam agere omni opifex, vt per hoc ineffabilis ipsius monstreretur virtus. Cum homines ædificant, & fundamenta iacere volunt, prius fodiunt, & vbi ad profunda peruenerint, si vel parum aquæ viderint, omnem adhibent curam vt illam exhauriant, & sic fundamenta iaciant. Deus autem noster secus quam homines ædificauit terram, *Psal. 23.* Qui fundauit terram super aquas,] & quodcumque vult, elementa hæc contrarium effectum suo præcepto ostendunt. Simili modo & in hominis formatione. *De limo terræ formauit hominem.* Hic exclamare inuat, pulchrum illud beati Dauid dictum: [Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius:] quia de puluere tale animal produxit, & tanto honore venustauit.

Solus Deus Creator.

52. **E**XOD. 7. *Proieceruntque singuli (scilicet Magi) virgas suas, quæ conuersæ sunt in dracones.* AVGVST. *quæst. 21.* Etiam si veri dracones facti sunt à virgibus Magorum, non fuerunt tamen creatores draconum, nec magi, nec mali Angeli, quibus ministris illa operabantur. Insunt enim corporeis rebus per omnia elementa mundi quædam occulta seminaria rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis atque casualis, prorumpunt in species debitas suis modis, & finibus. & ita non dicuntur Angeli qui ista faciunt, animalium creatores, sicut nec agricolæ segetum, vel arborum, vel quorumcumque in terra gignentium creatores dicendi sunt. Quamuis nouerint præbere quædam visibiles opportunitates, & causas, vt illa nascantur. Quod autem isti faciunt visibiliter, Angeli inuisibiliter. Deus verò solus verus creator est qui causas ipsas, & rationes seminarias rebus ipsis inseruit. *Idem 3. de Trinit. cap. 7. & 8.* Magorum illa potentia quæ serpentes facere potuit, vbi ad rursas minutissimas vètiū est, omnino defecit. Vnde intelligi datur ne ipsos quidem transgressores Angelos aliquid efficere valere nisi data desuper potestate; datur autem aliquando, vel ad fallendos fallaces, sicut in Ægyptios, & in ipsos etiam Magos data est, vt in eorum spirituum seductione viderentur admirandi, à quibus fiebant à Dei veritate dammandi; vel ad admonendos fideles, ne tale aliquid facere pro magno desiderant, &c. GLOSS. ORDIN. Sciendum quia vel diabolicis figmentis spectantium oculos deludebant magis, vt res in sua natura manentes aliud viderentur, vel demones quamvis mali naturam suam non amiserunt: ideo dum per incantationem eorum malefici aliquid efficere conantur, discurrunt per mundum, & subitò semina eorum, de quibus hoc agitur, afferunt, sicque ex illis permittente Deo nouas rerum species producant.

Solus Deus miracula facit.

53. **V**IDE D. THOM. 2. 2. *quæst. 17. art. 1. & 2. & super Matth. cap. 24.* Vera, inquit, miracula non possunt fieri nisi virtute diuina. Operatur enim ea Deus ad hominum vtilitatem; & hoc dupliciter. Vno quidem modo, ad veritatis prædicatæ confirmationem; alio, ad demonstrationem sanctitatis alicuius, quam

Deus hominibus vult proponere in exemplum virtutis. 1. Reg. 2. *Ipsi preparantur cogitationes.* LXX. *Deus preparatus adiuuantes suas.* V A T A B L. in Hebræo. *Ipsi preparantur*, id est, ordine fiunt ab eo, *opera magnifica*, hoc est, mirabilium operum est parator. Alij vertunt, *& ipsi numerantur opera*, id est, ab eo ponderantur, & examinantur opera omnium. Potest & sic verti secundum aliam lectionem: *Et non numerantur opera eius*, id est, nullo modo comprehendi possunt opera eius. Hæc Vatablus.

Deus qualiter loquatur, & dicat aliquid.

54. **D**IXIT QVE DEVS, *Fiat lux*, &c. **D**IVVS THOM, *super cap. 1. Iob. Dicere Dei* dupliciter accipitur. Quandoque refertur ad conceptum cordis, & sic *dicere Dei* est æternum, & nihil aliud est, quam generare filium qui est Verbum ipsius. Quandoque refertur ad significationem, vt huiusmodi conceptus alteri exprimat: & sic temporaliter Deus, aliqua dicit, diuersimodè tamen secundum quod congruit iis quibus dicit. Nam hominibus corporeos sensus habentibus, aliquando locutus est Deus aëreo sono formato in aliqua subiecta creatura, vt in Baptismo, & in transfiguratione Christi. Aliquando per imaginariam visionem: sicut multoties locutus est prophetis. Aliquando intelligibili expressione, vt locutus est ad Satanam in Iob. Vide D. GREGOR, *ad long. lib. 28. Moral. cap. 2. 3. & 4. A VG VSTIN. super illud Genes. 3. Cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiso.* Fortassis, inquit, in aliis intrinsecis, vel ineffabilibus modis Deus cum illis antea loquebatur. Sicut etiam cum Angelis loquitur illustrans mentes illorum. Nunc tamen non nisi per creaturam visibiliter factum est: ne substantia illa inuisibilis, & vbiq; tota, quæ est Patris, & Filij, & Spiritus sancti, corporalibus eorum sensibus locali & temporali motu apparuisse credatur.

Idem.

55. **G**ENES. II. *Venite igitur, & descendamus, & confundamus tibi linguam eorum.* A VG VSTIN. 16. *de ciuitate, cap. 5.* Angelis intelligitur dictum. & bene non ait, *Venite & descendentes confundite, sed descendamus, & confundamus*, ostendens ita se operari per ministros suos, vt sint etiam ipsi cooperatores Dei. sicut Apostolus dicit: [Dei enim sumus cooperarij.] Nec sic loquitur Angelis Deus, quomodo nos inuicem loquimur nobis, vel Deo, vel Angelis, vel ipsi Angeli nobis, sed ineffabili suo modo. Dei quippe ante suum factum loquutio ipsius sui facti est immutabilis ratio, quæ non habet sonum strepentem atque transeuntem, sed vim supernè manantem, & temporaliter operantem. Vide etiam verbo *Angelus*, num. 13.

Idem.

56. **E**XOD. 19. *Moyse loquebatur, & Dominus respondet ei.* CAIETAN. iuxta Hebræum habetur: *Et Dominus respondebat ei voce*, siue per vocem. Et sic legunt Chaldaica, & LXX. Vide *Gregorium vbi supra.*

Dei liberalitas, & magnificentia.

57. **G**ENES. I. *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen.* &c. A M B R O S. Antequam Solis fiat luminare, herbanascitur, & lignum fructiferum, vt sciant omnes Solem authorem non esse nascentium. Dei clementia terram relaxat: Dei indulgentia producere facit fructus. BERNARD. *in Psalm. Qui habitat: serm. 14.* Agamus, fratres, gratias factori nostro, benefactori nostro. Primum, quod nobis præstitit

quod nos ipsi sumus, siquidem ipse fecit nos, & non ipsi nos, &c. Vide verbo, *grauando*, num. 2. Secundò, quod nobis dedit omnia. vnde postquam dixit Scriptura, [Creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam,] statim addidit: [& subiicit terram, & dominamini piscibus maris.] Cælestia autem elementa in vltis creasse tuos ante docuerat cum facta memorantur, vt essent [in signa, & tempora, & dies, & annos.] Considera igitur quàm copiosus tibi fuit in hoc secundo beneficio, quàm liberalissimus Deus fuit, quanta largitus est ad sustentationem, quanta ad eruditionem, quanta ad consolationem, quanta ad correptionem, quanta etiam ad delectationem. Verùm hæc duo beneficia gratis & dupliciter gratis fecit, dupliciter inquam gratis, quia sine merito tuo, & sine labore tuo. Sine merito tuo: quia nihil ante promeruit, qui penitus nihil fuit. Sed dicis: Postea sperabatur quod homo gratias retribueret auctori. Audi Psalmistam: Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Sine labore vero tuo: [Quia ipse dixit, & facta sunt.]

Idem.

- G**EN. 2. *Et requieuit Deus die septima &c.* A M B R O S. 58. *Peccrat Dominus hominem rationis capaxem, imitatore sui, virtutum a mulatore, cupidum cælestium gratiarum.* In his requiescit Deus, qui ait: [Super quem requiescam nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos?] Gratias ergo Domino Deo nostro qui huiusmodi opus fecit, in quo requiesceret. Fecit cælum, & non lego quod requieuerit, fecit terram, solem, lunam, & stellas, non lego quod requieuerit, sed lego quod fecerit hominem, & tunc requieuit habens cui peccata dimitteret.

Idem.

- G**ENES. 2. *Præcepitque ei dicens, &c. De ligno autem scientia boni & mali ne comedas, &c.* A M B R O S. 59. *Iterum quæstio. Superfluum Deus præcepit protoplasto illi Adæ, quod nouerat minimè seruaturum? Neque superfluum neque iniustum etiam præuaricatorio præscriptum est diuinum mandatum. Nam & ipse Dominus Iesus elegit Iudam, quem proditorem sciebat. Venerat autem Dominus Iesus omnes saluos facere peccatores: & ita etiam circa impios ostendere suam debuit voluntatem, & ideo nec proditorum debuit præterire, vt aduertent omnes quod in electione etiam proditoris sui seruandorum omnium insigne prætendit, neque in colæsus est, vel Adam, quia mandatum accepit, vel Iudas qui electus est. Non enim necessitatem Deus vel illi præuaricationis, vel huic proditoris imposuit. Quia vterque si quod acceperat, custodisset, à peccato potuit abstinere. Non ergo in mandante culpa est, sed in præuaricante peccatum est, & quod in Deo fuit, ostendit omnibus, quod omnes voluit liberare.*

Idem.

- G**ENES. 2. *Non est bonum hominem esse solum, &c.* A M B R O S. Quando solus factus est Adam, non dictum est bonum esse, factum Adam: quando autem & mulier facta est, dictum est: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Imo vbi solus factus est Adam, non solum non approbatur opus, sed reprobat. Dictum est enim, *Non est bonum hominem esse solum.* Quid hoc est, Domine, mulierem quæ causa fuit peccati, & incentiuum viro vt caderet, approbas, & reprobas virum, qui forte non caderet, si solus esset? Verùm si consideres quia Deo vniuersitatis est cura, inuenies plus placere Domino debuisse id in quo esset causa vniuersitatis, quàm condemnandum

dum fuisse illud, in quo esset causa peccati. Vnde quia ex viro solo non poterat humani esse generis propagatio, pronunciauit Dominus, *non esse bonum, solum hominem.* Maluit enim Deus plures esse quos saluos facere posset, & quibus donaret peccatum, quàm vnum solum Adam, qui liber esset à culpa.

Idem.

61. **G**ENES. 3. *Cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiso, &c.* THEODOR. Deambulando venit Deus vt ad peccitendum illos prouocaret. HVGGO DE S. VICT. Ecce quanta est misericordia Dei. Non vult eos subito conuenire de culpa sua, ne amissa verecundia inuerecundi fiant, & pertinaces. sed dat eis locum poenitentiae & consilij. Vnde deambulat vt audiant, & sic fiant ipsius Dei memores. CHRYSOST. Neque nunc à misericordia sua cessat, sed quasi clementissimus Pater Filium à summo lapsu honore, non consilij inopem, & auxilio destitutum fuit, sed iterum suum agit officium, breui illum à leuitate liberatum pristina restituens dignitate. Item vult medicus ad inualidum & ægotantem, iacentemque ac indigentem cura & medici manu, protinus illum accedit.

Dei misericordia erga peccatores.

62. **G**ENES. 3. *Adam vbi es?* A M B R O S. Hoc ipsum quod vocat, indicium sanati est, quia Dominus quibus miseretur, & vocat. CHRYSOST. Obstupescite ad eminentem Dei misericordiam, non solum quod vocauit, sed quod per seipsum vocauit. Id quod homines facere nunquam ferrent inter se, licet eandem naturam sortiti essent. Cùm iudices in alto folio sedentes, supplicijque malefactores afficiunt: neque suo eos responso dignantur, hoc ipso ostendentes illis, quanta ignominia sese asperserunt suis flagitiis. Verùm Deus non sic agit, sed vocauit Dominus Deus Adam, & ipsum vocare, magna & ineffabilis est misericordia. INTERL. & RABAN. Hic ostenditur, quia qui à fide, vel bonis operibus ad mendacia sua desideriaque labuntur, non despicit illos Deus, sed adhuc vt redeant per poenitentiam vocat, quia [non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.] Ergo non est desperandum de quibuslibet peccatoribus, dum & ipsi impij ad spem indulgentiae prouocantur. LIPOMAN. Docemur hic benignitatem Dei, qui peccatorem hominem nondum supplicem, sed pertinaciter adhuc fugientem, recipit in gratiam. Ex misericordia enim prior vocat ad poenitentiam. A M B R O S. *Vbi es?* Non locum quærit, qui nouit arcanum. Non interrogatio est, sed increpatio. Non in quo loco quæro, sed in quo statu. Quod te perduxerunt peccata tua, vt fugias Deum tuum, quem ante quærebas? Non, in quo, sed in quibus es? De quibus bonis, de qua beatitudine, de qua gratia in quam miseriam recidisti? Dereliquisti vitam æternam & accumulatus es morti, conspulsus errori. THEOPHYLACTVS. Non tanquam ignarus Deus interrogat, sed cùm esset misericors, pie arguit, præbens poenitendi occasionem, & confitendi. Vide, *Verbum Dei*, num. 27. ex *Chrysostomo.* & verbo, *Cruis*, num. 39. ex *Petro Chrysologo.*

Idem.

63. **G**ENES. 4. *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* R. VPERT. Iratus fuerat Cain inuidendo, & conciderat facies eius fratricidium meditando, & vtrumque ab illo requirit Deus, quia neutrum approbat. Percontando itaque Deus vocat illum, mitis ad misericordiam, mittit ad conscientiam suam, inuitat illum ad cor suum, vt videat ipse quid cogitet,

bonum scilicet sit an malum. Sequitur: *Nonne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim peccatum in foribus aderit?* id est, nonne scis quia si bene egeris, mercedem recipies: sin autem male, & illud recipies? Forti illum inuentione pulsât, vt vultum suum subleuet à terra, & mentis oculos sustollat, videatque prudenter quid inagis ei expediat, & quid euenturum sit ei, si malam quod cogitatione deliberat, opere perficiat.

Idem.

- G**ENES. 4. *Disiunge Cain: Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear.* BERNARD. *super Cant. Sermon. 11.* Mentiris Cain. Maior enim Dei pietas, quàm quæuis iniquitas. GLOSSORD. Non creditur se veniam posse adipisci, quæ est blasphemia [in Spiritum sanctum, quæ non remittitur, neque in hoc seculo, nec in futuro.] Quia putat Deum aut nolle dimittere, aut non posse, tanquam omnia aut non possit, aut inuideat hominis salutem.

Idem.

- G**ENES. 5. *Noe verò cùm quingentorum esset annorum, &c.* CHRYSOST. Ecce quingentis annis vixerat iustus ille, clamans & testificans suo nomine futurum per vniuersum orbem diluuium, ob nimias hominum malitias, & nec sic à malitia abstinere voluerunt. At misericors Deus, nec post tantum vaticinium, nec post tot annorum numerum poenans inducit, sed denuo suam aucturam longanimitatem, & alios non paucos annos suæ tolerantia adiungit. Neque ideo produxit humanum genus vt puniret, sed planè è diuerso, vt donaret nobis innumera bona, quibus frueremur. *Et super illud cap. 6. Non peruenit spiritus meus in homine, id est, Non sinam illos posthac viuere.* Talis est enim Dominus nos ter, minatur saepe, non vt opere compleat minas, sed vt correctis nobis minas non ad opus perducatur. Si namque punire vellent, non prædiceret, sed quia non vult, semper cessat, & moram necit, & differt, & prædicat: occasionem reis præstat, vt fugiendo malitiam, & apprehendendo virtutem, poenans non experiantur. Non igitur contentus Dominus quingentorum annorum longanimitate, qua per omnem vitam Noe audito illius nomine docebantur: nunc iterum differens indignationem, aliud illis tempus præscribit, dicens: *Et tuncque dies illius centum viginti amoniam.*

Diuine misericordie signa.

- G**ENES. 8. *At illa venit ad eum ad vesperam, portans gramum oliuæ virentibus folijs.* A M B R O S. Cognouit Noe ex folio, quod cessassent aquæ super terram, prospiciens vtrum siccum an humidum folium esset allatum. Quia non est huiusmodi columba, vt possit folia latentia sub aqua eruere. Sed an illud folium ante diluuium fuit exortum, an tempore diluuij? Si ante, vir iustus gauisus est fructum de veteri semine aliquem seruatum, & inde collegit misericordia: insigne diuinæ, cùm fructum demonstrarit, cui non potuissent nocere diluuium: si diluuij tempore natum est folium, aduertit iustus noua semina misericordia fructificasse cælestis, vt radices arborum viuerent, & quasi resumpta anima festus germinarent vetustos.

Dei misericordia erga peccatores.

- G**ENES. 8. *Et ait Dominus ad eum: Nequaquam ultra imaledicam terræ propter homines. Sensus enim & cogitatio humani cordis: in malum prona esse ab adolescentia sua.* CHRYSOST. O magnum beneficentia pondus! O plurimam misericordiam magnitudinem! O ineffabilem tolerantiam excellentiam! Rara pro-

fecto misericordie species. Sesus enim, inquit, & cogitatio, &c. Non quia emendauerunt vitam suam, sed quia ad malum prouenerunt. Vide quantam consolationem affert iusto, imo non iusto tantum, sed propter suam bonitatem, etiam uniuerso hominum generi. In Hebræo habetur: [et dixit Dominus hæc in corde suo], vel in mente sua, & non ad Noë.

Idem.

68. GENES. II. Descendit Dominus ut videret civitatem & turrim, &c. CHRYSOST. Vide quomodo non statim ab initio illorum reprimat insaniam, sed longanimitate vitetur, & expectat donec malitiam suam opere declararent, & tunc conatus eorum impedit. Vide misericordiam excellentiam. Permisit illos laboribus sese affligere, ut rerum experientia præceptoris loco illis esset, & quoniam vidit malitiam inualecere, & morbum inrudescere, non vsque ad finem permittit, sed quemadmodum medicus bonus videns morbum augeri, statim sectione vitatur, ut morbi causam aboleat. Et super illud: Ecce vnus est populus, &c. cæperuntque hoc facere, nec desisterunt. Hic mos est, ut puniturus prius indicet grauitatem peccati, & quasi exhortans etiam ipse satisfaciat nobis, ac tunc tandem corripere incipiat. Ante diluuij inundationem, dicit Scriptura: Videns Deus quod multa malitia hominum esset in terra, &c. & ante eiectionem protoplasti à Paradisi incolatu, ait: Ecce Adam quasi vnus ex nobis, &c. Ita & nunc ait: ecce vnus est populus, &c.

Idem.

69. GENES. 18. Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. RVP. Mitis & misericors Dominus monitorem hominem non asperratur, & quodammodo arguentem non dedignatur, & eius petitioni annuit. LIPOMAN. Misericordiam Dei hinc docemur, qui tantæ ciuitati, imo omnibus quinque urbibus parcere voluisset, si quinquaginta innocentes à tantis flagitijs immunes reperiri in illis potuissent; imò tandem, vel decem tantum, Caietanum super illud: Veneruntque duo Angeli Sodomam. Angelus ille qui gerebat personam Dei, postquam recessit ab Abraham, non apparuit amplius, & duo angelico surgentes officio venerunt Sodomam. GLOSS. GRÆC. Ad Abraham tres angeli, & mercedie, veniunt; ad Loth duo tantum, & vespere, quia vbi beneficia Dei explicantur, Deum adesse; vbi verò supplicia exercentur, angelos mitti: ut sciamus Deo benigne facere iocundum, & placitum proprie esse; vlticifi verò Deo ingratum esse. AMEROS. Vbi gratia largienda est, Christus adest: vbi exercenda securitas, soli adsunt ministri, deest Iesus.

Idem.

70. GENES. 19. Nolite quæso fratres mei, nolite hoc malum facere. CHRYSOST. Vniuersi Dominus videns illorum malitiam, dispensauit ut iustus eo loci domicilium haberet, ut sicut optimus medicus morbos eorum emendaret. Verum videns nihil proficere, non propterea à cura destitit. Habet enim hunc morem medicus, quamuis videat morbos esse grauios, quam vt arte curari possint, non omittit tamen officium suum, sed omnem artem suam profert, an fortè possit ægrum, vel longo tempore reparare. Quod si nihil amplius proficit, habet excusationem maiorem, eo quod nihil prætermisit quod ad se pertinet.

Dei misericordia erga omnes.

71. EXOD. 3. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, &c. Hoc nomen mihi est in æternum, &

hoc memoriale meum in generationem & generationem. AVGVSTIN. de eo quod dictum est: Ego sum qui sum. Posito nomine æternitatis, Ego sum qui sum, dignatus est habere nomen misericordie: Ego sum Deus Abraham, &c. Illud in se, hoc ad nos. Si enim hoc solum esse vellet quod in se est, quid esset nos? Sic ergo, inquit Dominus, sum quod sum, sic sum ipsum esse, sic sum cum ipso esse, ut nolim hominibus deesse, & ita etiam sum Deus Abraham, &c. Laudemus ergo ineffabiliter eius essentiam, & amemus misericordiam. BERNARD. Serm. de natiuitate Domini. Vide effusionem nominis. Dixerat quidem Dominus, Ego sum qui sum, &c. Perterritus autem Moyses inextricabilis auctoritate vocabuli, ac si diceret, hoc excedit intellectum meum, non possum capere nisi effundatur, audit à maiestate, Ego sum Deus Abraham, &c. Ecce Deus Angelorum vocat se Deum hominum.

Dei misericordia erga peccatores.

72. EXOD. 4. Mitte manum tuam in sinum tuum, &c. CYRILL. & THEODOR. Aliud quoque hæc nobis significant. Hebræi namque in Ægypto commorantes à religione maiorum exciderant: & ad peccatorum immunditiam delapsi erant; ex hac autem Moyses à Deo edoctus est, immunditiam omnem, ac fordes Hebræorum facile elui posse, quotiescumque illos Deus ad se admitteret, & quasi in sinu suo iterum eos reconderet.

Idem.

73. EXOD. II. Adhuc vna plaga tangam Pharaonem. LIPOMAN. Quemadmodum peritissimus quisque medicus postquam pharmacis multis, variisque medicamentorum vsus est generibus, & nihil ægrotauti profuit ad sanitatem, sed contra magis ad morbi inrudentiam, vnam quæpiam ad extremum validissimam sibi referuat potionem, quam cum ebiberit ægrotaus, ob idque nihil melius habuerit, tunc omnino desperat de eius salute, nec postea ultra medicam ei adhibere manum dignatur: Ita hac vltima plaga erga Pharaonem vsus est benignissimus Dominus, quæ cum nihil ad resipiscendum ei contulerit, protinus à Deo destitutus, in suæque obæcatione manere permissus est, nec posthac ei correctio alia adhibita.

Dei misericordia erga omnes.

74. EXOD. 20. Faciens misericordiam in millia his qui diligunt me. AVGVST. de Quæstionibus noui & veteris Testamenti. cap. 14. Promittit quod bonum Patris non vsque ad proneporem, sed vsque ad millia millium reddat. Vtputa, si quis ex semine Dauid diligit Dominum, hic duabus suffragantibus causis misericordiam accipere meretur. Quia & ipse cultor est, & ex eius semine est qui amauerit Deum, & in hoc clementia Dei laudabilis est, ut odio habentibus se vsque in tertiam & quartam reddat progeniem, & non in millia millium. ut si in quintam progeniem tractum fuerit malum, inde iterum caput habere incipiat, ut ex eo numeretur vsque ad tertiam & quartam progeniem. LIPOMAN. Sunt qui millia interpretentur pro perpetuo, ut sit sensus, Dominum seruire eos qui obseruant leges eius ad perpetuam vitæ æternæ felicitatem. Psalm. 102. [Misericordia Domini ab æterno vsque in æternum super timentes eum.] CAIETAN. Cerne differentiam; quoniam vindicta non extenditur ultra quatuor filios; beneficia autem extenduntur in millia, ad significandum quod ad conferendum bona Deus est propensissimus; ad inferendum autem mala, est parcus: & ratio est quia bona confert sua sponte;

sponte; mala autem infert, exigentibus demeritis nostris.

Idem.

75. EXOD. 32. Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos. CYRILLVS contra Italianum lib. 5. Est tardus ad iram vniuersi Deus: facillimus autem ad deponendam iram, & ad promptè miserendum his qui in suis delictis comprehenduntur, ut videre est in præfenti. Reges irasci solent, & non placari vllis precibus. At ille summus & maximus Deus vnus iusti preces admittit, ut nos disceremus etiam benignitatis quæ in Deo est, eminentiam: & quantum virtus valeat apud illum, &c. THEODOR. Ex his verbis manifestè colligi potest, Deum, & ab omni animi commotione natura liberum, & singulari benignitate præditum esse. Qui enim ira commotus aliquid agit, peccatores horratoreque maximè recusat. At verò Deus ait, dimitte me, &c. Nullus autem peccatores expectat, ut irascatur, sed ut admonitus ab ira conquiescat.

Dei misericordia erga peccatores.

76. EXOD. 32. Quod cum vidisset Aaron, edificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens: Cras solemnitas Domini est. CAIETAN. Non meretur tanta blasphemia Aaron exaltationem. Insaniuit enim & ipse multo magis quam alij. Nam alij, ut ex Hebræo constat, nomina communia Dei Idolo attribuerunt: ipse autem, incommunicabile, & ineffabile nomen tetragrammaton attribuit idolo, nullo ad hoc instigante, & quod peius est, voce publica. scriptum est autem hoc quemadmodum & peccatum Petri, ad commendationem diuinæ gratiæ, quæ post tantum scelus, Aaron, in veteri; & Petrum, in nouo Testamento, assumpsit ad Pontificatum.

Idem.

77. EXOD. 33. Mittam præcursores tuos Angelum, &c. Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es, ne forte disperdam te in via. AVGVST. quæst. 150. Magna sacramenti & mira profunditas. Tanquam maiorè misericordiam posset Angelus habere quam Deus, qui populo duræ ceruicis parceret, cui Deus, si cum illis esset, ipse non parceret. Quid ergo significat? Nisi fortè ideo se non esse cum eis, quia dura ceruice sunt, quia non eum propitium & salubrem nisi humilitas & pietas capit. Esse autem Deum cum duræ ceruicis hominibus, nihil aliud est, quam vindicando adesse, atque puniendo. Vnde cum eo modo quod dicitur: [Auerte faciem tuam à peccatis meis,] quia nisi auertit, aduertit. [Sicut enim fluit cera à facie ignis, si cæpereunt peccatores à facie Dei.]

Idem.

78. 2. REGVM 14. Nec vult Deus perire animam, sed retrahat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus est. INTERL. Quali dicat: Deus reuocat peccatores qui à diabolo captiui tenentur, & tu abiectus, qui cum debes imitari? Alia litera. Nec aufert Deus animam, sed omnino cogitat ut non reiciat à se qui relictus est. 4. REG. 11. Deprecatus est autem Ioaabaz faciem Domini, & audiuit eum Dominus. Non pro meritis suis, idololatra enim erat, sed pro sua misericordia. Vidit enim angustias Israël. & infra: Misertus est Dominus eorum, & reuorsus est ad eos propter pactum suum, quod habebat cum Abraham, Isaac & Iacob, & noluit disperdere eos, nec prostrare potentissimè in præfens tempus.

Idem.

79. 2. PARALIP. in oratione Manasse. Quia indigni saluabis me secundum magnam misericordiam tuam. GLOSS. ORD. Indignos Dominus saluat, non pro merito delictorum retributione impendens, sed propter misericordiam bonum veniam superfundens. Dignus est enim qui saluat indignum, & ex dignitate sua facit dignum, quem culpabilis vitæ tractus faciebat indignum. Qui secundum magnam misericordiam se querit saluari, non temporalis, sed æternæ vitæ salutem inquit. Etenim misericordiam pertinere ad hanc vitam æstimo temporalem, magnam autem misericordiam remunerationi congruere sempiternæ.

Idem.

80. 2. SDRÆ 9. Indurauerunt cervicis suas, & dederunt caput, ut conuerterentur ad seruitutem suam; quasi per contentionem: Tu autem Deus propitius, clemens, & misericors, longanimis, & multa miserationis, non dereliquisti eos. Splendescit misericordia Dei iuxta duriciem peccatorum. Ideo sequitur, 3. Esdr. 5. Cantabant canticum Domino, quoniam dulcedo eius & honor in secula super omnem Israël.

Dei misericordia ad omnes.

81. 4. SDRÆ 2. Amplexere vasis tuos usque dum venio, & præstem illis misericordiam, quoniam exuberant fontes mei, & gratia mea non deficit. Nota verba quibus promittit ineffabilem misericordiam aduentus sui in mundum, & adducit rationem. Quoniam exuberant fontes mei, &c. & cap. 7. commentari videtur Eldras quod ante dictum fuerat per Prophetam Ezechielem: Quonia benignus, & misericors est, & prestabilis super malitia, &c. longanimis, & multum misericors. Vocatus est, inquit, altissimus, misericors in eo quod miseretur his, qui nondum in seculo aduenerunt, & quod miseretur illis qui conuersionem faciunt in lege eius; & longanimis est, quoniam longanimitatem prestat his qui peccauerunt quasi suis operibus. Alia litera: Et erga opificia sua, hoc est, Ac si peccarent contra Deos fabricatos manibus suis. Et munificus est quoniam quidem donare vult pro exigentijs. Alia litera: Quantum opus est. Et multa misericordia, quoniam multiplicat magis misericordias his qui presentes sunt, & qui præterierunt, & qui fuerunt. Alia litera. [Quoniam multiplici clementia superat tam eos qui nunc sunt quam qui fuerunt, aut sunt futuri.] Si enim non multiplicauerit misericordias suas, non viuificabitur seculum, cum his qui inhereditabunt in eo. Alia litera. [Nisi misericordia sua largus esset, non viuificaretur mundus cum his qui consequuntur in eo possessionem. Et donat, quoniam si non donauerit de bonitate sua, ut alienentur hi, qui iniquitatem fecerunt, de suis iniquitatibus non poterit decies millefima pars viuificari hominum. & in dext. si non ignouerit his qui curati sunt verbo eius, &c. non fortasse derelinquerentur in innumerabile multitudine, nisi pauci valde.]

Idem.

82. TOBIÆ 3. Hoc autem pro certo habet omnis qui colit te, quod vita eius si in probatione fuerit, coronabitur; si autem in tribulatione fuerit, liberabitur; & si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. INTERL. [Misericorditer enim corripis qui flagellas omnem filium quem recipis.] Alia litera. [Quod si correctione mediteret, veniam abs te posse consequi.] Non enim delectaris in perditionibus nostris. INTERL. Quod à nobis nec perdere vis quem creasti.

Dei misericordia erga peccatores.

83. ESTHER 2. Postquam regis Assueri indignatio de-ferbuerat, recordatus est Vastibi, quia fecisset, vel qua passa esset. Scilicet in delicto, & in poena, quam ei pro delicto dederat, tamen sententiam reuocare non potuit, & ita mansit repudiata. Christus autem Dominus quamuis legem statuit: [Anima quae peccauerit, ipsa morietur.] omnipotentiam tamen suam parendo maxime & miserando manifestat. Recordatus est Vastibi. Recordatus est quoniam pulvis sumus. Memor pulchritudinis quam anima habebat, cum ornata esset gratia: & motus misericordia, ait ei: [Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus.]

Deus castigat cum misericordia.

84. GENES. I. Et praeferat piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestiis terrae. CHRYSOST. Quod autem post peccatum homo bestias timeat, etiam hoc diuinae misericordiae maximum argumentum est. Nam si postquam homo mandatum praeuaricatus est, integer illius mansisset honor, non facile a lapsu destitisset: quandoquidem cum obediens & inobediens pari dignitate sentitur, malitiae hi alluesunt magis quam ab ea desistant. Cum enim nunc sub tot terroribus, & poenis, & supplicis non emendantur, quales fuissent, si nihil passi graue pro suis delictis? & inde misericordiam ineffabilem considera. Adam totum mandatum subuertit, & totam legem transgressus est, misericors autem Deus non omnem honorem abstulit, nec toto deiecit principatu, sed ea duntaxat animalia a nostra potestate alienauit, quae non multum ad huius vitae utilitatem nobis conducunt. Quae uero vitae nostrae multum seruiunt, & utilia, & necessaria sunt, ea in seruitute, & subiectione sua reliquit, Dedit itaque nobis bouum arma, ouium greges, & alia animalium genera, unde multa nobis suppeditantur commoda, ne sudor & labor intolerabilis foret. Idem faciens quod benignus & prudens paterfamilias, qui flagellato seruo etiam curam quandam congruam flagellis adhibet. THEODORET. super illud Genes. 2. Ex omni ligno paradisi comede, &c. In quocumque enim die comederis, &c. Quamuis Deus comminatus fuerit, morte morieris, non statim tamen mortui sunt, quia bonus Dominus maiora supplicia intentare, ac comminari consuevit, minora tamen his quae interminatus est, supplicia sumit.

Idem.

85. GENES. 3. In dolore paries. CHRYSOST. Verumtamen doloribus tanta solatia mulieri admiscuit misericors Deus, ut ferre conferendum non sit gaudium, quod ex nato puero habetur, cum doloribus. unde Christus monstrans tam doloris magnitudinem quam laetitiae excellentiam, ait Ioan. 16. [Mulier cum parit, tristitiam habet, quoniam venit hora eius: cum autem peperit, iam non meminit praesurae propter gaudium, quia natus est homo in mundum.] RABAN. super illud, ibidem. Multiplicabo arummas tuas. Et Ecclesiae arumnae post reatum praenauaricationis multiplicauerunt in hac vita, ut ad vitam perpetuam castigata perueniat.

Idem.

86. GENES. 3. Emisit eum Dominus Deus de Paradiso. CHRYSOST. Prouidentiae magis quam indignationis fuit haec cecilio. Hic enim mos est Domini nostri ut puniens, non minus quam beneficiens, suam erga nos declaret prouidentiam. Quippe & hanc poenam admonitionis gratia nobis irrogauit.

Quia utique si scisset non peiores fieri impune peccando, neququam ultra punisset, sed ut reprimat nostrum ad ulteriora progressum, & tollat malitiam uiterius grassantem, suam seruando misericordiam puni, id quod & nunc facit. Curam enim agens protoplasti, cui ipse est paradiso praecipit. EVCHERIVS. Exules enim sunt esse primi parentes ab esu ligni vitae ad tempus, ut per congruam poenitentiae satisfactionem, rursum illuc unde emissi fuerant, reuertentur. D. THOMAS. 2. 2. quaest. 164. art. 2. Licet homo post peccatum, de ligno vitae comedisset, non propter hoc immortalitatem recuperasset. Beneficio tamen illius cibi potuisset vitam magis prolongare. Unde dicitur, Et uiuit in aeternum. sumitur hic aeternum pro diuturno. Hoc autem non expediebat homini, ut miseria huius vitae diutius permaneret. STRABVS super illud. Et flammam gladium, & uersatilem. Versatilis est gladius, quia potest remoueri. Remotus est enim Enoch, & Elias: & quotidie remouetur fidelibus, de hac vita ad supernam beatitudinem ascendentibus. RVPERT. Ira Dei grandis, necessariae misericordiae societatem non relinquit. Ira namque Dei est quod positus sit flammam gladium, misericordiae uero, quod uersatilis sit.

Idem.

87. GENES. 7. Delebo omnem substantiam quam feci, de superficie terra. INTERL. Saepc malorum nequitiam increpando replicat, & mala uentura denunciat, ut vel sic ad poenitentiam moueat. CHRYSOST. Semel & iterum praedicit, & neque sic sibi supplicatur, ut intelligamus quod iuste eis tantam poenam inflixerit. AMBROS. O caelestium pulchritudo uerborum. Indignatur Deus peccatis nostris, sed non obliuiscitur pietatis, minatur supplicium sed non permittit excidium: moderatur uindictam, reuocat seueritatem. Delecturum se dicit omnem carnem, non uero terra, sed a facie terra: florem percudit, radicem seruat, sicut ut substantiae uirtus humanae in profundo maneat, & in superficie laboret. Unde pulchre dicit delebo. Inquam literarum apices qui delentur sine imminutione tabularum: atramentum delentur, sed lignum manet. Delentur elementa, ut scribantur plerumque meliora. Delebo, inquit, corruptelam carnis, ut scribam incorruptionem. Unde alia litera: delebo omnem resurrectionem carnis a facie terra, ut scilicet scribam in caelestibus resurgentes. Delebo de libro terra, ut scribam in libro uiae. Deleantur Domine Deus meus, Domine deleantur cito elementa ferri, ut scribantur elementa Christi. Aboleatur resurrectio terrena, ut caelestis gratia redundet. Delet ergo Deus resurrectionem carnis, quo declaratur quod superflua hominum natiuitatem propter impietatem eius delent, tanquam literarum inscriptionem: substantiam autem generis seruare uoluit humani, ut ex ea semen reliquam pullularet.

Idem.

88. GENES. 8. Non igitur ultra percutiam omnem animam sicut feci. AMBROS. Vindicauit Dominus in hominum genus semel ad exemplum timoris: pepercit autem in reliquum, ne dominaretur semper amaritudo peccati. Nam si quis peccata cupiat sapienter uindicare, asper magis quam censorius habetur: Verumtamen licet pietatem suam circa uniuersitatem hominum declarat, securitatem autem & negligentiam quandam mentibus humanis asserre non uult, & ideo in paucos uindicauit, & plures reseruat, sicut in diluio multos puniuit, & paucos reseruauit, deinceps autem ait, multis parcam, & paucos puniam. Quia uindicta legis ad timorem proficit, & cognitionem doctrinae, magis quam ad naturam conuersionem,

tionem, quae corrigi in aliquibus potest, in omnibus mutari non potest. Vindicauit ergo Dominus, ut timeremus, pepercit ut reseruaremur: sciens quod poenitus peccata hominum auferri non queant. Unde commune Prouerbum: Sicut qui reti subtili haurire aquam cupiat, sic qui malitiam ex pectoribus hominum conatur auferre.

Dei Misericordia, & Iustitia simul.

89. GENES. 9. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me, & inter terram. AMBROS. Arcus instrumentum iaculandae sagittae est. Itaque non ipse arcus uulnerat, sed sagitta. & ideo Dominus in nubibus arcum magis quam sagittam ponit: id est, non illud quod uulnerat, sed quod habeat terroris indicium, & uulneris effectum habere non solet. & sicut arcus quo sagittae iaciuntur, nunc tenditur, nunc resoluitur: sic quandam extensionem, & remissionem per hunc arcum uideatur Scriptura significare: per quam nec poenitus per nimiam extensionem uniuersa rumpantur, nec per nimiam remissionem relaxentur, sed sit quaedam mensura pro diuina uoluntate, misericordia, & potestate, quae omnia confundi nimia solutione, nec dirumpi nimia irruptione patiatur. Quem arcum ideo in nubibus dicit poni: quia tunc maxime opus est diuinae auxilio prudentiae, quando agmina nubium in procellas tempestatisque coguntur. LIPOMAN. Quotiescumque igitur iussu & opere Dei in nubibus arcus iste iridis apparuerit, commune facere fideles debet iustitiae Dei, quo crimina nostra puniendae nouerimus, sicut & hominum illius praesentis temporis, & agnosceat, & uenerari debemus diuinae pietatis erga nos misericordiam, qua peccatis nostris misereri sic uelit, ut citra condignum puniat. Id nos Ecclesiasticus docet cap. 43. [Vide arcum, & benedic Deum qui fecit illum: ualde speciosus est splendore suo, gyravit caelum in circuitu gloriae suae, manus excelsi aperuerunt illum.]

Deus castigat cum misericordia.

90. GENES. 15. Seruituti eos subiciet, & affliget quadringentis annis. CHRYSOST. Dicit potest quod cum Dominus sit misericors, imbecillitati nostrae respondentem facit poenas. Cum ergo uidit filios Israel ita labore pressos, & Aegyptios magnam in eos crudelitatem exercere, ante definitum tempus uisionem fecit, & ad libertatem eos reduxit. Mos enim Dei est, ut etiam si minetur se puniaturum, si nos conuertamur ad eum, possimus eius reuocare sententiam. E diuerso si pollicetur aliquid suae se nobis datum, & nos ingrati fuerimus, nec ipse promissum adimplet, ne nos ea ratione deteriores fiamus.

Dei Misericordia, & Iustitia.

91. GENES. 18. Clamor Sodomorum & Gomorrerum multiplicatus est. AMBROS. Magna Domini patientia, ut non statim peccatorem puniat, sed diu differat expectans correctionem, nec moueatur ad uiscendum, nisi peccator mensuram excedat. Unde Dominus in Euangelio: [Implete mensuram patrum uestrorum.] AVGVST. Clamorem Scriptura solet ponere pro tanta impudentia; & libertate iniquitatis, ut nec uerecundia, nec timore abscondatur.

Idem.

92. GENES. 18. Cum ergo staret in deo uiri, direxerunt oculos contra Sodomam, &c. AMBROSIVS. Sicut uisitatio Domini timentibus exhibetur, ita etiam impiis poena peccati reponitur. Abraham deducendo hospites ad humanitatis gratiam, adde-

bat obsequia. Sodomitae uero pro pietatis officiis, impunitatis angebant flagitia. INTERL. Cum Abraham tractauerat de futura misericordia, iam contra Sodomam iudicium intentatur. RVPERT. Aduentus filij Dei sicut electis in multitudine misericordiae, sic reprobis in abundantia est ira & uindicta. Unde Apostolus Rom. 2. [Ira, & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum: Iudaei primum & Graeci: gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum: Iudaeo primum & Graeco.] Bene ergo is cuius in Euangelio suo simul ita reuelanda erat, & gratia in praefiguratione aduentus sui, utrinque rei narranda toti orbi praenuntiat exempla. THEODORET. super illud, Exod. 4. Ego indurabo cor Pharaonis. Similitudine hac a nobis hac explicantur. Sol iste caloris sui uicem, ceram quidem humidam, lutum uero siccum reddit; & hanc mollem, & illud durum efficit. Quemadmodum igitur hic Sol, una atque eadem uicem contraria inter se efficit, consimiliter ex Dei longanimitate, alij utilitatem, ac fructum, alij detrimentum damnatumque accipiunt. Id ipsum & Dominus in Euangelio declarauit. [In iudicium inquit] ego ueni in mundum, ut qui non uident, uideant, & qui uident, caeci fiant. Hoc uerumtamen Dei propositum esse significat, nec huiusce rei gratia uenit, sed id quod erat, ostendit. Ipse enim omnes uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire: uerum quia humana natura libero arbitrio praedita est; qui crediderunt, salutem consecuti sunt; qui secus, a salute alieni effecti sunt. Hac ratione Iudas cum prius cerneret (Apostolus enim erat,) postmodum oculos mentis amisit. Contra Paulus prius caecus cum esset, postea lumen recepit. Similiter Iudaeorum plurimi obcaecati sunt, gentes uero illuminatae sunt, Domino in carne apparente. Neque uero quia futurum erat, ut multi minime crederent, ideo Dominum hominem assumere non debuisset. Ad hunc modum & Simeon ait: [Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.]

Idem.

93. EXOD. 7. Sed ego indurabo cor eius. CHRYSOST. super 12. cap. Ioan. Hom. 67. Quemadmodum Sol, debilem oculorum aciem perstringit non natura sua; ita uenit in his, qui diuino non attendunt sermone. Ita & Pharaonis cor obdurasse dicitur, ita his accidit qui Dei uerbum oppugnant. Proprium hoc Scripturae, ut illud, irradiat illos in reprobum sensum: & illud, abiit a gentibus, hoc est, secessit, dimisitque eas. Non enim haec a Deo sed ab illorum malitia prouenire ostendit. Ut ergo auditorem perterreat, inquit, obdurauit, irradiat, & dereliquit. Quod enim ipse non solum non tradat, sed ne derelinquat quidem, nisi uelimus, audi quid dicat: [Nunc peccata uestra diuidunt me a uobis:] & iterum. [Qui longe distcedunt a te, pereunt.] & iterum: [Oblitus es legis Dei tui, & ego tui obliuiscar.] & iterum: [Veni, & non erat homo; uocari, & non erat qui audiret.] Haec autem dicit ut nostra causa deserat nos, & nobis ipsis perditionis nostrae auctores demonstrat. Deus enim non modò nos derelinquere, & punire uult, sed quoties punit, inuitus punit. [Nolo, inquit, innotem peccatoris.] Christus etiam cum peritura esset Ierusalem, lacrymatu est: quod nos in amicis facimus.

Idem.

94. DEUT. 28. Percutiat te Dominus egestate, febre frigore, ardore, & aestu, &c. AVGVSTIN. Quis tam impie desipiat, ut dicat Deum malas hominum

voluntates quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse conuertere? Sed cum facit, per misericordiam facit; cum non facit, per iudicium, non facit, qui cui vult, miseretur, & quæ vult indurat.

Dei misericordia erga peccatores.

95. NVMER. I. Dimitte obsecro peccatum populi huius secundum magnitudinem misericordie tue. Sicut propitius fuisti egredientibus de Aegypto usque ad locum istum. O L E A S T E R. Solet apud homines multiplicata iniuria illatæ condonatio esse causa de cætero continendi veniam. Non sic autem Dominus Deus noster, sed veniam multiplicasse causa est nouæ condonationis. Vnde ait Moyses, sicut propitius fuisti, &c. Hæc ille. Sicut etiam quo maior est homini facta iniuria, tanto difficilius condonatur: è contrâ verò nobis contingit cum Deo. Vnde petebat Dauid: [Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo.] & quod allegat, vt ei remittatur, est, [Multum est enim.] Concessit Moysi Deus quod ab eo petebat: Dimisi iuxta verbum tuum. & addit aliam longè maiorem misericordiâ: [Viuo ego, & implebitur gloria Domini vniuersa terra;] quæ est incarnatio Filij Dei; iuxta Tyrannum,

Deus cum misericordia castigat.

96. 4. R E G V M 21. Extendam super Ierusalem funiculum Samaria. Alia litera, regulam Samariae. C H A L D A I C. Lineam desolationis Samariae. V A T A B L. Similitudine vitæ architecti, qui designat lineam, quod demoliturus est, quasi dicat, vt curauit Samariam perendam, ita etiam perdam Ierusalem. Et pondus domus Achab, perpendiculum subaudi extendam: sumpta metaphora à latomis. q. d. non aliter perdam Ierusalem, quàm perdidit familiam Achab. L X X. tranferunt, [Extendam in Ierusalem mensuras Samariae, & trutinam domus Ephraim.] Exponit Chrysost. Homil. in psalm. 95. id est, eandem pœnas à Ierusalem deposcâ, quibus in Samariam animaduerti: sed aduertendum, Deum cum punit, trutinam librare vltionem, iuxta illud: [Non secundum peccata nostra facies nobis,] &c. ne pœna culpam excedat. Vnde, Isai. cap. 27. [In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabis eam.] Vbi D. THOM. vitur mensura, vt scilicet minoribus peccatis, minora; maioribus verò maiora supplicia inferantur. Est autem contra mensuram, quia nunquam peccatis æqualia. Hæc ille. Ad misericordias autem faciendas, non vitur mensura Deus. vtrumque patet. Thoen. 2. [Cogitauit Dominus dissipare murum filia: Sion: hoc est, synagogam, [tetendit funiculum suum.] Ad edificandam verò loco eius Ecclesiam gentilitiam. Iere. 31. [Ædificabitur ciuitas Domini, & exibat ultra normam mensura.] Psalm. 18. [In omnem terram exibat sonus eorum,] in Hebræo; [Exiuit linea seu norma eorum.] D. A M B R O S. super Psalm. 37. Eleganter notat quod Deus, misericordiam, non iustitiam effundere dicitur. Cant. 1. de misericordia dicitur: [Oleum effusum.] Psalm. 74. De supplicio autem: [Calix in manu Domini.] &c. Et inclinavit paulatim, & magna cum consideratione, [Veruntamen sèx eius non est exinanita.] Ad terrendum (inquit Ambros.) plenus est calix: ad feriendum non est exinanitus. Calicem eius iræ exinanire non nouit, sed exinanitum tamen est vnguentum. Declarat Christus hoc, Luc. 6. [Mensuram bonam, & confortam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinu vestrum.] expende singula verba.

Idem.

97. I. S D R A S. Dixerat Eltras Imperatori Artaxerxi: Manus Dei nostræ est super omnes qui querunt

eum in bonitate, & imperium eius, & fortitudo eius, & furor super omnes qui derelinquunt eum; Et ideo addit: Et erubui petere à rege auxilium, & equites qui defenderent nos ab inimico in via. Qui enim cognoscunt verè quanta cum liberalitate suos protegit, & prouidet, erubescunt confugere ad creaturas. Idem sentiebat Dauid, dicens: [Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum, vultus autem Domini super facientes mala,] &c. Hoc ipsum prædicabant legati missi à rege Ezechia, dicentes: 2. Paralip. 30. Filij Israel, reuertimini ad Dominum Deum Abraham, & Isaac, & Israel, & reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus regis Assyriorum, Nolite fieri sicut patres vestri, & fratres, qui recesserunt à Domino Deo patrum suorum, & tradidit eos in interitum vt ipsi cernitis. Tradite manus Domino, & venite ad sanctorum eius, quod sanctificauit in æternum. Seruite Domino Deo patrum vestrorum, & auertetur à vobis ira furoris eius. Pius enim & clemens est Dominus Deus vestrus, & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum.

Dei iustitia in peccatores.

98. G E N E S. I. Fecit Deus bestias terra. R V P E R T. Quid mirum si truces homini peccatori bestias, & venenata præparauit animalia, qui infernum quoque futuris Dæmonum vel hominum peccatis præparauerat? E V C H E R. Fortè in primordiis innocua facta sunt huiusmodi animalia, & post peccatum nocere cœperunt. Bona enim condita esse, sed malè agentibus data sunt in flagella. Vnde Dominus Isai. 45. [Ego Dominus faciens pacem, & creans malum,] id est, flagellum peccatoribus ea quæ bona natura sua sunt. Ea enim per dolorem quo feriunt, peccatoribus mala sunt.

Idem.

99. G E N E S. 3. Conserunt folia ficus. I S I D O R. PELV-SIOTA. Christus Dominus, sicut maledixit, in Euangelio, vt ostenderet Iudæis, se habere potestatem ad puniendum. Nam in omnibus miraculis quæ fecerat Saluator noster, nihil triste ac molestum cuiquæ intulerat. Vnde existimabât homines illum posse tantummodo beneficia conferre, quasi potestatem malorum puniendorum non haberet. Execratus est igitur ficum, & exsiccata est vt terreret homines. Hæc ille. Æqualiter conficitur Dauid in Deo misericordiam, & iustitiam, dicens: [Quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, & reddes vnicuique secundum opera sua.] C H R Y S O S T. Vide à quanta gloria, in quantam vilitatem deducti sumus: qui antea quasi terrestres Angeli viuabant, tegumentum sibi ex foliis excogitant. Tantum malum est peccatum. L I P O M A N. Qui Domini, & imperatores rerum omnium constituti fuerant, iam honoris & honestatis à fici folijs tutelam emendicabant. Is fructus inobedientiæ & superbiæ contra verbum Dei.

Deus quare priores præuicatoribus sic punit.

100. G E N E S. I. Conserunt folia ficus, &c. THEODOR. Contra Marcionem. Attentè considerandum est, quod primis legis diuinæ præuicatoribus supplicia sine venia infliguntur, vt ceteri qui transgressionis pœnam intellexerint, diligentius caueant, nec legem præuicari audeant. Idem & in eum qui primus sabbathum violauit, iussu Dei perfectum est. Omnis enim populus lapidibus eum obruit, vt ille ipse met populus qui Dei vltor fuisset, peccare, vehementius formidaret. Eadem ratione Cain, qui primus homicidium perpetravit, immedicabili supplicio obnoxium fecit, vt posteris eius timorem talia committendi incurreret. Parigitur fuit, vt Adam, qui primus legem

legem accepit, & quidem leuissimam pœnam transgressionis exoluere ad posteriorum vilitatem. Item si Deus ob modici fructus esum, pœnam mortis omnibus hominibus intulit, non tamen vniuersum genus humanum perdidit, sed filium suum vnicum misit, & salutem humani generis per crucem, & mortem illius dedit. Deinde scire operæ pretium est, diuinam legem, quamuis paruis ac minimis de rebus promulgetur, eandem vim habere cum ea quæ magna aut iubet, aut veter, idque præcipuè de lege diuina censendum est.

Impij in iudicio non audientur.

101. G E N E S. 3. Et ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus eris, &c. R V P E R T. Cum homines interrogaret, & audiret, antequam punirentur, serpentem non interrogat. Quia scriptum est Psalm. 9. [Secundum multitudinem iræ suæ non quæret.] S E R A P I O N Episcop. Ad huius iudicij exemplum respiciens Dauid ait: [Idco non resurgent in iudicio, nec peccatores in consilio iustorum.]

Eua iussit à Deo puniatur.

102. G E N E S. 3. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo germinas tuas, &c. R V P E R T. Triplici peccato mulieris triplex vindicta reddita est. Primò, quia credendo serpenti plusquam Deo, seducta est. Ideo omnes eius conceptus anima & corpore in peccato ipsius moriuntur, & nemo illorum Deo viuunt, nisi viuificetur in Christo. Secundo, quia pulchritudinem & suauitatem ligni delectabiliter concupiuit, in dolera paries, inquit, filios tuos: contrarius redditur illi vteri dolor. Tertiò, quia viro suo dedit, & cum ad comedendum illexit, ideo, sub viri potestate, inquit, eris, & ipse dominabitur tui. Itaque pro seductione conceptuum multiplicitas, pro gula oblectamento, vteri dolor, pro temerario imperio seruitutis pœna ei reddita est. A M B R O S. Quia virum ad culpam vocauit mulier, iustum est vt ei subdatur, ne iterum foeminea facilitate labatur.

De iustitia in peccatores.

103. G E N E S. 6. Delebo, inquit, hominem à facie terra. C H R Y S O S T. Quasi diceret: Quæ mei erant officij, omnia exhibui: ex nihilo vt esset illum produxi, scientiam faciendorum & non faciendorum indidi, liberum arbitrium donavi, ineffabili longanimitate vsus sum, & post minas aliud tempus illi præstinui, & quia etiam sic nihil lucrifacio nec proficio, cogit necessitas, vt minas opere compleam. Delebo, inquit, hominem, &c. Quasi malum quoddam fermentum abolebo totum illorum genus, ne posterioribus seculis peccando auctores & doctores fiant. A M B R O S. super illud Genes. 7. Anno sexcentesimo vna Noe mensis secundo, &c. Secundum mensum verni esse temporis non ambigitur, quando augentur nascencia, ager paritur, terrarum pariter atque animantium festura se fundit. Tunc ergo fecit diluuium, quando dolor eorum maior foret, qui in sua abundantia puniebantur. Tunc vltio terribilior, tanquam dicentis Dei: Ecce omnia diues natura generauit, nõ deest terra obsequiis suis, non bestia desunt muneribus suis, vt homini nihil desit, homo solus partibus suis deest, nescit autem suum, à quo omnia ei ministrantur, negligit conditorem. Percant igitur cum homine omnia, in suis diuitiis consumatur homo, cum sua dote moriatur. Ideo non post collectos fructus infunditur aqua, ne beneficium magis quam diluuium terra sentiret. Item significatur, nunquam Deum eo tempore interitum hominum fuisse facturum: quo fecit exordium, nisi immanibus delictis fuisset offensus. L I P O -

M A N. super illud: Facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Prolixa & repetita toties narratione auget & aggrauat terrorem, vt iudicij diuini seueritas contra impios, posteris omnium: seculorum incutiatur & clementia, & misericordia Dei credentibus & obedientibus commendetur.

Deus peccatoribus par pari refert.

104. G E N E S. 11. Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, &c. C A I E T A N. Aduerte, prudens lector, quod Moyses describit Deum par pari referentem. Quia enim excitando ad edificandam ciuitatem & turrim homo dixerat: [Venite, edificemus, &c.] Ideo dissipaturus Deus hominum consilia, dicit ad similitudinem excitantis eos, qui cum eo sunt: Venite, descendamus, & confundamus, &c. C H R Y S O S T. Et quia abusi sunt vocis vnitatis, ideo vocis diuersitate castigare volo. Et confundamus linguam eorum. R V P E R T. Et quoniam perueria, viatendere volunt ad cælum, veram viam abscondamus ab eis, qua veraciter itur ad cælum. Confundamus linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Etenim cum hæc diceret Deus, sciebat futurum vt sanctam Scripturam vnus Dei notitiam continentem conderet per hunc famulum suum Moysen, qua sola verè itur ad Deum, quæ scilicet Hebræa lingua scribenda erat, quæ tunc communis erat. Vt igitur cum data fuerint illæ margaritæ celestis doctrinæ, non conculcentur à porcis huiusmodi: Venite, confundamus labium eorum, &c.

Iustitia Dei in peccatores.

105. G E N E S. 15. Necdum enim cõpleta sunt iniquitates Amorrhæorum usque ad presens tempus. C H R Y S O S T. Deus enim cum misericors sit, non solum non indicit pœnas peccatis grauiores, sed & valde minores. T H E O D O R. Declaratur per hoc Deum non prius vltorem esse, quàm homo sit peccator. R V P E R T. Ex hoc colligitur quod non propter iustitias suas filij Israel terram illam obtinuerunt. Vnde, Deut. 9. [Ne dicas in corde tuo, propter iustitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc possiderem,] cum scilicet propter iniquitates suas istæ sunt deletæ nationes. G R E G O R. Homil. II. super Ezechiel. Cum tremore considerandum est, quomodo iustus & omnipotens Deus cum præcedentibus peccatis irascitur, permittit vt cæcæta mens etiam in aliis labatur. Appone (inquit Dauid) iniquitatem super iniquitatem ipsorum, vt non intrent in iustitia tua. & Oseas: [Maledictum & mendacium, &c. inaudauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.] Sanguis enim sanguinem tangit, quando peccato peccatum additur, vt ante Dei oculos adiunctis iniquitatibus anima eruentur. Paulus: [Vt impleant, inquit, peccata sua semper.] & Angelis Ioanni: [Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc,] & Dominus: [Si cõuersus iustus à iustitia sua, fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo.] Ponere offendiculum, nequam est ad peccatum premere, sed nolle à peccato liberare: sicut de Pharaone dicitur: [Ego indurabo cor eius.] Obscurare dicitur, cum ab obsuratione non liberat. Misericors Deus tempus nobis ad pœnitentiam relaxat, sed cum eius gratiæ patientiam nos ad augmentum veritatis culpæ, hoc ipsum tempus quod ad parcendum piè disposuit, districtius ad feriendum vertit. Vnde scriptum est: [Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit: secundum duritiam autem tuam, & cor impenitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iudicij Dei:] quia scilicet dum ad pœnitendum tempus accipit, a peccandum exhibetur. Tunc enim ipsum, remedium gratiæ

gratiæ vertit in augmentum culpæ, & quia homo non vult deferere malum vt viuat, auget vnde moriatur. Bene ergo dicitur, *necdum completa sunt iniquitates Amorrhæorum.*

Idem.

106. **G**ENE S. 19. *Viri ciuitatis illius vallauerunt domum illius à puero vsque ad senem, omnis populus simul.* AMBROS. Præstruitur hoc in loco iudicij diuini æquitas, ne fortè quis diceret, quid peccauerunt pueri, vt omnes excidio inuoluerentur? Nullus illic iustus, nullus innocens fuit, nulla ætas erat culpæ immunitis, ideo nullus immunis exitij fuit. Qui enim possibilitate perpetrandi criminis non habuit, habuit affectum, effera vires senum, sed mens plena libidinis. *Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrah sulphur & ignem.* GREGOR. 14. *Moral. cap. 10.* Sulphur sic ignem nutrit, vt foetorem grauissimum exhaleat. In ipsa igitur qualitate vltionis notatur macula criminis. Qui itaque ad peruersa desideria ex carnis foetore arserant, dignum fuit vt simul igne & sulphure perirent. Sulphur quidem foetorem habet, ignis ardorem, quatenus ex iusta pœna discerent, ex iniusto desiderio quid fecissent. *Idem 4. Dial. cap. 36.* Quia amore illicito corruptibilis carnis exarserant, simul incendio & foetore perierunt, quatenus in pœna sua cognoscerent, quia æternæ morti foetoris sui se delectatione tradidissent. RUFERT. Quia carnes eorum non qualiscumque luxuriæ, sed eius libidinis igne arserant, quæ est contra naturam, ideo non qualemcumque ignem, sed ignem super eos pluit sulphureum, & quia talem carnis foetorem miserant ad cælum, rectè de cælo foetorem igneum, vel ignem sceridum receperunt. EVCHEER. & STRABVS. Peccatores carnales in diebus Noe aqua diluuij exterminauit. Sodomitæ verò grauiori supplicio ignis scilicet & sulphuris diluuiio perierunt. Illud enim peccatum nauitale erat, etsi mensuram excessit: hoc verò quia contra naturam erat, acrioris elementi vindicatum est incendio. Ideo etiam illic terra aquis abluta reuiuificat, hinc verò flammis, cremata æterna sterilitate arefcit.

Idem.

107. **E**XOD. 14. *Reuersaque sunt aqua, & operuerunt eam.* HIERON. in *Ieremiam cap. 32.* Quanto serior vindicta peccantium est, tanto serior in similitudine Pharaonis, qui decem plagis admonitus, non punitus, & in duritia perseuerans, ad extremum rubri maris fluctibus obrutus est. LIPOMAN. Hic igitur est finis impietatis, sic percutit, & excindit Dominus eos, qui nullis admonitionibus flectuntur, nullis minis Dei terrentur, sed excæcati contra Deum pugnare pergunt.

Deus qualiter puniat filios pro patribus.

108. **E**XOD. 34. *Qui reddidit iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus in tertiam & quartam generationem.* LIPOMAN. in Hebræo, *Est visitans iniquitates patrum super filios, & super filios filiorum, &c. super tertios & super quatuor.* LXX. *inducens peccata patrum super filios, &c.* CHALDAICA. *Visitans peccata patrum in filios, & in filios filiorum sceleratorum in generationem tertiam, & in generationem quartam.* Vbi dictio sceleratorum totam clausulam dilucidat. CAIBAN. Nunquid Deus præcipit contrarium quod ipse facit? Nam ipse præcipit, *Deut. 24.* quod non occidantur filij pro iniquitate patrum, & tamen hinc dicit se visitare iniquitatem patrum super filios & tertios & quatuor. Respondeo: quod non est contraria lex Dei, iustitiæ Dei, sed ibi decernitur

iudicium humanum, hinc verò declaratur quid referuatur iudicio diuino. Decernit Deus, vt iudex homo non occidat filium pro peccato patris, referuat tamen sibi Deus iudicium tale, quia ipse solus est qui dat esse patri & filio, & nulli facit iniuriam, occidendo quemcumque. Et propterea etiam iuste iubet interfici paruulos lactentes Chananeorum. Dubitatur secundò, an per reuelationem factam Ezechieli, *cap. 18.* vbi de diuino tractans Deus iudicio dicit: [Filius non portabit iniquitatem patris,] & c. hac sententia reuocata sit? Respondeo: Quod non est reuocata hæc sententia ibi: quia hic est sermo, de pœna corporis, ibi autem de pœna animæ. RUFERT. Inter tot nomina misericordiæ, non solum iustitiæ, & veritatem. Dices, quomodo idem Deus per Prophetam dicit: [Filius non portabit iniquitatem patris,] & c. Non portabit filius iniquitatem patris, quando cum non imitatur. Redit autem iniquitas patrum in filios, & nepotes, quotiescumque filij, vel nepotes, patres in quos imitantur. v. g. nos omnes Adæ filij sumus. Si ergo iniquitatem eius, incredulitatem eius, serpentis magis quam Deo credidit, imitatur quis, iniquitas eiusdem patris, nobis filiis iuste redditur. Si autem iniquitatem eiusdem veteris hominis fugientes, ad iustitiam noui hominis Iesu Christi confugimus, non vtrique iniquitatem illius portabimus. CYRILL. *lib. 3. contra Iulian.* Mirabitur quis in reprehensibilem mansuetudinem omnium Domini. Bonus est enim secundum naturam, & mansuetudinis omnium principium, ac genitor. Quomodo ergo reddidit peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem? Non simpliciter hoc dictum puta, sed necessariò addendum est: *ad imitantes, &c.*

Idem.

EXOD. 20. *Visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me.* HIERON. *super Ezechieli. cap. 18.* *Quid est hoc quod dicit inter vos parabola veritas, &c. Patres comederunt uiam acerbam, & dentes eorum obstupuerunt.* Monet Scriptura, quod in Exodo dictum est: *visitans iniquitatem, &c.* & iterum quod Moyses ait: *Reddens iniquitatem patrum super filios, &c.* sic accipi debere quasi prouerbum, & parabolam: vt aliud in verbis sonet, aliud in sensu teneat: & nos vsque in præsentem diem putabamus duo testimonia Exodi citata non esse parabolam, sed simplicem explicare sententiam. Et quanquam non auderemus quidquam dicere, nec fictile vas loqui contra figulum, quare ita, vel ita me fecisti? tamen scandalum patiebamur occultum. Quod iniustitia videretur. Dei alium peccare, & alium luere peccatum, sed ex eo quod sequitur: *Hic qui oderunt me,* comminationis, siue præcepti scandalum soluitur. Non enim ideo puniuntur in tertiam & quarta generatione, quia deliquerunt parentes eorum, cum patres potius puniri debuerint, sed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum hæreditario malo, & impietate in ramos quoque de radice crescente. Neque truculentia & seueritatis est iram tenere vsque ad tertiam & quartam generationem, sed signum misericordiæ pœnam differre peccati: Vnde Moyses prius dixit: [Domine Deus miserator, & misericors, patiens, & multæ miserationis. Et postea reddens iniquitatem patrum supra filios, & filios filiorum.] Quasi dicat: quod tanta misericordia sit, vt non statim puniat, sed sententiã differat puniendi. Est autem sensus loci huius Ezechielis iste: Quomodo si quis velit dicere: Patres uiam acerbam comederunt, & dentes filiorum obstupuerunt, ridiculum est, & nullam habens consequentiam. Sic iniquam estque peruersum peccare patres, & filios nepotesque cruciari.

Nam

Nam & in Prouerbijs scriptum est *cap. 10.* [Sicut uia acerbã dentibus noxia est, & fumus oculis, sic iniquitas his qui vtuntur ea. Ita etiam interpretatur *super Ierem. cap. 31.*

Deus qualiter puniat filios pro Patribus.

110. **I** BID. AVGVST. *contra Adamanium cap. 7. & de questionibus 69. noui & veteris Testamenti. cap. 14.* Sicut Iustorum filij, & ipsi iusti nobilitant in se genus iustitiæ, dum & patrum, & sua iustitia sublimantur & nequillimorum, & ipsi filij nequissimi crementum faciunt malitiæ, quia & malorum filij sunt, & nequitiam illorum exemplarunt ad perditionem multorum. Cum terrore ergo locutus videtur Deus. Sed verum est, & hoc habet ratio. Quis enim malum, & mali hominis filium non duplici genere execreretur, quomodo bonum, & boni hominis filium duplici mercede censet honorandum? Idcirco autem in tertiam & quartam progeniem reddere se promisit. Vt si post patrem malum, filius non sequatur perfidiam patris, nepos autem in malis imitator existens, sciat se non immunem futurum à seueritate sententiæ, aut si & nepos fortè non aui, sed patris secutus vestigia, testamentum diligit Dei, non ignoret pronepos ad se vsque peruenire sententiam, si æmulus sit proauji perfidiæ. Hac legis manifestatione deterreri uoluit Deus impios patres, vt agnoscentes quantum mali pararet seclatio idololatriæ, vel affectu filiorum reuocarentur ad reuerentiam creatoris; aut filij timentes ne incurrerent peccata patrum, Dei legi obtemperarent. Illi autem attendentes ad nequitiam, aliter hoc interpretari cœperunt, dicentes: [Patres nostri manducauerunt uiam acerbam, sed dentes filiorum obstupuerunt.] Sed dicitur eis: Non morietur filius pro patre, nec pater pro filio, sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur.]

Idem.

111. **I** BID. GREGOR. 15. *Moral. cap. 22.* Vt iniquus filius iniqui patris, non solum sua, sed etiam patris peccata persoluat: eam uiam patris, in quibus iratum Dominum non ignorat, etiam suam adhuc malitiam adiungere non formidat, & iustum est, vt qui sub districto iudice uias parentis iniqui non timet imitari, cogatur in uita præsentis etiam culpam parentis iniqui persoluere. Vnde & illic dictum est, anima patris mea est, &c. & anima quæ peccauerit ipsa morietur. Quia in carne nonnunquam filij etiam ex patris peccato perimuntur. Delecto autem originali peccato ex parentum nequitia in anima non tenentur. Vnde paruuli filij plerumque à dæmonibus arripiuntur, quia caro filij ex patris pœna mulcatur. In semetipso enim percussit pater iniquus, & percussio vim sentire contemnit, plerumque autem percussio in filiis, vt acrius vratur, & dolor patris carni filiorum redditur, quatenus per filiorum pœnas mens patris iniqua puniatur. Cum verò iam proeclatior filij ex parentum culpa feriantur, aperte datur intelligi, quod illorum etiam pœnas luunt, quorum facta secuti sunt. Vnde & rectè dicitur vsque ad tertiam & quartam generationem, & quia eò vsque eam quam imitantur filij parentum vitam possunt videre, & vsque ad eos vltio extenditur qui uiderunt quod malè sequerentur. *Idem tenet CRYST. super Psal. 84. Nou in æternum irascaris nobis: & THEODORETVS.*

Idem.

112. **A**CATVS. Confer illud, *Reddens peccata patrum in filios, cum illo, Frustra percussit filios uobros, disciplinam non recepistis.* & intelliges quod mortem hanc communem filiis patrum qui peccauerunt,

infert Deus, non quidem ad disciplinam filiorum, qui iam mortui sunt, sed ad parentum punitionem. Quare & tertiam & quartam generationem nominauit. Ad hanc enim generationem humanum genus propagari solet. Sicut de Iob dictum est: [Vidit filios Ieremias dicit: Reddens peccata parentum in sinum filiorum ipsorum post eos:] nam si post eos, id est, post mortem illorum, non vt ipsi puniantur: Responso: *Post eos debere intelligi, id est, post illorum priorem pœnam quæ filiorum pœnam præcessit.*

Idem.

113. **D** THOM. 1. 2. *quæst. 87. art. 8.* Bene potest quis puniri pro peccato alterius, si loquamur de pœna satisfactoria, quæ voluntariè assumitur: quia tunc sunt quodammodo vnum secundum voluntatē vnione amoris. Sicut in rebus humanis videmus, quod aliquis in se transferat alterius debitum. Item contingit quod vnus punitur pro peccato alterius, si loquamur de pœna quæ habet rationem medicinæ: nam detrimenta corporaliū rerum, vel etiam ipsius corporis, sunt quoddam pœnales medicinæ ordinatæ ad salutem, & nihil prohibet filios pro patribus tali pœna puniri, in quantum filij sunt quadam res eorum. Vnde filius, vel est particeps culpæ patris, vel non; si est particeps culpæ, habet rationem pœnæ, & quantum ad eum qui punitur, & eum pro quo punitur: si autem non est particeps culpæ, habet rationem pœnæ, quantum ad eum pro quo punitur, quantum verò ad eum, qui punitur, ratione medicinæ tantum. Ordinatur enim ei ad bonum animæ si patienter sustineat. Pœnæ verò spirituales, non sunt medicinales, quia bonum animæ non ordinatur ad aliud melius bonum. Vnde in bonis animæ nullus nullus detrimentum sine culpa propria, & propter hoc talibus pœnis vnus non punitur pro alio. Quia quantum ad animam filius non est res patris. Vnde & Dominus dicit: [Omnes animæ meæ sunt.]

Iustitia Dei contra peccatores.

114. **L**EVIT. 10. *Sanctificabor in his qui appropinquant mihi.* INTERL. Hoc est: Sanctus apparebo in his qui mihi ministrant, vlciscendo delicta eorum, & non parcendo, & in conspectu omnis populi glorificabor. INTERL. Laudabor, & magnificabor. Vnde dicit Dauid: [Iustus Dominus: & iustitiam dilexit, & equitatem vidit vultus eius.] AVGVST. Sanctificatur autem in suis ministris etiam vindicando vt sciat quia minus aliis pareat, si illis non parcat, secundum illud: Si iustus vix saluus erit, peccator, & impius vbi parcat? vel potius secundum illud: [Cui plus datur, plus ab eo exigitur.] & illud, [Seruus qui cognouit voluntatem eius, & non facit, vapulabit multis: & exiguo concedetur misericordia, potentes autem potentiora tormenta patientur.]

Idem.

115. **L**EVIT. 26. *Si ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra vos aduersus incedam.* OLEASTER. Aliqui legunt, *Si ambulaueritis mihi à casu, ambulabo etiam ex vobiscum à casu.* Hoc est pessimum Dei flagellum, cum scilicet ipse tecum egerit, ac si tua non curaret. Qui enim ita delinquant, ac si nulla esset Dei erga humana prouidentia, solet Deus eos negligere, ac si sua non curaret, vt sine vllo timore & frano labantur. Similiter expende quàm malum sit te Deo velle opponere, cum ille sit fortior te, extremum malum sit in Deum aduersarium impingere. Nam quemadmodum nihil iocundius, nihil mollius Deo propicio, ita nihil durius, nihil horribilius Deo irato.

S

irato. *Hebr.* 10. [Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis.] Susanna autem quæ Deum habebat propitium, dicebat, *Daniel.* 13. [Melius est mihi incidere in manus Dei quam in manus hominum.]

Idem.

116. **I**VDIC. 10. *Non addam ultra ut vos liberem, in & uocare Deos quos elegeritis, ipsi vos liberent in tempore angustia.* Sic irridet Deus peccatores. *Prouerb.* 1. [Subfannabo, cum uobis id quod timebatis, aduenierit.] Ita contra eos, *Qui peccatis ueteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu Domini.*

Idem.

117. **4.** *REGVM* 21. *Et delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabula, delens uertam, & ducam crebrius stilum super faciem eius.* *LYRAN.* Loquitur ad similitudinem illius qui perfecte delet tabulas, ne quidquam appareat de his quæ in eis erant scripta: quia pluries ducit stilum super eas ad complanandum. *Alia litera.* *Et detergam Ierusalem quemadmodum quis scutellam detergit, quam cum deterferit, uertit eam in faciem suam,* id est, inuertit eam. Quasi dicat (ait *Vatubus*) repurgabo urbem uestram ab hominibus sceleratis, quos ubi fugauero, inuertam illam, ut inuerti solet à rusticis scutella repurgata.

Iustitia, & misericordia Dei.

118. **2.** *PARALIP.* 36. *in oratione Manasse. Insusceptibilis est ira super peccatores, comminationis tue. Immensa uero, & inuestigabilis misericordia promissionis tue.* *INTERL.* Quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, &c. Infirmi enim infirma cogitamus. *Quoniam tu es Dominus Deus, &c. longanimis & multum misericors, & pœnitens super malitiam hominum.* *GLOSS.* *ORD.* Quod testatur *Ieremias cap.* 18. ostendens Dominum promittere bona bonis, & mala malis, sed tamen posse ultro citroque conuerti, si commutatio fuerit insecuta, nec de bona pollicitatione securior uidearis cum facies mala, nec de mala comminatione diffidas, si conuersus facias meliora.

Deus qualiter dicatur requiescere, & cognoscere.

119. **G**ENES. 2. *Et requieuit Deus die septimo.* *AVGVST.* id est, requiem præbuit homini quem iam creauerat. Sicut enim recte dicitur Deus facere, quidquid ipso in nobis operante fecerimus: ita recte dicitur Deus requiescere, cum eius munere requiescimus. Sicut dicimus Deum cognoscere cum efficit ut cognoscamus, iuxta illud quod dixit ad Abraham: *Genes.* 22. *Nunc cognoui quod timeas Deum,* id est, nunc feci ut cognoscatur, vel feci te cognoscere. *& infra:* [Vocauit nomen loci illius, *Dominus uidit,* id est, Dominus apparuit. *Vidit,* ibi sumitur, pro videre fecit. *GREGOR.* 21. *Moral. cap.* 6. *Scire Dei dicitur, scire nos facere.* Sicut latum diem dicimus in quo latamur. *CHRYSOST.* *Nunc cognoui quod timeas Deum,* id est, nunc omnibus declarasti quod timeas Deum. Quasi diceret: Ego quidem noui famulum meum, quæ à te autem nunc facta sunt, in doctrinam sunt tam præsentibus quam futuris. Innotuisti enim nunc omnibus quod timeas Deum. *ORIGEN.* Non eum latebat, quippe qui nouit omnia antequam fiant, sed propter te hæc scripta sunt. Quia & tu credidisti quidē Deo, sed nisi opera fidei expleueris, nisi sacrificium obtuleris, & ostenderis quia nec patrem, nec matrem, nec filios præferas Deo, non agnosceris quia timeas Deum: nec dicetur de te: *Quia nunc cognoui quod timeas Deum.* Quis uestrum audiet ab Angelo huiusmodi uocē: *Nunc cognoui quia timeas Deum,*

quia non pepercisti filio tuo, vel filia, vel uxori, vel pecunia, vel honoribus, &c. sed omnia contempsisti, & [duxisti stercorea ut Christum lucrifaceres] Abraham audiit hanc uocem. *Vide & infra:* num. 138. *ex Augustino.*

Deus qualiter dicatur iustos cognoscere, & peccatores ignorare.

GENES. 18. *Descendam, & uideo uerum clamorem, &c.* *ORIGEN.* & *AVGVST.* Aliter Deus nosse dicitur iustos, aliter, peccatores. De iustis dicitur: [Nouit Dominus qui sunt eius.] De peccatoribus ait Paulus: [Qui ignorat, ignorabitur.] & Dominus: [Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quia non noui uos,] id est, non in uobis recognosco imaginem meam. Cognoscit quidem in uobis iustitia mea quod puniat, & non cognoscit misericordia quod coronet. Quorum enim actus indigni sunt Deo, indigni etiam notitia Dei dicuntur. Descendi ergo ut uideam, non ut quid agant, sciam, sed ut ipsos scientia mea dignos efficiam, si quos ipsorum inueniam iustos. Sed quia nullus præter Loth inuentus, ipse solus cognoscitur, ipse solus de incendio liberatur. *HILARIUS,* super *Psal.* 1. [Qui ignorat, ignorabitur.] Eos ergo cognosci à Deo ostendit, qui quæ Dei sunt, cognouerint. Adam post peccatum indignus fuit Dei cognitione. Unde dicit Dominus: [Adam ubi es?] Abraham uero qui magnum timoris & obedientiæ dederat documentum, cognoscitur, quia dignus est qui non ignoretur.

Deus qualiter dormire dicatur.

GENES. 3. *Cum audissent uocem Domini Dei deambulantis in Paradiso ad auram post meridiem.* *RVPERT.* Indignum Deo uidetur comparari homini qui dormierat in meridie. Sed ne mixeris. Nam reuera, tunc homini Deus nimium dormierat. Si enim tunc non dormisset is, de quo dicitur: [Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel] nequaquam tantum malum homini accidisset. [Exurge igitur, quare obdormis Domine:] Si enim eidem *Psalmistæ* rectè licuit dicere: & excitatus est tãquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à uino, pro eo quodd tardiusculè subuenit. Capta quippe fuerat iam arca Dei, & Sacerdotes eius in gladio ceciderant *Ophni* & *Phinees*. Quanto magis tum tanquam crapulatus à uino, toto meridie dormiisse dicendus est, quãdo illo tacente tantum malum uniuerso generi humano partum est: & notandum, quodd non post noctem, sed post meridiem Dominus Deus excitatus deambulasse dicitur. Dominus enim Deus [lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ.] Proinde siue cum uigilat, siue cum nobis dormit, nunquam noctem, sed semper habet meridiem. Culpa dicitur est Deus quodd toto meridie dormiuit, & eo dormiente lupus ouem certissimam tulit? Non utique: sed tota culpa illius est, qui custodem suum dormire permisit. Nam ut ille non dormiat, in arbitrio hominis est, qui semper illum ne dormiet, aut dormiat, inquietare debet. Unde *Propheta:* [Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei.] Sed quomodo fiet istud: Videlicet: [Tota die ac nocte non tacendo, laudare nomen Domini.] *Isa.* 62. Muti admodum steterunt primi nostri parentes: de quibus non dicitur Deum inuocasse, neque gratias egisse pro acceptis beneficiis: nec ullum piæ confessionis uerbum de ore eorum sonuit in auribus Dei, sed uterque pari pertinacia silentium tenuit. Itaque nec eius culpa est qui dormiuit, sed eius qui tam ingratum silentium, ut meritò obdormire possit, ei præbuit. Apparuit igitur Dominus primis parentibus sicut homo tan quietè

Idem.

GENES. 49. *Omnes hi in tribus Israel duodecim.* *RVPERT.* Nota quodd in *Apocal.* 7. quando numerantur tribus, *Dan*, qui natus est filius *Israel*, relinquitur, & qui adoptatus fuit *Manasses* assumitur, itemque *Ruben*, qui natus fuit licet paruus numero assumitur, & *Ephraim* adoptatus quamuis multiplex, relinquitur, ad insinuandum uidelicet quodd ad consequendam hereditatem, pro qua signatur in frontibus nostris signaculo Dei uiui, nec soli nati, nec soli adoptati filij *Israel*, id est, nec soli qui ex *Indaïs*, nec soli qui ex *Græcis*, sed communiter tam ex his quàm ex illis assumuntur, vel reprobantur, quos vel fides commendauerit, vel infidelitas reprobabilis fecerit.

Qualiter Deus tentet.

EXOD. 16. *Ut tentem eum uerum ambulet in lege mea, ammon.* *AVGVST.* *qua.* 58. Tentatio ista probatio est, non ad peccatum seductio. Nec ideo probatio ut Deus nouerit, sed ut hoc ipso ipsis hominibus ostendat, quo humiliores fiant ad petendum adiutorium, & agnoscendam Dei gratiam. *LIPOMAN.* Per hoc autem uoluit Dominus tentare, & probare eos an crederent uerbis eius, & non plus colligerent quàm illis opus esset per singulos dies, uolens experimento prode, populi inobedientiam, & uoracitatem, cum auaritia, & luxus desiderium unã cum infidelitate, si in die se pascendos à Domino nõ crederent. *D. THOMAS.* in *1. sent. d.* 21. *quest.* 1. Ad perfectam rationem tentationis tria concurrunt. Primò, ut per tentationem alicuius dubij cognitio accipiat. Secundò, ut hoc sit intentum ab eo qui tentat. Tertiò, ut ipsemet qui tentat, cognitionem illius rei accipere uelit: & secundum hunc modum homo hominem tentat, ut experimentum sumat scientiæ, vel alterius quod in ipso est. Alia uero dicitur tentatio in qua saluantur duo ex his, scilicet manifestatio ignoti, & intentio eius, & hoc modo tentare dicitur Deus ut patet in tentatione *Abrahæ* in immolatione filij, quem tentauit Deus ut manifestaretur qualis esset in obedientia, & fide, & hanc manifestationem Deus intendebat, sed tertium defuit, non enim illum tentauit Deus, ut fidei eius cognitionem acciperet, quam prius sciebat, sed ut aliis manifesta esset in exemplum. Alia uero tentatio est in qua saluatur unum tantum, scilicet manifestatio tentati, & sic dicitur caro tentare, vel mundus, quia in his cognoscitur manifestè uirtus, vel infirmitas mentis. Sicut in bello cognoscitur uirtus militis, quamuis hostes non impugnent, ut cognoscant, sed ut vincant.

Idem.

IBID. *RVPERT.* Planè æquum fuit, ut illum Deus tentaret populum. Nam ille populus tentabat Deum. In eo enim fuit magnitudo peccati eorum, non quia petierunt, sed quia tentando & murmurando escas petierunt, iuxta illud, *Psal.* 77. [Tentauerunt Deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis, & malè locuti sunt de Deo, & dixerunt: Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?] ergo dum tentationibus ostendit Deus quid ipse possit, parando mensam illis, æquum fuit ut ipse uice uersa tentaret eos, ne nesciret quales erant ipsi. Simile quid inuenimus in cantico *Deuteronomij.* [Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & ego prouocabo eos in eo qui non est populus.] Tentati ergo deprehensi sunt quodd non ambularent in lege eius, id est, in fide eius, dum diffidentes de crastino, collegerunt plusquam sufficeret per singulos dies.

quietè tamque licentiosè dormiens in meridie, ut peracto somno, etiam deambularet ad auram, & spartari uacet sibi, nemine interpellante, vel curam afferente alicuius negotij.

Deus qualiter dicatur pœnitere.

GENES. 6. *Pœnituit eum quodd hominem fecisset in terra.* *AVGVST.* 1. 5. *de ciuitate cap.* 25. Neque sicut hominem, ita Deum cuiusquam facti sui pœnitet, cuius est de omnibus omnino rebus tam fixa sententia quàm certa præscientia: sicut scriptum est: [Triumphator in *Israel* pœnitundine nõ flectetur. Nec enim homo est ut agat pœnitentiam.] *1. Reg.* 15. Unde tropica locutione pœnituisse hinc legimus Deum. *D. THOMAS.* 1. p. 9. 19. art. 7. ad 1. Verbum istud de Deo, metaphoricè intelligendum est, secundum similitudinem nostram. Cum enim nos pœnitet, destruimus quod fecimus. Quamuis hoc esse possit absque mutatione uoluntatis. Cum enim homo uult aliquid facere, simul intendens postea illud destruere, cum destruit, absque mutatione uoluntatis destruit. Sic Deus pœnituisse dicitur secundum similitudinem operationis, in quantum hominem quem fecerat, per diluuium à facie terræ deleuit. *INTERL.* Videtur pœnitere dum opus mutat, uoluntate tamen, & dispositione immobili permanente. *RVPERT* uo. Tale quid & alibi dicit, *1. Reg.* 15. [Pœnitet me quodd Saulem constituerim regem super *Israel.*] *Vide etiam supra,* nu. 8.

Deus qualiter doleat, & gaudeat.

GENES. 2. *Et tactus dolore cordis intrinsecus.* *LIPOMAN.* Ut Deus gaudere dicitur cum homines optimè uiuant, & Deum propitium habent, sic dolere dicitur cum pessimè uiuant, & illum ad puniendum prouocant. [Heu, inquit per *Prophetam*, consolabor de inimicis meis.] *HUGO* de *S. VICT.* Non est dolor nisi de re amata amissa. Unde cum amittimus rem de qua nõ curamus, dicimus: non attingit cor nostrum. Quanto igitur profundior est amor, tanto altius tangit dolor. Cum ergo hinc agatur de rei dilectæ destructione, meritò dicitur adesse dolor magnus.

Deus non est acceptor personarum.

EXOD. 13. *Eadem lex erit indigenæ, & colono, qui peregrinatur apud uos.* *RABAN.* Quia personarum non est acceptor Deus, sed in omni gente quæ timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Non enim est distinctio *Iudæi*, & *Græci*, *serui*, & *liberi*, sed omnia, & in omnibus *Christus*. *RVPERT.* Vtriusque populi eadem lex est, ut tam hinc quàm ille omnis cunctis superstitionibus, vel iustitiis carnis solam *Christi* querant gratiam, & per hunc angularem lapidem, quasi duo parietes in unam domum conueniant.

Idem.

EXOD. 35. *Ecce uocauit Dominus ex nomine Beseleel, de tribu *Iuda*, &c. & *Oliab* de tribu *Dan*, ambobus eruditur sapientia.* *RABAN.* Et hoc pie cõsiderandum est, quia non solum *Beseleel* qui de tribu regali ortus est, nempe *Iuda*, qui de *Lia* libera natus est, quin etiã *Oliab* de tribu *Dan*, qui de *Bala* ancilla natus est, ad magisterium operis Dei eliguntur, ambobusque eruditur sapientia. Ex quo spiritualiter eruditur quia non solum nobiles, sed etiam ignobiles ad regimen Ecclesiæ eligi debent, quia iuxta *Petri* uocem, *Actor.* 10. [Non est personarum acceptor Deus,] &c. Non enim Deus nobilitatem carnis, sed nobilitatem animi pensat.

dies. Similiter & in spiritali cibo tentamur & nos à Deo. Tentatus enim est homo à Diabolo, & victus est. tentatus autem à Deo, ut illius tentatoris fraudem vincat. Tentati sunt primi homines à Diabolo, dicente: Comedite, & eritis sicut Dij. Et crediderunt ei plusquam Deo dicenti: [In quacumque die comederitis ex eo, morte moriemini.] Proinde tentatur homo à Dei filio, dicente de pane, & vino: Comedite, hoc est corpus meum: Bibite, hoc est sanguis meus. Comedite, & eritis filij Dei. Credamus igitur verbo eius plusquam oculis nostris carnalibus: quibus non nisi exteriorum panis & vini spectem intuemur, & ita iniquam incredulitatem parentum nostrorum, pia credulitate in nobis meritis evacuabimus.

Deus qualiter odio habetur à peccatoribus.

129. **EXOD. 20. Eorum qui oderunt me.** D. THOM. 2. 2. **Quaest. 34. art. 10.** Quomodo potest ab homine Deus odio haberi, cum sit summum bonum? Respondemus, quod odium est quidam motus appetitiuae potentiae quae non mouetur, nisi ab aliquo apprehenso. Deus autem dupliciter ab homine apprehendi potest, vno modo secundum ipsum, puta cum per essentiam videtur, & hoc modo cum sit ipsa bonitas, nullus habere odio potest. Quia de ratione boni est ut ametur. Alio modo, per effectus suos, iuxta illud: [Inuisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sed effectus eius aliqui sunt, qui nullo modo possunt esse contrarij voluntati humanae, ut esse, viuere, & intelligere, quae appetibilia omnibus sunt, ut author horum effectuum non potest odio haberi. Sunt autem quidam effectus Dei, qui repugnant inordinatae voluntati, sicut inflicto pœnarum, & cohibitio peccatorum per legem diuinam, & quantum ad considerationem talium effectuum, Deus ab aliquibus odio haberi potest, in quantum scilicet apprehenditur peccatorum prohibitor, & pœnarum inflictor.

De Deo nobis gloriandum est.

130. **DEVT. 10. Dominum Deum tuum timebis.** INTER. Filialiter. *Et ei soli seruias.* INTER. Spiritualiter. *Ipsi adhaerebis.* INTER. Mihi autem adhaerere Deo bonum est. **Psalm. 72. Ipse est laus tua.** INTER. Quem solum laudare debes. **Psalm. 33.** In Domino laudabitur anima mea. **OLEAST.** In Deo gloriandum nobis est. Alij gloriantur in diuitiis, alij in genere, &c. per pauci in Domino. Beatum dixerunt populum cui haec sunt. Beatus populus, cuius Dominus Deus eorum. Quomodo ergo iactas sapientiam, & potetiam tuam, vires, ac diuitias, sic te iacta de Deo tuo, dicens: [Non est alia natio tam grandis, quae Deos habeat appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis.]

Dei liberalitas.

131. **NUMER. 17. Quem ex his elegero, germinabit virga eius.** ORIGEN. **Hom. 9.** Vnum fructum promisit Deus in virga, & dedit plura, ut liberalitatem Dei largiorem promissionibus attendamus. *Germinauit (inquit) virga Aaron, & surgentibus gemmis eruperunt flores, qui folijs diluatis in amygdalas formati sunt.* Sicut in his promissionem suam Deus in quadruplum dedit, & multo plura pretiosiora largitus est quam promisit. In omnibus locis scripturae, vbi aliqua promissio continetur, in futuro multipliciter preparabitur, & verè complebitur illud. **1. Cor. 2.** [quod oculus non vidit, nec auris audiuit,] &c. Vnde puto nihil in his promissionibus corporale cogitandum. Ratio enim materiae corporalis sensum cogitantis non effugit, sed quae in sola Dei sapientia continetur.

Ita Dei sine perturbatione.

132. **GENES. 3. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vite, & comedat, & viuat in aeternum.** INTER. Apoptosis est, id est, defectiua locutio, quae irato & perturbato congruit. **RVPERT.** Deficit enim, emittamus eum de paradiso voluptatis, quem locutionis modum, cum grauitas adiuvat pronuntiantis, hoc ipsum in quo deficere videtur, valentius exprimit. *Haec ille.* Non tamen in Deum cadit aliqua perturbatio irae, nec aliqua passionis affectio. Assumpsit tamen formam irati & perturbati hominis. Vnde Nahum. **1.** [Vlciscens Dominus, & habens furorem.] Super quae verba **STEPHANUS.** sic ait: Istud significanter dictum est, quia qui furorem non cohibet, potius potest dici quod habeat eum furor, quam ipse furorem. *Vide verbo, ira, num. 14.* Sed quia talis impetus in Deum non cadit, rectè dicitur, *habens furorem.* Licet enim sit iratus, nulla tamen ira dominatur ei. Verumtamen graue est cum peccatis hominum, ille qui misericordia est, irasci cogitur. Vnde **Isaias.** Sicut in valle, quae est in Gabao, irascitur, ut faciat opus suum, alienum opus eius. Quasi alienum est hoc opus à Deo, cui proprium est misereri semper & parcere.

Ira Dei aliquando summa misericordia.

133. **ISAIA. 26. Misereamur impio, & non desinet facere iniustitiam.** **BERNARD.** Tunc magis irascitur Deus, cum non irascitur. Neque erit amor eius dignus, qui eius indignus castigacione censetur. Misericordiam hanc ego nolo. Super omnem iram miseratio ista sepiens mihi vias iustitiae. Volo irascaris mihi Pater misericordiarum, sed illa ira qua corrigis deum, non qua extrudis de via.

Dei liberalitas in retribuendo.

134. **GENES. 18. Scio enim quod precepimus tibi filiis suis, &c.** **CHRYSOST.** Non tantum mercedem accipit quia ipse bene egit, sed quia precepit natis suis, largas retributiones accipit. Is enim qui principium praebet, ac initia, & eorum quae postea fiunt, auctor est. & non solum Dominus pro praeterita virtute, sed & pro futura remunerat. Scit enim Deus abdita cordis nostri, & quando videt volentes quae oportet, manum porrigit, & ante labores remunerat. **LIPOMAN.** Super illud **Genes. 50. Ego paucam vos, & paruulos vestros, sic au.** Vide iustitiam liberalitatem, vide benignitatem, Dei largitatem copiose amulante: qui dat affluenter, & supra quam petimus. Fratres veniam precabantur duntaxat à Ioseph dicentes: [Oramus ut seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc:] Ille autem, non tantum remittit offensam, sed insuper efficit, & necessaria quaecumque illis, ac toti cognationi pollicetur. Consolatusque est eos, & blandè ac leniter locutus.

Dei misericordia erga omnes.

135. **NUMER. 25. Inuiatus est Israel Belphegor.** ORIGEN. **Homil. 20. in Numeros.** Per omnia peccata quae committimus, illi Daemoni cui cura est quod admittimus, consecramur, &c. Vide, **Peccatum, num. 35.** Maior autem cura humanae salutis Deo est, quam Diabolo, perditionis. Quasi enim non sufficiat angelorum diligentia contra Daemones, & eos qui ad peccandum trahunt, insidias: ipse vnigenitus Dei adest, defendit, custodit, & nos ad se trahit. Vnde: [Ecce ego vobiscum vsque ad consummationem seculi.] Nec sufficit esse nobiscum, vim nobis facit, & ad salutem trahit. Vnde **Ioan. 12.** [Omnia traham ad me ipsum.] Vides quomodo non solum volentes, sed etiam cunctantes trahit, volenti sepelire patrem suum

Deus quandoque fugere simulat ut audius reuocetur.

139. **GENES. 3. Cum ambularet Dominus in Paradiso.** **1. Reg. 10. de sancto Victor.** Non ambulauit, sed deambulauit huc & illuc: quasi errabundus & vagus, in directum non vadens, sed pergens quocumque. hoc est, deambulauit: & quare deambulare voluit? Ut ostenderet se talem foris, qualis intus ceperat ille esse. Iam enim in eo mota erat veritas, & fluctuabat, & ideo Veritas foris deambulabat; deambulabat tamen, sed non discedebat, nec abiit in directum elongans quasi irruocabilis, nec reuertens amplius, sed prope gyrans, & iuxta deambulans abiit, & non abiit, modò vadens, modò rediens, & magno quodam incerto aestuans, quasi nolens sedè suam deserere, nec valens pollutam mansionem sustinere. Quid facis Adà? Quare tiles? Voca discedentem, seque refugientem: quoniam adhuc prope est, & expectat si forte reuocetur, & ideo motam facit, & blandè minatur abcessum, laesum se dolens, & violenter eiec-tum, & redire velle, si forte inuictetur vt veniat. Sed heu, nò est qui memor sit amoris qui charitatis recorderetur, cui cordi sit societatis affectus. [Vbi es Adà? Adà vbi es? Audiui inquit vocem tuam & abscondi me.] O abscondite vbi es? Quam longè es, & quam prope es? Quam longè es ab illo, & quam prope es illi? Quærit te Deus tuus vt tu ipsum inuenias, & quærit te, vt & tu ipsum quæras, & dicas: Domine vbi es? O infelix Adam vbi est recordatio tua? Dure, indurate, & obdurate, non te emollire potuit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor dilectionis, vt liquefceres, & curreres post eam.

Simplici animo Deus querendus.

140. **SAPIENT. 1. Sentite de Domino in bonitate, &c.** **GALFR.** Vt quantum terra vituperatur, tantum caeli & terra Dominus commendatur. & sicut sentitis quia bonum non est hic esse, sic sentitis intimo cordis affectu quia bonum est esse cum Domino. [Quia bonus Dominus speratibus in eum,] anima quærent illum. *Et in simplicitate cordis quærit illum.* Est enim velut quadam plica, & duplicitas cordis, si non quæris bonitatem quam credis, si non appetis quod cognoscis, si non desideras quod consideras, quam sit desiderandum, nec frustra quæritur, sed inuenitur ab his qui toto corde requirunt, & qui non tentant illum. Sicut tentans vadum, paratus est retrahere pedem. Non tentat qui non sibi aliam conseruat consolationem, si contigerit non inuenire diuinam: sicut Saul & Cain fecisse leguntur, quorum alter eiec-tus à facie Domini, optauit ne occideretur, alter sese audiens reprobari à Domino, vel coram populo petiit honorari.

Deus mons in se, vallis hominibus est effectus.

141. **ISAIA. 2. Erit mons domus Domini, &c. & fluent ad eum omnes gentes.** **GALFRID.** Sed quomodo fluent ad montem? Non enim solent sursum vergere fluida sed deorsum. [Inter medium montium pertransibunt aquae,] sicut sanctus David. Sed mons iste preparatus in vertice montium omnibus quoque vallibus humilior erat. Alioquin quomodo ascendentes Angeli, & descendentes super filium hominis viderentur? Erat quidem mons paratus in vertice montium, iuxta illud: [Qui de caelo venit, super omnes est.] Sed nihilominus oportebat humilitatis doctorem docendis omnibus humilior esse. Si igitur in hanc vallem descendis, nihilominus conscendis in montem, quoniam [qui se humiliat, exaltabitur.] Denique baptizatus est in Iordane, cuius nomen interpretatur, *descensus eorum.* Descendit vt exaltemur. Inde est, quod Iordanis in quo baptizatus est, *descensus eorum, non eius*

suum, nec spatium temporis dedit, sed ait, **Luc. 9.** [Sine mortuos sepelire mortuos suos.] Pater etiam nos trahit. Vnde **Ioan. 6.** [Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum.] Qui seruis suis dicit, **Luc. 14.** Quocumque inueneritis [compellite intrare.] Sanctus quoque Spiritus ait: **Act. 13.** [Separate mihi Saulum, & Barnabam,] &c. Prohibet etiam Paulum ire in Asiam, & cogit ire Ierosolymam, praedicans [quia vincula & carceres manent eum ibi.] **Act. 20.**

Dei sunt bona nostra.

136. **NUMER. 28. Oblationem meam, & panes, & incensum odoris suauissimi offerre per tempora sua.** **ORIGEN.** **Homil. 23. in Numeros.** Alia littera: *Munera mea, data mea, hostias meas in odorem suauitatis obseruate, ut offeratis mihi in diebus festis meis.* Nemo, inquit, suum aliquid offert Domino, sed quod Domini est: nec tam offert quam reddit: ideo dicit, *mea*: ne quis credat se offerendo, aliquid conferre; impius enim est qui putat aliquid se Deo praestare velut indigenti. **STEPH.** Non possum Deum placare nisi de his quae nobis dedit. vnde **AVGVSTIN.** Christus dicit: [Da mihi ex eo quod tibi dedi:] Habiui largitorem, fac me debitorem, habeam te sceneratorem. Vnde, [Venite, emite absque argento,] &c. Ibi enim non est comunicatio vbi datur suum, & redditur suum.

Deus qualiter dicitur venire, vel recedere.

137. **EXOD. 19. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis.** **D. THOM. super Job 9. Lect. 3.** In Scripturis sanctis Deus venire ad hominem dicitur, quando ei sua beneficia largitur, siue intellectum eius illuminando, siue qualitercumque ei benefaciendo, iuxta illud, **Isai. 35.** [Deus ipse noster veniet, & saluabit nos.] E contrario verò Deus ab homine recedere dicitur, quando ei sua beneficia, vel suam protectionem subtrahit, iuxta illud: [Vt quid Domine recessisti longè, despicias in opportunitatibus, in tribulatione?] *Idem l. p. 9. art. 1. ad 3.* Sicut sol intrare domum, vel exire dicitur, in quantum radius eius pergit ad domum, sic Deus dicitur venire ad nos, vel recedere à nobis, in quantum percipimus influentiam bonitatis ipsius, vel ab eo deficiamus. **INTER.** In caligine autem nubis se Dominus venturum pollicetur, ac si dicat, in obscura legis scientia. **LIPOMAN.** Vel tenuem de Deo notitiam quae in hac vita habetur, indicat, iuxta illud: videmus nunc per speculum in aenigmate, &c.

Deus qualiter dicitur descendere.

138. **GEN. 11. Descendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrim.** **AVGVSTIN. 16. de Ciuit. cap. 5.** Non loco mouetur Deus, qui semper vbique est totus, sed descendere dicitur, cum aliquid facit in terra, quod praeter vstatu naturae cursum mirabiliter factum, praetertiam eius quodammodo ostendit, & ad tempus videre, & cognoscere dicitur, quod videri, & cognosci facit. Non sic ergo videbatur illa ciuitas, quomodo eam Deus videri fecit, quando sibi quantum displiceret, ostendit. Quamuis etiam possit intelligi Deum ad illam ciuitatem descendisse, quia descenderunt Angeli eius in quibus ipse habitat, quia per Angelos descendebat qui in angelis descendentibus erat. **INTER.** vel descendere Dei est humanorum actuum attendere prauitatem. **GLOSS.** **ORD.** vel sensibus humanis se accommodare, vel operibus. Vnde **Exod. 3.** [Vidi afflictionem populi mei, & descendi liberare eos.] **LIPOMAN.** Locum istum illustrem nobis reddit Chaldaica editio, quae expositoris (more suo) vice fungitur, ita inquit: [Et apparuit Dominus vt vlcisceretur super opera ciuitatis & turris.]

interpretatur: Fratres, Christianam humilitatem, & veram conuenit esse & deuotam, nec simulata, nec indeuota, nec tristis humilitas habet gratiam apud Deum, siquidem Deus est veritas, & quod verum non est, nihil est coram Deo. Sed neque complacere ei potest in nobis, super eo quod non placet etiam nobis. Non est descensus eorum, non est humilitas eorum, qui simulant quod non habent, & pellem subinduunt alienam.

Deus presentiam suam subtrahit, ut auidius requiratur.

142. **L**V C. 24. *Finxit se longius ire.* BERNARD. Non quia hoc volebat, sed cupiebat audire, [Mane nobiscum, quoniam aduerseratis;] & alia vice super mare ambulans, cum Apostoli laborarent in nauigando, quasi volens praterire eos, ne tunc quidem illud volebat, sed magis probare fidem, & elicere precem. Ergo istiusmodi piam simulationem, imò salutarem dispensationem, quam tunc corporaliter Verbum corpus interdum exhibuit, non cessat identidem Verbum Spiritus modo suo spirituali cum deuota sibi anima sedulo actitare. Prateriens teneri vult, abiens reuocari, nec enim hoc irreuocabile verbum. Ideo enim quandoque subtrahit se, ut auidius reuocetur, reuocatus fortius teneatur. It & redit pro beneplacito suo; & ire quidem illi dispensatorium est, redire autem semper voluntatis: vtrumque verò plenum iudicij. At penes ipsum horum ratio est.

Deus incomprehensibilis est.

143. **C**YRILL. HIEROSOLYMITAN. *Cateches.* 6. Sed dixerit aliquis, si incomprehensibilis est Diuina substantia, cur tu de his differis? Nunquid igitur quia totum fluiuium ebibere nequeo, id quod mihi commodum est, sub mensura non hauriam? Nunquid cum solem oculis comprehendere nequeam, etiam lucis illius vsum quantum sufficit, non aspiciam? et si in hortum magnum ingressus fuero, & omne genus fructuum comedere non potuero, visne ut inde exeam?

Deus non est auctor peccati.

144. **C**HRY SOST. *Homil.* 46. *Operis imperfecti.* Si tu vitiosum compares seruum, & volueris mores suos scire, nonne ponis ante illum saccum cum solidis, aut aliquem concupiscibilem cibum: & si quidem seruus ille incontinens fuerit, & sine timore porrigat manum suam, & accipiat inde, quid malè fecisti? Aut nunquid tu coegisti illum, ut malefaceret? Non; sed propalasti malitiam eius. Sic & Deus dans hominibus occasionem peccandi: si peccare voluerint, non eos facit peccare, sed manifestat pertinaciam cordis eorum.

Idem.

145. **C**YRILL. ALEXANDRIN. *lib. 1. in Genes.* Si aliquis culturae agri peritissimus, agrum suum feracioribus arboribus confereret, cunctaque quae ad agricolarum artem pertinent summo studio exerceret, nullo tamen pacto quae nocitura diuersis ex causis solent venire, posset declinare: nonne officio suo agricolam hunc functum esse quisque putaret? Is enim debitam curam adhibuit, quaeque ad cultum plantarum pertinent, omni studio gessit. Illae tamen aegrotarunt. Num igitur melius esse dicemus, agriculturam neminem exercere, nec agrum nobilissimis arboribus conferere, artemque agriculturæ à vita humana penitus tollere, ne forte aliqua plantæ iniuriam patiantur? Ergo neque Deus culpa arguendus

est, quia hominem produxerit: Nos potius ipsi accedemus qui nobis sponte obsumus.

Idem.

146. **C**HRY SOST. *Homil.* 7. *in Ioan.* Nemo Solem dixerit oculis noxium, eo quod nonnulli visu sunt hebetiori, sed quam accommodatissimum, & ex acutè intuentibus eius utilitas indicatur. Neque mel quisquam amarum gustu iudicauerit, quoniam tale aegrotantibus videatur. Deum autem, ex infirmorum, vel aegrotantium iudicio, vel non esse, vel malum esse, aliquando humanis rebus prouidere, aliquando eas negligere, opinari, non sani hominis, vel infani potius & vltimo furore perciti, meritò dixerimus.

Deus omnia innuitur.

147. **A**D HEBR. 4. *Omnia sunt nuda, & aperta oculis eius.* CHRY SOST. *Homil.* 7. *ad Hebraeos.* Quid est *aperta*? Ex metaphora pellium quae de pecudibus detrahuntur. Sicut enim cum pecudes occiderit quis, ex carnibus detrahit pellem, omnia interiora reuelantur, & aperta sunt oculis nostris: sic & Deo, aperta subiacent omnia.

De Dei patientia & longanimitate.

148. **I**RENÆVS. *lib. 3. de Heres. cap. 22.* Sicut patienter sustinuit Deus absorberi Ionam à ceto, non ut absorberetur, & in totum periret, sed ut euomitus magis subigeretur Deo, & plus glorificaret Deum qui insperabilem salutem ei donasset, & firmam penitentiam faceret inimicis, ut conuerterentur ad Dominum, qui eos liberaret à morte, conterritos ab eo signo quod factum erat circa Ionam, quemadmodum Scriptura dicit: [Eueri sunt vnusquisque à via sua mala.] Sic ab initio fuit patiens Deus hominem absorberi à magno ceto, qui fuit auctor prauaricationis, non ut absorptus in totum periret, sed praeferens & praeprans adinventionem salutis, quae facta est à Verbo per signum Ionæ, his qui eandem cum Iona de Deo sententiam habuerunt.

Idem.

149. **C**HRY SOST. *in Psalm.* 7. Hostes qui volunt supplicium infligere, non modò non id dicunt, sed etiam id celantes inuadunt, ne qui puniendi sunt, si rescuerint, euadant. Non sic Deus, sed contra omnia praedicit, differt, terret, nihil non facit, ut quæ minatur, non inferat. Sic Niniuitis arcum intendit, gladium vibrauit, iacula parauit, ictum non inflixit, nec telum quidem immisit. *Idem Sermon.* 5. *de Penitentia.* Nos multo tempore aedificamus domum, & ipsius structurae quidem multum temporis, parum verò destructioni impendimus. E conuerso autem fit in Deo. Cum struit velociter struit: cum destruit, tardè destruit.

De Dei misericordia & clementia erga peccatores.

150. **C**HRY SOST. *Homil.* 3. *de Penitentia.* Dei pietas & clementia hominis malitiam superat. Cogita scintillam si in mare ceciderit, num poterit stare, aut apparere? Quantum scintilla ad mare se habet, tantum hominis malitia ad Dei pietatem & clementiam; imò verò non tantum modò, sed longè supra. Nam & pelagus tameri magnum fit, mensuram recipit; Dei verò clementia & pietas mensuram non habet.

Idem.

151. **I**D E M. *Homil.* 5. *ad populum Antiochenum.* O nouam rem, & admirabilem! Prophetica denuntiatio mortem

mortem Niniuitis minans, vitam peperit: sententia vbi lata fuit, tunc inualida facta est: è contrario seculariter iudicantium. Apud hos enim causa profertur in medium, & rata fit lata sententia. In Deo contra profertur sententiam, inualidam eam facit. Nisi enim prolata fuisset, non vtique peccatores audissent, non audientes nec penitentiam egissent, sine penitentia poenam non repulissent.

Idem.

152. **G**ENES. 3. *Adam vbi es?* Vide quae dicta sunt supra nu. 62. ex CHRY SOST. *qui addit Hom.* 7. *ad populum Antioch.* Nec hoc tantum mirabile, sed & quod commissà corrigit. Iudices enim cum latrones ceperint, & sacrilegos, non quomodo ipsos meliores reddant, sed quomodo ab ipsis peccatorum poenas exigant, considerant. Deus totum contrarium: cum aliquem reperit peccatorem, non confidit quomodo supplicium sumat, sed quo eum modo corrigit, & meliorem faciat: ut iudex examinat, ut medicus corrigit, ut magister docet. *Idem ibid. Hom.* 22. Dei clementia neminem ad se conuertit auersatur, sed manum porrigit, dicens, [Hodie si vocem meam audieritis, nolite obdurare corda vestra.] Si enim medicus contumelia affectus ab eo qui curatur, adiumenta non negligit, non aegrotatem vlcisit, quanto magis animarum medicus nostrarum? *Idem epist.* 5. *ad Theodorum lapsam.* Medicus propter contumeliam mente captorum, non dolet, nec mordetur, sed omnia facit, omnia molitur quae ad sedandos illorum mores absurdos attinent, non suam spectans sed illorum utilitatem. Quod si tenuem aegrotum coniecturam temperantiae & frugalitatis ostendit, continèd gaudet, & laetatur, multoque accuratius medicinam apponit. Non aliter Deus postquam nos in externam cecidimus insaniam, non est vltor veteris flagitij, sed ut morbum arceat, omnia dicit, ac facit. Nam quis est rege Babyloniorum sceleratior? Nihilominus ipsam ad respicientiam exhortatur.

Deus auctor bonorum nostrorum, & adiutor.

153. **C**HRY SOST. *Hom.* 42. *in Genes.* In Olympiis certaminibus subsistit adulator, & magister, sitque spectator tantum ut careri, nec vlla in re adiuuare potest, sed expectat ut fiat victoria. Dominus autem non sic. Sed ut eniti ad virtutis agones viderit, nutu statim suo nos adiuuat, simul nobiscum certat, manum porrigit, incitat, labores nostros alleuians, infirmitatem naturae nostrae confirmans, & quasi vndecumque aduersarium nostrum tradit. Breuiter, omnia facit, ut in certamine & duremus & vincamus.

Dei liberalitas erga omnes.

154. **C**HRY SOST. *in Psalm.* 43. Multi qui multis donant, praecipuum ne aliis dicant, ne facta vni gratia multos ei excitet petentes, quo minus excusare se, aut subterfugium inuenire possit qui vni dedit quominus det & aliis. Hoc quidem meritò curant homines, ut qui dando fiant pauperiores. Deus contra clamat, & quae aliis det, praedicat, ut aliis rursus ab eo petendi occasionem praebet. Dando enim maiores ostendit diuitias diues, & super omnes eum inuocantes. Vidisti nouam diuitiarum naturam, eam imitare tu quoque magnificentiam.

Deus cum munere etiam dignitatem praebet.

155. **A**D COLOS. 1. *Qui dignos nos fecit ministros.* THEOPHYL. *super hanc locum.* Tanti illius sunt munera, ut non modò opulentos reddiderit, sed & vires suffecerit, ut non immeritò videamur ab eo

opes accepisse. Exempli gratia. Imperator aliquis tenui cuidam & fortunae sordidioris prouinciam credit gubernandam; contulit quidem huic dignitatem, nihil tamen tanto magistratu dignum effecit, ut pro merito & dignitate hanc gubernaret: quo fit ut tanto illi delato honore ridiculum sese praestiterit. Deus verò & nos honore prouexit, eisdemque ad promouendum idoneos fecit. Geminatur itaque honos cum ad munus accedit collata sufficientia.

Dei misericordia in peccatores.

156. **G**ENES. 3. *Fecit quoque Dominus Deus Adam tunicas pelliceas, & induit eos.* CHRY SOST. *Hom.* 18. *in Genes.* Sicut misericors pater filium habens bona indole praedit, & omni cura educatum, & fruentem omnibus deliciis, veste nitida, & sericis amictum, & paternis opibus securè vtentem, cum viderit eum nimia prosperitate in malitia praecipitium delapsum, priuat illis omnibus, & suae potestati subiicit, & veste spoliat, vestem seruilè que togam illum induit, ne omnino nudus sit, & turpis. Ita misericors Deus, quoniam Adam & Eva indignos sese exhibuerunt indumento glorioso illo & nitido, & quod tegendo nullis corporalibus eos necessitatibus obnoxios esse sinebat, exiit nunc omni illa gloria, & frustione, quae ante grauem hanc ruinam gaudebant, multamque erga illos declarauit misericordiam.

Deus vincit cum indicatur.

157. **P**SAL. 50. *Peccator in sermonibus tuis, & vincit cum indicaris.* ARNOBIUS *super Psalm.* 50. Dicere enim solemus, ut quid mihi sic fecit Deus? Quare hoc? Ecce iniqui regnant, iusti affliguntur? Vincit cum indicatur. Ut medicus qui desperatis iubet ad velle seruire, & omnia quae desiderant, praecipit non negat: quos autem scit posse sanari, iubet eos arctari, amaris potionibus potari, ferro secari cauteri. Sic fiet ut cum saluati fuerint abstinentes, & mortui fuerint desideris propriis acquiescentes, iustificabitur medicus in sermonibus suis. Dicitur ei: Nos te iniuste culpabamus, dum ligares, dum secares homines bonos, & malos nec secares, nec affligeres, insuper etiam permitteres suis desideriis frui. BASTILIUS, *Hom.* 9. *Quid Deus non est auctor malorum.* Ut bene facit medicus etiam vbi corpori molestiam & dolorem infert (cum morbo namque bellum gerit, non cum agrotò) sic & bonus Deus salutem omnibus per castigationem & poenam tribuit. Tu verò nequaquam medico irascaris, si ex membris haec incidat, illa vrat, alia à corpore omnino amputat, sed & pecuniam illi numeras, & seruatore vocas, quod in parua corporis parte morbum curet, priusquam ad totum corpus morbus perueniat, &c. Ex quo incisionis, aut inuisionis non medicus est causa, sed morbus.

Deus inscrutabilis, & incomprehensibilis.

158. **I**SYCHIVS *in Luit.* lib. 2. *cap. 6.* Quemadmodum igne qui vult calefieri, sufficit si tangat illum; nam si interius mittat manum, pro eo quod potuit calefieri, comburitur: sic qui profundius vel altius de Deo disputare praesumat, pro eo quod gloriosus, quid vult ostendere, in blasphemiam cadit, dum comprehendere altitudinem diuinorum dogmatum non possit.

Ira Dei corrigens, misericordia est censenda.

159. **I**SAIÆ 26. *Miseremur impio, & non discet facere iustitiam.* BERNARD. Tunc magis irascitur Deus, cum non irascitur. Neque erit amore eius dignus qui eius indignus castigatione censetur. Misericordiam hanc

hanc ego nolo. Super omnem iram miseratio ista, sepiens mihi vias iustitiae. Volo irascaris mihi pater misericordiarum, sed illa ira qua corrigis deuium, non qua extrudis de via.

De ira Dei contra impios.

160. **N**AHVMI. *Vlscens Dominus, & habens furorem vlscens Dominus.* STEPHAN. Benedicit bis vlscens Dominus. Primò, propter pœnam præsente. Secundò, propter pœnam futuram. Vel bis propter pœnam corporis, & pœnam animæ. *Habens furorem.* Istud signanter dictum est: quia qui furorem non cohibet, imò cum impetu furoris agitur, potius potest dici quòd habeat eum furor quàm ipse furorem. Vnde super illud Iob, [Cum apprehenderit eum, scilicet gladius, non poterit ei resistere, nec hasta, nec thorax.] Dicitur qui per abrupta furoris graditur, non apprehendere gladium, sed à gladio apprehendi: sed quia talis impetus in Deum non cadit, rectè dicitur, *habens furorem.* licet enim sit iratus, nulla tamen ira dominatur ei. Verumtamen graue est cum pro peccatis hominum ille qui misericordia est, irasci cogitur. Vnde Isaias: [Sicut in valle quæ est in Gabaon, irascetur, vt faciat opus suum, alienum est opus eius,] quasi alienum est hoc opus ab eo, cui proprium est misereri semper & parcere.

DEI Dei dulcedine & suauitate vide, *abstinentia*, nu. 9. ex *Ambrosio.*

DIABOLVS.

Angeli nos adiuuant contra demones. Vide Angelus, nu. 2. 4. 40. 44. 45.

Diabolus serpens dicitur, & quare. 1. 43. 71.

Diabolus inimicus noster. 1. 15. 79.

Serpens non intellexit verba, nec erat in Paradiso. 2.

Diaboli inuidia. 3. 19. & superbia. 20. 32. 35. 62.

Diaboli malitia. 4. 5. 6. 7. 12. 18. 48. 51. 52. 56. 58.

Diabolus mendax. 4. 42.

Diabolus animantibus peior ob malam intentionem. 8. 12.

Diabolus recessit à diuina sapientia. 9.

Diabolus luxurie & gula incitator. 10. 11. 54.

Diabolus superbiae incitator. 11.

Diabolus nolens saluti hominis cooperatur. 12. 25.

34.

Diaboli iugum graue. 13. 28. 29. 30. 37. 73.

Peccatores diaboli cibis. 13. 14.

Quid per semen diaboli intelligitur. 16.

Diabolus peccatorum pater. 16. 21. 23. 55.

Diaboli caput Christus contriuit, & qualiter in calcaneo conteritur. 17. 68.

A Diabolo acrius impugnamur in articulo mortis. 17. 61. 64.

Diabolus animas appetit. 14. 22. 70.

Diabolus Christum persequitur. 17. 23.

Diabolus primus Deum, & Iesum Nazarenum nominauit. 23.

Diabolus non timendus. 23. 34. 41. 65. 67.

Diabolus fortis, & stultus. 9. 24. 34. 74.

Demones, ministri diuine Iustitiae. 25. 38.

Ministri diaboli peccatores. 26. 27. 29.

Diabolus vitia amat, virtutes odit. 31.

Diaboli potestas à Deo. 33. 34. 40. 50. 57.

Diabolo per peccatum venundati sumus. 36.

Diabolus, Mus, Leo, & Vrsus. 38. 39.

Demones fere infiniti, & qualiter occidendi. 44.

Diabolus punitur ob casum hominis. 45.

Diabolus tentat actiuos & contemplatiuos. m. 46.

Diabolus talis dicitur quales facit homines esse. 47.

Qualiter à nobis conteruntur demones. 49. 60. 77.

Diabolus quare Deus appelletur. 53.

Diabolus, non hominum pater, sed callidus persuasor. 55.

Cum diabolo fornicatur consentiens peccato. 59. 72.

Diabolus à virgine sanctissima repellitur. 63.

Diabolus in istos magis quàm peccatores persequitur. 66.

Diabolus victus à Christo in deserto. 68.

Diabolus qualiter omnia regna Christo demonstrauit. 69.

Diabolus parcè etiam temporalia largitur. 75.

Diabolus tentat per homines malos, quando per se non potest. 76.

Qualiter intelligendum est nos habere certamè contra diabolum. 78.

Quibus armis armabimur contra diabolum. 80. 82.

Certaminis contra diabolum finis, & corona. 81.

Diabolus nobis traditus, vt nudi cum superemus. 83.

Primus blasphemus, Diabolus. Secundus, Cain. Vide, blasphemiam. 1. 2. 1.

Diabolus serpens dicitur, & quare.



ENES. 3. *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* AVGVST. Ille serpens, non irrationabili anima sua, sed alieno iam spiritu, id est, diabolico, sapientissimus dicitur omnium bestiarum: Quantolibet enim prauaricatores Angeli de supernis sedibus, suæ peruersitatis & superbiæ merito deiecti sunt, natura tamen excellentiores sunt omnibus bestiis propter rationis eminentiam. Itaque prudentissimus, id est, astutissimus, vel callidissimus omnium bestiarum dicitur serpens propter astutiam diaboli, qui in illo & de illo agebat dolum. Quemadmodum dicitur prudens & astuta lingua, quam prudens, vel astutus mouet ad aliquid prudenter astutèque suadendum. Non enim est hæc vis, seu virtus linguæ, sed mentis quæ ea vitur. THEODORETVS. Ex tunc per serpentes intelliguntur demones. Vnde in Euangelio: [Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & dracones.] & Ista. 27. [In illa die adducet Dominus gladium suum sanctum, suum magnum, & fortem, super draconem, serpentem.] &c. CAIETAN. *collat. 8. ca. 10.* Ex tunc occultum Deus publicauit inimicum serpentem, ponens inter ipsum & hominem vtilem inimicitiam, salutarèque discordiam, vt dum cauetur tanquam hostis noxius, amicitia fraudulenti vltèrius homini nocere non possit. BERNARD. *Serm. de quadruplici debito.* Ille in fatiabilis homicida vt primos parentes deieceret, non vrsos, non leones, non fortia terræ animalia delegauit, sed tortuosum & callidum serpentem, qui nunc caput cauda, nunc caudam capite tegere consuevit, & per frondes & herbas graditur latenter. Vnde non dicitur quòd serpens fortior erat, sed callidior cunctis animantibus terræ.

Serpens non intellexit verba.

GENES. 3. *Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus, &c.* AVGVST. Serpens non verborum

Diaboli malitia.

rum sonos intelligebat qui ex illo fiebant ad mulierem, vt pote qui anima rationali carebat. Imò nec ipsi homines quorum rationalis natura est, cum dæmon in eis loquitur, sciunt quid loquantur. VPERI. Serpens non erat in paradiso, præsertim à diabolo possessus. Nam si serpentibus esset communis paradisu, cõsequeretur quòd & lupis atque leonibus, cæterisque bestiis, & proinde, nec tanta beatitudinis vt pro magna gratia creatoris datus credatur homini: nec deliciarum locus, nec paradisu voluptatis appellandus esset. Non igitur erat serpens in paradiso, sed mulier corpore & oculis vaga dum incontinenter deambulans, fortè prospectans qualis extra paradisu mundus haberetur, & serpens vt pote astutus, dulcedini terræ propius, vel ambitiosius innititur: locus diabolo datus est, & occasio porrecta vnde tentaret.

Diaboli inuidia.

3. **I**BIB. AMBROS. *Causa inimicitiarum diaboli ad hominem inuidia fuit, dicente Salomone: Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum.* Inuidiæ autem causa beatitudo hominis in paradiso positi: quoniam ipse diabolus superioris naturæ cum esset, tenere non potuit. Inuidit homini, eo quòd figuratus è limo, vt in cola paradisi esset electus est, & quòd sperabat æterna. Quasi diceret. Ille inferior adipiscetur, quod ego seruire non potui. Ille de terris migrabit ad cælum, cum ego de cælo delapsus in terram sum.

Diaboli malitia.

4. **G**ENES. 3. *Cur præcepit, &c.* LIPOMAN. In Chaldaeo, & Hebræo habetur: *Verumne est quod dixit Deus? & secundum Lxx. Rectene vobiscum agitur quia Deus dixit, &c.* In quo multa inuenitur & apparet serpentis malitia, & versutia. Perfidiam enim homini incutere incipit, & de fide verborum Dei tentare, reuocareque in dubium beneuolentiam Dei ad homines. Deinde, vt Hebræa habent, substituit verbum *dicere*, pro verbo *mandauit*, ne hominibus ipsi occasione præberet, de Domini mandato cogitandi, si dixisset: *verène mandauit vobis Deus.* Nec addidit, Dominus Deus, sed Deus tantum, ne sub nomine Tetragrammaton, quod illi soli conuenit, sed Elohim, quod etiam aliis, & inuidiam Dei subindicaret, & maiestatem Domini dissimularet. AMBROS. Hic iam serpentis vide versutiam. Simulat se verba Dei dicere, & proprios intexit dolos. Dixerat Deus: [Ex omni ligno quod est in Paradiso, comedere, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.] Serpens autem quasi interrogans, mendacium inseruit. [Cur præcepit, inquit, vobis Deus vt non comederetis de omni ligno Paradisi?] RVPERTVS. *Quantum enim quod sub interrogatione profertur, nec verum, nec falsum sit, mendacium tamen hic serpens manifestè sibilauit, rem sicut erat se nescire simulans, vt paulatim felle suo miseram audientis venaretur animam.* Tria nempe dixerat Dominus. Primum, [ex omni ligno paradisi comedere: Secundum, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Tertium, In quocumque die comederis ex eo, morte morieris.] Hoc tertium quasi nesciat, interrogat, *Cur præcepit vobis, &c.* Priora duo confundit, atque permiscet, & de duobus veris vnum falsum complet. Vnde optimè veritas de illo ait, *Ioan. 8.* [Ille homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit,] id est, ab initio suæ confabulationis cum homine diabolus homicida est, & mendax: quia videlicet initio suæ loquutionis ecce inuenitur mendax, & homicidium intentat.

Diaboli multiæ via ad decipiendum.

6. **G**ENES. 3. *Serpens decepit me, & comedi.* AMBROS. *Quia Eua confessa delictum est, mitior sequitur, & profutura sententia, quæ condemneret errorem, & veniam non negaret.* [Serpens, inquit, me decepit,] & hoc veniabile Deo visum est, eo quòd nosset multas ad decipiendum esse vias serpentis, quia transfiguratur in Angelum lucis, & ministri eius sicut ministri iustitiæ sunt: falsa imponens rebus singulis nomina, vt temeritatem dicat esse virtutem, & auaritiæ nomen imponat industriæ.

Diabolus animantibus peior ob malam intentionem.

8. **G**ENES. 3. *Et ait Dominus Deus ad serpentem. Quia fecisti hoc, maledictus eris inter omnia animalia.* D. THOM. 2. 2. *quæst. 156. art. 2.* Pecora illi præponuntur non in potestate, sed in conseruatione naturæ suæ. Quia pecora non auiferunt beatitudinem cælestem, quam nunquam habuerunt, sed in natura sua quam acceperunt, peragunt vitam. CAIETANVS. In Hebræo habetur, *Adalidictus in plusquam*

omne iumentum, & plusquam bestia agri. Fit mentio tum adiuuantium, tum nocentium, eo quod officium Diaboli est inuare exercendo homines, & est nocere venenando homines, & ex hac maledictione declaratur quod est maledictus, tum in adiuuando, tum in nocendo, præ omnibus irrationabilibus, & verè sic est, quoniam vtrumque mala intentione agit, qua carent irrationabilia, & pro vtroque puniendus erit, quam etiam penitentiam non expectant irrationabilia.

Diabolus recessit à diuina sapientia.

9. **GENES. 3.** Super pectus tuum gradieris. **HIERON. LXX.** vertunt, *super pectus & ventrem tuum gradieris.* **CHRYSOST.** Sicut Diabolus qui per te operatus, & te instrumento vsus est, è calis deorsum depulsus est, quia plusquam dignitatis suæ erat quod sapere volebat: Ita similiter impero, vt & tu aliam formationis figuram habeas, & super terram repas, neque liceat tibi post hac suspicere. **AMBROS.** Pectore & ventre reptare serpentem, non tam propter corporis figuram, quam quod propter terrenas cogitationes de illa caelesti beatitudine sit lapsus. Pectus enim recessus sapientia dicitur, cum in terra est. Et ideo Apostolus super pectus Christi, reclinat caput, non in terra deiicit. Plenus enim sapientia fuit.

Diabolus luxurie incitator.

10. **IBIDEM. Gregor. 21. Moral. cap. 2.** Serpens ventre reptat, quando hostis lubricus per humana membra sibimet subdita vsque ad expletionem operis luxuriam exercet. Serpens autem reptat pectore, quando eos quos in opere luxuria non valet polluere, polluit in cogitatione. Callidus namque aduersarius noster cum ab effectu operis expellitur, secreta polluere cogitatione molitur. Alius itaque luxuriam perpetrat actione, huic serpens reptat ex ventre. Alius autem perpetranda versat mente, huic serpens reptat ex pectore. Sed quia per cogitationem ad explenda opera peruenitur, rectè serpens prius pectore, & postmodum reperere mente dicitur. *Idem in Pastor. 37. c. 20.* Hosti callido qui primi hominis sensum in concupiscentiam pomi aperuit, & in pectore laqueos strinxit, diuina voce dicitur: Pectore & ventre repes, ac si aperte diceret, cogitatione & ingluuie super humana corda dominaberis. **AMBROS.** Deus autem non ad hoc serpentem damnauit, vt noceat hominibus, sed quid futurum esset, ostendit, & ideo non dixit, Facio super pectus tuum, & in vtero tuo ambulare: sed ambulabis, inquit, vt prædixisse magis de serpente, quæ futura sunt, videretur: quàm præscripsisse quid faceret, super pectus tuum, & in vtero tuo ambulabis. Qui in vtero suo ambulat, hi sunt qui ventri & gula viuunt, quorum Deus venter est: qui terrena sapiunt, & gloria in confusione eorum, & cibo onerati ad terrena curuantur. **GREGOR. ubi supra.** Gulæ deditos leuitas protinus operis sequitur. [Sedit enim populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.] Hos plerumque edacitas vsque ad luxuriam pertrahit, quia dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur.

Diabolus superbia & luxurie incitator.

11. **IBID. ISIDORVS.** Nomine pectoris significatur superbia: in pectore enim impetus animæ dominatur. Nomine autem ventris significantur desideria carnis. Venter enim mollior corporis pars est. His duabus rebus serpit Diabolus aduersus eos quos vult decipere, id est, aut superbia, aut luxuria.

Diaboli malitia.

12. **IBID. RABAN.** Super pectus suum graditur serpens, quia omnes gressus Diaboli, nequitia sunt, & fraudes. Nam in pectore calliditatem & versutias cogitationum eius indicat, quibus ad eos quos vult decipere, serpit. **RVPERT.** Sicut hoc reptile, cuius calliditate abusus es, super pectus suum graditur: sic tu Diabole cum sis rationalis spiritus, rationale tuum semper graui fatuitate onerabis, & quocumque te verteris, semper intentionem tuam deorsum conteres, & factis promes contrariis. v. g. inuidendo euacuasti meritum hominis, sed hoc facto gratia Dei locum aperuisti, cui amplius inuidebis. dum homo seipso tanto fit altior, quanto gratia Dei cuiusque creaturæ meritis est maior. Item ab hinc vsque in finem dum Deo volens aduersaris, Deo nolens cooperaris, & ita super pectus tuum gradieris. Quia miro modo mala intendis, & bona facis, persequeris hominem vt destruas, & quasi malleus auram Dei nequiter affligis, sed affligendo, ad gloriam extendis. Vide verbo, *Deus*, num. 18.

Diaboli iugum graue.

13. **IBIDEM CAIET.** Venter officina est cibi digerendi, & ita super ventrem ire, est proprium ventrem cundo opprimere. Officium ergo Diaboli est, cibum suum, id est, animas peccantium, opprimere, ac si apertius dictum fuisset, Non solum maledictus eris tu, sed etiam maledicti erant tui: opprimuntur si quidem à te.

Idem.

14. **GENES. 3. Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.** **GREGOR. in Psalm. 4. Penitent.** Antiquus hostis terram comedit, quia peccatores quosque in ventrem suæ malitiæ abscondit, isque hostium conditiones desiderans quodammodo rescitur, dum prauis eorum operationibus delectatur. **RABAN.** Deuorat terram cum errore peccantium pascitur, ac delectatur, eosque ducens ad interitum rapit. Sicut enim Sancti sape, *calorum*; ita nomine *terra*, hi qui terrena sapiunt, indicantur. *Terram ergo comedes*, & non caelum, id est, non quorum conueruatio in caelis est **ISIDOR.** *Terram comedes*, id est, ad te pertinebunt: quos terrena cupiditate deceperis omnibus diebus vitæ tuæ, id est, in omni tempore quo hanc potestatem tentandi exeres ante illam vltimam penam iudicij. **AMBROS.** *Terram comedes*, id est, corpus non animam. Nam & hoc peccatoribus prodest. Vnde Apostolus, [tradidit huiusmodi in interitum carnis, vt Spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi.]

Diabolus inimicus noster.

15. **GENES. 3. Inimicitias ponam inter te & mulierem,** &c. **CAIETAN.** Non dicit inimicitiam, sed inimicitias in plurali. Quia non sufficit inimicum esse Diabolo, quo ad ea quæ sunt fidei, vel spei, sed operet inimicum esse secundum omnes partes; secundum ea quæ sunt castitatis, abstinentiæ, misericordiae, & reliquorum sanctorum officiorum. **ORIGEN.** super illud *Genes. 22.* Possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Hoc verius & excellentius in Christo completur, quando [in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.] Quomodo enim excelsus Pater dixit filio: [Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ,] tunc [astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius,] id est, angeli illi tenebrarum, qui singulas quasque nationes

(sub

sub sua potestate retinebant, & ideo aduersantur etiam nobis atque agones contra nos & certamina concitant. Vnde *Apostolus*: [Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates.] Propterea vigilandum nobis est, & sollicitè agendum: quia aduersarius noster Diabolus tanquam leo rugiens, circuit querens quem deuoret, cui nisi resisterimus fortes in fide, rursum nos in captiuitatem reuocabit. [Dirumpamus igitur vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum.] Vincula eorum, passionis & vitia nostra sunt, quibus tandiu innectimur, donec carnem nostram crucifigamus cum vitiis, & concupiscentiis. Quid enim mihi prodest si semen Abraham qui est Christus [possideat portas inimicorum suorum] si meam ciuitatem non possideat? Si mea ciuitate, hoc est, in anima mea, quæ est ciuitas regis magni, nec leges eius, nec instituta seruantur? Quid mihi prodest si vniuersum mandum subiecit, si non & in me aduersarios suos vincat? si non destruat [legem quæ est in membris meis repugnans legi mentis meæ?] Igitur vnusquisque nostrum sic fatagat vt & in sua anima, & in suo corpore vincat Christus aduersarios suos, & subiciens eos, ac triumphans etiam, suæ animæ possideat ciuitatem.

Quid per semen Diaboli intelligatur.

16. **GENES. 3. Inter semen tuum, & semen illius.** **CAIETAN.** Semen Diaboli, zizania sunt, vt Dominus explicat in Euangelio: *semen Diaboli*, peccantes sunt: dicente Domino: [Vos ex patre Diabolo estis.] *semen Diaboli*, alij Dæmones etiam sunt, vt ait **HVGON.** de sancto Victor. *semen verò mulieris* homines sunt imbecilles, qui non possent inimicitias exercere aduersus semen Diaboli, nisi Dominus poneret in eis huiusmodi inimicitias. **VECH.** *semen mulieris* est totum genus humanum. *semen serpentis* carnalia desideria. Quæ duo semina continuum inter se gerere odium debent, vt non faciamus ea quæ Diabolus vult; & nota, quod inimicitia non ponuntur inter serpentes & virum, sed mulierem. Non enim tentatur à Diabolo, nisi per animalem partem, quæ mulieris imaginem in viro homine ostendit.

Christus caput Diaboli contriuit, & qualiter conterritur in Calcaneo.

17. **GENES. 3. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.** **HIERON.** In Hebræo habetur, *ipsam*, scilicet semē mulieris, *conteret caput tuum, & tu conteres eius calcaneum.* Quia & nostri gressus præpediuntur à colubro, & Dominus conteret Satanam sub pedibus nostris velociter. vnde Dominus: [Calcabitur super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.] **S. LEO PAPA.** Deus omnipotens, & clemens, cuius natura, bonitas; cuius opus, misericordia, statim vt Diabolica nos malignitas veneno suæ mortificauit inuidiæ, pietatis suæ remedia inter ipsa mundi primordia præsignauit, denuntians serpenti futurum semen mulieris, quod noxij capitis elationem sua virtute contereret, Christum scilicet in carne venturum Deum, hominēque designans. **CAIETAN.** Christus verè, serpentis contriuit caput, hoc est, supremam partem, excellentiam atque principatum: & contritus est à Diabolo secundum personam naturalem in calcaneo, hoc est, in infima sui parte, in corpore passibili, affectus passione & morte, iuxta dictum eiusdem: [Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.] Potest hæc sententia, etiam referri ad genus electorum, quia electus quisque conterit caput, hoc est, supremam partem Diaboli. Hoc est officium Diaboli prouocare virum ad malum cul-

pæ: conteritur autem in calcaneo, hoc est, in infima sui parte, hoc est, in corpore, secundum malū penæ temporalis, à Diabolo. **VECHER.** *Caput serpentis*, cogitatio illicita suggestionis est, quod nos omni intentione contere, atque allidere ad petram, quæ est Christus, debemus: *Calcaneum mulieris* est extremum vitæ nostræ tempus, quo Diabolus nos acrius impugnare fatagit, cui si viriliter resistimus; victoriam perleuerantia cum salute nostra percipimus. **RABAN.** Sed & mulier etiam nunc conterit caput serpentis, cum sancta mater Ecclesia superbiæ per quam Eua decepta est, sese sub potenti manu Dei humiliando resistit. [Initium enim omnis peccati superbia.] & serpens insidiatur calcaneo mulieris, quia Ecclesiam Diabolus velut [leo rugiens circuit, querens quem deuoret,] quomodo gressus bonæ nostræ actionis auerrat.

Diaboli malitia.

18. **GENES. 3. Nunc ergo ne forte mutet manum suam: & sumat de ligno vitæ, & comedat, & uiuat in æternum.** **RVPERT.** His verbis datur intelligi, quod nec Adam cognouit lignum vitæ, nec ipse Diabolus sciuit quod tale lignum plantasset Deus in medio Paradisi. Si enim Diabolus scisset, nunquā consilium suæ malignitatis ita dimidiasset: sed sicut lignum scientiæ boni & mali temere persuasit, vt miseris faceret; sic & lignum vitæ præripere persuasisset, vt æternaliter miseris, vel misere æternos efficeret, vt essentur similes ei qui felicitatem perdidit, & æternitatem non amisit. & ita est eius æterna infelicitas, & infelix æternitas. **D. THOM. 2. 2. quæst. 164. art. 2.** Licet homo post peccatum de ligno vitæ comedisset, non propter hoc immortalitatem recuperasset, beneficio tamen illius cibi potuisset vitam magis prolongare. Vnde quod dicitur: *& uiuat in æternum*, sumitur hæc *æternum* pro diuturno. Hoc autem non expediebat homini, vt miseria huius vitæ diutius permaneret.

Diaboli inuidia.

19. **GENESIS 4. Quare iratus es, & cur concidit facies tua?** **RVPERT.** Iratus fuerat Cain inuidendo, & conciderat facies eius fratricidium meditando. Vtrumque ab illo requirit Deus, quia neutrum approbat. Irasci enim inuidendo, scelus est, & peccatum Diabolicum. Quia Diabolum imitatur, qui alterius iustitiæ inuidet: aliter autem moueri vel irasci, humanum est, dummodo ira prius resiliat quàm peccati opus generet. Vnde dictum est: [Irascimini, & nolite peccare,] &c. Ac si diceret: Etsi ad horam vt homines mouemini, nihil tamen peritam operemini: & de hoc ipso quod irati fuistis, cito penitentemini.

Diaboli superbia.

20. **GENES. 10. Nemroth ipse cepit esse potens in terra, & erat robustus venator coram Domino, &c.** **AVGVSTIN. 16. de Ciuitate cap. 3. LXX.** legunt: *hic cepit esse gigas super terram, & erat venator coram Domino*, id est, leuans cor suum contra Dominum. Sed quare dicitur, quod cepit esse gigas, cum gigantes antea natos scriptura commemoret supra? Fortè post renouationem mundi, post diluuium factum cepit esse gigas, id est, fuit primus gigas. **ALCVINVS,** *Robustus venator*, id est, hominum oppressor, & extirpator, quos allexit vt turrim contra Deum construerent. **INTELL.** id est, animarum deceptor, quia cogebat homines ignem adorare coram Domino, id est, non ignorante Domino, vel contra Dominum. **GLOSS. ORD. & RVP.** *Nemroth tyrannus*, qui ultra naturam cæli penetrare voluit, Diabolum significat qui in hoc mundo tyrannidem arripuit, quam & in cælo meditari ausus fuit,

fuit, dicendo; [Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.] Et ab hoc exiit proverbum, sicut Nemrob robustus venator coram Domino. Subaudi. Sic est omnis qui extollit in altum cornu suum, qui loquitur aduersus Deum iniquitatem. Dum enim exemplo illius celebrare se putat nomen, potius sempernam e contrario conquirat opprobrium.

Diabolus peccatorum pater.

21. **GENES. 12.** Exi de terra tua, &c. & de domo patris tui, &c. **AVGVST. Serm. 60.** Spiritualiter. Pater noster ante gratiam Christi, Diabolus fuit, iuxta illud: [Vos ex Patre Diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis.] Patrem Christus Diabolum appellat, non quod ex eo nati, sed quod eius nequitiam imitati sunt. Tunc ergo patrem Diabolum relinquimus, & de eius domo egredimur, quando auxiliante Deo, calliditatem & nequitias eius vitamus. & venit, inquit, in terram, &c. Terra ista, terra illa est, de qua **Psalm.** [Credo videre bona Domini in terra viventium,] terra hæc terra virtutum est, ad quam proculdubio peruenimus, si post adeptam remissionis gratiam ad vitiorum non reuertimur voluptatum.

Diabolus animis appetit.

32. **GENES. 14.** Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, cetera tolle tibi. Hoc appetit Diabolus, possidere animas, & ut hoc desiderium suum assequatur, nihil curat si homines aliqua bona opera faciant, moraliter inquam bona. Vide, **Zelus animarum**, num. 7. ex Gregorio. **Genes. 15.** Desce de vultibus volucres super cadauera, & abigebat eas Abram. **AVGVSTIN.** Aues descendentes super corpora quadam diuiserant, spiritus malignos aeris huius significat, passum quandam de carnalium diuisione quaerentes. **LIPOM.** Et abigebat eas Abram, in quo significatur quod nisi merita sanctorum Patrum intercessissent, consumidit forent carnales à Dæmonibus. **HIERON.** Abigebat eas Abram, ad significandum quod Abraham merito sæpe de angustiis liberatus est Israel. **GLOSS.** Ord. Hostium concursus per descendentes aues super cadauera: Iudæorum autem diuina tutela, & inimicorum expulsio, per id quod Abram aues abigebat, significatur.

Diabolus Christum persequitur.

33. **GENES. 31.** Quare ita egisti ut clam me abigeres filius meus, &c. **INTERL. & LIPOM.** In eo quod Laban Iacob fugientem persequitur, postquam in monte Galaad fixit tabernaculum, exprimitur typus Diaboli Dominum Iesum persequentis, postquam in hoc mundo carnis suæ transitorium fixit tabernaculum. Cui dixit: Quare ita egisti, &c. Idem est quod dicebant Dæmones: [Quid tibi & nobis Iesu Filii Dei? Venisti ante tempus perdere nos.] Quare animas de seruitute creptas gladio verbi tui à nobis abstulisti, ascendens in altum, & captiuam ducens captiuitatem? Nota (ait **LIPOM.**) super illud **Genes. 3.** Diabolum inter omnes creaturas, primò Deum nominasse dicens: Cur praecepit vobis Deus, &c. Sicut & in Euangelio primò vocauit Iesum Nazarenum. [Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene,] &c. & addit Laban, Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi ut prosequer te cum gaudio, &c. id est, cur tuum aduentum celasti? Si te cognouissem, non te crucifixissem, sed cum insignibus regalibus gloriam tuam celebrassem. Non es passus ut oscularer filias meas ac filios, id est, non venisti pacem mittere, sed gladium qui venisti separare patrem à filio, &c. **Stultè operatus es.** dum videlicet captus, ligatus, flagellatus, crucifixus es. Sed uale quidem manus meae addere tibi, id est, membris tuis, malum. Sed Deus patris tui dixit mihi: Cane

ne loquaris contra Iacob quidquam durius, id est, non possum persequi, nisi quantum à Deo sum permissus. Non est ergo timendus qui nihil potest nisi permissus. vide, **Tentatio**, num. 55. ex Gregor.

Diabolus fortis, & stultus.

24. **GENES. 34.** Quam cum uidisset Sobem filius Hemor, adamauit eam, &c. **RVPERT.** Huius puellæ exemplum omni animæ religiose professionis cauendum est. Nam si foris inuenerit, opprimer eam corruptor Diabolus, qui per Sicheu filium Hemor rectè figuratur. Sobem namque humerosus, & Hemor alinus interpretatur. Est namque Diabolus humerosus, vel fortis ut leo, & stultus ut asinus. Neque per se solum circumuencit animam religiosam, sed etiam per sui similes, id est, asinos homines, [quorum, iuxta prophetam, id est, asinos homines, sed etiam per sui similes, id est, asinos homines,] Sic plerumque accidit virgini Israel, nec fuit qui suscitaret eam: iuxta Prophetam.

Dæmones ministri diuinae Iustitiae.

25. **GENES. 38.** Fuit quoque Her primogenitus Iudæ nequam in conspectu Domini, & ideo ab eo occisus est. **LIPOMAN.** Peccatum huius Her non scribitur, sed ex fratris peccata consimili, similis arguitur culpa, abusus scilicet feminis. Occisus est autem à Deo, ministerio videlicet angelorum, vel bonorum, vel malorum. Probabile autem magis est quod malorum. Sic enim interfecit & septem viros Saræ, & communiter huiusmodi diuinæ Iustitiæ executiones per malos angelos fieri consueverunt, iuxta illud: [Misi in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immisionem per angelos malos.] **RVPERT. super Genes. 42.** Diabolus voluntate quidem aduersatur, & propterea Græco vocabulo dicitur Satan, id est, aduersarius: actum autem sic feruit tanquam sit fidelis; ita cooperatur, & bonis proficit, tanquam adiuuare velit spiritum Domini. Vnde Dominus de ipso loquens Diabolo, ad beatum Iob dicit, **cap. 40.** Nunquid feriet tecum pectus, & accipies eum seruum sempiternum? Subaudi, ut ego. Igitur Diabolus velit nolit, seruus est sempiternus.

Ministri Diaboli acriter puniuntur.

26. **GENES. 3.** Et ait Dominus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus eris, &c. **CHRYSOST.** Sicut clementissimus Pater puniens eum qui filium suum occiderit, gladium, & enses per quem filius suus occisus est, etiam destruit, & in multas partes diuidit, eodem modo & Deus egit. Quippe serpens quasi gladius quidam Diabolicae seruiuit malitiæ. Vnde & perpetua ipsi peccata intentata est, ut per visibile & sensibile hoc ratio cinemur, & expendamus, in quanta ignominia sit & Diabolus. Nam si is qui ut serpens ministravit, tantam expertus est indignationem, quale supplicium verisimile est suscepturum Diabolum? Iam hoc nos docuit Christus in Euangelio: [Discite, inquit, à me, maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & angelis eius,] id est, nunciis eius.

Diaboli ministri sunt peccatores.

27. **EXOD. 1.** Preposuique eis magistros operum, &c. **ORIGEN.** Propterea statuit Pharaon, hos magistros, ut artes suas nos doceant, ut nos artifices malitiæ faciât, & quia multi sunt isti magistri, & doctores malitiæ, qui omnes exigunt, imperant, & extorquent opera terrena: Ideo veniens Dominus Iesus Christus, fecit alios magistros, & doctores, qui pugnant aduersum illos, & subiicientes omnes eorum principatus & potestates defendant à violentiis eorum filios Israel, & doceant nos opera Israelitica, id est, mente videre

videre Deum, & relinquere opera Pharaonis, exire de terra Ægyptij, abiicere Ægyptios & barbaros mores, deponere totum veterem hominem cum actibus suis, & induere nouum, qui secundum Deum creatus est, renouari semper de die in diem, in imagine eius qui fecit nos in laudem & gloriam suam. **AVGVSTIN. Serm. 85. de Tempore.** Habet ergo Deus ministros suos: habet & Diabolus adiutores suos. Deus per homines bonos tãquam per ministros suos agit omne quod bonum est. Diabolus verò per homines malos, velut per satellites suos exercet omne quod malum est. Diabolus per malorum auaritiam vestitus expoliat, Deus per homines bonos vestit nudos: Diabolus per impios & superbos, etiam & eos qui pacem habere videntur, ad scandala, & lites, instigat, Deus per pios & humiles, discordes quoque pacificat. Denique sicut omne quod bonum est, per homines bonos agit Deus, ita omne quod crudele & impium, per malos homines exercere consuevit Diabolus. Considerate igitur quomodo populus Diaboli persequitur populum Christi, dum adulteri persequuntur castos, insectantur sobrios ebriosi, humilibus insidiantur superbi: benignos inuidi, largos cupidi, & eos qui mansuetudinem, vel patientiam retinent, affligere non desunt iracundi. Et ideo consideret vnusquisque conscientiam suam, & si se videt semper quod bonum est diligere, & quod honestum est, iugiter exercere, ministrum se Dei esse cognoscat, & gaudeat: Qui verò viderit quod malum est, non solum cogitare, sed etiam dicere, vel exercere, adiutorem Diaboli se esse intelligat, simul & dicat, & dum adhuc peccatrix anima in corpore suo tenetur inclusa, cum Dei adiutorio de potestate Diaboli se conetur crueri.

Diaboli graue iugum.

28. **EXOD. 1.** Oderantque filios Israel Ægyptij, & affugebant, &c. atque ad amaritudinem perducebant viuas eorum operibus duris luti & lateris. &c. **CYRILLVS.** Postquam graui ac exitiali domino subiecti sumus, Satanam dico, luto, ac laterum coctione contriti sumus: hoc est, noxiis circa terram studiis, non sine sudore impensis. Nec enim à laboribus liber est, qui huiusmodi vitæ studiis, vanis licet atque inutilibus, distractus est. **RVPERT.** Quam verò graua sunt onera quibus diabolus humanum genus affligit, iam dudum persentiscere cepimus, ex quo vocem Christi liberatoris audiuius, dicentis: [Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, &c. Iugum enim meum suauis est,] &c. Nam antequam hoc dixisset, nos laborem nostrum nesciebamus, imò peccati oneribus delectabamur. Tot autem iuga sunt seruitutis illius, quor vitia, & tot onera quot peccata. Nec autem ut ante passionem Christi, ita nunc agit quidquam pro imperio grauis iste Tyrannus, verumtamen ut latro insidiosus nunc post nos incedit, & inuidus insectatur liberatos: vacuas esse gemens vrbes, quas ædificauimus illi, **Phiton**, id est, os abyssi, vnde nos Christus eduxit: & **Ramesem**, id est, tunicam, à qua medicus ille capita nostra purgavit.

Idem.

29. **EXOD. 15.** Equum, & ascensorem deiecit in mare. **ORIGEN.** Omnes qui in carne nati sumus, figuratiter equi sumus, & habent ascensores suos. Sunt equi quos Dominus ascendit, & circumueit omnem terram, de quibus dicitur [et equitatus tuus salus.] Sunt etiam equi qui ascensorem habent diabolum, & Angelos eius. Iudas equus erat, sed donec ascensorem habuit Dominum, de equitatu fuit salutis.

Cum ceteris enim Apostolis missus, ægrotis salutem, & sanitatem languentibus præstabat, sed vbi se diabolo subtrauit (post buccellâ enim introiit in eum Satanâ) & ascensor ipsius effectus est Satanâ, illius habentis ductus aduersus Dominum & Saluatorem nostrum coepit equitari. Omnes ergo qui persequuntur sanctos, equi sunt hinnientes, sed habent ascensores quibus aguntur, Angelos malos, & ideo feroces sunt. **HIERON. super Psalm. 32.** Ego puto equos esse homines peccatores, & equites, demones qui equitant in eis. Si quando ergo viderimus aliquem fratrem persequentem, & inimicum esse, sciamus, quia ille equus est, sed equus diabolus est, qui sua lancea nos percutit: iste currit, & ille percutit, sed & ipse equus calcaribus ducitur, confoditur, & inuitus insanit. & Ieremias ait: [Equi insanientes in fœminas facti sunt mihi, vnusquisque in vxorem proximi sui hinniebat.] Super tales equos Deus non habet voluntatem, iuxta illud: [Non in fortitudine equi voluntate habebit.] De talibus scriptum est: [Fallax equus ad salutem:] & in præsentia: [Equum, & ascensorem deiecit in mare,] & Israeli præcipitur ne equos nutriant. Denique Salomon, quia quadrigas adducebat ex Ægypto, voluptate superatus est.

Idem.

30. **IBIDEM.** Electi principes eius demersi sunt. **EV-THYMIVS.** Iuxta **LXX.** legitur. *Electos ascensores tristatus demersi.* *Tristatus* dicit: eo quod tres in eodem curru considere solebant, & vnus quidem currum agebat, reliqui autem duo aduersus hostem decertabant. Est autem Græca dictio, *Tristatus.* **HIERONIMVS in Ezechiel. cap. 23.** Pro his Latina simplicitas *ternostatores* translulit: sunt autem *tristate* apud Græcos secundi gradus post regiam dignitatem, de quibus scriptum est: [Verumtamen ad tres primos non peruenit,] **1. Paralip. 11.** quos nos magistratus vtriusque militiae præfectos annonarij tituli nominamus. **ORIGEN.** Postquam dixit [currum Pharaonis, & exercitum eius deiecit in mare,] sequitur, [electi principes eius, & ternostatores, &c.] Quia nõ satis est Pharaoni, id est, diabolo, vnum equum ascendere, sed plures simul agitatur, plures simul plagis torti verberis cogitur, quos cum viderit in luxuria turpiores, in crudelitate feruiores, in auaritia terrores, in impietate flagitiosiores, scito hos de quadrigis esse Pharaonis, in ipsis sedet, ipsos curru sui iungit. Sunt & alij Ternostatores qui mihi videntur pro eo sic appellari, quod triplex est hominibus peccandi via. Aut enim in facto, aut in dicto, aut in cogitatione peccatur: & ideo ternostatores dicuntur, qui tres istas in nobis peccandi obideat vias, & speculantur semper, atque in insidiis agant: ut aut ille ex misero homine sermonem malum eliciat, aut iniquum opus extorqueat, aut cogitationem pessimam rapiat.

Diabolus vitia amat, virtutes odit.

31. **EXOD. 1.** Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projicite, quidquid feminini, reseruate. **ORIGEN.** Ægyptij quibus Pharaon dedit præcepta, fœminas tantum viuificant, oderunt masculos, quia mundani oderunt virtutes, vitia tantum, & voluptates nutriunt. **HIERON. in Ecclesiast. cap. 2.** Pharaon non vult masculos viuificari, e contrario nullus sanctorum nisi per raro fœminas genuisse narratur. Solusque Salphaar, qui in peccatis mortuus est, omnes filias genuit. **Num. 25.** Iacob inter duodecim Patriarchas vnus filiarum pater est, & ob ipsam periclitatur. **GLOSS. GRÆC.** Humani enim generis tyranno fœmininus sexus, hoc est, mens humanis atque inanibus affectionibus prædita, amica est: virtutis verò

constantia, ac tenor, non item, *HERON in Nilum Prophetam, ca. 3.* Neque poterat rex Aegyptius, qui dicitur abibi, [Mea sunt flumina, & ego feci illa] quidquam aliud nisi hoc iubere, ut quodcumque est Hebraeorum, id est, eorum qui per seculum istud transierunt, forte & virile, mittatur in aquas, & per fluentia earum deferatur in mare, & e contrario quidquid foemini- num, & molle, & formosum videtur hoc in seculo viuificetur, adolescat, & generet. Simulque considera quod Aegyptius imperator viros Hebraeorum non possit occidere, nec eos qui iam egressi sunt de infantia, sed quorum aetas adhuc tenera est, & molle corpus, & profectus incipiens. Scit non posse nutri- ri foeminas, nisi interfecti fuerint masculi. Vult ita- que in Hebraeis quidquid forte est & virile, hoc gur- gite sui fluminis suffocare, ut quae foeminae sunt, li- beriùs illa succrescant.

Diaboli superbia.

32. **E**XOD. 5. *Quis est Dominus ut audiam vocem eius, & dimittam Israel? nescio Dominum, &c.* CAS- SIANVS lib. 12. cap. 8. de spiritu superbia. Ideo omnium creator & medicus Deus, causam principiumque morborum superbiam esse cognoscens, contrariis sanare contraria procurauit, ut ea scilicet, quae per superbiam corruerant, per humilitatem resurgerent. Lucifer namque ille dixit, [in caelum conscendam.] Christus vero noster per Prophetam dicit: [Humiliata est in terra anima mea:] Ille dicit: [Ero similis Altissimo:] hic vero [cum in forma Dei esset, exinanivit semetipsum formam serui accipiens, humiliavitque se factus obediens usque ad mortem.] Ille dicit: [Super astra Dei exaltabo solium meum:] iste vero dicit, [Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.] Ille dicit: [Nescio Dominum & Israel non dimittam:] iste vero dicit: [Si dixerò, quia non noui eum, ero similis vobis mendax, sed noui eum, & mandata eius seruo.] Ille dicit: [Mea sunt flumina, & ego feci ea:] iste vero dicit: [Non possum ego à meipso facere quidquam, sed pater meus in me manens ipse facit opera.] Ille dicit: [Mea sunt omnia regna mundi & gloria eorum, & cui voluero do ea:] Iste vero cum diues esset, pauper effectus est, ut eius inopia nos diuites essemus.] Ille dicit: [Sicut colliguntur oua quae derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret:] Iste vero dicit: [Similis factus sum pellicano solitario: vigilauit, & factus sum sicut passer solitarius in recto.] Ille dicit: [Extitit vestigio pedum meorum omnes riuos aggerum,] iste vero dicit: [Nunquid non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum?] Ex illius igitur ruina & huius exemplo docemur quemadmodum euitare tam atrocem mortem superbiae debeamus.

Diaboli potestas à Deo.

33. **E**XOD. 7. *Vocauitque Pharaon sapientes, & maleficos, &c. proieceruntque ne singuli virgas suas quae conuersae sunt in dracones.* AVGVST. 3. de Trinit. cap. 7. & 8. Magorum illa potentia quae serpentes facere potuit, ubi ad muscas minutissimas ventum est, omnino defecit. Vnde intelligi datur, ne ipsos quidem transgressores Angelos aliquid efficere valere nisi data de super potestate. Vide verbo, *Deus, nu. 52. & 53.* & addit AVGVST. Propter quod etiam nobis scripturae autoritate sunt prodita, vel ad exercendam, probandam, manifestandamque iustorum patientiam. Nec enim parua visibilium miraculorum potentia Iob cuncta quae habebat amisit, & filios, & ipsam corporis san- tatem. Nec ideo putandum est illis transgressoribus

Angelis ad nutum deservire hanc visibilium rerum magistratam, sed Deo potius à quo haec potestas datur. *LIPOMAN. super illud Exod. 8. Feceruntque similes viri malefici, &c. & non potuerunt, scilicet cinifes educere.* Nota Satanam, cuius operatione malefici priora miracula ediderunt, potentem quidem spiritum esse si permittat Dominus. At si Dominus potentia eius restiterit, nihil est ipso impotentius. Vide enim quod hoc loco ne potestiam quidem habeat in cynifes, bestiolam minutissimam. Time igitur Dominum, & nunquam timebis Satanam.

Idem.

EXOD. 15. *Dixit inimicus, persequar & comprehendam, &c.* RVPERT. Quid mirum si de cordibus renascentium diabolus exclusus sic loquitur, qui de caelo proiectus adhuc aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut colitur? sed videamus quid dicat: *Persequar, inquit, & comprehendam, Persequatur quantum licet. Nam de his qui in mare ingressi sunt, neminem comprehendit, nisi fictum aliquem aut hypocritam, in quo habet fiduciam, ut dicat: Diuidam spolia, implebitur anima mea.* Deinde ait: *Euaginato gladio meo, interficiet eos manus mea.* Gladium euaginare est apertam persecutionem excitare: sicut e contrario arcum intendere est occultè velle decipere, iuxta illud: [Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum.] Ait igitur: *Euaginato gladio meo, id est, à cordibus exclusus, manifesta utar tyrannide paganorum crudelium: & quia non pertingo ad animas, corporaliter interficiet eos manus mea, sed [qui fecit eum (ait ad beatum Iob Dominus) applicabit gladium eius,] id est, non quantum volet, sed quantum vile est seruire aut interficere permittetur.* Non ergo timeat victoriosus populus Dei, festinans ad hereditatem quam promisit Dominus. Etenim inimicus iste dum persequitur, dum occidit, proposito magis illorum proficit, ut citius ad patriam perueniant peregrini: vnde fatuus esse conuincitur. Quia dum pro se contra Deum vel contra Dei populum agere nititur, contra se potius agit, & Dei propositam adiuuat, ut perficiatur. Vnde Dominus de eo ad beatum Iob dicit: [Nunquid ponas circulum in naribus eius?] In quo fatuitas eius maximè denotatur. Deinde, [Nunquid feriet pactum tecum? & accipies eum seruum sempiternum?] Subaudi, ut ego, cui sic ille cooperatur aduersando, tanquam iurauerit obsequium, & sequi seruum studeat exhibere fidelissimum.

Diaboli superbia humiliatur.

35. **E**XOD. 12. *Ne, & immolate Domino, sicut dicitis, &c. & abeuntes benedicite mihi.* INTERLID est, gratias agite. In Chaldaeo, Orate etiam pro me, ne scilicet moriar. RVPERT. Nunquid non & hoc futurum erat, ut ille superbus diabolus, cuius hic typus gerebat, mollia loqueretur? Vnde Iob cap. 40. [Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur ad te mollia?] Quis autem dubitet quod ei mollia locutus fuerit infernum spoliante, cum adhuc in corpore viuente clamauerit, dicens: [Quid tibi, & nobis Iesu Nazarene: venisti perdere nos, scio quod sis sanctus Dei.] Nec frustra Propheta dicit in eum: [Tu humiliasti sicut vulneratū superbum.] Nam sicut superbus, quantumuis ante percussorem steterat rigidus, sub ictu autem vulneris à timore descendit. Sic superbia rex diabolus, quantumlibet antea ut superbus, & fortis armatus, locutus sit, ubi tamen fortiorum sensu, arma deposuit, spolia reddidit, & mollia, non ex pietate, sed pra dolore locutus est, & adhuc in extremo iudicio molliora cum membris suis loquaturus est

est ipse caput iniquorum. [Sed non parcam ei.] dicit Dominus, verbis potestibus & ad deprecandum compositis. Quia videlicet sera & indigna poenitentia est, quam cruciatus extorquet.

Diabolo per peccatum venundati sumus.

36. **E**XOD. 15. *Populus iste quem possedisti.* ORIGENES. Dei quidem creaturae omnes sumus. Vnusquisque verò peccatis suis venundatur, & pro iniquitatibus suis à proprio creatore discedit. Dei igitur sumus secundum quod ab eo creati sumus: effecti verò sumus serui diaboli, secundum quod peccatis nostris venundati sumus. Veniens autem Christus redemit nos pretioso sanguine suo, cum seruiremus illi domino, cui nosmetipsos peccando vendidimus, & ita videtur tanquam suos quidem denno possedisse, quos creauerat: quia alienum sibi dominum siue errando, siue peccando quaesierant. Sed quid diabolus, ut nos mercaretur, dedit? Ausculta, homicidium, pecunia diaboli est. ille enim ab initio hominida est. Fecisti homicidium, diaboli pecuniam suscepisti: similiter adulterium, furtum, fallum testimonium, &c. Haec omnia diaboli census est, & diaboli thesaurus: hac pecunia emit ille quos emit, & effecti sibi seruos omnes, qui de huiusmodi censu eius quantumcumque susceperunt. Vereor autem ne aliquos destantibus diaboli mercetur occultè, & faciat illos nostrum suos. Si quis forte huiusmodi pecuniam à diabolo deceptus accepit, non usquequaque desperet. Misericors enim est, & miserator Dominus, & non vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & viuat.

Diaboli graue iugum.

37. **I**VDIC. 1. *Dixit Adonibezob: Septuaginta reges ampuatis manuum ac pedum summum dicitur colligebant sub mensa mea ciborum reliquias.* Alia litera: *pollices manuum, ac pedum.* ut sint inepti ad bellum. Sic agit diabolus cum his quos vincit, ad peccata trahendo, amputat summitates manuum, ne operentur bonum, & pedum, ne bene gradiantur in via mandatorum Dei, & sic non effugiant manus eius, & cibant eos reliquiis deliciarum. Non sic Christus suos alit, qui ait, [& ego reficiam vos.]

Diabolus, Mus, & Leo.

38. **R**EGVM 5. *Ebullierunt velle, &c. & nati sunt mures.* RVPERT. Per mures intelligitur demones qui omnia vastant, & demoluntur, quique iustis quidem contemptibiles, ut mures: peccatoribus autem terribiles, ut leones, sunt. [Capite nobis vulpes paruulas quae demoluntur vineam.] Haec ille. Hi mures destruunt Azotum. Azotus, secundum Benedictum Parisiensem, est idem quod ignis dilecti, & secundum Hieronymum, ignis luxuria. Nihil ita animam destruit sicut luxuria. 3. Reg. 22. *Vidi Dominum sedentem super solum suum, & omnem exercitum, salt assistentem ei à dextris, & à sinistris.* GREGOR. 2. Moral. cap. 16. *Dextra Dei Angelorum pars electa, sinistra autem Dei pars Angelorum reproba designatur.* Nec enim ministrant Deo solum boni qui adiuuent, sed etiam mali qui probernt: non solum qui à culpa redeuntes subleunt, sed etiam qui redire nolentes grauent. A dextra ergo Dei, & à sinistra, Angelorum exercitus stat. Quia voluntas electorum spirituum diuinae pietati concordat, & reproborum sensus suae malitiae seruiens iudicio districtioris eius obtemperat. Nec mouere debet quod *exercitus caeli* etiam repulsi Angeli vocantur. Quia & ipsi quantum ab aethereo caelo expulsi sunt, adhuc tamen in aethereo caelo demorantur, iuxta illud: *Ephes. 6.* [Contra

spiritualia nequitiae in caelestibus.] Vnde & mox fallax spiritus in mediū profiliisse describitur, per quem Achab, exigentibus suis meritis decipitur. [Egre- diar, inquit, & ero spiritus mendax.] Quia Achab Rex, peccatis praecedentibus, dignus erat ut tali de- buisset deceptione damari: occulta iustitiae licentia malignis spiritibus datur, ut quos volentes in peccati laqueo strangulant, in peccati poenam etiam nolentes trahant.

Diabolus, versus.

39. **R**EGVM 2. *Maledixit eis in nomine Domini & uenerunt duo viri de saltu, & lacerauerunt eos.* STEPHAN. Heliscus est, claustralis, vel quilibet iustus: qui dum ad Bethel, id est, ad domū Dei ascensionem in corde suo disponit, pueri, id est, sapientes huius mundi, eum derident, mundus contemnit, & deserit. Vnde Iob: [Deridetur iusti simplicitas.] Tales derisores deorant vsi, id est, spiritus maligni, qui bene per vsos significantur. Vrsus debilis est in capite, & fortis in renibus, & diabolus debilis est in initio peccati, & fortis in consummatione.

Diaboli potestas.

40. **E**SDRAE 6. *Lemaban autem dedisti septimam partem humidam, & seruasti eam ut sibi in deuorationem quibus vis, & quando vis.* Alia litera. *Quam bestiam parasti ut esset qua deuoraret quos velles, & quando velles.* Neque contra personas, neque contra tempus quo deuoraturus eas est, facultatem demon habet aliam quam eam quam à Deo habet.

Demonones non timendi.

41. **N**VMER. 14. *Neque timeatis populum terra hu- ius, &c.* ORIGENES. *Hom. 7.* Sicut illi de terra eiecerunt Chananeos, & ceteras nationes, ita & nos qui accessimus ad montem Dei, & ad regna caelestia, necesse est ut expellamus de his contrarias potestates, [& spiritualia nequitiae in caelestibus] ut con- sequamur Dei hereditatem. Illi armis visibilibus, & corporalibus vincebant, nos inuisibilibus, & spiritua- libus. Vnde *Ephes. 6.* [Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem,] &c. [Induite vos loriceam charitatis, & galeam salutis, & assumite scutum fidei, & gladiū spiritus, quod est Verbum Dei.] Cum talibus armis sequens Iesum ducem, sicut patres calcauerunt cervicem gentium, & tu calcabis cervicem demonum. [Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones.] Vult ergo Iesus semper res mirabiles facere, vult de locustis vincere Gigantes, & de his qui in terris sunt, caelestes superare nequitias. Vide Reliqua, verbo, *diligentia, nu. 19.* Vide, *Mandus, nu. 12.*

Diabolus mendax.

42. **E**XOD. 1. *Aedificaueruntque vrbes tabernaculo- rum Pharaoni, Phiton, & Rameses.* Vide quales ciuitates (ait ORIGENES) sibi aedificari praecipit Pharaon, Phiton, id est, os deficiens. Deficit namque os cum mendacium loquitur: à veritate siquidem, & probationibus deficit. Ille enim ab initio mendax fuit, & ideo tales ciuitates sibi aedificari vult. *Rameses, id est, commotio tineae.* Vide verbo, *dignitas, nu. 9.*

Diabolus cur serpens dicatur.

43. **G**ENES. 3. *Sed & serpens erat callidior, &c.* D. CYPRIAN. *de simplicitate praelatorum.* Diabolus dicitur serpens, quia cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit (vnde nomen serpentis accepit) ea est eius astu- tia, ea est circumueniendi homines caeca & latebrosa fallacia

fallacia, ut asserere videatur noctem pro die, venenum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub pretextu fidei, Antichristum sub vocabulo Christi: ut dum mentitur verisimilia, veritatem subtilitate frustraretur.

Dæmones fere infirmi, & qualiter occidendi.

44. **I**OSVE II. *Domini sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israël, & caderent, & non mererentur ullam clementiam, ac perirent.* INTERI. Permittuntur enim à Domino, vel potius excitantur dæmones contra nos venire in prælium, ut nos vincamus, & illi intereant. ORIGEN. *Hom. 15. in Iosue.* Dum enim non veniunt inimicæ virtutes, quæ peccata operantur in nobis, vel provocant ad pugnandum, interfici non possunt neque exterminari. Vnde mihi videtur infinitus esse numerus carum. Quia per singulos pene homines aliqui sunt spiritus qui diuersa peccatorum genera moluntur. Beatus est etgo qui spiritualem machinam tenens, non aufert eam à cervicibus horum hostium, &c. Vide verbum, *mortificatio, nu. 37.*

Diabolus punitur ob casum hominis.

45. **G**ENES. 3. *Supra pectus tuum gradieris, & terram comedes.* CHRYSOST. *Hom. ad Neophylos.* Si sensibilem ita puniunt serpentem, qua poena inuisibili punietur diabolus? Etenim si piissimus pater filij sui reperire valuerit occisorem, non solummodo dolorem suum, iramque conuertit in eum, sed & ipsum gladium, quo filius perierat, particulatim comminuit: ita & Christus cum à diabolo hominem interemptum esse perideret, non solum eum tormentis afficit, sed etiam eius gladium obtundit, & ad nihilum redigit.

Diabolus erigens se, tentat actiuos & contemplatiuos.

46. **R**EGVM 17. *Erat Philistæus nomine Goliath de Geth, habens altitudinem sex cubitorum, & palmæ.* STEPHAN. In Ezechiele legitur quod vir ille cuius species erat quasi æris candentis, habebat calamus mensuræ in manu, quo mensurauit templum, & calamus ille erat sex cubitorum, & palmæ. Ecce eadem mensura fuit & Goliath. Mensura templi consistit in diuersitate graduum, in Ecclesia, & Diabolus contra hos habet mensuram suam. Per sex cubitos intelliguntur opera actiua, per palmam contemplatiua. Bene ergo dicitur quod altitudo gloriæ erat sex cubitorum, & palmæ. Quia contra contemplatiua & actiuam extendit se altitudo Diaboli, & altitudini iustorum vult se commensurari.

Diabolus talis dicitur quales facit homines esse.

47. **R**EGVM 21. *Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedet eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cali.* STEPH. Talis dicitur Diabolus qualem facit hominem esse. Vnde significatur in Iob per piscem, per volucrem, per feram, per bouem. Piscis est, quando facit hominem curiosum per auaritiam. Volucris, cum superbire facit. Bos, cum facit hominem deperire per luxuriam. Canis est quando facit eum detractorem. Cum sumus in ciuitate, id est, in vita seculari, morimur detractatione. Cum autem in agro, id est, in vita monastica, morimur per elationem.

Dormiens Diabolus, facile suscitatur ad nostram perniciem.

48. **I**SAL 14. *Ex quo dormisti, non ascendit qui succidat tuos.* AILRED. Ad regem Babylonis, principem scilicet tenebrarum, vox ista dirigitur. Obdormisti à Satana, non inter isti, nulla ergo securitas: fa-

cile enim excitatur qui dormit. Pax est, & requies, sed perfectis, verum nec ipsis continua potest esse aut plena, donec nouissima inimica destruat mors.

Dæmones à nobis superati, contritione duplici conteruntur.

49. **I**EREM. 17. *Induo super eos iram furoris, & duplici contritione conterere eos.* CASSIAN. Nulli dubium est, cum Dæmones à nobis fuerint superati, eos contritione duplici conterendos, primum quod hominibus expetentibus sanctitatem, illi eam possidentes amiserunt, causamque extiterunt perditionis humanæ. Deinde quod spirituales substantia fuerint à carnalibus terrenisque deuictæ. Vnde & in eos torquetur illa confusio, qua nos manebat, si ab ipsis fuisset elisi, secundum illud: [Caput circuitus illorum, labor laborum ipsorum operiet eos, & conuertetur dolor eius in caput eius.] Sicut igitur & nos quandoque elidunt, & ipsi similiter eliduntur, nec victi sine confusione recedunt. Has igitur ruinas hostium suas victorias intuens, vnusquisque sanctorum cum exultatione proclamat: [Persequar, & comprehendam inimicos meos, donec deficiant.]

Malum in nobis potest suggerere Diabolus, non vrgere.

50. **I**OAN. 3. *Maiores est qui in nobis est, quam qui in mundo.* CASSIAN. Nullus hominum potest omnino vitare peccatum quodcumque maligni spiritus cordibus nostris iniicere voluissent, si eis quemadmodum ad suggerendum, ita ad compellendum facultas violenta iupperet. Quamobrem sicut in illis est inuestigationis copia, ita nobis virtus respuendi, siue acquiescendi libertas est attributa. Quorum tamen potentiam, & impugnationes si pertimescimus, etiam protectiones, atque adiutoria Dei è contrario conferamus. De quo dicitur: [Maiores enim qui in nobis est, quam qui in mundo] cuius etiam auxilia, multo vehementiori virtute militant pro nobis, quam aduersum nos illorum multitudinem conspigit. Nam bonarum rerum non tantum suggestor, sed etiam factor atque impulsor est Deus, ita ut nunquam non etiam inuitos & ignorantem attrahat ad salutem.

Diabolus voluptates elargitur, ut animas perdat.

51. **C**LEMENS ALEXANDRIN. *lib. 2. Strom.* Quemadmodum qui pecora abigunt, frondes porrigunt: ita Dæmones omnia fortunæ ludibria & voluptates animabus præcedunt, quod possint tandem eas insecare, & in seruitutem redigere. TERTULLIAN. *in Apolog. cap. 22.* Suppetit illis ad vtramque substantiam hominis lædendam subtilitas & tenuitas sua multum spiritualibus vocibus, licet inuisibiles, & insensibiles in effectu potius quam in actu suo appareant. Si poma, si fruges, nescio quod aure latens vitium in flore præcipitat, in germine exanimat, in pubertate conuulserat: sic caeca ratione tentatus aër, pestilentes haustus suos effundit. Eadem igitur obiectitate contagionis, aspiratio Dæmonum, & angelorum, mentis quoque corruptelas agit furoribus, & amentibus hædis, & sanis libidinibus, cum erroribus variis.

Diabolus transfiguratur se in Angelum lucis.

52. **C**ORINTH. 14. *Satanas transfiguratur se in Angelum lucis.* ORIGEN. *Homil. 7. in Ezechiel.* Quomodo quasdam illecebras escatum aucupes proponunt, ut facilius aues capiant per oblectamentum gulae. Sic est quedam castitas Diaboli, id est, decipula humane animæ, ut per huiusmodi castitatem & man-

& mansuetudinem & iustitiam possit facilius capere, & falsis sermonibus irretire. CYPRIAN. *de simplicitate prelatorum:* Diabolus dicitur serpens, quia cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit, (vnde nomen serpentis accepit,) ea est eius astutia, ea est circumueniendi homines caeca & latebrosa fallacia ut asserere videatur noctem pro die, venenum pro salute, desperationem sub pretextu fidei, antichristum sub vocabulo Christi, ut dum verisimilia mentitur, veritatem subtilitate frustraretur. Nam transfiguratur se in angelum lucis.

Diabolus quare Deus appelletur.

53. **O**RIGEN. *cap. 15. Math.* Quemadmodum venter cum non sit Deus, tamen voluptatibus deditur, qui pluris faciunt voluptatem, quam amorem Dei, à Paulo dicitur Deus; sic & qui non est Deus princeps huius seculi, de quo dicit Seruator: [Princeps huius mundi iam iudicatus est:] Deus esse dicitur eorum qui recusant accipere spiritum adoptionis filiorum Dei, ut fiant filij seculi illius, ac resurrectionis ex mortuis, & propter hoc perseuerant in conditione filiorum seculi huius.

Diabolus voluptatibus decipit animas.

54. **E**VSEBEMISSEN. *Hom. 3. de Epiphania.* Sic Diabolus oblecta semel corpora mollissimis seductionibus decipit, & calliditate veteris artificij condidit blandimenta peccandi; quomodo solent qui mortiferos herbarum temperant succos, in condito, aut in aliquo mellito poculo nescientibus propinare virus amaritudinis, obscurantes fraude dulcedinis: prouocat prius odor poculi, sed præfocat infusus sapor in virus. Mel est quod ascendit in labia: sed virus est quod descendit in viscera: ita Diabolus per rerum carnalium concupiscentias, & illicitas voluptates, extrinsecus blanditur, intrinsecus insidiatur, interficit spiritum, dum oblectat affectum.

Diabolus, non hominum pater, sed callidus persuasor.

55. **I**EREM. 17. *Perdix fouet qua non peperit.* EVSEBIVS EMISSSEN. *Homil. 11. de Paschate.* Perdix Diabolus, pro nequitia, vel multarum rerum comparatione perhibetur. Hæc auis quocumque casu, vel fera alicuius incurfu priuata fuerit ouis propriis, insidiatur alienis, & nidi habitatore depulso, partus inuadit extraneos: quos vsque ad spem foetuum genitali lepore cum fouerit, parentem eum præda efficit, non natura: interea verus Pater vocanti ac lamentanti similis, filias questibus replet: tunc adulta iam soboles voce proprii genitoris audita curam queruli, clamoris intelligit, atque ita ad originariam sedem læta peruolant nutrimenta generis sui conscia, & adulteri nutritoris oblita. Quid ad hæc dicis homo, pretiosum vas sapientiæ, imago diuinitatis, & possessor generosæ rationis? Quid te Creatori tuo subtrahis? Ecce etiam bruta cognoscant quid proprio debeat auctori, & quæ non habent intellectum, habere probantur affectum. Callidum persuasorem captiua generatio derelinquit, remanet præda deceptus, & raptor orbatus. Igitur & Diabolus humanum genus, quod non creauerat, occupauerat; quod non genuerat, mentio patris nomine possidebat, sed ubi vocem per Prophetas, vel per semetipsū pius auctor emisit, ubi perditis salutifera charitas inclinauit, dicens: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis:* (Aduerte quod sub nomine oneris, pondus indicat seruitutis.) Ad patrem sinus confestim audium cucurrit examen. Tunc princeps mundi huius sub aduentu Do-

mini Saluatoris in dimidio dierum suorum perdidit, quos se in finem vsque sæculi possessurum esse credebatur, & in gremium redemptionis captiuitatem perditio multa transfudit. ATHANAS. *Oratione 1. contra Arrianos.* Quemadmodum plagiarius cum auertere cupit alienos liberos longè à parentibus suis peregre agentes, assimulat speciem vultumque parentum, quos ubi desiderio sui captos, deceptosque longius abducit, ingulat, & occidit. Eadem quoque ratione sinuosus ille, & mille dolorum fraudisque magister Diabolus, nihil sibi fidens, utpote quia sciat humani generis ad veritatem amores, veritatis speciem vultumque præterdit: suum tamen interim virum commilitibus suis, & affectis spargit.

Desiderium Diaboli est homines perturbare.

56. **M**ACHAR. *Homil. 5. Luc. 22. Satanus expetiuit vos ut cribraret, &c.* Quemadmodum triticum in cribro eius qui tractat illud, alliditur, & agitarum in ipso assidue vertitur; ita princeps nequitie cunctos homines rebus terrenis occupatos tenet, & eiusmodi occupationibus eos agitat, turbat, & commouet, efficitque ut vanis cogitationibus allidantur, dum obscænis desideriis, & terrenis, atque secularibus laqueis vniuersum genus Adæ peccato obnoxium, sine remissione captiuat, agitat, atque decipit, sicuti Dominus, nequæ illum prædicebat in Apostolos insurrecturum, [Satan expetiuit vos,] &c. *Et infra:* Qua enim ratione ventus vnus sufficit ad omnes plantas, & semina agitando, & concutiendo, aut sicut noctis vnus tenebræ in vniuersam terram extenduntur; ita princeps nequitie qui quidem se habet ad instar tenebrarum rationalium peccati, & mortis, & est velut quidam ventus latens, & agrestis, omne genus hominum quod est super terram, perturbat, & circumagitat volubilibus cogitationibus.

Satana non conceditur in homines, quantum vult.

57. **I**DEM *Homil. 26.* Sed an Satanas ad certum modum laxatur, an pro libidine impugnet? Respondetur. Impetus illius non solum fertur aduersus Christianos, sed etiam in idololatrias, ac vniuersum mundum: ideoque si concederetur illi bellum inferre pro voluntate, omnes equidè deleteret. Cur? Nepe quod in eo versatur eius opus, ac desiderium. Itaque sicut sigulus vasa missurus in fornacem temperatè illam accendit, non intensè, ne cocta plusquam decet elidantur, nec remissè, ne cruda dissoluantur. Itidem sic argentarius atque artifex ad certum modum ignem mittit, si enim excedat ignis, soluitur aurum, & argentum liquefit, & perit. Si denique mens humana nouit, seruata proportione aptare onera iumento, camelo, aut alij cuius animalis, quatenus ea ferre potest: quanto magis Deus qui nouit hominum vasa, variis modis laxat aduersariam potestatem?

Quomodo cognoscetur Diabolus tentans sub specie boni.

58. **I**DEM **M**ACHAR. *Homil. 7.* Cum iniquitas transfiguretur in angelum lucis, qui perspicitur homo semitas Diaboli; & quo pacto amplectetur & eliget semitas gratiæ? Quia quæ procedunt à gratia, læticia plena sunt, pace, charitate ac veritate. Ipsa autem veritas compellit hominem indagare veritatem: quæ autem proficiscuntur ab iniquitate, turbatione plena sunt, nec habent dilectionem, aut gaudium erga Deum: quemadmodum intybus lactucæ similis est: hæc tamen dulcis, illa autem amara, licet in se similitudinem habeant.

Cum Diabolo fornicatur anima consentiens peccato.
 59. **I**DEM MACHAR. *Homil. 15.* Quemadmodum si fuerit in aliqua domo quidam adolescens, similiter & innocua, que ab illo blanditiis illecta, assentiatur illi, stuprum committit, & fit dignus qui expellatur: Ita dirus ille serpens, comitatur animam, alliciens eam & prouocans: quæ si assentiatur, comunicat anima incorporea cum viro spiritus incorporei, hoc est, spiritus cum spiritu communionem habet, & fornicatur in corde suo is, qui assentitur, & cogitationem nequissimi recipit.

Diabolus non admissus ab anima iusti, exurit.

60. **I**DEM MACHAR. *Homil. 43.* Velut sarmenta igne proiecta facultati ignis resistere nequeunt, sed statim exuruntur: Ita Dæmones qui bellum inferre volunt homini Spiritum sanctum adepto, vruntur, & absuntur ab ignis diuina potentia, modò homo semper Domino adhæreat, fiduciam & spem semper habens in eum.

Diabolus nobis infestus maximè hora mortis.

61. **I**DEM *Ibidem.* Veluti publicani sedent iuxta vias angustas, & retinent atque concutiunt pratereuntes: Ita Dæmones obseruant, & detinent animas, quas nisi plene fuerint expurgata, dum discedunt e corpore, non sinunt ad cæli mansiones ascendere, & occurrere Domino suo. **BASIL.** *in Homil. Non esse aduerendum velus secularibus.* Quemadmodum peruersi quidam & subdoli homines quorum studium est, & propositum ex aliorum bonis ditescere, cum tamen potentiam non habent vt aperta violentia vrantur, vias insidiosè obsidere solent, & si locum aliquem circa illas, aut conuallibus profundis interruptum, aut dumorum densitate obscurum viderint, in illo sese abdunt, & huiusmodi velamento viatorum circumquaque conspectum, ne præuideantur, amoliti, ex inopino illos adoriuntur, ne quisquam laqueos periculosos videre prius queat, quam in illos incidat. Ita & Satan infestus nobis & antiquus hostis mundanarum oblectationum vmbriis sese insinuans, quæ periculosa circa vitæ huius viam latronem oculere solent, & latibula præbere insidiatori, inde improvisos nobis perditionis laqueos subternit.

Diabolus hominibus infestus ob odium Dei.

62. **BASIL.** *Homil. 21. in aliquot Scriptura locos.* Diabolus vbi vidit hominem ad Dei imaginem factum, cum non posset in auctorem ipsum quem ante omnes lædere cupit, in eius imaginem, suam exercuit malignitatem: vt veluti si quis homo, quando regem inimicum attingere non valet, eius simulacrum cæderet. Vidi ego iam, partim audiui, res certà est. Inter animalia hominibus inimicissima, Pardalim quandoque in biuis hominis oculos præ ira inuadentem. Qui ferè diludere furorem quarunt, hominis imaginem ei ex charta ostendant: illa statim furibunda eam concepit atque dilacerat. Hoc argumento satis ostendens, quanta sit eius aduersus hominem inimicitia. Sic item Diabolus in Dei imagine, quo sit erga Deum odio, ostendit, quando Deum ipsum attingere nequit.

Diabolus à Virgine sanctissima repellitur.

63. **GREGOR.** *NAZIAN.* *Oration. in sanctum Cyprian.* Diabolus à Virgine repellitur, non secus ac machina à muro firmo, & generoso, ob verba, & orationes profugus.

Diabolus nobis infestus maximè hora mortis.

64. **CHRYSOST.** *Homil. 3. de Ozab. & Homil. 31. in Genes.* Enimvero & Diabolus tunc infestat ve-

hementius, & sicut piratæ nauigantes in mari, non tunc insidiantur cum è portu vident egredientes, nam quid prodesset inuidere nauem vacuam: sed tunc omnes artes mouent, cum onusta redeunt, ita & malignus ille Dæmon cum nos videt multa conuexisse, nempe ieiunium, preces, elemosinas, continentiam, aliâque virtutes omnes, esseque nauim nostram gemmis pietatis plenam, tunc vndeque se se obicit, vt thesaurum rapiat, & in ipso portus ingressu vincat, & spoliat. *Vide infra, num. 66.*

Diabolo resistendum.

IDEM **CHRYSOST.** *Concione 3. de Lazaro. 65.* Quemadmodum canis assitens mensæ, si viderit, hominem vescentem, subinde aliquid eorum quæ in mensa sunt, ipsi proiciendum, manet assiduè. Quod si semel atque iterum sic assitit, vt discesserit nihil adeptus, protinus abstinet, veluti qui iam frustra & incassum assitit. Itidem & Diabolus iugiter nobis inhiat, si quod blasphemum verbum ipsi ceu cani proiciamus: hoc accepto rursus aggreditur: quod si perseveraueris gratias agere, iugulaueris illum fame, celeritèrque abegeris, & auferere coegeris.

Diabolus iustos magis quam peccatores persequitur.

IDEM **CHRYSOST.** *Homil. 4. de verbis Ihu, V. 1. di Dominum, &c.* Quemadmodum fit in nauigiis, qui vacuam habent nauim, non metunt piratarum insultum. Non enim veniunt vt conterant nauem nihil vehementem. Ceterùm ij qui nauem habent onustam, metuunt piratas. Nam Pirata illuc properat vbi aurum, vbi argentum, vbi lapides pretiosi. Sic & Diabolus, non facile persequitur peccatorem, sed iustum potius, vbi multæ sunt opes. *Idem Homil. 1. ad populum Antiochenum.* Ne miremur quod spiritualibus instantes, multa patiamur aduersa. Quæ admodum enim latrones, non vbi scænum, & palæa, & calamus, sed vbi aurum, & argentum, ibi effodiunt, & continuo vigilant: sic Diabolus his maximè instat qui spiritualia attingunt negotia. Ibi multæ inuidiæ, vbi virtus: illic inuidia, vbi misericordia.

Diabolo resistendum.

IACOB. 4. *Resistite Diabolo, & fugiet à vobis. Vide supra, n. 65. Idem CHRYSOST.* *Homil. 5. de patientia Iob.* Quemadmodum nos aduersus hostes illa exponimus arma quibus eos dolore afficiamus: si verò eos minus dolere viderimus, recedimus quasi non habentes, quo ipsos mordere possimus: Sic Diabolus si viderit deridentem, ac despicientem suos conatus, cedit ex via hac, non iam ulterius propinquans. *Idem lib. 2. de Providentia Dei.* Quemadmodum hi qui parietes suffodiunt, noctis tempore extincto lumine & furari opes, & carum dominos cum omni facultate iugulare possunt: ita & hic per cæcæ noctis horrorem, ac tenebras, mœrorem effudens, cogitationes quæ ad munimen nostrum esse possunt, subducere prius, ac furari nititur, vt desertam, atque sine adiutorio animam inuadens, plagis eam innumeris confodiat. At verò cum quis summa & intentissima in Deum spe assurgens, has tenebras dissecerit, atque ad solem iustitiæ confugiens, clarissimum illius iubar toris animæ sinibus haurire & recondere studuerit, protinus cogitationum suarum tumultum, in latronem illum impurum transfundet. Nam & qui furta noctu aucupantur, cum quis illos deprehenderit, ac lumen ostenderit, tremunt, fluctuant atque perturbantur.

Diabolus victus à Christo Domino in deserto.

IOB 40. *Adducens draconem in hamo.* **CHRYSOST.** *Hom. 5. ex variis in Matthei locis.* Sicut in hamo efcæ præda

præda pisces illudimus, & decipimus; qui videntes efcam, hamum non considerant, & dum auidi prædam volunt rapere, hamo capiuntur: Sic & diabolo contigit, dum tantum corpus hominis in filio Dei considerat, & Deum in corpore non agnoscit, quasi ad præparatam sibi prædam solita rapina festinat. Sed dum vult auidus prædam rapere, ipse draco vt piscis adductus in hamo, præda Domini captus efficitur. Hunc diabolus non solum draconem hamo adduci, sed tanquam passerem ab infante illudi, idem Iob in sequentibus declarauit, dicendo: *Alligabis aurem tanquam auem, & illudes illi tanquam infantes passeri.* In quibus & potentia filij Dei, & infirmitas diaboli demonstrata est. Quia sicut auem alligari facile est, & infantibus de passeribus ludere: ita filio Dei facile fuit potentem diabolum annullare: qui aduersus homines quidem semper potens fuit, sed aduersus Dominum miser & infirmus repertus est. *Accessit, inquit Euangelista, tenaror, & dext ei, &c.*

Diabolus qualiter omnia regna demonstraverit Christo.

69. **MATTH.** 4. *Ostendit illi omnia regna mundi, & gloriam eorum.* **I**DEM **CHRYSOST.** *Hom. 5. operis imperfecti.* Si nauatæ vnam stellam aspicientes, non dicam vnamquamque prouinciam, vel insulam, sed ad vnam quamque ciuitatem, sed ad singula loca quæ petunt, sine aliquo errore aut diuagatione dirigunt cursum: quanto magis diabolus, qui princeps æris constitutus totam terram, non solum sciebat, sed etiam videbat; poterat ergo Christo singula loca digito demonstrare, & vniuscuiusque regni honores & statum verbis exponere?

Diabolus temporalia donat vt animas perdat.

70. **MATTH.** 4. *Hæc omnia tibi dabo, &c.* **CHRYSOST.** *Hom. 27. operis imperfecti.* Sicut homo malignus si viderit aliquem orphanum habere substantiam paternam, ducit eum frequenter ad prandium, donat ei interdum aliquod speciosum vestimentum, loquitur illi dulces sermones, donec rollat facultates eius: sic & diabolus videns hominem habentem in se thesaurum cælestem, id est, animam immortalè à Deo creatam, sapientem, cælestem, in arca terrena positam: ideo ostendit illi aurum, & argentum, & concupiscibilia ornamenta, ostendit illi vestes speciosas, & deliciosos cibos, & gloriosos honores, vt per hoc subiugans eum voluptatibus suis, auferat salutem animæ eius, & corrumpat gratiam cordis ipsius.

Diabolus serpentis formam & proprietates habet.

71. **GENES.** 3. *Super peccus tuum gradieris.* **CHRYSOST.** *Hom. 8. ad Romanos.* Diabolus serpentis formam gerit, deorsum trahitur, ab inferiori loco depugnat, id est, à rebus quæ infra nos sunt, à voluptate, à diuitiis, à secularibus rebus, si quæ viderit volatu ad cælum ferri, primo saltu eò contingere haudquaquam potest, deinde id aggressus celeritèr labitur. Nec enim pedes habet, ne formides, non alas, ne terreat, super terram trahitur, his quæ in terra sunt, adhærens. Igitur nihil sit tibi cum terra commune, & labore nullo egebis: nec enim eam pugnam nouit quæ aduerso vtinque cornu geritur, sed velut serpens spinis occultatur, intra diuitiarum imposturam assiduè latitans; qui, si spinas incideris, facile auferget, timidus redditus; qui, si in illum diuinas incantationes canere noueris, statim vulnerabitur. Sunt enim nobis incantationes spirituales, ipsum nomen Domini nostri Iesu Christi, atque ipsius crucis po-

tentia. Hæc ipsa incantatio, non solum draconem à spoliis abigit, atque in ignem conicit, sed & vultibus quoque medetur.

Diabolus animas sibi consentientes ligat.

IDEM **CHRYSOST.** *Serm. de penitentia.* Sicut Iauceps auim, aut visco, aut reti in grano aliquo, captum tenet passerem, & manu sua subtilissimo funiculo ligatum retinet, & quasi dimittens laxum de manu sua, dans ei liberam volandi potestatem: at ille auidus ad volandum, euasumque se putans, alacer altiora appetit: sed iste, summum funiculum tenens, restringit cum voluerit, & ad se trahit à spe volandi, & viuendi, deceptum. Ita & diabolus verus venator, & per spiritum præsumptionis laqueo suo deceptum implicat hominè, cui semel hæserit. Vult hic quidem ab eo auelli, sed vinculum velox venator tenens, reuocat captum semel in laqueo, & reuolutum premit: & quidem vinculum fluxum est, ac facile potest dirumpi, sed desidia nostra, & dilatio diuturna facit vt robustum fiat, & non citò rumpatur.

Iugum diaboli graue, licet delectabile.

CHRYSOST. *Hom. 18. operis imperfecti.* Sicut qui iugum suscipiunt Christi, Christus eos delectat in spiritu, ne fatigentur in bonis operibus, iuxta illud: *Matthæi 11. Et ego reficiam vos, iugum enim meum suauè est, & onus meum leuè.* Sic & qui iugum suscipiunt diaboli, diabolus eos delectat, & decipit, ne discedant à malo impij vsque ad mortem suam.

Diaboli insidie quamplurime.

SALVIANVS *lib. 2. de Providentia.* Sicut exercitus pugnaturi, ea loca per quæ venturas hostium turmas sciunt, aut foueis intercludere, aut sudibus præfigere, aut tribulis infestare dicuntur, scilicet vt etiam si non in omnia ea quispiam incidat, nullus tamen penitus euadat. Ita etiam demones tam multas in vita ista humano generi illecebrarum insidias prætenderunt, vt etsi plurimas earum aliquis effugiat, tamen ab aliqua capitur.

Diabolus etiam parè temporalia largitur.

CYRILLVS ALEXAND. *in collectanea cap. 6.* **Q**uomodo Pharao ab Hebræis exigebat inexorabiliter laterum confectioem, non dabat autem paleas per quas fiunt, iuxta illud: *Exod. 5. Paleas non dabitur vobis:* ita diabolus ab his qui sibi seruiunt, necessariò exigit inquinamentum, & immunditiam, eos ferociter incendens ad rabida desideria; reddit autem rem paratu difficillimam, ne facilitate citò veniant in satietatem, & contemptum.

Diabolus tentat per homines malos, quando per se non potest.

LAVRENTIUS IVSTINIANVS *de Disciplina monastica cap. 14.* Cœsueuerunt vt plurimum homines, quando difficile aliquod aggressi sunt opus, cum ad id peragendum impares se viribus senserint, mox ab amicis ac domesticis subsidia quaritare, quatenus quæ propria nequeunt virtute perficere, alieno valeant adiutorio. Hac malitiæ arte, hoc sagaci ingenio vt etiam soler humani generis antiquus hostis, & seruorum Christi implacabilis inimicus. Cum enim ad bellandos atque exercendos piorum animos ex superna dispensatione constitutus sit, tentare nunquam desinit: verum cum diuinitus prohibetur ne oblit piis, eos tamen per suos amicos ac domesticos vexare nititur, & ad tentandum humano vitur instrumento, & potissimum aduersus eos qui Christo associati sunt.

Diabolus visibiliter castigatur, ut invisibilem eius poenam agnoscamus.

77. **G**ENES. 3. *Supra pedes tuos gradieris.* PROCOPIVS *super Genes. 3.* Ut Deus invisibilis sui monumentum reliquit homini visibilem arborem; ita serpentem qui fuit organum inconspicui diaboli, prosternit maledictione: ut quamvis homo diabolum non videat, nec sciat quid passus sit, tunc, cum nouerit serpentem antea erectum incessisse, & nunc longum corpus per terram trahere, ex illa visibili poena intelligat, poenas dedisse diabolum qui per serpentem, ceu organum, homini illuserit. Simile quiddam accidit in Euangelio porcis in Mare præcipitatis, quos subierunt demones, rogantes ut sibi potius in hos irruendi copia daretur, quam ut demergeretur in abyssum: permittit Christus ut invisibiles demones invisibilibus corporibus demergeret, ut & nos possemus intelligere poenas de ipsi visibili modo esse sumptas.

Qualiter intelligendum nos habere certamen aduersus omnes demones.

78. **A**DEPHES. 6. *Non est nobis collectatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potentes, aduersus mundi rectores, &c.* ORIGEN. *lib. 3. Periarcho cap. 2.* Non tamen putandum est quod singuli quique aduersus omnia hæc decerent. Impossibile id esse arbitror vlli homini. (quamvis ille sit sanctus) ut aduersus omnia hæc simul possit habere certamen: quod si villo modo id accidat (quod certè fieri non potest) impossibile est ut id profus ferre possit humana natura sine maxima subuersione sui: sed sicut, v. g. quinquaginta aliqui milites, si dicant sibi imminere certamen aduersus alios quinquaginta, non ita intelligendum est quod vnus ex illis aduersus quinquaginta dimicaturus sit, sed rectè dicit vnusquisque illorum, quia certamen nobis aduersum quinquaginta, omnibus tamen aduersus omnes.

Contra diabolum semper inimicitias exercere oportet.

79. **C**HRYSTO. *Hom. 22. ad Ephes.* In externis hostibus, iniuriæ memorem esse, malum est: aduersus diabolum, bonum, atque laudabile: furor, & ira vtilis est: vitia si habes, contra illum exercere laudem habet, si ea deponere nequis, potius quam in eos qui membra tua sunt. Huic inimico semper inimicus, acerbis inimicis esto, non fratribus. Sic abiectus erit, & captu facilis sæuus, si nos in eum sanierimus, non futurus sæuus contra si mansueti fuerimus.

Armari oportet contra diabolum, & quibus armis.

80. **C**HRYSTO. *Hom. 23. ad Ephes.* Nihil arma profunt, nisi primum sit ordinatus & instructus exercitus, & adit animus militis mentem excitans. Oportet enim primum intus armari, deinde foris. Si apud externos milites ita res habet, multo magis & apud spirituales, imò verò apud hos foris non licet armari, sed omnia sunt interna. *Idem Hom. 5. ad Hebraeos.* Tu quidem esto præparatus, sicut miles fortis in armis. Perpetuò sobrius, vigilans, semper hostem expectans, bella sanè non excites; hoc quippe militis non est, sed seditiosus. Si verò tuba pietatis vocaberis, confestim procede, & contemue animam, & ingredere cum multa alacritate in agonem, rumpe aciem aduersariorum, concide faciem diaboli, statue trophæum. Hoc autem erit, si non fuerimus pecuniis dediti, si non domibus, si non affectioni, si ab omnibus fuerimus separati. Si enim qui militarem vitam

viuunt, omnibus renunciant, & vbicumque bellum vocauerit, illuc sese recipiunt, atque itinera magna conficiunt, & omnia cum alacritate sustinent: multo amplius nos Christi milites, sic præparatos esse oportet ad bellum passionum.

Certaminis contra diabolum finis, & corona.

2. **A**D TIMOTH. *cap. 4.* *Bonum certamen certaminis, &c.* CHRYSTO. *Hom. 9. in 2. ad Timoth.* Nihil hoc certamine melius, nihil illustrius, nullo corona hæc sine concluditur, non ea ex oleastris floribus textitur, non habet editorem munerum hominem, nec homines spectatores: ex Angelis constatum est theatrum. In certaminibus seculi laborant dies plurimos, & in ætumnis degunt, vnus horæ momento accepta corona, protinus voluptas omnium emarcuit: hic autem non sic, sed semper claritas, semper gloria, semper honor augetur. Iam gaudere oportet quia ad requiem propero, ad stadium exeo.

Arma spiritualia contra demones, non carnalia.

2. **C**ORINTH. 10. *Arma iniustitia nostræ, non sunt carnalia, sed spiritualia.* BASILIVS *Hom. 2. de Ieiunio.* Galea nostræ ex diametro decident à natura corruptibili, harum enim materia ferum est, nostræ verò ex spe salutifera constant. Idem illis scutum è ligno, ac tergo bubulo. confectum est, nostrum verò munimentum fides est. Rursum nos thorace iustitiæ obarmamur. Illi tunicam anis contextam circumferunt; præterea nobis adest gladius spiritus ad defensionem: illi ferro defenduntur. Ex his perspicuum est quod non iisdem cibariis nos quibus illi vegetamur, vireque colligimus, sed nos pietatis dogmata corroborant. Illis ad parandas vires explectione ventris est opus. *Idem in admonitione ad filium spiritualem.* Si cupis, fili, militare Deo, illi soli militabis. Sicut enim qui militat regi terreno, omnibus iussis eius obediunt: Sic & qui militat regi caelesti, debent caelestia custodire præcepta. Miles terrenus quocumque loco mittitur, paratus ac promptus est, neque se vxoris, vel liberorum gratia excusare audebit: multo magis miles Christi, sine aliquo impedimento regis sui debet imperio obedire. Miles terrenus contra hostem visibilem pergat ad bellum. Tecum verò hostis invisibilis quotidie præliando non desinit. Illi contra carnem & sanguinem est dimicatio; tibi verò aduersus spiritualia vitia in caelestibus eluctatio. Ille contra carnalem hostem carnalibus armis vitatur; tu verò contra spirituales hostem, spiritualibus armis indiges. Ille in prælio galea ferream gestat, sed tua galea Christus sit, qui est caput tuum: Ille lorica ne vulneretur, indutus est, sed tu pro lorica fide Christi circumdatus. Ille contra aduersarium suum mittit lanceam, & sagittas, tu contra aduersarium diuina eloquia iaculare, & percutiens eum verbis propheticis, dicito: [Dominus mihi adiutor, & ego deridebo inimicos meos.] Ille donec pugna geritur, arma à semetipso non proicit, ne ab aduersario vulneretur: ita & tu nunquam debes esse securus, quia tuus hostis, hoste illius est astutior. Illius quidem hostis ad tempus dimicaturus verò hostis, quamdiu in stadio huius vite consistis, tecum pugnare non cessat. Illius arma laboriosa & graui sunt ad portandum, tua verò arma, volentibus portare, suaui ac leuia sunt. Ille cum superauerit aduersarium, ad domum coniugis ac liberorum reuertitur: Tu verò hoste prostrato in illud caeleste regnum cum omnibus sanctis intrabis. Ille pro labore terrenum, terrenum accipit denarium, tu verò pro spirituali labore caeleste recipies præmium.

Diabo

Diabolus nobis traditus, ut nudi eum superemus.

83. **I**OB. 2. *Mitte manum tuam, & tange os eius, & carnis.* CHRYSTO. *Hom. 1. ad populum Antioch.* Deus autem non ita, sed tibi ipsum trado, inquit. Quemadmodum enim in certaminibus exterioribus corpore vigentes, & bonæ habitudinis athleta, non sic apparent, cum vestimentum vndique oleo madidum fuerint induti, sed quando illo abiecto nudi in stadia feruntur, tunc maxime spectatores membrorum proportione penitus obtusescunt, cum nihil ipsam amplius obumbrare possit. Sic & Iob quando omnibus illis quidem diuitiis circumfusus erat, quis esset, non multis manifestus erat. Postquam verò ipsas velut vestimentum exutus athleta abiicit, & ad pietatis certamina nudus intravit, sic expoliatus spectatores omnes perculit, ut & ipse Angelorum Dominus super animi eius tolerantia acclamatione vehementer, & victori illi applauderet.

Ambitiosus diabolus imitatur. Vide, Ambitio, num. 2. & 5.
De superbia diaboli, Vide, Superbia, nu. 16. 37.

DILIGENTIA.

Quo diligentior quis, eo capax gratia.

Negligens inutilis est. 1. 2. 1. 2. 2.

In virtute progrediendum. 2. 4. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 20.

Solicite semper operandum. 2. 3.

Diligentia commendatur. 5. 6. 7. 10. 15. 18. 19. 21. 23. 24.

Diligentia præcipitur. 8. 16. 17.

De diligentia erga salutem animæ habenda. 25. 27. 29. 31.

Diuina vocationi celeriter obediendum. 26.

Vigilandum diligenter contra tentationes. 28.

Tutius est diligenter operari quam in otio metueri. 31.

Quo diligentior quis, eo capax gratia.

3. **C**HRYSTO. *super Genes.* Hæc est natura spiritualium fluminum, ut hoc magis scaturiat & accrescat spiritualis gratia, quo quis magis inde haurire studet. *Vnde CHRYSTO. [Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuae.]* Age igitur, afferamus omnes multa mentis nostræ vasa, ut implemus illis ditiores redeamus. Nam quando videt gratia, spiritus feruens desiderium, & vigilem mentem, tunc & gratiam suam opulentam liberalius largitur. & super illud Genes. 1. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Mihi videtur, inquit, hoc significare quod affuerit efficax quædam & vitalis operatio aquis, & non fuerit aqua stans & immobilis, sed mobilis, & vitalem quandam vim habens. Nam quod immobile, omnino inutile est: quod verò mouetur, ad multa conducit. Nota contra negligentes.

In virtute progrediendum.

2. **G**ENES. 2. *Tulle ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis ut operaretur, & custodiret illum.* AMBROS. Tulle, id est, apprehendit eum virtus Dei, inspirans processus & incrementa virtutis, & posuit eum, & collocauit in paradiso, ut scias apprehensum quasi aflatum diuina esse virtute. *Ne operaretur & custodiret.* Non idem est ope-

rari & custodire. In opere enim quidam virtutis processus est; in custodia, quadam consummata operis deprehenditur: eo quod quali consummata custodiatur. Hæc duo ab homine requiruntur, ut & operibus noua quærat, & parta custodiatur: quod est generale. Et quamuis paradisi operibus ruralibus non egeret, tamen quia primus homo lex posteritatis futurus erat, ideo etiam legitimi in paradiso speciem suscepit laboris, ut nos ad operationem, & custodiam debiti officij item adstringeret. *GREGOR. 19. Moral. cap. 17.* Operatur qui agit bonum quod præcipitur, sed oportet ut quod operatus fuerit, custodiatur. Quia bona prodesse nequeunt, si mala non cauentur quæ subreptim. Perit enim omne quod agitur, nisi sollicitè in humilitate custodiatur. Eleazar in prælio elephantem feriens strauit, sed sub ipso quem extinxit, occubuit. Sunt enim qui vitia superant, sed sub ipsis quæ subiiciunt, superbiendo succumbunt. Vnde oportet semper bona agere, & nos in ipsis bonis operibus cautè in cogitatione custodire, ne, si mentem eleuant, bona non sint, quæ non auctori militant, sed elationi.

Idem.

3. **I**BD. CHRYSTO. Propterea præcepit Deus ut homo operaretur paradysum, & custodiret, ut ne immodica prosperitate homo insolesceret. Omnem enim malitiam docuit otium. Erat autem operatio tunc citra laborè: & occupatio illa nec dolorum, nec molestiam afferebat. Sicut clemens pater tenero filio omni copia fruente, ne insolens fiat, paruam & congruam quandam curam excogitat: sic & Dominus Adæ operationem & custodiam præcepit, ut cum voluptate vberitateque ac iocunditate placidè hæc duo faceret, quæ procliuatatem illius morarentur, & impedirent. *RUPERT.* Ut operaretur, opus scilicet Dei, quod non est aliud, nisi opus fidei, nisi officium spei, nisi obsequium charitatis: & ut custodiret eum, scilicet ne deserta fide, vel dilectione creatoris, simul perderet datum optimum.

In virtute progrediendum.

4. **G**ENES. 2. *Erat autem uterque nudus, Adam & scilicet, & vxor eius, nec erubescabant.* CHRYSTO. Gloria quæ supernè venerat, vestiti erant, & ideo non erubescabant. Post transgressionem autem præcepti introgressa est & erubescencia, & nuditatis agnitio, &c. Ita liberalis est Dominus noster, ut quando videt nos bene, & cum gratitudine uti his quæ iam nobis concessit, vltra nos potioribus maioribusque muneribus impleat. At si quotidianis spiritualibus doctrinis refocillati, semper iisdem manserimus, nec peccatorum genera è pectoribus nostris effugauerimus, nec in virtutibus creuerimus, non solum inde nihil erit utilitatis, sed & plurimum nocumti, quandoquidem qui in tanta cura nihil lucrificat, nec proficit, maiorem sibi coaceruabit gehennæ ignem.

Diligentia circa diuina commendatur.

5. **G**ENES. 4. *Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terra munera Domino.* AMBROS. Duplex culpa Cain; vna, quod post multos dies obtulit; altera, quod ex fructibus, & non ex primis fructibus. Sacrificium autem, & celeritate commendatur, & gratia. *Vnde scriptum est Eccl. 5. [Si quid vouisti, ne moreris reddere. Multo melius est enim non vouere quam post votum pronilla non reddere.]* Cum enim moram facis, non reddis votum. Abraham filium suum iussus offerre in holocaustum, non post dies multos, ut Cain, obtulit, sed exurgens.

exurgens mane stravit asinum suum, &c. & venit ad locum quem dixerat ei Deus, die tertia. Instus ergo votum suum celeritate commendat, &c. *Super illud Genes. 18. Quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adoravit, &c.* Non otiosus sedet qui longè aspicit, nec aspexisse contentus, cucurrit obviam. Festinavit occurrere, quia non satis est rectè facere, nisi etiam matures quod facias. Festinanter enim manducare pascha lex iubet. Vberiores enim fructus habet celerata deuotio. Dilce ergo quam impiger esse debeas, vt possis praeuenire hospitem, ne quis praeueniat, & te boni muneris defraudet. **CHRYSOST.** Currit, & volat senex. Vidit enim praedam quam venabatur, & nulla infirmitatis suae ratione habita, ad venationem currit.

Idem.

6. **GENES. 18.** Festinavit Abraham ad Saran: dixitque ei: Accelera, tria sata simila commisce. **CHRYSOST.** Non desistit ab alacritate, & festinatione. Neque quia securus fuit, ideo fuit negligentior: id quod nobis frequenter euenit, qui principio valde studiosi sumus: quando autem in negotiū uentum est, non par studium afferimus. Sequitur: *Ipsè uero ad armentum cucurrit, & tulit inde uivulam tenerrimum, & optimum: deditque puero qui festinavit, & coxit illum.* Non permittit aliquem famulum abire, ipse per semetipsum vituli electionem facit. Animaduerte simul quomodo omnia cum velocitate, cum seruenti alacritate, cum hilaritate, cum gaudio, cum magna iocunditate facit. **LIPOMAN.** Vide in omnibus quanta sit suscipiens alacritas, festinat in omnibus, omnia perurgitur, nihil otiosè agitur. Abraham currit, vxor accelerat, puer festinat. Nullus piger est in domo sapientis.

Idem.

7. **GENES. 18.** Num celare potero Abraham, &c. **AMBRÓS.** Alia littera habet. Num celo Abraham puero meo, &c. Quare puer appellatur, cum nonaginta nouem esset annorum? Quia expressit eum immemorem senectutis, exploratorem indefessum, cursu impigrum, standi patientissimum, deducendi studiosissimum. Officiis meritis puer dicitur, qui senile nesciebat fastidium, pueritia innocentiam & obsequium deserebat.

Diligentia precipitur.

8. **GENES. 19.** Noli respicere post te, &c. **CHRYSOST.** Id est, festina. **CAIETAN.** Celeritas precipitur, non quali superstitione. **AMBRÓS.** Quod illi dicitur, omnibus dicitur: si vis ergo & tu euadere, ne respicias retro, sed ante aspice ubi Christus est, qui dicat tibi, *vade retro*, sicut Petro dicit: [*Vade retro me*,] vt scilicet Christum sequeretur, Christum videret. Retro Sodoma est plena flagitij, retro Gomorra vitij scatens, criminum regio. [*Ne tetigeritis*, dicit Apostolus, nec attaminaueritis, quae sunt omnia ad corruptelam.] Fuge ergo Sodomam, relinque ocyus, desere elementa huius mundi, ne te imminetia inuoluant pericula. Qui non respexit, euasit; quae respexit, euadere non potuit.

In virtute progrediendum.

9. **GENES. 21.** Fecitque Abraham grande conuiuium in die ablaclationis. **AVGVST.** & **AMBRÓS.** Non die quo natus est Abraham filius, quia quod ortum est, occidit: nec die quo circumcisus est, quia hoc non est huius temporis: sed in die ablaclationis eius epulum fecit, in quo intelligitur profectus mentis: non enim quia à nutricis lacte subductus est

puer, magnū conuiuium exhibuit Abraham, sed quia idoneus habitus est Isaac fortioris gratiae cibo, & virtutis alimento, non adhuc vt Corinthij lacte potandus, sed epulis solidioribus mandatorum Dei mentis suae lacertos firmans.

Idem, cum diligentia exemplo.

GENES. 22. Igiur Abraham de nocte conuersus, stravit asinum suum, &c. Quanto in virtute fortior, tanto difficiliora praecipia à Deo accipit, & quanto difficilius mandatum, tanto velocius obeditur. **GENES. 12.** Egre dero de terra tua, &c. *egressus est sicut praeceperat ei Dominus:* & cap. 17. *Circumcidetur ex vobis omne masculinum, &c. & circumcidit carnem suam, & carnem praeputij eorum statim in ipso die, sicut praeceperat ei Deus,* in praesenti praecipio. cap. 21. *eiecit ancillam & filium eius:* tanquam in re admodum difficili eum Deus consolatur, & exhortatur, *Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua.* Audi quam celeriter obtemperet: *Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem, &c. & dimisit, &c.* Denique ei praecipit, cap. 22. *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, & offer cum in holocaustum.* Si vt eiiceret Agar, & Ismael, surrexit mane, vt sacrificaret dilectum Isaac, de nocte conuersus, &c. *cumque concidisset ligna, &c.* **AMBRÓS.** Senex Abraham, & diues pecoribus atque abundans seruitiorum, non quaesuit comitatus sui agmina, ipse quoque ligna concidit, & obsequia maiora viribus suis non intermisit. *Die autem tercio eleuatis oculis vidit locum proci.* Sollicitè explorat, qui properat implere. Quauis leni studio celeraret gradum, tamen hoc serum putans procedebat oculis. Solet hebecere visus senum, vt etiam propinqua non facile conspiciant: hic non solum vidit locum, sed etiam longè positus aspexit. **ORIGEN.** Per triduum iter protenditur, & per totum triduum paterna viscera cruciantur, vt omni hoc spatio tam prolixo intueretur filium pater, cibum cum eo sumeret, tot noctibus penderet in amplexibus patris, inhareret pectori, cubitaret in gremio. Vide in quantum tentatio cumulatur. **CHRYSOST.** Intervallo loci iusti tentatur virtus.

Idem.

GENES. 24. Abraham aliam duxit uxorem, nomine Cethuram. **ORIGEN.** Patriarchatum coniugia semper mysticum aliquid indicant, & sacratum. Sicut ille qui dicebat de Sapientia: [*Hanc ego cogitavi uxorem adducere mihi.*] Fortassis & Abraham simile aliquid cogitauit. Quauis enim esset sapiens, hoc tamen sciebat quod sapientia nullus est finis, nec discendi terminum senectus imponit. Nam etiam qui consummatae perfectaeque virtutis est, semper necesse est, vt in aliqua eruditione versetur: quam eruditionem Abraham coniugem sermo diuinus appellat. Secundum hoc puto quod & in lege caelebs & sterilis maledicto subiacer. Dicit enim: [*Maledictus qui non reliquerit semen in Israel.*] quod intelligo non de carnali semine, sed de spiritali. Sancti enim continentes, & Virgines sacrae spirituales filios nobis reliquerunt, & vnusquisque eorum coniugem habuit Sapientiam. Vnde & Paulus: [*Per Euangelium ego vos genui.*] Accepit ergo Abraham senex Cethuram uxorem. Ego puto quod melius tunc vxor accipitur Sapientia quando emortuum corpus est, quando mortificata sunt membra. Maior enim ad sapientiam sensibus nostris capacitas inest, quando mortificatio Christi circumfertur in corpore nostro mortali.

Idem.

GENES. 25. Perrexitque Rebecca vt consuleret Dominum. **ORIGEN.** Quod abiit Rebecca cum

Deus

adiumenta generandi, sed sponte partus suos fundant, expectationemque praueuiant.

Diligentia precipitur.

EXOD. 12. Comeditisque festinantes. **GRFGOR.** 16. In hoc mandato Dei, mysteria Redemptoris, caelestis misericordiae gaudia cum festinatione cognoscere admonemur, & praecipia vitae cum festinatione implere. Quia enim adhuc hodie licet bene agere scimus, vtrum cras liceat ignoramus. Festinantes ergo pascha comedamus, id est, ad solennitatem patriae caelestis anhelemus. Nemo in huius vitae itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Nemo moras ad appetenda studia inuectat, sed caepia perficiat, ne minime liceat implere quod inchoat.

Diligentia precipitur.

EXOD. 12. In nocte medio percussit Dominus ovis primogenitum in terra Aegypti, &c. **RVPER.** 17. Vel ideo media nocte id factum est, vt historicum exemplum dormitantibus proficeret, atque ad vigilandum eos percelleret, scientes quia quisque exemplo Aegyptiorum thesaurizauerit sibi iram, nihilominus exemplo eorum improuissam accipiet vindictam. Sic enim & vniuersale iudiciū duris corde, & impenitentibus, ex improuiso superueniet, tanquam laqueus & tanquam fur. Idcirco Dominus media nocte venturum se dixit. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obviam ei. Sed & ipse media nocte surrexit, atque in exemplum discretionis piorum atque impiorum pias mulieres angelica visione & allocutione demulsit; impios autem ac fatuos custodes exterruit, & vt mortuos magno terrae motu praecunte reddidit. Proinde per os Psalmistae sancta Ecclesia dicit: [*Media nocte surgebam ad conuocandum tibi,*] vt videlicet Domino profunda nocte contentes, commoneamur nos, quatenus illa hora quae prauideri non potest, non sumus imparati. & sequitur: *Ortus est clamor magnus in Aegypto.* Clamor autem ille magnus salubriter in interiori auditu fatigat nos, vt non dormiamus sicut Aegyptij, sed vigilemus, & sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrii sunt, &c.

Diligentia circa diuina.

EXOD. 23. Nec remanebit adeps solemitatis meae usque mane. **CAIETAN.** Nam quauis carnes victimae possent seruari in diem alterum, adeps tamen debebat incendi eodem die per modum holocausti. **RABAN.** Per hanc sententiam nos instruit ne opus misericordiae, vel caritatum pinguedinem virtutum, in mane resurrectionis faciendum differamus. Quia ibi actionis tempus iam nullum erit, sed dies iste retributionis erit, vt recipiat vnusquisque pro vt gessit tempore carnis suae, quando licuit operari.

Idem.

NUMER. 14. Neque timeatis populum terrae huius, quia sicut panem possimus eos deuorare. **ORIGEN.** *Flomil. 7. in Numer.* Vult Dominus Iesus semper res mirabiles facere. Vult de locustis vincere gigantes, & de his quae in terris sunt, caelestes superare nequitas. Hoc est fortasse quod dixit: [*Qui credit in me, opera quae ego facio, & ipse faciet, & maiora carne positus fragilis & caducus, fide tamen Christi, & verbo eius armatus superet Daemonum legiones.* Sit ergo conuersatio nostra semper in caelis, & omnis motus noster, actus, cogitatus, & sermo caelestis sit. Quomodo enim illuc ardentius ascendemus, tanto illi praecipua descendunt, si vita nostra sanctis, & secundum

Deus vbique sit? Ego puto quod non de loco ad locum abierit, sed de vita ad vitam, de actu ad actum, de bonis ad meliora transierit, de vilibus ad viliora perrexit, de sanctis ad sanctiora properauerit. Ex more venit hoc sanctus, vt cum aliquid à Deo ostendi sibi viderint, vel abire, vel transire se dicant. Moyses cum vidisset rubum ardere, & non exuri, dixit: [*Transeam, & videbo visionem hanc.*] Non vtique significabat aliquid terrae spatium se transcursum, nam prope ipsum erat visio, sed dicit, [*transeam,*] vt ostendat se commotum visione caelesti ad superiorem vitam debere conscendere, ab his in quibus erat, ad meliora transire: & tu ergo si caeperis intueri, non ea quae videntur, sed quae non videntur, id est, non carnalia, sed spiritualia, ab illis diceris interrogare Dominum: si eruas te de conuersatione veteri, & à conuersatione eorum cum quibus turpiter vixeris; honestis vero te ac religiosis actibus locies. **HIERON.** super *Psalm. 119.* Sic & Rebecca abiit interrogare, non de loco ad locum, sed de vita ad vitam, sicut & Moyses transiit videre rubum: & tu si apponas animum, vt transeas de morte ad vitam, non pedum gressibus sed animi virtute diriguntur à Domino gressus tui.

Idem.

13. **GENES. 26.** Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce. Isaac hoc dictum fuit. Nam vx (ait Interlin.) qui illuc descendunt propter auxilium. **LIPOMAN.** Non patitur Deus descendere sanctos, sed vult semper ad superiora proficere. Abraham vero & Jacob permisi sunt intrare Aegyptum. Quia per Abraham patrem multarum gentium, praelati: per Jacob, laboribus deditum, vitae actiue studiosi intelliguntur: per Isaac continent, & dominatem, contemplatiui significantur. Abraham ergo & Jacob permisi sunt ingredi Aegyptum, quia praelati, atque actiui per mundum bene operando discurrere possunt, contemplatiui vero in abscondito vultu Dei persistere, nec secularium conuersationi misceri debent. **HIERON.** super *illud Genes. 26.* *Seminauit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum.* Tacet scriptura genus frugum, quod centuplicauerit: videtur mihi cunctarum in illo virtutum ostendisse multiplicationem. Nam felicitas multiplicati hordei ignoro si quempiam possit facere gloriosum.

Idem.

14. **GENES. 28.** Angelos quoque ascendentes & descendentes per eam. **BERNARD.** *Epist. 254.* Mirum est quod in ea scala nullus angelus residens, nullus subsistens apparuit, vt intelligamus, inter profectum, & defectum in hoc statu mortali vitae nihil medium inueniri. Sed sicut corpus nostrum aut crescit, aut decrescit, sic spiritus noster aut proficit, aut deficit. *in epist. 341.* Quisquis ergo in schola Christi non proficit, eius indignus est magisterio, & non proficere sine dubio deficere est. Nemo proinde dicat: Satis est, sic volo manere: sufficit mihi esse sicut heri, & nudius tertius: in via residet qui eiusmodi est, in scala subsistit, ubi neminem patriarcha vidit non ascendentem, aut descendentem. Vide, *urum, num. 14.*

Diligentia circa diuina.

15. **EXOD. 1.** Non sunt Hebraeae mulieres, sicut Aegyptiae: ipsae enim obstruendi habent scientiam, & priusquam veniant ad eum parant. **LIPOMAN.** In Hebraeo habetur, [*ipsae enim viuaciores sunt, & fortiores.*] **AMBRÓS.** de fuga seculi, cap. 8. Ideo dictum est vt animae iustorum non expectent artes, & disciplinas propter inuentionum genera, nec requirant

dum Deum sit, mortem confert illis; si segnis & luxuriosa, potentes aduersum nos gigantes facit: & quanto nos dilatamur in terris, tanto illis laxiora spatia concedimus in caelis. Augescamus ergo vt illi minuamur, nobis ingredientibus illi pellantur, & ascendentes, cadant.

In virtute progrediendum.

20. NVMER. 33. De tebebatu, id est, bonitas, venerunt in Hebrona, id est, transitus. HIERON. Hæc est trigesima secunda mansio. Transcunt enim sancti cupientes semper meliora. Ad hanc mansionem venit verus Hebræus, id est, transitor, qui dicere potest: Exod. 3. [Transiens videbo visionem hanc magnam:] vnde & [non dixerunt qui præteribant, Benedictio Domini super vos.] ORIGEN. Transcenda enim sunt omnia. Quod etiam ad bona venias, oportet te ad meliora transire, vsque quo ad illud bonum venias, in quo debeas semper manere. Hæc ille. Semper procedere vltimis, est signum electionis. Num. 17. Quem ex his elegero, germinabit virga eius. Non est signum electionis stare, sed germinare, & in virtute crescere. super illud, Genes. 21. Crenit igitur puer, & ablatus est, ait GLOSS. GRÆC. Attende si in tota diuina Scriptura, inuenire possis de homine non iusto dictum: & creuit, vel multiplicatus est. Vnde de Isaac, & non de Ismaele dictum reperies: & ideo cum Ismael, adhuc cum viginti esset annorum, puer dici meruit.

Diligentia commendatur.

21. IOSYB. 4. Festinantique populus, & transit: cumque transissent omnes, transiit & arca Domini. INTERL. Non otiose, non remissè nobis agendum est, sed omnia præcepta Domini festinanter transcenda, & perficienda. ORIGENES. Non otiosè hoc dictum est: nobis enim non segniter agendum est, sed festinandum, donec omnia transcamus, omnia mandata impleamus, vt peruenire ad promissam beatitudinem mereamur. Cum autem omnia transferimus, diligenter & cautè incedendum est, ne de improviso estundantur gressus nostri. vnde, Psalm. 72. [Pene effusi sunt gressus mei.] Nec remissior sollicitudo debet esse in conseruandis quam acquirendis virtutibus: Iosue 18. vsque quod marceis ignauia, & non intratis ad possidendam terram, &c. Hoc contra pigros. VATABL. in Hebræo habetur: Quousque vacatis, id est, segnes estis, & animo remisso. De Ruth, cap. 2. dicitur: De mane vsque nunc stat in agro, scilicet colligendo spicas, & ne ad momentum quidem, domum reuersa est. & infra: Tandem cum eis messuit, donec hordeæ & triticum in horreis conderentur.

Negligentia exemplum.

22. 1. REGVM 20. Insuper David Amasa, vt congregato exercitu irat contra Sebam intra triduum. & tu adesto presens. Alia littera, & tu quoque hic adsis. Et moratus est extra placitum quod ei constituerat rex. Quod ex hac mora sequutum est, fuit mors eius ad manus Ioab. Qui percussit eum in latere, & mortuus est, nec secundum vulnus apposuit.

Diligentia commendatur.

23. 2. PARALIP. 29. In ipso anno, & mense primo regni sui aperuit valvas domus Domini, & instaurauit eas. GLOSS. ORD. Non aliter Ezechias imitaretur David patrem suum, qui ab infantia Deo deditus, in principis regni sui cultum Dei magnificauit: moraliter admonet rectores Ecclesiæ, ne sint desidiosi in officio sibi commisso, sed omnia diligenter agant. Hæc illa. Saltem iniquorum imitemur diligentiam in obedientia quam habent Diabolo, figurato in

Arraxerxe, qui ministris suis cum imperasset. 1. Esdra 4. Prohibeatis viros illos, vt verba illa non edificetur. Videat ne negligenter hoc impleatis, & pullatim crescat malum. Sequitur: Et abierunt festini in Ierusalem ad Iudæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore. Tunc intermissum est opus Domini in Ierusalem, & non fiebat, &c. Sed postea cum scirent esse regis voluntatem, cooperabantur. 3. Esdra 1. Insuper sancti operibus diligentissime cooperantes cum senioribus Iudæorum, &c. & prosperata sunt sacrosancta opera, vsque quod perfectum est opus. & consummauerunt omnia per præceptum Domini Dei Israel, & ex consilio Cyri, & Darij, & Artaxerxis regis Persarum.

Idem.

24. TOBLÆ 2. Relinquens Tobias prandium, peruenit ad corpus. STEPHAN. Nota festinantiam facti. In omnibus operibus tuis esto velox. Item, Petrus & Andreas statim relictis retibus secuti sunt Dominum. Sic Maria vocata à Martha, statim surrexit; sic Ioseph exurgens à somno, statim fecit quod præcepit Angelus.

De diligentia erga salutem anima habenda.

25. GENES. 31. Die nocteque astu urebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. CHRYSOST. Hom. 22. ad populum Antiochen. Opus est vigilantia dilecti. Nam & miles dormit, non in lecto, sed humi; piscator, non dormiens piscatur, sed stans aliquando peragit noctem; agricola, omnem exhibet vigilantiam, ne domini vinea lædatur, & pastor sub dio stans, noctem consummat, gregem custodiens, sicut Iacob dicebat. Et quæ ipsius vigilantia ratio? ne vlla ouis fera captiua fieret. Si verò tanta de irrationabili pecude cura; quales esse decet de rationali anima sollicitudinem gerentes? Anima inquam omnium pretiosissima, nec æquivalentem totum pariter orbem habente, quæ simul nobiscum resurgit, pariterque defenditur, & diuino tribunali simul assistit.

Diuine vocationi celeriter obediendum.

26. EVCHER. in epistol. ad Valerianum. Si hominum aliquispiam clarus, & locuples, in locum liberorum adoptaturus te acciret, ites per oppositas rerum difficultates. & per quamuis longi recessus iter iactatus curretes: Deus vniuersitatis, rerumque Dominus te in adoptionem vocat, illud si velis, blandum filij nomen impartiens, quo Deus nostrum vniciū suum nuncupat, & non accensus rapæris, non properus vrgeris, ne conditionem tantam celeri occurfu mors præripiat?

Vigilandum diligenter pro salute anime.

27. PETRVS CHRYSOLOGVS, Serm. 24. de seruo vigili. Semper & ad omnia vigilias esse salutare nullus ignorat, quia reuera, plus vigilare, plus viuere est. Nam quid tam mortali simile quam dormientis aspectus? Indulgendum somno est, vt corpus reparet, non resoluat, & vires reuocet, non emeret. Quæ ars, quod opus, quod tempus, quæ potestas, quod officium non vitæ lucra lucubratione perquirat? Hinc est quod Rex in procinctu perungit callidi hostis præcauet & enitat insidias: tunc in castris miles superuenientes nocturnos impetus cautè pernoctatione propellit. Sic naua vigilando diffusi itineris incertas vias intrat, & calles transit inuios, & vestigio furtiuo ad lucrosi portus vortuam peruenit mansionem. Hinc Pastor adiungit noctes diebus, & totum sibi tempus denegat dormiendi, ne qua lupis suffragante

DIUITIÆ.

Diuitiæ grauant. 1. 1. 1. Diuitiæ bonis profunt, malis obsunt. 1. 4. 6. 7. 3. 8. Diuitiarum insatiabilitas. 2. 2. 5. Diuitiæ causa diffensionis. 3. Diuitiarum mala. 4. 7. 8. 10. 19. 20. 21. 2. 3. 2. 4. 2. 6. 29. 30. 31. 3. 3. 4. 3. 5. 3. 6. 40. Diuitiarum finis. 8. 9. 10. 11. Diuitiæ impediunt. 1. 1. Diuitiæ dispersæ seruant, retentæ perdunt. 1. 1. Diuitiæ, quæ falsa, & quæ veræ. 1. 3. Diuitiæ non per se male. 3. 9. Omnes diuitias mundi paupertas superat Christianna. 14. Diuitiæ relinquenda. 1. 5. 16. Contra eos qui exemplo Patrum veterum volunt diuitias obtinere. 1. 7. Diuitiæ & pauperis diuersus finis. 1. 8. Diuites difficile saluantur. 2. 2. 2. 7. In calo thesaurizandum. 2. 8. Contra diuites auaros. 3. 1. Diuites vltimo arbori comparatur. 3. 7.

Diuitiæ grauant.

GENES. 13. Erat autem Abraham diues valde in possessione auri, & argenti. HIERON. In Hebræo habetur, erat grauis valde. Ægypti enim pòdere grauabatur, & licet videantur esse diuitiæ pecoris, auri, & argenti, tamen si Ægyptiæ sunt, viro sancto graues sunt. CHRYSOST. Diuitiæ autem non magnum rogam in eo succederant. LIPOMAN. Diuitiæ sunt bonis adiumenta virtutum, indicia fauoris Dei, malis autem, tentationis occasio, & peccandi materia.

Diuitiarum insatiabilitas.

2. GENES. 13. Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul. AMBROS. Seculare vitium vt diuites terra non capiat. Nihil enim satis est diuitum cupiditati. Quanto ditior quis fuerit, tanto audior ad possidendum est, extendere agri terminos cupit, & vicinum excludere. Abraham & ipse imperfectior in principio. Vnde enim perfectio ante aduētum Christi? Nondum venerat qui diceret: [Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus,] &c. tamen vt minimè auarus electionem nepoti obtulit, & vt iustus diffensionem amputauit.

Diuitiæ causa diffensionis.

3. GENES. 13. Vnde facta est rixa inter pastores gregum Abraham, & Loth. CHRYSOST. Vide quomodo facultatum multitudo statim causa sit diffensionem operatur, concordiam impedit, & cognationis vinculu dirimit. & infra: recede à me obsecro si ad sinistram versis, &c. Cogita ante omnia quantum ex diuitiis damnum, aucta sunt armenta, multiplicati greges, affluerunt diuitiæ multæ, & statim discindit concordia. Antea erat pax, & charitatis vinculum, nunc rixa, & contentio. Vbi enim meum, & tuum, illic omne litium genus, & contentionis occasio. Vbi autem hæc non sunt, ibi secunda versatur pax, & concordia, vt patet de illis qui omnia sua afferebant ad pedes Apostolorum, & diuidebantur singulis, &c. [Multitudinis, inquit Lucas, credentium erat cor vnum, & anima vna.]

fragante somno grassandi in gregem præbeat ocasio. Sic viator solers per auras noctis, æstus solis præuenit, actumque diem prouidētius deputat mansioni. Hoc Propheta sciens, non die solo, sed nocte tota clamabat ad Dominum: Psalm. 87. [Domine Deus salutis meæ, in die clamauit, & coram te.] Quid plura? ipse Dominus pernoctat in oratione, vt ante nos oratione liberet quam redimat passione. & si pro seruis Dominus vigilet, meritò pro seipsis seruos vigilare sic iubet. Præcincti, inquit, sint lumbi vestri.

Vigilandum diligenter contra tentationes.

28. MATTH. 26. Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. PETRVS CHRYSOSOL. Serm. 27. de seruo vigili. In procinctu belli semper vigilie sunt militum distributæ, vt insidiis nihil liceat, nil pateat dolis. Perniciosissimus est nimis repentinus hostis: nam aut insidiosus præuenit, aut incautos præoccupat, aut opprimit dormientes. Hinc est quod Christus per totam seculi noctem milites suos præmandatis vigiliarum vicibus commonuit, contra diaboli, id est, veteris hostis, subtilissimum dolum, contra latentes imperus vitiorum, contra criminum insidias irruentes, contra scandala, contra tentamenta præsentis vitæ, contra vrentes acies secularium presularum taliter admonendo.

Propter regnum calorum diligenter laborandum.

29. CHRYSOST. Hom. 54. in Genes. Ne ergo spectet quis ad laborem virtutum, sed caelestia lucra cogitantes, promptè labores obeamus. Nam si hi qui in terrenis versantur negotiis, & in colligendas opes insaniunt, omnia promptè suscipiunt faciendæ, & videntes ante oculos pericula maris, piratarum insidias, & naufragia, non franguntur, nec segniore sunt, quamuis (quod plus est) de fine nihil certi habeat: qualem nos habituri sumus defensionem, si non omni studio & alacritate accingamur ad virtutum studia, & agones propter æterna illa bona?

Idem.

30. IDEM CHRYSOST. in prologo in Ioansem. Mercator ditescere cupit, non tamen eius animus soli acquiescit cupiditati, sed nauem parat, nauas cogit, hortatur gubernatorem, & alia quæ navigationi opus sunt, diligenter disponit, aurum præterea mutatur, maria traicit, & innumeris periculis quibus se mari credentes, iactare consueuerunt, se exponens, peregrinas appellit terras. Idem & nos oportet voluntatem rei applicare: nauigamus namque & nos navigationem non ab alia in aliam terram, sed à terra in caelum. Quare tota mente intendamus ad eam gubernationem qua nos supernè erigat, & nauas rationi obsequentes, & nauem nobis firmam comparemus. Nec tentationum procellis aut illis secularibus demergatur affectibus, neque superbia spiritibus effertur, sed leuis & expedita ad superna euadat.

Tutius est diligenter operari, quam in otio metuere.

31. CHRYSOST. Hom. 1. in Acta Apostol. Vtrum melius est metuere, an laborare? Si quis te collocasset otiosum in domo ruinosa, dicens: expecta donec in caput tuum deciderit testudo iam putris: fortassis enim cadet, fortassis non cadet: quod id non placet, operare, ac tutissimum inhabita thalamum, vtrum magis eligeres? Otiumne illud cum timore, an laborem cum securitate? sic igitur & nunc facito. Siquidem incertus euentus futuri, ceu domus quadam est putris semper ruinam minitans: At industria illa quanquam laborem habet, tamen spondet securitatem.

Diuitiæ malis obsunt.

4. **G**ENES. 13. *Sodomites pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis.* LIPOMAN. Chaldaica hoc loco expositoris fungitur officio. Habet enim: *viri autem Sodomite erant iniqui cum suo mammona, & pessimi in corporibus suis coram Domino nimis.*

Diuitiarum mala.

5. **G**ENES. 25. *Iuravit ei Esau, & vendidit primogenita.* CHRYSOST. Audientes igitur, dilecti, factum Esau, discamus non perdere magna propter parua & vilia. Quid hac amentia deterius? Ita in diuitiarum cupiditate insanire, vt eas regno celorum præponamus, & momentanea perperuis semperque duraturis præferamus? Accessio multarum pecuniarum nihil aliud nobis affert quam curarum incrementa, occupationes mentis, & vigilias. Diuites omnium serui sunt, & quotidie umbras ipsas timent, & sæpe videmus diuitem beatum vocare eum qui ex labore manuum cibum acquirit. Despicimus igitur præsentia, & desideremus futura: præferamus formiis & umbræ veritatem.

Diuitiæ iustis profunt.

6. **G**ENES. 30. *Diuitisque est homo ultra modum.* LIPOMANVS. Non igitur malæ diuitiæ sunt, quas pius dat Dominus, vt hic ipsi Iacob, vt vtantur illis legitime & sint virtutum adiumenta, & materia benefaciendi, & charitatis officia exercendi ad proximos.

Diuitiæ malis obsunt.

7. **G**ENES. 33. *Emisque partem agri, in qua fixerat tabernaculum, &c. centum agnis, & erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel.* CHRYSOST. Non in extruendis ædificiis amplis & præclaris fuit occupatus, nec villas & agros emere curauit, vt solent diuites, sed cum opus haberet agri, centum agnis datis, partem agri emit: & vide qua de causa agrum emere studuerit: *& erecto ibi altari inuocauit, &c.* Considera pietatem religionemque viri, vt scilicet gratias ageret cõmuni omnium Domino: oportebat imitari omnes qui sub gratia sunt, hunc qui ante legem, & non sic insanire in opes. Quare dic mihi hæc onera spinarum congregas & filii tuis materiam & occasionem malitiæ relinquis? &c. Bene Saluator diuitias spinis comparauit: sicut enim spinæ non sinunt semen emicare, sed densitate sua seminatum supprimunt, ita & diuitiæ, & curæ temporales quas secum portant, spirituale semen, quod in anima seminatur, non sinunt fructum afferre, sed adurunt, & suffocant, profectum eius retardantes.

Diuitiarum finis.

8. **G**ENES. 41. *Vbertatis magnitudinem perditura est inopia magnitudo.* GLOSS. GRÆC. Huiusmodi est status diuitum huius seculi, à fertilitate, & bonis caducis incipiunt, in sterilitatem atque in infelicitatem desinunt: quemadmodum ille diues, qui purpura induebatur, & bysso, & epulabatur quotidie splendide, postea mortuus est, & in tantam venit penuriam, vt pauxillo aquæ in exercuciente se flamma indigeret, quæ arentem linguam eius refrigeraret. Vnde Dominus: *[Væ vobis qui ridetis nunc, quia fitebitis, & væ vobis qui saturati estis,] &c.* CHRYSOST. *super Genes. cap. 48.* Diuitiæ sæpe etiam accipientibus perniciem pepererunt, & inuidias, & multa pericula quæ hominum dolis, & latronum insidiis, & famulorum malitia imminui solent.

Idem.

9. **E**XOD. 1. *Adificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phiton & Rameses.* ORIGENES. Vide quales ciuitates sibi ædificari præcepit Pharaos, Phiton, id est, desiccans. De hac vide verbo, *diabolus*, nu. 42. & *Rameses*, id est, commotio tineæ. Omnes enim qui eum sequuntur, ibi congregant thesauros suos, vbi tineæ exterminat, & vbi fures effodiunt & furantur. ORIGEN. *super Exod. cap. 16.* Quid ergo agimus nos qui amamus illud recondere quod corrumpatur, non quod permaneat: & quod perduret in crastinum? Diuites huius seculi ea recondunt quæ in hoc sæculo, imo cum sæculo corrumpuntur: si qua autem bona opera recondant, illa permanent vsque in crastinum.

Idem.

10. **E**XOD. 16. *Dimiserunt quidam ex eis vsque mane, & scateræ cepit vermibus, atque computruit.* CHRYSOST. *super 1. ad Corin. cap. 15. Hom. 40.* Quod illi ad errorem semel commissum respicerent, hi quotidie vermẽ multo molestiorem in suas ipsorum domos inferentes, nec sentiunt, nec fatiantur. Nam quid locuples à paupere differt? Non vnum corpus vestitum? Non vnum ventrem nutrit? Quid igitur differt? Curis puto quibus consumitur miser, neglectu Dei, corporis inquinacione, animæ perditione. Hæc sunt quibus pauperem præcellit. R. V. P. E. T. V. S. Hoc exemplo commoneri se sciat infidelis auarus, qui spem suam in Deum non posuit, & idcirco diuitias recondendo, mammonæ seruit. *[Videbunt iusti (inquit Psalmista) & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent, Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum.]* Nam eum qui eiusmodi est, & nunc quamdiu viuunt, curarum atque sollicitudinum vermis comedit, & in futuro vermis qui non morietur, comesturus est. ORIGEN. Et tu ergo si propter præsentem vitam tantummodo, & propter amorem sæculi thesaurizas, continuo vermes ebulliant. Audi de peccatoribus, & iis qui præsens sæculum diligunt, quæ dicat Propheta: *[Vermis, inquit, eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.]* Isti sunt vermes, quos generat auaritia, isti sunt vermes quos generat diuitiarum cæca cupiditas, iis qui habent pecunias, & videntes in necessitate fratres suos, claudunt ab eis viscera sua. Propterea & Apostolus dicit: *[Diuitibus huius seculi præcipe non superbe sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed diuites sint in operibus bonis, faciliè tribuant, communicent, & thesaurizent sibi veram vitam.]* P. R. O. S. P. E. R. 1. p. cap. 39. Talis auarus doctor gentium Paulus exprobrat, dicens: *[Victum, & tegumentum habentes, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in desideria multa stulta, & noxia, quæ mergunt homines in interitum.]* Hæc est putredo, & hi vermes eorum qui pereunte mundo cupiunt suas augeri diuitias, nec sunt diurno pane contenti.

Diuitiæ impediunt.

11. **G**REGOR. *lib. 27. Moral. cap. 7.* Duæ tribus & dimidia multa pecora & iumenta possidentes, dum circa Iordanem campestria concupiscunt, promissionis hereditatem habere noluerunt. Qui ergo iumenta plurima possident, Iordanem transire refugunt. Quia quos multa mundi implicamenta occupant, habitationem caelestis patriæ non requirunt. *Hæc ille.* Ideo Christus: *[Vendite quæ possidetis, & date elemosynâ, &c.]* Relinquent temporales diuitias: cum interierint, non fument omnia, & amittent æternas.

æternas. Dormierunt fornum suum viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis: & ita in illis adimpletur problema Samsonis: *[De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo:]* *Iudic. 14.* De comedente, neque tamen ventrem implente desiderij sui, exit cibus pauperum hora mortis. *Vide verbum, mors, num. 46.*

Diuitiæ disperse seruant, retenta perdunt.

12. **G**ENES. 11. *Celebremus nomen nostrum antequam diuidamur.* Vide CHRYS. Verbo, *Ambuio*, nu. 1. & Verbo, *Elemosyna*, nu. 2. Vbi inuenies inter alia, hæc verba: *Diuitiæ disperse expendentem non relinquant, sed expectant: retenta autem simulque incluse etiam se seruantes secum perdunt.*

Diuitiæ quæ falsæ, & quæ veræ.

13. **P**ROVERB. 3. *In sinistra eius diuitiæ, & gloria.* BERNARD. Filij Adam, genus auarum, & ambitiosum audite. Quid vobis cum terrenis diuitiis, & gloria temporali, quæ nec veræ, nec vestræ sunt? Aurum, & argentum, nonne terra est rubra, & alba, quam solus hominum error facit, aut magis reputat pretiosam? Denique si vestra sunt hæc, tollite ea vobiscum, sed homo cum interierit, non sumet omnia. Verè ergo diuitiæ non opes sunt, sed virtutes quas secum conscientia portat vt in perpetuum diues fiat. De gloria quoque dicit Apostolus: *[Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ.]* Hæc est vtique vera gloria, quæ est à spiritu veritatis: gloriam verò quam ab inuicem accipiunt qui gloriam quæ in solo Deo est, non querunt, vana est. Inspiciens tu qui merces congregas in saccum pertusum, qui thesaurum tuum alieno in ore constituis. Ignoras quod arca ista non clauditur, nec habet seras? Quanto melius sapiunt qui thesaurum ipsi sibi seruant, aliis non committunt? Virum nunquid semper seruabunt? Nunquid semper abscondent? veniet cum manifesta erunt abscondita cordis: quæ verò fuerint ostensa, non comparebunt. Hinc est quod veniente Domino, fatuarum virginum lampades extinguuntur, & qui receperunt mercedem suam, à Deo nesciuntur. Propterea vile est abscondere magis quam ostentare si quid habemus boni, sicut, & medici, cum elemosynam petunt, non pretiosas vestes ostendunt, sed femina membra, aut vlcera si habuerint, vt citius ad misericordiam, videntis animus inclinetur.

Omnes diuitias mundi, paupertas superat Christiana.

14. **P**ROVERB. 8. *Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superba, & iustitia.* VERRICVS. Bonæ opes procius diuitiæ salutis in quibus sic superbitur, vt iustitia non deseratur. Fratres, superbia ista est gloria exultantium in Domino, & insultantium mundo, quod nihil habeat tam pretiosum, vt paupertati valeat comparari sanctorum. O quam pusillo animo estis: Cur non superbitis mecum in opibus istis? superbiam istam non damnat, sed remunerat magister humilitatis. Si videlicet ita magnanimitas sis in contemptu mundi, vt omnem gloriam eius, quasi de sublimi despicias, & nihili pendas præ amore, & gloria tuæ nuditatis: omnino diues, si in paupertate gloriaris.

Diuitiæ relinquende vt Christum sequamur.

15. **M**ATTH. 9. *Sequere me.* P. E. T. R. V. S. CHRYSOLOGVS. Non dixit, adfer ad me, quia Mattheum, non Matthæi loculos requirebat. *Sequere me:* hoc est deponere pondera me sequere. Quare te, perde vsuram vt valeas te inuenire. Sed iam quid Phariseis

responderit, audiamus: *Non est, inquit, opus sanis medico, sed malè habentibus.* Ecce quare ad Mattheum venerat Christus, vt auaritiæ curaret vulnera, vt sanies sanaretur vsuræ. *Euntes, inquit, discite quid est: misericordiam volo, & non sacrificium.* Misericordiam voluit, vt Mattheus quod tulerat per miseriam, in misericordias prorogaret, & inde redimeret pœnam, vnde comparauerat culpam.

Idem.

16. **M**ATTH. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, &c.* BERNARDVS. Hæc sunt verba quæ contemptum mundi in vniuerso mundo, & voluntariam persuasere hominibus paupertatem. *[Ecce, inquit, nos reliquimus omnia.]* Bene, optime. Nam & mundus transit, & concupiscentia eius, & relinqueret magis expedit quam relinqui. Quid mirum si reliquerit Petrus omnia, vt sequeretur Christum? *[Exultauit ille vt Gigas,] &c.* Nec eum Petrus sequi poterat oneratus. Sed nec inutilis commutatio, pro eo qui super omnia est, omnia reliquisse. Nam simul cū eo donantur omnia, & vbi apprehenderis eum, erit vnus ipse omnia in omnibus, qui pro eo omnia reliquerunt; omnia inquam, non tantum possessiones, sed etiam cupiditates, & eas maxime. Plus enim mundi concupiscentia quam substantia nocet, & hæc fugiendarum diuitiarum causa præcipua est, quod aut vix, aut nunquam sine amore valeant possideri. Limosa siquidem, & glutinosa nimis non modo exterior verumetiam interior substantia nostra videtur, & facile cor humanum omnibus quæ frequentat, adheret. Felices interim liquet esse qui exonerati sunt, & sequuntur Dominum expediti. Archissimum enim foramen nos expectat, siquidem sequimur, cõsequi volumus, & per angustam ingredi portam necessesse est. Quid camele gibbum? Quid tu pecuniose proditoris loculos tollis? Non sic impie, non sic ingredieris: Foramen acis sarcinas non admittit.

Contra eos qui exemplo Patrum veterum volunt diuitias obtinere.

17. **B**ERNARDVS. *ibidem.* Sed exultant aliqui, dicentes, Abraham, Isaac, & Iacob, carerent; sancti, nunquid non terrenas diuitias habuisse leguntur? Sufficit nobis esse sicut illi fuerunt. Si culpabilis esset possessio diuitiarum, nunquam illi in diuitiis tantam à Domino gratiam obtinerent, aut tantas consequuti diuitias possiderent. Quid respondebimus nouis imitatoribus sanctorum veterum? Imponant certe vitulos super altari Domini, macent arietes, hircos immolent, quia hæc Abraham fecit, & hic ritus patrum, quibus nos meliores non sumus. Sed hæc, inquit, vbi reuelata est veritas, transiere. Quid si ipsas quoque temporales sanctorum diuitias umbram fuisse dixerimus futurorum? In figura siquidem eis omnia legimus contigisse. Denique quidni terrenas diuitias palam possiderent, cum sola adhuc terrena palam promitterentur à Domino? Qui verò ducti sunt spiritu vitæ præsentis, bona omnia respuunt, & eligunt mala omnia, vt merito dicant cum Petro: *[Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.]* Sed quomodo Petrus cum nihil fere, ex omnibus habuisse sciatur, tam fiducialiter gloriatur sese omnia reliquisse? Vnde sanctorum vnus: à precedentibus tanta relicta sunt, quanta non à sequentibus desiderari poterunt. Fidelis sermo, sed forsitan clausus & ipse est. Nunquid enim voluntas habendi tam multa complectitur, vt reliquisse illa sit omnino deseruisse? Quis hominum omnia affectare posset, nedum piscator ille? Sed quid cuique sufficere possit, diligentius restigato, & facile est inuenire omnia desiderantem.

V 2 Nondum

Nondum enim ponere est concupiscentiæ modum, donec videatur impleta, donec adepta sit quibus valeat esse contenta. Cæterum nec amator pecuniæ dicet aliquando, sufficit, nec libidinosus sanabitur voluptate: & crudelis sanguinem sicit: & ambiciosus, aut cupidus laudis humanæ, adeptis dignitatum titulis, seu favoribus, nullum exinde omnino capit remedium, sed desiderio aestuat ampliori.

Diuitis & pauperis diuersus finis, sicut & diuersa vita.

18. LVC. 16. Homo quidam erat diues, &c. PETR. CHRYSOL. En fratres, quam rerum lamentanda mutatio! Pauperem portans Angeli, diuitem deglutit infernus. Quare ergo sic exequiarum pompa mentitur? In obsequium diuitis, migrat tota ciuitas, cum fumus effertur, pauper vadit solus. Pauperem portat duorum miseratio baiulorum: nec quatuor vt mortuo, sed duo sub vno veste quasi proiciendo oneri portitores addicuntur inuiti. Merito mox ei officia deputantur angelica, cui tam crudeliter negata sunt ipsa extrema humanitatis. Funus diuitis antecedit lugubris turba seruorum, feretrum pauperis præcedit angelorum psallentium multitudo. Sequitur: & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Sed cur Abraham sic ambat pauperem, diuitem sic refugit, & refutat? Nonne & ipse diues fuit? Reuera diues fuit, sed pauperi, non sibi, & opes non habere, sed prærogare gestiuit, magisque in sinu pauperis quam in horreis recondere suas studuit facultates: sicut toto vitæ eius ordine perdocetur. Extorris patria, domus nescius, ipse & domus omnium fuit, & patria: sciens se non incubatorem, sed dispensatorem diuinæ positum largitatis. & de eius hospitalitate quid dicam, cum ipsum Deum, eius humanitas ad se inuitauit, & compulit hospitari? Vnde & nunc parum se beatum credidit, si in ipsa superna gloria, ab hospitalitatis pio cessaret officio, & solus donis fruere diuinis: qui hæc humana bona habuit, crudelem se credidit si ynquam cuiquam negaret. At iste diues, imo diuitiarum captiuus, & ipis sensibus comperditus, in quo pietatis totus vtique & visus defecerat, & auditus, non iam personam, non pauperem, sed ipsam misericordiam despicit, &c. Non enim tam Lazarum quam ipsum pieratis conflatorem eius proiecit ad ianuam. Conflatorem dixi propter ferrea viscera. Censuram autem magis ac magis diuiti adaugerur, sed ipse adamante durior, quidquid Deus pauperis propter alimoniam cumulabat in censuram, ille aut effundebat turpiter, aut crudeliter reponebat, &c.

Laqueus Diaboli, diuitiæ nominantur.

19. AD TIMOTH. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum Diaboli. BERNARD. Ergone laqueus Diaboli, diuitiæ sunt huius sæculi? Heu quam paucos inuenimus, qui ab hoc laqueo liberati exultent! Quam multos qui dolent, quod parum sibi videntur irretiti, & adhuc quantum possunt ipsi se inuoluere, & intricare laborant.

Diuitiæ cum diuite pereunt.

20. ECCLES. 40. Substantia iniustorum sicut fluminis succubuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. Sapientia 5. Iactantia diuitiarum quid contulit nobis? Transierunt omnia tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens, & tanquam nauis quæ petranit fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non est vestigium inuenire, nec semitam carinæ illius in fluctibus; aut auis, quæ transvolat in aëre, cuius nullum inuenitur argumentum itineris, sed tantum sonitus alarum verberans leuem

uentum, & scindens per vim itineris aërem: commotis alis trasuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius. Aut tanquam sagitta emissâ in locum destinatum, diuisus aër, continuo in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius: sic & nos nati continuo desinimus esse, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, in malignitate autem nostra consumpti sumus. Talia dixerunt in Inferno hi qui peccauerunt, quoniam spes impij, tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus qui à vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Iacob. 1. Glorietur autem frater qui est humilis in sublimitate sua: contra qui diues est, in humilitatione sui: quoniam veluti flos herbe præteribit. Exortus est enim sol cum aestu, & exaruit herba, & flos illius decidit, & decor aspectus illius perit. Sic & diues in viis suis emarcescet.

Diuitiæ nociuæ nescientibus eis vti.

21. CLEMENS ALEXANDRIN. lib. 3. Pedagogia cap. 6. Diuitiæ sunt serpenti similes; quem si quis nescit in offensè eminus accipere, bestiam sine periculo summa cauda apprehendens, ea manu circumplicabitur, & mordebit; ita & diuitiæ si ab impetito viro apprehenduntur, inhaerent, & mordent. Sed si quis se magnificum præbens, rectè & scienter eis vtatur, illasus permanebit. Idem lib. 1. Strom. & Basilus Hom. in ducentos. Putei qui exhauriuntur melius fluunt; quibus si suas aquas intactas relinquant, fetorem contrahunt. Ita etiam diuitiarum quies inutilis, motus & transgressus publicè vtilis est, & fructuosus. Idem BASIL. in cap. 5. Isaia. Sicut quæ à radice quadantenus recedit terra alimentum fit plantæ: quæ autem radici adiacet proximè eam comprimit, & degrauat: sic ambitus opum si quando discescere cupientibus ingruerit, animas quidem eorum in imum tartari demergit: alienata autem ea substantia à suis detentoribus, & distributa in indigentium vsum, tunc eorum propria fit possessio.

Diuites difficile saluantur.

22. MATTH. 19. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum. AMBR. S. Sermon. 4. Sicut camelus, animal quod est tortuosum atque deforme, peruersitas ipsa corporis per angustissimam acus cauernam prætereire non patitur: ita & diuites oneratos auaritia, & cupiditate scedatos ipsa vitæ deformitas per arctam viam regni, minime introire permittit.

Diuitiæ nociuæ nescientibus eis vti.

23. CHRYSOST. Hom. 14. de Auaritia. Leones, & spardi, vsique dum includuntur, coercenturque in tenebras, erigunt animos, aculuntque iras: itidem & diuitiæ. Dum includuntur, & defodiuntur, acrius rugiunt quam leones, perturbantque omnia: quod si eas è tenebris eduxeris, & in egenorum ventres dissemines, ex feris bestiis, fiunt oues, quæ fuerunt insidiosa: rupes, pro scopulis fiunt portus, pro naufragio tranquillitas. Quandoquidem hoc & in nauigijs videlicet. Si quando onus est iusto grauius, demergit cymbam; rursus cum est moderatum, prospero fertur cursu. Idem vsu venit in nostris aedibus. Cum vltra quam vsus postulat, congeris pecunias, exigui ventis procella & quiuis rerum inexpectatarum incurfus demergit cymbam. At si tantum reponas, quantum postulat necessitas, etiam si vehemens turbo ingruat, facile percutris vndas. Noli igitur plus concupiscere, quam exigit necessitas, ne totum amittas. Noli quæ superant vsum, congregare, ne perdas etiam necessa

ria

saria. Noli præfinitos terminos prætergredi, ne facultatibus vniuersis exuatis, sed quod superest, refeca, vt necessariis distingas. An non vides quod agricolæ vitem putant, ne vim omnem in pampinis, & palmitibus, sed in radice profertur: idem & tu facito. Amputa folia, omnèque studium huc intende, vt quam plurimum fructum ferat; quod si facere recuses, rebus prosperis expectes aduersas.

Idem.

24. IDEM CHRYSOST. Hom. 66. in Genes. Sicut pueri sæpe quando cultellos & gladios arripiunt, eo quod nesciunt bene illis vti, periclitantur, vnde & matres non permittunt illis, eos impune attingere: Ita profecto & iuvenes, qui cum pecuniarum abundantiam susceperint, nolunt eis bene vti, in periculum certum sese præcipitant, sarcinam peccatorum sibi inde colligentes: nascuntur enim inde luxus, delicie, & absurda: voluptates. Idem, Hom. 7. de Penitentia. Hæc sciens esse superflua, amputa, sicut quæ pauperibus supplementum. Nam si calcamentum quis supra mensuram pedibus adegerit, itineri certè prolixiori impedimenta sentiet: & vestimentum induens, corporis staturam excedens, pari modo implicabitur: atque superfluum vbique in eo quod fatiscit, ad oportunitatem inutile est. In pecunia multo fortius id euenit: & supra quod satis est habens, non modò in ipsa sufficientia, sed & in necessariis quibusdam impeditur. Nam qui deforis in agone currunt, & ipsa exuunt vestimenta: viam verò in caelum ferentem, & eandem arctam, & arduam, tot cum impedimentis, quomodo poteris ambulare? ANTONIVS. in Melissa p. 1. Sermon. 3. Vt vestes talares corpora, sic opes immodica: animas impediunt.

Diuitiarum insatiabilitas.

25. IDEM CHRYSOST. Concione. 2. de Lazaro. Quemadmodum enim qui perpetuò sitit, non dixerimus rectè valere, etiam si copia rerum affluat, etiam si iuxta fluuios ac fontes accumbat. quid enim prodest illa aquarum copia, cum affectio maneat insediabilis? Iridem & in diuitibus faciamus, eos qui perpetuò concupiscunt, sitiuntque aliena, ne putemus vnquam esse securos, nec vlla frui rerum copia. Etenim qui suam ipsius concupiscentiam non potest sistere, etiam si cunctorum opibus vallatus sit, quomodo futurus est is vnquam in prosperitate? Eos verò qui quod habent suum, boni consulunt, quique sua forte contenti sunt, nec alienas circumspiciunt facultates, etiam si fuerint omnium egentissimi, omnium opulentissimi dicere oportet.

Diuitiæ fallaces merito appellantur.

26. IDEM Concione 4. de Lazaro. Quemadmodum in conspicientes in pariete pictum diuitem, ac pauperem, nec illi inuidemus, nec pauperem despiciamus, eo quod quæ videmus, rerum vmbra est non veritas. Sic & diuitiarum, & paupertatis, gloria, & ignominia, aliarumque rerum omnium, siue tristium, siue lætarum naturam si pernoauerimus, liberabimur à perturbatione, quæ ex earum vnaquaque in nobis gigni solet: hæc enim omnia quamuis vmbra fallaciora, nec quidquam habent sublime, nec præclarum, nec splendida glorioseque attollere, nec humilia, contempta deicere poterunt. Idem Hom. 7. de Penitentia. Nemo in casura vrbe edificat. Dic, inquam, si quis tibi prænunciaret post annum ipsam casuram urbem, num fortasse in casura vrbe edificares. Id itaque nunc fac. Nequaquam in hoc edificemus mundo: cadet enim paulo post, & cuncta

peribunt. Quid in arena edificamus? edificemus super petram: quantum cumque impetus fiet, inconculsa quidem erit illa edificatio, eamque emoliri nihil poterit. Hic non domus modò, sed & mancipia, atque vniuersa sæpe hæreditas ad inimicos deuoluitur. Eiusmodi enim humana sunt bona, in cælis verò nihil timendum est tale, neque vt morienti superueniat hostis, hæreditati que succedat.

Diuites difficile saluantur.

27. MATTH. 19. Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum caelorum. CHRYSOSTOM. Hom. 9. in Matih. Si terrenus forte rex diceret non posse diuitem quenquam in ipsius fulgere regno, aut aliquo honore decorari, nunquid non certatim omnes abiicerent inhonoratas repulsasque diuitias? Si igitur apud terrenum regem honorem nobis auferrent opes, continuo despiciabiles fierent: Rege verò caelorum in clamante nobis, ac dicente, quia difficile sit nos cum diuitiis diuinæ illius habitationis intrare vestibulû, non impedimus omnia?

In celo thesaurizandum.

28. MATTH. 6. Thesaurizate vobis thesaurum in celo. CHRYSOSTOMVS ibidem: Qui thesaurum suum terra defodiunt, nec illum custodiendum transferunt in caelum, tale quiddam faciunt, quale si agricola accipiens frumentum terra fertili seminandum, vberem quidem agrum relinquat, in lacum verò frumentum omne demergat, vt eo nec ipse potiat, & frumentum sui corruptione depercat.

Diues vincetus est multiplici catena.

29. CHRYSOST. Hom. 14. in Matthæum. Nullo modo præfens vita differre videtur à carcere. Sicut enim cum triste illud introitus habitaculum, circumdatos videmus ac vincetos carenis: ita nunc si vniuscuiusque animam ingrediamur, videbimus eam durioribus ferro vinculis alligatam; & maxime si in diuitum intremus animas: sicut enim cum aliquem videris vincetum ceruice, manibus pedibusque ferratum, propterea illum maxime miseraris: sic etiam cum videris diuitem cunctis rebus omnino circumdatû, noli eum propterea putare locupletem, propter quæ debes infelicem vocare. Præter illa quidem vincula habet custodem carceris sauiorem, amorem pecuniarum, qui semel à te vincetum nequaquam de hoc carcere exire permittit, sed mille illi imponit catenas, & ostia, & ferreas, atque custodias, in interiorum illum conciens carcerem, etiam delectari his vinculis facit.

Diuitiæ cur spinis comparentur.

30. MATTH. 13. Sollicitudo sæculi istius, & fallacia diuitiarum suffocant Verbum, & sine fructu efficiuntur. CHRYSOST. Hom. 23. in Ioannem. Christus sollicitudines sæculi, & diuitiarum fraudes spinas appellat: & merito. Nam quemadmodum spinæ steriles sunt; ita & diuitiæ; quemadmodum illa: quum tanguntur, lacerant, ita harum cupiditas. Quemadmodum facile igni comprehenduntur, & odio habentur agricolis: ita huius sæculi negotia. Postremò vt inter spinas feræ, viperæ, scorpij delitescunt, ita in fraudibus diuitiarum. Vide eundem CHRYSOST. Hom. 3. in 2. ad Thessalonicenses, latius hæc agentem.

Contra diuites auaros.

31. CHRYSOST. Hom. 7. in Epist. ad Roman. Diabolus plus diuitibus insilit, canis exemplo, offulam aut placetam de manibus pueri auferre volentis. Vtique adeo

adeo in præsentia diuites nulla re differunt à pueris his, quibus canes infesti esse solent. Vide latius eundem. *Hom. 53. ad populum Antiochen. & bom. 10. in 1. ad Corinb.* Cibus corporis membris communiter distributus, si in vnum membrum venerit, ab illo quoque alienus fit, cum digeri nequeat, nec præbeat nutrimentum: si autem cum aliis communicauerit, & illius & omnium proprius erit: sic in pecuniis, si tu solus his fruieris, etiam tu eas amittes; non enim earum fructum accipies: si cum aliis possideris, tunc longè magis tuæ erunt, tunc accipies vtilitatem. Nonne vides quòd manus ministrat, os mandit, venter accipit? Numquid venter dicit, postquam ego accepi, omnia mihi seruare debeo? Noli igitur & tu hoc de pecuniis dicere.

Diuitiæ crudelissimæ sunt possessoribus.

32. **CHRYS.** *Homil. 35. in 1. ad Corinb.* Quis hostis tam crudelis est quàm opes? Viuentium animas perdunt, mortuorum corpora indignè tractant, nec terra quidem condi permittentes, quod concedi damnatis etiã, & nefandorū scelorum reis solet. In illos enim, simul ac penam, mortis exsoluerunt, nihil amplius iudices permittunt: in hos verò post mortem etiam auaritia grauissimè animaduertit, nudos, insepultos, graue & miserandum spectaculum, proponens.

Diuitiæ falsæ sunt, & fallaces.

33. **CHRYS.** *Hom. 2. de Lazaro.* Sicut in theatro sedens, si quem videris ex his qui extra scenam pedibus ingrediuntur, personam gerentem regis, non iudicas eum beatum, cum scias quòd sit quispiam ex his qui conuersantur in foro, funium opifex, aut faber ararius, aut aliud quidquam tale, imò despicias illum potius ob aliam vilitatem. Sic sanè & hic velut in theatro, videlicet mundo, sedens, & in scena ludentes spectans, vbi videris complures diuites, ne putes verè diuites esse, sed diuitum obrectas personas, &c. Nam & ille diues crebrò pauperior est omnibus. Quòd si detraxeris illi personam, si conscientiam explices, & ingrediaris animum, multam illic inuenies virtutis inopiam, còperiesque omnium hominum abiectissimum. Quemadmodum enim instante vespera, vbi fuerint de theatro egressi, habitumque deposuerint, qui prius reges ac duces esse videbantur, post apparent hoc quod sunt: ita sanè & nunc, postquam mors aduenerit, theatrumque dimissum fuerit, cum diuitiarum paupertatisque personas deposuerint, omnèque illuc profecti sunt, atque ex solis operibus iudicati, declarant, qui verè sint diuites, qui verè pauperes, qui honorati & qui humiles.

Diuitiæ potius ignominia nobis sunt causa quàm honoris.

34. **CHRYS.** *Hom. 7. ad Colossenses.* Si te amicum quandam habentem, omnes illius gratia honore afficerent, simul tamen ingeniè faterentur nullo te profus honore dignum esse, cogique se propter illum amicum tuum honorare te, quomodo non magis ignominia te afficeret isti? Itaque diuitiæ nobis ignominia causa sunt, maiori prædita honore quàm qui possident. Et si quis tibi diceret: Te quidem nullo arbitror honore dignum, verum propter seruos tuos honore te afficio, an hac ignominia quidquam peius esse posset? Si verò turpe est honori esse propter seruos, qui tamen eiusdem animæ nobiscum, & eiusdem naturæ sunt participes, multo magis propter ista quæ viliora sunt, parietes dico ædium, & aulæ, & vasa au-

rea, & vestimenta. Ridicula verè sunt ista, & turpia. Animum turpem faciunt diuitiæ. Quid isto inhonestius?

Diuitiæ nocent possessoribus.

35. **CHRYS.** *Hom. 6. ad Titum.* Quemadmodum eos qui nudi fugiunt, nemo facile tenere potest: qui verò vestimenta post se trahit, cum quilibet citò apprehendit; eadem ratione & pauper & diues: Nam ille quidem, etiamsi capiatur, diffugere facillimè poterit: hic autem etiam non teneatur, suis compedibus irretitur, curis innumeris, desiderijs, ac perturbationibus reliquis, quippe omnia ista obrunt animum. *Idem Homilia 33. ad Hebræos.* Propterea Deus abstulit tibi diuitias, vt te liberet à pessima seruitute. Nam & pater optimus, cum viderit filium amore meretricis alicuius deperire, si admoñitiones eius audire neglexerit, illam meretricem de medio auferens, in exilia longinqua detrudit. Talis est etiam abundantia diuitiarum. Curam igitur de nobis gerens vester Pater, & optimus Dominus, volens nos ab hac læsione liberare, aufert nobis pecunias, quarum amore mens nostra corrumpitur.

Diuitiarum mala.

36. **MATTH. 6.** *Nolite thesaurizare vobis thesauras in terra.* **PETRVS CHRYS.** Sicut de vestimento tinea, tubigo de metallo, de necessitate fures nascuntur: ita de diuitiis auaritia, cupiditas de questu, de habendo, habendi ardor acquiritur.

Diues vltimo arbori comparatur.

37. **CÆSARIVS ARELAT.** *Homil. 17.* Arbor vltima significat hominem diuitem in hoc mundo. Sicut enim arbor illa sublimis est, & amœna, & humida, & tamen fructibus vacua: ita & quicumque diues sæculi huius, quanuis sublimetur honoribus, in multis facultatibus iucundus, & amœnus esse videatur, tamen nisi ad vitam, id est, ad pauperem Christi, elemosynarum suarum brachia, quasi ramos piissimos, non expandit, à fructibus æternæ vitæ vacuus remanebit. Hoc ergo expedit fieri, vt quomodo arbor vltima extendit ramos suos, & erigit, vel sustinet vitem: sic diues sæculi huius porrigat ramos suos, id est, manus plenas fructibus agri sui, & sustentet pauperes Christi.

Diuitiæ bonis obsunt, malis profunt.

38. **SAPIENT. 5.** *Diuitiarum inastantia quid conuulit nobis?* Eleuant ergo diuitiæ. Quæ à cunctis doctoribus multis malis & nociuis rebus comparantur. **CLEMENS ALEXAND.** *lib. 3. Pedagog. cap. 6.* Comparat eas colubro, qui quidem nisi cautè & diligenter apprehendatur, sursum eleuatur, & collum circumdat, & suffocat hominem. Ita, inquit, & diuitiæ si ab imperito viro apprehendantur, inhaerent, & mordent. Sed si quis se magnificum præbens, rectè & scienter eis vtatur, illaesus permanebit. **AVGVST.** *Serm. 227. de tempore.* Abiice abs te diuitiarum onera, abiice vincula voluntaria, abiice anxietates & tædiæ, quæ te plurimis annis inquietant.

Diuitiæ non per se mala.

39. **PSAL. 61.** *Diuitiæ si assuant, nolite cor apponere.* **Psalm. 51.** *Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum.* **AVGVST.** *super hunc Psalm.* Non dixit, Ecce homo qui fuit diues, sed, ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Non quia habuit diuitias, sed quia in ipsis sperauit, & in Deo non sperauit.

EBRIE

EBRIETAS.

Ebrietas in Noë, non fuit peccatum. 1. 3.

Ebrietas quandoque pro saturitate sumitur. 1. 6.

Ebrietas duplex. 1. & Triplex. 9.

Ebrietatis mala. 2. 3. 4. 5. 10. 11. 13. 14. 15. 16.

Loth peccauit bibendo. 4.

Ebrietas punitur morte repentina. 7. 8.

Ebrii potatione non delectantur, & semper sitiunt.

12.

Ebrietas in Noë non fuit peccatum.

1. **GENES. 9.** *Cœpitque Noë vir agricola exercere terram, & plantauit vineam, bibensque vinum, inebriatus est.* **AMBROS.** Quid est quòd iustus Noë primum vineam plantat, & non triticum aut aliud quid ex necessarijs? Vinum enim potius ad voluptatem quàm ad necessitatem pertinet. Quia post corruptionem terræ, veris tempore, etiam corruptarum radices vitium pullulare potuerunt. **CHRYS.** Verisimile est quòd plantata vitis ab initio fuerit producta, non autem vltus plantæ notus fuerat, vel fructus eius manifestus. Nam si fuisset ab initio notus, omnino Abelis tempore inter oblatas hostias, & vinum libassent. Noë vltus agriculturæ studiosus, & magnæ diligentia, fortè fructum degustauit, & contritis borris vinum fecit, & ideo plantauit vineam, & bibens vinum, inebriatus est, ignarus qua mensura vti debebat. Multa sunt quæ iustum Noë venia dignum declarant, quæ non dico, quasi ebrietatem illius excusant, sed monstrans quòd non ex intemperantia supplantatus sit. Primum ignorans & nesciens sumendi mensuram, in ebrietatem incidit, id quod Scriptura ostendit, dicens: *Cœpitque Noë vir agricola, &c.* istud quod dicit, *cœpit*, ostendit quòd ipse bibendi vini primus inuentor fuerit: & quòd vim vini ignorabat. Secundò, magna tenebatur tristitia, & paruam quandam sibi consolationem excogitans, terræ colendæ se dedit, & inde sibi consolationem excogitauit, sicut & Sapiens dicit: [Date sicram morientibus, & vinum his qui amaro sunt animo.] Nullum enim tam præsens tristitiæ remedium atque vini vsus: tantum vtilitatem eius ne perdat intemperantia. Tertio, ebrietatis nomen in Scriptura non semper temulentiam significat, sed satietatem, iuxta illud: [Inebriabuntur ad vberatam domus tuæ.] & fortè quis de iusto hoc dicit, quòd non vt intemperans inebriatus fuerit, sed satiat. Item quia ebrietati vacantes nunquam satiantur, sed quantum ingurgitant, tantum & siti flagrant. **AMBROS.** Vnde secundum Hebraicam & Chaldaicam literam, non dixit, bibens vinum, sed *bibens de vino.* Nec enim iustus vinum ebibit, sed de vino. Ebrius enim est omne absorbere vinum, & intemperantis euacuare quod sumpserit; continentis autem vtendi mensura legitima. Ebrietatis itaque duplex species est, vna quæ titubationem corpori affert, atque eius supplantat vestigia, sensumque perturbat, & hoc modo Noë vir iustus inebriatus est: altera quæ mentem virtutis vaporat gratia, & omnem infirmitatem auertit.

Ebrietatis mala.

2. **IBIDEM CHRYS.** Ebrius deterius quid est quàm mortuus. Nam mortuus, nec bona, nec mala operari potest. Ebrius autem nihil boni valet operari, ad malum autem faciendum non omnino impotens est. Item qui ex præliis redeunt, eade coinquatis manibus non tam atroci aspectu sunt, vt

ebrii. Sunt enim fortasse qui illos laudibus extollunt propter victorias, propter vulnera, & cædes: ebrios autem miseros omnes proclamant, arummosos vocant, & innumera mala eis imprecantur.

Noë non peccauit.

3. **GENES. 9.** *Euigilans autem Noë ex vino.* **AMBROS.** Sobria erat mens iusti, & quando ebria putabatur. Est enim præclarum poculum inebrians iustos. Ille autem verè inebriatus erat qui ridebat patrem. **CHRYS.** Verè ebrietas, voluntarius est dæmon, & grauius quàm dæmon, mentem obnebrat, & captum, omnium benevolentia destituit. Sæpe enim dæmoniacum cum videmus, misericordia mouemur, & condolemus: cum autem ebrium videmus, indignamur, & innumera imprecamur. Qui à dæmone agitur, inuoluntarius operatur. At qui ebrius est, quidquid fecerit, non est venia dignus, quia sponte & voluntarie in hoc transit, & ebrietatis tyrannidi seipsum dedit.

Loth peccauit.

4. **GENES. 19.** *Veni, & inebriemus eum vino, dormiamusque cum eo.* **ORIGEN.** Loth subiaceret culpæ, quòd decipi potuit, quòd vino nimis indulset, & hoc non semel, sed iterum fecit. **AVGVST. lib. 22. contra Faustum.** Culpa est quidem Loth, non tamen quantum filia incestus, sed quantum illa meretur ebrietas. Nescienti enim ei miscuerunt Leuitem. **ORIGEN.** Audite, ebrietas quid agat, audite quantum facinoris conciliet temulentia. Ebrietas decipit quem Sodoma non decepit: vitur ille flammis mulierum, quem sulphurea flamma non vssit. **LIPOMANVS.** Vinum causa malorum iam secundò describitur, nunc inter patrem & filias: prius inter patrem & filios, quando tamen moderatè non fuit sumptum.

Idem.

5. **IBIDEM AMBROS.** Discimus hinc vitandam ebrietatem, per quam crimina cauere non possumus. Nam quæ sobrii cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus. Parum est quòd ea inflammant libidinem, accendit cupiditates corporis; ipsam quoque mentem subruit, & animum capit, sensum extorquet, nesciunt quid loquantur qui nimio vino indulgent, iacent sepulti. Quanta ipsius deformitas vt soluantur vires, incessus vacillent? Multi se fortes putant, num fortiores quàm Loth? Num continentiores quàm Noë? Non vtique vitia patriarcharū quos vino victos legimus, Scriptura exposuit, sed vt tu disceres quid cauere. Ille nudus iacuit, iste filiarum erroris paruit: sed in illo instructus es ne tu ignorares; in isto ne tu capiaris. Instruant patriarchæ non solum docentes, sed etiam errantes. Ideo iteratum est exemplum ebrietatis, vt confirmetur magisterium cautionis.

Ebrietas pro satietate.

6. **GENES. 43.** *Biberuntque, & inebriati sunt cum eo.* **HERON.** Idioma linguæ est, vt ebrietas pro satietate ponatur, iuxta illud: [In stilli cidijs eius inebriabitur germinans.] **AVGVST.** & iuxta illud: [Vistasti terram, & inebriasti eam.] Nam ita inebriari, vt inebriantur ebriosi, nec ipsi terræ vtile est. **AMBROS.** A principio fidei inebriatur & Paulus, sed ebrietate sobria, vt cum sanctis diceret: [Et calix meus inebrians quàm præclarus est.] A principio enim maior Paulo prærogatiua defertur, de quo dictum est ad Ananiam, [Vade, quoniam vas electionis est mihi,] &c.

V 4

Ebrie

Ebrietas punitur morte repentina.

7. **LEVIT. 10.** *Arrepsitque Nadab & Abiu filij Aaron thuribus posuerunt ignem, &c. L. YRAN. Rabbi Simeon dicit quod causa mortis istorum fuit, eo quod potati, etiam plus debito intrauerunt ad ministrandum, arripientes thuribula, & quasi impetuosè ponentes in eis ignem alienum, & probar ex contextu literæ. Quia immediatè post factum istud, Dominus dixit ipsi Aaron: [Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui.] **OLEAS TER** tenet idem. Considera, inquit, Dei sapientiam, quàm latenter arguas suorum Sacerdotum peccata. Non enim dicit se iuvenes propter ebrietatem occidisse, sed prohibendo id, in quo peccauerant, latentis peccati eos arguere, videtur.*

Idem.

8. **LEVIT. 10.** *Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibes tu, & filij tui, &c. PETRVS CHRYSOLOG.* Hoc præceptum post mortem Nadab & Abiu positum est, ut cunctis innosceret quod ebrietas eorum causa extitit mortis, & erroris. Cùm enim contaminare externo igne altare præsumunt, ipsius altaris consumuntur incendio, ut sumerent de sacrificio penam, qui fecerant de propitiatione peccatum: quod peccatum illis suscitatur ebrietas: nam vini odor, odorem fugarat incensi, & ebrietas ignis flammam prouocarat altaris. Vnde quia alienati vino alienum portauerunt ignem, mox diuino igne referuntur extincti. Ebrietas in alio crimen est, in sacerdote sacrilegium: quia alter animam suam necat vino: sacerdos Spiritu sanctitatis extinguit, contra dicente Apostolo: [Spiritum nolite extinguere.]

De Triplici ebrietate.

9. **IEREM. 35.** *Præcepit Ionadab filiis suis ut non biberent vinum, & illi quidem voto patris sui obedierunt. BALDVIN.* Tria sunt quæ mentes hominum ebriosa obliuione, & obliuiosa ebrietate, ab amore Dei alienant. Amor animæ, amor carnis, & amor mundi. hoc est, amor propriæ voluntatis, carnalis voluptatis, mundanæ vanitatis. Amor mundi, vanus est, amor voluptatis, dulcis: amor propriæ voluntatis, pertinax, &c. Amor propriæ voluntatis, vinum est, mentem inebrians, & omnes sensus eius perturbans, ut puta, auditum, ne audiant obedientiam; oculos discretionis, ne videant veritatem: cæterisque sensus suis officiis destituit, in medio eorum miscens spiritum vertiginis, &c. Vide *voluntas*, nu. 11.

Ebrietatis mala.

10. **MATTH. 24.** *Si dixerit seruus ille: moram facit dominus meus, & cepit percutere pueros, & ancillas, edere, bibere, & inebriari, &c. PETRVS CHRYSOLOG.* Propriè dixit edere, bibere, & inebriari, & percutere. Ebrietas enim cædis mater, parens litium, petulantia deformiter est magistra. Hanc qui habet, se non habet: hanc qui habet, homo non est: hanc qui habet, non facit peccatum, sed est ipse peccatum. Ebrietas est daemon blandus, venenum dulce, voluntaria rabies, illecebra honestatis, & pudoris iniuria.

Idem.

11. **BASILIVS Hom. 1. de Ieiunio.** In ebrietate fit, ut vinum perfluat ad suam recurrentem viam, peccatum verò manet in dolio. Famulus profugit ab hero verberante, tu verò non recedis à vino, quod quotidie contudit caput tuum. Ebrietas ut somnum affert mortis germanum, ita vigiliam habet somnis adsimilem, Ebrietas non recipit Dominum. Ebrietas Spi-

ritum sanctum propellit. Fumus quidem abigit apes, dona verò spiritualia fugat luxus. Ebrietas ad lasciuiam inducit, ad ieiunium frugalitas, &c. *Idem hom. de Ebrietate, & luxu.* [Lymphatus, & malo demone captus, misericordia quidem dignus, ebrius verò eadem fere, & ipse patiens, minimè misericordia dignus, qui spontaneo sequitur damoni.

Ebrii potatione non delectantur, & semper sitiunt.

12. **IDEM BASILIVS ibidem.** Sicut visum id quod summè splendet, hebetat, atque vastat, & magni sonitus ac strepitus, ob excessum, auditum: sic & isti ob assiduam & immodicam voluptatem sese vastant atque corrumpunt, & à delectationis via omnino auertuntur. *Infra.* Sicut valles donec torrentibus inundantur, plenæ esse videntur; vnda verò deficiente, statim sicca vacuæque remanent: sic & vinolenta corpora, vino ac potatione durantibus, exsaturantur, ac madescunt, paulo post, continua siccitate laborant, ex quo ad frequenter bibendum inuitantur.

Ebrietatis effectus pessimi.

13. **CHRYSOST. Hom. 58. in Matth.** Quemadmodum cùm febris cessauerit, debilitas tamen inde facta diutius remanet: sic ebrietate transacta, effectus tamè eius tam corpus quàm animam diutius exagitat. Iacet enim plerumque tanquam tēpestate conuulsata nauis miserum corpus, anima verò detestabili cupiditate compulsa vehementer incenditur: & cùm iam ab ebrietate resipuerit, tunc multo magis quàm prius insanit, vinum, dolia, calices, cyathos, & crates plenos confringens: & quemadmodum quamuis tranquillitas, ex tempestate facta sit, detrimentum tamen quod inde factum est, non restituitur, si semel iactura facta sit, sic omnium penè bonorum iacturam patiuntur ebrii.

Ebrietatis mala.

14. **IDEM CHRYSOST. ibid. Hom. 71.** Hinc fornicatio, hinc ira, hinc mollities, hinc turpes amores oriuntur, &c. Sed & gigantes ipsi, ac fortissimi viri, qui mille præclara gesserunt facinora, absque vinctulis, vino & somno ligati, sine vulnere quasi confossi iacent, imo verò peius etiam quàm confossi: nam illi quidem, etsi progredi non possunt, vident tamen, atque intelligunt; isti verò etiam mente capti, omni sensu carent. Nec ut in aliis pugnis, aut hostibus, qui saucius, aut vulnere ab aliis accepto ceciderit, iam aliis gravis & infestus esse nequit; ita hic fieri solet. Sed opus est ut ab omnibus hæc bellua ebrietas feriatur, ut quam qui non percussit atque deiecit, impetum illius vitare nequeat.

Idem.

15. **CHRYSOST. Hom. 1. ad pop. Antioch.** Quid ebrietate miserabilius? Mortuus est animatus ebrius, daemon voluntarius, morbus veniam non habens, ruina excusatione carens, commune generis nostri opprobrium. *Idem Hom. 71.* Quanto melior ebriosis est asinus, & canis? Nam quodlibet horum animalium, & omnium aliorum, si fit opus bibere, necessitatis terminum nouit, nec ultra quod est opus, progreditur: licet sint infiniti qui cogant, in immoderantiam procedere non patitur. Vos ergo brutis deteriores estis.

Idem.

16. **AVGVST. Serm. de ebrietate vitanda.** Corpora nostra terrena sunt. Quomodo pluuia nimium grandis, & diurna si fuerit, terra confunditur, & in lutum resoluitur, ut nulla in ea cultura possit fieri. Sic

Sic & caro nostra quando abundantiori potu fuerit inebriata, nec spiritualem culturam accipere, nec fructus animæ necessarios poterit exhibere. & ideo quomodo omnes homines, sufficientem pluuiam in agris suis accipere desiderant, ut & culturam valeant exercere, & de fructuum ubertate gaudere: Ita & in agro corporis tantum debent bibere, quantum oportet, ne per nimiam ebrietatem ipsa corporis terra velut in paludem conuersa, magis vermes & serpentes vitiorum generare, quàm fructus bonorum operum possit afferre. Omnes ebriositates sunt, quales paludes esse videntur. Quod enim in palude nascitur, fructum non habet. Nascuntur ibi serpentes, & diuersa vermium genera, quæ magis horrorem possunt generare quàm victum: tales sunt ebriosis, ad nullam utilitatem apti, quia frequenter in ipsa ebrietate nec se ipsos, nec alios recognoscunt, nec ambulare, nec stare, nec dicere aliquid quod ad rationem pertinet, possunt. Ebriosis deinde peiores sunt animalibus. Cùm enim hæc amplius quàm eis opus est, bibere nolunt, isti & duplum, & triplum. Vnde quam tritum, aut quatuor dierum potuerunt rationabilem refectio-nem habere, vno die cum grandi peccato contendunt perdere potius quàm expendere.

ECCLESIA.

Apostoli Ecclesiam adificauerunt. Vide, Apostoli, num.

19.39. & *columnæ Ecclesie, ibidem, nu. 27.*

Ecclesia in alto constituta. I. 52.

Ecclesia unitas. 2. 17. 18. 6. 4. 67. 68.

Ecclesia nos pascit & protegit. 3. 22. 41.

Ecclesia in perfectionibus non deficit. 4. 19. 36. 42.

54. 59.

Ecclesia paradysus. 5. 6.

In Ecclesia multa bona. 5. 23. 24. 30. 36. 39. 40. 41.

45. 46. 47. 49. 51. 52. 57.

Ecclesia caput Christus. 6. 3. 2. 4. 1.

Ecclesia sponsa Christi. 7. 19. 24. 28. 43.

Ecclesia mater nostra. 7. 10. 20. 40. 54.

Ecclesia nominis Christi, & Iesu participes. 7.

Ecclesia ex bonis & malis constat. 7. 13. 14. 21. 22.

23. 26. 41.

Ecclesia diabolum vincit, & ab ipso tentatur. 8.

Quomodo maledictiones Eue Ecclesiam comprehendunt. 9.

Ecclesia præstantior synagoga. 11. 15. 16. 20. 22. 25.

27. 28. 34. 35. 37. 39. 47. 50. 53. 55. 60.

Ecclesia clamat pro peccatis nostris apud Deum. 11.

Ecclesia arca Noë. 12. 13. 14.

In Ecclesia diuersi gradus. 12. 13. 41. 56.

In Ecclesia sola vna fides. 17. 18. 33. 45.

Ecclesia dicitur. 19. 23. 29. 56. 59.

Ecclesia pulebra. 22. 28.

Pro Ecclesia Christus seruus factus. 28.

Ecclesia domus Christi. 29. 30. 57.

Ecclesia ingressus qualis. 30.

Ecclesia letatur ob conversionem Indæorum. 31.

Ecclesia à patre donata Christo. 32.

Ecclesia portus securus. 33. 52.

In Ecclesia persenerandum. 36. 38. 65.

Ecclesia terra sancta, & locus firmus. 36. 44.

Ecclesia significata per mensam, & candelabrum. 41.

Ecclesia militans, & triumphans. 42.

Ecclesia per totum mundum diffusa. 43. 46. 52.

Ecclesia fortitudo. 46. 49.

In Ecclesia tantum acceptabile sacrificium. 48. 61.

In Ecclesia tantum salus. 52. 69. 70.

Ecclesia virgo, & mater. 54.

Ecclesia primitiua floruit. 58.

Oratio in Ecclesie calamitate. 59.

Ecclesia Christi libera. 61.

Quomodo sancta Ecclesia in terris à Domino conseruatur. 62.

Asinus rectoribus Ecclesia spiritualiter impugnatur. 63.

Ecclesia immaculata seruanda. 66.

Hæreticus extra Ecclesiam. Vide, hæreticus, nu. 3. 4.

Ecclesia in alto exultat, & vincit.

GENES. 1. *Congregentur aqua in locum unum, & appareat arida.* AMBROS. In Ecclesia exultatio est; in hæresi & gentilitate fletus & mæror. Vnde in Psalm. dicitur, *Vallis lacrymarum.* At Deus noster, *Deus montium* appellatur, 3. Reg. 20. [Dij montium, dij eorum, ideo superauerunt nos.]

Ecclesia vna.

2. **IDEM. Idem AMBROS. In locum unum.** Iam non multæ congregationes, sed vna est congregatio, vna Ecclesia, vnus populus spiritualis. Ex hæreticis & gentilibus Ecclesia repleta est, congregata est aqua ex omni lacu, & ex omni fouea, ut nemo fodiat foueam fratri suo, sed omnes se inuicem diligant, & quasi vnum corpus diuersa se membra sustentent, vbi non ranarum cantus, ut in paludibus, sed concentus Ecclesie, & consona circa Dei laudes populi vox, & pia vota delectent.

Ecclesia nos pascit, & protegit.

3. **G**ENES. 2. *Germinet terra herbam viuentem, &c. & lignum pomiferum, &c. GREGOR. 19. Moral. cap. 12.* Hoc sic est veraciter factum, ut significaret aliquid veraciter faciendum. Per terram quidem figuratur Ecclesia, quæ & verbi nos pabulo reficit, & patrocinij vmbraculo custodit, quæ & loquendo pascit, & opitulando protegit, ut non solum herbam refectio-nis proferat, sed & cum fructu operis arborum protectionis.

Ecclesia non deficit.

4. **G**ENES. 1. *Fiant luminaria, &c. AMBROS. Merito Ecclesia luna comparatur.* Nam sicut luna, luminis imminutionem habet, non corporis, ita ut videatur deficere, sed non deficit: sic & Ecclesia tempora sua habet persecutionis, & pacis: obumbrari potest, deficere non potest. Aliquorum quidem in persecutionibus discessione minuitur, sed in martyrum confessionibus impletur, & maior deuotionis & fidei toto orbe lumen effundit, effuso pro Christo sanguine clarificata victoriis.

Ecclesia paradysus.

5. **G**ENES. 2. *Plantauerat autem Deus paradysum voluptatis à principio. AVGVST. de ciuitate cap. 21.* Paradysus Ecclesia est, de qua dicitur, *hortus cœlestis seror mea.* A principio paradysus plantatur. Quia Ecclesia Catholica à Christo principio omnium, condita esse cognoscitur. *Ligna fructifera* sanctos accipimus omnes; *fructus* autem eorum, opera eorum: *lignum vite*

vita sanctorum, sanctorum Christum dominum, ad quem quisquam si porrexerit manum, vivit in aeternum; lignum scientia boni & mali, proprium voluntatis arbitrium, quod in medio est positum ad dignoscendum bonum, & malum, de quo qui relicta gratia Dei gustaverit, morte morietur. R. V. P. E. T. Per paradysum Ecclesia hæc militans figuratur. In Ecclesia enim lignum est vite, id est, Christus, & lignum mortis, id est, antichristus, erit, qui iam dudum per membra sua ministerium operatur iniquitatis. In Ecclesia item fons ascendit irrigans uniuersam superficiem terræ, omnemque terram reddit aptam frugibus alendis, id est, gratia Spiritus sancti tanta copia rigans masam generis humani, vt cum sanctorum & electorum cedis, & oliuis, & vineis, lignum quoque vite, id est, Christum, fecerit de terra nasci virgineæ carnis, qui etiam fons paradisi dicitur, & est, & in quatuor capita diuiditur. Propheta enim vidit eum sub quatuor animalium diuersis speciebus, scilicet, hominis, leonis, vituli, & aquilæ. Est enim nobis mitis, vt homo est fortis contra Diabolum, vt leo; est pro nobis hostia oblata, vt vitulus, & resurrexit, & ascendit in caelum, vt aquila renouata. E. V. C. H. E. R. Fons siue fluius irrigans, est Christus de paterno fonte fluens, irrigans Ecclesiam verbo prædicationis, vel sacramento Baptismi: quatuor autem flumina, sunt quatuor Euangelia ad prædicationem cunctis gentibus missa.

Ecclesia caput Christi.

6. GENES. 2. Tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso, &c. E. V. C. H. E. R. Mystice, id est, assumpsit Deus humanam naturam, & illam beatificauit, & factus est caput Ecclesie, vt operaretur, id est, ex omnibus gentibus Ecclesiam construeret, & custodiret Ecclesiam: & ita impletum est, (ait Isidorus) illud: [Pater ego seruabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.]

Ecclesia sponsa Christi.

7. GENES. 2. Immisit ergo Dominus Deus soporem eius, &c. & edificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam, in mulierem. A. V. G. V. S. T. I. N. 12. contra Faustum. I. N. T. E. R. L. & alij, id est, Deus Pater per crucis lignum mortem in Christum immisit. Proprio enim filio suo non peperit, ipseque dormiuit admittendo in se somnum mortis ex obedientia patris, iuxta illud: [Ego dormiui & somnum cepi] ipseque dormiente in cruce sit illi mulier, id est, Ecclesia, de sacramento sanguinis, qui de mortui latere profluxit: & ex eius costa edificauit mulierem: ex tunc enim vsque in finem sæculi edificare non desinit, vt gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, exhibeat illi, & bene, edificata esse dicitur mulier, quia Ecclesia templum Dei est. P. R. O. S. P. E. R., de promissionibus, & prædicationibus; quæ scilicet Ecclesiæ verè est mater omnium viuentium; hæc est enim illa mulier quæ custoditur per tempus, & tempora, & dimidium temporis, à conspectu serpentis, vt dicitur in Apocalypsi. sequitur infra: hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est. R. A. B. A. N. Adam mille rem de sua carne creatam, nominis sui participem fieri voluit. Quia & Dominus noster Iesus Christus aquæ Ecclesie, quam per sui corporis sanguinis pretium redemit, sibi que adoptauit in sponsam, participium sui nominis donauit, vt à Christo videlicet Christiana vocaretur, ab Iesu, id est, Salvatore, salutem consequeretur æternam. & sequitur: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. A. V. G. V. S. T. I. N. R. V. P. E. R. T. I. N. T. E. R. L. & alij: [Sacramentum hoc

magnum est, ait Apostolus, ego autem dico in Christo, & Ecclesia.] Ecclesia enim Christi, de latere eius sumpta in sponsam, ex carne constat. & ex ossibus, id est, infimis, & minus perfectis, atque spiritualibus, & perfectis, & in tentationibus ad resistendum fortissimis.

Ecclesia Diabolum vincit, & à Diabolo tentatur.

8. GENES. 3. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. I. N. T. E. R. L. Sancta mater Ecclesia Christo à mortuis resurgente Diaboli caput contriuit, quoniam virtute Domini mundam deuicit, & demones ei subiecti fuere, licet illi nunquam ipsam tentare, & perturbare cessent. R. A. B. A. N. Sed & mulier etiam nunc conterit caput serpentis, cum sancta mater Ecclesia, superbia per quam Eua decepta est, sese sub potenti manu Dei humiliando, resistit. Initium enim omnis peccati superbia, & serpens insidiatur calcaneo mulieris, quia Ecclesiam Diabolus [vel vt leo rugiens circuit, quærens quem deuoret,] quomodo gressus nostræ bonæ actionis auertat.

Quomodo Ecclesiam maledictiones Eue comprehendant.

9. GENES. 3. Mulieri dixit Deus: Multiplicabo germinum tuum, & conceptus tuos, in dolore paries filios tuos, & sub viri potestate eris. R. A. B. A. N. Arcumque ecclesie post reatum præuaricationis multiplicatur in hac vita, vt ad vitam perpetuam castigata perueniat. Multiplicantur & conceptus, cum spiritualem Deo sobolem prædicando: ac rectè viuendo gignere satagis. Vnde Apostolus: [Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.] Parit in dolore filios, cum sollicita metuit ne sicut serpens seduxit Eua astutia sua, ita corrumpantur sensus eorum & excedant à simplicitate, quæ est in Christo. Agit sub viri potestate, quia seruit Domino in timore, & exultat ei non in securitate, sed cum tremore, cui si nunquam peccasset, solo dilectionis copularetur amplexu: & ipse dominatur ei, carnales eius cohibens motus, camque ad redemptionem vitæ cælestis, supernæ institutionis exercitio preprehens, à qua si nunquam recessisset, sociam cum illo semper libertate regnaret.

Ecclesia mater nostra.

10. GENES. 3. Et vocauit Adam nomen uxoris sue Eua, quod est, mater omnium viuentium. A. V. G. V. S. T. I. N. 12. contra Faustum. Ecclesia quæ de viri sui latere facta est, Eua, id est mater viuorum, vocatur, & est. Etenim Dominus dicit in Euangelio: [Si quis non manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam.]

Ecclesia præstantior synagoga.

11. GENES. 4. Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola, &c. A. M. B. R. O. S. Figura synagoga, & Ecclesie in his duobus præcessit. Per Cain patricidalis populus intelligitur Iudæorum, qui Domini auctoris sui, & fratris, vt ita dicam, sanguinem persecutus est. Per Abel autem intelligitur populus Christianus adherens Deo: sicut & Dauid ait: [Mihi autem adhaerere Deo bonum est,] vt cælestibus se attexeret, & à terrenis separaret. E. V. C. H. E. R. Vterque similitudinem habet duorum populorum, qui erant ad fidem venturi pari opere, & dissimili charitate ante Deum. Nam sicut sacrificium Cain ex terræ fructibus reprobatur, sacrificium autem Abel ex ouibus, & earum adipe suscipitur: ita noui Testamenti fides ex innocentie gratia Deum laudans, veteris Testamenti terrenis operibus antefertur. A. V. G. V. S. T. I. N. & ISIDOR.

& ISIDOR. super illud: Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Terra quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem iusti Abel de manu Cain fratricidæ, ipsa est sancta Christi Ecclesia, quæ suscipiens sanguinem Christi de manibus Iudæorum, tanquam [venientem super se imbrem, germinat herbam, & fit fructifera, & proinde accipit benedictionem à Deo. Sicut è contra proferens spinas, & tribulos reprobata est, & maledictio proxima, cuius consummatio in combustionem.] Hæc terra cum sit rationalis, tanto præstantior est terra inanimata & insensibili, quanto sanguis huius Abel, quem suscepit aperiens os suum in voce exultationis, & confessionis, melius clamat quam sanguis illius Abel clamare poterit, teste Apostolo: [Accessistis, inquit, ad noui testamenti mediatorum Iesum, & sanguinis asperisionem, multo melius clamantem quam Abel.] Nam ille sanguis clamando, vnus tantum hominis nefarium scelus accusabat, & soli Deo adhuc audibilis, & intelligibilis erat: hic autem ex ore terræ fidelis pro omni mundo interpellat, & vnuerforum peccata excusat, ipsos quoque qui fuderunt illum, ad penitentiam inuitat, & impenitentibus futurum iudicium palam annuntiat. Habet enim vocem magnam sanguis Christi in terra.

Ecclesia in arca Noë figurata.

12. GENES. 6. Fac tibi arcam de lignis leuigatis, &c. ORIGEN. & AVGVSTIN. 15. de ciuit. cap. 26. Puto ego quod sicut imperat Deus Noë vt arcam faceret de lignis non putrescentibus, ita etiam ad nostrum Noë qui verè solus iustus, & solus perfectus est, Dominum Iesum Christum, in consummatione seculorum, dictum est à patre vt faceret sibi arcam, id est, Ecclesiam ex omnibus gentibus in æternum victuram. Arca ergo ista quæ natat in fluctibus, & in qua humani generis fit reparatio, proculdubio figura est peregrinantis in hoc sæculo Ecclesie, quæ fit salua per lignum in quo pependit mediator Dei, & hominum Christus Iesus. Ostium quod in latere accepit arca, profectò illud est vulnus quando latus crucifixi lancea perforatum est: hac quippe ad illum venientes ingrediuntur, quia inde sacramenta manarunt, quibus credentes initiuntur. Idcirco autem arca, non vniam præbet omnibus mansionem, sed bicamerata sunt inferiora, & tricamerata superiora. Vt ostendat quia in Ecclesia licet omnes intra vniam fidem contineantur, non tamen vnus omnibus, atque idem profectus est, sed vnusquisque in suo ordine. Hi qui per rationalem scientiam viuunt, & idonei sunt, non solum semetipsos regere, sed & alios docere, quoniam valde pauci inueniuntur, cum ipso Noe saluantur, & proxima ei propinquitate iunguntur. Sicut & Dominus noster verus Noë Christus Iesus paucos habet proximos, paucos filios, qui eius verbi participes sint, & in summitate arce collocantur. Multitudo autem irrationabilium animalium in inferioribus locis habetur, & eorum maxime quorum feritatis seuitiam, nec fidei dulcedo molliuit. Superiores verò ab his alieno quanto sunt, qui licet minus rationis, plurimum tamen simplicitatis, innocentieque custodiunt, & sic per singulos habitationis gradus ascendentes perueniunt ad ipsum Noe, qui interpretatur requies, vel Iustus, qui est Iesus Christus.

Idem.

13. IBIDEM GREGOR. super Ezechiel Homil. 16. Arca quæ trecentis cubitis fieri in longitudine iussa est, quinquaginta verò in latitudine, triginta autem in altitudine, in vno est cubito consummata. Sancta quippe Ecclesia per hanc arcam figurata, in-

ferius ampla est, superius angusta, quia latitudinem quam habet in membris suis, adhuc infirmantibus, paulisper angustata, & in altum proficiens, ad vnum tendit, ita Ecclesia adhuc in multis suis carnalibus lata est: in paucis spiritualibus angusta. & quia ad vnum hominem qui est sine peccato, colligitur, quasi in vno cubito consummatur. Habet inferius animalia, id est, peccatores: quia eos adhuc tolerat vt conuertat. Habet & propria relinquentes, & carnem domantes, &c. sed quia tales valde rari sunt in arca, iuxta cubitum ducuntur, vbi homines, & volatilia continentur. In vno denique cubito consummatur. Quia vnus est auctor, & redemptor Sanctæ Ecclesie sine peccato, ad quem omnes proficiunt, qui se esse peccatores nouerunt.

Idem.

14. GENES. 6. Ex cunctis animalibus vnuerse carnis bina induces. ISIDORVS. Quod autem cuncta animalium genera includi iubentur in arca, significat quod ex omnibus gentibus & nationibus congregatur Ecclesia. & sicut in vase Petri munda & immunda sunt animalia, sic in Ecclesia sacramentis versantur boni & mali.

Ecclesia Synagoga præstantior.

15. GENES. 8. Emisit eorum qui egrediebatur, & non reuertebatur, &c. Emisit quoque columbam, &c. quæ reuersa est ad arcam. R. V. P. E. R. T. V. S. quia infidelis Iudæorum populus per eorum figuratus de Ecclesia patriarcharum & prophetarum eiectus, foris vagatur, & veterum sacrificiorum cadaveribus inhians, de antiquorum patrum carnali prosapia vana loquacitate gloriatur. At verò sancta & Apostolica Ecclesia Spiritu sancto accepta Missa reuertitur, iuxta illud quod de sanctis Euangelij prædicatoribus dicitur: [Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas,] scilicet reuertuntur, gloriam autè contemplantes Dei, à quo ad ministerium nostræ salutis missi sunt, & quamuis illi multæ columbæ dicti sint, vna tamen est columba, scilicet, Spiritus sanctus.

Idem.

16. GENES. 9. Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. HIERON. De Sem Hebraii: de Iaphet populus gentium nascitur. Quia igitur lata est multitudo credentium gentilium, ideo dicit dilatet Deus Iaphet. Quod autem ait, & habitet in tabernaculis Sem, de nobis prophetur, qui in eruditione & scientia scripturarum eiecto Israele versamur. R. V. P. E. R. T. V. S. Quæ autem sunt ista tabernacula Sem, in quibus Iaphet habitaturus est? Tabernacula Sem, priuilegia sunt Iudæorum; quæ Apostolus his verbis enumerat, Rom. 9. [Quorum est adoptio filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.] In his tabernaculis habitabat Israel, gentes autem foris stabant: iuxta illud eiusdem Apostoli, Ephes. 2. [Eratis in illo tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mudo:] quousque Dei misericordia intravit plenitudo gentium, & habitauit Iaphet in tabernaculis Sem.

In sola Ecclesia vnitas fidei.

17. GENES. 11. Venio igitur: descendam, & confundam ibi linguam eorum, &c. E. V. C. H. E. R. Sicut illi qui turrim & ciuitatem edificabant, per super

superbiam ab vna lingua in multas diuisi sunt, ita & hæretici ab vnitare fidei & confessionis segregari in-
ter se diuersitate erroris quasi per dissonantiam lin-
guæ inuicem fecerunt, quos quidem ipsa Trinitas
damnat, in quam offendunt: dum dicit, *Venite, descen-
damus, & confundamus linguas eorum*, in varietate
vtique erroris, siue schismatum. Eo autem tempore
quando linguarum facta est varietas, in sola domo
Heber, quæ antea fuit, lingua remansit, ita & nunc, in
sola Ecclesia quæ est domus Christi, vnitatem esse
confessionis, & fidei pacem diuisis omnibus repro-
bis, atque hæreticis, manifestum est.

Idem.

18. **G**ENES. 18. *Tria sata similia commisce, & fac
subcinericios panes.* AMBROS. Sara vnius si-
milæ tres mensuras faciens, typum Ecclesiæ habet,
cui dicitur: [Lætare sterilis quæ non paris.] &c. Hæc
enim quæ intimo fidem spiritu fouet, eiusdem diui-
nitatis asserens trinitatem, pari quadam mensura, ac
reuerentia Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum
adorans, maiestatis vnitatem concelebrans, persona-
rumque proprietatem distinguens, hac fidei asser-
tione deuotionem tuam conspergit, & subcinericia,
id est, abscondita fieri iubentur, eo quod latere de-
beat omne mysterium, & quasi operiri fidei silentio,
ne prophanis temere diuulgetur auribus. Hoc pa-
scitur diuina maiestas, huic epulari affectum, qui
parcus loquendi sit, nec sacra in medium ferat.

Ecclesia sponsa Christi non deficit, imo ditatur.

20. **G**ENES. 20. *Redde uxorem viro suo, & orabit
pro te, &c.* LIPOMANVS. Habebat Sara vi-
rum, sed latebat. Habet Ecclesia virum Christum do-
minum, qui in sæculo non videtur, sed regnat in cælo,
Abimelech voluit Saram violare, nec potuit, & prin-
cipes mundi voluerunt Ecclesiam subuertere, nec
valuerunt. Abimelech, diuina correptus monitione,
facinus emendat, & multi terrenorum principum,
qui fortè ex ignorantia peccabant, diuinitus com-
moti conuersi sunt, sicut de se dicebat Paulus: [Mi-
sericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in
incredulitate.] AVGVST. lib. 22. *contra Faustum.* Eccle-
sia in hac peregrinatione interque alienigenas pollui
macularique non sinitur, vt sit viro Christo sine ma-
cula, & ruga. In gloria quippe Christi rectè viuunt
Ecclesia. Vnde & in canticis dicitur: [Pulchra inter
mulieres.] Est etiam & sancta Ecclesia Domino Iesu
Christo in occulto vxor. Occultè quippe, atque intus
in abscondito secreto spiritali, anima humana inhæ-
ret verbo Dei, vt sint duo in carne vna, quod ma-
gnam coniugij sacramentum in Christo, & in Ecclesia
commendat Apostolus. Sequitur: *Tunc igitur Abi-
melech oues, & boues, &c.* INTERL. & GLOSSA
ORDIN. Poenitens Abimelech dona offert Abraham,
& principes terræ conuersi, pulchritudinem Ecclesiæ
diligentes, omnia quæ habuerunt, Christi seruiti-
o obtulerunt.

Ecclesia prestantior synagoga.

20. **I**BID. *Orante autem Abraham, sanauit Dominus
Abimelech, & uxorem, & ancillas eius, & pepererunt.*
Concluserat enim Deus omnem vuluam domus
Abimelech propter Saram uxorem Abrahæ. AMBROS.
Vt fulciretur testimonio Saræ partus Dei donatus
promissione, aduerte Dei offensione & fecundas ste-
rilefcere, & rursum Domini voluntate steriles fecun-
dari: iuxta quod scriptum est: [Nonne sterilem, &
parientem ego feci, dicit Dominus.] Sed & hoc ad
synagogæ, & Ecclesiæ mysterium dictum accipitur.
Orante Abraham sanata est alienigenæ domus steri-

litas. Quia & Synagoga partus habere desit, quæ
successionis fraudata est posteritate, & congregatio
nationum, quæ sterilis erat, cum Deum ignoraret,
partus habere cœpit æternos. Vnde lectum est: [Læ-
tare sterilis quæ non paris, erumpe, & clama quæ non
parturis: quoniam multi filij desertæ, magis quàm
eius quæ habet virum.]

Ecclesia ex bonis & malis constat.

21. **G**ENES. 22. *Multiplicabo semen tuum, sicut
stellas cali, & velut arenam quæ est in litore ma-
ris.* ORIGENES. Aliqui dicunt, stellas, Christia-
norum populo; arenam verò maris, Iudaico conueni-
re. Ego tamen hoc magis puto quod vtrumque exem-
plum vtrique populo possit adaptari. Nam & in po-
pulo Iudaico fuerunt multi iusti & propheta, qui
merito stellis comparantur: in nostro etiam populi
sunt multi qui terrena sapiunt: & quorum stulticia
gravior est quàm arena maris. Vnde & Apostolus,
in cælestibus & terrestribus corporibus, resurrectio-
nis format imaginem, dicens: [Alia quidem cælestium
gloria, alia autem terrestrium: vt stella ab stella dif-
fert in claritate, ita erit & resurrectio mortuorum.]
Non ergo nos securi sumus. Donec enim quis no-
stram non deponit imaginem terreni, & induit
imaginem cælestis, terrenis comparatur exemplis.

Ecclesia synagoga prestantior.

22. **G**ENES. 24. *Bibe Domine, &c. quin & camelis
tuis potum tribuam.* AMBROS. Prius dicitur
de Rebecca pulcherrima, quod descenderat ad fon-
tem, & impleuerat hydriam suam: Samaritana autem
illa venit ad fontem, sed non descendit. Puteus enim
ei videbatur altus, nec impleuit hydriam. Vnde non
habebat vnde actus suos lauaret. Hæc sola descendit,
hæc sola cognouit fontem verum, hoc est non aqua,
sed vitæ æternæ. Sicut scriptum est: [quoniam apud
te est fons vitæ.] Ideo habuit quod daret sitientibus,
quia credidit. Nam quæ non credebat, ait fonti huic
volenti sibi potum dare: [vnde habes mihi dare
aquam viuam?] Hæc autem habuit vnde non solum
puerum, sed etiam camelos adaquaret, quæ non so-
lum iustos rigare consuevit, sed etiam iniustos re-
plere. Hæc speciosa valde, cuius decorem nulla cor-
rupit ætas: speciosa valde, quia speciosus & ille præ
filiis hominum, qui eam acquisiuit sibi. Hæc habens
super humerum hydriam, qua lauat actus hominum.

Ecclesia donis cælestibus ditatur.

23. **I**BID. *Prolatis vasis argenteis, & aureis, ac vestibus,
dedit ea Rebecca.* GREGOR. Ecclesia quæ ante
per fidem, operationem & obedientiam percepit, ex-
crescens postmodum etiam ad spiritalia dona con-
ualefcit, vt prophetiæ spiritu repleta, & virtutum
gratia ampliatis iam muneribus crescat. Sed & fratres
eius dona percipiunt. Quia hi qui eam fidem verbo
tenent, & carnaliter viuunt, benignè à fidelibus
honorari solent, pro eo quod esse fideles merentur.
AMBROS. Vel sponsata Ecclesia accepit vasa au-
rea, & argentea, in quibus esset thesaurus fidei. Quia
etiam corpora nostra quæ thesaurum habent, aurea
sunt, nam sunt plena prudentiæ: & argentea sunt,
quia mandati cælestis alloquiis resurgunt. Vnde
Apostolus: [Habemus thesaurum in vasis fictilibus.]

Ecclesia gentilis qualis erat.

24. **G**ENES. 24. *Rebecca conspecto Isaac, descendit de
camelo.* AMBROS. Cum veheretur Rebecca
camelo, venit ad sponsum: Quia populus nationum
belluina quadà horridus deformitate meritoris, & qui
formæ suæ nullum haberet decorem, fidem esse
atque

atque obedientiam Christi recepturus. GREGOR.
1. *Moral. cap. 14.* Qui enim ex semetipsis sibi inuene-
runt Deos quos colerent, quasi à semetipsis eis in
dorso onus excreuerat quod portarent. Rebecca, vt
Isaac vidit, de camelo descendit, quia sancta Ecclesia
quanto redemptorem suum subtilius agnoscit, tanto
carnalis vitæ studia humiliter deserit, atque in semet-
ipsa tortitudini vitiosæ contradicit. Item Isaac viso
descendit, quia Domino cognito ab elationis celsitu-
dine, ima humilitatis petit.

Ecclesia synagoga prestantior.

25. **I**BIDEM. *Accipit Isaac Rebecam, & introduxit il-
lam in tabernaculum matris suæ.* AVGVST. Accepit
& Christus Ecclesiam, & eam in loco constituit
Synagogæ. Per infidelitatem enim synagoga mortua
erat, & à Deo separata. *& in tantum dilexit eam vt
dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.*
Accipit & Christus Ecclesiam, & in tantum dilexit
eam, vt dolorem qui de perditione matris synagogæ
acciderat, amore Ecclesiæ mitigaret. Nam sicut infi-
delitas synagogæ, Christo tristitiam fecit, ita illi fi-
des Ecclesiæ lætitiã generauit. RVPERT. Rêuera
Christus Dominus secundum humanum affectum
doluit super matre sua synagoga: quippe qui ciuita-
tem videns, fleuit super illam. AVGVST. Et quia, fra-
tres charissimi, sponsa spiritalis Christi sumus, ita
ipso adiuuante vniuersique beneficia in se collata
non solum custodiat, sed etiam augere contendat, vt
nihil in eo aut per luxuriam fordidum, aut per superbiam
tumidum, aut per iracundiam combustum, aut per
auariciam obscurum, aut per inuidiam veneno vipe-
reo percussum appareat. Quia iustum est vt spon-
sus ille speciosus præ filiis hominum, nihil pecca-
ti in nobis inueniat, quod oculos suæ maiestatis of-
fendat.

Ecclesia ex bonis & malis constat.

26. **G**ENES. 25. *Sed collidebantur in vtero eius par-
uuli.* AVGVST. *Serm. 78. de tempore.* Conceptit
corporaliter de beato Isaac Rebecca, quia conceptu-
ra erat spiritaliter de Christo Ecclesia: & sicut duo
paruuli in vtero Rebecca collidebantur, sic in vtero
Ecclesiæ duo sibi populi iugiter aduersantur. Si enim
aut soli mali, aut soli boni essent, vnus populus esset.
Quia verò in Ecclesia boni inueniuntur & mali, tan-
quam in vtero spiritalis Rebecca duo populi col-
liduntur. Boni enim lucrari volunt malos, mali verò
extinguere cupiunt bonos. Bonorum desiderium est,
vt qui mali sunt, corrigantur: malorum studium est,
vt qui boni sunt, consumantur. Genus piorum ad
cælum erigitur per humilitatem: genus impiorum
ad infernum demergitur per elationem.

Ecclesia synagoga prestantior.

27. **G**ENES. 27. *Senuit Isaac & caligauerunt oculi
eius, &c. & vocauit Esau filium suum maiorem,*
&c. RVPERT. Senuit verus Isaac Dei filius, & caliga-
uerunt oculi eius quando veritate & senio nostræ
naturæ indutus, morte quoque corporea fuit obscu-
ratus. In ipsa caligine senectutis vocauit Esau, &c. id
est, tota vita sua, & in ipsa morte sua priorem popu-
lum ad poenitentiam per semetipsum, & Apostolos
inuitabat: vt credendo illum sibi cibum offerrent, de
quo dicit: [Meus cibus est vt faciam voluntatem pa-
tris mei.] HIERON. Vnde dicit: [Non sum missus
nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.] verum quia
illi credere noluerunt, ad Iacob minorem populum,
benedictio est translata. GREGOR. *super Ez. eccliel.*
Hom. 6. Isaac maioris filij venatione vesci cupit. Quia
omnipotens Deus Iudaorum bona operatione patci
voluit, sed illo tardante, iuniorum Rebecca suppa-

suit: quia dum Iudaicus populus bona opera foris
quærit, gentilem mater gratia inroduxit, vt omni-
potenti patri cibum boni operis offerret, qui eisdem
cibus ex domesticis animalibus præbuit. Quia gen-
tilis populus de exterioribus sacrificiis Deo placere
non quærens, per vocem propheta dicit: [In me sunt
Deus, vota tua, quæ reddam laudationem tibi.] &
manus ac brachia, & collum Iacob hærdinis pellibus
textit, quia gentilis populus, carnis quidem in se pec-
cata mactauit. Nam hæc pro peccato offerri con-
suevit, sed coopertum se peccatis carnalibus confite-
ri non erubuit. Vestimentis autem fratris maioris in-
duitur, quia sacra Scripturæ præceptis, quæ maiori
populo data fuerant, in bona operatione vestitus est,
& eis minor in domo vititur, quæ maior foras extrin-
secus reliquit. Quia illa gentilis populus præcepta
tenet in mente, quæ Iudaicus populus habere non
potuit, dum solum in eis literam attendit.

Pro Ecclesia Christus seruus factus.

28. **G**ENES. 29. *Seruiuit Iacob septem annis pro Ra-
chel, & videbantur illi dies pauci pro amoris ma-
gnitudine.* RVPERT. Quod seruiuit Iacob pro Ra-
chel septem annis, id significat quod Christus pro
Ecclesia seruituti se subiecit: vnde Apostolus: [Qui
cum in forma Dei esset, &c. semetipsum exinanuit
formam serui accipiens.] Seruire mundo fuit poenit-
entiam agere: & poenitentia baptismò baptizari
propter peccata mundi, vt iuxta prophetam illa proi-
ceret in profundum maris. Seruire mundo fuit, in
crucem ascendendo, seruilia portare onera sæculi, id
est, super se tollere peccata mundi, quibus erat gra-
natus. Huius seruitutis merces Rachel, id est, Eccle-
sia fuit. GLOSS. ORD. VICT. MARTYR. Serui-
tutem Iacob septem annorum præsentis vitæ tempus
significare dicit, in quo Dominus serui formam ac-
cepit, obediens patri vsque ad mortem. Iacob ergo
seruiuit, quia filius hominis non venit ministrari,
sed ministrare. Pro Rachel autem seruiuit, & suppo-
nitur ei Lia: Lia enim maior natu synagogam signifi-
cat quæ oculis lippa dicitur: quia lex per Moysen
data, cooperta est, & signata; Rachel autem minor, &
pulchra, quæ prior sterilis fuit, post secundam, Eccle-
siam significat quæ tempore posterior, & sancta cor-
pore, & spiritu, cuius oculi decori, quia Euange-
lium videre meruit: vnde ei dictum est. [Beati oculi
qui vident quæ vos videris.] Supponitur ergo ei Lia,
quia Christus vt Ecclesiam sibi assumeret, prius sibi
synagogam coniunxit.

Ecclesia domus Christi ditatur.

29. **G**ENES. 30. *Iustum est vt aliquando provideam
domui meæ.* RVPERT. Domus Christi est, do-
mestica eius familia, quæ altari deseruit, id est, ordo
Apostolicus, Sacerdotalis atque Leuiticus: qui prius,
id est, in primitiua Ecclesia gratis seruiuit, annunciâs
Euangelium regni Dei, & non solum gratis, sed etiã
periculose, recipiendo mala pro bonis, donec Lia pa-
riter & Rachel Christo coniungerentur, id est, vtra-
que vita scilicet actiua & contemplatiua, per orbem
terrarum in fidelibus multiplicaretur. Iustum igitur
fuit, Christum aliquando provideam domui suæ, id
est, de regum palatiis, de principu thesauris ac præ-
diis suas Ecclesias ditare, vt esset vnde haberet suffi-
cientiam in sumptus necessarios altari seruientium,
in vsus pauperum, ac peregrinorum, in restauratio-
nes Ecclesiarum, ac cœmeteriorum.

In Ecclesia multa bona.

30. **G**ENES. 35. *Dederunt ergo ei omnes Deos alienas,*
&c. AMBROS. Vbi iubetur habitare patriar-
cha,

cha, vbi aram facere Deo qui apparuit ei, ibi Deos accepit alienos, ibi abscondit eos sub lentisco, vt alia litera habet, ibi quoque sepulta est Rachel, ibi etiam columnam statuit Iacob supra monumentum eius. Quanta mysteria? Ibi est Ecclesia Dei in qua apparuit Deus, & loquitur cum seruis suis, ibi eripiuntur, & absconduntur simulacra gentium. Fides enim Ecclesie omnē obseruantiam gentilitatis abolenit, & sub lentisco quæ infructuosa est, absconduntur. Quia ibi sunt dii gentium vbi nullus est fructus, ibi in aures gentiliū infodiuntur, vt iam nouam linguam audire affuecant, & veterem perfidie sonum nesciant. Conuenienter quoque sepulta est ibi sancta Rachel, quia omnes qui baptizantur in Christo, conspeliuntur cum eo, vt Apostolus admonet. Competenter etiam columna statuitur super monumentum Rachel, quia Ecclesia est columna & firmamentum veritatis. RVPERTVS. Hoc ordine ascendendum est in Bethel, id est, domum Dei, quæ est Ecclesia. Primum pristinos abdicare errores, & vnus veri Dei profiteri fidem: quod est auferre Deos alienos. Deinde baptizari in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quod est mundari ac ambulare in nouitate vitæ, quod est vestimenta mutare. Significant autem in aures false doctrinæ phaleras sermone nitidas, sed sensu veritatis vacuas, quas oportet etiam abdicere. Terebinthus autem arbor, resinam generans, lignum crucis, quod virtutis est optimæ; significat, subter quam omnia peccata nostra sepeliuntur, vt eorum vltra nullum vestigium reperitur.

Ecclesia latatur ob conuersionem Iudeorum.

31. GENES. 45. *Gaius est Pharaon, & omnis familia eius, &c.* AMBROS. Vnde hæc humanitas barbaro, nisi quod illud ostendebatur mysterium quod non inuidet Ecclesia cum redimuntur Iudæi, & populus Christianus hac adiunctione latatur, & quibus potest subsidiis iuuat, & mittit euangelizantes regnum Dei, quo maturius euocentur. RABAN. Magna enim sine dubio deuotio est Ecclesie gentium, quod Israeliticus populus ad fidem Christi veniat: qui si conuertantur, & fidei participes extiterint, promittit spirituales opes virtutum, & gratiam Spiritus sancti, quam nemo qui perfecte accipit, indignitas boni laborabit. INTERT. Sed & typum gerit Pharaon gentilis populi, qui gauisus est in fine orbis de Iudaici populi conuersione. *Imperat autem Pharaon fratres Ioseph onerare iumenta, & Christus imperat, infidelibus Euangelium prædicari.* Sunt namque iumenta, figura gentilis populi, qui ignobilis, postquam sponte subiit onus Christi. *Quod autem iubentur ire in terram Chanaan, & patrem tollere,* perinde est ac si dicatur: conuertite ad fidem Iudeorum perfidiam, & quod eis dare promittit, omnia bona Egypti, & medullam terræ, copiam diuinarum significat scripturarum, quibus gentes abundant, & suauitatem spiritualis intelligentiæ, modo nihil de sua dimittant supellectili, hoc est, de veteri Testamento. AMBROS. s. super cap. 46. Genes. Vocatur ergo à filiis suis Iacob, id est, à Petro, Paulo, & Ioanne populus Iudeorum inuitatur ad gratiam. Ipse quoque Deus noster proprio eum hortatur oraculo, vt ad Ecclesiam Dei transeat, & qui ante intra Iudææ terminos coarctabatur angustos, ad populum Dei migret, dicens: *Faciam te in gentem magnam, &c.*

Ecclesia à Patre donata Christo Domino.

32. GENES. 48. *Do tibi partem vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorhai in gladio, & arcu meo.* AVGVST. Ioseph quadam præcipua significatione Christum præfigurauit: & ei datur illa terra

vbi Iacob disperdiderat obruendo Deos alienos, vt Christus intelligatur, possessurus gentes diis patrum suorum renunciantes, & credentes in eum. EVNERIVS. Hæredem ergo honorum operum sanctus Ioseph præ cæteris eligit, cuius opera fratres æquare non poterant: & ideo locum stupris & flagitiis vacantem ad incolatum sanctorum, verbis caelestibus & gladio capiens spirituali, vt vbi habitatores antea lasciuia, & principes luxuria versabantur, vbi fuerunt incentiua libidinis, & fomenta nequitie, ibi nunc sancti Sacerdotes magisteria doceant castitatis, & plurima virginalis integritatis exempla quodam supernæ lucis fulgore resplendant. BERNARD. in sententiis. An pars tua sumus nos Domine Iesu, quam tulisti de manu Amorhai in gladio, & arcu tuo? Gladius tuus sermo viuus, & efficax, arcus tuus incarnatio tua: ibi enim veluti incarnatio sapientiæ ligno, & piæ quodammodo flexa diuinitate neruus carnis vehementer extensus, & humanitas ineffabiliter aucta cognoscitur. [Pars ergo tua sumus & populus acquisitionis tuæ.] quam acquisisti verbo prædicationis, & mysterio incarnationis.

Ecclesia portus securus.

GENES. 49. *Zabulon in litore maris habitabit, & in statione nauium pertingens usque ad Sidonem.* AMBROS. Zabulon liberatio à nocturnis interpretatur: quod est proprium eius qui sperat in pennis Domini, quem circumdat veritas eius, ne timeat à timore nocturno, & à negotio perambulante in tenebris. Hic ergo Zabulon iuxta mare habitabit, vt videat aliorum naufragia, ipse immunis à periculo, spectet alios fluctuantes in freto huius mundi, qui circumferantur omni verbo doctrinæ: ipse fidei radice immobilis perseverans. Sicut est Sacrosancta Ecclesia radicata, & fundata in fide, spectans hæreticorum procellas, & naufragia Iudeorum, quoniam gubernatorem quem habuerant, abnegarunt. Iuxta fluctus itaque habitat, non fluctibus commouetur, magisque ad subueniendum parat aquam periculo obnoxiam, vt si qui tempestatibus acti grauibus, confugere ad portum velint, præsto sit Ecclesia tanquam portus salutis, quæ expansis brachiis in gremium tranquillitatis suæ vocet periclitantes, locum fidei stationis ostendens. Ecclesie igitur in hoc seculo tanquam portus maritimi distula occurrunt laborantibus, dicentes esse credentibus refugium præparatum, quo ventis quæsiata nauigia possunt subducere. In his Ecclesiis sunt principes Zabulon, & principes Nephtalim, vt dicitur in Psalmo, quorum alij liberatores sunt à tempestate nocturna, clamantes, Abiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Alij latitudinis Apostolicæ, qui possunt dicere: [Os nostrum pater ad vos o Corinthij: cor nostrum dilatatum est.] Ipsi sunt isti qui cum essent in tenebris, lucem viderunt magnā, sicut propheta testatur: [Terra Zabulon, & terra Nephtalim, via maris trans Iordanem, populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, &c.]

Ecclesia præstantior Synagoga.

EXOD. 2. *Ecce autem descendebat filia Pharaonis, &c.* AVGVST. Sicut Moyses à matre sua proiicitur, & à filia Pharaonis inuenitur, atque suscipitur: sic & Christus à Synagoga, de qua natus est, repudiatur, & ab Ecclesia inuenitur, atque suscipitur. ORIGEN. Quæ quamuis impium & iniquum habeat patrem, tamen dicitur ad eam: *Audi filia, & vide, &c. & obliuiscere populum matris, & domum patris tui.* AVGVST. Quod autem diabolus pater eius antea fuerit, Dominus ostendit, dicens. [Vos ex patre

ex patre diabolo estis.] Qui ergo dicit: *Audi filia,* pater est, & ille qui admonetur obliuiscendus, pater etiam nominatur, ac si Deus pater admoneret, vt diabolum patrem derelinquat. ORIGEN. Hæc ergo filia est quæ exiit de domo patris, & venit ad aquas, vt lauaretur à peccatis, quæ contraxerat in domo patris sui, quæ etiam statim viscera misericordiæ suscipit, & miserationem infantem. PERSPER. Descendens ergo filia Pharaonis lauari in flumine, cuius noster Moyses per lignum consecraverat aquas, agnouit quod de infantibus Hebræorum esset, eumque suscipiens, educavit vt filium. Quia abluta Ecclesia spirituali vnda, depouit superbiam, suscipiensque quasi grandis paruulum, & per humilem gratiam quæ filia erat, Christi efficitur mater.

Idem.

35. EXOD. 2. *Surrexitque Moyses, & defensis puellis adagauit onus earum.* CYRILLVS. Mysticè. Relicta Christus synagoga, vnde natus erat, ad multos gentium greges scilicet contulit, quos peruersi pastores infestabant, hoc est, huius mundi rectores, ac principatus: quos tamen greges Christus seruaui, nec tantum seruaui: sed falorum pastorum, imo luporum rabiem vlciscens, greges suos aqua in vitam salientem, hoc est, caelesti prædicatione & gratia, potauit. Sequitur: *Acceptique Sephoram filiam eius.* AVGVST. Serm. 86. de tempore. Moyses dereliquit populum suum, & in longinquis regionibus Ethiopia coniungitur: & Christus derelicto populo Iudeorum, in extremis regionibus Ecclesie sociatur, illi vtique quæ dicit, à finibus terræ ad te clamaui, quæ Christo sociata dicit etiam in canticis: [Nigra sum, sed formosa.] nigra per naturam: formosa, per gratiam: nigra originali peccato; formosa, baptismali sacramento.

Ecclesia, persecutionibus non consumitur.

36. EXOD. 3. *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat quod rubus arderet, & non combureretur.* ISIDORVS. Aliqui in rubo flammante non vrent, Ecclesiam intelligunt, in qua Dominus loquitur. Quæ quidem persecutionibus inflammatur, non autem consumitur. Quod vt Dominus Moysi in eodem rubo apparuisse legitur, non alibi ostenditur, quod in Ecclesia, credentibus apparet, non alibi. Sequitur: *locus enim in quo stas, terra sancta est.* AMBROS. lib. 10. epist. 82. Stare igitur in corde vestro ne quis vos subruat, nequis possit subuerrere. Docuit nos Apostolus quid sit stare: nemo enim stat, nisi qui fide stat, nisi qui fixus stat sui cordis conscientia. Alibi quoque legimus: [Tu autem hîc sta mecum.] Deut. 5. Vtrumque à Domino dictum est Moysi, vbi tu stas, terra sancta est: & hîc sta mecum. Hoc est, mecum stas, si stes in Ecclesia: ipsa enim locus est sanctus, ipsa terra fecunda sanctitatis, & optima virtutum messibus: sta ergo in Ecclesia, sta vbi tibi apparui, ibi ego tecum sum. Vbi est Ecclesia, ibi firmissima statio tuæ mentis est: tibi fundamentum animi tui, vbi tibi de rubo apparui. Tu rubus, ego ignis in rubo. Ego in carne propterea ignis, vt tibi luceam, vt tuas spinas, & tua peccata consumas, & meam tibi demonstrem gratiam.

Ecclesia præstantior synagoga.

37. EXOD. 4. *Filius meus primogenitus Israel.* HERON. super Isaiam cap. 1. Quod si superbierit Israel audiciens se esse primogenitum: intelligat primogenitum idcirco se dici, quia secundi filij significantur ex gentibus. Non enim appellatur vnigenitus, qui excludat cæteros fratres, sed primogenitus vt

monstret & alios sequuturos: & tamen iuxta mysteria scripturarum non primogeniti accipiunt hereditatem, sed secundi. Primogenitus fuit Cain, sed Abel munera placuerunt Deo. Primogenitus Ismael, sed Isaac accepit hereditatem. Primogenitus Esau, sed benedictionem patris Iacob supplantator præripuit. Primogenitus Ruben, sed tamen benedictio feminis Christi transfertur ad Iudam. Itaque Iudæi iuxta vocationis ordinem primi fuerunt, & appellantur caput, nos secundi qui dicebamur cauda, versi sumus in caput, & Dei appellamur filij. [Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.] Nec accepimus spiritam seruitutis in timore, sed spiritum adoptionis in quo clamamus, Abba Pater. Quia perfecta dilectio, foras mittit timorem. RVPERT. Iuxta quidem comparatione populo illi pro parte electorum concedimus omne priuilegium primogeniti, quibus, vt Apostolus dicit, credita sunt eloquia Dei, [quorum est adoptio filiorum, & gloria, & testamentum, & legistatio, & obsequium, & promissa: quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula.] Verum dum primogenitus iste iuniori fratri inuidet, & odio eius cæcatus, offendit in lapidem offensionis, & petram scandali, intrare non vult in domum patris, pro eo quod frater suus venit: & pater latus, vitulum saginatum occidit illi: vbi inquam sic agit primogenitus, talem illum fatemur primogenitum qualis fuit Cain, Ismael, & Esau.

In Ecclesia perseuerandum.

38. EXOD. 12. *Nullus vestrum egredietur ostium domus suæ usque mane, &c.* RVPERT. Et hoc nobis vigilantissime obseruandum est, vt vsque mane, id est, vsque ad finem huius nostre nocturnæ vitæ, intra catholicæ Ecclesie, vel religionis claustra maneamus. Neque per hæreses, vel schismata tumultuando foras erupisse quis inueniatur. Nam quisquis foris fuerit inuentus, reputabitur Aegyptius, & cum Aegyptii pariter pertransientis Domini flagello percussus erit.

Ecclesia Synagoga præstantior.

39. EXOD. 16. *Ascendens coturnix, cooperuit castra: mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum.* CYRILLVS lib. 3. super Ioan. cap. 34. De coturnice quidem dicitur, quod castra operuit, de manna verò quod iacuit per circuitum castrorum. Legalis enim disciplina quam per coturnicem intelligimus, figuris atque vmbis Iudeorum populum contegit. Velum enim in corde ipsorum, vt ait Paulus, positum est. Verum autem quod de cælo descendit manna, id est, Euangelica doctrina, non in Hebræorum congregatione, atque synagoga, sed per circuitum castrorum, in omnibus videlicet gentibus, rutilauit. In omnem terram, intellectualis manna gratia fusa est.

Ecclesia mater secunda.

40. EXOD. 13. *Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua.* RVPERT. Nam postquam nos Angelus ille præcessit, & in cælum ascendens, dona sancti Spiritus hominibus dedit, non est in hac terra quam ille sanguine suo rigauit, quæ sit infœcunda verbo Dei, & sterilis ab operibus bonis. In omni loco mater Ecclesia, spirituales filios parit, & de mortuis viuos in vitam æternam regenerando parturit. Vnde Propheta: [Lauda, inquit, sterilis, quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij deferræ magis quam eius quæ habet virum.]

Ecclesia per mensam & per candelabrum significatur.

41. EXOD. 25. Facies & candelabrum ductile ex auro purissimo. B E D A. Candelabrum tabernaculi, sicut & mensa, vniuersalem presentis temporis Ecclesiam significant. Idco namque sunt ante velum, intra quod arca Testamenti posita est, quia nec dum ad visionem in caelis sui redemptoris meruit intronitari. Sed mensa est, quia his qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, victum quotidie caelestem, ne tentationibus deficiant, impendit. Candelabrum est, quia iter lucis errantibus ostendit. Hastile candelabri, ipse est, caput Ecclesie, mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, de cuius corpore quod nos sumus quasi de calamis ex hastili procedentibus dicit Apostolus, ex quo totum corpus per connexus & coniunctiones subministratum, & constructum crescit in augmentum Dei. Sequitur: Tres calami egredientur de lateribus, tres ex uno latere, & tres ex altero. Quia & ante & post incarnationem Dominicam, terni fuere gradus eorum, qui fideliter in Ecclesia Domino seruirent, coniugatorum videlicet, continentium, & rectorum, quorum distantia Ezechiel Propheta mystice descripsit, dum veniente plagarum articulo, tres tantummodo viros, Noe videlicet, Daniel & Iob liberandos esse praedixit. In Noe namque, qui arcam in vndis rexit, praepositos Ecclesie. In Daniele, qui in aula regia continenter vixit, continentes, sicut virgines. In Iob qui in coniugali vita positus, mirandum cunctis exemplum patientiae praebuit, bonorum vitam coniugatorum ostendit. Item eorundem in nouo Testamento distantiam Dominus sub figura insinuat eorum qui in lecto, in agro, in mola reperiendi sunt in die iudicij, de quibus singulos dicit assumendos, & singulos relinquendos. Namque in lecto, quies continentium, in agricultura, industria praedicantium, in gyro molae, labor exprimitur coniugatorum: & quia in omnibus his gradibus quidam eligendi, quidam vero reprobandi sunt: recte de singulis dicitur, quia vnus de duobus assumetur, alter vero relinquetur.

Ecclesia militans, & triumphans.

42. EXOD. 26. Tabernaculum vero ita facies, &c. B E D A. Tabernaculum quod fecit Moyses in solitudine, sicut & templum quod fecit Salomon in Ierusalem, statum sanctae vniuersalis Ecclesie designat, quae partim iam cum Domino regnat in caelis, partim in presenti adhuc vita peregrinatur a Domino: tabernaculum praesentis aedificium Ecclesie, quo quotidie in laboribus exercetur, templum vero futurae requiem designabat. Vnde tabernaculum Moyses in via, qua ad terram promissionis cum populo pergebat, condidit, Salomon autem templum in Ierusalem, id est, in visione pacis. Tabernaculum in solitudine. Quoniam hic quidem Ecclesia in labore, & arumna vitae labentis, in siti, & esurie regni perennis aedificatur: illic autem in visione, ac perceptione verae pacis, consummatur. Vnde bene in templi constructione, dictum est quod [malleus, & securis, & omne ferramentum, non sunt audita in eo] cum aedificaretur, quia videlicet in pace supernae beatitudinis non est tribulationibus nostra examinanda fides, aut vita probanda, sed quae in praesenti iam seculo castigata, & caelestibus erat sedibus regulariter aptata, ibi glutine & vinculis mutuae charitatis in conspectu sui conditotis adinuicem copulanda.

Ecclesia per totum orbem diffusa.

43. EXOD. 32. Faciamque te in gentem magnam. Hoc dictum (ait THEODORUS) gentes in Christum

creditas praesignauit. Quod enim tunc minime factum est, post Christi Domini aduentum praestitum est: BERNARDUS Serm. 30. in cantu. Moyses quidem renuit fieri in gentem magnam, ob nimiam dilectionem qua illi populo fortiter deunctus tenebatur, & quoniam non requirebat quae sua sunt, sed Dei honorem, & non quod sibi vile foret, sed quod multis. Ego autem consilio secretiore puto hoc munus pro sui magnitudine, diuinitus seruatum sponsae, vt ipsa potius, & non Moyses mitteretur in gentem magnam. Non enim oportebat amicum sponsi praeripere sponsae benedictionem: & propterea non quidem Moyses, sed noua sponsa cui dicitur: [Ite in vniuersum mundum, & praedicate,] &c. Ipsa inquam prorsus missa est in gentem magnam, num in maiorem potuit quam in vniuersitatem: Vide, nu. 45.

Ecclesia stabilitas.

44. EXOD. 33. Est locus apud me, & stabis supra petram: cumque transferi gloria mea, ponam te in foramine petrae, & protegam manu mea, &c. A V G V S T. quest. 154. super Exod. Quis natura locus non penes Deum est, qui nunquam est absens? Sed Ecclesiam significat tanquam templum suum commendans. & stabis, inquit, super petram. [Quia super hanc petram, ait Dominus, aedificabo Ecclesiam meam.] & cum transferi gloria mea, quia post transitum Christi, id est, post passionem, & resurrectionem Christi, sicut populus fidelis super petram. Ponam te in foramine petrae, munimen firmissimum significat: & protegam manu mea: hoc enim factum est in Israelitis qui crediderunt in Dominum Iesu, statim vt transit eius gloria. Nam posteaquam resurrexit a mortuis, & ascendit in caelum, compuncti sunt corde multi ex eis qui crucifixeraunt Dominum: quem si cognouissent, nunquam crucifixissent.

Ecclesia unitas.

45. EXOD. 39. Feceruntque tunicam superhumeralis coram hyacinthinam, &c. ISIDORVS. Tunica haec talaris a capite, vsque ad plantas demissa, Ecclesia Christi est, vsque ad finem temporum permanitura. Eratque tota hyacinthina, vt omnis Ecclesia quae sursum sunt, sapiat, & tota ad amorem caelestium surgat. Mala autem punica in inferioribus posita eiusdem Ecclesie unitatem declarant. Nam sicut in malo punico, vno exterius cortice, multa interius granula coniunguntur, sic innumeros Ecclesie sanctae populos unitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritum tenet. Tintinnabula vero sonantia, Prophetarum & Ecclesie doctores sunt, quorum lingua, doctrinae scientiam resonans, transit vtrasque partes Legis, & Euangelij. Haec tintinnabula, de extremo vestimento sonant, vt de fine mundi, & de vita futura disputantes, nunquam fileant, & voces praedicationis habeant, ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendant.

Ecclesia per totum orbem diffusa.

46. NUMER. 14. Te autem faciam principem super gentem magnam, & fortissem quam haec est. ORIGEN. Hom. 8. Communitio haec, non est iracundia, sed prophetia. Assumendus enim erat populus nationum, sed non per Moysen. Excusauit ergo se Moyses. Sciebat enim quia gens quae promittitur, non per se vocanda erat, sed per Iesum, nec Mosiacus, sed Christianus populus erat appellandus. Maior & fortior populus promittitur, vt patet in martyribus. & cap. 23. Ecce populus vt leana consurget, & quasi leo erigetur. INTERL. Populus qui nascetur, quem fecit Dominus. ORIGEN. Hom. 16. Alia litera: Ecce populus sicut carulus

carulus leonis exurget, & sicut leo exultabit. Videtur describere confidentiam populi in Christo credentis, & libertatem quam habet in fide, & exultationem qua gerit in spe. Comparatur enim carulo leonis, cum tendit ad perfectionem latus & velox: leoni vero, cum iam obtinet quae perfecta sunt. Sicut enim leo, & carulus leonis nullum animal timent, sed cuncta sunt eis subiecta: ita perfectus Christianus qui tollit crucem suam, & sequitur Christum, dicens, [Mihi mundus non sunt, inuitans eum qui leo de tribu Iuda, & carulus leonis dicitur.]

Ecclesia praestantior synagoga.

47. NUMER. 26. Numerate omnem suam filiorum Israel, &c. GLOSS. ORD. Iterum populus numeratur, & Leuitae, vt interfectis primis carnalibus, nouus populus Dei censetur, qui per Iordanis baptismum transeat, & caelestis hereditatis repromissionem accipiat. ORIGEN. Hom. 26. Reprobatur prior populus qui est in circumcisione, & introducit secundus de praepotio, qui paternam hereditatem consequitur, non a Moysen, sed ab Iesu. Moyses enim si dat aliquibus hereditatem, non iuxta Iordanem, quem nec transit omnino, extra dat terram non fluentem lac, & mel, sed pecoribus aptam, muta animalia, & irrationabilia melius quam homines nutrienda: Iesus vero meus secundo populo terram dat lacte & melle manantem, imo quae est fauus mellis praeter omni terra: ait enim: [Istis diuidetur terra. Idem ORIGEN. Hom. 22. Iesus est qui transit aquas Iordanis, & in ipsis quodammodo iam tunc populum baptizat: ipse est qui terram sanctam partitur vniuersis, non priori populo, sed secundo. Prior enim pro peccato suo cecidit in Deserto. Temporibus Iesu quiescit terra a bellis, non temporibus Moysi. Sed de Iesu Christo dictum est, non de Iesu filio Naue: & vtinam terra mea cesserit a bellis, & cessaret si sub Iesu meo principe fideliter militarem, &c.

In Ecclesia tantum acceptabile sacrificium.

48. DEUT. 12. Case ne offeras holocausta tua, in omni loco quem videris, sed in eo quem elegerit Dominus. GLOSS. ORD. Occasionem amputat idolis sacrificandi. Ideo enim praecipit in templo ad altare Domini hostias offerre, vt vbi integra est religio, ibi cultus congruus exhibeatur. Mystice autem innuit, nullum manus acceptabile esse Deo extra Catholicam Ecclesiam. Hic enim est locus quem Deus elegit, vt poneret nomen suum ibi, & habitet in eo. & cap. 16. Non poteris immolare pascha in qualibet urbium tuarum, &c. In vna domo Agnus paschalis editur, & in vno loco Pascha immolatur, id est, in Catholica Ecclesia: extra illam non recte pascha celebratur. Vt celebrare mysteria Christi in conuentibus hereticorum.

Ecclesia fortitudo, & diuitia multa.

49. DEUT. 15. Feceris gentibus multis, & ipse a nullo accipies mutuum. Alia litera. Mutuo dabis multis gentibus, tu vero mutuum nihil accipies. GLOSS. ORD. Quasi ditior eris omnibus gentibus. Ecclesia quoque abundat spiritualibus diuitiis, ipsa docet, nec habet necesse doceri. INTERL. Feceris verbum Dei. Sequitur: Dominaberis nationibus plurimis, & in nemo dominabitur. Hoc dixit Christus, [& portae inferi non praeualebunt,] &c.

Ecclesia praestantior synagoga.

50. DEUT. 21. Non poteris filium dilectae facere primogenitum, & praferre filio odioso, sed filium odioso

agnoscat primogenitum, dabitque ei de his quae habuerit cuncta duplicata. GLOSS. ORD. Christus sibi duas uxores coniugij copulauit nomine, populum scilicet Iudaeorum, & gentium. Odiosa est synagoga semper, contentiosa, dura ceruice, incircumcisa corde, dilecta gentilis Ecclesia, sed non potest filium dilectae praferre filio odioso, id est, Ecclesiam de gentibus, & filios eius praferre Apostolis, & aliis primitiuis, qui sunt filij synagoga. Agnoscat odioso primogenitum, dat ei duplicata, quia primitias synagoga filijs dedit legem, & prophetas, & notitiam nominis sui, & primo eis Euangelium praedicauit: hic enim est primogenitus liberorum eius. Apostoli cuncta duplicata susceperunt, qui doctrina & operatione praediti sunt. Alij dabit vt viuat, non vt abundet, sicut Abraham filium ancillae super nationes praefecit, filio autem Sarae non solum temporalia, sed spiritualia accumulauit. & cap. 28. Advena qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior, tu autem descendes, & eris inferior. Aperte significatur abiectio Iudaeorum, & electio gentium. Vnde, [Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.] & alibi. [Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.] & infra, Fructus terra tuae, & omnes labores tuos comedet populus quem ignoras. Tota ceremoniarum vtilitas, ad Ecclesiam translata est, haec abundantia fruitur, Iudaei egestate pereunt. Vnde per Isaiam dicitur: [Serui mei comedent, & vos esurieris.] Substantiam quoque quam Iudaei sibi docendo, & scribendo figuratiter praeparauerunt, Ecclesia sibi conuertit in vium.

In Ecclesia multa bona.

51. DEUT. 32. Constituit eum super excelsum terram. INTERL. Ferunt ibi esse verticem terrae quasi umbilicum. GLOSS. ORD. Palestina quae montuosa, Aegyptus plana, & depressa, Ecclesiam quae virtute & scientia sublimis, significat, in qua comeduntur fructus agrorum, quia ibi germinat semen bonum, id est, Dei Verbum, ibi fructus tricesimus, & sexagesimus, & centesimus, vt quisque pro capacitate sua sufficiat erit comedat: fructus agrorum. INTERL. id est, abundantiam omnium rerum, vt suggereret mel de petra, oleumque de saxo durissimo. GREGORIUS. Hom. 26. in Euangelio. Hoc iuxta historiam factum nusquam legitur, sed de petra, id est, de Christo, mel suxerunt, qui eius facta, id est, miracula, viderunt. Oleum vero de firma petra, licet enim legunt aliqui, vt etiam notat GLOSS. INTERL. quia post resurrectione eius, Spiritus sancti vinctio nem meruerunt. Petra mel dedit, quando adhuc mortalis, miraculorum dulcedinem ostendit, firma petra oleum fudit, quia post resurrectionem impassibilis per afflationem Spiritus sancti donum sanctae vinctio nis donauit, iuxta illud Isa. 10. [Computrescet iugum a facie olei.]

Ecclesia per totum orbem diffusa.

52. IOSVE 2. Qui per gentes ingressi sunt domum meretricis nomine Raab, & quienerunt apud eam. INTERL. Ecclesia scilicet de gentibus congregata, quae ante in desiderijs carnis fornicabatur cum idolis. Vnde, [Meretrices praecedet vos in regno calorum.] ORIGEN. Hom. 3. Raab interpretatur latitudo. Haec est Ecclesia Christi quae ex peccatoribus, tanquam ex meretricatione collecta, dicit Isa. cap. 49. [Angustus est mihi locus, fac mihi locum vbi habitem.] & ad quam etiam dicitur, Isa. 54. [Dilata aedes tuas, & extende tentoria tua.] Haec est meretrix, cui Salomon pacificus, 3. Reg. 3. reddi viuum iussit infantem, illa vero quae mortuum habebat infantem, prioris populi est synagoga; haec autem meretrix, exploratores Iesu suscipit,

fulcipit, & susceptos in superioribus collocat, excelsis scilicet sacramentis. Nemo enim missus à Iesu inuenitur deorsum, & humi iacens, sed in superioribus permanet, sed & meretrix quæ suscipit, ex meretrice fit Prophetes: dicit enim [scio enim quia Dominus tradidit vobis terram hanc.] Vides quomodo olim meretrix impia & immunda, nunc Spiritu sancto repleta est, de præteritis confitetur, de præsentibus credit, de futuris prophætat. Sic Rahab dilatatur, & proficit vsquequo [in omnem terram exiit sonus eorum.] Sequitur: *Signum fuerit funiculus iste coccineus*, &c. Ipsa pannum coccineum ponit in domo sua, per quem saluetur ab excidio ciuitatis, coccineum, scilicet, qui sanguinis formam gerebat. Sciebat enim quod nulli esset salus, nisi in sanguine Christi. Darur etiam ei hoc mandatum: *Omnes qui inueni fuerint in domo tua, saluabuntur.* Si quis ergo saluari vult, veniat in hanc domum, in qua Christi sanguis, in signum est redemptionis. Nam apud eos qui dixerunt: [Sanguis eius super nos, & super filios nostros.] Christi sanguis in damnationem positus est; est enim Iesus in resurrectionem, & ruinam multorum. Ideo contradicentibus signo eius, efficitur sanguis ad pœnam; credentibus, ad salutem. Nemo ergo extra Ecclesiam saluatur. Qui foras exit, mortis suæ reus fit.

Ecclesia præstantior synagoga.

53. **I**OSVE 4. *Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alteo, &c. & sunt ibi vsque in præsentem diem.* GLOSSA MORAL. Per primos lapides allegoricè significatur populus Iudaicus ex duodecim filiis Iacob procreatus, qui nutritus fuit in humore doctrinæ legis, & prophetarum, sed adueniente Christo eiectus fuit ad oblationis ariditatem. Per alios duodecim significatus fuit populus gentilis, qui per prædicationem duodecim Apostolorum conuersus est ad fidem Christi, & ex ariditate infidelitatis translatus est ad humorem gratiæ per gratiam baptismalem.

Ecclesia persecutiones patitur.

54. **I**UDICVM II. *Expletiſque duobus mensibus reuerſa eſt ad patrem suum, & fecit ei ſicut voverat, quæ ignorabat virum.* CHRYSOST. *Hom. de Iepthe.* Adhuc itum Iepthe existimo esse Dominum Iesum, victorem mundi, qui obtulit filiam suam vnicam, id est, Ecclesiam, malis pontificibus & tyrannis tempore persecutionum; iuxta illud: [Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos:] & in martyribus victima vnica oblata est Deo, vt sacrificium acceptabile esset patri ex lucris vngenti, quæ filia virgo est, quæ virum non nouit. Quid enim potest inueniri fortius integritate Ecclesiæ, quæ concipit in incorruptione, & creat in integritate? Plangat autem sexaginta diebus integritatem suam, id est, omnibus diebus suis. Hæc enim Ecclesia, cultoribus suis latitiam non promittit, nec in præſenti seculo securitatem. Quia reuera omnis latitia periculosa est, omnis securitas, casibus plena, omnis iocunditas laqueis impeditur. Nec mittit ad Dominum eos qui in ipsa proficiunt, nisi ex magna tribulatione, nisi ex magno planctu, & fletu, & lacrymis.

Ecclesia præstantior quàm synagoga.

55. **R**EGVM 4. *Cecidit de sella reuorsum, & mortuus est.* INTER. Mysticè. Transiunt arca Domini ad gentes, perit sacerdotium Iudeorum. GLOSSA ORD. Et ruente Heli de sella Pontificis, sedes remanet vacua, & gloria Sacerdotis est extincta. Moritur Heli, moriuntur & filij, quia desicit pontificatus cum sacerdotio veteri. Sed nota quod vxor

sacerdotis non ante interiit quàm virum peperit, nec synagoga ex toto interiit, antequam primitiua Ecclesia, quæ ex ipsa erat, crederetur. 1. Paralip. 5. *Ruben fuit primogenius Israel, sed cum violasset vxorem patris sui, data sunt primogenia eius filiis Ioseph filij Israel, & non est ille reputatus in primogenitum.* GLOSSA ORD. Per hoc significatur ruina populi prioris, qui vt primogenitus debebat sacerdotium & regnum accipere, sed quia maculauit stiracem patris sui, id est, corpus Christi, in quo erat plenitudo diuinitatis, in cruce suspendit, & occidit, primogeniti dignitas, ad spirituales Ioseph, id est, Christum & Ecclesiæ populum, translata est, ad quem Pater: [Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.]

Ecclesia status sex à Christo locupletati.

56. **P**ARALIP. 22. *Ecce ego in paupertate mea dicebat David preparauit impensas domus Domini, aurum talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum, aris vero, & ferri non est pondus, &c. ligna & lapides, &c. & Christus paupertate sua Ecclesiam ditauit.* LYRANVS. Per aurum significantur Ecclesiæ rectoris, quia sicut aurum excellit alia metalla: sic debent esse popularibus meliores. GREGOR. Tantum transcendere debet actionem populi, actio præfuls, quantum distat à grege vita pastoris. Per argentum intelliguntur sacræ scripturæ doctores, & prædicatores, qui tanquam argentum debent esse vita mundi, & eloquentia sonori: Per æs vero quod est solidum, & sonorum, intelliguntur simplices clerici, & religiosi, qui debent esse in fide solidi, & in diuinis laudibus sonori; per ferrum vero principes & milites designantur. Nam per ferrum ab eis Ecclesia defendatur. Per ligna vero cedrina quæ sunt alta, significantur contemplatiui, per lapides autem qui sustentant alia, significantur actiui. Nam eorum labores alias partes Ecclesiæ sustentant.

Ecclesia domus Dei est.

57. **P**ARALIP. 2. *Decreuit autem Salomon edificare domum nomini Domini, & palatium sibi.* GLOSSA ORDIN. Ecclesia quam Christus edificauit, & domus Dei est, quam perenniter inhabitat, & palatium cælestis regis Christi, in quo gloria suæ magnitudinem cunctis generationibus ostendit. 2. Paralip. 9. *Fecit quoque rex solium eburneum grande, & vestiuit illud auro mundissimo, &c.* INTERL. id est, Ecclesiam, in qua iustus pacificus regnat, & iudicat. *Eburneum*, quia castitate decoratur Ecclesia. Elephas enim temperans est, & non vitur coniuge secunda. *auro mundissimo.* Quia splendore gratiæ suæ facit in Ecclesia splendescere, cum signis & miraculis præsentiam suam ostendere, *Ecce ego vobiscum sum*, &c. Per sex gradus intelligitur perfectio bonorum operum. GLOSSA ORD. Sex enim diebus fecit mundum Deus, & perfectis operibus ad cælum ascenditur. *Scabellum aureum*, id est, sanctos, virtutum splendore fulgidos, in quibus habitat Deus, quia anima iusti, sedes Dei est. *Brachiola duo altriussecus.* GLOSSA ORDIN. Quia sancti patres quidquid boni fecerunt, non sibi, sed Deo deputauerunt. vnde dicunt: [Non nobis Domine, non nobis, sed nominati tuo da gloriam.] In 3. Regum ita: [& duæ manus hinc & inde tenentes sedile.] GLOSSA ORD. Hæc sunt solatia diuinæ gratiæ, quæ Ecclesiam prouehunt ad regnum cælestis: vel quod non nisi per diuinum adiutorium aliquid boni potest perfici. vnde Dominus: [Sine me nihil potestis facere.] & duo leones stantes iuxta brachiola. INTERL. Animo fortes sibi, & aliis dominantes debent esse. & duodecim leuiculus ex vna parte, & altera ascensus, qui, vt ait INTERL. est Apostolica

Apostolicæ doctrinæ protectio. *Non fuit tale solium in vniuersis regnis.* GLOSS. ORD. Quia de Ecclesia scriptum est: [Fortitudo, & decor indumentum eius. & multæ filiae congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.]

Ecclesia primitiua stornit.

58. **E**SDRÆ 3. *Plurimi etiam de Sacerdotibus, & Leuitis, & principes patrum, & seniores qui viderant templum prius cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna, & multi vociferantes in letitia eleuabant vocem.* GLOSS. ORD. Flebant scilicet cernentes quantum pauperies illius temporis à magnifica quondam Salomonis potentia, quæ prius templum fundatum est, distaret, quod pro suis delictis nouerant esse destructum, cuius nec magnitudinem, nec decorem æquiparare valebant. Applicata ad virtutem primitiue Ecclesiæ, respectu cuius quæ in præsentem est.

Oratio in Ecclesiæ calamitate.

59. **E**SDRÆ 5. *Dominator Domine (aiebat Esdras rogans pro populo) ex omnibus multiplicatis populis acquisisti tibi vnum populum, & ab omnibus probatam legem donasti huic quem desiderasti populo, & nunc Domine, vt quid tradidisti vnum pluribus, & disperdidisti vnicum tuum in multis, & conculcauerunt eum qui contradicebant sponſionibus tuis, qui que tuis testamentis non crederent: & si odiens odisti populum tuum, tuis manibus debet castigari.* Applicata pro calamitatibus Ecclesiæ, quando à Barbaris, vel hæreticis infestatur, & superatur in præliis. Quis dubitat quin defendet suam Ecclesiam qui dicit, 4. Esdra 9. *seruauit mihi acinum de botro, & plantationem de tribu multa.* Percat ergo multitudo quæ sine causa nata est, & seruetur acinus meus, & plantatio mea. quia multo labore perfecti. Sanguine enim meo eam acquisiui. Verè Christo dicere possumus illud, *Tob. 6. Tibi debetur omnia substantia eius.* Si sponsa hæc diues est, omnia à te habet. Vnde Apostolus [Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, mundans eam,] &c. sine macula, & ruga.]

Ecclesia synagogam ne despiciat.

60. **G**ENES. 16. *Remertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu ipsius.* RABAN. Legi in quodam tractatu, per Sarai vxorem Abraham Ecclesiam primitiuam interpretatam: per ancillam autem, Ecclesiam ex gentibus, quæ postquam cœcepit verbum fidei, desepxit sterilitatem synagoga. Quod autem Angelus admonuerit Agar redire ad dominam suam, & humiliari sub manu ipsius, significare Apostolicam doctrinam admonuisse gentes ne superbirent contra Iudaicam plebem. Vnde dicit Apostolus *Rom. 11.* [Noli gloriari aduersus ramos, quod sit tu gloriaris, nõ radicem portas, sed radix te:] & item: [Si Deus naturalibus ramis non peperit, ne forte nec tibi parcat,] sed hæc iudicio Ecclesiæ relinquimus.

Ecclesia Christi libera.

61. **G**ENES. 47. *Præter terram Sacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis, &c.* RABAN. Quod terra Sacerdotum vendita non est, significat terram Ecclesiæ in qua veri Sacerdotes sunt, liberam esse à censu mundiali, quæ à verbo diuino indefinenter patitur, nec damnũ famis spiritalis vllum sustinebit. Egyptij autem semetipsos Pharaoni vendiderunt, hominis enim voluntas est iniqua, cum anans terrena, despicit caelestia, & propter auaritiam se subicit diabolo. Sed & emptio Ioseph qui frugibus emit terram Egypti, significat Christum, qui doctrina sua &

sanguinis pretio vniuersum mundum redemit.

Quomodo sancta Ecclesia in terris à Domino construatur.

62. **I**SAIÆ 54. *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris: ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes iermos tuos in lapides desiderabiles.* S E L I O. Lapides in Ierusalẽ Dominus sternit, cum fideles quosque in apertis officiis in Ecclesia disponit. Fundat in sapphiris qui sunt aerei coloris, cum iustos vitam caelestem ducentes sustentamentum aliorum constituit: iaspidem ponit propugnacula, qui est viridis coloris; quia illi qui in fidei viriditate consistunt, & nulla persecutione fuscantur, sunt aliorum in sancta Ecclesia defensores: lapides sculpsi portæ dicuntur, quia illi qui quod predicant verbis, factis ostendunt, verè sunt aliorum introductores ad vitam. Hi verè sculpsi sunt qui quod verbis annunciant, in seipsis per bonam operationem demonstrant. Hi lapides desiderabiles terminari ponuntur Ecclesiæ, quia in omnitempore vel loco placent ei iusti in officiis Ecclesiæ fideliter laborantes.

A suis rectoribus Ecclesia spiritualiter impugnatur.

63. **D**ANIEL. 13. *Egressa est iniquitas à senioribus iudicibus qui videntur regere populum tuum.* BERNARD. Non est iam dicere: sicut populus sic Sacerdos, quia nec sic populus vt Sacerdos. Heu heu Domine Deus. Ipsi sunt in persecutione tui, primi, qui videntur in Ecclesiæ tua primatum diligere, gerere principatum. Arcem Sion occupauerunt, apprehenderunt munitiones, & vniuersam deinceps liberæ & potestati tradunt incendio ciuitatem. Misera eorum conuersatio, plebis tuæ subuersio est. Atque vitam nunc sola hac parte nocent. Nunc autem & dati sunt sacri gradus in occasione turpis lucris, & questum existimant pietatem. Copiosissima quidem pietatis inueniuntur in suscipienda, imo accipienda animarum cura: Sed hæc apud eos cura minor, & de animarum salute, nouissima est cogitatio; iniquè agunt etiam carceri contra Christum, multi que sunt nostris temporibus Antichristi. Hæc videt Christus, & silet: hæc Saluator patitur, & dissimulat. Propterea dissimulemus nos necesse est, & sileamus maxime de prælatis nostris, magistris Ecclesiarum.

Quod Ecclesia sit vna.

64. **C**YPRIANVS de simplicitate prælatorum. Ecclesia vna est quæ in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur, quomodo solis radij multi, sed lumen vnum, & rami arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatum, & cum de fonte vno riuu plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur, exundantis copia largitate, vnitas tamen seruat in origine. Auelle radium solis à corpore, diuisionem lucis vnitas non capit. Ab arbore fræge ramum, fructus germinare non poterit. A fonte præcidit riuum, præcisus arefcet. Sic & Ecclesia Domini luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit; vnum tamen lumen est, quod vbiq; diffunditur, nec vnitas corporis separatur. Ramos suos in vniuersam terram copia vberitatis extendit, proficentes largiter, riuos latius expandit, vnum tamen caput est, & origo vna, & vna mater fecunditatis succellibus copiosa. Illius factu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur. Adulterari non potest sponsa Christi; incorrupta est, & pudica. Vnam domum nouit, vnus cubiculi sanctitatem casto pudore

castodit. Hæc nos Deo seruat. Hæc filios regno quos generauit, assignat.

Ab Ecclesia impij, non probi, discedunt.

65. IDEM ibidem. Gratulandum cum lupi & bestia de Ecclesia separantur, ne columbas, ne oues Christi sana sua & venenata contagione prædentur. Cohærere & cõiungi non potest amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum serenitate, pugna cum pace, cum fecunditate sterilitas, cum fontibus siccitas, cum tranquillitate tempestas. Nemo putet bonos de Ecclesia discedere. Triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatam procella subuertit; inanes paleæ tempestate iactantur; inualidæ arbores, turbinis incurfione euertuntur.

Ecclesia immaculata seruanda.

66. CYPRIANVS ex sententijs Episcoporum concilij Carthaginensis. Si maritus peregre proficiscens, amico suo commendat uxorem suam custodiendam; commendatam sibi ille quanta possit diligentia conferuet, ne ab aliquo sanctitas & castitas adulteretur: Christus Dominus, & Deus noster, ad patrem proficiscens, spõsam suam nobis commendauit: utrumne eam incorruptam & inuolatam custodiamus, an integritatem eius & castitatem mœchis & corruptoribus prodemus?

De vnione in Ecclesia seruanda.

67. MATTH. 18. Si duo ex vobis consenserint super terram, &c. ORIGEN. Tract. 6. in Matth. Sicut in musicis, nisi fuerit conuenientia vocum, non delectat audientem. Sic & in Ecclesia, nisi consensus habuerit, non delectatur Deus in ea, nec audit voces eorum. VSEBIVS EMISSEN. Hom. 5. de Paschate. Sicut frumentum quod solita purgantis solitudine purgatum, in candidam speciem, molarum labore perficitur, ac per aquam & ignem, in vnus panis substantiam congregatur: Sic variae gentes, diuersaeque nationes, in vnã fidem conuenientes, vnũ de se Christi corpus efficiunt, & Christianus populus quasi tritici innumerabilia grana, à sacrilegis nationibus fide purgante atque cribante discernitur, & in vnũ, quasi infidelium lolio pertranseunte, colligitur, & duorum testamentorum instructione, velut frumentum gemino molarum opere curatum mollescit, & in illam primæ originis dignitatem natiuo candore mutatur, ac per aquã baptismi, ac per ignem spiritus sancti, æterni illius panis corpus efficitur. Sicut ergo separari grana ab illius cõfecti panis adnatione non possunt: & sicut aqua ad propriam redire substantiam, vino permixta iam non potest: sic & fideles, quique qui redemptos Christi sanguine se cognoscunt: ita debent quasi inseparabilia membra capiti suo, fidei conseruatione, & ardentissima religione fociari.

Idem.

68. CHRYSOST. Hom. in Aquilam & Priscillam. Sicut corpus neruorum debita habitudine carens, multas gignit ægritudines, & vitam facit non diuturnam: ita Ecclesia non circumdata forti & vehementer vrgente catena, plurima parturit bella, itam Dei auget, & multarum tentationum est occasio.

Idem.

69. CHRYSOST. Hom. 19. operis imperfecti. Sicut in horto sunt multæ arbores fructum vtilem facientes: in syluis autem non inuenitur bonum faciens: si autem faciunt, aut inspidum faciunt, aut acer-

bum: sic in Ecclesia quæ hortus est Christi, multi sunt boni: in Ecclesijs autem hæresum, quæ sunt siluæ desertæ, nemo est bonus: quia si aliquis est bonus, propter homines est bonus, & non propter Deum.

Idem.

PETRVS DAMIANVS. De institutione Ecclesiastica cap. II. Sancta mater Ecclesia hortus deliciarum, & Paradisus spiritualis est, charismatum videlicet superiorum fluentis irriguus. Ponamus autem, vt Sacerdotes mali quodammodo sunt lapidei canales: in lapideis autem canalibus aqua nil germinat, donec per eos decurrens in fecundas areolas se fundat.

De autoritate exhibenda Ecclesiæ. Vide, Sacerdos, num. 84. ex Isaac.

Hæretici Ecclesiam Christi commaculant. Vide, hæreticus, num. 18.

ELECTIO.

- Eliguntur Iusti à Deo. 1. 3.
Iudas quare eligitur in Apostolum. 2.
Electio temporalium inferiori competit. 4.
Eligenda sunt utiliora, non amariora. 5.
Electio in manu subditorum relinquenda. 9.
Electio personarum Deo relinquenda. 6.
Electio debet fieri non secundum intuitum hominis, sed Dei. 7.
Electio debet fieri sine acceptione personarum. 8.
Electio procurata, non bene cedit. 10.
Deo militat spiritus electorum. 11.
Quomodo electos Dominus ad se trahat. 12.

Eliguntur Iusti à Deo.

GENES. 1. Producant aqua reptile, & volatile super terram, &c. HVGOD. S. VICT. lib. 1. de sacramentis, cap. 27. Eandem originem pisces auesque habuerunt, scilicet aquas, sed non eundem locum sortiti sunt, pisces in aqua remanserunt, aues verò super aërem, & quasi supra id quod sunt. Sic de vna massa corruptibilis naturæ vniuersa generis humani propago trahitur, sed alijs deorsum in ea qua nati sunt corruptione iustè derelictis, alijs sursum dono gratiæ ad fortè celestis gratiæ eleuatis, iudicij seruatur æquitas. Vnde Dominus: [Erunt duo in lecto, alter assuetur, & alter relinquetur.] AMBROS. super illud Genes. 14. Abram numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo. Numerauit, inquit, id est, elegit, sicut in Euangelio: [Omnes capilli capitis vestri numerati sunt.] Eos enim asciscit quos dignos numero iudicauit. RABANVS. Expeditos, id est, iuuenes ad bellum promptos, qui non fuerunt vxorati, de quibus infra, [exceptis his quæ comederant iuuenes.] Sicut Abraham quos voluit elegit, ita & Deus, qui omnes nouit, eligit ad laborem, & ad præmium quos vult. [Regnum calorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.]

Iudas qua ratione eligitur in Apostolum.

IDEM AMBROS. super illud Genes. 2. In quocunq; die comederis, morte morieris. Neque superfluit, inquit, neque iniustum etiam præuaticuro præscriptum est diuinum mandatum. Nam & ipse Dominus elegit Iudam quem proditorem sciebat. Venerat autem Dominus lesus omnes saluos facere peccatores, & ita etiam circa impios ostendere suam debuit volunta-

luntatem: & ideo nec proditurum debuit præterire, vt aduertere omnes quòd in electione etiam proditoris sui seruandorum omnium insigne præcedit. Neque in eo lapsus est, vel Adam qui mandatum accepit, vel Iudas qui electus est. Non enim necessitatem Deus, vel illi præuaticationis, vel huic proditionis imposuit. Quia vterque si quod acceperat, custodisset, à peccato potuit abstinere.

Eliguntur Iusti à Deo.

GENES. 4. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem & ad munera eius non respexit. HIRRON. Vnde scire poterat Cain quòd fratris eius munera suscepisset Deus, & sua repudiasset, nisi illa interpretatio vera esset, quam Theodotio posuit: Et inflammanit Dominus super Abel, & super sacrificium eius, super Cain autem, & super sacrificium eius non inflammanit. Ignem autem ad sacrificium deuorandum solitum venire de celo, & in dedicatione templi sub Salomone legimus, & quando Helias in monte Carmelo construxit altare. Item Leuit. 9. in prima immolatione Sacerdotis Aaron, & Iud. 6. super sacrificium Gedeonis. CHRYSOST. Hic impletur quòd in Euangelio dicitur: [Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.] Ecce qui ob primogenituram priuilegium habebat, & sicut verè primus offerrebat, minor visus est fratre ante Deum. Vide, Ecclesia, num. 37.

Electio infirmiori competit.

GENES. 13. Si ad sinistram ieris, ego dextera, &c. AMBROS. Ipsa quoque cuiusmodi debeat esse diuisio, Patriarcha edocet: firmior diuidat, infirmior eligat, ne habeat quod conqueratur. Electionis enim sua partem non poterit calumniari. Non residet occasio resiliendi, cui datur optio eligendi. Nec diuisor grauiatur: nam quo prudentior, eo cautior; vt neque in diuisione circumscribatur, neque in electione fraudetur. AVGVST. 16. de ciuitate cap. 20. Hinc fortasse effecta est inter homines pacifica cõsuetudo, vt quando terrenorum aliquid partiendum est, maior diuidat, minor eligat.

Eligenda sunt utiliora, non amariora.

GENES. 13. Elegitque sibi Loth regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente. AMBROS. Diuersa hominum ingenia sunt, alios vtilia, alios amœna delectant, infirmior amœnora eligit, vtiliora fastidit. Villicus, vel actor agri nonnunquam vtilis est, si autem conferatur vrbano, si insipiens sit elector, aut cocum eligit, aut vocalem, quem venustioris gratiæ putat, & refutat vtiliorem. Loth igitur partem amœnam elegit quæ citò prædonum oculos incurrit. LIPOMANVS. Inciuior quidem fuit Loth ad auunculum suum, quàm decuit: sed dispensatione Dei, euius prouidentia liquidò in hoc factò apparuit, sic elegit ignorans, ob irreuerentiam, & priuatum amorem puniendus suo tempore. Denique eligunt imperfecti decliuora, valles, & terrena. Abraham verò & sibi similes sancti, montana inhabitare malunt, & Ierosolymæ ciuitatis confinia sibi capiunt.

Electio Deo relinquenda.

NUMER. 27. Prouideat Dominus Deus spirituum vniuersis carnis, qui sit super multitudinem hanc, ne sit populus Domini, sicut oues absq; pastore. ORIGEN. Hom. 22. Moyß magni & egregij viri erant, non orat pro ipsis, vt constituantur duces populi: vt discant Ecclesiarum principes, successores sibi non propter quietate carnis, testamento signare, nec principatum Ecclesiæ hereditarium tradere, nec eligere eum,

quem humanus commendat affectus, sed Dei iudicio, successione electionem permittente: Ita fecerunt Apostoli in Matthæ electione: [Tu Domine qui corda hominum nosti, ostende quem elegeris,] &c.

Electio debet fieri, non secundum intuitum hominis sed Dei.

REGVM 16. Samuel Propheta Dominus exteriori ductus apparentia cum Eliab vidisset primogenitum sui, dixit: Num coram Domino est Christus eius? Alia litera. Certe coram Domino est Christus eius. CHALDAVS. Pulchre prouidit Deus de Messia. Respondit Dominus. Ne respicias vultum eius, nec altitudinem stature eius, quoniam abieci eum, nec intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea quæ parent, Deus autem intuetur cor. Oblatus est alius, neque hunc elegit Deus. Idem dixit de reliquis, vsquequòd petuenit ad Dauid. Adhuc reliquus est paruulus, & pasce oues. Pastor scilicet qui actualiter oues pascebat. Idem accidit in natiuitate Saluatoris. Non uocauerunt Angeli principes Iuda, nec Sacerdotes, nec Scribas, & Phariseos, sed pastores custodientes vigilijs noctis super gregem suum. Hos elegit Deus, vt filium suum adorarent. 1 Paralip. 24. dicitur de Sacerdotibus qui eligebantur. Ex qui principes sanctuarij, & principes Dei. Vbi INTRAL. Aliter excluduntur à ministerio sanctuarij & principatu Sacerdotij, nisi sint à Deo electi. Vnde Paulus: [Nec quisquã sumit sibi honorem, nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron.]

Electio debet fieri sine acceptione personarum.

PARALIP. 25. Vt eligerentur cantores, qui prophetauerunt in citharis, & Psalterijs, &c. miserunt sortes per vices suas ex aquo iam maior quàm minor, doctus pariter & indoctus. LYRAN. id est, sine acceptione generis, vel ætatis, seu alterius conditionis. Credibile est tamen quòd sortes cadebant ordinatione diuina secundum aptitudinem personarum ad officia sua, specialiter ad officium cantorum, de quibus Hebræi dicunt, quòd dum canerent in instrumentis musicis, fiebat super eos spiritus Domini, & prophetabant, sicut dicitur de Eliaeo, 4. Reg. 3. Sic interpretantur illud, qui prophetauerunt in citharis, &c. communiter autem exponitur, id est, qui prophetias canerent.

Electio in manu subditorum relinquenda.

DEUTER. 1. Date ex vobis viros, &c. Quali dicat (ait STEPHAN.) nolo imperare, sed obedire subditis: Itaque electionem subditis tribuit, sibi retinuit potestatem, ne plebs contemnat aut oderit, si non licuit habere quod voluit.

Electio procurata, non bene cedit.

IVDIC. 9. Abiit Abimelech, &c. Idem STEPHAN. Nota quòd electio Abimelech procurata fuit, & ideo non habuit bonos exitus. Factus enim rex, hominos interfecit, & vagos exaltauit. Sic prauus prælatus, bonos humiliat, & pranos subleuat.

Deo militat spiritus electorum.

ZACH. 6. In prima quadriga equi nesi, in secunda nigri, in tertia albi, in quarta varij & fortes. STEPHANVS. Equi isti quoslibet sanctos designant, qui Christum in corpore suo circumferunt, & honorant. Siquidem vnusquisque electus corpus suum diuino mancipat officio: aut honore virginitatis candidum, aut triumpho martyrij rubicundum, aut humilitatis exercitio nigrum, aut diuersarum virtutum varietate decorum. Eques itaque Dei animus est, deuotè supernis intentus obsequijs, qui castra virtutum solici

solicitis perlustrat excubiis, vt vitorum ab eis re-
fundat imperus,accessus propellat.

Quomodo electos Dominus ad se trahat.

1. IOAN. 12. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia tra-
ham ad me ipsum. GALFRIDVS. Trahit igitur
Christus: sed aliter atque aliter, quem quidem se-
quuntur reptantes, euntes, currentes, volantes, & ra-
pri. Reptat penitentia, vadit obedientia, currit libe-
ra & expedita perfectio, volat pia deuotionis affe-
ctus, rapitur excessus sacrae contemplationis: in cae-
teris enim nonnulla liberi arbitrij cooperatio, in
eiusmodi raptu, tota solius gratiae operatio est. Re-
ptans Maria Magdalena trahebatur Dominicis pro-
strata vestigiis: nec minus erat mirabile, intus tra-
here eam quam suscipere foris. Ambulabat commu-
ni gressu, sed inuitatus ad cursum tristitia praecocu-
patus est, qui mandata quidem seruauerat a iuuentu-
te sua, sed consilium perfectionis de relinquendis
omnibus non admisit. Currebant alacres, & expediti
posito gibbo camelii, qui venditis omnibus pretia
ante pedes apostolorum in communi distribuenda
ponebant. Volabant Apostoli dum gauderes ibant a
consecutu cocilij, quod digni habitus sunt pro homine
Iesu contumeliam pati: raptus est Paulus, & audiuit
quae non licuit homini loqui. vel aliter. Reptant qui
super fidei fundamentum ligna, foenum, stipulamque
aedificant. Vadunt, qui operibus pietatis insistant, cur-
runt qui spiritualibus desiderijs anhelantes, ad gaudia
aeterna contendunt, volant, & euolant animae sanctae
corporeis nexibus absolutae. Nam in tuba nouissima
[rapiemur omnes obuam Christo in aera.]

ELEEMOSYNA.

Eleemosyna magna diligere inimicum, vide, amor
inimicorum, num. 31.

Eleemosyna, ex puro corde debet dari. 1.

Eleemosynam facientis memoria aeterna. 2.

Eleemosyna multa bona. 1. 10. 20. 25.

Etiā pro parua Eleemosyna multa merces. 3. 8. 15.
37.

Pauperes propter diuitum vtilitatem. 3. 9.

Per Eleemosynas transferuntur in caelum diuitiae. 4.

Eleemosyna commendatur. 5. 7. 13. 19. 21.

Praelati Eleemosynas faciant: vide, Praelati, num. 52.

Eleemosyna in solemnitatibus faciēda. 5. 7.

Eleemosynis peccata redimuntur. 6. 9. 11. 17. 29. 38.
40.

Pro eleemosyna vita aeterna conceditur. 8. 34.

Eleemosyna etiam inimicis largienda. 8.

Eleemosyna facta a predicatoribus, merces. 10. 16. 22.

Eleemosyna tributum Deo debitum. 11.

Contra eleemosynas non facientes. 12. 14. 15. 17. 23.
24. 26.

Eleemosynam faciens centuplum accipit. 15.

Exemplum eleemosynae Esdras tempore famis. 17.

Eleemosynam facere, via veritatis. 18.

Eleemosyna qualiter faciēda. 19. 28. 30. 35.

Eleemosyna qualiter a peccatis & ab inferno libe-
ret. 20.

Eleemosyna Sacerdotibus faciēda. 22.

Eleemosyna propria manu faciēda. 22.

Eleemosyna faciēda pro possibilitate. 27.

Eleemosynas facientibus multiplicantur bona. 29.

Eleemosyna excellentiae. 31. 36.

Largiter eleemosyna danda. 32. 39. 41. 42.

Eleemosyna ex puro corde debet dari.

1. GENES. 4. Respexit Deus ad Abel, & ad
munera eius. GREGOR. 22. Adoral. cap. 12.
Mundari debet prius animus qui elec-
mosynam praebet. Quia omne quod datur
Deo, ex dante mentis pensatur, & iram iudicis placare
nescit oblatio, nisi ex munditia placeat offerentis.
Neque enim sacrum eloquium tantum dicit quod
respexit Dominus ad munera Abel, & ad munera Cain,
non respexit: sed prius ait, quia respexit ad Abel, deinde
subiunxit, & ad munera eius, ex dantis quippe cor-
de id quod datur, accipitur. Idcirco non Abel ex mu-
neribus, sed ex Abel munera oblata placuerunt. Prius
namque respexit Deus ad eum qui dabat, quam ad
munera quae dabat.

Eleemosynam facientis memoria aeterna.

2. GENES. 11. Celebremus nomen nostrum ante-
quam diuidamur. CHRYSOST. Si omnino
aeternam memoriam amas, ego tibi viam monstrabo,
qua poteris semper celebrari, dabitque tibi fiduciam
in futuro seculo. Pecunias tuas in manus inopum dis-
pensa, relictis lapidibus, & splendidis aedificijs. Haec
memoria immortalis, haec memoria a sarcina peccato-
rum alleuiat, haec multam fiduciam apud Deum
conciliat. Audi obsecro verba, quae singuli dicturi
sunt: Hunc misericordem, benignum, hunc suauem
largumque dispensatorem. Vnde Scriptura: [Dispersit,
dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum se-
culi: jyno die diuitias dispersit, & iustitia eius manet
in seculum seculi, & memoriam suam fecit immor-
talem. Diuitiae enim dispersae, expendentem non re-
linquunt, sed expectant: retentae autem, simulque in-
clusae, etiam se seruantem seculum perdunt. Tali ergo
aedificio nostri memoriam relinquere studeamus.

Qui parua eleemosynam tribuit,
multum accipit.

3. GENES. 13. Omnem terram quam conspicias, tibi
dabo, &c. CHRYSOST. Vide quantum ap-
probata fuerit a misericorde Deo patriarchae humili-
tatis: quasi diceret: Parti terrae cessisti, omnem terram
quam conspicias, tibi dabo. Iisdem verbis vtitur mise-
ricors Deus, quibus patriarcha, cessionem fecerat.
Nam sicut ille dixerat nepoti: [Ecce vniuersa terra
coram te est,] &c. ita & Dominus dicit, [Leua oculos
tuos, & vide,] &c. Vide quomodo certat Deus benefi-
ciji. Vide quantis cessit, & quanta est assecutus. Hic
erudiamur vt magna in dandis eleemosynis largitate
vtamur, quo datis paruis adipiscamur magna. Quo-
modo ergo paria sunt dare parum argenti, & obtine-
re remissionem peccatorum? pascere esurientem, & in
die illa horribili fiduciam assequi? & audire verba illa
nulli regno conferenda, [esuriui, & dedisti mihi man-
ducare.] Qui tibi tantam dedit rerum vbertatem,
potuit & illius inopiam leuare: sed hac de causa reli-
quit illum inopia vexari, vt & ipse patientia multum
mercedis acquireret, & tu per eleemosynam tibi fi-
duciae materiam illuc praemitteres. Itaque cogita
quod ille propter tuam vtilitatem cum inopia con-
flictans, fame perit, & ne absque misericordia tran-
seas, sed esto fidelis dispensator bonorum quae tibi a
Domino concessa sunt, vt adiutus illius penuria, tibi
supernam reconcilies gratiam. Respiciamus itaque pau-
peres quasi operarios, qui salutis occasiones dare no-
bis possunt, & eis largiter communicemus, vt audi-
re vnusquisque mereatur: [Euge serue bone, & fidelis,
quia

quia super pauca fuisti fidelis, super multa te confi-
tuam, intra in gaudium Domini tui.]

Per Eleemosynas transferuntur in caelum diuitiae.

4. CHRYSOST. super cap. 23. Genes. Omnia igitur
faciamus, ne alibi egeni simus futuri. Nam quae
vtilitas in aliena regione multas diuitias relinquere,
in propria autem & in patria necessitati carere?
Transferamus obsecro quae in hac aliena habemus,
etenim licet multum inter se distent, facilis tamen
est transvectio per manus pauperum: eorum enim
manus in caelestia promptuarie sibi data reponunt.

Eleemosyna commendatur maxime
in festis diebus.

5. EXODI 12. Si autem minor est numerus vt suffi-
cere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum
suum, &c. THEODORETVS. Iussit tot ad esum
agni conuenire, quantum satis esset, vt fraternum
amorem, atque erga pauperes misericordiam illos
doceret. & ob id hortatur, vt quae superfluerint, com-
burantur, nec in crastinum diem conseruentur, vt
hac ratione cogeret Iudaeos vt ad festi diei, commu-
nionem egenos aduocarent.

Eleemosynis peccata redimuntur.

6. EXODI 13. Primogenium asini mutabis one: quid
si non redemeris, interficies. RYBERTVS. Pri-
mogenium asini, peccatum carnis est, eleemosyna vero
qua praecedens peccatum redimitur, recte dicitur
one. Quod si non redemeris, inquit, interficies. Quia vi-
delicet qui peccata sua eleemosynis redimere renuit,
morti sempiternae semetipsum addicit.

Eleemosyna in solemnitatibus faciēda.

7. EXODI 16. Colligat vnusquisque vestrum ex eo
quantum sufficit ad vescendum gomor per singula
capita. CYRILLVS, super Ioan. cap. 34. Perutile hoc
in loco nobis exemplum proponitur. Oportet enim
qui festum diem pie acturi sunt, non de ipsis tantum-
modo curare, nec quomodo ipsi solum hilare cele-
braturi sunt, verum etiam egentium propter charita-
tem rationem habere. Sic enim spiritualiter Christo
dies festus peragetur. Hac de causa olim Iudaeis dum
manna colligerent, praecipit non sibi tantum,
verum etiam contubernalibus, siqui exire non possent,
ad colligendum manus praestare. Vt non superflue-
ret qui multum, nec qui minus deficeret. Hac enim
alterius de altero cura & studio mirabilis quaedam
in omnibus aequalitas redditur. Magnam igitur iniu-
riam solemnitatibus inferunt qui parum de indigen-
tibus curant, nec festum diem recte peragunt, qui
coniunctim tam de se quam de aliis non procurant.

Pro Eleemosynis vita aeterna conceditur.

8. EXODI 23. Anno autem septimo dimittes eam, &
requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui,
& quidquid reliquum fuerit, edant bestiae agri. RABANVS.
Quod populi pauperes, & bestiae agri comedere
iubentur, quae in septimo anno de nostro labore praeter-
rito crescunt, significat quod per eleemosynarum
& charitatis obsequia, merces nobis in futuro para-
bitur. Si ergo non tantum amicis, sed etiam bestiis,
id est, inimicis, benefici fumus, sine dubio in futura
vita, vbi iam non erit tempus operandi, de bene fa-
ctis praemia aeterna consequemur. Vnde Saluator:
[Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt cum
defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula,] &
Paulus: [Qui parce seminat, parce & metet, & qui se-

minat in benedictionibus, de benedictionibus meret
vitam aeternam.]

Eleemosyna a peccatis liberat.

9. EXOD. 26. Facies & saga cilicina vndecim ad ope-
riendum relictum tabernaculi. RYBERT. Possunt
etiam per saga, quae byssum, & purpuram, hyacinthum
& coccum, ne procellarum iniuriis pateant, subre-
gunt, seculares intelligi diuites, qui in Ecclesia sunt,
qui sanctis, vel in sancto proposito Deo seruientibus,
ne vllam habeant necessitatem vagandi foris, quod
non expedit animabus eorum, necessaria vitae, de fa-
cultatibus suis subministrant, pro redemptione pec-
catorum suorum. Vnde, & vndecim saga cilicina
sunt. Quia videlicet (quod ipsi non diffidentur) praec-
pta decalogi transgressi sunt, & idcirco quasi in
vndenario numero sunt, sed penitentiae quae per ci-
licium designatur, dignos, fructus facere cupientes,
tabernaculum protegunt.

Eleemosyna facta a predicatoribus merces.

10. IBID. Facies & vestes de lignis Sethim, &c. RY-
BERTVS. Tabulae vt stare possint, basium atque
vestium robore fulciuntur. Quia videlicet Ecclesiae
doctores Apostoli vel Apostolici viri, tam & spiritua-
lium quam & carnalium praesidio necessario fulciantur.
Sicut enim per bases eloquia prophetica signifi-
cantur, quorum cum auctoritate spiritualia seminant,
sic per vestes, diuitum atque potentum subsidia recte
figurantur, de quorum abundantia carnalia metunt,
qui & ipsi aequae vt tabulae auro vestiuntur, quia pro-
fecto potentes seculi homines qui quasi tabulis per
angulos aureos inferuntur, vt eas contineant, dum
predicatoribus fidei necessaria ministrant, ipsorum
mercede remunerari iure creduntur. [Qui enim reci-
pit prophetam (ait Dominus) in nomine prophetae,
mercedem prophetae accipiet, & qui recipit iustum,]
&c. Recte quidem vestes in singulis lateribus quin-
que sunt. Quia carnales homines quantum in hoc
seculo diuites sunt, tantum in quinque folijs sensibus
corporalibus, & in his quae per ipsos sunt transigen-
da, magis occupantur.

Eleemosyna, redemptio animae a peccatis.

11. EXODI 30. Dabunt singuli pretium pro anima-
bus suis Domino: & non erit plaga in eis, &c. BEDA.
Singuli dant pro animabus suis pretium Domino,
cum ei in bonis operibus exhibent sedulae seruitutis
obsequium. Hoc intellige maxime de eleemosyna, quae
pretium pro peccato dicitur in Daniele: [Peccata
tua eleemosynis redime.] De his namque qui fide-
lium numero nomine tenus sociati, perfecta fidei
opera Domino offerre detrectant, dicitur, [non da-
bunt Deo placationem suam, nec pretium redem-
ptionis animae suae.] Redemptio enim animae viri di-
uitiae sunt, vt Salomon ait, cum eas distribuerit. Iuxta
illud: [Dispersit, & dedit pauperibus: iustitia eius man-
et in seculum seculi.] CYRILLVS. lib. 2. super Ioan.
Lex pecuniam Deo offerre iubebat, non quoniam
pecuniam Deo colligere vellet, sed quod per figuras,
maiora doceret. Primum, quia nemo sui capitis do-
minus est, sed vnum omnes habemus Dominum,
quem tributis dispositione praestemur. Secundum, in re
corporali, spirituale tributum describebat. Honora,
inquit, Dominum ex tuis iustis laboribus, & primitias
ei offeras a tuis fructibus iustitiae. Quod iam Euan-
gelica iustitia, cultu legali cessante, effectum est.
Non tantum enim corruptibili materia exteriori
colendum esse Deum arbitramur, pecuniam at-
tribuentes, sed vt veri adoratores in spiritu & veritate
adoremus.

Contra Eleemofynas non facientes ad cultum Dei.

EXODI 32. *Fecitque populus qua iusserat, deferens in aures ad Agnon, &c.* AVGVST. *quæst. 141.* Non absurdè intelligitur difficilia præcipere voluisse, vt hoc modo eos ab illa intentione reuocaret. Factum tamen illud difficile, vt esset aurum ad faciendum idolum. Propter eos notandum putauit qui contristantur, si quid tale propter vitam æternam, diuinitus fieri vel æquo animo tolerare iubeantur. L. P. O. M. A. N. V. S. Facilis debet à fidelibus haberi factura omnium rerum temporalium propter Deum, si tam sponte, & subito propter idolum pretiosa quæque isti abicere potuerunt. In horum etiam facto præposteram videas eorum liberalitatem. In constituendis enim falsis Deorum cultibus liberalissimi sunt, qui alibi instaurantur & conseruando vero cultu Dei auarissimi & tenacissimi existunt. In Ieremia namque Iudæi liberaliter offerunt reginæ Cæli, qui erat alienus cultus. cap. 43. In Nehemia verò Leuitæ ad conseruandum verum cultum Dei tam illiberaliter tractantur, vt necesse habeant ministerium Ecclesiasticum deserere. Idem etiam conqueritur Spiritus sanctus per Aggeum, & Malachiam. Neque huic dissimile est quod hodie passim fieri vides. Quotus enim quisque Christianorum est, qui non in voluptates carnis, in superflua, & vana, ac populi auram captantia non censum omnem profundat? At in pauperes Christi nec vilem quidem obolum erogare curat. ORIGENES. *Hom. 13. super illud Exod. 35. Quidquid ad cultum, & ad vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas, & in aures, annulos, &c.* Hæc mulieres sapientes sunt, illas verò quæ in aures suas obtulerunt vt fieret vitulus, insipientes erant, quæ à veritate quidem auditum auerterunt, ad fabulas autem & impietatem se conuerterunt, & ideo obtulerunt in aures suas, vt fieret vitulus: sed & in Iudicum libro aliud idolum inuenimus ex mulierum inauribus factum. Itæ ergo beatæ mulieres, quæ Domino offerunt in aures suas, dextralia sua, & annulos suos, & omnia opera manuum suarum, quæ in mandatis Domino agunt.

Eleemofyna commendatur.

LEUIT. 19. *Cum messueris segetes terra tua, non tondabis, vsque ad solam superficiem terra: ego Dominus Deus vester.* INTERL. Pro vobis pauper, & peregrinus in mundo. & quando cap. 23. repetit hoc idem præceptum, ait: *Pauperibus & peregrinis dimittentes.* LXX. interpretantur pauperi, & peregrino. GLOSSA ORD. id est, Christo qui non habuit vbi caput reclinaret, & in propria venit, & sui eum non receperunt. *Ego Dominus Deus vester.* GLOSSA ORD. Qui diuites facio, qui pro vobis pauper fio, qui propter miseriam inopum, & gemitum pauperum aliquando exurgam. Merentes & vindemiantes vult aliquid derelinquere pauperi, ne datori omnium videantur ingrati. Loco illius, non tondabis vsque ad solam: alia littera habet: *Ne exactè angulum agris tui metendo desecet.* Deut. 15. *Non decerunt pauperes in terra habitationis tua, idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi qui tecum versatur in terra, & infra, Si vnus de fratribus tuis, ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum.* INTERL. Quasi immisericors. *Nec contrahas manum.* INTERL. Per auaritiam, sed extendes per misericordiam. *Sed aperiet eam pauperi, & dabis mutuum, quo etiam indigere perspexeris. Cane ne forte subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, appropinquat septimus annus remissionis, &c. ne clamet contra te ad Dominum.* AVGVST.

quæst. 20. Verterunt LXX. Attende tibi ipsi ne fiat verbum occultum in corde tuo iniquitas, dicens, appropinquat annus, &c. magnificè occultum verbum hoc dixit. quoniam nemo audeat hoc dicere qui poterit cogitare, ideo non esse mutuum dandum indigenti, quoniam appropinquat annus remissionis, cum Deus propter misericordiam vtrumque præceperit, & commodari cum quisquam indiget, & remitti anno remissionis. Quomodo misericorditer remissurus est ille quo remittendum est, si creduliter cogitat illo tempore dandum non esse, quo dandum esse? Sequitur: *Nec ages quidpiam callide in eius necessitatibus subleuandis. Vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad que manum miseris.* OLIVASTER. Occurrit Deus humane malitiæ. Occurrunt enim homini volenti eleemofynam facere mille tentationes. Quærit etiam humana malitia semper occasiones quibus à bono opere cesset. & timendum valde est ne pauper clamet ad Dominum contra te, & perdas non solum quæ non vis largiri, sed & te, & omnia. *Exech. 16.* [Et manum egeno, & pauperi non porrigebat.]

Contra Eleemofynam non facientes.

IVDICVM 8. *Gedeon dixit ad viros Socoth: Date obsecro panes populo qui mecum est, quia valde defecerunt.* Noluert, & iminatus est, dicens: *Cum reuersus fuero victor in pace, conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti.* & habitantibus Phanael qui etiam noluerant dare panes, dixit etiam: *Cum reuersus fuero victor in pace, destruaui turrim hanc: & occidit habitatores ciuitatis.* Idem faciet Christus Dominus cum reuersus fuerit cum potestate magna, & maiestate, nolentibus dare Eleemofynas pauperibus. [Discedite à me maledicti, &c. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, &c. Quod vni ex minimis meis fecistis,] &c. Christus eleemofynam petens, non totum, sed partem petit: ingratus admodum erit qui negauerit. Non fecit hoc populus cum Iosue, de quo scribitur: *cap. 9. Cum compleisset forte diuidere terram, singulis partibus suas, dederunt filij Israel possessionem Iosue filio Nun in medio sui.* ORIGENES. *Hom. 24.* Vide humilitatem Iesu, ipse dedit hereditatem filiis Israel, nec sibi hereditatem præsumit, sed à populo accipit, cui dedit. Ita Christus accipit in pauperibus quod antè dederat. Quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi: quibus Christus dicit: *Venite benedicti, &c. Esuriui enim & dedistis mihi manducare, &c.*

Idem.

RUTH. 1. *Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus.* LYRANVS. Dicunt Hebræi quod Elimelech vir Nohemi, erat valde diues, & quod tempore famis importunitatem pauperum non ferens, patriam, & possessionem deserens, profectus est in Moab, & in pœnam mortuus est, & filij eius, & sic remansit Nohemi valde pauper: vnde ait, *Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus.* Contrarium successit Annæ matri Samuelis, quæ vnicum filium obtulit Domino. Vnde 1. Reg. 1. *& adduxit eum ad domum Domini in Silo.* CHRYSOST. *Hom. 2. de Anna.* Tantum hac negotiatione lucrum fecit quantum facere fas est quæ cum Deo habuerit commercium. Nam cap. sequenti dicitur, *visitant Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias, & magnificatus est puer Samuel apud Dominum.* Talis est negotiatio commerciumque quod cum Deo geritur. Non ille quantulumcumque fortis partem, sed multis partibus conduplicatam reddit. Hæc eo commemoro, non vt laudem tantum, sed vt & amulem huius mulieris fidem, *Hæc ille.* Sic enim facientes centuplum accipiemus.

Eleemofynam facere via veritatis.

TOBIÆ 1. *In captiuitate tamen possum viam veritatis non deserui, ita vt omnia qua habere poterat, quotidie concipuis fratribus qui erant ex eius genere, impertiret.* Facere eleemofynas appellat, viam veritatis. Alia littera. *Itineribus integritatis incedebat, & iustitia: multaque benignè in fratres, &c. erogabam.* GLOSSA ORDIN. Quidquid boni habuit, quod hostis captiuans non abstulit, hoc suis in exemplum virtutis impertiebat.

Eleemofyna commendatur.

TOBIÆ 4. *Ex substantia tua. INTERL. Non de rapina, fac eleemofynam. INTERL. misericordiam quæ prius in mente quàm in opere. Vnde: [Beatus vir qui miseretur, & commodat.] & nobis auertere faciem tuam ab illo paupere.* INTERL. Vnde: *Visitans speciem tuam non peccabis.* Debes enim diligere proximum tuum: omni petenti te tribue secundum facultatem, non ex tristitia, aut necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. *Ita enim fiet, vt nec aueratur à te facies Domini.* INTERL. Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam: & date & dabitur vobis.

Eleemofyna qualiter à peccato liberet.

TOBIÆ 4. *Eleemofyna ab omni peccato liberat.* AVGVST. *Serm. 30. de verbis Domini.* Hoc intelligitur dummodo nõ relinquamus ea quæ in scriptura constant esse necessaria, vt poenitentia, & charitas. Secundo, Vt misereris animæ tuæ, ea quæ sunt necessaria, tribuendo ei. Tertio, Quia disponit ad remissionem peccatorum mortalium, vt ipsemet AVGVST. *ait lib. 2. de ciuit. Dei.* & sanctus BONAVENT. & BEDA. *super Luc. 11. Quærit, quia liberat à poenis peccato mortali debitis, iuxta illud, Daniel. 4. [Peccata tua eleemofynis redime.]* Quarto, Quia liberat à peccatis venialibus, & poenis eis debitis, vt ait AVGVST. *Hom. 29. in quinquagesima.* Sexto, quia à futuris peccatis custodit, quia maiorem Dei gratiam & auxilium accersit. AVGVST. *Hom. 47. in quinquagesima.* Vbi ait: *Patrocinaur eleemofyna in die iudicij homini, vt flammæ æternas non timeat.* NAZIANZ. Eleemofyna, herba peregrina est, qua quidem vt lana, quidam vt nix dealbantur, pro misericordiæ videlicet proportionem. AMBROS. *Serm. 30. & 31.* Ita Eleemofyna extinguit peccata, sicut aqua baptismi ghemna extinguit incendium. Ergo eleemofyna quodammodo animarum aliud est lauacrum, vt si quis fortè post baptismum humana fragilitate deliquerit, superlit, ei vt iterum eleemofyna mundetur. *& non patietur animam eius ire in tenebras.* AVGVST. *Ser. de verbis Domini.* Concilium percipiendæ obtinendæque lucis cæcus dabit. Si ei filius responderet miratus: Quid ergo pater, tu eleemofynas non fecisti, vt modò cæcus loqueris? Tu nonne in tenebris es? Qui mihi dicit eleemofyna non finunt ire in tenebras? Nouerat ille de qua luce doceret filium, nouerat in interiori homine quod videbat. Filius patri porrigebat manum, vt ambularet per terram, & pater filio, vt habitaret in cælo.

Eleemofyna commendatur.

MACHAB. 8. *Plures prædas diuiserunt, equam portionem debilibus, pupillis, & viduis, sed & senioribus facientes.* Pater SERARIUS Societ. Iesu. O æterna memoria factum dignissimum! vbi illud, *Nulla fides, pietasque viris qui castra sequuntur.* Plusquam Martij certè sunt isti homines, pene Martini omnes. Siquidem sicut Martinus pallium diuisit paupere

accipiemus, & vitam æternam, &c. 2. Paralip. 31. dicitur: *Ex quo cooperant offerri primitia in domo Domini, comedimus & saturati sumus, & remanserunt plurima, eo quod benedixit Dominus populo suo.* Dum plures primitias Deo offerebant, eo maiora bona à Deo accipiebant, eo quod benedixit, &c. & 2. Paralip. ca. 34. *Cumque offerrent pecunias que illata fuerat in templum Domini, reperit Helcias Sacerdos librum legis Domini, qui datus fuerat per manum Moysi.* Si disperferis pecunias inter pauperes, inuenies, & adimplebis legem Domini. Vnde Apostolus: *[Qui diligit proximum, legem implebit.]*

Eleemofyna prædicatoribus facta.

ESDRÆ 1. *Adiuuent cum viri de loco suo, argento & auro, &c.* GLOSSA ORD. Necessè est quod diuites qui prædicare nequeunt, inopiæ prædicantium subueniant, vt sic prædicationis possint esse particeps. Vnde Ioânes: *[Nos ergo debemus huiusmodi suscipere, vt cooperatores simus veritatis.]* Sequitur: *Vniuersi qui erant in circuitu, adiuuerunt manus eorum in vasis argenteis, & aureis.* INTERL. Diuites gaudia perpetuæ remunerationis expectantes. GLOSSA ORD. Manus ædificantium, locij qui ædificare nequeunt, datis pecuniis adiuuant.

Exemplum eleemofyne Esdras tempore famis.

ESDRÆ 5. *Ego, & fratres mei, & pueri mei, commodauimus plurimam pecuniam, & frumentum, &c. & infra: Per annos duodecim ego & fratres mei annonas qua ducibus debebantur, non comedimus, &c. & infra: Centum quinquaginta viri, &c. in mensa mea erant.* Ita increuerat fames, vt dicerent: *Accipiamus pro pretio filiorum nostrorum frumentum, & comedamus, & bibamus.* BEDA. Tanquam dux optimus militiæ caelestis, & sapiens architectus ciuitatis Dei, quod optimates facere voluit, & magistratus populis, se prius fecisse declarat. Eleemofynam scilicet pauperibus dare, nihilque ab eis querere, nisi custodiam legis, & ædificationem ciuitatis. In hac autem lectioe non oportet nos allegoriam querere, sed literæ textum diligenter operando seruare, vt scilicet exceptis quotidianis eleemofynarum fructibus, vbi huiusmodi generalis fames ingruerit, quæ possumus, egentibus præbeamus, & debita dimittamus, vt pater nostra nobis dimittat. Sequitur, *Valde erat attenuatus populus, & impignoratae erant possessiones.* Vnde diuitibus dixit: *Reddite ei hodie agros suos, &c. Dixerunt reddemus: & nihil ab eis quaeremus. Sic faciemus vt loqueris.* Non facientibus sic hanc maledictionem iniecit. *Insuper excussi sinum meum, & dixi: sic excutiat Deus omnem virum qui non expleuerit verbum istud, de domo sua, & de laboribus suis sic excutiat, & vacuus fiat: & dixit vniuersa multitudo, Amen.* BEDA. Huic sententiæ terribilis clausa imponitur. Quicumque enim pauperibus misericordiam non impendit, de domo sua excutitur, id est, de cœtu Ecclesiæ, in qua putabat se perpetuo manere, & de laboribus, id est, de fructibus bonorum operum, in quibus se laudabiliter laborasse putabat, nil proors laboris recipiet. Labores enim sine pietate non possunt apud Deum fructuosi esse. *Hæc ille.* Terribilior sanè erit illa maledictio finalis Christi. [Discedite à me maledicti: esuriui enim & non dedistis mihi manducare,] &c. Sic excutiat Deus, &c. Respondebunt omnes creaturæ, Amen. Post tot misericordias & eleemofynas petit Sacerdos sanctus misericordiam Dei: *Memoratio mei Deus meus in bonum, secundum omnia qua feci populo huic.*

pauperi, ita & hi prædas diuiserunt pauperibus. Hoc etiam Nicanor laudat cum esset inimicus & hostis communis. Predicabat nunc protectorem Deum habere Iudeos, & ob id ipsum inuulnerabile esse, eo quod sequerentur leges ab ipso constitutas.

Eleemosyna Sacerdotibus facienda, item propria manu.

22. MACHAB. I. Cum probasset rex scilicet Persarum aquam crassam conuerti in ignem per Sacerdotes: Sacerdotibus donauit multa bona & alia, atque alia munera, & accipiens manu sua tribuebat eis. Sacerdotes nouæ legis, maiora faciunt, conuertentes panem in corpus Christi, & vinum in sanguinem, vnde merentur vt reges ex propriis manibus eleemosynas eis donent. Propria enim manu elargita eleemosyna magis prodest. Donanti siquidem, magis mouetur animus ad misericordiam, quæ est præcipua eleemosyna, vt dicitur supra, num. 19.

Contra non dantes eleemosynam.

23. MATTH. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Phariseorum, &c. AVGVST. Serm. 20. de tempore. Decimas dabant Scribæ, & Pharisæi. Ne forte aliquid magnum te facere putes, quia frangis panem pauperi, & vix est millesima ista facultatum tuarum: & tamen, non reprehendo, vel hoc fac, sed tamen quid dixerit vitius qui pro nobis mortuus est, non tacebo. Nisi abundauerit iustitia vestra, &c. Videre quid faciatis, de quanto faciatis, quid detis, quid vobis relinquatis, quid misericordiæ impendatis, quid luxuriæ referuetis.

Idem.

24. AVGVST. lib. 50. Homiliarum, Hom. 3. super illud Luc. 16. Erat dives. Non dixit calumniator, non dixit pauperum oppressor, non dixit rerum alienarum aut delator, aut receptor, non dixit pupillarum expoliator, non dixit viduarum persecutor, nihil horum, sed erat quidam dives. Quid magnum est dives erat? sed de suo diues erat. Quod ergo eius crimen nisi iacens ante ianuam vlcerosus, & non adiutus? Hoc enim aperte de illo dictum est, quod immisericos erat, non quia aliena rapuit, sed quia de propriis erogare noluit, propter solam inhumanitatem, quia contemnebat pauperem ante ianuam suam iacentem, nec congruè dignèque pascebat, mortuus est, & sepultus in inferno.

Deus honorat facientes eleemosynas.

25. IDEM AVGVST. ibid. Hom. 7. Tu aliquantulum curam geris, vt ad securum pauperem victus perueniat, & in hac misericordiam prærogas, & propterea defert tibi Deus honorem.

Contra non dantes eleemosynas.

26. BASILIUS Hom. de Diuite. Tu quidem cum aurum das, vt equum compares, animo non angeris. Cum verò corruptibilia exponis, vt calorum regnum accipias, lacrymandum tibi putas?

Eleemosyna facienda pro possibilitate.

27. AVGVST. Tractatu de Conuersatione, Tom. 9. De substantia vestra pauperibus erogate. Qui plus habet, plus tribuat: qui verò minus, de hoc ipso largiatur. Qui habet aurum, det aurum, & qui argentum, argentum. Qui verò non habet pecuniam, cum bono animo det pauperibus buccellam, & si non habet integram, ex eo quod habet, frangat, & partem egeno tribuat.

Eleemosyna debet esse secreta.

28. MATTH. 6. Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te sicut hypocritæ faciunt. P. RAVENAS. Bene tuba. Quia talis eleemosyna hostilis est, non ciuilis; non misericordiæ dedita, sed clamori, ostentationis nundinatio, non commercium castitatis. Eleemosynam quisquis ostentat, insultat. Fugienda est hypocrisis, quæ capti gloriæ, verècundiam pauperum non releuat, sed fatigat, quæ de gemitu pauperis pompam suæ gloriationis inquit, & suam laudem dilatat, pauperis ex dolore. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, &c. Deus sic monendo, culpam non loca, sed vota, non opera, sed sensum, studium, non datorem. Sibi dari vult, quod pauperi datur. Vnde homo, si Deo scæneras, testes homines non requiras: fideles arbitros non requirit, qui debita diffamat. Vrit verècundia debitorem. Da ergo secretè, vt quod dederis, non sit oneris, sed honoris. Nesciat ergo sinistra, &c. Putas quàm vult nescire alterum, qui hoc tui partem aliquam vult nescire? Sicut nobis in dextra parte virtutes, ita nobis pars vitiorum in læua significatur. In hoc ergo seculo fugiamus quæ à sinistris sunt, si in futuro à dextris desideramus assistere, & audire: [Venite benedicti patris mei,] &c. GALFRIDVS. Quid est, nesciat sinistra tua, quod facit dextera, nisi, propterea non vacet ipsa? Multi enim sunt qui peccata sua eleemosynis redimunt, & propter beneficia quæ impendunt, aspera sustinere refugium. Si ergo quia eleemosynam dextera facit, sinistra vacat ab abstinentia, nouit, & bene attendit sinistra quid facit dextera.

Eleemosynas facientibus multiplicatur bona.

29. CLEMENS ALEXAND. lib. 3. Pedagogia, cap. 7. Quemadmodum quicumque putei scaturiunt, exhausti in pristinam mensuram reuertuntur: Ita etiam largitio, quæ est bonus fons benignitatis, potum sitientibus communicans, rursus augetur, & repletur, quemadmodum ad vbera quæ suguntur, vel mulgentur, solet lac accedere. BASILIUS. Hom. in discipulos. Quemadmodum frumentum in terram cadens, lucrum proicienti parit: sic & parvis in euerientem proiectus, multam in posterum tibi reddet utilitatem.

Eleemosyna cum letitia largienda sunt.

30. CHRYSOST. Hom. 55. in Genes. Si agricola penum suam euacuant, & semina terræ concredunt, idque cum voluptate faciunt, spe maiora recipiendi se solantes: & quamuis sciant quod aeris intemperies nonnunquam & terræ sterilitas, & alia multa accidentia, vt locustarum exercitus, & rubiginis insidie, spe excidere faciant: attamen bona spe se felices, ea quæ in promptuariis collecta, terræ concredunt. Multo magis nos quæ absque vfu recondita sunt, dispergere in pauperum vlu conuenit. IDEM Hom. 7. de penitentia. Agricola si frumenta domi conclusa tenent, vermium in escam emittent: si verò disperferint in terras, non modò custodiunt, sed etiam augent. Sic & opes, stantes quidem in arca, atque subserra, & vecte defossa, citò transfugiunt: si verò eas in ventres disperferis pauperum, non modò non fugiunt, sed & maiores inde resurgunt. IDEM Hom. 42. in Genesim. Studeamus egenorum magnam curam habere, idque cum alacritate & hilaritate. Etenim agricola terræ concredens semina, non hoc tibi facit vultu, sed gaudens & iactans, & quasi iam spe manipulos videns, in terra seminat: & tu dilecte non solum respexeris ad eum qui recipit, sed cogita quòd ipse quidem est visibilis qui à te accipit, alius autem quæ

Eleemosyna cum letitia largienda sunt.

35. ROMAN. 12. Qui miseretur in hilaritate. IDEM Hom. 21. in Epist. ad Roman. Quis regnum accipiens, moestus est? Quis peccatorum remissionem recipiens, in mœrore manet? Noli itaque pecuniarum respicere sumptum; sed magis cum qui ex illo sumptus est prouentum. Si enim qui seminat, gaudet, tamen in incertum seminat, multo magis qui calum quasi agrum colit.

Eleemosyna excellentia.

36. ROVER. B. 3. Eleemosyna, & fides, te non deserunt, sed appende illas collo tuo. CHRYSOST. Hom. 1. ad Philipp. Quemadmodum diuitum filij ornatus, gratia aureum, monile gestat in collo, nec id vnquam deponunt, veluti nobilitatis signum, circumferentes, & ostentantes: itidem & nos oportet semper beneficentia indutos esse, declarantes quòd filij sumus eius qui misericors est, eius qui solem suum occidi facit super bonos & malos, IDEM Hom. 9. ad Hebræos. Post orationem intentam opus est eleemosyna multa. Medicamentum enim validum, quod maxime operetur ad penitentiam, hoc est, & sicut in præceptis medicinæ, & adiutoriis, est medicamentum multas quidem herbas accipientis, vnam autem dominatissimam; sic & in penitentia ista herba dominantior, & potentior est, & vniuersum ipsa efficit. [Date eleemosynam, ait Scriptura, & omnia munda sunt vobis.] IDEM ibid. Hom. 32. Eleemosyna est amica Dei, semper ei propinqua, pro quibuscumque voluerit, facile gratia munus impetrat, tantum si à nobis non lardatur. Iniuriam autem patitur, cum ex rapinis eam volumus operari: si verò fuerit munda, magnam præstat confidentiam tribuentibus eam. Tanta est virtus eius, tantæque potentia; sed etiam vincula peccatorum ipsa dissoluit, fugat tenebras, extinguit ignem, mortificat vermem, expellit stridorem dentium. Huic portæ cæli aperiuntur, &c. Vide qua dicta sunt supra, num. 31. Sicut columba quædam nitens, & aurea venustate decorata, mites & affabiles oculos habens, per cuncta peruolat, sic & misericordia nitet magno decore festiua: nihil est illis oculis melius. Pulcher quidem est pauo, sed in illius comparatione deformis apparet. Ita enim & auis quædam pulchra est & mirabilis, ab ipso initio per tempora cuncta perdurans, & multa diuina gratia decoratur. Virgo est habens alas aureas, circumspècta per omnia, venustatque succincta, vultum habens candidum, atque mansuetum, pennata est, leuis, & semper ante solium regale consistens, quando iudicamur, repente subuenit, & nos à suppliciis liberat imminetibus, alis suis nos contegens. Hanc amplius desiderat Deus quàm sacrificia innumera.

Eleemosyna merces maxima.

37. IDEM Hom. 13. in 2. ad Timoth. Si in castris regalibus fieri solet vt non modò qui pugnant, sed & qui vasa custodiunt, honoris participes sint; sapèque contigit vt paria bellantibus acciperent præmia, quamuis non fœdissent cruore manus, nec arma cepissent, imo ne pœcium quidem aspexissent: multo magis id in tribulationibus fit. Qui enim athletam fame confectum cibo recreauerit, qui illi assistit, & verbo fuerit hortatus, qui obsequia reliqua intulerit, pari cum illo mercede donabitur.

Eleemosyna qualiter extinguat peccatum.

38. ECL. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna ressit peccatis. GAVDENTIVS de Natali Domini, Tract. 13. Hoc est: sicut aqua Baptismatis

salutaris extinguit flammam gehennæ per gratiam: ita eleemosynarum fluuiio, omnis ille coaceruatus post acceptam fidem peccatorum ignis extinguitur, si tamen post cõuersionem non iterum renouatis criminibus exardescat. Is enim qui eleemosynis remedium peccatorum penitens quaerit, debet iam non agere penitentiam, ne quod vno latere extinguitur, alio succendatur.

Bona per eleemosynam distribuenda pauperibus.

39. L V C Æ 12. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. PETRVS CHRYSOST. serm. 23. de reuenerorum cura despicienda. Est consuetudinis, est animi felicitas, vt aditus ad regnum, quod fuit proprium, mox parentibus, mox propinquis, ciuibus indigentibus liberaliter erogat, ne sit mendicis animo, qui censu functus, & honore. Tali ergo prouidentia Dominus, consilio tali vilis & caduca iubet vt vendamus, vt largiamur, vt donemus, qui in cœlesti regno omnia, quæ in cœlo, & quæ in terra sunt, volumus possidere. Sed si vis seruare tuorum pretia prædiorum, & saeculorum fortè condita te delectant, factibi sacculus quales ille præcepit, qui iam cupiditatis tuæ custos est, & prouisor.

Eleemosyna qualiter à peccatis liberet.

40. C ÆSARIVS Arelatens. Hom. 9. Prodest quidem eleemosyna ad ablunda peccata, sed ea conditione vt qui eleemosynam pro peccatis suis erogat, crimina capitalia exercere iam desinat. Rogo vos fratres, nunquid aliquis vestrum vult vt seruus suus sic illi mercedem prope reddat, vt tamen inimicis suis ingiter seruiat, & nunquam de illorum societate discedat? Certum est quodd hoc nescio si vllus homo sustinere praualeat. Quod ergo non vis pari à seruo tuo, non est iustum vt facias domino tuo. & ideo quando pauperibus erogamus pecuniam, Deo offeramus animam nostram, vbi est & cor nostrum.

Eleemosyna iugiter eroganda.

41. CHRYSOST. Hom. 1. in Epistolam ad Philipp. Nec verò si semel ac iterum dederimus, existimemus nos totum beneficentiæ munus expleisse. Sed perpetuò id facere oportet. Nec enim satis est semel cum laude rem gerere, sed perpetuò. Etenim qui postquam decem dolichos cucurrit, si post deficiat, totam laudem perdidit, & nos si semel aggressi bona opera, postea defecerimus, totum amissimus, totum perdidimus.

Idem, & fructus eleemosynæ.

42. CHRYSOST. Hom. 35. in 1. ad Corinth. Sicut radix in pingui plantata solo, quæ nobis singulis annis tempestiuos affert fructus: sic pecunia in manibus pauperum plantata, non solum in singulos annos, sed & in singulos dies, spirituales nobis fructus affert, fiduciam scilicet in Deum, peccatorum abscessum, conscientiam bonam, lætitiã spiritualem, spem iucundam, aliãque bona quæ præparauit Deus diligentibus se.

ÆTATES MVNDI.

Ætates hominis, vide verbo, Adolescentia.

Prima ætas mundi.

GENESIS. Septem dies in quibus mundus est factus, totidem eius ætatibus conueniunt. Primus in quo dixit Deus, fiat lux, & facta est lux, primæ ætati conuenit. Homo enim in deliciis

paradisi positus, præfente luce gratiæ, malorum omnium liber ac nescius, fruebatur: sed hæc dies cepit ad vesperam declinare, quando protoplasti, peccando, cœlestis patriæ felicitatem perdidit. Vnde Adam audiuit Dominum deambulante ad auram post meridiem. In deambulatione Dominus significabat se ab homine, in cuius corde quietius manserat, recessisse. Ad auram autem post meridiem, vt homo cognosceret, lucem diuinæ cognitionis, feruoremque dilectionis amississe. Plena autem vespera diei huius aduenit, quando venit diluuium, [omnis quippe caro corruerat viam suam.]

Secunda ætas.

SECUNDO die factum est firmamentum in medio aquarum: & secunda ætate seculi arca, in qua semen generis humani seruaretur, posita est in medio aquarum. Cœpit vespera huius diei, quando oblitit homines supplicij diluuij præteriti, turrim, & ciuitatem Babel ædificare cœperunt, vt ab ira Dei defenderentur. Plenam verò accepit vesperam, quando confusione linguarum humani generis societas est discissa.

Tertia ætas.

TERTIO die congregatis aquis in locum vnum, apparuit arida, & germinauit terra. & tertia mundi ætate separatis idololatriis, solus remansit populus Dei, & cœpit germinare virtutes, dicente Domino ad Abraham: [Exi de terra tua,] &c. & floruerunt patriarchæ: cœpit vespera quando commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, maximè in Ægypto, cui, & eius idolis, seruiebant. Superuenit plena vespera, & obscuritas, quando ipsa gens vna cum Rege Saul, quem sibi neglecto Deo elegerat, alienigenarum est gladio maxima ex parte deleta.

Quarta ætas.

QUARTO die Cœlum luminaria accepit. & quarta ætate præfatus Dei populus, noua est factus claritate conspicuus, gubernantibus Dauide, Salomone, cæterisque regibus Dei cultoribus, ædificatio neque templi, ac prædicatione prophetarum. Cœpit vespera quando reges, & populus cœperunt despiciere legem Dei, & templum, & victi erant ab inimicis idololatriis. Successit plena vespera, ne dicam nox, quando templum destructum fuit, & ciuitas sancta diruta, & captiui ducti sunt in Babyloniam.

Quinta ætas.

QUINTA die produxerunt quæ reptile, & volatile. & quinta ætate multiplicatus est populus captiuus, & nati sunt multi qui elegerunt manere in Babylonia, vbi nati fuerant tanquam pisces, & inter eos aliqui, qui tanquam cete grandia, potius elegerunt imperare inter gentes, quam obedire legi Dei. Alij autem qui tanquam aues conritis captiuitatis laqueis, volauerunt in Ierusalem, ædificaueruntque ciuitatem & templum Dei, & instar volatiliu tota intentione cœlestia petebant. Cœpit vespera quando vitiiis pleni, traditi sunt Romanis. Venit plena vespera, quando Romani, non solum tributis eos subiecerunt, sed & regem alienigenam eis posuerunt.

Sexta ætas.

SEXTA die terra, iumenta, & bestias produxit, & creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, & de ossa Adam dormientis ædificauit Eua. & sexta mundi ætate inter feroces bestias, id est, homines peccatis deditos, nati sunt aliqui, qui tanquam anima

animalia munda, verba Dei ruminabant, vngulam findentes discretionem suam, mansuetique fiebant ad Legis iugum portandum. Natusque est secundus Adam Christus Dominus, qui est imago, & similitudo Dei, de cuius latere dormientis in cruce, exiuit sanguis, & aqua sacramentorum, e quibus orta est, & nutrita sancta Ecclesia vera Eua, & mater viuentiu. In vesperâ huius diei nunc sumus, quoniam multiplicata sunt peccata nostra, & charitas primitiua Ecclesiæ refriguit. Nox huius diei erit quando veniet ille homo peccati, filius iniquitatis, qui extolletur, atque eleuabitur super omne quod dicitur Deus, id est, Antichristus, cuius tribulatio ita magna erit, vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam cœlesti: denique adueniet dies tenebrarum & caliginis, de quo dicitur: [Verumtamen filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra.]

Septima ætas.

DENIQUE septimo die requiescit Deus ab operibus suis, & sanctificauit illum. Et septima ætas erit perpetua in alia vita, in qua requiescit Deus cum sanctis suis in æternum post opera bona quæ operatur in eis, per sex huius sæculi ætates. Huic diei non succedit vespera, nec nox, quia lucerna Agni illuminabit illum.

EVANGELIUM.

Euangelia, quatuor flumina Paradisi. 1.

In euangelio aqua vina gratiæ. 2.

In euangelio veritas manifesta. 3. 4. 7.

Euangelium per totum orbem prædicatum. 3.

Euangelium æternum. 4. 5. 6. 8. 10.

Euangelium præ manibus habendum. 4.

Euangelij & legis differentia. 6. 11.

Euangelium simplex est & mysticum. 7.

Euangelia noui Testamenti aliquibus detraherentur. 8.

Euangelij figura, Deuteronomius. 9.

Euangelica perfectio, antiquorum patrum iustitiam excedit. 12.

Euangelium fructus legis. 13.

In euangelio Veritas lucefcit. 14.

Euangelia, quatuor flumina Paradisi.

GENES. 2. Fluuus egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita. RVPERTVS. Christus Dominus & fons Paradisi dicitur, & est, & in quatuor capita diuiditur. Quia per quatuor euangelia manifestatur, & prædicatur. Propheta enim vidit eum sub quatuor animaliu speciebus diuersis, scilicet hominis, leonis, vituli, & aquila. EVCHERYVS. Fons, siue fluuius irrigans Ecclesiam verbo prædicationis, est Christus. Quatuor autem flumina, sunt quatuor euangelia, ad prædicationem cunctis gentibus missa.

In Euangelis aqua vina gratiæ.

2. GENES. 26. Foderuntque in Torrente, & repererunt aquam viuam. LIPOMANVS. Foderunt serui Isaac nostri, Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes, & cæteri Apostoli, in torrente; id est, in corde Christi, in quo absconditi sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Quia ex fonte Dominici pectoris hauerunt, quidquid rite intellexerunt, & scripserunt, & inuenerunt aquam viuam, id est, doctrinam

nam, gratiamque cœlestem, atque exuberantiam Spiritus sancti. Vnde per Iesaiam: [Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.] & illud: [Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.]

Euangelia per totum orbem prædicata.

3. EXOD. 16. Ascendens coturnix cooperuit castrum: Mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum. CYRILLVS, lib. 3. super Ioan. cap. 34. De coturnice quidem dicitur quod castra operuerit, de manna verò quod iacuit per circuitum castrorum. Legalis enim disciplina, quam per coturnicem intelleximus, figuris atque umbris Iudæorum populum contegit. Velum enim in corde ipsorum, vt ait Paulus, positum est. Verum autem quod de caelo descendit manna, id est, euangelica doctrina, non in Hebræorum congregatione, atque synagoga, sed per circuitum castrorum in omnibus videlicet gentibus rutilauit. In omnem enim terram spiritualis manna gratia fusa est.

Euangelia semper præ manibus habenda.

4. EXOD. 25. Et quatuor circulos aureos, &c. facies quoque vestes de lignis sethim, &c. qui semper erunt in circulis, neque unquam extrahentur ab eis. BEDA. Quatuor circuli aurei, quatuor sunt euangeliorum libri, qui merito aurei sunt, propter claritatem sapientiæ qua fulgent, & merito circulis comparati, quia æterna est ipsa Dei sapientia quam prædicant. Vestes autem quibus arca portatur, sancti sunt doctores, qui Dominum prædicando, auditium cordibus inferunt. Qui videlicet vestes semper esse iubentur in circulis. Quia nimirum necesse est vt quicumque aliis cœlestia sacramenta prædicant, nunquam ipsi mentem à memoria sacrae Scripturæ, nunquamque manus à diuinorum obseruantia mandatorum contineant. GREGOR. secunda parte Pastor. cap. 11. Vestes de lignis Sethim fiunt, qui eisdem ad portandum circulis inferuntur. Quia fortes perferuerant, & que doctores velut impetribilia ligna quærendi sunt, qui instructioni sacrorum voluminum semper inhærentes, sanctæ Ecclesiæ vnitatem denuntiant, & quasi intromissis circulis arcam portent. Sequitur: Qui semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis. Quia nimirum necesse est vt qui ad officium prædicationis excubant, à sacra lectionis studio non recedant. Ad hoc namque vestes esse in circulis semper iubentur, vt cum portari arcam opportunitas exigit, de intromittendis vestibus portandi tarditas nulla generetur, quia videlicet cum spiritale aliquid à subditis pastor inquiritur, ignominiosum valde est, si tunc quaerit discere, cum quaestionem debet enodare: sed circulis vestes inhæreant, vt doctores semper in suis cordibus eloquia sacra meditantes, testamenti arcam sine mora eleuent, siquidquid necesse est, protinus doceant.

Euangelium æternum.

5. EXOD. 32. Iratusque valde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas. AVGVST. quæst. 144. Quod Moyses iratus tabulas Testimonij confregit, magno mysterio figurata est iteratio Testamenti noui, quoniam vetus fuerat abolendum, & constituendum nouum. AMBROS. Fractæ sunt itaque primæ tabulae vt repararentur secundæ, quibus per Euangelij prædicationem perfidia comminuta euauit. Sic Moyses typicum illum dissipauit Ægyptium, & altitudinem extollentem se compressit æternæ legis auctoritate. Vnde Dauid ait: [Confringet Dominus cedros Libani, & comminuet eas tanquam vitulum Libani.] ISIDORVS. Tabula igitur primæ imaginem

nem demonstrabant p̄iicæ legis, non p̄st longo intervallo peracto. Aliæ verò ad instar priorum iteratim incisa; noui Testamenti habuere figuram: ista non franguntur, vt ostenderetur noui Testamenti eloquia permanfura. Vnde meritò & decem verbis legenda signantur. vt per eundem numerum figura crucis exprimeretur. Huius enim formæ (X) littera, decem explicat. Vnde & ipse Christus ait: [Non veni soluere legem, sed adimplere.] vtiq; per passionem crucis, cuius imago fuit in tabulis.

Euangelij, & legis differentia.

6. **E**XOD. 34. Et scripsit in tabulis verba fœderis decem. Aliqui dicunt quòd Dominus scripsit in tabulis. AVGVST. autem legit, [& scripsit Moyses in tabulis] &c. Sed quomodo (inquit AVGVST.) illa tabulæ quas erat Moyses Deo p̄sente fracturus, non ab homine scriptæ, sed digito Dei; posteriores verò manfuræ, & in templo Dei futuræ, iubente quidem Domino ab homine excisæ sint, & scriptæ? Certè, repetitio legis, nouum testamentum significat, illud autem, verus significabat, vnde & contractum, & abolitum est; maxime cum secundo lex datur, nullo terrore datur, sicut illa in tanto strepitu ignium, nubium, & tubarum. Vnde tremefactus populus dixit: [Non loquatur Deus ad nos, ne moriamur.] Vnde significatur timor esse in veteri Testamento, in nouo dilectio. Lex non impletur timore, sed charitate. Vnde Apostolus: [Plenitudo legis dilectio.] Ideo igitur prima dicitur opus Dei, quia Deus legem constituit, Deus conscripsit, nullum opus hominis: & ideo fracta, quia homo Deo non obtemperauit, & eum potius reum fecit. In secundis autem tabulis homo per adiutorium Dei tabulas fecit, atque conscripsit. Quia noui testamenti charitas legem fecit. Vnde Dominus dicit: [Non veni soluere legem, sed adimplere.] Vide infra, num. 10.

Euangelium, & simplex est, & mysticum.

7. **E**XOD. 39. Fecit & rationale opere polymio. ISTE DVRS. Rationale p̄ctori superpositum, quaterno lapidum ordine distinctum, sermonem figurat Euangelicum, qui quadruplicato ordine veritatem nobis fidei, & doctrinam Trinitatis exponit, cui conuenit in gemmis Apostolicus sermo, tam virtute quam numero. Hoc rationale duplex est, quia Euangelicæ doctrinæ scientia aperta est, & abscondita, simplex & mystica.

Euangelia noui Testamenti aliquibus veterascunt.

8. **N**VMERORVM 16. Recedite de medio huius multitudinis, & iam nunc delebo eos. Cùmque iacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron, tolle thuribulum, &c. Vide quæ dicuntur ab ORIGENE, Verbo, Amor inimicorũ, num. 20. Vbi inter reliqua optima inuenies hæc. Vtrumque nobis nouum testamentum est, non temporis ætate, sed intelligentiæ nouitate. Vnde Ioan. 13. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem, cùm sciret datum esse mandatum dilectionis in lege, sed quia charitas nunquam cadit, nec mandatum veritatis veterascit, semper nouum esse pronuntiat, semper enim obseruantes nouos facit in spiritu: peccatori autem & charitatis fœdera non seruanti, etiam euangelia veterascunt, nec potest esse nouum testamentum ei qui non deponit veterem hominem, & induit nouum secundum Deum creatum.

Deuteronomius figura Euangelij.

9. **D**EVT. 1. Hæc sunt verba qua locutus est Moyses. HIERON. Principium hoc, titulus esse videtur totius operis. Quia personam indicant auctoris,

& quid fecerit, & locum, & tempus. Nomen quoque libri, gratiam demonstrat testam̄ti noui. Deuteronomius namque secunda lex interpretatur, & Euangelium significat, quod veteris testam̄ti sacramenta spiritualiter explanat. AVGVSTINVS, quæst. 48. in Deut. Ostendit vnde appellatus est liber iste Deuteronomius, quasi secunda lex, vbi magis repetitio est quàm aliquid aliud. Pauca enim sunt hæc quæ in eo non sint quod primum datum est. Nec tamen appellantur duo Testamenta, quamuis ita hæc verba sonare videantur. Vtrumque vnum Testamentum, quod dicitur vetus. Nam si propter hæc verba, duo Testamenta dicenda essent, iam non duo, sed plura essent, excepto nouo.

Euangelium æternum.

10. **D**EVT. 9. Dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, &c. AVGVST. quæst. 15. Notandum quòd tabulæ quas Dominus dedit, in quibus homo non laborauit, contractæ sunt, illa verò quæ humano labore compositæ sunt, integræ permanferunt. Quia lex quam Dominus Iudæis dedit, illis nolentibus operari, non permanfit; Euangelium verò quod gentibus datum est, illis operantibus, & spiritualiter exercentibus, durat in sæculum.

Euangelij & legis differentia.

11. **D**EVT. 34. Sepeliuit eum. INTERI. Dominus. In valle terre Moab. GLOSSA ORD. In monte mortuus est Moyses, in valle sepultus. Quia lex figurat per Moysen tempore suo gloriosa fuit, sed comparata Euangelio abscondita videtur, & humilis. Vnde Ezechiel 20. [Dedi eis præcepta non bona.]

Euangelica perfectio antiquorum patrum iustitias excedit.

12. **E**XODI 14. Erat eis aqua quasi murra à dextris, & à sinistris. BERNARDVS. Aliud est in luto aquarum multarum maris diuisi fundo iter carpere, terrena licitè possidendo: aliud ipsam nouis gressibus vndam calcare, omnia relinquendo. Sed tempore gratiæ prærogatiua hæc debebatur, Petro nouum iter & noui typus itineris seruabatur. Antiquorum sanè patrum diebus, donec in terris videretur, & cum hominibus conuersaretur Deus maiestatis, non erat Euangelicæ forma perfectionis, sed spiritum Domini solo interim spiritu sequebantur. At vbi verbum caro factum est, & habitauit in nobis, iam in eo tradita est imago vitæ, & conuersationis exemplar, quod oportet etiam corporaliter imitari, vt vtroque sequentes vestigio, non vterius cum patriarcha Iacob altero femore claudicemus.

Euangelium fructus legis.

13. **T**ERTVLLIANVS lib. 4. contra Marcionem. Sicut fructus separatur à semine, cùm sit fructus ex semine: sic & Euangelium separatur à lege, dum prouehitur ex lege. Aliud ab illa, sed non alienum, diuersum, sed non contrarium.

In Euangelio Veritas lucefit.

14. **B**ERNARDVS Serm. 1. de septem panibus. Euangelium speculum est veritatis, nemini blanditur, nullum seducit. Talem se quisque reperiet qualis fuerit, vt nec ibi timore trepidet, vbi non est timor, nec lætetur cùm malefecerit.

EVCHARISTIA.

In Eucharistia Christus lignum vitæ 1. 2. Caro Christi, verè cibus, & sanguis, verè potus. 3. 65. 75. 85. 98.

In Eucharistia Christus fons paradisi, & fluius animæ. 4. Panem celestem comedere, perfectorum est. 5. 12. 15. 21. 32. Eucharistia vitam æternam præstat. 6. 7. 29. 48. 80. 87. 92. 103. 110. 118. 122. Christus Sacerdos offerens agnum. 8. 9. 26. 28. Christus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. 9. Dispositio ad eucharistiam. 10. 12. 14. 25. 27. 30. 31. 32. 33. 40. 49. 53. 55. 57. 71. 72. 73. 74. 79. 93. 94. 102. 104. 112. 123. 128. 138. 140. 149. 155. 176. 185. 173. Gratiarum actio post communionem. 11. 16. 51. 71. 74. 78. 101. 105. 120. 127. 131. 141. 143. 145. 148. Panis celestis confirmans cor. 12. 35. & pacem. 17. 166. 158. 159. In eucharistia totus Christus. 13. 50. 55. Christus in eucharistia vitulus. 14. Eucharistia grande conuiuium. 15. 20. 142. 144. Contra indignè communicantes. 18. 34. 39. 46. 49. 56. 57. 64. 69. 74. 125. 133. 160. 170. 171. 177. 180. Eucharistia frequentanda. 19. 24. 54. 81. 91. 103. 109. 116. 119. 121. 149. 153. 175. 178. Panis pinguis, & diues, quibus communicetur. 21. 38. 99. In eucharistia remittuntur peccata. 22. 23. 59. 154. Eucharistia mirabilis effectus. 22. 23. 26. 50. 100. 103. 110. 111. 113. 137. 140. 149. 162. 172. 182. 184. Christus in eucharistia Agnus. 26. 28. Quid post communionem faciendum. 29. 30. Eucharistia memoriale passionis. 34. 47. 61. 77. 101. 139. Post communionem non peccandum. 35. 39. 52. 62. 106. 130. 169. Eucharistia frenum quo à temporalibus abstrahimur. 36. 103. Panis Angelorum quare dicitur. 37. Eucharistia tentatio fidei nostræ. 41. Eucharistia tempore gratiæ concessa. 42. 43. 44. 60. 76. 80. 82. 83. 124. 136. 137. Totum recipit qui particulam minimam recipit. 45. Eucharistia reseruat in Ecclesia. 47. 58. 59. 84. 85. 135. Eucharistiam dignè recipiens felix. 48. 63. 92. Ad eucharistiam accedendum in tentationibus. 54. Christi presentia in eucharistia. 50. 55. 58. 59. 72. 73. 95. Non curiose accedendum. 63. Christi sanguine placatur Deus pater. 66. Eucharistia quinque sensus subleuat. 70. 156. Eucharistia viaticum. 72. 80. Eucharistia domum Dei maximum. 75. 83. 86. 89. 90. 95. 104. 107. 111. 126. 129. 134. 140. 142. 146. 147. Eucharistia datur, vt conseruetur in anima. 78. 93. 106. Exhortatio ad sumendam eucharistiam. 81. 132. 138.

Eucharistia instituta qua nocte tridebatur. 88. 95. Sanguis Christi signum salutis. 93. 163. Eucharistia mors est malis, vita bonis. 97. 117. Obedientia maxima Christi in eucharistia. 95. Eucharistia contra inimicos. 95. 97. 103. 104. 109. 146. 147. Eucharistia sacrificium verum. 96. 98. 108. Eucharistia mutat mores. 103. Eucharistia præceptum. 108. 119. Per eucharistiam habemus accessum ad Deum. 112. Christus communicat se anima, & corpori. Vide exemplum. 114. 115. Per eucharistiam filij Dei constituimur. 116. Dignitas Sacerdotum circa eucharistiam. 134. 150. Eucharistia vsque in finem duratura. 135. Eucharistia castitatem conseruat. 148. Verba consecrationis integre proferenda. 151. Eucharistia pignus vitæ æternæ. 152. Priora & potiora sunt nostra sacramenta quàm Indeorum. 157. Eucharistia confortat. 158. 159. De necessitate sumptionis eucharistia. 161. Panis Christi est vita animæ. 164. Virtute diuina fit transsubstantiatio. 165. Sanguis Christi figuratur in sanguine animalium. 167. Christi amor in eucharistia elucet. 168. De eucharistia qualiter omnes participamus. 174. Ab eucharistia arcendi peccatores. 179. Christus totus in qualibet particula eucharistia. 180. Quam potenter subueniat Christi corpus, cuius uestigia sibi sic medetur. 186. Eucharistia panis filiorum. 187. Contra non communicantes vide, Angelus, nu. 52. ex Machario.

Christus in anima lignum vitæ.

ENES. 2. Lignum etiam vitæ in medio paradisi. AMBROS. Si paradisi est, in quo erant exorta virgula, videtur & paradisi anima esse in qua virtus vnaquæque plantatur: & qua multiplicat semen acceptum, in qua etiam est lignum vitæ, hoc est, sapientia, id est, Christus in hoc sacramento, iuxta illud: [Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam beati.] Item Salomon, Sapientia, non de terra exorta est, sed de patre: est enim splendor lucis æternæ, & manatio omnipotentis gloriæ. DAMASCENVS. Lignum vitæ, sic dictum, vel quasi habens operationem tributiuam vitæ, vel quia his solum comestibile qui vita digni sunt, & morti nõ subiecti. THEODOR. Quemadmodum crucis lignum, salutare lignum nominatur, & est, propter salutem quæ inde per fidem in Christum proficiscitur: Ita lignum vitæ tanquam certaminis præmium, si mandatum Dei homo custodisset, propositum fuerat, quod illi vitam æternam conferret. AVGVST. lignum vitæ sic dictum est, quia fructu illius corpus hominis sanitate stabili firmaretur, non sicut ex aliarum arborum fructu, vel alio cibo, sed quadam inspiratione & virtute salubritatis occulta: sicut eam quam dedit subcinericio pani Eliæ ab Angelo dato, ita huius arboris cibo in gratiam hominis Deus præstitit, ne corpus eius, vel infirmitate, vel aetate in deterius mutaretur, aut in occasum secus viam laberetur. D. BONAVENTURA

TYR A Super 2. sent. Posuit Deus hæc duo ligna in medio Paradisi iuxta se inuicem, vt hæc ex vno, vt pote ex ligno, vitæ, conciperet homo, affectum amoris: ex ligno autem scientiæ boni & mali, affectus timoris. **AMBR O S.** In medio Paradisi est lignum vitæ, illud scilicet lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, cuius folium non defuit. Quia totus in eo fructus exuberans, id est, Christus Dominus.

Christus in Ecclesia lignum vitæ.

2. A V G V S T. 13. de ciuit. cap. 21. Paradisus Ecclesia est, de qua dicitur: [Hortus conclusus soror mea.] A principio Paradisus supplantatur, quia Ecclesia Catholica à Christo principio omnium condita esse cognoscitur: ligna fructifera sanctos accipiunt omnes: fructus autem eorum, opera eorum: Lignum vitæ sanctum Sanctorum Christum Dominum, ad quem quisque si porrexerit manum, viuet in æternum. **A C A T I V S Episcop. C A S A R.** Non minus cuiquam videri debet si per sensibilem arborem immortalitas conferatur, quando & per sensibilem aquam remissio peccatorum credentibus datur: & panis, & vinum, corporalia cum sint, sui participes sanctificare solent.

Super illud, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus, verè est potus.

3. G E N E S. 2. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum. R V P E R T. In hoc mira terræ Paradisi dulcedo ostenditur. Quia videlicet aquarum natura falsa est, sterilis, neque potui habilis, sicut in semetipso mare ostendit. Ascendens autem de abyssu in illam quasi magni corporis terræ mammam, id est, paradisi fontem, quodammodo lateam assumit dulcedinem, & irrigat vniuersam superficiem terræ. Vt, iuxta Prophetam: [Potent omnes bestię syluæ, & expectent onagri in siti sua,] imo vt dulcesceret omnis terra ad nutriendam herbam viuentem, lignumque pomiferum. *Hæc ille.* Sanguis ex natura sua non est potus, sicut nec caro humana cibus. At caro & sanguis sicut à pectore suauissimo Christi exeunt, ita apta sunt vt comedantur, & bibantur. Vnde ait, [Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus:] quare omnes nos inuitat. Comedite, & bibite ex eo omnes. *Potent omnes bestię syluæ, &c.* Applicata exemplum aquæ salis Maris quod ponit **R V P E R T.** huic diuino sacramento.

Christus fons, & fluvius in anima exercitata.

4. A M B R O S. Est autem paradysus mysticè anima fecunda & fertilis in Eden plantata, id est, in voluptate quadam. Considera autem quæ habet anima ista subsidia. In ea est fons ad irrigandum, id est, Dominus Iesus Christus fons vitæ æternæ, de quo scriptum est: [Quoniam apud te est fons vitæ, qui fons & fluvius dicitur & legitur, quoniam etiam dicitur, **Ioan. 7.** [Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.] Hic fons, seu fluvius, facit, vt lignum fructuosum sit, & ferat fructus in vitam æternam. In anima tua fons est. Vnde & Salomon: [Bibe aquam de tuis visibus, & de puteorum tuorum fontibus.] *Præverb. 9.* Hic fons est qui procedit ex illa anima exercitata, & plena voluptatis. Hic est fons qui dicit: [Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.] Qui etiam ait, [Venite, & edite de meis panibus, & bibite vinum quod miscui vobis.] Hic est fons qui irrigat paradysum, hoc est, virtutes animæ eminentissimo merito pullulantis. Ex anima igitur quæ culta est, & non ex ea quæ inculta est, fons iste procedit, vt irriget paradysum, hoc est, quædam diuersarum fructu virtutum,

Panem celestem comedere perfectorum est.

5. G E N E S. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, &c. A M B R O S. Spiritualiter tria hic per ordinem insinuatur nobis. Primum, in laboribus ex terra comedas maledicta. Secundum, Comedes herbas terræ. Tertium, in sudore vultus tui vesceris pane. Quando de terra manducamus, in quadam malitia esse videmur. Quando panem, vt quodam processu. Quando verò panem, consummata est fortitudo nostra. Ergo & nos habeamus processum vitæ huius, sicut habuit Paulus, qui dicit *ad Galat. 2.* [Viuo ego, iam nõ ego. Viuit verò in me Christus.] Ac si diceret. Iam non viuo ego qui terram manducabam, non ego qui fœnum, quia omnis caro fœnum, sed viuit in me Christus, hoc est viuit panis ille viuus qui de cælo descendit, viuit sapientia, viuit gratia, viuit iustitia, viuit resurrectio. **S. E V C H E R I V S.** Hunc panem cum maximo dolore, & penitentiæ satisfactione accipere debemus.

Vitam æternam præstat.

6. E T vocauit Adam nomen uxoris suæ, Eua, eo quod mater esset cunctorum viuuentium. Videbatur potius vocanda, mater morientium quam viuuentium, per sententiam, [Puluis es, & in puluerem reuerteris.] sed mater dicitur viuuentium in quantum Ecclesiam repræsentabat. A V G V S T. 12. contra Faustum. Ecclesia quæ de viri sui latere facta est, Eua, id est, mater viuuentium, vocatur, & est. Etenim Dominus dicit in Euangelio: [Si quis non manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam.]

Idem.

7. N V N C ergo ne forte mutat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternu, emisit illum de paradiso. C H R Y S O S T. Prouidentia magis quam indignationis fuit hæc eiectio. Suam seruando misericordiam punit. Curam enim agens protoplasti, ei cui ipsum è paradiso præcipit. *Hæc ille.* Quousque penitentiam agat, & accedat ad arborem vitæ Christum, & comedat, & viuat in æternum. **E V C H E R I V S.** Exules enim sunt effecti primi parentes ab vsu ligni ad tempus, vt per congruam penitentiæ satisfactionem rursum illuc vnde emissi fuerant, reuertentur. **R V P E R T.** In magna ira, magna misericordie recordatus est Dominus Deus. In hoc ipso quod lignum vitæ non cecidit misero homini. **I S I D O R V S.** Possimus modò, manum porrigere ad arborem vitæ, id est, Christum, & viuere in æternum. Manus autem porrectio significat crucem, vel cruciatum penitentiæ per quem vita æterna recuperatur.

Christus Sacerdos figuratus in Abel.

8. G E N E S. 9. Abel obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. R V P E R T. Totum quod fecit Abel, & pertulit, parabola est, vel figura Domini nostri Iesu Christi. Fuit pastor ouium, & Christus ait, Ego sum pastor bonus, ego sum pastor ouium. Hic pastor, idemque verus agnus Dei, Sacerdotio suo functus est hora sacrificij sui, quæ fuit vespera veteris paschæ, accipiens panem & vinum, & benedicens [Accipite, inquit, hoc est corpus meum, &c. tunc noster Abel obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Quia quamuis sacrificium illud exteriori specie, panis & vini erat, in veritate tamen Agnus Dei primogenitus omnium agnorum, vel ouium quæ pertinent ad caulas cæli, & non solum obtulit de primo

de primogenitis gregis, sed etiam de adipibus eorum. Etenim hoc verum panis & vini sacrificium non modò caro, & sanguis, sed spiritus & vita est, quia vera diuinitas in pane & vino est. Vnde ad Sacerdotem dicimus: Memor sit Dominus sacrificij tui, & holocaustum tuum pinguiat. Hoc est, sicut tunc hoc sacrificium & sacramentum condidit, ita & nunc quando per tuas & Ecclesiæ manus idem ipse conficitur, pinguedo spiritus & vitæ adit, neque quemquam nostrum propter peccata sua diuina virtutis adeps refugiat, & macrum sacrificij corpus solummodo dentibus indignè conterendo, corporis & sanguinis Domini reus existat. Respexit igitur Dominus Deus ad nostrum Abel, & ad munera eius, & ex illa hora, non respexit ad Cain, id est, ad populum Iudaicum, neque ad munera eius. Vnde *Psal. 49.* Non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos, &c. & cõfestim de sacrificio huius veri Abel, ad quod Dominus respicit, addit, [Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua.] & *Isa. 1.* [Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus, plenus sum: holocausta arietum, &c. nolui: quis quæsiuit hæc de manibus vestris?] Ad hæc autem Abel, & ad munera eius, scilicet panis, & vini, Deus respicit, dicens per Dauid: [Iurauit Dominus, & non poenitebit eum. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.] **G R E G O R. 29. Moral. cap. 28.** Sancti, diuersi quidem temporibus ad prædicandum missi sunt, tamen concorditer per intentionem mentis vnum prædicant. Abel, **Isaias, & Ioannes**, diuersi quidem fuerunt tempore, sed non prædicatione. Nam Abel redemptoris nostri passionem significans, agnum in sacrificio obtulit. De cuius passione: *Isaias ait cap. 53.* [sicut agnus coram tondeute se obmutescet, & non aperiet os suum.] De quo Ioannes quoque ait: [Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,] eundem Agnum Ioannes ostendendo, **Isaias** præuidendo, hunc Abel significando, in manibus tenuit.

Christus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

9. G E N E S. 14. Melchisedech rex Salem proferens panem & vinum (erat enim Sacerdos Dei Altissimi) benedixit ei. H I E R O N. ad Euangium. Ordinem Melchisedech, multis modis interpretantur auctores. Primum, quod solus, & Rex fuerit, & Sacerdos. Secundò, ante circumcissionem functus Sacerdotio, vt non gentes ex Iudæis, sed Iudæi à gentibus Sacerdotium acceperint. Tertio, Neque vnctus oleo Sacerdotali, vt Aaron, & Moysi præcepta constituunt, sed oleo exultationis, & fidei puritate. Quarto, Neque carnis, & sanguinis victimas immolauerit, sed panem & vinum, simplex purumque sacrificium. *Et in libro de Quæstionibus Hebraicis*, sic ait: Quod autem dicitur: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, mysterium nostrum in verbo ordinis significatur. Nequaquam per Aaron irrationabilibus victimis immolandis, sed oblato pane & vino, id est, corpore & sanguine Domini Iesu. *Proferens panem, & vinum.* **I N T E R L.** Hæc enim sacramenta nostrorum sacramentorum figura fuerunt. **A V G V S T. 16. de ciuitat. cap. 22. secundum ordinem Melchisedech**, non secundum ordinem Aaron, qui ordo fuerat auferendus illucescentibus rebus quæ illis vmbri denotabant. **H I E R O N.** Melchisedech dicitur à Paulo ad *Hebræos*, sine patre, & sine matre, eo quod subito introducat in Genesi occurrisse Abraham, & nec antea, nec postea, eius nomen feratur adscriptum. **A M B R O S.** Dei filio Domino nostro assimilatur. Ipse est enim solus de patre sine matre genitus per diuinitatem,

tempore de matre sine patre per humanitatem. Ipse quoque Sacerdos æternus, neque initium, neque finem habens, ipse iustitia & pax, rex, & Sacerdos. Rex videlicet ex Deo patre, Sacerdos ex virgine matre, sine aliqua genealogia, scilicet Sacerdotali. Vtpote non ex tribu Leui ortus, sed ex tribu Iuda. Ex qua tribu nihil de Sacerdotali præcepto accepit. **E V S T A C H I V S A N T I O C H.** Melchisedech sine patre, & sine matre, assimilatur Christo, non secundum naturam carnis, nam secundum hanc Christi genealogia recensetur, sed secundum supremum illum ordinem inenarrabilem generationem habens. **H I E R O N.** Affirmat autem Apostolus quod Aaron Sacerdotium, id est, populi Iudæorum, & principium habere & finem, Melchisedech autem, id est Christi, & Ecclesiæ, & in præteritum & in futurum æternum est. *Benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelsus, &c. & benedictus Deus excelsus, &c.* **I N T E R L.** Ecce actio Sacerdotalis. Medius siquidem est Sacerdos inter Deum, & populum, & propria vice Dei benedicit aliis. **A M B R O S.** Qui benedicit maior est, quam qui benedicitur. Vnde Sacerdotes ex semine Abraham nati, fratres suos benedicebant, id est, filios Israel. Quis est autem iste Sacerdos maior Abraham, nisi vnicus Dei filius Sacerdos summi patris, qui sui corporis sacrificio patrem nostris repropitiavit delictis? Quis Rex iste iustitiæ, nisi idem Dominus Saluator noster, qui in presenti suos regit, & in futuro rectè indicabit? **E V C H E R I V S.** Per hoc spiritualiter exprimitur melius futurum Sacerdotium in populo gentium, quam Leuiticum, nasciturum ex Abraham, futurumque, vt Sacerdotium Ecclesiæ habens præputium, benediceret in Abram circumciso Sacerdotium synagogæ.

Dispositio ad eucharistiam.

10. G E N E S. 18. Apparuit ei Dominus in conualle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui. G R O S S. G R A C. Quid est quod priores apparitiones Dei ad Abraham de cælo fiunt, nouissima verò in tabernaculo? Nisi vt figuraret, Deum in nouissimis diebus cum hominibus in humani cordis tabernaculo versaturum? *Hæc ille.* Nota tamen dispositionem quam habebat Abraham. *Sedenti in conualle Mambre.* **A V G V S T. Serm. 68. & 70.** Mambre interpretatur Visio, siue Perspicacia. Delectauit enim Dominum visio, siue perspicacia Abraham. Erat enim mundus corde, vt posset Deum videre. **I N T E R L.** Vel in conualle Mambre, id est, in humilitate, quia apparet Deus humilibus. *Hæc ille.* Nota tamen quod sedebat, vt intelligas quod tam perspicacia quam humilitas, debet esse continua, & diuturna. *In ipso seruore diei.* **I N T E R L.** In seruore diei apparuit illi Deus, hoc est, in affectu boni desiderij. **A M B R O S.** Meridies erat, quia illi de præsentia Domini lux æterna fulgebat.

Gratiarum actio post communionem.

11. D O M I N E si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, & infra: Et requiescite sub arbore. **A V G V S T.** Seruat semper in bonis tenorem suum perfecta iustitia: offert peregrinis hospitium. Quod enim habet tectum, vel qui non habet tectum, & cum sit omni domicilio viduatus, domicilij quale necessitas procurabat, exhibuit transeuntibus: & licet illa minora fuerint quæ offerbantur, locorum angustiis magnitudinem dederat fides, quæ contemni non meruit à Deo, licet suffugium angustum erat homini, sed sufficiens maiestati. Dignum enim Deo palatium fides deuota pangebatur, in quo fuisset maiestas diuina pransura. Offert quidem tabernaculum, sed quia erat arctum nimis, ait, *requiescite sub arbore*

arbores, quæ quidem tectum non habet, & ideo capaxior Deo: sic & tu ô anima post sumptionem Eucharistia, inuita Deum, dicens: Domine, si inueni gratiam, &c. Sicut fecerunt duo illi discipuli, Mane nobiscum Domine, & si angusta nimis videatur tua habitatio, locorum angustiis magnitudinem dat fides, &c. Dignum enim palatium fides deuota, &c.

Dispositio ad Eucharistiam.

12. **A**FFERAM paucillum aquæ ut lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore, pondamque buccellam panis ut confortetur cor vestrum, & postea transibitis. Hæc buccella panis sufficiens est ad cor confortandum, iuxta illud: & [Panis cor hominis confirmet.] est viaticum etiam pro itinerantibus. & postea transibitis. Sed nota dispositionem ut lauentur pedes vestri, aqua scilicet lacrymarum, & requiescite sub arbore, sancta scilicet crucis.

In Eucharistia totus Christus.

13. **A**CCELERA. Tria sacra similia commisce, & fac subiecteris panes. AMBROS. Sara tres similes mensuras faciens, typum Ecclesie habet, cui dicitur [Latere sterilis quæ non parit,] &c. Similaginem igitur offert Ecclesia, hoc est, interiora spiritualis fructus, vel grani illius de quo dictum est, quod nisi in terram ceciderit, nullum fructum affert, & misceat tria sacra, id est, corpus, animam, & diuinitatem Christi, in Eucharistia.

Idem.

14. **T**VLIT de armento vitulum tenerrimum, & optimum, &c. Tulis quoque butyrum, & lac, & posuit coram eis. ORIGENES. Vitulus non est durus, sed bonus & tener. & quid tam tenerum, quid tam bonum quam ille qui humiliavit se pro nobis vsque ad mortem, & animam suam ponit pro amicis suis? Hic est & vitulus saginatus, quem pro recepto penitente filio iugulat pater, sic enim Deus dilexit mundum ut filium suum vnigenitum daret. AMBROS. Tener, quia non dura ceruice sed molli, iugum legis agnouit. Crucis patibulum non recusauit. & merito tener, de cuius capite, & pedibus; & intestinis nihil relictum est, & os non est contritum ab eo, sed totus epulantiæ cibo cessit. EVCHERIVS. Proinde vitulum cum lacte, & butyro Abraham edendum apposuit, quia nec corpus Domini, quod est vitulus, sine lacte legis, nec lac legis sine butyro, hoc est, sine Euangelij testimonio, esse potest. Optimum condimentum ad edendum Christum, obsequantia legis, & consiliorum Euangelicorum. EVCHERIVS, & INTERL. Ipse vero stabat iuxta eos sub arbore. Arbor hæc sanctissima: crucis lignum est, cuius sacramentum tunc intuebatur Patriarcha, & sub arbore Angeli sedebant, quia & ipsi crucis erant prædicatores. Sub hac ergo arbore, & his sacramentis aluntur ministri Christi.

Eucharistia conuiuium.

15. **G**ENES. 21. Fecitque Abraham grande conuiuium in die ablationis Isaac. RVPERTVS. Illic profectus grande conuiuium est, cum destitutus lacteis, id est, infantibus ritibus, hoc est, brutorum animalium sacrificiis, transducit Christus suos ad verum & vnicum sacrificium corporis & sanguinis sui. De hoc grandi conuiuio Propheta dicit Isa. 25. [Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiae, pinguium medullatorum & vindemiae defecate.] & quia per hoc conuiuium peccata soluantur, subdit,

[& præcipitavit in monte isto faciem vinculi colligari super omnes populos, & telam quam orditus est super omnes nationes.] & quia conuiuium istud veri Isaac, id est, lætitiæ, est, addit: [& dicent in illa die: Ecce Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos. Ille Dominus, sustinuit eum, & exultabimus, & lætabimur.] AVEVST. & AMBROS. Non quia à nutritis lacte subductus est puer, magnum conuiuium exhibuit Abraham, sed quia idoneus habitus est Isaac fortioris gratia cibo & virtutis alimento, non adhuc ut Corinthij lacte potandus, sed epulis solidioribus mandatorum Dei, mentis suæ lacertos firmans.

Pro gratiarum actione.

16. **G**ENES. 30. Dixit Laban ad Jacob hæc verba, quæ pro gratiarum actione quadrare videntur. Dic eadem tu Christo. Inueniam gratiam in conspectu tuo. Experimento didici quod benedixisti mihi Deus propter te: & respondebit tibi cum Jacob: Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es, benedixitque tibi Dominus ad introitum meum. RVPERTVS. Omni scilicet benedictione spirituali peccata remittendo, & dona Spiritus sancti largiêdo.

Eucharistia panis ad firmandam pacem.

17. **G**ENES. 31. Immolans victimis in monte, vocauit Jacob fratres suos ut ederent panem. Qui cum comedisent, manserunt ibi. RVPERTVS. In confirmationem pacis, in monte panem sumere, est, de mensa Domini corpus & sanguinem Christi pariter manducare & bibere. Etenim quotquot sacerdotes & ministri sumus Christi, post reconciliationem altaris aduersariis nostris indultam, nullam de præteritis molestiis coram communi iudice Deo querelam depromere habemus. Dixerat enim Laban antea, nullus sermonis nostri testis est absque Deo qui præsens respicit.

Contra indignè communicantes.

18. **G**ENES. 37. Miserunt eum in cisterna veteri, &c. Sedentes ut comederent panem, viderunt Ismaelitas. LIPOMAN. Post tantum verò scelus sederunt ad comedendum manibus pollutis quatumlibet aqua fortasse dilutis, & sanguinolentum quidem panem. Hæc ille. Similes illis sunt, qui post peccata sua accedunt ad comedendum Christum in Eucharistia,

Pro huius panis frequentia.

19. **G**ENES. 42. Audiens Iacob quod alimenta vendentur in Aegypto, dicit filijs suis: Descendite, & emite nobis necessaria, &c. INTERL. Necessaria profectus est ad vitam anima spiritualis, intelligentia, sicut panes ad vitam corporis. [Non enim ex solo pane viuit homo, sed ex omni verbo quod procedit de ore Dei.] Nos autem non errabimus, si pro intelligentia communionem corporis Christi posuerimus, cum ipsemet Christus dicat, [Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.] AMBROS. Non semel Iacob hoc dixit: Quotidie omnibus filiis suis dicit, qui seriis veniunt ad gratiam Christi. Nam & Deus pater dicit: Ex Aegypto vocaui filium meum: Ex isto grano, illa fecunditas. Neque enim messis esse potuisset, nisi Aegyptij granum antè seuisserent. Ex hoc frumento granum est quod refurgit. [Nolite (inquit) negligere: nam qui fame inuolunt, suæ segnitici debet adscribere. Ecce audim (inquit) quod frumentum est in Aegypto. Citius ista iuuenes aliqui quam seniores consueuerunt audire. Sed hæc negotiationem prius senex audit. Sed ille in quo

in quo est longæua canities, prior senex intelligit, sed ille senex in quo est venerabilis senectus, & ætas senectutis vita immaculata. Neque omnes hanc negotiationem suscipiunt, nisi filij Iacob, & ipsi prouentioris ætatis, ideo decem pergunt, non pergit iunior. Hæc ille. Per hanc negotiationem intelligit frequentem vsum huius sacramenti. PROSPER. Venierunt in Aegyptum fame compulsi fratres Ioseph, ab eo quem vendiderant, comparate frumentum, Venierunt & ad nostrum Ioseph Christum Dominum, qui eum crucifixerunt, ut eius refecti cibario, famem quæ eorum animi vexabatur, auferrent.

Eucharistia conuiuium.

20. **G**ENES. 43. Illi verò parabant munera, donec ingrederetur Ioseph meridie. AMBROS. Meridies est quando Ioseph verus intrat in domum suam ut prandeat. Tunc enim plus dici lucet quando sacramenta celebramus. Igitur ingressus est Ioseph domum suam, obtuleruntque ei munera. Nos munera offerimus, ille intaurat conuiuium. cap. 50. ait Ioseph fratribus postestibus veniam, Ego pascam vos, & paruos vestros. LIPOMAN. Dicebant fratres, oramus vsque Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Ille autem non tantum remittit offensam, sed & insuper elcas, & necessaria quæcumque, illi ac toti cognationem pollicetur. Vide iusti liberalitatem, vide benignitatem, Dei largitatem copiosè æmulantem, qui dat affluentem, & supra quàm petamus. Hæc ille. Idem facit Christus in hoc sacramento: Consolatique est eos, & blandè, ac leniter est loquutus. Carent numero consolationes quas tribuit in hoc ditino conuiuium.

Panis pinguis, & diues quibus communicetur.

21. **G**ENES. 49. Affer pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. AMBROS. Secundum spiritum. Affer interpretatione Latina significat diuitias. Quis igitur diues, nisi ubi altitudo diuitiarum est sapientia, scientia? Quis diues nisi Dominus Iesus, qui abundat semper, & nunquam deficit: Pauper venit in hunc mundum, & omnibus abundauit, vniuersa repleuit. Quantum est in diuitiis, qui paupertate sua omnes diuites fecit: sed pauper propter nos: diues cum patre. Vnde Apostolus, 2. Cor. 8. [Qui cum diues esset, propter nos egenus factus est, ut eius nos inopia diuites essemus.] Cuius inopia ditat, sanat fimbria, famem satiat, mors viuificat, sepulchrum resuscitat. Hic ergo diues thesaurus huius pinguis panis, quem qui manducauerit, esurire non poterit. Hunc panem dedit Apostolis ut diuiderent populo credentium. Hodièque dat nobis eum quem ipse quotidie sacerdos consecrat verbis suis. Hic ergo panis factus est esca sanctorum. Ego, inquit, sum panis vitæ, hic est panis qui de celo descendit, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur: & ne quis putaret quia de hac morte diceret, quæ per animam & corporis separationem venit, & iure dubitet, cum sciat sanctos Apostolos hac morte esse defunctos, addit: [si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.] Ac si dicitur: non de temporalis vita, nec de ipsius vita morte dixi, quæ etiam si quis mortuus fuerit, tamen si panem meum acceperit, viuet in æternum. Ille enim verè accipit qui seipsum probat, qui autem sic acceperit, non moritur peccatoris morte, quia panis hic remissio peccatorum est, & præbebit delicias regibus. INTERL. & EVCHERI. Et præbebit delicias sapientia, gratia, virtutum, & verbi Dei. Regibus, id est, qui sensus proprios bene regunt. Qui dominantur vitijs suis suorum, qui castigant corpora sua, & animæ suæ in feruitutem subiciunt. RVPERT. id est, eis qui seiplos

student regere, ut sint digni mensa regalis curia, delicias præbebit vitalis alimonia.

Eucharistia remittit peccata.

22. **G**ENES. 49. Lauit in vino stolam suam, & in sanguine vuae pallium suum. AMBROS. Bona stola est caro Christi, quæ omnium peccata operuit, omnium delicta suscepit, omnium errores textit. Bona stola quæ vniuersos induit vestem inopanditatis. Lauit ergo Iesus stolam suam, non ut suam, quæ non erat, sordem ablueret, sed ut nostram quæ erat, & in sanguine vuae pallium suum, hoc est, in passione corporis sui diluit gentes suo sanguine, etenim Verbi pallium gentes sunt, sicut scriptum est: [Viuo ego, dicit Dominus, nisi omnes eos induam, sicut vestimeturum.] & alibi: [Sicut amictum mutabis eos, & mutabuntur.] Non ergo sanguine proprio sua peccata, quæ non erant, sed nostra quæ fecimus delicta mundauit: & bene vnam dixit, quia sicut vna pependit in ligno vitis, id est, crucis. Ipse enim est vitis, & ipse est vua: vua, quia lancea militis apertum latus emisit aquam, & sanguinem: aquam ad lauacrum; & sanguinem ad pretium. Aqua nos abluit, sanguis redemit. Hæc ille. Omnia hæc possunt applicari sanguini Christi in hoc sacramento, & effectibus quos causat indignè recipienti. Idem dico de sanguine Abel: Genes. 4. vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. AVEVST. & ISIDOR. Terra quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem iusti Abel, ipsa est sancta Christi Ecclesia, quæ suscipiens sanguinem Christi, [tanquam vententem super se imbrem,] ut ait Apostolus, Hebr. 6. germinat herbam, & fit fructifera, & proinde accipit benedictionem à Deo: sicut è contra [profrensus spinas, & tribulos, reprobata est, & maledictio proxima, cuius consummatio in combustionem.] Hæc terra cum sit rationalis, tanto præstantior est terra inanimata, & insensibilis, quanto sanguis huius Abel quem suscepit. Aperiens igitur os suum in voce exultationis, & confessionis, melius clamat: quàm sanguis illius Abel clamare potuerit, teste Apostolo, Hebr. 12. [Accessistis, inquit, ad noui testamenti mediatorum Iesum, & sanguinis asperisionem multo melius clamantem quàm Abel.] Nam ille sanguis clamando vniuersum tantum hominis nefarium scelus accusabat: Hic autem ex ore terræ fidelis pro omni mundo interpellat, & vniuersorum peccata excusat, & ad penitentiam inuitat. Habet enim vocem magnam sanguis Christi in terra. Hæc AVEVST. & ISIDORVS.

Eucharistia purificat animas.

23. **L**AVABIT in vino stolam suam, &c. DIODO. LRVVS. Per contraria, contraria potenter efficit. vestimenta, enim vino maculati solent, non lauantur. Sed quemadmodum luto oculos sanauit, atque aperuit, & morte sua non morti vim addidit, sed mortem extinxit, ita vino vestimenta lauat. Hæc ille. In vino, sicut ait Apostolus, est luxuria, veruntamen de hoc vino, ait propheta Zacharias, quod est vinum generans Virgines. Abstinentia domare solemus carnem. At si vis perfecte domare, hunc panem dignè manduca: iuxta illud: [Qui manducat me, viuet propter me.] Vinum hoc non maculat, sed emundat. Vnde, [qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.] &: [Dealbauerunt stolas suas in sanguine agni.]

Eucharistia frequentanda.

24. **E**XODI 3. Cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad locum optimi pastus in deserto. PHILIVS. in locum aquis vniuersum & floridum. Vbi multa pœndibus herbarum exhibebatur copia.

copia. **L I P O M A N.** Quo & mente quietiore quæ Dei erant, meditaretur homo sanctus, & oraret quietior, & commodior. Hoc facere debent Prælati diligentes, minare, & exercitare gregem suum ad locum optimi pastus, id est, ad Eucharistiam, locum scilicet gratiarum aquis irriguum, &c.

Præparatio ad Eucharistiæ sacrificium.

25. **E X O D I 5.** *Ibimus viam trium dierum in solitudinem, ut immolemus Domino Deo nostro.* D. BERNARDVS, *serm. 7. de panibus.* Viam trium dierum eas necesse est in deserto, si gratum Deo tuo offerre volueris sacrificium. & triduo sustineas Saluatorem, si miraculi panibus desideras saturari. Prima est dies timoris, dies, inquam, declarans & illuminans tenebras tuas interiores, scilicet horrendum gehēnæ supplicium demonstrans. In quo sunt tenebræ exteriores. Huiusmodi namque cogitatio nostræ solet exercere primordia conuersionis. Secunda est pietatis dies, qua respiramus in lucem miserationum Dei. Tertia est dies rationis, in qua veritas innoscit. Ut tanquam ex debito quodam naturæ, sine aliqua contradictione creatura subiecta sit creatori, seruis seruiat redemptori.

Christus Agnus. Vide supra, num. 8.

26. **E X O D I 12.** *Decima die mensis huius tollat unusquisque agnum per familias suas, &c.* HIERON. *in Isai. 53.* Iste agnus, de quo immolari præcipitur, est, de quo Isaias: [Sicut ovis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutuit.] Etenim pascha nostrum immolatus est Christus: quem Ioannes Baptista monstrabat dicens: [Ecce Agnus Dei,] &c. qui & in Apoc. Agnus occisus sæpe memoratur. Qui de seipso loquitur in *Ierem. 11.* [Ego autem sicut Agnus innocens, eductus ad victimam, nesciebam.] Quia sicut agnus cum ductus ad victimam, non repugnat, sic ille passus est voluntate. Hic Agnus est, cuius cruor linitus in postibus, exterminatorem fugabat Aegypti. Qui non solum sanguine suo nos redemit, sed & lanis operuit, ut algentes infidelitate sua veste calefaceret, & audiremus Apostolum nobis loquentem: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. & alibi: [Induimini Dominum Iesum Christum.]

Præparatio ad Eucharistiam.

27. **E X O D I 12.** *Si autem minor est numerus ut sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum, &c.* RVPERTVS. Mysticè. Numerus hominis tunc sufficiens est ad esum agni, quando is qui agnum manducat, mysteria eius penetrare præualeat. Sed ad hæc quis tam idoneus? Quis infantiam tantum supergressus est, tantamque dierum bonorum multitudinem collegit, ut ad capiendum totum cibum tam solidum nihil sibi desit? Ergo quoties hunc agnum immolamus, rectè paucitatem nostram consistentes in nobis, quia totum eius mysterium capere non possumus, assumimus vicinum qui coniunctus est domui nostræ, scilicet Apostolorum & Martyrum chorum, qui per eandem fidem coniuncti nobis sunt, & sine illorum inuocatione, nunquam edere præsumimus. Dicimus enim, communicantes & memoriam venerantes in primis gloriosæ semper virginis Mariæ genitricis Dei, sed & beatorum Apostolorum ac martyrum tuorum, &c. Quod idem est ac si dicamus in eadem fide nos immolare, & comedere agnum Dei, in qua virgo concepit & peperit: quam Apostoli sancti prædicauerunt: pro qua beati martyres passi sunt. Ita vicinis assumptis, nos per Dei gratiam ad esum agni sufficimus. Quia videlicet etiam totum eius mysterium com-

prehendere non valeamus, satis tamen est, quia nihil de illo quod Apostolica fidei sit contrarium, sentimus. *Hæc ille.* Possumus etiam dicere, ut scilicet suppleamus insufficientiam nostram, oportere & vicinum inuitare. hoc est, inopem elemosynis adiuuare. *Vnde sanctus THEODORETVS.* Hoc præcepit Deus ut fraternum amorem atque erga pauperes misericordiam illos doceret. Ob id etiam hortatur ut quæ superfuerint, comburantur, neque in crastinum diem conferentur, ut hac ratione cogeret illos ut ad festi diei communionem egentes conuocarent. *Hæc ille.* Vel etiam ut proximum inuitemus ad esum agni, id est, ad communionem corporis, & sanguinis Christi, iuxta illud Apoc. [Qui audit, dicat, veni.]

Christus vnus Agnus.

28. **I M M O L A B I T Q V E** eum vniversa multitudo filiorum Israel ad vesperam. RVPERT. Eum dixit singulariter, cum tot agni erant quot in vniversa multitudine filiorum Israel familiæ esse poterant: vel quia plures agni participatione speciei (ut ait philosophus) vnus agnus, vel quia in omnibus (quod magis ad rem attinet) vnitas sacramenti, in cunctis vnus erat futura. *Vespera* igitur præfens sæculi ætas nouissima, in qua nos sumus, rectè dicitur. *vniversa* autem multitudo filiorum Israel, vniversitas credentium est, quæ quantacumque sit per orbem terrarum diffusa, vnus est agnus quem in tot locis immolat, vnus est panis quem frangit, vnus est Christus, cuius manducat carnem, & sanguinem bibit.

Sanguis Christi à morte liberat: vide numerum 33.

29. **E T** sumeni de sanguine eius, ac ponent super vrumque postem, & insuper liminaribus domorum, in quibus comedent illum. THEODORETVS. Scilicet ut exterminator Angelus primogenita Aegyptiorum interficiens, sanguinem super postes aspiciens Hebræorum, domos illæsas transiret. Non quod his natura illa corporis expers indigeret, sed ut nos qui immaculatum agnum sacrificium Deo offerimus, hæc antea in figura scripta fuisse intelligeremus. **C H R Y S O S T.** Vide quod sine sanguine salus esse nõ poterat, neque iis qui per id tempus, neque his qui nouissimis temporibus extiterunt. Nam quemadmodum regis statua eos qui ad se confugiunt, seruare solent, non quia statuae sunt, sed quia regem repræsentant: Similiter & agni sanguis homines saluos faciebat, non quia sanguis erat, sed quia sanguinem Christi deferebat. **G R E G O R.** *hom. 22.* Quid sit sanguis agni, iam non audiendo, sed bibendo didicimus. Qui super vrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis sed etiam ore cordis hauritur. Ore enim ad redemptionem sumi debet, ad imitationem quoque inuenta mente debet considerari. Nam qui sic redemptoris sui sanguinem accipit, & imitari passionem illius nec dum vult, in vno poste tantum sanguinem posuit: qui & in superliminari domus ponendus est. Idem in intentione mentis superliminatis domus spiritualis est ipsa intentio, qui præminet actioni. Qui ergo intentionem cogitationis suæ ad imitationem Dominicæ passionis dirigit, in superliminari domus agni sanguinem ponit. *vide & infra num. 31.*

Post Eucharistiam sumptam quid necessarium.

30. **E T** edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. **G R E G O R.** *vbi super.* In nocte agnum comedimus, quia in sacramento modò Dominicum corpus accipimus, quando adhuc inuicem nostras conscientias non vidimus, sed solum redemptoris nostri percepta sacramenta ad veram salutem

solemnitatem mentis non sufficiunt, nisi eis quoque & bona opera iungantur. Quid enim prodest corpus & sanguinem illius ore percipere, & ei perueris moribus contraire? Vnde bene adhuc ad comedendum subditur, *& azymos panes cum lactucis agrestibus.* Panes quidem sine fermento comedit, qui recta opera sine corruptione vanæ gloriæ exercet, qui mandata misericordiæ sine admixtione peccati exhibet. Illi peccati fermentum bonis suis actibus miscuerunt, quos per Prophetam increpat Dominus dicens: *Amos 4.* [Venite ad Bethel, &c. & sacrificiate de fermento laudem.] De fermento namque laudem immolat, qui Deo sacrificium de rapina parat. Lactucæ verò agrestes valde amaræ sunt. Carnes ergo agni, cum lactucis agrestibus sunt edendæ, ut cum corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris cum fletibus affligamus, quatenus ipsa amaritudo poenitentiae abtergat à mentis stomacho peruerse humorem vitæ. **R V P E R T.** Dicuntur autem *carnes agni igni assas*, quia de Spiritu sancto qui ignis æternus est, virgo Deum concepit, & ipse per eundem Spiritum sanctum (ut Apostolus *Ephes. 5.* ait) [obtulit semetipsum hostiam viuam Deo viuenti.] Eodem igitur igni assatur in altari. Operatione namque Spiritus sancti, panis corpus, vinum sit sanguis Christi. *Vide etiam infra, num. 35.*

Eucharistia sumpta spem generat.

31. **E X O D. 12.** *Videbo sanguinem, & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens.* RABAN. Sanguis Christi etiam in signum est creditibus, ne nocent eis exterminator. Quia maxima tutela contra hostes est Christianis memoria passionis Christi. **T H E O D O R E T.** Vngimus & nos sanguine agni non tantum limen, sed & duos postes, quantum ad id quod oculis cernitur patet, linguam, & labia purgantes ac sanctificantes. Quantum verò ad id quod mente tantum comprehenditur, attinet, pro duobus postibus vim illam quæ irascitur, & concupiscit. Sequitur: *Fasciculum hyssopi tingite sanguine, qui est in limine.* Intelligit **A V G V S T.** in aliquo scilicet vase quod erat in limine inferius. *& aspergite ex eo super liminare, & vrumque postem.* **R V P E R T.** Est autem hyssopus herba humilis, nasciturque in petrosi locis, & deponit tumorem pulmonis. Per hoc autem significatur quod sacramentum debet esse ad manum, ut quicumque domum suam signare velit, ut liberetur de manu percussoris diaboli, citò inueniat, citò & velociter salus illi occurrat, dummodo sic faciat. Tollat fasciculum hyssopi, & intingat in sanguine, id est, recitet symbolum post sacramentalem confessionem, spem totam constituens in sola salutifera Christi passione. Significat enim hyssopus fidem, & humilitatem passionis Christi per quam superbæ tumor deponitur, quo primus homo corruptus contra suum creatorem intumuit. Quod sperans Psalmista dicebat. [Asperges me hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealabor.] Igitur hyssopus tineta agni sanguine, quo domus significatur, humilitas mentis est, cum passionis Christi fide. *Vide infra num. 36.*

Mortificatio ad Eucharistiam necessaria.

32. **O M N I S** alienigena non comedat ex eo. Id est: Qui nec dum sacro baptismate renatus est, ait **R A B A N.** Quia sicut extra est, religione, sic debet esse & communionem. In **CHALDÆO** habetur, [Omnis filius Israel qui fuerit apostata nõ comedet ex eo.] *Omnis autem seruus emptius circumcidetur, & sic comedet.* **R A B A N.** Seruus emptius est qui emptus est pretio sanguinis Christi, qui primum debet circumcidi spirituali circumcissione, non carnis, sed cordis, & sic

agni immaculati corpus comedere. Nam talibus dicit Petrus: [Succincti lumbos mentis vestræ, sobrii, perfecti sperate in eam quæ offertur vobis gratiam. & infra:] [Scientes quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vanâ vestra conuersatione, sed pretioso sanguine, &c. animas vestras castificantes,] &c. *Aduena & mercenarius non edem ex eo.* *Aduena*, id est, ait **R A B A N.** qui nuper venit ad fidem, nec firmus est in Catholica religione. *Mercenarius* autem qui pro terrenis tantum lucris laborat, & nullum in futuro premium requirit. Isti sunt indigni accipere corpus Christi, quia enim non firmiter credunt, aut non veraciter amant. *In vna domo comedetur.* **R A B A N.** id est, in via Ecclesiæ Catholica tantum. **R V P E R T.** In vnione vnus fidei id est, vel ipsum dicamus omnes, & non sint hæreses in nobis, & schismata. In scissura enim mentium Deus non est. *Quod si quis peregrinus in vestram voluerit transire coloniam, & facere Pascha Domini, circumcidetur prius.* **I N T E R L.** Non autem ante: [Qui enim manducat & bibit, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.] *Si quis autem circumcissus non fuerit, non comedat ex eo,* quia nulla pars immunditiæ cum munditia quæ omnia mundat. **R A B A N.** Expollet prius veterem hominem cum actibus suis, & induat nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Sic dignè sociabitur conuiuio caelestibus, vesceturque rite epulis spiritualibus.

Charitas erga proximum.

33. **C I R C A** Numeror. 29. *Et ponent super vrumque postem. L E O* *Serm. 4. de passione.* Quia nihil est in omni virtutum dignitate præstantius quam pietas misericordiæ, & puritas castitatis. His nos præfidiis specialius instruamur: & charitatis opere, & nitore pudicitiae tanquam duabus eleuatis alis, de terrenis mereamur esse caelestes. Quo desiderio quisquis gratia Dei adiutus impletur, & de profectu suo non in se, sed in Domino gloriatur, hic legitime honorat paschale sacramentum, huius limina vastator Angelus sanguine agni & signo crucis prænotata non intrat. Is plagas Aegyptias non paucauit, & iisdem aquis hostes relinquit extinctos, quibus est ipse saluatus. Amplectamur itaque dilectissimi purificatis mentibus, atque corporibus, salutis nostræ mirabile sacramentum, & ab omni fermento malitiæ veteris emundati, pascha Dominicum digna obseruatione celebremus.

Eucharistia memoriale passionis.

34. **E X O D. 13.** *Memento diei huius, in qua egressi estis de Aegypto, &c. ut non comedatis fermentatum panem.* **I N T E R L.** Tale est ac si dicat: Memoriter tenete quanta fecit vobis Dominus in sancta hac die, qua vera lux mundo affulsit, & in qua liberati estis de tenebris huius mundi, & de familia diaboli in inuincibili filio Dei, qui est virtus & sapientia patris: & propter hoc non sumatis panem cæli, & Verbum Dei, in malitia & nequitia. **C H R Y S O S T.** *Hom. de productione Iudæ.* Iudæi omnia Dei beneficia obliuione præteribant. Nam post Aegypti profectiorem, viderunt confindi maria, & denuo conuenire, & alia multa mirabilia, & dicunt: [Faciamus nobis Deos qui nos antecedant.] Adhuc inspicis quod miraris, & oblitus es largitoris. Eapropter festiuitatis celebratione beneficiorum memoriam Dominus roborauit, & ideo singulis annis pascha sacrificari præcepit, & dicit: [Memento diei huius.] *Hæc ille.* Idem mouit Christi sapientiam in institutione huius sacramenti. Ideo ait: [Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam,] &c.

Post Eucharistia communionem peccare, dignum morte.

35. EXOD. 16. Ecce ego pluam vobis panes de celo. CYRILLVS lib. 3. cap. 34. super Iohannem. Dices, quare conquestos, & murmurantes non puniuit, sicut postea, vt dicitur: Numer. 11. [Cumque adhuc essent carnes in dentibus eorum, ecce furor Domini concitatus. in populum percussit eum plaga magna nimis: ita, vt vocaretur locus ille, sepulchra concupiscetia:] Hac vt mihi videtur, causa est. Nam quoniam nuper ab Aegypto effugerint, panemque caelestem qui cor hominis corroborat, adhuc non receperint, facilius poterant in cupiditates carnis incidere: propterea & venia digni sunt: postea vero quam Domino fruebantur, vt scribitur, tunc iure quoniam corporalia spiritualibus praeponderunt, acerbam dederunt supplicia, & ad supplicia insignem calamitatis memoriam reliquerunt. Hac ille. Digni sunt terribili supplicio qui posteaquam gustauerint caeleste manna huius sacramenti, ad concupiscentiam rerum temporalium conuertuntur.

Eucharistia frenum quo à temporalibus ad caelestia ferimur.

36. IDEM IBID. Perpicuum est non alium panem praeter filium Dei rationalibus intellectualibusque substantiis propositum esse. Ipse igitur est manna verum, ipse panis de caelo verus, qui omni rationali creatura à Deo patre praebetur. Ita gratia & misericordia Dei humanam naturam à cupiditate caducarum reuocat. Nam cum vt magni ponderis lapis, ad haec instabilia carnis prematur appetitus, quasi freno quodam ad desiderium rerum meliorum Christus nos circumducit hoc spirituali cibo. Propterea omni nos patientia muniamur, nec imbecillitate animi, quae non licet, appetamus, vt intellectuale manna Christus Dominus noster in sua nos pietate confirmet.

Panis Angelorum quare dicitur.

37. ECCE ego pluam vobis panes de celo. RVPERT. Huic verbo consonans Propheta dicit: Psal. 77. Et mandauit nubibus desuper, &c. Et pluui illis manna ad manducandum, &c. Panem caeli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo. Nunquid illo pane Angeli cibantur in caelo, quem populus ille colligebat? Nequaquam, sed panis caeli, & panis Angelorum ipse est, qui in Euangelio suo dicit: [Ego sum panis viuus qui de caelo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum.] Hic enim victus, & vita Angelice substantiae. Nam in eum desiderant Angeli prospicere. Quod quia contempsit facere Angelus, occidit, & factus est diabolus, qui & huius panis sempiternam patientiam in ediam, semper est pallidus, & mors illum sequitur. Hic est panis qui terrenis caelestia coniunxit, id est, homines Angelis sociavit. Vt eodem vescantur pane caeli: illi in caelestibus, in manifesto conspectu pietatis: isti adhuc in terra positi in sacramento pietatis, de quo Apostolus. 1. ad Timoth. 3. [Magnum, inquit, sacramentum pietatis, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, praedicatum est gentibus, creditum est mundo, allumptum est in gloria.]

Omnes panes, vnus panis.

38. ECCE ego pluam vobis panes de celo. RVPERT. Nullam autem suspiceris dissonantiam, in eo quod hic pluraliter dicitur panes, in Psalmo autem, & in Euangelio singulariter panem dicitur. Nam secundum se panis vnus Christus, vel vnum corpus Christi: verumtamen secundum locales Ecclesias, & se-

cundum offerentium personas, siue accipientium innumerabiles populos, cibaria, siue panes, recte dicas pluraliter. Verbum autem pluui eandem vbiq; terrarum paratam omnibus pusillis & magnis significat copiam, vt de seipso Propheta dicit: [Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.] Et de nobis licet minimis: [Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt,] &c. Isidorus. Hic est panis Angelorum qui etiam corruptibiles homines, incorruptibiliter pascit.

Expositio verborum Pauli. Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, &c.

39. IDEM RVPERT. Sed dicit aliquis: Cum dicat Apostolus de patribus: Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eandem potum spiritualem biberunt. 1. Corin. 10. quomodo dicit Christus Iudaeis loquens, Ioh. 6. Non Moyses dedit vobis panem de caelo, sed pater meus dedit vobis panem de caelo verum? Respondetur. Non est repugnantia inter authorem veritatis, & veritatis magistrum. Quia Apostolus dixit, tam de hoc quam de ceteris quae facta sunt, quia in figura contingebat illis. Proinde cum dicit, & omnes; omniumque deinde distinctionem facit, dicendo: [Sed non in pluribus eorum beneplacitum fuit Deo, nam prostrati sunt in deserto,] planum intellectui est idem esse ac si dicat: [Vnam escam omnes manducauerunt, & vinum omnes biberunt potum spiritualem, id est, non naturali ordine, sed spiritali virtute prouenientem: & tamen in illam reponisitionis terram non omnes introierunt, videlicet in figura nostri qui omnes eodem sacramento corporis Christi participamus, & tamen in illam terram viuentium non omnes pariter, siue bene, siue male vixerimus, sumus admittendi.]

Dispositio ad eucharistiam.

40. EXOD. 16. Egredietur populus, & colligat qua sufficiunt per singulos dies. Idem RVPERT. Et nobis quoque spiritualiter egrediendum est, vt colligamus verum manna. Sed vnde egrediemur? De pristina conuersatione, & de veritate vitae. Nondum enim deposito vetere homine, non est nobis hoc manna colligere, non est nobis hunc panem Dominicum manducare. Praeterea si dignè manducare cupimus, ab omni curiositate corporei sensus egrediamur, videlicet visu, & gustu, & odoratu & tactu, diiudicandum non esse arbitremur an vera sit caro Christi, id quod sumimus. Nam [caro non prodest quidquam, spiritus est qui viuificat.] Tantum ergo quisque colligat, quia tantum sufficit fides. Colligat quisque quae sufficiant, id est, credat, verba Domini, spiritum, & vitam esse, & per ea panem & vinum, exteriori specie non mutata, transferri in veram viuentis corporis & sanguinis Christi substantiam, nam mutari visibiliter in speciem nouam, hoc est, in ouinam carnem, & in sanguinis horrorem, non prodest quidquam, imo infidum est. GREGORIUS NYSSEN. Animaduertendum quod cum nihil amplius edulij populo superesset, ex Aegypto tunc caelestis panis influxit, vt rationem animi nostrum refici caelesti alimento, cum huius seculi vitiosum in itinere huius vitae per vestigia consumpsimus.

Eucharistia tentatio fidei nostrae.

41. Vtentem cum vtrum ambulet in lege mea, an non RVPERT. Planè æquum fuit, vt illum Deus tentaret populum. Nam ille populus tentabat Deum, in eo enim fuit magnitudo peccati eorum, non quia petierunt, sed quia tentando & murmurando, eas petierunt, iuxta illud: Psal. 77. [Tentauerunt Deum in cordibus

cordibus suis, vt peterent eas animabus suis, & male loquuti sunt de Deo, & dixerunt: Nunquid poterit Deus parere mensam in deserto? Equum ergo fuit vt ipse vice versa tentaret eos, ne nesciret quales erant ipsi. Simile quid inuenimus in Deuterono. 32. Ipsi me provocauerunt in eo qui non erat Deus, & ego provocabo eos in eo qui non est populus. Tentati ergo deprehensi sunt quod non ambularent in lege eius, id est, in fide eius, dum diffidentes de crastino, colligerent plusquam sufficeret per singulos dies, vt infra dicitur. Similiter & in spiritali cibo tentauerunt & nos à Deo. Tentatus est enim homo à diabolo, & victus est. Tentatur autem à Deo vt illius tentatoris fraudem vincat. Tentati sunt primi homines à diabolo, dicente, [Comedite, & eritis sicut Dij,] & crediderunt ei plusquam Deo dicenti: [In quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini.] Proinde tentatur homo à Dei filio, dicente de pane, & viuo. Comedite, hoc est corpus meum; & bibite, hic est sanguis meus, comedite, & eritis filij Dei. Credamus ergo verbis eius plusquam oculis nostris carnalibus, quibus non nisi exterioria panis & vini speciem intuemur, & ita iniquam incredulitatem parentum nostrorum, pia credulitate in nobismetipsis euacuabimus. Hac ille. Fortè etiam hac ratione vocatur à Christo mysterium fidei: De excellentia Eucharistiae, vide, infra titulum 157. & Verbum Dei, nu. 32. ex Isidoro.

Eucharistia tempore gratiae concessa.

42. DABIT Dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate. CYRILLVS lib. 3. super Ioh. cap. 34. Distingue singula diligentius. Vespere traduntur oblationes carnum: quia magna obscuritate figura legis inuoluuntur, vel quia mundus tenebrarum effusione tenebatur, luce vera carens, quae est Christus: & carnes quas tribuit eis, coturnicum sunt. Coturnix enim nunquam effertur volatu, sed prope terram semper volat: & disciplina legis terrestris quodammodo erat; animalium oblationes & purificationes Iudaicas continens, quibus illi non multum à terra eleuabantur. & mane panes in saturitate. Dixerat etiam: & mane videbitis gloriam Dei. Solutis enim nocturnis legis iam tenebris, & sole nobis iustitiae orto, praesentis Domini gloriae intuentes, copiosissimè panem caelestem ipsum rursus Christum assequimur. Hac ille. Gloria quam promittit dare in mane, scilicet in tempore gratiae, est, panem in saturitate. RVPERT. Quid autem per vespere nisi vetustam vitam, quid per mane, nisi nouam? In veteri vita carnes taurorum & hircorum immolauerunt Iudaei: in noua autem praecurrente summo Sacerdote Christo sacrificant, & panis caeli saturantur Christiani. Ad illam vespere demorabitur fletus cunctis, ad inferos descendentibus: ab hoc autem matutino latitia est, quia caelum patet, paradisi apertus est.

Eucharistia omnibus data.

43. FACTVM est ergo vespere, & ascendens coturnix cooperuit castra, mane quoque ros saeuit per circuitu castrorum. CYRILLVS lib. 3. super Ioh. De coturnice quidem dicitur, quod castra operuerit. De manna vero, quod iacuit per circuitu castrorum. Legalis enim disciplina quam per coturnicè intelleximus, figuris atque vmbribus, Iudaeorum populum contegit. Vel enim in corde ipsorum, vt ait Paulus, positum est. Verum aut em quod de caelo descendit manna, non in Hebraeorum congregatione atque synagoga, sed per circuitum castrorum in omnibus videlicet gentibus rutilat. RVPERT. Cum synagoga carnalibus vacante sacrificiis commune nihil est huic vero, & vino panis. De castris illis exendum tibi est quicumque hoc diuinum ma-

na colligere contendit. Quia vniuersa terra, & solitudini cunctarum gentium gratiam Spiritus sancti per rorem significatam, & panem de caelo verum, id est, semetipsum, Christus dedit.

Iudeorum durities circa Eucharistiam.

44. EXOD. 16. Manhu, quod significat, quid est hoc? Ignorabunt enim quid esset, quibus Moyses ait: Hoc est panis quem dedit vobis Dominus ad vescendum. Iudaei Manhu dicere ceperunt (ait RVPERTVS) ex quo, dicente Christo [Ego sum panis viuus qui de caelo descendi, & qui manducat meam carnem] & his similia, litigauerunt, & murmurauerunt, dicentes, [Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?] & vsque hodie, siue Iudaei, siue haeretici sequaces eorum, dicere non desinunt. CYRILLVS. Manhu? Ex hoc iudicio meo, denotabatur, vt re ipsa modò videmus, non cognoscitur Christum Iudaeos. ORIGEN. Bene dicitur quod ignorabant Iudaei quid illud esset, nihil enim Iudaei in Verbo Dei minutum, nihil sentiunt spiritale, sed totum pingue; totum crassum, inerasatum est enim cor populi huius.

Totum recipit, qui particulam minimum accipit.

45. EXOD. 16. Neque qui plus collegerat, habuit amplius: neque qui minus parauerat, recepit minus. RVPERT. Hoc pro virtute cibi, & spiritualis potus, id est, corporis & sanguinis Christi, scientiam firmat, & tenendum est, quia non pro quantitate portio nis quam ore percipit, secundum visibilem speciem panis, & vini, alius plus, alius minus consequitur gratia spiritus viuificantis, sed singuli iuxta id quod possunt edere, congregant, id est, quod possunt edere, remissionem peccatorum percipiunt, & vitam aeternam. Sicut enim noster pater Adam non pro quantitate morsus sui, siue pomi, quod momordit, sententiam, vel damnationem iustam accepit. Nam tantum illi valuit ad consummationem inobedientiae, pomum vnum momordisse, quantum quidquid pomorum in arbore illa fuit, dendrasse. Sic etiam quisquis nostrum non pro quantitate portio nis viuifici panis quae frangitur illi, gratiam, vel vitam accipit, sed tantum illi valet ad consequutionem iustitiae exiguum quid percipisse, quantum valeret totum quod oblatum est, proprio solus perciperet ore. Nam neque qui plus colligit, habebit amplius, neque qui minus parauerat, recepit minus.

Pro indignè sumentibus.

46. SCATERE cepit verbibus atque computruit. SAMBROS. Serm. 3. de Psal. 21. Virgo Maria quae velut caelitus veniens cunctis Ecclesiarum populis cibum dulciorem melle defluxit, quem qui edere, aut manducare neglexerit, vitam in semetipso habere non poterit, sicut ipse Dominus ait: [Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit meum sanguinem, non habebit vitam in semetipso,] sed potius ipse cibus in iudicium conuertetur, sicut Apostolus dicit: [Qui manducat, & bibit, indignè, iudicium sibi manducat, & bibit.] Filiis Israel subtiliter prophetatum hoc est. Manna enim illis contra diuina praeccepta tractantibus vermes effecti sunt, id est, coturnacia viatores, & iudices. Quae similitudo Christum indicat Dominum, quem qui suauem cibum, & dulcem potum haurire neglexerit, iudicè patietur, sicut ipse ait: [Neque enim ipse pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio:] Ioh. 5. Nam quod idem sit vermis, & Iudex, alibi Propheta testatur, Isa. 66. de peccatoribus dicens: [Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur vsque in hodiernum diem.]

Z. 2. Reserua

Reservatur in Ecclesia.

47. **EXODI 16.** *Imple gomor ex eo, & custodiat in futuris retro generationes.* INTERL. *Manna est sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, quod Aaron ponit in tabernaculo reservandum, id est, sancti Domini sacerdotes, in Ecclesia, in aeternam passionis Christi memoriam. Quo etiam per quadraginta annos in deserto vescuntur filij Israel, donec veant in terram habitabilem, hoc est, quo fideles toto tempore praesentis vitae spiritualiter sustentantur, donec ad terram viventium pertiniant, ubi quiete habitant sancti huius saeculi deserto transmissio.*

Digne recipiens felix.

48. **EXODI 16.** *Dixitque Moyses ad Aaron: Sume vas unum, & mitte ibi manna, & repono coram Domino, &c.* CYRILLVS ybi supra. Ex admiratione iam exclamauerim, O profunditatem diuitiarum sapientiae, & agnitionis Dei incomprehensibilis! Nempe in scripturis sapientia laet. Considera oro diligentius quid in hac vltima particula reconditum est. Nam quoniam verum manna illo sensibili figuratus est Christus, necessarium nunc docet qua gloria & virtute plenus est, qui Christum in seipso recodit, qui Iesum in corde, per veritatem ac fidem rectam fixum firmiter gerit. Audis enim quomodo vas aureum per Aaron impletur manna, & coram Deo ad perpetuam conseruationem reponitur. Pia enim sanctaque anima quae Christi fidem concepit, quae totum in se ipsa caelestem thesaurum condidit, pretiosum atque aureum vas est, & a Pontifice omnium Deo patri offertur, seruabiturque in conspectu eius in aeternum. Ait enim Apostolus: [In arca vna aurea habens manna.] *Hebrae. 9.*

Preparatio ad communionem.

49. **EXODI 19.** *Sanctifica illos hodie, & cras, laueningue vestimenta sua, & sine parati in diem tertium.* THEOPHORETUS. Non solum sanctificari, sed & vestimenta lauare Hebraei à Deo iubentur. Quia per corporales res, ad spirituales eos adducit: ex his namque facile intelligere poterant, multo magis mentem animumque expurgari debere. AMBROS. Si in figura, tanta obseruanda: quanta in veritate? Disce Sacerdos, atque Leuita, quid sit lauare vestimenta tua, vt mundum corpus celebrandis exhibeas sacramentis. Si populus sine ablutione vestimentorum suorum prohibebatur accedere ad hostiam suam, tu illotus mente pariter & corpore, audes pro aliis supplicare, audes pro aliis ministrare: CYRILLVS, *lib. 4. super Ioan. cap. 51.* Per lotionem indumentorum corporis, ostendit puritatem. Indumentum enim animae quodammodo corpus est: per sanctificationem autem probitatem motum studiosè acquirendam significat. ORIGENVS. Nemo accedat nisi prius fuerit sanctificatus, nisi vestimenta sua lauerit: si enim sordida huc detuleris vestimenta, audies & tu: [Amice quomodo huc intrabis non habens vestem nuptialem?] Ingrossatus es enim ad coenam nuptialem, manducaturus de carnibus agni, potaturus es poculum salutare. Nemo intret ad hanc coenam sordidis vestibus. Hoc enim & alibi Sapientia praecipit, dicens: [In omni tempore sint vestimenta tua munda.] Iota sunt enim semel vestimenta tua cum ad gratiam baptismi peruenisti, mundatus es ab omni inquinamento carnis, & spiritus. Quae ergo Deus mundauit, tu ne immunda feceris. *& infra: Ne appropinqueis vxoribus vestris.* Sed dices (ait RVPERTVS) ergo appropinquare vxoribus res est illicita? Non vtique: sed sicut alibi dicitur, [Omnia tempus habent.] &c. tempus amplexan-

di, tempus longè fieri ab amplexibus. Quod quidem tunc est quando sanctificationis tempus impendit. Quid enim est sanctificari, nisi abstinere etiam à licitis: nam qui abstinet solum ab illicitis, poenam quidem euasit peccati, sed gloriam sanctitatis non est allecutus. Vnde Dominus *Luc. 17.* [Cum feceritis omnia quae praecpta sunt vobis, dicit, serui inuitiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.] etenim ad perfectionem, non satis est fecisse praecptum, nisi adicias facere & consilium. Quod si hoc dictum est accessuris ad illum ignem visibilem, ad turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, quanto magis accessuris nobis ad iudicem omnium Deum, & spiritum iustorum, & perfectorum, & testamenti noni mediatorum Iesum, & sanguinis asperersionem melius loquentem quam Abel.

Præsentia Christi in hoc sacramento.

EXODI 20. *In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi.* Dixit Christus: [Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.] Ad hanc memoriam conuenit, quod per hoc promittitur verbum, veniam ad te: infallibiliter enim venit. Christus verbis consecrationis prolatis, & ad quid venit? *veniam ad te,* venit ad benedicendum. *& benedicam tibi.* INTERL. corporali & spirituali benedictione.

Pro gratiarum actione.

EXODI 22. *Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei.* GREGOR. *16 Mor. cap. 2.* Aliquando pignoris appellatione dona Spiritus sancti significantur. Vnde Paulus *2. Cor. 1.* [Qui dedit nobis pignus spiritus.] Ad hoc enim pignus accipimus vt de promissione quae nobis fit, certitudinem teneamus: Donum ergo sancti spiritus pignus dicitur, quia per hoc nostra anima ad interioris spei certitudinem roboratur. *Ekeo ille.* Accepto igitur pignore huius sacramenti à Christo, qui est proximus noster, reddamus ei statim per gratiarum actionem. Sacramentum enim hoc pignus appellatur, & figuratur gloriæ, nobis pignus datur. Quod quidem pignus, vestimentum etiam dicitur, & est. Vnde Paulus: [Induimini Dominum nostrum Iesum Christum.]

Post sumptam Eucharistiam non peccandum.

EXODI 22. *Carnem quæ à bestiis fuerit prægustata, non comedetis.* RABANVS. Per prohibitionem carni à bestia captarum, possumus aduertere, non communicandum esse mensæ demoniorum, his qui pane caelesti reficiuntur, iuxta illud *1. Corin. 10.* [Non potestis mensæ Domini participare, & mensæ demoniorum.]

Dispositio ad Eucharistiam.

EXODI 23. *Non immolabis super fermento sanguinem victimæ tuæ, siue meæ, vt habetur in Hebraeo.* Sensus est, ait LIPOMANVS: Antequam immoles victimam paschalem, remonebis fermentum de domo tua. RABANVS. Ac si diceret. Caue ne in oblatione qua Dominum placare desideras, aliquid doli, aut nequitiae intermiscas, quia sinceritas iustitiae Deo maxime placet. Item, hac sententia nos admoneri sciamus, quod in sacrificio corporis, & sanguinis Domini, munditiam cordis, & operis nos studeamus habere, ne in offerendo vitæ libamine foedi & ingrati coram Domino appareamus. BRVNO. Super fermento namque victimæ sanguis immolatur, quando Christi sanguis, vel ab iniquis sacerdotibus conficitur, vel iniquis ad bibendum traditur.

Ad

Ad Eucharistiam accedendum in Tentationibus.

54. **EXODI 24.** *Haberis Aaron & Hur vobiscum, si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos.* BEDA. Per Aaron, qui interpretatur mons fortitudinis, intellige Saluatorem, iuxta illud *Isa. 2.* [Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium.] Per Hur verò qui interpretatur, ignis, intellige Spiritum sanctum, qui super Apostolos in igne apparuit. Ascendens ergo ad Dominum Moyses, id est, Christus, seipsum in Eucharistia, & Spiritum sanctum in Ecclesia nobis reliquit. Si qua nos ergo quæstio, id est, tentatio, pulsauerit, inhaereamus stabili corde sacramento nostræ redemptionis, & gratiam spiritus eius qua signati sumus, intemeratam in nobis conseruare curemus. Nec dubitandum quod si id fecerimus, per montem fortitudinis infirmitas atque humilitas nostra, confirmata exaltetur, & ignorantia nostra per lumine quoque & ignem Spiritus sancti illustretur. vnde bene ait STEPHANVS contra hæc duo habemus auxilium Filij & Spiritus sancti, vt dicamus, [Dominus illuminatio mea.] contra ignorantiam: & [salus mea] contra infirmitatem. Quem igitur timebimus?

Præsentia Christi in hoc sacramento.

55. **EXODI 25.** *Pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.* LIPOMANVS. In Hebraeo legitur: *Panes facierum,* hoc est, panes assistentia. Panes propósitos qui semper coram Deo reperiuntur, & coram hominibus. HERONYMVS, *super Malach. cap. 10.* Iuxta traditiones Hebraicas hos panes propositionis ipsi sacerdotes ferere, ipsi demerere, ipsi molere, ipsi coquere debebant. RVPERTVS. Panis propositionis, ipse est Christus, sicut Catholica tenet fides, quem in conspectu Dei sancta Ecclesia proponit semper. Nam ille panis propositionis, qui in typum huius panis propósitos est, iam dudum scelerate Iudæorum pollutus est. Vnde Propheta *Malach. 1. cap.* [Offertis, inquit Dominus, super altare meum panem pollutum.] Ac deinceps [munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.] Vide etiam, *verbum Dei,* num. 42. ex eodem *Ruperto.* HER. *super Epistolam ad Titum cap. 1.* Abimelech noluit prius dare de panibus his propositionis ipsi Dauid, & pueris eius, nisi prius interrogaret vtrum mundi essent pueri à muliere, non vtique aliena, sed à coniuge. & nisi eos audisset ab heri & nudius tertius vacasse ab opere coniugali, nequaquam panes, quos prius negauerat, concessisset: Tantum autem interest inter propositionis panes, & corpus Christi, quantum inter vimbram & corpora, inter imaginem, & veritatem. Si ergo figuratos panes suscepturis, tanta erat necessaria corporis munditia, quanta putas opus esse, sanctissimi corporis, & sanguinis Domini verissima sacramenta suscepturis?

Contra indignè sumentes.

56. **EXODI 29.** *Alienigena non vescetur ex eis, scilicet panibus, & carnibus sacrificij. Quia sancti sunt.* INTERL. Quia de sacrificio summi sacerdotis, hoc est de sumptione pretiosi Domini corporis, & sanguinis, non vescitur alienigena, id est, gentilis vel haereticus, vel cuius vita ab Ecclesia alienatur. vide supra num. 32.

Pro indignè communicantibus.

57. **EXODI 30.** *Lauabis in aqua, scilicet labri, Aaron, & filij eius, manus ac pedes, quando ingressuri sunt*

in tabernaculum Testimonij, & quando accessuri sunt ad altare vt offerant in eo thymiama Domini, ne forte moriantur. BEDA. Mors timenda est animæ spiritualis, & aeterna. Si quis ad ministerium altaris electus, thymiama orationis Deo reddere negligit, mors timenda est, si quis ad sacrosancta mysteria absque speciali abolutione compunctionis intrare, & sancta Domini communibus manibus tractare praesumit. Lauent ergo manus, ac pedes in aqua, id est, abluant lacrymis actus & incessus, ac deinde manus ad contingenda Christi mysteria proferant, pedumque gressus in arua Domini ponant. Qui enim sacramentorum perceptione mundandi sunt, cautiore cura prius actus suos, cogitaturque discutiunt oportet, euentilantque, & purgant, ac sic ad participanda fidei sacramenta procedant, ne audire mereantur illud Apostoli: [Quicumque enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.] Non autem hoc ita dicimus, quasi soli altaris ministri huiuscemodi compunctionis debeant habere virtutem, sed admonemus omnes fideles mystico sacerdotum nomine censerit, vt pote membra Christi sacerdotis aeterni, iuxta illud *1. Petri 2.* [Et sacerdotium sanctum offerentes hostias spirituales.] & illud *Apo. 2.* [Et erunt sacerdotes Dei, & Christi.]

Præsentia Christi in hoc sacramento.

EXODI 33. *Minister eius, scilicet Moysi, Iosue filius Nun, puer, non recedebat de tabernaculo.* INTERL. Iosue minister Moysi, qui à Tabernaculo non recedit, Christus est, qui cum Ecclesia sua est, vsque ad consummationem seculi. LIPOMANVS. dicitur autem minister Moysi, quod minister fuit circumcissionis propter veritatem Dei ad implendas promissiones patrum, & quia factus sub lege, non venit eam solvere, sed adimplere.

Idem.

EXODI 34. *Obsecro vt gradiaris nobiscum, & auferas iniquitates nostras, atque peccata, nõque possideas. Plus tribuit, Inibo pactum videntibus cunctis: signa faciam quæ nunquam sunt visa.* INTERL. Quod Dominus hic se promittit facturum, nunquam est Iudæis datum ad litteram. *Hæc illa.* Quod ergo hoc pactum? Petebant ab eo, vt gradiaris nobiscum. Pactum verò quod promittit, est eius assistentia in hoc sanctissimo sacramento. Hoc enim non est concessum Israeli, nec visum antea fuerat, imo nec imaginatum. Vnde vt hoc pactum firmum habeatur, ait: [Hæc quotiescumque feceritis.] Vide quod signa facit nunquam visa, nisi in isto sacramento. *vt auferas iniquitates nostras, nõque possideas.* Nota Dei sapientiam nunquam visam, vt nos possideat, se ipsum tradidit possidendum, & comedendum. Hoc fecit Christus in cœna cunctis videntibus discipulis.

Nobis spiritualibus hoc donum, non Iudæis.

LEVIT. 2. *Anima cum obtulerit oblationem sacrificij Domino, similia erit eius oblatio.* Similia quæ est (ait INTERL.) delicatissima farina, ex qua fit panis optimus. *Hæc illa.* Hic panis optimus, non est alius quam ille [panem de cœlo dedit eis.] Cibavit eos ex adipe frumenti. & nota quod vt agar de sacrificio animalium *cap. 1.* ait: [Homo qui obtulerit ex vobis.] &c. Nunc autem vt agar de hoc sacrificio, & optimo pane, dicit: [Anima cum obtulerit.] vt intelligas Iudæis tanquam animalibus praecipere animalia sacrificare, nobis autem tanquam spiritualibus ait, anima cum obtulerit, &c. Vnde ORIGENVS: Quia animalis homo, non percepit ea, quæ sunt spiritus Dei, spiritualis autem omnia diiudicat. Hic qui anima nominatur,

minatur, non potest offerre omnia predicta, sed so-
lum simillam, & panes azymos. Vide etiam INTERL.
Anima non homo, sed Ecclesia gentilis.

Memoriale Passionis.

61. LEVIT. 2. Si oblatio tua fuerit de sartagine. INTERL. id est, de cruce. ESTICIVS. Sicut enim
sartago mediat inter ignem, & cibum; sic quodam-
modo crux, inter impassibilem diuinitatem, & hu-
manitatem, quæ igne passionis est allata. & sicut in
sartagine mollia durecunt, & dura mollescunt, sic in
passione crucis, lapidea corda, mollia; mollita; & flu-
xa solidantur. Carnem Christi quæ ante passionem
esui videbatur non apta, post crux aptam fecit. Si
enim non fuisset crucifixus, sacrificium corporis eius
non comederemus: Vnde & modò in memoriam pas-
sionis eius comedimus. [Hæc quotiescumque fece-
ritis, in mei memoriam facietis.] Hæc illa. Quod de
hoc sacrificio offerebatur, diuidi præcipiebatur. Di-
uides eam minutatim. INTERL. Singulas partes pas-
sionis distinguendo, scilicet spata, colaphos, coronam
spineam, &c. Hæc illa. Sic quando Eucharistiam of-
feres, &c.

Post Eucharistiam non peccandum.

62. LEVIT. 6. Anima qua peccauerit, & contempto
Deo negauerit proximo suo depositum, &c. ORIGE-
NES. Christus in Eucharistia est nostrum depositum.
2. Timoth. 1. [O Timothee bonum depositum custodi.]
Ait ergo Origenes: Ego quoque aliud addo, quod
Christum depositum suscepimus, & Spiritum san-
ctum videndum ergo ne sancto deposito non sanctè
vtamur, & cum nos in eonfensum suum peccata so-
licitant, iuremus non suscepisse depositum: quod si
habemus, peccato consentire non possumus.

Qui bene recipit, sanctificatur.

63. LEVIT. 6. Omnis qui tetigerit ea, sanctificabitur.
ESTICIVS. Hoc ad litteram stare non potest.
Nanquid enim si tetigerit homicida aut prophanus,
sanctificabitur? Nullus enim excipitur. Sed cum Chri-
stus, in cuius typo hæc præcesserunt, immolatur,
huius carnem qui tetigerit, id est, qui fideli corde to-
tam spem salutis in passione eius, & resurrectione
posuerit, sanctificabitur. Cum dicit, tangeutem san-
ctificari, planè ostendit, quia non disputando de Deo,
id est, theologizando, sufficit nobis tantum tangere.
Qui enim vult calefieri, si manum in ignem miserit
pro calefactione, adustionem sustinebit. [Scrutator
enim maiestatis opprimetur à gloria.] Hæc ille. Tan-
gere oportet magna cum consideratione, & reueren-
tia.

Pro indignè sumentibus.

64. LEVIT. 10. Offerentes coram Domino ignem alte-
rum. INTERL. Qui non est egressus à Domino
Deo nostro. ISIDORVS. Alienum ignem offerunt,
qui audent altaribus Domini appropinquare, qui
non recipiunt accensionem illius ignis, quem Dominus
venit mittere in terram, qui semper nos accendit, vt
sensibus illuminemur, ne vitiis flagremus. LYRA-
NVS. Hi cum igni cupiditatis vel luxuriæ ministrant
in altari, propter quod percipiuntur morte culpæ, de
quibus HERON. Dic sacerdos, dic clerice, quid
tibi cum sceminis, qui quotidie ad altare cum Domi-
no confabularis? Quomodo eisdem labiis deos, ula-
laris filium Virginis, quibus deosculatus es filiam
meretricis? O Iuda, osculo filium hominis tradis? Is
ergo egrediatur ignis à Domino, scilicet pœnalis, &
morsus sunt coram Domino. ESTICIVS. Videntes scilicet
Domino taliter damnantur, ne exemplo suo aliis

præbeant causam mortis. O res miranda! Vbi de be-
nè rant viuere, ibi moriuntur, & inde subiacent maledi-
ctioni, vnde vitam poterant promereri.

Cibus & panis vitæ.

65. LEVIT. 11. Hæc sunt alia quæ comedere debetis de
cunctis animantibus terra. Postquam Christus
factus est cibus noster, [Caro mea verè est cibus,] nul-
lus est vetitus cibus. 1. Cor. 10. [Omne quod in n. accl-
lo venit, manducate. [& Rom. 14. [Omnia quidquid
sunt munda. At si à cibo isto diuino abstinuerimus,
reliqui omnes cibi nobis mortem afferent: vnde ipse
ait: [Nisi manducaueritis carnem filij hominis,
& biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in
vobis.] Qui enim hunc cibum non comedit, est rapa-
quam infirmus desperatus, qui cum de omni cibo co-
medat, mortem non epadet: at si de hoc cibo diuino
comedat, viuet, iuxta illud: [Qui manducat hunc pa-
nem, viuet in eternum.] Ita comedere licet de aliis,
Omnia enim sunt munda.

Donum misericordia plenum.

66. LEVIT. 14. Quod si pauper est, & non potest inuadere,
sumet agrum pro delicto ad oblationem. INTERL.
id est, Christum qui misericorditer nostræ contem-
peratus est carni. Hæc illa. Scilicet hoc sacramentum
instituendo sine quo quid essemus? Vtique deficerem-
us, & fame periremus. Verum cum hoc sacrificio &
pane subsistimus, & confirmamur, iuxta illud: [Et pa-
nis cor hominis confirmet.] Sed nota qualiter muni-
dari debemus: De sanguine eius ponet super extremam
auriculam eius qui mundatur. INTERL. vt sit muni-
dus auditus. & super pollices manus eius. INTERL. Vt
sint opera munda. ac pedis dextri. INTERL. Ne gra-
diatur ad malum. & asperget septies coram Domino.
INTERL. vt recipiat Spiritum sanctum, vel eiiciantur
septem demonia.

Non curiose accedendum.

67. LEVIT. 16. Ne omni tempore ingrediaris in san-
ctuarium. INTERL. Diuinam contemplatio-
nem, in qua habitat sanctus sanctorum. quod est in tra-
velum. INTERL. Carnem Christi qui fuit pro nobis
propitiatio per proprium sanguinem. quo regunt
arca, vt non moriatur. INTERL. Curiose se: recta inquit
quasi altiora te, ne quaeris, quorà fidei salutem
periculum habet discussio, vidè num. 63.

Sanguine Christi placatur Deus pater.

68. LEVIT. 17. Ego dedi illum vobis, vt super altare
meum expietis pro animabus vestris. INTERL.
scilicet sanguinem Christi. Non vult Deus videre
alium sanguinem effusum quàm sanguinem filij sui. vt
super altare meum, &c. & sine sanguinis effusione non fit
remissio, & hunc sanguinem vult semper habere præ-
sentem. Vnde Job, 16. in persona Christi, ait, [Terra nè
operias sanguinem meum, nec inueniat in te locum
latendi clamor meus,] sanguinem verò proximorum
vult operiri.

Pro indignè sumentibus.

69. LEVIT. 22. Omnis homo qui accesserit ad ea quæ
consecrata sunt, in quo est immunditia, peribit coram
Domino. HIERONYMVS. Sacerdos immundus ad
sacerdotalem mensam prohibetur accedere. Vnde in-
frà: Homo de semine Aaron qui fuerit leprosus, &c. non
vestetur his quæ sanctificata sunt, donec sanetur. INTERL.
Non vult comedere sancta antequam sanctur, & non
solum sacerdotes, sed etiam ministrantes vult absti-
nere à perceptione ciborum sanctorum, donec pœ-
nituerint, & infra. Sed cum lauerim carnem suam aqua.

INTERL.

INTERL. Pœnitentia lacrymis lauabo per singulas
noctes lectum meum, &c. Tunc mundatus vestetur de
sanctificatis, quia cibus illius est. INTERL. cibus quem
ego dederò, caro mea est. Alia litera: Quia panis illius
est, & infra: Ego Dominus. INTERL. Panis scilicet
qui de celo descendit. Custodiam præcepta mea, vt non
sebiaceant peccato, & moriantur in sanctuario, cum pot-
luerim illud. INTERL. hæc est causa mortis. GLOSS.
O R D. Præcepta Domini custodientibus, ea sunt iu-
stificationis, & salutis; transgredientibus verò, peccati
& mortis, & præcipue in perceptione sacramento-
rum: [qui enim manducat, & bibit indigne, iudi-
cium,] &c.

Eucharistia quinque sensus subleuat.

70. LEVITIC. 22. Qui comederit de sanctificatis per
ignorantiam. INTERL. nesciens virtutem, & di-
gnitatem mysterij corporis, & sanguinis Domini: ad-
det quintam partem cum eo quod comedit. L. x. x. super
ipsum quod comedit. & dabit Sacerdoti in sanctuario.
GLOSS. QUINTA enim non alunde, sed de
ipso, & cum ipso, vel super ipsum addi iubetur. Hic
est sermo prolatus ab ipso Christo super Domini-
cū mysterium. Ipse nos ab ignorantia remouet, ne
carnale, vel terrenum aliquis putet, & bene quinta
dicitur, quia spiritus, vel sermo quem tradidit, quin-
que sensus nostros cõpõrtit, nec solum gustum pro-
ducit ad mysterium, sed auditum, & visum, tactum
que, & odoratum, vt nihil terrenum de his que su-
perna sunt, suspicemur. & dabit Sacerdoti in sanctua-
rio, id est, in sanctificationem mystici sacrificij, &
à sensibilibus ad intelligibilia translationem. Vero
Sacerdoti oportet dari, quia per eius virtutem & ser-
monem sanctificata sunt quæ videntur, vt omnes ex-
cedant sensus.

Gratiarum actio.

71. LEVIT. 24. Super mensam purissimam coram Do-
mino facies: scilicet panes propositionis. Hoc
est super conscientiam purissimam coram Domino:
non vt sit purissima coram hominibus, sed coram
Domino, iuxta illud: [Qui autem iudicat me, Domi-
nus est.] & ponet super eos ihus lucidissimum. INTERL.
in Oracionem. Hæc illa. Post communionem sequi-
tur oratio, & gratiarum actio. Vt si panis in monimen-
tum oblationis. INTERL. Vt sacra oblationis memo-
ria in conspectu Dei sit.

Præsentia Christi.

72. NUMER. 4. Panes semper in mensa erunt, exten-
denturque desuper pallium coccineum, &c. LYRA-
NVS, etiam quando mensa portabatur de loco in lo-
cum, erant panes inuolui cum mensa. OLEAST.
Non vult Dominus etiam ad momentum domum
eius esse sine pane, ne cibus deficere possit his qui
seruiunt ei, iuxta illud Malachia, [vt sit cibus in do-
mo mea.] Cibus iste non est alius ab illo, [Caro mea
verè est cibus.] Iste panis est idem cum illo, [Ego
sum panis viuus qui de celo descendi.] Hæc ille. Et iara
inertantibus vult vt non desit panis. Vnde hic pa-
nis, illis est viuicium, quando mensa portabatur de
loco in locum, &c. Hoc totum ab immensa Christi
charitate ortum est. [Cum dilexisset suos, &c. Ecce
ego vobiscum sum.] Vnde non immeritò dicitur:
[Extendenturque desuper pallium coccineum.] Hinc
est quod melior dispositio ad hunc panem, est amor.

Dispositio.

73. NUMER. 1. Præcipe filijs Israel, vt eiiciant de ca-
stris omnem leprosum, &c. ne contaminent castrum
habitationis vobiscum. Alia litera: Quisquam
habitationis vobiscum.

habito. OLEAST. Summam munditiam nos admo-
net locus iste, qui ostendit, Deum è castris, in quibus
ipse erat, eicere præcepisse omnem leprosum, & im-
mundum. Disce etiam quantum abominabitur vo-
luntarias immunditias peccatorum, qui sic abomi-
nabatur eas, quas homo inuitus patitur. Hæc ille. Si
hæc mundities requiritur, vt quis stet in castris, quæ
exigetur, vt Christus habitet in pectoribus nostris?

Idem.

74. NUMER. 11. Erat autem Manna quasi semen co-
riandri, &c. LYRAN. Manna habebat triplicem
saporem, vnus erat sapor naturalis quasi sapor mellis,
vt habetur Exod. 16. alius supernaturalis, & hic dup-
plex, quia bonis sapiebat, prout volebant, vt dicitur
Sapient. 16. malis autem erat cibus insipidus, & erat
coloris bdellij, quod est album, & lucidum, sicut cry-
stallus: & ij quibus erat insipidus, frangebant mola,
sine cerebant in mortario, coquentes, sed tamen sapor
dulcis immutabatur in peius, idco subditur, quasi pa-
nis oleati, id est, in cuius pillatione oleum misceba-
tur. Hæc ille. Quanto diuinum Manna Eucharistia
est dulce iustus, tanto est insipidum peccatoribus, &
nullo modo fieri dulce, nisi peccatum ciciatur ab
anima. Bona autem dispositio ad hoc sacramentum
colligi potest ex eo quod sequitur: Cumque descende-
ret nocte super castrorum, descendebat panis et Manna.
LYRAN. Primum enim cadebat pruina quasi straricium
tutum Manna, iuxta illud, Exod. 16. apparuit in solitudine,
&c. in similitudinem pruinae super terram. Pruina
quod vitide est, exsiccatur: ita oportet per mortifica-
tionem, exsiccare vitides passionis carnales, & soli
Deo vacare, & dicere cum David: [Defecerunt oculi
mei in eloquium tuum, dicentes, quando consolabe-
ris me? quia factus sum sicut vter in pruina: iustifica-
tiones tuas non sum oblitus.] Postea secundo descen-
debat Manna, id est, dulcedo, & gustus diuinæ huius
panis. Tertio, ros quasi eius operimentum. Denique
sequitur diuina gratia, quæ dignè communicantibus
concedi solet.

Caro mea verè est cibus.

75. NUMER. 11. Da nobis carnes, vt comedamus, non
carnes arictum, vel vitulorum satisfacere de-
bent hominibus, sed illa caro, de qua ait Christus. Ca-
ro mea verè est cibus. Ad hanc comedendum vult Moy-
ses vt prepararetur. Sanctificamini, exas comeditis car-
nes, &c. Caro enim Christi sanctificationem sola re-
quirit vt comedatur: quæ donum quidem est à libe-
ralitate eius procedens. Vnde sequitur: Vt comedatis
non uno die nec duobus nec quinque aut decem, aut vi-
ginti quidem sed usque ad consummationem seculi. Mox
seles impossibile indicat carnibus satisfacere tantæ
multitudini: Vnde ait: Nunquid oviùm & boiùm mu-
ltitudo cadetur vt sufficere possit ad cibum, vt eos satietis
cui dicitur, nunquid manus Domini paratæ est? Vnde
Dei omnipotentiam, iam tunc videbis vitam æternam
sermo opere compleatur. [Hæc quotiescumque fece-
ritis, in mei memoriam facietis.]

Eucharistia populo Christiano reservata.

76. NUMER. 13. Pergentes usque ad iordanem Ba-
trij, abscederunt palmarum cum vtraque, quibus sit
tanerunt in vobis dno vbi. ISIDORVS. Botram in figuro
de terra promissionis duo aduersunt, quia Christus
pendens in ligno crucis, promissus gentibus, de terra
genitricis Maria secundum carnem est natus: duo baiuli
qui sub onere Batri iacebant, vterque populus est,
cuius prior iudaicus cæcus, & auctus, ignarus per-
dendis gratia, & prius ore suspensus, cui subieci-
tur iudicant, vnde [obscurentur oculi eorum nè vi-

7. 4. deure.

deant,] &c. Qui vero posterior veniebat, populum gentium significabat, qui credens, & Christum ante oculos habens, semper quem portat, videt, & quasi secus Dominum, & discipulus magistrum, sequitur, secundum illud, *Matth. 16.* [Si quis vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me.] Hic est bonus qui effusus in salutem nostram, vinum sanguinis sui crucis contritione perfudit, & expressum passionis suae calicem propinavit Ecclesiae.

Eucharistia memoriale.

77. **N**VMER. 18. *Faciant sibi sumbrias per angulos palmarum, & ponant in eis vitas hyacinthinas, &c. quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini. & infra: Sed magis memores praeceptorum Domini faciant ea, sicutque sancti.* Hoc memoriale antiquis, nobis autem aliud multo praestantius, id est, seipsum. [Hae quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis:] & David: [Memoria fecit mirabilia suorum misericors & miserator Dominus: escam dedit tim entibus se.]

Datur ut conferretur.

78. **N**VMER. 18. *Ecce dedi tibi custodiam primitiarum carum.* ORIGEN. *Hom. 10.* Alia litera habet: *Ecce dedi vobis ad conservandum primitias.* Quarendum autem est quomodo secundum legem primitiae conservabantur? Non enim ut custodiant Sacerdotes accipiunt, sed ut consumant. Hoc ergo ad legem literae non applicetur, sed ad legem spiritus. Spirituales enim primitiae conservari possunt, literales non possunt. Christus primitiae est verae quae ad conservandum nobis datae sunt. Beatum est enim ut anima quae Christum suscepit, semper conferret, & semper habeat has primitias, qui manducaverit, & gustaverit panem qui de caelo descendit, non moritur in aeternum. Hic est enim panis qui cum semper comedatur, semper manet, in eo augetur. Quanto enim amplius verbum Dei sumperit, tanto magis abundabit. *Hac ille.* Quod de hoc sacramento principaliter loquatur, infra ostenditur. *Qui mundus est in domo sua, vescitur eis, omnem medullam olei, & vini, ac frumenti, &c. tibi dedi.*

Cum humilitate accedendum.

79. **N**VMER. 19. *Cumque laverit, qui vacca portaverit cineres, vestimenta sua, immundus erit.* AVGVST. *quest. 33.* Hoc mirum est quomodo erit ex hoc immundus qui mundus accesserat? Dixerat enim *Collige autem vir mundus cineres vaccae, & effundet eos extra castra in loco purissimo.* Nisi quia & hi qui sibi videntur mundi in fide Christiana, agnoscunt quia omnes peccaverunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per sanguinem ipsius. **RADVLPHVS.** Quae ratio est cum cineres tanta dignitatis sint, ut non nisi a mundo homine permittantur efferi, & poni in loco purissimo, ille tamen qui ad eos mundus accesserit, portando contaminetur? Sed patet ratio: omnis enim qui sancta tractat, non exinde polluitur, sed hac de causa immundiciam suam sollicitus recogitare compellitur, alioquin si se mundum iudicat, cum Deo approximat, inter superbos reputabitur & immundos. *Hac ille.* Cum accesseris ad hoc sacramentum, ne te reputes mundum, & dignum, sed potius immundum, & indignum. Vnde omnes dicimus: [Domine, non sum dignus.] &c.

Populo Christiano reservata.

80. **N**VMER. 23. *Temporibus suis dicitur Iacob, & c. sicut. INTERL.* Spirituali, non carnali. *quod operatus sit Deus. Ecce populus ut leana consurgit, &*

quasi Leo erigetur. **INTERL.** Populus qui nascetur, quem fecit Dominus. **ORIGEN.** *Hom. 16. in Numer.* Alia litera. *Ecce populus sicut catulus leonis, exurgit, & sicut Leo exultabit.* Videtur describere confidentiam populi in Christum credentis, & libertatem quam habet in fide, & exultationem quam in spe gerit, &c. *Non accubabit donec demoret praedam.* **INTERL.** Regnum enim caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Et occisorem sanguinem bibit.* **INTERL.** Christus occisus est propter delicta nostra. Ponitur enim ut affolet plurale pro singulari. Non morieris nisi biberts sanguinem huius Domini, qui pro peccatis nostris mortuus est. **ORIGEN.** Alia litera. *Non dormiet donec comedat praedam, & sanguinem vulneratorum bibit.* Haec ad literam stare non possunt. Quomodo enim iste populus tam laudabilis, tam magnificus sanguinem vulneratorum bibit, cum vocati, vocari ex gentibus, iubeantur abstinere a sanguine, sicut ab his quae idolis immolantur? sed nisi manducaverimus carnem filii hominis, & biberimus eius sanguinem, non habebimus vitam in nobis. caro enim eius verè est cibus, & sanguis eius verè est potus. Qui vulneratus est propter peccata nostra. *Hac ille.* Hoc sacramentum hinc promittitur. *Temporibus suis dicitur Iacob, & c. sicut, quod operatus sit Deus. Ecce populus ut leana consurgit.* Quia habentes hunc cibum, ut ait **CHRYSOST.** tanquam leones ab hac mensa surgimus. *Non accubabit donec demoret praedam.* Non morietur sine isto diuino viatico. Tu es ergo verus Israel (ait **ORIGEN**), quia scis sanguinem bibere illius viae, de qua dicitur: [Ego sum vitis vera, si tamen es ut catulus leonis exurgens, & ut Leo exultans.

Exhortatio ad sumendam eucharistiam.

81. **N**VMER. 24. *Accubans dormiit ut Leo, & quasi leana quam suscitare nullus audebit.* **LYRAN.** Designatur in hoc securitas populi in terra sibi promissa aduersariis debellatis. **GRIGOR.** moraliter. Si intellexisti quantam requiem habeat iter sapientiae, quantum gratiae, quantum dulcedinis, noli dissimulare, noli negligere. Aggredere iter, nec eremi solitudinem perhorrescas. Habitanti enim in huiusmodi tabernaculis occurrit manna caeleste, & Angelorum panem maducabis. Incipe tantum citò, in confortium tuum venient Angeli, quos significat cedri dixerat enim: *Quasi cedri prope aquas.*

Populo Christiano reservata.

82. **N**VMER. 26. *Nuuerate omnem summam filiorum Israel, &c.* **ORIGEN.** *Hom. 26.* Reprobatur prior populus qui est ex circumcissione, & introducitur secundus, de praepatio, qui paternam hereditatem consequitur, non a Moyse, sed a Iesu: Moyse enim si dat aliquibus hereditatem, extra dat terrenam, non fluentem lac & mel, sed pecoribus aptam, muta animalia, & irrationabilia melius quam homines nutriendem. Iesus meus secundo populo terram dat lacte & melle manantem, imo quae est fauus mellis praee omni terra. Ait enim, *istis diuidetur terra.* [Caro enim mea verè est cibus] accipite, & diuidite inter vos.

Idem, & donum donorum.

83. **D**EVT. 4. *Nec est alia natio tam grandis.* **GLOSS.** **ORD.** dignitate scilicet donorum, non multitudine populorum, qua habeat Deos appropinquantes sibi. **INTERLIN.** auxiliando. *sicut Deus noster, &c.* **OLEAST.** Nisi Deum haberemus appropinquantes nobis, multa sunt miseriae, & tribulationes nostrae, quae nos facile deicerent. Sed dicas: Iudaeis quidem saepe loquebatur, non autem nobis. Sed hoc nobis

his est (ait idem) ad cumulum misericordiae: si nobis loqueretur, videns nos tam imperfectos, quid putas nobis diceret nisi peccata nostra? Pie ergo valde, nobiscum moratur, & conuersatur, nec tamen loquitur, ut nostris miseriis succurrat, nec tamen statim arguat, sed dissimulet. Maxima felicitas populi Christiani dignitate donorum.

Manet nobiscum, ut cum amemus.

84. **D**EVT. 6. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* **BERNARDVS.** Ego arbitror praecipuam inuisibili Deo fuisse causam, quod voluerit in carne videri, & homo cum hominibus conuersari, ut carnalium, qui nisi carnaliter amare nesciebant, primò, ad suae carnis salutarem amorem affectiones restringeret, atque ita gradatim ad amorem perduceret spiritualem: idem die de hoc diuino sacramento. **TOTO**, ergo corde diligere est, omne quod blanditur de carne propria, vel aliena, sanctae carnis Christi amore, postponere: bonus amor iste carnalis per quem vita carnalis excluditur, contemnitur, & vincitur mundus.

Eucharistia cibus animae spiritualis.

85. **D**EVT. 8. *Dedit tibi cibum Manna quod ignorabas tu, & partes tui, ut ostenderet tibi quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo, &c.* **INTERL.** [Verbum caro factum est.] *Quod egreditur de ore Dei.* **GLOSS.** **ORD.** Spiritualis cibus commendatur, vnde animae in aeternum victurae satiantur. *Manna de caelo datum, carnem significat Christi, qui ait, [Ego sum panis vitae.]* Hic est panis qui de caelo descendit, & qui manducat hanc carnem, habet vitam aeternam. *Dicendo autem: Non in solo pane vivit homo, significat geminam naturam nostrae substantiam.* Homo enim ex anima & corpore constat. Quod ex terra est, terreno alitur cibo, anima verò vivit de verbo Dei: spiritum verò hominis, vivificat spiritus Dei, si tamen homo est in corpore Ecclesiae & in fide Filii Dei. Vnde, *infra cap. 16.* *Non poteris immolare Phasem in qualibet urbium tuarum, &c. sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus.* **GLOSS.** **ORD.** In vna domo agnus paschalis editur, & in vno loco Phasem immolatur, id est, in Catholica Ecclesia. Extra illam non rectè pascha celebratur. Vetat celebrare mysteria Christi in conuentibus Haereticorum.

Cauendum ne perdamus tantum donum.

86. **D**EVT. 78. *Sementem multum iacies in terram, & modicum congregabis.* **GLOSS.** **ORD.** Nobis quoque cauendum est ne perdamus panem qui confirmat cor hominis, & vinum quod lactificat, & oleum quod exhilarat faciem. *Hac illa.* Ut scilicet nobis non deficiat hic caelestis panis, sicuti aliis nationibus propter peccata nostra, vel ne perdamus fructum communionis ob vanam gloriam. Vnde sequitur: *Quia locusta deuorabunt omnia.* **INTERLIN.** Inanis gloria, mentis instabilitas.

Vitam aeternam causat.

87. **D**EVT. 30. *Elige ergo vitam, ut es tu vitas, & illi adhaereas, ipse enim est vita tua, & longitudo dierum tuorum.* **LYRAN.** Non formaliter, sed effectiue. **OLEAST.** adhaereas ei, quia ipse est vita tua. Commune est, ut qui alicui adhaeret, eius vitam & mores fortiat. **1. Cor. 6.** [Qui adhaeret Deo, vnus spiritus fit cum eo.] Si ergo Deus tuus, vita tua & longitudo dierum tuorum, si illi adhaereas, vitam eius habebis, & perpetuò viues. Audi Christum tuum, *Ioan. 6.* [Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.] cuius rationem assignat, [qui (inquit) manducat meam car-

nem, &c. in me manet, & ego in eo.] Sicut misit me, &c. & ipse vivet propter me.] Si ergo ego vino in aeternum, qui in me manet, vivet in aeternum. Vinit ergo qui adhaeret Deo, vita ipsius Dei.

Tempus institutionis Eucharistiae.

88. **D**EVT. 31. *Scio enim cogitationes eius quae facturus sit.* **CHRYSOST.** Dominus Deus noster in medio offerarum, nobis parat beneficia, nos verò paramus ei offensam. **OLEAST.** Quomodum multi grati, ante beneficium gratitudinem parant: ita multi peccatores in medijs, imò in initijs beneficiorum, benefactori Deo ingratitude & offensam parant: hoc patet in Christo, ut ait Paulus, **1. Cor. 11.** [Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, &c.] Quando eius corpus tradebatur, & vendebatur Iudaeis, tunc ipse instituebat sacramentum corporis & sanguinis sui. Idem etiam patet, in ingratis peccatoribus, ut in Iuda, de quo Evangelista: [Et post buccellam, introiit in eum Satanus.]

Eucharistia donum maximum.

89. **D**EVT. 32. *Cum medulla tritici: & sanguinem, vno biberet, miracissimum.* **INTERL.** Praedicta beneficia, maximo dono accipiunt. **GLOSS.** **ORD.** Cum medulla tritici corporis Christi. Vnde [nisi granum frumenti cadens in terram, &c. & sanguinem vna.] &c. **INTERL.** De quo: [Hic est calix novi Testamenti in meo sanguine.] *Luc. 22. Miracissimum.* **INTERL.** Sine falsitate, & haerese corruptione.

Eucharistia donum maximum.

90. **D**EVT. 33. *Hac est benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filius Israel, ante mortem suam.* **GLOSS.** **ORD.** Benedictio qua filius Israel in Deuteronomio, (quod est secunda lex) benedixit, ad gratiam pertinet: noui Testamenti, in quo praesca legis mysteria referantur, & veri Israelitae benedictionem per hominem Christum consequuntur. Bene autem iam in morte Moyse benedictio datur, quia legis vmbra moriente caelestium bonorum veritas aperitur. *Hac illa.* Hanc ergo benedictionem corporis, & sanguinis, sui reliquit nobis, non Moyses homo Dei, sed Christus filius Dei, ante mortem suam, *praedie quam pateretur,* in qua nocte tradebatur, cena facta, legis vmbra moriente, caelestium, &c. [De rore caeli, & de pinguedine terrae sit benedictio tua.] In finem dilexit nos. [Frumento, & vino, & oleo stabiliui cum, vltra haec fili mi quid faciam?] Haec benedictio ad gratiam pertinet noui Testamenti.

In frequentatione deuotio, & fortitudo.

91. **D**EVT. 33. *De Affer, de quo dictum fuerat, Affer pinguis panis eius, ait modò: Tingat in oleo pedem suum, ferrum, & as calcamentum eius.* Ac si diceret, Qui assidue comederit panem pinguem Affer, tinxeritque in oleo gratia in eo communicata pedem, id est, affectum suum, fortiter, & sine lesione conculcabit inimicos, utpote sicut habens ferrum, & as pro calcamento, iuxta illud: [super aspitem & basilicum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.] & Dominus: [Dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes.] &c. *Indic. 19.* *Gusta prius pusillum panis, & confirma stomachum, & sic proficisceris.*

Per eucharistiam perueniemus ad Beatitudinem.

92. **H**ABITABIT Israel confidenter, & solus: oculus Iacob in terra frumenti, & vini, caligae caligabunt rore. *Beatus es tu Israel. Quis similis tui populo qui saluatus in Domino?* **Deut. 33.** **GLOSS.** **ORD.** Qui hic vitium supplant

supplantandis defudauerit, ibi serenissimo mentis intuitu gloriam Christi, qui propter nos terram veram carnis accepit, indefinenter contemplantur, ut cuius hic corpore & sanguine, per sacramentum frumenti & vini palcebat, ibi diuinitatis eius perpetua visione saginetur. Vnde [satiabor cum apparuerit gloria tua, & alibi: [Manifestabo ei meipsum.] Tunc iacob in perfectum Israel, conuersus facie ad faciem, Deum videbit tam larga, tam subtili, tam delectabili Dei cognitione, quasi lenissimo rore repletus, ut predicatorem scientia qua in presentia instruitur, caligare videatur. Vnde, siue scientia destruetur.] & alibi,] Tenebrosa aqua in nubibus aeris, prae fulgore in conspectu eius, ad quam cum peruenit fuerit, omnis haec doctrina cessabit, & erunt omnes docibiles Dei.] Vnde merito adiungitur: *Beatus es in Israel,] &c.*

Sanguis Christi signum salutis.

93. **I**OSVE 2. *Si ingredientibus nobis terram, signum non fuerit feniculus sive cocineus, & ligaueris eum in fenestra, &c.* **I**NTERL. Signum redemptionis sanguis Christi. **O**RIG. Ipsa pannum cocineum ponit in domo sua, per quod saluetur ab excidio ciuitatis, sciebat enim quod nulli esset salus nisi in sanguine Christi. Si quis ergo saluari vult, veniat in hanc domum, in qua Christi sanguis, in signum est redemptionis. Nemo enim extra Ecclesiam saluatur. Qui foras exit, mortis suae reus fit. Sanguis enim Christi in hoc sacramento signum vitae vel mortis, mors est inanis, vita bonis. vnde parit sumptionis, &c. De Christo prophetauit Simeon, quia [positus est in ruinam & in resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur.] *cap. etiam 3. Iosue dicitur, ad hoc propositum quod cum terigissent sacerdotes portantes arcam, aquas Iordanis, steterunt aqua descendentes in loco vno, & ad instar montis inrumescere apparebant, quae autem inferiores erant, in mare solitudinis quod nunc vocatur mortuum, descendunt usquequo omnino deficerent. Aqua superiores, hoc est, iusti, creuerunt versus caelum, inferiores vero, hoc est peccatores, defecerunt in mare mortuum.* **O**RIGEN. *hom. 4.* Non absque mysterij ratione arbitror scriptum quod pars aquarum Iordanis, mergatur in mare, & in amaritudinem fluat, pars autem in dulcedine perseueret. *Hac ille.* Applicat hoc Origenes pro recipientibus aquam baptismi, tu vero applica pro recipientibus Eucharistiam, & addit: Multi enim ad secularia redeunt, & auaritia fallum potum bibunt, & in mare fluentes salis fluctibus perent. Pars vero illa quae in stabilitate permanet, & dulcedinem seruat, significat eos qui acceptum manus Dei firmiter tenent.

Dispositio ad Eucharistiam.

94. **I**OSVE 5. *Manferuntque filij Israel in Galgalis, & fecerunt Pascha, &c.* **G**LOSSA **O**RIGEN. Neque ante circumcissionem, nec post, antequam sanarentur, poterant agni carnes comedere, vides ergo quia nemo impudus facit Pascha, nemo incircumcissus. Vnde **1. Cor. 5.** Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitia, & nequitiae, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. **I**SIDORVS. Post Euangelij circumcissionem statim in loco reuelationis pascha celebratur, & agnus immolatur, qui tollit peccata mundi, & deficiente manna typicae legis, primum comedit populus panem corporis Christi, quem incorrupta repromissionis terra, id est, Virgo Maria protulit, cuius granum in terra cadens, fructum plurimum attulit,

Mysteriorum maximum, & obedientia Christi in Eucharistia.

IOSVE 10. *Non fuit ante, & postea tam longa dies obediens Domino voci hominis, & pugnante pro Israel.* **I**NTERL. Sic cum contra demones impugnatus, assistit nobis sol iustitiae, qui ait: [Ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.] Omnia Christi mysteria dicuntur, dies laetitia, & splendentes, sed lucidissimus, quando Eucharistiam instituit, in quo maxime verificatur id quod dicit. **I**NTERL. Ego vobiscum sum, &c. Recte potest vocari meritis respectu ceterorum. Vnde illud: [Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie.] *Non fuit ante, & postea tam longa dies.* Sicut quando obstrictus fuit Christus obedire voci hominis, licet peccatoris. Obediente Domino voci hominis, ira obstrictus, ut potius deficiat caelum & terra, quam eius assistentia in hoc sacramento. Pronunciatis enim verbis consecrationis, mox eodem instanti adest & opere & praesentia sua, & ait illud, Ecce adsum: & ex hoc sacramento pugnat pro nobis, & pugnante pro Israele. *& alibi:* [Parasti in conspectu meo mentem aduersus eos qui tribulant me.] vnde species sacramentales proprie dicuntur tabernacula ubi Deus pugnaturus contra inimicos nostros habitat. Vnde infra **Iosue 18.** *Fecerunt in Silo tabernaculum testimonij, & fuit eis terra subiecta.* Si vis ergo, ut terra carnis tibi subiecta sit, ut vis habere pacem interius, accede ad istud diuinum Tabernaculum. **Apoc. 21.** [Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipse populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.] *vide Num. 97. 1. Regum 4.* [Adferamus ad nos de Silo arcam foederis Domini, & veniat in medium nostrum, ut saluet nos de manu inimicorum nostrorum.]

Eucharistia verum sacrificium.

IOSVE 22. *Adificauerunt altare iuxta Iordanem, infinita magnitudinis.* **I**NTERL. Magnitudo, & spectanda magnitudinis. **O**RIGEN. *hom. 10.* Satisfaciunt de ara dicentes: *Scimus quia altare verum est apud vos, ubi Iesus habitat, &c.* Sed videamus huius facti sacramentum, licet enim priores qui nos praecesserunt in sua synagoga, habuerint altare, sentiebant tamen quia non erat verum, sed forma futuri, & veri altaris mouerant illi, quia vera hostia & quae possent auferre peccata, non in illo altari offerebantur, sed in isto ubi est Iesus.

Mors malis, vita bonis.

IVDICVM 7. *Videbatur mihi quasi subcinericius, panis ex hordeo volui.* Alia littera. *(Ecce strepitus panis, hordeacei sese deuoluens.) Non est hic aliud nisi gladius Gedeonis.* Iste panis qui voluitur est, ille diuinus, qui panis cum sit vitalis pro bonis, voluitur in gladium pro malis, & ita fortis est contra inimicos nostros, ut solo strepitu huius panis terreatur. *Ecce strepitus panis, &c. Vide infra, num. 104.*

Eucharistia sacrificium vitae.

IVDICVM 13. *Morte moriemur, quia vidimus Dominum.* Melius iudicauit mulier, dicens: *Si Dominus nos velle occidere, de manibus nostris holocaustum, & libamenta non suscepisset, nec ostendisset nobis haec omnia.* Viuemus utique, & non moriemur tali sacrificio, in quo ostendit nobis haec omnia. Panis hic vitam non mortem promittit nobis.

Panis dulcis.

IVDICVM 14. *De comedente exiit cibus, & de forategressa est dulcedo.* **L**YRANVS. Intellige de corpore

poro Christi lacerato, & mortuo, in quo erat diuinitas, & exiit sanguis & aqua, ex quibus virtutem habent Ecclesiae sacramenta, inter quae est principale Eucharistiae sacramentum, in quo habemus dulcissimum cibum, de quo **Sapientia 16.** [Panem paratum praestitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.]

In Eucharistia dona impertitur.

IVDICVM 17. *Nunc scio quod benefaciat mihi Deus, habenti Leuitici generis sacerdotem.* Multo pluris aestimandus est sacerdos noster secundum ordinem Melchisedech, quem recipimus in hoc sacramento. Ipse enim est sacerdos, & hostia, cum illum receperis in domo tua, idem in anima dic, *Nunc scio quod benefaciat, &c.* Dona quae aliis communicat, ingrediens domum, inuitant alios ut illum etiam recipiant. Vnde **Ruth. 1.** *Supraui Nabemi ut in patriam pergeret de regione Moabitide. Audierat enim quod respexisset Dominus populum suum, & dedisset eis escas.* **I**NTERL. **V**ITAE. Hoc mouet peccatorem esurientem ut creat a Moab, scilicet, abundantia donorum quam Deus communicat in hoc pane vitae, qui etiam filium prodigum mouit. [Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, & ego hic fame peregi.] **1. Regum 2.** [Repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelicj saturati sunt.]

Pro gratiarum actione.

RUTH. 2. *Si stieris, bibe aquas, de quibus pueri mei bibunt.* Si ob solas aquas seruorum, ita grata fuit Ruth, quae cadens in faciem suam, & adorans super terram dixit ad eum, vnde mihi hoc ut inuenirem gratiam ante oculos tuos? Quam gratiarum actionem debemus inuitanti nos sanguine suo, Accipite, & bibite ex eo omnes?

Dispositio.

IBIDEM. *Quando hora vescaendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam in aceto.* Optima preparatio ad comedendum hunc panem, intingere eum in aceto, scilicet contritionis, quod est comedere agnum cum lactibus agrestibus, hoc est, cum felle & aceto Dominicae passionis. Vnde: [Hac quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis,] &c.

Vitam causat, & dulcedinem.

REGVM 5. *Circumducatur arca Dei Israel, &c. Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini Dei super singulas ciuitates interfessionis magna nimis.* Tunc illa arca continens manna quod comedentes mortui sunt, mortem causabat, quocumque transibat: diuinum tamen manna, quod est panis vitae, vitam causat quocumque transit. Sic tunc timentes dicebant. **1. Regum 6.** *Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius?* **V**ATABLVS. Quasi dicerent. Videtur exigere a nobis sanctimoniam maximam. Nunc idem possumus dicere, non propter mortes, sed propter abundantiam donorum, & suauitatis quam secum affert. **1. Regum 10.** Prophetizauit Samuel Sauli: *Dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum: quibus receperis, insilet in te spiritus Domini, & prophetaabis cum eis, & mutaberis in virum alterum.* Alia littera. *& spiritus Domini prompte inuadet te, &c.* Hoc dedit in signum quod electus sit a Domino in Regem, & hoc idem erit tibi signum, quod electus sis a Domino in regnum celorum, si a manibus sacerdotis duos panes acceperis: ideo duos, quia in salutem animae & corporis traditi, quia insilet in te spiritus Domini, prompte inuadet te, & mutaberis in virum alterum, & addit: *Quando hoc enenerint signa, sic quae*

cumque inuenerit manus tua, quia Dominus tecum est. Hoc est, ait Vatablus, ne timeas bellum suscipere contra hostes, quia Deus est tecum, postquam receperis hos panes, Dominus tecum est. Quid clarius?

Dispositio.

REGVM 21. *Non habeo laicos panes ad manum: sed tantum panem sanctum: si mundi sunt pueri maxime a mulieribus, manducant.* Si haec puritas pro illis panibus, quae requiretur pro pane caelesti? Abimelech panem, & gladium dedit Dauidi: *Ecce hic gladius Goliath Philistae, &c. non est huic alter similis.* Panis traditus a summo sacerdote Christo, simul est panis & gladius, gladius inquam quo diabolus in cruce iugulauit, quo caput vitiorum amputemus. Signum certe amoris magni. Vult enim Deus societatem & amicitiam nostram, ut Hispanice dicitur, *A pan y cubillo.* Hic est panis subcinericius ille somnians: **Indic. 7.** *vide supra, num. 97.* & notanda sunt verba Dauid: *Non est huic alter similis, da mihi eum.* Idem petimus a Deo [Panem nostrum supersubstantialium da nobis hodie.]

Pro gratiarum actione.

REGVM 25. *In die bona uenimus, in die scilicet conuuij. Da ergo seruis tuis quodcumque inuenerit manus tua, da ergo seruis tuis, & filio tuo Dauid.* Optimus titulus ad petendam misericordiam. Dies in qua seipsum donat in cibum nostrum. Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis, etsi indigni iudicamini, petite a patre aeterno, ut concedat filio suo in pectore nostro sacramentaliter existenti, quodcumque inuenerit manus tua, da seruis tuis, & filio tuo Dauid.

Pro reuertentibus ad peccatum post communionem.

REGVM 29. *Quare non custodisti Dominum tuum regem? dixit Dauid ad Abner. Non est bonum hoc quod fecisti: viui Dominus, quoniam filij mortis estis vos, quia non custodistis Dominum vestrum Christum Dominum.* Applicat hoc ad illos qui post communionem peccant. *Ingressus est enim vnus de turba ut interficeret regem Dominum tuum.* Vide quid cambium feceris, Dominum Deum tuum mutasti pro peccato. **2. Reg. 12.** Postquam Nathan Dauidi multa beneficia a Deo sibi collata numerasset, ait, & si parua sunt ista, adiciam tibi multa maiora. **V**ATABLVS. Et, si pusillum subaudi expectasses nec peccasses, adiecisses tibi multa plura. In Hebraeo, secundum haec, & secundum hoc, id est, maiora his dedisset. Magnam impedimentum est peccatum, quod admisisti, ad beneficia quae tibi Deus communicasset, si pusillum expectasses, nec peccasses, &c. & additur: *Quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Alij vertunt: Cur ergo iam leue assumpsisti verbum Domini, ut coram eo malum faceres?*

Donum maximum.

REGVM 19. Ita Miphiboseth obstrictus Dauidi censetur ob beneficium quod referat. **2. Regum 9.** *Miphiboseth comedit semper panem super mensam meam, ut gratus dicat: Non fuit domus patris mei nisi morti obnoxia Domino meo regi: ut autem possiderem seruum tuum inter conuiuios mensae tuae. Quid ergo habes iusta querela, aut quid ultra possum vociferari ad regem? postquam Deus nos tuos conuiuios mensae tuae panem Angelorum manducauit homo: non habemus quid ultra desideremus, nec nobis restat aliquid petendum, aut quid possumus ultra vociferari ad regem, maxime cum morti fuerimus obnoxij cum patre nostro Adam?*

Eucharistia preceptum, & sacrificium.

108. 1. REGVM 23. Num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, & animarum periculum bibant? Noluit ergo bibere, & libavit eam Domino. O sapientia eterna Christi! ut auferemus sanguinem eius bibere effusum pro peccatis nostris, preceptum nobis bibendi posuit. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem,] &c. Accipite, & bibite ex eo omnes, & simul in sacrificium Deo acceptum eum instituit, & libavit eum Domino.

In specie humilis, uirtute tamen fortis.

109. 2. REGVM 23. Quasi tenerimus ligni vermiculus ita est Christus in Eucharistia humilis. & noster Dauid Christus (ait GLOSSA ORD.) externa quidem specie humilis atque despectus: at sua teneritudine & humilitate fortissimos hostes, peccatum, mortem, diabolum, mundumque euerit. Hec illa. vis vincere inimicos de genere giganteo, Diabolum scilicet & peccata? Da locum in anima tua huic tenerimo vermiculo. EUTHYMIUS super illud ps. 21. vermis sum & non homo. Christi etiam caro, sub qua diuinitas uelut occultus quidam hamus latebat, instar vermis facta est esca in capturam ceti, id est, diaboli. Nam cum ceteris hic ad illam escam hiaret, latente diuinitatis hamo penetratus est.

Detinet iram Dei.

110. 3. REGVM 2. Equidem uir mortis es. Sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini Dei, & sustinisti laborem in omnibus. Hec duo auertunt Dei omnipotentis iram a nobis. & fieri tabernaculum Eucharistiae & crucem Dominicam portasse in patientia.

Maximum donum a bona voluntate Dei.

111. 3. REGVM 10. Rex autem Salomon dedit Reginae Saba omnia qua uoluit. VATABLVS. In Hebraeo habetur: [Dedit omnem uoluntatem suam.] & petiuit ab eo, exceptis his qua uiro obulerat ei munere regio. GLOSSA ORD. Non solum quod petimus, imo etiam quae humana fragilitas, aut nescit aut non praesumit petere, gratuito munere largitur.

Mediante Eucharistia, accessum habemus ad Deum.

112. 3. REGVM 14. Misit Hieroboam Abia Propheta, uxorem mutuo habuit: & ut consequeretur inrentum, ait illi: Tolle quoque in manu tua decem panes, & crustulam. INTERL. Crustulum panis, crustulum auri. & was mellis. LYRANVS. Aliqui dicunt quod per crustulum intelligitur parua lamina auri, sed significat panem tenuem qui est quasi totus crusta. Hec ille. Si vis placere Deo, & consequi ab eo quod vis, muta habitum, id est, mores, porta etiam in manu decem panes, id est, decem mandatorum obseruantiam, quae panes animae a Christo dicuntur. Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Porta etiam in pectore tuo crustulam Eucharistiae, crustulum panis, crustulum auri. Quod ualde pretiosum est, aurum solemus appellare. Fer etiam was mellis, hoc est, Idem sacramentum omne delectamentum in se habens.

Dona plurima dat.

113. 1. REGVM 17. Vinit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem. GLOSSA ORD. Sarepta, ubi haec uidua habitabat, angustia panis interpretatur. & ubi panis spiritalis ante fiebat angustia, ibi farina, oleumque ore propter haec benedicuntur. Hec est gratia Dominici corporis, & charismatis uinctio siue

fructus, & hilaritas charitatis.

Communicatio Christi ad corpus & animam recipientis.

3. REGVM 17. Expandit se, atque mensus est super eum. GILBERTVS. Ideo te super ipsum expandis Domine Iesu, ut quod est secundum, in eo operias, quod nudum, uestias, &c. Hec ille. Quis explicare poterit hanc communicationem Christi ad animam quae continetur his uerbis: [In me manet, & ego in illo, & ipse uiuet propter me.] Dic exemplum, & uisionem Ruperti, quam asserit pater Plati de bono status religionis lib. 1. cap. 17. Iacenti in lectulo, hominis species apparuit de caelo, labens capite obuioluto, quasi agnosci nollet, eaque se sita micum tota demisit, ut caput capiti, pedes pedibus, reliqua membra cum omnibus membris intime commisceret; quin & ipsam animam substantiam modo quodam qui uerbis exprimi non posset, ita peraderet, atque imprimeret, & quidem citius, & profundius quam mollissima cera signo imprimatur. Additur etiam, quod facile credi posset, sequutam esse tantam, tamque incredibilem iocunditatem ac iuauitatem, ut nisi ea celestiter a Deo inhibita esset, is quasi torrente uoluptatis sine dubitatione, animam de corpore abstraheretur fuerit. Fuit hoc totum expressum quoddam Eucharistiae symbolum, in quo Dei filius, facie, sed uere tamen totum sese toti animae infundit, eamque & in suam transformat similitudinem, & gaudiis caelestibus complet. Hec Platus.

Fortitudinem causat & corpori, & anime.

3. REGVM 19. Ecce ad caput suum submericatus panis. Alia littera. [Placentula super prunas cocta.] Grandis enim tibi restat uia. VATABLVS. In Hebraeo. Manus est a te iter. id est, maius est quam prouiribus tuis coficere possis. & ambulauit in fortitudine cibi illius, &c. AVEVSTIN. lib. de mirabilibus sacrae Scripturae, dicit, ut refert LYRANVS. quod ille cibus angelicis manibus preparatus, habuit talem uirtutem, quod potuit diu conseruare naturam corporis a consumptione calidi naturalis, propter quam requiritur sumptio cibi. GLOSSA ORD. Angelus qui Eliam pauit, magni consilij Angelum significat, cuius opera, tam in corporali quam in spiritali natura subistimus. Elias autem bis pastus exprimit nostrae naturae infirmitatem, quibus non sufficit simplex pastus, sed duplex, quatenus ad superna ualeamus ascendere. Hec illa. Unde Ecclesia: Quibus sub bina specie carnem dedit & sanguinem, ut duplicis substantiae totum cibaret hominem ad iter tam difficile, sicut est iter caeli. Manus est a te iter, necessaria est uirtus, & fortitudo huius panis diuini. & ambulauit in fortitudine cibi illius, &c. GLOSSA ORD. Sic & nos dum inertiae somnum a nobis excutimus, necesse est ut diuino solatio confortati gressu bonorum operum per omne tempus uiae praesentis summo opere festinemus ascendere in montem Dei, & in locum sanctum eius, ut ibi requiem inueniamus aeternam.

In Eucharistia filij Dei constituimur.

4. REGVM 2. Pater mi, Pater mi, curruis Israel &c. & leuauit pallium Elia quod ceciderat &c. Quem prius Dominum, & magistrum appellaue rat, ascendente in caelum, & pallium suum illi relinquentem, toto ore appellat, pater mi pater mi. GALFRIDVS. Liqueat iam quia ab eo suus ille dominus in patrem tollitur, & attollitur, liqueat quod ex seruo in filium adoptatur. Hec ille. Quando Christus uenit in mundum, dedit hominibus potestatem filios Dei fieri, ueruntamen ascendens in caelum, & corpus suum

suum nobis relinquens, possessionem filiorum nobis concessit, & ita pleno ore patrem eum appellamus. Elifaeus ut transiret aquas Iordanis, leuauit pallium Elia. Si uis transire aquas huius seculi immunis, uestem Christi suscipe, id est, corpus, & sanguinem eius. Sed nota. Prima uice Elifaeo aquae non sunt diuisae, sed iterum secunda uice uoluit transire, & dixit: Vbi est Deus Elia etiam nunc? VATABLVS, legit, etiam ipse. Quasi dicat: Cur non diuiduntur aquae cum eum Deum colam quem coluit Elia? Non satis tibi est si semel in anno ad hoc sacramentum accedas. Frequenta semel, & iterum. Si frigeris, accedens, dic, ubi es Demetrium nunc, supple, misericordiam fac cum seruo tuo. Percussitque aquas, & diuisa sunt huc atque illuc, & transiit Elifaeus. Viderunt eum Prophetae, & dixerunt: Requiuit spiritus Elia super Elifaeum. Quando quis frequenter accedit, statim ei diuiduntur aquae, & omnes dicunt: Requiuit super eum spiritus Christi, & plurimi eum astant.

Mors est malis, uita bonis.

4. REGVM 3. Quando sacrificium offerri solet mane, ecce aquae ueniebant per uiam Edor, & repleta est terra aquis. Alia littera. [Iuxta id tempus quo solebat sacrificari sacrificij cibarium.] Cum quis accedit ad hoc sacrificium cibarium, de quo ait Christus Dominus, [Caro mea uere est cibus,] tunc abundant gratiae. Non uidebitis uentum, &c. quae sine strepitu interioris communicantur. Sed notandum quod sequitur: Ex aduerso aquarum Moabita uiderunt e contra aquas rubras quasi sanguine, dixeruntque: sanguis gladij est. Impij enim loco gratiarum, sanguinem & uisionem sentiunt, iuxta illud: [Iudicium sibi manducet, & bibit.]

Panis uita.

4. REGVM 4. Mors in olla uir Dei, &c. Colocynthides sunt cucurbitae syluestres. Afferte farinam, &c. & non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. Quid esset de nobis, si non reliquisset Christus farinam huius sacramenti? cibauit nos ex adipe frumenti. Certe multi perirent. Patres uestri maducauerunt Manna & mortui sunt. Mors in olla uir Dei. Quia Domine Iesu mors est in olla, mors nos inuadit. Afferte mihi farinam. [Qui manducat hunc panem, uiuet in aeternum.] Non solum mortem exterminauit hoc sacramentum, sed & omnes amaritudines, & afflictiones, & non fuit amplius quidquam amaritudinis. Alia littera, nihil mali, &c.

Eucharistia sumptio necessaria.

OBSECO concede mihi seruo tuo, ut tollam unus duorum burdonu de terra. Non enim faciet seruus meus ultra holocaustum diis alienis nisi Domino. 4. Reg. 5. GLOSSA ORD. Partem terrae sanctae secum tulit Nahaman, ut poneret in templo idolorum, ut super eam consistens, Dominum, cuius erat terra, adoraret, ne offenderet Dominum suum, scilicet Regem Syriae, si pariter non adoraret. Item moraliter: Partem terrae sanctae secum tollit, quia baptizatos oportet Dominici corporis participatione confirmari.

Pro gratiarum actione.

4. REGVM 6. Da filium tuum, &c. Dixitque ei die altera: Da filium tuum, &c. Foedus inritum est inter naturam diuinam, & humanam. Natura namque diuina promissit se daturum filium suum, ut famem humanam satiaret, quae prouenit ob peccatum: & humana promiserat se traditurum cor. Diuina quidem promissis stetit. [Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret,] ut scilicet morere-

tur, & corpus suum, & sanguinem in cibum daret, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. [Qui manducat hunc panem, uiuet in aeternum. Caro enim mea uere est cibus.] Ait ergo Dominus homini, Da filium tuum, id est, cor tuum, siquidem tam copiose impleui quod promisi, sed homo non uult tradere, & abscondit filium suum, scilicet in rebus terrenis. Cum hoc ergo diuinum sacramentum aspexeris, uel receperis, aduerte Deum postulante a te quod ei promissisti, & dicentem: [Praebe mihi cor tuum.]

Pro non accedentibus ad Eucharistiam.

4. REGVM 7. Si Dominus fecerit etiam cataraclas in caelo, nunquid poterit esse quod loqueris? VATABLVS, id est, fenestras per quas triticum demitteret. Hanc abundantiam panis caelestis peccatores non satis credunt. Unde eis dicitur: Vadebis oculis tuis, & inde non comedes. Quod & Beata uirgo eis prophetauit: [Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.] Quae maior uindicta quam haec? cum iusti abundantia caelestis panis fruuntur, illi famem patiuntur ut canes, & fame pereunt. [Non habebitis uiram in uobis.]

Uitam praestat.

4. REGVM 13. Quod cum terigisset ossa Elifae, reuixit homo, & stetit supra pedes suos. GLOSSA ORD. Resurrectio cadaveris per contactum ossium Elifae, significat quod quicumque firma fide tangit mortem Christi (intellige in Eucharistia) & spem suam ueraciter in eo collocat, sine dubio particeps erit resurrectionis eius. Unde, [Ego sum resurrectio, & uita.]

Dispositio.

4. REGVM 13. Neque factum est tale Pascha, &c. sicut Pascha istud Domino. Alia littera. Nec fuit tale pascha. VATABLVS. Subaudi celebratum cum tanta sanctitate. GLOSSA ORD. Celebrat ergo Iosias noster uerum Pascha, cum sanctos suos cum perfectione bonorum operum perducit. Unde: [Ecce dies ueniet successa, & orietur uobis timentibus Deum, sol iustitiae.] Supple in hoc diuino sacramento. SERPHANVS. Iosias facturus Pascha purgauit terram, & templum, & eiecit figuras idolorum. Eodem modo accessuri ad sacramentum corporis, & sanguinis Domini, purgare debent terram, id est, carnem & templum, id est, animam, & eicere a corde figuras idolorum.

Sacerdotij nostri dignitas.

1. PARALIP. 5. Ruben fuit primogenitus Israel, sed cum uiolasset chorum patris sui, data sunt primogeniti eius filijs Ioseph, &c. GLOSSA ORD. Per hoc mystice significatur ruina populi prioris, qui ut primogenitus debebat sacerdotium & regnum accipere. Sed quia maculauit stratam patris sui, id est, corpus Christi, in quo erat plenitudo diuinitatis, in cruce suspendit, & occidit, primogeniti dignitas ad spiritalium Ioseph, id est, Christum, & Ecclesiae populum translata est, ad quem pater: [Tu es Sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech.] Sacerdotes antiqui potius dicendi erant carnifices & occisores animalium, &c. nostri uero Sacerdotes secundum ordinem Melchisedech. Zach. 1. A Solis ortu usque ad occasum, &c. offertur, & immolatur nomini meo oblatio munda, scilicet, corporis, & sanguinis Christi post consecrationem & panis, & uiniantem illam secundum ordinem Melchisedech.

Pro indigne sumentibus.

125. 1. PARALIP. 13. Iratus est itaque Dominus contra Ozam, & percussit eum, eo quod tetigisset arcam, & mortuus est ibi coram Domino. CREOR. Sacerdos qui arcam temerarie tetigit, reatus sui ausus immatura morte purgavit. Vbi intuentum est, quantum delinquat qui ad corpus Domini reus accedit, si ille morte mulctatur qui arcam, Domini corporis figuram, minori quam debuit veneratione tractavit.

Donum maximum.

126. 7. PARALIP. 16. Benedixit David populo, in nomine Domini, & diuisit uniuersis per singulos a viro usque ad mulierem, sortam panis. INTERL. Qui de caelo descendit, & dat vitam mundo. Hac illa. Hac est benedictio qua benedixit nos verus David Christus, & dedit nobis eam libenti animo, & cum bona gratia. Ideo appellatur Eucharistia. [Aperis tu manu tuam, & imple omne animal benedictione.] Pro hac benedictione gratias agebat Apostolus. [Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione in caelestibus.] Tortam panis, vnam singulis, vnam omnibus. Quia vnus Deus (ait INTERL.) vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, & pater omnium. L Y R A N. Torta dicitur a torquendo, quia panis vitæ Christus tortus fuit in sua benedicta passione.

Pro gratiarum actione.

127. 1. PARALIP. 21. Cum veniret David ad Ornam, Christus animæ, in hoc sacramento: processit ei obuiam de arca, & adorauit eum promus in terram. Hoc facit anima fidelis exiens de terra sua, & adorans. Dixitque ei David: Da mihi locum arca tue, vt adificem in ea altare Domino. Perit Christus locum in corde, vt in eo tanquam in altari remaneat sacrificium, cum sit Deo acceptum. Respondet anima fidelis: Tolle, & faciat Dominus meus rex quodcumque ei placet, &c. & omnia ei libens prebebo. Acceptat Christus, & in hoc bonum nostrum consistit.

Dispositio.

128. 1. PARALIP. 29. Opus enim grande est, neque enim homini preparatur habitatio, sed Deo. Non possumus disponi viribus nostris, quia qui venit ad nos, Deus, & homo est. Opus grande est, &c. Vires Dei requiruntur, quas consequemur humili oratione. Vnde 2. Paralip. 2. Quis ergo poterit preualere, vt adificet ei dignam domum? calump, & calt calorum capere eum non queunt, quantum ego sum vt possim adificare ei domum? Sed ad hoc rantum, scilicet adifico domum, vt adoleatur incensum coram illo. Ad hoc venit ad nos in hoc sacramento, vt habeamus eum prope nos, adoremusque, & offeramus illi incensum orationis super prunas amoris. Distingatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, & 2. Paralip. 6. Ad hoc tantum facta est, scilicet domus ista, vt respicias orationem serui tui, & obsecrationem eius Domine Deus, &c. vt aperias oculos tuos, scilicet domum istam, &c. diebus ac noctibus, &c. Miratur Salomô ex hoc solum quod ibi erat arca. Ergo ne credibile est vt habitet Deus cum hominibus super terram? Quid diceret, si videret eum in Eucharistia?

Eucharistie sacrificium.

129. 2. PARALIP. 7. Sanctificauit quoque Salomon atrij medium ante templum Domini. 3. Reg. cap. 8. redditur ratio: Quia altare aeneum quod erat coram Domino minus erat, & non poterat sustinere sacrificia, & adipem pacificorum. G L O S S. O R D. Quia holocausta,

& sacrificia in altari veteris Testamenti, non poterant offerri, quia omnia figuratiter fiebant ibi. Rex noster, & Sacerdos, crexit nouum altare fidei in Ecclesia (quæ est atrium domus Domini, per quam ingressus patet in caelestem Hierusalem) in quo quotidie offeruntur pinguis holocausta, & accepta Deo sacrificia. Hinc est quod pater ait: Sacrificium laudis honorificabit me, & de antiquis holocausta, & sanguinem victimarum nolui.

Post communionem non peccandum.

130. 2. PARALIP. 8. Non habitabis vxor mea in domo David regis Israel, eo quod sanctificata sit, quia ingressa est in eam arca Domini. Sic responde tentationibus post communionem. Non habitabit in domo mea. Non intrabit hic, eo quod sanctificata sit, &c.

Pro gratiarum actione.

131. 2. PARALIP. 29. Cumque finita esset oblatio, incuruatus est rex, & omnes qui erant cum eo, & adorauerunt, &c. Sic cum receperitis Deum in Eucharistia, humiliamini. Ezechias autem hac addidit: Implest manus vestras Domino. Dicit rex intellectus, scilicet potentiis, accedite, & offerre victimas, & laudes in domo Domini.

Exhortatio ad Eucharistiam.

132. 2. PARALIP. 30. Nolite induere ceruices, sicut patres vestri. Tradite manus Domino, & venite ad sanctuarium eius quod sanctificauit in eternum. Reconciliamini Deo, & in signum amicitie tradite manus, & venite ad Eucharistiam quæ est sanctuarium in quo collocauit Deus diuitias suas. & infra: & auertetur a vobis ira, & furor eius, &c. Pius enim & clemens est Dominus Deus vester, & non auertet faciem suam a vobis, &c. Sed notandum est, quod vt exhortatio proficit, oportet vt sit similis ei quam fecit Ezechias infra: & loquutus est Ezechias ad cor omnium Leuitarum, qui habebant intelligentiam bonam super Domino. Primò, vt loquatur ad cor: secundò, vt audientes sint bene dispositi. Qui habebant intelligentiam bonam. Sentite de Domino in bonitate. Sequitur: & comederrunt septem diebus solemnitatis, id est, frequenter communicabunt.

Pro indigne sumentibus.

133. I B I D E M. Magna pars populi quæ sanctificata non fuerat, comedit Phasæ, non iuxta quod scriptum est. Hoc est: Accessit ad communionem indignè. [Qui autem manducat, & bibit indignè, iudicium sibi,] &c. quibus hoc superest remediij, vt verus Ezechias Christus oret pro eis: & orauit pro eis Ezechias dicens: Dominus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum. G L O S S. O R D. Per quod significatur quod Dei filius in quantum homo pro membris suis infirmis orat patrem. Quod si fecerit, non imputabitur eis quod minus sanctificati sunt: & sequitur: Quem exaudivit Dominus, & placatus est populo.

Dignitas Sacerdotum.

134. 3. E S D R A 1. Non erit vobis tollere super humeros eam, scilicet arcam. Hac dixit Iosias Leuitis, postquam eis præceperat, vt sanctificarent se Domino impositione sancte arca Domini in domo quam adificauit Salomon filius David rex. Sed in hoc ostenditur dignitas Sacerdotum nouæ legis, quibus datur, non solum portare humeris suis, verum comedere, & incorporari Christo, imo deificari.

vsque

Memoriale.

vsque ad consummationem duratura.

135. 3. E S D R A 8. Detegere luminare nostrum in domo Domini Dei nostri, dare nobis cibum in omni tempore seruitutis nostræ. Desiderabant veram lucem quæ est Messias Christus, qui ait: [Ego sum lux mundi.] & ad hoc eum desiderabant, vt daret verum cibum carnis suæ, de qua ait: [Caro mea verè est cibus] qui duraturus est omni tempore seruitutis nostræ. [Ecce ergo vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.]

Sacrificium in silentio.

136. 4. E S D R A 7. Et erit post annos hos morietur filius meus Christus, &c. & conuertetur seculum in animum silentium. Quadrat hoc cum illo Esa. cap. 32. & erit cultus iustitiae silentium, vel sacrificium, vt alij legunt. Hoc est, non erit sacrificium animalium mugientium, sed sacrificium in silentio. Veri adoratores adorabunt in spiritu, & veritate; & addit: [Ita vt nemo derelinquatur.] Hoc est: Nemo excludetur ab hoc vero sacrificio. Comedite ex eo omnes. Quam silentem concedit Deus dona sua in hoc sacrificio. Ante legem scriptam sacrificia fiebant Deo in silentio, sed nullum simile huic sacrificio iustitiæ.

Populo Christiano reseruat.

137. 4. E S D R A 8. Dixerat Angelus Esdræ: Quæ sunt presentia presentibus, & quæ futura futuris: Ac si diceret: Præsentia sacrificia, præsentibus quadrant, futurum verò sacrificiū Eucharistiæ pro futuris, scilicet gratia legis hominibus, seruatum est, quibus conueniunt quæ sequuntur. Vobis enim apertus est paradysus (loquitur Angelus nobiscum) platea est arbor vitæ, preparatum est futurum tempus, preparata est abundantia, adificata est ciuitas, probata est requies, perfecta est bonitas, & perfecta sapientia. Radix mali signata est a vobis. Alia litera. Resignata recessit a vobis infirmitas, & tinea a vobis absconsa est, & in infernum fugit corruptio, transierunt dolores, & ostensus est in fine thesaurus immortalitatis. Applica omnia hæc Eucharistia.

Imitandi fratres.

138. T O B I A 2. Cum factum esse prandium bonum in domo Tobie, dixit filio suo: Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes Deum, vt epulentur nobiscum. INTERL. Non vult solus buccellam suam comedere. Vnde Iob: [Si comedi buccellam meam solus.] Prandium bonum est hoc caeleste conuiuium, qui dignè comedat, alios ad illud inuitat. Sed nota quos inuitet: Primò, Timentes Deum: Secundò, vt epulentur nobiscum. Timor filialis & charitas fraterna necessaria sunt communicantibus. Vnde INTERL. [Ecce quàm bonum & quàm iocundū habitare fratres in vnum.] Has duas virtutes habuit idem sanctus Tobias, siquidem cum audisset mortuum iacere in platea, statim exiens de accubitu suo, relinquit prandium suū, ieiunus peruenit ad corpus: & cum occulasset illud, manducauit panem cum lacu & tremore. Hoc idem docuit Christus. [Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum, & vade reconciliari, &c. & tunc veniens offeres munus tuū.] Infra cap. 4. Panem tuum, & vinum tuum super sepulcrum iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. INTERL. Noli margaritas ponere ante porcos, & sanctum nolite dare canibus. Neque panem sanctum comedere debes cum peccatoribus. INTERL. N. Quia à conuictu mores conformantur.

139. T O B I A 4. Memor esse debes quæ & quanta pericula passa sit propter te in viro tuo. Et Christus Dominus voluit, vt memores essemus quæ & quanta pericula passus est in cruce, vt nos regeneraret. Ideo hoc sacramentum in memoriale instituit. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.

Omnia habemus in Eucharistia.

140. T O B I A 7. Præcepit Raguel occidi arietem, & parari conuiuium. Vniuersa abundantia huius diuini conuiuij consistit in agno mortuo ab origine mundi. In ipso est nostra abundans vita: [Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.] In ipso delicia nostræ. Pinguis est panis Christi, & præbebit delicias regibus. [Cùmque hortaretur eos discumbere,] [Accipite, & comedite ex eo omnes.] Tobias dixit. Ego hodie non manducabo, nec bibam, nisi prius petitionem meam confirmes. Optima dispositio ad hoc diuini conuiuium. Domine prius concede petitionem meam, dimitte nobis debita nostra, si non mihi concedis Domine dispositionem, non audebo accedere. Infra ca. 8. De omnibus quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobie, & fecit hanc scripturam, vt pars dimidia quæ supererat, post obitum eorum Tobie domino deueneret. Magna quidem Raguelis liberalitas. Sed omni ex parte maior est Christi magnificentia in hoc sacramento, in quo nõ dimidium bonorum suorum, sed omnia bona sua nobis tradit, scilicet, corpus & sanguinem, & animam suam, & diuinitatem communem cum patre, & Spiritu sancto, in qua beatitudo caelestis consistit. Nunc quidem mens impletur gratia: tantummodo reseruauit modum visionis, vt quod nunc videmus sub speciebus, videamus tunc facie ad faciem: & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Non solum fecit hanc scripturam: [Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.] sed & seipsum pignus dedit, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

Pro gratiarum actione.

141. T O B I A 11. Dixit Raphael ad Tobiam: Vbi introieris in domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum, & gratias age ei, &c. Angelus docet nos actionem gratiarum, & gratissimus Tobias pro sacramento hoc. Tob. 12. Quid possumus dare viro isti sancto, &c. Quam mercedem dabimus ei, aut quid digni poterit esse beneficis eius? Me duxit, & reduxit sanum, &c. Damonium ipse compepsit, &c. Me ipsum à deuotione piscis eripuit, &c. & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi adhuc poterimus dignum dare? Si tam grati erant pro bonis temporalibus homini Angelo; quàm magis grati esse debemus pro beneficiis etiam spiritualibus homini Deo, viuo, & vero? Pondera verba. Bonis omnibus per eum repleti sumus. Ita vt nihil boni in nobis sit quod ab eo non acceperimus.

Conuiuium, & donum maximum.

142. I V D I T I 12. Bibe nunc, & accumbe in iocunditate, quoniam immensis gratiam coram me. Sancta Iudith, in hoc conuiuio Holofernis, oculos habebat fixos in spirituali conuiuio Eucharistiæ, quod Deus erat facturus suis: & ita respodit magna cum reuerentia ei quem in Holoferne venerabatur. Bibam Domino, quoniam magnificata est anima mea hodie pro omnibus diebus meis. Quod solum verificatur in conuiuio Eucharistiæ. Vnde INTERL. Ambiguè illa solem illudit: & super illa verba: Quæ ego stem vt conuadecam Domino meo? INTERL. Deo. Item super illa: Omne quod

erit ante oculos eius bonum, & optimum, faciam: quid- quid autem illi (INTER L. Summo Deo) placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vite mee. Adde etiam quod ex cibis Holofernis non gustavit, tanquam prophanis, & ei non conuenientibus. vide sequitur: & accepit, & manducauit, & bibit coram ipso ea que preparauerat illi ancilla eius. Hac ancilla est humanitas Christi, qui secundum eam se seruum appellat in hoc sacramento, [& ego in medio vestri sum sicut qui ministrat.]

Summe diligendus Deus pro hoc beneficio.

143. **E**CCĒ caput Holofernis, &c. Videns autem Achior caput Holofernis, angustians pro pauore cecidit in faciem suam super terram, & astuauit anima eius. Iudub. cap. 13. Si Achior gentilis, videns caput huius blasphemii superbissimi, ita defecit, & astuauit, &c. quid sentiendum nobis est, quando nobis ostenditur Deus ipse factus cibus vite? [Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi?] Quando ostenditur nobis humilis Iesus, qui dedit vitam suam, vt nobis donaret eternam, &c. astuare deberet cor, & anima nostra flammis diuini amoris.

Conuiuium Christi.

144. **E**STHER I. Tertio igitur anno imperij sui fecit gratia de conuiuium, &c. vt ostenderet diuinitas glorie regni sui. INTER L. Assuerus, qui Christum ostendit, & nomine, & dignitate, interpretatur ostium. Christus autem dicit [Ego sum ostium.] GLOSSA ORD. Neque enim necesse est vt si aliquorum bona Christum significent, eorum quoque mala ipsi scilicet Christo, conueniant. Moyses enim in multis Christum significauit, sed non in hoc quod aquas contradictionis dubitauit. Sed neque Aarona in factura vituli, nec Salomon in sorde libitans. Sic Assuerus in liberali conuiuijo Christi significat, &c. Tertio anno tempore scilicet gratia primum ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia, grande conuiuium. [Homo quidam fecit cenam magnam.] Cunctis principibus & puris suis. INTER L. Apollolis. Vnde: [Pueri nunquid pulmentarium habetis?] Quos constituit principes super omnem terram. [fortissimis.] INTER L. Quos nec mors, nec vita separat a charitate Christi. Coram se. INTER L. In beneplacito suo. vt ostenderet diuinitas. INTER L. Scientia & sapientia que ducunt ad beatitudinis regnum. Multo tempore. [Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.] Inuitauit omnem populum. INTER L. Per Apostolos. A maximo vsque ad minimum. [Accipite & comedite ex hoc omnes.] In vestibulo horti & nemoris. INTER L. In presenti Ecclesia, in qua nos fide, & operibus ad introeundum paradysum preparamus. Quod regio culta, & manu constum erat. INTER L. Horti eternae iocunditatis, vbi consistit arbores fructiferae, id est, sancti, meritis preclari: Christi enim regis nostri dono ibi sancti fruuntur regno perpetuo. Bibebant autem qui inuitati erant. INTER L. Spirituales conuiuium. aureis poculis. Euangelicis verbis spirituali sapientia conditis. GLOSSA ORD. Quia virtus Eucharistiae fugitur in vi amoris, & aliis atque aliis vasis cibi inferrebat. INTER L. Spirituales deliciae quibus saginantur anime: & quia haec omnia excedunt capacitatem nostram, addit: Vinum quoque vt magnificentia regia dignum erat, abundans, & praeceptum ponebatur. INTER L. Non dignum paruitate nostra, sed magnificentia regia. Abundans. INTER L. Abundanter tribuit, & non impropertat. Nec erat qui nolentes cogere ad bibendum. GLOSSA ORD. Nemo cogitur spirituale donum accipere: filios vult Deus, non seruos, voluntatem vult, non necessitatem: secundum

illud: [Qui potest capere, capiat. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: Si vis perfectus esse,] &c.

Pro gratiarum actione.

145. **E**STHER 15. Memorare dierum humilitatis tuae (dixit Mardocheus ipsi Esther) & quomodo nutrita sis in manu mea. Hoc a te exigit Deus. Primum, Memorare dierum humilitatis tuae: Secundum, quomodo nutrita sis in manu Domini, hoc scilicet sacramento manu Dei accepto: De tali manu, tale donum: Tanquam columbam dilectam in manu sua te Deus saginat frumentis. Nisi granum frumenti, &c.

Domum maximum.

146. **M**ACHAB. 5. Ipse locum participis factus est malorum, postea autem factus socius bonorum: & qui derelictus est in ira Dei omnipotentis, iterum in manu Domini reconciliatione cum summa gloria exaltatur. Qui cum ira contra peccatum permisit vt destrueretur templum vniuersa terra sanctius, per peruersum Antichristum, qui scelestis manibus summi, caetera vasa, sita ad ornatum loci, & gloriam, contrectabit indignum, & contaminabit: Idem Dominus cum misericordia ornauit templum sanctum Ecclesiae praesentia sua in hoc sacramento. Cum summa gloria exaltabitur. Summa, quia non est alia similis. Prophecia huius diuini sacramento in magni Domini reconciliatione. Alia littera. [Reconciliatio magno Deo.] & 2. Machab. 15. versu 27. Prostrauerunt non minus triginta quinque milia praesentia Dei magnifice delectati, quia vidimus Angelum, vicinus innumerabiles hostes, & nos sacramento hoc fidentes, praesentia Dei, non Angeli, magnifice delectati, similiter vincemus. Non est delectatio similis ei quam Deus causat sua praesentia. Nota verbum magnifice.

Idem & gladius contra inimicos.

147. **M**ACHAB. 15. Versu 15. Extendisse Ieremiam dexteram, & dedisse Iuda gladium aureum, dicentem: Accipe sanctum gladium munus a Deo, in quo delicias aduersarios populi mei Israel. Per Ieremiam qui orabat multum, intelligit sacerdotem, de cuius manu quisque fidelium suscipit Eucharistiam, & videtur dicere vniciue: [Accipe sanctum gladium,] &c. Iudicum 7. dictum fuit per gladium Gedconis, intelligi hoc sacramento. Modò additur, esse aureum gladium: procedit scilicet ab illa immensa charitate Christi. Secundum, munus a Deo. Tertio, in quo delicias aduersarios.

Pro gratiarum actione.

148. **M**ACHAB. 14. Versu 25. Romani dixerunt: Quam gratiarum actionem reddemus Simoni, & filiis eius? Restituit enim ipse fratres suos, & expugnavit inimicos Israel ab eis. Si quia Simon dedit eis scutum aureum, quod mille minas ponderabat, ita gratia ei fuerunt: quam gratiarum actionem debemus Christo Domino, quia dedit nobis scutum corporis sui: & meminisse debemus eorum que pro nobis fecit. Restituit enim ipse fratres suos, &c. Inter alia que hostes populi Dei inferebant mala, vnum erat quod inferebant plagam magnam castitati, & Christus Dominus hoc malum abstulit, mediante hoc diuino sacramento. Quid pulchrum eius nisi frumentum electorum, & vinum germinans Virgines? 2. Machab. 1. Versu 11. De magnis periculis a Deo liberari, magnifice gratias agimus ipsi, vt pote qui aduersus talem regem dimicauimus. Nota verbum magnifice, in gratiarum actione correspondens illi, in praesentia Dei magnifice delectati. Supra num. 146. & 2. cap. vers. 9. de Salomone dicitur: Magnifice sapientiam traiebat, & vt sapientiam

sapientiam habens, obtulit sacrificium. Applica Christo Domino.

Sacrificium Eucharistiae.

149. **M**ACHAB. 1. Versu 8. Oravimus ad Dominum, & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium, & similitudinem, &c. Iure exauditi sumus, quia obtulerunt similitudinem Eucharistiae figuram. & addunt, & nunc frequentate dies scenopegia, id est, renouationis. Renouamur enim maxime hoc diuino sacramento. & ibid. versu 31. Ex residua aqua Nehemias inssit lapides maiores perfundi, quod vt factum est, ex eis flamma accensa est: si accesseris ad hoc sacramento cum lacrymis, accenderis diuina flamma.

De Sacerdotum potestate & dignitate.

150. **I**BIDEM Versu 35. Et cum probasset, scilicet rex, quod per sacerdotes commutabatur aqua in ignem, sacerdotibus donauit multa bona, & alia atque alia munera: & accipiens manu sua tribuebat eis. Nota honorem quem sacerdotibus nouae legis debemus, qui non aquam in ignem, sed panem in corpus, & vinum in sanguinem Christi conuertunt verbo suo, quibus reges terrae benefacere manu propria, & illis subijci debent.

Verba consecrationis integre perferenda.

151. **E**XODI 12. Nec os illius confringatis. RVPERT. Quotidie nobis mystice obseruandum est vt os eius non comminuamus, id est, verbum, per quod subsistit cibi & potus huius sacramento, non confringamus, sed integrum atque illibatam custodiamus.

Eucharistia pignus vite aeternae.

152. **E**XODI 16. In die sexto colligebant cibos duplices, id est, duo gomor per singulos homines. BALDWINVS. Spem vite aeternae per iustitiam fidei ab exordio mundi per quinque aetates vsque ad Christum omnes iusti habuerunt: & hoc est vnum gomor, quod per singulos dies vsque ad sextum colligitur. A nobis autem in sexta aetate quasi in sexto die ante fabricatum, hoc est, ante requiem animarum, duo gomor colliguntur, quia aeterna vita spem habemus, & pignus, id est, ipsum auctorem & consummatorem fidei nostrae Iesum Christum. Sexto autem die, vnum gomor colligitur, & consumitur, alterum colligitur, & seruat. Spes quippe vite aeternae quae in praesenti habetur, cum hac vita deficit. Cum enim plene videbitur, fratres, tunc omnino euacuabitur spes. Alterum autem gomor colligitur, & seruat; Panis scilicet vite aeternae, qui nunc comeditur. Colligimus quidem dum per gratiam huius sacramento, quotidianis profectibus id agimus, vt in futuro plenius manducare valeamus. Seruamus autem quando in condigna huius sacramento veneratione vsque in finem perseueramus.

Communione frequentia.

153. **M**ATH. 6. Panem nostrum super substantialem da nobis hodie. CASSIANVS. Cum dicit, hodie, ostendit cum quotidie esse sumendum, & quod sine ipso nequaquam vllo die spirituales vitam capere valeamus, atque externam praebitionem eius non sufficere, nisi nobis hodie similiter quoque fuerit attributus.

In Eucharistia remissio peccatorum.

154. **G**ENES. 27. Det tibi Deus de rore caeli, & de pinguedine terre abundantiam frumenti, & vini. RVPERTVS. Est autem rationali creaturae ros caeli, non aliud quam gratia Spiritus sancti, quae peccata

remittit. Pinguedo autem terrae vel abundantia frumenti, & vini, adepto sensus ad intelligenda mysteria quae latent in scriptura. Illic enim latet granum frumenti, quod cadens mortuum fuit, & multum fructum attulit; & vinum quod lactificat cor hominis; & oleum, in quo facies hilarescit. AVEVS. Abundantiam frumenti, & vini, id est, fructum vberem, quem colligit Christus ex frumento, & vino, id est, ex sacramento: corporis, & sanguinis sui.

Dispositio ad Eucharistiam.

155. **E**XODI 12. & Panes azymos cum lactucis agrestibus. RVPERTVS. Quod de azymis iubetur, tam in re quam in mysterio obseruamus, vt videlicet azymum panem ad conficiendum Christi corpus, habeamus: & mystice verus fermentum a nobis, scilicet fermentum malitiae & nequitiae, secundum Apostoli praecipuum, expurgemus: Alterum vero, id est, quod de lactucis agrestibus praecipitur, tantum spiritualiter attendimus: quia videlicet auctor huius sacramento, non eas corporaliter adhibuit, sed Apostoli in cena illa, tantum spiritualiter eas comederunt. Quia profecto propter illa quae dicebantur, iam in summa tristitia erant, & per totum triduum amaritudini passionis eius, satis moleste communicariunt, eorumque exemplo nos carnes agni cum lactucis agrestibus comedimus, cum corpus redemptoris accipientes, nos metipsos pro peccatis nostris affligimus.

In Eucharistia sensus excludendus.

156. **M**ATH. 18. Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proice abs te, &c. BALDWINVS. In sacramento altaris, fides & humana ratio copugnatur, & hoc agitur inter eas, vt altera alteri oculum eruat. Nec est finis huius pugnae citra alterius excacationem. Habet enim humana ratio oculum suum, habet fides & suum. Oculum rationis quasi lippus est, & saepe visibilia, & prope posita videre non potest. Oculum autem fidei acutus est, quod inuisibilia Dei intellecta conspiciuntur. Circa virtutem sacramento mens habet, oculus rationis caligat, omnis sensus corporis obtunditur, manus in contrectatione sedula, experientia, gustus, oculorum intentata contemplatio, nulla sua diligentia explorare possunt nisi ea quae huiusmodi panis esse solent. Ratio consulta hoc respondet quod carnalibus cogitationibus persuasum habet, & corporeis sensibus exploratum. Oculum enim humanae rationis, inuisibilia Dei comprehendere non potest nisi collyrio gratiae inungatur, veroque lumine illustretur, de quo scriptum est: [Praecipuum Domini lucidum illuminans oculos.] Si oculus tuus (inquit Dominus) scandalizat te, erue eum,] &c. Hoc de oculo humanae rationis non inconuenienter accipitur, qui pietati fidei scandalum est. Vnde & merito emendus est. Melius est enim vnum oculum sanae fidei habentem ingredi ad vitam, quam duos oculos habentem, alterum humanae rationis, alterum fidei, mitti in gehennam ignis. Quasi duos nempe oculos habet, qui humana sapientia ducitur, & fidem tantum ex ea parte recipit, vbi humanis rationibus consentanea esse videtur. Fides autem nostra, maius testimonium habet quam ab humana ratione. Subnixa est enim diuina auctoritate, quae quidem summa ratio est omnem humanam rationem incomparabiliter superans, vt pote veritas, & in veritate statuens vniuersa. Vide fides, num. 32. ex Bernardo.

Priora, & potiora sacramenta nostra quam Iudaeorum.

157. **E**XOD. 16. Mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum. AMBRVS. lib. 4. de sacramentis cap. 3. Aa 3. Fortè

Fortè aliquis fidelium dixerit: Iudæis Deus tantam gratiam præstitit sicut & nobis. Manna illis pluit de cælo. Quid plus dedit fidelibus suis? Quid plus tribuit his, quibus plus promittit? Accipe quæ dico. Anteriora esse mysteria Christianorum quam Iudæorum, & diuiniore esse sacramenta Christianorum, quam Iudæorum. Iudæi enim quando esse coeperunt? Ex Iudæa utique pronepote Abraham, aut si vis, ex lege quam Iudæi accipere meruerunt, etsi tunc Deus Iudæis murmurantibus manna pluit à cælo. Tibi autem, sacramentorum horum figura præcessit, quando Abraham erat, quando victor venit, & occurrit illi Melchisedech sacerdos, & obtulit ei panem, & vinum. Sed Melchisedech autor sacramentorum? Quis est iste Melchisedech, qui significatur rex iustitiæ & pacis, nisi Christus, qui est iustitia Dei, pax Dei & sapientia Dei? Nunquid homo quisquam potest esse iustitiæ rex, pacis rex, nisi ille qui potuit dicere: [Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.] Ergo sacramenta hæc quæ accipis, anteriora sunt quam sacramenta quæcumque Iudæorum. & prius cæpit populus Christianus quam populus Iudæorum, sed nos prædestinatione, illi in nomine.

Eucharistia confortat.

158. **P**SAL. 103. *Panis cor hominis confirmat.* CYPRIANVS. *Epistola 54. ad Cornelium Papam.* Idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad prælium: & mens deficit quam non recepta eucharistia eripit, & accendit. INNOCENT. *Papa Epistola ad Exuperium.* Postquam Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, iam depulso terrore, communionem dare obeuntibus placuit, & propter Domini misericordiam quasi viaticum profecturis, &c. Tribuitur ergo cū poenitentia extrema cōmunio, vt homines huius mundi, vel supremis suis permittentē Saluatore nostro, à perpetuo exitio vindictur.

Idem.

159. **E**VSEBIVS. *lib. 9. Histor. cap. 5.* Refert exemplum sancti Luciani presbyteri & martyris. Qui cum in carcere esset supinus, substratis acutis testulis, & pedibus in cippum iniectis, atque distractis, sine cibo, & potu, sacram Eucharistiam ardentem desiderabat, & suspensis discipulis quomodo altare illuc inferrent, ait: Mensa erit nobis hoc pectus meū: templum verò sanctum vos mihi eritis, me omni parte circumdantes. Impositis igitur suo pectori signis diuini sacrificij, sublato in cælum obtutu, & sacro ritu precibus peractis, & ipse fuit particeps sacramentorum, & aliis distribuit. Postridie, in hac voce, *Christianus sum*, emisit spiritum, cum totos quatuordecim dies substratis testulis supinus iacuisset.

Pro indignè sumentibus Eucharistiam.

160. **I.** **C**OR. II. *Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit.* BALDVINVS. Non dicit nō dignè, sed indignè. Quis enim vsquequaque dignus? vel quis dignè accipiat quantumcumque sit iustus? quantumcumque sit perfectus? Magis est dignatio Domini, quam dignitas serui. At cum iniustus accipit, periculū augetur, indignitas peccatoris, & indignatio iudicis: iudicium enim sibi manducat. Quare iudicium sibi manducat? quia magis iudicem quam Saluatorem manducat, non diiudicans corpus Christi. Proinde Paulus corpus suum castigat, & in seruitutem redigit, ne reprobus efficiatur. Quo suo metu grauissimè pauitancia corda nostra percutit, vt amplius timeamus. Quid enim faciet virgula deserti, vbi contremiscit cedrus paradisi? Vide *ides*, num. 3. 2. ex Bernardo.

De necessitate sumptionis Eucharistie.

AD GALATAS. 6. *Abst. mihi gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* BERNARDVS. Tria quadam præcipua in opere nostræ salutis intueor. Formam humilitatis in qua semetipsum Deus exinanuit, charitatis mensuram, quam vsque ad mortem, mortem autem crucis, extendit, redemptionis sacramentum, quo ipsam mortem quam pertulit, abstulit. Volo totis visibus humilem sequi Iesum, volo eum qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, brachijs quibusdam vicariæ dilectionis amplecti. Sed oportet me agnum manducare paschalem: nisi enim manducaueris eius carnem, & biberis eius sanguinem, non habebis vitam in me. Aliud est sequi Iesum, aliud tenere, & aliud manducare: sequi, salubre consilium; tenere, & amplecti, solemne gaudium; manducare, vita beata. Caro enim eius verè est cibus, & sanguis eius verè est potus. Panis est Dei qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Quis statùs sine gaudio, sine consilio, sine vita? Non aliud quàm picturæ similitudo. Ergo nec humilitatis exemplum, nec charitatis insignia, præter redemptiōnis sacramentum sunt aliquid. Igitur in passionē Christi, salus nostra, in cruce gloria, in morte vita.

Sumentem in se conuertit Eucharistia.

DIONYSIVS *Arcopagita de celesti Hierarchia.* Quemadmodum ignis sensibilis ea quibus insederit, in suum traducit officium, omnibusque quomodolibet sibi propinquantibus sui consortium tradit: haud aliter Dominus noster, & Deus, qui ignis consumens est, nos per cibum hunc facratissimum in sui traducit effigiem, Deiformelque reddit.

De sanguine Christi.

CYPRIANVS *lib. 1. Epistola 3.* Quomodo ad potandum vinum, veniri non potest, nisi botrus calcetur antè, & prematur: sic nec nos sanguinem Christi possemus bibere, nisi Christus calcatus prius fuisset, & pressus, & calicem prius biberet quem credentibus propinaret. *Et infra.* Sic autem calix Domini inebriat: vt & Noe in Genesi, vinum bibens inebriatus est. Sed quia ebrietas Domini calicis non est talis, qualis est ebrietas vini secularis, cum diceret Spiritus sanctus, in *Psalmo 12.* [Calix tuus inebrians,] addidit, *per quam optimus.* Quod scilicet calix Domini, sic bibentes inebriat vt sobrios faciat, vt mentes ad spirituales sapientiam redigat, vt à sapore isto seculari ad intellectum Dei vnusquisque resipiscat, & quemadmodum vino isto seculari mens soluitur, & anima relaxatur, & tristitia omnis exponitur, ita & potato sanguine Domini, & poculo salutari, exponatur memoria veteris hominis, & fiat obliuio conuersationis pristinae secularis, & moestum pectus, ac triste, quod prius peccatis arguentibus premebatur, diuinæ indulgentiæ lætitia resoluatur.

Panis Christi est vita anime.

CYPRIANVS *Serm. de coena Domini.* Sicut panis communis quem quotidie edimus, vita est corporis: ita panis iste super substantialis, vita est anime, & sanitas mentis.

Virtute, & potestate diuina fit transsubstantiatio.

EVSEBIVS EMISSIVS *hom. 5. de Paschate.* Sicut quicumque ad fidem veniens, ante verba baptismi adhuc in vinculo est veteris debiti, his verò commemoratis mox exiit omni fœce peccatis; ita quando benedicendæ verbis cœlestibus creaturæ, sacris altaribus imponantur, antequam inuocatione sacri

sacri nominis consecrentur, substantia illic est panis, & vini, post verba autem, Christi corpus, & infra: Inuisibilis Sacerdos, visibiles creaturas in substantiam corporis, & sanguinis sui, verbo suo secreta potestate conuertit, ita dicens: Hoc est, &c. Ergo sicut ad nutum præcipientis Domini, repente ex nihilo substituerunt excelsa cælorum, profunda fluctuum, vasta terrarum: pari potentia in spiritualibus sacramentis verbi præcipit virtutem, & seruit effectus.

Eucharistia etiam corpus spirituale resicitur.

166. **G**REGOR. NYSSEN. *Oratione magna Catechetica, cap. 37.* Cum homo constet anima, & corpore, anima autem fide initium capiat salutis, necesse est vt corpus etiam suum habeat alimentum: quomodo qui venenum sumpserunt, alio medicamento illud depellunt; ita peccatori adhibendum est corpus Christi medicamentum, cuius virtus in vniversum corpus distribuatur: & quomodo, vt dicit Apostolus: [Modicum fermentum totam massam assimilatur.] ita corpus Christi sumptum, totum ad se transmutat.

Sanguinis Christi figure in sanguine animalium.

167. **C**HRYSOST. *Hom. 3. ad Neophytos.* Quid agis Moyses? Sanguis quis, rationabilem hominem liberare consuevit? Valde, inquit. Non eo quod sanguis est, sed quia Domini sanguis per eum demonstrat exemplum. Nam sicut regnantium statua, quæ sine anima sunt, atque sermone, nonnunquam ad se confugientibus hominibus anima atque rationibus decoratis subuenire consueverunt, non quia sunt are confectæ, sed quia retineat imaginem principalem: ita & sanguis ille, qui irrorationabilis fuit, animas habentes homines liberauit: non quia sanguis fuit, sed quia huius sanguinis ostendebat aduentum.

Christi amor in eucharistia elucet.

168. **C**HRYSOST. *Ibidem.* Videte quemadmodum sponfam sibi Christus coniunxit. Videte quo nos cibo satietatis enutrit, ipse nobis cibi substantia est, & nutrimentum. Nam sicut mulier affectione naturæ cogente genitum alere sui lactis fecunditate festinat: sic Christus quos ipse regenerat, suo sanguine semper enutrit. *Et Hom. 61. ad pop. Antioch.* Parentes sapenmero liberos aliis alendos transmittunt: at Christus de sacrorum participatione mysteriorum, non ita, sed mea, inquit, vos alo carne, me ipsum vobis appono, bonam ita vobis de futuris expectationem ipemque præbens, qui in hac vobis me vita trado, multo magis in futura, frater esse vester dignatus, & quam propter vos carnè communicauit, & sanguinem, ita cognatus vester effectus, ea rursus vobis vicissim hinc exhibeo.

Post communionem non peccandum.

169. **C**HRYSOST. *Hom. 14. operis imperfecti.* Sicut qui præclara veste vestitus est, fugit omnē rem fordidam, ne fortè coinquinet eam, & perdat gratiam candoris eius; sic qui suscipit Deum in corde suo, & spiritu suo, sollicitus esse debet ne fortè contamineat eum, sciens quia si contaminatus fuerit in nobis, ipse quidem in sua natura incontaminabilis manet, tamen contaminationis suæ iniuriam grauius nostro vindicabit interitum.

Pro indignè sumentibus.

170. **I.** **C**ORINTH. II. *Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, &c.* CHRYSOST. *Hom. 45. in Ioan.* Nam si qui regiam purpuram coinquinant, haud secus quam qui scindunt, puniuntur, quid mirum si qui immunda cōscientia Christi corpus ac-

cipiunt, idem supplicium subeant, quod qui eum clavis crucis affixerunt? **O R I G E N.** *in cap. 15. Math.* Dixit quilibet iam, quod sicut quod ingreditur in os, non polluit hominem, etsi putetur à Iudæis pollutum: ita quod ingreditur in os, non sanctificat hominem, etiam si à simplicibus credatur sanctificare, nimirum is qui vocatur panis Domini: & est ni fallor oratio nō contemnenda, eoque desiderans dilucidam expositionem, quæ mihi quidem talis esse videtur: Quemadmodum non cibus, sed conscientia cum hæsitacione vescens polluit edentem, eo quod qui hæsitat, si vescatur, iudicatus est, quia non est ex fide: & quemadmodum nihil est impurum per se, polluto & incredulo, sed propter ipsius immunditiam, & incredulitatem: ita quod sanctificatur per verbum Dei, & per obsecrationem, non suapte natura sanctificat vtentem: nam si id esset, sanctificaret & illum qui comedit indignè Domino, nec quisquam ob hunc esum infirmus, aut agrotus esset, aut obdormisset, nam tale quiddam Paulus demonstrat, *1. Cor. 11.* [Propter hoc inter vos infirmi, & malè laborantes, & dormiunt multi.] Proinde etiam in pane Domini vitilitas est vescenti, cum impolluta mente, puræque conscientia particeps est panis illius. Sic quod ad esum per se attinet, nec ex eo, quia non edimus de pane verbo Dei, & per obsecrationem sanctificato, fraudamur aliquo bono, nec ex edendo abundamus aliquo bono. Si quidem causa defectus est malitia peccatæque, & abundantia causa est iustitia ac rectè facta, vt tale sit quod dicitur apud Paulum his verbis: [Neque si comederimus, abundamus: neque si non comederimus, habebimus.] Cæterum iuxta a precatorem quæ illi accessit proportione fidei fit vilis, efficiens vt perspicax fiat animus, spectans ad id quod vile est. Nec materia panis, sed super illum dictus sermo, est qui prodest non indignè domino comedenti illum.

Idem.

CHRYSOST. *Serm. de Productione Iuda.* Nemo fit Iudas in mensa. Hoc sacrificium, cibus spiritualis est. Nam sicut corporalis cibus cum ventrem inuenerit aduersis humoribus occupatum, & amplius lædit, magis nocet, & nullum præstat auxilium: Ita & iste spiritualis cibus, si aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdet, non sua natura, sed accipientis vitio.

Eucharistia effectus mirabilis.

CHRYSOST. *Hom. 61. ad pop. Antioch.* Ex cibus quidem sanguis in nobis enascens, non à cibo statim hoc efficitur, sed potus aliud quiddam. Hic autem sanguis Christi mysticus, non ita: sed quàm primùm ac repente animam irrigat, eamque vi quadam magna imbuit, nutrit iugiter, eique nobilitatem languescere, aut tabescere non permittit. *Et Serm. de Eucharistia.* Num vides panem, num vinum? Num sicut reliqui cibi in secessum vadunt? Absit, ne sic cogites. Quemadmodum enim si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substantiæ remanet, nihil superfluit: sic & hinc puta mysteria consumi corporis substantia.

De preparatione ad Eucharistiam.

CHRYSOST. *ibid.* Centum sexaginta octo horas habente hebdomada, vnā & solam horam sibi ipsi segregauit Deus, & hanc in opera secularia, & in ridicula, & in conuenticula infumis. Cum quæ postea fiducia ad mysteria accedes? Num si sterces in manibus haberes, auderes appropriare fimbriæ regis? *Idem Hom. 24. in 1. ad Corinth.* Præpara mentem ad horū mysteriorum susceptionem. Etenim si puer re-

gius purpura & diademate coronatus tibi ferendus traderetur, nonne omnibus humi abiectis eum susciperes? Verum nunc cum non regium hominis puerum, sed vnigenitum Dei filium accipias, dic quæso, non horrefcis, & omnium secularium rerum amorem abiicis, & eo te solo ornatum reddis, sed adhuc humum aspicias, pecuniæ incumbis, terræ deditus es? & quamnam veniam cõsequeris, quam exultationem? *Idem Hom. 5. in 1. ad Timoth.* Tu cum carnalem cibum sumpturnus accedis, os antea ac faciem lauas: cum vero ad spiritualem mensam accessurus es, animam lauare dissimulas, atque immunditia plenus accedis?

De Eucharistia equaliter omnes participamus.

174. **C**HRYSTOS T. *Hom. 4. in 2. ad Thessal.* Non sicut in veteri lege partem quidem Sacerdos comedit, partem populus, & non licebat populo eorum esse participem quorum particeps erat Sacerdos. Sed nunc non sic. Vnum enim omnibus corpus proponitur, & poculum vnum, cuncta vobis, & nobis paria, honorum etiam principalia. Non enim nos abundantius, & vos minus de sacra mensa participamus, sed æquè illam utique & pariter degustamus. Nec verò si ego primus, ergo magni aliquid fuerit, cum & apud pueros senior primus in conuiuio manum mittat, nihil tamen huic prerogatiuæ. Omnia nobis paria. Eadem salus, eadem vita cum eodem vtrinque honore datur. Non de alio ego, alio vos, sed de eodem agno participamus.

De Eucharistia frequentia.

175. **C**HRYSTOS T. *Hom. 5. in 1. ad Timoth.* Non est audaciæ sæpius accedere ad Dominicam mensam, sed indignè accedere, etiam si semel tantum quispiam toto vitæ tempore accedat. At nos adeo stolidi, adeo insensati sumus, vt cum innumera per totum annum scelera perpetramus, nihil ea curemus exueri; ceterum fati esse arbitramur, si non assidue præsumamus atque contumeliosè Christi corpus attingere, nec intelligimus miserè, quod hi qui cruci Christum affixerunt, semel tantum id fecerunt. Non igitur quia semel crucifixi erunt, minus idcirco delictum est: & qui Christum prodidit, semel tantum prodidit; nunquid ergo hoc illum supplicio eripuit? *Idem Hom. 17. ad Hebraeos.* Plurimi ex hoc sacrificio semel accipiunt in toto anno, alij bis, alij sæpius. Quos ergo maximè acceptamus? eosne qui semel, an illos qui sæpius? Neque qui raro, sed eos qui cum munda conscientia, qui cum mundo corpore, cum vita irreprehensibili: isti semper accedant: qui verò tales non sunt, neque semel. Quid ita? Quia iudicium sibi accipiunt: & ne miretis. Sicut enim cibus naturaliter nutritorius existens, si in eum qui prauis cibis corruptus est, incidat, omnia perdit, & corrumpit, & efficitur occasio morbi: Sic etiam ista, quæ ad hæc terribilia pertinent sacramenta. Frueris mensa regali, mensa spiritali, & iterum polluis cæno os tuum? Perungis vnguento pretioso, & iterum factoribus illud implet? Dic mihi cum demum annuo reuoluto tempore communices, quadraginta dies putas tibi sufficere ad mundationem peccatorum totius temporis? & iterum septimana transeunte tradis te ipsum sordibus primis? Dic enim mihi, si saluus factus quadraginta diebus ab ægitudine longè iterum te illis mortificatoribus cibis tradas, nonne & primum laborem perdes? Si enim naturalia sic mutantur, quanto magis voluntaria? &c. Hæc dicens non ab vna in anno perceptione vos veto, sed volo semper vos accedere. Sanctis hæc concessa sunt, hoc etiam diaconus infonatur in illa hora sanctos vocans, &c.

De preparatione.

176. **C**HRYSTOS T. *ibid.* Sacerdos per vocem illam tremendam sanctos vocans, alios quidem expellit, alios autè introducit. Dic enim rogo. In Olympicis certaminibus nonne stabat præco, & magnum atque altum clamans & dicens: Siquis hunc accusat, ne fortè serius est, ne fortè fur, ne fortè malignorum morum; quamuis certamina illa non sunt animarum, neque morum, sed fortitudinis corporalis. Si itaque illic sit inquisitio voluntatis, quanto magis hic, vbi certamen totum gerit anima? Stas enim hic præco, non quidem dicens; si quis hunc accusat, sed si quis seipsum accusat, si quis non est sanctus, non accedat. Non simpliciter dicit à peccatis mundus, sed sanctus. Sanctum enim non mundatio peccati tantum facit, sed etiam præsentia spiritus, & bonorum operum opulentia. Non enim, inquit, volo vos à cæno mundos esse, sed etiam albos esse, & pulchros. Si enim Rex Babylonius ex captiuitate honestos iuuenes forma & decòros facie elegit: multo amplius & nos astantes mensæ regali honestos specie animæ esse oportet, ornatum habentes aureum, stolam mundam, calcæameta regalia, vultum animæ formosum, oportet eam ornatu aureo circumdatam esse, cingulum veritatis habere. Talis accedat, & calicem tangat regalem. Si autem quis pannis est sordidus obstitus, & illutitè plenus, & ingredi mensam regalem voluerit, attende quanta patietur, non sufficientibus quadraginta diebus mundare illum ab iis quæ in toto tempore deliquit.

Pro indignè sumentibus.

177. **I**DEM **C**HRYSTOS T. *Hom. 61. ad pop. Antioch.* Quomodo Christi assistes tribunali, scelestis manibus & labijs ipsius corpus imperens? & fœtente quidem ore, tuo regem osculari non eligeres, regem verò cæli fœtente anima deofcularis? Factum hoc, est contumelia. Dic mihi: Immundisne manibus ad sacrificium eligeres accedere? Non, vt ipse puro, sed neque omnino malis accedere quam inanibus illotis. Ita in partu quidem es tam reuerens, sordidam autem habens animam, accedis & audes tangere? Quid verò non cernis vasa tantum vndique terfa, sic refulgentia? His nobis animas oportet esse puriores, his sanctiores, & splendidiore. Quare verò tadem? Quoniam illa propter nos talia sunt: illa non eius qui inest, partem capiunt, nec sentiunt, nos autem certè. Sed nunc sordida quidem vt vasa non eligeres, anima verò sordida accedis?

Ad Eucharistiam accedere, magna dignatio.

178. **C**HRYSTOS T. *Hom. 60. ad pop. Antioch.* Cogita quali sis insignitus honore, quali mensa fruaris. Quod Angeli videntes horrefcunt, nec libere audent intueri propter emicantem inde splendorem, hoc nos pacimur, huic nos vnimur, & facti sumus vnum Christi corpus & vna caro. Quis pastor, oues proprio pascit cruore? & quid dicit pastor? Matres multæ sunt quæ post partus dolores filios alii tradunt nutritibus. Hoc autem ipse non est passus, sed ipse nos proprio sanguine pascit, & per omnia nos sibi coagmentat.

Ab Eucharistia accendi peccatores.

179. **I**DEM *ibid.* Si quis dux militiæ sit, siue præfectus siue princeps diademate coronatus, indignè autem accedat, prohibe, maiorem illo potestatem habes. Tu verò si tibi quidem aquæ fons traditus fuisset purus gregi custodiendus, & pecudem multum ore sumum habentem vidisses deorsum inclinari, non per

permisisses, & fluentem turbare. Nunc verò nõ aquæ, sed sanguinis & spiritus fontem habens creditum, & cæno fœdus habentes peccatum videns accedentes, non indignaris nec arces, & quam consequeris veniam? *Idem ibid. Homil. 61.* Sicut ad mensam veniente Domino, seruos qui dominum offenderunt, ad esse non oportet, sed procul arcentur: & hic dum profertur sacrificium, & Christus immolatur, & ouis Dominica: cum audieris: Oremus omnes communitè, cum vela videris retrahi, tunc cælum aperiri cogita; & Angelos descendere. Sicut itaque propheta: *Idem ibid.* fas est, & neminem, ita nec vllum hic sordidum: Sic mihi si quis in conuiuium vocatus in mensam ablueret, & recumberet, & mensa paratus adesset, postmodum nihil gustaret, num afficit contumelia vocantem? Nonne melius huiuscemodi nec venisset? Ita scilicet & tu venisti, cecinisti Deo laudem, cum omnibus es confessus de dignis esse, cum indignis non sedendo: Quomodo mansisti, neque participas de mensa?

Contra indignè sumentes.

180. **C**HRYSTOS T. *Hom. 24. in 1. ad Corinthe.* Si regem quis non inconsideratè acciperet, quid dico regem? imò ne regium quidem vestimentum immundis manibus tangeret, quamuis & solo loco solus esset. Atqui nihil aliud vestimentum est quam vermium filum: quod si picturam admiraris, etiam ipsa mortui piscis sanguis est: verum id nemo immundis manibus auderet tractare. Quoniam igitur pacto omnium Domini corpus purum & immaculatum, quod diuinæ illius naturæ particeps est, propter quod & sumus, & viuimus, propter quod portæ inferi fractæ sunt, & cælorum apertæ, tanta cum ignominia accipiemus?

Christus totus in qualibet particula Eucharistia.

181. **A**MBR O S. *Dominica 5. post Epiph.* Singuli accipiunt Christum Dominum, & in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur, sed integrum se præbet in singulis. Sed quomodo impossibile videatur vt caro verbi Dei, quæ multo spiritua- lior & potentior est verbo nostro, sit tota & integra in ore omnium sumentiũ, cum verbum nostrũ, idemque totum integrum sit in auribus omnium audientium? Quod etiam euidentiũ Christus in seipso manifestans, in cæna, corpus & sanguinem suum discipulis suis distribuit, & cum in se à singulis sumptus comederetur & biberetur in sacramento, ipse tamen viuus & integer mansit in seipso. Sed quid mirum si Christus comeditur, & integer manet, cum Sareptana vidua, non minus oleum comederit, quia attestante sacra historia lechytus olei non est imminutus, cum eadem Scriptura dicat: [Abiit, & fecit iuxta verbum Eliæ, & comedit ipsa, & domus eius.]

Effectus mirabilis Eucharistia.

182. **C**YRILLVS ALEXAND. *lib. 4. in Ioan. cap. 14.* Quamuis naturaliter aqua frigida sit, aduentu tamen ignis, suæ frigiditatis oblita estuat. Hoc sanè modo nos quamuis propter naturam carnis corruptibiles simus, participatione tamen vitæ ab imbecillitate nostra reuocati ad proprietatem illius ad vitam reformamur.

Contra indignè sumentes.

183. **A**VGVS T. *lib. 5. de Bapt.* Sicut Iudas, cui buccellam tradidit Dominus, nõ malum accipiendo, sed male accipiendo, locũ in se diabolo præbuit: Sic indignè quisque sumens Dominicum sacramentum, non efficit vt quia ipse malus est, malum sit, aut quia non

ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini, & sanguis Domini nihilominus erat illis, quibus dicebat Apostolus: [Qui manducat indignè, iudicium sibi manducat, &c.]

Effectus mirabiles.

184. **H**EBRÆORVM 9. *Sine sanguinis effusione, non fit remissio.* **C**HRYSTOS T. *Hom. 16. in eandem epistolam.* In veteri quidem lege corpus extrinsecus manducabatur: corporalis quippe erat mundatio: in noua verò, quia spiritualis est mundatio, non simpliciter aspersus, sed velut fons emanans in animabus nostris (sciunt quæ dicuntur qui imbuti sunt) & in illis quidem superficiem aspergebant, & iterum ablucebatur aspersus, non enim cruentatus semper deambulabat. In anima verò non ita est, sed ipsi essentia commiscetur sanguis, fortem illam faciens & mundam, & ad illam inenarrabilem pulchritudinem perducens. **LAVRENT. IVSTINIAN. de Disciplina & perfectione monast.** Est sacramentum hoc tanquam cellarium quoddam omnium aromatum in se continens pretiositatem & virtutem: in ipsum qui ingrediuntur, refocillantur ab omni fatigatione, nec deficiunt, donec præsentis vitæ terminus finiatur. Est etiam mysterium hoc quasi ingens arbor virentibus referta folijs, sub quam quicumque fugiunt laborantes, & peregrinantes, proteguntur in ipsius vabracyclo ab æstu diei, à turbine quoque, & pluuia.

Preparatio ad Eucharistiam.

185. **EXOD. 12. Calcæamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus.** **C**HRYSTOS T. *Hom. 5. in Math.* Qui credit in Christum, sic debet in hoc seculo viuere, quasi peregrinus, & non in suis sed in transitu positus. Vnde de virginibus dicitur: [Exierunt obuiam sponso.] Sicut enim qui obuiam vadit alicui, in via stat, & expectat eum quamdiu veniat. Propterea & Iudæi exituri de Ægypto, expediti, & præcincti Agnum iussi sunt manducare, & ad exeundum parati, ostendentes nobis quomodo quicumque nostri agni Eucharistiam manducant, ita debent esse expediti, quasi quotidie exituri de mundo.

Quam potenter subueniat Christi corpus, cuius fimbria sic medetur.

186. **MATTH. 9. Si tetigero tantum fimbriam vestimenti eius, salua ero.** **PETRVS CHRYSOST. O quid ista vidit habitare in interioribus Christi, quæ in Christi fimbria diuinitatis totam videt inhabitare virtutem! O quam docuit mulier quantum sit corpus Christi, quæ in fimbria tantum Ecclesiæ monstrauit! Miseri qui quotidie corpus Christi tractamus, & sumimus, & à nostris vulneribus nõ curamur. Imo quod magis flendum est: Mulier tulit medicinam de vulnere, nobis medicina ipsa retorquetur in vulnus. Non enim deest Christus infirmantibus, sed fides.**

Panis filiorum.

187. **IOAN. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.** **MACHARIVS, Hom. 14.** Quemadmodum si quis cum multa bona, seruos, ac filios possideat, cibus aliis seruos pascit, & aliis proprios filios, semine suo natos, quia filij sunt hæredes patris, & cum eo manducant, vt pote patri suo propemodum æquales: Ita Christus qui verus est Dominus, omnia creauit, nutritque prauos, ingratos, sed filios quos è semine suo genuit, & participes effecti gratiæ suæ, in quibus formatus est Dominus, peculiari refectione, alimento, cibo, & potu præter ceteros homines enutrit, largiturque se illis conuersantibus cum patre sue.

sub: sicut ait Dominus. [Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, & mortem non videbit.]

EXAMEN.

- Examinanda sunt bona opera nostra. I. A. vide, opera, num. 20. 38. 40.
Examinanda quidem per precepta Dei. 2. 3.
Examinata peccata dolere debemus. 3.
Examinanda conscientia, ut separemus virtutes a vitiis. 4. 5.
Examinanda conscientia cum diligentia. 5.
Quomodo examinari debemus. 6.
Sapius examinanda conscientia. 7.
Examine vitia radicitus amputanda. 8. 9.
Et virtutes inserenda. 9.
De examine ante penitentiam, vide penitentia, num. 96.

Examinanda sunt bona nostra.

1. XOD. 30. Sume tibi aromata, &c. Cumque in tenuissimum puluerem uniuersa contuderis; &c. GREGOR. 1. Moral. cap. 39. Curandum est ne bona nostra pauca sint, curandum ne indiscussa, ne aut pauca agentes, inueniamur steriles, aut indiscussa relinquentes, recordes. Vnde & bene subiungitur: [Cumque in tenuissimum puluerem uniuersa contuderis.] &c. In tenuissimum puluerem aromata uniuersa conterimus, cum bona nostra quasi in pilo cordis occulta discussione tundimus, & si veraciter bona non sint, subtiliter retractamus. Aromata ergo in puluerem redigere, est virtutes recogitando terere, & vsque ad subtilitatem oculi examinis reuocare. Sequitur: Pones ea coram tabernaculo testimonij. Tunc nimirum bona nostra veraciter in conspectu iudicis placent, cum hac mens subtilius recogitando conterit, & quasi de aromantibus puluerem reddit, ne grossum durumque sit bonum quod agitur, ne si hoc arcta retractationis manus non cominuat, odorem de se subtilius non aspergat. Hinc est quod sponsa virtus laudatur in Cant. [Qua est ista qua ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrha, & thuris, & uniuersa pulueris pigmentarij?] Sancta quippe Ecclesia, sicut virgula ex aromatibus ascendit. Quia ex vite suae virtutibus in interni quotidie incensi rectitudinem proficit, nec sparsa per cogitationes diluit, sed se intra arcana cordis, in rigoris virga constringit, qua ea qua agit dum cogitare semper ac retractare non desinit, myrrham quidem, & thus habet in opere, sed puluerem in cogitatione.

Examinanda opera per precepta Dei.

2. XOD. 38. Fecit & labrum aeneum cum basibus, de speculis mulierum quae excubabant in ostio tabernaculi. LIROMANVS. Pro litera intelligentia in Hebraeo habetur: & fecit concham aeneam; & basim eius aeneam de speculis conuenientium, seu mulierum. Dicunt ergo aliqui ex speculis mulierum quae conueniebant, ut orarent in ostio tabernaculi, consecram fuisse concham illam. Mulieres quippe, quae a se, seculi vanitatem reiecerant, & soli Deo placere studebant, portabant huiusmodi specula, & in ministerium Domini offerebant, & per singulos dies certo tempore veniebant ad tabernaculum adoraturae. &

quia turmatim sicut castra militum veniebant, ideo hoc verbo vsa est scriptura: & hunc sensum complexa est Chaldaica, ait enim, & fecit labrum ex ere, &c. de speculis mulierum quae veniebant ut orarent in ostio tabernaculi. LXX. legunt. De speculis ieiunantium, quae ieiunauerunt ad ostia tabernaculi. Nam & de Anna prophetissa legitur, quod [non discedebat de Templo, ieiuniis & obsecrationibus seruies nocte & die.] Dicitur etiam de filiis Heli sacerdotis, quod [dormiebant cum mulieribus, quae obseruabant ad ostium tabernaculi.] GREGOR. hom. 17. super Euang. Labrum aeneum Moyses ponit, in quo sacerdotes lauari debeant, & sancta sanctorum ingredi. Quia lex Dei prius nos lauari per compunctionem praecipit, ut nostra immunditia ad penetrandam secretorum Dei munditiam non sit indigna, quod bene labrum de speculis mulierum perhibet factum, quae ad tabernaculi ostium indefinenter excubabant. Specula quippe mulierum sunt precepta Dei, in quibus se sanctae animae indefinenter aspiciunt, & si quae sunt in eis sceditatis maculae, deprehendunt, cogitationum vitia corrigunt, & quid in se caelesti viro placeat vel quid displiceat, agnoscunt, quae quoad in hac vita sunt, aeternum tabernaculum ingredi nequaquam possunt, sed tamen ad ostium tabernaculi mulieres excubant, quia sanctae animae etiam cum infirmitate adhuc carnis grauantur, amore tamen continuo ingressum aeterni introitus obseruant.

Examinata peccata dolere debemus.

3. LEVIT. 6. Quem nutrit sacerdos subiciens ligna mane per singulos dies. GREGOR. Altare Dei, cor nostrum est; in quo iubetur ignis semper ardere. Quia necesse est ex illo charitatis flammam indefinenter accendere. Cui sacerdos subicit ligna ne extinguatur, id est, quilibet fidelis sanctorum exempla, & scripturae testimonia, in corde suo congerere non cessat: his ignem, forte languescentem nutrire & excitare debemus. Mane subiiciuntur ligna, cum nox caecitatis extinguitur, vel quia mane, prima pars diei est, postpositis terrenis cogitationibus. Hoc in principio quisque fidelis cogitet, & semetipsum in holocaustum desuper imponat, & omne vitium quod in se male viuerebat, exurat.

Examinanda opera.

4. IUDICVM 6. Cum Gedeon exconteret, atque purgaret frumenta in torculari, apparuit ei Angelus Domini. GREGOR. 3. Moral. cap. 17. & RVPERT. Quid est frumentum virga cadere, nisi rectitudine iudicij a vitiorum paleis virtutum grana separare? Haec agentibus apparet angelus. Tanto magis enim Deus interiora denunciat quanto se studiosius homines ab exterioribus purgant. Vnde & Propheta: [Si separaueris pretiosum a vili, quasi os meum eris.] Haec ille. Hoc factum est sub umbra quercus. INTEL. id est, crucis, ibi excutiuntur, atque purgantur virtutes a vitiis. Dixit ei Angelus: Vade in hac fortitudine tua, & libera bis Israel. Quenam fortitudo haec est, si quidem huc vsque nullam ostenderit Gedeon? Certè haec est fortitudo facere cum rigore examen, & separare pretiosum a vili.

Idem. Diligenter.

5. REGVM 4. Et ostiaria domus purgans triticum obdormiuit. GREGOR. 1. Moral. cap. 19. Ostiaria triticum purgat; cum mentis custodia discernendo, virtutes a vitis separant, quae si obdormierit, in mortem proprii domini infidiatores admittit. Quia cum discretionis sollicitudo cessauerit, ad interficiendum animam, malignis spiritibus iter pandit, &c. Non enim

enim Ibofeth inopinata morte succumberet, si non ad ingressum domus mulierem, id est, ad mentis aditum, mollem custodiam deputasset. Fortis enim vigilique sensus praeponi cordis foribus debet, quem nec negligenter somnus opprimat, nec ignorantiae error fallat. Vnde bene Ibofeth vir confusiois declaratur: qui enim forti mentis custodia munitus non est, vir confusiois dicitur.

Quomodo examinari debemus.

6. CHRYSOST. Serm. de Penitentia. Quod in peccuniarum sumptibus, idem in peccatis faciamus. Statim cum surreximus a lecto, priusquam nos conferamus ad forum, vel priusquam aggrediamur opus aliquod vel priuatum vel publicum, vocato ministro, rationem sumptuum petimus, ut sciamus quid bene vel male expenderit. Et, si viderimus paruum quiddam desiderari, omnibus modis cogitamus accessionem occasionem, ne inuiti perdamus. Faciamus igitur hoc in operibus nostris, vocata conscientia nostra, faciamus similiter rationem operum, verborum, cogitationum, & scrutemur quid vtiliter insumptum sit, & quid in perniciem nostram, quis sermo male expensus in conuitia, in sales, in turpia eloquia, quae concupiscentia oculum in intemperantiam prouocant, quae cogitatio cum damno nostro in opus exierit, vel, per manus, vel, per linguam, vel, per cogitationes.

Sapius examinanda conscientia.

7. IDEM hom. 3. De penitentia. Medelam si apposuerit medicus, nec priori te die purgauerit, num eam rursum die altera non apponet? Est quisquam quercini roboris caesor, is quercum si velit cadere, securim accipit, incidit radicem, si plaga vna percusserit, nec ceciderit instructuosa arbor, non sefecundam addiderit, non quartam, non quintam, non decimam? Sic & tu fac. Quercus est fornicator, glandes ferens irrationabilium animalium escam; multo tempore tua in mente radicata, in arborum circuitu tuam deiecit conscientiam. Meus sermo securis est, vno audisti die, quomodo vno die cader, quae tanto tempore radices immisit? Si enim bis, si ter, si centies, si decem millies, non iam mirum, modo incide ut rem malam, & fortem consuetudinem malamque illam deice, & gratiam impetrasti. Manna comedebant Iudaei, & cepas de Aegypto quaerebant consuetudine ducti. Tam adeo turpis est consuetudo pessima, quod non statim potest abiici nec tempore breui.

Examine vitia radicitus amputanda.

8. AMBROS. Epistola 7. Recidat luxuriae, deliciae refecentur, & si quis fuit luxuriosus, valedicat superioribus. Recifa enim vinea, fructum affert, semputata frondefcit, neglecta luxuriat. Ideoque scriptum est: Tanquam agricultura homo imprudens, & tanquam vinea homo egens sensu, si reliqueris eum, desertus erit.

Idem, & virtutes inserenda.

9. VSEBIVS EMISSVS Homil. 8. ad Monachos. Si quando terrae operarius, & ruris cultor, agrum suum seminibus praeparat, non sibi sufficere putat rudem campum vomere profcidisse, & assiduo aratro duras edonuisse glebas, ac sulcis frequentibus confecisse, sed insuper studet agrum illum infecundis sperminibus emundare, noxiis euacuare rudendibus spinarum, stirpium fomites excussa radice conuelleret, sciens terram suam sine purgatione mali germinis, boni feracem esse non posse, ad se dictum putans illud quod ad spiritualem agricolam pertinet;

[Nouate vobis noualia, & nolite serere super spinas.] Ita & nos qui Dei agricultura effecti sumus, qui spem fructuum nostrorum non terrae credimus, sed caelo repositum; non nobis sufficere putemus terram corporis nostri, vigiliatum exercitiis edonare, vel ieiuniorum labore conficere, sed imprimis mentem exirpatione vitiorum, mundare conemur, circumcidere mores, excidere passiones, eradicare superbiam, plantare humilitatem, effodere iram, fundare patientiam, amputare inuidiam, inserere beneuolentiam, & huiusmodi virtutibus agrum cordis quasi quibusdam bonae frugis fecundare seminibus. Ceterum si caro conteritur, & anima non fructificat, simile est ac si arari campus non desinat, & nunquam tamen messis appareat.

EXCUSATIO.

Excusationes sunt folia quibus peccator contegitur.

I. 6. 10.

Excusationes a veteri homine procedunt. 2. 3. 4.

Adam excusando se, Deum inculcat. 3. 4. 5.

Excusatio auget culpam. 6. 7. 9.

Non excusanda peccata. 7.

Excusationes peccatorum insufficientes. 1. 8.

Excusatio peccati, celat turpitudinem, non aufert. 10.

Excusationes folia sunt quibus peccator contegitur.

1. GENES. 3. Cumque cognouissent se esse nudos, conseruerunt folia ficus, &c. EVCHERIVS. Qui saeculum asperum amplectuntur, qui que ob voluptatem carnalem arctantur, gratia Dei nudati, tegumenta mendaciorum tanquam folia fici colligunt, faciuntque sibi cinctoria vanitatis. AMBROS. Posteaquam primi parentes spoliatos se illa sinceritate, & simplicitate viderunt integræ incorruptaeque naturae, quaerere mundana & manufacta ceperunt, quibus nuda suae mentis operirent. Docet ergo me Adam quid sint folia, qui posteaquam peccauerit, de foliis ficus fecit sibi cinctorium, qui de fructibus magis eius gustare debuerit. Fructum iustus eligit, folia peccator. Voluit se operire quibusdam ficus foliis, fortasse quibusdam inanibus & umbratilibus sermonibus, quos compositis mendacis assuens ad operiendam conscientiam suam mentis, factique velamen, peccator intexit, ut pudenda sua contegat. Iacit enim super se folia, qui culpam velare desiderans, aut diabolum delicti memorat auctorem, aut carnis praetendit illecebras, aut alium quempiam persuasorem prodit erroris, & de scripturis diuinis, frequenter promit exempla, quibus iustos in culpam perhibet incidisse. Assuit sibi exempla de serie scripturarum, & fructum earum non putat requitendum.

Excusationes a veteri homine procedunt.

2. GENES. 3. Abscondit se Adam, & uxor eius. GRVPERT. Abscondendo se vterque, de Deo male sensit, & sibi insipienter prouidit, tanquam infidelis, & tanquam impenitentis, infidelis male de oculis omnia videntis sentiens abscondit se, impenitentis vero, quia non solum iniquitatem suam non annunciat, & non solum oratio eius Dominum Deum non praenit, sed audita voce eius adhuc latere voluit, imo & praeniente Deo, seipsum defendendo, Deum inculcauit. E contra fidelis homo dicit: [Quo ibo a spiritu tuo, & quod a facie tua fugiam,] &c. Et ut vere poenitens.

penitens alibi dicit. [Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo.] & item. [Et ego ad te Domine clamabo, & mane oratio mea præueniet te.] Hæ voces, noni hominis sunt, vetus verò homo, alio longè sensu se abscondit, & excusat. Hinc ortæ sunt peccatorum excusationes, hinc etiam originem ducit abscondere se ad peccandum. *Iob.* [Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: Non me videbit oculus, & operiens vultum suum perfodit in rerris.]

Adam excusando se, Deum incusat.

3. **I** B I D. *Adam ubi es?* *EVCHERIVS.* Interrogat, ut suis quisque responsionibus conuincatur. Quia, licet non ignoret quod sibi vult indicari, vult tamen delinquentem, etiam responsionis testimonio reum statui. Dum enim interrogat, iudicat. *RVPERTVS.* Adam verò non respondit, Ecce adsum, neque enim Deo aderat, aut obediens adesse volèbat, qui post inobedientiam se absconderat. & notandum quòd culpam suam tacuit, quæ causa erat suæ pudendæ nuditatis, sed questus est se esse nudum, ut Deum potius incusaret, quòd talem facturam hominis formasset.

Idem.

4. **I** B I D. *Mulier quam dedisti mihi sociam.* *AVGVST.* Non dixit, Peccaui. Superbia enim habet confusiois deformitatem, & non habet confessionis humilitatem. Ad hoc hæc scripta sunt, ut aduertamus quo morbo superbiæ laborent homines hodie; non nisi in creatorem conantes referre si quid egerint mali, & qui sibi velint tribui siquid egerint boni. *GREG.* 4. *Moral. cap. 27.* Excessus sui vitium in autorem latenter inroquet. Hinc est quòd huius erroris ramus in humano genere ex illa nunc vsque radice protrahitur, ut quod malè agitur, adhuc etiam defendatur.

Idem.

5. **I** B I D. *RVPERT.* Utinam qui peccauerat, & peccatum suum à Deo redargutum & cognitum nouerat, saltem hoc solum diceret: Comedi: & proci-dens rogare Deum dicens: [Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi,] & non præferret scutum defensionis, dicens: [Mulier dedit mihi,] &c. *GREGOR.* *super psal. Beati quorum.* Imputare sibi Adam peccatum suum noluit, quando culpam suam in creatorem suum refudit, dicens: [Mulier, quam dedisti mihi,] &c. & quia se confiteri culpabilem renuit, mortifera damnationis sententiam ad posteros misit.

Excusatio auget culpam.

6. **I** B I D. *Qua respondit: Serpens decepit me.* *AVGVST.* Nec ista confitetur peccatum, sed in alterum refert pari fastu, licet impari sexu. *GREGOR.* 22. *Moral. cap. 13.* & *lib. 33. cap. 31.* Cum argueretur vir à Domino, illico respondit: [Mulier quam dedisti mihi sociam, ipsa quoque mulier inquisita respondit:] Serpens decepit me. [Requisiti quidem fuerat, ut peccatum quod transgrediendo commiserant, confitendo declararent: sed adhiberi sibi vtrique defensionis solatia quam confessionis elegerunt. Cumque excusare peccatum voluit vir per mulierem, & mulier per serpentem, auxerunt culpam ipsam, ad Dominum referentes. Vir quidem, quòd mulier ei data sit: mulier autem quòd serpentem in paradiso posuisset. Sic ergo reatum suum dum defendere moliantur, addiderunt. Vnde nunc quoque humani generis rami ex hac adhuc radice amaritudinem trahunt, ut cum de vitio suo quisque arguitur, sub defensionum verba, quasi sub quædam se arborum folia abscondat, Econ-

tra verò hæc sunt veræ humilitatis testimonia, & iniquitatem suam quemque cognoscere, & cognitam voce confessionis aperire. Vnde & mortuo Lazaro, qui mole magna premebatur, nequaquam dicitur, reuiuifce, sed [veni foras.] Vt nimirum homo in peccato suo mortuus, qui intra conscientiam suam abscondit iacet per nequitiam, à seipso foras exeat per confessionem. Mortuo enim [veni foras] dicitur, ut ab excusatione atque occultatione peccati, ad excusationem suam ore proprio exire prouocetur. Vnde & David, ab illa tanti mole facinorosi reuiuifcens, ad vocem Domini, quasi foras exiens, dum per Nathan correptus, quòd fecerat accusauit. *AVGVST.* 14. *de Ciu. cap. 14.* Peior damnabiliorque superbia est qua etiam in peccatis manifestis suffragium excusationis inquirunt. Sicut illi primi homines, quorum & illa dixit, [Serpens decepit me,] &c. Nusquam hic sonat petitio veniæ; nusquam imploratio medicina. *BERNARDVS.* *Serm. 27. Paruul.* declinauit & ipsa in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. *AVGVST.* *ubi supra.* Nam etsi isti, non sicut Cain, quòd commiserunt, negent, adhuc tamen superbia quærit in alium referre quòd perperam fecit, superbia mulieris in serpentem, superbia viri in mulierem,

Non excusanda peccata.

7. **G** E N E S. 4. *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi.* *HERON.* LXX. habent. *Quiesce. ad te conuersio eius, & tu dominaberis illi.* *AVGVST.* Potest quidem ita intelligi, ad ipsum hominem conuersionem esse deberè peccati, ut nulli alij quam sibi sciat tribuere debere quòd peccat. Ad re conuersio sit peccati, non alteri tribue, sed tibi. Hæc est enim salubris penitentia medicina, & veniæ petitio non incongrua. *Et tu dominaberis illi.* Nam tunc dominabitur quisque peccato, si id sibi non defendendo præposuerit, sed penitendo subiecerit. *AMBROS.* *Qui-escit igitur, quia non habes quòd excuses. Ad te conuersio eius,* id est, error tibi ascribitur, cuius ipse tibi author es. Omnia docet Deus. Primum, ut ne pecces, ut in Adam monuit. Secundò, si peccaueris quiescas, ut in Cain doceris. Erubescere non debemus, sed condemnare peccatum, non defendere. Quoniam pudore culpa minuitur, defensione cumulat, & silendo corrigimur, contentione prolabi-mur. Inde illud. [Iustus in principio sermonis accusator est sui.] & rursum ait ipse Dominus: [Dic iniquitates tuas, ut iustificeris.]

Excusatio peccatorum nulla.

8. **G** E N E S. 37. *Aliud vidit somnium quòd narrans fratribus, &c.* *LIPOMANVS.* Narrat id fratribus ad excusationem illis adimendam. Sic contra impios Dei agitur dispensatione, ut omnis excusatio illis surripiatur. *Et super illud Exod. 32. Proieci illud in ignem, & egressus est hic vitulus.* Non ex solo dæmonis opere, ut quidam dixerunt, sed furioso opere auro resolutio formatus. Scriptura enim vtriusque testamento formationem vituli, tam populo quam Aaron ascribit. Vnde *STEPHANVS.* *actorum.* 7. [Vitulum fecerunt in istis diebus, & lætabantur in operibus manuum suarum.] *Et psal. 105.* [Vitulum fecerunt in Oreb, & adorauerunt sculptile.] Vnde hæc excusatio Aaron insufficiens fuit.

Excusatio peccatum auget.

9. **R** E G V M I S. *Imo audiuí vocem Domini, & ambulauí in via per quam me misit Dominus.* *INTERL.* Superbe respondit, malum malo adiecit, quia culpam defendere studuit, ac per hoc accumulauit. *Hæc illa.* Superbiuit ex eo quo humiliari debuerat: & erexit

Et erexit sibi fornicem triumphalem. *INTERL.* id est, arcum ubi describeret triumphum gloriæ suæ.

Excusatio peccati celat turpitudinem, sed non aufert.

3. **G** E N E S. 3. *Vocem tuam audiuí, &c. Et timui eo quòd nudus essem.* *BERNARDVS.* Quid non timeat sermonè veritatis, qui latari vult cum malefecerit, & in rebus pessimis exultare? Sed frivolum nimis tegmen queris anima misera, profus inutile tegumentum folia sunt ista quæ confusis. Operiunt, sed non calefaciunt, celant vulnera, sed non sanant. An verò diu tegere poterunt? Absit. Fluent certè, & effluent folia, ad primum radium solis siccabitur, & disperget ea flatus tenuis auræ. Nihil enim occultum quòd non reueletur: non enim erit ubi lateant miseri, nudi astabunt ante tribunal Christi, ut audiant vocem iudicij, qui ad vocem consilij aures obturauerunt.

EXEMPLA.

Exempla sanctorum imitanda. 1. 5. 6. 8. 9. 11. 12. 13.

14. 17. 20. 22. 25. 26. 27. 29. 31. 33.

Exemplar præmij & supplicij reliquit Deus. 2. 3. 8.

13. 15.

Exempla mala maiorum vitanda. 4. 10. 15. 18. 19.

21. 28.

Exemplum bonum dare oportet. 7.

Exemplis sanctorum Ecclesia reatet. 8.

Exempla mala parentum filij sequuntur. 10. 16. 21.

Exempla bona, & mala. 2. 3. 24. 25. 30.

Ad imitandum Christum, sola voluntas requiritur.

32.

Exempla sanctorum imitanda.

1. **G** E N E S. 1. *Producat terra animam vineam in genere suo.* *EVCHERIVS.* Tunc producit terra animam vitam, quando caro nostra abstinens ab operibus mortuis, viua virtutù germina parturit: & præcipit Deus, ut producat secundum genus suum, id est, vitam imitando sanctorum. Secundum quippe genus nostrum viuimus, quando in corpore bono sanctos viros quasi proximos imitamur. *CHRYSOST.* *super cap. 2. Genes.* Sciens misericors Dominus nostræ voluntatis infirmitatem, & ad labendum procliuitatem, magna nobis medicamina in sacrarum literarum lectione reliquit, quæ cum vulneribus nostris imponimus, & vitam beatorum virorum ante oculos proponimus, ad æmulandum prouocamus, ut virtutem non negligamus, sed fugiamus peccatum.

Exempla præmij & supplicij reliquit Deus.

2. **G** E N E S. 2. *Fluuus egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum.* *RABANVS.* Prouida dispositione Dominus, ac conditor rerum, in nostro orbe voluit haberi similitudinem nonnullam patriæ illius, ad quam creati sumus, id est, paradisi, ut ad promerendum eius reditum, de vicino nos admone-ret exemplo. Sicut enim fluuius qui egrediebatur de paradiso, ipsum irrigabat; ita & Nilus, qui vnus est de paradiso egredientium (ipse enim est Geon) plana irrigat Egypti. Sicut etiam euerfis Sodomorum ciuitatibus, quæ quondam ut paradysus Domini irrigabantur, exemplum eorum qui impiè acturi sunt, posuit, ut vestigia perditionis malorum certissima in

mundo habentes, vigilantes aterna eorum tormentata fugeremus.

Exemplum supplicij, Cain parua.

3. **G** E N E S. 4. *Omnis qui occiderit Cain, septemplus punietur.* *CHRYSOST.* Volebat Deus, ut viueret Cain, ut posteritati utilis esset: ut id quod solus nullo presente operatus est, hoc discerent omnes, qui gementem & tremementem viderent, & quasi clamantem omnibus, & dicentem: nullus talia agat quæ illa ego, ne in eandè pœnam incidat. *ALCVIN.* Non debet homo occidere eum, cui Deus reseruaui vitam, vel ad pœnam ipsius, vel ad correctionem aliorum.

Exempla maiorum mala, vitanda.

4. **G** E N E S. 6. *Videntes filij Dei, filias hominù, quòd essent pulchre, &c.* *HERON.* Videntes filij potentum. *LIPOMAN.* Per filios Dei filij iudicij ac virorum præpotentum intelliguntur, qui ex more linguæ Hebrææ *Dij* nuncupantur. Vnde editio Chaldaica, quæ veridica est, *filios principum* legit. Filij ergo iudicij & potentum propter patrum auctoritatem nullum facinus eo tempore non audebant. Opprimebant siquidem inopes, & eorum puellas constu-prabant: corruptis autem principibus; facile reliqui deprauati sunt, in quos principum impuritas deriuabat.

Exempla sanctorum penitentium.

5. **G** E N E S. 9. *Bibensque Noè vinum inebriatus est, & nudatus est in tabernaculo suo.* *CHRYSOST.* Non solum opera bona sanctorum nobis scripta sunt, sed & peccata, ut ista quidem fugiamus, illa verò imitemur. Insuper & diuina Scriptura sæpe nobis demonstrat & iustos lapsos & peccatores, magnam agentes penitentiam: quo utrinque sufficiens nobis esset securitas, ut neque qui stat, confidentior sit videns & iustos cecidisse, nec qui in peccatis est, desperet, videns tot qui resipuerunt, & ad summum virtutis apicem peruenerunt. Vnde Apostolus: [Qui stat, videat, ne cadat,] & è contrario Propheta: [Nunquid qui cadit, non refurgit, & qui auersatur, non reuertitur? & iterum: [Nolo mortem peccatoris,] &c.

Idem.

6. **C** H R Y S O S T. *super cap. 15. Genes.* Thesauro cuiuspiam assimilatur iustorum virtus. Nam sicut si quis ex illo quotidie quis, vel paruam partem accipiat, breui sibi copiam rerum quanta satis est, parat: ita si quis iusti virtutem contempletur: & sicut à fonte etiam si omnes hauriant, non imminuentur fluentia, sed magis aquarum natura scaturit: ita & à iusti virtute, etsi omnes hauriant, non solum nõ euacuantur virtutum exempla, sed semper abundantior est scaturigo bonorum.

Exemplum bonum dare oportet.

7. **G** E N E S. 25. *Abraham verò aliam duxit uxorem, nomine Cethuram.* *ORIGENES.* Patriarcharum coniugia semper mysticum aliquid indicant & sacram. *Cethura* interpretatur *incensum*, aut bonus odor. Si quis ergo vestrum est, in quo odor peccati iam nullus est, sed odor iustitiæ, suauitas misericordiae, hic *Cethuram* duxit uxorem: Vnde Paulus: [Christi, inquit, bonus odor, quando ex peccatore fit iustus. Peccatum enim res foetida est, & peccatores porcis comparantur, qui in peccatis velut in stercore foetido volutantur. Vnde David: [Computruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.]

Bb

Exemplis

Exempla sanctorum Ecclesia redolet.

6. **GENES. 27.** *Benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni.* GREGOR. *Homil. 6. super Ezech.* Ager est hic mundus, ut in Evangelio ait Veritas: & quia Ecclesia per electos suos in vniuerso mundo virtutibus redolet, odor filij, odor est agri pleni. Aliter namque olet flos vuae, quia magna est virtus, & opinio praedicatorum, qui inebriant mentes audientium: aliter flos oliuae, quia sua est opus misericordiae, quia more olei refouet & lucet: aliter flos rosae, quia mira est fragrantia quae rutilat, & redolet ex cruore martyrum: aliter flos lilij, quia candida vita carnis est de incorruptione virginitatis: aliter flos violae, quia magna virtus humilium qui ex desiderio vltima loca tenentes per humilitatem se à terra in altum subleuant, & caelestis regni purpuram in mente feruant: aliter redolet spica, cum ad maturitatem perducitur, quia bonorum operum perfectio ad satisfactionem eorum qui iustitiam esuriunt, praeparatur. Sed quia ager hic has virtutes ex semetipso non habet, adiungitur, cui benedixit Dominus Deus: & quoniam electorum populus per quosdam in contemptatione fugit, per quosdam vero in actiuae vitae solummodo opera pinguescit, recte additur: *Det tibi Deus de rore caeli & de pinguedine terra abundantiam.* Ros enim desuper & subtiliter cadit, & toties de rore caeli accipimus quoties per infusionem contemplationis intimae, de supernis aliquid tenuiter videmus. Dum vero bona opera etiam per corpus agimus, de terrae pinguedine ditamur.

Exempla sanctorum imitanda.

9. **GENES. 30.** *Tollens igitur Iacob virgus populeas virides, & amygdalinas, & ex platani, ex parte decorauit eas, &c.* GREGOR. 21. *Moral. cap. 1. Virgas virides, &c.* ante oculos gregum ponere, est per sacrae Scripturae seriem antiquorum patrum vitas atque sententias, in exemplum populis praebere. Quae nimirum, quia iuxta rationis examen rectae sunt, virgae nominantur, quibus ex parte corticem subtrahit, ut intimus candor appareat, & ex parte corticem seruat, quia ante considerationis nostrae oculos, praecedentium patrum sententiae quasi virgae variae ponuntur, in quibus dum plerumque intellectum literae fugimus, quasi corticem subtrahimus, & dum plerumque intellectum literae sequimur, quasi corticem seruamus, dumque ab ipsis cortex literae subducitur, allegoriae candor interdum demonstratur, & dum cortex relinquatur, exterioris intelligentiae virentia exempla monstrantur. Has bene Iacob in aquae canalibus posuit, quia & redemptor noster in libris eas sacrae scientiae, quibus nos intrinsecus infundimur, fixit. Has & aspicientes arietes cum ouibus coeunt, quia rationales nostri spiritus dum in earum intentione defixi sunt, singulis quibusque actionibus permiscentur, ut tales fetus operum procreent, qualia exempla praecedentium in vocibus praceptorum vident, & diuersum colorem proles boni operis habeat.

Filij exempla mala parentum imitantur.

10. **GENES. 31.** *Rachel furata est idola patris sui.* CHRYSOST. *Ut sciamus quomodo filiae paternae adhuc habentes consuetudinem, idolorum cultui addictae erant: animaduerte quantum in hoc studij impenderint, ut nihil aliud à patre auferre voluerint, quam idola eius, idque faciebant, ignorante viro, nec enim ille hoc permisisset fieri.* GENNAEVS. Quantum ex diuina historia colligi potest, Lia longè magis pia fuit quam Rachel, quae cum idola furata

esset, non ea contriuit, sed secum in itinere tulit. Ideo existimandum est, Liam citius ex sterili fecundam fuisse effectam quam Rachel, eique concessum fuisse, ut una cum viro suo, eodem in monumento conderetur. Sicut Saræ cum Abraham, & Rebecca cum Isaac.

Sanctorum exempla imitanda.

11. **GENES. 37.** *Ioseph cum sedecim esset annorum.* AMBR. *o. sub. de Ioseph Patriarcha.* Sanctorum vita, ceteris norma viuendi est. Sit igitur propositus nobis sanctus Ioseph, tanquam speculum castitatis. In eius enim moribus, in eius actibus lucet pudicitia, & quidam splendet castimoniae comes, nitor gratiae, & c. perfectio etiam eius in eo ostenditur, quod non mouebatur vlciscendae dolore inuidiae, nec malorum rependit vicem, &c. Discamus ergo & sanctorum inuidiam, ut imitemur patientiam, & cognoscamus illos non naturae praestantioris fuisse, sed obseruantioris. nec vitia nescisse, sed emendasse. Vide, *Iustus*, num. 50.

Idem.

12. **GREGOR. Hom. 4. super Ezech.** In collo Ecclesiae, id est, in sacri eloquij praedicatione, quae pro sua munitione & altitudine turri David similis dicitur, *nullo clypei dependent.* Quia quot illi praepcepta sunt, tot munimina ad seruandam innocentiam. Etiam Iesi à proximo, festinamus? *Abel* ante oculos veniat, qui & occisus à fratre scribitur, & non legitur reluctatus. Mentis munditia etiam cum coniugali copula eligitur? *Enoch* debet imitari qui & in coniugio positus ambulauit cum Deo. Praepcepta Dei festinamus praesenti nostrae utilitati praepone? *Noë* ante oculos veniat, qui cura domestica postposita ex iussione Dei per centum annos ad arcae fabricam vixit occupatus. Subire obedientiae virtutem nitimur? aspiceret *Abraham* debemus qui relicta domo, cognatione, &c. exit nesciens quod iret, qui etiam paratus exiit dilectum occidere haeredem. Morum simplicitas placeat? *Isaac* ad mentem veniat, quem in omnipotentis Dei oculis vitae suae tranquillitas ornauit. Laboriosa fortitudo ut obtineri debeat, quaeritur? *Iacob* ad memoriam reducat, qui postquam sciuit fortiter homini seruire, etiam non poruit à luctante Angelo superari. Conamur carnis illecebram vincere? *Ioseph* ad mentem redeat, qui tentante se domina, statuit carnis continentiam custodire: & quia membra sua bene nouerat regere, regenti quoque omnem Aegyptum praefuit. Mansuetudinem atque patientiam obtinere quaerimus? *Mosem* ante oculos deducamus, qui sexcenta millia armatorum regens, mitis fuisse scribitur super omnes homines qui habitabant super terram. Rectitudinis zelo contra vitia accendimur? *Phinees* ante oculos deducatur, qui coeuntes gladio transfigens, iram Dei iratus placauit. De spe omnipotentis Dei in dubiis quaerimus? *Iesue* ad memoriam reuocemus, qui dum dubia certamina, certa mente subiit, ad victoriam sine dubietate peruenit. Mentis inimicitias punire cupimus, & in benignitate animum dilatare? *Samuel* in cogitationem deducatur, qui de principatu deiectus à populo, cum idem populus petiit ut pro eo ad Dominum preces funderet, respondit, dicens: [Abstulit à me hoc peccatum, ut cessarem orare pro vobis.] Qui rursus cum iubente Domino mitteretur, ut David vngeret in regem, respondit: [Quomodo vadam, inueniet me Saul, & occidet me.] Vide quantum ardor charitatis, eius animum inuaderet, qui illum sic flebat, à quo timebat occidi? Cauere volumus ne malum pro malo reddamus? *David* ad memoriam redeat, qui persequentem regem cum

cum posset occidere, bonum elegit quod ipse deberet facere, non malum quod ille merebatur pari, dicens: [Abstulit à me ut mittam manum meam in Christum Domini.] & cum quem persecutorem dum videret, pertulit, fleuit occisum. Errantibus huius mundi potentibus libere loqui decernimus? *Ioanes* ad animum reducat, qui Herodis nequitiam reprehendens, pro verbi rectitudine occidi non timuit. Carnem nostram pro Deo ponere in mortem festinamus? *Petrus* ad mentem veniat: inter flagella gaudet, & vitam suam pro vita despicit. Cum mortis appetitu disponimus aduersa contemnere? *Paulus* ante oculos deducatur, qui non solum alligari, sed & morti paratus pro Christo [non facit pretiosorem animam suam quam se.] Succendi cor nostrum igne charitatis quaerimus? *Ioannis* verba pensemus. Cuius omne quod loquitur, charitatis igne vaporatur. In voce igitur sacri eloquij, mille clypei pendunt: omnis armatura fortium. Ibi enim inuenimus cuiuslibet quod quaerimus munimen virtutis.

Idem.

13. **LEVIT. 6.** *Quem nutriet Sacerdos subiciens ligna mane per singulos dies.* GREGOR. Altare Dei cor nostrum est, in quo iubetur ignis semper ardere. Quia necesse est ex illo charitatis flammam indefinenter accendere: cui Sacerdos subicit ligna non extinguatur, id est, quilibet fidelis sanctorum exempla, & Scripturae testimonia in corde suo congerere non cessat. His ignem forte languescens nutrire, & excitare debemus. Mane subiciens ligna, cum nox caecitatis extinguitur, vel quia mane prima pars dici est. Postpositis terrenis cogitationibus hoc in principio quisque fidelis cogitet, & semetipsum in holocaustum desuper imponat.

Idem.

14. **LEVIT. 11.** *Omne quod habet diuisam ungulam, & ruminat in pecoribus, comedere.* R. ADVLPH. Comedimus etiam munda animalia, cum iustorum exempla imitamur. Comedenda autem sunt illa quae ruminant & ungulam findunt. Quia illi soli imitatione digni sunt, qui diuini verbi meditatione, quid agere, quid non agere oporteat, edocti, discretionem illam quam intellectu perceperunt, in actibus quoque ostendunt.

Exempla mala fugienda.

15. **NVMER. 16.** *Præcipe Eleazaro filio Aaron Sacerdoti, ut tollat thuribula quae iacent in incendio, &c. quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorum.* INTERL. Quia per eos qui peccauerunt, exemplum est datum ceteris, ut timeant. *Producatque ea in laminas, & affigat altari, ut quod oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sunt.* INTERL. Quasi magis attendendum ante quem oblata sunt, quam à quibus. *Et cernant ea pro signo, & monumento filij Israel. & infra: ut haberent postea filij Israel, quibus commonerentur, ne quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron, ad offerendum incensum Domino, ne patiat sicut passus est Core, & omnis congregatio eius.* ORIGEN. *Hom. 9.* Apud Deum nihil est otiosum, sed quae putantur abiicienda, aliquid operis necessarii habent, &c. Non enim sunt consilia diuina, sicut consilia humana. Si apud homines iudicaretur haec causa, & apud Ecclesiarum principes, de his v.g. qui diuersa ab Ecclesiis docentes, diuina sententiae, vel vindictae pertulerunt ultionem, nonne iudicaretur, ut quod locuti sunt, quod docuerunt, quod scripserunt, vniuersa cum vniuersorum cineribus disperirent? Non ita Deus, sed iubet quod thuribula producantur in

laminas, & affigantur altari, &c. *AVGVST. quæst. 30.* Non ergo in eis reprobare voluit quod à talibus oblata sunt, sed hoc potius cogitari, & attendi, ante quem oblata sunt, id est, quia ante Dominum, ut plus in eis valeret nomen Domini ante quem oblata sunt, quam pessimum meritum eorum, à quibus oblata sunt.

Filij exempla mala parentum sequuntur.

16. **NVMER. 26.** *Et factum est grande miraculum, ut Core peruenit filij non perirent.* Magnum quidem miraculum non sequi filios parentem suum: & meritò. Quia ut in plurimum qualis pater talis filius. *LYRAN. GLOSS. HEBRAICA super Psalm. 45.* dicit quod quando terra aperuit os suum, & deuorauit Core cum multis alijs, filij eius remanserunt stantes in aere, diuina virtute, quousque terra fuit iterum reclusa sub pedibus eorum: propter quod in gratiarum actionem tanti beneficii compositus fuit ille Psalmus qui intitulatur: *In finem filijs Core pro arcanis.*

Sanctorum exempla sequenda.

17. **NVMER. 31.** *Nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum.* ORIGEN. *Hom. 26.* Fortes viri relictis animalibus, & pecoribus, & omnibus impedimentis pugnant nobiscum, donec vincantur inimici nostri, vsquequod hereditatem promissa terra capiamus. Sancti enim patres, orationibus nos iuant, & exemplis hortantur, & confirmant, & scripturis suis quas ad memoriam reliquerunt, instruunt nos quomodo aduersus inimicas potestates pugnemus, & certamina toleremus. Pugnant ergo pro nobis, & incedunt primi armati: ipsos enim nobis proponimus, & videntes fortia facta eorum, ad praelium spirituale armamur, & dimicamus.

Exempla malorum fugienda.

18. **DEUT. 20.** *Nullum omnino permittes vinere sed interficies in ore gladij, ne forte doceant vos facere cunctas abominaciones quas ipsi operati sunt Dñs suis.* OLEAST. Audi quid dicat, *Apoc. 2.* Angelo Pergami, [Habeo, inquit, aduersum te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel.] Angelo etiam Tyatirae dicit: [Habeo contra te pauca, quia permittis mulierem Iezabel quae se dicit Prophetem, docere, & seducere seruos meos fornicare, & manducare de idolothytis.] Nunc pro dolor totus Christianismus habet huiusmodi vitiatorum magistros, & nemo est qui puniat. *Super illud. Deut. 21.* *Non permanebit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur:* Terret me reuera locus iste, afferens impij etiam mortuum contaminare terram. Quid enim viuus faciet, qui mortuus non permittitur super terram esse, etiam in suspensio. *Et infra: Nequaquam contaminabis terram tuam.* INTERL. Sordibus peccatorum.

Idem.

19. **REGVM 31.** *Præciderunt caput Saul, & miserunt in terram Philistinorum per circuitum ut annuncietur.* STEPHAN. Caput minorum non præciderunt, nec miserunt per circuitum, ut annuncietur. Ad hoc enim tendunt maligni spiritus, ut peccatum maiorum diuulgetur, ut sic minores eorum peccent exemplo. *1. Reg. 2.* *Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelisset eum.* GLOSS. ORD. Redemptori nostro multum placet qui opera malorum, qui in peccatis suis mortui sunt, obliuioni tradit, damnando, nec ea quae

Domino displicent, imitatur, sed quæ præcepit, face-
re recordatur.

Exempla maiorum imitanda.

20. **R**EGVM II. *Arca Dei Israel & Iuda habitant in
papilionibus, &c.* Hoc pro exemplo maiorum.
Christus & sancti agunt poenitentiam in deserto, &c.
& ego in deliciis ero? *Ezech. 43.* [Ostēde domui Israel
templum, & confundantur.] Maria conferebat omnia
in spelunca Bethleem manent per quadraginta dies,
&c. Viri Niniuitæ videntes regem suum poeniten-
tiam agentem, & ipsi similiter egerunt, & ita omnes
liberati sunt à morte.

Exempla malorum fugienda.

21. **P**ARALIP. IO. *Quod cum vidisset armiger eius,
videlicet mortuum esse Saul, irruit etiam ipse in
gladium suum, & mortuus est.* Quid facturus erat ser-
uus, nisi quod vidit dominum facientem? *Infrà. Saul,
& filii eius mortuis, dereliquerunt filij Israel urbes suas,
& fugerunt, hinc illicque dispersi sunt, veneruntque Phi-
listium, & habitauerunt in eis.* GLOSSA ORD. Vi-
dentes indocti magistros suos certamine spiritali
victos, à prisca constantiæ suæ sede fugantur, maio-
rum ruina turbati: opera virtutum & munimina
scientiæ spiritalis quæ habuerant, amittentes: vene-
runtque peccata, & cuncta ab eis studia virtutum per-
uersa habitatione corrumperunt: veneruntque immun-
di spiritus, & corda quæ fidei constantia deseruit,
occupauerunt.

Exempla maiorum imitanda.

22. **P**ARALIP. II. *Qui noluit bibere, sed magis liba-
uit eam Domino.* GLOSSA ORD. Exemplum
fortitudinis & constantiæ militibus præbuit, vinci-
ens naturam, ne sitiens biberet, vt exercitus sitim
rolerare disceret.

Exempla bona & mala.

23. **R**EGVM 7. *Duo ordines sculpturarum histria-
tarum erant fusiles.* GLOSSA ORD. Sculptura
histriata est: quæ aliquas rerum historias imitatur.
Vnde per sculpturas histriatas, quibus mare circum-
datur, exempla priorum temporum significantur,
quæ nobis sunt intucenda, vt videamus quibus operi-
bus ab initio sancti Deo placuerunt, qua oblatione
ine iniqui in sceleribus perdurauerunt.

Idem.

24. **P**ARALIP. 33. *Duobus annis regnavit Amon in
Ierusalem, fecitque malum in conspectu Domini,
sicut fecerat Manasse pater eius, &c. & non est reueritus
faciem Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius, &
multo maiora deliquit.* Duobus annis quibus Amon
regnavit, imitatus est malum paternum, & multo
maiore deliquit, cum pater eius regnasset quinquaginta
quinque annis, & illud bonum paternum, sci-
licet, reuereri faciem Domini, non est imitatus. **L**
RANVS. Per istam Amon significatur illi, qui mala
patrum suorum quasi pro iure hæreditario vo-
lunt sequi, sed bonos eorum actus nolunt aliquali-
ter imitari.

Idem.

25. **S**DR 9. *Non est separatus populus Israel, &
sacerdotes, & Levitæ à populo terrarum, & de abo-
minationibus eorum.* Ratio huius assignatur. *Manus
etiam principum & magistratum fuit in transgressione
hac primo.* Tunc impletum est quod dicitur per Pro-

phetam: [Ibo igitur ad optimates, &c. & ecce magis
huiusmodi] Sed sicut malum, ortum habuit à malo exemplo,
ita bonum à bono. *Cumque audissem sermonem istum,
scidi pallium meum, & tunicam, & euelli capillos capitis
mei, & barbam, & sedi merens.* **I****N****T****E****R****L.** Lugubri ha-
bita, dolorem cordis significans, vt scilicet velocius
animos omnium ad poenitentiam prouocarem: do-
cens per lamenta poenitentiam veniam esse impetran-
dam. **G****L****O****S****S****A** **O****R****D****I****N.** Nota quantum exempla
doctorum iuuant: nihil scribitur **E****L****D****R****A**s locutus esse,
sed tantum audito scelere lacrymasse, & turbam ad
se fidelium, non vociferando, sed lacrymando traxisse.
Vnde sequitur: *Conuenerunt autem ad me omnes qui te-
mebant verbum Dei Israel, relinquentes scilicet vxores
alienigenas, & lib. 2. cap. 5. super illa verba: Ego, &
fratres mei & pueri mei commodauius plurimis pecu-
niam, & frumentum, &c. ait GLOSSA ORD. tamquam
dux optimus militiæ cælestis, & sapiens architectus
ciuitatis Dei, quod optimates facere voluit, & ma-
gistratus populi, se prius fecisse declarauit, elemoly-
nam scilicet pauperibus dare, nihilque ab eis querere
nisi custodiam legis, & ædificationem ciuitatis,*

Sanctorum exempla imitanda.

26. **I****V****D****I****T****H.** 4. *Memores estote Moysi serui Domini,
quia Amalech confidentem in virtute sua, &c. non
ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit.* **G****L****O****S****S****A** **O****R****D.** Per exempla sanctorum corroboretur.
Vnde **I****O****B** 12. [Instantes testes tuos contra me.] &
P**A****U****L****U****S** ad **H****E****B****R****E****O****S** 11. fidei virtutem laudans, patrum
copiosa induxit exempla, qui per fidem vicerunt re-
gna, operati sunt iustitiam.

Idem.

27. **T****O****B****I****A** 2. *Hanc autem tentationem ideo per mi-
ste Dominus euenire illi, vt posteris daretur exem-
plum patientiæ, sicut & sancti Iob.* **B****E****R****N****A****R****D****V****S.**
Serm. 16. de modo viuendi, ad sororem. Propterea posuit
Deus virtutes sanctorum ad exemplum nostrum, vt
per vestigia eorum peruenire possemus ad regna cæ-
lorum.

Malorum exempla fugienda.

28. **E****X****O****D****I** 20. *Non facies tibi sculptile.* **S****T****E****P****H****A****N****V****S.** Perniciosissima res est ad exemplum alteri-
us viuere. Vnde in **I****S****A****I**: [In adibus Babylonis res-
pondent sibi vlula.] Vlula auis stercorea, & rostro
crepitar. Hi sunt luxuriosi huius mundi qui respon-
dent ad inuicem deliciosè viuendo vnus ad exem-
plum alterius: sculptile quidem sit ad imaginem &
representationem alterius: & quod sculptum est, glo-
riam mundi designat. Vnde in **N****A****H****U****M**: [Erit sculptile
& conflatile sepulchrum tuum.] Tunc est sculptile
& conflatile sepulchrum hominis, quando honor
mundi incipit ei scerere, & eum abiicit, ac se ibi fuisse
mortuum recognoscit. *Osee. 7. Reuelata est iniquitas
Ephraim, & malitia Samaria quia operati sunt menda-
cium.* Idem **S****T****E****P****H****A****N****V****S.** Hic manifestè habetur
quod peccata principum & prælatorum, salutem
impediunt subditorum. Nota quod ait: Reuelata est,
&c. quia non sufficit eis peccare latenter, imo ini-
quitates suas reuelant, vt alios corrumpant. *Vnde Iſai.*
[Super motem excelsum & sublimem posuisti cubile
tuum, & illuc ascendisti, vt immolares hostias.] Ope-
rati sunt mendacium, id est, terrena sequuntur, in qui-
bus nihil est nisi mendacium: promittunt enim fec-
licitatem quam conferre non valent. *Vnde Iſerem.*
[Verè mendaces erant colles, & multitudo montium
fuit mendax.] Colles sunt minores dignitates, motes,
maiores.

Sanctorum

Sanctorum exempla sequi debemus.

29. **O****R****I****G****E****N.** lib. 1. in **I****O****B.** Sicut cæli luminaria, ac
sidera in firmamento cæli à Deo collocata,
cunctis indefinenter quæ sub cælo, fulgent, atque
omnibus quæ super terram sunt, per tempora, ac
tempora, per generationes, & generationes relucet,
alia quidem per noctem, vt luna & stellæ, alia nihilo-
minus per diem vt solis speciosissimi radij: Sic &
Sanctorum virtutis insignia, atque beatissimi eor-
um agones, omnibus in perpetuo singulariter ful-
gent, omnibus in æternum bonorum formam tri-
buunt, omnibus sub sole pietatis exemplum præbent.
Quod autem sideribus atque luminaribus compa-
rentur omnes sancti, demonstrat **A****P****O****S****T****O****L****U****S** 1. **C****O****R****I****N****T****H.**
15. dicens: [Stella differt à stella in claritate: sic erit re-
surrectio mortuorum] proculdubio Sanctorum: Sed
& **A****N****G****E****L****U****S** ad **D****A****N****I****E****L****E****M** **C****A****P.** 12. [Tunc iusti effulge-
bunt vt luminaria cæli, & tanquam sol, & luna &
tanquam stellæ in secula.] Intellige non solum in
tempore resurrectionis, sed & nunc in tempore præ-
sentis seculi. Alius à fide fulget, vt **A****B****R****A****H****A****M**: alius à
castitate, vt **I****O****S****E****P****H**: alius à mansuetudine, vt **M****O****Y****S****E****S**,
alius constantia, & tolerantia vehementium dolo-
rum, vt admirabilis **I****O****B**.

Exemplorum bonorum seu malorum efficacia.

30. **V****S****E****B****I****V****S** **E****M****I****S****S****E****N****V****S** **H****O****M.** de initio **Q****U****A**-
D**R****A****G****E****S****I****M****A.** Sicut quando aliquis peccat sub con-
scientia, ac destructione plurimorum, de pluribus
incurrit reatum, & quantum per vnus membri vi-
tium, serpit latè diffusum in reliqua membra conta-
gium, tantum in auctorem suum multiplicis mali re-
currit augmentum: & quantos destruxerit, de tantis
sibi materiam damnationis congregabit. Commisso
enim pessimo opere, contristantur boni, subuertuntur
mali, vtinam non etiam boni: nimis enim penetrabile
telum est imitatio deteriorum. Ita autem è contrario
quado quisquæ de Ecclesiæ filiis aliquod bonum pro-
ficetur in publicum, crescit deuotio meritorum, cor-
da mirantium, ac de tantis acquiruntur bonorum
operum fructus, quantum velut balsami suauitate
condiuntur affectus.

Exempla sanctorum imitari debemus.

31. **B****A****S****I****L****I****V****S** **E****P****I****S****T****O****L****A** 1. Quemadmodum pictores
cum imagine ex imagine pingunt, exemplar
identidem spectantes, lineamenta eius transferre co-
nantur magno studio ad suum opificium. Ita qui sese
meditatur omnibus numeris virtutis absolutum red-
dere, velut simulachra quædam spirantia & actiua,
sanctorum vitas respicere oportet, probaque opera
illorum sua imitando facere. **C****H****R****Y****S****O****S****T.** de con-
tinencia **I****O****S****E****P****H.** Non in solis hominibus videmus simi-
lium imitationem, sed in brutis. Nam & columbæ
sæpe visa vna auolante, statim sequuntur omnes. &
pullus generosus in equorum armento exiliens se-
cum rapit omne armentum. & inter vos vt armen-
tum Christi bonus est pullus **I****O****S****E****P****H** continentissi-
mus, cælestibus exultationibus ad sui imitationem
nos conseruos vocans. *Idem serm. in RB. Iob & Abrah-*
am. Athletam in certamine impellit erecta victori
statua, armigerum in prælium prouocat decreta for-
tibus gloria. Christianos autem confirmant in pa-
tientia eorum qui strenuè certant præconia.

Ad imitandum Christum sola voluntas
requiritur ex parte nostra.

32. **C****O****R****I****N****T****H.** 14. *Imitatoris mei estote sicut &
ego Christi.* **C****H****R****Y****S****O****S****T.** *hom. 13. in primam
& Corin.* Videmus quo modo ipse imitatus est **C****H****R****I****S****T****U****S**

stum. imitatio ipsa non eget temporibus, non arte,
sed sola voluntate. In pictoris quidem domum in-
gressi non poterimus imaginem imitari, quantum fre-
quentius eam inspiciamus: hinc autem solo auditu
imitari vobis licebit. Non excludit Dei gratiam.

Exempla sanctorum imitanda.

33. **C****H****R****Y****S****O****S****T.** **H****O****M.** 2. *Quod periculosum est adire
spectacula.* Si hominis clementissimi & humani-
ssimi imaginem præ oculis habeas, & in hunc assidue
oculos defigas, etiam si millies abundet ira, mentis
oculum perturbans, ad hoc virtutis exemplum respici-
ens, perfectam consequeris sanitatē, puramque ani-
mi philosophiam, ac tranquillitatem. **C****L****I****M****A****C****V****S,**
de discretionis gradu 26. Sicut pauperes cum thesauros
suos aspiciunt, suam paupertatem amplius agnos-
cunt: ita magnificas patrum vitas relegens, mentem
suam amplius humiliat. *& infrà.* Vt **Z****E****U****X****I****S** picturus
I**U****N****O****N****E****M**, Agrigentinis omnibus virginibus inspe-
ctis, quinque præcipuas elegit, ex quibus quod esset
in vnaquaque præcipuum imitaretur: Ita è pluribus,
optimi nobis ad exemplum vitæ præponendi sunt:

FAMA.

Fama bona necessaria. 1.

Famam bonam non tam contemplatiui quam actiui
habent. 1.

Fama bona querenda. 2. 3.

Fama bona necessaria.

E**N****E****S.** 30. *Da mihi de mandragoris filij
tui, &c.* **L****I****P****O****M****A****N****V****S.** Mandragora, teste **D****I****O****S****C****O****R****I****D****E** & mala sunt inter folia,
sita, & ipsa folia, quarum radices puero
non sunt dissimiles. Humanam quippe habent effi-
giem, eo quod & capite porriguntur, & manibus vi-
dentur extense, odore quoque commendabiles sunt.
Propterea in **C****A****N****T.** dicitur: [Mandragora dederunt
odorem.] **A****V****G****V****S****T.** 22. *contra Faustum.* De hoc
pomi genere opinari quosdam scio quod acceptum in
escam sterilibus foeminis, fertilitatem parit. Sed nihil
est quod de mandragora tale aliquid suspicemur, qua-
le in nulla foemina experti sumus. Dicam autem quid
sentiam. Cum enim hæc mala ipse vidissem, gauisus
sum & quantum mihi, & cuiuslibet homini reuuntia-
bar visus, & olfactus, & gustus, rem cõperi pulchram,
& suaueolentem: sapore autem insipido: & ideo eur
eam mulier tantopere concupierit, ignorare me fa-
teor, nisi forte propter pomi raritatem, & odoris io-
cunditatem. *Mysticè.* Mandragorico illo pomo figu-
ratur fama bona, non ea quæ confertur cum laudant
hominem pauci iusti atque sapientes, sed illa popu-
laris, qua maior & clarior notitia comparatur, qua
non per se experenda, sed intentioni iustorum, qua
generi humano consulunt, necessaria. Vnde **A****P****O****S****T****O****L****U****S**:
[Oportet etiam testium habere bonum ab
eis qui foris sunt.] Hanc gloriam popularem non asse-
quuntur primi qui sunt in Ecclesia, id est, contem-
platiui & perfecti, sed ij qui in actionum periculis &
labore versantur. Propterea **L****I****A** filius mala mandrago-
rica inuenit exiens in agrum, honestè ambulans ad
eos qui foris sunt. Contemplatiua verò vita, quæ à
vulgi strepitu remotissima est, hanc popularem glo-
riam quantumcumque non assequeretur, nisi per
eos qui in mediis turbis agendo populis præfunt.
Quia cum isti actiui & negotiosi homines quorum
vitæ contemplatiuæ, quodammodo mala mandra-
gatorica per **L****I****A**m veniunt ad **R****A****C****H****E****L**.

Fama bona querenda.

2. LEVIT. 2. Nec quidquam fermenti, aut mellis adolebis in sacrificio Domini. & infra. super altare verò non ponetis in odorem suavitatis. Ratio est; quia fermentum & mel si comburantur, malè olent; nos autem Christi bonus odor sumus. Non sufficit vt quis bonus in se sit, necesse etiam est vt sit bonæ famæ. [Melius est bonum nomen quàm diuitiæ multæ.] Exod. 5. Facere fecistis odorem nostrum coram Pharaone, & seruus eius. BERNARDVS super Cant. Hoc dicunt isti de opinione. Habent enim & mores colores suos, & odores. Nec enim in spiritibus id ipsum est color, & odor, non magis quam in corporibus. Ergo de colore conscientia consulatur, de odore fama.

Idem.

3. IVDITH. 8. Erat hæc famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. INTERL. Ab omni specie mala abstinete vos. Hæc illa. Sufficiebat ei esse castam in medio tantarum opum, vt esset famosa. De Virginibus dicitur. Apoc. 14. [Habebant voces quasi citharcedorum, & simul quasi tonitruum magni.] Castitas enim coram Deo est suauissima musica, & coram hominibus est sonora quasi tonitruum. Luc. 1. [Incedebant in omnibus mandatis Dei, sine querela, erantque iusti apud Deum, & homines.] Roman. 12. [Prouidentes bona, non tantum corâ Deo, sed etiam coram hominibus.] 2. Corin. 2. [Christi bonus odor sumus.] Actorum 24. [Studeo sine offendiculo cõscientiam habere ad Deum, & ad homines semper.] 1. Petri. 2. [Cõuersationem vestram inter gentes, &c.] Oleum effusum nomen tuum. Eccl. 10. [Muscæ morientes, &c.] Eccl. 10. [Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet.]

FAMULI.

- Famuli sæpe causa sunt discordia. 1.
Famuli superbi & ingrati, si eis faueas. 2.
Famuli boni dominis utiles. 3.
Famuli boni diligentia. 4.
Famuli intelliguntur per Eunuchos. 5.
Multitudo famulorum à gloria inani. 6.
Etiam per malos ministros bona facit Deus, sed cauendum ab eorum operibus. 7.
Famulorum multorum abusus reprehendit Chrysof. hom. 4. super 1. ad Corint. cap. 15.

Famuli sæpe causa sunt discordia.

1. GENES. 13. Vnde facta est rixa inter pastores gregum Abraham & Loth, &c. Ne quis sit iurgium inter me, & te, & inter pastores, &c. AMBROS. Aduertit prudentior, seruulorum dissensionibus, dominorum concordiam solui solere, & amputauit simbriam discordia, ne contagium serperet. Quod te facere oportet, nec enim tu fortior quàm Abraham. Ille declinanda censuit, & non despicienda seruulorum iurgia. & si tu fortior, caue ne alter infirmior, qui autem præbeat seruulorum susurrus. Frequenter indiuisa seruitia inter parentes discordiam ferunt: diuide potius vt maneat amicitia. Indiuisa domus duos non sustinet, nõne melius est emigrare cum gratia, quàm cohabitare cum discordia? CHRYSOST. Attende quomodo familiares, & famuli dissensionis initium faciunt. Hinc enim semper omnia mala pullulant à fa-

mularum nequitia. Hi concordiam sæpe dirimunt, quia multam morum inciuilitatem præ se ferunt.

Famuli superbi, & ingrati, si eis faueas.

2. GENES. 16. At illa concepit se videns, despexit dominam suam. CHRYSOST. Hic ferme seruorum mos est, vt cum parum prosperitatis eis aspiciuerit, nequeant intra suos limites manere, sed statim sui ordinis obliuiscantur, & in ingratitudinem propensi sunt.

Famuli boni dominis utiles sunt.

3. GENES. 30. Modicum habuisti antequam venirem ad te: & nunc diues effectus es. LIPOMANVS. Vides hinc quàm magna sit commoditas rei familiaris, si ab amicis Dei fidelibus, & Deum timentibus administratur. Sicut Ægyptiorum regi dispensatio Ioseph plurimum profuit; secus nimirum sit sub impiis domesticis. & super illa verba Gen. 39. Benedixitque domui Ægyptij propter Ioseph. In multis scripturæ locis reperitur quanta dona acceperit prophanus dominus à religioso seruo. Sic & propter Iacob Laban ditatus est. Felix nimirum qui sanctum ministrum consequitur.

Famuli boni diligentia.

4. GENES. 39. Accidit quadam die vt intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret, &c. LIPOMANVS. In Chaldaeo habetur: Ingressum fuisse Ioseph domum, vt inuestigaret scripturas rationis suæ. AMBROS. Excusatur Ioseph scripturæ testimonio, quia commissum à domino nequibat deserere obsequium: non enim satis est quòd securus sui, domus interiora, quasi qui capi non possent, ingressus est. Iustus enim debuit præuidere ne ferenti copiam daret; & eius illa peccato periret: sed quia aduersari sibi domini sui videbat vxorem, neglecti officij viam à Domino cauere debebat offensam. Excusatur ergo quòd ingressus; prædicatur, quòd elapsus est.

Eunuchus idem est quod famulus.

5. GENES. 39. Emique cum Putiphar Eunuchus Pharaonis. THEODORETVS, DIOSCORVS, & GENNADIVS. Eunuchus hic Putiphar qui vxorem habuisse scribitur, non spado fuisse intelligendus est, sed per similitudinem Eunuchus dicitur seruus vel famulus, cui pretiosa quæque domus supellex credita est, quemadmodum Eunuchis fieri solet.

Multitudo famulorum à gloria inani.

6. CHRYSOST. Hom. 28. ad Hebraeos. Factus est & gloria inanis cum plurimis seruis ambulare. Credite mihi quia iste pudor est. Sicut nundinatores pecorum vel sicut caupones venalium seruorum: Ita magnum hoc putatis cum plurimis seruis ambulare. Matrona non ex numerositate seruorum debet esse conspicua. Die enim mihi, nonne Angeli soli totum mundum circumeunt, & pedisequis nullis egent? Num propterea nobis inferiores existunt indigentibus, non indigentes?

Etiam per malos ministros bona facit Deus, sed cauendum ab eorum operibus.

7. MATTH. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribae, &c. AVGVST. tractat. 46. in Ioan. Qui malè facit, non prædicat de cathedra Christi, inde lædit, vnde malè facit, non vnde benedicit. Botrum carpe, spinam caue, Matth. 7. [Nunquid colligunt de spinis vnam, aut de tribulis ficus? Botrum carpe, spinam caue, quia botrus de radice vitis aliquando exortus

exortus pendet in sepe. Crescit palmes, inseritur spinis, & portat fructum spina non suum. Non enim spinam vitis atulit, sed de spinis palmes incubuit, noli interrogare nisi radices. Quare radicem spinæ, & extra innenas à vite. Quare originem vnae, vitis hanc protulit à radice. Cathedra ergo Moysis vitis erat. Phariseorum mores spinæ erant: doctrina verò per malos, palmes in sepe: Botrum inter spinas caute lege, ne dum quæris fructum, laceres manum: & cum audis bona dicentē, ne imiteris mala facientem. Quæ dicunt, facite, legite vnas: quæ autem faciunt, facere nolite, caute spinas.

Idem.

8. AVGVST. Tract. 5. in Ioan. Si superbus fuerit minister, cum diabolo computatur, sed non contaminatur donum Christi, quod per illum fluit: purum est quod per illum transit, liquidum est. Venit ad fertilem terram, puta quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest: per lapideum canalem transit aqua ad arculas, in canali lapideo nihil generans, sed tamen hortis fructum plurimum affert. Spiritualis enim virtus sacramenti ita est vt lux, & ab illuminandis pura excipitur, & si per imundos transeat, non inquinatur.

Idem.

9. CYPRIANVS, de linore & superbia. Sicut bonus Dominus mali serui ministerio bonam facit elemosynam: ita & per alium licet impenitentem, misericors Dominus alium reuocare vult ad penitentiam. Idem Serm. de Baptismo. Ecce in nomine suo nihil quaestuari peragunt exorcistæ, nec se eis deserere ipsi demones profitentur, sed nomē Christi etiam per lucrorum sectatores suæ gloriæ retinet potestatem, & sunt in talibus caulis ministri mercenarij, sicut naues onerariæ, quæ per pelagus euehant infitiores, quarum rectores, potius eorum quos ducunt, pecuniis inhiant quàm salutis: & tamen huius sæculi mare necessarios habet huiusmodi transuectores. Alioqui cessabat commercia, nec transmarinorum copia aliorum inopia haberet subsidium, nec occurrerent sibi solatia regionum, si vehicula tollantur, imo, & pelagus inameabile relinquatur: bonis quippe sæpe malorum ministeria suffragantur.

Quòd serui Dei dignitas sit maxima: Vide, religio, num. 29. ex Hieronymo.

FESTA.

- In festis Deo vacandum est. 1. 5. 9. 11.
Sabbatum, id est, quies mentis, proprium populo Dei. 2. 6. 7.
In die festo quid faciendum. 3. 5. 7. 9. 11.
Dominica diei excellentia. 4. 6.
Quare sabbatum in Dominicam translatum. 6.
Toto tempore vacandum Deo. 1. 7. 11.
In festis à quibus cauere debemus. 8. 13.
Festa Iudeorum quot, & quid significabant. 10. 12.

In festis Deo vacandum.

1. GENES. 2. Benedixitque diei septimo, & sanctificauit illum. IVNILIUS. Illa videlicet benedictione & sanctificatione qua populo suo in lege plenius intimaui, dicens: Memento vt diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, septimo autem die sabbatum Domi-

ni est. CAIETAN. & LIPOMAN. vel aliter, benedixit, & sanctificauit, id est, in eo sibi benedictiones & laudes fieri voluit, sibi que consecrauit. Sicut vestes, & vasa sanctificantur, & benedicuntur quando diuino cultui applicantur. RYPER. Porro spiritualis homo, non vno die hebdomadis, sed omni tempore sabbatizare fatagit, semper intentus verbo Dei. Psal. 45. [Vacate, & videte quoniam ego sum Deus.]

Sabbatum, id est, quies mentis, proprium populo Dei.

2. EXOD. 8. Venit musca grauissima in domos Pharaonis. GREGOR. 18. Moral. cap. 28. Quid in hac vita laboriosius quàm terrenis desideriis æstare, aut quid quietius quàm huius sæculi nihil appetere? Hinc est quòd Israeliticus populus custodiam sabbati accipit in munere; hinc è contra est Ægyptus muscarum multitudine percussa. Populus namque qui Deum sequitur, accipit sabbatum, id est, requiem mentis, vt nullo in hac vita desideriorum carnalium fatigetur appetitu. Ægyptus verò, quæ huiusmodi speciem tenet, muscis percutitur. Musca enim nimis insolens & inquietum animal est, in qua quid aliud quàm insolentes curæ desideriorum carnalium delignantur? Vnde aliter dicitur, Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. Vide desideria, nu. 2.

In die festo quid faciendum.

3. EXOD. 10. Est enim solemnitas Domini Dei nostri. LIPOMAN. Solemnitates Domini seruanda: sunt ad audientiam voluntatis Dei ex lege Dei, ad gratiarum actionem pro beneficiis præteritis, & ad rationem pro futuris. Haud dubium cum omissione peccatorum in die festo quibus Dominus non colitur, sed irritatur. Vide, elemosyna, nu. 5. & 7.

Dominica diei excellentia.

4. EXOD. 16. Die autem sexta parent quod inferant, & sit duplum quàm colligere solent per singulos dies. ORIGEN. Ex diuinis scripturis apparet quòd in die Dominica primò in terris datum est manna. Sic enim scriptum est: Sex diebus continuis collectum est, septima autem die, quæ est sabbatum, cessatum est. Ergo sine dubio initium eius à die prima quæ est dies Dominica, fuit. Quòd si die Dominica Deus pluit manna de caelo, & in sabbato non pluit; intelligant Iudæi iam tunc prælatam esse Dominicam nostram Iudaico sabbato, iam tunc indicatum quòd in sabbato ipsorum gratia Dei ad eos nulla de caelo descenderit, panis celestis qui est sermo Dei, ad eos nullus venerit, in nostra autem Dominica die semper Dominus pluit manna de caelo.

In die festo quid faciendum.

5. EXOD. 16. Quodcumque operandum est, facite, & qua coquenda sunt, coquite, &c. LIPOMANVS. Discimus hinc nos intra hebdomadam prouidentia domui necessaria, vt vacationis die Domino seruiatur, audiendo verbum Domini, contemplando Dei opera, consolando proximum, orâdo, &c. Id demum verus Dei cultus est: otio autem inerti indulgere, vacare tantum ab opere cultus Dei non est; multo minus libidinari verbis, vel factis, vt hodie communiter fieri consuevit. & infra: Nullus egrediatur de loco suo die septimo. GREGOR. lib. 8. Moral. cap. 15. Locus hominis, sed non localis ipse, scilicet conditor, exiit. Vide verbo, amor hominis erga Deum, nu. 17. & verbo, Deus, nu. 49. Dicere ergo Dei ad hominem, Nõ egrediatur quisquam die septimo de loco suo, est ac si di-

ceret, à conditoris sui amore in die sancta festiuitatis non discedat.

Quare sabbatum in Dominicam translatum.

6. **E**XOD. 20. *Memento ut diem sabbati sanctifices.* D. THOM. 1. 2. *quest. 122. art. 4.* Hoc præceptum literaliter intellectum partim est morale, & partim ceremoniale: morale quidem quantum ad hoc quod homo deputer aliquod tempus vitæ suæ ad vacandum diuinis, &c. Sed in quantum in hoc præcepto determinatur speciale tempus in signum creationis mundi, sic est præceptum ceremoniale. Similiter & ceremoniale est prout fuit signum quietis Christi in sepulchro quæ fuit septima die, & similiter, prout significat cessationem ab omni actu peccati, & quietem mentis in Deo; similiter prout figurat quietem fruitionis Dei, quæ erit in patria. Vnde præceptum de sanctificatione sabbati ponitur inter præcepta Decalogi, in quantum est præceptum morale, nõ in quantum est ceremoniale, &c. Voluit Deus ut custodiretur vnus dies in memoriam quod Deus omnia creauerat in sex diebus, & in septimo quieuit à nouis creaturis condendis. Sed quia Christus veniens fecit nouam creationem qua scilicet homo cælestis effectus est, sicut per primam terrenus, iuxta illud *Apostoli*: [in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura,] & hæc noua creatura est per gratiã quæ incepit in resurrectione, iuxta illud *Roman. 6.* [Quomodo Christus surrexit à mortuis,] &c. ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: & quia resurrectio facta est in Dominica, ideo celebramus illum diem sicut Iudæi sabbatum. Observantia diei Dominicæ in noua lege, succedit obseruantia diei Dominicæ in noua lege, succedit obseruantia diei sabbati, non ex vi præcepti legis, sed ex constitutione Ecclesiæ, & cõsuetudine populi Christiani. Nec enim huiusmodi obseruatio est figuralis, sicut fuit obseruatio sabbati: & ideo non est ita ardua prohibitio operandi in die Dominica sicut in die sabbati, sed quædam operã conceduntur in die Dominica, quæ in die sabbati prohibebantur, sicut decoctio ciborum, & alia huiusmodi: & etiam in quibusdam operibus prohibitis facilius propter necessitatem dispensantur in noua quàm in veteri lege. Quia figura pertinet ad protestationem veritatis, quam nec in modico præterire oportet, opera autem secundum se considerata immutari possunt pro loco, & tempore. **L I P O M A N V S.** A figura enim quantumcunque modico subtracto mutatur tota significatio, sicut vna litera subtracta, ab hoc nomine lapis, tota mutatur significatio. Circa verò totam rem ipsam lapidis possunt aliqua addi, & subtrahi, absque mutatione substantiæ.

Quid faciendum in festo.

7. **I**BIDEM D. THOM. in *opusculis.* Quartò mandatum fuit hoc præceptum ad inflammationem amoris. Homo enim semper ad terrera inferius tendit, iuxta illud: [Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam] nisi conetur erigere se ab eis: & ideo oportet hic certum tempus ad hoc. Vnde aliqui toto tempore hoc faciunt: [Benedicam Dominum in omni tempore,] &c. & *Apostolus.* [Sine intermissione orate:] hi continue sabbatum custodiant. Aliqui hoc faciunt in aliqua parte temporis, *Psal.* [Septies in die laudem dixi tibi.] Alij ne omnino alienarentur à Deo, oportuit quod haberent aliquem diem determinatum, ne nimis tepescat in eis amor Dei, iuxta illud: [Si vocaueris sabbatum delicatum, tunc delectaberis super Domino.] & illud: [Tunc super omnipotentem delicias afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam] *Iob 22.* Non enim ad ludendum ordinatur talis dies, sed ad laudandum, & orandum Dominum Deum.

Vnde *Augustinus* dicit, quod minus malum est tali die arare quàm ludere. Quintò, datum est ad opera pietatis. Aliqui enim crudeles sibi & suis non cessant quotidie operari continuo propter lucrum, & hoc habent Iudæi maxime, quia auarissimi sunt. Vnde Dominus: [Obserua diem sabbati,] &c. Vt requiescat seruus, & ancilla tua, sicut & tu. **D A M A S C E N. lib. 4. de orthodora fide ca. 24.** Sciens Deus crassam & earnis amatricem, & ad materialia penitus procliuui populū Israelitici mentem, simul autem & indiscretionem, iudicandique defectum, præceptum hoc de sabbato obseruando posuit, vt seruus & subingale (sicut scriptum est) requiescant, faciãtque sabbatū, quia vir iustus miseretur animarum iumentorum suorum. Simul autem vt vacantes ab occupatione circa materialia, ad Deum adducerentur, in Psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, & meditatione diuinarum scripturarum, vniuersum septimum diem consumentes, & in Deo requiescentes. Obseruatio igitur sabbati à Deo excogitata est, vt vel minimam portionem Iudæi, qui paruuli adhuc erant, & sub elementis mundi huius seruientes, vacando Deo distribuerent, & requiescerent seruus & subingale. Quãdo autem venit plenitudo temporis, & misit Deus filium suum vnigenitum, vt adoptionem filiorum reciperemus, non amplius in parte Domino seruientes in timore, sed totum vitæ nostræ tempus offerre debemus, semper seruum (iram dico, & concupiscentiam) à peccato requiescere facientes, & ad vacandum Deo conuertentes, vniuersum desiderium semper ad Deum extendentes, & subingale nostrum, id est, corpus, à peccati iugo requiescere facientes, & ad mandatorum diuinorum seruitium dirigentes: hæc spiritualis nobis præcepit lex.

In festis à quibus cauere debemus.

IBIDEM. *Memento ut diem sabbati sanctifices.* D. THOM. in opusculis. *Sanctum* accipitur duobus modis: aliquando *sanctum* idem est quod purum, iuxta illud: [Sed abluti estis, sed sanctificati estis.] aliquando autem dicitur *sanctum*, res consecrata ad cultum Dei, vt locus & tempus, vestes & vasa sacra. Vtroque modo debemus festa celebrare, quia & purè & mancipando nos diuino seruitio. Vt autem purè celebremus festa, cauenda sunt tria: Primum corporalia opera. *Hierem. 17.* [Sanctificabis sabbatum vt non facias in eo opus seruile.] Idem dicitur *Leuit. 23.* Opus autem seruale est opus corporale. Nam opus liberum est anima, vt intelligere, & huiusmodi: opera autem corporalia possunt in sabbato fieri propter quatuor. Primum, propter necessitatem. Secundò, propter Ecclesiæ vtilitatem. Tertio, propter proximi vtilitatem. Quarto, propter superioris auctoritatē. Vide locum D. Thom. Secundò cauere debemus in festo culpam. *Ierem. 7.* [Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati:] pondus autem animæ, peccatum est. Vnde *Psal.* [Et sicut onus graue grauata sunt super me.] Vide verbum, *peccatum*, nu. 45. Tertio debemus cauere negligentiam. Multam enim malitiam docuit otiositas. Vide verbo, *otium*, vide etiam locum D. Thomæ.

In die festo quid faciendum.

ID E M D. THOM. *ibid.* In die festo in tribus occupari debemus: Primum in faciendis sacrificiis. Vnde in lege præcipitur quod quolibet die vnus agnus mane, & alius vespere debet offerri, sed in sabbato debet duplicari, in quo significatur, quod in sabbato debemus offerre animam nostram dolendo de peccatis, & orando pro beneficiis. Factus est enim dies festus ad habendam spirituales latitiam, quam facit

facit oratio. Vnde & tali die multiplicari debent preces, deinde corpus nostrum tali die debemus affligere, iuxta illud: [Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis membra vestra hostiã viuentem, sanctam, Deo placentem.] Item, laudando Deum, iuxta illud: [Sacrificiũ laudis honorificabit me.] Item, dando elemosynas, iuxta illud: [Beneficentiã autem & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus:] & hoc in duplo magis quàm in aliis diebus, quia tunc est communis letitia, iuxta illud: [Mittite partes his qui non parauerunt, quia sanctus dies Domini est.] In his sacrificiis occupari debemus in die festo. Secundò: occupari debemus in uerborum Dei studiis. Sicut & Hebræi faciunt hodie, iuxta illud: [Voces prophetarũ quæ per omne sabbatum leguntur.] Vnde Christiani quorum iustitia debet esse perfectior, debent tali die conuenire ad prædicationes, & ad officium Ecclesiæ: [Qui enim ex Deo est, verba Dei audit.] Item loqui uilia. Vnde *Apostolus*: [Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus, ad ædificationem.] Ita enim duo sunt uilia animæ peccatoris, quia immutatur cor eius in melius. Vnde Dominus: [Verba mea sunt quasi ignis ardens, & quasi malleus conterens petram.] Contrarium autem accidit etiam perfectis non loquentibus uilia, vel audientibus: [corrumpunt enim bonos mores colloquia praua.] Euigilate iusti, & nolite peccare.] *Psal.* In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.] item, [Eloquium Domini inflammauit eum. Tertio, debemus occupari in diuinorum exercitiis. Hoc autem perfectiorum est. [Vacate & videte quoniam stans est Dominus,] & hoc propter quietem animæ. Sicut enim corpus fatigatum quietem desiderat, ita & anima: locus autem animæ Deus, iuxta illud: [Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij:] Ita relinquitur, ait *Apostolus*, sabbatistis populo Dei: & *Sapient. 8.* [Intrans in domum tuam, conquiescam in illa.] Sed antequam ad hanc quietem perueniat anima, oportet tres quietes præcedere. Prima ab inquietudine peccati. [Impij enim quasi mare feruens,] quod quiescere nõ potest. Secunda, à passionibus carnis, quia [caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.] Tertia ab occupationibus mundi. Vnde *Marthæ* dicitur: [Solicita es & turbaris erga plurima,] & tunc post hæc omnia, libere quiescit in Deo. Vnde ei dicitur: [Si vocaueris sabbatum delicatum, tunc delectaberis super Domino.] Propterea sancti omnia dimiserunt, quia hæc est pretiosa margarita quam qui inuenit, abscondit, [& præ gaudio illius vadit & vendit vniuersa quæ habet, & emit eam.] Hæc enim requies vitæ æterna & delectatio æterna est. *Psal.* [Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.]

Festa Iudeorum quot.

10. **E**XOD. 23. *Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis, solemnitate azymorum, &c. & solemnitate mensis primitiuorum, &c. solemnitate quoque in exitu anni.* D. THOM. 1. 2. *q. 102. ar. 4. ad 10.* In veteri lege erant septem solemnitates temporales, & vna continua, vt videre est lib. *Numer. 28. & 29.* erat enim quasi continuum festum, quia quotidie mane & vespere immolabatur agnus, & per illud continuum festum iugis sacrificij representabatur perpetuitas diuinæ beatitudinis. Festorum autem temporalium primum erat quod iterabatur qualibet septimana, & hæc erat solemnitas sabbati, quod celebrabatur in memoriam creationis rerum. Alia autem solemnitas iterabatur quolibet mense, scilicet festum neomeniæ, quod celebrabatur ad commemorandum

opus diuinæ gubernationis. Nam hæc inferiora præcipue variantur secundum motum lunæ, & ideo celebrabatur hoc festum in nouitate lunæ, non autem in eius plenitudine, ad cuitandum idololatrarum cultum, qui in tali tempore lunæ sacrificabant. Hæc duo beneficia sunt communia toti humano generi, & ideo frequentius iterabantur. Alia verò festa celebrabantur semel in anno, & recolabant in eis beneficia specialiter illi populo exhibita: celebrabatur enim festum Phasæ primo mense, ad commemorandum liberationis beneficium ex Agypto. Celebrabatur autem festum Pentecostes post quinquaginta dies ad recolendum beneficium legis datæ. Alia verò tria festa celebrabantur in mense septimo, qui quasi totus apud eos erat solemnitas, sicut & septimus dies. In prima enim die mensis septimi erat festum tubarum in memoriam liberationis Isaac, quando Abraham inuenit arietem hærentem cornibus, quem repræsentabant per cornua, quibus buccinabant. Erat autem festum tubarum, quasi quædam inuitatio, vt præpararent se ad sequens festum quod celebrabatur, decima die, & hoc erat festum expiationis, in memoriam illius beneficii quo Deus propitiatus est peccato populi de adoratione vituli ad preces Moysi. Post hoc autem celebrabatur festum scenopegiæ, id est, tabernaculorum, septem diebus, ad commemorandum beneficium diuinæ protectionis, & deductionis per desertum, ubi in tabernaculis habitauerunt. Vnde in hoc festo debebant habere fructum arboris pulcherrimæ, id est, citrium, & lignum densarum frondium, id est, myrthum, quæ sunt odorifera, & spatulas palmarum, & salices de torrente, quæ diu retinent suum vitorem, & hæc inueniuntur in terra promissionis, ad significandum quod per aridam terram deserti, eos duxerat Deus ad terram deliciosam. Octauo autem die celebrabatur aliud festum, scilicet cætus, atque collecta, in quo colligebantur à populo ea quæ erant necessaria ad expensas cultus diuini, & significabatur adunatio populi, & pax præstita in terra promissionis. Figuralis autem ratio festorum omnium apud Hebræos est, quia per iuge sacrificium agni, figuratur perpetuitas Christi, qui est agnus Dei, iuxta illud: [Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula.] Per sabbatum autem figuratur spiritualis requies nobis data per Christum, vt habetur *ad Heb. 4.* Per Neomeniam autem quæ est intentio lunæ, significatur illuminatio primitiue Ecclesiæ per Christum, eo prædicante, & miracula faciente. Per festum autem Pentecostes, significatur descensus Spiritus sancti super *Apostolos.* Per festum autem tubarum, significatur prædicatio *Apostolorum.* Per festum expiationis significatur emundatio à peccatis, populi Christiani. Per festum autem tabernaculorum, peregrinatio eorum in hoc mundo, in quo ambulant in virtutibus proficendo. Per festum autem cætus, atque collecta, significatur congregatio fidelium in regno caelorum: & ideo istud festum dicebatur sanctissimum esse: & hæc tria festa erant continua ad inuicem, quia oportet expiatis à vitiis proficere in virtute quousque perueniant ad Dei visionem.

In die festo quid faciendum.

EXOD. 31. *Videte ut sabbatum meum custodiat, quia signum est inter me, & vos.* &c. **H I E R O N. super Ezech.** In sex diebus operantes, die septimo requiescamus, vt nihil aliud die ac nocte faciamus, nisi vt omne quod viuimus, deberi Domino nouerimus, & redeunte hebdomade totos nos eius nomini cõsecremus, vt per sanctificationem diei, recordemur Domini qui sanctificat nos. **I R E N Æ V S lib. 4. contra Hæres. cap. 30.** sabbata perseverantiam totius diei erga Deum

Deum deseruionis edocebant. [æstimati enim sumus (ait Apostolus) tota die vt oues occisionis,] scilicet & consecrati, & ministrantes omni tempore fidei nostræ, & perseverantes ei, & abstinentes ab omni avaritia, non acquirentes, nec possidentes thesauros in terra. Manifestabatur autem requietio Dei, hoc est, regnum in quo requiescens homo ille qui perseverauerit Deo assistere, participabit de mensa Dei, & quia non per hæc iustificabatur homo, sed in signo data sunt populo, ostendit quod ipse Abraham sine circumcissione, & sine obseruatione sabbatorum credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei vocatus est, sed & Loth, &c. Imo omnes iusti qui fuerunt ante Abraham, & omnes patriarchæ qui ante Moysen fuerunt, sine his quæ prædicta sunt, & sine lege iustificabantur, &c.

Festa Iudeorum.

12. **I**N festo Pentecostes celebrabatur etiam solemnitas hebdomadarum, & offerebatur primitiæ pro nouis fructibus. Vide *Spiritus sanctus*, num. 26. ex *Lipomano*.

A quibus cauendum in die festo.

13. **I**SIDOR. CLARIVS, oratione. 31. Tomo. 1. Legimus, hominem qui ligna collegerat in die sabbati oblatum Moysi, iussu Domini lapidibus obrutum. Alio item loco narratur grauius peccasse eos, qui contra mandatum Domini profecti fuerant ad colligendum manna in die sabbati. Quanto ergo magis putandum est eos grauius peccare, qui negotiationibus, spectaculis, ludis, alexæ, tripudiis, salrationibus, & choreis incumbant, qui comestationibus, colloquiis prauis, & impudicis cantilenis diem festum conspurcant?

FIDES.

In Ecclesia sola una fides. Vide Ecclesia, num. 17.

18. 33. 45.

Fides necessaria. 1. 2. 4. 8. 12. 17. 18. 30. 36. 37. 40. 43. 50.

Fides & opera. 2. 9. 13. 16. 18. 22. 24. 25. 27. 44. 46. 148. 152.

Contra fidem prima Tentatio diaboli. 3.

Fides probatur. 23.

Fides fundamentum omnium virtutum. 4. 17. 18. 45.

Fides Noe quomodo mundum condemnauit. 5.

Fides in toto orbe per Apostolos creuit. 6.

Fides non querit rationem. 7.

Fidei credendum potius quam experimento. 26.

Fides Abrahe imitanda. 7. 8. 16. Vide resurrectio Christi, num. 5.

Fides habet meritum iustitiæ. 8.

Abraham non fuit dubius in fide, sicut nec Maria Virgo. 10.

Fidei signum fuit circumcisio. 11.

Infidelitas puniatur. 14.

Fidem gaudium sequitur. 15.

Fides non solum Deum respicit sed etiam sanctos. 19.

Fides ex auditu. 20.

Fides donum Dei. 21. 52.

Fides integra aequaliter ab omnibus exigitur. 28. 47.

Scutum fidei transit de Iudæis ad gentes. 29.

Fides, & modestia virginis imitanda. 31.

Fides percipit quod manus vel oculus non meretur. 32.

Fides & confessio est ornatus animæ. 33.

Fides vna potenter triumphat de aduersario. 34. 35.

Fides remedium necessarium contra omnia peccata. 38.

Fidei laudes. 41. 53. 54.

Fides oppugnata magis floret. 42. 47. 48.

Fides firmat animam. 48.

Symbolum est summa fidei, & quare sic dicitur. 58.

Fides seruanda ne pereat. 39. 55. 56. 57.

Fides necessaria ad salutem in baptismo. vide baptisimus, num. 30.

Fides per martyrium multiplicatur. vide martyrium, num. 18.

Fides necessaria.

GENES. I. Et fecit Deus bestias terræ. D. BASIL. Ipsæ feræ venenosæ fidei demonstrationes sunt. Confidis in Domino? [Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.] Fidem habes? [Ecce dedi vobis potestatem calcandi scorpiones.] Vipera nihil obfuit Paulo, quia fide plenus erat. Quod si fide careas, non tam feram exitialem quam fidei vacuitatem metuere debes. AVGVST. & Daniel inter leones saluus & intrepidus vixit.

Fides, & opera.

CHRYST. super cap. secundum Genes. Si voluerimus à gehenna liberari, & regnum allequi, operæ pretium est vrinque ornari, & dogmatum rectitudine & vitæ diligentia. Si enim recta sciamus fidei dogmata, vitam autem negligamus, nihil nobis proderit, neque si vitam habeamus, & rectas negligamus doctrinas. Vnde Christus: [Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus erit in regno cælorum.]

Contra fidem prima tentatio diaboli.

GENES. 3. Cui præcepit vobis Deus? &c. LIPOMANVS. In Chaldæo & Hebræo habetur. Verum ne est quod dixit Deus? In quo multa inuenitur & apparet serpentis malitia, & verfusia. Perfidiæ enim homini incutere incipit, & de fide verborum Dei tentatur. BERNARD. Ab interrogazione incipit mentem mulieris explorans, sciens ingenio non viribus laborandum. HVGONVS. VICTORE. Cautè fingit se dubitare de præcepto, vt & mulierem faciat dubitare, & infra. Abscondit se Adam, & vxor eius. RVPERT. Vterque de Deo malè sentit, & sibi insipienter prouidet, tanquam infidelis, & tanquam impœnitens: infidelis, quia malè de oculis Domini omnia videntis, sentiens, abscondit se, &c. E contra fidelis homo dicit: [Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum,] &c.

Fides firmamentum omnium virtutum.

GENES. 4. Nescio. Nunquid cultos fratris mei sum ego? AMBROS. Perpende parricidæ contumacem responfionem. Quemnam magis quam fratrem minorem seruare debuerat? Sed quomodo naturæ obedientiam deferret, qui Deo obedientiam non exhibuit? Recusat fraternæ munus custodiæ, quasi exors naturæ. Quid miraris, si pietatem non agnouit, qui non agnouit authorem? Hic docemur fidem esse radicem virtutum omnium: Vnde & Apostolus ait: [Vnusquisque videat quomodo superædificat, fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus,] id est, fides Christi

Fides & opera.

Christi Iesu, informata charitate. Quidquid super hoc fundamentum ædificaueris, hoc solum ad operis tui fructum, & ad virtutis proficit mercedem.

Fides Noe condemnauit mundum.

GENES. 7. Et inclusit eum Dominus de foris. CHRYST. Magna huius iusti virtus fuit, & fidei excellentia. Arcam fabricauit, & in ea cohabitationem cum cæteris animalibus æquo animo tulit, & coarctatione, & veluti in carcere inclusionem sustinuit. Hinc Paulus illum prædicans dicit: [Fide Noe responfo accepto de his quæ adhuc non videbantur, metuens, aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum, & iustitiæ quæ per fidem est, hæres est institutus,] non quòd ipse iudex fuerit, mundum condemnauit, sed comparationis gratia condemnationem Dominus induxit. Fide enim qua præditus fuit, condemnauit eos qui tantæ fuerunt incredulitatis, vt prædictioni non crederent.

Fides creuit in toto orbe per Apostolos.

GENES. 9. Ab his disseminatum est omne genus hominum super vniuersam terram. CHRYST. Quomodo ex tribus tanta multitudo succreuit? Ne mireris, Deus enim opifex naturæ erat, qui omnia impedimenta auferebat, mandato suo, quo dixit: [Cre-scite, & multiplicamini,] &c. Id ipsum, & in fide videre licet, cum tales & tanti sunt tyranni, qui infestant & insidiantur, vt scintillam fidei extinguant, tanta pietatis flamma erupit, vt totum orbem inuasert. & sicut per tres illos, hominum genus multiplicauit Deus, ita quoque & in fide per duodecim piscatores illiteratos & idiotas, omnem sibi orbem conciliauit.

Fides non querit rationem.

GENES. 15. Credidit Abraham, & reputatum est illi ad iustitiam. AMBROS. Ideo reputatum est ei ad iustitiam, quia rationem non quæsiuit, sed promptissima fide credidit. Bonum est rationem præueniat fides, ne tanquam ab homine ita à Deo, rationem videamur exigere. Imitemur ergo Abraham vt hæredes simus terræ per iustitiam fidei, per quam ille mundi hæres factus est. AVGVST. 15. de ciuit. cap. 16. Huius sententiæ meminit Apostolus ad Dei gratiam commendandam, ne circumcisio gloriaretur, gentesque incircumcisas ad fidem Christi nollet admitti. Hic enim quando factum est vt credenti Abraham deputaretur fides ad iustitiam, nondum fuerat circumcisus. CHRYST. Verum & nos charissimi discamus à patriarcha Dei credere dictis, & eius promissionibus fidere. Si enim Abraham promissum est quòd ex semine eius maxima futura esset multitudo, nobis multo maiora promissa sunt. Magna igitur alacritate præparemus nos ad virtutis agonas, vt promissis bonis frui possimus.

Fides habet meritum.

IBID. RVPERTVS. Rectè fides meritum habet iustitiæ, nã è contra sine fide esse, iniustitiæ summa est. Etenim primo homini infidelitatis ad iniustitiam reputata est, videlicet quia non credidit Deo dicenti: [In quacumque die comederis ex eo, morte morieris.] Si enim credidisset, non tam facile de ligno illo comedisset. Quale ergo oportuit aduersus iniustitiæ mortem hic pater noster sumpsit antidotum. Quia non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum, nec emortuam vuluam Saræ, sed confortatus est, dans gloriâ Deo plenissimè, sciens quia quæcumque promissit Deus, potest & facere.

IBID. GREGORIUS. Moral. cap. 29. Sancta Ecclesia quâdoque Arcturo comparatur. Quippe qui in septem stellis voluitur, & modò quidem tres ad summa eleuat atque ad ima quatuor inclinat, modò quatuor superius erigit, & tres inferius premit. Sic sancta Ecclesia cum modò infidelibus Trinitatis notitiam, modò autem fidelibus, virtutes quatuor Cardinales prædicat, &c. cum quibusdam de operibus suis gloriantibus confidentiam proprii laboris euacuat, & fidem Trinitatis exaltat: & quosdam bona opera non habentes, de sola fide præsumere prohibet, sed operari enixius quæ præcepta sunt iubet. Videamus ergo quomodo arcturus tres eleuat, & quatuor deponat. Paulus contra fidem de operibus superbientibus dicit. [Si Abraham ex operibus iustificatus est, quomodo arcturus tres eleuat, & quatuor deponat. Paulus contra fidem de operibus superbientibus dicit. [Si Abraham ex operibus iustificatus est, quomodo arcturus tres eleuat, & quatuor deponat. Paulus contra fidem de operibus superbientibus dicit: [Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est.] Arcturus itaque voluitur, quia sancta Ecclesia iuxta auditorum suorum mentes in diuerso latere prædicationis arte versatur. Arcturus voluitur, quia hæc in noctis huius tribulatione rotatur.

Abraham non fuit dubius in fide.

IBID. Domine Deus, vnde scire possum quòd possessurus sum eam? Scilicet terram. AVGVST. Non ait, vnde sciam, quasi adhuc non crederet, sed ait, secundum quid sciam? Sic enim habet alia littera, vt ei rei quam crediderat, aliqua similitudo adhiberetur, qua eius modus agnosceretur. Sicut non est virginis Mariæ diffidentia quod ait, [Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?] Quod enim futurum esse certa erat, modum quo fieret, inquirebat, & hoc cum quæsiuisset, audit: [Spiritus sanctus superueniet in te,] &c. THEODORETVS. Id non dubitantis est, sed optantis scire modum quo terram possideret. Videbat enim innumeram multitudinem eam inhabitare, & scire cupiebat, vtrum bello, an aliquo alio modo expellenda esset gens illa, vt posteris declararet. RVPERTVS. Tanquam pius pater futuris filiis prouidit, ne fortè peccantibus filiis pœniteret Deum huius suæ promissionis. Idcirco in promissione aliquod sibi dari optauit firmamentum fixæ stabilitæque veritatis. LIPOMANVS. Orat non tam pro se quam pro posteritatis fide asseruanda. Vnde non dixit, Domine, vnde scire possum quòd qui egredietur de utero meo, ipsum habiturus sim hæredem? Hoc enim credidit, licet plus est: sed, vnde scire possum quòd possessurus sum terram, scilicet pro hereditatis certitudine.

Fidei signum erat circumcisio.

GENES. 17. Et circumcidetis carnem præputij vestri. RVPERTVS. Circumcisio cum sit signaculum iustitiæ fidei Abrahamæ, quia scilicet credidit ex semine ipsius nasciturum illum per quem benedicenda essent omnes gentes, scilicet Christum: in ea parte corporis, signaculum debuit dari, per quam semen ipsum naturaliter traicitur. Quia sicut Noe fidei suæ rectè in nubibus positum est signum, dicente Deo: [Apparebit arcus meus in nubibus,] &c. quia prædicenti Deo crediderat, quòd diluuium aquarum de nubibus vltèrius inundaturum non erat. Sic rectè Abraham quia crediderat dicenti Deo, quòd in semine eius benedicerentur omnes gentes, in loco seminis eiusdem fidei positum est. ALCVINVS. Circumcisus autem non truncata corporis parte defor-

mior, sed fidei signo gloriosior remanebat. Nam pro Deo aliquid perdere lucrum est, non damnum.

Sine fide impossibile est saluari.

12. **GENES. 17.** *Masculus cuius prepuzij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo,* &c. **RVPERTVS.** Ille enim feminis quod est Christus, fidem negavit, & sine fide Christi saluari impossibile est. & ideo delebitur anima illa de populo suo. **INTERL.** id est, non connumerabitur inter sanctos, nec de cœtu sanctorum, de quibus dicitur: [Tu autem ibis ad populum tuam.] **RVPERTVS,** quia pactum meum irritum fecit, id est, quia in Adam præuaricatus est. Primus enim homo, pactum Dei in paradiso præuaricatus est. Ergo qui non accipit eius testamentum, per quem solum inimicitia inter Deum & hominem soluitur, id est, Christi merito, petit eadem culpa primæ præuaricationis. **AVGVST. 16. de ciuit. cap. 27.** Sed qua ratione paruuli dicuntur præuaricatores pacti Dei, cum non sua culpa, sed parentum negligentia circumcisionem non admittunt? Profecto, eo modo quo paruuli sunt præuaricatores, etiam præuaricatores legis illius quæ in paradiso data est, agnoscuntur. Sic ergo intelligenda sunt hæc verba diuina. *Masculus cuius prepuzij caro,* &c. Tanquam dictum sit, qui non fuerit regeneratus per fidem Christi, interibit anima illa de genere eius, quia testamentum meum dissipauit: quando in Adam cum omnibus, etiam ipse peccauit.

Fides, & opera.

13. **GENES. 17.** *Erit pactum meum in carne uestra.* **ORIG.** Non sufficit solo nomine & verbo hæc dici, sed rebus oportet impleri. Si enim peccans quis, & non rectè agens, confiteatur Iesum in carne uenisse, non est testamentum Dei in carne eius, sed in uoce. Si autem mortificauero membra mea quæ sunt super terram, testamentum Christi habeo super carnem meam. Si semper mortem Christi in corpore meo circumferam, testamentum Christi est in corpore meo. Si complantatus fuero similitudini mortis eius, testamentum eius ostendo esse super carnem meam. Nihil autem prodest si dicam uenisse in carnem tantum quam de Maria suscepit, & non ostendam etiam in hac mea carne uenisse. Tunc autem ostendam uenisse in carne mea, si potuero dicere cum Paulo, quod cum Christo crucifixus sum, & [uiu ego iam non ego, uiuit enim in me Christus.] & ego stigmata Domini mei Iesu Christi in corpore meo porto: & quis nos separabit à charitate Dei quæ est in Christo Iesu? Si enim uoce tantummodo confiteamur Dominum Iesum Christum, & non ostendamus testamentum eius esse supra carnem nostram modo prædicto, uidebimur etiam nos simile aliquid facere Iudæis, qui solo circumcisionis signo Deum se conseruati putant, factis autem negant.

Infidelitas punitur.

14. **GENES. 19.** *Ascendit de Segor, & mansit in monte,* &c. **TIMUERAT enim manere in Segor.** **HIERON.** Vera est Hebræorum coniectura de Segor, quod frequenter terræ motu subruta fuerit: ob idque Loth timuerit habitare ibi, dicens: Si cum cæteræ adhuc urbes staret, ista sæpe subuerfa est, quanto magis nunc in communi ruina liberare nos poterit! & hanc occasionem infidelitatis etiam in filias coitus dedisse principium, non enim debuit ambigere qui cæteras uiderat subruas ciuitates, & hanc stare, sicut Dei auxilio erutum: audierat etiam quod parceret Dominus illi ciuitati. **AVGVST.** Fides itaque eius non magni robotis fuit.

Fidem gaudium sequitur.

GENES. 21. *Quicumque audierit, corridebit mihi.* **15.** **QUIS** auditurus crederet, &c. **EVCHERIVS,** **INTERL. RABANVS, RVPERTVS, LIPOMANNVS.** Etenim qui audiens credit, corridebit, & gaudet: è contrà qui audiens non credit, profectò auditui non corridet, nec gaudet. Prophetice hæc dicta sunt de ortu ueri Isaac Christi. Simile quid prophetauit Simeon cum illum in uisus gestaret. [Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel,] nam qui audit, & non credit, iuxta illud: [Domine quis credidit auditui nostro,] &c. ei in ruinam: & qui audiens credit, & corridet, ei in resurrectionem positus est.

Fides, & opera.

GENES. 22. *Tolle filium tuum unigenitum, &c.* **16.** **AVGVST. Serm. 72. de tempore.** Magna fides, magna pietas Abraham, non solum in Deum, sed etiam in ipsum unicum filium, cum nihil malè credidit ipse pater, quidquid de illo iusserat qui creauit. Non trepidauit Abraham credere quando promittebatur ei filius, & non trepidauit offerre quando exigebatur, nec fuit religio credentis contraria deuotioni obtemperantis. *Et infra. Nunc cognoui quod timeas Deum,* **ORIGENS.** Propter hæc scripta sunt, quia & tu credidisti quidem Deo, sed nisi opera fidei expleueris, nisi in omnibus præceptis, etiam difficilioribus, parueris, nisi sacrificium obtuleris, & ostenderit quia nec patrem, nec matrem, nec filios præferas Deo, non agnosceris quia timeas Deum, nec dicitur de te: *Nunc cognoui quia timeas Deum.*

Fides resina spiritualis.

GENES. 37. *Portantes aromata & resnam, & stalem in Aegyptum.* **17.** **AMBRCS.** Illi emunt Christum, qui boni odoris deferunt thymiam, quo adolent altaria pia mentis, resnam, id est, fidem, qua marmora confracta sociantur. Est enim resina spiritualis quæ fracturas animæ tuæ solidet, & diuisa connectat, & soluta constringat. Ieremias hanc querit resnam, ut Babylonem curet, sanare si possit, dicens: [Accipite resnam corruptioni eius, si quomodo sanabitur: curauimus Babylonem, & non est sanata.] &c. Hanc habebat Petrus, cum diceret claudo, [in nomine Iesu Nazareni surge, & ambula,] meritòque surrexit, & strauit sibi. Hanc habebat etiam cum diceret paralytico: [Ænea sanet te Dominus Iesus.] Hanc habebat cum dicebat mortuæ: [Surge in nomine Iesu.] Huius resina temperamento lapides illi, de quibus [potens est Dominus suscitare filios Abraham] compaginantur.

Fides, & opera, sed fides præponitur operibus legis, & nature.

EXOD. 13. *Et erit quasi signum in manu tua.* **18.** **AVGVST. quest. 48.** Alij legunt, *super manum tuam.* Fortè intelligitur super opera tua, id est, quod præferre debeas operibus tuis. Pertinet enim pascha propter occisionem agni ad fidem Christi, & sanguinem, quo redempti sumus. Hæc autem fides operibus præponenda est, ut sit quodammodo super manum aductus illos, qui in operibus legis gloriabantur. De qua re Apostolus loquitur, & nullum ait posse Deo placere sine fide, ut ex illa pendeant bona opera, atque ab ea præueniantur. Non ut ipsa uelut meritis bonorum operum retribui uideatur. Illa enim ad gratiam pertinet. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non esset gratia.

Fides

Fides non solum Deum respicit, sed etiam sanctos.

19. **EXOD. 14.** *Et crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.* **HIERON. in epist. ad Philemon.** Vna atque eadem credulitas in Moysem refertur, & in Deum, ut populus qui credebat in Dominum, æquè credidisse dicatur in seruum. Hoc autem non solum in Moyse, sed & in omnibus sanctis eius est, ut quicumque credit Deo, aliter eius fidem recipere non queat, nisi credat & in sanctos eius. Non est enim in Deum perfecta dilectio, & fides, quæ in ministros eius odio & infidelitate tenuatur. Quod autem dico, tale est. Credit quisquam in conditorem Deum, non potest credere, nisi prius crediderit de sanctis eius uera esse quæ scripta sunt. Adam à Deo plasmatus, Euam ex costa illius & latere fabricatam, Enoch translatus, &c. **GREGORIVS NYSSENSIS.** Principaliter quidem in Deum credit, ut historia tradit, obtemperat etiam Moyse diuinæ maiestatis cultori. Quod nunc quoque ab his fit, qui per aquam uerè tranferunt, qui seipos Deo dederunt, & Sacerdotibus suis obtemperant.

Fides ex auditu.

20. **EXOD. 32.** *Tollite in aures de uxoribus filiorumque & filiarum uestrarum auribus, & asserite ad me.* **AMBR. o. lib. 7. epist. 56.** Neque excusare tantum Sacerdotem possumus, nec condemnare audemus. Non imprudens tamen qui annulos Iudæis, & in aures abstulit. Etenim qui sacrilegium moliebantur, nec fidei signaculum habere poterant, nec ornamenta aurium. Denique & Patriarcha Iacob abscondit in aures cum simulachris gentium, ut nullus audiret superstitiones gentilium.

Fides, donum Dei.

21. **EXOD. 33.** *Ponã te in foramine petre.* **THEODOR.** Non omnibus datur posteriora Dei uidere, id est, diuinas dispensationes atque operationes, sed iis qui supra petram ab ipso Deo collocati sunt, quæ profectò fidem illam solidam, atque immotam declarat, cuius petre foramen quid aliud quam fidei oculum intelligere debemus? Quo ea conspiciamus quæ corporeis oculis nulla ratione contemplari possunt.

Fides & opera.

22. **EXOD. 39.** *Tintinnabula de auro purissimo, qua posuerunt inter malograna in extrema parte tunice,* &c. **GREGOR. NYSSEN.** Aurea tintinnabula bonorum operum splendor sunt, malis punice intertexta. Duo enim hæc sunt studia quibus uirtus tota constatur, recta in Deum fides, & probata in hac uita conscientia. Hæc mala punice, & Tintinnabula indumento Timothei Paulus ille innexuit, cum dicat, oportere ut habeat fidem, & probatam conscientiam. Fides igitur Sacerdotis uelut tintinnabulū clarè atque sonore in sanctæ Trinitatis prædicatione exclamet, uita uerò naturæ puniceorum imitetur, quorū confusa exteriori quasi testa inuestibilis, duraque est, quod autem intus reconditum est, & uisū, ex uarietate coloris atque collocationis ordine iocundum est, & gustu iocundius, non parua dulcedine sensum afficiens. Philosophicæ quoque Christiana uiuenti ratio, dura exteriori atque aspera sensui est, intus sapius optimarum pulcherrimarumque rerum plena tempore suo cum matura fuerint, eumque agricola noster poma punice huius uite aperiet, dulcissimam suorum fructuum præstabit fragrantiam. Apostolus etiam dicit, nullam disciplinam in præsentī uita uideri lætitiarum

afferre, sed tristitiam, & id est quod per exteriora pomi punice figuratur, post hæc autem pacificum fructum reddit, & id est dulcedo interior, ac pulchritudo.

Fides probatur.

IOSVE 6. *Sic facietis sex diebus septiesque circuitibus ciuitatem.* Etiam sexta die circuitus ciuitatem muri stabant. In quo probauit Deus fidem populi sui, quæ quidem magna fuit, iuxta Apostolum: [Fide muri Iericho corruerunt in circuitu dierum septem. Videbantur habitantibus Iericho ludentes, & in uanum tot dierum spatium circuire ciuitatem. Verumtamen repente perierunt septimo die: sicut generi Loth quibus uisus est quasi ludens loqui, **Gen. 19.** Notat **MONTANVS** de modo quo muri corruerunt: loco illius, *Et muri funditus corruerunt ciuitatis,* in Hebræo haberi *Cadet murus urbis sub se,* & quod Chaldæus interpretes exponit, *absorbetur subius se;* in quo ostenditur quod terra aperta fuit, & absorbit muros, & ita remansit transitus liber & planus filiis Israel undique, ut ingrederentur ciuitatem. Vnde sequitur: *ingredienturque singuli per locum contra quem steterint:* & hoc repente, & uino temporis momento (ait Montanus) adeo ut nulla futura sit cura aut molestia quarrendi aditus.

Fides, & opera.

23. **REGVM 18.** *Uisnequò claudicatis in duos partes.* Claudus uocatur in Scriptura qui nõ correspondet operibus fidei. Claudicauerunt à semitis suis. Vide **AVGVST. quest. 19. super Euangelia.** Ideo dicitur **Mich. 4.** [Ciuitas claudicans.] **RVPERT. super Mich. 4.** Iacob Patriarcha in figuram Iudaici populi altero pede claudicauit. **GREGOR. lib. 9. Moral. cap. 21. super illud Iob 29. Oculus fui cæcus & pes claudans,** inquit. Potest cæcus gentilis populus, claudans autem Iudaicus comparari: gentilis quippe quasi oculos nõ habuit, quia non recepta lege non uidit quod ire debuisset. At contrà Iudaicus habens oculos, claudans fuit, quia legem quidem tenuit, sed in ea gressus recti operis non tetendit. Vnde loco *uisnequò claudicatis,* &c. Verunt **Lxx. uisnequò claudicatis in ambobus populiue uestris,** seu utroque pede, fidei uidelicet & operum.

Idem.

GENES. 4. *Non ne si bene egeris, recipies, si autem malè, statim peccatū in foribus aderit?* **HIERON. Lxx.** ita habent: Nonne si rectè offeras, non autem rectè diuidas, peccasti? **BERNARD.** Inuisibilis animi statum nunciat fides, & actio rectum indicat, si fide Catholicum, & rectum opere comprobatis, si quominus curium censere non dubites. Sic nempe habes, Si rectè offeras, & rectè non diuidas, peccasti. Rectè quidem quodcumque horū offeres, rectè autem ab alterutro non diuidis. Noli esse rectus oblator, & prauus diuisor; quid diuidis actum à fide? Iniquè diuidis, fidem perimens tuam. Nam [fides sine operibus mortua est.] Munus mortuum offers Deo. Si enim quædam fidei anima ipsa deuotio est, quid fides quæ non operatur ex dilectione, nisi cadauer exanime? Bene honoras Deum munere fetido? Non mirum si Cain insurrexit in fratrem; qui suam prius occiderat fidem. Quid miraris ò Cain si ad tua non respicit munera, qui te despicit? Si manum deuotioni, quid animam das liuori? Non concillas tibi Deum discors tecum, nõ placas, sed peccas, etsi nondum impiè feriendo, sed tamen diuidendo non rectè! Si nondum fratericida, iam tamen fideicida. Numquid rectus, uel quando manum porrigis Deo, cuius

C c cor

cor in terrā trahit lior & fraternum odium? Quomodo rectus, cuius fides mortua, cuius opus mors, cuius nulla deuotio, amaritudo multa? Erat quidem in offerente fides, sed non in fide dilectio: mors fidei separatio charitatis.

Fidei potius credendum quam experimento.

26. **I**OAN. 6. *Nolite indicare secundum faciem, sed iustum iudicium indicate.* BERNARD. Quid est iustum iudicium nisi iudicium fidei, qua iustus ex fide uiuit: ergo iudicium fidei sequere, & non experimentum tuum: quia fides quidem verax, sed experimentum fallax. Quæ est autem veritas fidei, nisi quod promittit ipse filius Dei? [Quidquid orantes petitis, credite quod accipietis.] Vide *Oratio*, nu. 141.

Fides, & opera.

27. **E**XOD. 13. *Omne primogenitum hominis de filiis tuis pretio redimes.* BRUNO. Hominis primogenitum, fides est, sine qua impossibile est placere Deo. Hæc omnium virtutum prima in mentibus fidelium nascitur, hæc prima à Sacerdotibus in Christianorum cordibus generatur. Sed quia fides sine operibus mortua est, ut pretio redimatur necesse est. Baptizatus es, fidem habes, cessas à bono opere, moritur fides tua. Si enim in his qui à bonis cessant operibus, fides otiosa mortua est, quanto magis in homicidis, adulteris, sacrilegis fides mortua esse credenda est? Apostolus enim dicit: [Qui suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem non habet, & est infideli deterior.] Non igitur semel sed multoties fides redimenda est. Redimatur ergo, sed quanto pretio? Quinque vtique siclis argenti, id est, quinque corporis sensibus, qui tunc quidem argentei sunt, quando pro sua puritate digni fiunt qui in Dei thesauris reponantur. Vide etiam, *Virtus*, nu. 27. ex eodem Bruno.

Fides integra aequaliter ab omnibus exigitur.

28. **E**XOD. 30. *Hoc dabit omnis qui transibit ad nomen dimidium sicli iuxta mensuram templi, Dies non addet ad medium sicli, & pauper non imminuet.* RADVLFVS. In hoc præcepto, vel in hac oblatione monstratur non morum sanctitatem, in qua sanctorum diuersa est gratia, sed fidei firmitatem describi, quæ sanctis omnibus communis est, in qua nec diuiti quidquam addere, nec pauperi detrahendum licitum est, hæc autem rectè per dimidium sicli describitur. Siclus quippe viginti obolos habet, quapropter decem oboli qui in sicli dimidio reperiuntur, numeri sui perfectione, perfectam fidei doctrinam insinuant. Nam idem siclus mensuram templi, habere præcipitur: quisquis enim plenam fidei mensuram habere satagit, necesse est ut eam, non hæreticorum, sed orthodoxorum patrum doctrinæ cõformer. Denarius itaque iste, in se quidem perfectus est, sed tamen sicli non plenitudinem, sed mediocritatē continet: quia fidei nostræ plenitudo totum quidem habet quod salutis fati sit humanæ; verum ad plenitudinem illam visionis Dei, quæ in futurum repromittitur sanctis, vix dimidium explet. [Ex parte, inquit Apostolus, cognoscimus, & ex parte prophetamus, vel aliter ait GALEFRIDVS, Dimidius sicli est fides quod ad salutem sola sufficere non possit, si facultas suppetit operandi, in operibus autem alius alio amplius offert Deo: in fide autem nec augeri licet omnino, nec minui. Intellige quo ad substantiam, & obiectum formale.

Sanctum fidei transit de Iudæis ad Gentes.

29. **I.** MACHAB. 15. *Misit Simon Romanum clypeum aureum habentem pondus mmarum mille.*

GALEFRIDVS, Si millenarius intelligitur consummatio numerorum, Sapientia aurum, fides, scutum: liquet eo munere mysticè figuratum & multiplicem consummatam sapientiam fidei transituram ad caput gentium. Vnde etiam ab olim prædixerat, qui per fidem habitat in suorum cordibus electorum. Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium.

Fides necessaria.

MARCO. VI. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.* Quod interdum sine Baptismo fides proficiat ad salutem: Vide, *Baptismus*, num. 30. ex Bernardo.

Fides, & modestia Virginis imitanda.

I OAN. 2. *Vinum non habent.* BERNARD. Quam breuiter, & quam reuerenter suggestit, vnde pia sollicita fuit. Disce ergo homo in matre Domini magnam in mirabilibus fidem habere, & in magna fide verecundiam retinere. Disce verecundiam decorare fidem, reprimere præsumptionem. Ipsa enim pietatis æstum, pudoris temperans vmbra, conceptam præcis fiduciam verecundè suppressit, non frontosè accessit, nõ palam loquuta est, ut audacter coram omnibus diceret: Obserua fili, defecit vinum, contristatur conuiuia, confunditur sponsum, ostende quid possis. Sed licet hæc, aut multò plura peccata æstus, feruens loqueretur affectus, priuatim tamen potentem pia filium mater adiuit, non potentiam tentans, sed voluntatem explorans, vinum, inquit, non habent. Quid modestius? Quid fidelius? Non defuit pietati fides, voci grauitas, efficacia voto.

Fides percipit quod manus, vel oculus non meretur.

I OAN. 20. *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem.* BERNARDVS. Merito carnem rediuiuam Verbi tangere prohibetur mulier carnaliter sapiens, plus tribuens oculo, quam oraculo, id est, carnali sensui, quam verbo Dei. Quem enim mortuum vidit, resurrecturum non credit, cum tamen hoc promiserit ipse. Cessauit quidem mulier à fletu in visu oculi, quæ noluit consolari in verbo Domini, plurius habens experimentum quam fidem. At experimentum fallax. Mittitur ergo ad certiorum fidei cognitionem, quæ apprehendit quod sensus nescit, experimentum non inuenit. [Noli me tangere, inquit, hoc est, dissiuece huic seducibili sensui, inuitere verbo, fidei assuesce: Fides nescia falli, fides inuisibilia comprehendens, sensus penuriam non sentit. Denique transgreditur fines etiam rationis humanæ, naturæ vsum, experientia terminos. Quid interrogas oculum ad quod non sufficit? & manus quid explorare conatur, quod supra ipsam est? Minus est quidquid ille, illa renunciet. Sanè fides pronunciet de me, quæ maiestati nihil minuat. Disce id habere certius, id tutius sequi quod illa suaserit. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum. Quasi verò cum iam ascenderit, tunc tangi ab ea velit, aut possit, & vtique poterit, sed affectu, non manu: voto, non oculo: fide, non sensibus. Vide *Eucharistia*, num. 185. ex Balduino.

Fides, & confessio est ornatu animæ.

AD ROMAN. 10. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* BERNARD. Iustitia in corde, panis in domo est, & [beati qui esuriunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.] Sit ergo iustitia in corde tuo, & iustitia quæ ex fide est, hæc enim sola dabit gloriam apud Deum. Sit etiam in

ore confessio ad salutem: confessionem, inquam, & decorem induere, quam maxime stolam in ministris suis Christus acceptat.

Fides viua potenter triumphat de aduersario.

34. **I.** CORINTH. 16. *Vigilate, stete in fide, viriliter agite,* &c. GALEFRIDVS. Inuitus aduersarius noster fidem aggreditur, expertus eius virtutem, & quoniam in morum corruptione efficacius malignatur, quia tamen illa se opponit, insurgere cogitur, & in ipsam & illas eius partes, quæ ad mores pertinent, hodie magis impugnat. Confessionem minus necessariam esse mentitur, potestati detrahit prælatorum; quæ etiã sunt criminalia, venialia fingit. Dispensat, sed non inuenitur fidelis. Iam per corpus multas diffeminat prauitates in consultationibus mathematicorum, in maleficiis præcantatorum, in variis erroribus occultorum hæreticorum. Si non dormiret in nobis fides, nihil aduersarius posset contra mores. Ne leuem putes somnum, lethalis est. [Fides enim sine operibus mortua est,] sed nec fides ficta laudabilis: fragilis enim est, quæ fictilis est, nec in ea resistitur aduersario qui circuit tanquam leo. Vitam fidei, obedientiam mandatorum, fortitudinem probat tolerantia tentationum. Sufficeret habere vitam, si non esset [militia vita hominis super terram.] Per vitam fidei Christus habitat in cordibus nostris, per fortitudinem resistimus diabolo, & fugit à nobis. Extinguit ignea iacula scutum fidei, si extincta ipsa non fuerit. Inde est quod nihil penitus contra bonos mores efficere praualet inimicus: si fides uiuit, si viget, si vigilat ut oportet. Vigilia prima secundam parturit, & qui dignam gesserit in consideratione fidei diligentiam, negligens esse non poterit in exercitatione iustitiæ. Caterum nihilominus nobis vigilandum est, & orandum ad suscipiendam in nobis deuotionem gratiæ spiritualis. Siquidem radix arboris fides, stipes actio; flos & fructus, spiritualium charismatum dona.

Idem.

35. **A**D HEBR. II. *Sancti per fidem vicerunt regna.* BERNARD. Quidni attribuitur fidei victoria? [Iustus autem ex fide uiuit.] Quoties ergo tentationi resistis, toties vincis malignum. Noli id propriis tribuere viribus: noli in te, sed magis in Deo gloriari. Quando enim ille fortis armatus tuæ cederet infirmitati? [Aduersarius vester diabolus, ait Petrus, tanquam leo rugiens circuit, quæres quem deuoret, cui resistite fortes in fide.] & Ioannes. [Hæc est inquit victoria quæ vincit mundum, fides nostra:] Vides quemadmodum sibi veritatis testimonia concinnantur. *Petrus*, fide regna vicisse sanctos. *Petrus*, Principi mundi resistendum in fide. *Ioannes*. [Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra.]

Fides necessaria.

36. **O**RIGEN. *lib. in Iob.* Sicut Sol nisi vibraverit super faciem terræ, nullus ex fructibus eius crescit, nec adolescit nec maturescit. Similiter nisi per fidem veritas fulfillerit in animabus hominum, nunquam erunt acceptabiles coram Deo absque fidei lumine: & sicut nihil est delectabile hominibus sine luce, ita nihil est delectabile nec acceptum Deo absque fidei lumine. & quemadmodum in rebus corporalibus nec agricolatio per se sufficit ad conuehendum fructus, nisi cælum quod terræ circumfunditur, opituletur: imo potius nisi opituletur is qui cælum gubernat, faciens id quaecumque vult, neque cælum, vel potius ille, penes quem est rerum prouidentia, fecerit, vt exoriantur e terra ea quæ solent exoriri, sine agricultura. Semel enim hoc fecit, in hoc quod dixit:

[Producat terra herbam] graminis seminans semen iuxta genus, & similitudinem: sic nec virtutum operationes absque fide eorum qui sanantur, perfectum opus præstent ad sanitatem conferendam, nec fides qualicumque fuerit, absque diuina virtute.

Idem.

LACTANTIUS *lib. 6. cap. 9.* Omnis iustitia eius similis est humano corpori caput non habenti, in quo tamen membra omnia & locis suis consent, & figura, & habitudine, inde, quoniam deest id quod est omnium principale; & vita, & omni sensu caret. Itaque membra illa, formam tantummodo membrorum habent, vsum non habent: tam scilicet quam caput sine corpore: cui similis est qui cum Deum non ignoret, uiuit iniuste. Id enim solum habet quod est summum, sed frustra, quoniam virtutibus tanquam membris caret. Itaque vt sit viuum ac sensibile corpus, & agnitio Dei necessaria est quasi caput, & omnes virtutes quasi corpus. Ita fiet homo perfectus, ac viuus, sed tamen summa omnis in capite est, quod quamuis constare non possit sine omnibus membris, sine quibusdam tamen potest, & erit quiddam vitiosum ac debile, sed non viuus: sicut & is qui Deum nouit, & in aliqua re peccat: dat enim veniam peccatis Deus. Itaque sine membris aliquibus viuus potest, sine capite nullo modo.

Fides remedium vniuersale contra omnia peccata.

HILARIUS *lib. 2. de Trinit.* Vt quædam medicamentorum genera sunt ita comparata, vt nõ in singulis tantum ægitudinibus vtilia sint, sed omnibus in commune medicantur, habentque in se virtutem generalis auxiliij: ita & fides Catholica non aduersus singulas tantum potestates, sed contra omnes morbos opem medelæ impertit, non infirmanda genere, non vincenda numero, non diuersitate fallenda, sed vna atque eadem aduersus singula omniãque consistit.

Fides seruanda ne pereat.

CYRILLVS IEROSOLYMITAN. *Catechesi* 2. Dices, fidelis sum, non me apprehendet concupiscentia, etiam si aliquid concupiero obscuro. An ignoras quod etiam in petra quandoque radix agitur, & sæpe manet? Ne suscipias semen quoniam perdet fidem tuam: priusquam floreat, radicem erue malum, ne si ab initio neglexeris, postea nequidquam incidas, & ignem magis excites: lippitudinem incipiam tempestiuè cura, ne cum excæcatus fueris, tum demum frustra medicum quæras.

Fides in omnibus inuenitur necessaria.

IDEM *Catech. 5.* Nec apud nos tantum qui fideles appellamur, magnum quid fides est, verum etiam omnia quaecumque in mundo geruntur, & quæ ab his qui sunt extra Ecclesiam, peraguntur, in fide consistunt. Fide sunt leges nuptiales quæ diuersos in idem copulant, & homo alienus per eam quæ est in contractibus sponsalitiis fidem, corporum & pecuniarum particeps efficitur. Fide etiam consistit agricultura: nisi enim crederet vsum fructum se percipiturum, non sustineret eos labores: fideles & hi qui nauigant in mari: exiguo enim ligno credentes instabilem fluctuum agitationem fauissimam elementi pro terra commutant, & incertæ spei sese exponunt, & omni anchora tutiorem circumferunt fidem. Per fidem itaque pleraque omnia consistunt humana negotia: idque non tantum apud nos sic creditur, verum etiam apud eos qui sunt extra. Quamuis enim

non recipiant scripturas, sed suas quasdam proferant ordinationes, fide etiam illa recipiuntur. Quomodo continebit se puella, & iuuenis sibi temperabit, si non crediderit immarcescibilem esse castitatis coronam? & infra: Quomodo semen sinapis in paruo grano multos continet ramos: sic & fides in paucis verbis omnem tam veteris quam noui testamenti pietatis cognitionem inuoluit.

Fidei laudes.

41. **E**VSEBIVS EMISSIVS *Hom. 2. de symbolo.* Fides religionis catholicae lumen est animae, ostium vitae, fundamentum salutis aeternae. Quicumque hac derelicta, velut pessimum ducem proprium sequitur intellectum, sic facit quomodo si absque fundamento aedificet domum, aut si praetermissio ostio velit introire per tectum, vel si nocte sine lumine inferat gressum, totum se clausis oculis vergeat in profundum.

Fides oppugnata magis floret.

42. **C**HRYSTO. *Sermon. in Inuentum & Maximam Mariyam.* Sicut plantae irrigatae magis crescant, ita & fides nostra oppugnata magis floret, & seditione agitata incrementa maiora sumit. Neque horti aquis irrigati ita germinant, & fecundi sunt, ut Ecclesiae si martyrum irrigentur sanguine.

Fides necessaria ad salutem.

43. **M**ATTHAEI 10. *Esote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae.* **C**HRYSTO. *Hom. 24. in Matth.* Quomodo serpens totum seipsum tradit, nec minimum curat si corpus incidatur, donec caput suum integrum seruet: eodem quoque modo praeter fidem caetera perdere non curat; profundas vniuersam tuam pecuniam, tradas corpus, vitae si opus est minime parcas, dummodo fidem serues, quae caput est & radix, qua seruata etiam si omnia perdas, omnia tamen rursus maiori cum magnificentia recuperabis. Vide infra, num. 57. ex Ambrosio.

Fides, & opera.

44. **I**DEM *Hom. 18. operis imperfecti.* Sicut lucerna non quidem ex oleo accenditur, sed per oleum nutritur: sic fides non quidem ex opere nascitur, sed per opera nutritur. & infra: Sicut qui audit, quia mel dulce est, nec gustat de illo, nomen quidem mellis cognoscit, gratia autem eius naturae ignorat: sic & qui audit quia Christus filius Dei est, iustitia autem eius non fuerit usus, tantummodo nomen Christi cognoscit, gratiam autem naturae eius ignorat. *Idem hom. 25.* Sicut quando radix est viua, necesse est ut aut ramos producat, aut folia: si autem non produxerit, sine dubio intelligis quod radix eius in terra siccata est: sic quando fides cordis intra est, semper germinat confessionem in ore; si autem confessio non fuerit oris, intellige sine dubio quia fides cordis eius iam ante siccata est.

Fides fundamentum virtutum.

45. **C**HRYSTO. *Hom. 20. super Matth.* Sicut domus quae habet validum fundamentum, si pars aliqua parietis vel tecti ceciderit, ruina eius magna non erit, quia potest fieri ut iterum reparetur: si autem fundamentum eius casum fuerit passum, tunc est ruina magna, quia tota venit deorsum: sic & Christianus, si aut fornicatus fuerit, aut adulteratus, aut homicidium fecerit, cecidit quidem, tamen ruina eius magna non est: quia penitentia iterum potest surgere, sicut David: si autem de fundamento fidelis aliquid fuerit passus, id est, si praeuaricatus fuerit, &

ad gentiles, aut haereticos transierit, tunc est ruina eius magna, quia totus funditus ruit. *Idem ibid. hom. 40.* Sicut in turri consistentes duo bona conseruantur: & hostium irruptionem ipsi non facile patiuntur, & hostes de turri facile conerunt: sic & qui in fide Christi consistunt vel in lege Dei, & daemones super irruere non sinunt, & spiritualibus bonorum operum sagittis eos facile vulnerant.

Fides & opera.

46. **C**HRYSTO. *Hom. 53. in Matth.* Sicut qui seminandi causa accipiens semen, tempore sementationis non seminauerit, damnum facit domino suo. & si non perdidit semen, est tamen tantum damnum quantum poterat fructum facere si opportuno tempore seminasset: sic qui accipit fidem Christi, & in hoc tempore sementationis, non fuerit operatus iustitiam, etiam fidem suam non perdidit, tamen tantum videtur peccasse quantum potuit iustitiam facere, si non neglexisset. & infra: Sicut pecunia haec corporalis quidem si sit in sacco inclusa, ipsa est semper sola: si autem fuerit agitata de manu in manum vsu ipso multiplicatur. Vnde vsura dicitur ab vsu. Sic & fides Christi si quidem otiosa teneatur in corde, non solum ipsa manet quae fuit, sed adhuc minoratur in otio, & torpescit, & legnis efficitur, & paulatim per actus carnales examinata ad nihilum vadit: si autem exercitata fuerit scripturis, & loquutionibus assiduis suscitata, operibus bonis viuificata, non solum diu multiplicabitur, sed nunquam desinet crescere, donec viuere homo.

Num. 47.

47. **C**HRYSTO. *Sermon. in illud Apostoli: Oportet haerere esse.* Ut arbores bene & diligenter radicate, ventorum vi cum aguntur, hinc & inde solidiores fiunt: sic & bene solidatas animas in fundamento verae fidei, quaecumque irruunt haerese, reddunt fortiores, tantum abest ne subuertant.

Fidem oportet esse integram.

48. **I**DEM **C**HRYSTO. *in cap. primum ad Galat.* Quomodo in moneta regia, qui paululum aliquid amputat de impressa imagine, totum numisma reddit adulterinum: ita quisquis sanae fidei vel minimam particulam subuerterit, in totum corrumpitur, ab hoc initio semper ad deteriora procedens.

Fides firmat animam.

49. **A**D *Hebraeos 6.* Quam sicut anchoram habemus animam uitam. **C**HRYSTO. *super hunc locum hom. 11.* Sicut enim anchora iacta de nauis non permittit eam circumferri, licet innumeri venti commoueant, sed iacta firmam facit. Sic & fides, non enim dixit fundamentum, quod dissonaret, sed anchoram. quod enim in fluctu marino est, & non valde videtur supra mare fixum esse, sicut quod supra terram stat, & mouetur, & non mouetur: *Idem serm. aduersus haereticos,* est lapis quidam quem Chrysaunio vocant, quo probatur aurum adulterinum, & nothum: si ille alteratur, ostenditurque purum, & immixtum, incorruptumque numisma. Hunc indicem ego fidelissimum hominum cor dixerim. Nam qui de fide rationes orthodoxorum, & aduersariorum accipiunt, & in communionem cordis quasi atterunt & probant, inueniunt fidem orthodoxorum sinceram & puram, prauamque aliud sententiarum opinionem, & fidem esse adulterinam.

Fides oppugnata magis elucet, & sinapi comparatur.

50. **A**MBROS. *Sermon. 1.* Sicut granum sinapis prima fronte specie sui est paruam, vile, despectum, non

non saporem praestans, non odorem circumferens, non indicans suauitatem. At ubi teri coeperit, statim odorem suum acrimonia exhibet: cibum flammee faporis exhalat, & tanto feruoris calore succenditur, ut mirum sit in tam friuolis granis tantum ignem fuisse conclusum: cuius etiam seminis cibum homines hycmis tempore praecipuae magna pro suauitate percipiunt, quatenus repellant frigora, humores egerant, viscerum interna calefaciant. Saepe etiam capiti ex hoc adhibetur medicina, ut siquid inualidum, siquid aegrotum fuerit, sinapis igne curetur: ita & Christiana fides prima fronte videtur esse parua, uilis, tenuis, non ostendens potentiam suam: At ubi diuersis tentationibus teri coeperit, statim vigorem suum prodit, acrimonia indicat, calorem dominicae credulitatis aspirat, & tanto diuini ignis ardore iactatur, ut & ipsa ferueat, & participantem sibi, ardere compellat. Granum sinapis membrorum viscera calefacit, fidei autem vigor, cordium peccata comburit. Illud quidem, asperum algorem frigoris remouet, haec autem delictorum diabolicum frigus expellit. Sinapis, iniquos humores corporis decoquit, fides autem libidinum fluentia consumit. Per illud medicina capiti procuratur, per fidem autem, spirituale caput nostrum, quod est Christus, saepius refouetur, & fidei iuxta comparationem sinapis, odore sancto perfuimur. *Idem serm. 2.* Sicut cum sinapis succum sumimus, vultu contristamur, fronte contrahimur, ad lacrymas permouemur, & ipsam salubritatem corporis nostri cum quodam fetu austeritatis accipimus: illinc enim nos amaritudo exasperat, acrimonia penetrat; hinc calor ignei faporis accendit, & toto perturbati corpore tunc magis sani effimur, cum amplius deploramus: ita & cum fidei Christianae mandata percipimus, contristamur animo, affligimur corpore, ad lacrymas permouemur, & ipsam nostram salutem cum quodam fetu ac moerore consequimur, inde ieiunia nos exasperant, illinc peccatorum conscientia macerat, hinc patrimonij iactura perturbat, & toto contristati habitu magis salutem consequimur, si amplius desicemus, sicut Dominus ait, *Luc. 16.* [Vos plorabitis, & flebitis.] & *Matth. 5.* [Beati qui lugent.] Quod succus sinapis in corpore, hoc fides Christiana operatur in anima.

Fides necessaria ad salutem.

50. **A**VGVSTIN. *In Prologo de fide ad Petrum.* Tale est, si sine vera fide quis velit Deo per contemptum seculi placere, quale si quisquam tendens ad patriam, in qua se scit beatè esse victurum, relinquat itinere rectitudinem, & improvidus sectetur errorem, quo non ad beatam ciuitatem perueniat, sed in praecipitium cadat, ubi non gaudium peruenienti datur, sed cadenti interitus inferitur.

Fides à Deo, & qualiter assumenda.

51. **P**ETRVS **C**HRYSTO. *Sermon. 60.* Fidem quam credimus & docemus, non atramento, sed spiritu committamus, pectori, non carthae, demus memoriae, non libro, ne diuinum munus violent res humanae, ne caeleste secretum arbiter prophanus assumat. Solippientibus oculis non lucem tribuit, sed tenebras, vinum febricitantium vires non reparat, sed enervat: sic perfidis perniciosum est sine fide fidei sacramentum.

Fides, & opera.

52. **M**ATTH. 13. *Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset, apparuerunt zizania.* *Idem, Sermon. 97.* Quod laet in herba, manifestatur in spica: & quod celatur in gramine, aperitur in fructu: sic quos

credentes putamus pares, fide dispares inuenimus: sic iudicij prodit mellis quod Ecclesiae germen occultat, iuxta illud dictum Dominicum: [Ex fructibus eorum cognoscetis eos.] Flores multi, multitudinem fructuum pollicentur, sed examinati ventorum flabris, ad fructum paucissimi perseverant. Sic credentes in Christo multi, Ecclesiae videntur in pace: ubi autem persecutionis procella perflauerit, pauci martyrij reperiuntur in fructu.

Vera fidei laudes.

53. **B**ASILIVS *hom. 3. Exameron.* Quanto in castis sibi que temperantibus feminis pulchritudo est meretricia praestabilior; tanto fidei nostrae sermones praecellunt ad exteriorum dogmata collari. **D**ROGO *Hosienis, lib. de sacramento dominicae Passionis.* Hilarius pupilla lucide speculatur, fides est pupilla oculi tui. Quomodo pupilla oculi est subtilissima, & nisi integre ac solite custodiatur à palpebris, leuissimi ac tenuissimi pulueris tactu confunditur. Sic acies fidei, nisi perugilem semper habeat custodiam, nihil citius conturbatur. **C**HROMATIUS *in cap. quantum* *Matth.* Lucerna corporis, sensus mentis & fides cordis intelligitur, quae si in nobis pura & lucida fuerit, sine dubio omne corpus nostrum illuminat. Idcirco autem lucerna in comparatione fidei ponitur: quia sicut lucerna, incedentium in nocte gressus illuminat, ne aut in foueas aut in offendicula quaeque ambulantes incurrant: ita in hac seculi nocte, splendor fidei, omnes vitae nostrae gressus praevante lumine veritatis illuminat, ne aut in foueas peccatorum, aut in offendicula diaboli incidamus.

Idem.

54. **M**ATTH. 5. *Vos estis sal terra.* *Idem CHROMATIUS super hunc locum.* Itaque sicuti sales cum operantur in carne qualibet, corruptelam non admittunt, fetores auferunt, sordes expurgant, vermes non sinunt generari: ita & caelestis gratia, ac fides quae per Apostolos data est, simili exemplo in nobis operatur: aufer enim carnalis concupiscentiae corruptelam, peccatorum sordes expurgat, odorem malae conuersationis excludit, vermes delictorum non sinit generari, id est, de corpore libidinosas & mortiferas voluptates exurgere, conseruans corpora nostra etiam ab illo immortali verme, qui indefessa poena, peccatores exercuiat, de quo scriptum est: [Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.] & sicuti sales à foris quidem apponuntur: intrinsecus verò operantur per virtutem naturae suae: ita & caelestis gratia exteriora hominis atque interiora perpenetrat, & totum hominem integrum à peccato incorruptumque conseruat.

De fidei perseverantia.

55. **C**YPRIANVS *lib. 1. Epistola 3.* Manere debet caput nos, frater, fidei robur immobile, & stabilis atque inconcussa virtus contra omnes incurfus atque imperus oblatrantium fluctuum, velut petrae obiacentis fortitudine & mole debet obistere. & *lib. 4. Epistola 2.* Graues viros, & semel supra petram robustam solida stabilitate fundatos, non dico aura leui, sed nec vento, nec turbine commoueri, ne animus dubius & incertus variis opinionibus veluti quibusdam ventorum incusantium flatibus frequenter agitetur à proposito suo, & quadam leuitatis reprehensione mutetur.

Idem.

56. **C**HRYSTO. *hom. 2. Operis imperfecti.* Quomodo si princeps aliquis, imperatoris vi-

dens ciuitatem Romanam ab hostibus impugnari, cum possit liberare eam, & neglexit defendere, ipse videbitur tradidisse quam potuisset liberare, si voluisset ita & tu vidēs veritatem ab impiis expugnari, cum eam potuisses defendere, si loqui voluisses, taccens expugnasti, per hoc ipsum quod compallus es expugnari.

Idem.

57. **A**MBRÓS. *serm.* 20. Fertur coluber cum vrgetur periculo caput semper abscondere, & in orbem se colligens obiecta reliqua parte corporis, hoc solum tueri; quod illa feratur membra caetera, saluo capitis vigore reparare. Hoc & tu moraliter serua caput: hoc seruato, mysticè, hoc capite quod Christus est, seruantur, humani serpentis etiam si omnia membra cadantur. Totum vratur corpus incendiis, mergatur in profundo, euisceretur à bestis, hoc tamen capite custodito, verè salus integra est. Vide *suprà*, num. 43. *ex Chryso.*

Symbolum est summa fidei, & quare sic dicitur.

58. **P**ETRVS CHRYSOL. *Serm.* 61. in *Symbolum Apostolorum*. Sicut fons ore angusto manans, magnis fluuiorum laticibus ampliatur: Sic fides symboli breuiato sermone credulitatis latissimos dat meatus. & sicut radix altè fixa in excelsum germen se protendit: fides sic radicata pedtoris in profundo in excelsum credulitatis cacumen attollitur. **CYPRIANVS** in *Symbolum Apostolorum*. In bellis ciuilibus hoc obseruari ferunt, quoniam & armorum habitus par & sonus vocis idem, & mos vnus est, atque eadem instituta velandi nequa doli surreptio fiat, symbola discreta vnusquisque dux suis militibus tradit, quæ Latine signa vel indicia nominantur, vt si forte occurreret quis de quo dubitetur, interrogatus symbolum prodar, si sit hostis, an socius. Idcirco denique hæc non scribi carthulis atque membranis, sed retineri cordibus tradiderunt, vt certum esset neminem hæc ex lectione, quæ interdum peruenire etiam ad infideles solet, sed ex traditione didicisse sufficere. Discessuri ergo ad prædicandum istud vnanimitate & fidei suæ iudicium Apostoli posuere, **EVSSEB. EMISSEN. hom. de symbolo**. Sicut nonnullis scire permissum est, apud veteres symbola vocabantur, quod de substantia collecti in vnum sodales in medio conferebant, ad solemnes epulas, & ad cœnæ communes expensas: ita & Ecclesiarum Patres de populorum salute solliciti, ex diuersis voluminibus scripturarum collegerunt testimonia diuinis græua sacramentis. Disponentes itaque ad animarum pastum salubre conuiuium, collegerunt verba breuia, & certa, expedita sententiis, sed diffusa mysteriis, & hoc symbolum vocauerunt. Quomodo si aliquis pector egregius, ex multarum pulchritudine personarum vnã aliquam vellet coaptare, & exprimere personam ex plurimis speciebus, speciosas deferat, ac diuersas vuluam gratias in vnã faciem colligat, & de præcipuis præcipuas eligat, & vnã ex plurimis formam artificis dispositione componat. Aut quomodo si aliquis possessor diffusus ac locuples, migraturus ad aliam regionem, quascumque opes habet in aurum ac gemmas redigat, & intra vnũ saccum congreget bona sua, non cumulo æstimanda, sed pretio, vt facile quocumque vadit, summas secum possit conferre diuitias, concludens in sinu suum thesaurum: Ita Ecclesiarum magistri, studiosissimi, salutis nostræ negotiatores in scripturis sanctis de magnis maxima separauerunt in mentium pagina inscribenda, vt cuilibet cordi quamuis angusto, quamlibet rustico, sine vllius difficultatis impedimento facile insinuari possit veritatis agnitiō.

Fides in sanctos, *vide* sancti, num. 17.

Trinitatis fides, fundamentum omnium: *vide*, *Trinitas*, 10. 30.

FILII ET PARENTES.

Filiorum amor erga parentes, & reuerentia, 1. 4. 7.

12. 15. 17. 30. 31.

Filii quæ nomina imponenda, 2.

Filius imitatur mores patris, 3. 33.

Pater & filius quid in scriptura significet, 5.

Parentum cura erga filios, 2. 6. 32.

Filius qualiter puniatur ob peccatum patris, 7. 8. 9.

19. 20. 21.

Parentum malitia non obest animabus filiorum,

7. 20.

Filij lactandi à propriis matribus, 10.

Consolatio parentum in morte filiorum, 11. 35.

Parentum amor erga filios, 13. 16.

Ex parentibus malis, filij nascuntur aliquando boni, 14.

Patres reprehendere debent em filios, 118.

Quare honorare debemus parentes, 22.

Obediendum magis Deo quam parentibus, 22. 24.

De crudelitate parentum erga filios, 34.

In virtute educandi pueri, 36. 38. 40. 43.

Curandum de filiis tanquam de Templo Dei, 37.

Percutere & maledicere parentibus dignum morte, 28.

Aequalis pœna maledicentibus parentibus, & Deum blasphemantibus, 28.

Non obliuisci oportet parentum, 28.

Dignitas filiorum Dei & sanctorum, 29.

De pedagogo selecto providendum est filiis, 39. 41.

Qualis honor deferendus parentibus, 23.

Parentes relinquendi propter Deum, 24. 31.

Honorantibus parentes, quare & quale premium assignetur, 25. 26. 27.

Honorantibus parentes quinque desiderabilia promittuntur, 27.

Patrum benedictio à Deo, 17. 18.

Cur plus diligatur vxor quam parentes, vide matrimonium, num. 9. 11.

Religio præponenda parentibus & cognatis: vide, religio, num. 28. 32.

Filiorum amor erga parentes.

GENES. 1. *Producat aqua reptile, &c.* **AMBROS.** Quam bona mater sit aqua, etiam hinc considera. Tu o homo docuisti abdicatōnes patrum in filios, separationes, odia, offensas. Disce ergo ab aqua quæ sit parentum & filiorum necessitudo. Viuere pisces sine aqua non queunt, nec à sui parentis cōsortio separari, quin moriantur illico, quia quod nobis est spiritus, illis est aqua. *Genes. 2. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem.* **HVGGO DE SANCTO VICTORIS.** Relinquet, id est, nunquam carnaliter adhærebit, non autem relinquet habitatione, aut omnino dilectione, sed priuilegio dilectionis, quod ad vxorem transferre debet. **D. THOMAS.** 22. *quest.* 26. *ar.* 11. *ad primam.* Non quantum ad omnia relinquitur pater

pater & mater propter vxorem. In quibusdam enim magis debet homo assistere parentibus quam vxori.

Filiis quæ nomina imponenda.

2. **G**ENES. 4. *Quem vocauit Enos, iste cepit inuocare nomen Domini.* **CHRYSOST.** In nominū horum impositione non solum parentum monstratur pietas, sed & magna erga pueros, diligentia. Vide quomodo statim à principio erudiebant pueros, admonentes appellationibus quas illis imponebant, vt virtutem exercerent: non sicut nunc fortuito, & absque causa nomina sunt. Dicunt enim, iuxta nomen aui, vel ab aui nominetur puer, qui impius fuit, eiusque prauos mores hæreditat puer cum nomine. Igitur & vos nec vulgaria nomina pueris vestris imponatis, nec auorum & abauorum etiam clarorum nomina tribuatis, sed sanctorum virorum qui virtutibus fulserunt, vt virtutum eorum imitatores sint.

Filius impietatem patris imitatur.

5. **G**ENES. 9. *Porro Cham ipse est pater Chanaan.* **CHRYSOST.** Dicitur de Cham quod sit pater Chanaan, ad declarandam illius intemperantiæ nimietatem, quod nec calamitatis magnitudo illum coercere potuit, nec tanta in arca angustia inrestratam illius concupiscentiam sedauit, sed quamuis lenior frater nondum filios procreauerat, hic incontinentiæ deditus, rei veneræ deditus fuit, iam ab initio mentis suæ malitiam monstrans, vt cum postea viderimus magna ingratitude erga parentem vri, scire possimus quod iam olim talis fuerit, vt nec à tanta calamitate fuerit humiliatus. **AMBROS.** Ad coaceruandum delictum ipsius Cham, addita est eius generatio. Qui cum haberet filium, & pater esset, solus ipse patrem non cognouit, qui magis cognoscere debuisset, & ideo improbum meruit habere filium, quia improbus fuerat pater. *& infra.* Vtique Chanaan natus non erat, addit tamen nomen filij, vt & vitio patris deformaretur filius, & pater filij nequitia grauaretur. Pater igitur in filio, & in patre filius redarguuntur. Nec poterat fieri vt bonum generaret filium qui bono patri nequam filius & natura & eruditionis degener extitisset. **CAIETAN.** Non solum erat natus Chanaan quartus filius Cham, quando Noë inebriatus est, sed nunciante ipso Chanaan puero, cognouit Cham patrem nudatum, & vidit. Vide verbum, *exempla*, nu. 10. & 16.

Filiorum erga parentes reuerentia.

4. **G**ENES. 9. *At verò Sem & Iaphet pallium imposuerunt humeris suis, &c.* **CHRYSOST.** Vide beneuolentiam filiorum. Ille euulgauit, isti nec videre potuerunt. Vide illorum mansuetudinem, nec increpant, nec verberant fratrem, sed mox curarunt emendari & honestari factum. **AMBROS.** Nudatum patrem boni filij videre cauerunt, ne paterna reuerentia, vel ipso minueretur aspectu. Siquidem etiam tacito vultu pietas frequenter offenditur. Vnde etiam Romæ vetus fuisse vsus dicitur, ne filij cum parentibus & maxime puberes, intrarent lauacrum.

Pater quid significet in scriptura.

5. **G**ENES. 4. *Qui fuit pater habitantium in tentoriis, &c.* **LIPOMAN.** Patrem Hebræi appellant principem, reque alicuius auctorem. In Chaldeo habetur: [Ipse fuit magister habitantium in tabernaculis, & possidentium pecora.] *& super Genes. 1. Idem* **LIPOMAN.** Obseruanda est phrasis Hebrææ, quæ homines appellat *filios hominis, filios Adam*, id est, homines. Sic Græci, filios medicorum, filios Indorum,

medicos, & Indos, appellant. Vnde cum in Euangelio Deus appellat se *filium hominis*, idem est ac si vocaret se hominem, non filium virginis, vt aliqui interpretantur.

Parentum cura erga filios.

6. **G**ENES. 6. *Noë iustus & perfectus in generationibus suis.* **CAIETANVS.** id est, Non solum fuit perfectus in semetipso, sed etiam in generationibus suis Sem, Cham & Iaphet. Ita quod seruauit se & filios suos sine defectu mortali: intellige ante diluuium. Post diluuium enim peccauit Cham.

Quomodo filij propter parentum peccata puniantur.

7. **G**ENES. 9. *Maledictus Chanaan, seruum seruorum erit fratribus suis.* Non maledicit Cham patri, sed filio eius Chanaan. Primum, ait **CHRYSOST.** & **THEODORETVS**, ne videretur maledicere, quem Deus semel benedixerat. Suprà enim dictum est, quod benedixit Deus Noë exeunti de arca, & filiis eius. Secundò, ait etiam **AMBROS.** Maledicitur filius, & non pater, quia plus afficitur pater iniuriis filij sui, & vehementius contristatur ob naturalem in filios amorem: vnde sæpenumero patres orant, vt filiorum pœnas ipsi ferant. Tertio, ait **THEODORVS**, iusta vltio fuit, vt cum filius esset, cum peccaret contra patrem, in filio suo puniretur. Quarto, ait **CHRYSOST.** Non solum propter peccatum patris maledictione accepit, sed propter sua ipsius. Vnde ait **THEODORETVS**: non execrationem, sed prædictionem iusti Noë verba esse. Quintò, ait **AMBROS.** vel certè diutius pœna producit cum etiam ad filium vsque protenditur, & successoris afflictio in tempora multa profertur. Sextò, ait **LIPOMANVS**: Cum filius aliquid sit patris, vt pote ex eius substantia natus, quantum ad corpus, rectè quantum ad corporalia pro peccato parentum puniri potest. Vnde verum habet illud: [Visitans iniquitatem patrum in filios vsque in tertiâ & quartam generationem.] Nō sic quoad animam, ita vt spiritualia dona gratia, ac virtutum filius subtrahantur propter culpam parentum. Animam quippe habet homo non à parente, sed immediate à Deo. Hæc autem maledictio Chanaan malum quoddam temporalis pœnæ fuit, corporalis scilicet seruitutis. **CHRYSOST.** *super illa verba Genes. 10. De terra illa egressus est Assur, & edificauit Nininim, & plateas ciuitatis.* Animaduerte hic quod nihil offendit naturam nostram primogenitorum malitia. Nimirum enim misericordiam Dei pœnitentia sibi conciliauerunt, renocata illius sententia, & tamen inter primos primogenitores habuerunt Cham patricidam: deinde Nemroth hominem tyrannum, & pernicacem: & Assur, &c. Sed quia manifestam præ se tulerunt pœnitentiam, nihil illis obfuit primogenitorum malitia, sed tantum sibi celestis fauoris conciliarunt, vt vsque nunc celebretur præclara eorum pœnitentia.

Idem.

8. **G**ENES. 12. *Flagellauitque Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai.* **CHRYSOST.** Quæ de causa cum rex peccet, omnes de domo eius sunt pœnæ participes? Non absque re hoc fit, sed vt grauius puniatur, & grauiori pœna eius infamia compefcat. Sed dices: Num iustum est propter illum alios puniri? Non propter illum in solum pœnam sustinuerunt, sed verisimile est eos cooperatos fuisse, vt aliquando committeretur iniq̄itas. *suprà* enim dictum est, quia [vt viderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt illam, & sublata est mul-

lier.] Ecce quomodo lenonis egere officium in regis gratiam.

Idem.

9. GENES. 19. Igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorram sulphur, & ignem, &c. AL- CUVINS. Infantes quoque cum parentibus cremati sunt, vt impiissimum Sodomitarum intelligamus peccatum, ne scilicet de eorum origine aliquod remaneret vestigiū, & prouisum est etiam infantibus, ne postea sequerentur exempla parentum, & vt lenius punirentur. est enim qualecunque beneficium non reum esse qui gloriosus non est. Sicut prodest pauperem non esse qui rex esse non potest. Parentes autem tam pro se quam pro eis rei sunt. Mors enim filiorum, crimen est parentum. Ideo futuri sunt accusatores eorum.

Filij lactandi à propriis matribus.

10. GENES. 21. Quis auditurum crederet quod Sara lactaret filium? AMBROS. Prouocantur foeminae meminisse dignitatis suae, & lactare filios suos. Hæc enim matris gratia, hic honos quo se proptis commendat viris, qui eos amare filios solent, quos ipsa matres lactauerint vberibus suis. Sancta Virgo Maria beata ob hoc dicitur: [Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ fuxisti.]

Patrum consolatio in morte filiorum.

11. GENES. 22. Cùmque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altari, &c. Multi estis patres in Ecclesia Dei (ait ORIGEN.) qui hæc audistis. Vnusquisque vestrum adducat sibi in exemplum Abraham, & magnanimitatem eius ante oculos ponat, vt cùm forte amittitur filius morte communi, & omnibus debita, etiam si sit vnicus, etiam si sit dilectus, tantum constantiæ tantumque animi robur acquirat. Et quidem à te non exigitur istud animi magnitudinis, vt ipse alliges filium, ipse constringas, ipse iugales. Proposito saltem & mente constans esto, hæc fixus, lætus offer filium Deo. Esto Sacerdos animæ filij tui, Sacerdotem autem immolantem Deo, non decet flere. Vnde Dominus: [Si filij Abraham estis, opera Abraham facite.] Ecce istud est opus Abraham, facite ergo opera Abraham. Sed nõ cum tristitia, [hilarare enim datorem diligit Deus,] ostende quia fides in Dominum fortior est, quàm carnis affectus. Abraham quidem amabat Isaac filium suum, sed amor carnis prætulit amorem Dei.

Amor filiorum erga parentes.

12. GENES. 24. In tantum dilexit eam vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret. LIPOMAN. Perpendere licet quàm ardentem sanctus vir matrem dilexerit, quam iam cùm per tres annos desseuisset, necdum dolorem, quem ex eius morte conceperat, sponfam charissimam accipiendo, ac valde diligendo, profusus extinxit, sed temperauit.

Amor parentum erga filios.

13. GENES. 27. Nunc ergo fili acquiesce consilio meo, &c. AMBROS. lib. de Iacob, & vna beata. Hinc cauendum docemur, ne quis dum horum intendit exemplo, vnquam inter filios habeat iudicium, vt alterum diligendum putet, alterum posthabendum. Hinc enim excitantur odia fraternalia, & de pecuniæ vilis incremento facinus parricidiale componitur. Eadem foueat prolem mensura pietatis. Esto tamen vt aliquid sibi ampliùs circa blandiorem, aut similio- rem rapiat affectus, par debet circa omnes esse forma iustitiæ.

Ex parentibus malis filij boni nascuntur aliquando.

GENES. 30. Ex parte decorauit eas, &c. & in affectu eorum conciperent, &c. Hieron. Nec mirum hanc in conceptu foeminarum esse naturam, vt quales perspexerint siue mète conceperint, in extremo voluptatis aestu quo concipiunt, sobolem talem procreent. Cùm hoc ipsum etiam in equarum gregibus apud Hispanos dicatur fieri: & Quintilianus in ea cõtrouersia in qua accusatur matrona, quod Æthiopem pepererit, pro defensione illius argumetur hanc conceptus esse naturam, quam supra diximus. & scriptũ reperitur in libris Hippocratis, quod quædam suspitione adulterij fuerat puniendi, cùm pulcherrimum filium peperisset, vtrique parenti generique dissimilem, nisi memoratus medicus soluisset quæstionem, monens quærere num forte talis pictura esset in cubiculo, qua inuenta, mulier à suspitione liberata est. CYRILLVS. Ex malis parentibus oues varias gigni typus fuit ex infidelibus fideles nascituros esse. Nam ex lapidibus potens est Deus suscitare filios Abraham.

Filiorum erga parentes reuerentia.

GENES. 31. Ne irascatur Dominus meus quod coram te assurgere nequeo, quia iuxta consuetudinem foeminarum accidit mihi. AMBROS. Nemo credat paternæ pietatis læsam esse reuerentiam, quod stante patre fudet Rachel. Quoniam scriptum est: [qui plus diligit patrem aut matrem quàm me, non est me dignus.] Vbi causa agebatur religionis, fides debuit habere sedem iudicij, & quasi rea stare perfidia.

Amor parentum erga filios.

GENES. 37. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos &c. AMBROS. Instruimur hinc qualis esse debeat affectus parentum filiorumque gratia: Amare liberos dulce, & impensius amare per dulce. Sed frequenter amor ipse patrius, nisi moderationem teneat, nocet liberis. Si autem nimia indulgentia, dilectum resoluet: aut prelatio vnus ceteros ab effectu germanitatis auertet. Plus acquiritur filio, cui fratrum amor acquiritur. Hæc diuor hereditas filiorum. Iungat igitur liberos æqualis parentum gratia, quos iunxit æqualis natura. Quid miraris si propter fundum, aut domum, oriuntur inter fratres iurgia, quando propter tunicam inter Iacob sancti filios exarsit inuidia? Quid ergo? Reprehendendus Iacob quia præferebat vnum ceteris? sed nec libertatem possumus auferre parentibus, ne plus eos diligant, quos plus credunt mereri, nec filiis refecare debemus studium plus placendi. Igitur Iacob illum plus amabat, in quo maiora virtutum insignia præuidebat, vt non tam filium pater prætulisse videatur quàm Propheta mysterium. Sequitur: Quod cùm patri suo & fratribus tenuisset, increpauit eum pater suus, &c. CHRYSOST. Sciens pater quod fratres inuidebant ei, propter hoc increpauit puerum. LIPOMANVS. Non tamen puero irascebatur, non odibat, non inquietus erat, sed Deo totum commisit. Nihil tamen interim omnitens, quæ vt pater agere debebat, puerum reprehendit quasi præsumptuosum, ambientem imperium, non solum in fratres, sed etiam in se; dicens: [Num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?]

Filiorum erga parentes reuerentia.

GENES. 48. Qui assumptis duobus filiis Ephraim & Manasse, ire perrexit. AMBROS. lib. de benedi-

meditionibus Patriarcharum. Primum omnium quantum dicimus parentibus referre reuerentiam, cùm legimus: [Qui benedicebatur à patre, benedictus erat, & qui maledicebatur, maledictus erat.] Ideo hanc parentibus gratiam donauit Deus, vt filiorum pietas prouocetur. Prærogatiua igitur parentum, disciplina est filiorum. Honora ergo patrem, vt benedicat te, honoret pius patrem propter gratiam, ingratus propter timorem: et si pauper est, & non habet diuitiarum copias quas relinquat filiis, habet tamen vltimæ benedictionis hereditatem, quas sanctificationum opes successoribus largiatur, & multo plus est beatum quàm diuitem fieri. Ideoque & Ioseph festinabat à patre sumere benedictionem. Sequitur: Deus omnipotens apparuit mihi, &c. benedixitque mihi, &c. RVPERT. Prælocutus quidem est Patriarcha, vnde habeat dandæ benedictionis ius, aut officium, non enim dixit, Pater meus Isaac benedixit, quamuis & hoc factum sit, sed, Deus omnipotens benedixit mihi, quia benedictio non hominis est, sed Dei: & tunc valet benedictio, cùm ex Deo procedit, vel confirmatur testimonio Dei.

Idem.

18. GENES. 49. Deus patris tui adiutor tuus, & omnipotens benedicit tibi, &c. THEODORETVS. Hanc diuinam erga se curam meruisse ait, ob piam erga parentes suos curam ac diligentiam. Ideo enim ait: Deus patris tui erit adiutor tuus, &c. & infra: Benedixitque singulis benedictionibus propriis. CAIETAN. Sicut exigebat singulorum benedictio, sic quilibet filius est benedictus. Vt hinc intelligamus quod etiã illa quæ mala sunt, puta Simcon & Leui, vala iniquitatis, & alia similia mala culpæ, vel pænæ, sunt dicta benedicendo. Nam & arguere & punire, & præmonere, aliena non sunt à paternis benedictionibus.

Filij non puniuntur propter peccata parentum.

19. EXOD. 20. Visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generatione eorum qui oderunt me. Hieron. super Exech. cap. 18. Et nos scandalum patiebamur occultum, quod iniustitia videbatur Dei alium peccare, & alium luere peccata, sed ex eo quod sequitur: His qui me oderunt, comminationis, siue præcepti scandalum soluitur: non enim ideo puniuntur in tertiã & quartam generatione, quia deliquerunt parentes eorum, cùm patres potius puniri debuissent, sed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum, hæreditario malo & impietate quoque in ramos de radice crescente. Neque truculentia & senecitatis est iram tenere vsque in tertiam & quartam generatione, sed signum misericordiæ pœnam differre peccati. Vnde Moyses prius dixit: [Domine Deus miserator, & misericors, patiens, & multum miseratiouis.] & postea: [Reddens iniquitatem patrum super filios, & filios filiorum:] quasi dicat quod tantæ misericordiæ sit, vt non statim puniat, sed sententiam differat puniendi. AVGVST. lib. de quæstionibus noui & veteris Testamenti, cap. 14. Sicut iustorum filij, & ipsi iusti, nobilitant in se genus iustitiæ, dum & patrum, & sua iustitia sublimantur: ita & nequissimum & ipsi filij nequissimi crementum faciunt malitiæ, quia & malorum filij sunt, & nequitiam illorum exemplarunt ad perditionem multorum. Cum terrore ergo videtur loquutus Deus, sed verum est, & hoc habet ratio. Quis enim malum, & mali hominis filium non duplici genere execretur, quomodo bonum, & boni hominis filium duplici mercede censet honorandum?

Idem.

20. IBID. GREGOR. 15. Moral. cap. 22. Vnde fit vt iniquus filius iniqui patris non solum sua quæ ad-

didit, sed etiam patris peccata persoluat. Cum vitia patris quibus iratum Dominum non ignorat, etiam suam adhuc malitiam adiungere non formidat. & iustum est vt qui sub districto iudice vias parentis iniqui non timet imitari, cogatur in vita præsentis etiam culpam parentis iniqui persolvere. Vnde dictum est, [anima patris mea est,] &c. & [anima quæ peccauerit, ipsa morietur.] Quia in carne nonnumquam filij etiam ex patris peccato perimuntur. Delecto autem originali peccato ex parentum nequitia in anima non tenentur. Vnde paruli filij plerumque à dæmonibus arripiuntur: quia caro filij ex patris pœna muldatur. In semetipso enim percutitur pater iniquus, & percussio vim sentire contemnit. Plerumque autem percussio in filiis vt acridi vratur, & dolor patris carni filiorum redditur, quatenus per filiorum pœnas mens patris iniqua puniatur. Cùm vero iam pronectiores filij ex parentum culpa feriuntur, aperte datur intelligi, quod illorum etiam pœnas luunt, quorum facta secuti sunt. Vnde & rectè dicitur, vsque ad tertiam & quartam progeniem. Quia eo vsque eam quam imitantur filij parentũ vitam possunt videre, & vsque ad eos vltio extenditur, qui viderunt quod male sequerentur. Idem tenet CHRYSOST. super Psal. 84. Non in æternum irasceris nobis.

Idem.

IBID. ACATVS. Confer illud: Reddens peccata patrum in filios, &c. cum illo: Frustra percussisti filios vestros, disciplinam non recepistis: & intelliges quod mortem hanc communem filiis patrum qui peccauerunt, infert Deus, non quidem ad disciplinam filiorum qui iam mortui sunt, sed ad parentum punitionem. Quare & tertiam & quartam generationem nominauit. Ad hanc enim generationem humanum genus propagari solet, sicut de Iob dictum est: [Et vidit filios vsque in quartam generationem.] Sed contra quia in Ieremia dicitur: [Reddes peccata patrum in sinum filiorum ipsorum post eos,] id est, post mortem illorum, non vt ipsi puniantur. Respondet: Post eos, debere intelligi, id est, post illorum priorem pœnam, quæ filiorum pœnam præcessit.

Quare honorare debemus parentes.

EXOD. 20. Honora patrem tuum & matrem tuam. AMBROS. super epist. ad Ephes. cap. 6. Lex datur filiis, vt quia parentibus auctoribus constant, obediant eis, iustum est enim vt reuerentiam exhibeant eis per quos sunt. D. THOMAS in opusculo. Rationem huius præcepti reddit Philosophus, dicens, quod ex beneficio magno recepto à parentibus, non possumus eis respondere ex æquali: & ideo bene potest pater offensus expellere filium, sed non è conuerso. Dant autem parentes filiis tria: Primum stabilimentum quoad esse, iuxta illud Eccles. 7. [Honora patrem tuum: & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris: memento quia nisi per illos natus non fuisses.] Secundum, nutrimentum siue fulcimentum quo ad necessaria vitæ: nudus enim intrat filius in hunc mundum, vt dicit Iob, sed à parentibus sustentatur. Tertium, documentum, iuxta illud: [Patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus.] Hebr. 12. & illud, Eccl. 7. [Filij tui sunt, erudi illos.] Filij igitur à parentibus habent esse, nutrimentum, & disciplinam: & quia esse habemus ab eis, debemus magis reuereri quàm dominos, à quibus solum res, (præterquam Deum, à quo habemus animam.) Vnde Sapiens Eccl. 3. [Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi Dominis seruiet his qui genuerunt in opere, & sermone, & in omni patientia: & in hoc etiam honoras teipsum, quia vt ibidem dicitur. [Gloria hominis ex honore patris sui, & dedo

& dedecus filij pater sine honore.] Item quia dant nobis nutrimentum in pueritia, & nos debemus eis dare in senectute, iuxta illud *Ecccl. 3.* Fili suscipe senectam patris tui, & non contristes illum in vita illius: & si defecerit sensus, veniam da, & ne spernas eum in tua virtute.] Quam malæ famæ est qui derelinquit patrem, & est maledictus à Deo qui exasperat matrem.] Item tertio, quia docuerunt nos, debemus eis obedire, iuxta illud *Ephes. 6.* [Filij obedite parentibus vestris,] nisi scilicet in his quæ sunt contra Deum. **HIERON.** *ad Heliodorum.* Solum pietatis genus est in hac re esse crudelem, & Dominus: [Si quis non odit patrem suum, &c. Deus enim verior pater est, iuxta illud: [Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit te, fecit, & creavit te?]

Qualis honor deferendus parentibus.

23. **IBIDEM** **HIERONYMVS** *ad Geruniam, & super Mattheum cap. 15.* Honor in scripturis, non tantum in salutationibus, & officiis deferendis, quantum in elemosinis, ac munerum oblatione sentitur. [Honor, inquit Apostolus, viduas quæ verè viduæ sunt.] Hic honor donum intelligitur, & alio loco: Presbyteri duplici honore honorandi, maximè qui laborant in Verbo, & doctrina Dei, &c. Præceperat Dominus, vel imbecillitates, vel atates, vel penurias parentum considerans, vt filij honorarent etiam in vitæ necessariis ministrandis parentes suos. Hanc prouidentissimam Dei legem volentes scribæ & pharizæi subuertere, vt impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios, vt si quis ea quæ parentibus offerenda sunt, Deo vouere voluerit, qui verus est pater, oblatio Domini præponatur parentum muneribus: vel certè ipsi parentes, quæ Deo consecrata cernebant, ne sacrilegij crimen incurrerent, declinantes, egestate conficiebantur. Atque ita fiebat, vt oblatio liberorum sub occasione templi, & Dei, in sacerdotum lucra cederet. Vnde Dominus eos reprehendens, dicebat: Vos autem dicitis: [Quicumque dixerit patri vel matri: munus quodcumque est ex me, tibi proderit,] id est, compellit filios, vt dicant parentibus suis: Quodcumque donum oblaturus eram Deo, in tuos consumo cibos, tibi que prodest pater, & mater, vt illi timentes accipere quod Deo marcipatum videant, inopem magis velint vitam ducere quàm comedere de consecratis. **DIVVS THOMAS.** *22. quest. 122. ar. 3.* Parentibus, in quantum huiusmodi, debetur reuerentiæ honor, sed sustentatio, & alia huiusmodi debentur eis ratione alicuius accidentis, puta in quantum sunt indigentes vel serui, vel aliquid huiusmodi, & quia quod est per se, prius est eo quod est per accidens, ideo specialiter præcipitur honoratio parentum, in quo sicut in quodam principali intelligitur mandari & sustentatio, & quidquid aliud parentibus debetur.

Parentes relinquendi propter Deum.

24. **IBID.** **AVGVST.** *contra Adamantum cap. 6.* Parentes quidem honorare debemus, eos tamen propter annuntiationem regni Dei nulla impietate contemnimus, iuxta illud quod respondit Christus cuidam dicenti: [Ibo primùm, & sepeliam patrem meum. Sine, inquit, vt mortui mortuos sepeliant, tu autem veni, & annuntia regnum Dei.] Manifestum est enim, & honorem parentum in gradu suo esse seruandum, & eos tamen in diuini amoris comparatione, præsertim si impedimento sunt, nulla dubitatione oportere contemni, iuxta illud: [Qui dicit patri & matri, Non noui vos, &c. ipse cognouit testamentum tuum,] &c. **CHRYSOST.** *hom. 36. super Mattheum.* In omnibus obtemperandum parentibus est, præter-

quam in his quæ pietatis veritatem spectant. Sicut enim sanctum est omnem honorem parentibus asferre, ita cum plusquam oporteat quærunt, veritati reluctantes, resiliendum eis est. Vnde Dominus: [Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, &c. non potest meus esse discipulus.] Non simpliciter iussit te coniunctos tibi homines insequi: id enim iniquum omnino atque pestiferum est, sed quando plus me petit aliquis diligi, odio ipsum habéas, ait. Hoc enim tam diligenti quàm ei qui diligitur, perniciosissimum est. Hac doctrina & credentes filios maioris animi fecit, & patres, ne ab amore Christi liberis deturbent, admonuit: videntes tantas esse ipsius vires, vt facillè possent à parentibus filios eripere. Quare, ea tentare non debent quæ ad finem deducere non possunt. *Idem hom. 26. super Mattheum.* Non dixit Dominus veni separare filium à patre, sed aduersus patrem. Quia non corporalem separationem iubet sed spirituales. Qui enim corporaliter separatur, à patre separatur, non contra patrem. Qui autem spiritualiter separatur, corpore quidem cum patre est, fide autem autem aduersus patrem. Nam qui longè est à patre, non potest stare contra patrem: qui autem ante patrem est, ille potest esse contra patrem, respondendo, blandiendo, disputando: non enim credibile est vt corporaliter iubeat relinquere patrem (dum pater omnino filij indiget opera) qui dixit, [honora patrem tuum,] &c. Si ergo habes patrem infidelem, obsequere ei, & tu inuenies mercedem pietatis, & ipse infidelitatis suæ habebit damnationem suam. & ideo non dixit: Qui diligit patrem, non est me dignus, sed addit, plusquam me. Sicut enim post Deum diligere parentes, pietas est, sic plusquam Deum diligere, impietas est. Si ergo habes patrem infidelem, obsequere ei; si autem voluerit te in eandem foueam impietatis immergere, in qua ipse est, tunc plus dilige Deum quàm patrem, quia pater non est animæ, sed carnis. Solus autem Deus omnium animarum sanctarum pater est. Reddite ergo unicuique quod suum est, carnalibus patribus præbere carnis obsequium, spiritualibus autem patribus, animæ sanctitatis, & verè nihil est quod amplius diligere debeamus quàm Deum. Amici enim recedant, parentes deficiunt. Solus autem Christus non recedit aliquando, nec deficit donec voluerimus nos esse cum illo. *Idem super illud Matthei, V. mundo à scandalis.* In tantum honora parentes, in quantum non impediunt ad seruitutem Dei.

Honorantibus parentes quare præmium assignetur.

IBIDEM. *Vt sis longæus super terram. D. THOMAS.* *12. quest. 100. ar. 7. ad tertium.* In illis præceptis necesse fuit promissionem præmij apponere, ex quibus videbatur nulla utilitas sequi vel aliqua impediri. Quia ergo parentes sunt iam in recedendo, & ab eis non expectatur utilitas: ideo præcepto de honore parentum additur promissio similiter etiam præcepta de prohibitione idololatriæ, quia per hoc videbatur impediri apparens utilitas quam homines credunt se posse consequi per pactum cum demonibus initum. *Idem 22. quest. 122. ar. 5. ad quartum.* Longæuitas promittitur honorantibus parentes, non solum quantum ad futuram vitam, sed etiam quantum ad presentem, iuxta illud Apostoli: [Pietas ad omnia vilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ.] & hoc rationabiliter. Qui enim gratas est beneficio, meretur secundum quandam congruentiam, vt sibi beneficium conferatur: propter ingratitudinem autem meretur aliquis beneficium perdere. Beneficium autem vitæ corporalis post Deum à parentibus habemus. & ideo ille qui honorat patrem & matrem, tanquam

tanquam gratus meretur vitæ conseruationem, tanquam beneficio gratus. Qui autem non honorat parentes, tanquam ingratus meretur vita priuari. Quia tamen presentia bona vel mala non cadunt sub merito, vel de merito, nisi in quantum ordinantur ad futuram remunerationem, ideo quandoque secundam occultam rationem diuinarum iudiciorum quæ maxime futuram remunerationem respiciunt, aliqui qui sunt pij in parentes citius vita priuantur, alij verò qui sunt impij in parentes diutius viuunt.

Idem.

26. **IBID.** *Vt sis longæus super terram. HIERON.* *super Epistolam ad Ephes. cap. 6.* Nota non Iudaicum, & carnale esse promissum, multos enim fuisse credendum qui & parentibus obsequentes mortui sunt citò, & in parentes impij vsque ad extremam venerint senectutem. Respondeant enim Iudæi, & similes Iudæorum si vitæ istius longitudo est in re promissa, & diu in corpore manere felicitas est, quid sibi vult illud: Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est.] & illud Sapientis: [Laudaui ego omnes qui olim mortui sunt, super viuentes qui viuunt vsque in præsens, & melior est super hos duos qui nec dum natus est, & non vidit omne opus malum quod factum est sub sole.] & post paululum: [Si genuerit vir centum, & annos plurimos vixerit,] &c. dixi melius est super eum abortiuum, quia in vanitate venit,] &c. *Ecclesiast. 4.* Si ergo [omnis ista vitæ tentatio, & mors viri requies,] vt ait Iob, & laudantur super viuos mortui. & iuxta Iob, & Ieremiam. [Maledicta est dies in qua nascimur,] quomodo nunc repromittitur honorantibus patrem, & matrem, quod longæui sint super terram quam Dominus Deus suus dederit eis? Quærenda est ergo terra quam Dominus repromittit, & tribuit his qui spirituales Aegyptum reliquerunt, & cum omni patientia, magna, & terribilia vitæ istius deserta transferunt, & vicerint reges magnos, & transferint in Iudæam, quæ lacte & melle fuit, & sub Iesu duce, Hiericho corruente, atque vastata Hai, quæ interpretatur abruptum, Ierusalem venerint vt ædificetur eis templum sub Salomone rege pacifico, & possideant terram quæ mansuetis est præparata. [Beati quippe mites, quoniam ipsi possidebant terram,] quæ verè est terra viuientium, iuxta illud: [Credo videre bona in terra viuientium.] Huius vitæ longitudinem, & sapientia habet in manu dextera, in sinistra tenens diuitias, & gloriam.

Honorantibus parentes, quinque desiderabilia promittuntur.

27. **DIVVS THOMAS** *in Opusculo.* Inter omnia præcepta huic tantum adiungitur vt sis longæus super terram: & ratio huius est, ne credatur non debere præmium honorantibus parentes, quia naturale est. Quinque autem desiderabilia illis promittuntur. *Primum, gratia in presenti, & gloria in futuro,* quæ maxime desideratur, iuxta illud *Ecccl. 3.* [Honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio à Deo.] Contrarium debetur maledicentibus parentibus qui in Legge maledicuntur à Deo, vt dicitur *Deut. 27. & Luc. 16.* Item, quia in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Sed vita naturalis quasi nihil est comparatione ad vitam gratiæ. Si ergo non recognoscis beneficium vitæ naturalis quam habes à parentibus, indignus es vita gratiæ quæ maior est, & per consequens vita gloriæ quæ maxima est. *Secundum desiderabile est vitæ naturalis.* [Qui ergo honorat patrem suum, ait Sapiens *Ecccl. 3.* vita viuet longiore.] Vita autem longa dicitur quæ est plena, & non mensuratur tempore, sed actione, secundum philosophos.

Tunc autem est plena vita, quando est virtuosa, & ideo virtuosus & sanctus diu viuunt, quamuis citò moriatur corporaliter, iuxta illud: [Consummatus in breui, expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius.] Optimè autem mercatur ille qui tantum facit vna die quantum alius in vno anno: & nota quòd aliquando accidit quòd longior vita causa est mortis corporalis, & spiritualis. Sicut accidit Iudæ, sed mortem acquirunt illi qui iniuriantur parentibus. Habemus enim ab illis vitam, sicut milites à Rege feudum, & ideo sicut dignum est quòd illi amittant pro prodicione feudum, ita isti propter iniuriam illatam parentibus, vitam iuxta illud *Proverb. 30.* [Oculum qui subannat patrem, & qui despicit paruum matris suæ, suffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ.] Per hos intellige reges, & principes, per illos autem officiales. & si aliquando non puniuntur corporaliter, mortem tamen spiritualem effugere non possunt. *Tertium est habere filios sibi gratos, & acceptos.* Qui enim honorat patrem suum (ait Sapiens *Ecccl. 3.*) iocundabitur in filiis.] & Dominus. [In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.] *Quartum est habere famam laudabilem.* [Gloria enim hominis (ait Sapiens *ibid.*) ex honore patris sui, & iterum:] Quam malæ famæ est qui derelinquit patrem. *Quintum est habere diuitias.* Benedictio enim patris (ait idem) firmat domos filiorum. Maledictio autem matris eradicat fundamenta.

Percutere, & maledicere parentibus, dignum morte.

EXODI 21. *Qui percusserit patrem suum, aut matrem, morte moriatur.* **CAIETANVS.** Sola percussio patris, aut matris, pœna mortis puniatur, etiam si non sequatur mors, & meritò: propter atrocitatem iniuriæ ex parte personæ percussæ, etiam ad percipientem. **LIPOMANVS.** Infame crimen apud Deum & homines percutere parentes, quibus nunquam gratiæ condignæ pro beneficiis rependi poterunt. Furor autem contra parentes, indicium est corruptissimi animi qui nihil non audet irritatum. Sicut igitur parentum honor, vitam meretur diuturnam, sic percussio, immaturam mortem, & contempibilem aliis in exemplum. *Et infra:* [Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur.] **INTERL.** Maledictio in patrem vel matrem, fit contradicendo verbo vel facto, vel malum imprecando, aut blasphemando. **CAIETANVS.** Intelligo legem hanc de maledicentia per modum contumeliæ: quia contumelia coram fit, & directè contrariatur honori debito parentibus, &c. Punitur autem contumelia in parentes morte, quemadmodum & blasphemia Dei: & ratio est, quia nec Deo, nec parentibus possumus reddere æquale, & quemadmodum parentes in hoc conueniunt cum Deo, ita pœna contumeliæ in parentes, conuenit cum pœna contumeliæ in Deum. **CYRILLVS** *lib. 12. in Ioan. cap. 34.* Aequali supplicio in Deum blasphemantes, & parentes parui pendentes, puniri lex statuit. [Morte moriatur qui nomen Domini blasphemauerit, & similiter qui patri, aut matri maledixerit.] Cum igitur ita per legem Christus præceperit, cumque omnis virtutis ipse fons sit, quomodo non oportebat ab ipso & per ipsum primum nos discere? Nec quando intolerabiles imminet arumna, negligendos esse parentes: in cruce enim positus cum vidisset matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: [Mulier, ecce filius tuus,] &c. Quasi parum de magnitudine doloris curaret. Optimus enim ille certè est, non qui magna in tranquillitate ac copia rerum, sed qui in tempestate ac egestate, matorum non obliuiscitur.

Filiorum Dei dignitas.

29. **D**EV T. 14. *Filij estote Domini Dei vestri.* OLEASTER. Multa sunt quæ nos à peccatis retrahere debent: præcipuum tamen est meminisse nos esse filios Dei. Cum ergo serue Dei aliquid peccatum occurrerit faciendum, occurrat statim cuius capitis & cuius corporis sis membrum, & diuinæ confors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire, vt ait Leo. Audi quid sanctus iuuenis Tobias vxori dicat: [filij sanctorum sumus, & non debemus ita coniungi sicut gentes quæ ignorant Deum.]

Pietas filiorum erga parentes.

30. **T**OBIAS II. *Tunc sumens Tobias de felle piscis, linit oculos patris sui, &c. statimque visum recepit.* Videre esset filium patri medicinam adhibentem. Ecce verum, & vnum hieroglyphicum pietatis in vtroque Tobia. Expressius quidem illo antiquorum ciconia pulli alentis senem parentem in nido.

Parentes & propinqui non nimis diligendi.

31. **M**ARCI 3. *Qua est mater mea, &c.* BERNARDVS. Optimè docuit nos Dominus hoc verbo, ne solliciti simus super propinquis carnis nostræ plusquam religio postulet, quando de ipsa matre, & tali matre taliter respondit. Vbi modò sunt qui tam carnaliter & inaniter super carnalibus propinquis solēt esse solliciti, acsi adhuc viuerent, & ipsi cum eis?

Parentum cura erga filios.

32. **E**XOD. I. *Erant igitur omnes anima eorum qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta.* ORIGENES. Anima hic pro homine ponitur. Secundum autem aliam literam. *Erant omnes anime egressæ de femore Iacob.* Ego non puto quòd quilibet hominum possit animam gignere, nisi si quis fortè talis sit qualis ille qui dicebat: [nam & si multa millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres, nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.] Isti tales sunt qui generant animas, & parturiunt eas, sicut alibi dicit: [filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Alij enim huiusmodi generationis curam aut nolunt habere, aut nequeunt. Adam namque solum dixit, [hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea,] non autem anima de anima mea. Similiter & Laban ad Iacob dixit: [os meum, & caro mea es tu. Vnde videtur per hæc intelligentibus indicium dare quæ de terra sunt sua esse profiteri, nõ audere verò sua dicere quæ scit non esse de terra.]

Filij imitantur parentum mores.

33. **C**HRY SOST. *hom. 45. in Matth.* Vt regula est humane nature, vt omnis homo nascatur duos oculos habens, & quinos digitos: aliquando tamen vt manifestentur opera Dei, nascitur homo sex digitos habens. Sic & homo extra regulam nature raro procedit, vt dissimilis nascatur filius parentibus.

De crudelitate parentum erga filios.

34. **B**ASILIVS *hom. 8. Exameron.* Iniquissima volucris aquila in educanda sua prole dicitur esse: duos enim mox vt exclusit pullos, horum alterum alarum verbere casum nido deturbat in terram: alterum autem & eum solam exceptum vt proprium adiungit sibi familiariter: quin hinc quoque quem ipsa genuit ob nutritionis difficultatem, à se ablegat, sed hunc (vt aiunt) exceptum ostraga disperire non sinit, potius exceptum vnà cum suis educat pullis. eiusmo-

di parentes hi sunt in liberos præduri, & inclementes, qui prætextu à paupertate quæsito, suos infantes exponunt, aut certè iniquissimos se declarant patrimonio in filios partiendo.

Consolatio parentum in morte filiorum.

35. **C**HRY SOST. *hom. 6. in Matth.* Si ad imperandum regnandumque hoc caduco mortalique regno filius tuus adiiisset, nolles eum inde redire vt ipsum videres. Nunc verò cum ad meliora maioraque regna processerit, parui temporis absentiam ferre non poteris? Noli ergo plorare, reddidisti enim depositum quod tibi creditum erat. Non sis sollicitus si vides inuiolabili thesaurum tuum æratio esse depositum. Quòd si etiam tam præsentis vitæ quam futuræ conditionem intellexeris, & hanc quidem araneam telam esse atque vmbra: illam autem esse immobilem, & æternam, non indigebis vlla ratione.

Ab ineunte ætate in virtute educandi pueri.

36. **B**ASILIVS *in regulis suis disputatis, interrogatio- ne 15.* Quamobrem animus dum tener est adhuc, & ritu ceræ quæ ipsa impressas in se formas quascumque facillimè recipit, mollissimè redit, confestim ab iplo initio omni rerum bonarum imbui exercitatione debet. Quo videlicet vbi postea rationis vsus accesserit, & habitum illum rerum diiudicandarum ætas maior attulerit, pietati iam ab ineunte ætate assuetus, nullo impedimento cursu vtatur virtute. Cum & ratio quid expediat, admoneat, & ad id alsequendum facilitatem præbeat consuetudo.

Curandum de filiis tanquam de templo Dei.

37. **C**HRY SOST. *hom. de Anna, & Samuelis educatione.* Annon absurdum est, nos, domum veterem, ruinam minantem, fulcire, pecunias impendentes, fabros accercentes, denique nihil non facientes, domum autem Dei (nam Dei domus esse debet adulescentis anima) ne vulgari quidem dignari cura? Vide ne idem audias quod olim audire Iudæi. Nam illi posteaquam è captiuitate templum materiale conspicientes neglectum priuatas aedes suas exornarunt, ad eò Deum exarsarunt, vt mitteret eis prophetam qui famem minaretur, magnamque rerum necessariorum penuriam, atque hanc comminationis causam eloqueretur. Vos quidem in domibus vndique habitis mansiones, domus autem mea deserta est. Quòd si illius templi neglectus tantam excitauit iram numinis, multo magis huius templi neglectus ad iracundiam prouocabit Dominum. Siquidem hoc templum tanto est illo honoratius, quo plura habet sanctimoniarum symbola.

Ad templum ducendi filij.

38. **I**DEM *ibid.* Quemadmodum industrij agricola, primum semen in terram deponunt cupressi, aut aliarum arborum similia: deinde vbi conspexerint è semine factam arborem, non relinquunt in eadem terra, sed inde reuulsam plantam in alium transferunt solum, vt terra in recens gremio suo exceptam illius radicem, puram & integram vim suam profert ad nouam educationem. Ita & Anna filium præter spem seminatum in templum transtulit è domo, vbi sunt perpetuæ fontium scatebræ, & irrigationes spirituales.

De Pedagogo selecto prouidendum est filiis.

39. **I**DEM **C**HRY SOST. *hom. 60. in Matth.* Si burdonibus atque asinis agaso nobis præficiendus est, non parum vigilamus ne dementem, aut temulentum, aut furcū, aut rei eius imperitum præficiamus: sin

fin verò ad colendum filiorum ingenium pædagogus sit nobis inueniendus, qui casu oblatu fuerit, eum recipimus, nec consideramus vllā artem hoc artificio sublimiorem inueniri. Quid enim maius quam animo moderari, quam adolescentulorum fingere mores? Omni certè pictore, omni statuario, ceterisque huiusmodi omnibus excellentiorem hunc duco qui iuuenum animos fingere non ignoret.

Psalms, non turpes cantilenas docere pueros conuenit.

40. **A**D EPHE S. 5. *Docete, & admonete vos inuicem psalmis, & hymnis.* CHRY SOST. *Hom. 9. ad Colossens.* Nunc verò satanicas cantationes præferunt pueri vestri, quemadmodum coqui & obsonatores, & chorearum ductores; Psalmum autem nemo nouit vllum, quin & res ista turpis esse videret, ludicra, & ridicula. Hinc mala cuncta vigent. Qualēnam plantula terram sortita fuerit, talem quoque fructum afferet: si arenosam, & salinam, talem; si dulcem & pinguem, rur sus consumilem. Ita fons quidam est doctrina. Doce ergo puerum tuum Psalmos illos canere Philosophia plenos.

De pedagogo selecto prouidendum est filiis.

41. **C**HRY SOST. *Hom. 9. in primam ad Timoth.* Magnum habemus, pretiosumque depositum filios, ingenti illos seruemus cura, atque omnia faciamus, ne fur id nobis astutus auferat. At verò nunc contra penitus facimus. Nam vt fundus quidem sit optimus, cuncta molimur, eumque fideli viro magno cum studio tradimus, & aganem, atque mulionem, procuratoremque, atque dispensatorem qui nobis magna beneuolentia afficiatur, inquirimus. Ceterum quod nobis omnium charissimum est, omnino negligimus, neque curamus quo pacto filium nostrum fideli cuiquam viro permitamus, qui ipsius seruare pudicitiam possit.

Ab ineunte ætate oportet docere filios virtutem.

42. **H**IERON. *Epist. ad Laram de instruit. filia.* Vnde & tibi maxime prouidendum est, ne ineptis blanditijs sceminarum dimidiata discere verba filia consuescat, & in auro, atque purpura ludere, quorum alterum lingue, alterum moribus officit, ne discat in tenero quod ei postea dediscendum est. Græcorum eloquentiæ multum ab infantia sermo matris contulisse scribitur. Hortensij oratio inter paternos finis coaluit. Difficulter eraditur quod rudes animi perbiberunt. Lanarum conchylija quis in pristinum candorem reuocet? Recens testa diu & saporem retinet, & odorem quo primum imbuta est. Græca narrat historia Alexandrum potentissimum regem, orbisque domitorem, & in moribus, & in incestu Leonidis pædagogi sui non potuisse carere vitijs, quibus adhuc paruulus fuit infectus. *Idem epistol. ad Gaudenrium de Parula educatione.* Vt aqua in areola digitum sequitur præcedentem: ita ætas mollis & tenera in vtramque partem flexibilis est, & quocumque duxeris, trahitur.

Idem.

43. **A**NSELMVS *lib. de similitudinibus, cap. 178.* Vidisti quæso vnquam artificem ex lamina auri vel argenti follis percussionibus imaginem speciosam formare? Nõ puto. Quid tunc? Quatenus aptam formam ex lamina formet, nunc eam suo instrumento leuiter premit, & percutit, & postmodum planat, nunc etiam leuamine leuiter leuat, & informat. Sic & vos si pueros vestros cupitis moribus ornatos esse, necesse est, vt eam deperitionibus verborum impen-

datis eis paternæ pietatis & mansuetudinis leuamen, atque subsidium. Tenera quidem teneris, sicut & ipsi teneri sunt, lac scilicet, non solidum cibum præbentes eis, necdum ad perfectam ætatem prouectis.

FORNICATIO.

Fornicatio triplex. 1.

Fornicatio fugienda vt vincatur. 2. 3. 8. 10.

Fornicationis magna pugna. 4.

Fornicationis remedia 4. 9. 10.

Fornicatio simplex prohibetur in sexto præcepto. 5. 6.

Qui fornicatur, corrumpit se, & templum Dei. 5. 6.

Fornicatio spiritalis multiplex. 7.

Fornicationis mufca terram nostram corrumpit. 1. 1.

Fornicatio triplex.

GENES. 38. *Fuit quoque Her primogenitus Iudæ, nequam in conspectu Domini, & ideo ab eo occisus est.* CAIETAN. Hebræi dicunt malitiam huius fuisse studium ad impediendam imprægnationem vxoris Thamar propter nimium ardoris amorem erga illam. LIPOMANVS. Peccatum huius Her non scribitur, sed ex fratris pena consimili similis arguitur culpa, abusus scilicet seminis. CASSIAN. *collat. 5. cap. 11.* Fornicationis genera sunt tria. Primum, quod per commixtionem sexus vtriusque perficitur: Secundum, quod absque femineo tactu, pro quo Her à Domino percussus legitur, quo in Scriptura immunditia nuncupatur. Tertium est, quod animo ac mente concipitur, de quo Dominus: [Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quæ tria genera Apostolus pari modo extinguenda pronunciat: [Mortificate membra vestra, &c.] Fornicationem, & immunditiam, & libidinem, &c.] *Coloss. 3. & Ephes. 5.* [Fornicatio, & immunditia nec nominentur in vobis.] & rursum. [Illud autem scitote quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus non habet hereditatem in regno Christi, & Dei.]

Fornicatio fugienda vt vincatur.

2. **G**ENES. 39. *Qui relictus in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras.* AVGVST. *Serm. 250.* Cum Apostolus Paulus omnibus vitijs prædicauerit esse resistendū, cum cõtra libidinem loqueretur, non dixit resistite, sed fugite fornicationem, ac si dixisset. Contra reliqua vitia Deo auxiliante debemus in præserti resistere, libidines verò fugiendo superare. Vnde Scriptura. [Noli in faciem virginis intendere, ne te scandalizer vultus eius:] & beatus Ioseph, vt impudicam dominam posset euadere, pallium quo apprehensus fuerat, reliquit, & fugit. Ergo contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obtinere victoriam. Neque tibi verecundia sit fugere, si castitatis palmam desideras obtinere. GREGOR. 27. *Moral. cap. 7.* Cum arcem continentia & castitatis ascendere nitimur, exemplo sancti huius adolescentis sublenemur. Quis enim eo castius, qui ad desiderium petulantis Domina iugo luxuria premi non potuit etiam captiuus? & quidem hominibus extitit seruus, sed contra dominantem nequitiam & in seruitio liber fuit.

Idem.

3. **A**MBR O S. *lib. 1. de penitentia cap. 14.* Transecamus ergo & nos ignem hunc libidinis: quem timens Paulus, sed nobis timens, castigando corpus suum, fecerat vt iam non timeret sibi, sed nobis, di-

D d atque,

citque, [fugite fornicationem.] Fugiamus ergo tanquam sequentem quæ non possit nos, sed in nobis sequitur. Nosmetipsos ergo videamus diligenter, ne dum illam fugimus, nobiscum eam portemus. Volumus enim plerumque fugere, sed non penitus eam de nostro excutimus animo. Tollimus eam magis quam relinquimus. Transiliamus ergo eam ne nobis dicatur: Ambulate in igne flammæ vestræ quam accendistis: quoniam sicut ille qui alligat ignem in sinu, vestimenta cõburet. Sic qui ambulat super ignem, pedes comburat necesse est, quoniam scriptum est: [Ambulabit quis super carbones ignis, pedes autem non comburentur?] grauis ignis est, & ideo non demus ei alimenta luxuria.

Fornicationis pugna maxima.

4. **E**XOD. 17. *Manus autem Moysi erant graues, sustinentes igitur lapidē,* &c. GREGOR. in 1. Reg. cap. 15. In via Amalech Israel restitit, quia libido ad perfectionis summā tendentibus arma voluptatis obiicit: & quia valde fortis & violenta est pugna fornicationis, non quomodolibet obuiasse Israeli, sed restitisse perhibetur, iuxta illud, [Recensui quacumque fecit Amalech, quomodo restitit ei in via,] &c. Hos nimirum Amalechitas videbat Israelita ille cum dicebat: [vide aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.] Sed quid de Ægypto ascenditibus resistere dicitur iste Amalech? Ecce qui ad Tertij cali secreta sublatos erat, resistentes motus carnis habebat, quia dum in carne sumus, libidinis fortia bella sustinemus: & non solum non virtiosi, sed etiam virtute præditi quamdiu in carne sunt, carnis legem legi mentis contrariam habent, sibi vtrique per validos motus Amalech resistentem vident. Huius autem violentia passionis ostenditur in eo, quod contra alios omnes solis armis pugnabat Moyses, contra Amalech verbò non solis armis, sed etiam virtute orationis. Arma quidem necessaria sunt, quia qui contra fornicationem pugnare volunt, vincere nequeunt, si non cæteris virtutibus muniantur. Sed sic instructus & armatus de se considerare nequaquam potest. Leuet ergo manus suas: leuet mentem vt opere bono, & deuotione resplescat, qui abscondere perfectè à se libidinis bellum tentat, inter opera quidem bona, & labores spirituales, contra stimulos carnis fortes sumus; sed si quasi fessi à solitæ conuersationis, vel orationis rigore torpescimus, vel mollescimus, dū paulatim negligimus, aculei carnis insurgunt, qui quasi depositis Moysi manibus Israelicè vincunt. Ne ergo manus lassescant, Aaron & Hur lapidem supponant, & graues Moysi manus deponi nequaquam sinant. Aaron quidem mons fortitudinis, Hur ignis vocatur. Quando enim lassescimus consideratis cælestibus roboramur. Mons ergo fortitudinis quid est, nisi altitudo supernæ contemplationis? quæ profectò in electo corde sine igne magnæ charitatis non est, & ideo Aaron, & Hur Moysi altare rectè perhibentur. Supponunt autem lapidem & manus sustinent, quia qui summa cælorum præmia ardentè aspiciunt, fortitudinem magnam sumunt, & bene operari, & conditorem exorare non desinit.

Fornicatio simplex prohibetur in sexto precepto.

5. **E**XOD. 20. *Non moechaberis.* AVGVST. quæst. 71. *super Exod.* Mœchiæ nomine omnis fornicatio prohibita esse intelligitur. Sicut furti nomine bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit. Sed vtrique à parte totum intelligi voluit. Profectò & nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus atque illorum membrorum non legitimus vsus prohibitus

debet intelligi. *Idem lib. de decem chordis. cap. 9.* [& tu noli dicere tibi quando aliquid luxurianter vis agere. Vxorem non habeo, facere possum quod volo. Iam nosti pretium tuum, iam nosti quò accedas, quid manduces, quid bibas, imò quem manduces, quem bibas. Abstinete à fornicationibus, nec fortè dicas mihi: Ad meretricem vado, ad prostitutam eo, nec præceptum violo, quo dictum est: non moechaberis, quia vxorem non habeo, nec illud præceptum violo, quo dictum est, non concupiscas vxorem proximi tui: quia ad publicam vado. In quod præceptum incurro? Nunquid non habemus neruum quo ligemus fugitiuum istum? Habemus quidem, sed amet, & non erit ligamentum, sed ornamentum. Respondemus itaque tibi (quod grauius est) in ipsum peccas Deum, & quomodo (inquis) facio contra Dominum? Facis quidem, quia corrumpis teipsum: & vnde iniuriam facio Deo (dicas) quia corrumpo meipsum? Vnde tibi facit iniuriam (dic obsecro) qui lapidat tuam tabulam pictam, in qua imago tua est, in domo tua inaniter positam ad vanum honorem tuum, nec sententem, nec loquentem, nec videntem? Cùm ergo imaginem Dei, quod est tu, corrumpis per fornicationem, & per disfluens libidinis, attendis quia ad nullius vxorem accessisti, & non attendis per libidines illicitas fornicationis, cuius imaginem violasti? Deinde Deus qui scit quid tibi vile sit, vxorem concessit, nihil amplius? Hoc iussit, hoc præcepit, ne per illicitas voluptates corruat templum eius quod esse cœpisti, iuxta Apostolum, dicentem: [Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?] Si quis templum Dei corruerit, corrumpet illum Deus. Videtis quomodo minatur. Non vis corrumpi tuam domum, quare corrumpis domum Dei? In te illi iniuriam facis. Facis iniuriam gratiæ ipsius, domui ipsius. Postremò, seruum si haberes, velles vt seruiret tibi seruus tuus? Seruus tu meliori Domino Deo, seruum tu non fecisti, & te & seruum ille fecit. Vis vt tibi seruiat cum quo factus es, & tu non vis seruire ei à quo factus es? Ergo cùm vis vt seruiat tibi seruus tuus homo, & tu non vis seruire Domino Deo: facis Deo quod tu pati non vis. Diligite itaque coniugati castitatem, fugite soluti fornicationem, illi ne mœchentur propter vxores suas: vos ne Domini templum corrumpatis. *De fornicationis damnis, Vide verbo, Adulterium, num. 12.*

Idem.

6. **D**THO. in Opusc. Hæresis est dicere fornicationē simplicem non esse peccatum mortale, quia Apostolus ait: [Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. & alibi,] [Nolite errare, neque fornicarij, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitatores, regnum Dei possidebunt.] A regno autem Dei non excluditur aliquis nisi per peccatum mortale: ergo est peccatum mortale: & ideo sciendū quòd in isto præcepto, non moechaberis, prohibetur non solum adulterium, sed omnis carnalis corruptio præter eam quæ est matrimonij: quia licet per fornicationem simplicem non detur corpus vxoris, datur tamen corpus Christi, quod sibi datum fuit, & consecratum in baptismo. Si ergo nullus debet facere iniuriam vxori, multo magis, nec Christo. Vnde Apostolus: [nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi?] Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. Vide, *Adulterium, num. 5. ex Ambrosio.*

Fornicatio spiritualis multiplex.

CASSIAN. Collat. 14. cap. 11. Hoc præceptum, non moechaberis, ab homine, carnalium adhuc obsec-

obscenitatum passionibus obligato, secundum simplicem literæ sonum, salubriter custoditur. Ab eo autem qui iam ab hac actione lutulenta, & impuro discessit affectu, necesse est idiplum spiritualiter obseruari, vt scilicet non solum à ceremoniis idolorum, sed etiam ab omni superstitione gentilium & auguriorum, omniumque signorum, & dierum, ac temporum obseruatione discedat, vel certè ne quorundam verborum aut nominum coniecturis, quæ sinceritatem fidei nostræ polluant, implicetur. Hac igitur fornicatione Ierusalem dicitur constuprata, quæ fornicata est in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso: *Ierem. 2.* Quam Dominus cali increpat, dicens: [Stent, & saluent te augures cæli qui contemplantur sidera, &c.] *Isa. 47.* & alibi: [Spiritus fornicationis decept eos, & fornicari sunt à Deo suo.] *Osee 4.* Quisquis verò à gemina hac fornicatione discesserit, habebit tertiam quam denitet, quæ in legis & Iudaismi superstitionibus continetur: de quibus Apostolus dicit ne tetigeris, nec gustaueris, nec contrectaueris quæ de superstitionibus legis dicta esse, non dubium est, in quas si quis incidit, proculdubio mœchatus à Christo, ab Apostolo non meretur audire: [Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo,] sed illud quod sequitur: [Timeo autem ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri à simplicitate, quæ est in Christo Iesu.] Quòd si immunditiam huius quoque fornicationis effugerit, habebit quartam quæ hæretici dogmatis adulterio perpetratur, de qua idem: [Ego scio quia post discessionem meam, intrabunt lupi graues in vos, non parcetes gregi,] &c. Vt abducat discipulos post se. [Hanc etiam qui potuerit declinare, caueat, ne subtiliori peccato in fornicationis vitium collabatur, quæ scilicet in cogitationum peruagatione consistit, quia omnis cogitatio non solum turpis, sed etiam otiosa & à Deo quantulumcumque discedens à perfecto viro immundissima fornicatio deputatur. Vide, *Timor, nu. 15. ex Richardo.*

Fornicatio fugienda.

8. **I**OSVE 8. *Iosue verò & omnis Israel cesserunt loco, simulantes merum, & fugientes per solitudinis viam,* &c. ORIGEN. Quid putas Iesus fugiens significetur? Videamus si quid tale aliquid quod fugiendo vincamus. Quia est aliqua perfecta virtus in fuga, Paulus indicat, dicens: [fugite fornicationem.] Vides ergo esse quandam speciem fornicationis quam fugere debemus si castè in Christo viuere volumus. Simili modo fugere debemus iram, auaritiã, inuidiam, liuorem, detractionem, & eiusmodi. Hic est exercitus Hai, quem Iesus fugere docebat. &c. & si fugiendo euaserimus horum malorum contagia, videntes deuotionem nostram, & propositum mentis Angeli, & nos infectionem demonum pati, insurgunt, & eos post tergum cadentes interimunt. Iesus enim est cum his qui fugiunt magis quam cum illis qui persequuntur. Diligit enim eos qui fugiunt fornicationem, dolum, mendacium, & huiusmodi.

Remedia contra fornicationem, & carnis pugnam.

9. **I**OSVE 10. *Cùmque fugerent filios Israel, Dominus misit super eos lapides magnos de celo, &c. & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percussissent filij Israel.* GLOSS. MORAL. Quinque reges, hoc est, quinque sensus conueniunt in vnum aduersus spiritum, iuxta illud: [Caro concupiscit aduersus spiritum.] Sed vincuntur. Primum, gladio filiorum Israel, qui est verbum Dei: quod autem verbum Dei vincat tentationes carnales, testatur HIERON. epistol. ad Rusticum monachum. Ana sancta-

rum scripturarum studium, & carnis vitia non amabis. Secundò, lapides grandinis, per quos intelliguntur actus pœnitentiæ, ieiunia, vigilia, asperitas victus, & vestitus, quæ carnis sensum percutiunt, & infrigidant & domat magis quam studium sacræ Scripturæ. Ideo dicitur: [Mortui sunt multo plures,] &c. Tertium est, solis assistentia, & detentio. [Sol contra Gabaon ne moueare.] Per assistentiam solis intelligitur adiutorium Christi. Postula ab eo humili oratione: [fidelis enim est Deus qui non patietur vos tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum vt possitis sustinere. Quartum est, assistentia luna. [& luna ne moneare contra vallem Ayalon.] Per hanc intelligitur assistentia virginis Mariæ quæ *Cant. 6.* dicitur *Electa vt luna, & terribilis vt castrorum acies ordinata.* His quatuor prouentet nobis de sensibus carnis gloriosa victoria.

Fornicatio fugienda.

10. **R**EGVM 27. *Et ait David in corde suo. Aliquando incidam vna die in manus Saul, nonne melius est vt fugiam, & saluet in terra Philistinorum, &c. Fugiamus ergo manus eius.* Hoc cõsultat Apostolus: [fugite fornicationem] qui enim non fugit eam, aliquando incidet vna die in manus eius. *Nonne melius, inquit, est vt fugiam.* Alia litera: *Ideo nihil mihi consultius quam vt fuga euadam.* Fugienti continget quod Davidi: *Es non addidit Saul ultra querere eum.* De Tobia dicitur: *cap. 1. Cùm irent omnes ad viuos aueros, &c. hic solus fugiebat consortia omnium, & pergebat in Ierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel.* INTERL. Secundum illud: [Fugite fornicationem,] idololatria enim fornicatio est. Tria docet hic sanctus Tobias contra fornicationem: Primum, fugere consortia; Secundò, fugere occasiones. Tertio, orationem, & pergebat in Ierusalem, &c.

Fornicationis musca terram nostram corrumpit.

11. **E**BRVNO. *Corrupta est terra ab huiusmodi muscis.* Quid per muscas nisi spiritum fornicationis, ipsamque omnium vitiorum turpissimam libidinem intelligimus? De qua Apostolus: [Omne, inquit, peccatum quod fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.] Vnde & hic dicitur, quòd ab huiusmodi muscis terra fuerit corrupta. Quid enim ita vt libidinis æstus terram, id est, carnem nostram, corrumpit? Huius autem multæ sunt species, idcirco muscæ diuersorum generum fuisse referuntur. Quòd quia grauissimas dicit, quantum hoc vitium in omnibus grassetur, innotuit. Hæ tamen muscæ non erant in terra Gessen, vbi filij Israel habitabant: quoniam sancti viri ieiunijs, vigilijs, orationibus, carnis maceratione à se omnem libidinem repellunt.

FORTITUDO.

Fortitudo omnia vincit impedimenta. 1.

Iusti fortitudo maxima. 1. 4. 7. 8.

In fortitudine corporis non gloriandum; sed in anima. 2. 3. 5.

Fortitudo vera in quo consistit. 2. 3. 5.

Fortitudo orationi necessaria. 6.

Fortitudo omnia vincit impedimenta.

ENES. 2. *Nomen fluminis tertij Tigris, ipse vadit contra Assyrios, id est, dirigentes.* AMBROS. Per quem fortitudo intelligitur. Quicumque enim fortitudine animi



præuaricantiâ corporis vitia captiuauerit, dirigens ad superna, iste huius fluminis similis æstimatur. Iste fluuius velocior dicitur omnibus fluminibus. Ideo Tigris appellatur. Fortitudo autem quodam cursu rapido resistentia quæque transtulerat, neque aliquibus cursus eius impedimētorum hæret obstaculis.

Iusti fortitudo maxima.

GENES. 5. *Vixit quoque Seth centum quinque annis, &c.* ISIDORVS. In generatione Seth nulla femina ponitur nominatim, sicut in generatione Cain: iustorum enim est omnia viriliter agere, nihil femineum, nihil fragile vsurpare.

In fortitudine corporis non gloriantur, sed in anima.

GENES. 6. *Isti sunt potentes à seculo viri famosi.* AVGVST. 15. *de ciuit. cap. 23.* Hos gigantes propterea creare placuit creatori, vt etiam hinc ostenderetur non solum pulchritudines verumetiam magnitudines, & fortitudines corporum non magni pendendas esse sapienti, qui spiritualibus atque immortalibus longè melioribus atque firmitioribus, & bonorum propriis, non bonorum malorumque communibus, beatificantur bonis. Vnde Propheta: [Ibi fuerunt Gigantes illi nominati qui ab initio fuerunt statura magna, scientiæ prælium, non hos elegit Dominus, nec viam scientiæ dedit illis, sed interierunt, quia non habuerunt sapientiam, perierunt propter inconsiderantiam. Vnde Hieron. loco gigantes erant super terram, ait in Hebræo haberi. cadentes erant in terra. RVPERTVS. Rectè dicuntur cadentes quicumque potentes à seculo sunt vel viri famosi. Nam hoc ipsum *superbire*, cadere est, iuxta illud: [Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.] CHRYSOST. Per Gigantes intelligit non inuitatum hominum genus, aut insolitam formam, sed heroas, id est, viros fortes ac bellicosos. Vnde alio in loco. [Gigantes veniant vt furorem meum placent.] Idem sentit DAMASCENVS, iuxta illud: [Et gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ.]

Idem.

GENES. 10. *Porro Chus genuit Nemroth. Ipse cepit esse potens in terra, & erat robustus venator coram Domino. Ab hoc exiit prouerbiū. Quasi Nemroth robustus venator coram Domino.* CHRYSOST. in bonam partem assumit omnia hæc, dicens: Ego autem puto scripturam insinuare quòd robustus quis fuerit, & virilis. & quod dicitur, *coram Domino*, hoc est, à Domino constitutus, eo quòd acceperat aliquam ab illo diuinam existimationem, vel quòd Deus per hunc esset in admiratione habendus quod talem produxisset, & super terram monstrasset. Alij dicunt, Exterminatorem fuisse Nemroth ferocium animalium, sicut Lamech & Esau, quæ & Domino sacrificasset, gratus Deo de accepto animæ & corporis robore. AVGVST. 16. *de ciuit. cap. 3.* LXX. legunt: *Hic cepit esse gigas super terram, & erat venator coram Domino*, id est, leuans cor suum contra Dominum. ALCVINVS. *& erat robustus venator*, id est, hominum oppressor, & extirpator, quos allexit vt turrim contra Deum construerent. INTERL. id est, Animarum deceptor, quia cogebat homines ignem adorare coram Domino, id est, non ignorante Domino, vel contra Dominum. CAIETANVS. *coram Domino*, id est, contempto conspectu Domini, vel coram Domino, id est, simulatè ad significandum quòd simulabat se esse Deicolam, inde autem exercebat tyrannidem. LIPOMANVS. Nemroth igitur robustus di-

cutur, id est, violentus, & tyrannus, oppressor hominum, & Dei contemptor. Venator autem robustus dicitur, quia rapto & latrociniiis vivebat audax, & graffator gigas in prouerbiū autem abiit. *Quasi Nemroth robustus venator coram Domino*, de eo qui strenuè aliquid & audacter egisset, & de nullo formidasset periculo.

Iusti fortitudo maxima.

GENES. 35. *Terror Dei inuasi omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes.* CHRYSOST. Vide quantum sit diuino præsidio niti. Sicut enim iusto fiduciam dedit, ita illis dedit metum. Nihil fortius est eo qui superna munitur opitulatione, sicut nihil infirmius eo qui illa priuatus est.

Fortitudo vera in quo consistat.

EXODI 2. *Percussimque Aegyptium abscondit sabulo.* AMBROS. *lib. officiorum cap. 36.* Qui non repellit à socio iniuriam, si potest, tam est in vitio quam ille qui facit. Non enim in viribus corporis & lacertis tantummodo fortitudinis gloria est, sed magis in virtute animi, neque in inferenda, sed in deplenda iniuria lex virtutis est. Vnde sanctus Moyses hinc prius orsus est tentamenta bellicæ fortitudinis. Salomon quoque ait: [Eripe eum qui ducitur ad mortem. & Job 29. [Saluum feci pauperem de manu potentis, & pupillum cui adiutor non erat audiui, benedictio perituri in me veniebat.]

Fortitudo orationi necessaria.

AMBROS. super illud Genes. 4. Cur concidit facies tua? Fortitudinem, inquit, teneat oratio, vt nullo interpoletur metu, nulla lassitudine deficiat. Tunc enim debet esse intentio ad precandum robustior, cum vrgemur aduersis.

Iusti fortitudo maxima.

IVDICVM 5. *Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, sibi narrentur iniuria Domini, & clementia in fortes Israel.* LXX. vertunt. *Et iusti confortati sunt in Israel.* ORIGEN. In aliis gentibus qui corporis robore fortiores sunt, potentes dicuntur in prælio: in Israel verò qui iustiores, quia iustitia etiam viribus infirma, vincit: iniustitia verò & si multos habeat bellatores validos, superatur.

Idem.

CHRYSOST. super Genes. cap. 6. loquens de Noe sic ait: Semper contra virtutem insanit malitia. At non solum nihil illi nocuit, sed & manifestando, fortiorum reddidit. Tantum enim virtutis robur est vt patiendo superet negotium sibi facientes, & cum impugnatur hostibus fiat potentior, & cap. 15. *Scito prauoscens quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, &c.* Idem CHRYSOST. Nisi generosum, & fortem animum, & optimis moribus præditum habuisset patriarcha, tanta erant hæc vt perturbare potuissent.

FVRTVM.

Furti pœna. 1. 7. 9.

Furtum non fuit expoliatio Aegypti. 2. 3.

Furti damna. 4. 6.

Furtum spirituale. 4. 8. 9.

Vsura contra naturam. 1. 5.

Per vsuram quis moritur insensibiliter. 1. 6.

Raptores peiores feris atque demonibus. 11.

Vsurarium

Vsurarium fur. 1. 2.

Fœnerator vsura non satiatur. 1. 3.

Fœnus vipera comparatur. 1. 4.

Furtum multipliciter committitur. 5.

Non furti quantitas attendenda, sed intentio. 7.

Furari peccatum seruorum. 7.

Restitutio necessaria. 10. 6.

Furti pœna mors.

GENES. 31. *Quòd autem furti me arguis, apud quicumque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris.* RVPERTVS. Iusta quidem sententia, nam si morte dignus est qui idola colit, quanto magis qui pro amore idololatriæ furtum facit? Imò si iuste aliqui Indæorum (sicut in *lib. 2. Machab. cap. 12.* legitur) ideo corruerunt, quia sub tunicis suis habuerunt de donatiis idolorum, quanto magis iuste necari debeuerat qui ipsa furatus esset idola?

Furtum non fuit expoliatio Aegypti.

EXODI 3. *Et expoliabitis Aegyptium.* D. THOM. 22. *quest. 66. ar. 5. ad primam.* Accipere rem alienam vel occultè vel manifestè auctoritate iudicis hoc decernentis, non est furtum: quia iam fit sibi debitum per hoc quod sententialiter sibi est adiudicatum. Vnde multo minus furtum fuit quòd filij Israel tulerunt sibi spolia Aegyptiorum de mandato Domini. Vnde signanter dicitur *Sap. 10.* [Iusti tulerunt spolia impiorum. & *quest. 10. ar. 4. ad secundam.* Deus nihil potest præcipere contra virtutem, quia in hoc principaliter consistit virtus, & restitudo voluntatis humane, quòd Dei voluntati conformetur, & eius sequatur imperium, quamuis sit contra consuetum virtutis modum. Vnde hoc præceptum vt acciperent filij Israel res Aegyptiorum, non fuit contra iustitiam: quia eius sunt omnia, & cui voluerit, dat illa. RVPERTVS. Non quidem fuit iniustum præceptum: Nam Aegyptij violenter subegerunt Israel qui non erat vernalis, aut emptitius, illudentes ei, & affligentes operibus luti ac lateris. Iusta ergo vice expoliare debebant oppressores suos.

Idem.

EXODI II. *Postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argentea, & aurea, &c.* AVGVST. *quest. 39.* Israelitæ non furtum fecerunt, sed Deo iubenti ministerium præbuerunt. Quemadmodum cum minister iudicis occidit eum quem iudex iussit occidi. Profectò si id sponte faciat, homicida est, etiam si eum occidat quem scit occidi à iudice debuisse. BASILIVS. Bona Hebræorum astutia fuit, qua Aegyptios iniustos sui possessores deceperunt, idque Dei consilio ac voluntate, nam & impios Deus, ob illorum impietatem sapenunero molestare consuevit, sicut scriptum est: [Ne dicas in corde tuo: propter iustitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc possiderem, cum propter impietates suas istæ deletæ sint nationes. THEODORETVS. Longum Hebræi tempus in Aegypto, in lateribus, muris, & vrbibus faciendis consumplerunt: Deus autem mercedem aliquam laboris sui illos percipere voluit, idèoque hac illis calliditate vti voluit.

Furti damnum.

EXODI 9. *Et percussit grando in omni terra Aegypti, cuncta quæ fuerunt in agris ab homine vsque ad iumentum, &c.* GLOSSA ORD. Septimum præceptum: *non furaberis*: Septima plaga grando in fructibus. Nemo habet iniustum lucrū sine iusto damno.

Dum furatis, acquiris vestem, amittis fidem, lucrum visibile, damnum inuisibile, lucrum de tua cecitate, damnura de Domini nube. Qui enim malo desiderio forinsecus furantur, Dei iudicio intrinsecus grandinantur, & ager cordis eorum deuastatur, ex AVGVST. *serm. 95. de tempore.* RVPERTVS. Cum autem sint multæ furti differentia, illud pessimum constat esse furtum, quod est, veritatem Dei in iniustitia detinere. Huic peccato meritam pœnam hæc plaga denuntiat, quæ de cælo facta est: [Reuelatur enim ira Dei de cælo (inquit Apostolus) super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent.] quæ autem sit hæc ira Dei quæ per grandinem & ignem etiam designatur, terribiliter exprimit cum subdit: [Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam,] &c. Grando hæc, & ignis iste cunctam agri herbam percussit, & omne lignum regionis contriuit: quia videlicet hæc ignominia cunctam humanæ substantiæ pulchritudinem cœlesti ira in vasis iræ iniecta polluit, vniuersam rationalis creaturæ dignitatem omnino destruxit.

Furtum multiplex.

EXODI 20. *Non furti facies.* D. THOM. in *Opusculo.* In hoc præcepto prohibetur omne malè ablatum. Committitur enim furtum multis modis. *Primo, occultè accipiendo*, iuxta illud. Si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. & hoc vituperabile est, quia est perditio quædam. Vnde sapiens *Ecclesi. 5.* [super furtum est confusio.] *Secundo, violenter auferendo*: & hæc est maior iniuria, iuxta illud. [Principes eius in medio eius quasi leones rugientes.] *Sophon. 3.* & illud: [Vt qui condunt leges iniquas.] & AVGVST. r. dicit quòd omnis mala donatio, furtum est. Vnde dicit. Quid regna, nisi latrocinia? *Tertio, mercedem non soluendo*, iuxta illud, *Leuit. 19.* [Non morabitur opus mercenarij apud te vsque mane.] Per quod intelligitur, quod homo cuiuslibet debet dare quod suum est siue princeps, siue prælatus, iuxta illud: [Reddite omnibus debita, cui tributū tributū, cui vectigal vectigal. Quarto, fraudem in mercationibus comitudo], iuxta illud, *Leuit. 19.* [Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere & mensura,] &c. & illud. [Abominatio est apud Deum pondus & pondus. statera dolosa non est bona.] In hoc etiam prohibetur vsura, iuxta illud: [Domine quis habitabit,] &c. qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.] *Quinto, dignitates emendo siue temporales, siue spirituales.* De temporalibus ait *Job.* [Diuitias quas deuorauit, enomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.] Omnes enim tyranni qui vi tenent regna, vel prouinciam, vel feudum, fures sunt, & omnes tenentur ad restitutionem. De spiritualibus ait Dominus: [Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro, & ideo simoniaci fures sunt.]

Furti damna.

DEM ibid. Multæ rationes debent nos inducere ad furtum cauendum. *Prima sumitur ex grauitate.* Assimilatur enim hoc peccatum homicidio, iuxta illud *Ecclesi. 34.* [Panis egentium, vita pauperis est, qui defraudat illum, vir sanguinis est:] & iterum. [Qui effudit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.] *Secunda, ex periculi qualitate.* Nullum enim peccatum est ita periculosum, nullum enim peccatum remittitur sine satisfactione, & penitentia; de omnibus citò pœnitet quis, sicut pater de homicidio, cessante ira; & de fornicatione, cessante passione concupiscentiæ, & sic de aliis: de hoc autem

Dd 3 peccato,

peccato, licet aliquando poeniteat quis, non tamen de facili satisfacit, & maxime cum non solum teneatur ad id quod accepit, sed etiam de damno quod fecit, & cum hoc etiam teneret facere poenitentiam de peccato. Vnde *Abac. 3.* [Vae ei qui multiplicat non sua vsquequo, & aggrauat contra se densum lutum. *Densum lutum* dicit quod non de facili homo egreditur. *Tertia, ex saluum inuitiitate.* Non enim sunt vitia, iuxta illud, *Prouerb. 10.* Nihil proderunt thesauri impietatis. Licet enim diuitiae propriae prosint ad eleemosynas, & sacrificia, iuxta *Prouerb. 13.* [Redemptio animae viri diuitiae suae.] sed de non propriis dicit. *Isai. 61.* [Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum.] & *Eccl. 34.* [Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Nec profunt temporaliter, quia parum durant. Vnde *Abac. 2.* [Vae qui congregat auaritiam malam domui suae, & liberari se putat de manu mali, &c.] & *Prouerb. 8.* [Qui coarceuat diuitias vsuris, & scenore liberali in pauperes congregat eas.] & *cap. 13.* custoditur iusto substantia peccatoris. *Quarta ex nocuentis singularitate.* Faciunt enim perdere alia. Sunt enim sicut ignis paleis aliis commixtus. Vnde *Iob. 18.* Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. [Scias insuper quod talis non solum suam amittit animam, sed etiam filiorum quia illi tenentur reddere.

Non furti quantitas attendenda, sed intentio.

7. **I** BID. *HIERON. in Epistolam ad Titum cap. 2.* Fur non solum in maioribus sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim id quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur, quomodo in fornicatione, & adulterio, non idcirco diuersa est fornicatio, aut adulterium, si pulchra vel diues vel deformis aut pauper, meretrix vel adultera sit, Ita & in furto quantumcumque seruus abstulerit, furti crimen incurrit. Vnde & in Moyse lege fures nonnumquam septuplum, nonnumquam quadruplum reddere compelluntur, & interdum obruncantur, & interdum venditur fur ipse pro furto. Si autem hoc prohibetur in seruo, quanto magis in libero? Ne aut iudex rapiat, aut miles non contentus stipendiis suis aliena deuastet. Pulchre quidam apprime grauis, cum ei cuiusdam iudicis laudaretur integritas, & diceret de eo ille qui laudabat, non est fur, respondit: [Optimum seruum faceret, si nec fugitiuus esset. In tantum furti suspicio ab omni libero debet esse aliena.]

Fures spirituales qui.

8. **I** BID. *Idem Hieron. super Epistolam ad Ephes. cap. 4.* Furtum nominatur omne quod alterius damno quaeritur. fures etiam dicuntur pseudoprophetae qui furantur sermones vnusquisque à proximo suo. Vnde in *Euang. 10.* [Omnes qui venerunt ante me fures fuerunt, & latrones.] & *ad Roman. Qui praedicas non furandum furaris, quod furta prohibeantur facere spiritualia.* *Idem in Abdiam cap. 1.* Fures & latrones qui ingrediuntur nocte, quia filij sunt noctis, & tenebrarum, haereticos puto contraria veritati dogmata praedicantes, qui furantur sufficientia sibi, & quotidie de Ecclesiae gregibus rapere festinant. Isti ingredientes vineam Domini nostri, quam de Aegypto huius seculi transtulit, & de cuius germine, vinum se esse bibiturum in regno patris pollicetur: ita cupiunt vniuersa populari, vt vix racemum relinquunt in ea.

Furti poena.

9. **E** XODI 22. *Si quis furatus fuerit bouem, aut onem, &c. pro uno bone restituat quinque, & quatuor oues*

pro vna oue. **T** H E O D O R E T. Quia peccata maiora, maiori multa, poenaque digniora sunt. Vnde Dominus ait: [Cui multum datum est, multum requiretur ab eo.] **C** H R Y S O S T. *super Psal. 50.* Iuxta hoc decretum & rex David ad sermonem Nathan prophetae respondit: [Viuat Dominus, quia filius mortis est vir qui fecit hoc: ouem reddet in quadruplum, & ipse gladio punietur.] Vbi rex legem est praetergressus. Iubet quippe & ipsum interimi, quod lex non permittebat, & in quadruplum ouem restituit secundum legem. O iudicis superfluentem iustitiam! **L** I P O M A N V S. & **Z** A C C H A R U S in quadruplum dicit se redditurum si quem defraudauerit iuxta hanc legem. **D.** **T** H O M. 12. *quest. 49. ar. 6.* Cum aliquis ex sua iniusta voluntate sibi attribuit plus quam sibi debetur, iustum est vt diminuat etiam quantum ad id quod sibi debebatur. Sicut cum furatur quis vnā ouem, reddet quatuor: per hoc enim punitur eius iniqua voluntas. Sicut etiam cum aliquis sibi ex iusta voluntate subtrahit quod debebat habere, meretur vt sibi aliquid amplius superaddatur, quasi metces iustae voluntatis.

Restitutio necessaria.

G E N E S. 10. *Redde uxorem viro suo, &c.* **I** N T E R L. Quia soluitur commissum, cum restituitur amissum. **L** I P O M A N V S. Respicere necessarium est agnoscendi errorem, & restitutio ablati pars est poenitentiae. Item *Exodi. 22.* *Si leserit quispiam agrum vel vineam, & diuiserit iumentum suum vt depascatur aliena, quidquid optimum habuerit in agro suo vel in vinea, pro damni aestimatione restituet.* Hac sententia (ait **R** A B A N V S) cupiditas humana constringitur. Igitur qui dimiserit appetitum carnalem, quem significat irrationabile iumentum, vt ad se non pertinetem auaritia eam sibi vsurperet, pro damni aestimatione agnum corporis sui vel vineam cordis castigare cogatur, vt qui per voluptatem abusus est alienis, per ieiunium & eleemosynas discat expendere propria.

Raptores peiores feris atque demonibus.

C H R Y S O S T. *hom. 9. in primam ad Corinth. 11.* Hominum oculi, egenos intueri solent, cum inopia laborant, & de his ingemiscere: raptores autem conspectis pauperibus magis satiuunt. Hominum oculi non tanquam sua, aliena conspiciuntur, sed sua tanquam aliena, neque quae alienis dantur, desiderant, sed sua in alienos effundunt: hi non desistunt, nisi omnium auferant facultates, quippe qui non humanos sed ferinos habent oculos. Hominum oculi nudum suum corpus videre non patiuntur, suum namque est, licet secundum personam sit alterius. Hi autem nisi omnia populentur, omnia domum conferrant, nunquam satiantur. Imò nullo vnquam tempore expleri possunt, ferinas habent manus, aut feris etiam immariores. Vrsi, lupique cum ad satietatem ederunt, cibo abstinent, hi nunquam satiantur. Tu si pecudem fera lacerat, aegre fers, cum id in proximum tuum facis, nihil te mali facere arbitraris, &c. Inhumanitas ex hominibus qui ei se dedunt, feras facit, ferisque peiores, quod haec naturales sunt, hi naturalem mansuetudinem in immanitatem vertunt, quorum adeo mentem si quis inuestiget, eos iam non feras tantum, sed & daemones dicat, & ducat. Nam daemones quidem eos modò qui in tentationibus consentiunt, exuperant, in eos qui iugum detrectant, nihil insidiando proficientes: hi verò obnixè repugnantes eos quibus calumnias struunt, superare contendunt. Daemones rursus cum hominibus cum eiusdem generis certant daemonebus: hi verò consanguineos & familiares perdere conantur, nec eos

naturae

naturae pudet. Ideoque David eos ab hominum expellit consanguinitate. Vbi nam ergo tales constituentur? Extrinsecus feras, intus daemones.

Furatur quis, vsuras à paupere maxime accipiendo.

12. **B** A S I L I V S in *Psalm. 14.* Officium tuum fuerat hominis depressi egestatem consolari, ac leniorem reddere. Tu contra potius adauges fructum ex homine destituto. Veluti si quis medicus ad agrotantes introgressus, loco reddendae sanitatis, id quod eis virium restabat, auferret. & tu inopum calamitantes materiam tibi constituis augendi prouentus? Vtque coloni ad satorum augmentum imbres exoptant, sic tu inopiam, & publicam egestatem hominum, vt pecunia tibi succrescat, & fiat lucrosior, requiris. An ignoras quòd maior tibi peccatorum exurgat aenerus, quam sit accessus opum quem ex vsuris aueris.

Fenerator vsuris non satiatur.

13. **I** D E M *ibid.* Canes accipientes mansuescunt: fenerator verò accipiens irritatur; non enim conquiscit allatrans, sed plura expetit. *Idem ibid.* Illas igitur expectemus opes, ne vt pisces ad escam properantes, qui cum cibo hamum vorat, sic & nos cum pecunia vndique transigamur & scenore; nullam paupertas conciliat homini turpitudinem, aut dedecus. Quid ergo nobis ipsis opprobria ex aere alieno comparamus? Nemo vulnere vulnus curat, nemo malis malo medetur, nec paupertas scenore corrigitur.

Foenus vipere comparatur.

14. **I** D E M **B** A S I L I V S *ibid.* Sicut dolores patienti, sic tempus statutum debitori existit foenus supra scenus, malorum parentum mala soboles. Ij sanè sceus vsurarum rectè geminima viperarum dicuntur. Viperas enim dicunt ventrem matris perrodendo nasci. Sic item scenora debitorum domos absumendo nascuntur. Semina omnia suo tempore nascuntur, animalia quoque tempore praestituto suos edunt foetus, scenus verò hodie nascitur, hodie parere incipit. Animalia etiam quae citò pariunt, citò etiam à partu desistunt, pecuniae verò cū auaritate plus aequo habendi, volucrum trahunt originem, infinitam accessionem tanto progredientem ulterius recipiunt.

Vsura contra naturam.

15. **I** D E M *ibid.* Agricola accepta spica semen rursus sub radice non scitatur. Tu verò fructus habes, nec desinis ipsam reddituum sortem requirere; sine terra plantas, sine satione metis, cum incertum sit cui congreges. *Idem hom. in fame, & siccitate habita.* Cum enim aes & aurū quae natura infecunda sunt, scenus suum, hoc est, foetus edant, quae ex natura fecunda est terra, sterilis facta est, & in poenam eorum qui ipsam incolunt, sterilitatis damnata est.

Per vsuram quis moritur insensibiliter.

16. **C** H R Y S O S T. *Hom. 12. operis imperfecti.* Sicut qui ab aspide percutitur quasi delectatus vadit in somnum, & sic per suauitatem soporis moritur: sic & qui accipit sub vsuris, pro tempore delectatur quasi qui beneficium accipit: & sic per suauitatem beneficij non sentit quomodo captiuus efficitur. *Idem ibid.* Sicut venenum aspidis latenter per omnia membra discurrit, & corrumpit: sic vsura per totas facultates eius discurrit, & conuertit eas in debitum. *Idem ibid.* Sicut fermentum modicum quod mittitur in multam farinam, totam consersionem corrumpit, & trahit illam, & facit illam totum fermentum: sic cum vsura

in domum alicuius intrauerit, totam substantiam eius ad se trahit, & conuertit in debitum.

G A V D I V M E T Tristitia.

Conscientiae bone gaudium, vide, Conscientia. 2. 6. 13. & 10. 13.

Gaudium in Ecclesia. 1.

Gaudia maiora doloribus Deus dat. 2.

Gaudium mundi fallax. 3. 9. 10. 11. 13.

Gaudium Iusti plenum. 4. 5. 6. 7. 9. 11.

Tristitia pectoris maxima. 4. 6.

Cum gaudio Deo seruiendum. 7. 8.

Tristitia solum utilis ad peccatum. 15.

Gaudendum nobis est in Tribulatione. 8.

Gaudium & Tristitia simul iniustum. 9. 12.

Gaudium cito in Tristitiam vertitur. 9. 10. 14.

Gaudium vanum fugiendum. 13.

Tristitia mala. 16. 17.

Diuersa sunt genera gaudiorum. 18.

Sanctorum est gaudere cum gaudentibus, ridere, &c. 19.

Per iustitiam, & pacem ad verum gaudium peruenitur. 20.

Gaudium in Ecclesia.

G E N E S. 1. *Congregentur aquae in locum vnum, & appareat arida.* **A** M B R O S. In Ecclesia exultatio est, in haeresi, & in gentilitate fletus, & mœror. Vnde & in *Psal. Vallis lacrymarum* dicitur. **E** V C H E R I V S. Fixitque superbiorum limites, & coercuit eos ne turbulentis iniquitatum suarum fluctibus aridam, id est, Ecclesiam, vel animam sitientem Deum conturbent, liceatque ei germinare bonorum operum fructus.

Gaudia maiora doloribus Deus dat.

G E N E S. 3. *Multiplicabo arumnas tuas, & concepius tuos, in dolore paries filios, &c.* **C** H R Y S O S T O M. Verumtamen doloribus tanta solatia mulieri admiscuit misericors Deus, vt feruè conferedum non sit gaudiū quod ex nato puero haberet, cum doloribus. Vnde Christus monstrans tam doloris magnitudinem quam laetitiae excellentiam, ait: [Mulier cum parit, tristitiam habet, quoniam venit hora eius: cum autem peperit, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.]

Gaudium mundi.

G E N E S. 4. *Peperit Cain dicens: possedi hominem per Deum, &c.* **R** V F E R T. Tanto cum tripudio matris exceptus est, vt iuraret sibi met in admiratione gaudij sui dicens: Possedi hominem per Deum; quando autem natus est Abel, non legitur ita gauisus fuisse, & tamen ille primus in generatione iniquorum, iste primus computatur in generatione iustorum. *Hac ille.* Sed citò gaudium eius vrsam est in planctum, ob mortem Abelis. Per Cain intelligitur gaudium mundanum, quod citò petit: per Abel autem, fletus poenitentiae. Ille saluat, illud condemnat.

Gaudium Iusti, & Tristitia peccatoris.

G E N E S. 4. *Cur concidis facies tua?* **A** M B R O S. Cain tristis factus est, quia in propria conscientia intellexit, Deo sacrificium suum non probatum, quando

quando enim mens sibi recti est conscia, gratulatur, vel infusione quadam spirituali repletur animus gaudio, cum alicuius, vel studia, vel opera à Deo probantur. Tristitia igitur Cain, conscientiae testimonium, repulsae indicium est. sequitur: *Magis & profugus eris super terram.* Idem AMBROS. alia littera habet: *gemens & tremens eris super terram.* Omni improbo mala adsunt, & affutura sunt: quae adsunt, tristitiam operantur, quae futura sunt, formidinem, sed improbum plus praesentia quam futura sollicitant.

Gaudium Iusti.

GENES. 17. *Cecidit Abraham in faciem suam, & risit.* AMBROS. Non incredulitatis, sed exultationis indicium fuit. AVGVSTIN. Risus Abrahæ, exultatio est gratulantis, non irrisio diffidentis. R. V. P. E. T. O. virum æterno risu verè dignum, & sempiternæ iocunditati bene præparatum, qui ita cecidit in faciem, ut rideret, & ita risit, ut in faciem caderet, illius utique adorans omnipotentiam, cuius in promissione audierat singularem gratiam. LIPOMAN. Clarius Chaldaica hoc in loco expressit, habens, & *gausisus est.* Ridere enim mentis est gaudium cordis. Et Genes. 21. *Cum centum esset annorum: hac quippe aetate parvis, natus est Isaac, id est, risus.* AMBROS. Et tu si perfectus fueris, habebis, posteritatis lætitiã, exultationis hæreditatem sicut Abraham, centenario numero perfectus, &c.

Gaudium & tristitia excellens.

GENES. 47. *Iacob quasi de gravi somno euigilans, &c.* CHRYSOST. Inexpectata bona maiorem voluptatem asferre solent. Mirandum autem est quomodo Iacob præ magnitudine gaudiorum, non mente excesserit. Quem enim putabat ante tot annos fuisse à bestiis deuoratum, denunciarunt tenere imperium totius Ægypti. Idem enim facere solet immodicum gaudium, quod excellens tristitia; & videre licet multas effundere lacrymas præ gaudio immenso, alios etiam sepe obtupescere, quando fieri vident, quod non expectabant, & quos mortuos esse putabant, repente viuos conspiciunt.

Cum gaudio Deo seruendum.

EXOD. 4. *Ecce ipse egredietur in occursum tuum, & videns te lætabitur corde.* LIPOMAN. Bona conscientia in opere Dei asfert gaudium, & est quasi iuge conuiuium. LEUIT. 10. Respondit Aaron: *Quomodo potui comedere victimam, aut placere Deo in ceremoniis mente lugubri?* Ex hoc loco colligitur (ait OLIVAST.) non esse Domino supercilio aut tristivultu seruendum, quoniam, ut Paulus dicit, [hilaritatem datorem diligit Deus.] Mauult enim Dominus te non administrare sibi, quam quod te videat tristem ad eius accedere ministerium. vnde sequitur: *Quod cum audisset Moyses, recepit satisfactionem.*

Gaudendum nobis est etiam in tribulatione.

LEVIT. 11. *Omne quod habet pinnulas & squamas, &c. comedetis.* BERNARD. Habet hoc mare magnum & spatiosum manibus pisces mundos, & Dominica dignos mensa, &c. Hi igitur sunt mundi, si squamas & pinnulas habent: sicut squamæ multa, sed vna ex eis quodammodo lorica contextitur, quæ vna est patientiæ virtus, &c. Vide verbo, *Patientia.* Iam verò sicut squamas ad patientiam, sic pinnulas ad hilaritatem referamus; hilaritas quippe lenat & subleuat, ut salutus quosdam dare videatur, quisquis exhilaratur. Ut autem duas habeamus pennas, duplex nobis hilaritas querenda est. Et fortè propterea docet Apostolus, non solum in spe, sed & in tribulationibus gloriari. Pro-

sus sublimè volat quem non modò futurorum bonorum expectatio, sed praesentium quoque malorum exhibitio ipsa delectat.

Gaudium simul & tristitia in Iusto.

1. **E**SDR. 3. *Principes patrum, & seniores, qui viderant templum prius cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna, & multi vociferantes in læticia eleuabant vocem, &c.* BERNARD. Flebant in ædificatione templi spiritualis: & simul lætitia principibus nascitur, quia gaudent in salute penitentium, & lugent quæ vniquam penitenda commiserunt. Exultant ipsi de salute, qui penitentia à morte animæ surrexerunt, lugent, quæ peccando perdidit. sequitur: *Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium & vocem stertis populi:* Caro non habet oculos ad videndum, qualiter inter lacrymas Deus gaudia infundat cordialia, & inter tormenta consolationes internas. [Tristitia vestra vertetur in gaudium,] dixit Christus, [et gaudium vestrum nemo tollet à vobis.] Et 2. *Esdræ cap. 2. Contristati sunt, scilicet inimici, afflictione magna, quod venisset homo qui quæret prosperitatem filiorum Israel.* GLOSSA ORD. Notanda animorum rerumque diuersitas: supra quidem dicti sunt qui de captiuitate remanserant in Iudæa, in afflictione magna & opprobrio fuisse. Nephemias quoque fleuisse, quia murus Ierusalem dissipatus, & porta combusta: nunc autem versa vice hostes contristantur, & affliguntur, quia ædificia illius restauranda, &c. Vnde *Joan. 16.* [Plorabit & flebitis vos, mundus autem gaudebit, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.] Flente autem mundo qui gaudebat, tristitia Iustorum vertitur in gaudium: cum res Ecclesie crescere, & eos qui peccando errauerant, penitendo redire cognoscunt.

Idem.

ESTER 3. *Scatimque in Susis pendit edictum, rege & Aman celebrante conuiuium, & cunctis Iudeis qui in urbe erant stentibus.* INTERL. Vnde: [Plorabit & flebitis vos, mundus autem gaudebit.] sed paulo post: Tristitia vestra vertetur in gaudium. Lætati enim sunt filij Israel, & luxit Aman, & omnes domestici eius. vnde *cap. 9.* *Lætiæ autem tristitia in hilaritatem, gaudiumque conuersi sunt. Isti dies appellati sunt Phurim, id est, sortium.*

Gaudium mundi.

TOBIE 3. *Gaudium ubi se semper, & ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cali non video?* YRAN. Hoc non dixit ex impatientia suæ cæcitat, sed contemnens gaudium præsentis vitæ, & sperans futura gaudium. Sic distribuit Christus Iustis quidem in presenti vita lacrymas & luctus, [plorabit & flebitis vos;] mundanis autem gaudium; [mundus autem gaudebit.] In futura autem è contrario: [sed tristitia vestra vertetur in gaudium.] Væ vobis qui nunc ridetis quia plorabit, & flebitis.]

Gaudium simul, & tristitia in Iusto.

2. **M**ACHAB. 8. *Præliabatur prælium Israel cum læticia, & infra: Lætificabat Iacob in operibus suis.* GLOSSA ORD. Et ipse apostolicus cæteris Spiritus sancti gratia repletus instanter, & vbique verbum Dei prædicant, gaudentes in tribulationibus, in necessitatibus, in pressuris. Videtur contrariari prælium cum læticia, pati & gaudere? Minimè: quia impletur quod dixit Christus: [Tristitia vestra vertetur in gaudium, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.]

Gaudium vanum fugiendum.

LEVIT. 6. *Væ vobis qui videtis nunc, quia plorabit, & flebitis.* CHRYSOST. *hom. 6. in Math.* Non est nostrum

nostrum ergo assidue ridere, resolui cachinnis, sed ut gemamus potius, & regnum ex hoc gemitu hæreditemus futurum: non est, inquam, hoc eorum qui ad æternum regnum vocati sunt, quique in cælesti illa ciuitate conscripti, non est spiritualia arma gestantium: quod certè proprium est diabolo militantium. Ille enim est qui etiam in artem, iocos ludosque digressus, ut per hæc ad se traheret milites Christi, virtutisque eorum neruos faceret molliores. Noli igitur hæc à Deo poscere quæ accipis à diabolo: Dei siquidem est, humiliatam dare animam, trementem, presam, pudicam, penitentem, atque punctam: sed etiam illo irascente tu ridet, nec vides quod amplius hinc eum comoueat quam peccando commoueris? Nec enim ita peccantes auersatur Deus, quam eos qui post peccata secuti sunt. AVGVST. *lib. de consuetudinibus virorum & virtutum. cap. 21. tom. 6.* vnde tibi lætitia? Nunquid iam diabolum vicisti? Nunquid iam inferni pœnas euasisti? Nunquid iam de exilio ad patriam venisti? Vide etiam *lacrymas*, numer. 11. *ex Chrysostramo.*

Gaudium peccatoris cito perit, & in tristitiam vertitur.

14. **E**CCELES. 7. *Sicut sonitus spinarum ardentium sub colla, sic risus stultorum.* BERNARD. *serm. 1. de Diuersis.* Deficiente ignis materia, etiam ipse deficiet; & ubi videris illam profus exultam, hunc quoque nihil minus extinctum esse comperies. Sicut ergo flammæ illius nouissima fumus occupat, & caligo: sic lætitia in tristitiam commutatur. CHRYSOST. *hom. 10. de Pœni.* Quemadmodum mari sese tollente, & fluctibus vndique ad summum eleuantibus, sub procella, scapha inundatur: sic & anima vndique mœrens circumdata velocius demergitur, ni quempiam dantem habuerit manus.

Tristitia solum utilis ad peccatum.

2. **C**ORINT. 7. *Quæ secundum Deum tristitia est, operantem in salutem stabilem operatur, seculi autem tristitia mortem operatur.* CHRYSOST. *homil. 7. ad populum Antioch.* Tristitiam Deus non ob aliud nobis indidit, nisi propter solum peccatum, & hoc per ipsam rerum experientiam manifestauit. In pecuniarum enim multæ, & morte, & ægritudine, & aliis nobis ingruentibus molestiis dolentes & mœrentes non tantum nullam consolationem capimus, verum & molestias augemus: In peccatis verò si doleamus, & tristemur, peccati magnitudinem minui-mus, & quod erat magnum, reddimus paruum: sæpe verò & funditus illud totum delemus. Sicut enim arborum radices ipsæ quidem sunt amaræ, iucundissimum autem nobis fructum ferunt: sic peccatò & secundum Deum tristitia nobis multam asfert voluptatem.

Tristitia mala.

15. **P**ROVER. 25. *Sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri, nocet cordi.* CASSIAN. *lib. 9. de Institutis canobiorum. cap. 2. & 3.* Vestimentum namque tinearum esu actum, nullius pretij, vel honesti vsus, poterit vterius habere commercium: atidémque lignum vermibus exaratum, non iam ad ornatum, vel mediocri ædificij, sed ad combustionem ignis merebitur deputari: Ita anima quæ edacissimis tristitiæ moribus deuoratur, inutilis erit, vel vestimento illi pontificali, quod vnguentum Spiritus sancti de cælo descendens, prius in barbam Aaron, deinde in oram suam solere suscipere, sancti David vaticinio perhibetur: [Sicut vnguentum in capite,] &c. CHRYSOST. *epist. 8. ad Olympiam.* Tristitia

animarum crudele tormentum est, dolor quidam inexplicabilis, & iudicium omni iudicio vindictæque deterius. Nam vermi est similis venenato, non solummodo carnem, sed & animam ipsam perimens, & tinea non solum ad ossa, sed ad corda pertingens, & perpetuus quidam carnifex, non animam dilacerans, sed & vires animæ consumens, & ingis nox, ac tenebræ profundæ, & tempestas, & turbo, febris non apparens, omni igne validius incendens, & pugna requiem non habens.

Idem.

17. **B**ASIL. *homil. de gratiarum actione.* Ut vermes pluri in innasci solent tenerioribus lignis: haud secus angor ipse deiectionis animi, in eos homines se insinuat, qui molliores sunt, nec constanti ingenio. CHRYSOST. *homil. 6. ad populum Antioch.* Sicut nubes quædam condensata, & sub solarem radium currens omnem retrorsum splendorem auertit: sic & tristitiæ nebula cum ante animum nostrum steterit, non sinit facile in esse orationis cursum, sed suffocat, & cum multa necessitate intus reprimat. *Hæc ille. Leuit. 10.* Aaron excusatur apud Moysen fratrem, non comedisse ex victima, dicens: *Quomodo potui comedere eam, aut placere Deo in ceremoniis, mente lugubri?* & sequitur: *Quod cum audisset Moyses, recepit satisfactionem.*

Diuersa sunt genera gaudiorum.

18. **L**VCI. *Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* ADAM DE PERSENA. *Exultatio* est opus diuina, Dei. Exultatio mundi in tribus consistit, in corporis incolumitate, in rerum prosperitate, in malitiæ impunitate. Exultatio hæc, non est ex intimis, sed foris in rebus pessimis. Non est *Spiritus in Deo saluari*, sed in desiderio salutari. Cæterum omnis gloria filia regis ab intus. *Exultauit*, inquit, *spiritus meus in Deo saluari meo.* In tribus exultatio Mariæ maximè perpenditur, quod de ancilla efficitur mundi regina; de pauperula, Dei mater, & filia; de innupta, Virgo puerpera.

Sanctorum est gaudere cum gaudentibus, &c.

19. **R**OM. 12. *Gaudere cum gaudentibus, flere cum stentibus, &c.* BERNARD. O quam breui sermunculo totius religionis depinxit insigne! Quam elegantia clausula proposuit pietatem, æquitatem statuit, submouit inuidiam! His vberibus mater Ecclesia lætatur proficientes, profectos nutrit. Facebat hinc secularis plausus, inania & lætitia mundialis abscedat, quia non est gaudere impiis, dicit Dominus. Nunquid illorum os gaudio impleri existimas, qui lætantur cum malè fecerint? Nunquid qui vestiuntur purpura, & bysso, gaudium, & lætitiã obtinebunt? Absit ut in terra suauius viuentium, gaudiorum inueniatur materia, cum tantis alternationibus tota mundi facies immutetur, & eleuatus allidatur, & respiret allisus. Sed est gaudium continua sibi iocunditate firmissimum, quod perfectus animus de secura sibi conscientia pollicetur. Mens enim ab huius mundi aspergine, pure pressæque deterfa, & in diuina contemplationis acumine totum de siderij sibi figens affectum, gaudens gaudet in Domino. Talis anima minas aspernatur, nescit timorem, spem fallam eludit, & omnium scandalorum immunis, in pace in id ipsum dormiens requiescit.

Per insuliam & pacem ad verum gaudium peruenitur.

20. **A**D Rom. 14. *Non est regnum Dei esca, & potus, &c.* BERNARDVS. Exhibent angeli iustitiam Deo, pacem inter se, gaudium sibi. Sic & tu homo, noli

noli prius rapere quod tuum est, & iustitiam quam Deo; & pacem, quam proximo debes, contemnere. Iustitia virtus est, qua redditur unicuique quod suum est. Tu non solum iustitiam, sed multas & multiplices iustitias debes Deo. Quidquid enim es, quidquid potes, debes creanti, redimenti, vocanti. Sed cum iustitiam feceris, fac & pacem. Si recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te, sis humilis ad veniam petendam, si tu aduersus illum, sis facilis ad dandam; & sic omnia membra erunt in pace. Sic enim ad duo ista, charitatem, scilicet, & humilitatem, parati, non poterimus omnino dissensionem sentire. [Discite, inquit, a me, quia mitis sum, & humilis corde.] Miris, quod pertinet ad charitatem, quae scilicet patiens est, benigna est: Humilis, quod ad ipsam verbi pertinet proprietatem. Sic procedentibus erit gaudium in Spiritu sancto. loquar quod expertus noui. Nunquid non orantibus nobis, plerumque omnia viscerum succutiuntur occulta ad memoriam gaudij illius quod est in Ierusalem, & lacrymarum vnda, vultus meditantium superfundit? O si duraret? [Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea, adhaereat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero Ierusalem in principio laetitiae meae.] Verè in principio laetitiae, quia finis illic repositus est. Principium enim gaudij illius, quod hic quandoque sentimus, stilla est, guttula est de flumine illo descendens, [cuius impetus laetificat ciuitatem Dei.] Quando veniet tempus vt perennibus gaudijs, in ipso diuinitatis fonte profundius immergamur, vbi vnda ad vnam sine interpedine & interpolatione continuetur! Eia ergo eia ergo huic foelici ternario foelicitate insistant, vt per iustitiam & pacem ad gaudium veniamus.

GLORIA DEI.

- Deum qualiter glorificabimus. 1.
- Gloria Dei, non hominum, attendenda. 2. 3. 7. 8. 9. 12.
- Deus quare vult ab hominibus glorificari. 4.
- Gloriam Dei quaerunt sancti & perfecti in omnibus. 5. 6. 7. 9. 10. 11.
- Gloria quid significet in scriptura. 8.
- Gloria Dei procuratores sunt Angeli. 11.
- Magna virtus gloriam Dei quaerere. 13.
- Qui praepropere querit gloriam, perdit pacem. 14.
- Verè sapiens, tantum in Domino gloriatur. 15.

Deum qualiter glorificabimus.

GENES. 1. Fecit luminaria in firmamento caeli. CHRYSOST. Cum igitur videris caelum, eiusque formositatem, astrorum varietatem, claritudinis eminentiam, ne ibi subsistas, sed ad opificem ipsum extende mentem. Quia si factura tam admirabilis est, & super omniam opinionem & intellectum: quantus est qui ipsam solo verbo & praecepto produxit? &c. Si hac singulari diebus nobiscum versarem, & Domino vt deceret, imò vt nostrae vires paterentur, gloriam darem. Glorificabimus autem eum, non per hoc solum, sed & per optimam vitam, si non in eadem peccata recidamus, si diligenti Dei verborum attentioni vacemus, si Dei continuae confessioni incumbamus.

Gloria Dei, non hominum, attendenda.

GENES. 6. Noe inuenit gratiam coram Domino. CHRYSOST. Non simpliciter dicit, inuenit

gratiam, sed coram Domino Deo. Vt nos doceat, quòd vnus ille habuerit scopum, vt ab illo oculo laudaretur, qui dormire soporique nescit, nihilque curauerit humanam gloriam vel ignominiam vel irrisionem. Semper enim contra virtutem insanit malitia. At non solum illi nocuit nihil, sed & manifestando fortiorem reddidit. Tantum enim virtutis robur est, vt patiendo superet negotium sibi facientes, & cum impugnatur hostibus, fiat potentior.

Idem.

GENES. 9. Arcum meum ponam in nubibus, &c. A VGVS T. contra Faustum Manich. Illi non pereunt diluio, & non separantur ab Ecclesia, qui in prophetis & in omnibus diuinis scripturis tanquam in Dei nubibus agnoscunt Christi gloriam, & non quaerunt suam. Vide gloria vana, num. 2.

Quare Deus vult ab hominibus glorificari.

GENES. 9. Benedictus Dominus Deus Sem. CHRYSOST. Dices, hoc non est benedicere Sem, sed Deum. Imo valde benedixit illum. Quando enim Dominus benedicitur, & aguntur illi gratiae ab hominibus, tunc vberior ab illo solet istis benedictio dari, propter quos ipse benedicitur. Sicut è contra quando propter nos alij illum blasphemant, maior hinc nostra fit condemnatio. Sic quando benedicitur propter nos, multum id nobis conciliat fauoris. Vnde: [Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in caelis est.] Quia enim bonus & misericors est, per nos vult glorificari. Non quòd ipsi aliquid ad suam gloriam accedat; bonorum enim nostrorum non indiget, sed vt occasiones ipsi praebamus, vt maiorem nobis gratiam impartiat.

Gloria Dei querenda.

GENES. 14. Ne dicas: Ego dixi Abram. CHRYSOST. Habeo, inquit, Deum qui innumera mihi suppeditet bona, supernae gratiae innot, non opus mihi diuitiis tuis, non indigeo humanis facultatibus, contentus sum Dei in me beneficentia, scio illius largitatem. CAIETANVS. Ecce causam voti vel iuramenti, vt scilicet referretur Deo gloria, quòd Abraham fuerit diues.

Idem.

EXODI 18. Veneruntque Aaron, & omnes seniores Israel, vt comederent panem cum eo coram Domino. A VGVS T. quæst. 66. Coram Domino factum, quidquid in honorem Dei factum est. Vbi enim non Deus? ORIGENES. mysticè. Non omnes panes manducant coram Domino, sed qui presbyteri sunt, qui seniores, qui perfecti sunt, & merito probati. Ipsi manducant panem in conspectu Dei, qui obseruant illud Apostoli. [Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite.] Omnia ergo quae faciunt sancti, in conspectu Dei faciunt. Peccator autem à conspectu Dei fugit. Adam postquam peccauit, fugit à conspectu Dei, & interrogatus respondit: abscondi me. Sed & Cain postquam occidit fratrem, exiit à facie Dei, & habitauit in terra Naim. Exiit ergo à facie Dei qui indignus est conspectu Dei. Sancti autem omnia quae agunt, in conspectu Dei agunt. Ego autem adhuc locum praesentem discutiens, video quia qui plenior scientiam Dei accipiunt, & plenius imbuti sunt disciplinis, isti etiam si malum faciunt, coram Deo faciunt, sicut ille qui dixit: [Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.] Qui enim malum coram Deo facit, continuo pœnitent, & dicit, Peccaui: qui autem discedit à conspectu

conspectu Dei, nescit conuerti, & peccatum poenitendo purgare. Hoc ergo interest, malum coram Deo facere, & à Dei conspectu discessisse peccantem.

Idem.

EXODI 33. In quo enim scire poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram. LIPOMANVS. Id est omnibus populis formidini erimus, omnipotentiae ac clementiae tuae testes habebimur. Non enim in alium finem tantopere cupiebat honorem, & prosperitatem populi Dei, quam ad gloriam ipsius Dei, & sanctitatis famam, vt nomen Dei sacrosanctum celebraretur vbique & semper. RVPERTVS. Ergone ad hoc tendit vir mansuetissimus, vt glorificetur tam ipse quam populus, ab omnibus qui habitant super terram, scilicet gentium cadibus, bellatorum victoriis? Nempe gloria haec vana est. Igitur illud potius fortissima prece versat, vt glorificetur ille populus pro parte electorum, à cunctis populis, dicentibus, quia [salus ex Iudæis est.]

Gloria quid significet in scriptura.

EXODI 40. Et gloria Domini impleuit illud, scilicet tabernaculum. HIERON. in epistolam ad Galat. cap. 5. Gloria hic & alijs scripturae locis, significat aliquid augustius, & diuinius, quod se hominum obrutibus praebet. Sicuti & in templo quod à Salomone constructum est, gloria erat, & in facie Moysi, quando nesciebat quòd glorificatus esset vultus eius. De qua vultus gloria puto & Apostolum dicere, 2. Cor. 3. Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini contemplantur, in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, sicuti à Dei spiritu. & ipse Saluator splendor gloriae, & figura substantiae Dei dictus est. Vidit & Stephanus [gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei.] Item gloria significat opinionem vulgi, & laudem hominum fauore quaesitam, vt ibi: [Omnia autem faciunt vt ab hominibus glorificentur.] & alibi: [Quomodo potestis credere gloriam ab iniuicem quaerentes.] Porro in bonam partem eodem loco. [Et gloriam ab eo qui solus est, non quaerentes.] Ex quo intelligimus, idem verbum nunc virtutem significare, nunc vitium. Si ab hominibus quero gloriam, vitium est; si à Deo, virtus est, qui & ad veram nos gloriam cohortatur, dicens: [Eos autem qui me glorificant, glorificabo.] Significat etiam gloria passionem meam, dicam tamen, nec tacebo, passionem penè communem, de qua Apostolus: [Non efficiamur inanis gloriae cupidi.] &c. Vide verbo, Gloria vana, num. 6.

Gloria Dei querenda.

NUMER. 11. Quis tribuat vt omnis populus propheta, & det eis Dominus spiritum suum? GRIGORIUS. Pia mens pastorum, quia non propriam gloriam, sed auctoris, quaerit, ab omnibus vult iuuari quod facit. Fidelis enim praedicator, optat, si fieri valeat, vt veritatem, quam solus loqui non sufficit, ora cunctorum sonent. Vnde Moyses prophetae omnes voluit, qui bonum quod habuit, non inuidit.

Idem.

REGVM 23. Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas, nec est quicquam ex ea quod non germinet. LYRANVS. Est modus loquendi, qui apud Hebraeos vocatur decurtatus, scilicet quando loquens non exprimit totum conceptum suum, quod maxime contingit quado loquitur ex excessu deuotionis, sicut

Dauid erat in praesenti. Cuncta, inquit, salus mea, supple, dependet, & expectat à Deo. & omnis voluntas, id est, omne desiderium meum, supple, tendit in ipsum. Nec est quidquam quod ex ea non germinet: quod fit quando ex voluntate nihil procedit delibere, quod non ordinetur in Deum, iuxta illud 1. Corin. 10. [Omnia in gloriam Dei facite.] In statu tali erat Dauid, quando dixit ista verba.

Gloria Dei procuratores sunt Angeli.

MACHAB. 3. Tu autem à Deo flagellatus nunc, & omnia magna Dei & potestatem. Alter Angelus duos Tobias ad idem exhortatur. [Coram omnibus viuentibus confitemini ei,] &c. [etenim sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei reuelare, & consistere, honorificum est.] Hoc est officium Angelorum, exhortari ad glorificandum Deum, & ita in natiuitate Christi dicebant: [Gloria in excelsis Deo,] &c. & cap. 13. versu 14. Dans itaque potestatem omnium Deo mundi creatori. Latetur enim Deus cum ei tribuimus id quod ipse de suo habet: Sicut quando dicimus, [Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.] BERNARD. Serm. 13. in Cant. Iudas Machabaeus multis inlytus victoriis, cum frequenter exultanti populo, pacem, fortiter pugnando tribuisset, nunquid gloriam quandoque paritum est alicui? Denique, Et factus est, inquit, non gloria, sed laetitia magna in populo. Quid minus ab his omnibus fecit conditor omnium, quominus & ipse debeat gloriari singulariter? Vide locum Bernardi.

Non nostra, sed Dei gloria attendenda.

MACHAB. 9. Non inferamus crimen gloriae nostrae. Quod Iudas fecisse hic dicitur, expressè iubetur. Eccl. 33. [Ne dederis maculam in gloria tua.] & cap. 47. Salomoni obiicitur. [Dedisti maculam in gloria tua.] Finis verò tuda praecipuus clarè proponitur 2. lib. cap. ult. versu 18. & lib. 1. cap. 3. versu 59. videlicet vt Dei gloria, & vera religio templi, sacrarumque caeremoniarum sanctitas defenderetur.

Magna virtus gloriam Dei quaerere.

GENES. 39. Non est ex omnibus bonis Domini mei, quod non in mea sit potestate, praeter te qua vxor eius es. BERNARD. Magna & rara virtus est, vt magna licet operantem, magnum te nescias, & manifestam omnibus, tuam te solum latere sanctitatem, mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare. Hoc ego ipsi virtutibus mirabilis iudico. Fidelis reuera famulus es, si de multa gloria Domini tui, etiam non exeunte ex te, tamen transeunte per te, nihil tuis manibus adhaerere contingat. Tunc iuxta prophetam, proiciis auaritiam ex calumnia, & excutis manum tuam ab omni munere. Ioseph cum domum Domini sui sibi creditam sciret, dominam non ignorauit exceptam, & ob hoc non acquieuit contingere. Non est, inquit, ex omnibus bonis Domini mei, &c. Mulierem nouerat esse gloriam viri, & iniquum esse iudicauit vice contraria ingloriam facere qui se fecerat gloriosum. Aduertit homo Dei, sapientiam prudentis, virum vxorem propriam fortiter tanquam propriam zelare gloriam, sibi que ipsi retinuisse seruandam, non alij credidisse, & manum ad non concessum extendere non praesumpsit. Quid ergo homo zelat gloriam suam, & Deum audet velle fraudare sua, tanquam non zelantem? Sed audi quid dicat: [Gloriam meam alteri non dabo.]

Qui praepropere querit gloriam, perdit pacem.

LVC. 2. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, &c. BERNARD. Displicet mortalibus angelica partitio

partitio, qua gloria Deo, pax hominibus nunciatur, & dum vsurpant gloriam, turbant pacem. Solus gloriam meretur qui facit mirabilia magna solus, sicut ait Apostolus: [Soli Deo honor, & gloria.] Porro cum nostro genere bene agitur, si datur frui pace Dei, pace cum Deo, & quidem foeliciter, misericorditer: Quoniam ergo modo stabit pax hominum coram Deo, & cum Deo, si Deo non potest esse apud homines tuta gloria sua? O stulti filij Adam, qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes, & pacem perdunt & gloriam.

Verè sapiens tantum in Domino gloriatur.

15. 2. **C**ORINT. I. Gloria nostra hac est testimonium conscientia nostra. BERNARD. Securus glorior si de gloria conditoris nihil mihi vsurpo: securus planè, quia iam non contra Dominum, sed in Domino: & certè gloriari in solo Deo, non nisi à solo Deo, nec parua ista gloria. Quippe tam vera quam de veritate, & in veritate; tam rara, vt vix paucitas perfectorum perfectè gloriatur in ea. Sapiens itaque gloriatur probabit opus suum, & ad lumen veritatis diligenter examinabit, & sic in semetipso gloriam habebit, & non in ore alterius. Stultus sum si fiscellæ laborum tuorum gloriam meam credidero, & cœpero eam mendicare abs te, cum habere voluero. Nonne in tuo arbitrio est improbare me vel probare, cum volueris? Si retineo penes me, ipse eam mihi non seruo, imò nec mihi eam credo: ipsi potius repono seruandam, qui potens est depositum meum seruare in illum diem, cautus in custodiendo, fidelis in restituendo. Nemo ergo laudari velit in hac vita, quia hinc quidquid fauoris captamus, Deo furamur. Tibi ergo vnde gloria putride puluis? Tibi vnde? De vita sanctitate? Sed spiritus est qui sanctificat, non tuus, sed Dei. An blanditur popularis fauor, quoddam verbum bonum, & bene de prompseris? Sed Deus dedit os & sapientiam. Quid enim lingua tua, nisi calamus scribæ? & hoc ipsum munus accepisti. Omnis ergo de bonis nostris referatur ad Deum laus: idque non fide, vt ab hypocritis, nec sola consuetudine, vt à secularibus, sed nec quadam necessitate, vt iumenta ferendis oneribus applicantur, sed sicut decet sanctos sinceritate fida, deuotione sollicita, hilaritate grata, sed non dissoluta. Immolantes itaque hostiam laudis, & reddentes Altissimo vota nostra de die in diem, curemus omni vigilantia iungere sensui vsu, affectum sensui, exultationem affectui, grauitatem exultationi, humilitatem grauitati, libertatem humilitati: quo interdum liberis purgatae mentis passibus procedamus, & excedamus per inuitatas quasdam affectiones, spirituales læticias, in iubilæi amenitatibus, in lumine Dei, in suauitate, in Spiritu sancto.

GLORIA VANA.

Gloria vana, & superbia nos sequuntur in operibus bonis. 1. 3. 4. 6. 7. 10. 16.

Gloria vana pœna, & supplicium. 2. 3. 5. 6. 7. 9. 11. 15. 23. 24. 25. 26. 27.

Gloria vana fugienda. 3. 4. 5. 6. 8. 10. 12. 13. 16. 17. 19. 21.

Gloria vana lepra volatilis. 7. 17.

Rari homines qui non laborant gloria vana. 9. 17. 18.

Gloria vana non est quandoque veritatem asserere. 14.

Stultum est in acceptis tanquam in se habitis gloriari. 20.

Occultanda bona opera. 22.

Stultum est hominum laudes querere, & non Dei, & Angelorum. 26. 27. 30.

Inanis gloria cupidus iniurius est Deo. 28.

Vana gloria, & superbia nos sequuntur in bonis operibus.

GENES. 19. Mansit in spelunca ipse, & dua filia eius cum eo, &c. ORIGENES, Mysticè. Sed & tu obseruare debès, ne fortè etiam cum effugeris flammam seculi, & incendia carnis euaseris, etiam cum pusillam ciuitatem Segor superaueris, & ad scientiæ altitudinem, velut ad quædam cacumina montis ascenderit, ne tibi insidiantur duæ filia ista, quæ à te non discedunt, sed sequuntur te, etiam cum ascendis in montem, scilicet vana gloria, & maior soror eius superbia. Vide ne ista filia sopitum ac dormientem complexibus suis instruant, quæ idcirco filia dicitur, quia non nobis extrinsecus superueniunt, sed de nobis, & de actuum nostrorum velut quadam integritate procedunt. Vigila in quantum potes, ne de his generes filios, quia qui de his nati fuerint, non introibunt in Ecclesiam Domini. Tu autem si vis generare, in spiritu genera: quoniam qui in spiritu seminat, de spiritu metet vitam æternam. Si vis amplecti, amplectere sapientiam, & dic sapientiæ, sororem tuam esse, vt dicat sapientia de te: [Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, hic meus frater, & soror, & mater est.] Quæ sapientia Christus Iesus est.

Vanam gloriam querentes & non Dei, non crescunt.

GENES. 49. Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. RVPERT. Huic Ruben similis est, quicumque torum Dei patris, id est, plebis eius regnum, adulterino introitu ascendit, scilicet, qui non animarum salutem, siue profectum, sed gloriæ suæ quærit voluntatem. Quemadmodum iste ascendendo patris sui cubile, non exinde generare sobolem, sed proprii corporis quæsiuit explere libidinem: sic isti, & hæretici omnes, &c.

Gloria vana fugienda.

EXODI 2. Videns eum elegantem, abscondit, &c. ORIGEN. Mysticè. Propterea nobis præcipitur ne bonos actus in publico geramus, ne iustitiam nostram coram hominibus faciamus, sed vt clauso ostio oremus patrem in abscondito, & quod facit dextera nostra, nesciat sinistra. Nisi enim in occulto fuerit, diripietur ab Ægyptiis, inuadetur, in flumen iactabitur, vndis & fluctibus submergetur, ergo si facio eleemosynam, quia opus Dei est, masculum genero, sed si ita facio, vt hominibus innotescat, & ab hominibus laudem queram, & non eam occultauero, rapta erit ab Ægyptiis eleemosyna mea, & in flumen demergetur, & tanto labore, tantoque studio Ægyptiis masculum genui.

Idem.

EXODI 4. Reuersus ad Ietro socerum suum, dixit, Vadam, & reuertar ad fratres meos in Ægyptum, &c. RVPERTVS. Secretum visionis Dei seruat, non enim suam, sed gloriam Dei quærebat. Quicumque igitur hunc imitari vult, huic superfluum sit propalare gratiam sibi collatam coram hominibus, vt videatur ab eis, sed oportunitatem tempus expectet, donec vltro elarescat secretum Dei, & opportunè luceat

cefcat lux eius coram hominibus, vt videant, & glorificent Patrem qui in cœlis est.

Idem.

EXOD. 20. Quod si altare lapideum feceris mihi, non edificabis illud de sectis lapidibus, si enim leuaueris cultrum tuum super eo, polluetur. RVPERT. Lapidem, virtutes animi sunt, de quibus altare tunc Domino facimus, dum fidem habentes incarnationis eius, super hoc fundamentum illas edificamus. ferrum autem siue cultrum, arrogantia est, quo maximè vitio mens à Creatore suo præciditur. edificatum ergo altare, si super eum cultrum leuaueris, id est, si tibi virtutes ipsas arrogaueris, polluetur. STERNAN. Vel altare est mens hominis, vbi non est construendum edificium de sectis, vel politis lapidibus. Lapis enim non politur, nisi vt videatur. Vnde lapis qui in fundamento ponitur, non politur, quia videri non potest. Ille ergo construit altare de sectis lapidibus, qui ideo facit opera sua vt videantur, & vt fauorem acquirat humanum. Sed absconditum est opus, quia, vt ait Salomon, [Iustus quasi fundamentum subsistit.] Si ergo eleuaueris cultrum, id est, opus tuum cura & arte humana polire volueris, polluetur.

Idem.

EXOD. 40. Gloria Dei implet illud, scilicet tabernaculum. HIERON. in epistol. ad Galat. cap. 5. (Vide verbo gloria Domini, num. 8.) Significat etiam gloria passionem meam, dicam tamen, nec tacebo, passionem penè communè, de qua Apostolus. [Non efficiamur inanis gloriæ cupidi,] non de diuitiis, non de potentia, non de pulchritudine, & corporis venustate. Hæc enim manifesta inter carnis opera nominantur. Eleemosyna si ob laudem fiat, est gloria, longa oratio, pallor ex ieiunio sequens, (non mea sunt verba, sed Saluatoris, in Euangelio pertonantis, ipsa quoque castitas in matrimonio, viduitate, virginibus, sæpe plausum quærit humanum, & quod dudum timere dicere, sed dicendum est, martyrium ipsum, si ideo fiat vt admirationem & laudum habeamur à fratribus, frustra sanguis effusus est. Loquatur Apostolus, loquatur electionis vas. [Si tradidero corpus meum, vt glorier, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.] Scio in Latinis codicibus haberi, vt ardeam, pro glorier, ob similitudinem verbi, qua apud Græcos, ardeam, & glorier, idem est, & apud nostros error inoleuit. Sed nota cui nihil prodest: illi qui dixerat: [Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, si tunc in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit, raptum vsque ad tertium cælum, & post modicum raptum in paradysum, qui audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, illi inquam qui plus omnibus laborauit, & ne magnitudo reuelationum extolleret eum, datus est stimulus carnis eius, Angelus satanæ, qui eum colaphizaret, vt non extolleretur; & certè ter Dominum rogauit vt discederet ab eo; sed dictum est ei: Sufficit tibi gratia mea, virtus enim in infirmitate perficitur.] Quid tam Dei opus, quam Scripturas legere, prædicare in Ecclesia, ante altare Domini ministrare: Sed & hæc, nisi aliquis omni diligentia custodierit cor suum, de cupiditate laudis oriuntur, & nisi Christi causa fiant omnia huius mundi bona, sed memoriarum in posteros, & famæ in populos, totus labor irritus fiet, & erimus quasi tympanum sonans, & cymbalum concrepans.

Gloria vana, lepra volatilis.

LEVIT. 13. Lepra volatilis & vaga debet igni comburi. INTERL. Gehennæ. GREGOR. Aliquando nos mala egisse cognoscimus, & vitamus, sed ipsa

culpa in aliis actibus surrepit, quæ nos in aliis tenuit. Sunt enim qui carnali immunditiæ subiecti, ad se redeunt, reatum cognoscunt, & cum se correxerint, de bono castitatis eleuantur, & quos immunditia operis tenebat in corpore, immunditia elationis tenet in mente. Lepra enim volatilis, non planè vestimentum deseruit, sed locum mutauit. Vestimentum verò Ecclesiæ, quisque fidelis. Sic qui de diuitiis superbit; correctus, pauperibus omnia distribuit, sed inde in corde elationem sumit, lepra volatilis, locum mutauit. Alius sæpe immoderatis verbis, & inepta lætitiæ deditus, à prædicatore corripitur: & dum vult esse grauis, & immoderatè à gaudio constringitur, iracundus efficitur. Vitium enim inepta lætitiæ per immoderatam continentiam ad iracundiæ vitium transit.

Gloria vana fugienda.

LEV. 19. Et plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis praputia eorum, &c. nec edetis ex eis, &c. GREGOR. Moral. Ligna pomifera, opera virtutibus fecunda. Praputia auferimus, cum de inchoationis infirmitate suspecti, primordia operum nostrorum non approbamus. Nec edetis ex eis. Quia cum primordia laudantur boni operis, non debet hoc pascere animam operantis, ne dum laus lauaueit caput, fructus boni operis intempestiuè comedatur. Qui igitur inchoatæ virtutis laudem receperit, quasi plantati ligni fructum ante tempus comedit. Vnde: [vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis,] &c. Ante lucem surgere, est ante claritatem retributionis æternæ, in præsentis vitæ nocte gaudere.

Gloria vana pœna.

NUM. 16. Num de petra hac vobis aquam poterimus? Vt auctoritatem coram populo haberent. Num paulo antè murmurauerat, dicens: cap. 16. [Cur eleuamini super populum Domini.] & [Vos interfecistis populum Domini.] Nullam Dei mentionem faciunt, qui daturus erat aquam, sed suis ipsorum. Num de petra hac poterimus, &c. populum parui pendentes, [audite rebelles, & increduli.] Ob hoc peccatum puniuit eos Deus ita seuerè. [Non introducetis populos hos,] &c. OLEAST. Canales sumus omnes per quos transeunt opera & mirabilia Dei; sed sicut aquæ ductus nullus est, qui saltem ab aqua quæ per eum transit, non humectetur; ita rari homines sunt per quos Deus sua mirabilia operetur, quibus aliquid non adhaereat vanitatis. Vnde Paulus, vase electionis, dicens, [plus omnibus laboraui,] fortè humanum aliquid passus, adiunxit, [non ego solus, sed gratia Dei mecum.] Et si homo opera sua bona Deo, & non sibi ascribere debet, multo magis opera Dei, in quibus nihil nostri esse videtur. Hæc ille. Isti duo seipios æstimantes populum parui penderunt. Vnde in pœnam, ipsi non introierunt terram promissionis, introiuit autem populus.

Vana gloria fugienda.

DEVTER. 7. Non poteris delere eas pariter ne forte multiplicentur contra te bestia terra. GLOSSA. ORD. Cauendum esse ostendit ne fortè expulsis peccatis à carne nostra insurgat spiritalis bestia, id est, iactantia, superbia, vel vana gloria, quæ difficiliùs extirpantur quam carnalia vitia. Loth enim qui in Sodomis se continuit, in monte fornicatione pollutus est. Expulso vitio statim virtus plantetur, ne immundus spiritus redeat, & domum vacantem inueniat.

Gloria vana pœna.

DEVTER. 10. Circumcidet igitur praputium cordis vestri. INTERL. Superflua cordis. Et ceruicem

uicam vestram no indueris amplius. INTERL. tumore superbia. Quia Dominus Deus vester ipse est Deus Deorum. INTERL. Contra quem stultum est superbire. GLOSSA ORD. Bina circumcissione indigemus, ne ex his, scilicet bonis operibus externis, quæramus vanam gloriam: ne foris mundi, & intus immundi simus, & simulatæ sanctitatis poenas sustineamus. Sicut Sichimitæ, qui Patriarcharum circumcissionem imitati sunt, non Dei amore, sed ob causam luxuriæ. Ideo nihil mercedis acquisuerunt, sed die tertia intra ciuitatis suæ ruinas perierunt. Tales enim in tempore resurrectionis euacuatis quibus confidebant virtutibus, in æternum moriuntur. Inter maledicta quibus Deus maledixit non seruantibus legem, cap. 28. vnum est: *Semenem multam iacies in terram, & modicum congregabis: quia locuste deuorabunt omnia.* INTERL. Inanis gloria, mentis instabilitas.

Gloria vana fugienda.

12. DEUTER. 15. Non operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouium. GREGOR. lib. 8. Moral. cap. 29. & homil. 2. super Ezechiel. In primogenito bouis arare, est bonæ conuersationis primordia in exercitio actionis publicare. Primogenita ouium tondere, est ab occulto rationis regimine inchoantia bona nudare. Si quid enim bonum robustumque cepimus exercere, non debemus citò ostendere; simplex quoque & innocuum non debet nudari suo velamine, ad sola diuina sacrificia ista proficiant, vt ad honorem intimi iudicis in ara cordis immolentur, ne primordia adhuc carnali vitæ commista innotescant, & dum laudantur bona, deceptus animus non deprehendat quæ in eis sunt mala. Sequitur: *Non maculam, & comedes illud.* GLOSSA ORD. Sunt quedam opera, quæ licet minùs placeant, vt profunt tamen proximo: & si Deo offerri non possunt, comedere possunt: cum enim Deo minùs placeant pro fuscata intentione, quam Deus intuetur, proximis tamen exemplo opitulantur. Vide verbum *Diuitia*, num. 13. ex Bernardo.

Idem.

13. IUDIC. 6. Timens autem domum patris sui, & homines illius ciuitatis, per diem noluit facere, sed nocte omnia compleuit. Opera virtutis debent fieri in secreto ob timorem vanæ gloriæ. [Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.] 2. Paralip. 11. [Expoliauit Ierusalem omnibus diuitiis rex Aegyptius, nomine Sisach.] GLOSSA ORD. ibi. Sisach interpretatur gaudium cilicij, qui Ierolimitanas opes aufert. Hec illa. Qui viròs expoliat spirituales, est gloria vana cilicij, & cæterorum operum poenitentia.

Gloria vana non est, quandoque veritate asserere.

14. 4. RAMBULAUERIM coram te in veritate, & corde perfecto. GREGOR. 12. Moral. cap. 16. Plerumque iusti aliquibus necessitatibus afflicti sua opera coguntur fateri, sed cum eorum dicta iniusti audiunt, hæc per elationem potius quam per veritatem existimant prolata. Ex suis enim cordibus verba iustorum pensant, & dici humiliter posse verba bona non æstimant. Sicut enim gravis culpa est, sibi hoc hominem arrogare quod non est, sic plerumque culpa nulla est, si humiliter bonam dicat quod est. Vnde saepe contingit vt iusti & iniusti habeant verba similia, sed tamen cor longè saepe dissimile: & ex quibus dictis Dominus ab iniustis offenditur, in eisdem quoque à iustis placatur. Pharisæus namque dicebat, [ieiuno bis in sabbaro,] &c. Ezechias etiam hic: [memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in

corde perfecto.] Sed iustificatus magis Publicanus quam Pharisæus è templo. exiit; Ezechiam autem Deus non despexit, quem mox in suis precibus exaudiuit. Ecce Pharisæus se iustificauit in opere: & Ezechias iustum se asseruit etiam in cogitatione. Atque vnde ille offendit, iste Dominum placauit. Cur itaque hoc? Nisi quia omnipotens Deus, singulorum verba à cogitationibus pensat, & in eius auribus superba non sunt, quæ humili corde proferuntur?

Gloriam vanam Deus punit.

15. 2. PARALIP. 31. De eodem Ezechia dicitur: Sed non iuxta beneficia qua acceperat, retribuuit. Quia eleuatum est cor eius, & facta est contra eum ira, & contra Iudam, & Ierusalem. Hoc secundum peccatum Ezechia (ait LYRAN.) constitit, quòd sanationem pro magna parte suis meritis attribuit. Superbiuit etiam de hoc quòd rex Babylonis misit sibi literas, & munera, & ex illa elatione ostendit nuntiis omnes diuitias suas, thesauros, & secreta ad sui iactantiam: vnde dicitur. In legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, vt interrogarent de portento quod acciderat super terram, dereliquit eum Deus, vt temeretur, & nota fierent omnia qua erant in corde eius. INTERL. Occulta scilicet elatio mentis. Hoc habuit remedium iterum humiliari. Vnde sequitur: *Humiliatus est postea eo quòd exaltatum fuisset cor eius, iam ipse quam habitatores Ierusalem.* LYRAN. Ad arguentionem scilicet Isaia propheta vt habetur 4. Reg. 20. & Isai. 38. & 39. & idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechia.

Gloria vana fugienda.

16. 2. ESDRÆ 4. Vna manu faciebat opus, & altera renebat gladium. Similiter & nos vna manu faciamus opus bonum, & altera à vana gloria defendamus. LYRAN. Quoniam ex bono opere vana gloria solet insurgere: [nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.]

Idem.

17. TOBIÆ 2. Ex nido hircinum calida sercora dormienti illi incidere. GLOSSA ORD. Hirundines propter leuem volatum, superbiam leuitatemque significant, quarum immunditia quibus dominatur, excæcat. Nido hircineo suppositus dormit, qui leuitate lasciuia ac superbia, se incautus subicit. Hæc illa. Item, hirundo subtiliter volat, & gloria vana subtiliter in cor intrat. Item: tempore veris apparet, non in hyeme, & vana gloria tempore prosperitatis, & boni operis, non in aduersitate.

Multos deicit glorie inanis appetitus.

18. GENES. 49. Fiat Dan coluber in via: zerafes in semita mordens ungulas equi, vt cadat ascensor eius retro. VERRI. C. Hoc de humana gloria dicitur, quæ blandè & insidiosè plures decipit, & euertit. Quid est enim fauor humanus, nisi ventus vrens, aura corrumpens, latrunculus spoliatus, homicida insidians, coluber in via, & zerafes in semita mordens ungulas equi, vt cadat ascensor eius retro? Vir quippe vanus, erigitur in superbiam, & vanitate sui sensus velut equo præcipiti fertur in ruinam. Huius nimirum serpens vulnerat & subuertit vestigia, dum veluti blandiens capiti, tenera illius laudari facit primordia: haud secus, ni fallor, contingit homini, qui antequam, vel Deum, vel seipsum diligere sciat, diligi à proximis nimis affectat.

Inanis gloria fugienda.

19. DEUTER. 15. Non tondebis primogenita ouium. STEPHAN. Nota quòd oues non tondentur in hyeme

hyeme, sed in æstate, ne asperitate hyemis opprimantur. Hyems, est vita præsens; ætas, vita futura. Oues in hyeme tondet, qui causa inanis gloriæ, opera sua ostentat; in æstate verò, qui pro vita æterna laborat. Item Deuter. 23. Ingressus vineam, &c. foras autem ne offeras tecum. Vnas foras portare est pro quæstu, vel vana gloria, legere aut predicare. & Iudic. 6. Per diem noluit id facere, sed omnia nocte compleuit. In quo instruimur vt bona nostra secreta sint, & sine scandalo proximorum, pro vt possumus, faciamus. & 1. Reg. 14. Ascendit Ionathas ad stationem Philistinorum populo ignorante, sed & patri suo non indicauit. Hoc est [nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.] Hoc est, quòd nesciente Laban fugit Iacob. Osee 9. Ephraim ad interfectores adducet filios suos. Illi ad interfectores adducunt filios suos, qui bona quæ faciunt, mundo ostendunt. Vnde Ezechias quia thesauros suos ostendit Babylonis; ipsos amisit. Certè qui bona quæ agit, mundo ostendit, similis est simia, quæ foetum suum viso ostendit, quem ille protinus deuorauit.

Stultum est in acceptis, tanquam ex se habitis gloriari.

20. I. CORINT. 4. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? BERNARD. Non ait simpliciter, quid gloriaris, sed addit: quasi non accepisti, vt asserat reprehensibilem, non qui in habitis, sed qui tanquam in non acceptis gloriatur. Meritò vana gloria nuncupatur huiusmodi, veritatis nimirum solido carens fundamentum. Veram enim gloriam ab hac ita discerne: [qui gloriatur, in Domino gloriatur,] hoc est, in veritate, Veritas quippe Dominus est: vt rumque enim scias necesse est, & qui sis, & quod à teipso non sis, ne aut omnino videlicet gloriaris, aut inaniter gloriaris.

Sancti inanem gloriam fugiunt.

21. DOROTH. De humilitate doct. 2. Vt indutus quis purpura, & serico, si ei iniiciatur lacerna immunda, declinat illam, & fugit, ne indumentum pretiosum commaculet: sic viri sancti virtutes præclarissimas induti, humanam gloriam deuitant, ne ab ea dehonestentur. Qui autem gloria cupidi sunt, hi mihi similes nudo videntur, qui vsquequaque circuit, vt lacernam inueniat, vel aliud quiddam quod possit nuditatem suam tegere: ita virtute spoliatus, humanam gloriam qua se obumbrat, sectatur.

Occultanda bona opera.

22. CHRYSOST. homil. 3. in Math. Satis certus thesaurus est rectè factorum obliuio. Sicut aurum vestemque pretiosam cum in publico ponimus, plurimos ad insidias prouocamus; si verò ea recondamus atque occultemus domi, in toto cuncta seruabimus: Sic sunt etiam diuitiæ virtutum, si eas in memoria quasi venales assidue portemus; armamus hostem, irritamus inimicum, & dolosum inuitamus ad furtum: si verò nemo alter id scierit nisi quem nulla occulta latere possunt, tutissimo in loco pretiosa consistunt.

Inanis gloria mala, & quare sic appelletur.

23. CHRYSOST. homil. 2. in Ioan. Intolerabilis quadam est ebrietas vana gloria. Quem suæ subiecit ditioni, is agrè in sanitatem restituit, & quam pestifera tabe insicit animum, à cælo abscondens, terræ affigit, nec eam amplius sinit vt ad veram lucem dirigere possit intuitum. Qui enim hoc morbo afficitur, nullo præceptore, omnia sua sponte operatur quæ aliis placere arbitrat, vt aliis admirationi sit, præceptis

agitur. Vis huius intelligere tyrannidem? Si quempiam negotiatorem, qui pretiosissimas sibi merces magno auri pondere comparat, rogaueris quanam gratia tantum auri profundat, quidve tantus sibi sumptus velit: nullam aliam ab eo rationem accipias, quam vt populo placeat. Quòd si deinde quid populus sit percunctaberis: Quidam, inquit, tumultus perturbationisque plenum, & stultitia maiori ex parte constans, atque compositum, temere per maris fluctus varia & pugnante sententia sapenmero iactatum. Qui igitur sub huius seruitij dominio premitur, nonne omnium miserimus est? Inanis gloria, (maiores nostri sic eam appellauerunt,) inanis est, nihilque rectum, clarum & gloriosum in se habens: tanquam personæ quæ pulchra quidem visu, & decora, intus autem inanes reperiuntur. Quare cum aspectu ipso elegantiores appareant, neminem tamen vnquam ad se amandum allexerunt. Ita nihil miserius quæ à multitudinem comparatur gloria, difficilem nobis & violentum affectum significat; aspectu namque solo pulchra & elegans videtur; intrinsecus autem non inanis modò, sed etiam ignominiosa crudelitatis & violentia plena.

Idem.

24. IDEM Chrysostom. homil. 28. in Ioan. Quemadmodum terrenas diuitias contemnimus, cum alias diuitias speramus: ita & huius vitæ gloriam, cum longè maiorem & veram gloriam coniectabimur, contemnemus. Hæc namque inanis & stulta est, & nomine tantum, non re gloria: illa verò cælestis, vera, quæ non homines, sed angelos, & archangelos, & angelorum Dominum, imò & cum his etiam homines laudatores habet. Si illud spectaculum contempleris, si illas coronas noueris, si ad illum plaustum transfuleris, nunquam aduersum te terrena poterunt praualescere: nec hæc magnificas si habebis; si minùs, non quæres. Etenim in huius seculi regis nemo fatellitum, his ommissis, quibus coronato regi, & in folio sedenti placeat, gracculorum voces, mulcatum, & culicum obuolantium stridorem prosequitur. Nec enim his vlla ex parte potiores hominum laudes inueniuntur. Idem homil. 42. in Genes. Vt tinca & vermes, vestes corrumpunt: ita & inanis gloria diuitias quæ misericordia colliguntur. Idem homil. 29. in Ioan. Spinarum est plena gloria, multorum capitum bestia, & in eos quibus fouetur, quibus suscipitur, armata. & infra: Varia & multiformis bestia, inanis gloria, & vbique proprium virus disseminat, & pecuniis, & delitiis, & corporis pulchritudine. Hæc gratia semper necessitatem excedimus: inde vestimentorum copia, inde & seruatorum examen, inde omnis necessitas contemnitur, in domibus, vestibus, mensæ splendore excessus dominatur. Vis frui gloria? Facias elemosynam, tunc te angeli laudabunt, tunc Dominus accipiet, nunc autem aurifices tantum, & textores admirantur. Idem homil. 17. in epist. ad Roman. Mater gehennæ est inanis gloria: videre est illam, & in mortuis vites obtinere. quare quid poterit fieri peius? Aliæ siquidem passionis morte finiuntur: ista verò & post mortem violentè instat, naturamque suam in emortuo iam corpore ostendere contendit. Cùm enim splendida sepulchra, omnemque ipsorum substantiam consumertia, morientes sibi erigi curent, atque vt in sepultura multus antea lux adhibeatur, affectent, quam quæso aliam quæres in hoc morbo tyrannidis excellentiam?

Idem.

25. IDEM Ibidem. Quemadmodum profana mulier in prostibulo consistens, quibusuis sui copiam facit: Et sic

sic & qui vanæ gloriæ dediti sunt; imo turpius etiam quam istiusmodi mulieres. Illæ siquidem quosdam suos amatores contemnere sæpenumero solent, tu verò te ipsum quibusvis & fugitiuis & latronibus, & furibus exponis. *Item.* Quemadmodum pueri ludentes ex sceno coronas imponunt, coronatum autem sæpenumero eius rei ignarum, post tergum irident: Ita & nunc qui te in faciem prædicant, apud seiplos clanculum subannant. Atque ita quid aliud sit, quam quodd & nobis inuicem scenum coronantes imponimus; & vtiuam nil aliud quam scenum. Nunc autem multo etiam nocumento plena est hæc nostra coronas nam omnia nostra rectè facta perdit. *Item.* Vanæ gloriæ cupidus, similis illis est qui tempestates ferunt, semper tremens, semper timens, innumeròsque dominos obseruans. Qui verò extra illam est tyrannidem, rectè comparatur his qui in portu constituti, integra libertate potiuntur.

Vanum, & stultum hominum laudes querere, & non Dei & Angelorum.

26. **L**VC. 6. *Va vobis cum benedixerim vobis homines.* CHRYSOST. *ibid.* Hoc Christi verbum inscribamus; & parietibus, & ianuis, & menti, dicamurque continè nobis ipsis: Væ nobis si quando laudauerint nos homines. Nam ipsi etiam laudatores te postremò, velut vanæ gloriæ, vani honoris, præconiique quod ab ipsis sit, stultè amantem vituperabunt. Deus autem non ita, sed cum viderit te eius quæ ab ipso sit gloriæ cupidum, tum te potissimum laudabit, celebrabit, prædicabit. *Et infra:* Seruus ad Domini oculos respicit, ad herum mercenarius, & ad præceptorem discipulus: Tu contra omnino remunerantem Deum, Dominumque relinquens, ad conseruans respicis: et si bene noueris Deum rectè factorum tuorum in futurum quoque recordarum; hominem verò tantum ad præsens, & quidem vtumque. & cum habeas theatrum in cælo constitutum, spectatores tamen in terra tibi deligis, & colligis. Athleta quidem vbi certat, ibi & probari cupit: Tu cum in superioribus certes, in inferioribus coronari quæris. Videamus si placet & coronas: illa quidem, superbia constat; hæc, inuidia quadam, ex ironia & adulatione propter pecunias, & alia nonnulla etiam ex seruili ministerio.

Idem, & inanis gloria mala.

27. **C**HRYSOST. *hom. 2. ad Titum.* Homines, etsi in præsentiarum laudant, post modicum vituperabunt, inuidebunt, carpent; & si hoc minimè fecerint, nihil tamen illi penitus proderunt quem laudant. At non ita Deus: gaudet ille profectò, cum iustitias nostras actusque collaudat. Nihil profectò humana gloria vilis, nihil abiecius. Dic enim obsecro, si videre contingat multitudinem paruulorum, eorum scilicet qui subiecti vberibus sunt, nunquid ab his gloriam cupis? Ita te necesse est gloriæ causa ad omnes homines affici: idcirco nempe ea res inanis dicitur. Non aspicias vt in scena sibi personas imponunt histriones quam præclaras, quam honestas, quam ad extremam, quam ad exactissimam formæ diligentiam effectas? Putasne huiusmodi affectum mihi verum esse monstrare? Minimè sanè. Quid igitur? Non eas aliquando adamas? Non. Cur id? Quoniam inanes sunt, imitanturque decorem, sed nullus sibi solidus decor. Ita gloria inanis est, imitanturque gloriam, non vera gloria est. Illa quippe sola permanet quæ naturalis est, quæ in intimis conditur. Porro hæc quæ extrinsecus adhibetur, obtulit sæpius facultatem, & id apud homines & vsque ad vesperam. Cæterum soluto theatro, sublatisque personis, vnusquisque quod est, id quoque videtur. Non igitur veluti in scena at-

que ludo veritatem arripiamus. Dic enim quæso quid in se præclari habet à multitudine inspicere? Inanis est hæc gloria, nihilque in se habet solidi atque veri. Nam vbi te receperis domum, solutusque fueris, id omne prorsus effluxit. Irrumpe in forum, auersare presentes. quid amplius? Nihil. extincta est penitus illa gloria, abscessit, atque in fumum resoluta est.

Inanis gloria cupidus iniurius est Deo.

28. **C**HRYSOST. *Serm. de inanis gloria cupiditate.* Mortalium gloriam ambiendo non solum tibi sed Deo es iniurius. Etenim si effigiandi peritus esses, & pictor discipulum haberes qui à te quod ex parte perdidicisset, aliis te inuito proderet, aut pictam tabulam non tibi, sed astantibus cæteris, in tui contemptum ostenderet, num æquo animo id ferres? Longè verò maiori Domino iniuriæ ducitur.

Inanis gloria mala.

29. **M**AXIMVS *lib. 2. de charitate.* Quemadmodum diebus succedunt noctes, & ætates suscipiunt hyemes: sic inanem gloriæ cupiditatem & voluptatem suscipiunt dolores, & tristitia, aut in præsentia, aut in futuro. CLIMACVS *de inanis vite fuga.* Inanis gloria formicæ comparatur, quæ breuis licet, & pusilla, ingentes tamen segetum fructus graui labore quæsitos rapit. Insidiatur formica vt grana maturecant: stat itidem in insidiis inanis gloria, expectans vt spiritales dinitia cumulentur. Gaudet formica coaceruatas frugum opes populari, gaudet pari modo inanis gloria bene parros virtutum thesaurorum dispergere. NILVS *oratione septima aduersus vitia.* Hedera sic arborem complectitur, vt cum altius sese sustulerit, radicem eius arefaciat: inanis gloria sic iuxta virtutes nascitur, vt non recedat prius quam vim illarum exciderit. Racemus humi iacens facile putrescit, & virtus inanis gloriæ inherens corrumpitur. Pedis vestigium ventus deleret, & inanis gloriæ studium perdit eleemosynam.

Stultum est hominum laudes querere.

30. **E**CCL. 27. *Stultus vt luna mutatur.* BERNARD. *de nativ. Ioan. Baptista.* Quemadmodum splendet luna sine seruore, modò plena, modò exigua, modò nulla videtur. Mutuatum quidem lumen nunquam in eodem statu permanet, sed crescit, deficit, extenuatur, attenuatur, & penitus non comparat: sic qui conscientias suas in alienis labiis posuerunt, modò magni, modò parui sunt, modò nulli, secundum quod adulantium linguis, vel vituperare, vel laudare placuerit. At verò iustus permanet vt sol. Solis splendor igneus est; & cum feruet acrius, etiam oculis lucidior exhibetur: sic sapientis ardor internus, foris lucet, etiam si non datur ei vtrumque, curandum semper magis ardere, vt pater qui videt in abscondito reddat.

GRATIA DEI.

Per gratiam reprimi potest concupiscentia, non sanari: vide, concupiscentia, num. 9.

Vna eademque gratia diuersa operatur. 1.

Gratia non attendit merita. 2. 7. & de eius dispositione. 34.

Gratia præcedit supplicium. 3.

Gratiam quis inuenit coram Domino. 4. 19. 20.

Habenti gratiam nihil deest. 5. 6.

Gratiam nemo amittit nisi volens. 6. 24. 32.

Gratia filium iræ adoptat in filium. 8.

Gratia

Gratia maximum donum. 9. 33. & eius effectus mirabilis. 26. 31.

Gratia præueniens necessaria ad salutem. 10. 14.

Quid sit gratia. 11. & de triplici gratia. 23.

Tria gratiam impediunt. 12. & non semper operatur. 28.

Non correspondens ad gratiam. num. 13.

De duplici gratia luminis & seruois. 15.

Ex defectu gratiæ nostræ plenius infirmitas cognoscitur. 16.

Electis interdum gratia dissipatur & subtrahitur. 17.

Per gratiam tam iniquitas quam infirmitas auferuntur. 18.

Gratiam querere oportet per Mariam. 21.

Non vniformiter gratia confertur. 22.

Gratiæ necessitas ad bene operandum. 25. 27. 30.

Gratia à Christo tanquam à fonte dimanat. 29.

Gratia qualiter datur ad mensuram 35. & statim manifestatur. 36.

Verè conficiens duplicem consequitur gratiam, vide, confessio, num. 18.

Opera nostra à gratia valorem habent, vide, opera, num. 54.

Gratia eadem differenter operatur in vno quam in alio.

1. **G**ENES. 1. *Germinet terra herbam viuentem, &c.* BASILIVS. *Mysticè.* Vna eademque aqua pro fibras radiceque attracta, alio modo radices, alio corticem, alio lignum, alio medullam alit. Eademque & folium fit; & in ramos surculosque diffunditur. Ab eodem rursum humore in vite quidem vinum, in olea autem oleum emergit. *Hæc ille.* Ita gratia in incipiente causat differetes effectus quam in perficiente, & differentes in perfecto.

Prima gratia non attendit merita.

2. **G**ENES. 2. *In quo scilicet paradiso posuit hominem quem formauerat.* CHRYSOST. Vide quantum honorem statim homini dederit: extra paradysum quidem formauit illum, sed mox cum nullum adhuc boni specimen præbuisset, in paradysum introduxit. *Hæc ille.* Et hoc sine propriis meritis, imò sine meritorum indicis, sed per solam gratiam Dei.

Gratia præcedit supplicium.

3. **C**ENES. 6. *Videntes filij Dei filias hominum, &c.* IAVGVST. *15. de ciuit. cap. 23.* Spiritu Dei facti fuerunt filij Dei, sed declinando ad inferiora, homines dicuntur, nomine naturæ non gratiæ. AMBROS. Quodd tunc fuit humani generis abundantia, diuina tribuitur gratiæ, quodd autem diluuium sequutum est, nostris ascribitur iniquitatibus: qui peccatis nostris auertimus Deum in misericordiam. Sic & in posterioribus inuenies quodd securitatem Ægypti sterilitatem præcessit totidem annorum fecunditas. Mos namque Dei est inchoare à beneficiis: & præseminare gratiam. Vnde & David: [Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Præcedit beneficij gratia, sequitur censura sobriæ disciplinæ. Diuinum est igitur quodd bona præmittuntur, nostrum, quodd mutantur.

Gratiam quis adipiscitur.

4. **C**ENES. 6. *Noè verò inuenit gratiam coram Domino.* AMBROS. Ad condemnationem cæterorum, & ad expressionem pietatis diuina, dicitur quodd

Noè inuenit gratiam. Simul ostenditur quodd hominem iustum non obumbret aliorum offensio, quando ipse ad totius generis reseruat seminarium. CHRYSOST. Noè inter tot peccatores scintillam virtutis seruauit, & sicut illi malis operibus misericordem Deum ad indignationem prouocauerunt: sic ipse virtute pollens, gratiam inuenit coram Deo. Multos quidem habebat, imò omnes qui ad malum & ad praua opera inhortabantur, & nullus erat qui ad bonum induceret, & tam domestica illi virtus erat, vt viam diuersam à vulgari quam omnis multitudo inambulabat, iret. Adimplens illud quodd Moyse olim dicturus erat. [Ne sis cum multis in malitia.] & illud: [Melius est vnus faciens voluntatem Domini, quam innumeri præuicacatores.] & notandum: quodd non simpliciter dicit, *inuenit gratiam*, sed *coram Domino Deo*, vt nos doceat quodd vnum ille habuerit scopum vt ab illo oculo laudaretur qui dormitare, sopirique nescit, nihilque curauerit humanam gloriam vel ignominiam vel irrisionem.

Gratiam habenti nihil deest.

5. **G**ENES. 21. *Aperuitque oculos eius, scilicet Agar, Deus. Que videns puteum aquæ, &c.* CHRYSOST. Non quia ante non videret Agar, sed quia nihil proderant ei aperti oculi, ante supernam visitationem. Aperuit igitur oculos, id est, indicauit ignorantem, & mentem eius excitauit, viamque ei ostendit, vt videret locum, in quo puteus erat. Sic quodocumque voluerit Deus, licet in solitudine simus, & in extremis afflictionibus, nullamque spem salutis habeamus, nullo alio opus habebimus, diuina gratia nobis omnia suppeditante. Maxima enim securitas, & inexpugnabilis murus est gratia Dei. Vnde qui cum gratia Dei in solitudinibus agit, securior est & potentior his qui sine illa in medijs ciuitatibus versantur, ingenti hominum præsidio freti. David de loco in locum transiens erraticus, & vagus, manu superna munitus fuit: Saul autem in medijs ciuitatibus cum esset, & tantum secum duceret exercitum, quotidie timebat, & tremebat inimicorum insidias. Ille quidem solus erat, & non indigebat humano præsidio: hic verò coronatus, & purpura indurus, illius auxilio indigebat, & regi opus erat pastoris opera, & diademate redimito priuati adiumentum necessarium erat.

Gratiam nemo amittit, nisi volens.

6. **G**ENES. 31. *Quæsiuit Laban, & nihil suum inuenit apud Iacob.* AMBROS. Secundum alium sensum. Magnus vir, & verè beatus qui nihil potuit suum amittere, nihil alienum habere, hoc est, nihil minus habere, nihil superfluum. Itaque ille perfectus est cui nihil deest; iustus, cui nihil superest. Hoc est perfectum esse, adhærentibus sibi, commodi plurimum dare, nihil afferre incommodi. Denique is qui nocere cupiebat, inanem eum non potuit dimittere. Sapiens enim nunquam inanis est, semper in se habens amicum prudentiæ: qui potest dicere. [Iustitiam induebam, & vestiebam iudicium,] sicut dixit Iob. Nam hæc mentis sunt interna velamina, quæ nemo alius potest auferre, nisi cum aliquem sua culpa despoliat. Sic despoliatus Adam nudus inuentus est, at verò Ioseph etiam vestimento exteriori relicto, nudus non erat, qui salua habebat vestimenta virtutis. Nunquam igitur inanis sapiens, nam quomodo inanis qui de plenitudine Christi accipit, & seruat acceptum: Quomodo inanis, cuius repleta est anima quæ acceptæ gratiæ vestimenta custodit? Illud metuendum est ne quis innocentie velamen amittat, ne impij sacrilega persecutione terminos iustitiæ prætergrediendo, vestimentum animæ ac mentis eripiant.

Quod non accidit, nisi prius aliquem sua iniquitas exuerit. Vnde David dicebat: [si est iniquitas in manibus meis, decidam merito ab inimicis meis inanis, persequatur inimicus animam meam, & comprehendat. Nemo ergo ex inimicis potest tuam animam comprehendere, nisi prius inanis fuerit effecta.

Primum gratiam non propter merita largitur Deus.

7. EXODI 1. Hæc sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum. RVPERTVS. Vniuerso Israeli, beatae genti, & populo quem elegit Dominus in hereditatem sibi. Primum iustitiae ac salutis instrumentum est scire & confiteri quod suam ob culpam in hoc exilium proiectus sit; per solam autem gratiam fieri quod quandoque eripitur de presenti seculo nequam, & transfertur in regnum filij dilectionis Dei.

Gratia filium iræ adoptat in filium.

8. EXODI 2. Ecce autem descendebat filia Pharaonis, ut laudaretur in flumine. HVGO DE S. VICTORE. Mystice. Moyses iuxta flumen, significat quemlibet hominem iuxta fluium presentis seculi positum. Filia regis, gratiam designat quæ quemlibet prædestinatum de fluxu seculi liberat, & in filium adoptat, vt qui prius fuerat filius iræ, deinceps existat filius gratiæ, quæ tradidit eum mulieri Hebrææ, scilicet matri Ecclesiæ, quæ Hebræa est, & transiens, quæ non habet hinc manentem ciuitatem, sed futuram inquiri: vt quem gratia genuerit, Ecclesia nutriat. quæ videlicet sancta Ecclesia mulier recte dicitur, quia sponso suo Christo fideliter multos fideles parit & nutriat.

Gratia maximum donum.

9. EXODI 33. Audiens populus sermonem hunc pessimum. RABANVS. Hoc est, crudelissimum atque mortuosissimum. Quod enim maius alicui potest præstari beneficium quam Dei gratiam habere presentem, ac conditorem suum agnoscere sibi esse propitium? Aut quod maius est discrimen, quam auctoris sufferre iram? Nihil habet boni qui creatoris sui carebit gratia atque presentia.

Gratia præueniens necessaria ad salutem.

10. EXODI 34. Nullusque apud te per se innocens. GREGORIUS 16. Moral. cap. 11. & 12. Si ad hoc saluari hic munditia manuum suarum creditur, vt suis virtutibus innocens fiat, procul dubio erratur: quia si superna gratia nocentem non præuenit, nunquam profecto inueniet quæ remuneret innocentem. Vnde Moyses: Nullusque apud te per se innocens est. Superna ergo pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis, vt sequente quoque nostro libero arbitrio, bonum quod iam appetimus agat nobiscum, quod tamen per impensam gratiam in extremo iudicio ita remunerat in nobis, ac si solis præcessisset ex nobis. Quia enim diuina nos bonitas vt innocentes faciat, præuenit, Paulus ait: [Gratia autem Dei sum id quod sum,] & quia eandem gratiam nostrum liberum arbitrium sequitur, adiungit: [& gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius his omnibus laboraui:] qui dum de se nihil esse conspiceret, ait [Non autem ego.] & tamen quia se esse aliquid cum gratia inuenit, adiunxit: [sed gratia Dei mecum.] Non enim diceret, mecum, si cum præueniente gratia subsequens liberum arbitrium non haberet. Munditia itaque manuum suarum innocens saluabitur: quia qui hic præuenitur dono vt innocens fiat cum ad iudicium ducitur, ex merito remuneratur.

Gratia quid sit.

11. IOAN. 6. Caro non prodest quidquam, spiritus est qui uiuificat. BERNARD. Quid est qui uiuificat? Cum enim mors animæ peccatum sit, anima quippe quæ peccauerit, ipsa morietur; vita eius sine dubio iustitia est: quoniam [iustus ex fide uiuit.] Iustus autem quis est, nisi qui amanti se Deo vicem rependit amoris? Quod non fit nisi reuelante spiritu per fidem homini æternum Dei propositum super sua salute futura. Quæ sanè reuelatio non est aliud quam infusio gratiæ spiritualis, per quam, dum facta carnis mortificatur, homo ad regnum præparatur, quod caro & sanguis non possident, simul accipiens in vno spiritu, & vnum se præsumat amatum, & vnum redamet, ne gratis amatus sit.

Tria gratiam impediunt.

12. LVCA 2. Inuenisti gratiam apud Deum. BERNARD. Tria sunt quæ gratiam solent impedire. Primum enim cor hominis quod adhuc peccare delectat, nec miseram consuetudinem proposito vitio mutauit, ne sit gratiæ capax, propriis vitiis præpeditur. Secundò. Vbi iam mores corrigere, & priores nequitias de cetero non iterare proponit, ipsa tamen peccata præterita, licet iam amputata quodammodo videantur, dum in eo manent, gratiam non admittunt, manent autem donec confessione lauentur. Sed vix tibi si forte peccatis, vel vitiis perniciosior successerit ingratitude. Quid enim tam euidenter gratiæ aduersatur? Tepe scimus processu temporis à seruiore conuersationis nostræ, paulatim refrigescit charitas, abundat iniquitas, vt consummenur carne qui spiritu ceperamus. Inde est quod minis iam non sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, in deuoti pariter & ingratu. Timorem Domini relinquimus, religiosam omittimus sollicitudinem, verbosi, curiosi, faceti, etiam detractores, & mutmuratores, vacantes nugis, fatigantes laboris & disciplinæ, quoties sine nota id licet, quasi confestim sit etiam sine noxa. Quid ergo tantis repulsam obstaculis gratiam, nobis deesse miramur? Iam verò si quis deuotus, si quis sollicitus, si quis spiritu feruens, caueat sibi, ne suis fidat meritis, ne suis operibus innitatur. Alioquin ne huiusmodi quidem animam intrat gratia, nimirum plenus est, nec in eo iam inuenit gratia locum sibi. Pharisæus ille elatus, qui stans orabat, vacuus rediit, quia plenitudinem simulauit. Publicanus verò qui vacuum vas exhibere curauit, gratiam retulit ampliozem. Nos ergo si gratiam cupimus inuenire, sic abstinemus à vitiis, vt de præteritis quoque peccatis dignè peniteamus, solliciti sumus, & deuotos nos Deo, & verè humiles exhibere.

Non correspondens ad gratiam.

13. GRATIÆ qui non correspondit operando, non prosperabitur. Vide, Christus, num. 91. ex Balduino.

Dei gratia nos semper præuenit, & sequitur.

14. LEUIT. 27. Omnes decimæ terræ suæ de frugibus, & suæ de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur. RADVLPHVS. Numeri sui plenitudinem denarius continet. & sicut numerus idem ab vno incipit, sic & in decimo consummatur. Cum igitur Dominus & primogenita, & decimas, suas esse restatur, mysticè nos docet, ab ipso esse quod ad bonum surgimus; ab ipso, si vsque in finem perseveramus. Quod tamen ipsius est, nos redimimus, & nostrum facimus, si omnem curam subinferentes gratiam illius, apud nos perire non sinimus, & si humiliter confitemur eius esse muneri si cursum nostrum sine laudabili perficimus. Hoc igitur subiungit: Si quis autem

autem voluerit redimere decimas suas addet quintam partem earum.

De duplici gratia, luminis & feruoris.

15. 4. REGVM 2. Oro vt fiat duplex spiritus in me, &c. BERNARD. Nonne tibi videtur Elias ascendentis Domini gessisse personam? Eliseus verò donum Apostolicum in ascensione Christi anxie suspirantem. Sic enim Eliseus ab Elia nullo pacto auelli poterat: sic nec Apostoli à Christi presentia separari. Quis est ergo spiritus iste duplex qui queritur, nisi illuminatio intellectus, & affectus purgatio? Res difficilis: quia rarus est in terris qui illam habere videatur. Non dubito ego intellectum omnium vestrum illuminatum esse, sed non affectum æquè esse aut purgatum, manifestis approbo coniecturis. Omnes quod bonum est nostis, & viam per quam incedere, & quomodo incedere debeatis, sed voluntas non vna est. Quidam enim ad omnia viæ & vitæ huius exercitia non solum ambulant, sed & currunt, vel magis volant, vt etiam vigiliæ breues, & cibi dulces, & panni suaves, & labores non solum tolerabiles, sed & appetibiles videantur. Alij autem non sic, sed corde arido, & affectu recalcitrante vix trahuntur ad hæc, vix gehennali timore compelluntur. Miseri & miserabiles, vt pote socij tribulationis, sed consolationis non ita. [Nunquid abbreviata est manus Domini,] vt omnibus dare non possit qui aperit manum suam & implet omne animal benedictione? Cur ergo? Quia scilicet non vident Christum cum tollitur ab eis: id est, non cogitant quomodo orphanos eos reliquerit, quod peregrini & aduenæ sint super terram: quod tandiu sæculenti corporis horrido carcere teneantur, & non sint cum Christo. Inde autem tam perniciose repiditas emanat, quia affectus, id est voluntas eorum, nondum purgatus est, nec bonum sibi volunt, sicut nouerunt, à propria concupiscentia abstracti grauer, & illecti.

Ex defectu gratiæ, nostra plenius infirmitas cognoscitur.

16. ECCLES. 1. Orietur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascitur gyra per meridiem, & flebitur ad aquilonem. RICHARD. Sol oritur quando veritatis intelligentia cordi inspiratur; idemque occidit cum intelligentiæ radius obscuratur: sed post occasum ad locum suum reuertitur, vt iterum renascatur. Solis huiusmodi locus, ipse est animus. Quid est ergo, solem ad locum suum redire, nisi mentis inuitum ad sui considerationem reflectere? Post occasum ergo ad locum suum reuertitur, quia per subtractionem gratiæ, ad defectus sui considerationem mentis oculus reuerberatur. Per hoc ergo quod diuina gratia te ad tempus subtrahit, cogitur cognoscere homo quod nihil per se possit. Orietur ergo sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur: intelligentiæ sol post ortum suum, & sublimis contemplationis ascensum, iterum ad locum suum reuertitur, & ad sui circumspectionem cordis oculus reuocatur, vt ad altiora iterum subleuetur. Cor enim quod ad sui considerationem obdormit, citò contemplationis gratiam quam accepit, amittit.

Electis interdum gratia dispensatoria subtrahitur.

17. ECCLES. 3. Tempus amplectendi, & tempus longe fieri ab amplectibus. HVGO DE S. VICT. Sunt quidam amplexus sapientiæ, & interni amoris delectabiles nexu, cum mens introrsum admittit, suæ dilectionis gaudium apprehendit, & quasi quibusdam desideriorum astringens brachijs, fœdus inquit cum dilecto, & poscit pactum perpetis mansionis. Sed

quia citò relabitur, adiungitur tempus longè fieri ab amplexibus. Fugit enim dilectus, sed non fugit vt effugiat, sed abscondit se tantum, & celat in irritationem dilectionis, vt queratur in desiderio, & non inueniatur quoad vsque ardentissimè diligatur. Hinc est quod subditur. Tempus acquirendi, & tempus perdendi. Quando enim dilectus præsens est, successus omnium multiplicatur virtutum, & repletur domus interior omnimoda vberitate. Tunc sterilia faciunt fructum, & quæ emarcuerant, impinguntur fecunditate. Parata sunt omnia, sancti flagrant affectus, diuitias suas anima ipsa miratur quas possidet. Sed ne fortè successus continuus aliquatenus cor humanum per elationem præcipitet, sequitur: Tempus perdendi; vt dum ab eo ad tempus salubri dispensatione successus virtutum tollitur, melius per humilitatem in virtute solidetur.

Per gratiam iam iniquitas, quam infirmitas auferitur.

18. ISAIE 10. Computrescet iugum à facie olei. GILBERTUS. Computrescet graue iugum filiorum Adam à facie olei. Ex quo ceepimus alio nomine vocari, & inuocatum est super nos nomen secundi Adam, cuius vt oleum effusio est nomen eius. Vis audire iugum hoc graue, & dirumpi, & putrescere? Qui propitiabitur omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes infirmitates tuas. Iniquitas tota & semel redimitur, diruptum est iugum, infirmitas adhuc sanatur, iugum computrescit. Denique quod computrescit, lentè deficit, non deficit semel. Propositum voluntatis præcidi quidem potest, & quasi dirumpi, sed inueterata passio non tam deciditur quam deducitur; & quando operandæ salutis impossibilitas auferitur per gratiam, tunc quasi dirumpitur captiuitatis iugum, sed quæ refidet adhuc boni difficultas, dum paulatim seruatur, eius videtur iugum computrescere. Computrescet, inquit, & quantum non semel totum, tamen putredine quandoque conficiendum docet intelligi.

Rehens desiderium gratiam promeretur.

19. ISAIE 55. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite & comedite. GALFRID. Quasi diceret: Qui non habetis pretium, pretium date. Offerite meritum, qui meritum non habetis, imò qui de merito non præsumitis, desiderium exhibete. Credite Domino, si mihi non creditis. Optimum huius poculi pretium sitis, Magnum huius gratiæ meritum, feruens desiderium cordis. Benignus spiritus sapientiæ inuitum non cogit, voluntarium non fraudabit.

Numero voluntatis propriæ donâ gratiæ sunt emenda.

20. ISAIE 55. Venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione, vinum & lac. BERNARD. Non ignoratis quid lactis dulcedo, quid vini designet austeritas. Quid est autem emere absque argento, & absque ulla commutatione? Non talis est emptio apud amatores huius seculi, sed apud auctorem seculi, alia esse non potest. Propheta dixit Domino: [Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.] Quam igitur commutationem dabit homo pro anima sua, qui nullius eget, & cuius sunt vniuersa? gratia gratis datur, etiam cum emittitur, gratis emittitur: quia quod datur pro ea, nobis melius retinetur. Nummo igitur propriæ voluntatis emenda sunt omnia; quam dimittentes, nihil amittimus, & lucratur plurimum, commutantes illam mens introrsum admittit, suæ dilectionis gaudium apprehendit, & quasi quibusdam desideriorum astringens brachijs, fœdus inquit cum dilecto, & poscit pactum perpetis mansionis. Sed

Quando verò compatiatur fratri, qui in propria voluntate nescit compati nisi sibi? Aut quando amans seipsum, diligit iustitiam, & odio habebit iniquitatem? Simulare quidem potest ante oculos hominum etiam & semetipsum seducere, vt cum priuato amore, vel odio dicitur, compassionis affectum, aut zelum putet esse iustitiæ.

Gratiam querere oportet per Mariam.

21. **LV C. 2. Inuenisti gratiam apud Dominum.** BERNARD. Feliciter. Semper Maria inueniet gratiam, & sola est gratia qua egemus. Prudens virgo, non sapientiam sicut Salomon, non diuitias, non honores, non potentiam, sed gratiam quærebat. Sola est enim gratia qua saluamur. Quæramus gratiam, & per Mariam quæramus, quia quod quærit, inuenit, & frustrari non potest. Quæramus gratiam apud Deum, nam apud homines gratia fallax. Quærant alij meritum, nos inuenire gratiam studeamus. Quid enim non gratiæ est quod hic sumus? Profecto misericordiæ Domini est quod non sumus consumpti nos. Qui nos? Nos raptores, nos perituri, nos adulteri, nos homicidæ, purgamenta denique mundi huius. Consulite conscientias vestras, & videre si non vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia.

Non uniformiter gratia confertur.

22. **LV C. 10. Quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiverat verbum illius.** BERNARD. Non omnibus vno loco frui datur gratia, præsentia sponi, sed vt cuique paratum est à patre ipsius. [Non enim eum nos elegimus, sed ipse elegit nos, & posuit nos,] & vbi vnusquisque ab eo positus fuerit, ibi est. Denique mulier vna compuncta, secus pedes Domini, forata est locum fidei, cum altera deuotionis suæ fructum ad caput inuenerit. Porro Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in sinu Patris, Paulus in tertio cælo secretum sunt huiusmodi assecuti. Prior mulier stravit sibi in tuto humilitatis, posterior etiam in folio spei, Thomas in solido fidei, Ioannes in lato charitatis, Petrus in intimo sapientiæ, Paulus in luce veritatis.

De triplici gratia.

23. **IOAN. I. De plenitudine eius, nos omnes accepimus.** *Gratiam pro gratia.* BERNARD. Ex his verbis inuenitur quod triplicem gratiam diuinitus accepimus. Vnam, qua conuertimur; aliam, qua in tentationibus adiuuamur; tertiam, qua probati remuneramur. Primam inuenit, per quam vocamur. Secunda prouenit, qua iustificamur. Tertia consummat, qua glorificamur. & prima quidem beneplacitum est; secunda meritum, tertia præmium. De prima dictum est: *de plenitudine eius nos omnes accepimus.* De duabus reliquis dictum est: *& gratiam pro gratia,* id est, munera æternæ gloriæ pro merito temporalis militiæ.

Gratia non communicatur, nisi uolentibus & dispositis.

24. **CYRIL. IEROSOLYMIT. Cateches. 1. Qui Spirituale hoc signaculum, & salutare accipiunt,** opus est vt voluntarie id faciant: vt enim calamus scriptoris, aut telum, vt ab aliquo impellatur necesse est. Sic & gratia indiget credentibus. BASIL. *proæmio in Istaam.* Quemadmodum vultuum imagines non in qualibet materia redduntur, sed in his duntaxat quæ leuorem & pelluentiam quandam habent. Ita non in quibuslibet mentibus operatio spiritus, sed his quæ nihil habent obliquum, nihil obtortum. Candida quidem nix, verum imaginem intuentium non reddit: propterea quod inæqualis est & concre-

ta spuma constans. Lac album, at non exhibet imagines, eo quod exigua quædam sunt bullulæ. Contrà aqua tamen nigra specie, tamen repræsentat ob leuorem. Ita videlicet vitæ inæqualitas nequaquam idonea est ad recipiendam diuinam operationem. AMBROS. *lib. 2. de uocatione gentium. cap. 3.* Sicut in germinibus herbarum atque lignorum, quæ terra producit, non vna species, nec vnum in omnibus genus est, sed singula quæque in sui seminis forma, & in suæ stirpis qualitate gignuntur: Ita & semina charismatum non in omni agro cordis humani hoc pariter quod sunt futura, nascuntur, nec facile reperitur in exordio maturitas, & in inchoatione perfectio.

Gratia necessitas ad bene operandum.

25. **MACHAR. Homil. 1.** Sicuti cum quispiam videns autem volentem, velit & ipse volare: vtique non potest cum alas non habeat. Sic & homini quidem adiacet, velle purum esse, irreprehensibilem, immaculatum, & nihil habere in se vitij, sed semper esse cum Deo, facultatem autem non habet. Volare quidem in aërem illum diuinum, atque libertatem sancti Spiritus consequi desiderat: atqui nisi alas acceperit, id non potest.

De effectu mirabili gratia.

26. **IDEM Homil. 7.** Quemadmodum in sole est splendor, & circulus ipse: ac aliter splendor apparet, alio modo lumen quod est reconditum in circulo: itidem lucernæ lucentis in domo alius est splendor vbi que relucens, & aliud est lumen quod in ipsa lucerna splendidius est & speciosius: ita quædam manant à gratia, quæ velut quædam visiones homo procul intuetur, ac huiusmodi visionibus delectatur, sitque alius, propterea quod ingreditur in illum vis diuina quæ illius membra continet, & cor, & captiuam illius mentem reddit in dilectionem Dei. *Idem homil. 16.* Quemadmodum apis secretò fauum conficit in aluceo, sic & gratia dilectione suam secretò in cordibus exercit, & quod amarum est, mutat in dulce: quod autem asperum in planum. Itaque sicut faber argentarius, & sculpsor, quando discum insculpsit, aliquatenus operit varia illa quæ sculpsit animalia: vbi verò perficit, tunc discum splendens profert in lucem. Ita Dominus qui verus est artifex, corda nostra insculpsit ac renouat, donec & corpore decedant, & tunc eminent dignitas animæ.

Gratia necessitas ad bene operandum.

27. **IDEM MACHAR. Homil. 16.** Quemadmodum si pater quispiam mittat filium suum in regionem peregrinam, in qua occurrant ei in via bestię, denturque ei pharmaca, & antidota, vt, si insiliant in eum bestię & dracones, iniectione pharmaco interimat illar: Hunc in modum vos quoque date operam vt accipiat celeste pharmacum, quod curatiuum est, & antidotum animæ, vt eo perimatis venenosas bestias immundorum spirituum. *Idem homil. 46.* Quemadmodum per se nemo potest traicere, nec transire mare, nisi leuem & tenuem nauiculam à ligno constructam habeat, quæ sola potest super aquas incedere, quia demergitur, & interit quis si ambulet in mari: Itidem nequit anima per se ipsam transgredi, superare, aut transmittere acerbum mare peccati, & difficilem abyssum improborum spirituum, caliginem affectionum, nisi susceperit subtilem, cælestem, & volatilem Christi spiritum ambulantiem, & incendentem super omnem nequitiam, cuius beneficio rectè, & breuicursu ad cælestem quietis portum, ad ciuitatem regni peruenire poterit.

Gratia

Gratia non semper operatur in habente.

28. **BASIL. De Spiritu sancto.** Quemadmodum ars est in eo qui nactus est illam: ita gratia Spiritus in eo qui recipit, semper quidem prærens, at non perpetuò operatur. Nam & ars potentia quidem est in artifice, actu verò tum, cum secundum illam operatur. Itidem Spiritus semper quidem adest dignis, sed operatur in illis iuxta utilitatem, aut in prophetiis, aut in sanationibus, aut aliis miraculorum operationibus.

Gratia à Christo tanquam à fonte dimanat.

29. **IOAN. I. De plenitudine eius nos omnes accepimus.** **CHRYSOST. homil. 12. in Ioannem.** Fons est, & bonorum omnium radix, non in seipso bonorum continens diuitias, sed in vniuersos distundens, & plenus tamen permanens. Quod autem ego fero, participabile est: ab alio enim accepi, & exigua pars totius est, & quasi gutta ad vniuersum abyssum, & infinitum pelagus comparata. Sed nec hoc exemplum quidquam sufficit. Nam si guttam è pelago acceperis, ea tamen pelagus, etsi visu percipi nequeat, minuitur: de illo autem fonte hoc dici non potest, sed quantumcumque quis hauriat, nihil deficit. Alterum exemplum afferemus. Constituamus nobis igneam fontem à quo innumeræ accenduntur lucernæ, & totidem, & item totidem: nonne huiusmodi fons ita plenus est igni, quemadmodum antequam quidquam fumeretur? *& Homil. 35.* Vt solares radii singulis diebus illuminant, neque ex nimia copia vis eorum minuitur: ita, imo longè minùs Spiritus operatio ab accipientium multitudine remittitur.

Gratia necessitas ad bene operandum.

30. **CHRYSOST. Homil. de Spiritu sancto.** Da mihi Cnaum vacuum, gubernatorem, nauas, funes, anchoras, omnia disposita, & nusquam esse spiritum venti, nonne cessat omnis quantumcumque apparatus, si desit operatio spiritus? Ita licet sit sermonis ampla suppellex, & mens profunda, & eloquentia, & intelligentia, & non assit Spiritus sanctus, qui vim suppeditat, otiosa sunt omnia.

Gratia augmentum, & operatio continua.

31. **IDEM Homil. 9. ad Roman.** Gratia Dei finem non habet, semper ad maiora egreditur. Non ita in hominibus vsu venit. Assecutus est quis magistratum, perpetuus in eo non manet, tandem aliquando excutitur. Nam vt honorem humana illum manus non eripiat, mors certè superueniens ereptura est. Talia non sunt quæ bona Deus largitur, vt à quibus non homo, non tempus, non rerum aduersarum vis, non diabolus, non denique mors ingruens, deturbare possit, quin vel mortui ea demum firmius possideamus; adeoque quo magis progredimur, eo pluribus semper maioribusque illis fruimur. Si futuris fidem non habes; de illis saltem præsentia fidem faciant.

Gratia qualiter extinguitur.

32. **1. AD THESSAL. 5. Spiritum ne extinguatis, prophetias ne contemnat.** **CHRYSOST. super hunc locum, homil. 11.** Extinguitur spiritus vita impura. Nam quemadmodum si quis lucis huius lychno, & aquam inspergeret, & puluerem, & si nihil horum inspergeret, sed oleum duntaxat eximeret, lucem extingueret: ita habet & donum Spiritus; siue namque res terrenas, & rerum fluxarum curas insperferis, extingues spiritum: siue etiam si tu nihil tale feceris, aliunde tamen tentat vis vehemens impulsus instat: cuius dum venti irruerent, & flamma valida non fuerit, aut parum olei habuerit, aut foramen non obtura-

ueris, vel ostium non occluseris, omnia peribunt. *Vide reliqua verbo Sensus, num. 17.* Ne extinguas ergo spiritum. Fit autè sæpenuero vt nullo externo impulsu incumbente, extinguatur fax. Quando videlicet oleum deficit, quando misericordiam non facimus, extinguitur spiritus. Exincto autem spiritu quid reliquum est? Nostis quorquor in tenebrosa nocte ambulatis: si verò de terra in terram noctu ambulare difficile est & molestum, quomodo tutum erit eam viam qua ex terra in cælum tenditur, sine hac luce ambulare? Ignoratis quod demones sunt in istius intercapedis spatio? Quot bestię? Quot versutiæ spirituales? Nam & latrones lampadem primùm extinguunt, deinde latrocinantur.

Gratiam inuenire apud Deum, agnum.

33. **IDEM CHRYSOST. Homil. 2. in 2. ad Thessalon.** Plerique hominum nihil non satagunt & moluntur vt apud principes aliquam gratiam acquirant, magnique hoc reputant, ac felices se arbitrantur, si eam assecuti fuerint. Si ergo apud homines acquisita gratia tanti æstimatur, quantum quæso fuerit apud Deum reperisse gratiam?

Pro gratia dispositione.

34. **IDEM CHRYSOST. Homil. 34. ad Hebræos.** Sicut in velum laxum ventus incidens nihil operatur: sic etiam Spiritus sanctus in anima remissa, & legni, permanere non sustinet: & sicut araneum stammina flatum venti non suscipiunt, sic nec anima secularis, nec homo animalis gratiam poterit Spiritus sancti suscipere. Nihil enim differunt ab istis staminibus cogitationes nostræ, solo visu habentes consequentiam, totius autem virtutis vacuæ permanent.

Gratia qualiter datur ad mensuram.

35. **EPHES. 4. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.** **HIERON. lib. 2. Comment. ad Ephes. cap. 4.** Licet Deus Pater super omnia sit, & per omnes, & in omnibus, tamen gratia iuxta mensuram credentibus datur. Non quod ad mensuram spiritum & gratiam tribuat Deus. Magnificentia enim eius non est finis, sed quod iuxta mensuram vasculorum infundat liquorem, tantum muneris largiens quantum potest ille cui donatur, accipere. Quod vt manifestius fiat, in perfectum licet, & non implens similitudinem, tamen per quod possit intelligi quod dicitur, sumamus exemplum. Mare certè immensum est, & capacitas eius Deo soli nota; ex hoc si quis velit multis hominibus secundum id quod gestare queunt, tradere: necesse est vt ad mensuram vnicuique tribuat, & partes eius mensuram recipiant, cuius solidum immensurabile est: ita & Spiritus sanctus, immensus quidem est, & nullo sine concluditur, tamen vnicuique datus secundum quod expedit.

Gratiam habens statim manifestatur.

36. **CLIMAC. De discretione gradus 26.** Sicut is qui fert caromata, etiam si nolit, ex odore proditur: ita qui Dei gratiam habet, ex verbis suis, atque humilitate propria agnoscitur. **BERNARD. Sermon. 1. de conuersione Pauli.** Fluminis aqua si stare cœperit, putrescit, & inundatione facta superueniens repellitur. Sic planè gratiarum cessat decursus, vbi recursus non fuerit.


De necessitate gratiæ Dei, vide, Deus, num. 37. ex Chrysost. Eo quis capaxior gratiæ quo diligentior, vide diligentia, num. 1.

G.R.A.

GRATIARVM actio, & gratitudo.

- Ad gratitudinem nos creatura inuitant. 1.*
Gratia agenda Deo pro beneficiis. 1.2.3.6.7.8.9.12.
 17.20.23.24.26.28.
Ingratitudo primorum parentum. 4.
Gratitudo maiora beneficia meretur. 5.11.12.15.
Ingratus est qui expectat infusionem gratiarum. 6.
Verè grati humiliantur. 10.
Gratitudo Deo maximè placet. 11.14.19.20.
Gratitudo vincit tentationem carnis. 12.
Ingratitudo commune vitium. 13.16.19.21.
Ingratitudo meretur beneficium acceptum perdere. 15.
Gratiarum actio debitum sacrificium. 17.
Ingratitudo damnationis signum. 18.
Gratitudo erga benefactores. 22.23.
Contra ingratos puniitio. 25.
Non omnis gratiarum actio est accepta. 27.
Ingrati quibus comparentur. 29.30.
Grati esse debemus Deo, quòd tempore gratie nos referuauit. 28.

Ad gratitudinem nos creatura inuitant.

1.  ENES. I. Terra autem erat inanis & vacua. CHRYSOST. Terra est nutrix, & mater nostra. Ex ea siquidem facti sumus & educamur. Terra nostra patria est, & commune sepulchrum (reditus enim noster ad eam est,) & variis per eam bonis fruimur, sed inanis, & vacua nobis demonstratur, ne beneficia terræ ipsi imputes, sed ei tribuas qui eam ex nihilo creauit, & ornauit. Idem super illud: *Fecitque Deus luminaria magna, &c.* Cum igitur videris cælum, eiusque formositatem, altorumque varietatem, claritatis eminentiam, ne ibi subsistas, sed ad opificem ipsum extende mentem. Quia si factura tam admirabilis est, & super omnium opinionem, & intellectum, quantus ille est qui solo verbo & præcepto produxit? Id ipsum & de terra tecum considera, quando vides eam floribus ornari, &c. Si hæc singulis diebus nobiscum versaremus, ipsi grati essemus, & Domino vt decreret, imo vt nostræ vires paterentur, gloriam daremus.

Deo gratie agenda pro beneficiis.

2. **G**ENES. I. *Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram.* RVPERTVS. In illo talium personarum patris, & filij, & S. sancti, non tam senatu quàm soliloquio venerando vna quæque persona suam operis partem de nobis suscepit. Pater ait, ego illos creabo; Filius, ego redimam; Spiritus sanctus, ego sanctificabo: atque ita communi totius Trinitatis consilio dicitur, *faciamus hominem*, &c. laus ergo sapientia creatoris; honor gratiæ liberatoris, gratiarum actio pietati illuminatoris, & adoratio vniuersæ creatrici, liberatrici, & gubernatrici omnium Trinitati. Repleatur os nostrum laude vt tantam eius magnitudinem tota die decantemus. BERNARD. super Psal. *Qui habitat, serm.* 14. Agamus fratres gratias factori nostro, benefactori nostro. Primum, quòd nobis præstitit quòd nos ipsi sumus, si quidem ipse fecit nos, & non ipsi nos. Cogita autem qualem te fecit, secundum corpus egregiam creaturam, secundum animam magis, vt pote imagine creatoris insignem, rationis participem, capacem beatitudinis. Porro secundum ambo simul præ cæteris creaturis

maximè admirandam. Itaque tam magnum hoc donum est quàm magna res est homo. Secundò, quòd nobis dedit omnia. Vnde, postquam dixit scriptura, *Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam*, statim addit. *Et subiecit terram, & dominamini piscibus maris, &c.* Cælestia autem elementa in vltus creasse tuos antè docuerat, cum facta memorantur, vt essent in signa, & tempora, & dies, & annos. Considera igitur quàm copiosius tibi fuit, in hoc secundo beneficio, quàm liberalissimus Deus fuit, quanta largitus est ad sustentationem, quanta ad eruditionem, quanta ad consolationem, quanta ad correptionem, quanta etiam ad delectationem. Verùm hæc duo beneficia gratis, & dupliciter gratis. dupliciter inquam gratis, quia sine merito tuo, & sine labore suo: sine merito tuo, quia nihil antè promeruit qui penitus nihil fuit. Sed dices: Postea sperabatur quòd homo gratias retribuere auctori. Audi Psalmistam: [Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non egdes.] Sine labore verò suo, quia ipse dixit, & facta sunt, &c.

Idem.

3. **G**ENES. 2. *Et posuit in eo, scilicet Paradiso, hominem quem formauerat.* CHRYSOST. Vide quantum honorem statim homini dedit: extra paradysum quidem formauit illum, sed mox introduxit, vt re ipsa sensu beneficiorum frueretur, sciretque quantus illi honor concessus esset: prouocaretque homo ad gratitudinem, intelligens quantis sit affectus beneficiis, cum nullum adhuc specimen præbuisset boni.

Ingratitudo primorum parentum.

4. **R**VPERTVS super cap. secundum Genes. Notandum quàm pertinaciter homo primus à creatoris laude mutus persistit, quàm obstinatis labiis ab omni gratiarum actione abstinuit. Nullas ei gratias egisse dicitur, nec quidquam, quod laudem Dei resonet, locutum fuisse, nec vllum dilectionis vel gratiæ verbum in ore eius fuisse scriptura testatur. Qui ergo gratiam Dei non cognouit, non mirum quòd peccauerit, & quòd peccatum suum non agnosceret, quia res vicina est. eodem enim intuitu & suum malefactum, & diuinum erga se homo cognoscit beneficium. Idem super illud Genes. 3. *Cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem.* Culpandus inquit ne est Deus, quòd apparuerit quasi toto meridie dormiisset, & eo dormiente lupus ouem centesimam tulit? Non vtique, sed tota culpa illius est qui custodem suum dormire permisit, nam vt ille non dormiat, in arbitrio hominis est qui semper illum ne dormitet, aut dormiat, inquietare debet. Vnde Isai. cap. 62. [Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei.] Quomodo autem fiet hoc? sequitur: [Tota die ac nocte non tacendo] laudare nomen Domini. Primi autem parentes Deum non inuocauerunt, nec vllum piæ confessionis verbum de ore eorum sonuit in auribus Dei, sed vterque pari pertinacia silentium tenuit. Itaque nec eius culpa est qui dormiuit, sed eius qui tam ingratum silentium vt merito obdormire posset, ei præbuit.

Gratitudo maiora beneficia meretur.

5. **C**HRYSOST. super cap. secundum Genes. Ita liberalis est Dominus noster, vt quando videt nos bene, & cum gratitudine vti his quæ iam nobis concessit, vltra nos potioribus, maioribusque muneribus impleat. Idem super illud Genes. 4. *Possedit hominem per Deum.* Vide, inquit, quomodo poena inflicta mulierem

mulierem emendauit, nam puellum natum non naturæ sed Deo acceptum tulit, suamque gratitudinem declarat. AMBROS. Vt & nos cum aliquid acquirimus, vel omnes euentus secundos, Deo magis deferre quàm nobis arrogare debeamus. Sequitur: *Rursusque peperit fratrem eius Abel.* CHRYSOST. Quia pro nato puero grata fuit, & prius beneficium agnouit, affecta est & aliud. Summa enim, postquam subintravit mortalitas, consolatio erat, filiorum successio. Talis enim est Dominus noster quando in primis gratitudinem declaramus, & benefactorem agnoscimus, largius nobis sua dona erogat.

Gratia Deo agenda vltro, non expectato mandato.

6. **G**ENES. 7. *Ex omnibus animantibus mundis tolles septena & septena, &c.* CHRYSOST. Plura quidem præcepit ex mundis introduci, vt iustus, & qui cum illo erat, inde consolarentur, ex illis vltimum habentes. Septena autem, quia sciebat Deus, iustum ob gratiarum actionem hostias & sacrificia oblaturum, vbi tantæ tempestatis effugisset periculum, & ne hoc faciendo mutilaret paria, ideo iussit septena introduci. AMBROS. super illud Genes. 8. *Adificauit autem Noë altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.* Hoc quod non est admonitus Noë à Domino, fecit, cum Dominus admonerit omnia quæ hæcenus fecit. Non vtique debuit Dominus quasi auarus mercedem gratiæ postulare; & iustus eam intellexit veram gratiarum actionem esse quæ non iuberetur sed deferretur; & ideo dilationem passus non est. Etenim grata animi virtus dilationem & dubitationem excludit. Qui autem debitum gratiæ vt à se exigatur, expectat, ingratus est. Iustus ergo suam declarans gratitudinem, tam pro iis quæ præterierant, quàm quæ futura erant, gratias Domino retulit. *Et obtulit, inquit, de pecoribus, & volucribus mundis.* Nam quæ incontaminata sunt, debemus offerre, in quibus affectus reluceat offerentis. RVPERTVS. Nota gratitudinem Noë. Iustus quidem fuerat, arcam, in qua saluaretur, adificare, & modò altare adificat, in quo idem Saluator suus adoretur: & quia non solum hominem, sed & propter hominem iumenta & animalia Deus seruauerat, meritò illi de cunctis pecoribus & volucribus mundis super altare ab homine offeruntur holocausta. Ipsa enim ratio naturaliter dicitur vt de suis donis honoretur inprimis ipse qui dedit. LIPOMAN. Erepti ergo de quotidianis nostris periculis, hoc exemplo edocti gratias Domino referamus, à quo solum auxilium credere, & sperare oportet.

Gratia semper agenda Deo.

7. **G**ENES. 12. *Qui adificauit ibi altare Domino, & rursum infra: Adificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius.* CHRYSOST. Vide religiosam eius mentem, & gratitudinem. Prius ob promissionem sibi à Deo factam, aram struxit; iterum autem, quia tabernaculum suum fixerat, altare Domino adificauit implens illud quod postea dixit, [in omni loco leuantes sanctas manus,] &c. Sciebat enim quòd nihil aliud requirit Deus ab humano genere post innumera & ineffabilia beneficia sua, quàm animam gratiarum actioni studentem. *Cap. 13. In loco altaris quod fecerat prius, &c. & inuocauit ibi nomen Domini.* INTERL. Cultoribus Dei licet nox inestet, & persecutio, non refrigescit tamen diuini cultus intentio. LIPOMAN. Vbi prius adoraucratur, iam nunc periculis erutus redit illuc Domino gratias daturus de saluo reditu suo. Sic assuescendum ad gratias habendas Deo pro omnibus & singulis benefi-

ciis. & infra. *Et habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ est in Hebron, adificauitque ibi altare Domino.* INTERL. Vt exhiberet culturam cui debebat fidem. CHRYSOST. Non expectauit donec promissa complerentur, sed & mox pro promissione gratias egit, & faciebat quod in se erat, vt sinceram gratitudinem præ se ferens, Dominum prouocaret ad promissiones suas implendas. Iustum ergo istum quantum possumus imitemur. Magna enim & immensa nobis promissa sunt à Domino. Cæterum nec diffidamus eo quòd ea non videntur corporalibus oculis; sed ex eis quæ iam concessa sunt, etiam de futuris bonam spem habeamus.

Idem.

8. **G**ENES. 14. *Et ait, scilicet Melchisedech: Benedictus Abram Deo excelso qui fecit cælum & terram.* CAIETANVS. Deo excelso datu casus est, ac si dixisset: Benedictus Abram es ad gloriam Dei excelsi. Qualis sacerdos, talis benedictio. Sacerdos Dei refert benedictionem in Deum. *Et benedixit Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt.* Crescit oratio, à benedictione Abrahæ proficiens ad benedictionem Dei. Verùm Deus à sacerdote benedicitur benedictione laudis, Abram verò benedictione opitulari. INTERL. Ac si planioribus verbis dicat: Hæc victoria Deo excelsus est assignanda & gratiarum actio pro beneficiis est exhibenda.

Idem.

9. **G**ENES. 16. *Tu Deus qui vidisti me.* CAIETANVS. A beneficio quòd dignatus est ipsam videre, prouidendo illi, peculiare nomen Deo apposuit. Ipsa siquidem nominatio est beneficii agnitio, & gratiarum actio. Sequitur: *Propterea appellauit puteum illum, puteum viuientis, & videns me.* Idem CAIET. Non fat fuit Agar agere gratias Deo, sed grata amplius in memoriam tanti beneficii puteum illum nunc appellauit ab eodem beneficio. CHRYSOST. Vide ancillam castigatioribus moribus fieri, & magnam gratitudinem declarare propter tanta in se collata beneficia.

Verè grati humiliantur.

10. **G**ENES. 17. *Cecidit Abram pronus in faciem.* CHRYSOST. Qua figura indicauit gratitudinem. Non solum enim tunc non fuit factus arrogantior, nec superbiebat propter fauorem Dei, quem experiebatur sed & multo magis humiliabatur. Grata enim animæ quanto maiori fruuntur fiducia, tanto maiorem Deo reuerentiam exhibent.

Gratitudo maiora beneficia meretur.

11. **G**ENES. 18. *Apparuit ei Dominus in conualle Mambre, &c.* CHRYSOST. Talis est Dominus noster, vt si quando viderit nos in prioribus gratos, accumulet beneficia, & nunquam à sua beneficentia desistat, remunerans obedientium gratitudinem. Quia ergo Abraham obediuit, iterum apparuit ei. *Super illud Genes. 26. Tertium puteum appellauit latitudinem, dicens: Nunc dilatauit nos Dominus, & crescere fecit super terram.* Idem CHRYSOST. Vide gratitudinem. Non enim facit mentionem tam atrocium difficultatum quæ obstitérat, sed bonorum meminit tantum, & pro illis gratias agit. Nihil enim tam gratum Deo, vt anima grata & gratias agens. Nam cum innumeris beneficiis omnes nos prosequatur, nihil tamen aliud à nobis exigit quàm habere gratias pro his quæ nobis facta sunt, vt pro illa ipsarum gratiarum actione ad ampliora danda prouocetur.

Gratia

Gratia Deo agenda.

12. **GENES. 24.** *Qui festinus reuercebatur ad Dominum Deum suum.* GREGOR. MYSTIC. Quia prædicatores sancti cum prædicando vitam audientium obtinent, illi mox gratias reddunt, de cuius hoc munere perceperunt, & sibi in ea operatione nihil tribuunt, sed auctori. *Genes. 32. Minor sum cunctis miseracionibus tuis.* LIPOMAN. Quasi diceret: Indignus sum, fateor, Domine Deus meus omnibus mihi hæctenus impensis beneficiis. Dicat id fidelis dilectus Domino, ut dignus fiat futuris. Non enim accipientis est idoneus, qui de exhibitis minimè gratus existit. *Genes. 39. Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, &c. quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum?* GREGOR. 30. *Moral. cap. 18.* Ioseph, bona quæ affectus fuerat, repente memoriæ intulit, & malum quo se pulsabat, euicit, & quia perceptæ gratiæ meminit, vim culpæ imminens fugit. Cum enim voluptas lubrica tentatur in prosperis, hæc ipsa prospera sunt aculeo tentationis opponenda, ut eo erubescamus praua committere, quo nos à Deo meminimus gratitudò bona percepisse, & illatam gratiam exteriorum munerum vertamus in arma virtutum. Quia enim voluptas ipsa ex prosperitate nascitur, eiusdem prosperitatis est consideratione ferienda: quatenus hostis noster vnde oritur, inde moriatur.

Ingratitudo commune vitium.

13. **EXODI 1.** *Surrexit interea rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph.* CAIETANVS. Si Iosepho creditur, ideo nouus dicitur rex iste, quia ex alia familia ortus erat, id est, alienigena, & non Ægyptius. Nam Ioseph notus erat familiis omnibus Ægyptiorum. Præ se ferunt verba Isaia *cap. 52.* quod fuerit Assyrius. Nam dicit: [In Ægyptum descendit populus meus à principio, & Assur absque causa calumniatus est eum.] LIPOMANVS. Magis autem ingratitude notatur regis. Facile enim beneficiorum obliuiscuntur magnates. Aliquot iam sæculis obierat Ioseph, ut de facie eum rex nouus nouisse non potuerit. In hoc igitur rege qui non nouerat Ioseph: id est, beneficia quæ Ioseph contulerat in Ægyptios, obseruandi veniunt mores huius sæculi, in quo maxima inuenitur hominum ingratitude. In rebus enim humanis fere fieri solet quod Pindarus ait, *Vetus beneficium obliuioni, & quasi somno, traditur.* Sectemur igitur gratitudinem, & beneficentiam, & faciamus nos hominibus quod volumus ut faciant homines nobis. Hæc enim (Christus ait) est lex & prophetæ.

Gratitudinis carmen acceptum Deo.

14. **EXODI 15.** *Tunc cecinit Moyses, & filij Israel carmen hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Domino, &c.* ORIGENES. Moris sanctorum est ubi aduersarius vincitur, tanquam qui sciant, non sua virtute, sed Dei gratia factam victoriam, hymnum Deo gratulationis offerre. Omnium autem canticorum primum istud est. *AVGVST. lib. 1. de mirabilib. sacra scriptura, cap. 21.* Carmen hoc vniuersi pariter decantabant. Vbi enormi fati admiratione accidit dignum miraculum, ut cuncti pariter senes cum pueris, & omnes ætates eodem inspirati flamine, vno quasi ex ore, nulla præmonitione edocti, eandem concinentes literas, decantarent in vnum. Vbi non consuetudine humani ingenij, sed diuino spiritu, cætorum pectora & ora inspirata sunt. LIPOMANVS. Moyses ergo & populus vniuersus ut pro tantis beneficiis gratias Deo referant, & animi sui gratitudinem declarent, cantant Domino canticum triumphale. Sed dices: Quæ est comparatio carminis humana voce decantati ad tam stupendum beneficium? Nullum certe humanum vel

dictum vel factum tam sanctum, tam pretiosum, quod possit beneficiis Dei dignas referre gratias: sed cum humana imbecillitas non possit eas referre gratias Deo quas vult, refert eas quas potest, & cantat in gloriam nominis Dei carmen, ut vel hac tantum re gratitudinem animi sui declaret. Carmina verò humilissimi, quibus animi gratitudo erga Deum significatur, sunt cultus Deo acceptissimus.

Gratitudo meretur noua beneficia: ingratitude, perdere accepta.

15. **EXODI 20.** *Honora patrem tuum, &c. ut sis longæuus super terram.* D. THOM. 22. *quest. 122. ar. 5. ad 4.* Longæuitas presentis vitæ promittitur honorantibus parentes, & hoc rationabiliter. Qui enim gratus est beneficio, meretur secundum quandam congruentiam ut sibi beneficium conferretur: propter ingratitude autem meretur aliquis beneficium perdere. Beneficium autem vitæ corporalis, post Deum, à parentibus habemus, & ideo ille qui honorat patrem & matrem, tanquam gratus meretur vitæ conseruationem, quasi beneficio gratus: qui autem non honorat parentes, tanquam ingratus, meretur vita priuari.

Ingratitudo erga Deum.

16. **EXODI 32.** *Surrexerunt ludere.* RVPERTVS. Comederunt, & biberunt in gloriam vituli comedentis foenum, & idcirco ludibus obscenis continuo semetipsos conuoluerunt, traditi in reprobum sensum, ut facerent ea quæ non conueniunt, ingratiissimi eisdem pedibus quibus mare antè transierant: coram tali figura saltauerunt, & veritatem quam cecinerant, dicentes, [Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est,] &c. in mendacium commutauerunt, cantando: [Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti.]

Gratiarum actio, debitum sacrificium, statim offerendum.

17. **LEVIT. 7.** *Si pro gratiarum actione fuerit oblatio, &c.* GLOSSA ORD. Gratiarum actionis sacrificium voluntarium non dicitur. Quia cum rationales simus, debitum quodammodo præcipuum creatori debemus gratiarum actionis, & rationabile sacrificium. Sequitur: *Cuius carnes eadem comedetur die, nec remanebit ex eis quidquam usque mane.* Gratiarum actiones statim sunt reddendæ Deo, nihil in mane relinquendum.

Ingratitudo damnationis signum.

18. **DEVT. 28.** *Advena qui tecum versatur in terra, ascendet super te, erique sublimior: tu autem descendes, & eris inferior.* GREGOR. *Hom. 19. in euang.* Creator omnium per incarnationis mysterium Iudæam visitare dignatus est, sed ipsa non cognouit tempus visitationis suæ, ideo gentibus frequenter in prædam data est, nouissime Romanis tradita, & uenerunt super eam omnia genera maledictionum quæ in libro legis scripta sunt. Similiter his qui gratiam Dei ingrati accipiunt, certa est damnatio. Si enim quis irritam faciens legem Moysi, sine vlla miseratione moritur: quanto deteriora meretur supplicia qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit?

Ingratitudo beneficiorum.

19. **DEVT. 31.** *Scio enim cogitationes eius qua facturus sit.* OLEASTER. Sunt multi peccatores qui in medijs, imò in initijs beneficiorum iam benefactori offensam, & ingratitude parant: quemadmodum

modum multi grati qui antè gratitudinem. Dominus Deus noster in medio offensarum nobis parat beneficia (ut CHRYSOST. dicit) nos verò paramus ei offensam, dum beneficia recipimus. Audi Paulum 1. *Cor. 11.* [Dominus, inquit, Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem,] &c. quando eius corpus tradebatur, & vendebatur Iudæis, tunc ipse instituebat sacramentum corporis & sanguinis sui, & porrigebat suis.

Gratia Domino agenda.

20. **IVDIC. 5.** *Vbi colli sunt curru, & hostium suffocatus est exercitus, ubi narrentur iustitia Domini, & clementia in foris Israel.* Vbi victoria adepta est, ibi gratiarum actio exhibenda est. INTERL. Sacrificium Deo acceptabile quod offertur in iustitia & æquitate. Sequitur: *Tunc descendit populus Domini ad portam.* INTERL. Scilicet domus Domini, quia benedicto Domino, & laudato, in loco victimæ, descenderunt in domum Domini, ut ibi laudarent orantes, & sacrificia offerentes.

Ingratitudo.

21. **REGVM 17.** *De qua progenie es ò adolescens? interrogauit Saul Dauidem.* Mira ingratitude. In fine enim capitis præcedentis dicitur: Quandocumque enim spiritus malus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam: & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus. Bene quidem Saul nouerat Dauidem, & patrem eius Isai, siquidem quando eum vocauit, scripsit: [Mitte ad me Dauid filium tuum qui est in pascuis.] AVGVSTIN. Quod Saul & Abner ignorant Dauid apud eos diutius commoratum, fecit barba quæ adolescenti creuerat dum absens fuerat. LYRAN. Ex dæmonis afflictione Saul habebat memoriam & phantasia perturbatam, & impeditam à cognitione. Nilominus declaratur magna ingratitude Saulis.

Gratitudo erga benefactores.

22. **REGVM 18.** *Nunc scies qua facturus es seruus tuus.* [INTERL.] Pro te contra hostes tuos. Ob feruitum oblatum, Achis Rex ita obstrictus remansit Dauidi, ut ei diceret: *Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus.* Vide gratitudinem regis, *cap. 31.* *Quod cum audissent habuatores labes Galaad, &c. surrexerunt omnes viri fortissimi, &c.* GLOSSA ORD. Quos Saul ab aduersarijs defenderat, rependunt quod possunt. Nos quoque benefactores nostros gladio peccati peremptos, quoad possumus, à Philistinorum opprobrio eripiamus.

Gratitudo erga Deum.

23. **TOBIÆ 11.** *Dixit Raphael ad Tobiam: Vbi introieris domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum, & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, &c.* LYRAN. Ex hoc loco habetur exemplum quod homines de negotiationibus & peregrinationibus reuertentes, prius debent gratias agere de diuina protectione quam rumoros referre, &c. *Cap. 12.* *Quid possumus dare vivo isti sancto, &c. Quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit esse beneficij eius, &c. & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi adhuc poterimus dignum dare? Si ob beneficia temporalia ita obstricti sunt angelo quem æstimabant esse hominem, quanto magis obstricti nos erimus pro beneficijs temporalibus pariter & spiritalibus, Christo Domino vero homini, veròque Deo?*

Idem.

24. **MACHAB. cap. 8.** *Et cum epinicia agerent Ierosolymis, id est, dies victoriæ.* RABAN. Superatis

ergo hostibus Iudas festum celebrat: quia cum sanctus quilibet per gratiam Christi de hoste antiquo triumphat, gaudio spiritali repletus laudes condignas canere, ac grates multiplices, auctori suo debet referre, nec decet fieri ingratus qui se meminit diuina ope esse adiutum. *Cap. 10. vers. 38.* *Quibus gestis, in hymnis & confessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Israel, & victoriam dedit illis.*

Contra ingratos punitio.

25. **ESTER 16.** *Contra ingratitude ait rex Artaxerxes in suis literis regalibus reuocatorijs, sic. Multis bonitate principum, & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam, & non solum subiectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos qui dederunt, maliantur insidias: nec contenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se iura violare: sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam. Quenam sententia est hæc Dei? Nisi illa: Qui se exaltat humiliabitur, &c. & in tantum vesania prorumpunt, ut eos qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt, in omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subuertere.*

Gratia reddendæ Deo pro accepta gratia.

26. **ECCLES. 5. 2.** *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat.* GALFRIDVS. *V. n. posse curia? Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur ut iterum fluant.* A simili. In duobus omnem studium nostrum, omnis nostra consistere debet intentio, in postulanda gratia, & gratia referenda. Sed quid opus est ut omnis nostra gloriatio, & gratiarum actio in Deum transeat: quia solus omni gloria plenus, solus sibi sufficiens, bonorum nostrorum omnino non eget? Sic glorificatur ab hominibus Deus, quomodo in mare fluunt aquæ, quibus tamen non abundat. & quid erit si in mare non influant? Aut fontes siccare necesse est, aut diluuiò redundante vniuersa deleri.

Non omnis gratiarum actio est accepta.

27. **LVCA 18.** *Deus gratias ago tibi, &c.* BERNARD. Sciendum quod non omnis gratiarum actio accepta est Deo, nisi quæ de cordis pudica & mera simplicitate procedit. Pudica, propter eos qui de malis suis actibus gloriantes, Deo gratias dicere solent, quasi Deus in ore ipsorum læteretur cum malefecerint, & exulter in rebus pessimis. Audiet qui eiusmodi est, [Existimasti iniquè quod ero tui similis,] &c. Mera propter hypocritas, sicut fuit iste Phariseus: qui Deum de bonis quidem verbo tenus glorificantes, corde retinent quod ore præbuerant, & quoniam dolosè agunt, in conspectu eius inuenietur iniquitas eorum ad odium. Illi impiè sua Deo mala; isti bona fraudulenter intorquent sibi.

Grati esse debemus Deo quod tempore gratiæ nos reseruant.

28. **CORINT. 6.** *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, &c.* GALFRID. De tempore gratiæ sicut studiosè legentibus liquet, ad filios gratiæ Apostolus sanctus hæc loquutus est. Cui nos temporari diuina miseratione seruatos agnoscere, & meminisse cum multa gratiarum actione debemus. Quid namque meruimus, ut nos prioris ignorantia tempore inter innumeratas generationes infidelium nasceremur & nos in perpetuum perituri? Aut, si illos iusto Dei iudicio, sed occulto gehennalibus flammis ignorantia veritatis addixit, spiritui gratiæ contumeliam faciens genus electum, acquisitionis populus

quid meretur? Acceptabile prorsus tempus hoc, & dies salutis, in quo quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. & semper quidem obseruatione huius acceptabilis temporis habere omnium Christianorum vita debuerat. Sed quia paucorum est ista virtus, dies saltem quadragesimae, studiosius ad meditandum, ad acuitandum enixius Ecclesia mater instituit, dum Apostolicum illud capitulum ad commendationem temporis huius assumpit.

Ingrati quibus comparentur.

29. BASILIVS in Iuliam martyrem. Ut oculi quod iusto propius admotum est non vident, sed opus habent moderata quadam interuallari distantia: itidem animos minus gratos videmus sensu attingi praerepta gratiae, dum priuatos se intelligunt praerogatiua bonorum: acceptis enim vitae istius commodis, erga benignum datorem ingrati, nec vnam quidem gratiam agnoscunt; ubi quid intercipi vident, id demum quod interceptum est, deprædicant.

Idem.

30. IDEM BASIL. Homil. 9. Examer. Memoria beneficiorum, canis quem ingratum beneficiorumque immemorem non pudore ac dedecore asperserit? Iam quidem & interfectis à latronibus in solitudine dominis complures à cadaueribus canes non recessisse, sed ibidem expirasse memoriae traditur, Nonnullos etiam caede adhuc recente duces illis fuisse qui latrones inquisierunt, & ad poenam maleficos rapi fecerunt. Quid hinc illi dixerint, qui nullo suum opificem aliorumque Deum prosequuntur amore, sed ut amicis etiam, & necessariis his vtuntur qui loquuntur aduersus Deum iniquitatem, eiusdem participes mensae facti, & ad alimoniam sumendam admissi, aduersus beneficium suum alioquin blasphemias voces tolerant ferri?

G V L A.

- Gula tentatio. 1. 3. 6. 23. 25.
- Gula vitium occultius ceteris. 2.
- Gulosi subiecti Diabolo. 4.
- Gula pronocat ad luxuriam. 4. 5. 7. 15.
- Sine gula victoria non assequitur castitas. 8.
- Ex gula multa mala procedunt. 9. 10. 11. 15. 18. 19. 23. 24. 25. 27. 28. 13. 20. 21. 32.
- Sola gula inter cetera vitia non potest omnino vinci. 21.
- Conuiuorum pessimus finis. 10. 12.
- Conuiuus qualiter adesse debemus. 13.
- Gula specialiter tentatio nominatur. 14.
- Gula delectatio instantanea. 16.
- Gulosi quibus comparentur. 17. 22. 26. 30.
- Repletio ciborum, peior est fame. 21. 29.

Gula tentatio.

51. ENES. I. Producant aqua reptile & volatile super terram. &c. AMBR. Væ mihi. Ante hominem cœpit illecebra, abundantia, copia rerum, nostræ mater luxuriæ, ante hominem delicia. Prior hominum tentatio quam natura. Sed nihil creatura deliquit, alimenta dedit, non vitia perferpsit. Hæc tibi communia Deus dedit, ne tibi aliqua velut propria vendicares. Tibi suos fructus terra produxit, tibi suos foetus omnes generant aquæ, & his non contentus, interdicitur alimenta gustasti. Ad inuidiam tuam omnia congeruntur, vt præuaricatio tuæ audieris oneretur.

Gula vitium occultius ceteris.

2. ENES. 3. Sed & serpens erat calidior cunctis animalibus terræ. GREG. 24. Mor. c. 7. & 8. Per hunc serpentem calidiorum, intelligitur vitium gastrimargiæ, id est gulae, quod tanto est fraudulentius, ceteris vitis, quanto & occultius. Quia quasi necessarium suggerit cibum corporis, sed dum abundanter carnem reuertit, luxuriæ gladium in mentem mergit; suadet quod peccatum non est; sed vnde comestio quasi non peccatum recipitur, inde peccato luxuriæ anima subiugatur. Serpens ergo iste gulae designat audacitatem. Quia & respectu iustæ necessitatis repit, & virus impiæ delectationis spargit: cetera autem vitia aperte detestabilia sunt, & non adeo fraudulenta.

Gula tentatus Adam, & Christus.

3. ENES. 3. In quocumque die comederitis ex eo, &c. GREGOR. Homil. 16. Antiquus hostis primum hominem tribus tentationibus pulsauit, gula, vana gloria, & auaritia, & eum tentando superauit. Quia sibi eum per consensum subdidit. Gula tentauit, cum cibum ligni veriti ostendit, &c. Sed quibus modis primum hominem strauit, eisdem modis secundo homini, id est Christo Domino, tentator succubuit. CASSIAN. Collat. 5. cap. 6. In his vitis Christum tantummodo diabolus tentat, in quibus etiam primum hominem deceperat, conuiciens, hunc quoque velut hominem similiter in ceteris illidendum, si eum in illis quibus priorem deiecerat, sensisset illisum.

Gulosi subiecti diabolo.

4. ENES. 3. Supra pectus tuum gradieris, &c. LXX. GREGOR. 3. part. Pastor. cap. 20. Hostis callido, qui primi hominis sensum in concupiscentiam pomi aperuit, & in peccati laqueo strinxit, diuina voce dicitur, peccatore & ventre repes, ac si aperte diceret, cogitatione & ingluuie super humana corda dominaberis. AMBROS. Supra pectus tuum, & vtero tuo ambulabis. Qui in vtero suo ambulat, hi sunt qui ventri & gulae viuunt, quorum Deus venter est, qui terrena sapiunt, & gloria in confusione eorum, & cibo onerati, ad terrena curuantur. GREGOR. 2. ubi supra. Gulae deditos leuitas protinus operis sequitur: [sedit enim populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.] hos plerumque edacitas vsque ad luxuriam pertrahit. Quia dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur.

Idem.

5. ENES. 19. Misit nos vt perdamus illos, &c. CASSIAN. lib. 5. de institutis monach. Quibuslibet escis refectus venter, seminaria luxuriæ parit. Non enim sola crapula vini, mentem inebriare consuevit, verum etiam cunctarum escarum nimietas vacillan-tem ac nutandam reddit, omnique integritatis ac puritatis contemplatione dispoliat. Sodomitis causa subuersionis, atque luxuriæ, non vini crapula, sed satietas extitit panis. Vnde Dominus ad Ierusalem, Ezechiel. 16. [Quid peccauit soror tua Sodoma, nisi quia panem suum in saturitate & abundantia comedebat?] & quia per saturitatem panis, inextinguibili carnis fuerant ardore succensi, iudicio Dei calidus sunt igne sulphureo concremati. Quod si illos, sola nimietas panis ad tam præruptum flagitiorum præcipitium vitio satietatis impexit, quid censendum est de his, qui vegetato corpore perceptionem carniæ, ac vini immoderatam vbertatem præsumunt, non quantum expetit imbecillitas, sed quantum animi libido suggerit, vsurpantes?

Gula

Gula tentatio quintuplex.

6. ENES. 25. Iurauit ei Esau, & vendidit primogenitiam, & sic acceperit panem, & lentis edulio, comedit, &c. AVGVST. 16. de ciuit. c. 37. Vnde discimus in vescendo non cibi genere, sed auditate inmodesta quemquam culpandum. GREGOR. 30. Mor. c. 27. Quinque modis gula vitium nos tentat: Primo, aliquando indigentia tempora præuenit. Vnde Ionathas mortis sententiam meruit, quia in gustu mellis, constitutum edendi tempus antecessit: 1. Reg. 14. Secundo, aliquando cibos lautiores quaerit. Vnde populus ex Aegypto eductus in eremo occubuit, quia despecto manna, carnes petiuit, quas lautiores putauit. Tertio, aliquando quæ sumenda sunt parari accuratius appetit, quam qualitati ciborum & tempori congruit. Vnde filiorum Heli hæc prima culpa fuit, quod ex voto eorum sacerdotis puer non de more coctas carnes de sacrificio accipere, sed crudas quaerebat, quas accuratius exhiberet. Quarto, aliquando in ipsa quantitate sumendi, mensuram moderatæ refectionis excedit. Vnde apud Prophetam Sodoma inde ostenditur periisse, quia cum vitio superbiae, mensuram moderatæ refectionis excessit. Ait enim [Hæc fuit iniquitas Sodoma, superbia, & saturitas panis, & abundantia. Quinto, aliquando abiectum est quod desiderat, & tamen in ipso desiderij aestu detentius peccat. Hinc enim Esau primogenita amisit, quia magno aestu despiciabilem cibum, id est, lenticulam, concupiuit, quam vendendis etiam primogenitis prætulit; nec enim cibum, sed appetitus in vitio est. Vnde lautiores cibos plerumque sine culpa sumimus & abiectiores cum reatu conscientia degustamus. Esau enim primatum pro lenticula perdidit, Elias autem in eremo virtutem carnes comedendo seruauit. Hinc diabolus quia non cibum, sed concupiscentiam causam esse damnationis intellexit, primum hominem non carne sibi sed pomo subdidit, & secundum pane tentauit. Ea ergo sumenda sunt quæ naturæ necessitas quaerit, non quæ edendi libido suggerit. LIPOMAN. Esau primogenita amisit, quia despiciabilem cibum auditiis sumpsit. Non enim tam refert qui dederit, quam quomodo. Vnde Isaac pater eius libenter vesceretur de venationibus. Potest namque vir bonus & sobrius moderatè cibis vti delicatis, sicut & pulchra vxore.

Gulosi ad luxuriam proni.

7. ENES. 26. Esau quadragenarius duas duxit uxores &c. quæ amba offenderunt animum Isaac, & Rebecca. RVPERT. Sicut superius primogenita sua propter escam vendidit, sic & nunc ducens uxores alienigenas, propter concupiscentias suas, animum Isaac & Rebecca offendit.

Sine gula victoria non assequitur castitas.

8. EXOD. 20. Non desiderabis uxorem eius. CASSIAN. de institutis canobiorum. Impossibile est extinguere ignita corporis incentiua, priusquam ceterorum quoque principalium vitiorum fomites radicibus excidentur. Nunquam igitur poterit ardentis concupiscentia stimulos inhibere, quisquis desideria gula refranare nequiverit. Interioris hominis castitas, virtutis huius consummatione discernitur. Nunquam enim robustioribus amulicis colluctari posse confidas eum, quem in leuiori conflictu conplexeris ab inferioribus paruisque superari.

Ex gula multa mala oriuntur.

9. EXOD. 32. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. AMBROS. lib. 6. epistola 36.

Nemo se luxui committit, nisi qui recedit à præceptis Dei veri: ubi autem coeperit quis luxuriari, incipit deuari à fide vera, id est, viua. Ita duo committit maxima crimina, opprobria carnis, & mentis sacrilegia. Ergo qui non sequitur Dominum Deum suum, ingurgitat se luxuriæ ac libidini, pestiferis corporis passionibus; qui autem se ingurgitauerit, atque immerferit huiusmodi voluptatibus, pestifera laqueos incurrit. Sedit enim populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, & fieri sibi Deos poposcit. Vnde docet Dominus quoniam qui duobus istis flagitiorum generibus dederit animam suam, exiit in indumento, non vestis laneæ, sed viuivæ virtutis, cuius amictus non temporalis, sed aternus est. Idem lib. de Elia, & ieiunio, cap. 12. Sicut mater fidei continentia, ita perfidia mater ebrietas est. ANSEL. super 1. Cor. 10. Sicut pueruli finito antecessio ludentes, altariola componunt, & in eis simulacra parua collocant, ita & iste populus sedit manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. ISIDOR. lib. 2. de summo bono. Qui nimium cibis vtuntur, quanto magis ventrem pascent, tanto amplius mentis sensum obrundunt. CHRYSOST. hom. 54. ad populum. Quot tibi vis enumerem ex deliciis mala perpeccos? Noe factus est ebrius, & enudatus: & vide quot ex hoc orta sunt mala. Esau per ingluuiem primogenita perdidit, & ad fratricidium animum dedit. Populus Israel sedit manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, & propterea dicitur: [Cum manducaueris, & biberis, memento Domini Dei tui.] In præcipitium enim ceciderunt in delicias delapsi. Vidua illa deliciis vacans, viuens mortua est. & iterum, [impinguatus est, & in crassatus, & recalcitrauit dilectus.] & iterum Apostolus ait: [Curam carnis ne feceritis ad concupiscentias.] Non promulgo ieiunium, nec enim est qui audiat; sed tollo luxum, præcido delicias propter vtilitatem vestram. Tanquam enim torrens omnia deliciae subuertunt; nihil est quod eas coarceat, eiiciunt ex regno.

Idem.

10. IDEM. CYPRIAN. Ad Quirinum lib. 3. Ciborum nimiam concupiscentiam non appetendam apud Isas. ostenditur ubi dicitur: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Non remittetur vobis peccatum istud quoad vsque moriamini. Item Apostolus, Cibus nos non commendat Deo. Neque si manducauerimus abundantius, neque si non ederimus, egebimus. Item: [Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudium in Spiritu sancto.] GREGOR. 1. Moral. c. 5. Nonnulla sunt vitia quæ à conuiuio aut separari vix possunt, aut certè nequaquam possunt. Penè enim semper epulas comitatur voluptas. Nam cum corpus in refectionis delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Vnde scriptum est: Sedit populus manducare, &c. Idem hom. 40. Prima semper malè conuiuantiis famulatur culpa loquacitatis: post loquacitatem verò, ludendi etiam leuitas sequitur: nam quod edacitatem lusus sequatur, illo patet, [sedit populus,] &c. Sed priusquam ad lusum moueatur corpus, ad iocos, ad verba inania mouetur lingua. Idem 10. Moral. cap. 14. Ex vanitate ad iniquitatem ducimur, cum prius per leuia delicta desederimus, vt vlti cuncta lenigante, nequaquam post committere etiam grauiora timemus. Nam dum moderari lingua, otiosa verba negligit, mora inolitæ remissionis capta, audax ad noxia prorumpit; dum gula incumbitur, ad leuitatis protinus insaniam proditur. Cumque mens subigere delectationem carnis renuit, plerumque ad perfidia

fidia voraginem ruit. Vnde bene Paulus, plebis Israelitice damna conspiciens, vt imminencia ab auditoribus damna compesceret, curauit ex ordine transacta narrare, dicens: [Neque idololatram efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est: sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.] Iesus quippe potusque ad lusum impulit, lusus ad idololatram traxit. Quia nisi vanitatis culpa nequaquam cautè compescitur, ab iniquitate protinus mens incauta deuoratur, Salomone attestante, qui ait: [Qui modica spernit, paulatim decidit.] Si enim curare parua negligimus, insensibiliter seducti, audenter etiam maiora perpetramus.

Idem.

11. **EXODI 32.** Iratusque valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis. **HERON.** lib. 2. contra Iouianum. Sciebat enim, Dei sermonem non posse audire temulentos. [Incrassatus est, & pinguefactus & dilatarus & recalcitrauit dilectus, & dereliquit Dominum qui fecerat eum, & abscessit à Deo salutari suo.] Vnde & in eodem Deut. præcipitur, ne cum manducaueris & biberis, & domos opimas edificaueris, omnibus & bobus tuis multiplicatis, & argento, & auro, extollatur cor tuum, & obliuiscaris Domini Dei tui. **CHRYSOST.** Absurdum Moyses esse existimauit si legem Dei populo ebrio legemque infringenti afferret.

Conuiuiorum pessimus finis.

12. **IVDICVM 16.** Principes Philistinorum conuenerunt in vinum, & c. vt epularentur, dicentes: tradidit Deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. **RYPERTVS.** Sed ludus iste in luctum, latitia hæc in moestitiam, epulæ istæ in vomitum conuersæ sunt, ita vt cruentus crapulati euomerent animas, oppressi magnæ domus ruina.

Conuiuio qualiter adesse debemus.

13. **I. REGVM 1.** Surrexit autem Anna postquam comederat, & biberat in Silo, & orauit ad Dominum, sicut larguer. **CHRYSOST.** Discamus à muliere hæc & nos post conuiuium orare. Quisquis enim ad hoc præparatus fuerit, nunquam in ebrietatem incidet, aut edacitate distendetur. Siquidem conuiuium quod à precatione ceptum, in precationem desinit, nunquam deficiet, sed nobis omnia adferet bona. Vbi enim precatio, & gratiarum actio, eò Spiritus sancti aduenit gratia, abiguntur demones, & omnis aduersaria potestas diffugit, atque discedit. Qui enim se conuersurus est ad orandum, non audet quidquam absurdè loqui, aut si locutus fuerit, mox respicit. Quoties igitur prandebimus, meminerimus huius mulieris, & illius lacrymarum, nec non præclara eius ebrietatis.

Gula specialiter tentatio nominatur.

14. **MATH. 6.** Et ne nos induca in tentationem. **MVGO** de sancto **VICTORE.** Hæc petitio contra vitium gulæ opponitur. Idcirco autem specialiter hæc pestis, tentatio appellatur, quia cætera vitia longè sunt à natura humana, & ob hoc quantum minus rationis præferunt, tantum minus tentationis adducunt. Tentare enim est callidè experiri, & quasi blandis quibusdam conatibus premis ante violentam impulsionem probare quid æstimari possit de illo quod dubium est. Appetitus itaque edendi, quia per insitam necessitatem dominatur, tanto efficacius quidquid adducit, iugiter quantum potest repellit. Itaque tentat vitium blandè per necessitatem tangens, si fortè per illam emollire possit animam

ad superfluitatem: Vnde non petimus vt ad illam, quod est impossibile, non veniamus, sed tantummodo vt in illam non inducamur.

Gula prouocat ad luxuriam.

15. **ROMAN. 14.** Non est regnum Dei esca & potus. **BERNARD.** Quid ad hoc dicitis vos gulosis, quorum Deus venter est, quorum vscus omnes aut in ventre, aut sub ventre? Qui, vt ait alter Apostolus, [in luxuriis enutristis corda, & corpora vestra?] Audite audite quia esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc & has destruet. O delicate qui deliciis & vitis es circumfusus, & confusionem expectas, & mortem. Non est regnum Dei esca & potus, non purpura, & byssus. Quia diues ille vitroque circumflus, in puncto ad inferna descendit, & c. Vide **Regnum**, num. 18.

Gula delectatio instantanea.

16. **IOELIS 1.** Vulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perit ab ore vestro. **STEPHANVS.** In dulcedine, hoc est, ad delectandum, non ad satisfaciendum naturæ. quoniam perit ab ore vestro. Postquam enim transiit iudicium palati, non meliùs sapit optimum quàm mediocre, vel vile, & nota quod significantius dixit, perit, quàm dixisset, perit vel peribit: quia adeo est instantanea delectatio gulæ, vt potius dicenda sit præterita quàm futura vel duratura, licet sit in præsentia.

Gulosis quibus comparantur.

17. **CLEMENS lib. 2. Padagogia cap. 1.** Licet videre gulosos, sibi vel canibus propter voracitatem assimilari potius quàm hominibus, qui adeo festinant vt faturentur, vt ambæ maxillæ simul inflectunt præterea vasis quæ sunt in facie: quin etiam sudore præterea diffundi, dum propter insatiabilitatem at cæde comprimuntur, & propter intemperantiam anhelant festinatione indecora, & ab honesta consuetudine, aliena, intruso in ventrem nutrimento, & tanquam ad vitricum, non ad digestionem, edulia reponunt. **CHRYSOST.** Gula deditur, cor habet in ventre, admodum similis pisci, qui Græcè *Onos*, hoc est, *asinus*, quem dicit Aristot. solum ex aliis animantibus cor habere in ventre.

Gula damna.

18. **BASILIVS Hom. prima de ieiunio.** E copiosiore B pasto ceu famosi quidam vapores exhalantur, qui lucem sancti Spiritus in hominis mentem irradiantem, quasi densa nubes interueniens intercipiunt. **CHRYSOST. hom. 29. ad Hebraeos.** Sicut terra quæ valde humecta est, generat vermes, & finis cum compluitur vel cum plurimum sibi humorem retinet. Terra verò quæ libera est ab humoribus, fructuum fecunditate decoratur, si ex abundantia non corrumpatur aquarum: ac si etiam non colatur, vitro tamen germina subministrat, si verò colatur, fructuum fecunditate pollebit: Sic etiam insita nobis concupiscentia, si eam deliciarum inundationibus ebrietas, cupiditates generat turpes, & voluptates admodum turpiores.

Idem.

19. **LVCA 21.** Attendite ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & c. **CHRYSOST. Serm. contra luxum, & crapulam.** Eum qui viuit in deliciis & ebrietati deditus est, & carniū voratione & vini potatione disrumpitur, sæpe & inuitum & sponte necesse est peccare. Nam sicut nauis oneraria quæ supra suam magnitudinem vehendo capit, oneris magnitudine grauata submergitur: ita anima, & corporis

Gulosis iumentis peiores.

poris nostri natura, si plures acceperit cibos quàm ferat sua vis, impletur, & iniectorum grauitatem non amat, & in perditionis pelagus demergitur; & nautas, & gubernatores, & eos qui in prora, & alios nauigantes & ipsum onus cum hominibus perdit. Sicut igitur non tranquillitas maris, non scientia gubernatoris, non nautarum multitudo, non præparationis studium, & non anni pars tempestiua, non aliud quicquam nauis quæ sic in tempestate est, prodest: ita & delicatis euenit: neque cogitationum multitudo, nec eruditio, & admonitio, nec admonitiones, & consilia, nec aliud quid, neque timor fururorum, nec pudor nec accusatio præsentium, nec aliud quid saluare potest sic periclitantem animam: sed inualefcit luxus & amentia per omnia, & sub aquas nolens volens eum qui ægrotat, defert, & graue facit naufragium.

Repletio ciborum peior est fame.

20. **CHRYSOST. Hom. 29. ad Hebraeos.** Quod facit fames, hoc etiam plenitudo facit ciborum, magis autem multo peiora: fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat ex hac vita pœnali: excessus verò ciborum confumit, & putrefacit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna, & tunc cum morte crudeli consumit. Nos autem famem quidem inopabile quiddam fugiendumque putamus & ad indigestiones confugimus, quas multo videmus esse peiores. **CHRYSOST.** Tale est in ventrem cibos mittere, quale si quisquam eos in cloacam proiciat; imo non tale est, sed multo peius. Hic enim finum tantum operatur sine tua læsione: illic autem plurimos morbos, plurimas ægritudines.

Sola gula inter cætera vitia non potest omnino vinci sine ingenti gratia Dei

21. **CASSIANVS Collat. 5. cap. 20.** Huius passionis figura, qua necesse est quemuis spiritalem summumque monachum coarctari, propriè satis aquilæ similitudine designatur, quæ cum excelssimo volatu ultra nubium fuerit altitudinem sublimata, seseque ab oculis cunctorum mortalium, ac à facie terræ totius absconderit, rursus ad vallium ima submitti, & ad terrena descendere, ac morticinis cadaueribus implicari, ventris necessitate compellitur; quibus manifestissimè comprobatur, gastrimargia spiritum nequaquam posse vt cætera vitia resecari vel per omnia similiter extingui, sed aculeos eius, ac superfluos appetitus virtute animi retundi tantum ac cohiberi. **Idem ibid. cap. 21.** Iam huius vitij naturam quidam senum, cum philosophis disputans, qui eum pro simplicitate Christiana velut rusticum crederet fatigandum, sub hoc problematis figurans colore, eleganter expressit. Multis, inquit, creditoribus parer meus me dereliquit obnoxium, cæteris ad integrum soluens, ab omni conuentionis eorum molestia liberatus sum, vni satisfacere quotidie soluendo non possum. Cùmque illi ignorantes vim propositæ quæstionis, abolutionem eius precariò postulerent: Multis, ait, vitis fui naturali conditione constructus, sed inspirante Domino desiderium libertatis, cunctis illis, tanquam molestissimis creditoribus, renunciatis huic mundo, & omnem substantiam quæ mihi successione patris obuenerat à me præcualui abiicere, satis feci, atque ab eis sum omnino absolutus: gastrimargia verò stimulis nullo modo carere præualui: nec enim quamuis eam in paruum modum, vilissimamque redigerem quantitatem, vim quotidianæ compulsionis euado, sed necesse est me perpetuis eius conuentionibus perurgeri, & interminabilem quandam solutionem iugi functione dependere, atque inexplebile indictionibus eius inferro vectigal.

22. **CHRYSOST. Canone prima de Lazaro.** An non vides iumenta iugum ferentia postquam ad præsepe pasta sunt, iter agere, onera gestare, suum explere ministerium: Tu verò sublata mensa ad omne opus inutilis, num vitare poteris quominus videaris alinis deterior? Quamobrem? Quia tunc maxime conuenit esse sobrium. Nam post mensam agendi gratias tempus est, non decet autem agentem gratias ebrium esse. A mensa ergo ad precationem vertamur, non ad lectum, ne brutis animalibus simus magis bruti.

Gula bellum acerrimum.

23. **NILVS in libro ascetico.** Gula vitium appellat Ieremias, coquorum principem. Sicut enim ille omnem adhibet diligentiam, vt gulæ ventrique satisfaciatur, & innumerabiles voluptatum artes excogitat: Sic vitium gulæ, omni studio quærit gutturis voluptatem explere, & ciborum varietas euenit ac diruit virtutum propugnaculum: suauitas enim condimentorum tanquam machina bellica prosternt monumenta iam à virtute constructa, & finum ac solidum robur ipsius affigit humi.

Gula mala.

24. **IDEM NILVS oratione 1. aduersus vitia.** Nebula solis radios tegit, & ciborum multitudo splendore caliginem offundit. **CHRYSOST.** Miles ignauus ad sonitum buccinæ prælium indicantis exhorrescit. & homo gulosus sermone ad ieiunium & temperantiam exhorrescit. **CHRYSOST.** Vas cum id quod capere potest, acceperit, impletum est; venter autem quamuis dirumpatur, sibi satis esse non dicit. **Idem oratione 2.** Qui ventrem cibus explet, & se castè victurum proficitur, ei similis est qui dicit, in stipula se flammæ impetum cohibiturum. Quemadmodum enim flamma ignis in stipula læuens coerceri non potest: ita luxuria vis in corpore cibus distento percurrere retineri nequit. **CLIMACVS de discretione gradu 16.** Sicut stercoreis copia multitudinem gignit vermium: ita multitudo ciborum, lapsium, & malarum cogitationum, atque somniorum operatur multitudinem.

Idem, & gula bellum acerrimum.

25. **PETRVS CHRYSOST. Serm. 41. de ieiunio, & Peleomofyna.** Bella gentium legimus superasse quàm plurima, quos tamen pugnas carnis legimus non vicisse: & audimus eos dedisse dilectis pectora, qui dorfa hostibus non dederunt. Proh dolor, victores gentium, vitorum fuisse captiuos; nationum dominos turpi seruiuisse criminibus seruitute: stetit inter sæuientes gladios, & inter eneruata lenocinia corruisse: regni fuisse terrori, ludibrio fuisse peccatis: aduersas acies contriuisse ieiunos; & crapulatos suarum castra dissoluisse virtutum: iacuisse effuso vino, qui iacere effuso sanguine nescierunt. Vnde hæc? Quia hoc non est ratio sed languor, non vita, sed febris, phrenesis, non natura. Nam quotiens ciborum cruditas vitalia deicit, infirmat stomachum, corrumpit sanguinem, vitiat humores, succendit choleram, extremum febris gignit incendium; totiens ager mentem perdit, amittit sensum, fertur desiderii contrariis vrgetur, salutaria respuit, quærit noxia fugit curam. Tunc medici studio parant abstinentiæ remedio subuenire vt sanetur, vt sanet abstinentia, quod voracitas fauicarat. Et, si pro temporali cura argenti medicis obediunt, & interuicabilem quandam solutionem iugi functione dependere, atque inexplebile indictionibus eius inferro vectigal.

tem regere parcitate, sensum sobrietate frenare: Sicut terræ nubes caligant cœlum: sic obscurant animas imtemperata conuiuia: sicut ventorum turbines, elementa confundunt: sic fercula congesta stomachum perturbant. Vt nauem fluctus, corpus ebrietas sic demergit, hominem dat in profundum, lucra vitæ auferit, mortis facit subire naufragium. ISAAC PRÆBYTER *de contemptu mundi cap. 14.* Sicut nubes operiunt lumen lunæ: ita & vapores ventris, in anima sapientiam Dei. Sicut est flamma ignis in siccis lignis, ita est in ventre repleto. Sicut auget pinguis materia flammam ignis: ita & diuersitas ciborum corporis motum. CLIMACY *de discretione, gradu 26.* Sicut impossibile est vt grauata nimis carnibus volucres in cœlum euolent: ita qui carnem suam nutrit, & fouet, illuc ascendere non poterit.

Deliciis dediti, similes subius.

36. CLEMENS ALEXANDRINVS *ad gentes.* Illi instar vermium in cœno, & voraginibus, nempe voluptatis fluentis, volutati, inutilibus & stultis pascuntur deliciis; suilli quidem homines. Sues enim cœno magis delectantur, quàm aqua munda, & in congesta paleæ versari cumulo est quædam eis insana delectatio, vt ait Democritus. Ne ergo porcis efficiamur similes, sed vt germani filij lucis, intueamur lucem, & sursum aspiciamus, ne nos esse adulterinos deprehendat Dominus, sicut sol aquilas.

Deliciarum mala.

37. CHRYSOST. *Hom. 45. in Matth.* Quemadmodum acuti vepres, vndecumque capiuntur atque constringuntur, manus cruentant, eodem modo deliciae pedibus, manibus, capiti, oculis, omnibus similiter membris officiant, steriles etiam sunt, nullum, quemadmodum vepres, fructum producentes. Ac multo magis quàm cetera penè omnia hominem conficiunt. Deliciis enim senectus citius subrepat, deliciis sensus obtunduntur, deliciis cogitatio retardatur, citius mens tenebris obducitur, corpus dissoluitur, maior stercoreis copia reconditur, atque reponitur. Ita ex ingenti afflictorum aceruo, nauigio nimium oneribus oppresso crebra contingunt naufragia. Quid enim, responde quæso, ita corpus pingue efficere studeas? An vt te ad immolandum ducamus? an vt mense immolatum apponamus? Aues certè pingues ad saniores diætã inutiles sunt, adeo mala deliciarum lasciuia est, vt irrationabilibus quoque pestifera sit. Nam & volucres saturitate nimia & sibi & nobis inutiles efficiuntur: superfluitates enim indigestæ, ac putredo humidior, à pinguedine oriuntur; quæ verò animalia non copiose aluntur, sed quasi ieiunantia mediocri victu simul & labore exercentur; hæc animalia tam sibi sanitatem seruant, quàm nobis accommodiora sunt. Quare qui his vescuntur, sani viuunt, qui verò illis pinguioribus ventres voraciter replent, illis similes efficiuntur, tardi, & ad agrotandum aptiores facti, & strictiora sibi vincula comparantes. Nihil certè ita corpori nostro repugnat, & obest, vt satietas. Quare amentiam atque stoliditatem ipsorum inde maximè quispiam admirabitur; quia nec ita sibi parcere volunt sicut vtribus ceteri. Nam qui vna huc illucque traducunt, nolunt nimium vtres implere, ne distenti rumpantur. Isti verò ærumnosum ventrem, nec vtris quidem dignitate condonant, sed distentant, & replent vsque ad fauces duplices.

Idem.

38. IDEM CHRYSOST. *Hom. 58. in Matth.* Quid deliciarum foeditas mali non inducit? Sues ex hominibus facit, imò verò etiam multo peiores. Sus

enim in luto voluit, & stercore nutritur. Hic verò abominabilem magis sibi mensam construit, iniquas commixtiones excogitans. Hic nullo certè à damoniaco, discrimine separatur. Imprudens enim & furiosus pariter est. & damoniaco quidem miseremur, hunc verò auerfamur, & odimus. Quia sponte sibi furorem attrahit, & os, oculos, aures, & cetera similiter sensuum instrumenta, amarissimas voluptatis conficit cloacas. Quòd si etiam interiora inspicias, videbis animam eius ceu hyeme ac intentissimo frigore congelatam adeo, atque torpentem, vt nulla utilitas corpori ab ea possit afferri. Nihil turpius ebriosa femina, quæ huc & illuc ex temulentia peruagatur. Quanto enim infirmius vasculum est, tanto maius naufragium fit. Bestiis peiores sunt ebriosi: illæ enim nihil ultra quàm opus est, desiderant. Quanto melior asinus ebrioso? Quanto canis præstantior? Omnes certè animantes, quæ rationis expertes sunt, cum bibunt, aut comedunt, ultra quàm satis est etiam si mille homines cogere, nunquam elabuntur. Peiores igitur estis canibus & asinis qui inebriamini.

Deliciae valetudini obsunt.

CHRYSOST. *Hom. 21. in Ioan.* Non ita fluminalium fluctuum vis ripas excedere & conuellere solet, vt deliciae lasciuiaque bonam valetudinem; & vires omnes facile subtrahit. Vt tenuis mensa, bonæ valetudinis; ita voluptatis mater est crapula: & vt morborum, ita fastidij, & fons est & radix.

Deliciosus mortuo comparatur.

1. AD TIMOT. *cap. 5. Vinens in deliciis mortuus est.* IDEM *Hom. 23. super hunc locum.* Ventri enim solummodo viuunt, cæteris sensibus mortuus, neque aspicit quæ aspicienda, nec audit quæ necessaria ad audire conuenit, nec loquitur quæ loqui oportet. Quemadmodum mortuus quispiam in lecto iacens, complotis palpebris, clausisque luminibus, nullum omnino sensum habet. Ita & hic, imò longè deterius hic quàm ille, affectus est. Ille enim bona aequè atque mala non sentit: hic autem malorum tantum amittit sensum, nihilque boni penitus sentit. Nihil illam ex his quæ in futura vita seruantur, mouet, sed ad omnia perstat immobilis, atque ita mortuus est. Quemadmodum in cuniculum quendam obscurum, atque tenebrosum antrum precipitatus, atque immunditia omni plenus, intimis & opacis vitiorum sinibus conditus, semper in tenebris instar mortuorum degit. Iam verò quis possit tempestatem illam ingentem eloqui quæ ex eiusmodi pernicioso deliciarum vsu in animam, & corpus irrumpit? Quemadmodum enim vasta ac perpetua nubium densitas radios soli nunquam sinit vim sui fulgoris ostendere: Ita vini, ac deliciarum euaporationes, cerebrum, non secus quàm scopulum nactæ, illumque crassa nube reagentes, non permittunt liberè vsquam in se intendere, verum in tenebris perpetuis detinent eum qui sic miserabiliter iacet affectus. Nec explicari potest omnino quanta tempestate intus iactetur. Quemadmodum enim saepe cum inundatio vehementior facta fuerit, aquarumque vis officinarum aditum occupauerit, turbati eos, qui intus sunt, cernimus, & discos, & amphoras, & spongas, & alia plurima ad exhauriendum aquam excogitata, deferre, vt ne violatis fundamentis, atque commotis omnis posthac supellex inutilis fiat. Ita & anima quoties nimis deliciis oppressa fuerit, perturbatur omnis ratio, ceterum quod iam coactum est cum exhaurire difficillimum, quòd rursum aliud euestigio egrediatur, incredibile est quanta perturbatio, quantumque fluctus imminet, quanto corpus pinguedine crassitudineque distenditur, tanto illa extenuatur

extenuatur magis atque imbecillior fit, tanto item obruitur ac sepelitur. Ac sicut in oculorum pupilla, siquidem interius positas tuniculas crassiores effeceris, cernendi vim emittere se se nequit, & clariùs intueri; cum radius ille oculorum ex ea pinguedine obrundatur, ac tenebris plena sint omnia; ita & corpus cum fuerit obesum, animam quoque obrusorem euadere necesse est. At mortui, inquit, in putredinem tabemque vertuntur, ingensque ab eis sanies defluit. Ita & in ea quæ deliciis soluitur, videas: quippe rheuma, pituita, purgamenta, narium rictus ac vomitus extra profluunt; cum iaceat anima mortua, quid ex eo cibo potius nascitur emolumentum? Neque si cadauer iaceat exanime pulchra veste contextum, ex eo flore vestis, proficiet quidpiam. Ita nec anima mortua venustiori corpore amicta, aliquid ex eo decore lucrabitur.

Gula mala.

31. ROMAN. 13. *Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis.* CHRYSOST. *homil. 5. in Quinquagesima.* Sicut si quis in cloacam cibos deiciat, ita quoque qui mittit in ventrem, imò verò non ita sed multo peius. Hic namque cloacam nullis afficit malis, illic autem & innumeros parit morbos. IDEM *ibidem.* Quæ facit fames, hæc & satietas facit, imò verò grauiora. Nam illa quidem paucis absoluit diebus, & hominem liberat; hæc autem corpus absumens, & tabefaciens, diuturnæ tradit ægritudinis, & morti demum atrocissimæ. Vide supra *num. 20.*

Idem.

32. HIERON. *Epistola ad Furiam de viduitate seruanda.* Non Etnæ ignes, non Vulcania tellus, non Vesuuus, & Olympus tantis ardoribus æstuant, vt iuueniles medullæ, vino plenæ & dapibus inflammatæ.

HÆRETICI.

Hæretici callidè decipiunt. 1. 14.
Hæretici deprauatores scripturæ. 1. 2. 10. 22.
Hæretici extra Ecclesiam sunt. 3. 4.
Hæretici recedunt à Christo. 3. 4. 6. 7.
Hæreticorum diuersa dogmata. 5.
Hæretici Ecclesiam Christi commaculant. 8.
Hæretici omnes superbi 9. & peccatores. 6. 12. 13.
Hæreticorum poena. 10.
Hæretici omnes idololatras. 11.
Non credendum hæretico etiam miracula fieri. 15.
Hæreticus non videt veritatem. 16.
Hæretici per exteriorem apparentiam decipiunt. 17. 18.
Hæretici scelerum inuatores. 19.
Hæretici sententias scripturæ succindunt. 20.
Contra impugnantes Catholicorum opiniones. 21.
Non fides, sed falsa credulitas hæreticorum est appellanda. 22.
Ex dictis hæreticorum sibi inuicem aduersantibus comminandi hæretici. 23.
Non credendum suauibus verbis hæreticorum. 24.
Hæretici spinis & zizanias comparantur. 25. 39.
Hæretici quibusdam animalibus comparantur. 26.
27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 41. 47.
Hæreticus errat, dum ad Ecclesiam non reuertitur. 37.

Hæretici non curant de vitæ sanctimonia. 38.
Qualiter distinguitur hæreticus à Catholico. 40.

51. 52.

Hæretici vitæ carent. 42.
Hæretici aranearum telis comparantur. 43.

Hæretici extinguendi. 44.

Hæretici adulterant scripturas. 45.

Hæretici non permanent, sed decidunt. 46.

Hæretici contentiosi corrumpunt mores. 48.

Loquaces hæretici. 49.

Finis hæreticorum ignis. 50.

Ab hæreticis fugiendum. 51.

Hæretici catholicis contrariantur. 53.

Hæreticorum finis maximè insurgentium contra caput Ecclesie. 54.

Hæretici callidè decipere intentant.

GENES. 3. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* INTERLINEARIS, & EVCHER. Per callidum hunc serpentem qui seduxit hominem, figuratur hæreticus quilibet, qui loquaciter ac subtiliter illicita promittens, hominem decipit: filij namque tenebrarum prudentiores filiis lucis sunt in generatione sua. Vnde Apostolus, 2. *Corinth. 11.* Metuo ne sicut serpens Enam seduxit astutia sua, sic sensus vestri corrumpantur. Sequitur: *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradisi? A M D R O S.* Hic iam serpentis vide versutiam. Simulat se verba Dei dicere, & proprios intexit dolos. Dixerat enim Deus, *Ex omni ligno quod est in paradiso comede, de ligno autem scientia boni, & mali ne comedas.* Serpens autem quasi interrogans, mendacium inseruit: *Cur præcepit, inquit, vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradisi? R V P E R T.* Quamuis enim quod sub interrogatione profertur, nec verum nec falsum sit, mendacium tamen hic serpens manifestè sibilauit, rem scilicet erat se nescire simulans, vt paulatim felle suo miseram audientis venenaret animam. Tria nempe dixerat Dominus: Primum, *Ex omni ligno paradisi comede.* Secundum, *De ligno autem scientia boni, & mali ne comedas.* Tertium, *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris.* Hoc tertium quasi nesciat, interrogat, *cur præcepit vobis,* &c. Priora duo confundit, atque permiscet, & de duobus veris vnum falsum complet. Vnde optimè veritas de illo ait: [Ille homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit,] id est, ab initio suæ confabulationis cum homine, diabolus homicida est; & mendax, & homicidium intentat. L I P O M A N. Huius diaboli filij dicuntur & sunt omnes qui peruertunt verba Dei viuentis, qui à patre mendacij didicerunt non solum mentiri, sed etiam ipsissimam agnitam veritatem inuertere, persequi, & odisse, & animas occidere quas Dominus ad salutem æternam creauerat.

Hæretici deprauatores scripturarum.

GENES. 3. *De ligno autem quod est in medio Paradisi, præcepit vobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.* R V P E R T. Quantum in se erat deprauauit mulier verba præceptoris Domini, tribus modis, quibus vsque hodie deprauare nititur sanctam scripturam omnis qui est ex parte Diaboli, scilicet appositione, diminutione, mutatione. Apposuit namque dicendo, *Es ne tangeremus illud,* cum Dominus id non dixerit: diminuit verò, quia cum certa & affirmatiua denuntiatione dixerit Deus: *mor-*

esse illud, inquit: *Ne forte moriamur*. Mutatione autem, quia cum dixerit Dominus, ex omni ligno comede, & vnum solummodo interdixerit: mulier ait; *de ligno autem quod est in medio paradisi, præcepit*, &c. & mentita est: nam & lignum vitæ erat in medio paradisi, quod Dominus non interdixit. AMBRAS. Discamus hinc, nihil, vel cautionis gratia iungere nos debere mandato. Si quid enim vel addas, vel detrahas, præuaticio quædam videtur esse mandati. Pura enim & simplex mandati forma seruanda. Nihil vel quod bonum videtur augendum. Testis enim cum aliquid ad seriem gestorum ex suo adicit, totam testimonij fidem partis mendacio decolorat. Si Ioannes hoc iudicauit de suis scriptis: [si quis apposuerit, inquiens, ad hæc, apponet Deus super eum plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, aufertur Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto:] Quanto magis nihil diuinis mandatis est detrahendum? Hinc ergo cœpit præuaticio prima esse mandati. Mihi videtur à muliere inceperit vitium, inchoasse mendacium. Sexus prodit qui prius poterit errare. Vnde & Paulus: [Adam non fuit seductus, sed mulier.]

Hæretici negantes diuinitatem Christi extra sunt.

3. GENES. 9. *Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda patris esse nudata, nunciavit duobus fratribus suis foras.* AVGVST. 16. *de Ciuit. cap. 2. & alij.* Quicumque hæreticus qui propter Christi infirmitatem, ipsum, Dei virtutem, & Dei sapientiam, verum Deum de Deo vero negat, ipse est Cham, quod interpretatur calidus. Qui etiam medius Noë filius dicitur, tanquam se ab utroque discernens populo, neque enim in primitiis Israelitarum, neque in plenitudine gentium censetur. Talis, infirmitatem patris nunciat foris. Vnde Ioannes: [Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis,] dum negat in Christo quod virtutis est, & illud solum prædicat quod infirmitatis est.

Idem.

4. GENES. 11. *Cumque proficiscerentur de Oriente, inueniunt campum in terra Senaar, & habitauerunt in eo.* INTERL. & ISIDOR. Per hos intelliguntur hæretici qui postquam moti sunt ab Oriente, hoc est, à vero lumine Christo Domino, recesserunt, & venerunt in campum *Senaar*, qui interpretatur *excisus denarium*, seu factor eorum (non enim hæreticorum dogmata bonum habent Christi odorem, sed factorum) & dentes amiserunt. quibus cibos verbi Dei molere debebant. RVPERT. Tunc quidem quodammodo excussi sunt dentes eorum quando solitam loquendi facultatem superbi dentati, id est fortes, perdidit. Factor autem eorum rectè etiam dicitur, quia factorem superbiæ eorum tali ausu vsque ad nares Dei emisserunt.

Hæreticorum diuersa dogmata.

5. GENES. 11. *Et confundamus linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui, atque ita dimisit eos Dominus.* EVCHER. Spiritualiter. Sicut illi qui ciuitatem & turrim ædificabāt, per superbiam ab vna lingua in multas diuisi sunt; ita & hæretici ab vnitatem fidei & confessionis segregati inter se diuersitate erroris, quasi per dissonantiam linguæ, inuicem secerantur, quos quidem ipsa Trinitas damnat, in quam offendunt. Dum dicit: [Venite, descendamus & confundamus,] &c. In varietate vtique erroris siue schismatum. Eo autem tempore quando linguarum facta est varietas, in sola domo Heber, quæ antea fuit lingua remansit. Ita & nunc in sola Ecclesia quæ est do-

mus Christi, vnitatem esse confessionis, & fidei pacem diuisis omnibus reprobis atque hæreticis manifestum est.

Hæretici vitium dediti, recedunt à Christo.

6. GENES. 13. *Elenatis itaque Loth oculis vidit omnem circa regionem Iordanis, &c. Elegitque sibi, & recessit ab oriente.* RABAN. Loth qui vinctus, vel declinatio interpretatur, & pastores eius, planitiem terræ Sodomorum, & locum voluptuosum elegerunt, per quod significatur, quod hæretici voluptatibus præsentis vitæ dediti, atque eorum catenis vincti, declinant à via veritatis, & recedunt ab oriente, quia consortium Christi, & Catholice fidei vnitatem habere spernunt. *Hæc ille.* Tales dicunt 1. Reg. 7. *Huc vsque auxiliatus est nobis Dominus.* GLOSSA ORD. Ibidem. Quia qui hos terminos transcendunt, vt hæretici, auxilium Dei non merentur.

Hæretici extra Ecclesiam sunt.

7. GENES. 25. *Abraham verò aliam duxit uxorem, nomine Cethuram.* INTERL. Hoc fecit Abraham, non solum pro multiplicanda sobole, sed mystica significatione. LIPOMAN. Quemadmodum Oleas propheta iubente Domino fornicariam accepit uxorem, ad significandum quod plebs Israelitica fornicaretur à Domino per idololatriam (propheta siquidem, etiam factis prophetabant) sic & Abraham propheta in senio suo duxit uxorem, ad præfigurandum quod ex Christo & Ecclesia militante, generarentur in fonte baptismatis aliqui, qui tamen verè ad ipsam Ecclesiam non pertinerent. GLOSSA ORD. Post assumptionem namque Ecclesiæ, adhæserunt Christo multæ animæ hæreticæ prauitate deceptæ, quæ non Catholicos sed schismaticos genuerunt, qui vnitatem Ecclesiæ diuiserunt, quos significant filij Cethuræ.

Hæretici Ecclesiam commaculant.

8. GENES. 35. *Abiit Ryben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui, quod illum minime latuit.* CHRYSOST. Hoc sciuit Iacob, attamen etiam nunc mansuetus est iustus, naturali amore victus. postea autem cum emigraturus esset ex hac vita, puerum sigillat, & flagitium eius inuulgat, maledicens ei, vt ceteri, illius pœna emendarentur. RVPERT. Sed & Ruben similes sunt omnes hæretici, qui plebem Christi adulterino commaculant semine doctrinæ nequam. Vnde Bala, quod interpretatur *inuererata*, rectè hoc loco *concupina* dicitur. Nulla enim nisi concubina inuenerata hæreticorum libidini sese prostituit. Nam quæ legitima vxor est, id est, quæ virum suum Christum agnoscit, nec seipsum ignorare, nec adulterinum concubitum admittere potest.

Hæretici omnes superbi.

9. EXOD. 10. *Ventus urens leuauit locustas, quæ ascenderunt super vniuersam terram Aegypti.* RVPERT. Et Ioannes in Apoc. Hæreticorum mendacium per speciem locustarum, hoc modo designauit, c. 9. *Et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est sol, & aer de fumo putei, & de fumo exierunt locustæ in terram.* Hæc autem dicitur, *ventus urens leuauit locustas*. Mystice idem intelligendum: videlicet quia sicut locustæ proprium non habent volatum, sed vento in perniciem Aegyptiorum sunt leuata: sic omnes hæretici contra fidem Christi, falsa de scripturis testimonia proferentes, volare se putant pennis scientiæ, sed procul dubio tolluntur vento diabolice superbiæ ad subuersionem audientium, ad perditionem sibi consentientium.

Here

Hæreticorum pœna.

10. EXOD. 19. *Omnis qui tetigerit montem, morte morietur, &c. Manus non tangeret eum, &c. Sine inuentum fuerit, siue homo, non viuat.* INTERL. & RVPERT. Acti dicat: Ne quis ultra intelligentiam suam ad montem sacrae Scripturæ deat ascendere, sed contentus sit mensura secundum donum quod accepit à Deo. Quicumque enim lapsus in hæresim, vel blasphemiam in Deum, sacrae Scripturæ altitudinem temerare ausus fuerit, æterna morte interibit, quem manus non tangeret, id est, cuius insaniam nemo imitabitur, sed duris Ecclesiæ sermonibus coarctabitur, & acerrimis illius obiurgationibus constringetur, siue stultus ille fuerit inuentis comparatus, siue reputatione suo sapiens, non viuat, &c. Exod. 21. *Qui iuratus fuerit hominem, & vendiderit cum, conuictus noxæ morte morietur.* LIPOMAN. *Loco, conuictus noxæ, in Hebræo habetur, Et inuentus fuerit in manu eius.* In Chaldæo sic: *Qui seratus fuerit animam de filiis Israel, & vendiderit eum, inuentusque fuerit in manu eius, morte morietur.* RABAN. Hæreticos hac sententia percutit, qui per dolum hominem Christianum à veritate Catholice fidei seducunt, & malignis spiritibus per errorem obnoxium tradunt, æterna pœna eos damnandos esse ostendit.

Hæretici omnes idololatra.

11. EXOD. 20. *Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis.* LIPOMAN. In Hebræo habetur, *non facietis mecum.* In Chaldæo coram me. AVGVST. super Psalm. 113. *Serm. 2.* Sunt quidem & arca, & lignea, & fictilia simulacra, & alterius alteriusque materiae, sed pretiosum eorum maluit commemorare spiritus sanctus: quia cum in eo quisquam quod illi charius est, erubuerit, multo facilius auertitur à ueneratione viliorum. HERON. super Daniel. cap. 5. Iuxta tropologiam dicendum est, quod omnes hæretici non Deum verum habent, sed deos aureos & argenteos, & æneos, & ferreos, ligneosque & lapideos. Aurei mihi videntur hi qui seculari ratione compositi sunt: Argentei, qui habent eloquij venustatem, & rhetorica arte constructi sunt: qui autem inferunt fabulas poetarum, & vetustatis vtuntur traditionibus, habentes inter se multam, vel elegantiam, vel stultitiæ differentiam, isti vocantur ænei, vel ferrei. Qui autem penitus inepta proponent, lignei appellantur, vel lapidei, quos omnes in duas partes Deuteronomius diuidit. [Maledictus qui facit sculpsile, vel conflatile, opus manuum artificis, & ponit illud in abscondito.] Abscondunt enim omnes hæretici, & operiunt mendaciorum suorum dogmata, [vt sagittent in obscuro rectos corde.]

Hæretici omnes peccato commaculati.

12. I. PARALIP. 10. *Arripuit igitur Saul enses, & irruit in eum.* GLOSSA ORD. Hæretici quoque peccatorum suorum iaculis erantati, cum verba diuina in argumentum sui erroris trahunt, arma sua, contra pectus suam morituri inuertunt.

Idem.

13. EXOD. 8. *Ascenderunt ranae & operuerunt terram.* Per has ranas intelliguntur hæretici. Vide verbum, *Iuramentum*, num. 5.

Hæreticorum calliditas.

14. IVDITH. 5. *Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon, respondens ait, &c.* Per Achior intelligitur quilibet hæreticus qui de diuinis operibus, & miraculis cognouit, quæ sæpe aliis prædicat, & in doctrina sua

multa vera prædicat quibus falsa miscet, quia si mala diceret, latere non posset. Sicut qui veneni poculum porrigit, labrum calicis melle tingit, vt quod dulce esset, primò sentiat, ne quod mortiferum est, timeatur.

Non credendum hæretico etiam miracula facienti.

15. GNAT. *Epist. ad Neron.* Omnis qui dixerit præter ea quæ tradita sunt, nulla fide dignus sit: tametsi ieiunet, tametsi virginitatem seruet, tametsi signa faciat, tametsi propheta: lupus tibi appareat, in grege ouium corruptionem faciens?

Hæreticus non videt veritatem.

16. CLEMENS ALEXAND. lib. 7. *Aromat.* Quomodo si quis fiat bestia ex homine: ita & homo Dei esse & Domino fidelis esse perdidit: qui aduersus Ecclesiasticam recalcitrauit traditionem, & in humanarum hæresum desiluit opiniones. & infra: Quomodo turbatus oculus lucem perfectè videre non potest: sic anima turbata his dogmatibus quæ sunt præter naturam, non potest veritatis lucem perfectè videre: quin etiam ea quæ sunt præ pedibus, ægrè inructur. Dicunt etiam anguillas excæcatas capi in aqua turbida. & infra: Sicut improbi pueri pædagogum excludunt, ita hæretici arcent prophetas à sua Ecclesia, suspectos eos habentes propter reprehensionem, & admonitionem.

Hæretici per exteriorem apparentiam decipiunt.

17. IREN. lib. 1. cap. 1. & Epiph. *Hæres. 31. contra Valent.* Quomodo si quis regis imaginem bonam fabricatam diligenter ex gemmis pretiosis, à sapiente artifice soluat, & ex ea faciat formam canis, vel vulpeculæ, & hanc malè dispositam conformet, & dicat, hanc esse regis illam imaginem, & omnes gemmas quæ bene quidem à primo artifice in regis imagine compositæ erant, malè verò à posteriore in canis formam translatae sunt; & per gemmarum phantasiam decipiat idiotas, suadens quoniam hæc turpis vulpeculæ figura, illa est regis imago: Eodem modo & hic anticularum fabulas admittere, post deinde & sermones & dictiones, & parabolas hinc inde afferentes, aptare volunt fabulis eloquia Dei. & infra: Quomodo lapidem pretiosum smaragdum magni pretij apud quosdam, vitreum in eius contumeliam per artem affimarum; quoad vsque non adest qui potest probare, & artificium arguere.

Idem.

18. IDEM IREN. lib. 2. cap. 19. Quemadmodum qui lassuctas escas vt illiciant, præmittunt, vt capiant aliquod animal, sensum blandientes eis per assucta pabula, sumentes autem ea, captiua alligant amarissimè, & ducunt per vim abstrahentes quocumque ipsi voluerint; sic & hæretici. *Idem lib. 3. cap. 19.* Vnde oportet & te, & omnes qui intendunt huic scripturæ, & solliciti sunt pro sua salute, non cum audiunt forinsecus eorum sermones, sponte succumbere: similia enim loquentes fidelibus, sicut prædiximus, non solum dissimilia sapiunt, sed & contraria, & per omnia plena blasphemis per quæ interlicunt eos qui per similitudinem verborum, inque mille afflictiones, eorum in se trahunt venenum, sicut quis aquæ mixtum gypsum dans pro lacte, seducat per similitudinem coloris: sicuti quidam dixit superior nobis de omnibus qui quolibet modo deprauant quæ sunt Dei, & adulterant veritatem Dei, Lacti gypsum malè miscetur.

Hæretici scelerum inuectores.

19. ATHANAS *Oratione scilicet contra Arrian.* Quomodo admodum Iudei nusquam non argumentis victi, calum

calumnias secum meditantur, non in aliam usum quam vt Dominum inscientur, & in sui perniciem prophetas conuellant. Ita hæretici se videntes esse vndique notatos, infamiæque conscribillatos, ipsorumque hæresim apud omnes abominabilem haberi, scelerum inuentores sese præbent, vt nusquam remissa cum veritate pugna, Christi perduelles hostesque permaneant.

Hæretici sententias scripturæ succidunt.

30. **CYPRIANVS** de simplicitate prælatorum. Scriptores Euangelij, atque interpretes, extrema ponunt, & superiora prætereunt, partim immemores, & partim sub dolo corruptentes. Vt ipsi ab Ecclesia scissi sunt, ita capituli vnus sententiam sciunt.

Contra impugnantes Catholicorum opiniones.

21. **ORIGEN**, lib. 3. contra Celsum. Quia mox Celsus in Christianorum sectas inuehitur, dicens: postquam latè sparsi sunt, iterum atque iterum scissos, singulis suas factiones sibi parantibus, & vt multitudine dissimulata, aliis alios redarguentibus: etiam ad hoc respondebimus: nullam vnquam extitisse rem magnæ existimationis, & communi vitæ vtilem, quæ non in varias sectas discissa sit. Medicinæ namque, quod ea sit vtilis, atque necessaria humano generi, multasque quæstiones habeat de modo curandi corpora, apud Græcos ex professo plures sectas inueniuntur. Rursum Philosphia veritatis cognitionem, rectæque viuendi rationem pollicetur, conaturque nos res vtilissimas docere, in multas quæstiones deductas: ideo sectas habet plurimas, quasdam magis, quasdam minus insignes. Nec non Iudaismus sectarum materiam præbuit, aliis aliter Moysis, & aliorum prophetarum sermones accipientibus. Eodem modo quia Christiana religio magnum quiddam, & admirabile vifa est hominibus, non tantum seruilis ingenio præditis, sicut Celfo videtur, verumetiam multis Græcorum eruditissimis, necessariè exortæ sunt sectæ, non contentiones, sed inquirendæ veritatis studio, dum omnes venerantur atque admirantur diuinas scripturas: sed varij earum auctores intellectus suos habent, vt quisque aliqua probabili ratione ad interpretandum motus est.

Ne. 7. fides, sed falsa credulitas quam hæretici habent, est appellanda.

32. **ROMAN**, 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. **ORIGEN** lib. 10. in epistolam ad Romanos. Sed requirit aliquis, si hæretici quæ faciunt, quia secundum hoc quod faciunt, credunt, ex fide facere credantur? An quia fides apud illos mala est, omne quod faciunt, peccatum sit pronuncianum, quia non fit ex fide? & puto illorum credulitatem appellari, magis quam fidem. Sicut enim pseudopropheta falso nomine interdum propheta appellatur, & falsa scientia, scientia dicitur, & falsa sapientia, sapientia abusuè nominatur: ita & hæreticorum credulitas falso nomine fides appellatur, non verò omne quod fit ab infideli, peccatum est. Vnde videndum est ne forte etiam siquid boni operis apud illos geri videtur, quia non fit ex fide, conuertatur in peccatum; sicut de quodam dictum est, [fiat oratio eius peccatum.] Est ergo fides eorum qui circa fidem naufragauerunt, & falsa sapientia, huius scilicet mundi, & principum huius mundi, quæ destruetur. Sicut enim pirata solent in mari in locis vadosis oculis que scopulis per obscurum noctis, lumen accendere, quod nauigantes sub spe confugiendi ad portum salutis, ad naufragia perditionis inuident: Ita & istud lumen falsæ sapientia vel falsæ fidei, à principibus mundi &

spiritibus aeris huius accenditur, non per quod euadant, sed per quod pareant homines mundi huius fluctus, & vitæ huius pelagus nauigantes. Propterea nauigantes vitæ huius vndas, non omni lumini, id est, non omni sapientiæ credere debemus.

Ex dictis hæreticorum sibi inuicem aduersaribus, ipsi conuincendi sunt.

23. **IVDICVM** 15. Capite trecentis vulpes, & caudas earum iunxit ad caudas, &c. **ORIGENES** hom. 4. in Cantica. Tentemus aliqua ex his pulsare pro viribus, & ponamus vulpes esse fallaces, peruersosque doctores, hos Samson (qui veri & fidelis imaginem tener doctoris) capiens verbo veritatis, caudam ad caudam colliget, id est, aduersantes sibi, & diuersa ad se inuicem septientes dicentisque confuter, atque ex ipsorum verbis propositiones collectionesque accipiens, in allophylorum segerem, ignem conclusionis emittat, & ex propriis eorum argumentis, omnes eorum fructus atque vineas, & oliueta pessimæ generationis incendat. Sed & ipse numerus trecentarum vulpium, quæ à semetipsis diuersæ & dissonantes erant, triplicem formam indicat peccatorum: omne enim peccatum aut in facto, aut in verbo, aut in consensu mentis admittitur. Verum ne illud quidem quod in 2. lib. Esdra cap. 4. scriptum diximus, penitus omitendum est, vbi cum edificarentur sancta sanctorum, id est, cum fidei Christi, sanctorum eius mysteria, conderentur, inimici veritatis, fideique contrarij (qui sunt sapientes huius seculi) videntes, absque arte grammatica, & peritia philosophica, consergere muros Euangelij, velut cum irratione quadam dicunt: *adificent, si ascenderit vulpes, transibit murum eorum lapideum.* Hoc est, perfacile hoc posse destrui calliditate sermonum per astutias, fallacias, & argumenta dialectica.

Non credendum suauibus & Hæreticorum eloquentibus verbis.

24. **IOSVE** 7. Vidi inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstulit, & abscondit in terra contra medium tabernaculi mei. Alia litera. [Chlamydem Babylonicam vnâ, camque pretiosam; ducentos siclos argenti, linguam auream vnâ.] **GLOSSA ORD. ORIGENIS.** Debemus diligenter excutere ne quis habeat in tabernaculo suo Hiericonum linguam absconditam, & abiciamus malum ex nobis ipsis: quia etiam si cessamus, arguet Deus. Hoc est, si inuenias peruersa dogmata luculenti sermonis assertionibus decorata. Ista est lingua aurea, ne te decipiat fulgor eius, ne rapiat sermonis aurea pulchritudo. **ORIGENES** super hunc locum. Propter vnum peccantem anathema facti sunt filij Israel, ita vt vincerentur ab hostibus. Sed videamus & ipsum peccatum eius quale sit, furatus sum, inquit, linguam auream, & posui in tabernaculo meo. Non puto illo furto parui auri, tantam vim fuisse peccati, vt tam numerosam Domini Ecclesiam macularet. Sed videamus si forte interioris intelligentia sit tanta & tam grauis acerbitas ista peccati. Multus est decor in verbis, &c. Memento quod Iesus anathema iussit esse omne aureum quod in Hierico fuerit inuentum, ne delecteris in modulatis verbis eloquentia suauitate. Lingua aurea est, si eam sustuleris, & posueris in tabernaculo tuo, si introduxeris in cor tuum ea quæ ab ipsa asseruntur, pollues omnem Ecclesiam Domini. Hoc fecit infelix Valentinus, & Basilides, hoc fecit & Marcion, hæretici Furari sunt isti linguas aureas de Hierico, & non rectas nobis in Ecclesiam introducere conati sunt sectas, & pollere omnem Ecclesiam

Ecclesiam Domini. Sed nos præcedens primum sequamur exemplum, discutiamus diligentius ne quis absconditam in tabernaculo suo habeat Hiericonum linguam, & abiciamus malum ex nobis ipsis, &c.

Hæretici, spinis & zizaniis comparantur.

25. **CANTICORVM** 2. Sicut lilium inter spinas, sic Camica mea inter filias. **IVSTVS** in cantica canticorum. Filias hæreses dicit, quæ per baptismum quasi renata filiarum nomine nuncupantur, sed spinis comparatae corrumpentes, & corruptibiles perducentur. Quam corruptionem Ecclesia nescit, quæ filiorum sinceritate comparata vltro citroque redolet, ac resplendet. *Idem ibid.* Et Dominus dicit per parabolam in Euangelio, *Matth. 13. Cum creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania.* Id est, proficiente Ecclesia numerosæ etiam hæreses surrexerunt, vel, illa in fide permanente quam praua sentire inuulgatae sunt.

Hæretici vulpibus comparantur.

26. **CANT.** 2. Capite nobis vulpes paruas, quæ demoluntur vineas. *Idem ibid.* Samson qui interpretatur Sol, captis trecentis vulpibus, eorum caudas ignem apposuit, & fructus inimicorum accendit. Semper enim hæretici in primordiis, velut ficta religione conspiciunt, in extremis suis ignem trahunt, gehennæ incendio deputati: & ideo: *capite nobis vulpes, conuincite hæreticos, eorumque versutias, sanctorum scripturarum concludite testimoniis.* Quos vulpes perniculæ dicit, quia nihil magni secundum rectam fidem intelligendo, continent: omne enim quod sapiunt exhibent qui pusilli sunt, demoliuntur vineas, subvertunt plebes, prauis eas traditionibus corrumpentes. *Vinea nostra floruit.* Ecclesia Catholica in declinabili augmento proficit. *Idem lib. 10. de Trinit.* Pestifera contagio inclinati, non cessant ore impio & sacrilego, omnino Euangeliorum sinceritatem corrumpere, & rectam Apostolorum regulam deprauare, diuinos prophetas non intelligunt, callidi, & astuti, artificii quodam vruntur. Inclusionem perniciosam corruptelam, exquisitorum verborum velamine contegunt, non prius venenatum virus insundunt, quam simplices & innocentes, sub pretextu nominis Christiani raptos atque irretitos inuoluant, ne soli pereant, sed participes horrendi criminis sui reos faciunt. **HERON**, lib. 4. *Commentariorum super Ezechielum cap. 13.* Omnes hæretici propter fraudulentiam, ac nequitiam, vulpium similes sunt, de quibus Saluator loquitur: [Vulpes foueas habet, & aues cæli nidos.] & de Herode scriptum est: [Dicite vulpi illi.] & de istis vulpibus, quæ paruulos simplicisque decipiunt, & populantur vineam Christi, Salomon ait: *Capite nobis vulpculas dissipantes vineas.*

Hæretici quibusdam animalibus comparantur.

27. **PIPHANVS** heresi 14. contra Macosios. Quæ rerum historias scripserunt, Dipfadem tradunt, quendam serpentem, talem veneni perniciem inducere. Etenim in locis quibusdam vbi fontes sunt in petris, aut vena, sive niuuli parui aquarum, quæ à petris funduntur in receptaculum aliquod, ipsa Dipfas aquam reperiens, ac bibens, postquam bibit, venenum immitit in prædictas aquarum fontiones, vt omne animal quod accessit, & potu se satiauit, videatur quidem sibi vtilitatem percepisse ex participatione aquæ: statim verò citra aquarum receptaculum ex veneno Dipfadis susceperit cadat, ac moriatur: quin & si aliquem percussit eadem Dipfas, affectio doloris ex veneno ipsius vehementiori, vi victoria prædito, ad sitim & ad appetentiam potus vrget, semper

ad bibendum, & ad ingerendum potum irritans. Ac percussus putat se aliquid vtilitatis accipere ad perniciem, quoties in lechali hoc dolore potum sumit: Verum in ipso potu expleto ventre, & non amplius suscipiente, postea vnâ cum potu animam emittit. Sic etiam hic per poculum mortem operatur, ac propinat ab ipso seductis.

Idem.

DEM heresi 36. contra Heracleonitas. Seps equidem hic Heracleon merito dici potest, qui est reptile quadrupes stellioni similis, cuius morsus detrimentum pro nihilo reputatur: spiritum autem in cibum aut potum ei aculatam, statim mortem assumentibus inducit. Talis sanè est etiam huius doctrina.

Idem.

DEM heresi 40. contra Archeonicos. Inuenimus apud naturæ rerum doctos Physiologos appellatos, imò potius nos ipsi videmus quod Cantariorum, hoc est Scarabæorum, genus quod à quibusdam pilularium vocatur, consuetudinem habet, vt in fœtore ac stercore volutetur, & hoc est ipsorum alimentum, & opera. & aliis quidem idem sterco grauelens, & abominabile est, apibus autem hoc sterco, & grauelentia mors est; & scarabæorum quidem opera, ac tractatio, est grauelentia; apibus autem vice versa bonus odor, & flores, & vnguenta in refrigerationem, recreationemque, ac cibum, & in operam, & tractationem: Verum scarabæis prædictis talia contraria. Cuius rei si quis experimentum facere velit, de vnguento succi balsami, aut nardi, sumat, & scarabæis afferat, & mortem illis inducet, velut physici testantur: statim enim moriuntur, non ferentes bonum odorem. Sic etiam hi tranquillitatem & scortationem ac vitia appetentes in malo spem suam habent. Vbi verò sacro lauacro, ac bono odori appropinquarint, moriuntur, in Deum maledicta effundentes, & ipsius dominationem reprobantes.

Idem.

DEM heresi 41. contra Cerdonianos. Misera est hominum natura, cum relicta via Dei errat, & vbi se ipsam à Dei vocatione separauit. Contingit enim his canis proverbium, qui vmbre intentus non contigit quod habebat in ore, & in aquam intuens, & maiorem vmbra aquæ esse putans quam cibum quem in ore ferebat, aperto ore, etiam cum quem habebat, amisit. Sic & hi cum viam repererint, & vmbra assequi velint, in suspitione ipsorum obortam, non solum cibum qui in ore ipsorum, vt ita dicam, erat ex Deo donatus, amiserunt, sed etiam perniciem sibi ipsis attraxerunt.

Idem.

DEM heresi 44. contra Apelleianos. Tradunt dolosam vespa, quam quidam Zopyron appellant, habere quidem aculeum, venenum iacentem, breuem, non multum dolorem inducentem, sed qui secundum ipsius facultatem venenum iaciat. Si verò quis perferutans ipsius latebras, aut nidum destruat: (infructibus enim & herbis hunc facit, & instar fani sibi ipsi capfas quasdam construit, in quibus capsis sobolem suam deponit, & sibi ipsi fœtus facit) si quis inquam, perferutans, virga, aut ligno pungat fauum, & destruat, exit indignata ipsa horrenda quidem, verum debilis vespa, & si inuenerit petram aut lignum, præ ira qua scanduit, cum stridore instat, & impetis, ac ferit: petram quidem nihil lædit, nec lignum, imò nec hominem, etiam si momorderit, nisi quod modicum dolorem inducit; verum aculeum amittit, & sic perit; petra verò nulla iniuria afficitur. Sic etiam hæc vespa

vespacea secta instar Zopyri paruam inducens vexationem, subuertetur, vbi in petram illapsa impegerit, hoc est, in veritatem, & vbi aculeum amiserit.

Idem.

32. **I**DEM *Hæresis 53. contra Sampsaos.* Peior est autem hæresis hæc quam lacerta, ne minimam quidem utilitatem in se habens. Illa enim vbi per tempus heretem visum habuit, per conuersionem ad solem, oculos rursus leuat, dum in latibulo ad orientem conuerso seipsam opprimit, & ieiunantem se ad orientem conuertit. Hæc autem secta in omnibus insipientiam animantis eius habet, non tamen vel modicum laudis.

Idem.

33. **I**DEM *Hæresis 55. contra Melchisedecianos.* Relinquamus hanc hæresim, velut murem araneum lapide iectum, per firmum fidei fundamentum à veneno virus eiaculantis bestiae elapsi. Etenim murem araneum dicunt ad tempus nihil iniuriæ inferre conuerso, tempore autem quodam corpus disperdere, & contractum ad mutilationem totarum partium ducere. Sic etiam hæc sententia his qui statim de his audierunt, apparere veluti nihil sit, verum afflicta verborum attractio quæstionem inducit, & velut dissipationem his qui non auxilium huius antidoti assequuntur, non autem fermè apparere animal hoc: in nocte enim ambulat, & sic damnum inducit, maxime in Ægyptiorum regione.

Idem.

34. **I**DEM *Hæresis 57. contra Noëtianos.* Cùm tota scriptura clarè nobis viam veritatis proponat, & nos hunc Noëtum, & ipsius hæresim cum aliis sectis repulerimus, velut draconem ostracitem appellatum, qui in eo quod hominem persequitur, se flectere non potest, nec ad dexteram, neque ad sinistram.

Idem.

35. **I**DEM *Hæresis 64. contra Origenem.* Tradunt naturam rerum experti, myoxum latitare, & fœtus suos simul in eodem loco parere quinque, & amplius: viperas autem hos venari, & si inuenerit totum latibulum ipsa vipera cùm non possit omnes deuorare, pro vna vice ad satietatem edit vnum aut duos, reliquorum verò oculos expungit, & cibos affert, excæcatósque enutrit, donec voluerit vnumquemque ipsorum deuorare: si verò contigerit vt aliqui inexperti in hos incidant, ipsosque in cibum sumant, venenum sibi ipsis sumunt, eos qui à vipera veneno sunt enutriti. Sic etiam o tu Origenes à Græca doctrina mente excæcatus, venenum his qui tibi crediderunt, euomisti, & factus es illis in edulium venenatum, ita vt per quæ ipse iniuria affectus es, per ea plùs iniuria affeceris.

Idem.

36. **I**DEM *Hæresis 65. contra Paulam Samosatensem.* Drynas equidem serpens quidam est, ita appellatus, qui sanè similis est huic hæresi. Sicut enim Drynas dicitur esse serpens, verum iuxta herbas, & quercus frequentissimè latibula sua habet, quapropter etiam Drynas vocatur, & quod quercum arborem amat, & foliorum delapforum viriditati ac palliditati ipse in medio situs se ipsum assimilat. Non autem vsque adeo ingentem dolorem hoc animal infert, verum, si is persequeret, mortem inducit. Ita etiam hic, & hæresis ipsius, se omnibus numeris assimilat, vt qui nomen quidem Christi induit, Iudæorum verò opinionem elegit.

Hereticus errat, dum ad Ecclesiam non reuertitur.

37. **I**DEM *EPIPHANIUS Hæresis 59. contra Catharos.* Omnis occasio quantumuis modica singulas hæreses à veritate distrahit, & ad multa mala deducit. Quemadmodum enim si quis transitum reperiat in sepi circa publicam viam, & per hunc sibi eundem esse putet, & relicta publica via per hunc eat, putans se propinquissimum habere, vnde reflexu facto rursus viam apprehendat: ignoret autem quod murus consistit altissimus, & longo intervallo extractus, percurrat autem, & non reperiat per quam viam exitum faciat, & per vnum signum, siue milliæ progressus, adhuc amplius, viam non reperiat, & sic ad plures se conuertat: cùm autem sic labore, & facultatem non habeat per quam viam ad rectum iter perueniat, fortassis nec inuenire poterit, nisi reflexerit per eam per quam etiam ingressus est. Sic omnis hæresis, velut compendium quoddam inuenire potens, à longa via discessit: inuentus est autem ipsi murus infractus, ipsa ignorantia implicatio, vt non vtiq; inuenirent talis quomodo ad veram viam perueniat, nisi reflexerit ad primam viam, hoc est, regiam. Est autem via regia, sancta Dei Ecclesia, & iter veritatis. Vnaquæque verò harum regia relicta, & ad dexteram & ad sinistram inclinatione facta, vbi deinceps se in nimium errorem dederit, distrahetur, & non amplius mensuram habet apud vnamquamque sectam erroris imprudentia.

Heretici non curant de vitæ sanctimonia.

38. **I**DEM *Hæresis 76. contra Anomæos.* Non sunt solliciti de vitæ sanctimonia, non de ieiuniis, non de mandatis Dei, non de aliquo alio ad vitam hominibus à Deo præcepto; sed solum promptus est ipsis sermo, per vnum verbum omnia. Veluti si quis iactura è nauis facta, & omni vectigali cieceto, detineat vnum quiddam ex his quæ in nauim imposita sunt, regulam, inquam, aut aliud quid, vt per vnum instrumentum omnem pontum pernatare possit, & salutem sibi ipsi parare; talis fallatur, & non velut putauit, de instrumento in manus sumpto, finem reperiat: postea submersus, à toto negotio ac salute excidat: sic etiam hic Aetius, & qui ex ipso sunt Anomæi, in medium afferentes dictum quod à Domino in Evangelio dictum est, dictionem quidem exponunt, verum vim ipsius non rectè tenentes, fallitur, & falluntur.

Heretici Zizaniis comparantur.

39. **B**ASILIVS *Hom. 5. Exameron.* Id quod lolium appellatur, cæteraque adulterina semina, quæ sese cum esculentis miscere solent, quæque scriptura sacra nominare zizania solet, eorum hominum præ se ferunt imaginem, qui Dominicam doctrinam adulterare deprauarèque nituntur: quique, non, vt legitimus, se dedunt verbo Dei erudiendos discipulos, sed spiritus maligni doctrina corrupti, cum Ecclesiæ sese corpore sano permiscerent, vt clanculum sui erroris noxam in simplices, & integræ fidei viros, transfundant.

Qualiter distinguatur hereticus à Catholico.

40. **M**ARTH. 7. *Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* CHRYSOST. *hom. 19. operis imperfecti.* Si quis lupum comperiat pelle ouina, quomodo cognoscerit illum, nisi aut per vocem, aut per actum? Ouis inclinata deorsum balat: lupus in aera conuertit caput suum contra caelum, & sic ululat. Qui ergo secundum Deum vocem humilitatis & confessionis enutrit, ovis est: Qui verò aduersus veritatem blasphemis ululat contra Deum,

Deum, lupus est. Prius peccatis plurimis excæcatur homo, & sic diaboli seductione seducitur, & cadit in mortem. Quemadmodum enim sole manente non præualet nox, cùm autem accesserit ad occasum, tunc occupat mundum. Sic quando lumen iustitiæ in homine fuerit, tenebra erroris eum non apprehendit. Ergo bonis operibus vigilandum est; quia non error generat peccata, sed peccata errorem. Simia hominis habet membra, & per omnia hominem imitatur, nunquid propterea dicenda homo? Sic & hæresis omnia Ecclesiæ habet & imitatur mysteria, sed non sunt Ecclesiæ.

Heretici serpentibus & viperis comparantur.

41. **G**ENES. 3. *Supra pectus tuum gradieris, & terram comedes.* CHRYSOST. *Homil. 45. operis imperfecti.* Serpentes sunt omnes heretici, prudentes in malo, & stulti in bono; & sicut serpentes varij sunt in corpore suo; sic heretici varij sunt in erroribus suis, & multiplices in malignitate, qui deposuerunt imaginem Dei, quæ est in iustitia, & sanctitate veritatis, & facti sunt serpentes, filij serpentis illius ad quem Dominus dicit, *super ventrem tuum, & super pectus tuum repes.* Super ventrem quidem repunt, quoniam quidquid faciunt, propter ventrem faciunt, & propter vanam gloriam pectoris sui. *terram autem manducant:* quoniam neminem lucrantur, aut capiunt in perfidia sua, nisi illos qui terra sunt, id est, carnales homines: non solum autem serpentes sunt, sed & vipera; quarum natura est, vt rumpentes viscera matrum, nascantur: sic & auctores hæresum rumpentes fidem matris Ecclesiæ processerunt ad principatum.

Heretici vitæ carent.

42. **C**HRYSOST. *Homil. 46.* Sicut membrum à corpore viridis esse: Sic omnes heretici præcisi à corpore vnius Ecclesiæ, nec vitam Christi in se habere possunt, nec viriditatem gratiæ spiritualis, sed est Ecclesia eorum deserta. *Idem homil. 5. in 1. ad Timoth. cap. 5. super illud, Naufragauerunt à fide.* Qui naufragium facit, nudus omnibusque destitutus euadit: ita & qui ex fide exciderit, nihil iam habet vbi figurat, non habet vbi seipsum recipiat. Quippe capite perduto atque corrupto, quamnam reliqui corporis utilitas est? Si enim fides absque operibus mortua est, multo magis absque fide nihil proderunt opera. *Et Hom. 12. Quemadmodum qui fide subnixi sunt, in tuto nauigant: ita & qui illa exciderunt, nusquam possunt consistere, sed longo errore circumacti, postremo in ipsa perditionis prærupta feruntur.*

Heretici araneorum telis comparantur.

43. **I**SAL. 59. *Telam araneæ texunt.* HERON. *Epistolæ ad Cyprian.* Quomodo loquentis sermo præteruolat: ita opus araneæ incallum textitur, de quo sub persona hereticorum scriptum est in Isaia: *telam araneæ texunt,* quæ parua potest capere animalia, vt muscas, culices, & cæc. huiusmodi, à fortioribus autem rumpuntur, instar leuium in Ecclesia, simpliciumque, qui eorum decipiuntur erroribus, cùm viros in fidei veritate robustos non valent obtinere.

Heretici præcindendi, & extinguendi sunt.

44. **I**CORINT. 5. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* HERON. *super epistolam ad Galatas. cap. 5.* Scintilla res parua est, & penè dum cernitur, non videtur. Sed si fomitem comprehenderit, & nutrimenta quantumuis paruis ignis inuenierit, vrbes, latissimos saluum regionisque consumit: fermentum quoque, cuius ad aliam partem in Evangelio parabola temperata est,

res modica videtur, & nihili, sed cùm fatinæ conspersum, totam massam in suo vigore corrumpit, in illius vim transit omne, quod mixtum est: Ita & doctrina peruersa, ab vno incipiens, vix duos aut tres primum in exordio reperit auditores, sed paulatim cancer serpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbum, vnius pedis scabies totum commaculat gregem. Igitur & scintilla statim vt apparuerit, extinguenda est; & fermentum à massæ vicinia remouendum; secunda putridæ carnes; scabrosum animal à caulibus ouium repellendum, ne tota domus, massa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est.

Heretici adulterant scripturas sacras.

45. **I**SAL. 65. *Caupones tui miscent vino aquam.* HERON. *lib. 2. in Isaiam. cap. 1.* Omnis doctor qui auctoritatem scripturarum vertit ad gratiam, & ita loquitur vt non corrigat, sed delectet audientes, vinum sanctarum scripturarum violat, atque corrumpit sensu suo. Heretici quoque catholicam veritatem corrumpunt praua intelligentia, & sunt caupones pessimi, facientes de vino aquam: cùm è contrario Dominus noster aquam in vinum verterit, & tale vinum quod miretur architrictinus, quale & regina Saba in Salomonis est admirata conuiuio, pincernas eius, & ministros vini sua voce collaudans.

Heretici non permanent sed vt flos decidunt.

46. **I**SAL. 18. *Qui immolant in hortis, & sacrificant super latites.* HERON. *lib. 18. in Isa. cap. 18.* Omnis hereticus ad iracundiam prouocat Dominum, & in fallitate dogmatum suorum, immunda offert sacrificia, nequaquam firma, & mansura perpetuè, sed instar hortorum ad breue virentia, carnis deliciis prouidens; cui dicitur: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni, aruit fœnum, & flos decidit, verbum autem Domini quod in Ecclesiis prædicatur, manet in æternum.

Heretici vulpibus comparantur.

47. **L**UC. 9. *Vulpes foueas habent, &c.* AMBROS. *lib. 7. in Luc. cap. 6.* Hereticis Dominus vulpes comparat. Vulpes plenum est fraudis animal, foueam parans, & in fouea latere semper desiderans: ita sunt heretici, qui domum sibi parare non norunt, sed circumventionibus suis alios decipere conantur. Iacob domum habitat, hereticus in fouea est, vt fraudulenta vulpes gallinæ euangelicæ dolum intendens: semper merito foueas habent, quia domum quam habuerant, perdidit. Hoc animal nec mansuescit vnquam: vnde & Apostolus ait: [hereticum hominem post vnam correptionem deuita;] nec vlli vsui aut cibo vtile est. Ideo Samson ad caudas earum faces ligauit, & dimisit in messes alienigenarum: eo quod heretici fructus conentur incendere alienos, latratibus magis sonori quàm vocibus excitari. Qui enim vnum verbum negat, nec vocem habet ad præsens ore liberi, sed in futurum finem iam vincit, cauda facibus significantes sui iuris incendium.

Heretici contentiosi corrumpunt bonos mores.

48. **I**EREM. 13. *Clamauit perdix, congregauit quæ non perdidit, faciens diuitias suas non cum iudicio.* AVEVS. *lib. 13. contra Faust. cap. 12.* Perdix contentiosum animal, notum est quanta auiditate ipsius contentiosis currat in laqueum. Non enim disputare amat heretici, sed quoquomodo separare impudentissima pernicacia, vt congregent, sicut hic dixit, quæ non pepererunt. Christianos enim quos maxime Christi no-

mine seducunt, iam per ipsius Christi Euangelium natos inueniunt, & faciunt illos diuitias suas, non sanè cum iudicio, sed cum temeritate inconsiderata. Non enim intelligunt ibi esse veram, & salubrem, & quodammodo germanam, atque radicalem Christianam societatem. Vnde istos separauerunt, quos ad suas diuitias congregarunt; & quia de talibus ait Apostolus, 1. ad Timoth. 3. *Sicut Iannes, & Mambres vestierunt Moysi, sic & isti restitunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed ultra non proficiunt. Dementia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.* Sequitur & in Propheta, & dicit de perdice: *Congregauit quæ non peperit, in dimidio dierum eius dereliquit eum, & in nouissimis suis erit insipiens.* Id est qui primò tanquam per pollicitationem, & ostentationem excellentis sapientiæ seducebat, erit insipiens, cum apparebit, quia dementia eius nota erit omnibus.

Hæretici loquaces, & contentiosi.

49. **EXOD. 8.** *Ascenderunt ranæ, & operuerunt terram.* **AVGVST.** *De conuenientia decem præceptorum, & decem plagarum.* Quæ est ista secunda plaga, ranæ in abundantia? In ranis hæretici intelliguntur, atque philosophi. Habes congruenter signatam philosophiam, vel hæreticorum prauitatem, si consideres ranarum loquacitatem. Ranæ sunt clamantes in paludibus limolis per superbiam; & inanes contentiones strepitum vocum habere possunt, doctrinam veræ sapientiæ non possunt insinuare; qui enim Christianæ veritati contradicunt, & in sua vanitate decepti, ranæ sunt tædium afferentes auribus, non cibos mentibus.

Finis hæreticorum ignis.

50. **IVDIC. 15.** *Cepit trecenas vulpes, &c.* **AVGVST.** *Serm. de Samfone.* Samson vulpes cepit, & ligatis caudis ignem apposuit. Caudæ vulpium quid sunt, nisi posteriora hæreticorum, qui prima habent magna, blanda & deceptoria opera; postrema, ligata, id est, damnata, & in ignem in finem trahentia, vt eorum fructus & acta consumant, qui suis seditionibus acquiescunt? Quid aliud est vulpem capere, nisi hæreticos diuinæ legis auctoritate deuincere, & sanctarum Scripturarum testimoniis, velut quibusdam vinculis alligare, atque confringere?

Ab hæreticis fugiendum, & in quibus cognoscantur.

51. **MATH. 7.** *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.* **VINCENT. LIRINENS.** *aduersus hæreses.* Faciunt hæretici quod hi solent qui paruulis austeram quædam temperaturam pocula, prius ora melle circumlinunt, vt incauta ætas cum dulcedinem præferat, amaritudinem non reformidet. Quod etiam his curæ est, qui mala gramina, & noxios succos medicaminum, vocabulis præcolorant, vt nemo fere vbi supra scriptum legerit remedium, suspicetur venenum. Idem denique & Saluator dicebat: *Attendite à falsis prophetis, &c.* Quis est vestitus ouium, nisi prophetarum & Apostolorum proloquia, quæ illi ouili quadam sinceritate, agno illi immaculato, qui tollit peccatum mundi, tanquam vellera quædam texuerunt? Qui sunt lupi rapaces, nisi sensus hæreticorum feri, & rabidi? Qui caulas Ecclesiæ semper infestant, & gregem Christi, quantum possunt, dilacerant. Sed vt fallacius incautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia, depouunt lupinam speciem, & sese diuinæ legis sententias, velut quibusdam velleribus obuolunt, vt cum quicquid lanarum mollitiem præferat, nequaquam aculeos dentium pertimescat. Sed quid ait Saluator? *A*

fructibus eorum, &c. Id est, cum coeperint diuinas illas voces non iam proferre tantum, sed etiam exponere, nec adhuc iactare solum, sed etiam interpretari: tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligitur; tunc nouitium virus exhalatur, tunc prophetiæ nouitates aperiuntur, tunc primùm scindi sepem videas, tunc transferri patrum terminos, tunc Catholicam fidem cadi, tunc Ecclesiasticum dogma lacerari.

Differentia inter Catholicam, & separatam ab Ecclesia.

PETR. CRYSO. *Serm. 132.* Hoc interest inter congregationis plenitudinem gloriosam, & separationis præsumptam de ignorantia, aut negligentia vanitatem, quod in salute & honore integri corporis species est vnitas membrorum, & in separatione viscerum est foeda, lethalis & horrenda pernicietas. Homo quid aliud te docuit in tuo corpore, aut sic diuisa coniunctio, aut tam coniuncta diuisio, nisi vt ex multis vnus, & vnus in multis viueret? Est membrorum commercio saluari pretiosus oculus, sed si perseuerat in corpore; alioqui vbi corpori defuerit, sibi non aderit: debent illi membra omnia suæ lucis obsequium, sed & ipse oculus sentit corpori se debere quod lux est, qui vtique non omnibus membris ministratum membrorum prouideat, euulsus à corpore, nec sibi videt. Quisquis ille est qui se putat esse aliquid, tali institutus exemplo maneat in Ecclesia vt sit aliquid: alioqui vbi defuerit illi, sibi esse mox desinit.

Hæretici Catholicis contrariantur, & peribunt.

GEN. 19. *Peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab, &c. minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, id est, filius popului mei.* **RVPERT. lib. 2. in Sophoniam.** Sicut Moab, & filij Ammon de consanguinitate Abrahamæ descenderunt, & tamen genus Abrahamæ semper oderunt: ita hæretici in Christum se credere dicunt, & tamen Christianorum Catholicam fidem subuertere semper conati sunt. Et quis hoc nesciat quod de sanguine Abrahamæ per incestum nati sunt Moab, & filij Ammon? Dormierunt enim filia Loth, nepotis Abrahamæ, cum patre suo; & maior quidem filia, Moab; minor autem peperit Ammon. Et Moab quidem, ex patre; Ammon, *populus turbidus* interpretatur. Quis autem populus magis turbidus quam hæreticorum cætus, qui alios turbida & cæculenta potant doctrina, velut turbida aqua? Sunt enim hæretici ex patre diabolo, atque vt Iudæi, quibus ipse Dominus: Vos inquit ex patre diabolo estis; igitur vt Philisthiim, ita Moab, & filij Ammon, id est, sicut Iudæi, sic & hæretici in desertum erunt vsque in æternum: quippe qui deserentes Deum, & à Deo deserti, absque dubio peribunt in sempiternum. [Audiu, inquit, Moab opprobrium, & blasphemias filiorum Ammon,] scilicet hæreticorum, qui nimirum exprobrauerunt populo Christiano secundum exemplum Moab, & magnificari super terminos eorum secundum exemplum filiorum Ammon.

Hæreticorum finis maximè insurgentium contra caput Ecclesiæ.

NUMER. 16. *Dirupta est terra sub pedibus eorum, scilicet Dathan & Abiron, &c. & aperiens os suum deuorauit illos, &c. descenderuntque vni in infernum.* **EVGVBINVS in cap. 11. Deuteron.** Quid aliud hæretici sunt ac schismatici quam Dathan & Abiron. Vt enim hi sub prætextu pietatis, dominandi libidine, ac ambitionis æstu agitati, ei principatum adimere conabantur, cui fuisset à Deo traditus; ita hi sanctæ Ecclesiæ corpus disringere enitantur, dum caput eius à summo

summo Deo constitutum imminuere, lacerare & decorare impiis maledictis non cessant. Neque aliud fit ab his in summum illud caput, quam à Dathan & Abiron in Moysem tentatum est. genus hominum miserabilissimum, ac perniciosissimum, qui sub prætextu nostrarum corrigendarum improbitatum, infinitam attulere malorum sylvam, perque vniuersum terrarum orbem pessimos disseminauerunt errores, adeoque processit audacia, & gigantea immanitas, vt eis nec calum iam sufficiat, in quod sceleratissimæ linguæ virus euomat, ac ore impiissimo blasphemant, dum eius incolas tantis probriis ac mendaciis dehonestant. Sed videbit omne humanum genus eorum interitum, & sempiterna obliuione eos sepelientos, miserimo hiatu patefacto absorbuisset cognoscat.

Qualiter hæretici sunt fures, vide Furtum, num. 8. ex Hieronymo.

HOMO.

Homo quare Terra dicitur. 1. 5. 19. 23.
Homo oculos Domini ad se trahit. 2.
Homines astra vespertina dicuntur. 3.
Homo creatus ad conregnandum Deo. 4.
Homo qualiter celestis appellabitur. 5. 19. 34.
Homo non laudandus in vita, sed ille quem Deus commendat. 6. 2. 1.
Homo solus immortalis inter animantia. 7. 20. 24.
Hominis dignitas ostenditur à figura corporis. 7. 16.
Hominis dignitas à modo creationis. 8. 9. 10. 23.
Hominem Deus honorauit ob incarnationem futuram. 10.
Homo isdem vestibus quibus Deus ornatur. 11. 12.
Hominis dignitas ab imagine Dei. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 18.
Homines omnes sunt imagines Dei, non similitudines. 13.
Homo microcosmos dicitur. 15.
Differentia imaginis, quæ est filius, ab imagine quæ est homo. 17.
Hominis etymologia. 19.
Hominis dignitas à reque Dei eo creato. 22.
Hominis dignitas à Paradiso, in quo positus fuit. 24. 25.
Hominis excellentia, & dignitates. 26.
Hominis dignitas à præcepto sibi posito. 27.
Hominis dignitas à nominum impositione. 28.
Hominis dignitas ab inuidia Diaboli. 29.
Hominis dignitas ab eiectione de Paradiso. 30.
Homo crudelissimus bestiarum. 31.
Homo quandoque in bonam, quandoque in malam partem sumitur. 32. 33. 34.
Homo interior & exterior. 34.
Hominis pulchritudo, velamentum turpitudinis. 35.
Homo exterior crucifigendus. 36.
Cur homo ultimo creatus. 37.
Cur ab vno omne genus hominum sit creatum. 38.
Cur homo in paradiso positus non creatus. 39.
Tria in vnoquoque homine consideranda. 40.
Per exteriorem hominem interior dignoscitur. 41.
Homo immunitatis calamitatibus plenus. 42.
Homo sibi Deo placet, hominibus lenitate. 43.

De quatuor generibus hominum. 44.
Deus vult hominem doceri ab homine ob humilitatem. 45.
De Triplici homine. 46.
Nihil deest homini qui Deum habet. 47.
Qualiter in celestem hominem terrestres homines generentur. 48.
Quanta & quam multa Deus homini communicet. 49.
Homo venerandus ob imaginem Dei. 50.
Deus homini diuitias paradisi ostendit, vt temporalia contemnat. 51.
Erationali, & irrationali partibus homo creatus. 52.
Hominem iustum, & bruta, & etiam demones timeant. 53.
Homo sine auxilio Dei non potest quidquam boni operari. 54.
Homo flori comparatur, & umbra. 55.
Homo arundini comparatur. 56.
Homo noster per obseruantiam etiam venialium restringendus. 57.
Homo breui viuens tempore. 58.
Homine peccante & reliqua terrena præuaticata sunt. 59.
Homo ficulneæ comparatur, si fuerit deses. 60.
Homine cetera animalia prudentiora. 61.
Deus ostendit amorem hominum ex eiectione de paradiso. 62.
Adam non est seductus, sed persuasus ab Eua. 63.
Duobus modis Adam mortuus est post lapsum. 64.
Homo ante lapsum. 65.
Metus priorum hominum post peccatum. 66.
Homo crudelior bestiis, vide, crudelitas, num. 1.

Homo quare Terra dicitur.

GENES. 1. *Creauit Deus calum & terram.* 1. **AVGVST.** *Quare homo, Terra dicatur, vide, Angeli, numero 1. ex Augustino.*

Homo oculos Domini ad se trahit.

GENES. 1. *Terra autem erat inanis & vacua.* 2. **AVGVST.** *Alia littera habet, inuisibilis, & incomposita. Fortè inuisibilis dicitur, (ait AMBRVS.) quod nondum verbo Dei, & protectione visitabatur, quæ hominem non haberet, propter quem Dominus respiceret in terram: sicut scriptum est Psalm. 13. [Dominus respexit super filios hominum, vt videat si est intelligens.] & Psalm. 75. [De cælo fecisti iudiciū, terra tremuit, & quieuit.]*

Homines astra vespertina.

IBID. CHRYSOST. *De cælo non dicitur quod sit inane & vacuum, cum in principio quando creatum est, angelis est repletum. Vnde Job 38. Creator cum homine loquens, ait: Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ, cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Nota quod quando creauit terram eum laudabāt astra matutina, id est, angeli, quos & filios Dei nuncupat, ad distinctionem hominum sanctorum, qui postmodum creati velut astra vespertina.*

Homo creatus ad conregnandum Deo.

IBID. SPIRITUS DOMINI *ferrebat super aquas.* **RVPERT.** *id est, amor Dei substantialis ferrebat super aquas, id est, magno super creaturam suam affectu*

ducebatur creator: vt quia non poterat esse quod ipse qui creauerat, tales ex ea faceret formas, in quibus creatori coniungeretur, conuiuereque & conregnaret creatura, scilicet homo. **FERRVS** *super illud: Et fecit Deus firmamentum.* In hoc opere præter insignem Dei potentiam & sapientiam, etiam videmus ineffabilem eius bonitatem. Nondum homo creatus est, & iam ei providebat Deus hospitium, quo in æternum maneret, & non quaecumque sed cælum. Prius autem cælum ornauit quàm terram, ad ostendendum quòd quamuis etiam terra ad tempus hominis hospitium sit, tamen homo potissimum propter cælum possidendum est creatus. 2. **PETRI** 3. [Repositi sunt cæli verbo Dei.] Nota verbum *repositi*, quasi thesaurus referentia.

Homo qualiter celestis appellabitur.

5. **IBIDEM.** *Vocauitque Deus firmamentum cælum.* Mylicè. **ORIGEN.** Sicut firmamentum cælum appellatum est, ex eo quòd diuidat inter aquas quæ super ipsum, & aquas quæ sub ipso sunt: Ita & homo in corpore positus, si diuiserit superiora & cælestia ab inferioribus, & terrenis, etiam ipse cælum, id est, celestis homo appellabitur. Studeat ergo vnusquisque nostrum diuisor aquæ effici, eius quæ supra, scilicet illius aquæ viuæ quam Deus dat, videlicet salientis in vitam æternam, ab ea quæ est subter, id est, ab aqua abyssi, in qua tenebræ esse dicuntur: ab ea quæ non fatietatem, sed sitim causat. [Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum.] **IOAN.** 4. vt cum Paulo dicere possimus: [Nostra conuersatio in cælis est.] Tunc enim vnusquisque fidelium celestis efficitur, cum sensum suum habet in arduis, & excelsis, nihil de terra, sed totum de cælestibus cogitans, quæ sursum sunt quærens, vbi Christus est in dextera Dei sedens.

Non laudandus homo in vita.

6. **IBIDEM.** **HIERON.** *contra Iovinianum.* Notat quòd iuxta Hebraicam veritatem in solo opere secundæ diei non dicitur: vidit Deus quòd esset bonum. **RVPERTVS** hanc assignat rationem, quia licet firmamentum vna quidem & pulchra species est: veruntamen iuxta intentionem operantis vnum quid totum non est, sed pars totius mundi. Nondum mundus erat, nondum terra, & mare proprias habebat species, & ideo nimis festinum esset, si laudaretur, & diceretur, vidit Deus quòd esset bonum. Sicut si aliquis laudare vellet domum nondum perfectam. v. g. à recto, non perfectis parietibus. Perficiatur domus, & tunc laudabis, aut vituperabis eam. Hinc colligemus quia non laudandus est homo in vita, antequam faciat cursum suum, &c. Ad solum Deum pertinet cui omnia sunt præsentia, laudare aliquem ante mortem: ideo ait Apostolus: [Non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.] **AMBROS.** *autem legit in hoc secundo die, & vidit Deus quòd bonum esset.* dicens: Solent artifices singula prius facere, & postea connectere, non tamen sciunt quem admodum sibi possint membra singula conuenire, & ideo aut laudare non audent, aut pro parte laudant: Deus vero tanquam æstimator bonus, præuidens quæ futura sunt, quasi perfecta iam laudat quæ adhuc in exordio sunt.

Anima hominis sola immortalis inter animantia.

7. **GENES.** 1. *Creauit Deus omnem animam viuentem, atque motabilem.* **HUGO** de sancto **VICTORE** in *Genes. cap. 7. morabilem*, id est, mobilem de esse ad non esse. Quidquid enim factum est, præter hominem, fecit Deus ad mutationem & mortem,

hominem verò solum, ad immortalitatem. **IVNERIUS.** Cætera animantia ab homine, prima sui conditione facta sunt, vt vel alia aliis in alimoniam cederent, vel ipsa suo lenio deficientia perirent: solus homo, si præcepta diuina seruaret, perpetua viueret incommutabilitate beatus. & ideo additur, *atque motabilem*, ad distinctionem hominis quem facturus erat Deus ad imaginem, & similitudinem suam. **D.BASILIUS** *super illud: Producat terra animam viuentem, &c.* Iumenta terrea sunt, & ad ipsam nutantia terram: at planta cælestis homo, quanto figura formæque corporis cæteris animantibus antecellit, tantum & dignitate animæ præstat. Caput quadrupedum ad humum pronum est, ad ventrem spectat, voluptatem omnibus modis prosequitur. Caput tuum ô homo ad ipsum cælum exurgit, oculi tui res supernas conspiciunt. Quòd si & tu carnis affectionibus teipsum subieceris, ventrique, & iis quæ sunt sub ventre, seruieris, comparatus es iumentis insipientibus, & similis factus es illis. Alia te cura decet, supernas res explorare, ac quærere debes, vbi Christus est in dextera Dei sedens, vt forma decora præditus es, sic & teipsum & tuam vitam disponere velis, in republica versare cælesti. Vera tibi patria est superna illa libera Ierusalem, conciuces atque contribules ipsi primogeniti qui sunt conscripti in cælis.

Hominis dignitas à modo creationis.

8. **GENES.** 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* **ORIGENES.** Omnes reliquæ creaturæ iustione Dei sunt: dicit enim scriptura: *fiat lux, fiat firmamentum, producant aquæ reptile, & volatile, producat terra animam viuentem, &c.* Deus autem ipse *fecit cælum, & terram, & duo luminaria magna, & nunc hominem.* Ex hoc considera quanta sit magnitudo hominis, qui habet honorem cæli, propter quod & cælorum ei promittitur regnum: habet & terræ honorem, quoniam quidem in terram bonam, & terram viuorum, fluentem lac & mel, ingredi sperat; habet honorem solis, & lunæ, habens repositionem fulgere sicut sol in regno Dei. **GREGORIUS NYSSENSIS.** Sed ô quale miraculum, sol sit, & nullum præcedit consilium: cælum, & singulæ quæque creaturarum verbo tantummodo producuntur; ad hominis autem solius conditionem, cum consilio quodammodo conditor vniuersitatis accedit, dicens: *faciamus hominem, &c.* **CHRYSOSTOMUS.** Ne mireris dilecte, homo enim inter visibilia omnia dignitate præcellit. Sed quare, inquit, tardius creatus est homo? Merito. Quia sicut ad regis autoritatem euntis in aliquam ciuitatem, pertinet vt præcedant eius famuli, hospitium præparaturi, &c. vt rex honestius ibi agat; ita Dominus Deus noster prius omnem hunc ornatum fabricauit, & tandem præficiendum hominem formauit, declarans factis istis quanto honore animal hoc prosequatur. *Vide infra* num. 37.

Idem.

9. **IBIDEM.** **GREGOR.** 9. *Moral. cap. 36.* Consilio videtur vt vt ostenderet quia rationabilis creatura condebarur, & cum consilio facta videretur. **RVPERTVS.** Magnum consilium in illo talium personarum, Patris & Filij, & Spiritus sancti, non tam fenatu quàm soliloquio venerando, &c. *Vide verbo, Gratiudo.* num. 2.

Idem.

10. **IBIDEM.** **AMBROS.** *lib. de Dignitate humane conditionis.* Consilio sanctæ Trinitatis, & opere maiestatis diuinæ creatus est homo, vt ex primæ conditionis honore intelligeret quantum deberet suo conditori

ditiori, & tanto ardentius amaret conditorem, quanto mirabilius ab eo esse conditum intelligeret. **THEODORET.** Dum ipse Deus hominem per se format, ac fingit, maiorem erga illum quàm erga cætera quæ creauit, paternam beneuolentiam indicauit: quod & sanctus Iob considerans, ad Deum clamat: [Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me.] Cæterum manus ac consilium Dei maiorem circa hoc rationale animal curam significauit, præuidens etiam vniuersi sui incarnationem, quòd naturam humanam è virgine sumpturus esset, atque eam ita sibi copulaturus, quòd vna eademque persona Dei pariter & hominis intelligatur; vnam quoque adorationem ab vniuersa creatura illi afferendam esse. Ideo ipsius generis fundamentum atque principium maximo honore affectit.

Homo iisdem vestibus quibus Deus ornatur.

11. **IBIDEM.** **AMBROS.** *vbi supra.* Sicut Deus creator qui hominem ad similitudinem suam creauit, est charitas, est bonus, & iustus, patiens, atque mitis, mundus & misericors, & cætera virtutum sanctarum insignia quæ de eo leguntur; ita & homo creatus est, vt charitatem haberet, bonus esset, & iustus, patiens, &c. Quæ maior dignitas, quàm iisdem hominem vestibus indui quibus ipsemet Dominus, iuxta illud: [Dominus regnauit, decorem indutus est.] Quapropter quisque diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam, & venerandam in seipso sanctæ Trinitatis imaginem agnoscat, honorémque similitudinis diuinæ, nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate meritorum habere contendat, vt quòd appareat qualis sit, tunc similis ei appareat qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliusque in secundo reformauit. *Vide verbo, Anima,* num. 4.

Idem.

12. **IBIDEM.** *Faciamus hominem ad imaginem, &c.* **GREGORIUS NYSSENSIS.** Equale est hoc ac si diceret, humanam naturam omnis boni factam esse participem. In quo ostenditur, quòd non ob aliam causam Deus creauit hominem, nisi quia bonus est, vt bonorum suorum eum participem faceret, quæ cum infinita sint omnia, comprehendit dicendo, *ad imaginem, & similitudinem nostram.* Eximius pictor, non solum ad viuum imaginem imperatoris pingit, verum etiam eam ornat imperialibus purpureisque vestibus: sic & humana substantia, quoniam ad aliorum regimen condebarur, propter similitudinem regis vniuersorum, velut quedam imago animata componitur, ita vt per hæc omnia monstratur ad dignitatem regiam genitum. *Vnde & addit: vt præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, &c.* **AVGVST.** Additur, *vt præsit, &c.* vt intelligamus in eo, factum hominem ad imaginem Dei, in quo irrationabilibus animantibus antecellit, id est, in anima vel mente vel ratione. *Vnde* Apostolus: [Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui renouatur in agnitione Dei, secundum imaginem eius qui creauit eum.] **CHRYSOSTOMUS.** *Imaginem* dixit, de principatu, & dominio, quia Deus fecit hominem principem omnium quæ sunt super terram: & ideo Apostolus, 1. *Corint.* 11. de viro solum dicit quòd est imago Dei; de muliere autem non, quia subiecta est viro. Vir, inquit, non debet velare caput, cum sit imago & gloria Dei, mulier autem gloria viri.

Omnes homines sunt imagines Dei; sed pauci, similitudines.

13. **IBIDEM.** **EVCHERIUS.** Inter imaginem & similitudinem hoc interest: quòd imago Dei, omnium

similitudo, paucorum. Imago Dei, anima peccatrix esse non definit: ad Dei autem similitudinem, nisi anima fuerit sancta, non peruenit. & ideo magnum quidem est quòd hominis mens facta est ad imaginem Dei per naturam; hoc enim pritiilegio animalia carent, sed illud est multo præstantius, quòd Deo assimilatur per gratiam, & quòd tandem eî similitudo danda sit sui creatoris in gloria. *Vnde,* [cum apparuerit, similes ei erimus.] **RVPERT.** *Ad imaginem, id est, vt sit rationalis; ad similitudinem, vt sit rectus, Dei testando iustitiam.* horum altero, id est, similitudinem, nisi per gratiam assequi non potest. Sed facultas rationis, instrumentum est ad quærendam similitudinem Dei. Est ergo inexcusabilis si ad similitudinem Dei non peruenit tali præditus instrumento. **ISIDORVS.** Nota quòd ante peccatum dictum est, *faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram,* sed quia voluntarie peccauit homo, virtutem perdidit. Ideo infra non adiecit *similitudinem, sed solum dicit, & fecit hominem ad imaginem suam.*

Homo imago Dei, quia in se ferè omnibus imitatur eum.

14. **IBIDEM.** **GENNADIUS.** Hominem ad imaginem Dei esse, hac ratione est intelligendum. Deus vniuersorum prouidentiam habet: homo quoque ex his nonnullis prouidet: Deus incircumscriptus, & omnibus præfens adest; & homo per cogitationem momento temporis vbicumque voluerit, præsto adest. Deus, vniuersorum rex est, homo quoque iudiciaria potestate à Deo honestatus est; Deus inuisibilis, immortalis, & opifex, nec humana natura his diuinis insignibus vacua est. Idem dicit **THEODORET.** & addit: Deus propter diuinitatem Deus est, & dicitur: item homo Deus dicitur, sed sola ac simplici appellatione: Denique homo, vt Dei imago, exemplar suum in quantum potest imitatur.

Homo Microcosmos quare dicitur.

15. **THEODORETVS.** Creauit Deus hominem, qui in se rationalem atque irrationalem, visibilem atque inuisibilem, mortalem atque immortalem rerum creaturarum naturam complecteretur, ac veluti summa quædam omnium dici posset. *Vnde* Philosophi hominem *Microcosmon* dixerunt. Quemadmodum ait idem: Si rex in ciuitate collocaret imaginem suam, vt sui memoriam haberent eam venerantes; eadem ratione Deus postquam mundum condidit, variisque operibus exornauit, hominem tanquam imaginem suam in eo collocauit cui omnes creaturæ deseruirent. **GLOSSA ORD.** *Faciamus hominem, &c.* Id est, vt sit propensissimus ad benefaciendum omnibus, veluti Deus, quod animalia bruta non habent. *Vnde* impij homines & inhumani hoc modo non sunt ad imaginem & similitudinem Dei.

Hominis dignitas à figura corporis.

16. **IBIDEM.** **BERNARD.** *super cant. ferm. 24.* Corporis staturam dedit, Deus homini rectam. Forsitan vt ista corporea vilioris rectitudo figmenti, hominem interiore illum, qui ad imaginem Dei factus est, spiritalis suæ seruandæ rectitudinis admoneret; & decor limi, deformitatem argueret animi. Quid enim indecentius quàm curuum recto corpore gerere animum? Peruersa res est & foeda, luteum vas, quod est corpus de terra, oculos habere sursum, spiritualem verò, cælestemque creaturam suos è contrario oculos, id est, internos sensus, trahere in terram deorsum: & quæ debuit nutrirî in croceis; hæc luto tanquam vnam de suisibus, amplexarique stercora. *Erubescite*
Gg 3 beke

besce anima mea diuinam, in pecuinam commutasse similitudinem; erubescere volutari in cœno, quæ de cœlo es.

Hominis dignitas ab imagine Dei.

17. **I**BIDEM AVGVST. Non sic est imago Dei homo, ut sit eadem imago, & similitudo æqualis patri & coæterna illi cuius est coæterna, id est, Verbo æterno: nec talis esset si nunquam omnino peccasset homo, sed est imago ad imaginem Dei facta. HVGODES. VICTORE. Filius est imago patris, quia quidquid habet pater, totum habet & filius per naturam; homo verò ad imaginem, quia non per naturam, sed per participationem habet ea quæ Dei sunt. Vnde aliud est, esse imaginem; aliud, esse ad imaginem factum. BERNARDVS. *lib. de Mediat. cap. 1.* Tanta est cognatio inter nos, & Dei filium, quòd ipse imago Dei est, & nos ad imaginem eius facti sumus, & non solum ad imaginem, sed & ad similitudinem eius. Oportet autem, id quod ad imaginem est, cum imagine conuenire, & non in vacuum nomen imaginis participare. Representemus ergo in nobis imaginem eius in appetitu pacis, in intuitu veritatis, & in amore charitatis. Vide etiam verbo, *Trinitas.*

Idem.

18. **I**BIDEM idem. BERNARD. *lib. de vita solit.* Triplex similitudo Dei est, quædam quam nemo viuens nisi cum vita exuit quam habet, & volens, & nolens; & qui eam cogitare potest; & qui tam hebes est ut non possit, scilicet quòd sicut ubique est Deus, & ubique totus, sic & anima vna cum sit, indissimiliter operatur in corporis sensibus. Reliqua vide, verbo, *Anima, num. 4.*

Hominis Etymologia.

19. **G**ENES. 1. *Creauit Deus hominem ad imaginem, & c. masculinum & feminam creauit eos.* GLOSSA & LIPOMAN. Varia est hominis etymologia tam apud Græcos quàm Hebræos, & Latinos. Primi enim vocum inuentores non eandem rem spectabant. Græcè *Anthropos* vocatur, id est, contemplans quæ videt, ut Plato in Cratylo interpretatur. Nam cetera animalia, quæ vident, non considerant, nec contemplantur, homo autem & videt simul, & contempletur quod videt. Alij *anthropos* interpretatur id est, sursum aspiciens. Latine autem homo ab humo dicitur, & conuenit cum etymologia Hebraica, ab *Adama*, id est, humo, *Adam*, id est, homo, dictus est. Iosephus autem, ab *Edon*, id est, rubro, Adam dictum putat. Fictum enim esse hominem in agro Damasceno, eamque terram de qua compactus fuerit, rubram extitisse. Vnde nomen hominis à terra, de qua plasmatus fuerat, ortum habet, tam in Latina lingua quàm in Hebraica. *Adam* enim non tantum est nomen illius primi hominis proprium, sed etiam totius speciei humanæ; & vtrumque sexum complectitur. Vnde optime hic, *Creauit Deus hominem, & c. masculinum, & feminam creauit eos, & c.*

Homo qualiter esset futurus immortalis.

20. **G**ENES. 1. *Ve sine vobis in escam, & cunctis animalibus terra.* IVNILLIVS. Quomodo immortalis homo esset futurus, cum cetera istæ corruptionem importent? Alia est immortalitas carnis quam in prima conditione in Adam accepimus, & alia quam in resurrectione per Christum accepimus esse speramus. Caro enim nostra post resurrectionem, nulla eget refectione ciborum, quia nulla ei superbit à fame, vel lassitudine, vel alia qualibet infirmitate defectio, sed erunt homines sicut angeli Dei. Vnde licet

angeli cum patriarchis manducauerint, id non indigentia causa, sed benignitatis, agebant. & licet Dominus post resurrectionem manducauit cum Discipulis, id fecit ut se veram post mortem recepisse carnem monstraret. Caro autem Adæ ante peccatum, ita est immortalis creata, ut adminiculis adiuta temporalis alimonie, mortis expers ac doloris existeret, donec corporalibus incrementis ad illam vsque perductus ætatem, quæ conditori placeret, iubente ipso sumeret & de ligno vitæ, & perfectè immortalis effectus, sustentacula sibi corporis vltius nulla requireret. Sic ergo immortalis est condita caro Adæ, ut eandem suam immortalitatem per obseruantiam mandatorum Dei custodiret.

Homo non laudatus à Deo, sicut cetera creature.

21. **G**ENES. 1. *Et vidit Deus cuncta que fecerat, & c. Gerant valde bona.* AVGVST. Quia præsciebat Deus hominem peccaturum, nec in suæ imaginis perfectione mansurum, non sigillatim, sed cum ceteris eum dicere voluit *bonum*, velut intimans quid esset futurum. RYPERTVS. Licet homo diuinæ sit capax bonitatis, non tamen dictum est: Et vidit Deus hominem quòd esset bonus, ut dictum est, *Et vidit Deus lucem quòd esset bona, & c.* Quia videlicet homo non intellexit quòd sibi adhererè Deo bonum esset, & ita nondum singularem laudem meruit.

Deus super hominem requiescit.

22. **G**ENES. 2. *Et requieuit Deus die septimo ab vniuerso opere quod parauerat.* AMBROS. Fecerat Deus hominem rationis capacem, imitatore sui, virtutum æmulatorem, cupidum cælestium gratiarum; in his requiescit Deus, qui ait: [Super quem requiescam nisi super humilem, & quietum, & timentem sermones meos?] Gratiæ ergo Domino Deo nostro qui huiusmodi opus fecit, in quo requiesceret. Fecit cælum, & non lego quòd requieuerit; fecit terram, solem, & lunam, & stellas, & non lego quòd requieuerit, sed lego quòd fecerit hominem, & tunc requieuit, habens cui peccata dimitteret. Vide, *Christus, num. 24. ex Ruperio.*

Homo qualiter creatus.

23. **G**ENES. 2. *Formauit igitur Deus hominem de limo terra, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* AVGVST. Nimum puerilis cogitatio est, quòd manibus corporalibus Deus de limo finxerit hominem. Deus enim non est membrorum lineamentis determinatus. Sed sicut dictum est: [Manus tua gentes disperdidit, & eduxisti populum tuum in manu potenti, & brachio excelso.] ita dictum est Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me. Huiusmodi enim membra, pro potestate & virtute Dei posita sunt. BEDA. Sicut non manibus corporeis finxit, ita nec labiis faucibusque suslauit, sed hoc ipsum est *inspirauit*, quod, spiritum & animam facere. AVGVST. & factus est homo in animam viuentem. Id est, sentire cœpit in corpore, quod est animata viuentisque carnis certissimum indicium. D. THOMAS. Et quia operationes vitæ magis manifestantur in facie hominis propter sensus ibi existentes, ideo dicit, in faciem hominis *inspiratum esse spiraculum vitæ.* CHRYSOST. Omnia præter naturæ morem agit omnium opifex, ut per hoc ineffabilis ipsius monstraret virtus. Cum homines ædificant, & fundamenta iacere volunt, prius fodiunt, & vbi ad profunda peruenerint, si vel parum aquæ viderint, omnem adhibent curam ut illam exhauriant; & sic fundamenta iaciunt. Deus autem noster secus quàm homines ædificauit terram.

Psal.

Psal. 23. [Qui fundauit terram super aquas.] & quodcumque vult, elementa hæc contrarium effectum suo præcepto ostendunt. Simili modo & in hominis formatione quid factum sit declarat. *Formauit, inquit Propheta, hominem de limo terra.* Alia litera: *De puluere terra.* Hic exclamare iuuat pulchrum illud beati David dictum: [Quis loquetur potentias Domini: auditas faciet omnes laudes eius?] Quia de puluere tale animal produxit, & tanto honore venustauit. S. BERNARD. Non dixit simpliciter, fecit, sed *formauit, seu plasmauit*, quod decentiam significat. Ut cum quis pulcherrimam hominis faciem videat, glorificet artificem eius. BERNARD. *Serm. De Tribus mixturis.* Agnosce ô homo dignitatem tuam, agnosce gloriam conditionis humanæ. In te conglutinantur sibi limus terræ; & spiritus vitæ: in te compacta & confederata sunt caro, & anima; illa plasmata, hæc inspirata.

Hominis dignitas à Paradiso.

24. **G**ENES. 2. *Plantauerat autem Deus paradysum voluptatis à principio in quo posuit hominem.* CHRYSOST. Vide quantum honorem statim homini dedit. Extra paradysum quidem formauit illum, sed mox introduxit, ut re ipsa sensu beneficiorum fruere, sciretque quantum illi honor concessus, prouocareturque homo ad gratitudinem, intelligens quantis sit affectus beneficijs, cum nullum adhuc boni specimen tribuisset. THEOPHILVS *Episc. Alexand.* Homo, duorum medius erat, nec omnino mortalis, nec profusus immortalis, sed tamen vtriusque capax conditus erat. Eadem ratione in paradiso positus est, qui in medio cæli & mundi conditus legitur. CHRYSOST. Quali angelus aliquis vixisset homo super terram, corpore quidem amictus, sed extra corporis necessitates constitutus. Et sicut rex diademate ornatus & purpura vestitus, ita in paradiso impauide versabatur in magna rerum copia. RYPERT. Nomen enim voluptatis omnis indigentia sensum excludit, quia videlicet non sicut hic, ita ex necessitate manducabatur & illic. Etenim in hac hominis peregrinatione, cibus est mortalitatis solatium: illic autem immortalitatis delectamentum. CHRYSOST. Addit, *voluptatis*, ut excellentem voluptatem qua fruiturus esset in habitando, nobis declararet. D. THOMAS. *p. q. 102. art. 4.* Ut incorruptio Dei gratia imputaretur, & non humanæ naturæ, Deus hominem extra paradysum fecit, & postea ipsum in paradiso posuit.

Idem.

25. **I**BID. *Ve operaretur, & custodiret illum, scilicet paradysum.* AVGVST. *Ve operaretur.* Non laboris afflictio, sed exhilaratio voluptatis homini imponitur in paradiso. In agricultura enim voluptas est & labor. Quidquid enim deliciarum habet agricultura (tunc vti que longè ampliùs erat cum ea quæ Deus creauerat humani operis adiutorio lætius prouenerent) hoc homini imponitur. Videmus autem nunc quosdam magna cum voluptate agricolare, ita ut eis magna pena sit inde ad aliud auocari. CHRYSOST. Propterea præcepit Deus ut homo operaretur, ut ne immodica prosperitate homo insolesceret; omnem enim malitiam docuit otium. Erat autem operatio tunc citra laborem, & occupatio illa, nec dolorem nec molestiam afferebat. Sicut clemens pater tenero filio omni copia fruenti, ne insolens fiat, paruam & congruam quandam curam excoGITAT; sic Dominus Adæ occupationem, & custodiam præcepit, ut cum voluptate, vbertatque ac iocunditate, placidè hæc duo faceret, que procliuatatem illius morarentur, & impedirent, & custodiret illum. AVGVST. Sed dices, à quibus custo-

diendus paradysus? Nullus vicinus metuebatur inuasor, nullus perturbator, nullus fur, nullus aggressor. Responso, Ex Græco colligitur iste sensus: *Es posuit eum in paradiso operari eum, & custodire*, scilicet, ut quod operaretur homo in terra per agriculturam, in seipso custodiret per disciplinam: ut sicut ager ei obtemperaret colenti se, ita & ipse præcipienti Domino suo, fructum, non spinas inobedientiæ redderet. Quoniam autem similitudinem à se culti paradisi in seipso custodire subditus noluit, similem sibi agrum damnatus accepit. *Spinas, inquit, & tribulos pariet tibi.* Si autem sit sensus, ut sicut operari cadit super paradysum, ita, & custodire, intelligendum ut paradysum custodiret, non aduersus improbos, qui nulli erant, sed custodiret eum ipse sibi, ne aliquid dimitteret quare inde mereretur expelli. Rectè enim quisque dicitur non custodisse rem suam, qui sic egit ut amitteret eam. CHRYSOST. Ut sciri possit homo, quòd sub domino agat, qui hanc largitus sit fructuonem, & cum illa etiam custodiam cõmiserit. ISIDOR. Ex eo quod additum est, *custodiret*, innuitur qualis operatio ei imponitur; quia in tranquillitate vitæ beatæ, vbi mors non est, omnis operatio est custodire quod tenes.

Hominis dignitates.

26. **I**BID. GREGOR. NYSSEN. *lib. de Homine.* Homo omnibus dominatur, cuncta possidet, ex omnibus voluptatem capit, Angelis & Deo loquitur, Creatori iubet, demonibus præcipit, horum naturam perscrutatur, Deum inuelligat, Dei domus & templi fit. Cognoscentes igitur quanta ingenuitate præditi simus, & quoniam planta exultimus cælestis, naturam nostram minime deturpemus, aut vilipendamus, ne veterantis Dei largitionibus indigni appareamus, nec nos ipsos tanta potestate, gloria & beatitudine priuemus, pro pusillo tempore, & breui voluptate, omnium æternorum bonorum perdendo delicias, sed per iustas operationes, malorumque abstinentiam, & rectam intentionem (cui maxime Deus cooperari consuevit) atque orationes, nobilitatem conseruemus.

Hominis dignitas à præcepto sibi posito.

27. **I**BID. *Præcepitque ei, dicens: Ex omni ligno paradisi comedet, & c.* CHRYSOST. Dignum & hic est obstupescere misericordiam Dei, quæ omnem transcendit rationem. Vide statim ab initio quanto honore hominem prosequitur. Sicut amicus amico de rebus necessarijs præcipiens loquitur; ita & Deus humanæ naturæ, quasi hoc honore, ad obediendum attracturus: *Ex omni ligno, & c.* Magna huius præcepti facilitas est, sed graue malum desidia est, quæ facit ut facilia omnia, videantur difficilia. Sicut studio & vigilantia etiam omnia ardua, & difficilia, facilia nobis fiunt. Quasi diceret: Non molestum ô homo aliquid, & graue petam ex te: frui enim omnibus tibi permitto, vnum præcipio: *de ligno autem scientiæ, & c.* & magnam penam decerno. *In quocumque enim die comederis, & c.* Ut vel timore coercitus datum à me mandatum custodias. Hæc faciebat quasi dominus aliquis liberalis, domum magnam alicui concedens, & ut dominium sibi saluum maneat, paruam tantum pecuniam dandam ab illo præscribat. Sic Deus noster omnibus homini concessis, ab vno tantum ligno abstinere iussit, ut scire debeat, quòd sit sub domino cui obedire debeat, & parere si quid ille imperarit. GREGOR. 35. *Moral. cap. 13.* Omnes paradisi arbores ad esum Dominus concessit, & ab vna prohibuit, ut creaturam suam quam nolebat extinguere sed prouehi, tanto facilius ab vna restringeret, quanto ad cunctas lætius relaxaret. Qui enim ab vno quolibet bono subiectos vetat, ne-

celle est vt multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, si à bonis omnibus penitus repulsa ieiunat. D. BONAVENT. Quia prohibuit hominem ab esu ligni, ad ostendendum suae Iurisdictionis dominium, ideo à tali re debuit prohibere, à qua homo non deberet manum retrahere, nisi propter solum Dei imperium, & hoc fuit res bona.

Hominis dignitas à nominum impositione.

28. GENES. 2. Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. CHRYSOST. Vt ostenderet nobis magnam Adæ sapientiam, vt cum præuaricatione mandati à Deo dati contingat, non putemus per ignorantiam peccasse, sed ex desidia: & quòd magna sapientia præditus fuerit, disce ex impositione nominum. Deinde vt symbolum dominij per nominum impositionem cognoscatur. Nam & hominibus mos est hoc facere in signum dominij, vt cum seruos emerint, ipsorum nomina mutant. Vnde & Adam instruit, vt tanquam dominus omnibus brutis nomina indat. EVCHER. Vt ostenderet quanto priuilegio homo pecoribus antecelleret, qui ratione sua, cuncta distinguere, & nominatum discernere possit. R. VPER T. Vt ostenderet homini honorem suae conditionis, & intelligeret quòd nihil sibi compar esset in iumentis, siue ceteris animantibus cuiuslibet generis: hoc enim ad amorem Creatoris homini proficere debuit. Vnde & bene subditur: *Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius.* CHRYSOST. Nam licet omnia animantia illi adiuent, & in multis ministerio suo seruiant ei, ratione tamen carent & dignitate inferiora sunt.

Hominis dignitas ab inuidia diaboli.

29. GENES. 3. Cur præcepit vobis Deus, &c. AMBROS. Causa inimicitiarum Diaboli, ad hominem, inuidia fuit, dicente Salomone: *Inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum.* Inuidia autem causa, beatitudo hominis in paradiso positi: quoniam ipse diabolus superioris naturæ cum esset, acceptam tenere non potuit. Inuidit homini, eo quòd figuratus è limo, vt incolà paradisi esset, electus est, & quòd sperabat æternam: quasi diceret: iste inferior adipiscetur quod ego seruare non potui. Iste de terris migrabit ad cælum, cum ego de cælo delapsus in terram sim.

Dignitas ab eiectione de Paradiso.

30. GENES. 3. Nunc ergo ne forte mitat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum, cœsistit eum de paradiso. CHRYSOST. Prouidentia magis quàm indignationis fuit hæc eiectio. Hic enim est mos Domini nostri, vt puniens, non minùs quàm benefaciens, suam erga nos declaret prouidentiam. Quippe & hanc pœnam admonitionis gratiam nobis irrogauit. Quia utique si scisset nos non peiores fieri impune peccando, neuitquã vltra punisset, sed vt reprimat nostrum ad vltiora progressum, & tollat malitiam vltèrùs grassantem, suam seruando misericordiam, punit. Id quod & nunc facit: curam enim agens protoplasti, eiecit ipsum è paradiso præcipit. R. VPER T. In magna ira magnæ misericordia recordatus est Dominus Deus. In hoc ipso quòd lignum vitæ non concessit misero homini. Quippe quem voluit sic esse dissimilem sibi, vt non esset vtrobique similis diabolo. Quasi diceret Deus: Parcamus homini, & quia felicitatem perdidit, æternitatem præcipiamus infœlici, vt in neutro sit quasi vnus ex nobis. Nobis est æterna felicitas, & felix æternitas; sit illi temporalis miseria, vel misera temporalitas, vt tunc illi commodiùs reformetur æternitas, cum fuerit recuperata felicitas. Parcamus ergo illi ne hoc modo malè sit quasi vnus ex nobis, ne sicut quis-

que nostrum æternus est, sic & ille æternus sit. Etenim malum quidem illi est temporalem esse, sed pessimum esset æternum esse: esset enim similis diabolo qui felicitatem perdidit, & æternitatem non amisit: & ita est eius æterna infœlicitas, & infœlix æternitas. Dicendo autem, *ne forte mitat manum suam,* &c. intelligi datur, quòd nec Adam cognouit lignum vitæ, nec ipse diabolus sciuit quòd tale lignum plantasset Dominus Deus in medio paradisi. Si enim diabolus scisset, nunquam consilium suæ malignitatis ita dimidiasset, sed sicut lignum scientiæ boni & mali temerè persuasisset, vt miseròs faceret; sic & lignum vitæ præripere persuasisset, vt æternaliter miseròs, vel miserè æternos efficeret. D. THOMAS. 2. 2. q. 164. art. 2. Licet homo post peccatum de ligno vitæ comedisset, non propter hoc immortalitatem recuperasset; beneficio tamen illius cibi potuisset vitam magis prolongare. Vnde quod dicitur: *& viuat in æternum:* sumitur hic æternum, pro diuturno. Hoc autem non expediebat homini, vt miseria huius vitæ diutius permaneret.

Homo crudelissimus Bestiarum.

31. GENES. 4. Consurrexit Cain aduersus fratrem suum, & interfecit eum. CHRYSOST. Sicut magnum & venerandum est rationale animal, & maxime quando in virtutis viam contendit: Ita & quando in malum declinat, truculentarum bestiarum imitatur crudelitatem: quin & multis nominibus illarum superat ferocitatem.

Homo in bonam partem sumptus.

32. LEVIT. 1. Homo qui obtulerit ex vobis hostiam Domino. ORIGEN. Videndum quid sit hoc, tanquam possit non homo offerre? Cum sufficisset dicere, si quis ex vobis offerat. Non putemus hoc inaniter dictum. Beati enim oculi qui abiecto velamine literæ spiritum possunt videre. Et beati qui ad hæc audienda interiores aures afferunt mundas. INTERR. Quia rationabile est Deum offerendo placare, quia non placet hostia sine ratione; possibile est enim hominem appellari, & quæ sunt iumentorum, agere. Vnde Psal. 48. [Homo cum in honore esset, non intellexit,] &c. ORIGEN. Homo qui ad imaginem Dei & similitudinem factus, rationabiliter viuunt, moraliter offerunt vitulum, &c.

Homo in malam partem sumptus.

33. LEVIT. 24. Homo qui maledixerit Deo suo, &c. AVGVST. LXX. vertunt, *Homo, homo qui,* &c. Locutio hæc Scripturæ de eo dicitur qui culpatur, non qui laudatur: quasi diceret, homo homo, & tam miser qui maledixerit Deum, &c. Vide, *Blasphemiam*, num. 4.

Homo interior & exterior.

34. NUMER. 30. Si quis virorum votum Domino venerit, &c. ORIGEN. Homil. 24. Nouo principio in hac votorum lege Moyses vitur: Ait enim, *homo homo quicumque venerit Domino,* &c. Est enim alius interior homo, qui renouatur de die in diem secundum imaginem Dei, alius verò exterior qui corrumpitur. Interior in quo est habitatio virtutum, intellectus scientiæ, & diuinæ imaginis renouatio, potest vota offerre, & tunc non homo solum, sed *homo homo* dicitur. Nam qui interiorè hominem non excolit virtutibus, non construit, moribus non ornat, sapientiam Dei non querit, non potest *homo homo* dici, sed homo tantum, & homo animalis. Quia interior qui veriùs & nobiliùs dicitur *homo*, sopitus in eo est carnalibus vitiis, & mundi huius curis. Vnde cuique agendum est, si interiorè hominem peccatorum sordibus in se oppressum videt, vt citiùs euat eum ab omni

omni inquinamento carnis & sanguinis, conuertatur ad pœnitentiam, reuocet ad se memoriam Dei, & spem salutis. Non enim hæc extrinsecus querenda sunt, intra nos est salutis occasio. Vnde Luc. 17. [Regnum Dei intra vos est:] intra nos est enim conuersionis facultas: cum enim conuersus ingemueris, saluus eris, & non poteris aliter dignè altissimo reddere vota tua, & *homo homo* appellari.

Hominis pulchritudo, est velamentum turpitudinis.

35. PROVERB. 31. Fallax gratia, & vana est pulchritudo. BALDVIN. Quid est vana pulchritudo, nisi pulchra vanitas? Aut quid est fallax gratia, nisi grata fallacia? Cernentibus enim gratiosè placet, sed spectantes fallit, & intuitum oculis quasi quibusdam præstigiis illudit. Nam si interioris oculi acumine humani corporis intima penetrantur, quid est pulchritudo, nisi velamentum turpitudinis? Nisi prætextus quidam latentis ignominia, & confusio: Sub gloria enim carnis, latent occulta dedecoris, quæ pudor est nominare, sed & ipsi homini est etiam cogitare.

Homo exterior crucifigendus.

36. MATTH. 20. Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. ISAAC Homil. 1. Oportet, dilectissimi, vt in singulis nobis, dum nobis adhuc feria sexta peragitur, filius hominis crucifigatur. Quis est iste filius hominis? Vetus scilicet homo, veteris hominis filius. Ego enim cum sim personaliter homo vnus ex anima rationali, & humana carne subsistens, tamen duos, & duorum filios in me video, veterem & nouum, terrenum & cælestem, hominis filium & Dei filium. Nam quod natum est ex carne, caro est, quod natum est ex spiritu, spiritus est. Itaque ad pacis visionem properantibus (hoc enim est Ierusalem) tradendus est filius hominis homo exterior ab interiore, & non sine aliqua seductione gentibus alienis, id est, discipulis, & distinctionibus regularibus abstinentia, & vigiliis, cineri, & cilicio, paupertati & silentio, laboribus & alieno imperio, vt ab his affligatur, & cruci affigatur, donec funditus à proprio sensu, & veteris consuetudine vitæ moriatur. Quid quarimus delicias, & quietem? In cruce sumus, imò in mundo sumus, & in inferno sumus, sed misericordia, non ira: in cælo erimus, in mundo peccauimus: hic punimur, ibi pausabimus; illic in deliciis, hic in pœnis; ibi in gloria, hic in sudore; hic in pugna, ibi in requie. Quid quarimus suauem infernum? Quare ergo suauem & delectabilem requirimus mundum? Abbas noster pastor sit animarum, tortor corporum, pater sit filij Dei in nobis, nutritor, & pædagogus, & tutor, quanto tempore parvulus est qui hares futurus est: filij autem hominis sit flagellator, exprobrator, proditor, seductor, expoliator, crucifixor & sepultor. Quid si ipse negligens extiterit? Nos ipsi sumus nobis abbates.

Cur homo vltimo creatus.

37. GENES. 1. Faciamus hominem, &c. AMBROS. Epist. 39. Querat aliquis cur vltimum opus sit homo in creatione. Quemadmodum igitur conuincatores non priùs ad cœnam vocant, quam instructo priùs conuiuio: & qui edunt ludos, aut athletarum spectacula, priùs quàm spectatores vocati conueniant in theatro, vel stadio, parant copiam concinatorum, earumque rerum quæ ad oculos, aurisque oblectandas pertinent. Ita etiam mundi totius gubernator tanquam conuiuator, ludorumque præfectus, vocaturus hominem ad conuiuium simul, & theatrum sacratissimum, alterum refertum copiis, quas

terra, fluij, mare, aër, suppeditant; alterum spectaculis, quorum tum essentia, tum qualitates stupendæ sunt, nec non motus, choreæque admiratione dignissimæ, propter ordinem conuenientissimum, numerum proportionem apertissimum, cursus recursusque mirè concinnos, in quibus omnibus veram illam, & exemplarem musicam inesse non falsò quis dixerit, quam postea homines animis suis impressam prodiderunt, artem vtilissimam vitæ, summæque necessariam. CHRYSOST. Homil. 8. in Genes. Quemadmodum ingressuro in ciuitatem aliquam regi, operæ pretium est præmittere satellites, aliisque omnes, vt bene adornatis palatijs rex honestiùs ibi agat: ita simili modo quasi regem, & principem aliquem rebus terrenis præfecturus, priùs omnem hunc ornatum fabricauit, & tandem præficiendum hominem formauit.

Cur ab vno omne genus hominum sit creatum?

38. GENES. 1. Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. HVGODES. VICTORE. Creauit Deus primum hominem vnum, vt vnum esset generis humani principium, quatenus & in hoc diaboli superbia confunderetur, & humana naturæ humilitas diuinæ imaginis similitudine glorificaretur. Diabolus namque aliud à Deo principium concupierat, & idcirco vt magis eius superbia confunderetur, hoc homo in dono accepit, quod ipse peruersè rapere voluit, & obtinere non potuit: vt in hoc etiam imago Dei in homine appareret, quòd sicut Deus omnibus rebus creationis principium exitit: ita ille omnibus principium esset generationis, & omnes homines, dum se ab vno, & vnum esse cognoscerent, omnes se quasi vnum amarent, & sic in Dei amore, veraciter permanerent: siquidem sine vnitatem nihil subsistere potest.

Cur in paradiso positus, & non creatus.

39. GENES. 2. Tuli Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis. HVGODES. VICTORE. In tali loco, & talibus referto delicijs positus est homo, non creatus, quatenus beneficium Dei non naturæ imputaret, sed gratia.

Tria in homine consideranda.

40. GENES. 2. Quacumque hora comederitis ex eo, mori moriemini. ISAAC. Tria in quocumque homine consideranda sunt, concupiscentia carnis, sensus, mēs animalis rationalis. Hæc sunt in vniuersis hominis paradiso, vir, mulier, serpens. Concupiscentia prurit, delectatur animalitas, consentit rationalis voluntas, & peccatum perficitur, & à semetipso peccator foras eicitur. Hoc quotidie agitur ab homine in hominem cum peccat. Tentatur enim quis à propria concupiscentia aliqua septem principalium, delectatur sensus animalis, & concipitur peccatum, consentit voluntas rationalis, & parturit, peccatum autem cum fuerit consummatum, id est per plenum voluntatis consensum natum, occidit vtrumque parentem, & sic operatur mortem. Quacumque enim die veritum comederint, morte morientur. Tentatur, ait Apostolus, à propria concupiscentia abstractus & illectus, cor cupiscentia cum conceperit, per delectationem, scilicet parit peccatum, peccatum autem cum fuerit consummatum, per consensum, parit mortem consentienti, & delectanti viro & mulieri.

Per exteriorè, interior homo dignoscitur.

41. PROVERB. 6. Homo apostata, vir insuavis, graditur, prano corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat; huic extemplo veniet perditio sua, nec habebit vltra medicinam. HVGODES. VICTORE. Quam

fit iste perditioni proximus, ipsa sua actione satis demonstrat, qui per inquietudinis vitium in semetipso pacem perdit, etiam priusquam foris inueniat obstantem, & quod precipitandus sit, parat, si occasio nem foris inuenierit, quem nullo turbante exterius, sua intus leuitas, & impatientia ad furorem precipitem rapit. Vnde in fine furoris iudicium expressit, dicens: *omni tempore iurgia seminatur*. Quia hic est ordo perditionis, vt primum homo per inquietudinem constantiam deserat, ac sic tandem vsque ad impatientiam foris erumpat. Nemo igitur eos parum delinquere putet qui contra disciplinam ad inordinatos gestus membra sua inflectunt, & eorum indecenter actiones peruertunt, quia nunquam scriptura tam seuerè istos exteriores motus in nobis reprehenderet, nisi omnium hominum exterioris inhonesti figuratio, ab interioris mentis corruptione manaret. Proinde necesse est vt vnumquodque membrum in eo ad quod creatum est officio se contineat, nec alterius membri ministerium sua admixtione confundat, id est, vt oculi videant, aures audiant, & sic de reliquis, est enim quasi quadam respublica corpus humanum, in quo singulis membris sua officia distributa sunt.

Homo innumeris calamitatibus plenus.

42. **E**CCL. 40. *Iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturae in matrem omnium.* GALFRIDVS. Quem non humiliat conceptus impurus, & lugubris ortus? Aut vnde ei gaudium in vita sua quae incipit à mero ore? Vtinam quos sic praecipitans culpa, & poena, citò anticipet misericordia tua Domine. Quid putamus qui ex vitiumque parentis corruptione concipitur, & in dolore parturientis producitur, ad quid ipse nascitur? Vt ad volandum auis, sic homo nascitur ad laborem. Nemo gloriatur, nemo sese extollat, nemo sibi placeat in seipso. Onus hoc super omnes filios Adam dicitur, nullus excipitur, non persona hominis, sed nec temporis hora. Quid enim est? Iugum nempe & graue iugum: Super quos? Super pauperes, super ignobiles, super seculi contemptores, vel ab eo forte contemptos: Parum est. Super omnes, inquit, filios Adam à die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturae in matrem omnium. O qualis mater? Qualis ille vterus terrae, tumulus sepulturae! & tamen paritura est ipsa quos concipit redditura. Dura omnino conditio, quandoquidem non est nobis excutere à ceruicibus graue iugum donec ingrediamur sepulchrum, nec euadere vitae huius laborem, nisi per mortis horrorem. Ecce enim ex illo interim graui iugo imminet hominum fames, & sitis, & ardor febrium, & dolor viscerum, & multiplicium agritudinum, vel molestus timor vel metulosa molestia. Inde homo insipienter extollitur, impatienter atteritur, & aduersitatis indignatione crepat, cum intumuerit praesumptione animositatis. Inde succenditur ira, tabescit inuidia, ebrietate mergitur, crapula suffocatur, inquinatur luxuria, auaritia stimulat. Inde etiam inani sollicitudine, & varia suspitione laborat, inde eum voluptas illicit, curiositas agit, timor contrahit, mœror consumit. Vnde ergo haec vita, vnde haec via diligitur, in qua etiam quisquis ille est qui cautissimè graditur, sapissime labitur, læditur, impingit, offendit, corrumpit, & quassatur? Nam & si cui fortè ad votum succedere interim vniuersa videntur, delicias computat esse sub sentibus. Misera proinde vita quae sic prodit, sic procedit, sic oritur, & sic progreditur.

Homo fide Deo placet, hominibus lenitate.

43. **E**CCL. 45. *In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum.* BERNARD. Fide calcatur mundus, Ioan-

ne dicente: Haec est victoria quae vincit mundum, fides nostra: nam in spiritu lenitatis, dura quaelibet aduersa aequo animo tolerantur. Qui sic sequitur Christum, hic fide calcatur maria, ne capiatur illecebris: inde in patientia possidet animam suam, ne molestiis frangatur. Nunquam hominibus sine lenitate, non plus quam Deo sine fide, placere possumus. Merito ergo in his oportet nos esse paratos quibus & Deo conueniamus, cuius imaginem visuri sumus, & nobis inuicem, vt in nobis eam compariter videamus. Ante omnia tamen fides quaerenda est, vt committat homo se Deo, & credat se ei, iacet in eo cogitatum suum. Nam sibi ipsi fidere, non fidei, sed perfidiae est. Is verò fidelis est, qui nec sibi credit, nec in se sperat, factus sibi tanquam vas perditum. Porro id quidem facit sola humilitas cordis, vt non sibi fidelis anima innitatur. Vt autem perfecta sit sanctificatio, etiam mansuetudinem, & socialis vitae gratiam à sancto sanctorum discamus oportet.

De quatuor generibus hominum.

44. **I**OAN. 12. *Qui mihi ministrat, me sequatur, & ubi lego sum, &c.* BERNARD. Quidam sunt qui non sequuntur Christum, sed fugiunt: Alij non sequuntur, sed praecunt: nonnulli sequuntur, sed non assequuntur; alij sequuntur, & consequuntur. Non sequuntur, sed fugiunt, qui necdum peccare desistunt, de quibus scriptum est: [Omnis qui male agit, odit lucem.] & propheta: [Ecce qui elongant se à te, peribunt.] Non sequuntur, sed praecunt, qui magistrum Pententis suas praefereunt, quorum imaginem tenebat Petrus, cum pro salute nostra volentem pati Dominum increparet, dicens: [Abstine hoc à te Domine.] Sequuntur, sed non assequuntur, qui segniter ac remisse agunt, vel vsque in finem non perseverantes, de medio itinere reuertuntur. Talibus dicit Apostolus: [Remissas manus & dissoluta genua erigite,] &c. Sequuntur, & consequuntur, qui viam humilitatis eius deuotio mentis affectu perseveranter imitantur: his modò loquitur Dominus: *Qui mihi ministrat, me sequatur, id est, me imitetur. Quo fructu? Vt ubi sum ego, illic sit & minister meus.* Fructus itaque huiusmodi imitationis, mansio est aeterna beatitudinis.

Deus vult hominem doceri ab homine, ob humilitatem.

45. **A**CTORVM 9. *Surge, & ingredere ciuitatem, & ubi dicitur tibi quid te oporteat facere.* CASSIANVS. Vbi sunt qui suo viuere arbitrio, suo consilio regi in ipsis maximè initiis suae conuersionis praesumunt? Ecce Paulum Apostolum per semetipsum vocans, & alloquens Christus, cum posset ei viam perfectionis referre confestim, dirigere ad Ananiam maluit, & ab eo iubet viam veritatis agnoscere, dicens: *Surge, & ingredere ciuitatem, &c.* Mittit itaque istum ad seniore, eumque illius potius doctrina quam sua censet institui, ne scilicet quod rectè gestum fuisset in Paulo, posteris malum praesumptionis praebet exemplum, dum vnusquisque sibi met per-suaderet, simili modo se quoque debere Dei solius magisterio atque doctrina potius quam seniorum institutione formari.

De Triplici homine.

46. **Q**UOD in vnoquoque nostrum sint tres homines, scilicet, terrenus, carnalis, & animalis; & de triplici cruce qua crucifigendi sunt: vide verbo, *Cruce*, num. 47. ex *Baldano*.

Nihil deest homini qui Deum habet.

47. **P**ETRVS CHRYSOL. *super illud Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.*

rem. Magnum per hoc fidei nostrae videmus esse compendium, quando inter cor & linguam salutis humanae versatur & geritur Sacramentum. Habes homo vnde credere debeas, *Corde creditur ad iustitiam*: habes vnde debeas confiteri; *ore autem confessio fit ad salutem*. & quid dicam? Totum in se habet homo qui Deum habet, Deum verò habet qui cum secum credit, & confitetur auctorem: & quia *corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*, sanctificare corda, mundare labia, iustificare linguam, vt vox fidei bailula, de pectore toto sanctitatis procedat exemplo.

Qualiter in caelestem hominem, terrestres homines generentur.

48. **I**. **C**ORINT. 15. *Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis caelestis, tales & caelestes.* Idem PETRVS CHRYSOL. Quoniam modo non nati taliter, tales poterunt inueniri? Non manendo quod nati sunt, & quod renati sunt, permanendo. Hinc est quòd Virginei fontis verum, caelestis spiritus arcana, luminis sui admixtione fecundat, vt quos origo limosa stirpis profuderat sub misera conditione terrenos, caelestes pariat, & ad similitudinem sui perducat auctoris. Ergo iam renati, iam reformati ad nostri imaginem Creatoris, quod praecipit Apostolus, impleamus. [Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem caelestis.] Fuerat necessitas quòd de terra concreti, ad caelestia aspirare nequiuimus; quòd illecebris dominatibus, coacti sumus illecebrarum turbinem sustinere: ad instar nos domini nostri, sicut diximus, iam renasci, quos vtique concepit Virgo, viuificauit spiritus, portauit pudor, genuit integritas, nutriuit innocentia, edocuit sanctitas, virtus exercuit, Deus adoptauit in filios. Imaginem ergo totam, totam similitudinem nostri portemus auctoris, non maiestate qua solus est, sed innocentia, simplicitate, mansuetudine, patientia, humilitate, misericordia, quibus dignatus est nobis esse communis.

Quanta, & quam multa Deus homini communicauit.

49. **Q**UOD multa Deus homini communicauit, ita vt aliquo modo omnipotentiam suam ei largitus sit: vide, *Amor Dei erga homines*, num. 30. ex *Chrysostomo*.

Homo venerandus ob imaginem Dei.

50. **G**ENES. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* CYRILLVS IEROSOLYM. *Catechesi 12.* Sol mandato tantum, homo verò manibus diuinis formatus est. Imago lignea terreni regis honoratur; quanto magis rationalis imago Dei: PROCOPIVS in *cap. 1. Genes.* Quemadmodum in vrbibus absentis regis, aut imperatoris venerantur imaginem: Sic Deus cum nequeat cerni ab vniuersa creatura, imaginis loco, posuit hominem, vt omnes creaturae, dum inseruiunt homini, sic colant supremum numen huius vniuersi, scilicet opificem. CHRYSOST. *hom. 38. operis imperfecti.* Quemadmodum solidus qui non habet charagma Caesaris, reprobis; ita homo qui non habet imaginem Dei, reprobis aestimatur.

Deus homini diuitias paradisi ostendit, vt temporalia contemnat.

51. **G**ENES. 2. *Tulit igitur Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis.* MACHARIVS *hom. 7.* Veluti si formosissima puella, sapientissima, ac locupletissima omnium, virum pauperem accipiat, humilem, deformem, pannisque indu-

tum, quem exutis sordidis vestimentis, veste regia induat, & imposito illi diademate coniux ei fiat, tum metudicus ille obstupescere incipit, ac dicere; Haec cene mihi misero, mendico, abiecto & humili data est focia? Ita se Deus gessit erga hominem miserum & abiectum, gustare fecit illum quae sunt alterius seculi, aliūque cibum suauissimum, aperuit illi gloriam, & ornamenta regia, arcana, & caelestia: qui conferens illa spiritualia, quae pertinent ad hoc seculum, haec omnia respuit, siue regem videat, siue principes, siue sapientes, ante oculos habens thesaurum caelestem.

Ex rationali & animali partibus, homo creatus.

52. **I**EREMIAE 5. *Equi amatores, & emissarii facti sunt.* BASILIUS *lib. de vera Virginitate.* Ex rationali & irrationali, id est, animali, parte, iuxta gentilem philosophiam hominem veluti centaurum quendam Creator effingens, superiori parti à capite vsque ad pectus humana forma insignitae: reliquum corporis ab vmbilico, & lumbis, equina subiecit effigie, quae ad ventris voluptates brutorum instar prona, atque ad concubitus effrenatè procliuus est. nec enim ab irrationali parte per luxum rapi ratione praeditam voluit, sed à rationali potius rationis expertem ad vsus necessarios regi sapissime statuit. Huius denique sibi indultae diuinitatis potestatis gratia, si quando rationalis pars peruerso ordine ipsa non regit, impropere aurigae sermo diuinus dicens: [Equi insipientes in foeminas facti sunt.]

Hominem iustum bruta, & demones timent.

53. **G**ENES. 2. *Adduxit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea.* PROCOPIVS in *cap. 3. Genes.* Animantia initio cernentia hominis dignitate, qui nomina Creatoris dabat, se Adam submittabant, imperitque frenos non depellebant ore. Nec mirum: si quidem & serui bene se gerentes, conseruis quoque terrori sunt: at serui delinquentes, etiam vel abiectissimum conseruorum timent. Homo si reuertatur ad conseruandam pristinam dignitatem, non solum in bestiis dominium exercebit, sed & demones eius imperium sentient.

Homo sine auxilio Dei non potest quidquam boni operari gloria dignum.

54. **M**ACHARIUS *hom. 32.* Velut volucris vnam habens alam, hac sola volare non potest: sic etiam natura humana, si nuda per se maneat, & non misceatur, ac particeps fiat naturae caelestis, nihil praclarum efficit, sed nuda manet in sua natura, & sordibus multis reprehensionum obnoxia. HIERON. *lib. 3. aduersus Pelagianos.* Dicimus posse hominem non peccare si velit, pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quamdiu intentus est animus, quamdiu chorda nullo vitio taxatur in cithara; quòd si paululum se remiserit; quomodo qui aduerso flumine lembum trahit, si remiserit manus, statim retrolabitur, & fluentibus aquis quò non vult, ducitur: Sic humana conditio si paulatim se remiserit, discit fragilitatem suam, & multa se non posse cognoscit.

Homo flori comparatur, & umbrae.

55. **I**OB 14. *Homo quasi flos egreditur, & conuertitur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet.* GREGOR. *lib. 11. Moral. cap. 17.* Homines nati in mundo, sunt quasi flores in campo. Vita in carne, flos in saeculo est; homo more floris ex occultis procedit, & apparet subitò in publico, qui statim per mortem trahitur ad occultum. Carnis viriditas non ostendit, sed ariditas pulueris ab aspectibus trahit.

ANTONIVS in Melissa parte prima serm. 61. Hominum genus simile est naturæ graminis, quæ accrescit gloria, & potentia: & sicut arescente gramine flos excidit: sic morte hominibus ingruente potentia & superbia extinguntur. GREGOR. NAZIAN. oratione super illud: Quatenus uni ex his fecistis, mihi fecistis: Omnia composita dissoluntur, & ad interitum veniunt: nihil eorum quæ mixta concretæque sunt, semper eodem statu manet. Exiguam ad tempus, bul-larum instar, spiritui nostro circumiectum est corpus: mox autem extingimur nullo in vita huius tumoris relicto vestigio. In columnis, lapidibus, & titulis monu-menta, ac nec illa quidem sempiterna manent.

Homo arundini comparatur.

56. MATTH. II. Arundinem vento agitatam? AM-BROS. lib. 5. in Luc. cap. 29. Arundines sumus, nulla validioris naturæ radice fundati. Si leuis aspi-rauerit superioris auræ successus, vago motu pro-ximos verberamus, inopes ad suffragandum, faciles ad nocendum. Arundines fluuios amant; & nos la-bentia mundi caduca delectant. Tamen hanc arundi-nem si quis de terræ plantariis euellat, & superfluis exuat, expolians veterem hominem cum actibus suis, & scribæ velociter scribentis manu temperet, incipit non arundo esse, sed calamus, qui præcepta cælestium scripturarum, mentis imprimat tabulis.

Homo noster per obseruantiam etiam venialium restringendus.

57. PSAL. 21. Sicut aqua effusus sum. ANSELMVS lib. de similitudinibus cap. 122. Humana natura tam facile per vitia, quàm per planum profunditur aqua. Sic ergo agere debet qui eam restringere appetit, velut qui aquam currentem retinere contendit. Sicut enim ille qui aquam concludit in stagnum atque coërcet. Sic iste naturam humanam vagam infra regulam aliquam cohibere debet. Vtique ille procurat ne qua parte dirumpatur stagnum, qua effluit aqua: ita & iustum præuideret condecet, ne suam quoque violet regulam quod ad peccatum proruat. Sic enim restringi carnis appetitus possunt: quod est quandam facere pacem inter ipsam carnem, & spiritum; quam quidem pacem, nemo melius habere poterit quàm qui distractioni ordinis monastici semetipsum sub-iugare studuerit. Ipsa etenim est quasi quedam clau-sura vel stagnum viuarij: quoniam quidem sicut pi-fces decurrente aqua viuarij, moriuntur, si clausuræ ipsius minutatim, ac sæpe crepent, nec resciantur; ita omnis religio monastici ordinis funditus perit, si custodia eius per modicorum contemptum culparum paulatim à feruore tepescit.

Homo breui viuens tempore.

58. IDIOTA lib. 5. Contemplationum, cap. 1. circa illud Iob. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore. Sicut omnes stellæ quæ ab oriente veniunt, quamuis sint magnæ claritatis & virtutis, tendunt tamen ad occasum, & ibi secundum diuersos circulos aliæ tardiùs, aliæ ociùs sese à nostris aspectibus abscondunt: Sic etiam homines vniuersi qui ab oriente, id est, per natiuitatem, intrant in mundum, quamuis illic ali-quandiu rutilent, & clarescant, necesse tamen est quoddam tandem ad peccatum mortis, alij tardiùs, alij ci-riùs secundum cursum durationis quem à Deo acceperunt, veniant, decidantque, & à mundi aspectibus sese subtrahant, & recedant.

Homine peccante & reliqua terrena præuaticata videntur.

59. GENES. 6. Corrupta est terra coram Deo, &c. Ego disseperdam eos cum terra. RABANVS. Solo

homine peccante omnis caro dicitur corrupisse viam suam, quia propter hominem omnis caro creata est. THEOPHILVS ANTIQCHENVS ad Autoly-cum. Vbi primum homo Dei legem transgressus est, etiam reliqua præuaticata sunt, & degenerarunt. Ut enim si paterfamilias sapienter vitam suam instituit, etiam domestici, & reliqui familiares ordinatè & de-center viuant, sequitur haud inconuenienter: Sin au-tem herus peccarit, & negligentia se corrupendum dederit, huic dubiumne est quin & serui delinquant, & socordiam amplectantur? Pari ratione contingit in præfenti negotio, ut peccante homine, etiam reli-qua quæ in hominis ministerium creata erant, præ-uaticarentur. Non intelligendum est verè in eis pec-cata inesse.

Homo ficulneæ sterili comparatur, se fuerit deses.

60. LV C. 13. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua. PETRVS CHRYSOL. serm. 106. Rogo quid tam planum, quid tam lucidum, quid tam com-mune, quid rusticis sic vernaculum, quid proprium sic pericis quàm proposita similitudinis forma? Quæ de generali vñu veniens, omnes & verbo instruit, & conuertit exemplo. Infructuosa arbor intricat cespitem, necat spatia, exhaurit terræ vires, cultorem con-ficit damno, afficit tædio possidentem; ac, si excidere istam lucrum est, est istam commodum non habere. Sic homo utique qui naturæ donum, munus animæ, rationis beneficium, excellentiam sensus, iudicium mentis, artis industriam, culturæ bonum per steriles atque inopes actus euertit, occupat, mergit, auctori fructum, cultori gratiam negat: sicut arbor è terra, sic iste è vita meretur excidi. & sicut infœcunda ar-bor si fuerit in vinea, dum fundit mortiferam subie-ctis vitibus umbram, inimica non sibi soli, sed etiam palmitibus fit fecundis: Ira homo deses, ignauus, si præsit populis, non sibi soli fit noxius, sed multis, dum frequenter se suo vitarij & perdit exemplo.

Homine peccatore, cætera animalia prudentiora.

61. ISAIA. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, &c. AMBROS. lib. 1. officiorum cap. 17. Omnibus animantibus innatum saluarem tue-ri, cauere quæ noceant, expetere quæ prosunt, ut pa-stum, ut latibula, ut se à periculis, imbribus, & sole defendant etiam, hoc est prudentia. Solus homo non prospicit æternam salutem. MACHARIVS hom. 44. Animalia ratione carentia, sunt multo sa-gaciora quàm sumus. Etenim horum vnunquodque cum his quæ sunt eiusdem naturæ conuenit, agrestia cum agrestibus, & oues cum sua specie. Tu verò mi-nimè reuenteris ad cognitionem tuam cælestem, quæ est Dominus, sed cogitationibus tuis te tradis, & af-fentiris cogitationibus vitiosis, factus adiutor pec-cati, cuius ministerio tecum ipse bellum gerens, & ita te ipsum hostis pabulum constituis, perinde ac si de-uoretur auis ab aquila rapta, aut ouis à lupo, aut puer ignorans serpenti manum porrigat, à quo depastus incendatur.

Deus ostendit amorem hominum, ex eiectione de Paradiso.

62. GENES. 3. Emisit enim Dominus de paradiso vo-catam, ut operaretur terram de qua sumptus est, & eiecit Adam. PROCOPIVS in Genes. cap. 3. Extra paradysum Deus hominem ex luto formauit. Ut igitur Deus aliquantulum poenam leniret, iussit homi-nem habitare è regione paradisi. In hoc imitatus est regem bonum & clementem Deus qui non longin-quum delinquenti inducit exilium, sed propinquum, iubens illum morari in conspectu regis: vrbis, qua re signifi-ar

significat fore, ut mox reuocetur, & in integrum res-tituatur. Præterea voluit, ut paradysus subinde eius oculis obuieretur, qui recordaretur peccati, ipsùm-que odiret, ut causam quæ illum deturbauerit posses-sione paradisi, & ex animo desideraret eum locum ex quo præuaticatus cecidisset.

Adam non est seductus sed persuasus ab Eua.

63. 1. ADTIMOTH. 2. Adam non est deceptus, &c. Idem PROCOPIVS ibid. Quare ergo cõde-mnatus est? Quia mulier ei persuasit ut in ventrem demitteret prohibitam escam, ne videlicet ipsa sola periret. Sicut etiam hodie quidam conspicientes quæ sit vera religio, certaque fides, attamen obtemperan-tes mulieris sexui, veræ fidei non sunt studiosi; non quod nesciant veritatem, sed simpliciter inducti & persuasi.

Duobus modis Adam mortuus post lapsum.

64. GENES. 2. In quocumque die comederis ex eo, morte morieris. MACHAR. Homil. 12. Adam transgre-sus mandatum, duobus modis periit. Priori quidem modo, quia perdidit puram & speciosam illam pos-sessionem naturæ suæ, quæ creata erat ad imagi-nem Dei. Altero modo, quoniam imaginem il-lam amisit per quam promissionem acceperat totius hæreditatis cælestis. Perinde ac si moneta, regis ima-ginem habens, adulteretur, non tamen perit aurum, sed imago nullius est momenti. Tale quidpiam Adæ contigit, cui opes ingentes, & locupletissima hæredi-tas præparata erat, velut prædium aliquod amplissi-mum, & multi reditus, & in quo sunt fructuosa vites, alibi fertiles agri, illic greges, alibi aurum, & argen-tum. Ita vas Adæ ante inobedientiam erat velut locus quidam pretiosus: at vbi cepit habere prauas cogita-tiones, & commenta, periit à conspectu Dei.

Homo ante lapsum.

65. GENES. 1. Vt præse volatilibus cali, &c. AMBROS. Epist. 42. Primum igitur mundum Deus creauit, deinde habitatorem mundi, cui totus mundus patria foret. Nam si hodie quocumque accesserit sapiens, vbique ciuis est, vbique sua omnia intelligit, nusquam se peregrinum, nusquam hospitem iudicat: quanro magis ille primus homo, totius erat mundi incolæ, & vt Græci dicunt, cosmopolites, opus Dei recens, con-fabulator assiduus, cuius sanctorum complantatus virtutibus, præpositus omnibus terrenis animantibus, marinis, volatilibus; totum mundum suam possessio-nem putabat, quem Dominus tuebatur, ut opus suum, neque ut bonus parens atque auctor, desereret.

Metus priorum hominum post peccatum.

66. GENES. 3. Cum audisset vocem Domini Dei deam-bulantis in meridie, &c. abscondit se. CHRYS. Homil. 8. ad popul. Antioch. Quid ais, deambulabat Deus? Non deambulabat. Quomodo enim, vbique præfens, & omnia implens? Sed in Adam talem sensum posuit, ut seipsum corripere, ne dissolutus esset, ut fugiendo, & latendo aliquam purgationis partem prætenderet, & ante ipsa verba. Sicut enim in iudicium adducendi, & commissorum poenas subituri, squalidi, sordentes, tristes, contempti iudicantibus apparent, vt ex habitu ipsos in humanitatem, & veniam, & misericordiam trahant: Sic & in Adam factum est. Oportebat enim demissum in iudicium hoc trahi: propterea præuenit ipsum Deus, & corripuit. Sed vnde cogitavit quod deambulabat? Talis est peccantium consuetudo, omnia suspecta habent, umbras tremunt, omnem strepitum timent, & quemque putant contra se ve-nire. Idem homil. 17. in Genes. Talis est consuetudo pec-

cantium, ut tametsi occultari non possint, occultari tamen velint, & studeant. Nam sicut flagriones, & in-grati quidem famuli cum non possint à Domino suo occultari, huc & illuc in angulos domus currere solent, metu illorum conscientias concutiente: ita & hi (Adam, & Eua) nullum inuenientes effugium in ipsa domo, (paradiso) in qua versantur.

Homo omnium summa creaturarum, Vide, Creatu-ra, num. 4.

HOMICIDIUM.

- Homicida fructu caret. 1. 5.
Homicidium peccatum maximum, & contra natu-ram. 2. 4. 9. 10. 12. 14. 15. 19.
Homicidium clamat pro vindicta. 3.
Homicida maledictus. 4.
Homicidij poena exilium. 6. 8.
Homicida poena tremor, & tristitia. 7.
Homicidij reus qui se interficit. 2. 1.
Homicidium iram Dei pronocat. 9. 10.
Homicidij poena mors. 11. 17.
Homicidium prohibetur. 12. 16.
Homicidij rei non sunt iudices, &c. 12.
Homicidij rei sunt seipfos occidentes. 13.
Homicidium multipliciter committitur. 14.
Ad homicidium qualiter concurrat Deus. 18.
Homicidium Deo odibile. 19. 20.
Homicidium graue crimen. 22.

Homicida fructu caret.

GENES. 4. Egrediamur foras. Cumque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum, & interfecit eum. AMBROSIVS. Septuaginta habent, egrediamur in cam-pum, &c. Non dixit eamus in paradysum vbi poma florent, non in aliquem cultum & fructiferum locum, sed in campum vbi fructus deest. Quia non conuenie-bat, ut idem solum & contagia parricidalis sanguinis reciperet præter naturam, & fructum secundum natu-ram germinaret, ut etiam ipsi parricide indicaretur fructum se sceleris habere non posse, nec penes eos fructus manere qui tantæ impietati præbuerint offi-cium. Latro diem refugit, quasi criminis testem, lucem adulter erubescit, quasi adulterij consciam; parrici-da, terrarum fecunditatem fugit, ne largitor boni terræ pronentus triste facinus impediret. Vnde Ioseph in lacum mittitur siccum, & Ammon intra domum occiditur.

Peccatum maximum, & contra naturam.

2. IBIDEM. Nunquid custos fratris mei sum ego? CHRYSOST. Iterum dirumpit vulnus, & vlcus increfcere facit, & dicit: Nescio: Nunquid custos, &c. Hoc natura decreuit quod grandior ætate fra-ter, fraternæ salutis custos sit. Quod si hoc nolebas, ô Cain, & noluisi custos esse fratris, quare ergo illius interfectores factus? LIPOMAN. Cain factus est omnium impiorum patriarcha, & primus lapis in adifi-cio diaboli, & exemplar filiorum huius mundi. AMBROS. super illud: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Illa te maiori autoritate arguit quàm si frater viueret. Non frater clamat, quia tantum in-nocentiæ & gratiæ germanitatis etiam in ipsa morte seruat. Non accusat frater, ne videatur parricida, non vox eius, non anima eius, sed vox sanguinis accusat quem ipse sudisti. Tuum te facinus, non frater, accu-sat.

fat. De terra, inquit, non de corpore fratris clamat, terra etſi frater parcat, terra non parcat; ſi frater tacet, terra condemnat. Ipla eſt in te, & teſtis, & iudex. Teſtis acrior quæ adhuc ſanguine madet, iudex aſterior quæ tanto ſcelere inquinata eſt.

Homicidium clamat pro vindicta.

3. **I**BIDEM LIPOMAN. Tria ſunt peccata quæ in ſcripturis ad Deum pro vindicta clamare referuntur. Homicidium, & præſertim fratris, vt pater hoc loco. Vitium contra naturam, vt patet, Genef. 18. Clamor Sodomorum venit ad me, &c. Et detentio mercedis operatorum, de quo Iacobus: [Clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.]

Homicida maledictus.

4. **N**VNC igitur maledictus eris ſuper terram quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. AMBROS. Terra eſt infima pars mundi. Superius vtique cælum, & quæ in cælo ſunt. Non eſt ergo dubium quòd eum & ſuperiora damnauerint quem inferiora damnauerunt. Nam quomodo abſoluitur pura illic cæleſtique ſententiæ, quem nec terræ potuerunt abſoluere? CHRYSOST. Ex maledicti magnitudine, flagitij immanitatem expende. Ex maledictionis varietate, intelliges quanto maius peccatum hoc præuacatione protoplaſti. Illic dicitur: maledicta terra in operibus tuis, & in terra effuſa eſt maledictio: hinc verò, quia facinus iniquum, & inexpiable flagitium, ipſe pœnam luit. Maledictus, inquit, in de terra, vel ſuper terram. Serpenti dictum eſt etiam: maledictus tu inter omnes beſtias terræ, huic autem quia fermè eadem egit quæ ſerpens. Quia ſicut ſerpens, fraude malitiam induxit, ſic & hic deceptum fratrem, & in campum eductum, armata in illum manu cædem compleuit: & ſicut ſerpens organum fuit diaboli, ſic & hic; & ſicut diabolus qui odio & inuidia mouetur, ferre non potuit tot ineffabilia beneficia quæ in hominem collata ſunt, & ex inuidia ad deceptionem extimulatus eſt, quæ mortem induceret; ſic & hic Deum erga fratrem ſuum videns beneuolentia magna affici, ex inuidia ad homicidium proſiliit. ALBIN. Quia Cain ſciebat damnationem præuacationis primæ, & non timuit originali peccato, fratris homicidij ſuperaddere ſcelus, ideo maiori maledictione dignus habetur.

Homicida fructu caret.

5. **I**BIDEM. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos. CHRYSOST. Magna pœnæ ſpecies & graue indignationis pondus, non ſentire aliquem fructum tam multorum laborum, ſed inutilis erit, inquit, omnis labor tuus quem feceris. AVGVST. & ISIDOR. Hanc pœnam experiri ſunt parricidæ Iudæi. In ipſa enim terra quam Chriſtus portauit, id eſt, in eius carne ipſi operati ſunt ſalutem noſtram, crucifigendo Chriſtum qui mortuus eſt propter delicta noſtra. Nec tamen dedit eis eadem terra virtutem ſuam, quia non iuſtificati ſunt in virtute reſurrectionis eius qui reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Hæc eſt ergo virtus terræ illius quam non oſtendit impiis, & incredulis. Vnde nec reſurgens, eis à quibus erat crucifixus, apparuit: Tanquam Cain operante terram, vt granum illud ſeminarctur.

Homicidarum pœna exilium.

6. **I**BIDEM. Vagus, & profugus eris ſuper terram. LIPOMAN. Hæc fuit alia pœna qua damnatus eſt Cain, vt Hebræorum plures volunt, vt procul ab eo loco vbi pater habitabat, ſecederet, ad plagam, ſcilicet, orientalem ipſius paradifi, & cum naſtus eſſet lo-

cum, nec eum quidem teneret, ſed vagus vbique erraret. Vbi etiam videtur homicidarum pœnã, videlicet exilium. AVGVST. & ISID. Quis non videat, quis non agnoſcat in tota terra quàm diſperſus eſt populus Iudæorum? Quomodo ſit vagus in gentibus, & profugus ab Ieruſalem, quod vt fieret ipſe eius ſanguis, ſcilicet Dauid flagitabat, in Pſalm. 58. Vbi cum dixiſſet, Deus [ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei,] ait: [Diſperge illos in virtute tua, & depone eos,] &c. Vagus, & profugus populum Iudæorum ipſe Chriſtus eſſe voluit. Luc. 21. [Cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes,] vt hoc ipſum proficeret ad augendam memoriã, vel notiã eius in populis; quia videlicet & eorum ſparſa captiuitas, & captiua cum eis ſcriptura, perhiberet teſtimonium quòd hic frater ipſorum quem occiderunt, iuſtus erat, & nihil horum quæ prædicamus, fides Chriſtiana conſinxit.

Homicida pœna, tremor, & triſtitia.

7. **I**BIDEM. Vagus & profugus eris ſuper terram. AMBROS. Alia litera habet: Gemo, & tremens eris ſuper terram. Omni improbo mala adſunt, & aſſutura ſunt; quæ adſunt, triſtitiam operantur; quæ futura ſunt, formidinem; ſed improbum plus præſentia quàm futura ſolicitant. CHRYSOST. Quia abuſus fuit Cain robore corporis, & membrorum viribus, propter hoc continuum hunc tremorem & motum illi intulit, vt non ſolum haberet iugem memoriã huius ſceleris, ſed & omnes qui illũ viderent, diſcant, ne talia audeant. Et propterea non eum breui morte plexuit Deus, ſed vitam morte grauiorem ſuſtinere illum fecit. Sequitur: Ecce euicis me hodie à facie tua, & à facie tua abſcondar: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. HERON. Eicior, inquit, à conſpectu tuo, & conſcientia ſceleris tremebundus lucem ipſam ferre non ſuſtinens, abſcondar vt latitem, eritque omnis qui inuenerit me, occidet me, dum ex tremore corporis, & furiatæ mentis agitato, eum eſſe intelliget, qui mereatur interfici.

Homicida pœna exilium.

8. **I**BIDEM. Egreſſusque Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra. AMBROS. Separatæ habitationis quodam relegatur exilio, eo quòd ab humana conſuetudine tranſiſſet ad ſeuitiam beſtiarum. Veruntamen homicidio noluit homicidam vindicari, qui maullt correctionem peccatoris quam mortem. Sequitur: adſcanduque ciuitatem, &c. CAIFAN. Cain deſtitutus ab agricultura, ob diuinam maledictionem, vertit ſe ad adſcandam ciuitatem. RVPERT. Vnde prima terrenarum ciuitatum cauſa, homicidium eſt. ISIDOR. Impiorum progenies ciuitatem in ipſa mundi origine conſtruxit, vt intelligas quòd impij in hac vita ſunt fundati: ſancti verò hoſpites & peregrini ſunt, &c.

Homicidium, iram Dei irritat.

9. **G**ENES. 9. Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu carnularum veſtrarum, & de manu hominis. RVPERT. Mira argumentatio, & grauiffima. Valet enim ad augendam eſtimationem ſanguinis humani. Dixerat enim, carnem pecudis cum ſanguine comedatis; & ſubdit rationem de ſanguine hominis, quaſi dicat: Non leue quis arbitretur ſanguinem hominis intrus in conſcientia ponere, cum ſanguinem pecudis non ſibi liceat in os forinſecus immittere. Si enim præuacatio eſt, brutum ſanguinem ad os mittere, quanto magis abominatum eſſe debet homini, ſanguinem hominis in conſcientia recondere? Sed qualiter requirit Deus de manu beſtiarum

beſtiarum ſanguinem humanum: Fortè, quia ipſæ beſtiæ perſæpe ab hominibus captæ pœnas exolunt, vel quòd rationabilis videtur: nomine beſtiarum, maligni ſpiritus intelligendi ſunt, qui pro morte animarum hominum, æternum acceptari ſunt iudicium. GLOSSA ORD. Vel de manu omnium beſtiarum, id eſt, fortium hominum. EVNER. De manu beſtiarum, id eſt, perſecutorum, qui more beſtiarum aduerſus Dei ſanctos ſuam malitiam exercuerunt. Vnde Apoſtoliſ dicit: Ecce ego mitto vos ſicut agnos in ter lapos.

Idem.

10. **I**BIDEM. De manu viri & fratris requiram animam hominis. AMBROS. Et fratris dicit, ſignificans magis ab his periculum pertimeſcendum, qui fraterno ſibi iure ſociantur. Hinc etenim inſidias, hinc pericula frequentiora hominibus comparantur. Fratribus enim ſpecialiùs in hæreditatis diuiſione frequenter odia ſuccreſcunt. Illos ergo Dominus ad vltionis iudicium comprehendit, quos magis inſidiarios ſibi eſſe cognouit. Secundò, fratres dicit, quia omnes fratres ſumus: Eadem enim natura, omnium mater eſt: vna matre generati cognationis, quia eodem iure deuincti. Tertio, fratres dicit, non quòd dignus hoc pietatis nomine parricida ſit, ſed quo magis grauetur eius delictum, atque inde fiat ſceleris incrementum, quo iuſtior ſit vindicta ſceleſti. Ergo Dominus vltionem promittit, vt vel ſic frangatur mētū qui pietatis fuerit oblitus, & ſciat quòd etiam ſi homines homicidæ effugiat, Dei tamen iudicium non poſſit euadere, ſed maiori æterno iudicio reſeruabitur. RVPERT. Sicut ſanguinem Abel, de manu Cain requiſiuit Deus, propter quem maximè, vt nonnulli perhibent, diluuium mundo induxit.

Pœna homicidæ, mors.

11. **I**BIDEM. Quicumque fuerit ſanguinem humanum, fundetur ſanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. RVPERT. Quia omnis homicida punietur, ſubaudi, niſi pœnitentiam egerit. Hæc enim ſubauditio neceſſaria eſt in cuiusmodi diuinis ſententiis. LIPOMAN. Hoc verbo Dei ſtatuitur, vt ſanguinis effuſor, ſi per homines probari poteſt, & certò conſtituerit, talionis lege, illius ſanguis per iudicem effundatur, & mortem morte compenſet, ne impune Dei imagini tanta irrogetur offenſa. Tale quid ipſe Saluator dixit, videlicet: [Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit.] Quia autem multi homicidæ non ita puniuntur, dicendum quòd talis aſſertio, aut prænuntiatio, non determinat quod ſemper ita fiet, ſed iubet vt ita fieri debeat de lege communi.

Homicidium prohibetur.

12. **E**XOD. 20. Non occides. D. THOM. 2. 2. q. 122. art. 6. Omnia nocumenta quæ in perſonam proximi inferuntur, intelliguntur prohiberi in homicidio, ſicut in principaliori. Idem in Opuscul. Inter alia maius malum quòd poſſit fieri proximo, eſt, occidere eum; & ideo poſtquam poſuit legiſlator Deus bona quæ facere debemus in prioribus mandatis, conuenienter prohibet, non occides. HERON. ſuper Ier. 22. Homicidas, & ſacrilegos, & venerarios punire, non eſt eſuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium. AVGVST. q. 71. ſuper Exod. Non eſt putandum fieri contra hoc præceptum, quando lex occidit, vel occidi aliquem Deus iubet. Ille enim facit qui iubet, quando miniſterium negare non licet. Et lib. 1. de ciuitate Dei, cap. 20. 21. & 26. Nequaquam contra hoc præceptum fecerunt qui Deo auctore bella geſſerunt, aut perſonam gerentes publicæ poteſtatis, ſecundum eius leges

hoc eſt, iuſtiſſimæ rationis imperium; ſceleratos morte punierunt: & Abraham, non ſolum non eſt culpatus crudelitatis crimine, verumetiam laudatus eſt nomine pietatis, quòd voluit filium nequaquam ſceleratè, ſed obedienter, occidere. Et merito queritur, vtrum pro iuſſu Dei ſit habendum, quòd Iepthe, filiam, quæ patri occurrit, occidit: Cum ſe immolaturum Deo id vouiſſet, quod ei redeunti de prælio victori primitus occuſiſſet. Vide, CHRYSOST. Homil. 17. ſuper Matth.

Homicidij reus eſt ſeipſum occidens.

13. **I**BIDEM AVGVST. 1. de Ciuit. Qui ſeipſum occidit, hominem vtique occidit. Si ergo hominem non licet occidere, niſi autoritate Dei, ergo nec ſeipſum, niſi autoritate Dei, vel inſtinctu Spiritus ſancti, ſicut dicitur de Samſone. Qui non aliter excuſatur quòd ſeipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſſit, niſi quia Spiritus ſanctus laenter hoc iuſſerat, qui per illum miracula faciebat. Quapropter hoc dicimus, & modis omnibus approbamus, neminem ſpontaneam mortem ſibi inferre debere, velut fugiendo moleſtias temporales, ne incidat in perpetuas: neminem propter aliena peccata, ne hoc ipſo incipiat habere grauiffimum proprium, quem non polluebat alienum: neminem propter ſua peccata præterita, propter quæ magis hac vita opus eſt, vt poſſint pœnitendo ſanari: neminem velut deſiderio vitæ melioris, quæ poſt mortem ſperatur; quia reos ſuæ mortis melior poſt mortem vita non ſuſcipit.

Homicidium multipliciter committitur.

14. **D**IVVS THOM. in Opuscul. Hominem occidere contingit multipliciter. Primò, manu, iuxta illud: Manus veſtræ ſanguine plene ſunt, quod quidem eſt, non ſolum contra charitatem, qua præcipitur vt diligas proximum ſicut teipſum, iuxta illud: [Omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.] verumetiam contra naturam, quia, vt dicitur, omne animal diligit ſibi ſimile. Vnde in lege, Exod. 21. Qui percuſſerit hominem, volens occidere, morte moriatur.] Et hic quidem crudelior eſt lupo, de quo dicitur, lib. 4. Animalium, quòd ſi lupo detur caro lupi, non comedit. Secundò ore: & hoc fit dando conſilium alicui contra aliquem, pronocando, accuſando, & detrahendo, iuxta illud Pſalmi: filij hominum, dentes eorum, arma, & ſagittæ, & lingua eorum, gladius acutus. Tertio, adiutorio: Vnde Sapiens: [ſili mi ne ambulantes cum eis: pedes enim illorum ad malum curruunt, & feſtinant, vt effundant ſanguinem.] Quarto, conſenſu, iuxta illud: Digni ſunt morte non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Conſentis autem quodammodo, quando potes impedire, iuxta illud: [Erue eos qui ducuntur ad mortem.] & iterum, ſi vires ſuppentunt, &c. ſed dimittis negligentia, vel auaritia. AMBROS. Paſce fame morientem; ſi non paueris, occidiſti. Et ſciendum quòd aliqui occidunt ſolum corpus: alij, animam, ſcilicet auferendo vitam gratiæ, trahendo ſcilicet ad peccatum mortale. Vnde Dominus, de diabolo. [Ille homicida erat ab initio,] in quantum ſcilicet traxit ad peccatum. Alij autem vtrumque, vt patet in deſtructione prægnantium. Occidunt enim pueri in corpore & in animas, & cum quis ſeipſum interficit. AVGVST. Tract. 42. ſuper Ioan. Videte aliud genus homicidij, fratres. Homicida dicitur diabolus, non gladio armatus, non ferro accinctus ad hominem venit, verbum malum ſeminauit, & occidit. Noli ergo putate te non eſſe homicidam, quando fratri tuo mala perſuades; ſi fratri tuo mala perſuades; occidis. Audi Pſalmi: Filij hominum, dentes eorum, arma, & ſagittæ, & lingua eorum, gladius acutus.] ISIDOR.

Non solum opere perpetrans, homicidium facit, sed etiam qui incurrit in esurientem, & nudum, qui mori possit, nisi indumentum cibumque porrigendo subueniat, & idem homicida tenebitur. **INTERL.** In illud, *non occides*, manu vel etiam mente occidis, vel subtrahendo auxilium vel consilium vitæ cui potes vel debes dare.

Homicidium horribile peccatum.

15. **IBID.** D. THOM. 22. *quæst.* 122. art. 6. ad 3. & 4. Interrogat cur non prohibetur actus interior homicidij, cum sit maius peccatum, sicut prohibentur adulterij, & furti; & respondeo quod homicidium secundum se non est concupiscibile, sed magis horribile, quia non habet de se rationem alicuius boni, sed adulterium habet de se rationem alicuius boni, scilicet, delectabilis; & furtum habet de se rationem alicuius boni, scilicet utilitatis.

Homicidium prohibetur.

16. **EXOD.** 20. *Non edificabis altare de seclis lapidibus,* &c. **DIODORVS.** Vel ea ratione lapides ferro cædi prohibet ad extruendum altare, quæ & David prohibitus est ne templum exedificaret, videlicet quod copiosum sanguinem in bello effuderit. Cædem, ac sanguinis humani effusionem hoc exemplo vitandam, fugiendamque omnino docens.

Homicidij poena, mors.

17. **EXOD.** 21. *Qui percussit hominem, volentem occidere, morte moriatur.* **CYRILLVS** lib. 11. in *Leuit.* In superioribus iam data fuerant præcepta, sed non obseruantem quæ maneret poena, non fuerat adscriptum, ut non metu poenæ, sed amore pietatis quisque patris præcepta custodiret: nunc poena vniuscuiusque peccati decernitur: ut si contempseris, non tam homini iam quam contemptori poena mandetur. Primum enim benigne prouocaris ut filius: quod si ut filius esse obediens non vis, contemptor plecteris ut seruus. **LIPOMANVS.** Hæc lex generalis, ut qui occiderit hominem, occidatur, tantum abest ut pugnet cum lege naturæ, ut potius è lege naturali oriatur, & sit legis naturalis munimentum. Nam lex dicit, *non occidas.* Si autem hanc legem violaueris, & occideris hominem, eadem certe lex innuit te legitime occidendum, ne plures occidantur. Etenim sicuti in medicina præceptum, ne neces membris, non hoc vult ut singulis membris, siue sanis siue putridis, parcas: sed potius vult ut si aliter fieri non possit, putridum membrum abscindatur, ut reliqua conseruentur: Ita cum in lege dicitur, *non occidas*, non intelligendum est, homicidam non esse legitime occidendum, sed potius intelligitur, homicidam esse interficiendum, quod obedientia huius legis, *non occidas*, conseruetur.

Ad homicidium qualiter Deus concurrat.

18. **IBIDEM.** *Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius, constituens tibi locum quod frangere debeat.* **AVGVST.** *quæst.* 79. super *Exod. secundum lxx.* Si autem nolens, sed Deus tradiderit in manus eius, intelligitur, tantummodo Deum fecisse, cum quisquam occidit: a nolente: cum vero volens, & ipse occidit, & Deus tradidit in manus eius. Hoc ergo interest, quod Deus illic tantum fecit, hic autem, & Deus & homo, propter voluntatem facientis. Sed non fecit Deus ut homo. Deus enim non nisi iustè, homo autem poena dignus, non quia illum occidit quem Deus nollet occidi, sed quia per iniquitatem. Non enim ministrum Deo iubenti præbuit, sed suæ malignæ cupiditati seruauit. In vno igitur eodemque facto, & Deus de occulta æquitate laudatur, & homo de propria inæquitate punitur. Non enim quia Deus

proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, ideo Iudas excusatus est, qui eundem ad mortem tradidit Christum.

Homicidium Deo odibile.

EXOD. 21. *Si bos cornu percusserit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius.* **AVGVST.** *quæst.* 81. Ad iustitiam pertinet ut animal hominibus noxiis perimatur. **LIPOMAN.** Ex hac lege videtur licet, quanto odio prosequatur Deus homicidia, ut eanec in brutis inulta esse velit, ad exemplum hominibus statuendum, quo discant mansuetudinem, & temperare ab ira, & effusione innoxij sanguinis. Vetatur autem caro edi, in execrationem facti, ne & ipsi offerri redantur, & atroces. **D. THOM.** 12. *quæst.* 105. art. 2. ad 11. Animalia bruta mandabantur occidi, non propter aliquam ipsorum culpam, sed in poenam dominorum qui talia animalia non custodierant ab huiusmodi peccatis, & ideo magis puniebatur Dominus. Vel, occidebantur animalia in detestationem peccati, & ne ex eorum aspectu aliquis horror hominibus incurteretur.

Idem.

NVMER. 35. *Si per odium quis hominem impulerit, aut cum esset inimicus, percussit eum, & ille mortuus fuerit, percussor, homicidij reus erit.* **GLOSSA ORDIN.** Id est, æternæ morti obnoxius. Vnde: [Si quis scandalizauerit vnū ex pusillis istis,] &c. 1. *Ioan.* 3. [Omnis qui odit fratrem suum, homicida est hic, secundum *cap.* 2. *Exod.* ab altari iubetur auelli, quia indignus sacramentis Dominicis, à participatione sacri altaris remouetur, nec vocatur ad veniam nisi per condignam poenitentiam.

Homicidij reus qui se interficit.

CHRYSOST. *hom.* 48. in *Ioan.* Infixus est animæ naturaliter viuendi amor: nam sicut ad seruandam proles successione, Deus procreandi cupiditatem hominibus in didit, non tamen prohibens altiorum continentiam viam: Ita & vitæ nobis in seuit desiderium, prohibens ne quis se interimat, non impediens tamen ut præsentem vitam contemnat.

Homicidium graue crimen.

CHRYSOST. *Hom. de Absalone patrem persequente.* Vbi iam solatium patres, vbi præsidium genitores inuenient, si filios senserint parricidas? Aut quando externa apta sunt, si domestica nobis obstant? Bestiæ, & mutæ pecudes, pietatis iura conseruant, & quibus natura denegat rationem, non tamen denegat pietatem. Innocentem perimere, nefas est; patrem occidere, scelus; prophetam iugulare, facinus inauditum, & ante hoc tempus mortalibus cunctis ignotum.

HOSPITALITAS.

Hospitalitas commendatur. 1. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11.

Motina ad hospitalitatem secundam. 2.

In Hospitalitate plus accipimus quam reddimus. 3.

In Hospitalitate attenditur magis volumus. 3.

Hospitalitatis premia. 8. 9.

Hospitalitas commendatur.

GENES. 18. *Apparuit ei Dominus in conualle Mambræ, sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso seruire diei.* **CHRYSOST.** Tunc tempore curabat Abraham hospitalitatem, ut nollet

ut nollet horum venationem cuique familiarium committere. Alij autem sæpe non solum tantum studium non faciunt, sed & planè diuersum, & horum congressum fugiunt & euitant, ut ne inuiti cogantur excipere. *In ipso seruire diei.* Hoc valde auget iusti virtutem, & hospitalitatis amorem: quoniam sciebat quod quibus est itineris necessitas, eo tempore maxime indigent cura, proinde tempus hoc ut idoneum elegit, & sedens, eos qui præteribant, venabatur, pro sua quiete ducens ministrare viatoribus. Et quia hospitalitatis fagenam expanderat, meruit & vniuersitatis dominum cum Angelis suscipere. Vnde Apostolus: [Hospitalitatis ne obliuiscamini, per hanc enim quidam placuerunt angelis hospitio receptis.] & Dominus. [Qui susceperit vnū ex minimis meis, me suscipit.] **AMBRÓS.** Quando alij requiescebant, Abraham hospitum explorabat aduentus. Merito illi Deus apparuit ad quercum Mambræ, quia fructum hospitalitatis studiosissimè requirebat. est enim non mediocri ea virtus. Vnde Apostolus principaliter eam in Episcopo esse oportere geminæ scripturionis docuit auctoritate, ut præsto sit aduenientibus, ut occurrat obuiam, & itinera exploret, & ad sit non quærentibus, & rapiat prætergredientes.

Motina ad hospitalitatem secundam.

2. **IBID.** *Quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui.* **AMBRÓS.** Non otiosus sedet qui longè aspicit, nec aspexisse contentus, cucurrit obuiam. Festinauit occurrere, quia non satis est rectè facere, nisi etiam matures quod facias; festinanter enim māducare pascha lex iubet. Vberiores enim fructus habet celerata deuotio. Disce ergo quàm impiger esse debeas, ut possis præuenire hospitem, ne quis præueniat, & te boni muneris defraudet. Hospitalitas habet mercedem suam. *Primum*, humanæ gratiæ: deinde, quod maius est, remunerationis diuinæ. *Tertio*, omnes in hoc incolat hospites sumus. Ad tempus enim inhabitandi habemus hospitium. Cautus enim ne si nos duri ac negligentes fuerimus in recipiendis hospitibus, etiam nobis post vitæ istius cursum sanctorum hospitia denegentur. Vnde Dominus: [Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.] *Quarto*, Plerumque oboritur nobis, dum in corpore sumus, peregrinandi necessitas. Quod ergo aliis negaueris, id in te ipse decernis, & quod aliis detuleris, eo te facis dignum videri. *Quinto*, si omnes eandem sententiam non suscipiendi hospites sequantur, vbi erit requies peregrinantibus? Relictis igitur humanis habitaculis, captabimus secessus ferarum, cubacula bestiarum? *Sexto*, Si pauperiem præterdis, non opes à te hospes requirit, sed gratiam, non ornatum conuiuium, sed cibum obuium. Vnde *Proverb.* 15. [Melior est hospitalitas cum oleribus ad amicitiam, & gratiam, quàm si vitulos occidas ad præsepia cum inimicitijs.] & Dominus: [Quicumque dederit vni ex discipulis meis potum aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam. Iacob, oues adaquauit Rachel, & gratiam reperit, uxorem acquisiuit. *Septimo*, Quid scis an Deum suscipias, cum hospitem putas? Abraham dum peregrinantibus deseruit hospitium, Deum, atque angelos eius hospitio susceperat: imò cum hospitem suscipis, Deum suscipis. Sic enim scriptum est in euangelio: [Hospes eram, & collegistis me, quod enim vni horum fecistis, mihi fecistis.] Vnius horæ hospitio vidua illa quæ suscepit Eliam, & exiguo cibo perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum. Eliseus quoque defuncti pignoris resuscitatione donata, resoluat hospitij pensionem.

In hospitalitate plus accipimus quam reddimus.

IBIDEM. *Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne irascaris seruum tuum.* **CHRYSOST.** Hoc est admirabile. Quasi diceret: Beneficium das, non accipis. Verè enim huiusmodi res hospitalitas est, quia magis accipit quàm dat qui illam promptè & alacriter excipiet. **AVGVST.** Seruat semper in bonis tenorem sui perfectæ iustitiæ. Offert peregrinis hospitium, qui non habet tectum, & cum sit omni domicilio viduus, domicilium quale necessitas procurabat, exhibuit transeuntibus. & licet illa minor fuerint quæ offerebantur, locorum angustias magnitudinem dederat fides, quæ contemni non meruit à Deo. Licet suffugium angustum erat homini, sed sufficiens maiestati. Dignum enim Deo palatium fides deuota pingebat, in quo fuisse maiestas diuina præsura. Sequitur: *Ipse vero stabat iuxta eos sub arbore.* **CHRYSOST.** O magnitudinem hospitalitatis! o humilitatis excellentiam! o mentem oppidè piam! Adstabat centenarius comedentibus illis. Mihi videtur tunc præ gaudio robur quoddam accepisse, imbecillitate sua factus superior. Sæpe enim consuevit alacritas animæ, vincere corporis imbecillitatem. **CHRYSOST.** super illud *Genes.* 24. *Igitur puella cui dixerat inclina hydriam tuam ut bibam, & illa responderit, bibe, quin & camelis potum tribuam, ipsa est quam preparasti seruo tuo Isaac.* Quia sciuit, inquit, patriarchæ hospitalitatem, Virginem inde deducendam, ipsam esse præditam moribus quibus iustus; nullam aliam coniecturam inquit.

Hospitalitas commendatur.

GENES. 19. *Sedente Loth in foribus ciuitatis.* **CHRYSOST.** Ecce magna Loth hospitalitas. Nec vespere discedebat à foribus ciuitatis, sed manebat, ne forte thesaurum amitteret ex hospitalitate. Ita enim se habet anima feruida, & vigilans, ut nullis impedimentis præpediatur quominus suam declaret virtutem: quin & impedimenta magis effructescere faciunt, & maiorem flammam accendunt. Ecce Loth conuersans in medio tam impiorum, non solum non fuit antè negligentior factus, sed maiorem virtutem præ se tulit, &c. Sequitur: *Qui cum vidisset eos, surrexit, & inuicem obuiam eis, adorauitque pronus in terram.* Audiant hi qui aduenas orantes & supplicantes, & scdulo se coram eis humiliantes, multa inhumanitate auersantur & repellunt. *Adorauit*, inquit, *pronus in terram.* scilicet gratias agens Deo quod dignatus eum prætereuntem aduentu, magnum enim Dei beneficium arbitratur incidisse in hos viros, ut susceptis illis suum perficeret desiderium. **ORIGENES** *hom.* 5. Audite hæc, qui peregrinis clauditis domos. Audite hæc, qui hospitem, velut hostem, vitatis. Loth in Sodomis habitat, alia eius bene gesta non legimus; hospitalitas in eo sola vñ veniens memoratur. Euadit ignes, euadit incendia, ob hoc solum quod domum suam patefecit hospitibus: hospitalem domum Angeli ingressi sunt. Clausas hospitibus domos ignis ingressus est.

Idem.

IBIDEM. *Compulsit illos oppidè ut diuernerent ad eum.* **LIPOMAN.** Hospitalitatis gratia per vtrumque testamentum plurimum commendatur. Non solum in Abraham, & Loth, sed & in Sunamitide quæ tanta humanitate & diligentia suscepit Eliseum, quod hospitalitatis mercedem dignam assecuta sit, filio mortuo resuscitato. Sicut & Christus fidelissimæ Marthæ hospitis suæ fratrem Lazarum vitæ restituit: & in iudicio præmium hospitalitatis summum exhibebit electis. & Apostolos suos, hospites futuros sine pen-

curia mittit. & Paulus monet ne fideles, hospitalitas obliuiscantur. & Petrus ait: [Hospitalitas sine murmuratione.] Contra verò violatores hospitalitatis, Gabaoonitas, & nunc hinc Sodomitas, tam horrendo iudicio consumit, & damnat, impiis in exemplum.

Idem.

6. IBIDEM AMBROS. Commendatur hinc iusti sanctitas, & angelorum gratia. Illi volebant aduentum suum hospiti gratiorem videri: Ille quidem sciens inter quos habitabat, domum suam offerebat periculis quibus auferret hospites. Certè quo tardius acquiescebat, diutius tentando, plenius comprobabant. CHRYSOST. Hoc faciebant angeli, virtutem iusti manifestare volentes, & nos docere quanta illius fuerit hospitalitas. Compulsi, inquit, illos. Propterea enim dicebat Christus: [Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.] Vbi enim spirituale effulserit lucrum, tempestiua erit violentia, & laudabilis coactio. GREGOR. hom. 23. Ex hoc exemplo, & altero duorum discipulorum, per gentium in castellum, colligitur quia peregrini ad hospitium non solum inuicandi, sed etiam trahendi sunt.

Idem.

7. IBIDEM. Egressus ad eos, scilicet Sodomitas, Loth, post tergum occidens ostium. LIPOMAN. LXX. è contrario habent. Aperuit fores post se. Eadem hospitalitatis, periculo suo defendit, concium furiam molestè amoliri conatur. Vnus contra tot viros impios, sicut Abraham contra tot reges, pro ostio stat, sola fide armatus. Corpus suum & vitam opponit periculo pro hospitibus, & victoriam reportat, Domino fideles suos minimè deferente. De iure enim naturæ est illas hos hospites conseruare.

Hospitalitatis premia.

8. IOSVE 2. Qui pergentes ingressi sunt domum meretricis nomine Rahab, & quieserunt apud illam. LYRAN. Translatio Chaldaica, loco meretricis, habet mulieris hospitalaria; & sic dicunt etiam Hebræi. Nomen enim Hebraicum, vtrumque significat. & non est verisimile quod Rahab fuerit meretrix, quia postea fuit coniuncta matrimonio ipsi Salmon, qui erat princeps nobilioris tribus, scilicet Iudæ. In præmium hospitalitatis, accepit à Domino vt conuerteretur, secundum AVGVST. lib. Medit. cap. 15. & vt bene viueret, secundum ANSELMVM super epistolam ad Hebræ. cap. 11. & iuncta est Salmon in matrimonium, vt dicitur Math. 1. vbi CHRYSOST. hom. 1. & vt vocaretur Rahab, id est, ascensus. Multum enim à Deo sublimata est, in cuius memoria scripta dicitur in Psalm. 86. [Memor ero Rahab.] ita AVGVST. & BEDA. In memoria æterna erit iustus. CHRYSOST. hom. 5. de penitentia. Rahab erat in fornice velut in volutabro confusa margarita, aurum in luto abiectum, stros spinis confusus. Paulus eam à fide laudat, dicens: [Fide Rahab meretrix non perit.] Iacobus, ab fidei operibus, dicens: [Rahab meretrix, nonne ex operibus iustitiæ iustificata est?] Tantum valet hospitalitas.

Idem.

9. IVDICVM 19. Nullus sub tectum suum nos vult recipere, &c. nulla re indigemus nisi hospitio. Cui respondit senex: Pax tecum sit, ego prabebo omnia que necessaria sunt: tantum queso ne in platea maneat, introduxitque eum in domum suam, &c. Ille senex tantum voluit eum recipere in domum suam, de quo supra dixerat: [Qui & ipse de monte erat Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaon. Pauper, & peregrinus recepit hospitio

pauperem, & peregrinum, & mercedem accepit, reliquis conciuibus suis periclitantibus in destructione suæ ciuitatis. Tobie 7. Ingressi sunt ad Raguem, & suscepit eos Raguem cum gaudio. Ignorans qui essent homines: nam interrogauit: Vnde estis iuvenes fratres nostri? Nota mercedem hospitalitatis. Putans suscepisse hominem, Angelum recepit hospitio: scilicet, Raphael, id est, medicinam Dei, qui remedium & medicinam attulit domui suæ, à qua expulit dæmonium, & admisit generum sanctum & filium.

Hospitalitas commendatur.

AD Hebræos 13. Hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc enim latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. CHRYSOST. Concione secunda de Lazaro. Quemadmodum piscator, iacto in mari reti, piscem quidem attrahit, attrahit autem frequenter & aurum, & margaritas: Itidem & Loth reti captans homines, piscatus est tandem & angelos, quodque mireris, etiam inscius. Id quod & Paulus in huius laudibus dixit: [Sectamini hospitalitatem: per hanc enim quidam inscientes hospitio exceperunt angelos.]

Idem.

ASILIUS hom. 8. Exameron. Mores ciconiarum haud longè dixeris à prudentia rationeque distare. In vno tempore omnes in nostras prouincias, siue regiones, veniunt, ita vt sub vno signo, quasi militari quapiam thessera hinc à nobis auolent. Cornices autem nostrates, veluti lictores, ipsas, satellitèque, comitantur, atque deducunt, quin, vt mihi videtur, & socias se offerunt, auxiliarièque aduersus aues ipsas aduersarias, atque hostes. Cuius rei argumento sunt illa: Primum, quod nostris in prouincijs illo tempore nulla prorsus cornix conspicitur: Deinde cum vulneribus redeunt, aperta præstita tutelæ indicia nobis afferunt. Quis apud ipsas, hospitalitatis iura præscripsit? Audiant hæc homines hi, qui nullo hospitio homines exceptant, ianuasque suas occudunt, & neque hyeme, neque noctu solo tegmine peregrinos aduenasque suscipiunt?

HVMILITAS.

- Deus ad humiles promus. 1.
Cognitio sui utilis. 2. 12. 23. 34. 48. 51.
Attendendum ad puluerem ex quo creati sumus. 3. 5. 12. 24.
Humilitas necessaria. 4. 9. 10. 17. 18. 21. 22. 25. 31. 35. 36. 44. 49. 52. 67.
Attendendum ad equalitatem omnibus communem. 6.
Humilitas via ad calum. 7. 61.
Humilitas exaltatur. 8. 14. 16. 19. 20. 28. 35. 39. 49. 59. 60. 75. 79.
Humilitas fundamentum, & custos virtutum. 9. 42. 44. 49. 54. 56.
Humilitas commendatur. 11. 12. 15. 20. 22. 27. 30. 32. 37. 45. 59. 63. 64. 66.
Sancti quo maiora cognoscunt, eo humiliores. 12. 15. 26. 57. 65.
Humilitatis fortitudo maxima. 13. 24. 32. 46. 53.
Humilitas virtus Christi specialiter dicta. 18. 43. 67.
Humilitas intelligentiam præstat mysteriorum. 29. 38.
Humilitas Deo grata. 32. 35. 39. 47. 50. 62.

Defectus,

- Defectus, nobis ex humilitate tribuendi. 3. 4. 41.
Humilitas amplectenda. 43.
Humiles seipso deiciunt. 48. 49. 51. 52. 57. 64.
Humilis viliis vult reputari, non humilis. 50.
Humilitas interior, & exterior necessaria. 52. 53.
Vt humiliemur peccata & tentationes Deus perimit. 55. 56.
Humilitas Christi imitanda. 27. 58. 67.
Gradus humilitatis. 61.
Cognitio sui, valet ad humilitatem, & cognitionem Dei. 68.
Rara humilitas honorata. 69.
Quis electus debet se omnium nouissimum reputare. 70.
Signa electionis Dei ad gloriam. 71.
Humilis non extollitur de alienis. 72. 73.
In humilibus thessauri concupiscibiles. 74.
Humilitas sectanda. 76.
In humilitate vera sapientia. 77.
In humilitate magnanimitas. 78.
Bona nostra per humilitatem occultanda. 80.
Humilitatis bona. 81.
Humilem Christum non nisi humilis apprehendit. 82.
Cognitio sui maximè amico necessaria. 83.

Deus promus ad humiles.

GENES. 1. Germine terra herbam viuentem, &c. BASIL. Ipso temporis puncto tellus Creatoris sui legibus imperitque obtemperans, germina protinus ad summum eorum statum deduxit. Prata quidem alta cõtinuò copiam sceni fuere: campi verò fertiles, horrentes segetibus, perinde atque mare spumarum agitatione, fluctuabant atque inundabant. AMBROS. Continuo parturienti terra nouos se fudit in partus, & induit se amictum viriditatis, gratiam fructuiferitatis assumpsit, & omni surgente semine terra completa est. CHRYSOST. Videre potuisses subito terram, quæ antea informis, & inculta erat, decore suo, & ornatu, quasi cum celo certare. FERVS. Prius autem terram quam calum ornauit, ac venustauit. Vnde, postquã dixerat: Germine terra, &c. ait, sicut luminaria in firmamento celi. Vt intelligeremus, quod etiam ex tunc conditionis diuinæ erat, & est, prius ditare humiles, iuxta illud: [Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem.]

Cognitio sui utilis.

GENES. 1. Dominamini piscibus maris, &c. HVGO GODES. VICTORE. Per peccatum homo amisit dominium & in maximis bestiis, & in minimis. In maximis, vt in leonibus: vt cognoscat se dignitatem propriam amisisse; in minimis, vt in pulicibus & in muscis, ad cognoscendam suam vilitatem. Vnde Dominus exercitum muscarum misit contra Aegyptum, vt notaretur eorum vilitas. Sed reliquit Dominus homini principatum in medijs animalibus ad consolationem suam.

Attendendum ad puluerem, ex quo creati sumus.

GENES. 2. Formauit igitur Dominus hominem de limo terre. CHRYSOST. Alia litera habet: De puluere terra. Hic exclamare iuuat pulchrum illud beati Dauid dictum: [Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius: Quia de puluere tale

animal produxit, & tanto honore venustauit. Hic etiam si considerare volumus, non parua nobis humilitatis offertur doctrina. Nam si considerauerimus vnde initium natura nostra suscepit: non supra quàm oportet de nobis sentiemus. Ibidem RVPERT. Hoc perpendentes homines sancti, creatorem figulum, seipso autem, lutum appellauerunt, eleganti confessione, lacrymosa declamatione. [Et nunc Domine (ait Propheta, nomine omnium,) tu pater noster es, & nos lutum: & fictor noster, & opera manuum tuarum nos omnes:] & ad Ieremiã ipse Deus: [Nunquid sicut figulus isto non potero vobis facere domus Israel: ecce sicut lutum in manu figuli, ita & vos in manu mea domus Israel, &c.] Vnde optime Apostolus: [O homo tu quis es vt respondeas Deo? Nunquid potest figmentum dicere ei qui se finxit: quare me fecisti sic? Aut nunquid non habet potestatem figulus facere de eodem luto, aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?] Et Isaias: [Væ qui contradicit fictori suo testa de Samiis terræ.] Itaque & nos cum legimus, quia formauit Dominus hominem de limo terre, non discutiendum nobis est cur ita fecerit: sed potius illud timendum vnicuique nostrum de seipso, ne vas quod fecit ipse, dissipetur in manibus eius, & hoc abiecto faciat aliud vas, sicut placuit in oculis eius vt faceret.

Humilitas necessaria.

GENES. 2. Vt operaretur, & custodiret illum. GREGOR. 19. Moral. cap. 17. Operatur qui agit bonum quod præcipitur, sed oportet vt quod operatus fuerit, custodiat, quia bona prodesse nequeunt, si mala non cauentur, quæ subrepunt. Perit enim omne quod agitur, nisi sollicitè in humilitate custodiat. Eleazar in prælio elephantè feriens strauit, sed sub ipso quem extinxit, occubuit. Sunt enim qui vitia superant, sed sub ipsa quæ subiiciunt, superbiendo succumbunt. Vnde oportet semper bona agere, & nos in ipsis bonis operibus cautè in cogitatione custodire, ne si mentem eleuant, bona non sint, quæ non auctori militant, sed elationi.

Attendendum ad puluerem, &c.

GENES. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris. RVPERT. Saltem hæc plaga cineris superbiam domare, & redigendas in lutum ceruices quandoque flectere habebat. Existimauit homo iniquè, quod esset Deo similis. Arguit igitur eum Dominus, & statuit contra eum faciem suam, dicendo quod puluis es, & in puluerem reuerteris. Huius sententiæ percussione adeo natura sentit, vt hominibus antiquitus in summa afflictione, pro maximo doloris insigni, capita cinere aspergere soleme fuerit. Verùm hæc propriæ conditionis recordatio tunc vtiliter se aperit, cum ex sapienti humilitate procedit: iuxta exemplum Abraham, dicens: [Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis.] Cum enim hoc humiliter nos recordamur, misericorditer & ipse recordatur, sicut scriptum est: [Quomodo miseretur pater filiorum,] &c. recordatus est quoniam puluis sumus, & super illud: ut ope. aretur terram de qua sumptus est, ait CHRYSOSTOMVS. Hoc dicitur, vt perpetuò memoriam faceret homo, quanta humilitate operari debeat, sciè que possit quod inde sit constitutus, & substantiam habeat ab initio. GENES. 5. Et vocauit nomen eorum, Adam. HIERON. Id est, homo hominis: siquidem nomen tam viro quàm femina conuenit. INTERL. Homo ab humo, quia de humo sumptus. LIPOMAN. Quod non ab re factum, nempe vt ad nominis commotionem, modestiam sectarentur, terrenos, fragiles, & mortales se cognoscendo, vt pote de terra súptos.

Recurrendum ad aequalitatem omnibus communem.

6. GENES. 9. Et terror vestes, ac tremor sit super cuncta animalia terra, & super omnes volucres caeli, &c. GREGOR. 21. Moral. cap. 11. Omnes homines natura aequales sumus. Vnde antiqui patres, non tam reges hominum, quam pastores pecorum fuisse memorantur. & Noë filiique eius dictum est: [Terror vestes, ac tremor sit super cuncta animalia terræ.] Non enim ait, sit super homines qui futuri sunt. Homo enim animalibus irrationabilibus non cæteris hominibus natura prælatus est. Vnde contra naturam, superbire est, & ab aequali velle timeri. Dispensatorio tamen accidit ordine, vt quibusdam prælati videamur. Si igitur hoc à mente deprimimus quod temporariter accessit, inuenimus citius quod naturaliter sumus. Plerumque enim se animo accepta potestas obicit, eumque tumidis cogitationibus fallit, sed manu humillimæ considerationis deprimendus est tumor elationis, &c. Vide, verbo, Superbia, num. 11. &, Prælatum, num. 40. & infra. Et non solum à subditis metui, sed etiam plusquam necesse est, sancti honorari refugiunt. Quia non leue damnum humilitatis se perpeti credunt, si ab eis pluris aestimentur. Hinc est quod primus pastor Ecclesiæ Petrus, cum adorante se Cornelio, supra se sibi honorem videret oblatum, ad aequalitatem suæ conditionis recurrit, dicens: [Surge, & ipse homo sum.] Act. 10.

Humilitas via vera ad caelum.

7. GENES. 11. Venite, faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad caelum. AVGVST. 16. de Ciuit. cap. 4. Quid factura fuerat humana & vana præsumptio, quantumlibet in caelum aduersus Deum altitudinem molis extolleret: quando montes transcenderet vniuersos: quando spatium nebulosi aëris huius euaderet? Tutam, veramque in caelum viam molitur humilitas, sursum leuans cor ad Dominum, non contra Dominum.

Humilitas exaltatur.

8. GENES. 13. Dixitque Dominus ad Abraham, postquam diuisus est ab eo Loth, &c. Omnem terram quam conspicias, tibi dabo, &c. CHRYSOST. Vide quantum approbata fuerit à misericorde Deo Patriarchæ humilitas. Quasi ei diceret Deus: Eximiam praevalisti humilitatem, & mansuetudinem, tantamque pacis habuisti curam, eapropter largas à me retributiones accipe. Parti terræ cessisti, omnem terram quam conspicias, tibi dabo, & semini tuo, vsque in sempiternum. Iisdem verbis vtitur misericors Dominus quibus & Patriarcha cessionem fecerat. Nam sicut ille dixerat nepoti: [Ecce vniuersa terra coram te est, &c. Ita & Dominus dicit: [Leua oculos tuos, & vide,] &c. Vide quomodo certat Deus beneficiis: Vide quantum cessit, & quanta est affectus.

Humilitas necessaria.

9. GENES. 14. Leua manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem caeli & terræ. CAIETAN. Iuxta Hebræum habetur: Leuaui manum meam. Dicendo igitur, Leuaui manum meam dicasse seipsum Deo, vouisseque Deo commemorare, non accepturum quidquam. AMBROS. Qui vincit non debet sibi arrogare victoriam, sed referre Deo. Hoc Abraham docet, qui triumpho humilior factus est, non superior. CHRYSOST. Non queramus vanam gloriam, sed operibus nostris bonis humilitatem, quasi fundamentum & scabellum substruamus, vt securè virtutes superextruere valeamus. Virtus enim non est, nisi con-

iunctam habeat humilitatem. Qui hoc fundamentum rectè iecerit, poterit in quantum voluerit altitudinem, structuram excitare. Hæc est inexpugnabilis turris, hæc omne continet ædificium, non sinens ipsum, vel à ventorum violentia, vel ab imbrum impetu, vel à spirituum vi deiici, sed omnibus insidiis inaccessibleis facit & inuictum, quasi ex adamante constructum esset, magnæque nobis diuinæ largitatis retributiones affert. Per hanc & Patriarcha tantarum promissionum accepit magnitudinem, per hanc non ille solum, sed & iusti omnes Deo fuerunt grati.

Humilitas necessaria.

10. GENES. 16. Reuertere ad dominam tuam, & humilare sub manu ipsius. AMBROS. Non placuit angelo ancillæ insolentia, quem vtique non latuisset, si vi suppliciorum victa fugisset, & magis reprehendisset verberantis sæuitiam, quam fugientis discessionem: sed vt ostenderet, quia tanquam superba fugiebat, addidit: Et humilare sub manu ipsius. Optamus vt in hoc vitium nullus incidat, sed si quis incidit, dissecat, ancillam suam, id est, carnem suam, humiliare vxori suæ, id est, rationi, ne dum vult ancillam suam vindicare, vxorem excludat. CHRYSOST. Ne igitur grauati feramus si molestiis prementibus humillemur. Nihil enim ita nostræ naturæ conducit, vt mentè subducere; & humiliare superbum spiritum, & inflationem mentis reprimere. Tunc enim nos magis audit Dominus quando cum dolore animi, & corde contrito ipsum inuocamus, maiorem in precibus sedulitatem adhibentes. Vide, Ecclesia, num. 10.

Humilitas commendatur.

11. GENES. 18. Apparuit autem ei Dominus in conualle Mambre. INTERL. Id est, in humilitate, quia apparet Deus humilibus. & infra: Ipse vero stabat iuxta eos sub arbore. AMBROS. Aduerte hic humilitatis officium commendare humilitatem. Abraham stabat, & tu primam accubitionis partem occupas? CHRYSOST. O magnitudinem hospitalitatis! O humilitatis excellentiam! O mentem oppidè piam! ad stabat centenarius comedentibus illis, &c. Vide, verbo, Hospitalitas, num. 3.

Sancti quo maiora cognoscunt, eo humiliores.

12. IBIDEM. Loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis. GREGOR. 3. Moral. cap. 23. Nota in quo se apud se loco posuerit, qui puluerem se ac cinerem, etiam cum Deo loqueretur, aestimabat. Si igitur ita se despicit qui vsque ad honorem diuinæ colloctionis ascendit, sollicita intentione pensandum est qua poena illi ferendi sunt, qui ad summum non proficiunt, & tamen de minimo extolluntur. Idem 18. Moral. cap. 33. Sancti omnes quanto magis diuinitatis interna conspiciunt, tanto magis nihil se esse cognoscunt. Abraham cum habere Dei meruit colloctionem, cinerem & puluerem se esse professus est. Esse enim se aliquem fortasse crederet, si veracem essentiam, quæ super ipsum est, minimè sensisset. At impletus tantæ contemplationis potentia, dum videret illum, nihil se esse nisi puluerem, vidit. Hinc est quod Propheta eadem sapientia repletus, exclamavit: [Memento Domine, quod puluis sumus.] & rufus: [Omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.] Idem 24. Moral. cap. 27. In peccato quisque positus, mortalitatis suæ obliuiscitur, & terrâ se esse non meminit, post conuersionem verò suæ gratiam, humilitatis spiritu tangitur, & se esse cinerem recordatur. Iam in cinerem Dauid reuersus fuerat, cum dicebat: [Memento Domine quod puluis sumus.] & Abra-

Idem.

18. GENES. 32. Et ecce vir inleuatur cum eo usque mane, &c. THEODOR. Angelus cum Iacob luctari voluit, vt timentis fratrem, fiduciam iniiceret. Quin etiam se superari ab illo passus est; ac si diceret: Me viciisti, & hominem times? Ne verò hac de victoria superbiret, putans se Deum vicisse, femoris contactu spontaneam de se victoriam præbuisse declarauit. BERNARD. lib. de Gradibus humilitatis. Salubrius ad tactum angeli neruus femoris Iacob emarcuit, quam angeli superbientis intumuit, euauit, ruit. Vt nam & meum neruum angelus tangat, vt marcescat, si fortè ex hac infirmitate incipiam proficere, qui ex mea infirmitate non possum nisi deficere. Lego profectò [quod infirmum est Dei, fortius esse hominibus:] Sic quoque Apostolus, de suo neruo conquectus, quem angelus non Domini, sed satanæ colaphizabat, responsum audiuit: [Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.] Quenam virtus? Ipse Apostolus respondeat: [Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.] Sed nondum forsan intelligis, de qua specialiter dixerit: Quia Christus omnes virtutes habuit, sed cum omnes habuerit, præ omnibus tamen vnâ, id est, humilitatè, nobis in se commendauit, cum ait: [Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.] Libenter igitur & ego Domine Iesu gloriabor si potero in mea infirmitate, in mei nerui contractione, vt tua virtus, id est, humilitas, perficiatur in me: nam sufficit mihi gratia tua; cum defecerit virtus mea, pedem profectò gratiæ fortiter figens, & meum, qui infirmus est, leniter trahens, securus ascendam per scalam humilitatis, donec veritati adhærens, ad latitudinem transeam charitatis.

Humilitas exaltatur.

19. GENES. 37. Et quasi consergere manipulum meum, & stare, &c. LIPOMAN. Viderat manipulum suum in somnis Ioseph, qui postquam iacuisse velut contemptibilis, sese erexit, & firmiter constitit, veluti columna stabilitus. Opus enim providentiæ Dei, & vera fidelium fides deiici non potest ab hominibus quantumlibet malignentur, & insistant. Quanto enim magis impedire nituntur, tanto promouent & confirmant magis.

Humilitas commendatur.

20. GENES. 41. Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. CHRYSOST. Iuxta alia exemplaria. Non respondebitur salutare Pharaoni. LIPOMAN. Quasi diceret sanctus Ioseph. Procul est à me hæc scientia, nihil mihi tribuendum in hac re, Dei bonitatis est & gratiæ, vt hæc somnia exponere possim.

RVPERT. Super illud, ibid. Tullique anulum de manu sua, & dedit in manu eius, vestitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit, fecitque eum ascendere super currum suum secundum. Pro compedibus ergo, in quibus humiliauerunt pedes eius, torquem auream suscepit. Pro pallio, quo in manu adulteræ relicto, nudus effugit, stola byssina, Deo iudice, indutus est. Pro seruili nomine, regium gestat anulum; & pro carceris humilitate, super altum sedet imperij currum. Perseuerat autem in victore, atque triumphatore cum altitudine gloriæ, & honoris modestia, & humilitas mentis. Nam sicut in domo, & sicut in carcere, sic & in currum Pharaonis, tam humiliter seruauit quam fideliter; illud semper attendens, quia seruus emptitijs est: Non illud, quia per prudentiam pater Pharaonis effectus est.

Humil

& Abraham similiter, cum dicebat: Loquar ad Dominum meum cum sim puluis, & cinis. Et si viuente carnem nec dum in terram mors soluerat, hoc tamen apud se erant quod se futuros absque dubitatione præuidebant. Hinc dicitur: [Auferes spiritum eorum & deficient.] &c. Auferes spiritum, scilicet superbiæ; id est subducto superbiæ spiritu, nihil se esse cognoscant, & reuertentur in puluerem, id est, humiliabuntur ex infirma conditione. Idem in 1. Reg. cap. 4. Conperso pulueris, ad estimationem pertinet humilitatis; hoc puluere caput conpersum portabat Abraham, cum dicebat: Loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis. Et Dauid cum supplicaret: [Memento Domine quia puluis sumus.]

Humilitatis fortitudo maxima.

13. IBIDEM RVPERT. Fortis erat, & vera fortitudine Abraham, qui fortissimum Dominum tenebat, cuius fortitudo hac erat, spiritum humiliatus, & mens subdita iustitiæ Dei. Huiusmodi virum desiderabat Isaias cap. 64. [Non est qui inuocet nomen tuum, non est qui consurgat, & teneat te.] Hæc ille. Humilitas potens est retinere iram Dei. Mare tempestuosum quis retinet nisi exigua & fragilis arena? & as liquefactum igne quis retinet nisi cinis?

Humilitas exaltatur.

14. GENES. 23. Advena, & peregrinus sum apud vos, &c. princeps Dei es apud nos. LIPOMAN. Blanda interrogatio, suauem quoque responsonem meretur: & facile suscipitur postulatio sentata. GLOSSA GRÆCA. Abraham seipsum incolam vocat: Illi verò regem & principem appellant: [qui enim humiliauerit se, exaltabitur.]

Eo humiliores quo maiora cognoscunt sancti.

15. GENES. 24. Rebecca quoque conspecto Isaac, descendit de camelo. LIPOMAN. In Chaldæo habetur: Inclinaui se super camelum. Huius exemplo scriptura commendat mulieribus humilitatem, verecundiam, gratiosumque timorem, vt quæ tuta sunt, pertimescant virgines, &c. GREGOR. 1. Moral. cap. 14. Rebecca vt Isaac vidit, de camelo descendit. Quia sancta Ecclesia quanto Redemptorem suum subtilius agnoscit, tanto carnalis vitæ studia humilius deserit, atque in semet ipsa fortitudini virtuosæ contradicit. Item, Isaac viso descendit. Quia Domino cognito, ab elationis celsitudine ima humilitatis petiit.

Humilitas exaltatur.

16. GENES. 27. Sicut odor agri pleni. GREGOR. Super Ezech. Homil. 6. Agens de variis virtutum odoribus, sic ait: aliter olet flos violæ, quia magna virtus humilium, qui ex desiderio vltima loca tenentes per humilitatem à terra in altum se subleuant, & celestis regni purpuram in mente seruant.

Humilitas necessaria.

17. GENES. 32. Minor sum (ait Iacob) cunctis miserationibus tuis. CAIETAN. Verè humilitatis Theologicæ professio est, hominem reddere se minorem quam exigant diuina beneficia. Sumus siquidem impares diuinis beneficiis, & ipsam imparitatem nos ipsi efficienda, tum minus nos ipsos disponendo ad suscipienda, tum minus respondendo acceptis. LIPOMAN. Dicit igitur fidelis dilectus in magna animi angustia constitutus: Indignus sum fateor, domine Deus meus, omnibus mihi hæctenus impensis beneficiis: vt dignus fiat futuris. Non enim accipiendis est idoneus, qui de exhibitis minimè gratus existit.

Humilitas necessaria.

GENES. 47. Dies peregrinationis meae centum triginta annorum sunt pauci & mali. RVPERTVS. Paucos dies dicit suos pro humili conscientia; malos, pro continuatione tribulationis. Ex hac vero responsione vetus pastoribus ouium spiritualium, & omnibus qui caelestem patriam inquirunt, propositum est exemplum, vt humilitate gloriosa contenti, vanam & inopem despiciant altitudinem seculi: dicantque vbicumque equitantes Aegyptios viderint: [ij in curibus, & ij in equis, nos autem in nomine Dei nostri innocabimus:] dicant coram terrenae patriae regibus: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.

Humilitas commendatur.

EXODI 3. Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Aegypto? INTERL. Quasi dicat. Dei est non hominis hoc facere. RVPERTVS. Bonum quidem, & imitatione dignum humilitatis exemplum, Deo vocante ad tantum tanque gloriosum ministerium, dicere: quis sum ego? &c. Quasi dicat. Nullus. BERNARD. de ordine vitae. Moyses hic sicut & Ieremias, quod poterat per gratiam, excusabat per verecundiam. Tutius enim est discere, quam docere, tacere quam loqui. LIPOMAN. Quamquam ipsa imbecillitas obsequendi vocationi Dei, sit poena peccati, tamen agnoscere hanc imbecillitatem, non est peccatum, sed est primus gradus ad veram iustitiam, & placet Deo. Dum igitur Moyses agnoscit suam insufficientiam, fit Domino donante sufficiens: Quis sum ego? Ac si dixisset, Pastor sum, & vix ones a bestiis defendo, & quomodo possum Israelitas a Pharaone defendere? Nec arma mihi sunt, nec exercitus, imo nec liber reditus mihi est ad Aegyptum propter homicidium. Qua igitur fiducia tantum facinus adibo?

Cognitio sui prodest ad humilitatem.

EXODI 3. Ego sum qui sum. GREGOR. 18. Moral. cap. 33. Solus veraciter est qui solus incommutabiliter permanet. Nam omne quod modò sic, modò aliter est, iuxta non esse est. Vt ergo in participatione Dei essentiae aliquid simus, agnoscamus nosmetipsos, quia prope nihil sumus. BERNARD. 5. de consideratione. In comparatione huius summi esse, quidquid hoc non est, iudicabis potius non esse quam esse.

Fortitudo humilitatis.

IBIDEM. Deus Abraham, Deus Isaac. &c. RVPERT. Ad vnam percontationem duo respondet, quia fortis erat inquisitor, qui pullabat. Fortis, inquam, vera fortitudine, quae est virtus humilitatis, quae vsu vel exercitio diuinæ collocutionis in tantum robur excreuit, vt fortem & iratum Deum postmodum tenere posset.

Humilitas necessaria.

EXODI 4. Quam cum misisset in sinum, protulit leprosum, &c. THEODORET. Simul etiam legislatores admonuit ne elare de se sentiret; sed per leprosum manum, naturae suae imbecillitatem agnosceret, ac memoria teneret, vt quando manus eius miracula faceret, recordaretur prius fuisse leprosum, & quòd Deus qui sanauerat, miraculorum author erat.

Et humiliores quo maiora cognoscunt sancti.

EXODI 4. Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri & nudius tertius, & ex quo locutus es ad seruum tuum.

tuum impeditoris & tardioris lingua sum. ORIGENES hom. 3. Donec Moyses in Aegypto erat, non erat gracili voce, nec tardus lingua, sed sonora vocis, & eloquentiae incomparabilis, vbi autem coepit audire vocem Dei, tunc sensit exilem & gracilem vocem suam, tunc se pronunciat mutum, cum coepit agnoscere verum illud verbum quod erat apud Deum. Homo enim quamuis imperitus, si comparatur mutis animantibus, videbitur eloquens ad comparationem illorum, si verò eruditis & eloquentibus vitis conferatur, ineloquens & mutus videbitur. Sic humana sapientia respectu & comparatione diuinæ. Vnde beatus David comparans se ad diuinam sapientiam, ait: [Vt iumentum factus sum apud te.] BASILIVS. Quamuis omni Aegyptiorum sapientia praeditus esset Moyses, tarda lingua se esse non cognouerat. At postquam Deum loquentem audiuit, tunc linguae suae imbecillitatem agnouit qua nulla ratione magnitudinem ac pondus mandatorum sustinere posset. GREGOR. hom. 8. super Ezech. Moyses eruditus omni scientia Aegyptiorum, mox vt verba Domini audiuit, verba se non habere deprehendit, dicens: obsecro Domino, non sum eloquens, &c. ac si aperte dicat, Postquam à te verba vitæ audio, confusum me in verbis prioribus agnosco. Sic loquente Domino Ieremias clamat. [A, A, Domine Deus, ecce nescio loqui.] Iuxta enim ea verba quae audiebat, verba se non habere cognouerat. Sic Daniel sublimem visionem videns, per plurimos dies elanguit & aegrotauit. Quia & hi qui in virtutibus fortes sunt, cum altiora Dei conspiciunt, in sua sibi estimatioue infirmi ac imbecilles fiunt. Sic beatus Iob, de quo Dominus amicis illius dixit: [Non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob,] cum verba Dei colloquentis audiret, respondit: [insipienter locutus sum.] & paulò post, [idcirco ipse me reprehendo.] &c. Qui enim quantum ad homines sapienter locutus fuerat, loquentem sibi Deum audiens, insipienter se locutum fuisse reprehendit, quia in contemplatione veræ sapientiae, sua ei sapientia viluit. Similiter ad vocem Dei desuper venientem animalia alas deponunt, apud Ezechielem, quia virtutem Dei siue in natura sua contemplari requiramus, siue in oculis iudicis inuestigare cogitemus, pro eo quòd nobis eius alta impenetrabilia sunt, nostra nobis si qua inesse bona credebantur, vilescunt: & qui in quantalacumque scientia volare credebamur, inuisibilem super nos naturam, & impenetrabilia eius iudicia perpendentes, submissis alis humiliter stamus.

Humilitas commendatur.

EXODI 5. Nescio Dominum, & Israel non dimittam. CASSIANVS lib. 12. cap. 8. de spiritu superbia. Ideo omnium creator, & medicus Deus causam principiumque morborum superbia esse cognoscens, contrariis sanare contraria procurauit, vt ea scilicet quae per superbiam conuertant, per humilitatem resurgant, &c. Vide verbo, Christus, num. 72.

Humilitas exaltatur.

EXODI 7. Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus, &c. RVPERTVS. Gloriosa virtutum regina humilitas quae in caelum volare consuevit, locuta est in Moysè, dicente toties se incircumcisum esse labiis, & idcirco dignum ac pro sua reuerentia magnificum accepit responsum, vt audiret homo priuatus, regnantis hominis se esse Deum: ac si dicat Omnipotens: Quia hoc modo vsque ad nouissima terræ te deprimis: Ecce ego sustollam te super altitudinem nubium, faciamque te Deum, non quem Pharaos fideliter adoret, sed

Humilitas Deo grata, & fortis.

sed quem seruiliter formidet, ita vt imperando elementis, Deus censcatis Pharaonis: & quia Pharaos etiam cum huiusmodi Deo loqui non est dignus, Aaron frater tuus erit propheta tuus. Ergo sunt Dij, in quorum synagoga stat Deus, quos in medio diiudicat, quibus & loquitur, [Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.] Non enim solus hic est quo Pharaos non erat dignus, sed & alij plures quales cum commemorasset Apostolus, ita concludit dicens: [Quibus dignus non erat mundus.]

Humilitas intelligere facit secreta.

EXODI 12. Si quid residuum fuerit, igni comburetis. GREG. 20. Moral. cap. 9. Plerumque humilitas ea etiam electorum mentibus aperit, quae ad intelligendum; impossibilia esse videbantur. Contra verò elatio, quae superbos ita apud semetipsos sic eleuat, vt à veritate verborum Dei foras repellat, vixque in dictis Dei interiora capiant, qui se secreta spiritalia penetrasse singulariter putabant. At verò qui in sancta Ecclesia veraciter sunt humiles, & veraciter docti, norunt de secretis caelestibus, & quadam considerata intelligere, & quadam non intellecta venerari, vt & quae intelligunt, veneranter teneant, & quae necdum intelligunt, humiliter expectent. Deuter. 33. [Omnes sancti in manu illius sunt, & qui appropinquant pedibus eius.] INTERL. Vt discant humiliter accipere de doctrina illius.

Humilitas commendatur.

EXODI 18. Quibus auditis Moyses fecit omnia quae ille, scilicet Iethro, suggererat. De humilitate Moysitam capiendo consilium quam ferendo reprehensionem Iethro hominis gentilis, vide verbo, Consilium, num. 5. ex Origene, & num. 6. ex Chrysost.

Humilitas necessaria.

EXODI 20. Locutusque est Dominus cunctos sermone hoc. AVGVST. super psal. 118. concione 27. Ad hoc data est lex, vt de te magno paruulum & humilem faceret, vt te ad faciendum legem, vires de tuo non habere monstraret, ac si inops, indignus, & egenus ad gratiam confugeres, & clamares: [Miserere mei Domine quoniam infirmus sum.] Vnde Paulus minimus Apostolorum dicit, ideo datam legem quae viuificare non posset, quia concludit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Ita Dominus, ita fac misericors Domine, impera quod non possit impleri, imo impera quod non nisi per tuam gratiam possit impleri, vt cum homines id per suas vires adimplere nequiverint, omne os obstruatur, & nemo sibi magnus videatur. Noli ergo superbare, noli de tua quae nulla est virtute praesumere, & intelliges quare sit à bono Deo bona lex data, quae tamen viuificare non possit. Sint ergo omnes paruuli ò Domine: & reus fiat omnis mundus tibi, quia [non iustificabitur ex lege omnis caro] coram te Deo; per legem enim cognitio peccati. Idem de poenitentia medicina. Ad hoc lex data est vt superbo infirmitatem suam notam faceret, infirmo poenitentiam suaderet. Ad hoc lex data est vt vulnera ostenderet peccatorum, quae gratiae benedictione sanaret. Ad hoc lex data est vt diceremus in conuallationis: [Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in lege peccati quae est in membris meis;] & cum ipso ploratu clamaremus: [Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?] & succurreret nobis exaudiente Deo qui erigit elisos, & soluit compeditos, illuminat caecos, gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

EXODI 20. Altare de terra facietis mihi, &c. LIPOMAN. Vel per terram quae infimum est elementum, humilitatis virtus designatur, in qua Deo facta oblatio acceptatur. Iuxta illud propheta: In animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur.] & illud: [Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum & humilatum. Deus non despiciet.] Exod. 32. super illud, [Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos,] RVPERT. sic ait: Videmus quomodo Moyses placauit Dominum Deum? Dicat Psalmista: [Dixit vt disperderet eos si non Moyses electus eius stetit in contractione in conspectu eius,] id est, per nimiam humilitatem cordis. Contractio namque cordis, nimia humilitas est, quae sola coram omnipotente Deo res fortis est, & valida adeo, vt contra illam brachium suum ad percutiendum Deus extendere non valeat. LIPOMAN. super illud ibid. Cur irascaris contra populum tuum quem eduxisti de terra Aegypto? Vide, inquit, humilitatem, non admittit Israellem dici populum suum, sed occurrit sermoni Domini, & pie corrigit, contra populum tuum, inquit, non meum, quare sic irascaris Domine, quem eduxisti de Aegypto, non ego, idque non meo consilio vel robore, sed tua tantum fortitudine?

Humilitas exaltatur.

EXODI 32. Aut dimitte eis hanc noxam, aut deleme de libro vitae. RVPERT. Quomodo homo Deo familiaris qualicumque causa vel ratione, hoc animo suo admittere possit, vt à Deo anathema esse sicut Paulus, vel de libro eius concedat seipsum deleri, vt hic Moyses? Quomodo in ista concessione non solum nullam incurrat poenam aut culpam, sed etiam apud Deum ampliores mereatur gratias? Nobis hoc solum de tanta re subiacet. Quia Deus charitas, Deus humilitas est, & cum per humilitatem, siue per charitatem à Deo quisque procul absistit, indigniorem se iudicans eis pro quibus interuenit; mirro modo quantum se deprimit, tantum ascendit, quantum condemnat, tantum iustificatur, quantum à Deo quasi recedit, tantum illi proximus fit. Diuitias animi eiusmodi, nos frigidi atque inopes ignoramus, & ideo cum legimus illum anathema se esse optantem pro fratribus, istum de libro Dei deleri se concedentem, aut dicta dissimulamus, aut in sensum exilem grauissimè prolata detorqueamus. Caterum quem spiritus idem tetigit, videt ex parte aliqua quantum talis habitus mentis apud Deum valeat pro sua reuerentia. Haec ille. Nota hic humilitatem in Deo pro benignitate, & mansuetudine accipi.

Ad humilitatem inuat recordatio nostrae conditionis.

LEVITI. 1. Vesiculam verò gutturis, & plumas proiciet in loco in quo cineres effundi solent ad orientalem plagam. INTERL. Id est, vt inflationem, & superfluum omnino inquisitionem deponat. Plumas, id est, superbiam, leuitatem, & inconstabilitatem. & quòd proiciet haec omnia? In loco, in quo cineres effundi solent. INTERL. Vt cognoscat quia haec digna sunt cinere, & in terra manere, non in caelum ascendere, imo superflua, & noxia. Ad orientalem plagam. GLOSSA ORDIN. Id est, primæ conditionis nostrae reminisci debemus. Primus enim pater ad orientalem plagam in felicitate paradisi factus est, sed exigente peccato in miseria huius vitae deuolutus, factus est vermis & cinis. Dum haec cogitamus, & nos esse tales perpendimus quasi vesiculam, & plumas, in loco cinerum proiciamus, si mentis discretionem, qua nos felicitatem

felicitatem amississe, & in cinerem redituros non dubitamus. Sequitur: *Confringetque ascellas eius.* R. A. D. V. L. P. H. V. S. *Ascellas frangere est, acumen ingenij non sibi tribuere, sed sub diuino munere humiliter humilitatem propriam cogitare.*

Humilitas necessaria.

35. **N**VMER. 6. *Tunc radetur Nazaraui, &c.* STEPHAN. Nota quodd post expletum votum Nazaraeus capillos radere iubebatur, hoc est, quodd cum aliquis ad perfectionem venerit, tunc se primò reputet inchoasse, vt possit dicere, [*& dixi nunc coepi,*] &c. & cap. 11. *Remanserant autem in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit spiritus.* GLOSSA ORDIN. Non negligentia præcepti Domini, sed deuotione humilitatis indignos se iudicantes perceptione tanti muneris. Ideo iudex cordium Deus, dignos eos iudicauit, & ostendit. Ideo sequitur: *Nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum.*

Idem.

36. **N**VMER. 19. *Lignum quoque cedrinum, & hyssopum, &c. Sacerdos mittet in flammam que uaccam denorat.* GREGOR. super psal. 50. Versu, [*asperges me hyssopo,*] &c. Cedrus lignum altum & impucriabile est, hyssopus herba valde humilis, quæ tamen inflammationem amouet pulmonis. Per cedrum ergo altam, perseverans contemplatio, per hyssopum mansueti cordis humilitas significatur. Qui enim contemplatione ad superna tollitur, per humilitatis compassionem debet condescendere inferioribus, nec se ex eo quod habet erigat, sed his qui illud non habent, prædicando libenter impendat.

Humilitas inistorum maxima.

37. **N**VMER. 23. *De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum.* ORIGEN. Quasi quia in excelsis collibus, & altis montibus positus est Israel, id est, in alta & ardua vita, ad quam intuentiam & intelligendam nemo sit idoneus, nisi ascendat ad eminentem scientiam. Non ideo ei maledixit Deus, quia eius vita præexcellsa, non humilis, & deiecta. Quod non de carnali Israel dici videtur, sed de illo cuius super terram ambulantis conuersario est in cælis. OLEASTER. Cum audiret Zachæus Christi famam, ait Luc. cap. 19. [*ascendit in arborem sycomorum vt videret eum, quia statura pusillus erat.*] Vidit, & admiratus est. Sic & Balaam condescendere nititur petrarum summitatem, vt eum videat quem Dominus benedixerat. [*Quid, inquit Salomon, videbis in Sunamite nisi choros castrorum?*] Cant. 7. Sed tanta est humilitas inistorum, vt terga vertant ne videantur. Vnde: [*Reuertere, reuertere Sunamites, reuertere vt intueamur te;*] imò, quod plus est, si fieri posset, nolent à Deo bona sua videri. Ita post eos Dominus curat, & vt reuertantur, adhortatur, vt eos videat.

Humiles docentur à Deo.

38. **N**VMER. 24. *Dixit homo cuius obscuratus est oculus, dixit auditor sermonem Dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiantur oculi eius.* OLEASTER. Quales esse debeant qui à Domino de arcanis mysteriis docentur, pulchrè locus iste describit, qui videlicet oculos coporis ad omnia terrena obruratos habeant, & sola coelestia contemplantur, debent etiam cadere, id est, humiles esse. Qui enim nihil terrenum vident, & humiles omnino sunt, apti & digni sunt qui intima Dei cognoscant, & futura præuideant. Paulus cecidit, & apertis oculis nihil videbat, & sic vidit visionem, & audiuit arcana verba, &c.

Humilitas commendatur.

NVMER. 27. *Dabis ei partem gloria tua.* OLEASTER legit. Dabis de laude tua super eum; id est, de gloria, & auctoritate tua. Per gloriam aliqui intelligunt insignia quædam dignitatis, vt solent gestare iudices, sed melius per gloriam auctoritatem intellige, vt eum populo designet successorem suum. Vide, *Prælati, num. 51.* Alij legunt, *& dabis ei de descensu tuo,* id est, de spiritu qui descendit super te, quando te ducem constitui; & videtur sensus germanior. Quidam interpretantur; Dabis ei de deiectione tua, id est, de humilitate; quæ virtus Moysen laudabilem, & gloriosum valde reddidit, nec sensus displicet. & in hoc sensu perpende, quodd non dicit, pone de tua dignitate, maiestate, aut potestate super eum, sed de tua humilitate. Ac si diceret Moysi Dominus: Dic ei vt disscat à te quia mitis es, & humilis corde. *Idem OLEASTER super illud Dent. 1. Paruuli vestri, & filij qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur, & ipsis dabo terram, & possidebunt eam.* Bona fuit semper apud Deum paruulorum conditio. Vnde Christus Dominus: [*Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.*] Sicut enim soli paruuli promissam ingrediuntur terram; ita qui conuertuntur, & malitia sua paruuli, cælorum regnum intrare à Christo perhibentur.

Humilitas necessaria.

DEUTER. 7. *Non poteris delere eos pariter, ne forte multiplicentur contra te bestia terra.* GREGOR. lib. 3. *Dialog. cap. 14.* Quibusdam maiora bona Deus dat, minora negat, vt semper animus eorum habeat vnde se reprehendat, & dum perfecti esse appetunt, nec possunt, minimè se extollant in his quæ habent, qui per se parua non habere valeant. Hinc est quodd fortes & potentes aduersarios extinxit, Philistæos, & Chanaanos diu referuauit, vt in eis erudiretur Israel, habens contra quos pugnaret, ne de maioribus deuidtis sese extolleret. Eadem ergo mens pollet ex virtute, læcessit ex infirmitate, vt dum quærit quod habere non valet, quod habet, humiliter seruet. Superna quoque regio in ciuibus suis ex parte damna pertulit, ex parte fortiter stetit, vt electi angeli dum alios per superbiam cecidisse conspicerent, tanto robustius quanto humilibus starent. Sic in vnaquaque anima agitur, vt maxima lucra conferant aliquando minima damna.

Defectus nobis tribuendi ex humilitate.

DEUTER. 15. *De primogenitis qua nascuntur, &c. Quidquid sexus masculini est, sanctificabis Domino Deo tuo.* GLOSSA ORD. Non tibi sed omnium largitori, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est. *INTERL. De primogenitis qua nascuntur,* id est, de primordiis bonæ voluntatis, & operationis. GLOSSA ORD. Quod autem leue in nostra cogitatione, vel maculosum in nostra conuersatione, vel claudum in operum progressionem, vel cæcum ignorantia mentis, aut aliqua parte deformem vel debile, non debemus Deo immolare, id est, imputare, sed nobis.

Humilitas necessaria.

DEUTER. 22. *Cum edificaueris domum nouam, & facies murum recti per circuitum.* *INTERL.* Cum virtutibus conuersationem propriam edificaueris, facies munimen, id est, humilitatis custodiam, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus. GREGOR. Ne effundatur per inuiriã, atque desidiã. Vnde qui virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat.

Humilitas assepte rida.

43. **I**OSVE 11. *Equos eorum subneruabis, & currus eorum igne combures.* ORIGEN. Hom. 15. Est enim equus lasciuu motus animal, & superbiæ ceruicis, &c. Saliator super alium sedet, nunquam super equum. Qui ergo super alium sedet exterminat currus, & equos, id est, fastum superbiæ. *AVGVST. Tract. 45. super Ioan.* Humilis est ianua Christus. Qui intrat per hanc ianuam, oportet humiliter se, vt sano capite possit intrare. [*Ego, inquit, sum ostium.*] Iste humilis Dominus iubet, *Equos eorum subneruabis,* id est, omnem elationis spiritum ressecabis, vt exponit *ORIGEN.*

Humilitas necessaria.

44. **I**OSVE 16. *Habitauitque Chanaanum in medio Ephraim usque in diem hanc tributarius.* *INTERL.* Sæpe vitia minima referuantur, vt virtutes maximæ in humilitate habeantur, & vitia maximè prestantur. *GREGOR. 4. Moral. cap. 22.* Sæpe in magnis virtutibus terram promissionis ingredimur. Quia spe intima de æternitate roboramur, sed dum inter alta & sublimia quædam parua vitia retinemus, quasi Chanaanum viuere in terra nostra concedimus. Qui tamen tributarius efficitur. Quia hoc ipsum vitium quodd subicere non possumus, ad vsum utilitatis nostræ humiliter retorquemus, vt de se mens, in summis, vilia sentiat, quæ suis viribus contra parua quæ appetit, non expugnat. Vnde bene rursum scriptum est: *Hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israel.* Ad hoc enim quædam vitia minima retinentur, vt se nostra intentio sollicitam semper in certamine exercent, ne de victoria superbiat, cum in se hostes viuere sentiat, à quibus adhuc vinci formidat. *ISRAEL* ergo referuatis gentibus erudit, cum in quibusdam minimis vitiis elatio virtutis nostræ comprimitur, & in paruis sibi resistentibus discit, quod ex se maiora non subegit.

Humilitas commendatur.

45. **I**OSVE 19. *Cumque compleisset forte dividere terram Iosue filio Nūn in medio sui.* *ORIGEN. Hom. 24.* Vide mansuetudinem, & humilitatem Iesu. Ipse dedit hereditatem omnibus filiis Israel, & se in nouissimis referuauit, & voluit esse omnium nouissimus, vt esset omnium primus, nec sibi hereditatem præsumit, sed à populo accipit cui dedit: Vt illud præceptum seruemus *Eccles. 1.* [*Quanto maior es, humiliã te in omnibus.*] & illud: [*Rectorem te constituerunt, &c.*]

Humilitatis fortitudo.

46. **V**DIC. 1. *Qui montana possedu, nec potuit delere habitatores vallis.* Superbi qui habitant in montibus excelsis, facile vincuntur, non autem humiles, qui habitant in vallibus. *Iudicum 6.* dicitur: *Kado in hac fortitudine tua & liberabis Israel, &c.* Quænam est hæc fortitudo, nisi humilitas eius? Vnde sequitur: *Ecces familia mea infirma est in Madasse, & ego, munitus in domo patris mei.*

Humilitas Deo & hominibus grata.

47. **V**DIC. 9. *Nunquid possim desere vinum meum? quod lætificat Deum, & homines, & invidiosa cætera promoueri?* Vitis humilitatem significat (ait *GLOSSA MORAL.*) quæ licet non possit sustineri, sed ab alio suscitatur, tamen ex ea fructus optimus producitur, nepe vinum quod lætificat Deum, & homines. Humilitatis enim fructus est valde placere Deo, & hominibus: propter quod beata Virgo, propter humilitatem, in partem Dei fuit electa sicut ipsa dicit: [*Quia respexit*

humilitatem ancilla: fug, ecce enim ex hoc,] &c. Ideo humiles renouunt inter ligna cætera promoueri, id est, præfesse reliquis.

Humiles seipfos deiciunt.

RVTH 1. *Ne vocetis me Noemi, id est, pulchram, sed vocate me maram, id est, amarã.* Hæc vox iustorum est in presenti vita: licet enim aliis pulchri sint, sibi deformes semper videntur. Modò enim cortina latent sub sagis; & Gedeon tanquam panis sub cineribus visus est: & in *Apoc.* [*Factus est sol tanquam sagus cilicinus.*] [*Nigra sum*] dicit sponsa. & *Propheta:* [*Adolescentulus sum ego, & contemptus.*] & *1. Reg. 4.* Quidam dicebat nuri Heli sacerdoti: *Ne timeas, quoniam solum peperisti, illa verò non respondit, nec animaduertit, sed vocauit puerum, Ichabod;* id est, inglorium. *LYRAN.* Quia verè humilis quammis pariat fructum magni meriti, nullam tamen inde gloriam attribuit sibi, sed tantum diuinæ virtuti; iuxta illud: [*Hæc omnia cum feceritis, dicite, quia serui inuitiles sumus.*] De quibusdam penitentibus dicitur, *1. Regum 7.* quod *hauerunt aquam & effuderunt in conspectu Domini.* *GLOSSA ORD.* Quia sicut effusa aqua non redit, sic nec ipsi redirent ad idololatriam. *LYRAN.* Vel quia sicut aqua effusa ad nihilum valet ultra, nihil se esse in conspectu Domini fatentur. Saul quamdiu humilis fuit, de eo dicitur, *1. Reg. 10.* quodd solum manifestauit ea quæ ad humilitatem pertinebant: dicitur ibi: [*Indicauit nobis quia inuenit essentiam anime, de sermone autem regni, non indicauit ei.*]

Humilitas exaltatur.

1. REGVM 9. *Nunquid filius Iemini; id est, Beniaminita, ego sum?* (ait Saul) & de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima, &c. Adeo humilis erat, vt *1. Regum 13.* comparatur infanti, filius vnius anni, erat Saul cum regnare cepisset. *INTERL.* Id est, humilis tanquam paruulus & lactens: & quanto humiliãuit seipsum, tanto sublimãuit eum *Propheta.* *Primo, Assumensque Samuel Saulem, & puerum, intradaxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant inuerti.* & postea Deus ipse per eundem *Prophetam,* *1. Reg. 15.* *Cum esses paruulus in oculis meis, capui in tribus Israel factus es, unxi que te Dominus in regem super Israel.* *GREGOR. Hom. 7. in Euangel.* Cum te paruulum conspiceret, ego te præ cæteris magnam feci, quia verò te magnum conspicias, à me paruulus estimaris. *Dauid* contra magnus potentia regni ait, *2. Regum 6.* *Ludã & vltior tiam, plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis.* Si ergo sancti etiam cum fortia agunt, de semetipsis vilia sentiunt, quid dicturi sunt qui sine operibus intumescunt? Quælibet autem opera nulla sunt, nisi humilitate condiantur. Non ergo aspiciamus quibus iam superiores, sed quibus adhuc sumus inferiores, vt ad maiora, & semper ex humilitate ascendamus. *Idem lib. 24. Moral. cap. 16.* Paruulus est in oculis suis, qui dum se considerat, imparè alienis meritis pensat. Nam grandem se conspicit, qui super aliena merita se extendit. Saul fastu potestatis intumuit; *Dauid* verò semper de se humilia sentiens, & eidem Sauli se comparatione postponens; postquam ferendi locum inuenit, pepercit, & se uienti aduersario se humiliter prostrauit, dicens: *Quem persequeris rex Israel, quem persequeris? Canem mortuum, & pulicem vinum?* Iam tamen in regem vnctus fuerat, iam didicerat quodd Saule reprobatò seruabatur ad regni gubernacula. Discant ergo quomodo humiliãri proximi debeant, qui adhuc in quò loco habeantur, apud Deum, nesciunt: Si electi se illis humiliãnt, quibus se iam antepositos sciunt. Hoc autem est electorum de se sentire iusta quam sunt.

Humilis, vilis caput reputari, non humilis.

50. 1. REGVM 15. Peccanti sed honora me coram senioribus. BERNARD. Appetere de humilitate laudem, non humilitatis virtus, sed subuersio. Verus humilis, vilis vult reputari, non humilis predicari. Quid peruersius, quidve indignius, vt humilitatis custos confessio, superbia militet, & inde velis videri melior, vnde videris deterior? Mirabile iactantia virus, vt non possis putari sanctus, si non appareas sceleratus. Culpabilis certe fuit confessio Saulis, quae culpam non diluit, sed iram prouocauit. Omnino non poterat non placari Deus, si quae in ore sonuit, in corde radialset humilitas; quando enim humilem contemneret humilitatis magister, & cui humilibus dare gratiam ingentium est!

Humiles se deiciunt.

51. 1. REGVM 24. Quem persequeris rex Israel, quem persequeris? Canem mortuum persequeris, & pulicem vnum. INTERL. Ignobilem, impotentem. Hoc modo seipfos deiciunt humiles. ABRAHAM: [Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis.] Paulus, abortiuus & minimus Apostolorum, & Ecclesiae persecutor. Job. [Homo natus de muliere, repletus multis miseriis.] Baptista: [Ego vox.] Vnde CHRYSOST. Homil. 26. in Math. Ille est maximè seipsum sciens qui se esse nihil existimat. PLUTARCH. Si te ipsum intus aperueris, varium quoddam ac multis repletum malis penum reperies, ac mundum quendam miseriarum reconditum.

Idem.

52. 2. REGVM 6. Saltabat Dauid totis viribus ante Dominum. GALERID. In saltu nunc summa petimus, nunc ad imare dimus. Sic agit qui contemplatur diuina, & humiliatur iterum ad intruenda, vel agenda humana. Ascendat homo vt ei Deus dulcescat, descendat, vt sibi ipsi vilescat. Ludam (inquit Dauid superba Michol) & vltor fiam, & ero humilis in oculis meis. Gemina hac virtus humilitatis necessaria, alioquin si foris se magnificat qui vilem intus se reputat, aut intus, nescit apud se, qui foris vilescit, pondus & pondus vtrumque abominatio est apud Dominum. Sequitur: Ante Deum qui elegit me. Magnus est què humiliat exaltatio, malus quem nec humiliatio. Sapiens in vtroque humilis est. deuotus, in quibus duobus est descensus saltationis, & ascensus; si quidem nec vana laetitia, nec tristis humilitas est accepta. Sicut enim videtur pretiosior humilitas in exaltatione, sic in humilitate deuotior.

Humilitatis fortitudo.

53. IBIDEM GREGOR. 27. Moral. cap. 27. Liber intruere quanta virtutum munera Dauid perceperat, & in omnibus quam fortem se in humilitate seruabat. Quem non extolleret ora leonum frangere; visorum brachia dissipare; despectis fratribus eligi; reprobato rege, in regem vngi; horrendam Goliath vno lapide sternere; promissum tandem regnum percipere; totum Israel sine contradictione possidere: cum tamen arcam Dei in Ierusalem reuocet, oblitus se prelatum, omnibus populis admixtus, ante arcam saltat: & quia coram arca saltat in diuino obsequio se per saltum rotat. Coram Domino egit debilia, vel extrema, vt illa humilitate se solidaret, qui coram omnibus gesserat fortia. Quid alij sentiant, ignoro. Ego Dauid saltantem plus stupco, quam pugnatem: pugnando, hostem subdidit; saltando coram Domino, seipsum vicit; & cum despiceretur, dixit: Ludam, & vltor fiam plusquam factus sum. Quasi diceret, vilescere coram hominibus appeto, quia seruare mihi coram Do-

mino per humilitatem regnum quaero. Sunt qui de se humilia sentiunt, & in honoribus positi, nihil se esse nisi puluerem perpendunt, sed hominibus viles apparere refugiunt. Sunt qui viles hominibus videri appetunt, sed intus ex merito ostensa vilitatis intumescunt, & tanto corde elati sunt quanto in specie elationem premunt. Vtraque elationis bella magna Dauid circumspectione deprehendit, mira virtute superauit. Qui enim de se intus humilia sentiens, honorem exterius non quaerit, dicit, Ludam & vltor fiam; & quia per hoc vilem se exterius praebuit, interius vero non intumescit, adiungit: Eroque humilis in oculis meis. Quasi dicat: Qualem me exterius despiciens exhibeo, talem interius attendo.

Humilitas custos virtutum.

54. 2. REGVM 7. Ecce sermo Domini ad Nathan, &c. GLOSSA ORD. Ex hoc patet quod prophetiae spiritus prophetarum mentes non semper irradiat. Spiritus enim vbi vult spirat. Hinc Elifaeus ait, 4. Reg. 4. [Dominus celauit in me, & non indicauit mihi.] Quod Deus ex dispensatione pietatis disponit, quia dum prophetiae spiritum dat, & subtrahit, prophetantium mentes eleuat in celsitudine, & custodit in humilitate, vt accipientes spiritum, inueniant quid de Deo sint, & rursus pro, haec spiritum non habentes, cognoscant quid sint de semetipsis.

Vt humiliemur, & peccata, & tentationes permittit Deus.

55. 2. REGVM 11. Vidit mulierem se lauante ex aqua. BERNARD. GREGOR. lib. 3. Moral. cap. 10. Fit plerumque vt nonnulli post superbiam in luxuria corruentes ex aperto casu, malum culpae latentis erubescant, & tunc etiam maiora corrigant cum prostrati in minimis grauius confunduntur. Reos enim se inter minora conspiciunt, qui se liberos inter grauiora crediderunt. Ecce qui de virtute se extollit, per vitium ad humilitatem redit. Quid est virtus nisi medicamentum? & quid est vitium, nisi vulnus? Quia ergo nos de medicamento vulnus facimus, facit Deus de vulnere medicamentum, vt qui de virtute percutimur, vitio curemur. Nos namque virtutum dona retorquemus in vsum vitiorum, ille vitiorum illecebras assumit in arce virtutum, & salutis statum percutit, vt seruet, vt qui humilitatem currentes fugimus, ei saltem cadentes haereamus. & infra cap. 13. Erudientes electos suos Dominus tentatori subiicit: sicut Paulo Satanæ Angelus datur, ne reuelationum magnitudine extolli potuisset; sed ipsa hac tentatione disponitur: vt qui elati perire poterant, humiliati à perditione seruentur.

Idem.

56. 3. REGVM 19. Timuit ergo Elias, & surgens abiit. Quocumque eum ferebat voluntas. GREGOR. 19. Moral. cap. 5. Sancti viri, qui subleuante spiritu ad summa rapiuntur, quandiu in hac vita sunt ne aliqua elatione superbiunt, quibusdam tentationibus reprimuntur, vt nequaquam tantum proficere valeant, quantum volunt, sed ne extollantur superbia, fit in eis ipsarum quaedam mensura virtutum. Hinc est quod Elias cum tot virtutibus in alta profecisset, quadam mensura suspensus est, cum Iezabel postmodum, quanuis reginam, tamen mulierculam, fugit. Perpende quippe hunc mirae virtutis virum igne de caelo trahere, & secundò, quinquagenarios viros cum suis omnibus petitione subita concremare, verbo caelos à pluuiis claudere, & rursus aperire, fuscitantem mortuos, futura quoque prauidentem, & ecce rursus animo occurrit, quo pauore ante vnam mulierculam fugit.

fugit. Considera virum timore percussum de manu Dei mortem petere, nec accipere; de manu mulieris, mortem fugiendo vitare. Vnde ergo sic potens, vt tot illas virtutes faciat? Vnde sic infirmus vt ita illam foeminam pertimescat? Nisi quia dispensatione super-naturae mensura libraminis occulta appenduntur, vt ipsi sancti Dei homines, & multum valeant per potentiam Dei, & rursus quadam mensura moderati sint per infirmitatem suam. In illis virtutibus Elias, quid de Deo acceperat, in istis infirmitatibus, quid de se esse poterat, agnoscebat. Illa potentia virtutis fuit; ista infirmitas custos virtutis. In illis virtutibus ostendebatur quid acceperat; in istis infirmitatibus hoc quod acceperat, custodiebat. In miraculis monstrabatur Elias, in infirmitatibus seruabatur.

Humiles seipfos deiciunt.

57. IBIDEM. Quod cum audisset Elias, operuit vultum suum pallio. GREGOR. lib. 5. Moral. cap. 27. Qui verba Dei in aure cordis percipit, necesse est vt faciem velet. Quia dum per supernam gratiam ad altiora intelligenda ducimur, quanto subtilius leuamur, tanto semper per humilitatem nosmetipsos in intellectu nostro premere debemus, ne conemur plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: ne dum nimis inuisibilia discutimus, aberremus. Aurem enim intendere, & faciem operire, est vocem interioris substantiae audire per mentem, & tamen ad omni specie corporea oculos cordis auertere, ne quid sibi in illa corporeale animus fingat, quae vbiq; tota, & vbiq; incircumscripita est.

Christi humilitas imitanda.

58. 4. REGVM 5. Vade & laua te in Iordane, & recipies sanitatem caro tua, atque mundaberis. BERNARD. Elifaeus noster Naaman leprosum septies in Iordane mergi praecipit, qui interpretatur descensus eorum in humilitate Domini Iesu Christi, quo à septemplex lepra purgamur. Septemplex enim occupauit nos lepra superbiae, in proprietate possessionum, in gloria vestium, in voluptate corporum, in ore dupliciter, similiter in corde. Id est, à lepra domus & possessionum mundamur, si mergimur in Iordane, id est, in Christi descensu. Descendit enim ab inenarrabilibus caeli diuitiis, & veniens in mundum, nec istas qualescumque diuitias habere voluit, sed tanta paupertate venit, vt natus continuo poneretur in praesepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Qui bene mergitur hic, quandoque quaeret diuitias huius mundi? Et verè magna abusio, nimis magna, vt diues velit esse vermiculus vilis, propter quem pauper esse voluit Deus Sabaoth, & Dominus maiestatis. Secundò, in lepra vestis omnem mundi huius intellige vanitatem. Ab illa in Iordanis mersione mundaberis, si inuenieris Christum pannis vilibus involutum, factumque opprobrium hominum, & abiectionem plebis. Tertiò, à lepra carnis mundaberis in ipso Iordane, si bene cogitantes Dominicam passionem, erubescimus sequi corporis voluptatem. Quartò, in ore vt diximus duplex est lepra; impatientiae scilicet & iactantiae; impatientiae in aduersis, iactantiae in prosperis. Sed à prima mundamur si illum attendimus qui tanquam ouis ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum. A secunda mundamur, si imitemur illum qui non querebat gloriam suam. In corde est duplex lepra, propria voluntas, & proprium iudicium; lepra vtraque nimis pessima, eoq; deterior, quo interior. Vide, verbo, Voluntas, num. 4. & 6. Iudicium proprium. Haec est immundissima lepra animi propter quam in Iordane mergi oportet, & imitari eum qui non venit facere voluntatem suam. Septima lepra

consilij proprii, eo perniciosior est, quo magis occulta, & quanto ea quis abundat, tanto sibi sanior esse videtur. Mergere enim in Iordane quicumque huiusmodi es, & attende quid fecerit magni consilij angelus: Inuentus enim in medio doctorum audiens eos, & interrogans, quando increpatus est à matre, etiam mox quod coeperat intermisit. Quisnam iam non erubescat obstinatus esse in consilio suo, quando consilium suum sapientia ipsa deseruit? Cum ab his septem purgatus fuerit, æger quasi post septem sellas, quaerat quadam fercula, Spiritus sancti scilicet dona.

Humilitas exaltatur.

59. 1. PARALIP. 13. Porrò Dauid, & vniversus Israel debeant coram Deo omni virtute. GREGOR. Dauid qui coram arca humiliter saltare non erubuit, mox promissionem filij Dei de sua stirpe nasciturus suscipere meruit. Et coniux quae humilitatem despexit, perpetuae sterilitatis poenas luit, & sequitur: Et timuit Dauid tunc temporis Deum, dicens: quomodo possum ad me introducere arcam Dei? Nota humilitatem Dauid. Iudicauit se peiorem quam Oza, quasi dicens: Si, Oza ita punitus fuit, quomodo ego audebo introducere arcam Dei in domum meam?

Humilitatis fortitudo.

60. 2. PARALIP. 6. Si quidem fecerat Salomon basim aeneam, &c. stetitque super eam, & deinceps flexis genibus, &c. & palmis in caelum leuatis, ait: Domine Deus Israel, &c. INTERL. Basim aeneam, id est, verae humilitatis soliditatem quam Christus verbo docuit, & exemplo ostendit. 2. Paral. 12. Consternatiq; principes Israel, & rex, dixerunt, iustus es Domine, &c. Quia humilitati sunt non disperdam eos, daboque eis paucillum auxilij: & infra: Veruntamen quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira Domini, nec deleri sunt penitus.

Gradus humilitatis ad caelum pergentes.

61. 2. ESDRÆ 3. Usque ad gradus qui descendunt de ciuitate David, scilicet edificauerunt muros. INTERL. Gradus qui descendunt, sunt auxilia diuinae inspirationis, vel protectionis, vel incrementa bonorum operum quae per humilitatem fiunt. GLOSSA ORD. Ad ciuitatem Dauid ascendimus, cum diuina nos pietas ordinem docuit virtutum quibus caelestia petimus, cum ipsas virtutes exequenti, nobis donum tribuit: Vnde Psalm. 83. [Ascensiones in corde suo disposuit.] & paulo post: [Ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion.] Quos gradus maximè in humilitate consistere pater BENEDECT, intelligit, cum in scala Patriarchae Iacob ostensa, Angelis per eam ascendebat, & descendebat, iter nostrum ad caelestia designatum interpretans, gradus ipsius, Ecclesiae incrementis, & profectibus bonorum operum quae per humilitatem fiunt, comparat.

Humilitas Deo grata.

62. 4. ESDRÆ 8. In hoc mirabilis es coram altissimo, ait Angelus Esdræ quoniam humiliasti te, sicut decet te, & non iudicasti te vt inter iustos plurimum glorificeris: propter quod miseria multa & miserabiles efficiuntur eis qui habitant seculum in nouissimis, quia in multa superbia ambulauerunt.

Humilitas commendatur.

63. TOBIÆ 1. Cumque esset iunior omnibus in tribu Nephthali. INTERL. Aliter, Minor in oculis suis. Vnde quanto maior es, humiliata te in omnibus, nihil tamen puerile gessit in opere. GLOSSA ORD. Iam illud Apostolicum gerebat in pectore. [Nolite pueri officii sensibus, malitia autem paruuli estote.] 1. Cor. 14.

Hoc autem secundum illos dictum est qui incedebant in mandatis Domini sine querela. *Hæc illa.* Ac si dicat. Hic non agitur de ætate Tobie, sed de profectu spiritali etiam inter valde proficientes. Vnde infra. [Hæc & his similia secundum legem Dei paruulus obseruabat.]

Idem.

64. **T**OBIE II. *Et cepit albugo ex oculis eius quasi membrana cui egredi.* GLOSSA ORD. Albugo designat stultitiam populi sibi placentis, habentis zelum Dei, sed non secundum scientiam, de quibus dicitur: [Suam iustitiam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.] Pupilla enim nigra videtur, alba tenebrosa est. & qui sibi sapientes videntur, & dicunt, [Nunquid & nos sumus cæci?] in eis veritas non est: qui autem fragilitatis & ignorantie conscij, dicunt: [Domine Deus illumina tenebras meas,] à Domino illuminantur.

Humilitas commendatur.

65. 2. **M**ACHAB. 7. *Deducebant sextum, & hic mori incipiens, sic ait. Noli frustra errare, &c.* CYPRIAN. lib. 6. *de exhortatione martyrij cap. 11.* In sexto verò non virtus sola sed humilitas prædicanda est. Nihil sibi martyrem vindicasse, nec confessionis suæ honorem superbis vocibus ventilasse, peccatis potius suis ascripsisse quòd persecutionem à rege pateretur, Deo verò dedisse, quòd postmodum vindicaretur. Docuit esse martyres verecundos, de vltione fidere, & nihil in passione iactare.

Idem.

66. 1. **M**ACHAB. 13. *Ad memoriam æternam.* Non honoris gloriæque inanis studium ostendit Simon, sed veram solidamque bonis iustisque rationibus quæsiuit. Vnde *Sapiens*: [Melius est nomen bonum quam diuitiæ multæ.] *AVGVST. lib. contra Secundinum cap. 17.* Qui amat, inquit, honorem, Deum imitatur, sed humiles animæ in illo se honorari volunt, superbiæ præ illo.

Humilitas necessaria.

67. **T**OBIE 4. *Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas.* AVGVST. *epistola 56.* Non aliam tibi ad capeendam, & obtinendam veritatem viam munias quam quæ munita est à Christo. Ea est autem prima, humilitas; secunda, humilitas; tertia, humilitas, & quoties interrogarer, hoc dicerem. Non quòd alia non sint præcepta quæ dicantur, sed nisi humilitas omnia quæcumque benefacimus, & præcellerit & comitetur, & consecuta fuerit, & proposita quam intueamur, & apposita cui adhareamus, & imposita qua reprimamur, iam nobis de aliquo benefacto gaudentibus, totum extorquet de manu superbia. Vitiâ quippe cætera in peccatis, superbia verò etiam in benefactis timenda est, ne illa quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur.

Cognitionis sui utilitates.

68. **Q**UOD COGNITIO sui est prima scientia quam discere debemus, & quòd multum iuuat ad humilitatem & ad cognitionem Dei; vide, *Sapientia*, num. 32. ex *Bernardo*; & num. 33. quòd sit scientia sanctorum.

Rara humilitas honorata.

69. **G**REGOR. lib. 2. *Epistola 24. ad Eusebium.* Non grande est iis nos esse humiles à quibus honoramur: quia & hoc sæculares quilibet faciunt, sed

illis humiles maximè esse debemus à quibus aliquid patimur.

Quis electus debet se omnium nouissimum reputare.

LVCAE 14. *Si inuitatus fueris ad nuptias, &c.* BERNARD. Si in quo statu vnumquemque nostrum habet Deus, liquidò cognoscemus, nec supra nec infra secedere debemus, veritati vtrique acquiescentes. Nunc quia consilium hoc posuit tenebras latibulum suum, & sermo Domini absconditus est à nobis, & nemo scit vtrum sit dignus amore an odio, iustius tutiusque iuxta veritatis consilium, nouissimum locum nobis eligimus; de quo postmodum cum honore superius educamur, quam præsumimus altior, de quo cedere mox oporteat cum rubore. Non est periculum quantumcumque te humiles, quantumcumque reputes minorem quam sis, hoc est, quam te veritas habeat. Est autem grande malum horridumque periculum, si vel modicè plúve extollas, si vel vni in cogitatione tua te præferas, quem fortè parem veritas indicat, aut etiam superiorem. Velat si per ostium transcas, cuius superliminare nimirum bassum sit: non nocet quantumcumque te inclinaueris, nocet autem plurimum, si vel transuerfi digiti spatium plusquam ostij patitur mensura, crexeris: Ita in animâ non est timenda quantalibet humilitatio; horrida autem nimiumque pauenda vel minima temere præsumpta erectio. Ideo noli te homo comparare maioribus, noli minoribus, noli alicui, noli vni. Quid scis ò homo, si vnus ille cuius vitam sceleratissimam ac singulariter foedissimam horres, & propterea illum putas spernendum, non solum præ cæteris, sed etiam præ omnibus sceleratis? quid scis, inquam, si melior & te, & illis in se quidem futurus sit, in Deo verò iam sit? Et non medicorem, non vel penultimum, non ipsum inter nouissimos eligere nos locum voluit: sed, *Recumbe*, inquit, *in nouissimo loco*, vt solus scilicet omnium nouissimus sed eas, tēque ne minimo non dico præponas, sed nec comparare præsumas.

Numerus 71.

QVÆ SINT signa electionis Dei ad gloriam, vide, *Prædestinatio*, num. 5. ex *Bernardo*: & de electis Dei vide, *Iusti*, vel, *Sancti*.

Humilis non extollitur de alienis.

MACHARIUS *hom. 15.* Quemadmodum si rex apud quandam egenum, thesaurum suum depositis qui accipit custodiendum, non reputat illum vt suum, sed vbiq; fatetur inopiam suam, nec audeat dispergere quidpiam ex alieno thesauro, semper hoc habens in animo quòd non solum thesaurus est alienus, sed quòd rex & vir summæ potentie deposuit illum apud se, qui quando volet à se reperet: eiusdem debent esse sententiæ qui gratiam Dei sunt adepti, nempe vt humiliter de se sentiant, & mendicitatem suam constentent. Quemadmodum enim mendicus qui thesaurum à rege depositum accepit, si de alieno thesauro confidens, tanquam de propriis operibus extollatur, & superbiam cor eius concipiat, aufert ab eo rex thesaurum suum, & qui loco depositi illum acceperat, talis manet, qualis erat antea, nempe mendicus: Ita qui gratia Dei sunt præditi, si efferantur, & superbiam eorum corda concipiant, tollit ab eis Dominus gratiam suam, & tunc remanent ij qui prius erant, antequam à Domino gratiam accepissent.

Idem.

AMBROS. lib. 1. *de Virginitate.* Apes illa sapiens, cum aëris motus suspectos habet, lapillis saepe sublatris

sublatris, per inania se librat nubila, ne leue alarum remigium præcipitent flabra ventorum. Paulus & Barnabas putauerunt se grauari, cum cernerent se adorari. & tu caue illius apiculæ modo, ne alarum tuarum volatum aura mundi huius extollat.

In humilibus thesauri concupiscibiles.

74. **M**ACHARIUS *hom. 34.* Vt putre marisupium margaritis plenum: Ita Christiani quoad hominem exteriorem humiles esse debent & contemptibiles, intus verò in homine interiori pretiosum margaritum obtinent. CYPRIAN. *de singularitate clericorum.* Acritus diuitibus quam pauperibus inuidetur; & non in inopes, sed locupletes inquietat infestatio saua latronum. Plus duces & principes quam milites ab hostibus appetuntur in pugna, & violentius propulsantur ventis & turbinibus culmina quæcumque sunt altiora: Ita magis magisque quo plus cæteris vnusquisque potest, sciat esse sibi metuendum, ne in aliquo minoretur.

Humilitas exaltatur.

75. **H**IERON. *in epistola ad Eustochium.* Hæc sicut hinter multas gemmas pretiosissima micat, & iubar solis paruos igniculos stellarum obruit, & obscurat: Ita cunctorum virtutes, & potentias sua humilitate superauit, minimaque fuit inter omnes, vt omnium maior esset, & quanto plus se deiciebat, tanto magis à Christo subleuabatur, latebat, & non latebat: fugiendo gloriam merebatur, quæ virtutem quasi vmbra sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contemptores.

Humilitas sectanda.

76. **B**ASILIVS *in regulis fusius disputat. interrogatio- ne 22.* Vt qui studiosi gloriæ sunt, ex amictu etiam vestimentorum gloriæ sibi soliti sunt aucupari, nempe qui ex illorum magnificentia splendoreque spectabiles se, & in admiratione esse cupiant: Sic videlicet qui ob vitæ humilitatem, in infimum seipsum abiecerit, in his quoque quod omnium infimum est, consecrari debet.

In humilitate vera sapientia.

77. **M**ATTH. 19. *Sinite paruulos venire ad me: talium est enim regnum caelorum.* CHRYSOST. *hom. 32. operis imperfecti.* Qui casti sunt ex virtute, sicut pueri casti sunt ex ætate, tales sunt qui simplices oculos habent, sicut pueri, & non cognoscunt differentias personarum. Ecce enim puer si viderit hominem, nihil aliud videt in eo nisi hoc solum quia homo est, non dignitatem eius intelligit, non considerat vestem illius. Vir autem perfectus cum hominem viderit non aspicit quia homo est, sed statim cogitat de dignitate illius, & æstimat vestimenta ipsius. Vides ergo quia sapientior est imperfectus puer, quam perfectus vir. Vir enim non hominem aspicit quem fecit Dominus, sed ornatum quem Diabolus adinuenit. Puer autem non ornatum aspicit quem Diabolus adinuenit, sed hominem quem Deus creauit.

In humilitate magnanimitas.

78. **C**HRYSOST. *hom. 1. in 2. ad Corin.* Ille magnanimus est qui verè humilis est nullius adulator, nullius contemptor; alterum enim magnanimitatis, alterum stultitiæ est argumentum, quod hinc maximè constat. Sit quispiam qui lutum, lutum esse arbitretur, & tanquam lutum contemnat; alter lutum tanquam aurum & admiretur, & plurimi faciat, vter magnanimus est? Nunquid qui lutum nulla admiratione prosequitur? Vter humilis & abiectus? Nun-

quid qui admiratur? Eadem ratione hoc in loco considera, quòd qui se puluerem ac cinerem appellat, magni animi est, quod ex humilitate proficitur. Qui autem nec terram se, nec cinerem intelligit, sed intumescit, & maximam de se concepit opinionem, nonne hic omnium est vilissimus, cum minima magna esse sibi persuadeat?

Humilitas exaltatur.

CHRYSOST. *hom. 11. ad Ephes.* Quanto seipsum quis magis humiliauerit, tanto magis exaltabitur. Quemadmodum enim in aqua fit, quæ tanto altius ascendit, quanto illam quicquid ad ima deduxerit: & quantum quis ex intervallo iaculatus fuerit, tanto ponitur: Ita habetur animi humilitas.

Bona nostra per humilitatem occultanda.

GREGOR. *lib. 8. Moral. cap. 35.* Arbuta plantata, priusquam fixa radice coalescant, si manus concutiens tangit, arefacit. At si in altum radix figitur, & terræ humoribus conspersa, solidatur, hoc & manus impellit, sed non lædit, hoc & ventorum flatus inflectendo concutiunt, sed non evertunt: Ita ne eruat vita cæpti operis, diuturnæ ac robustæ in alto humilitatis figenda est radix cordis, vt cum ab humano ore detractionis vel fauoris aura flauerit, cæsi in quamlibet partem vtrumque incuruet, animum funditus non euellat, sed ad statum suum protinus post inflexionem redeat, si apud se fortis in radice perduret. Quid in rebus excrescentibus pariete surgente robustius? Qui tamen si dum construitur, impellatur, statim sine labore destruitur; si autem per spatium temporis ab humore suo exsiccati permittitur, saepe ex arietum ictibus minimè quassatur: sic bona nostra & intempestiue manifestata deperunt, & diutius occultata solidantur. CLIMACVS *de discretione gradus 26.* Omnium ferarum venenatarum sensibillum interemptor est ceruus: intellectuum verò humilitas interfector est. BEROALDVS *in summa virtutum.* Sicut species aromatica cum in puluerem rediguntur, vehementer redolent, ita hominis bona cum per humilitatem quasi comminuta fuerint, Deo sunt gratiora.

Humilitatis bona.

LAURENTIVS IUSTINIANVS *de institutione, & regimine palatorum cap. 9.* Quemadmodum ignorantia præsumptionem, ac præsumptio inducit casum: ita scientia humilitatem, ac humilitas augmentum parit gratiæ, additamentum luminis, perseuerantiam boni, spei delectabile gaudium, desiderium proficiendi, gustum sapientiæ, fidei constantiam, amorem patiendi, exultationem spiritus, mentis rectitudinem, iustitiæ zelum, sitim virtutum. *Idem de spiritali anima resurrectione.* Quemadmodum multis terrenis curis, ac carnis voluptatibus intendentes, per internam vocationem, mediante flagello, de mortis faucibus Dominus reducit ad vitam: ita quæ plurimos qui cor non habent elatum, veritatis suæ splendore irradians, ex gehennæ filii, regni sui, gratia cooperante, facit esse hæredes. BERNARD. IUSTINIANVS *in vita Laurentij Iustiniani.* Humilitas, torrenti similis est. Quemadmodum enim is ætate tenuior quasi serpit, hyeme verò atque vere inundat: ita etiam humilitas in prosperis quidem exigua est, in aduersis verò magnanima est.

Humilem Christum non nisi humilis apprehendit.

IBERN. Quid sibi vult quod præcinit Dominus vt conuertamur ad eum? Vbiq; enim est, omnia replet, & completur vnuerfa. Quæ me veritam, vt

conuertat ad te Domine Deus ? Consilium est istud, est secretū quod solis credatur amicis. Mysterium regni Dei Apostolis reuelatur in aure, [nisi cōuersi fueritis, inquit, & efficiamini sicut paruulus,] &c. Agnosco planē quā uelit ut cōuertamur, ad paruulum conuerti necesse est. Ad hoc siquidem paruulus datus est nobis. Quid tu inflaris ò homo? Quid extolleris? Sublimis quidem Dominus, sed non ita proponitur tibi: laudabilis magnitudo illius, non etiam imitabilis: eleuata est magnificentia eius & non poteris ad eam, nec si te rupetis, apprehendes. Excelsus quidem Dominus, sed humilia respicit. Humiliare, & apprehendisti. Hęc planē est lex pietatis. Si fortē sublimitatis esset uia propoſita, & illic iter quo ostenderetur salutare Dei, quanta facerent homines ut exaltarentur? Quam crudeliter inuicem sternerent? inuicem conculerent? quam impudenter reperent, manibus & pedibus conarentur in altum, ut imponerēt se se homines supra capita aliena? & certē qui contendit supergredi proximos, multas inueniet difficultates, multos habebit amulos, multos patietur contradictores, ascendentes equidem ex aduerso. Nihil uerò facilius est uolenti quam humiliare seipsum. Hoc uerbum est quod omnino nos reddit inexcusabiles, ut ne tenue nobis uelamen prætereare liceat.

Cognitio sui maximè amico necessaria.

83. ANTONIVS monachus serm. 59. *sententiarum.* Quomodo modum qui ualde febricitant, appetitum, & robur amittunt: sic qui principum aulis inhabitant; mentem & bonos mores perdere solent, nisi frequenter animo repetant hoc dictum, *Nasce te ipsum.*

HYPOCRISIS.

- Hypocrita intrinsecus peccatores. 1.*
- Hypocrita recipiunt hic mercedem suam. 2.*
- Hypocrita deceptor animarum. 3.*
- Hypocritarum fraus & simulatio. 4.*
- Hypocrita opera sua manifestant. 6.*
- Hypocrita sub specie boni decipit. 5. 7.*
- Hypocrita martyr Diaboli. 7. 9.*
- Hypocritarum pœna. 8. 9.*
- Hypocrita utitur veste commixta. 10.*
- Hypocritarum lacrymæ infructuosæ. 11.*
- Hypocrisis de remediis creat morbos. 12. 13.*
- Hypocrita similis sepulchro. 14.*
- Hypocrisis fugienda. 15.*
- Hypocrisis similis polypo. 16. 17. 18.*
- Hypocrita tantum sibi infert damnum. 19.*

Hypocrite intrinsecus mali.

1. ENES. 6. *Bitumine limies intrinsecus, & extrinsecus.* RABANVS. Bitumen, est feruentissimum & uolentissimum gluten, cuius est hæc uirtus, ut ligna quæ ex eo lita fuerint, nec uerbis exedi, nec solis ardore uel uentorum flatibus, aut aquarum possint assiduitate dissolui. ORIGEN. & AVGVST. Vult te architectus Ecclesie Christus non esse talem quales sunt illi qui de foris quidem apparent hominibus iusti, & corpore sanctum esse extrinsecus, & corde intrinsecus, purum, cautum uindique, & castitatis atque innocentie uirtute munitum. hoc est intrinsecus & extrinsecus bitumine esse oblitum.

Mercedem suam recipiunt hypocrita.

2. IBIDEM. *Trecentorum cubitorum erit longitudo, &c.* Per cubitum intelligit ORIGEN. cubitum geometricum qui continet sex cubitos communes. *Idem tenet AVGVST. 15. de ciuitate cap. 27.* Vnde colligitur arcam satis capace[m] fuisse omnibus animantibus, sed quaeritur, ait Augustinus, Quomodo arca tam magna, à quatuor hominibus, id est, Noe & tribus filiis suis, centum annis potuerit fabricari? Respondet: Quod si non potuit, non erat magnum fabros alios adhibere qui operis sui mercede accepta, non curauerunt utrum eam Noe sapienter, an uerò inaniter fabricaret. & ideo non in eam intrauerunt; quia non crediderunt quod ille crediderat. Hęc ille. Tales sunt hypocrite qui exteriori operando, bonum exemplum aliis tribuunt ut saluentur, & operis boni exterioris mercedem suam recipiunt, non tamen saluantur.

Hypocrita animarum deceptor.

3. GENES. 10. *Nemroth erat robustus uenator coram Domino.* AVGVST. Id est, contra Dominum. id est, leuans cor suum contra Dominum ALCVINVS. Robustus uenator, id est, hominum oppressor & extirpator, quos allexit, ut turrim contra Deum construeret. INTERL. Id est, animarum deceptor, quia cogebat homines ignem adorare coram Domino, id est, non ignorante Domino uel contra Dominum. CAIET. id est, contempto conspectu Domini, uel, coram Domino, id est, simulatè, ad significandum quod simulabat se esse Deicolam, inde autem exercebat tyrannidem. Sequitur: *Ab hoc exiit prouerbum, quasi Nemroth robustus uenator coram Domino.* CAIET. dici prouerbum putat uel de homine Dei contemptore, uel de simulatore, & hypocrita.

Hypocritarum fraus & simulatio.

4. GENES. 27. *Uenit germanus meus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam.* LIPOMAN. Triplex dicitur esse fraus. Una, eruditionis, qua Ioseph scyphum suum poni præcepit in sacco fratris; Alia, inspirationis, qua filij Israel mutuarunt ab Aegyptiis uasa aurea, & qua usus est Iacob hoc loco. Tertia, noticiæ deceptionis, qua propheta Bethel decepit uirum Dei de Iuda ut secum comederet: & hæc uitiōsa est (qualis etiam est hypocrisis) non autem alia duæ priores. Simulatio quoque quadruplex assignatur. Prima, prouidentia, & cautela. Sic Iosue cum suis, simulauit fugam. Secunda, doctrina, sicut Christus finxit se loquens ire quando iunctus est duobus discipulis in uia. Tertia, significationis, de qua est hic sermo. *De hac dicit AMBROS.* Bona & irreprehensibilis est rapina pietatis. Quia à diebus Ioannis Baptistæ [regnum cœlorum vim patitur, & uolenti rapiunt illud.] Vnde & fratrem Beniamin sanctus Ioseph piæ commento fraudis accersiuit, & tenuit. Quarta, duplicitatis, & calliditatis, cuiusmodi est, cum transfiguratur se quadoque angelus satanæ in angelum lucis, & hæc censetur culpabilis. Hęc hypocritarum est.

Hypocrita sub specie sanctitatis decipiunt.

5. GENES. 34. *Responderunt filij Iacob, Schem & patri eius in dolo.* RVPERT. Dolus in eo extitit quod sancta & uilia locuti sunt, non ut prosclytos ad salutem facerent, sed ut securos, & imparatos scituus occiderent, cuius quidem doli conscium uel participem non fuisse Iacob, eius uerba declarant: *Turbastis me, & odiosum me fecistis Chananaeis, &c.* & iterum *cap. 49. Simeon, & Leni uasa iniquitatis bellantia, in consilio eorum non uenit anima mea.* Sequitur: *Nec distulit adolescens, quin statim quod perebatur expleret:*

amabat

amabat enim puellam ualde. LIPOMAN. Abuti maluit fidei sacramēto quam carere sua libidine. Deo autem uehementer peccant qui quacumque ratione mysteriis sacrosanctis abutuntur, religionisque insigne profani suscipiunt. Locus hic contra illos est, qui Sacramentorum usum suis cupiditatibus, miris imposturarum modis seruire cogunt. Sequitur: *Si circumcidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes, substantia eorum, & pecora, & cuncta que possident, nostra erunt.* INTERL. Hi suadentes populo circumcisionem, designant quod & ministri satanæ, sicut princeps eorum, transfigurant se in ministros iustitiæ, ut decipiant animas superstitione sua. LIPOMAN. Plurimum facit ad docendum locus iste, quam dispar sanctorum ab infidelibus uita. Sancti enim laborant ad proximorum multorum uilitatem: Infideles autem, sua tantum curant, ambiunt aliorum diuitias, sacrosancta prophanant: fictas, non ueraces amicitias pollicentur. Non enim isti pro Dei amore, & cultu circumcisionis sacramentum assumpserunt, sed abusi sunt ad pietatem nocendi peregrinis.

Hypocrita opera sua manifestant.

6. 1. REGVM 13. *Percussit Ionathas stationem Philistinorum, &c. & Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebraei, & uniuersus Israel audiuu huiusmodi famam.* Hoc & hypocrite faciunt ut opera sua ad aures omnium perueniant; contra quos Dominus: *Cum facis elemosynam, noli tuba canere, &c.* Vide, uerbum, *Diuitia*, num. 3. ex Bernardo.

Hypocrita martyr diaboli.

7. 3. REGVM 18. *Dentur nobis duo bones, &c.* STEPHAN. Deus habet suam uictimam, diabolus suam. Qui enim macerant se, & labores sustinent, ut superiores efficiantur in hoc mundo, sicut hypocrite, sunt bos interfectus à prophetis Baal, qui superior interpretatur. Qui uerò pro Deo se mortificant, sunt bos mactatus ab Elia. *Et 3. Regum 21. Prædicatæ ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi, &c.* VATABL. Potest legi, Conuocate concionem. Maledicta hæc Iezabel tanquam hypocrita ieiunium, uel concionem assumit, tanquam laqueum quo iustum Naboth apprehendat. VATABL. Hoc dicit quod die ieiunii solerent inquirere flagitia, & facinora populi, & de ipsis perditis hominibus pœnas fumere.

Hypocritarum pœna.

8. 1. MACHAB. 5. *Audiuit Ioseph, & Azarias princeps uirtutis res bene gestas, &c. & dixit: faciamus & ipsi nobis nomen, &c. & fugati sunt, &c. & facta est plaga magna in populo.* GLOSSA ORD. Quid per hos nisi hypocritarum persona designatur? qui non simplici intentione, sed fastu arrogantia, uirtutes sanctorum imitari appetunt, sed de conatu suo non uera gloria, sed sempiterna sequitur ignominia? Sequitur: *Ipsi autem non erant de semine uirorum illorum per quos salua facta est in Israel.* GLOSSA ORD. Id est, non erant de numero electorum, qui spiritu Dei instigati opera uirtutum gerunt, & sic propria impudenti audacia tupter consuli, in extraneis cum peccatoribus gemunt.

Hypocrita martyr diaboli.

9. 1. MACHAB. 6. *Int Eleazarum, scilicet fratrem Iudæ, sub pedes elephantis, & supposuit se ei, & occidit eum, & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est.* GLOSSA ORD. Potest & non inconuenienter hæc res ad hypocritarum significationem transferri, qui dum configunt carnem (uerbi gratia) non se ab

spiritualibus nequitis bene obseruant; ita ut ab elatione, aut inuidia, aut cupiditate non caueant, & quasi vincendo vincuntur; quia dum alia uicia superant, in ipsa uictoria incauti ab aliis conuertuntur. HVGODFFOILBTO. Per Eleazarum, illi qui mundi fastum repudiant; per elephantem, superbia mundi designatur. Dum enim uelut asperitatem, uilitatem cibi libenter patimur, dum labore callosa squalet manus, & frigore cutis riget, & sole nigrescit, tunc Eleazarum elephantem occidit: cum uerò in huiusmodi fauorem quaerimus, tunc Eleazarum cadens, opprimit elephas.

Numerus 10.

10. QVOD hypocrita induitur veste commixta, contra quod præcipitur *Leuit. 19. uide uerbo, Vestes*, num. 6.

Hypocritarum lacrymæ infructuosæ.

11. ISAIÆ 15. *Agua Nemrim deserta erunt.* AILR. Nemrim, *pardus* interpretatur. est enim pardus animal maculosum, & uarium, quod uitæ & moribus congruit hypocritarum: cum foris candidi, intus sunt obsecuri, in quorum ueste uilitas, sed in mente cupiditas, & ut breuiter dictum sit, qui aliud agunt, & aliud simulant, in omnibus operibus suis uentum pascientes: [exitus aquarum deduxerunt oculi eorum,] sed aquæ istæ desertæ erunt, quando ueniens ille qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, lacrymas steriles, & infructuosas ob hominum tantum oculos exortas, omni gratia & remuneratione ostendet esse priuatas.

Hypocrisis de remediis creat morbos.

12. MATH. 6. *Nolite fieri sicut hypocrite tristes.* PETERVS RAVEN. Hypocrisis subtile malum, secretum uirus, uirtutum fucus, tinea sanctitatis: aduersa omnia palam impugnant hypocrite, & cauentur tam facile quam uidentur. Hypocrisis sua simulatione, arte crudeli uirtutes detruuncat, mucrone uictorum ieiunium ieiunio perimit, orationem oratione uacuat, misericordia miseratione prosternit. Hypocrisis cognata febris, frigidus poculo propinat ardorem; *exterminat facies suas:* hypocrisis dum cupit captiuare oculos, oculis fit ipsa captiua. Denique si facies ipsa exterminatur, ornamentum corporis quod manebit? Si lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ quantæ erunt? Proinde cauēda est pestilentia quæ de remediis creat morbos, conficit de medicina languorem. Sit ergo nostrum de simplicitate ieiunium ignotum (quantum in nobis est) hominibus, Deo notum. Thesaurum namque qui non absconderit, perdet. Virtutes proditæ non manebunt; uirtutes sicut proditores suos deserunt; sic suos instant custodire custodes.

Idem.

13. IBIDEM BERNARD. Non omnimodam in nobis tristitiam interdicit, sed quæ in facie est coram hominibus. Alioquin cor sapientis ubi tristitia: tristitia hypocritarum non in corde, sed in facie est: [exterminant enim facies suas.] Nota quod non dicit: Nolite esse sicut hypocrite, sed nolite fieri, hoc est fingi. Sic quippe uulgo dicitur: Tristem se facit, aut magnificat se, & similia quæ simulationis sunt, non ueritatis, *Faciem tuam lana.* Est autem facies quæ in facie est conuersatio, hanc fidelis Christianus lauat, ne quod offendiculum præbeat intuenti; hypocrita magis exterminat, dum singularia magis & inuistata sectatur. Sed nec caput vngit, cuius affectu elongatur à Christo, & uanis fauoribus delectatur, vngit potius semetipsum ut propriæ fragrantiam opinionis respergat, aut certè quia manifestum est non esse caput hypo-

critæ Christum: nec suum qualecumque caput vngere potest, cuius mens non propriæ testimonio conscientiæ, sed adulationibus demulcetur. Exterminant, inquit, facies suas. Vides quam breui sermone hypocritas & singularitatis notat, & arguit vanitatis.

Hypocrita similis sepulchro.

14. MATTH. 23. *Va vobis scribae, & Pharisei hypocritæ.* Quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris quidè apparent speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, omnique spurcitiâ. Sic & vos foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis fictione & iniquitate. CHRYSOST. *Homil. 45. Opera imperfecti.* Sicut sepulchrum quandiu clausum clausum est, pulchrum videtur à foris: si verò fuerit apertum, horribile est. Sic & simulatores bonorum, quandiu non cognoscuntur, laudabiles sunt: cum autem cogniti fuerint, abominabiles sunt.

Hypocritæ fugienda.

15. CYRILLVS IEROSOL. *Catechesi.* Cane simulatam mentem habere ô homo propter illum qui scrutatur corda & renes. Quemadmodum qui milites sunt conscripti, & ætatem & corpora deligendorum ad pugnam deligentes excutunt. Sic & Dominus delectum faciens animarum, voluntates illarum scrutatur: ac si quam hypocritam deprehenderit occultatam, reicit hominem, tanquam ad veram illius militiam non idoneum; si verò dignum inuenierit, huic libenter confert gratiam.

Hypocrite similes polypo.

16. BASIL. *Homil. 7. in Exameron.* Non silentio præterierim polypi dolos, ac furacitatem. Is cuiuscumque saxo adhæserit, colorem subit illius, atque adeo ut piscium complures ad ipsum de improbitate nantes, tanquam ad saxum appellant, paratamque sese offerant illi versuto malitiosoque prædam. Talibus eos moribus præditos esse constat, qui perpetuos potentatus subeunt, & ad vsus, necessitudinesque singulas occurrentes sese accommodant: nec in eadem semper voluntate persistunt, sed alij diuersique facile sunt: sobrietatem cum sobriis laudant, intemperantes sunt cum intemperantibus, atque ad id quod cuique placet, suam sententiam vertunt.

Hypocrite quibus assimilentur.

17. GREGOR. NAZIANZ. *Oratione in funere patris.* Quis magis superbiam castigauit, aut humilitatem dilexit? Nequaquam fidei, aut superficialiter, quemadmodum nunc multi se philosophari simulant, ac præstantes videntur, non secus ac mulierculæ insipientissimæ, quæ cum pulchritudine careant naturali, ad colorum fucos confugere solent, suntque (quoniam modo dicere debeo?) theatrales ornatissimæ, propter verecundiam inuerecundissimæ, & propter turpitudinem turpissimæ. Humilitas enim nequaquam illi in vestimento sita erat, sed in penetrabilibus animæ, quin nec ceruicis inflexionem mollem, aut vocis infractionem, seu vultus compositionem factam, aut incessus modum compositum, humilitatem esse iudicabat. Talia enim facile effinguntur, citò tamen redarguantur. Nihil enim simulatum, durable esse potest.

Idem.

18. CHRYSOST. *Sermon. de Ieiunio.* Hypocrita, id est, histrio, vocatur is qui in theatro alienam faciem sumit, vt seruus existens, se penumero Domini, & priuatus, regis. Sic & in hac vita ad suos mores, orchestras atque theatrum exercent ij qui alia corde ge-

rentes, alia extrinsecus hominibus præ se ferunt. *Et Homil. 57. de Diuersis.* Homo verè iustus, similis est pulchre mulieri, nihil exterorum indigenti, sed naturalem habenti pulchritudinem. Homo fidei iustus, hypocrita, similis est meretrici cuidam turpi atque deformi, multos tamen habenti fucos, nec tamen pulchritudinem obumbrare valenti, sed quanto quis propius accesserit, magis redargutioni obnoxia. *Idem homil. 30. quòd nemo laudatur nisi à seipso.* Sicut plerumque meretricis vultus cum turpis & fœdus est per naturam, fucis & coloribus pigmentatus prostituitur, ad decipiendos eos qui ignorant quæ fœditas sub velamine fuci illius contegatur: ita hypocrita. GREGOR. *lib. 7. Moral. cap. 15.* Struthio volandi speciem habet, sed vsus volandi non habet. Ita hypocritis cunctis intuentibus, imaginem de se sanctitatis insinuat, sed tenere vitam sanctitatis ignorat.

Hypocrita, tantum sibi infert damnum.

19. PETRVS CHRYSOL. *Serm. 7.* Agricola si non imprefferit cultrum, si sulcum non defoderit, si non exciderit sentes, si gramina non euulserit, si in tuto semina non locarit, sibi mentitur, non terræ, nec terræ facit damnum, sed sibi. Non facit fructum, & ita se vacuat, ita decipit, impugnat ita qui terræ manu fallaci mentitur. Quid faciet, quid habebit, quid inueniet, qui Deo, esuriente carne hypocriti luxuriante mentitur: sciat se sustinere laborem incassum, se nihil habiturum, qui premens icium ararum, & abscondens gulæ gramina, atque eradicans luxuriæ sentes, misericordiæ semina nulla iactauerit. BERNARD. *Sermon. de Benedictionibus, & GREGOR. 8. Moral.* Vt Simon Cyrenæus Christi crucem tulit angariatus, non volens: ita hypocritæ alienum opus pro Christo nolentes portant, opere exequentes foris, quod intus non auant.

IDOLOLATRIA.

Qualiter auaritia sit idolorum seruitus. Vide, Auaritia, 4. 12. 13. 22. 23. 24. 25. 26. 33.

Ad idololatriam Iudæi proueni. 1.

Idololatria primus auctor serpens. 2.

Primus idololatra Nemroth. 3.

Idololatria maximum peccatum. 3. 4. 13. 16. 17. 25.

Idola colere insanum. 5. 7. 12. 14. 15. 18. 22. 23.

24.

Idololatria pœna mors. 6. 10. 11. 17. 19. 23. 29.

Idololatria prohibetur. 8. 9. 11.

Impossibile est esse multos Deos. 9.

Idolum quid sit. 20.

Idololatra dicitur etiam peccator. 21.

Dij, & idola eorum mortua sunt. 24.

Maliitia praua est idololatria. 26.

Religio multorum Deorum impudica, & instabilis. 27. 28.

Idololatra in umbra mortis sunt. 29.

Ad idololatriam proueni Iudæi.

GEN. 1. *In principio creauit Deus calum & terram.* AVG. Per hæc verba intelligitur non solum quod sonant, sed etiam omnes creaturas inuisibiles & visibiles à Deo esse creatas. Per terram intelligit omnes creaturas visibiles, & per calum inuisibiles, vt puta Angelos. THEOD. Sed cur Moyses nihil certi de creatione Angelorum scripsit? Quia Iudæi quibus scripsit, proueni erant ad idolo-

idololatriam. Nam qui post tot ac tanta miracula, vitulum sibi in Deum conflauerunt, quid obsecro te, fecissent, si spiritualiū atque angelicarum naturarum cognitionem habuissent? Idcirco vsque ad profectio-nem Abrahæ ad neminem veterum illorum patrum per Angelos Deus locutus est. Idem sentit CHRYSOSTOMVS.

Idololatria primus auctor Serpens.

2. GENES. 3. *Eritus sicut Dij.* AMBR. In quo licet aduertere idololatriæ authorem esse serpentem, eo quòd plures Deos induxisse in hominum inueniatur errorem. RABAN. Numerositatem Deorum homini credendam proposuit, hac astutia, vt si forte ad inobedientiam illum pertrahere nequireret, fidei tamen quæ vnum Deum colebat, castitate corrumpere. Aliqui Hebræorum vertunt: *Eritus sicut Angeli.* In Chaldæo habetur: *Eritus sicut principes.* Et ita excusant parentes nostros a culpa Deitatis ab eis appetita.

Primus idololatra Nemroth.

3. GENES. 10. *Nemroth erat robustus venator coram Domino.* INTERL. Id est, animarum deceptor. Quia cogebat homines ignem adorare coram Domino, id est, non ignorante Domino, vel contra Dominum. LIPOMAN. *super Genes. 17.* Conuenienter circumcisio mandata est tempore Abrahæ, quando genus humanum ex infectione originalis peccati vsque ad profundissimum corruit vitiorum, puta, ad idololatriam, & vitia contra naturam. Tunc enim maxime indigebat remedio, scilicet promissione Christi, de sanguine Abrahæ nascituri, in quo à vitiiis mundandæ omnes gentes.

Idem.

4. GENES. 21. *Cum vidisset Sara filium Agar Aegyptia ludentem cum Isaac filio suo, &c.* HIERON. Dupliciter hoc ab Hebræis exponitur: siue quòd Ismael idola ludo fecerit, siue quòd aduersus Isaac ioco sibi, & ludo primogenita vendicaret: quod quidem Sara audiens, non tulit. *Hæc ille.* Forsitan ad hunc modum loquendi alludit Scriptura, cum dicit: [Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, id est, idolum colere.

Idola colere insanum.

5. GENES. 31. *Rachel furata est idola patris sui.* CHRYS. Vt sciamus quomodo filia paternam habentes adhuc consuetudinem, idolorum cultui addictæ erant: animaduerte quantum in hoc studij impederint, vt nihil aliud à patre auferre voluerint, quam idola eius, idque faciebant ignorante viro, vt infra dicitur, nec enim ille hoc permisisset fieri. GENNAD. Quantum ex diuina historia colligi potest, Lia longè magis pia fuit quam Rachel, quæ cum idola furata esset, non ea contriuit, sed secum in itinere tulit. Ideo existimandum est, Liam citius ex sterili fecundam effectam fuisse quam Rachel, eique concessum fuisse, vt vnà cum viro suo eodem in monumento condere-tur, sicut & Sara cum Abraham, & Rebecca cum Isaac. THEODOR. Ego verò contrarium sentio, scilicet ideo Rachel idola patris furatam fuisse, vt patrem suum à superstitione liberaret. Nam pietatem ipsius erga Deum Scriptura docet, cum ait: [Recordatus est autè Deus Rachel, & exaudivit illum;] & cum sterilem se esse cognosceret, Deū orauit; & cum peperisset, ait: [Abstulit opprobrium meum Deus.] Quòd autem idola patris furata sit, etiam magnum mysterium habet. Quia scilicet Ecclesia ex gentibus congregata, Seruatori Deo credens, maiorum suorum errores radicitus euellere conata est. CHRYSOST. O excel-

lètem insipientiam: tales sunt Dij tui, ô Laban, vt quis eos furari queat. Hi sunt Dij tui vt eos mulier furata sit, & se iuare non potuerunt. LIPOMAN. Et quomodo suos poterant custodire cultores, qui seipsos custodire nequibant?

Idololatria pœna mors.

6. NECETVR coram fratribus nostris apud quemcumque inuenieris Deos tuos. RYPER. Iusta quidem sententia. Nam si morte dignus est qui idola colit, quanto magis qui pro amore idololatriæ furum facit? Imò si iuste aliqui Iudæorum, sicut in lib. *Machab.* legitur, ideo corruerunt, quia sub tunicis suis habuerunt de donariis idolorum, quanto magis iuste necari debuerat qui ipsa furatus esset idola?

Idola colere insanum.

7. IBIDEM. *Abscidit idola subter frumenta cameli, & sedit desuper.* CHRYSOST. Audiant qui adhuc erroribus sunt addicti, & idololatriam magni faciunt, quid his magis ridiculum? quid stultius? Ratione præditi, & tantam à Deo assecuti dignitatem, lapides insensatos putant colendos? Vnde Paulus: [Quando gentes eratis, ad idola muta abducebamini, &c.] LIPOMAN. Certè parua illa reuerentia Rachel indicauit, quòd non vt Deos colendos credidit, sed pulchras imagines pro deliciis aspexit puerili more.

Idololatria prohibetur.

8. EXOD. 20. *Non habebis Deos alienos coram me.* ORIGEN. Secundum aliam literam. *Non erunt tibi Dij alieni præter me.* Ego auxilio indigeo ipsius qui hæc præcepit Dei, ad dicendum: & vos purgatoribus egetis auribus, ad audiendum. Si quis ergo vestrum habet aures audiendi, audiat. Tibi ô popule Israel qui pars Dei es, & funiculus hæreditatis eius effectus es, dicit Dominus: *Non erunt tibi alij Dij præter me.* Quia verè Deus vnus est Deus, & verè Dominus vnus est Dominus, cæteris verò qui ab ipso creati sunt, contulit nomen istud non natura sed gratia. Verùm ne existimes hæc tantum ad illum dici Israel qui secundum carnem natus est: multo magis hæc ad te dicuntur, qui Israel effectus es, mente Deum videntem, & circumcisus es corde, non carne.

Multos Deos esse impossibile.

9. IBID. DAMAS. *lib. 1. de Orthodoxa fide, cap. 5. 6. 7. & 8.* Vnum Deum esse, & non multos, ab his quibus diuina persuaserunt eloquia, nequaquam ambigi potest. Nã & Dominus dicit in principio legis: *Non erunt tibi Dij alij præter me:* & per Isaiam: *Præter me non est alius,* &c. Verùm aduersus eos qui diuinæ Scripturæ non credunt, sic differimus. Deus secundum omnia perfectus est, secundum bonitatem, sapientiam, virtutem, &c. Si igitur multos asserimus Deos, & in multis differentiam contemplari oportet. Nam si nulla in ipsis differentia, vnus potius erit, & non multi. Si autem differentia in ipsis, vbi perfectio? Nam si secundum bonitatem, siue secundum virtutem, &c. vnus subeat discrimen, à perfecto decidit: non itaque erit Deus; si verò per omnia fuerit identitas, vnum potius ostendet, & non multos. Secundò, quomodo, etiam si multi, incircumscripti erunt? quandoquidem vbicumque fuerit vnus, nequaquam erit alter? Tertio, quo pacto etiam & ab huiusmodi multis gubernabitur mundus, & non dissoluetur, ac corrumpetur attenda in his ipsis gubernatoribus pugna? Differentia enim contrarietatem inducit. Si enim dixerit quispiam, quia quisque parti principabitur mundi, quid ipsum est quod ordinar, & hanc illis distributionem effecit? Illud sanè erit valentiori iure Deus. Vnus ergo perfectus Deus est.

est, incircumscriptus, vniuersi factor, & gubernator, superperfectus, & ante perfectus.

Idololatriæ pœna.

10. **EXODI 20.** *Vistans iniquitatem patrum in filios in certam & quartam generationem.* DIODORVS. Vel aliter. Israel quarta generatione ex Ægypto egressus est, sed tertia generatione idolis seruire incepit. Quia igitur in deserto vitulum adoraturi erant, ideo illis comminatur, quasi diceret. Idololatriæ in Ægypto fuistis, id tamen aliquam excusationem habet, propterea quod illis commiscebamini; nunc verò ab illorum erroribus liberati, miranda aduersus Ægyptios vidistis. Si igitur posthac idola colueritis, patrum vestrorum peccati pœnas vobis infligam. Nec enim peccatorum illorum pœnas expendistis, sed post tot beneficia in eisdem peccatis persistentes, iustas pœnas exoluetis. Nec enim par est vt vobis quemadmodum & illis parcam.

Idololatria prohibetur.

11. **IBIDEM.** *Non assumes nomen Dei tui in vanum, nec inenim habebis insonem Dominus eum qui assumpserit nomen Dei sui frustra.* INTERL. *super Deut. 5.* Non assumes, &c. id est, nomen Dei ligno, vel lapidi, aut huiusmodi non attribues. CYRILLVS *super Ioan. lib. 4. cap. 51.* Falsis Deis abiectis, spretisque sculptilibus, punitionem transgressoribus imponit, clamans, non assumes nomen Dei tui in vanum, id est, non adicies horribile nomen Dei tui, sculptilibus.

Idola colere insanum.

12. **EXODI 32.** *Surge, fac nobis Deos qui nos precedant.* LIPOMAN. Vidisti, obsecro, insaniolem insipientiam? Audisti verba magis hominum sensu carentium ac stupida mentis indicia, velle quod homo quispiam Deum faciat? & in animum sibi inducere, vt credant hos deos fabricandos, eduxisse ipsos de terra Ægypti, cum eo tempore quo liberati sunt, dii ipsi nondum formati essent?

Maximum peccatum.

13. **IBIDEM.** *Fac nobis Deos, &c.* GLOSSA ORDIN. Vnus tantum vitulus factus est, ad similitudinem scilicet bouis Apis, quem in Ægypto coluerunt. Quia qui idololatriam colit, omnibus vitis subiicit se, & quasi tot diis & demonibus, quot vitis, seruit. HIERON. *in Daniel. cap. 3.* Hic est mos scripturæ, vt vnum idolum appellet pluraliter, vt infra; *hi sunt dii tui Israel.* & cum Ierobaal vnum aureum vitulum poneret in Bethel, idola fecisse narratur. Econtrario etiam multa demonia singulari numero appellantur, vt in Isaia. [Inclinat se, & adoratur illud, & votum faciens, dicit, Deus meus es tu.]

Idola colere insanum.

14. **IBIDEM.** CHRYSOST. *hom. de prodicione Iude.* Viderant conscindi maria & denuo conuenire, & alia multa mirabilia; & dicunt: *fac nobis Deos qui nos precedant.* Adhuc inspicias, quod miraris, popule stulte, & insipiens, & oblitus es largitoris?

Idem.

15. **IBIDEM.** *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* D. THOM. *super 1. Cor. 10. lect. 2.* *Sedit populus manducare & bibere* in venerationem Idoli, vel Idolothya manducando: & surrexerunt ludere, id est, ludos facere sicut chorcas, & huiusmodi in venerationem idoli: vel, surrexerunt ludere, id est, idolum adorare: quod est simile ludo puerorum qui faciunt imagines luteas. RVPERTVS. Paulo

antè lectum fuerat volumen fœderis à Moysè, audiente populo: qui & dixerunt: [Omnia quæ locutus est Dominus, facimus, & crimus obedientes;] quo facto, quasi in aures aureas suis auribus internis appendebant. Itaque vni viro quasi coniugalem iurauerant copulam, & in auribus mandatorum eius ornatam faciem habebant. At nunc tulerunt à se in aures aureas, & fecerunt ex eis vitulum conflatilem, & comederunt, & biberunt in gloriam similitudinis vituli comedentis scœnum: & idcirco lusibus obscœnis continuo semetipsos conuoluerunt traditi in reprobum sensum, vt facerent ea quæ non conueniunt. Eisdem pedibus quibus mare antè transierant, coram tali figura saltauerunt, & veritatem quam cecinerant dicentes: [Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est,] &c. in mendacium commutauerunt, cantando, *hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti.*

Idololatria, maximum peccatum.

IBIDEM. *Et surrexerunt ludere.* CAIETANVS. In Hebræo habetur. *Surgentesque mane iuserunt.* Vt intelligamus quam prompti fuerunt ad sacrificia offerenda idolo. LIPOMANVS. Adeo graue hoc peccatum fuit, quod in omnibus fere prophetis scelus istud populo huic in faciem Deus refricat. Imo & magistri Iudæorum dicunt, quod in hodiernum vsque diem non sit satis expiatum facinus istud. *Vnde Moyses Gerundensis ait:* Non accidit tibi, ô Israel, vltio aliqua, in qua non sit vicia de iniquitate vituli.

Idem. Idololatria pœna mors.

1. **REGVM 7.** *Haueruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini.* RVPERTVS. Hebræi tradunt quod coram Domino in eadem aqua maledicta congesta sunt, & sicut in lege mulier zelotypi, hausta aqua probabatur, ita & hic idololatriæ hac aqua probati sunt. Tradunt enim quod quicumque idololatria hanc aquam gustasset, labia eius ita sibi adhererent, vt nequaquam ea ab iniuicem separare possent: & ita hoc indicio idololatria deprehendebatur, & interficiebatur. Vnde sequitur: *Iudicauitque Samuel filios Israel in Maspha.* Dicunt etiam quod hoc modo Moyses idololatrias, qui sibi vitulum fecerant, probauerit, quando combustum vitulum contriuit vsque ad puluerem, & exparit in aquam, & dedit ex eis potum filiis Israel. *Iu etiam HIERON. in questionibus Hebraicis super libros Regum.*

Idololatria insanunt.

4. **REGVM 23.** *Iofias abstulit quoque equos quos dederant reges Iude Soli in introitu templi Domini, &c. Currus autem solis combussit igne.* VATABLVS. Equis illis vehebantur qui quotidie solem orientem salutabant iussu regis. Per *currus solis* fortasse intelligendi sunt currus quibus vehebantur cultores eius, dum quotidie illi obuiam procederent. GLOSSA ORDIN. Iudæi superstitionibus gentium se mancipauerant, qui inter cætera solent pingere solem, vt puerum imberbem: quia nullum per sæcula sentium incidit, quotidie nouo ortu natus, cui currus & equos tribuunt, quia curru igneo, & equis igneis Elias raptus est ad cælum, quod inter alia in pariete depictum vident, & vicinia nominis decipiuntur. Helios enim Græcè sol dicitur.

Idololatria pœna.

IBIDEM. *Tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare.* GLOSSA ORD. Iofias ossa mortuorum cremari super altare iussit, quia profana fuerunt eorum sacrificia, & per errorem idololatriæ non solum pecora

Idolum nihil est.

ATHANASIVS *in oratione contra idola.* Est igitur malitia præuia idololatriæ. Vt enim homines malitiam quæ nulla est, didicerunt effingere: Ita quoque Deum, qui nullus erat, effigiarunt.

Idololatria maximum peccatum.

PHILO *lib. de Decalogo.* Quemadmodum si quis magni regis honorem satrapis eius præfectisque exhiberet, non stultitiæ solum argueretur, sed & periculosa audacia, tribuens seruis quod debetur Domino. Ita quicumque sic creaturas colit vt Creatorem, sciat se impudentissimum, & iniustissimum, qui paria largiatur imparibus, non tam in honorem inferiorum quam in potioris contumeliam. *Idem de sacrificio Abels & Cain.* Sicut fuit quidam qui animæ præferunt corpus, seruum domino: eodem modo sunt qui creaturam magis honorant quam Creatorem.

Religio multorum Deorum nulla est.

LACTANTIUS *lib. 4. de vera sapientia cap. 3.* Eodem modo quo matrimonium dici non potest, vbi mulier viros multos habet, sed hæc aut meretrix, aut adultera nominatur: à qua enim pudor, castitas, fides abest, virtute careat necesse est: sic & religio Deorum impudica est, & incerta, quia fide caret, quia honor ille instabilis, & incertus, caput & originem non habet. **CHRYSOST.** *contra gentiles.* Error gentilis superstitionis quamuis à nullo vnquam obrutaretur, & profunda quiete frueretur, à se ipso extinctus est, & in semetipso in diuersa corruit, non secus quam corpora diurna putredini obnoxia, quæ licet à nullo offendantur, per se tamen sponte dissoluntur, paulatimque abolentur.

Idololatriæ in vmbra mortis viuunt.

CHRYSOST. *hom. 6. operis imperfecti.* Sicut qui viuunt in agnitione Dei, & Christi: quamuis agnitio ipsa sit vita, tamen, donec sunt in sæculo isto, non sunt in vera vita, sed in vmbra vitæ, quoniam per fidem ambulant, & non per speciem, & per speculum in ænigmate vident, non facie ad faciem: sic qui in erroribus idolorum viuunt, licet ipse error sit mors, tamen non sunt in vera morte, sed in vmbra mortis, donec in sæculo isto sunt.

IEIUNIUM, VIDE etiam, Abstinentia.

Ieiunij necessitas. 1. 3. 9. 21. 23. 27.

Ieiunio vsi sunt sancti omnes. 2. 9. 10. 13. 16. 24.

Ieiunium cum oratione. 2. 11. 14. 15. 19.

Ieiunij utilitates. 3. 5. 6. 11. 12. 13. 17. 24. 30.

Ieiunium Christi Domini. 4. 8. 31.

Ieiunium Dei amicos facit. 6. 22. & *filios.* 25.

A Ieiunio vtraque lex incipit. 7. & *mundus etiam.* 18.

Ieiunium sibi idamentum gratiarum. 9.

Ieiunium contra diabolum & tribulationes. 11. 17. 24.

Post ieiunium cibis suauior. 12.

Ieiunium, Angelorum cibis. 13.

Nemo excusandus à ieiunio. 13.

Ieiunium à peccatis Deo placet. 20. 29.

Ieiunium cum misericordia. 26. 28.

Ieiunium, vestis animæ. 27.

Ieiunij laudes. 28.

pecora demonibus offerebant, sed & seipos in potestatem eorum tradiderunt, qui iusto Dei iudicio simul cum altari quod idolis fabricauerant, dissipandi erant. Nam qui diaboli seruitio mancipari, vitam facilem temporaliter finiunt, æternis cruciatibus confunduntur, Deo retribuente secundum merita.

Quid sit Idolum.

10. **IDOLVM** quid sit, vide verbo, *Imagines*, num. 3. *Ex Origene, & Theodoro.*

Idololatria dicitur etiam peccator.

21. **1. REGVM 16.** *Quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.* BALDVINVS. Idolum est hominis quidquid plusquam Deum colit, aut diligit. Filiis ergo inobedientiæ, voluntas sua idolum est, cuius motus contempta Dei voluntate sequuntur, & quidquid ipsa iusserit, quasi sacrosanctum adorant. **CASSIANVS** *super illud ad Ephes. 4.* *Auaritia quæ est idolorum seruitus.* Non immeritò sic ab Apostolo appellatur. Quisquis enim non communicat necessitatibus egenorum, & pecuniæ suæ, quam infideli tenacitate seruat, Christi præcepta postponit, idololatriæ criminis incurrit, amorem scilicet materiæ mundialis, diuinæ præferens charitati.

Idola colere insanum.

22. **GENES. 9.** *Omne quod mouetur, & vinit, erit vobis in cibum.* Concedit Dominus, ait **THEODOR.** vsum carniū animalium contra idololatriam eorumdem animalium. Vide, *Abstinentia*, num. 4.

Idem.

23. **2. PARALIP. 25.** *Amasis quoque post eadem Idumæorum, & allatos Deos sibi, & adorabat eos, & illis offerebat incensum: quamobrem iratus Dominus contra Amasiam, misit ad illum prophetam, qui diceret ei: cur adorasti deos qui non liberauerunt populum suum de manu tua? Consecutus quidem fuerat victoriam Deo illi fauente, & eo relicto conuersus fuit vt adoraret Deos captiuos. Ob hoc iratus est contra illi Dominus, & morte mortuus est.*

Di, & idola mortua sunt.

24. **GENES. 35.** *Dederunt Iacob Deos quos habebant, & in aures quas habebant in aures, &c. At ille infudit ea subter terebinthum.* BRVNO. Vt mortui intelligantur, & ad homines decipiendos vltieris non appareant. Sed quare in aures cum eis infodit, nisi vt nemo vltieris in eorum memoria aures hominum sollicitare præsumat? Sunt enim in aures aurium ornamenta, pro quibus auditus intelligitur. Aures enim quæ non audiunt, ornatae non sunt. Sic igitur Iacob domesticorum suorum aures circumcidens, ad eorum laudes audiendas, surdas & sine auditu esse volebat.

Idololatria peccatum maximum.

25. **CLEMENS** *lib. 5. Recognitionum.* Quid tam impium, tam ingratum, quam à Deo beneficium consequi, & reddere lignis ac lapidibus gratiam? Tale est enim hoc quale si quis æger ad medelam sui medicum pariet, & venenarius muiret, cum illi nocere quidem possunt, medicus autem venenis illorum recuset sua medicamenta miscere, ne aut perniciet bono, aut sanitas nocentibus ascribatur. Dices ergo, indignatur aut inuidet Deus, si cum ipse benefaciat, aliis gratiæ referantur? Etiam si non indignetur, non vult tamen erroris auctor existere, vt sui operis beneficio inani idolo fides detur.

Christus suo ieiunio quadragesimam sanctificauit. vide, Quadragesima, num. 12. 13.

Ieiunij necessitas.

1. ENES. 3. In laboribus comedas ex ea cunctis diebus vite sue. ZENO Episcopus Veron. serm. de ieiunio. Nunquid delicias nos patitur ista sententia? Manducando in hoc quod sumus ventum est. Quid mala nostra velut gloriam ducimus? Quid penam delicias facimus? Quid condemnationem ducimus voluptatem? Expulsi sumus de paradiso, quia non ieiunauimus, ieiunemus nunc ut ad paradysum reuertamur.

Ieiunio vsi sunt sancti omnes.

2. EXODI 24. Et fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. CYPRIANVS de ieiunio, & remotionibus. Moyses cum Domino tot diebus perseverans, & Dei familiare colloquium, & legis ministerium ieiunio promeretur. Elias quoque eodem dierum numero abstinens, in eremo conuertatur. Utilitas ieiuniorum, temporibus Christianis clarius patitur, & a multis frequentata in plurimos se effudit. Quotquot viros virtutum vidimus, sine ieiunio non legimus ascendisse, nec aliquid magnum moliti sunt nisi prius abstinentia praecessisset. Quoties aliquid a Deo obtineri conati sunt, ieiuniis incubuere & lacrimis, & pernoctantes in orationibus ciliis carni harentibus supplices beneficia postularunt. Nec defuit proventus, ubi ad pedes Dei sacrificium contriti cordis offerens se prostravit humilitas, sed prope fuit inuocantibus se Deus, & porrexit manum naufragis, & subuenit afflictis.

Ieiunij utilitates.

3. IBIDEM. Et fuit ibi quadraginta diebus, &c. AVGVST. serm. 65. de tempore. Quantum sit bonum ieiunij, videamus. Moyses ieiunio legem Domini accipere meruit, per quam populis imperaret. Impetraverunt vnus hominis ieiunia, quod totius populi saturitas desperauerat. Aduertamus ergo quanta sit inter ieiunium & saturitatem distantia, inter ventrem vacuum, & pulmones epulis aestuantes. Moyses, quia ieiunauit, Dominum vidit; populus, quia manducauit, & bibit, idola fabricatus est. Princeps ille humani generis Adam, quamdiu ieiunauit, seruans mandatum, in paradiso fuit; ubi vero comedit, eiectus est de paradiso, & qui in paradiso virgo fuerat, egressus de paradiso cognouit uxorem. Semper enim iuncta est saturitati lasciuia. Vicina sibi sunt venter & genitalia; & pro membrorum ordine ordo vitiorum intelligitur. Eiecit ergo nos de paradiso cibus, reducat esuricus, reducat ieiunium.

Ieiunium Christi Domini.

4. IBIDEM. Et fuit ibi quadraginta diebus, &c. RVPERT. In eo quod ibi fuit sine cibo & potu 40. diebus & totidem noctibus Moyses, utiliter satis prouidit diuinitas, quatenus idoneum haberet testimonium Christi humanitas. Ille namque ieiunare habebat 40. diebus, & 40. noctibus, ut pro gula peccatoris primi hominis, innocens hic homo secundus ordinata satisfactione vapularer, nobisque in se credentibus, quem ille manducando perdidit cibum, vite aeternae ieiunando acquireret.

Ieiuniorum mirabiles effectus.

5. EXOD. 11. Inuisque valde proiecit de manu sabulos, & confragit eas, &c. Hieron. lib. 20. contra Iouiniam. Sciebat enim Dei sermonem non posse au-

dire temulentos. Incrassatus, & pinguefactus, & dilatatus, & recalcitrauit dilectus, & dereliquit Dominum qui fecerat eum, & abcessit a Deo salutari suo. AMBROS. lib. de Elia, & ieiunio. Moyses, de ieiunio legem dedit, de vino non dedit, ipsumque ieiunantem, non voces magnas, non fulgura, & nubes nimbofa, non fumigans Sina perterritus; nec vero introisset in nubem, & vocem Dei loquentis de medio ignis sine periculo salutis audisset, nisi munitus armis ieiunij fuisset. Quadraginta enim diebus ieiunauit in monte. & in superioribus quidem montis lex dabatur Moyli ieiunanti, & in inferioribus populo manducanti praeruaricatio sacrilega luxu accendebatur epulantium, quo & spectaculo motus fregit tabulas Moyses, indignum iudicans, ut ebrio populo lex daretur. Itaque tabulas legis quas accepit abstinentia, conterit fecit ebrietas. Quid alia dicam? Nonne sterilitatem matris Samson vini abstinentia fecundauit? nonne Annam non manducantem exaudiuit Dominus, & infecunditatem eius soluere ieiunia? Ex quibus duo generati, vnus fortissimus, alius obseruantissimus. Hieron. ubi supra. Moyses quadraginta diebus & noctibus ieiunans in monte Sina, etiam tunc probans non in solo pane viuere hominem, sed in omni verbo Dei, cum Domino loquitur; populus autem satur idola fabricatur; ille vacuo ventre legem accepit scriptam digito Dei, iste manducans & bibens, consurgensque ludere, aurum constat in vitulum, & Aegyptium bouem praefert Domini maiestati. Tot dierum labor vnus horae saturitate perit.

Ieiunium, Dei amicos facit.

6. EXODI 33. Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem: sicut solet loqui homo ad amicum suum. AMBROS. serm. 27. de ieiunio. Quadraginta dierum nocturnumque ieiunio Moyses sanctus meruit cum Deo loqui, stare, & consistere; & de manu eius legis praecipia suscipere. Quamuis enim illum ab obtutibus Dei conditio humana subtraheret, ieiuniorum tamen gratia proximum illam diuinitatis consortio faciebat. Haec enim in nobis virtutum portio Dei est, ut ieiunemus frequenter, quoniam semper Deus ipse ieiunat. In quocumque igitur plus operum suorum inesse perspexerit, ipsi magis familiaris, intrinsecus & amicus eius est, sicut scriptura dicit: Et Moyses loquebatur Deo facie ad faciem, sicut cum quis loquitur cum amico suo.

A ieiunio utraque lex incipit.

7. EXODI 34. Fuit ergo ibi cum Domino Moyses quadraginta dies, & 40. noctes, panem non comedit, & aquam non bibit. CHRYSOST. serm. 1. de ieiunio. Ieiunium Moyses prima vice deuilit Iudaeis legem a monte, sed priusquam deferretur lex visus est populus veritatem amississe. Prima lex: Dominus Deus vnus est; & mandatum suscepturi dicitur: ibi dicitur. Magna infirmitas, nam & pro Deo vltio simulacrum vituli venerati sunt. Quod ergo in huiusmodi pharmaco? Iterum ieiunat Moyses, qui non peccauerat, & ignoscitur peccantibus peccatum. Veteris legis ratio a ieiunio cepit, & testamenti noui praedicatione a ieiunio initium sumpsit. Baptizatus enim Saluator propter nos, & profectus in eremum, prius ieiunauit, & tunc signa facere cepit, non ipse ieiunio opus habens, nos autem docens pro virili ieiunij praemissionem. Si igitur vetus lex a ieiunio incipit, & noua ab eo fundamenta ponit, ne putemus malum esse ieiunium. Hieron. lib. 2. contra Iouinianum. Vide quoniam nec secunda conscriptio tabularum absque ieiunio potuit impetrari, quod ebrietas perdidit, inedia reperit. Ex quo ostenditur posse nos redire in paradysum

radysum per ieiunium, vnde per saturitatem fueramus reiecti.

Differentia inter ieiunium Christi & Moyses.

8. MAXIMVS Episcopus Taurinen. hom. 3. de Ieiunio. Quantum distat seruus a Domino, tantum necesse est eorum distare ieiunium. Moyses enim editor veteris legis est, Christus conditor noui Testamenti. Ieiunet Moyses, ut praecipis legalibus vnus populi erudiat disciplinam: Christus ieiunat ut vniuersas totius mundi redimat gentes. Ieiunat Moyses ut praefentis vitae mandata suscipiat; ieiunat & Christus, ut aeternae salutis sacramenta constituat. Ieiunat Moyses, ut Deum videret: ieiunat & Christus, ut esse cum Deo, dum diabolum triumphat, ostenderet. Moyses, post ieiunium, scriptas Dei digito tabulas populo praeruaricante contregit. Christus post ieiunium mandatum per secula Euangelium consecrauit. Quid illud autem est quod cum vterque quadragenos ieiunauerit dies, non vterque esuriisse perhibetur? Moyses vterque non esuriuit, ut in homine fragili operata diuinitas probaretur. Esuriuit Dei Filius, ut assumptione carnis nostrae fragilem suscepisse hominem reuelaret. Quod non esuriuit Moyses, caelestis est possibilitatis exemplum; quod esuriit Christus, nostrae redemptionis est sacramentum. Ut homo esuriat, & esurientes pascat ut Deus. Hinc quod fatigatur itinere, & claudis virtutem tribuit ambulandi. Hinc quod oculos suos laxat in lacrymis, & mirabiliter carnis reformat aspectum. Hinc quod appropriate morte tristatur, & mortuum Lazarum suscitatur de sepulchro.

Ieiunium fundamentum gratiarum spiritualium.

9. IBIDEM. Fuit ergo ibi cum Domino Moyses, &c. panem non comedit, &c. BASIL. Sermon. 1. de ieiunio. Quis vnquam laute viuens, & in deliciis continuis constitutus, spiritualis gratiae communionem vllam excepit? Moyses iterum legem accepturus, iterum ieiunio opus habuit. Niniuitae, nisi vsque ad animalia, ieiunasset, euersionis & ruinae minas nequaquam euassissent. In deserto autem, quorum corpora ceciderunt, nonne illorum qui carnes appetuerunt? Illi enim donec manna & aqua tantum contenti fuere, Aegyptios videre, mare pedibus transire, in eorum tribubus nullus aeger ac debilis fuit. Sed nec sapiens quidem Daniel visiones vidisset, nisi ieiunio splendidiorem prospicioremque animam reddidisset. Ut fumus apes abicit, sic spirituales gratias crapula reicit. Penitentia citra ieiunium vana est. Terra namque execrabiles sentes ac tribulos tibi parit. Ad lugendum, non in deliciis agitandum, constitutus es. Per ieiunium Deo satisfacias. Itaque quonia non ieiunauimus in paradiso, eiecti sumus. Ieiunemus igitur ut ad ipsum reuertamur. Nonne vides Lazarum quomodo, per ieiunium in paradysum ingressus est?

Exempla patrum ieiunantium.

10. IDEM BASIL. Ibid. Quidquid vetustate excellit, venerabile est. Ieiunij canonicum diligenter venerare. Homini primo coarum est in paradiso prius institutum, mandatum prius Adam accepit, De ligno scientiae boni ac mali ne comedatis. Si Eua a ligno abstinuisset, non profectus hoc nobis opus esset ieiunio. Sancti omnes velut hereditatem quamdam ex patribus acceptam, ieiunium ita seruauerunt, ut pater filio per manus traderet. Vnde & ad nos vsque ista possessio ieiunij conseruata est. Noe exemplum gerit sobrietatis, qui vini vsum ignorauit. Sed & Moysen nouimus pro ieiunio in montem ascendisse, nec enim aliter ausus esset verticem fumum emittentem dire, atque in caligine versari, nisi ieiunio munitus. Per ieiunium mandata

Dei digito in tabulis scripta suscepit, tabulas autem quas digito Dei conscriptas ieiunium accepit, ebrietas contudit. Quid Esau inclinauit, seruumque fratris reddidit? Nonne cibus vnus per quem primogenita vendidit? Samuelem vero nonne precatio cum ieiunio matri largita est? Quid etiam fortissimum hominum Samonem, & indomitum reddidit? Nonne ieiunium per quod in matris ventre conceptus est? Ieiunium illum concepit, ieiunium nutriuit, ieiunium illum fortem fecit. Ieiunium prophetas gignit, potentes confirmat, ac roborat. Nec fas est sine ieiunio sacerdotes attingere sacramenta, non solum in mystico nunc & vero Dei cultu, sed & in figurato ex lege inducto. Ieiunium Eliam spectatorem magnae visionis reddidit, ieiunans filium viduae incolumem fecit; ex eius ore ieiunio vox exiens, caelum populo peccanti, tribus annis & sex mensibus clausit, induxitque per famem omni populo ieiunium, ut deliciarum ac remissae vitae vitium corrigeretur. Eliseo autem qualis erat vita? Nonne agrestibus oleribus, & modica farina hospitalitatis beneficentiam adimpleuit? In summa, & ut breuiter dicam, ieiunium sanctos omnes Deo proximos conciliatosque reddidisse inuenies. Daniel etiam tribus hebdomadis panem minime comedens, nec aquam bibens, etiam leones ieiunare docuit, in lacum descendens.

Ieiunium contra tribulationes, & contra daemones.

11. IDEM Ibidem. Est quaedam natura corporis quam defaecatam vocant, quae in flamma constituta, in carbonem verti videtur, inde vero erepta, quasi per aquam abluta, & purgata, purior redditur. Talia erant trium puerorum corpora illorum apud Babylonem ex ieiunio visa, qui velut auri natura existentes, ignis & vini nocumentum superarunt. Ieiunium contra daemones exercitum sunt arma. Hoc enim genus nequaquam nisi per orationem, & ieiunium discedit. Ieiunium insuper orationem in caelum desert, velut ala quaedam ei coniuncta, & ad superiora tendens. Neque tu puta, solum in ciborum abstinentia ieiunij bonum esse. Verum namque ieiunium, malorum est euitatio. Cum ieiunas, solue omnem impietatis colligationem, ne proximo tristitiam inferas. Carnes non edis, fratrem nihilominus edis. Vae vobis ebrij non vino tantum, sed ira & indignatione.

Post ieiunium cibus suauior.

12. IDEM Ibidem. Sicut vigilantia post somnium est dulcior, & sanitas post morborum experientiam longe est clarior: ita & mensa post ieiunium optatior. Quomodo in pugna alterius auxilium facit ut alter vincatur: sicque caro carni per saginam addita spiritum expugnat. Spiritum vero qui iuuerit, carnem in seruitutem redigit. Haec namque inter se opposita sunt. Hoc enim est quod Apostolus ait: Quantum exterior homo noster corrumpitur, tantum interior renouatur de die in diem: & rursum: Quando infirmior, tunc fortior sum.]

Ieiunium cibus Angelorum.

13. IDEM Ibidem. Si Angelorum cibus est aliquis, panis est, ut ait Propheta: Panem Angelorum manducauit homo, non carnes, non vinum. Neque corporis imbecillitatem valetudinemque causeris. Non enim mihi sed omnia videnti haec facis. Ieiunare non potes, dic quaso? grauari: vero corpus esculentis plus aequo potes? Satur esse potes, abstinere parumper non potes? Quid facilius quaso ventri, cibi tenuitate noctem tolerare, an ciborum copia oneratum iacere? Imo nec iacere quidem, sed magis crebro huc illucque obscena grauitatem torqueri? Time diuitis Euangelici

gelici exemplum, illum namque vitæ delicia igni tradiderunt. Non enim ob iniustitiam, sed ob molem vitæ, ardentis camini flammis perpetuo obruitur. Hunc itaque ignem ut extinguamus, flamma opus est. Vide miser ne aquam nunc fastidians, post hanc vitam, aquæ guttam, ut diues ille, desideres. Quid Lazarum in Abraham sinu collocavit, nisi ieiunium? Reminiscere sanctorum qui à sæculis præteritis fuere, quibus dignus non erat mundus, qui in melotis, & pellibus caprinis egeni, tribulati, & afflicti errauerunt; illorum imitare vestigia, si & illorum præmia cupis. Ioannis autem vita, vnum erat ieiunium qui nec lectum habuit, nec mensam, &c. Quamobrem nullus eo maior inter natos mulierum] Domini testimonio surrexit. Paulū quoque inter alia multa ieiuniū quoque quod ipse de tribulationibus suis gloriando commemorat, in tertium cælum euexit. In summa Dominus Iesus qui carnem humanam nostri causa assumpsit per ieiunium, diaboli insidias conatusque euasit: Profecto nos instruere volens ut ieiunius & orationibus nosmet ad certamina cum inimicis paratos reddamus. Hactenus sanctus BASIL. in prædicto sermone, licet non isto ordine.

Ieiunium cum oratione.

14. **ESDRÆ 8.** Et predicauit ibi ieiunium iuxta flumen Abana, ut affligeremur coram Domino Deo nostro. **BEDA.** Datur nobis exemplum ieiunandi & orandi cum aliquid magnæ virtutis incipere volumus, & quia nunquam fallitur fide in Dominum spes, neque fieri potest ut quod iustum, à pio auxiliatore per continentiam & orationem cum fide quaerimus, non impetremus. Et notandum quia ieiunium præmittitur, & oratio sequitur. Oportet enim ut quicumque ad impetrandam misericordiam Domini ingreditur, primum se continentibus viuendo dignum exaudiri præbeat, & sic orat, neque prospere euentura quæ postulat dubitet. Hæc **GLOSIA.** Hoc patet, *Indicum 20.* Postquam enim consuluerunt Dominum bis, an bellum aggredierentur: Responsum est, [Ascendite, & inite certamen:] & victi sunt. Tandem teritio venerunt in domum Dei, [& sedentes flebant coram Domino: ieiunaueruntque die illo vsque ad vespèram,] &c. quibus Dominus ait: [Ascendite, cras enim tradam eos in manus vestras.] Tanta est vis ieiunij coram Domino.

Idem.

15. **ESDRÆ 5.** Si oraueris iterum, & ploraueris sicut & nunc, & ieiunaueris septem diebus (dixit Angelus Vriel ad Eldram) audies iterato horum maiora: & ego ieiunavi diebus septem ululans, & plorans, sicut mihi mandauit Vriel angelus, & iterum cogitationes cordis mei molestæ erant mihi valde: & resumpsit anima spiritum intellexit: & uerum capi loqui coram Altissimo sermones. &c. cap. 6. Si ergo iterum rogaeris, & iterum ieiunaueris septid diebus, uerum tibi renuntiabo horum maiora per diem quam audiu. Audua enim est vox tua apud Altissimum. **Tobia 12.** Bona est oratio cum ieiunio, & elemosyna, &c.

Exempla patrum ieiunantium.

16. **HERON. lib. 2. contra Iouinian.** Patres veteris Testamenti in afflictione constituti, semper per ieiunium, misericordiam & consolationem inueniunt. In Exodo aduersus Amalech oratione Moysi, & totius populi vsque ad vespèram dimicatum est. Iesus filius Nauæ stationem impetrauit Solis, & Lunæ, & in ediam plusquam vnus dici victorijs exercitus protelauit. Saul maledixit ei qui ante victoriam sumeret cibum. Elias quadraginta dierum ieiunio vidit Deum in Horeb. Congregatum Samuel populum

in Masphat indicto ieiunio roboravit, & fecit hostibus fortiozem. Daniel, Machabæi, iudith, & Esther ieiunio de hostibus triumpharunt.

Ieiunij mirabiles effectus.

17. **MACHAB. 13. v. 12.** Perentibus à Domino misericordiam cum fletu, & ieiunio per triduum continuum prostratis. **CHRYSOST. Hom. 1. de Patient.** Igitur ieiunium mirare, promptisque mentibus suscipe. Quoniam quidem & in canino festo opem, atque in leonum custodit lacu, daemonesque fugat, & Dei reuocat sententiam, vitorumque furorem suppressit, & ad ipsam reducit libertatem, plurimamque in nostris cogitationibus insinuat, &c.

A ieiunio mundus inceptit.

18. **GENES. 1.** Ecce dedi vobis omnem herbam asserentem semen, &c. & vniuersa ligna fructifera, &c. ut sint vobis in escam. **AMBROS. lib. de Elia, & Ieiunio, cap. 4.** Non terrenum quis aut nouellum putet esse ieiunium. Primus vsus mundi à ieiunio coepit, quando lux clara resplenduit, &c. Luminaria facta sunt Solis, & Lunæ, & adhuc ieiunium: & dixit Deus: [Crescite & multiplicamini,] & adhuc ieiunium: dixit, Crescite, & non dixit, edite, & manducate. Vbi autem cibus coepit, ibi finis factus est mundi: [Ecce dedi vobis omnem herbam,] &c. ut sint vobis in escam, &c. Quo indicio declaratum est quod per cibos mundus haberet minui per quos desit augeri. Vnde Dominus, **Matth. 24.** [Erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes,] &c. Filiis Iob finis etiam aduenit. [Filiis tuis, & filiabus vescentibus, & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti,] &c. **Job. 1.** Denique antequam esset esca, nemo delictum sciebat, nemo pœnam timebat, nemo nouerat timorem.

Ieiunium cum oratione.

19. **SANCTVS LEO Serm. de ieiunio decimi mensis.** Oratione propitiatio Dei quaeritur, ieiunio concupiscentia carnis extinguitur, elemosynis peccata redimuntur, simulque per omnia Dei in nobis imago renouatur. Hoc triplex obseruantia dilectissimi omnium virtutum comprehendit effectus. Hæc ad imaginem & similitudinem Dei peruenit, & à Spiritu sancto inseparabilis facit. Quia in oratione permanet fides, in ieiunio innocens vita, in elemosynis mens benigna.

Ieiunium à peccatis Deo placet.

20. **ISAIA 58.** Nonne magis hoc ieiunium est quod elegi: Dissolue colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt, liberos? **AVGVSTIN. Serm. 172. tomo 10.** Ieiunia Christianorum spiritua-liter potius quam carnaliter obseruanda sunt. Vnde à peccatis nostris præcipue ieiunemus, &c. Ieiunium est quod probat Altissimus, non solum intermissa corporis refectio, verum etiam à malis actibus facta discessio. Itaque si nec mens tua grauetur oppressa peccatis, nec animus tuus vitorum illecebris delectetur, digna Deo exoluisti ieiunia. Cæterum si corpus tuum ieiunia longa consumpserint, atque illi subtraxeris cibum, cum non detrahis vitium, in malis perseuerans, magis horres quam placeas Deo. **AMBROS. lib. de fuga sæculi. 3. cap. 5.** Si videre vis visum magnum, & ieiunare verum ieiunium, solue calcamentum pedum tuorum, solue omne vinculum iniquitatis, id est, solue vincula sæculi, relinque calcamentum quod terrenum est.

Ieiunij necessitas.

21. **GENES. 2.** De ligno scientia boni & mali ne comedas. **HERON. lib. 2. contra Iouinianum.** Beatitudo

Ieiunium vestis anime.

tudo paradisi absque abstinentia cibi non potuit dedicari: quæ ieiunauit, in paradiso fuit: comedit, & eiectus est. Tanquam mare proicit mortua corpora, ita & paradisos non ieiunantem proiecit. Qui ieiunus in paradiso virgo fuerat, satur in terra matrimonio copulatur.

Ieiunium amicos Dei facit.

22. **3. REGVM 19.** Quid hic agit Elia? **AVGVSTIN. Serm. 65. de tempore.** Multo familiarior ista vox quàm illa in Genesi. *Adam ubi es?* Illa enim pastum terrebat, & perditum. Hæc ieiunanti famulo blandiebatur.

Ieiunij necessitas.

23. **3. REGVM 3.** Non inferetur cadaver tuum in sepulchro patrum tuorum. **HERON.** Cur homo Dei ad cuius prophetiam auerat manus regis Ieroboam, quia manducauit contra edictum Dei, illico percussus est? Respondetur: Qui ieiunus miracula fecerat, prauus illico saturitatis pœnas luit.

Ieiunij utilitates.

24. **MATTH. 4.** Et cum ieiunasset quadraginta diebus &c. **BERNARD. Ieiunantibus nobis diabolus esurit, qui nostris semper famratur ex culpis. Ieiunium fratres scimus Dei arcem, Christi castra, murum spiritus, vexillum fidei, castitatis signum, sanctitatis tropæum. Hoc Adam in paradiso seruare contempsit, à quo per gulam illico est eiectus. Hoc in arca custodiuit Noe mundum, ebrietas cum demersit; per hoc, Loth, Sodomitium restrinxit incendium, qui per ebrietatem incestus est adustus incendio. Hoc Moysi diuino fecit frontem lumine perlucere, quando comessatio, & ebrietas Israeliticum populum simulacorum tenebrauit erroribus. Hoc Eliam peruexit ad caelum, quando Achab gentilem ebrietas ad inferna deiecit. Ioannem in natis mulierum fecit esse maiorem, quando temulentia Herodem principem imperio mulierum reddidit homicidam. Quisquis ergo Christo spectante, caelesti iam resonante tuba, ad hoc virtutis exercitium venire neglexerit, perdit luctaminis præmium, virtutis gloriam, palmam iustitiae, desertoris etiam crimine notabitur in futurum. Et quanuis etiam solus de hoste posset obtinere victoriam, propter nos tamen, & nostram formidinem adesse iussit tota præsidia de supernis.**

Ieiunium Dei filios facit.

25. **IBIDEM.** Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. **PETRVS RAVEN.** Attendite quid de ieiunio ipse sentiat, & iudicet inimicus. Videtis quod iam non homines, sed Dei filios credit. quos liberos à ventris conspexerit seruitute. Signum panis petit qui signum ieiunij pertimescit.

Ieiunium cum misericordia.

26. **PROVERB. 21.** Qui obturat aurem suam ne audiat pauperem, &c. **PETRVS RAVEN.** Quod est sinerege aula regis, hoc est, sine largitate ieiunium. Aula regis fulget auro, nitet marmore, picturis splendet, grandescit spariis, leuatur culmine, amœnatur tebis, ipso terribilis est secreto, sed sine rege honorem non habet, caret gloria, est vacua solitudo, sic ieiunium, licet innocentia radiat, castitate fulget, actu pingitur, moribus micat, sanctitatis incessu, toto magnificatur ornatu, sed sine misericordia gloriam non habet, mercede caret, palmam non tenet, perdit fiduciam supplicandi, impetrandi meritum non capessit, attestante Scriptura, quæ dicit, [qui obturat aurem suam,] &c.

IONAS 3. Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quidquam, nec pascantur, & aquam non bibant. **RIBERA.** Ieiunio ergo armemur sicut & Niniuitæ. [Operui, inquit Propheta, in ieiunio animam meam.] **AMBROS. lib. de Elia & ieiunio, cap. 4.** Gula ergo nudos facit, ieiunia operiunt & exutos. Bonum operimentum quod animam tegit, ne à tentatore deprehendatur, ne à tentatore nudetur. **Episcopi Africani in Epistola ad Siricium Papam, quæ est in 1. tomo Conciliorum,** ita scribunt: Qui non ieiunat, intectus & nudus est, patet vulneri. Vnde Propheta, [Operui in ieiunio,] &c. Denique si Adam se exisset in ieiunio, non fuisset nudus effectus. Ninive se à morte, ieiunio liberauit.

Ieiunij laudes cum misericordia adiuncti.

28. **PETRVS CHRYSOL. De ieiunio, & elemosyna, Serm. 8.** Sicut verni flatus tota facit germina florere camporum, ita misericordia tota ieiunij semina producit in florem, in caelestem messem totam ieiunij facit fructificare virtutem. Quod oleum lucernæ est, hoc ieiunio pietas. Sicut lucernæ lumen olei pinguedo succendit, & moderato pastu facit illud ad totius noctis solatium perlucere: sic pietas facit splendere ieiunium, & ad totam radiare continentia claritatem. Quod diei Sol est, hoc elemosyna noscitur esse ieiunio. Sicut iubar Solis clariorem perficit diem, & totam nubium dispersit obscuritatem: sic elemosyna ieiunij sanctificat sanctitatem, totamque cupiditatis mortem lumine pietatis excludit. Ac ne multis immerer, quod est anima corpori, ieiunio largitas hoc habetur. Sicut enim mortificatur corpus, à corpore anima cum recedit, ita mors est ieiunij, largitatis accessus. Est quidem ieiunium vitorum mors, vita virtutum. Est ieiunium pax corporum, membrorum decus, ornamentum vitæ: est ieiunium robur mentium, vigor animarum: est ieiunium castitatis murus, pudicitia propugnaculum, ciuitas sanctitatis: est ieiunium schola meritorum, magisterij magisterium, disciplinarum disciplina: est ieiunium Ecclesiastica via viaticum salutæ. Misericordia & pietas ieiunij sunt alæ, per quas tollitur, & portatur ad caelum, sine quibus iacet, & volutatur in terra. Ieiunium sine misericordia, simulacrum famis est, imago nulla est sanctitatis. Sine pietate ieiunium, occasio est auaritia. Ieiunium sine misericordia non est veritas, sed figura: vbi autem misericordia, ibi & veritas, probante Scriptura, cum dicit: [Misericordia & veritas obuiauerunt sibi.] *Idem Sermone 41.* Abstinentia extinguit febrem, sed arefacta membra longæ febris incendio, nisi largo infundantur vnguento, nisi blandissimis rigentur fomentis, nisi iuuentur sumptu medicinae, ad integram sanitatem redire non possunt: Sic ieiunium quanuis excludat vitorum morbos, carnis amputet passiones, criminum causas propellat, tamen sine misericordia vnguento, sine pietatis riuo, sine elemosyna sumptu perfectam salutem mentibus non reponit. **CÆSARIVS Arelatens. Homil. 32.** Talia sunt sine charitate ieiunia, qualis sine oleo lucerna; fumigare potest, fœtorem vel putorem reddere potest, lucem verò habere non potest.

Abstinentium à peccatis, cum ieiunatur.

29. **SIDOR. lib. 2. Sententiarum, cap. 44.** Qui à cibis abstinent, & mala agunt, daemones imitantur, quibus culpa deest, & cibus deest.

Ieiunium purgat à peccatis & passionibus.

30. **MATTH. 16.** Neque mittunt vinum novum in vites veteres. **PETRVS CHRYSOL. Serm. 30.** **Kk 2 Vires**

Vires veteres Iudaos vocat; novos nuncupat Christianos. Quia sicut vres pellium ab omni squalore purgantur, & pigmentis liniuntur odoratis, vt saporcm vini possint inuolabiliter custodire: ita ieiuniis corpora humana ab omni squalore carnalium delictorum purgantur, & fiunt vres diuinis torcularibus apti, vt de prelo crucis accipiant vinum nouum.

Christus quare ieiunauit.

31. MATTH. 4. Cum ieiunasset quadraginta diebus, &c. CHRYSOST. hom. 13. in Mattheum: Dominus ieiunauit, non quia hoc indigeret, sed vt nos doceret, quibus peccata ante baptismum dominio ventris intulerat. Vt enim si aliquis agrotum, quem ad sanitatem reduxit, iubeat illa non facere ex quibus morbus ille contigerat: ita etiam post ieiunium contra edacitatis vitium induxit. Nam & Adam de paradiso intemperantia ventris eiecit.

IGNORANTIA.

- Ignorans est omnis peccans. 1. 2. 10.
Ignorantia mentis à solo Deo tollitur. 3. 4.
Ignoramus quæ Deus non reuelat. 4.
Ignorantiam qui non deponunt, abominabiles. 5.
Ignorantia præcedit aliquando peccatum, aliquando subsequitur. 6.
Ignorantia hominis magna. 7.
Ignorantia peccati, irritat iram Dei. 8. 10.
Quo quis sibi sapientior, eo ignorantior. 9.
Ignorantia contemptum solet excusare. 11.
Ignorantia mater erroris. 12.
Ignorantia perniciosa. 13.
Ignorantia quandoque excusat. 14.
De ignorantia crassa & culpabili. 15. 16.

Ignorans est omnis peccans.

2. GENES. 3. Et aperti sunt oculi amborum. AVGVST. Scilicet ad intuendum & cogitandum quod ante numquam aduertuerant. Sicut illis duobus discipulis euntibus in Emaus, aperti sunt oculi, & cognouerunt quem per viam non cognouerant. CHRYSOST. Sicut & Agar ancillæ scriptura testatur Deum aperuisse oculos, non quod antea clausos habuerat, sed quod Deus illius mentem excitauit vt cognosceret. &c. INTERL. Aperti sunt oculi amborum, nempe ad concupiscentiam, & cognitionem bestialis motus. Culpa quippe oculos concupiscentiæ aperuit, quos innocentia clausos tenebat. AVGVST. 14. de ciuit. cap. 17. Aperti sunt oculi amborum ad discernendum, inter bonum quod amiserant, & malum in quod incidierant. Expertæ enim morbi molestiâ euidentior fit etiam iocunditas sanitatis. SERAPION. Quotidie fit quod factum est in prioribus illis parentibus. Quando namque peccamus, quasi cæci sumus. Cum peccatum est, tunc verò agnoscimus quod fecimus. CHRYSOST. super illud: Abscondit se Adam, & uxor eius à facie Domini. Nihil peccato peius. Non enim solum confusione totos nos replet cum introierit, sed insipientes facit. Adam enim sapiens cum esset, ad nullò peccato abscondere se voluit à facie Dei, qui vbique præsens est, quique seruetur corda, & renes.

Idem.

2. GENES. 19. Eos qui foris erant, percusserunt cecitate à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium

inuenire non possent. AVGVST. & LIPOMAN. Non ablata fuit ab eis visio, sed eius rei aspectus eis interceptus est, quam videre cupiebant. Sicut Eliseum quærentes non videbant, & oculi discipulorum tenebantur ne Dominum agnoscerent. Sic omnia Sodomitæ videbant præter ostium domus, ideo multo labore ianuam inquirebant. CHRYSOST. Quoniam mentis Sodomitarum oculus excæcatus erat, propter hoc & visu priuati sunt, vt discant homines quod nihil sibi proficit corporales oculi, si oculi mentis fuerint excæcati, & non solum isti excæcati sunt, sed & viribus corporis destituti, quandoquidem potior rem hominis partem, scilicet animam, corruperant. AMBROS. Cæca ostendit hic omnis libido, & ea quæ ante se sunt non videt. LIPOMAN. Cæcitas mentis, & corporis, sequela est immoderate libidinis. RVPERTVS. Secundum altiorum intellectum. Rectè sicut Sodomitæ postmodum igne sulphureo cælitus consumendi, prius cæcitate percussi sunt, vt inuenire non possent ostium: ita & Iudæi æternis ignibus cruciandi olim, & nunc mente excæcati sunt, vt inuenire non possint illum qui dicit, Ego sum ostium. Vnde de eis dictum est. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè videat oculis,] &c. LIPOMAN. Mira profectò cæcitas, quia quem patres eorum longè ante venturum præuiderunt, præsentem ac venientem non cerneret.

Ignorantia à solo Deo tollitur.

3. GENES. 21. Aperuisti oculos eius Deus, quæ videns puteum aqua, &c. CHRYSOST. Non quia antea nõ viderit Agar, sed quia nihil proderant ei aperti oculi ante supernam visitationem. Aperuit igitur oculos, id est, indicauit ignorantem, & mentem eius excitauit, viamque ei ostendit, vt videret locum in quo puteus erat. LIPOMAN. Ignorabimus enim etiam præsentissima, si ea nobis Deus negare voluerit. ORIGEN. Quænam est hæc cæcitas Agar? Nisi illa de qua Apostolus: [Cæcitas contigit ex parte in Israël,] quæ scilicet tandem in ea permanet, donec velamen literæ auferatur per Euangelium Dei, & videat aquam viuam. Nunc enim iacent Iudæi circa puteum ipsum, sed oculi eorum clausi sunt, & non possunt bibere de puteo legis & prophetarum, sed & nos caueamus, quia frequenter & nos circa puteum iacemus aquæ viuæ, id est, circa scripturas diuinas, & erramus in ipsis. Tenemus libros, & legimus, sed spiritalem sensum non attingimus, & ideo opus est lacrymis, & orationibus indefinentibus postulare vt Dominus aperiat oculos nostros. Quia & illi cæci qui sedebant in Iericho, nisi clamassent ad Dominum, non fuissent aperti oculi eorum. Iam quidem aperti sunt oculi nostri; quia Iesus venit aperire oculos cæcorum. Sed vereor ne nos ipsi eos somno iterum profundiore claudamus, dum non vigilamus in intellectu spirituali. Vigilemus ergo, & cum propheta dicamus: [Si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem,] &c. donec inueniam locum Domino, & Tabernaculum Deo Iacob.

Ignoramus quæ Deus non reuelat.

4. GENES. 27. Et non cognouit eum, quia pilosa manus, &c. HIERON. ad Damascum. Non mirum quod vir iustus aliquid ignorauerit, & contra voluntatem suam fecerit. Nullus enim homo, excepto eo, qui propter nostram salutem, carnem est indutus humanam, plenam habuit scientiam & certissimam veritatem. Vnde Paulus: [Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus,] &c. & quid oremus sicut oportet nescimus.] Samuel etiam propheta connumeratus Moyse in sacerdotio Dei, ad vngendum regem missus

Omnia peccans est ignorans.

10. NUMERORVM 24. Qui cadens apertos habet oculos. GLOSSA ORD. Sape malus æterna iudicia admiratus, prædicationem cælestis patriæ cum audit diligit, & opera diuine misericordiæ obstupescit. Iacens ergo miracula considerat, quia Dei potentiam sciendo pensat, sed vitendo non amat. GREGOR. 25. Moral. cap. 10. & hom. 9. in Ezechiel. legu: Qui cadit, & sic aperitur oculi eius: & ait. Nescit impius mala quæ agit, nisi cum pro eis puniri coeperit. Consilium Balaam contra Israelitas præbuit, sed post in pœna vidit quid prius in culpa commiserit. Electi autem quia nec peccare debeant, præuident, oculi eorum ante casum patent, iniquus verò post casum oculos aperit, quia post culpam, iam in pœna conspicit quia malum debuit vitare quod fecit. Haec ille. Saul post casum, ait 1. Reg. 26. [Apparet enim quod stultè egerim, & ignorauerim multa nimis.] Prou. 19. [Vbi non est scientia animæ non est bonum, & qui festinus est, pedibus offendet. In Hebræo habetur: Nec bene habet animus imperius, vt qui festinat, & pedibus offender. Ostenditur clarius in eo quod sequitur: [Stultitia hominis supplantat gressus eius, & contra Deum feruet animo suo.]

Ignorantia, contemptum solet excusare.

11. IOAN. 15. Si non venissem, & loquutus eis non fuisset, peccatum non haberent. BERNARD. Non dicit simpliciter, & loquutus nõ fuisset, sed interponit, eis, ostendens sine dubio non ante censerit inexcusabiles Deo contempto, quàm ad ipsorum vsque notitiam missio perueniret. Nam si loquutus quidem fuisset, sed non eis, inobedienciæ culpam ignorantia excusaret. Nunc autem, inquit, quoniam locutus sum eis, excusationem non habent de peccato suo.

Ignorantia mater erroris.

12. FVLGENTIVS lib. 1. Sicut virtutis Dei scientia, tenax est cælestis itineris; sic est in scientia mater erroris; quod etiam David ostendit, dicens: [Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.] Psal. 81.

Ignorantia perniciosa.

13. CLEMENS lib. Recognitionum. Nihil grauius quàm si id quod ignorat quis, scire se credat, & defendat verum esse quod falsum est. Quod tale est, quale si quis ebrius sobrium se putet, & agar quidem cuncta vt ebrius, sobrium se tamen ipse putet, & dici à cæteris velit. Ita sunt ergo & hi qui ignorantes quod verum est, speciem tamen alicuius scientiæ tenent, & mala quasi bona gerunt, atque ad perniciem quasi ad salutem festinent.

Ignorantia quandoque excusat.

1. CHRYSOST. hom. 67. in Matth. Præstat probatione detineri, quàm falsa opinio mancipari. Nam qui nescit, facilè ratione ducitur: qui verò scire credit, cum nesciat, non potest facilè veritatem suscipere. Nam & in charta vbi nihil scriptum est, facillimè scribitur; literis verò plena, non similiter certè; necesse enim est priora deleri. & qui adificat illico ruitura, peior est eo qui nunquam adificauit. & terra facilius aratro profcinditur, quæ nihil habet, quàm quæ vepribus referta. Nequaquam igitur cuncta scire velimus, sed patiamur etiam nonnulla ignorare, vt si magistrum inuenierimus, duplicem ei laborem non præbeamus.

missus, septem filios Iesse per singulos ignorans vsque ad David necesse describitur. cui dictum est: non quomodo videret Deus, videt homo. Homo enim videt in facie, Deus autem intuetur cor. Eliseus quoque qui duplici glorificatus est spiritu, cuius ossa vitam exanimi cadaueri reddiderunt, cum Samamitis ad eum venisset in montem, dixit ad Giezi: [Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est, & Dominus abscondit à me, & non nunciabit mihi.] Zacharias etiam & Daniel ad singulas visiones interrogabant Angelum, & suppliciter deprecabantur, vt exponat sibi quæ sunt illa quæ viderant; & plura sunt quàm vt exemplis debeamus docere: Sanctos viros, & Deo charos, ea tantummodo scisse quæ eis à Domino reuelata sunt, ignorasse verò quæ eis reuelata non fuerint. Vnde non mirum est, & Isaac in suam maximè vilitatem nescisse quid faceret. Ego quidem puto diuinæ dispensationis fuisse vt oculis cæcicaretur. Vide, verbo, Propheta, num. 13.

Ignorantiam qui non deponunt, abominabiles.

5. LEUIT. 11. Quidquid pinnulus, & squamas non habet, &c. abominabile, &c. INTERL. Per squamam intellige ignorantiam, sed quæ facillè auferatur. Sicut de Paulo dicitur: [Ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit. GREGOR. Sunt etiam pisces testam pro pelle habentes, quorum squama auferri non potest, quia verbo Dei squamas ignorantia non deponunt, nec cultum spiritus suscipiunt; hi abominabiles sunt, quia regenerationem, & vitam quam in baptismo acceperunt, viuendo malè, corrumpunt.

Ignorantia præcedit aliquando peccatum, aliquando subsequitur.

6. IUDICVM 16. Statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinculum. GREG. 7. Moral. cap. 13. Sciendum quod prius intellectus obrunditur, & postea captus animus per exteriora desideria vagatur, vt cæca mens quod ducitur, nesciat, & carnis illecebris se libenter subdat. Aliquando verò prius desideria carnis ebulliunt, & post longum desiderium illicitis operibus oculos cordis claudunt. Nam sæpe mens recta cernit, nec tamen audenter contra peruersa se erigit, & renitens vincitur, dum hoc ipsum quod egit diiudicans, carnis suæ delectatione superatur.

Ignorantia hominis magna.

7. 4. ESDRÆ 4. Excedens excessu cor tuum in faculo hoc, & comprehendere cogitas viam altissimi. Vt conuinceret Angelus Esdræ excessus sui, interrogat has tres quæstiones: Pondera mihi ignis pondus, aut mensura mihi statum venti, aut reuoca mihi diem quæ præterit. De quibus mihi si renunciaueris unam ex his, & ego tibi demonstrabo viam quam desideras videre. Postquam sacerdos Dei, ignorantiam propriam confessus est, arguit & reprehendit eum Angelus, dicens: Tu quæ tua sunt tecum coadulescentia non potes cognoscere, & quomodo poterit vas tuum capere Altissimi viam?

Ignorantia peccati irritat iram Dei.

8. 4. ESDRÆ 16. Non dicat peccator se non peccasse, quoniam carbones ignis comburent super caput eius, (scilicet Deus) qui dicit: Non peccavi coram Domino & gloria ipsius. Valde irritat iram Domini Dei ignorantia peccatoris, dicentis, [Peccavi, & quid mihi accidit triste?] &c.

Eo quis ignorantior, quo sibi sapientior.

2. QVO quis sibi sapientior videtur, eo ignorantior est. Vide verbo, Humilitas, num. 64.

De ignorantia crassa & culpabili.

15. ROMAN. 1. *Obscuratum est inspiens cor eorum.* CHRYSOST. *homil. 3. in Epistolam ad Roman.* Quemadmodum nocte illumi si quis peregrina via ingredi conetur, aut mare nauigare, non solum non perueniet ad finem destinatum, sed peribit protinus: Sic & isti iter ad cœlum ferens aggressi à se lucem cum ademerint, ac pro ea cogitationum tenebris se inuoluerint, in corpore incorporeum, in figura imaginatum exquirentes, naufragium infestissimum fecerunt. *Idem hom. 4.* Si impij futura supplicia minime presentiant, sed delectantur, ne mirum tibi sit. Etenim qui insanit, ac phrenesim patiuntur, si certe multas, & miserandas in semet iniurias dum inferunt, ob quæ facta alijs lacrymas cient, ob ea quidem rident ipsi, & insoleant, nec tamen dixerimus illos propterea supplicio liberatos, sed hoc ipso nomine, pœna grauiori affligi, quod nec ipsi quidem norint, quibus quantisque in malis versentur miseri. Nec enim ab ægrorum sed à sanorum calculo sententiam ferre nos oportet.

Idem.

16. THEODORICVS *Cyrenens. serm. 2.* Qui veritatem intueri nolentes, amant in tenebris versari, sunt velut aues illæ quæ noctu tantum volant, vt vlula, & noctuæ: hæ enim lucem odiunt, amant tenebras: sed his quidem nemo sanæ mentis indignetur, atque succenseat. Natura enim ab initio genus hoc vitæ illis addixit: qui verò vltro sese tenebris adducunt, nolentes cognoscere veritatem, quomodo quæso veniam consequentur?

IMAGINES.

- Primus imaginum inuentor Enos. 1.*
Imagines adoranda vt representatiue. 2. 3. 5. 8.
Differentia inter idolum, & similitudinem. 3.
Imagines non adoranda vt dii. 3. 4. 5. 8.
Imaginum vsus in veteri testamento. 3. 5. 7.
Imaginum vsus ad multa confert. 5. 6.
Imaginum vsus sanctissimus. 7.
Imaginum vsus à Christo, & Apostolis per traditionem. 9.
Imaginibus sanctorum debetur cultus, & reuerentia. 10.
Pro collocatiōe alicuius imaginis. 10.
Imagines colenda. 11.

Imago Patris Filii: Vide, Christus, & Deus.
Imago Dei homo: Vide, Homo.

Enos primus imaginum inuentor.

2. ENES. 4. *Enos cepit inuocare nomen Domini.* LIPOMAN. Primus inuocare cepit nomen Domini Enos. Quia secundum aliquos primus inuenit imagines quasdam per quas orationis deuotio excitaretur, vel quia eius tempore instauratus est Dei cultus, ritusque cepit ceremonijs Deum colendi.

Imagines representatiue rei diuinae sic adoranda.

3. GENES. 31. *Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum.* AVGVST. Quando istos titulos in rei cuiusque testimonio constituebant, non vt eos pro diis colerent, sed vt eis aliquid significarent, aduertendum est. LIPOMAN. Sic & imagines

in Ecclesia receptæ sunt, non vt diuino honore colantur, sed vt quorum imagines sunt, representent. RYPERT. Lapis erectus à Jacob in titulum in acervo testimonij, Christum significat qui est caput, & princeps martyrum, id est, testium Dei. *Hæc ille.* Dum dicitur imagines non coli, intellige, propter se, sed propter prototypa.

Differentia inter idolum, & similitudinem.

3. EXODI 20. *Non facies tibi sculptile, nec omnem similitudinem quæ est in celo desuper, & quæ, &c. non adorabis ea, nec coles.* ORIGEN. & THEODOR. Alia litera habet: *Non facies tibi idolum, nec omnem similitudinem.* Inter idolum & similitudinem hæc est differentia, quod idolum est rerum imaginabilium quæ nunquam steterunt; similitudo autem, est earum rerum quæ subsistunt. v.g. Siquis in quolibet metallo vel lapide faciat speciem quadrupedis alicuius, vel serpentis, vel auis, iste similitudinem, non idolum facit. Si quis autem humanis membris caput canis, aut arietis formet, vel in vno homine duas facies fingat, iste idolum facit, quia facit quod non est vel fuit. Vnde Apostolus: [Idolum nihil est in mundo.] CALVET. Neque inhiabitur Iudæis facere idola, & similitudines, absolute, sed cum pronomine tibi; non enim dicitur, non facies idolum, & similitudinem. Quod fuisse inhiere artem fingendi, dolandi, sculpendi, & faciendi imagines. Perspicuum enim est in tabernaculo Dei fuisse imagines. Sed dicitur: *Non facies tibi, id est, non facies vt tuum Deum.* Vnde & sequitur: *non adorabis ea, nec coles.* LIPOMAN. Neque ex hoc loco colligitur prohiberi nobis omnia simulacra, vt falsò hæretici autumant, quia solum prohibentur ad colendum ea, non vt non habeantur, aut fiant, absolute. Et hunc esse verum litteræ sensum, ex præcedentibus & subsequens faciliè conuincitur. Nam antequam talem prohibitionem faciat, hæc verba præmittit: *Non habebis Deos alienos coram me, & post prohibitionem simulacrorum; subiungit: Non adorabis ea, nec coles.* Ergo solum prohibentur imagines ne pro diis habeantur, & colantur. At nos cum imagines colimus, non illas tanquam Deos veneramus, quoniam nostram adorationem non ad illas, sed ad earum exempla referimus. Vnde in sexta Synodo dicuntur hæc verba: Venerabiles imagines, Christiani non deos appellant, nec seruiunt eis vt diis, nec spern salutis ponunt in eis, nec ab eis expectant futurum iudicium, sed ad memoriam & recordationem primitiuorum venerantur eas, & adorant, sed non seruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturæ.

Idem.

4. IBID. D. THOM. 2. 2. *quest. 122. ar. 2.* In primo præcepto excluditur cultus falsorum Deorum, qui duplex erat apud antiquos. Quidam enim creaturas colebant absque imaginibus, vt Romani, de quibus Varro. Antiqui Romani sine simulacris Deos coluerunt. & hic cultus prohibetur primò, cum dicitur: *non habebis Deos alienos coram me.* apud alios erat cultus sub quibusdam imaginibus. & hic prohibetur etiam, cum dicitur, *non facies tibi sculptile, &c.*

Idem.

5. IBIDEM. DAMASC. *lib. 4. de orthod. fide, cap. 17.* Quia nonnulli nobis exprobrant quod adoramus & veneramus Saluatoris nostri & reginæ nostræ Deiparæ imaginem, insuper & reliquorum sanctorum & sanctorum Christi, audient quod à principio Deus hominem ad suam imaginem fecerit; cuius igitur gratia inuicem adoramus, nisi quatenus ad imaginem Dei facti sumus? Nam, vt inquit Deifer, & magnus in diuinis

diuinis BASILIVS: Imaginis honor ad exemplari transferretur honorem. Cuius gratia & Mosaius populus tabernaculum in circuitu adorabat, imaginem & formam gerens caelestium, imo & totius creaturæ. Quid autem in Ierosolymis celebratissimum templum? Nonne manu factum est? Sacrificabant quidem Iudæi, sacrificabant & Græci: Iudæi quidem vero Deo; Græci verò demonibus: & detestabile erat Græcorum sacrificium, & damnabile: Iudæorum autem, Deo bene acceptabile. Sic Græcorum sculptilia, & interdicta sunt; Iudæis autem in veteri Testamento tritus non fuit imaginum vsus. & infra. Quia non omnes literas norunt, nec lectioni incumbunt, patres nostri consenserunt veluti quædam trophæa hæc in imaginibus ad promptam memoriam. Siquidem ob negligentiam frequenter cogitatione non tenentes passionē Christi, imaginem transfusionis Christi videntes, in Saluatoris passionis memoriam redimus, & procidentes adoramus, non materiam, sed imagine representatum. Idem idem & de Dei matris imagine. Nam honor ad ipsam, in illum qui ex ea incarnatus est, reuocatur. Similiter autem & sanctorum fortia facta præparant nos ad fortitudinem, & zelum, & imitationem virtutis illorum, & gloriam Dei. Vt enim diximus, honorem qui exhibetur benignis gratiæ conferuis, beneuolentiæ ad communem Dominum præ se ferre indicium: Sic & imaginis honor, ad prototypum exemplar imaginisque veritatem transfertur.

Idem.

6. IBIDEM. GREGOR. *lib. 7. Registri Epist. 109.* Ad nos peruenit quod fraternitas vestra imagines Ecclesiæ confregit, arque proiecit, quas frangere non debuisse iudicamus. Idcirco enim pictura in Ecclesiis adhibetur, vt hi qui literas nesciunt, saltem in parietibus videndo legant quæ in codicibus legere non valent. *Idem lib. 9. Epist. 9.* Perlatum ad nos fuit quod inconsiderato zelo succensus, sanctorum imagines, sub hac quasi excusatione, non adorari debuisse, confregeris. Et quidem quia eas adorari vetuisses, id est, propter se, laudauimus, vetuisse verò reprehendimus. Dic, frater, à quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Si non aliud, vel illud te debuit renouare, ne despectis alijs fratribus solum re sanctum & esse crederes, & sapientem. Aliud est enim picturam adorare; aliud per picturam historiam, quid sit adorandum, addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus. Quia in ipsa etiam ignorantes vident quod sequi debeant. Quapropter in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit. Conuocandi ergo sunt Ecclesiæ filij, eisque Scripturæ sacre testimonij est ostendendum, quod omne manu factum adorare non liceat, ac deinde subiungendum, picturas imaginum, quæ ad ædificationem imperiti populi fuerunt factæ, modis omnibus & fieri, & haberi, & conseruari debere.

Imagines aliquo inssu Dei factæ.

7. IBIDEM. LIPOMAN. Licet Iudæis fuerit districtius inhibendum ne sculptile haberent, Dominus tamen præcepit Moyli, dicens: [Duos quoque Cherubim aereos & productiles facies ex vtraque parte oraculi.] Ecce imagines Cherub, & non in loco vulgari sed in propitiatorio, quod erat operimentum arcæ Testamenti. Item eidem præcepit: *Fas serpentem aneum, & pone eum pro signo; qui percussus aspexerit eum, viuet.* Ecce aliam imaginem, ex præcepto Domini factam, cuius vsus valde salubris erat. Quem serpentem Ezechias rex confregit postea, non quia malum erat ta-

lem imaginem retinere, sed quia videbat populum honores diuinos ei impendere. Vnde Scriptura: *Confregitque serpentem aneum quem fecerat Moyses, si quidem vsque ad illud tempus filij Israel adolebant illi incensum.* Salomon quoque in templo fecit Cherubim, & palmas & malgranata, & in mari aneo posuit duodecim boues, & in basibus laterum leones cum bobus, & tamen non ob id reprehensus dicitur. Si ergo tunc licuit duodecim boues sculperet, cum magis esset de idololatria timendum, cur non licebit duodecim Apostolos pingere quorum illi figuram gerebant? Si licuit serpentem exaltari coram populo ad idololatriam prono, cur non licebit nunc Christum in cruce exaltatum depingere, & insculperet, vt ex illius imaginis aspectu reducamus ad memoriam immensa beneficia, quæ generi humano, in cruce moriens nobis exhibuit? Si vmbra licuit pingere, cur non licebit pingere corpus? Est igitur licitus imaginum vsus.

In imagine adoramus, non materiam, sed representatum.

8. IBIDEM. DAMASC. *ubi supra.* Adorantes imaginem, non materiam, sed imagine representatum adoramus. Sicut nec materiam ex qua scriptum est Euangelium; sic nec crucis materiam adoramus, sed quod typo figuræque exprimitur. Nā quid refert crux à materia, si non habet representationem Christi? LIPOMAN. Quod si vnus aut alter simplicitate quadam deceptus erret, & in imagine ipsa sistat, ille doctus est, & non propter illum imagines sunt prorsus delenda. Leges siquidem, & statuta, non paucorum numero, sed maiori populi multitudini prospiciunt.

Imaginum vsus per traditionem à Christo, & Apostolis.

9. IBIDEM. DAMASCEN. *ubi supra.* Est autem hæc traditio non scripta, perinde ac adorationis ad orientem adorare, scilicet crucem, & alia plurima. Fertur autem quod Dominus Abagaro regi Edissenorum, qui pictorem miserat, vt Domini similem imaginem pingeret, non valente pictore ob splendorem faciei suæ, ipse suum vestimentum faciei diuinæ applicans, in vestimento sui ipsius imaginem absterfit. & sic desideranti misisse Abagaro. Quod autem plurimi sancti Apostoli tradiderunt sine scripto, scribit Paulus: [Tene, inquit, traditiones nostras quas edocti estis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.] & iterum: [Laudo vos fratres, quia per omnia mei meministis: Et sicut tradidi vobis traditiones tenetis.] D. THOMAS. *3. dist. 9. ar. 2. ad 2.* Inter multa quæ Apostoli tradiderunt, quæ scripta non sunt in canone, vnum est de vsu imaginum: vnde Damascenus etiam dicit, quod Lucas depinxit imaginem Christi, & Beatæ Virginis. Fuit autem triplex ratio institutionis imaginum in Ecclesia. Ad instructionem, scilicet rudium, qui eis quasi quibusdam libris edocentur. Secundò, vt incarnationis mysterium, & sanctorum exempla magis in memoria essent, dum quotidie oculis representantur. Tertio, ad excitandum deuotionis affectum, qui ex visis efficacius incitatur quam ex auditis. LIPOMAN. In historia Ecclesiastica etiam legitur, *lib. 7. cap. 14.* Mulierem à profluuio sanguinis à Christo sanatam etiam imaginem ante fores domus suæ in Casarea Philippi, in memoriam tanti beneficij Domino Saluatori erexisse; è cuius basi herba nascens, cum simbriam imaginis terigisset, morbos omnes depellebat. & EUSEB. dicit, vsque ad suum tempus mansisse, & ipsum suis oculis inspexisse.

Imaginibus sanctorum debetur cultus & reuerentia.

10. P A R A L. II. Non ingredieris huc nisi abstuleris cacos & claudos. L Y R A N. Rab. Salomon dicit quod isti caeci & claudi, erant duae imagines representantes Isaac caecum, & Iacob claudum; & quod Iebusai qui erant in Ierusalem, descenderant de Abimelech, cum quo inuit foedus & iuramentum Abraham, vt habetur Genes. 11. Et ideo videntes posterius eius filios Abraham crescentes, timuerunt, ne aliquando vellent eos inuadere, & ideo opposuerunt praedictas duas imagines in parte superiori sui fortalij, & in ore cuiuslibet imaginis erat scriptum iuramentum Abraham: Quasi diceret: Posterius Abraham non possunt hunc locum inuadere. & secundum hoc dicuntur, caeci & claudi odientes animam Dauid, in quantum reputabant eum transgressorem iuramenti Abraham, & per consequens odibilem Isaac & Iacob, quorum erant imagines. Dicuntur etiam caeci & claudi, in plurali, quia ponitur pro singulari, vt consuevit poni numerus singularis pro plurali. Haec ille. Ex quo colligitur respectus maximus haberi solitus sanctorum imaginibus etiam apud Barbaros. Sufficenter enim se munitos putabant, & suam ciuitatem his sanctorum Patriarcharum imaginibus. Applicata ad collocationem alicuius imaginis. No possunt scilicet inimici nostri hunc locum inuadere, tali scilicet praesidio munitum. Non ingredietur Dauid huc, id est, Christus filius Dauid non erit nobis contrarius, &c.

Imagines colenda.

11. D A M A S C. Oratione 3. de Imaginibus. Quem admodum que in Vetere & nouo Testamento scripta sunt, adoramus, colimus, & osculamur, & oculis, & labiis complectimur: At turpem & execrabilem Manichaeorum scripturam ac diaboli gloriam, & animorum perniciem inuentam, licet eadem vocabula contineat, reiciimus & improbamus: Sic cum de imaginibus agitur, faciendum est, vt inquamus, & mentem eorum qui illas faciunt, expectemus, vt si vera rectaque sit, & imagines ad gloriam Dei & sanctorum, ad amplectendas virtutes faciendaeque vitia, atque animorum salutem referantur, eas vt exempla, & similitudines, & hominum modum atque simplicium libros complectamur. Ac Dei quidem, vt carnem induti, & matris eius & sanctorum imagines, oculis, labiis, animo complectentes prosequamur. Et infra. Sic sancti patres sacrificia, templaque demonum sustulerunt, & eorum loco templa sanctorum nomini dedicauerunt, quae nos colimus. Sic imagines demonum sustulerunt, & eorum loco Christi, & Dei genitricis, & sanctorum imagines constituerunt, quas veneramus.

INCARNATIO.

- Incarnatio praenisa. I. 4. 6. 8. IO. I 3. I 4. I 5. 23. 39. Pro Euangelio incarnationis. 2. I 8. 38. 42. Incarnatio Domino, abundantia gratiarum secuta est. 2. In incarnatione Christi, plenitudo Spiritus sancti. 3. Solus Christus semen mulieris, habuit integras inimicitias cum Diabolo. 5. Quare in forma humana apparuit Deus. 7. IO. Prerogatiua generandi Deum communicatur Abrahae. 8. Clamores sanctorum pro incarnatione. 9. 3 I. Abraham vidit Verbum incarnatum. IO. I 3. I 5. Incarnationem tota Trinitas operata est. II. I 7.

- Post incarnationem Angeli homines venerantur. I 2. Christus incarnatus paupertatem elegit. I 4. Christus aperuit scripturas. I 6. 34. Mediante incarnatione consequimur beatitudinem. 4 I 7. Per incarnationem diues effectus est mundus. II. I 9. 20. 34. 37. 38. 52. Genealogia Iudeorum post incarnationem cessauit. 20. Dominus in carne veniens, manifestat se Iudaeis. 2 I. Per incarnationem facti sumus pars Christi. 2. 2. Incarnationis prophetiae certissima. 2 4. 25. In incarnatione diuinitas non consumpsit humanitatem. 26. Incarnationis humilitas, & charitas. 27. 28. 29. 30. 33. 36. 43. 44. 45. 46. Incarnationis mysteria, non humana sapientia inquirenda. 32. Per incarnationem figure impleta. 34. 53. Super fidem incarnationis offerenda opera nostra. 35. 5 I. Incarnationis tempus. 38. 47. Incarnationis motuum vt amarem Deum. 40. In incarnatione duae naturae, & vna persona. 4 I. Incarnationis signa manifestat Deus. 48. 49. 50. Incarnationis memoria multum prodest. 35. 5 I. Natura humana per incarnationem restituta. 52. Christus infirmitatem carnis assumens fortes nos fecit. 54. Cur Christus aduentum suum vsque ad Herodis tempora seruaui. 55. 57. Quam multiplex fructus vteri Virginalis. 56. Christus aduentu suo nos illuminauit. 58. Christi innocentia. 59. Per incarnationem foras exiit, vt nos introduceret. 60. Caro Christi adoranda. 6 I. Deus incarnatus est vt carnis mortem perimeret. 62. Incarnatus Deus vt mereretur nobis. 63. 64. Non conuersus in carnem. 65. Christus veram de primis parentibus carnem traxit. 66. Christus vir etiam in utero matris fuit. 67. Caro Christi, huius ad capiendum diabolum. 68. In incarnatione tota Trinitas operatur. Vide, Trinitas, num. I 6. 35. 47.

Incarnatio praenisa.

GENES. I. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. THEODORET. Vnigeniti sui prauidens incarnationem, quod naturam humanam e virgine lumpurus esset, atque eam ita sibi copulaturus quod vna eademque persona, Dei pariter & hominis intelligatur; vnam quoque adorationem ab vniuersa creatura illi offerendam esse: Ideo ipsius generis fundamentum atque principium maximo honore affecit. GLOSSA ORD. Faciamus hominem ad imaginem, &c. scilicet ad eam formam, & effigiem, quae praedestinata est ab aeterno, vnicendam Dei filio, vnde Rom. I. [primogenitus omnis creatura] dicitur. R V P E R T. super illud: Ad imaginem Dei creauit illum. Prouide, inquit

quit, omisit Moyses, & similitudinem, vt subaudias, recreaturum aliquando ad similitudinem suam; crederat enim ei qui sic ad imaginem & similitudinem Dei futurus erat nascendo de virgine, vt in filios Adae perditam similitudinem refunderet, & ibi confimiles efficeret.

Incarnatio Domino abundantia gratiarum secuta est.

2. GENES. 2. Non pluerat Dominus super terram, & homo non erat qui operaretur terram. INTERL. Vsq. ad diluuium non legitur pluuisse. Nota tamen quod ingresso Noe in arca quam ipse fabricatus est, id est Christo Domino in Maria matre, ita multum pluit, vt aquae inundarent terram. Ex qua inundatione sequutum est vt boni eleuarentur super montes excelsos Armeniae, id est, caelos ascenderent, mali vero submersi sunt. Vnde Simeon prophetauit de Christo, [Hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum.] I S I D O R. Vel aliter: & homo non erat qui operaretur terram, id est, nullus homo operatus est in virgine vnde natus est Christus. Ipse enim est lapis de monte sine manibus abscissus, id est, absque humano semine de vtero virginali quasi de monte humanae naturae. Sed fons ascendeat de terra irrigans vniuersam superficiem terra. Terra beata virgo est cui benedixit Dominus, quam terram irrigauit Spiritus sanctus, qui fons & aquae nomine in Euangelio significatur. [Benedixisti Domine terram tuam, aueristi captiuitatem Iacob.]

In incarnatione plenitudo Spiritus sancti.

3. I B I D E M. Formauit igitur Deus hominem de limo terra. E V C H E R. Id est, factus est Christus ex semine Dauid secundum carnem. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vite: id est infusionem Spiritus sancti. Vnde Dauid: [Protektor noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui.] & factus est homo in animam viuentem, scilicet vt qui perfectus erat Deus, perfectus crederetur & homo: & tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso, id est assumpsit Deus humanam naturam, & illam beatificauit, & factus est caput Ecclesiae. vt operaretur: id est, ex omnibus gentibus Ecclesiam constitueret, & custodiret Ecclesiam; & ita impletum est, ait I S I D O R. illud Ioan. 17. [Pater ego seruabam eos in nomine tuo quos dedisti mihi.]

Incarnatio praenisa.

4. I B I D E M. Non est bonum hominem esse solum, faciamus Iei adiutorum simile sibi. A M B R O S. Quando solus factus est Adam, non dictum est bonum esse factum Adam; quando autem & mulier facta est, dictum est: Vidit Deus cuncta quae fecerat, & erant valde bona. Imo vbi solus factus est Adam, non solum non approbatur opus, sed reprobatur; dicitur enim: non est bonum hominem esse solum, &c. propter generationem successiouis generis humani, debuit mulier adici viro. hoc ipsa verba declarant, dicentis Dei, non bonum solum esse hominem. Nam etsi mulier prior peccatura erat, tamen redemptionem sibi paritura. Quamuis enim Adam, vt ait Apostolus, non est seductus, mulier autem seducta, & in praerogatione fuit, saluabitur tamen per filiorum generationem, inter quos generauit & Christum. Genes. 3. Et collocauit, &c. gladium versatilem. G R E G O R. 12. Moral. cap. 7. Homo qui per se cecidit, per se ad paradisi requiem redire non potuit, nisi veniret qui suae incarnationis mysterio eiusdem nobis paradisi iter aperiret. Vnde romphaea illa quae ad paradisi aditum posita est, versatilis dicitur, pro eo quod quandoque veniret tempus, vt etiam remoueri po-

tuisset. S T R A B. Versatilis est gladius, quia potest remoueri. Remotus est enim Henoc & Elia; & quotidie remouetur fidelibus, de hac vita ad supernam beatitudinem ascendentes. Vide etiam, Tempus, num. I. ex Theodoro.

Solus Christus semen mulieris, habuit integras inimicitias cum diabolo.

5. GENES. 3. Inimicitias ponam inter te, & mulierem: inter semen tuum, & semen illius. R V P E R T. Id est, Christum, qui [accinctus gladio super femur suum, potentissimus intendit prospere, processit, & regnauit] hostemque publicum superauit, iuxta illud: Tu humiliasti sicut vulneratum superbum in brachio virtutis tuae, tu contribulasti capita draconum in aquis, tu confregisti capita draconis. Christus namque solus ita semen mulieris est, vt non etiam semen viri sit. Omnes vero nos viri pariter & mulieris commixtura semen sumus, & nemo nostrum cum isto deceptore integras se habere inimicitias gloriabitur. Solus Christus dicere potest: [Venit princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.]

Incarnatio praenisa.

6. GENES. 16. Hic vidi posteriora videntis me. CAIEP. G T A N. Reddit Moyses rationem qua Agar cognouit, illum qui cum ea locutus fuerat, esse Deum. Profecto hic vidi posteriora videntis me, quasi diceret: Non vidi eum facie ad faciem, sed posteriora eius; & ideo Deum fuisse intelligo. R A B A N V S. Nam sicut Moyse dictum est, nemo potest faciem Dei videre, & viuere, id est, ipsam manifestationem sapientiae Dei, posteriora vero Domini, id est, incarnationem, quam in fine temporum sumpsit ex Virgine, possimus videre. Sequitur: Propterea appellauit puteum illum, puteum viuentis & videntis me. L I P O M A N. Huiusmodi enim annotationibus locorum, sancti olim Domini beneficia memoriae successorum consecrarunt, ad fidei propagationem. INTERL. Puteum viuentis & videntis profunditatem Dominicae incarnationis in aeternum manentis, & altitudinem consilij conseruantis significat.

In forma humana apparuit saepe verbum Dei.

7. GENES. 17. Apparuit illi, scilicet Abrahae, Dominus. I R E N A E V S. L I P O M A N. & alij. Patres primi post Apostolos Ecclesiae doctores, ienserunt Verbum Dei Patris suo tempore incarnandum, hoc est, Christum Dominum, patribus apparuisse, nunc quidem hac, nunc ista forma, crebro tamen in forma humana, donec ipsam dignatus est, non formam tantum, sed ipsam etiam substantiam ac naturam induere, & in ea forma frater noster ac redemptor promissa Patris complere. Haec illi. Verè deliciae Dei esse cum filiis hominum, Dominus ostendit, siquidem deliciabatur, vt ita dicam, formam humanam naturae assumendo, & quod Hispanicè dicitur seerayaba dum naturam humanam assumebat.

Prerogatiua generandi Deum communicatur Abrahae.

8. I B I D E M. Sed appellaberis Abraham, &c. Litera ex nomine Dei sumpta quae Abrahae & Sarae addita est, indicat prerogatiua generandi Deum datam utriusque. Vide, verbo, Christus, num. 4.

Clamores sanctorum pro incarnatione.

9. GENES. 17. Putasne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? A V G V S T. Verba haec non sunt dubitantis, sed admirantis. A M B R O S. Non est incredulus in promissis, nec auarus in votis; sed quasi diceret: Non dubito quod facias vt centum annorum

norum seni dones filium, & naturæ auctor, naturæ metas relaxes. Beatus cui ista donantur. RVPERT. Non dubitando, sed suam ipse felicitatem ineffabiliter admirando. Planè reuerentis, & pudorati animi est, contentis, illud quod promittebatur, longè abundantius esse quàm petere ipse auderet. Sanctorum mysticè hæc vox est, *putasne centenario nascetur filius?* Cùm floreret rerum status temporibus regum nobilium, non venit Christus; sed cùm ablatum est sceptrum de Iuda, & dux de femore eius. Tunc enim quasi quoddam senium erat Abrahæ. Putas ne ergo nunc veniet qui mittendus est? dicebant sancti illius temporis; putas, video? putas, durabo? Putas hinc me inueniet illa natiuitas? Eorum huiusmodi suspicia Simeonis expectatio satis indicat, qui in desiderio cordis sui responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini.

Abraham vidit Verbum incarnatum.

10. GENES. 18. Quos cum vidisset, &c. adorauit in terram, dicens: Domine si inueni gratiam, &c. AVGVST. in questionibus super Genes. Quare cum tres viderit, Dominum appellat, dicens, Domine, &c. Fortè intelligebat vnum ex eis Dominum, & alios angelos. AMBROS. Abraham dum peregrinantibus defert hospitium, Deum atque angelos eius hospitio suscepit. Et infra. Tres vidit, & vnum Deum appellat, illius solius se seruum fateatur. CHRYSOST. Fortasse vnus gloriosior cæteris apparebat, ad quem exhortationem suam conuertit. EVCHER. Quod tres videns, vnum adorauit, ostendit illum vnum Saluatorem esse, cuius iam aduentum est præstolatus. Vnde & ipse Dominus: [Abraham pater vester exultauit ut videret diem meum, vidit, & gauisus est.]

Incarnationem tota Trinitas operata est.

11. RVPERTVS *ibid.* Aptè ubi nasciturus erat Isaac, Trinitatis mysteriù reuelatur: quia ubi Christus nascitur, eiusdem incarnationem præsentia suæ maiestatis tota Trinitas in hospitio Virginei ventris operatur, & exinde nomen eiusdem Trinitatis toto mundo publica prædicatione declaratur.

Post incarnationem, Angeli homines venerantur.

12. GENES. 19. Iuit Loth obtinam eis, adorauitque pronus in terram. AVGVST. Ideo adorauit pronus in terram, quia intellexit quod essent Angeli. GREGOR. hom. 8. Postquam cæli rex terram nostræ carnis assumpsit, infirmitatem nostram, illa iam Angelica cellitudo non despicit, & quos priùs infirmos abiectione despexerat, iam locios venerantur. Hinc est quod Loth & Iosue Angelos adorant, nec tamen adorare prohibentur, Ioannes verò in Apoc. adorare Angelum voluit, sed tamen Angelus non permisit, dicens: *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum.* Ratio est, quia postquam naturam nostram super se assumptam conspiciunt, prostratam sibi videre pertimescunt, nec iam sub se velut infamam, contemnere ausi sunt, quam super te videlicet in cæli rege veneratur, nec habere dedignantur hominem locium, qui super se adorant hominem Deum.

Incarnatio præuisa.

13. GENES. 24. Pone manum tuam subter femur meum, & iuraueris per Deum cæli & terræ. GLOSSA GRÆCA. Manum subter femur ponere iussit, præuidens spiritu prophetiæ, è femore suo vniuersorum Dominum aliquando carnem sumpturum. GREG. Quia per membrum illud descensurâ fuit caro illius,

qui filius Abrahæ esset ex humanitate, & Dominus eius ex diuinitate. Vnde dicit: *Iura per Deum.* Quali diceret: Tange filium meum, & iura per Deum: item *subter femur*, non super femur manum ponere iussit, quia ille inde fuerat descensurus, qui homo quidem, sed super homines omnes veniret. Nulla siquidem caro super illam carnem est, quam in redemptionem nostram sibi Patris vnigenitum vniuit.

Idem.

14. GENES. 18. Vocauitque Isaac, Jacob, &c. præcepitque ei dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaan, sed vade, & proficere in Mesopotamiam, &c. AVGVST. *serm.* 79. de tempore. Beatus hic Isaac Dei patris typum figurat; Jacob autem Christum Dominum significat. Beatus ergo Isaac neglectis mulieribus regionis in qua habitabat, misit filium suum ut in regione longinqua sibi vxorem accipiat, quia Deus pater missurus erat vnigenitum suum in mundum, qui repudiata natura Angelica, de humana sibi sponsam sociaret. De beato Iacob non legitur, quod cum equis aut asinis, & camelis abierit, sed hoc tantum legitur, quod baculum in manu portauerit, & Christus Dominus ad accipiendam sibi vxorem pauperimus in mundum venit, solum baculum crucis in manu detulit, ad redimendam Ecclesiam.

Idem.

15. IBIDEM. Vidit Iacob scalam, &c. AMBROS. Iacob in scala Christum præaidit in terris, ad quem Angelorum caterua descendit, obsequium proprio Domino pio seruitio præbitura. RVPERTVS. Vidit igitur Iacob scalam, & Dominum innixum scalæ, id est, incarnandum de Maria, cuius vir erat Ioseph, & cæcos tangebatur scala, quia per hanc incarnationem, cæli porta hominibus clausa aperienda erat. Vide verbo, *Christus*, num. 5.

Christus in carne veniens aperuit Scripturas.

16. GENES. 29. Profectus ergo Iacob venit in terram orientalem, & vidit puteum in agro, &c. cuius os grande lapide claudetur. &c. RVPERTVS. Esau reprobato, Iacob electus, & paterna benedictione sacrat, ad accipiendam vxorem præcepto patris peregre proficiscitur, id est, electus ex millibus Deus & homo Iesus gratiam benedictionis diffusam habens in labiis suis, & in æternum benedictus, ad coniungendam sibi Ecclesiam in exilio mundi huius, officio sanctæ prædicationis accingitur. Venit igitur in terram orientalem vir iste cuius nomen est oriens, iuxta prophetam, & ipso aduentu suo terram suam, quam iuxta psalmistam benedixit, fecit esse orientalem, illuminando scilicet his qui in tenebris & umbra mortis sedebant. Venitque ad puteum grandi lapide clausum. Nam scripturæ sacræ puteum, scribæ & pharisæi grandi lapide clauserant, propter traditiones suas. Vnde Dominus illis impropert: [Vae vobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, & ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis.] & alibi: [Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras?] RABANVS. Veniente igitur Christo lapis remotus est prædicatione sua. EVCHERIVS. Quia vniuersa quæ de se fuerant scripta, in se expleri permisit, vel expleta esse ostendit. LIPOMANVS. Tunc remouit, cùm in die resurrectionis suæ Apostolis sensum aperuit, ut intelligerent scripturas,

Mediante Christo in carne consequimur beatitudinem.

17. GENES. 17. Domine Deus vnde scire possum quod possessor sum eam, scilicet terram? AVGVST. Non

Non ait, vnde sciam, quasi adhuc non crederet, sed ait, secundum quid sciam? Sic enim habet alia litera. Ut ei rei quam crederat, aliqua similitudo adhiberetur, qua eius modus agnosceretur. Sicut non est Virginis Mariæ diffidentia, quod ait: [Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?] Quod enim futurum esset certa erat, modum quo fieret inquirebat, & hoc cùm quæsisset, audit: Spiritus sanctus superuenit in te, &c. Sequitur: *Sume tibi vaccam triennem, &c.* LIPOMAN. De possessione terræ illius interrogans Abram, de qua dicitur: [Credo videre bona Domini in terra viuentium,] quomodo eam hereditaturus esset, responsum accepit, quod per Christum Dei filium de se incarnandum. Nam animalia quæ sumi præcipiuntur, Christi representant humanitatem. Vacca enim eius fortitudinem in sustinendis laboribus, maxime in passione pro nobis toleranda. Capra, quæ perpetua febre laborat, similitudinem carnis peccati, quam pro nobis induit. Arius, eius innocentiam, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sunt autem omnia ista animalia trium annorum, quia in Christi nomine tota sancta Trinitas continetur; videlicet Pater vngens, filius vnctus, Spiritus sanctus vnctio. Turtur etiam Christi designat castitatem, columba verò, quæ sine felle est, eius mansuetudinem. Dicit enim de se: [Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.] Lampas ignis transiens per diuisa animalia, plenitudo diuinitatis est, quæ in Christo homine corporaliter habitat.

Angelus missus pro incarnatione.

18. GENES. 24. Si noluerit mulier venire mecum, &c. Dominus cæli, & terra qui eduxit me, &c. ipse emittet Angelum suum coram te, ut accipias inde vxorem filio meo. AMBROS. Quasi propheta hoc dixit Abraham. Vnde Lucas: [Missus est Gabriel Angelus à Deo,] &c. & quasi moralis doctor, docuit te sperare de Domino quod iuuare dignetur incrementum fidei quarentem.

Per incarnationem, diues effectus est mundus.

19. GENES. 30. Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es, benedixitque tibi Dominus ad introitum meum. RVPERT. Quid habebat hic mundus, significatus per Laban, antequam Iacob, id est, Christus, ad eum veniret? Quid nisi modicum legalis scientiæ, quam & pauci nouerant, modicumque carnalium ceremoniarum, quarum rita vmbra per pauci vnum Deum vticumque colebant? At nunc dicit Christus: Diues effectus es o munde, benedixitque tibi Deus ad introitum meum. Verè diues effectus est mundus vniuersus præclara nimis veri Dei notitia benedixitque ei Deus omni benedictione spirituali, scilicet peccata ei remittendo, & dona Spiritus sancti ei largiendo. Vnde & potest dicere cum Laban: Experimento didici quod benedixit mihi Deus propter te.

Per incarnationem, benedictionem accepimus.

20. GENES. 32. Ecce vir luctabatur cum eo usque mane: qui cum videret quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. RVPERT. Famosa hæc lucta, qua homo cum Deo luctatus est, & tamdiu tentus est Deus, donec suam homini benedictionem largiretur; qua accepta homo victor claudicare cepit; statum populi Israel vsque ad incarnationem, passionemque Christi, præfigurauit, &c. Ita que longo luctamine detentus est Deus, ne scilicet desereret populum Israel, nec antè dimissus, donec benediceret Iacob scilicet benedictione illa in qua benedicerentur omnes gentes, iuxta illud: [Be-

nedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.] Tunc enim reuera Deus benedixit Iacob, quando de femine eius Christus carnem assumens, antiquam maledictionem soluit, veramque benedictionem, id est, gratiam sancti Spiritus, post passionem suam effudit. Sed nota, quod dando benedictionem, femoris neruus Iacob emarcuit: Quia antequam veniret Christus, & benedictionem daret, virebar, & florebat carnale genus Israel, legitimumque ac sanctum erat singulas tribus, per familias, domos, ac viros distinguere diligenter, donec fructus iste benedictionis exiret. At ubi venit hic qui solus generationum texendarum causa erat, neruus femoris Iacob emarcuit, & cunctas genealogias quas deinceps Iudæi texere conantur, contemimus & cuitamus. cessauerunt namque in Christo.

Dominus veniens in carne manifestat se Iudæis.

21. GENES. 45. Præcepit ut egredierentur cuncti foras, &c. eleuauitque vocem cum fleu, &c. & dixit, Ego sum Ioseph, &c. AMBROS. Iussit Ioseph omnes recedere, ut agnosceret à fratribus: Quia & Dominus Iesus non venerat, sicut & ipse ait, nisi ad oues quæ perierant domus Israel; & emittens vocem cum fleu, ait: Ego sum Ioseph, hoc est, expandit manus suas ad populum non credentem, & contradicentem, non legatum, nec nuntium quærens, sed ipse Dominus saluum facere volens populum suum: Ego qui loquar, ecce adsum, inquit, & palam factus sum non quarentibus me, apparo iis qui me non interrogabant. Quid igitur aliud tunc clamauit, cùm principibus Iudæorum interrogantibus, *Tu es filius Dei?* responderet, *vos dicitis quod ego sum.* & cùm Pilato diceret, *Tu dicitis quia rex sum ego.* & principi sacerdotum dicenti: *adiuro te per Deum vnum ut dicas nobis, si tu es Christus filius Dei,* referret: *tu dixisti:* Hoc est ergo quod ait, *Ego sum Ioseph:* id est, ego sum diuinæ potentiæ, *Adhuc pater meus viuus:* hoc est, ego patrem non nego, ego fratres agnosco. Sequitur, *En oculi vestri vident quod os meum loquatur ad vos.* LIPOMAN. Per hæc verba, verum Dominicæ incarnationis exprimitur sacramentum, de quo dicitur per Apostolum: Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, qui nempe Dei filius, cùm antea prophetarum ora consueuisset aperire, in carne veniens, os suum aperiens, & ore ad os loquens, fratribus suis Apostolis sanctam suam dictauit legem, quod & sponsa exoptabat: *osculentur*, inquit, *me osculo oris sui.* Quasi diceret, Veniat ipse & trabea carnis indatus, præcepta vitæ & disciplinæ mellifluo ore suo, non iam per legatum vel internuntium, mihi obsequenda commendet, & assignet.

Per incarnationem sumus facti pars Christi.

22. GENES. 48. Do tibi partem vnâ, &c. quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. BERNARD. in sententiis. An pars tua sumus nos Domine Iesu, quam tulisti de manu Amorrhæi in gladio, & arcu tuo? Gladius tuus sermo viuus & efficax; arcus tuus, incarnatio tua. Ibi enim velut curuato sapientiæ ligno, & picè quodammodo flexa diuinitate, neruus carnis vehementer extensus, & humanitas ineffabiliter aucta cognoscitur. [Pars ergo tua sumus, & populus acquisitionis tuæ] quam acquisisti verbo prædicationis, & mysterio incarnationis.

Incarnatio præuisa.

23. GENES. 49. Ad prædium fili mi ascendisti, requiescens accubisti, &c. AMBROS. Secundum aliam literam. Ex germine mihi ascendisti, recumbens dormisti.

dormisti. Mitificè incarnationem eius expressit, eo quòd tanquam frutex terræ in alio virginis genuit, & ut flos boni odoris ad redemptionem mundi maternis visceribus emissus ascenderet, sicut Isaias dicit: [Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.] *Radix* familia Iudæorum; *virga*, Maria; *flos Maria* Christus est, qui foetorem mundanae corruptionis aboleuit, & odorem vitæ æternæ infudit. Habes ergo incarnationem, accipe passionem. *Re-cumbens*, inquit, *dormisti*, &c. Vide, *Passio Christi*, num. 25.

Incarnationis certa prophetia.

24. **I** B I D E M. *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium.* AMBROS. Donec Christus veniat, non deficiet dux, & vsque ad eius ortum regalis successio fides incorrupta seruat. Postea verò per Herodem adulterata successio prærogatiua dignitatis amisit. Etenim quia verum regem negauerant, falsos habere ceperunt, *Et ipse*, inquit, *est expectatio gentium*, plus dixit, quàm si dixisset, & ipsum expectant gentes. Eo quòd omnis spes Ecclesiæ in ipso reclinabat. R V P E R T. Firmum sermonem prophetiarum sanctissimum tanquam lucernam in caliginoso loco extollit, ut sciat inquisitor regni Dei, quando vel ex quo certus esse debeat de aduentu eius quem laudare & adorare debeant omnes fratres eius. Huic lucernæ, huic prophetico sermone attendens, homo iustus, & timoratus, in Spiritu sancto attendens, cum sciret, & videret, regnante alienigena ablatum esse sceptrum de Iuda, & ducem de femore eius, intellexit tempus esse ut veniret qui mittendus erat. & idcirco ad ianuas caelorum, vnde venturum illum sperabat, tandiu suspensa prece pulsauit, donec responsum acciperet à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini, & vidit, & sicut legebat in hoc scripturæ loco, *Et ipse erit expectatio gentium*, ita credidit, & confessus est eum esse [lumen ad reuelationem gentium.]

Idem.

25. **I** B I D E M. *Salutare tuum expectabo Domine.* L I P O M A N. Chaldaica, clarè, & dilucidè. Dixit pater noster Iacob. Non expecto salutare Gedeon filij Ioas, quæ est salus temporalis; nec salutare Samson, filij Manue, quæ est salus transitoria, sed expecto redemptionem Christi filij Dauid qui venturus est ad accersendum sibi filios Israel, cuius redemptionem desiderat anima mea.

In incarnatione diuinitas non consumpsit humanitatem.

26. **E** X O D I 3. *Et videbat quòd rubus arderet, & non combureretur.* C Y R I L L V S. Diuinam naturam sacrae literæ igni assimilant, propterea quòd viribus polleat, & faciliè huc atque illuc discurrat; ligno autem & herbis, hominem è terra formatum. Vnde scriptura ait: [Deus noster ignis consumens est; & homo, sicut scænum dies eius.] Sed quemadmodum ignem rubus ferre non potest; ita nec humanitas diuinitatem in Christo tamen hæc duo conueniunt. Habitauit enim in illo plenitudo diuinitatis corporaliter, & qui lucem inhabitabat inaccessibilem, in templo è Virgine sumpto inhabitauit, seipsum, ut ita dicam, demittens, & contrahens, ut ab humana natura capi posset. Vnde carnem suam aptam natam corrumpi, corruptione superiorem reddidit, quasi quoddam ænigmatè rubo ab igne minimè cremato declarans. AMBROS. Vrebat rubus, & non exurebatur, eo quòd illo mysterio Dominum figuraret, quia illu-

minaturus spinas nostri corporis adueniret, nec sumpturus arummos, sed mitigaturus ærumnas, qui baptizaret in Spiritu sancto & igne, ut gratiam tribueret, & peccata consumeret. C Y R I L L V S. Habitauit in nobis Verbum Patris, non poenas exigens, sed summa benignitate resurgens.

Deus per incarnationem descendit.

27. **I** B I D E M. *Descendi ut liberem eum.* H E S Y C H I V S. De Iudæis hæc dici videntur: de vniuersa tamen humana natura dicuntur, pro qua & carnem fumere descendit. I R Æ N E V S. *lib. 4. contra Hereses, cap. 16.* Ab initio aduictum est Verbum Dei ascendere & descendere propter salutem eorum qui malè haberent. S E V E R V S. Et Christus in nouissimis temporibus super omne genus nostrum misericorditer flexus est; quod ab acerbis operum exactoribus, daemonibus videlicet, vexabatur; velocitèrque per Isaiam prophetiam se ipsum festinantem exhibuit, ut auferret ab iniquo spolia, quæ nos miseri mortales eramus.

Incarnatus ob misericordiam magnam.

28. **I** B I D. *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, &c.* A V C V S T. De eo quod dictum est, *Ego sum qui sum.* Cum dicit, *Ego sum qui sum, & qui est misit me, &c.* diuinitatis substantiam significat. Cum autem dicit, *Ego sum Deus Abraham, &c.* mysterium susceptæ incarnationis insinuat, quia de illis secundum carnem generatus agnosceretur. Illud in se, hoc ad nos. Si enim hoc solum esse vellet quod in se est, quid essemus nos? Sic ergo dicit Dominus, *Sum quod sum*, sic sum ipsum esse, sic sum cum ipso esse, ut nolim hominibus deesse: & ita etiam sum Deus Abraham. Laudemus ergo ineffabiliter eius essentiam, & amemus misericordiam. B E R N A R D. *serm. de Nauitate Domini.* Vide effusionem nominis. Dixerat quidem Dominus, *Ego sum qui sum, &c.* perterritus autem Moyses inextricabilis auctoritate vocabuli, ac si diceret: Hoc excedit intellectum meum, non possum capere nisi effundatur, audit à maiestate, *ego sum Deus Abraham, &c.* Ecce Deus Angelorum vocat se Deum hominum. R V P E R T V S. Duo nomina respondit, alterum naturæ scilicet, *ego sum qui sum*; alterum gratiæ, videlicet, *Deus Abraham, &c.* Verum nomini gratiæ addit: *Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem, quia miserationes eius super omnia opera eius.*

Incarnatus Deus est virga in terram proiecta.

29. **E** X O D I 4. *Prouice eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, &c. apprehende caudam eius, &c. Versaque est in virgam.* AMBROS. *lib. de Salomone.* Virga Moyli in terram proiecta, quæ in similitudinem est comparata serpentis, imago erat corporis Domini. Ideo omnium Ægyptiorum potestatem absorbit, quia tantæ virtutis in se typum gerebat. C Y R I L L V S. Diuina scriptura Dei Verbum virgæ assimilare consuevit, propterea quòd omnes per illud confirmari solent. [Verbo enim Domini caeli firmati sunt.] & [Confirmat autem iustos Dominus.] Item quia virga, regni indicium est. Regnat autem per filium vniuersorum Deus & pater. Ipse ergo filius est Virga de radice Iesse quæ nos omnes consolatur vti scriptum est: [Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.] Sed quamdiu hæc virga fuit (ut ita dicam) in manu Patris, & in diuinitatis excellentiæ, nondum similis nobis factus, tandiu errabamus. Postquam verò propriæ gloriæ excellentiæ, (ut sic dixerim) dereliquit, & nobis assimilari voluit, quos ipse met malos vocat, cum ait: [si vos cum sitis mali, notis bona dare filiis,] &c. ipsum quodammodo in serpentem

pentem conuersum esse dicimus, & inter iniquos reputari non recusauit, sed ab eo Iudæi fugerunt, sicut Moyses à facie serpentis, sed tamen Israel tandem aliquando Christum apprehendit, & tunc cognosceret Christum non malum, sed bonum fuisse, illumque esse veram omnium virgam, hoc est, firmamentum. R V P E R T. Quid virga hæc nisi illam significat humanitatem Christi, quæ de radice Iesse sumpta est? Tunc enim veraciter in terram proiecta est, atque in colubrum versa, ita ut fugeret Moyses, quando vni-genitus Dei filius per assumptionem humanitatis in hunc mundum venire, & mortem subire dignatus est; ita ut in eum credere fugiat ille carnalis Israel. I S I D O R. Imo & discipuli eius omnes relicto eo fugerunt. Sed cauda apprehensa facta est virga, quia qui primò occisus est, postea peractis omnibus, ad id quod fuerat, resurgendo reuersus est, vbi per vitæ reparationem morte consumpta, nihil in eo serpentis apparuit.

Humanitati Deus per incarnationem sese miscuit.

30. **E** X O D. 4. *Sum aquam suminis, & effunde eam super aridam, & quidquid hauseris de sumine, vertetur in sanguinem.* C Y R I L. Hoc ænigmatè mysterium incarnationis declaratur. Vnicus enim Dei filius cum vita sit, & tanquam ex sumine Deo patre modo quodam inenarrabili natus, quodammodo humanitati quæ ex terra constat, sese miscuit, quemadmodum aqua terræ, & sicut nisi Moyses aquam in terram fudisset, neutiquam in sanguinem mutata esset: sic Verbum è Deo genitum si absque humana carne indumento consideretur, vita & auctoritate præfens vbique est. At postquam in carne habitauit, tunc planè, tunc, secundum hominem quem assumpsit, mortuum esse dicitur.

Aduentus Christi desideratur.

31. **I** B I D E M. *Obsecro Domine, mitte quem missurus es. mitri desiderans.* C Y R I L L V S. Veniat, inquit, legifator verus ille Christus. Sed quia nondum plenitudo temporis aduenit, propterea minimè exauditus est. Nec enim lex satis virum habebat ut vniuersam terram feruare possit, hominèrque è diaboli tyrannide liberare. R V P E R T. Non ex diffidentia salutari imperio ministrare recusabat: sed sciens quòd ministerium suum, nihil ad perfectum duceret, andebat virgere Dominum ut mitteret eum qui mittendus, & perfectam salutem operaturus erat.

Incarnationis mysteria, non humana sapientia discutienda.

32. **E** X O D. 12. *Non comederis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igne.* G R E G O R. *hom. 22.* Aqua humanam sapientiam designat iuxta illud quod per Salomonem sub Hæreticorum voce dicitur: [Aque furtiua dulciores sunt.] Cruda autem agni carnes, inconsideratam, ac sine reuerentia cogitationis relictam illius bonitatem significant. Omne enim quod subtiliter cogitamus, quasi mente coquimus. Sed agni caro, nec cruda edenda est, nec cocta aqua, quia Redemptor noster, nec purus homo æstimandus est, nec per humanam sapientiam qualiter incarnari Deus potuit, cogitandus. Omnis enim qui Redemptorem nostrum, purum hominem credit, agni carnes crudas comedit, quas videlicet coquere per diuinitatis eius intelligentiam noluit. Omnis verò qui incarnationis eius mysteria iuxta humanam sapientiam discutere conatur, carnes agni, aqua vult coquere, id est, dispensationis eius mysterium per dif-

solutam vult scientiam penetrare. Qui ergo paschalis gaudij solemnitate celebrare desiderat, agnum, nec aqua coquat, nec crudum comedat, sed assas eius carnes igne comedat, id est, dispensari omnia per Spiritus sancti potentiam sciat. *Idem in 1. Reg. c. 2.* Crudum Iudæi comedunt agnum, aqua cocti hæretici: quia illi eius diuinitatem negant, isti per humanam sapientiam & Diuinitatis, & humanitatis eius sacramenta euacuant.

Incarnatus filius Dei dux noster.

33. **E** X O D. 13. *Dominus autem precedebat eos ad ostendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, ut dux esset itineris vtroque tempore.* R V P E R T. Quis est iste dux itineris, nisi qui & dux, & via nobis est Iesus Christus filius Dei? Ipse nempe columna ignis, quia verus Deus, ipse idem columna nubis, quia verus homo est. Cum adhuc esset nox, erat tantum ignis, vbi autem dies gratiæ, vel tempus miserationis aduenit, nubes factus est, qui ignis erat, id est, homo, vel caro factus est, carnem induendo qui Deus erat. Sol ut tolerari posset, venit in nube, id est, Deus, ut cum hominibus conuersaretur, venit in carne. Ad quid autem huiusmodi columna nos præcessit? Videlicet ut ostenderet nobis viam fugiendi à Pharaone rege Ægypti, id est, à diabolo principe huius mundi; ad hoc ut aperirer nobis viam maris rubri, id est, gratiam baptismi sanguine suo rubentis, ut ingressi Ægyptij, id est, peccata, post nos, in mare baptismatis perirent, & nos liberi exiremus.

Christus aduenit vespere, & fecit mane.

34. **E** X O D. 16. *Vespere sciens quòd Dominus eduixerit vos de terra Ægypti, & mane videbitis gloriam Domini, &c. Dabit enim vobis Dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate.* O R I G E N. Vel sic intellige. Nos quibus in fine sæculi, & ad vespem mundi Verbum caro factum est, in illa carne agnosci dicimus Deum quam suscepit ex Virgine. Aduentus enim Domini in carne ad vespem factus est: sicut & Ioannes dicit: [Pueri nouissima hora est.] Sed & mane replemur panibus, id est, verbo Dei. Ipse enim est [panis viuus qui de cælo descendit,] & vitam dat huic mundo in abundantia, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam. Dicimus autem mane dari hunc panem, quia licet ad vespem mundi venerit, aduentu tamen suo quoniam ipse est sol iustitiæ, nouum crederentibus reparauit diem. Quia ergo nouum mundo scientia lumen accendit, suum quodammodo mane effecit, & in hoc mane replentur panibus qui eius præcepta suscipiunt. Nec mireris quia Verbum Dei & caro dicitur, & panis, quia pro mensura credentium, vel possibilitate lumentium diuersimodè nominatur. Vide verbum, *Status incipientium.* & infra: *Nallus relinquit ex eo, scilicet manna, in mane.* C Y R I L. Quia orto sole, id est, nato Christo; vmbracula legis euanescent, & veritatis præsentia figuræ omnium desinunt. Quare Paulus ut sapiens, nihil ad mane vsque conferuauit. Ait enim, [Omnia arbitratus sum stercore, ut Christum lucrificarem, & inueniar in eo, non habens iustitiam legis, sed eam quæ est per fidem Iesu Christi.]

Super fide incarnationis offerenda opera nostra.

35. **E** X O D. 20. *Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta.* G R E G O R. 3. *Aloral. cap. 20.* Per terram Mediatoris incarnatio designatur. Altare ergo de terra Domino facere, est incarnationem Mediatoris sperare. Tunc quippe à Deo munus nostrum accipitur, quando super hoc altari, scilicet Dominiæ incarnationis fide, nostra humilitas posuerit quidquid operatur. In altari ergo de terra oblarum munus ponimus, si actus nostros Dominiæ incarnationis fide solidamus.

Incarnatio, diadema filij Dei.

36. EXOD. 25. Faciesque super coronam auream per circumum. R v p. Super corona aurea arca circumdatur, quia filio Dei quasi diadema capitis est hic miferationis ornatus, quodd & per bonitatis gratiam voluit, & per maiestatis potentiam valuit hominem assumere. Quod non potuisset nisi Deus. Creaturarum quippe ordo, vel natura non patitur vterque alteri substantialiter inferatur: verbi gratia, homo angelo, vel angelus homini. ergo, & pro hac humilitate omnipotentissima, mirabilis, verus & victoriosus praedicetur Deus.

Per incarnationem inimicitiae Dei & hominum cessarunt.

37. EXOD. 33. Moyses quoque tollens tabernaculum, se tendit extra castra procul, vocantque nomen eius, tabernaculum foederis. L I P O M A N. Non est hic sermo de magno illo tabernaculo foederis, vel sancto sanctorum, vel atrio. Nondum enim fabricata erant. Item, quia illud tabernaculum non extra castra, sed in medio castrorum, iuxta verbum Domini, erectum est, vt Exod. 40. & Num. 11. habetur; sed de tabernaculo Moysi, quod posthac cum alijs figere & erigere volebat. Nunc enim extra castra seorsum habitabat secum, vt commodius visitatione diuina doceretur de regimine populi; & improbae plebis tumultum fugere maluit, quam importunius ferre. Erat autem suum istud tentorium vice praetorij; ideo dicitur tabernaculum non Domini, sed caetus, vel congregationis, vbi decidebatur causa, & lites, & doctrina necessaria tradebatur. R v p. O magnum, & mirum spectaculum! Magna, & mira dispensatio mysteriorum caelestium! Interim dum tabernaculum constituitur, inimicitiae sunt inter Deum, & populum pro reatu vituli, & non ante soluantur eadem inimicitiae, ni prius tendatur tabernaculum: quod & proinde vocatur tabernaculum foederis. Quid igitur est hoc? nisi quia dum essent inimicitiae inter Deum, & homines, propter soluendas easdem inimicitias, tabernaculum verum quod fixit Deus, & non homo, ab incarnatione Christi filij Dei fieri coeptum est.

Incarnationis tempus.

38. EXOD. 40. Mense primo, die prima mensis eriges tabernaculum testimonij, &c. T H E O D O R. Hoc eodem tempore vniuersitatem rerum opifex condidit. Apparent enim vere nouo, & prata florent, & segetes vndare, & arbores fructum producere solent. Ob id sub hoc tempus Israeliticum populum ab Aegyptiaca seruitute redemit, & Angelus Gabriel, beatae Virgini scelicissimum nuncium tulit; hoc tempore Deus noster pro humano genere pati voluit. S T R A B. Allegoricè autem primus mensis significat initium gratiae, quando tabernaculum Dei, id est, Ecclesia Dei erecta est, &c. C Y R I L. lib. 4. super Ioan. cap. 28. Per hunc diem tempus intellige, in quo carnem assumpsit. Neomenia enim nihil aliud denotat quam Saluatoris aduentum, quo renouamur, quo transactis iam praeteritis, omnia noua facta videmus. Nouum enim verè tempus in Christo nobis apparuit, antiquitatem cultu iam terminans, & in nouam vitam Euangelica doctrina reformans. Noua enim creatura efficitur quicquid in Christo est, vt scribitur 2. Cor. 5. Mense autem primo tabernaculum erectum est, quando mitigata hyemis saeuitia verni temporis pulchritudo resplendet, quando solis radij & clarius fulgent, & temperatius calefaciunt, quando floribus terra decoratur, & virentibus herbis prata vestiuntur. Quae omnia spiritaliter intelligenda sunt. Hyemis enim tempestas,

id est, atrocissima diaboli tyrannis, & vires eius, tempore Christi ceciderunt. Sol autem nobis fulgentior Christus ipse apparuit, de quo Deus pater dicit Malach. 4. [Et orientur vobis Sol iustitiae] delictorum frigiditate corruptos spiritus, ardore ad iustitiam reficiens. Flores autem & virentes herbas, merito sanctos dicemus, feruenti erga Deum pietate varios virtutis fructus edentes. & qui olim regnante peccato, vt in hyeme, nullum producentes fructum spirituuum largitori quasi boni agricolae affectimus. Hoc ipsum quali ex persona Christi, Isaia cap. 32. nos docuit. [Ipse qui loquor adsum, inquit, vt ver super montes.] Quid enim ver in montibus efficiat omnes intelligunt.

Incarnatio premissa.

39. N V M E R. 16. Quod cum fecisset Aaron, &c. obtulit thymiamam, & stans inter mortuos ac viuentes pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. O R I G E N. Hom. 9. Considera pontificem indutum veste pontificali, & portantem thuribulum atque ignem cum incenso, tendere ad locum quod per angelum vastantem mors peruenerat, & stantem vbi mors finem dederat primis, & imminabat postremis, intueri stantem pontificem, & obiectione quadam viuentes à mortuis dirimentem, & virtutem repropitiationis eius, & incensi mysterium erubuisse angelum vastatorem, & in hoc mortem finitam & vitam reparatam. Considerata verò historia ascende ad verbi huius celsiora fastigia, & vide quomodo verus Pontifex Iesus assumptus thuribulo carnis, & superposito igne altari, anima, scilicet magnifica, adiecto etiam incenso qui est Spiritus immaculatus, medius inter viuos, & mortuos stetit, & mortem compescuit, destruens eum qui mortis habebat imperium, vt qui credit in eum, non moriatur, sed viuat in aeternum. Hoc mysterium postea futurum, iam tunc qui populum vastabat, expauit. Agnoscebat figuram thuribuli, ignis, incensi, & qualis offerenda erat hostia ab eo, qui medius viuorum & mortuorum constitit, prauidebat. Illos imago saluauit, ad nos salutis veritas peruenit; non enim indumenta pontificis purpura, lana, byssoque contexta erubuisse ille angelus, sed futura magni Pontificis indumenta intellexit, & cessit quibus vniuersa creatura inferior est.

Incarnationis motuum vt amaremus.

40. D E V T E R. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. B E R N A R D. Ego arbitror praecipuam inuisibili Deo fuisse causam quod voluerit in carne videri, & homo cum hominibus conuersari; vt carnalium, qui nisi carnaliter amare nesciebant, primo ad suae carnis salutarem amorem affectiones restringeret, atque ita gradatim ad amorem perduceret spirituales. Toto ergo corde diligere, est, omne quod blanditur de carne propria, vel aliena, sanctae carnis amore postponere. Bonus amor iste carnalis per quem vita carnalis excluditur, contemnitur & vincitur mundus.

In incarnatione duae naturae, & vna persona.

41. I O S V A E 2. Ingressi sunt domum meretricis nomine Raab, & quieverunt apud illam, &c. L Y R A N. Translatio Chaldaica, vbi nos habemus mulieris meretricis, habet, mulieris hospitalariae; & sic dicitur etiam Hebraei. Nomen enim Hebraicum vtrumque significat. & non est verisimile quod Raab fuerit meretrix, quia postea fuit coniuncta in matrimonio ipsi Salmon, qui erat princeps nobilioris tribus, scilicet tribus Iuda. Haec ille. Vnde melius per Raab hospitalariam figuratur beata Virgo Maria quae hospitio suscepit, non exploratores

ratorez populi Dei, sed ipsum filium Dei, qui ingressus domum eius, quieuit apud illam. Sequitur: Tollensque mulier viros abscondit. L Y R A N. in Hebraeo habetur; Accepit duos viros, & abscondit eum. Quod ab Hebraeis exponitur tripliciter. Vno modo, quia ponitur hic singulari pro plurali, sicut Exod. 8. Veni musca grauissima, id est, multitudo muscarum. Alio modo, quia mulier festinans eos abscondere, posuit eos in ita paruo loco, qui non videbatur sufficiens nisi pro vno, & ad hoc significandum dicitur, & abscondit eum. Tertio modo, quia dicunt aliqui Hebraei quod isti duo viri fuerunt Caleb & Phinees: & quod iste Phinees erat angelus in corpore humano, & poterat stare coram hominibus & non videri ab eis quando volebat, & ideo non fuit absconditus à muliere, sed Caleb tantum. Licet autem hoc dictum sit falsum, tamen ex hoc habetur argumentum contra Iudeos de possibilitate Incarnationis diuinae, quia ex quo concedunt incarnationem Angelum non possunt conuenienter negare possibilitatem incarnationis diuinae: quia Deus magis potest assumere & suppositare naturam humanam quam Angelus. Haec L Y R A N. Sed aliud superius mysterium explicatur in litera hac Hebraica, nempe in Christo Domino, à beata Virgine suscepto, & abscondito, oportet quae stipula lini quae ibi erat, nempe in vero virginali. [Omnis quippe caro foenum,] &c. Sunt duae naturae, diuina scilicet & humana, in vno tamen supposito. Respicendo igitur duas naturas, ait, dicit textus, accepit duos viros: respiciendo tamen vnicam personam, ait, & abscondit eum. Sicut Genes. 49. ait patriarcha Iacob: donec veniret desiderium collum aeternorum. At in Hebraeo habetur: donec veniret desiderium. Nostra vulgata respexit personam; Hebraei verò respexerunt duas naturas.

Pro incarnationis euangelio.

42. I V D. 13. Sterilis es, & absque liberis (ait Angelus vxori Manue) sed concipies, & paries filium, &c. & ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum. R v p. Mulieris huius sterilitas beatae Mariae figura est, cui angelus Domini missus est, cuique dictum est ab Angelo: Virgo quidem es, sed concipies, & paries filium. & vocabis nomen eius Iesum. & infra: Cumque ascenderet flamma altaris in caelum, angelus Domini in flamma pariter ascendit. & hoc illud nobis pulchre innotuit, quia suscepto Deus pater sacrificio virginis fidei, dicentis ad angelum: [Eccè ancilla Domini, fiat mihi,] &c. statim Spiritus sancti splendoribus castra repleuit viscera, & recessit Angelus ab ea. Haec ille. Sed nota quod de Samson dixit Angelus: Ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum; de Filio verò Dei, & Virginis dicit: Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Ille incipit, hic perficit. Item nota, quod Angelus apparuit matri Samsonis terribilis: sicut & ipse ait: Vir Dei venit ad me terribilis nimis. Angelus verò apparuit Mariae amabilis & plenus gratiarum. Aue gratia plena, &c. A B V L E N S. Ista est conditio honorum Angelorum, quia vt communiter se ostendant terribiles, non ad terrendum, sed ad reuerentiam ostendendam, vt appareat dignitas honoris eorum. Haec ille. Maria verò non apparuit terribilis Gabriel, veluti matri Samsonis, sed amabilis, & humilis, tantquam matri Dei, à qua non reuerentiam praetendebat, sed potius cui ipse reuerentiam exhibebat.

Christus vermiculus fragilis, & fortis.

43. R E G V M 23. Ipse est quasi tenerissimus ligni vermiculus. Sicut vermiculus ligni (ait G L O S S A O R D.) tener quidem, & fragilis & modicus appareret, fortissimum tamen lignum terebat, & consumit (vnde à terendo, teredinis nomen accepit) sic Christus

repraesentatus in Dauid, alia ex parte omnibus affabilis, quietus & humilis. Disce, inquit, à me quia mitis sum, & humilis corde; ex altera verò, in certamine publico, terribilem se, & intolerabilem hostibus exhibebat. E V T H Y M. super illud Psalm. 21. Vermis sum & non homo. Vermis quamuis specie quidem exiguus sit, materiam tamen corrodendo perdit. Ita Christus licet aspectu exilis videretur, tamen demonum potestatem disperdidit. Idem ibidem. Christi etiam caro, sub qua diuinitas veluti occultus quidam hamus latebat, instar vermis facta est esca in capturam ceti, id est, diaboli. Nam cum cetus hic ad illam escam higeret, latente diuinitatis hamo penetratus est. Haec ille. Fortitudo Christi in diuinitate. Caput Christi Deus, & [caput eius in aurum optimum.]

Christi humilitas in incarnatione.

44. R E G V M 4. Disputauit super lignis à cedro quae est in Libano, usque ad byssopum quae egreditur de pariete. G L O S S A O R D. Hyllopus herba humilis est, & saxo haerens, Christi significat humilitatem qui à cedro vsque ad byssopum disputauit, qui ab excellentia gloriae caelestis, vsque ad carnis humilitatem descendit. Paries enim est caro nostra. Vnde in Cant. [En ipse stat post parietem,] &c.

Idem.

45. R E G V M 17. Expandit se, atque mensus est super eum tribus vicibus. G I L L E B E R T. Ideo testis per illum expandit Domine Iesu, vt quod est factum in eo, operias; quod nudum, vestias. Elias & Elisaeus, defunctum hospite mulieris filium in lectulo suscitauerunt; ille expandit se super mortuum; iste incuruauit; vnus in vtroque Christus. Ille exinanituit se vt formam serui susciperet, & aeternitatis suae longitudinem infra temporalis breuitatem naturae contraxit. Ipse expandit se, cum Spiritum sanctum in nobis abundè effudit. Ideo tribus metitur vicibus, vt Trinitatis cognitionem conferat, & diuidat mensuram fidei.

Idem.

46. R E G V M 4. Tolle baculum, &c. G R E G O R. 9. Mor. cap. 22. Auctor humani generis Deus quasi mortuum puerum doluit, cum extinctos nos iniquitatis aculeo, miseratus aspexit. & quia per Moysen terrorem legis protulit, quasi per puerum virgam misit. A peccati igitur morte timor nos suscitare non valuit, sed ad statum vitae, aspirata mansuetudinis gratia erexit. Ipse enim per semetipsum veniens, & super cadauer se humiliter sternens, ad exequanda sibi mortui membra se collegit, quia qui cum in forma Dei esset, &c. semetipsum exinanituit, formam, &c. huc illucque ambulat, quia Iudaeam iuxta, & longè positas gentes vocat; moxque viuens erigitur: quia is quem terroris virga suscitare non potuit, per amoris spiritum puer ad vitam rediit. A V G V S T. Serm. 206. de tempore. Baculum sine Christo flagellare Aegyptum potuit, de peccato verò liberare, vel resuscitare non potuit. Opus erat vt qui baculum miserat, ipse descenderet. Baculus sine Elisaeo nihil valebat, quia crux sine Christo nihil poterat. Videte quantum se vir ille perfectae aetatis contraxit, vt paruulo mortuo & iacenti congruerit. Quia paruuli eramus, paruulum se fecit Christus. Quia mortui iacebamus, prius se medicus inclinauit. Quia nemo potest iacentem erigere, si se noluerit inclinare. Idem Serm. 59. de verbis Domini. Ad sanandum grandem agrotum descendit omnipotens medicus, humiliavit se vsque ad mortalem carnem, tantquam vsque ad lectum agrotantis. B E R N A R D V S. Serm. 1. de aduentu. Iacentes paralytici in grabato, diuinam

uinam non poteramus attingere celsitudinem : pro-
pterea saluator , & medicus animarum , descendit ab
altitudine sua.

Incarnationis tempus.

47. **R**EGVM 20. *Vis ut ascendat umbra decem li-
neis, aut ut reuertatur totidem gradibus: Facile est
umbra crescere decem lineis, nec hoc volo, &c. & red-
xit umbram per lineas quibus iam descenderat, &c.* STE-
PHANVS. Nota quod Ezechias adouit , quia time-
bat quod Christus de femine eius non nasceretur.
Vnde & signum quod datum est ei, significauit incar-
nationem. Primus igitur gradus per quem sol iustitiae
descendit, fuit Adam: secundus Noe; tertius Abraham;
quartus in Aegypto; quintus, in Moyses; sextus, in Io-
sue; septimus, in Iudicibus; octauus, in prophetis; no-
nus, in regibus; decimus in pontificibus. Cum Domi-
nus illuminasset istos per fidem , tandem ad ortum
reuerfus est, id est, incarnatus quasi in hora decima.
Vnde cum Andreas dixisset Domino, *Rabbi ubi habi-
tas? & Dominus: Veni, & vide.* Ibi sic dicitur: *Erat au-
tem hora diei decima.* Quasi dicat, memor sis signi
Ezechiae facti.

Incarnationis signa manifestat Deus.

48. **I**BIDEM. Deo in magno desiderio erat ostendere,
& manifestare hominibus mysterium incarnatio-
nis, adeo ut Achaz non petenti, huius mysterij sacro-
sancti signum daret. Dixerat enim Achaz: *non petam,
& non tenuero Dominum, & nihilominus audiuit: Ecce
virgo concipiet, & pariet filium, &c.* Et modò necdum
filius eius Ezechias petierat salutis suae signum quan-
do ei redditum est idem incarnationis signum. *Vis ut
ascendat, an ut descendat sol, scilicet iustitiae, decem li-
neis, &c. cui respondit: facile est umbram crescere, &c. Nec
hoc volo, id est, facile est ut sol iustitiae qui [exultauit
ut gigas ad currendam viam,] ascendat super nouem
choros Angelorum, & sedeat in throno Dei patris
in vnitate Spiritus sancti: nec hoc volo, quia non asse-
quemur salutem omnes infirmi mundi huius. Sed
volo ut reuertatur retrorsum decem gradibus, & fiat
minor Angelis, iuxta illud, [Minuisti eum paulo mi-
nus ab Angelis,] & per consequens minor Deo patre.
Vnde & ipse ait: [Pater maior me est.] Vel descendit
nouem lineas, id est, nouem Angelorum choros, &
minor illis effectus est in natura scilicet humana, &
vltra hoc alium gradum descendit, quando assumpsit
carnem peccati, id est, formam peccatoris in circum-
cisione, & baptismo: & hic descensus humillimus filij
Dei, est signum vitae. *Ecol. 48.* [In diebus ipsius scilicet
Istae, retro redit sol, & addidit regi vitam.]*

Idem.

49. **P**ARALIP. 17. *Cumque compleueris dies tuos, ut
vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te,
quod erit de filiis tuis.* GLOSSA ORD. Salomon re-
gnante patre regnare coepit, quod nulli illorum re-
gum contigit, ut illum non esse apparcat quem pro-
phetia ista praesignat. Christus verò verus pacificus
post mortem Dauid verè regnavit. *& stabiliam re-
gnum eius.* INTERL. Regni eius non erit finis. *Ipsa
aedificabit mihi domum.* INTERL. De viuis lapidibus.
Et firmabo solium eius in aeternum, ego ero ei in patrem,
&c. [Dabit ei Dominus Deus sedè Dauid patris eius,
(ait Angelus Mariae) & regnabit in domo Iacob in
aeternum, & regni eius non erit finis.]

Idem.

50. **E**SDRAE 13. *Somniani somnium nocte: & ecce de
Emari ventus exurgebat, ut conturbaret omnes fru-
tus eius: & vidit, & ecce cornale sciebat ille homo cum*

millibus caeli. Alia litera. *Ecce euadebat ille in homi-
nem cum millibus caeli.* Ventus seu spiritus iste qui de
profundo maris exurgebat, & euadebat in hominem,
Verbum & Dei filius est, qui cum sit Spiritus à Patre
procedens, tanquam à profundo pelago deitatis, fa-
ctus est homo mediante mysterio ineffabili incarna-
tionis. Vnde in fine capitis: *Sicut non potes hac vel serui-
ari vel scire quae sunt in profundo maris; sic non poteris
quisquam super terram videre filium meum, vel eos qui
cum eo sunt, id est, Angelos cum comitantis. Nisi in
tempore diei, scilicet iudicij.* Tunc enim veniet Domi-
nus, & omnes Angeli eius cum eo, & videbunt omnes
filium hominis cum potestate magna & maiestate.
Iste filius hominis in mundum venit, ignem mittere
in terram. Vnde sequitur: *Procuraque exibat vox de ore
eius, & descibant omnes qui audiebant vocem eius; sicut
quiescit terra quando senserit ignem.* Alia litera. *Sicut
terra deuastatur, cum corripitur incendio.*

Incarnationis memoria multum prodest.

51. **O**SSE 13. *Adducet Dominus ventum vrentem.*
STEPHANVS, id est, pater filium peccata tol-
lentem, & ad sui amorem accendentem. Meritò Dei
filius dicitur *ventus vrens*, quia nihil est quod adeo
debeat in nobis nocua vrere, sicut memoria incar-
nationis. Vnde: [Proba me Domine, & tenta me: vrere
renes meos,] &c. Nihil est etiam quod tantum debeat
ad amorem accendere, quam humilitas incarnatio-
nis. Vnde cum dixisset palamita: [In sole posuit ta-
bernaculum suum,] subiunxit: [Non est qui se ab-
condat à calore eius,] id est, considerato quomodo
in sole, id est, in aetu persecutionis posuit tabernacu-
lum suum, quis est qui se negat amoris eius?

Natura humana per incarnationem restituta.

52. **A**MOS 9. *In die illa suscitabo tabernaculum Da-
uid, quod cecidit, &c.* CHRYSOST. *hom. 10. in
Ioan.* Tabernaculum Dauid, id est, naturam huma-
nam quae peccato primi parentis ceciderat, & à filio
Dei assumpta, atque restituta est.

Incarnationis & aduentus Christi figura.

53. **G**ENES. 24. *Egressus est Isaac ad mediandum in
Gagrum.* STEPHANVS. Alia litera. *Ad exercitan-
dum.* In Hebraeo, *ut loqueretur*, id est, ut oraret. Simi-
liter Christus egressus est de sinu Patris. Vnde, [Exiui
à Patre, & veni in mundum.] Tunc egressus est cum
incarnatus est ut loqueretur, id est, ut annunciarer
regnum Dei, vel ut oraret: quia solus ascendit in mon-
tem orare, & ut meditaretur, sicut dicit Ieremias:
[Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, &
non afflictionis,] id est, ut pacem reformem omni-
modam inter Deum & hominem, inter hominem &
Angelum. Et excogitauit nouas, & admirabiles adin-
uentiones eius. [Haec sunt adinventiones inauditae,
quod moriens mortem destruxit, & vitam resurgen-
do reparauit. Item, [Annunciate inter gentes studia
eius.] Ipse enim studio suo talem adinuenit nouita-
tem, quod quanto homo subtilior est, tanto magis
concluditur. Quanto enim quis diligentius beneficia
passionis attendit, tanto magis confunditur, eo quod
nihil dignum tantis beneficiis rependere possit. De-
nique ad exercitandum egressus est: ipse enim exerci-
tatus fuit in armis, quibus diabolus expugnauit, &
in agro, id est, in mudo, inclinata iam die, id est, in ve-
spera mundi.

Christus infirmitate carnis assumens, fortes nos fecit.

54. **X**OD. 13. *Ego eduxi vos in manu forti.* STEPHANVS. Id est, in filio. Sed deberet dicere in manu
debili:

debili: quia in primo aduentu nihil nisi infirmitatem
ostendit: bene dicitur *fortis*, quia fortes nos fecit;
imo fortissima, dum non armata, sed clavis confixa,
diabolum superauit.

Cur Christus aduentum suum vsque ad
Herodis tempora reseruari.

55. **M**ATTH. 2. *Cum natus esset Iesus in Bethleem
Iuda in diebus Herodis regis.* P. CHRYSOST. Oritur origo boni,
rerum generator, largitor generis, nascitur auctor naturae, ut repararet naturam,
genus redderet, originem recrearet. *In Bethleem Iu-
dae, Bethleem, domus panis: Iuda, vocatur confessio. In
diebus regis Herodis.* Quid est quod tempore regis ne-
fandi Deus descendit ad terras? miseretur diuinitas
carni? fit corpori terreno caeleste commercium?
Quid est? & quando non vetus rex expulsius ty-
rannum, vindicaturus patriam, libertatem redditurus
aduentari Herodes refuga gentis alienae, gentis Iudae-
cae inuasit regnum, libertatem sustulit, prophanauit
sancta, quidquid erat cultus, quidquid ordinis, abo-
leuit. Meritò igitur genti sanctae, quia humana defe-
cerant, diuina succurrunt, & adest Deus ipsi cui homo
deceat qui adest. Sic iterum Christus veniet, ut An-
tichristus subruatur, liberetur orbis, patria paradisi
reddatur, mundi perpetuetur libertas, saeculi seruitus
tota tollatur.

Quam multiplex benedictio fructus
vteri Virginis.

56. **L**UCAE 1. *Benedictus fructus ventris tui.* BER-
NARD. Benedictus in odore, benedictus in sapo-
re, benedictus in specie. Huius odoriferi fructus fra-
grantiam sentiebat, qui dicebat: [Ecce odor filij mei,]
&c. An non verè benedictus qui benedixit Dominus?
De sapore huius fructus qui gustauerat, taliter eru-
tabat: [Gustate, & videte quoniam suauis est Domi-
nus.] & item: [Quam magna multitudo dulcedinis
tuae, Domine!] & ipse fructus de se. [Qui edit me,
adhuc esuriet.] Vtique propter saporis dulcedinem,
hoc dicebat, quia semel gustatus magis excitat appe-
titum. Audisti de odore, audisti de sapore, audi de spe-
cie. [Ex Sion, ait propheta, species decoris eius.] &
alibi: [Speciosus forma praefiliis hominum.] Benedi-
ctus ergo fructus ventris tui, & cuius benedictione
benedicta etiam tu in mulieribus: quia non potest
mala arbor bonum fructum facere.

Cur dilatus est Christi Domini in carne aduentus.

57. **G**REGOR. NYSSEN. *oratione Catechetica magna
cap. 29.* Per sapientiam beneficij in nos collati
facta fuit dilatio. Nam in morbis corporalibus quan-
do aliquis humor prauus & corruptus irreipit ad po-
ros, priusquam in superficie apertum fuerit quidquid
est praeter naturam, corpori condensantia non adhi-
bent medicamenta medici, sed expectant donec ex-
tera prodierit quidquid intrinsecus in imo delitescit,
& ita nuda affectioni adhibent medicinam. Postquam
humana naturae semel incubuit vitij morbus, expe-
ctauit medicus vniuersitatis, ut nullum esset reliquum
genus vitij immixti naturae: Propterea non statim
post inuidiam, & à Cain factam fratri caedem, ho-
mini adhibet medicinam, nondum enim in lucem
prodierant scelera eorum, qui Noemi tempore pe-
rierunt, neque corporalis flagitij grauis morbus fue-
rat apertus, nec Aegyptiorum aduersus Deum pugna:
nec Assyriorum superbia: nec nefaria ab Herode fa-
cta caedes infantum; nec quaecumque alia, quae lite-
rarum monumentis sunt mandata. Postquam ergo
vitium peruenit ad summum, nec erat vllum genus
sceleris quod admittere non essent auli homines, vt

per omnem aegritudinem peruaderet medicina: ea
de causa non incipientem, sed perfectum morbum
curat. Sed dices quomodo postquam adhibita fuit
medicina, peccandi nondum finem facit humana vi-
ta? Hoc familiari exemplo deducis ad veritatem.
Quomodo enim in serpente, si mortiferum aliquod
vulnus in capite acceperit, non statim simul cum ca-
pite afficitur, etiam qui penè est tractus, sed mor-
tuum quidem est caput, cauda autem proprio animo
est animata, & vitali virtute non est priuata: ita etiam
licet videre vitium letifero quidem vulnere confe-
ctum, in suis autem reliquiis vitae exhibere mo-
lestiam.

Christus aduentu suo nos illuminauit.

58. **C**HRYSOST. *hom. 36. op. imperf.* Sicut qui in te-
nebris ambulat, si semel viam perdidit, inter-
dum tota nocte ambulat, iuxta viam perdidit, & non
inuenit viam, donec superueniat dies: sic & homi-
nes ambulantes in erroribus vel peccatis, postquam
Dei cognitionem semel perdidit, ad perfectam
veritatis notitiam redire non poterant, nisi dies, sci-
licet Christus, venisset, quamvis circa veritatem vi-
uebant.

Christi innocentia.

59. **I**OAN. 14. *Venit princeps mundi huius, & in me
non habet quidquam.* CHRYSOST. *Serm. aduersus
haereticos como 5.* Sicut aduocatus à malefatore instru-
ctus, ad tribunal accedit, & personam gerit eius cui
patrocinatur, & omnia eius crimina qui indicatur, in
se assumit, & quasi pro scipso apud iudicem causam
agit, tamen criminum minimè reus sit: Eundem
in modum Dominus noster Iesus Christus venit
è caelis impecabilis, peccatum enim non fecit. *OR-
GEN. lib. 2. Periarcho cap. 6.* In Christo humana, &
rationabilis anima nullum sensum vel possibilitatem
putanda est habuisse peccati. Similitudine aliqua vti-
mur. Ferri metallum capax est frigiditatis, & caloris.
Ergo massa aliqua ferri semper in igne sit posita, om-
nibus suis poris omnibusque venis ignem recipiens,
& tota ignis effecta, si neque ignis ab ea cesserit ali-
quando, neque ipsa ab igne separetur, nunquam dice-
mus, hanc quae natura quidem ferri massa est, in igne
positam, & indefinenter ardentem posse frigus ali-
quando recipere, quinimo (quod verius est) magis
eam sicut in fornacibus fieri saepe deprehendimus,
totam ignem effectam dicimus: quoniam nec aliud in
ea nisi ignis cernitur. Sed & si quis contingere, atque
tractare tentauerit, non ferri, sed ignis vim sentiet:
Hoc ergo modo etiam illa anima quae quali ferrum
in igne, sic semper in verbo, semper in sapientia, sem-
per in Deo posita est, circa quod agit, quod sentit,
quod intelligit, Deus est, & ideo nec conuertibilis &
mutabilis dici potest, quae in conuertibilitatem ex
verbi Dei vnitate indefinenter ignita possedit.

Foras exiit, ut nos introduceret ad regnum.

60. **I**OAN. 16. *Exiit à patre, & veni in mundum, &c.*
CHRYSOST. *hom. 3. ad Hebr.* Foras oramus sicut
qui sunt extra regales aulas in vinculis alligati, &
qui habent apud regem pro culpis aliquibus offen-
sam. Qui verò voluerit istis veniam impetrare, non
primum ipsos in aulam regis introducit, sed ipse fo-
ras egreditur, ibique commiscet cum eis sermocinan-
di negotium, vsque dum eos correctos & dignos ef-
ficiat qui regis vultui representari mereantur: sic &
Christus efficit. Egressus quippe ad nos, id est, carnem
sumens, & collocatus nobiscum, praecpta nobis regis
innotescere voluit, & sic nos à peccatis emundans,
& ad Deum conuertens, in aulam regalem velut me-
L 3 diator

diator optimus introduxit, ideo incarnationis sua aduentum vocat exitum; Paulus introitum.

Caro Christi adoranda.

61. **D**AMASCEN. *lib. 4. de fide cap. 3. & lib. 3. cap. 8.* Caro vnita Dei Verbo propter ipsum, & in ipso adoratur. Eo namque modo quo rex & nudus adoratur, & indutus, & purpura, vt nuda purpura, concutatur, & proicitur, facta autem regis amictus, honorificatur, & glorificatur; & si quis eam proterere presumpserit, persape multa multatur. Sic & caro secundum sui naturam non est adorabilis, adoratur autem in incarnato Dei verbo. & non dicimus quod carnem adorauimus nudam, sed carnem Dei, id est, incarnatam Dei Verbum.

Deus incarnatus est, vt carnis mortem interficeret.

62. **B**ASILIVS *hom. de humana Christi generatione.* Ex hoc Deus in carnem venit, vt in vitam carni mortem interficeret. Nam sicut venenorum antidotum corpori permixtum ac perfusum, omne superat noxium ac lethale. Itemque vt in domo aliqua tenebrarum luminis aduentu diffugiunt ac pereunt: sic mors in natura dominans humana, diuinitatis presentia disparuit. Veluti etiam in aqua glacies tantum humido dominatur, quantum nox vmbraeque durat, solis vero calefactionis radiis subito liquefit: Sic demum mors ad Christi aduentum imperauit: postquam vero Dei gratia salutaris omnibus apparuit, & iustitia sol ortus est, absorpta est mors in victoriam.

Incarnatus Deus vt mederetur nobis.

63. **T**HEODORETUS *serm. 6. de Gracarum affectionum curatione.* Decebat Deum, hominem liberare, propter quem lunam, solem, stellas, & terram creauit. Potuit loqui de caelo, vt omnes audirent, sed maluit flere in praesepio. Non angelum misit. Atqui medicos illos maxime laudare soletis, non quidem qui nos ministris suis curandos aegros committunt, sed qui pallium deponunt, linteamque succincti, suis ipsi manibus ferrum accipiunt, vlcusque, si sit opus, incidunt, nec fetorem vlcis auerfantur, imò autem profluentem saniem excipiunt, atque vnguentis compingunt. Neque vero illos reges admirari, & laudibus ornare soliti estis qui regalibus in thalamis enutriti molliter, omni deliciarum genere perfusi solent; sed quibus graue non est pro subditis hominibus caput periculis obiectare, quique armis obiecti, in prima acie cum hoste fortiter pugnant.

Incarnatus vt nos, ab ignominia liberaret.

64. **T**HEOPHYLACTUS *in cap. 3. ad Romanos.* Non aliam Christus praeter humanam hanc carnem assumpsit, quam & sanctificauit assumptam, & coronauit condemnato peccato quod carni esset, quam suscepisset, hanc ipsam ostendit nequaquam esse naturam peccatis addictam. Nec secus Christus effecit quam faceret quispiam qui muliere aliqua in foro vapulante conspexisset, vt eam a verberantium manibus eruat, foemina illius vel priuata, & infimae fortis, filium fateatur, cum regius sit.

Non conuersus in carnem.

65. **I**OAN. I. *Verbum caro factum est.* THEODORET. *Dial. 1.* Quemadmodum non quod ipse maledictum factus sit, sed quod pro nobis maledictum suscepit, maledictum factus est: ita non quod conuersus sit in carnem, sed quod pro nobis carnem suscepit, dicitur factus caro.

Christus veram de primis parentibus carnem traxit.

66. **I**SAAIAE II. *Egredietur virga de radice Iesse.* BERNARD. Ex omnibus quae saluandis fuerunt populis necessaria, nihil penitus desinit Saluatori. Sed illud diligenter attende, quod florem hunc de radice, non de virga dixerit ascensurum. Etenim si noua Christi caro in virgine creata esset ex nihilo, quod aestimauerit nonnulli, non de radice flos, sed forte de virga poterat ascendisse. Nunc autem qui prodiit de radice, sine dubio communi ab origine communem probatur habuisse materiam. Nam quod super eum spiritus requieuit, nihil in eo contradictionis fuisse declarat. In nobis enim quia non omnino superior est spiritus, non requiescit: [carne nimirum aduersus spiritum, & spiritu aduersus carnem concupiscente.]

Christus vir, etiam in utero matris fuit.

67. **I**EREMIAE 31. *Notum creauit Dominus super terram: foemina circumdabit virum.* BERNARD. Quae est haec foemina? Quis vero iste vir? Aut si vir, quomodo a foemina circumdatus? Aut si a foemina circumdari potest, quomodo vir? & vt apertius dicam, quomodo simul potest & vir esse, & in utero matris? Hoc est enim a foemina circumdari. Si dixisset, foemina circumdabit infantem vel paruulum, nec nouum videretur, nec mirum: nunc vero quia nil tale posuit, sed dixit *virum*, verito me ad conceptum, partumque virginalem, si forte inter plurima noua ac mira quae ibi inspicit, qui diligenter inquirat, etiam hanc quam de propheta contuli, reperiam nouitatem. Ibi agnosceitur longitudo breuis, latitudo angusta, altitudo subdita, profunditas plana. Nunquid non facile est inter haec agnoscere foeminam virum circumdantem, cum Mariam videas Iesum suo utero circumplectentem? Virum autem dixerim Iesum fuisse non solum cum iam diceretur *vir propheta potens in opere & sermone*, sed etiam cum tenera adhuc infantis membra Dei mater blando vel foueret in gremio, vel duraret in utero. Vir igitur erat Iesus, necdum etiam natus, sed sapientia, non aetate, animi vigore, non corporis, maturitate sensuum, non corpulentia membrorum. Nec enim minus habuit sapientiae, vel potius non minus fuit sapientia Iesus conceptus, quam natus, paruum quam magnus. Siue ergo latens in utero, siue vagiens in praesepio, siue iam grandis sculus interrogans doctores in templo, siue iam perfecta aetatis docens in populo, aequo plenus fuit spiritu sancto.

Caro Christi hamus ad capiendum diabolum.

68. **M**ATTH. I. *Liber generationis Iesu Christi, &c.* GREGOR. Dominus noster Iesus Christus ad redemptionem generis humani veniens, velut quenquam de se in necem diaboli hamum fecit. Quis enim nesciat quod in hamo esca ostenditur? aculeus occultatur? Esca quippe prouocat, vt aculeus pungat. Assumpsit itaque Dominus noster corpus, vt in eo diabolus quasi escam, mortem carnis, appeteret: quam mortem, dum in illo iniuste appetiit, nos, quos quasi iuste tenebat, amisit. In hamo igitur incarnationis eius captus est, quia dum in illo appetiit escam corporis, transfixus est aculeo diuinitatis. Huiusmodi hami linea illa est per Euangelium antiquorum patrum propago memorata, in cuius extremo incarnatus Dominus, id est, hamus iste, ligaretur, quem in his aquis humani generis dependentem cetus iste appeteret. Sed eo per fatellitum suorum seuitiam morfo, morfo vires ulterius non haberet.

IN FERNVS

IN FERNVS.

Inferni ignis non consumit damnatos. 1. 7.

Inferni comminatio mouere nos debet. 2.

Inferni poena maxima. 3. 4. 6. 10. 11. 12.

Infernus quid significet. 5.

In inferni igne diversimodi cruciatus. 8.

Inferni figura fuit Aegyptus. 9.

De aeternitate poenae infernalis. 13. 17.

Inferni meditatio vtilissima. 14.

De ignominia aeternae separationis. 15.

Poenae inferni, non a mortuis sed ab scriptura ediscenda. 16.

Damnati in inferno indigni audire vocem Iudicis. 18.

Inferni ignis non consumit damnatos.

1. **E**NEAS. 15. *Cum occubisset Sol, facta est caligo, &c. & ignis transiens inter diuisiones illas.* BRUNO. Solis occasus, qui finis est diei, huius saeculi finem significat, caligo tenebrosa ipsa, de qua dicitur [quia sol obscurabitur, & luna non dabit fructum suum,] siue etiam tenebrae quas in inferno patientur iniqui. Clibanus fumans, & lampas ignis, huius saeculi conflagratio est. Quia vltimo iudicio totus mundus terribiliter succendetur. Bene autem ignis inter diuisiones transiit, non tantum caedera consumpsisse dicitur, quia iam peracto iudicio, cunctisque immortalibus factis, transire per eos ignis poterit, penitus autem incendere, & consumere non poterit.

Inferni comminatio mouere nos debet.

2. **R**EGVM II. *Quicumque non exierit, & sequutus fuerit Saül, & Sammel, sic fiet vobis eius.* LXRAN. Tunc erat comminatio magna poenae, quia diuitiae in illo tempore pro maiore parte in animalibus consistebant. Noluit autem comminari poenam mortis, vel mutilationis, in principio regni sui, ne nimio rigore incipere videretur. Haec ille. Nota autem quod ita moti sunt ad praeliandum ne inciderent in poenam hanc temporalem, quod sequitur: *Inuastimor Domini populum, & egressi sunt quasi vir vnus: trecenta triginta millia, quasi vir vnus.* & nos non mouemur ad sequendum Christum, post comminationem eius poenae aeternae ignis inferni?

Inferni poena maxima.

3. **R**EGVM 18. *Cucurrerunt decem viri armigeri Ioab, & percussiones interfecerunt eum, &c.* Hoc est, decem daemones impugnationes contra omnia praeccepta decalogi, quae transgressiones palpitantem adhuc peccatorem tandem in inferni foueam coniciunt, super quem magnus tormentorum cumulus & acruus aggregatur. *Apoc. 12.* Decem cornua habebat bestia quibus peccatorem ventilat.

Idem.

4. **M**ATTH. 25. *Ne maledicti in ignem aeternum.* PETER. RAVEN. Sicut in hac vita non solum ab igne, sed ab aliis quoque elementis poenae ac cruciatibus proueniunt; ita etiam illic in aliis elementis, sicut & in igne poenae danatorum consistunt. [Scriptum est enim,] transeunt a frigore nivis ad calorem ignis.]

Infernus quid significet.

5. **O**TTOMARVS *in Psal. Infernus mors est perpetua: de qua dicitur psal. 15. Non derelinques ani-*

mam meam in inferno. Verba sunt Christi Seruatoris, qui solus fuit inter mortuos liber, *psal. 78.* Est etiam infernus mors temporalis, de qua *psal. 114.* [Pericula inferni inuenerunt me.] & *psal. 17.* [Dolores inferni circumdederunt me.] Quamquam nihil prohibet, metum inferni qui terret conscientiam, dolores inferni appellare: dum enim ille ex cruciatu, in procliui est vt verbum Domini nos soletur. *Osee 13.* [De manu inferni liberabo eos, de morte redimam illos: vbi est causa tua mors, vbi aculeus titus inferni?] Aeternae etiam huius vitae in morti quodammodo videntur esse similes, vt *psal. 43.* quia propter te mortificamur tota die. & ideo portio quadam sunt inferni.

Inferni poena maxima.

6. **C**HRYSOST. *Homil. 10. in 2. Corinth.* Si ingressi in carcerem, & videntes alios pallidos, alios vero vinctos, & esurientes, alios vero in tenebris conclusos, concutimur, horrescimus, & omniane illuc incidamus, facimus: quando adducti trahemur in gehennae carceres, quales futuri erimus? Non enim vincula illa ex ferro, sed ex igne sunt nunquam extinguibili: neque qui praesunt nobis, eiusdem dignitatis sunt, quos vnquam demulcere poterimus: sed Angeli, in quos nec respicere licet, valde iracundi: propterea quod Dominum tanta contumelia affecimus.

Ignis inferni non consumit damnatos.

7. **T**ERTULLIAN. *Apologetic. 6. 45.* Longe alius test ignis qui vsui humano, alius qui iudicio Dei apparet, siue de caelo fulmina stringens, siue de terra per vertices montium eructans: non enim absumit quod exurit, sed dum erogat, reparat.

In inferni igne diversimodi cruciatus.

8. **G**RIGOR. *lib. 4. Dialogor.* Sicut in hoc mundo, sub vno sole multi constitunt, nec tamē eiusdem Solis ardorem aequaliter sentiunt, quia alius plus aestuat, alius minus: ita illic in vno igne non vnus modus est incendij, quia quod hinc diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum, vt ignem non dissimilem habeant, & tamen eodem dissimiliter exurat.

Inferni figura Aegyptus fuit.

9. **R**VPERT. *lib. 2. in Marib.* Aegyptus, terra fuit Rex exemplum inferni. Illic detinebatur populus captiuus fratrum Christi, id est, sanctorum populus; quos omnes statim transfudit per mare rubrum, id est, per sanguinis & aquae decurrentis ex latere suo sacramentum. & inimicos eorum, id est, peccata eorum, operuit mare illud, & vsque nunc operit inimicos nostros, qui eodem sacramento baptizati sumus. Ad istum Aegyptum Christus per omnia fratribus assimilatus descendit, vt eos faceret cohæredes sui.

Inferni poena maxima.

10. **P**SALM. 1. *Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis quem proicit ventus.* HILAR. *in psalm. 1.* Quomodo nullus labor est vento puluerem dissipare, & quomodo lutum in plateis ingredientibus calcasse non sentiunt: ita poenae illi inferni facile est impios delere atque dispergere, quos peccatorum ratio & in lutum soluerit, & comminuerit in puluerem, non relicta neque substantia firmitatis eam puluis & lutum sine in naturam tamen poenalis substantiae referri.

Idem.

11. **C**HRYSOST. *Homil. 49. ad populum Antioch.* Dum tempus est, praecipue faciem eius in confessione, vt minaces illas virtutes effugiamus. Nonne

Ll 4 videmus

videmus terrenos milites principibus seruitentes quomodo criticinosos trahunt, quomodo ligant, quomodo trahunt costas, quomodo faces tormentis adhibent? Sed hæc omnia ludicra, & risus, ad illa supplicia. Nam & temporaneæ sunt hæc pœnæ: illic verò nec vermis moritur, nec ignis extinguitur.

Idem.

12. **CHRYSOST.** *Ibidem homil. 48. de Ira.* Non velle existimes, ut hic fieri solet, ita & in futura vita contingere, ut scilicet solarium aliquod ferat socios habere miseriam. Vnde id constat? Ex subiecto scilicet exemplo. Dic enim quæso, si quis damnatus ignibus, filium quoque vnâ intueatur, nidorémque ex ipsius carne ascendente hauriat naribus, nonne morietur? Nam si hi quoque qui sani sunt, dum hæc fieri vident, penè resoluuntur, multo magis id passuri sunt qui ea clade vexantur. & ad passionem prouum humanum genus, aliorumque calamitatibus facile commouemur. quo pacto pater filium in eadem damnatione videns solarium capiat? Contrà pœna illi ex ea societate auctior. Eadem ratione si vir uxorem, frater fratrem, &c.

De aternitate pœnæ infernalis.

13. **MAT. 25. Discidite à memaledicti in ignem aeternum.** **SIDORVS CLAR.** *Oratione 11. extraord. como 1.* Quis vestrum vno die ignem ferre eligat accepto mille nummorum aureorum pretio? & pro longè minori re non veremini perferedi ignis periculo volmet exponere? *Idem ibid. oratione 12.* Nihil mihi videtur tam efficax ad auocandos animos ab istis caducis quam hæc cogitatio. Quare mecum quæso sic attentissimè cogitate: Si mille annorum vltio intentaretur, deberent omnes sanè exhorrescere. nam qui in hac vita aliquot horarum spatio acerbis torquentur, miserimi existimantur: at verò mille annis ignibus tradi cruciandum quanto est acerbis? Multo verò magis si decem aut centum millibus annorum hæc pœna esset duratura: quod tamen spatium breuissimum videretur, & tanquam momentaneum, si dictum prius esset, tot annorum millibus esse in igne commorandum, quot arena minutula grana in hoc templo concluderentur. Rursus hoc etiam tantum spatium (quæ enim sæcula arena illam exhaustirent, si millesimo quoque anno dumtaxat granulum vnum auferretur?) pro nihilo putaretur si in hac pœnam illa commutaretur qua tenerentur in ignem damnati tot annorum millibus in eo esse, quantum arena numerus toto hoc quod inter caelum & terram interiacet spatio comprehendere possit. & tamen contemplatione aternitatis (heu horrendam rerum faciem) hoc etiam tam penè infinitum tempus pro re gratissima optaretur, & centies ac millies etiam repetitum, modò finis aliquis tandem aliquando inciperet apparere. Nam sine vilo vnquam sine quempiam esse torquendum, hoc verò vltra omnes desperationis terminos fertur. Quid enim grauius quam semper velle quod nunquam erit, & semper nolle quod nunquam non erit? In aeternum peccator non assequetur quod vult, & quod non vult, nihilominus in aeternum cogetur pati.

Inferni meditatio vtilissima.

14. **IDEM.** *Ibid.* Si cui vestrum teterrimum carcerem, & exquisitas pœnas index aliquis esset interminatus, roto illo tempore quo id expectaretur, imago illa malorum etiam inuitis animo obuerfaretur, quamquam illa cogitatio nihil imminere de intenta pœna possit, sed adderet potius presentem mœrorem futuro dolori qui si speraretur ita cogitando esse imminendus, dies noctesque in cogitatione immoraretur.

tur. At cum ista aternarum pœnarum contemplatio maximè idonea sit efficere, ut eas euadamus: quæ est hæc hominum insania tam raro, aut fortasse nunquam, rem tanti ponderis, cui cætera si comparentur nihil sunt, in consilium adhibere?

De ignominia aternæ separationis.

15. **IDEM.** *Oratione 11.* Si ergo ob eam causam quod vestro imperarem ut exiret de templo, nec quidquam præterea aliud adderem; opinor hanc illi ignominiam, non dico multis vulneribus, sed ipsa morte visum iri grauiorem: quod si præterea adderem diras execrationes, hoc multo esset molestius, cum execrationes ab Episcopo profectæ in primis sint formidandæ: sin pœnam adicerem perpetui ab vrbe exilij, hoc non hunc solum, sed totam urbem perterrefaceret. Quod si in hac vitæ fabula, & in hoc exiguo hominum conuentu eiusmodi probra & damna tantum fiunt, quid erit cum in conspectu totius orbis terræ ab ipso filio Dei angelorum exercitibus vallato, & in sede gloriæ confidente, audiemus: [Discidite à me maledicti in ignem aeternum,] &c.

Pœnæ inferni non à mortuis sed ab scriptura ediscendæ.

16. **LVCA 16. Si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiam agent, &c.** **CHRYSOST.** *Concione 4. de Lazaro.* Quod supernacanea quæruunt, qui desiderant ut mortui illinc redeant, præter hæc quæ dicta sunt, etiam ab huius vitæ curiis demonstrare licet. Gehenna non videtur incredulis, nam credentibus est perspicua, manifestaque curiæ videntur, quotidieque audimus quod ille supplicio affectus est, illius proscripta bona, alius operatur in fodinis, alius exultus est igne, alius alio pœnæ vindictæque genere perit: & tamen hæc cum audiunt mali ac facinorosi, maleficique, non emendant: multi frequenter in his deprehensi, posteaquam effugerunt pœnam, persolique carcere elapsi sunt, rursus eadem aggrediuntur, multoque his sceleratiora perpetrant. Ne igitur quæramus hæc audire à mortuis, quæ multo clariùs nos docent quotidie Scripturæ sacræ.

Pœnæ inferni non percunt.

17. **PSALM. 48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.** **VLGEN.** *in hunc locum.* Quemadmodum cadauerum omnium caro, cibus est vermium; ita animarum damnatarum vita est mors eterna. Eo sanè modo quo in pratis herba depascitur, quæ non à radice, vbi illius est vita, conuellitur, sed carpitur tonsa à pecoribus inciditur: Sic anima in pœnis illis infinitis posita, suæ absque substantiæ consumptione ac iactura, à perpetuo, tanquam vulture, dilaniatur morsu, sed non absumitur.

Damnati in inferno indigni audire vocem Iudicis.

18. **CHRYSOST.** *Concione 4. de Lazaro.* Etenim si cum magistratus in medio foro reum adducit, carnifices adhibet, ac tormentis examinat accusatum, omnes magno studio concurrunt, cupientes audire quid interrogat iudex, quid reus respondeat: multo magis hic diligenter auscultandum est, quid reus, nimirum hic diues, postulet: quid contrà iustus iudex respondeat per Abraham. Non enim Patriarcha erat qui iudicabat, quanquam is pronuntiabat. Verum, quemadmodum in mundanis istis iudiciis quoties fuerint aliqui rei, puta latrones, aut homicidæ, his leges à conspectu iudicis procul occurrentes non permittunt

mittunt ut audiant vocem iudicantis, qui præter alia hoc quoque honore iudicat illos indignos, sed medius quispiam interpres, & iudicis interrogationes, & rei responsiones perferit: hoc sanè pacto & tunc factum est: non Deum pronunciantem, non Deum ipsum loquentem audiuit reus, sed medius erat Abraham, qui iudicis vocem ei qui iudicabat, retulit.

INTENTIO.

Intentionem Deus respicit. 1. 4. 12. 14. 18.

Intentio bona non sufficit, si absit discretio. 2.

Intentio debet esse simplex. 3.

Attendendum ad intentionem. 5. 6.

Intentio ad superna eleuanda. 7. 16.

Intentio debet esse fixa in bonum. 8. 9. 15. 16.

Intentio rectificanda in omnibus particularibus rebus. 10.

Cauendum à sinistra intentione. 11. 20.

Mala quæ bona intentione fiunt, citius remittuntur.

13.

Rectam intentionem diabolus impedit. 17.

Intentio bona corroborat cor iustorum. 19.

Opera bona cum bona intentione faciendæ: vide, Opera, num. 3. 4. 47.

Intentionem Deus respicit.

1. **GENES. 4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui & de adipibus eorum, &c.** **CHRYSOST.** Obserua quomodo nobis pientissima illius mens significatur quod non tantum de ouibus attulerit, sed de primogenitis, hoc est de pretiosissimis, & maxime eximiis, & ex illis ipsis primogenitis pretiosissima quæque, & de adipibus eorum, hoc est, pinguis, & optimis. De Cain verò nihil tale annotatum est, sed quod obtulit de fructibus terræ, quasi diceret, qualiacumque obueniebant, nulla ad delectum adhibita opera, vel diligentia. Contemplantur hinc obsecro, dilecte, quam merito pœnas luit is qui ob suam ignauitiam amittit salutem. Neque Abel doctorem aliquem habuit, neque Cain fuggestorem, & consiliarium: sed vterque conscientia suæ magisterio, & sapientia diuinitus humano generi suppeditata, ad hanc oblationem excitatur: sed varietas mentis, & voluntatis, illius quidem acceptissimæ fecit oblationem; huius autem repudiata. Deus enim acceptor personarum non est, sed à voluntate examinans, mentem & intentionem coronat.

Intentio bona non sufficit, si absit discretio.

2. **IBIDEM.** *Nonne si bene egeris, recipies, sin autem male, statim peccatum in foribus aderit.* **HIERON.** *Lxx. ita habent: Nonne si rectè offeras, non autè rectè diuidas, peccasti.* **GREGOR. 3. Moral. cap. 9. & 10.** Rectè offertur enim recta intentione quid agitur, sed non rectè diuiditur, si non hoc quod pie agitur, etiam subtiliter discernatur, quod nimirum qui agere dissimulat, etiam rectè offerens peccat. **AVGVST.** Non rectè diuiditur, dum non rectè discernuntur, vel loca, vel tempora, vel res ipsæ quæ offeruntur, vel qui offert, vel cui offertur, ut diuisionem intelligamus hic discretionem. Cain ergo non rectè diuisit, quia malè viuens dedit Deo aliquid suum, sibi autem seipsum. Vnde Ioannes, [Non sicut Cain, inquit, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum, quia opera illius maligna fuerunt, fratris autem iusta.] Cain similes sunt omnes qui non Dei, sed suam sectantes voluntatem, ad est, qui non recto sed peruerso corde viuentes, Deo

offerunt munus, quo putant eum redimi, ut eorum non opitaletur sanandis prauis cupiditatibus, sed explendis. **AMBROS.** Hoc est verum sacrificium primitiuum, quando vnusquisque se offert hostiam, & à se incipit, ut postea munus suum possit offerre. **RVP.** Cultu, vel religione parem vterque obtulit hostiam. Siquidem vterque cui debuit obtulit, & proinde vterque rectè obtulit, sed non rectè vterque diuisit. Nam Cain cum Deo offerret sua, seipsum sibi retinuit, repositum habens in cupiditate sua terrena; huiusmodi portionem Deus non accepit, sed, [Præbe, inquit, filii cor tuum mihi:] iste autem, cor suum retinuit sibi, & fructus terræ Deo obtulit. Porro Abel primò cor suum, deinde rem suam offerendo, plurimam hostiam per fidem obtulit. Vnde Apostolus: [fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo:] per quam testimonium consecutus est esse iustus.

Intentio debet esse simplex.

3. **GENES. 15. Tollens vniuersa hæc, scilicet animalia, diuisit ea per medium, &c. aues autem non diuisit.** Animalia diuiduntur, quia opera bona debent oculis omnium patere. [Sic luceant opera vestra bona,] &c. Aues verò non diuiduntur, quia intentiones debent esse integræ in Dei laudem, & non diuisæ. Si oculus tuus simplex fuerit, &c.

Intentionem Deus respicit.

4. **GENES. 22. Et non peperisti vniogenito filio tuo.** **CHRYSOST.** Quantum ad volitatem attinet, non pepercit Abraham filio. Idcirco Dominus quasi sacrificio re ipsa consummato, laudat iustum. Quasi diceret: Tu quidem non pepercisti propter meum mandatum, ego autem peperci propter tuam obedientiam.

Attendendum nobis est ad intentionem.

5. **GENES. 27. Dixitque Jacob: Ego sum Esau primogenitus tuus, &c.** **CHRYSOST.** Ne indages tantum quod sit, sed attende etiam scopum, & quod non factum sit temporalis commodi, vel auaritiæ causa, sed quod patris benedictionem sibi comparare studeat. Nam si simpliciter quæ fiunt, consideras, & patriarcham Abraham puericidam, & Phinees homicidam diceret: Verum neque Abraham pueri homicida, sed valde ei affectus; neque Phinees homicida, sed Zelotes. Vterque enim quod Deo probatur, faciebat. Vnde Abraham per obedientiam, multam remunerationem promeruit, & Phinees propter zelum prædicatur. Dicitur enim de eo: [Stetit Phinees, & placuit, & cessauit quassatio.] Similiter neque hic consideres quod mentita fuerint quæ dicebantur à Jacob, sed illud cogita, quod volens Deus prædictionem impleri, omnia ut sic fiant, dispensauit. Sicut igitur homicidium & puericidium placuerunt, quia iuxta Dei sententiam fiebant, ne attendamus ad facta, sed ad scopum eorum quæ fiebant, & ad voluntatem eorum qui fecerunt, multo magis & hic expendendum est. Quia autem Deus cooperabatur his quæ fiebant, etiam quæ difficilia sunt, Deus reddebat facilia. Vnde Isaac non potuit subolere fraudem, sed persuadetur dictis Iacob, & non prius à venatione affuit Esau, quousque omnia sunt implera, ut per hæc sciamus voluntate Dei hæc gesta esse.

Idem.

6. **IBIDEM.** **CASSIAN.** *collatione 17. cap. 11. & 12.* In omnibus causis non processus operis, sed voluntas operantis est intuetanda; neque quis quid egerit, sed quo voto egerit, intuetandum. Hinc est quod nonnullos pro his factis, de quibus bona postea orta sunt, reperimus fuisse damnatos, & è contrario quosdam per

per reprehensibiles actus ad summam peruenisse iustitiam. Nihil salubrius, aut vtilius vniuerso orbi potuit procurari quam Dominicæ passionis salutarem medium, & tamen non solum non profuit Iudæ traditori, cuius ministerio probatur impletum, verum etiam in tantum illi obfuit, vt absolutè pronuncietur de eo: [Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille.] Non enim, secundum hoc quod euenit, fructus illi est sui operis repensandus, sed secundum id quod facere voluit. *Et rursus.* Nihil criminiosius dolo atque mendacio in patrem & germanum commisso, & tamen non solum nullam damnationem, aut reprehensionem Iacob contraxit, verum etiam perpetua benedictione ditatus est. Nec immerito. Quia benedictionem primogenitis destinata, non ex præsentis lucri auaritia, sed ex fide sanctificationis perpetuæ concupiuit. Illud igitur pro retributione mercedis iuste vnicuique repensatur quod principaliter mente conceperit, non quod exinde bene vel malè contra votum operantis emerferit. Ideoque iustissimus iudex excusabilem, imò laudabilem talis mendacij censuit præsumptorem, quia sine eo ad benedictionem primitiuorum non poterat peruenire. (Non existimandum est Deo placuisse si quod fuit in hac re mendacium;) nec debuit in crimen vocari, quod desiderio benedictionis exortum est. *AVGVST. 16. de ciuit. cap. 37.* Et ne putaretur dulus Iacob fraudulentus, sed in eo magna rei mysterium quæreret, prædixit scriptura. [Erat autem Iacob homo simplex.] Quis igitur est in ista percipienda benedictione dulus hominis sine dolo? Quis est dulus hominis simplicis?

Intentio ad superna eleuanda.

7. **EXODI 12.** *Et sument de sanguine eius, ac ponent super vtrumque postem, & insuper liminaribus domorum, in quibus comedent illum.* *GREGOR. hom. 22.* In vtroque poste domus sanguis agni est positus, quando sacramentum passionis Christi cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur, &c. Qui etiam in superliminaribus domorum ponendus est. Domus autem spiritualiter mens nostra est, in qua per cogitationem inhabitamus, cuius domus superliminare, est ipsa intentio quæ præminet actioni. Qui ergo intentionem cogitationis suæ ad imitationem Dominicæ passionis dirigit, in superliminari domus, agni sanguinem ponit.

Intentio debet esse fixa in bonum.

8. **IUD.** *Nec os illius confringetis.* *BERNARD. De off. huius & carne, & cute anima.* Sed & ossa quidem iustorum omnino integra, atque illæsa custodiuntur à Domino, vt nunquam frangantur, iuxta illud: [Custodiet Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur,] quia nunquam propositum cordis eorum, nunquam salubris intentio conteruntur, vt concupiscentiæ titillanti etiam detur assensus. Sicut enim cogitatio peccati decolorat, affectio vulnerat, sic consensus omnino animam necat. Intentionem igitur, & propositum mentis ea sollicitudine custodiamus fratres, qua vitam animarum nostrarum volumus custodire. Quia cuius tale os confractum est, & comminutum, non erit præcium se à corpore Christi, de quo nimirum legitur: [Os non comminuetis ex eo.] Vnde in passione sua licet plagis virgarum in huiorem decorata sit cutis, licet clauis vulnerata sit caro, & lancea latus eius apertum, os tamen non est comminutum ex eo. Propterea propheta, [Non est, inquit, occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto.] Et alibi: [Ossa mea vt cremum aruerunt:] quod sit cum omnem delectationem boni profus amississe

videtur anima, solamque sibi aridam intentionis fortitudinem referuasse. & forassem idem beatus Iob dicit, cum ait: Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum; vt videlicet corrupta affectione vix solam sibi intentionem spiritalis cogitatio vendicaret.

Idem.

EXODI 16. *Maneat vnusquisque apud semetipsum, & nullus egrediatur de loco suo die septimo.* *GREGOR. 26. Moral. cap. 36.* Dicamus & aliter. In tot locis inclinamur, in quot superuacuis curis extendimur. Nam sicut locus est corporis spatium corporale, ita locus est mentis, vnaquæque intentio cogitationis, quæ cum huc illuc impellitur, si delectatione aliqua cogitationis suæ libenter occupatur, velut in quodam loco ponitur vt requiescat. Nam quoties victi tadio à cogitatione in cogitationem ducimur, quasi fessa mente de loco ad locum migramus. Recta enim mens staret, si vni cui debuerat cogitationi semper inhæreret. Recta mens staret, si non se innumeris motibus fluxa mobilitate profterneret.

Intentio.

Rectificanda intentio in omnibus rebus particularibus.

NUMER. 15. *Sicut de arenis primitias separabis, ita & de pulmentis dabis primitiam Domino.* *I. YRANVS. Sicut de arenis, id est, de granis quæ sunt in arenis, ita de pulmentis, in Hebræo habetur: Ita & de partibus vestris tortellum.* Quia de qualibet decoctione furni, separabatur tortellus vnus, dandus sacerdotibus de primitiis: & idem dicitur de pulmentis. *GLOSSA ORD.* Iubemur ergo non solum de arenis, sed de pulmentis primitias consecrare Deo. Non solum de prædicationis officio laboris primordia consecrare, sed & de domesticis disciplinis, quas in se quisque solerter exercet, inchoationem bonæ voluntatis Domino dedicare. *Hæc illa.* Omnes enim rectam intentionem habere debemus non solum in præcipuis vitæ nostræ occupationibus, sed in omnibus particularibus rebus, iuxta illud Apostoli: [Siue comeditis, siue bibitis, omnia in laudem Dei facite.]

Cauendum à sinistra intentione.

NUMER. 36. *Translata ad aliam tribum, scilicet possessio, de nostra hereditate minuat.* *GLOSSA ORD. RABANI.* Verentur principes Galaad ne possessio sua transferatur ad alienam tribum, & quisque fidelis provideat, vt opera quæ agit, ad salutem proficiant tibi, ne si praua intentione gerantur, ab immundis spiritibus peruadantur. Vnde Dominus: Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus,] & sicut responsum illis fuit: *quisbus volunt nubant, tantum vt sua tribus hominibus:* ita Paulus: *cui vult nubat, tantum in Domino, id est, viro fideli.* Mulieri ergo, id est, piæ intentioni, per bonam actionem cui voluerit licet se coniungere labori, sic tamen vt pietatem & religionem in omnibus conseruet, ne operis sui, pro quo æternæ hereditatis possessionem sperat, detrimentum patiat, si alieno, id est, tereno, se coniunxerit. *Hæc ille.* Hoc videtur prohibere Dominus in elemosynis elargiendis. *Dem. 15.* Si vnus de fratribus tuis ad paupertatem venerit, &c. caue ne forte subrepat tibi iniqua cogitatio, &c. id est, deprauata intentio, nec agas quidquam callide in eius necessitatibus subleuandis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manus miseris.

Intentionem Deus respicit; homines opera.

DEUT. 15. *Sin autem habuerit maculam, &c. comedes illud.* *GLOSSA ORD.* Sunt quædam opera quæ

ra quæ licet minùs placeant Deo, profunt tamen proximo: & si Deo offerri non possunt, comedi possunt. Cum enim Deo minùs placeant, pro fuscata intentione quam Deus intueret, proximis tamen exemplo opitulantur. *GREGOR. 9. Moral. cap. 13. super illud Dent. 16. Iuste quod iustum est persequeris, vt vinas.* In iuste, quod iustum est exequitur qui ad defensionem iustitiæ, non virtutis æmulatione, sed amore præmij temporalis excitatur, & iustitiam quam præterdit vendere, non veretur. *Iuste ergo iustum exequi est in assertione iustitiæ ipsam iustitiam quærere.* *Proverb. 14.* [Sunt viæ quæ videntur hominibus iustæ,] &c. & *Luc. 16.* [Væ qui iustificatis vos coram hominibus,] &c.

Mala quæ bona intentione sunt, citius dimittuntur.

13. **DEUT. 16.** *Sed abiisse cum eo in situm, ad ligna cedenda, &c. ferrumque lapsum de manubrio, amicum eius percussit, & occidit, hic ad vnam supradictarum urbium confugiet, & vinct.* *GREGOR. 10. Moral. cap. 5.* Simpliciter ligna succidimus, cum delinquentium vitia pia intentione rescamus, &c. citius ergo culpa dimittitur quæ non malitiosè perpetratur. Vide verbo, *Correctio, num. 13.*

Bona intentionis præmium.

14. **DEUT. 28.** *Benedicta reliquia tua.* *INTERL. Bona* voluntas quæ remanet post opera. *GLOSSA ORD.* Bonæ intentionis præmium, est voluntas non habeat effectum, quia pax hominibus bonæ voluntatis.

Intentio fixa debet esse in bono.

15. **DEUT. 34.** *Non caligauit oculus eius.* Scilicet Moyse, cum esset centum viginti annorum. *INTERL.* Intuitus piæ intentionis, nube malitiæ, nec intellectus mentis eius à recta deuiauit. *Nec dentes illius moti sunt.* Ordo discretionis non est deprauatus vitiorum tempestate.

Idem, & ad superna eleuanda.

16. **IOSVE 8.** *Leua clypeum qui in manu tua est, &c. Iosue verò non contraxit manum quam in sublime porrexit, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai.* Ex iussu Dei intentio bonæ operationis ad superna eleuanda est, & exemplo Iosue perseuerandum in ea, donec inimicos vincamus.

Intentionem rectam diabolus impedit.

17. **I. REGVM II.** *In hoc seriam vobiscum fedus, vt seriam omnium vestrum oculos dextros.* Et hoc diabolus intendit oculos rectæ intentionis, qua superna respicimus, euerere: deprauata verò intentionis qua terrena respicimus, oculos reseruare; sicut Pharaon. [Quidquid fœmininum ortum fuerit, reseruate, masculos autem in flumen proiците.]

Deus respicit intentionem.

18. **I. REGVM 20.** *Obsecro Domine, memento quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto.* *GREGOR. lib. 12. Moral. cap. 16.* Sæpe contingit vt iusti & iniusti habeant verba similia, sed tamen cor semper longè dissimile, & ex quibus dictis Dominus ab iniustis offenditur, in eisdem quoque à iustis placatur. Phariseus namque dicebat: [Ieiuno bis in sabbatho,] &c. *Ezechias etiam hinc. Memento quomodo ambulauerim, &c.* Sed iustificatus magis publicanus quam Phariseus è templo exiit. *Ezechiam autem Dominus non despexit quem mox in suis precibus exaudiuit.* Ecce Phariseus se iustificat in opere, & Ezechias iustum se asseruit etiam in cogitatione, atque vnde ille offendit, iste Dominum placuit. Cur itaque hoc? Nisi quia omnipotens Deus singulorum

verba à cogitationibus pensat, & in eius auribus suæ verba non sunt, quæ humili corde proferuntur.

Intentio bona corroborat cor iustorum.

19. **PARALIP. 27.** *Fecitque Iosabab quod rectum erat coram Domino, &c. & infra. Corroboratisque est Iosabab, eo quod direxisset vias suas coram Domino suo.* Dirigere vias, & intentiones operum ad Dominum, valde cor corroborat & fortificat. Hoc manifestatur si attendas diligenter diuersitatem intentionum quam habuerunt, *1. Machab. 3.* Seron dux Epiphanius, & Iudas Machabæus, cum præliarentur. De primo ait scriptura: *Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno;* de secundo ait: *Nos verò pugnamus pro animabus nostris, & legibus nostris; & ipse Dominus coneruet eos ante faciem nostram.* Primi, multi, & impij. Vnde dicitur: *Ascenderunt cum eo castra impiorum.* Secundi, pauci & iusti. Vnde dicitur: *Congregauit Iudas congregationem fidelium, & Ecclesiam secum, & exiit Iudas obviam illi cum paucis, &c. Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tantam, & tam fortem? & nos fatigati sumus ieiunio hodie.* Corroboratus Iudas piissima intentione sua & suorum, eos sic exhortatur: *Facile est concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu Dei cæli liberare in multis, & in paucis.* Quod & euentus prælij probauit: quia sequitur: *& contritus est Seron, & exercitus eius in conspectu ipsius.* *GLOSSA ORD. RABANI.* Quia sæpe patientia sanctorum, furorem mitigat persequentium, & mansuetudo humilium prosternit audaciam superbiorum. Inde est quod Paulus docet, dicens: [Si esurierit inimicus tuus, ciba illum,] &c. hæc enim faciens carbonem ignis congeves super caput eius. [Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.]

Intentio praua, totum corrumpit opus.

GENES. 3. *Ipsa coneruet caput tuum, &c.* *Vide Genes. 6. ex GREGOR. & addit: Si femel cor in intentione corrumpitur, medietas, & terminus actionis ab hoste securè possidetur.*

Intentio bona, vita operis.

20. **PROVERB. 4.** *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.* *RICHARDVS.* Quod est corpus sine vita, hoc est opus sine intentione bona. Vita igitur ex corde procedit, quando per consilium intentio deprauata corrigitur. Nam mors potius quam vita ex ipso procedit, quando ex consilio bona intentio deprauatur. Quid enim iuuat bonorum operum prolem gignere, & eam per intentionum deprauationem necare? & quale quæso erit, si liberorum nostrorum interfectores conscientia propria nos esse conuincit? Alij in ipso proposito ex mala intentione opera sua corrumpunt. Alij post exercitia virtutum, ad oblationem vanæ laudis ab intentione pristina inarescunt. Quid illi nisi abortiuos faciunt? isti quasi iam natos ceu etiam adultos occidunt? Nonne melius est non gignere, quam abortiuum facere: satisque vtilius prolem non parere quam vel dormiendo opprimere, vel ex consilio trucidare? Nonne melius est vt vadam absque liberis quam immolem filium meum demoniis? Nonne multo felicitior est sterilis, quam filiorum in suorum necator esse sine misericordia, & comestor esse viscerum hominum, & deuorator sanguinis? *Vide, Opera, num. 47. ex Richardo.*

INVIDIA.

Invidia incitat ad malum. 1. 5.

Invidia bona perdit. 1. 6. 7. 9. 19.

Invidia

Inuidia diabolicum peccatum. 2. 12.
Inuidus de bonis alienis cruciatur. 3. 4. 5. 8. 9. 12. 14.
 15. 16. 17.
Inuidus inuestigat aliena peccata. 3. 23.
Inuidia caeca. 3. 11. 17.
Inuidia mala. 6. 7. 8. 9. 22. 24. 25. 26.
Inuidus recte paruulus dicitur. 8.
Inuidia remedia. 10. 12. 25.
Inuidia morbus fere incurabilis. 12.
Inuidus in Deum blasphemus. 13.
Inuidia Iudeorum contra Christum. 15. 16.
Inuidia seminarium, excellentia. 11. 18.
Ad malum inuidia malos inuigit. 20.
Inuidia terminum non habet, & difficile curatur. 21.

Inuidia incitat ad malum.

1. **G**ENES. 4. *Iratusque est Cain valde, & concidit vultus eius.* GREGOR. in *Past.* 3. p. cap. 11. Admonendi sunt inuidi, vt cognoscant quod dum liuorem à corde non proiciunt, ad apertas operum nequitijs deuoluuntur. Nisi enim Cain inuidisset fratris acceptam hostiam, minimè peruenisset ad eius extinguendam vitā. Liuor sacrificij, fratricidij seminarium fuit. Nam quem meliorem se esse doluit, ne vtrumque esset, amputauit. Dicendum est etiam inuidis, quia dum se ista intrinsecus peste consumunt, etiam quidquid in se aliud boni habere videntur, interimunt.

Inuidia diabolicum peccatum.

2. **I**RVIDEM. *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* IRVPERTVS. Iratus fuerat Cain inuidendo, & conderat facies eius, fratricidij meditando, & vtrumque ab illo requirit Deus, quia neutrum approbat. Irasci enim inuidendo scelus est, & peccatum diabolicum, quia diabolus imitatur, qui alterius iustitiæ inuidet; aliàs autem moueri vel irasci, humanum est, dummodo ira prius resiliat quam peccati opus generet. Vnde dictum est: [Irascimini, & nolite peccare.] Vide verbo, *Ira*, num. 3. vide etiam, *Mendacium*, num. 4.

Inuidus de bonis alienis cruciatur.

3. **G**ENES. 19. *Introduxerunt viri ad se Loth, clausuramque ostium, &c.* GREGOR. 6. *Moral.* cap. 17. spiritualiter. Iniquorum hominum mentes cum quædam à proximis bene gesta conspiciunt, in extremo liuoris sui equuleo torquentur, & grauem malitiæ suæ poenam sustinent, cum bona in alijs vident: de quibus Iob: [Per diem incurrent tenebras,] quia mens eorum de aliena melioratione affligitur, de radio lucis obscuratur. Quia saepe in proximis dum bona aperta considerant, si qua mala latent, labore suo inuestigant. Sana quidem membra conspiciunt, sed clausis quidem oculis vultus palpantes quærunt, si quid forte quod accusare possint inueniant. Vnde & bene subditur. [& quasi in nocte, sic palpant in meridie.] Dies boni operis in proximo exterius lucent, sed quasi in nocte palpant: quia liuoris sui intus tenebras tolerant. Peruenire ad aliqua quæ reprehendant, satagunt, detractionis aditum quærentes; sed quia hunc inuenire non valent, cæci exterius circumuectant, quod bene exprimitur in Loth historia. *Introduxerunt viri ad se Loth, clausuramque ostium, & eos qui foris erant percusserunt cæcitate, ita vt ostium inuenire non possent.* Iustus quisque dum prauorum insidias sustinet, ad mentem reuertitur, & imperturbatus manet, corruptores autem mentium contra vitam

iusti, nullum accusationis aditum deprehendunt, sed percussis cæcitate quasi domum circumeunt. Quia inuidentes facta dictaque scrutantur. Sed quia eis de vita iusti, fortis vndique ac laudabilis actio obuiat, errantes nihil aliud quam parietes palpant.

Inuidus de bonis alienis cruciatur.

4. **G**ENES. 26. *Ob hoc inuidentes ei Palestini, omnes puteos quos foderauerunt serui patris illius, &c. obstruxerunt, implentes humo, in tantum vt ipse Abimelech diceret ad Isaac: Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde.* CHRYSOST. Etiam aquas iusto inuidet, ita agere solet inuidetia, non potest benigniter videre aliorum felicitatem, sed felicitatem proximi, suam putat infelicitatem, & tabescit bonis proximi. LIPOMAN. Puteos vitiles obstruunt tam sibi quam alijs. Non curant cui nocent, tantum vt inuidiæ zelo satisfiat. ORIGEN. *moraliter.* Qui sunt isti qui terra puteos scripturarum nostrarum replent? Illi sine dubio qui in lege terrenam & carnalem intelligentiam ponunt, & spiritalem ac mysticam claudunt, vt nec ipsi bibant, nec alios bibere permittant. Vnde Dominus: [Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocrita, quoniam tulistis clauem scientiæ, & nec ipsi introistis, nec intrare volentes permisistis.]

Idem.

5. **G**ENES. 27. *Auditis Esau sermonibus patris, irruit clamore magno, &c.* PHILIVS. Esau non tam cordi erat paterna benedictio, quam ne frater Iacob sibi præferretur, atque in potioribus bonis esset. Inuidus enim cum esset, exclamauit: *Benedic etiam mihi pater.* Sequitur: *Dixit Esau in corde suo, venient dies lætus patris mei, & occidam fratrem meum.* CHRYSOST. Radix homicidij inuidia est, & fructus inuidiæ, homicidium. Hoc etiam à principio manifestatum fuit in Cain, & Abel. Nihil iracundis, & inuidis est miserius, qui victi & capti, ab affectione homicidij meditantur.

Inuidia mala.

6. **G**ENES. 31. *Tulit Iacob omnia que fuerunt Patris nostri, & de illius facultate diuitem factus est inelytus.* CHRYSOST. Inuidia in ingratitudinem eos induxit, non eos autem solùm, sed & ipsum Laban. *Animaduertit enim, inquit, quoque faciem Laban quod non esset erga se sicut heri, & nudum interius.* Qui enim antea dixerat: *Benedixit me Deus ad introitum tuum, & gratias egerat Domino, quod propter aduentum iusti, facultates suæ auctæ fuerant, nunc subuersa mente à pueris, & inuidia fragante, forte quod videbat instum valde abundare, non eadem protulit quæ antea.* LIPOMAN. Diuitias inuidia comitatur, quæ in studio reprehendendi mendacia comminiscitur, si crimina vera desint quæ accusentur, vt ex hoc dicto filiorum Laban patet.

Idem.

7. **G**ENES. 37. *Accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo.* CHRYSOST. Alia litera habet: *Detulerunt Ioseph de pessimo crimine apud Israel patrem suum.* Ita etiam legit THEODOR. ISIDOR. & DIODOR. Vt videas, ait CHRYSOST. fratrum Ioseph malitiæ eminentiam, etiam patris amorem perturbare attentabant, & que non erant fingunt, contra fratrem tantum malum perficientes, vt inuidia sua expleri posset. Inuidia namque quando animam inuasit, non prius eam relinquit, donec in extremam absurditatem eam inducat, & lædens animam, in qua est, eam cui inuidet, efficit omnino aliter quam vult: reddit enim cum clariorem. Vnde iterum alia grauior inuidio plaga nascitur.

Inuidus

Inuidus recte paruulus dicitur.

8. **I**BIDEM. *Videntes autem fratres eius quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum; nec poterant ei quidquam pacifice loqui.* GREGOR. 5. *Moral.* cap. 33. & 39. [Paruulum, inquit Iob, occidit inuidia.] Inuidere enim non possumus nisi eis quos nobis in aliquo meliores putamus. Paruulus ergo est qui liuore occiditur; quia ipse sibi testimonium perhibet quod eo minor sit, cuius inuidia torquetur. Hinc est quod hostis calidus primo homini inuidendo surripuit, quia amissa beatitudine, minorem se immortalitate illius agnouit. Hinc est quod Cain ad perpetrandum fratricidium corruit, quia despecto suo sacrificio prælatum sibi infremuit, cuius Deus hostiam accepit. Hinc Esau ad persequitionem fratris exarsit, quia primogenitorum benedictione perditā minorem se eo quem nascendo præibat, ingemuit. Hinc Ioseph à fratribus venditus est Ismaelitjs, quia præ illis à parente dilectus. Hinc Saul, Dauid sibi subditum, lanceam intorquendo, persequitur, quia ultra se excrecere expauit. Paruulus itaque est qui inuidia occiditur: quia nisi ipse inferior existeret, de bono alterius nõ doleret.

Inuidia mala.

9. **I**DEM *Ibid.* Sciendum autem est quia quamuis per omne vitium quod perpetratur, humano cordi antiqui hostis virus infunditur, in hac tamen nequitia tota sua viscera serpens concutit, & omnem suam pestem vomit: vnde scriptum est: [Inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum.] Nam cum deuictum cor liuoris putredo corruerit, ipsa quoque exteriora indicant quam grauer animus uelania instigat. Color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, & membra frigescent. Fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor, in conscientia vulnus. Nihil latum de proprijs liber, quia tabescentem mentem sua poena lauciat, quam felicitas torquet aliena. Nam inuidia cum mentem tabefecerit, cuncta quæ inuenerit bene gesta, consumit. Vnde per Salomonem dicitur: [Vita carnis, sanitas cordis, putredo ossium, inuidia.]

Remedia contra inuidiam.

10. **I**DEM *Ibid.* Sed cur hæc de inuidia dicimus, si non etiam qualiter eruat, intinemus? Idcirco desiderantis mentis liuor exruciat, quia hoc quod appetit, aut funditus alter accipiens adimit, aut à quantitate restringit. Qui ergo liuoris peste plene carere desiderat, illam hæreditatem diligat quam hæredum numero non angustat, quæ & omnibus vna est, & singularis tota: quæ tanto largior esse ostenditur, quanto ad hanc percipientium multitudo dilatarur. Imminutio ergo liuoris, est affectus surgens incernæ dulcedinis, & plena mors eius, est perfectus amor æternitatis. Nam cum mens ab eius rei appetitu retrahitur, quæ accipientium numero partitur; tanto magis proximum diligit, quanto minus ex profectu illius sua damna pertimescit, &c. Vide *Charitas*, num. 5. Charitas quid aliud est quam mentis oculus; qui si terreni amoris puluere tangitur, ab internæ lucis mox intuitu læsus reuerberatur? Paruulus est igitur qui terræna diligit, magnus qui æterna conspicit. Vnde bene etiam dicit Iob: [Paruulum occidit inuidia;] quoniam huius pestis langore non moritur, nisi qui adhuc in desiderijs suis infirmatur.

Inuidia caeca dicitur.

11. **I**BIDEM. *Nec poterant ei quidquam pacifice loqui.* IRVPERTVS. Per hoc magnitudinem odij diligenter expressit. Nam re vera tunc odium magnum ac molestissimum est, quando virus animi lingua dissimulare

non potest. *Hæc ergo causa somniorum atque sermonum inuidiæ & odij fomitem ministravit.* CHRYS. Oportebat, hoc scientes maiorem erga illum beneuolentiam declarare, & è medio tollere odij causam: at verò obtenebrati mente non videntes quod contra semetiplos faciebant, maiori odio in eum exarserunt. Sequitur: *Inuidebant ergo ei fratres.* CYRIL. Vide quod feratur inuidia, quam caeca sit. Nam somnia aut vera dicunt, aut mentiuntur. Si vera sunt, qua ratione veritati circumuenis? Si mentiuntur, cur visis inuides?

Inuidia morbus fere incurabilis.

12. **I**BIDEM. *CASSIAN. Collatione 18. cap. 17.* Sciendum, inuidiæ morbum difficilius ad medelam quam cætera vitia peruenire, & quem semel veneni sui peste corruerit, penè dixerim carere remedio. Ipsa namque est de qua figuratiter dicitur per prophetam. *Hierem. cap. 8.* [Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos.] Rectè autem basilisco comparatur: quia sicut basiliscus mordens perit; sic inuidens priusquam in hominem cui inuidet, mortis virus effundat, ipse se perdidit. Item [Inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum:] imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. *Sap. 11.* Sicut enim diabolus, nec medelam poenitentiae, nec fomentum alicuius curationis admittit: ita & inuidi omnem opè sancti incantatoris excludunt. Quia cum non culpa eorum quibus inuidet, sed prosperitate crucientur, erubescunt ipsam proderè veritatem; & ita vana eorum curatio est, cum illud mortiferum virus quod nolunt proderè, lateat in medullis. Vnde Sapiens, *Eccles. 10.* [Si momorderit serpens, non in sibilo, non est abundantia incantatori.] Isti enim sunt taciti morsus, quibus solis sapientium medicina non subuenit. Nam vsque adeo incurabilis est ista pernicies, vt blandimentis exasperetur, infletur obsequijs, muneribus irretetur. Vnde Sapiens, *Proverb. 6.* [Nihil sustinet zelus.] Inuidia ergo curatu difficilior. Quia ipsis remedijs quibus reliqua vitia extinguuntur, ipsa accenditur. Nam, verbi gratia, qui damnus sibi illatum dolet, compensatione curatur. Qui de illata indignatur iniuria, humili satisfactione placatur. Inuidus autem qui te humiliorem ac benigniorem sentit, eo magis offenditur, quia successus tantum alienæ prosperitatis irritat. Vnde horum vndecim Patriarcharum zelus in tantum, nulla innoxij fratris prece potuit deliniri.

Inuidus in Deum blasphemus.

13. **I**DEM *Ibid.* Inuidus non aduersus hominem, sed planè aduersus Deum blasphemus est. Quia nihil in fratre aliud nisi bonum meritum carpens, non hominis culpam, sed Dei tantum iudicia reprehendit. Inuidia est ergo illa sursum germinans amaritudinis radix, quæ se erigens ad superna, in contumeliam ipsius qui bona homini confert, tendit auctoritas.

Inuidus cruciatur bono alieno.

14. **G**ENES. 37. *Noluit consolationem accipere, sed ait, descendam ad filium meum, iugens in infernum, &c.* CHRYSOST. Opinor & hoc illis aliam fuisse plagam, videbant enim quod Pater tantum, tamque feruentem morem declarabat erga eum qui non aderat; & maiori tabescebant inuidia.

Idem & inuidia Iudeorum contra Christum.

15. **G**EN. 49. *Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, &c. inuideruntque illi habentes iactantia, &c.* HIERON. Est sensus, o Ioseph, qui ideo sic vocaris, quia adauxit te mihi Deus, siue quia inter fratres tuos maior futurus es, &c. inuiderunt tibi, & te ad iracundiam prouocauerunt fratres tui, habentes liuoris sagittas, & zeli

- Ira mulieris magna.* 4.
Ira dandus locus. 5. 7. 8. 19.
Iratus, seruus est ira. 6. 12. 14. 16. 17.
Ira cauenda. 7. 12. 19.
Ira prohibetur à Domino. 10.
Ira quando peccatum mortale, & quando veniale. 11.
Differentia inter iram, & odium. 12.
Ira furor est. 13. 16. 17.
Ira qualiter vincenda. 12. 15. 17. 18.
In iram incidimus post victoriam caterorum vitiorum. 20.
Ira lumen extinguit rationis. 21. 24.
Iratorum est omnia obruere. 22.
Ira remedia. 23. 27. 31. 32.
Iram velut ferum quandam mansuere debemus. 25.
Ira mala. 26. 27. 29.
Secreta ira plus nocet quam manifesta. 28.
Ira si obediat rationi, utilis. 30.

Ira bona, & mala.

1. **G**ENES. 1. *Ecce dedi vobis omnem herbam, &c. ut sint vobis in escam, & cunctis animantibus.* ORIGEN. Moraliter. Herba, & fructus terræ in escam homini datus, & inuentis, potest per allegoriam de affectibus corporalibus intelligi. Verbi gratia, Ira cibus noster est, quando irascimur ad iustitiam, id est, ad correctionem delinquentis; sicut ira Phinees Sacerdotis contra peccantes. Si verò irrationabiliter agatur ira, ut innocentes puniat, aut effusetur in eos qui nihil delinquant, iste cibus erit bestiarum agri, & serpentum terra, & volucrum cæli. Huiusmodi demones nutriuntur cibis, sicut ira Cain contra innocentem fratrem, &c. Attendamus ergo ut possimus scire quæ à Deo donata sunt nobis, ut monet Apostolus; & quæ nobis ad escam data sunt, non faciamus escas porcorum vel canum.

Iratus, non plene profert verba.

2. **G**ENES. 3. *Nunc ergo ne forte mitat manum suam, & sumat de ligno vite, & comedat, & vivat in aeternum.* INTERL. Apostropeus est, id est, defectiva locutio, quæ irato & perturbato congruit. RVPERT. Deficit enim, emittamus eum de paradiso voluptatis, quem locutionis modum, cum grauitas adiunat pronunciantis, hoc ipsum in quo deficere videtur, valentius exprimit.

Ira bona & mala.

3. **G**ENES. 4. *Iratusque est Cain valde, &c. Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* CHRYSOST. Dominus noster cum misericors sit, quando delinquimus, non sic nos auersatur ob delictum quam quando perseueramus in delicto. RVPERTVS. Terram aspiciunt qui crudelia meditantur. Vnde illud *Psal.* [Proicientes me nunc circumdederunt me, oculos suos statuerunt declinare in terram. CAIETAN. Tristitia interna, ex qua excandescit animus, significatur. RVPERTVS. Irasci inuidendo scelus est, & peccatum diabolicum, &c. Vide verbo, *Inuidia*, num. 2. aliàs autem moueri vel irasci, humanum est, dummodo ira prius resiliat quam peccati opus generet. Vnde dictum est: [Irascimini, & nolite peccare.] Ac si diceret: Et si ad horâ ut homines mouemini, nihil tamen per iram operemini, & de hoc ipso quod irati fuistis, citò poenitemini. Percontando itaque Deus

vocat illum mitis ad misericordiam, mittit ad conscientiam suam, inuitat illum ad cor suum, ut videat ipse quod cogitet, bonum scilicet sit an malum.

Ira mulieris.

GENES. 16. *Affligente igitur eam, scilicet Agar, Sara iram fugam inuit.* AMBROS. Accipit ergo potestatem irata vxor, & immoderatiùs vltione permiffa vsa est. nempe: *Ecce ancilla tua in manu tua est, utere ea ut liber.* Quòd si Sara moderationem non tenuit, quæ tenebit? Duo hinc comprehenduntur, & dominæ indignatio, & ancillæ tumor, ac superbia: quòd afflixerit eam Sara, ad iracundiam eius pertinet: quòd Agar fugerit, ad superbiam eius, quæ sibi herilis contubernij vindicabat fastigium. [Non est ira super iram mulieris.]

Ira dandus locus.

GENES. 26. *Ille scilicet Isaac, discedens ut veniret ad torrentem Gerara, &c. fudit alios puteos, &c.* CHRYSOST. Ecce iam operibus iustus complet id quod discipulis suis Christus præcepit, cum persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Et sicut Dauid magnam Saulis inuidiam reprimebat, secedens: sic & iustus iste Apostolicum illud implens: [Date locum iræ.]

Iratus, seruus est passionis.

GENES. 27. *Venient dies lætus patris mei, & occidam fratrem meum.* CHRYSOST. Nihil iracundis & inuidis est miserius, qui victi & captivi, ab affectione homicidium meditantur. Propterea Paulus, radicem huius mali volens extirpare, dicit *Eph.* 4. [Omnis ira, & indignatio, & clamor auferatur à vobis cum omni malitia.] Non solum, inquit, volo vos succensere, & indignari & irasci, sed neque cum clamore proximis loqui, scilicet eum qui ab ira nascitur.

Fugienda ira.

GENES. 45. *Proficiens vobis fratribus ait, scilicet Ioseph, ne irascimini in via.* CHRYSOST. Non solum ipse dimisit iram, & à criminibus se liberauit, sed & ipsos admonet ne irascantur in via, nec inter se de factis contendant. Nam verisimile valde erat quòd in via inter se rixaturi essent. AMBROS. Quam bene docet ab iracundia præcauendum, quòd ea posset etiam amantes sui separare germanos, & maximè in via fugiendam esse discordiam, vbi ipse viandi comitatus debet esse inuolabilis, & gratiæ habere consortium. Mysticè autem. *Quid aliud Dominus Iesus ex hoc corpore recessurus inquit, cum discipulos dimitteret suos, nisi ne irascerentur in via, dicens: [Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis?] Vbi enim pax est, iracundia locum non habet, ablegatur discordia, fugatur dissensio. Vide etiam ne in hac vita dicat, id est, in hoc cursu totius vitæ, indignationem cauendam; quòd ira sæpe etiam innocentes in crimen adducat: quia dum iusto amplius irascimur, & volumus alienum coercere peccatum, grauiora peccata committimus. Ideo Apostolus: [Non vos ipsos vindicantes charissimi, sed date locum iræ,] hoc est, declinemus eam, ne nos illa corrumpat. Vnde Dominus Iesus dimittens ad euangelizandum discipulos, misit eos sine auro, sine argento, sine pera, sine virga, ut in centina litis, & instrumenta eriperet vltionis.*

Fugiendum ab iratis.

EXODI 2. *Timuit Moyses, & fugiens de conspectu eius, &c.* LIPOMAN. Sic fugit Iacob fratrem suum Esau, sic fugit Dauid Saulem, sic Christus lapidaturos ipsum, sic Paulus præfectum regis Aretæ.

Sic & Christus ad Apostolos suos dixit: [Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.]

Ira bona, & mala.

9. **E**XODI 11. *Et exiit à Pharaone iratus nimis.* INTERL. Non perturbatione mentis, sed pro duritia Pharaonis, qui tactus tot pœnis, non respicit, Moyses stupebat, & admirabatur. HIERON. in *proverb. cap.* 27. quòd ira non habet misericordiam, non de omni ira dicitur: (nam de mirissimo ac modesto viro scriptum est, quia exiit à Pharaone iratus nimis,) sed de ira stulti, cuius prius meminit, quæ vbi scanderit, mox viscera pietatis amittit, & furori tantum suo nouit fræna laxare. Alioquin de vtili ac necessaria ira dictum est: [Melior est ira risu.] quia per tristitiam vultus, agnoscitur animus delinquentis.

Ira prohibetur à Christo Domino.

10. **E**XODI 20. *Non occides.* Christus Dominus interpretatur *Matth.* 5. hoc mandatum sic: [Audistis quia dictum est antiquis, non occides. Ego autem dico vobis, si quis irascitur fratri suo, reus erit iudicio,] &c. CHRYSOST. *super Matth. hom.* 11. Non est mandatum hoc Christi contrarium legi, sed latius quam lex. Mandatum enim Christi legem in se tenet in clusam; lex autem non continet Christi mandatum. Qui ergo implet Christi mandata, tacite in eis implet & legis. Nam qui non irascitur, multo magis nec occidit. Qui autem implet legis mandatum, non omnino implet & Christi. Frequenter enim & homo non quidem occidit, propter timorem vindictæ, tamen irascitur. Vnde vera Christus ait: [Non veni solvere legem, sed adimplere.] Deinde sine mandatis Christi, non possunt stare legis mandata. Nam si concedatur licentia irascendi, datur & causa homicidij faciendi. Ex ira enim homicidium generatur: tolle autem iram, & homicidium non fit. D. THOMAS in *Opusc.* Dominus Christus non solum docuit nos cauere ab homicidio, sed etiam ab ira. Bonus enim medicus non tollit malum quod apparet, sed etiam radicem remouet infirmitatis, ne recidiat. & ideo vult nos abstinere à principijs peccatorum, & ita ab ira quæ est principium homicidij.

Ira bona, & mala.

11. **D** THOMAS in *Opusc.* Nunquid omnis ira est contraria virtuti? Stoici dixerunt quòd nulla passio cadit in sapientem. Peripatetici autem verius dixerunt, quòd ira cadit in sapientem, sed moderata. Patet primò, quia in Euangelio inuenimus istas passiones Christo attributas, in quo fuit fontalis plenitudo sapientiæ. Secundò, ratione: nam si omnes passiones virtuti contrariarentur, essent aliquæ potentia animæ quæ essent frustra, imò quæ essent homini in nocuum, quia non haberent aliquos actus conuenientes, & sic irascibilis & concupiscibilis frustra essent homini. & ideo dicendum quòd ira aliquando est virtus, & aliquando non. Accipitur enim ira tripliciter, Primò prout est in solo iudicio rationis absque commotione animi: & ista non dicitur proprie ira sed iudicium; sic enim Dominus puniens malos iratus dicitur. *Mtchæa* 7. [Iram Domini portabo, quoniam peccauit ei.] Secundò accipitur prout est passio, & ista est in appetitu sensitiuo: & est duplex, quia aliquando ordinatur ratione, & continetur sub terminis rationis. Quando scilicet quis irascitur quantum debet, & quando debet, & pro quo debet, &c. & tunc est actus virtutis, & dicitur zelus. Vnde Philo sophus dicit, quòd mansuetudo non est nullomodo irasci. Ista ergo ira non est peccatum. Est & tertia ira, quæ refugit iudicium rationis, & ista semper est pec-

catum, sed aliquando est veniale, & aliquando mortale. & hoc distinguitur ex eo quòd ad iram incitat quòd aliquando est veniale, aliquando mortale. Mortale, duplex est, vel ex genere, vel ex circumstantiis. Homicidium autem est peccatum mortale ex suo genere, quia directè ordinatur contra præceptum diuinum. & ideo consensus in homicidium, est peccatum mortale ex genere, aliquando autem peccatum mortale est ex genere, sed tamen mortis non est peccatum mortale, quia est sine consensu. Sicut si ascendit motus concupiscentiæ ad fornicandum, & non consentitur, non est peccatum mortale. Similiter ira est motus ad iniuriam illatam vindicandam: Si ergo iste motus est taliter in passione, ita quòd ratio deducatur, tunc est peccatum mortale; si autem vsque ad consensum non peruenitur ratio, tunc est peccatum veniale: Si autem motus non sit ex genere peccatum mortale, tunc & si consensus adhibeatur, non est peccatum mortale. Quòd ergo dicit: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, intelligendum est de motu intendente in nocuum, qui motus est peccatum mortale, ita quòd sit ibi consensus. Iuxta illud *Ecol. vlt.* [Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium, pro omni errato, siue bonum, siue malum.]

Ab ira cauere debemus quinque.

D THOMAS *vbi supra.* Debet autem quilibet quinque modis ab ira cauere. Primò *ne citò prouocetur.* Vnde Iacobus: [Sit omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram:] & ratio est, quia ira peccatur est, & punitur à Deo. Item, quia omnis homo diligit libertatem, & odit seruitutem. Non est autem iracundus Dominus sui ipsius, iuxta illud *proverb.* 27. [Impetum concitati spiritus ferre quis poterit?] & illud *ibid.* Graue saxum, & onerosa arena, & ira stulti vtroque grauior. Secundò, *cauere debet, ne in ira permaneat.* iuxta illud: [Irascimini, & nolite peccare.] & illud. [Sol non occidat super iracundiam vestram:] *Ephes.* 4. & rationem huius assignat in Euangelio Dominus, *Matth.* 5. [Esto consentiens aduersario tuo citò dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & index ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.] Tertio, *cauere debemus ne ira procedat.* primò in corde, quòd fit quando peruenit ad odium. est enim differentia inter iram, & odium, quia ira subita est, odium verò diuturnum, & ideo est mortale peccatum. [Qui odit fratrem suum, ait Apostolus, homicida est.] & ratio est, quia & se interficit expoliando se charitate, & alium. AVGVST. in *regula.* Lites autem nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis, ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam. Vnde *proverb.* 15. [Vir iracundus prouocat rixas.] & Israel: *Genes.* 49. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura.] Quarto, *cauere debet ne procedat in verbo,* iuxta illud *proverb.* 12. Fatuus statim indicat iram suam; & potest indicare duobus modis, iniuriando scilicet, & superbe loquendo. Quantum ad primum dicit Dominus: [Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis;] quam am ad secundum dicit: [Qui autem dixerit racha, reus erit concilio.] Vnde Sapiens *proverb.* 15. [responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitatur furorem.] Quintò, *cauere debet ne procedat in opere.* In omni enim opere nostro duo debemus obseruare, scilicet facere iustitiam, & misericordiam; Ira vtrumque impedit. Ira enim vici, iustitiam Dei non operatur, quamuis enim velit, tamen non potest. Vnde Philo sophus quidam dixit cuidam qui eum offenderat: *Primum te nisi esset iratus.* & Sapiens *Proverb.* 27. [Ira

non habet misericordiam nec erumpens furor.] & Israel: [In furore suo occiderunt virum.]

Ira bona, & mala.

23. **EXODI 32.** *Si quis est Domini, iungatur mihi, &c. & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.* D. BASILIVS *serm. de ira.* Ira quando oportet, & ut oportet, ex ratione dispensata, fortitudinem, patientiamque, ac constantiam parit: præter verò rectam rationem tractata furor & insaniam efficitur. Idcirco nos Psalmus admonet: [Irafcimini, & nolite peccare.] & Dominus ipse: [Qui temere irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Illum verò qui tanquam pharmaco ad ea quæ oportet, ira vtitur, minimè condemnat. Huiusmodi ira vsus est Moyses, cum Leuitarum manus in caedem fratrum armauit. Quid etiam Phinees iustum reddidit? Nonne iusta contra fornicantes ira? Iusta etiam ira Samuel Agag regem Amalech à Saule contra mandatum Domini servatum occidit, & Elias zelotes quadringentos & quinquaginta turpitudinis sacerdotes, & quadringentos viros comedentes de mensa Iezabæ, iusta sapientique indignatione morte multavit. Sic itaque fit ira sæpenuero multarum bonarum actionum ministra.

Iratus, servus est passionis.

24. **NAHVM 1.** *Vlciſcens Dominus, & habens furorem.* STEPHANVS. Istud significanter dictum est, quia qui furorem non cohibet, imò cum impetu furoris agitur, potius potest dici quòd habeat cum furor quàm ipse furorem. Vnde super illud Iob: [Cum apprehenderit eum gladius, non poterit ei resistere nec hasta, nec thorax.] Dicitur qui per abrupta furoris graditur, non apprehendere gladium, sed à gladio apprehendi. Sed quia talis impetus in Deum non cadit, rectè dicitur habens furorem. Licet enim sit iratus, nulla tamen ira dominatur ei.

Qualiter vincenda ira.

25. **IVDICVM 8.** *Dixeruntque ad eum viri Ephraim: Quid est hoc quod facere voluisti, ut nos non vocares, &c. irigantes fortiter & prope vinum inferentes: quibus ille respondit, &c. scilicet eos laudando. Nonne melior est iracemus Ephraim vindemis Abiezer? quod cum locutus esset, requievit spiritus eorum quo tumebant contra eum.* Quia sicut scriptura ait, [responsio mollis frangit iram,] &c.

Dandus locus ira.

26. **1. REGVM 25.** *Et non indicavit ei verbum pusillum, aut grande usque mane, &c.* GREGOR. 3. p. *Pastor. cap. 17.* Iracundos melius corrigimus si in ipsa ira commotione declinamus. Perturbati enim quid audiant, ignorant. Sed cum ad se redeunt, tanto libentius exhortationis verba recipiunt, quanto se tranquillius tolerari erubescunt. Mentis autem furore ebriæ omne rectum quod dicitur, peruersum videtur. Vnde & Nabal ebrius culpam suam Abigail laudabiliter tacuit, quam digesto vino laudabiliter dixit.

Idem.

27. **2. REGVM 2.** *Porro Asael cursor velocissimus fuit, quasi unus de capreis qui morantur in silvis.* Idem GREGOR. *ibid.* Asael significat eos quos vehemens arripens furor in præceps ducit, qui in eodem furoris impetu tanto cautius declinandi sunt, quanto insanius rapiuntur. Sed cum iracundi nulla se consideratione mitigant, & quasi Asael persequi non cessant, necesse est ut qui furentes reprimere conantur, non se in furorem erigant, sed si quid est tranquillitatis ostendant, quædam verò subtiliter proferant, in quibus ex

obliquo animum furentis pungant. Vnde Abner persequentem, non recta, sed averſa hasta perforavit. *Ex mucrone enim percussere,* est impetu aperta increpationis obviare: *averſa autem hasta ferire,* est furentem tranquillè ex quibusdam tangere, & quasi parcendo superare. Asael autem protinus occubuit, quia commotæ mentes dum & parci sibi sentiunt, tamen responsorum ratione in intimis sub tranquillitate tanguntur, ab eo quòd se exerceant, statim cadunt. Quia ergo à furoris sui impetu sub lenitatis percussione resiliunt, quasi sine ferro moriuntur.

Ira qualiter vincenda.

18. **MATTH. 5.** *Dico vobis non resistere malo.* PETERVS RAVEN. Utique Christianis hoc dicit: Vult nos vitia non recompenſare vitiis, sed superare virtutibus, & in ipsis adhuc scintillis iram extinguere: quæ si peruenierit ad totum furoris incendium, sine sanguine non sedatur. Ira vincitur lenitate, malitia bonitate calcatur. *Ibid.* *Si quis te percussit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram.* CASSIAN. Subauditur sine dubio dexteram: quòd alia dextera, nisi interioris hominis, ut ita dicam, facies non potest accipi: per hoc penitus omnem iracundiæ fomitem de profundis cupiens animæ generalibus extirpare, id est: Si exterior dextera tua impetum ferientis exceperit, interior quoque homo, per humilitatis assensum dexteram suam præbeat verberandam, compatiens exterioris hominis passioni, & quodammodo succumbens, atque subiiciens corpus suum ferientis iniuriæ, ne exterioris hominis cæde vel tacitus intra se moueatur interior.

Dandus locus ira.

19. **EPHES. 4.** *Omnis ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia.* CASSIANVS. Cum dicit: Omnis ira tollatur à vobis, nullam penitus velut necessariam & vitalem nobis excipit. Delinquentem itaque fratrem, si necesse est, ita curare festina, ut dum medelam leniori forsitan fabricula laboranti procuras inferre, non temetipsum tetriori morbo cæcitatatis inuoluas. Oportet namque illum qui alterius vulneri mederi cupit, omnis languoris morbo alienum, sanitumque subsistere, ne fortè ei illud dicatur: [Medice prius cura teipsum.] Nihil enim interest vtrum aurea lamina plumbeave, oculorum obrutibus imponatur; differentiam cæcitatatis non facit pretiositas metallorum.

Aliquando in iram incidimus post vicloriam vitiorum cæcorum.

20. **IOEL 1.** *Residuum eruca comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo.* RIBERA. Hugo de sancto Victore *erucam* interpretatur esse libidinem; *locustam*, inanem gloriam; *bruchum*, gulam; *rubiginem*, iram vel impatientiam. Nam sæpe vsu venit, ut qui iam libidinis se victorem putat, in vanam gloriam incidat, elatus victoria, atque vbi hanc quoque fugavit, à gastrimargia vincatur, quasi securus iam sue castitatis & humilitatis: sed hac quoque victa dum videt animus in carne continentiam, in mente humilitatem, in corpore abstinentiam, perfectum sese exultinat, & præ se ceteros despiciens, si quando voluntati suæ resisti videt, protinus habenas laxat iræ, in verba profilit impatientiæ, dicens: [In peccatis natus es totus, & tu doces nos?] Scriptum est enim [Spiritualis iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.] Sed hæc omnia copiosius & elegantius GREGOR. 33. *Moral. cap. 39.* Vnde Hugo mutuatus est.

Ira lumen extinguit rationis.

21. **EPHES. 4.** *Sol non occidat super iracundiam vestram.* CASSIAN. Sol, id est, ratio, quæ pro eo quòd omnes cordis cogitationes discretionèque illustret, sol meritò nuncupatur; iræ vitio non extinguatur, ne eodem occidente, perturbationum tenebræ cum authore suo Diabolo vniuersum cordis nostri occuperent sensum, & tenebris iræ possessi, velut in nocte cæca, quid nos oporteat agere, ignoremus.

Iratorum est omnia obruere.

22. **BASIL. Hom. de ira.** Quemadmodum torrentes ad curua loca decurrentes, secum obuia quæque trahunt: sic & iratorum impetus violenti, & infatigabiles, omnia similiter percurrunt, atque obruunt.

Ira remedium.

23. **CHRYSOST. Hom. 3. de David, & Saule.** Quemadmodum qui laborant ab oculis, si spongias, ac vestium cyaneo colore pannos tenentes frequenter in eos intueantur, ex eo colore nonnullum capiunt morbi leuamen: Similiter & tu si Davidis imaginem præ oculis habes, & in hanc assidue defigas oculos, etiam si millies obrundat ira mentis oculum perturbans, ad hoc virtutis exemplar respiciens, perfectam consequeris sanitatem, puramque animi philosophiam ac tranquillitatem.

Ira lumen rationis extinguit.

24. **CHRYSOST. Ibid.** Quemadmodum quamdiu nox adest, sæpe nec præsentem quidem amicum agnoscinus: at mox ut exortus est dies, etiam cuius conspectum agnoscinus: itidem & in iracundia solet euenire: donec inter nos maleuolum gerimus animum, & vox audita nobis aliter sonat, & ipsam faciem corrupta mente aspiciamus: ceterum vbi posuerimus iram, & vox quæ prius erat inuisa, atque hostilis, placida nobis, atque iocundissima videtur, & aspectus ipse prius inimicus, & iniucundus, tunc fit amabilis, & iucundus. Idem accidit in tempestate. Non patitur nubium concursus nobis perspicuum esse cæli pulchritudinem; sed quamuis millies habeamus oculos perspicaces & acres, nequaquam pertingere possimus ad illam supernam iucunditatem. Ceterum vbi iam radiorum calor perturbatis ac discussis nubibus solem ostendit, rursus & cæli decorem ostendit. Idem accidit in nobis ira feruentibus, dum simulas velut dæsa nubes ante oculos & aures stat, facit ut voces aspectusque videantur aliter quàm sunt. *& infra:* Frequenter fit ut cum eadem contuita audiamus amantibus iocantibus, facetiisque ludentibus, aut à pueris paruulis, non solum nullam sentiamus molestiam, neque incandescamus, sed rideamus etiam, & exilaremur, eo quòd illa non audimus animo affectu corrupto, nec mente ira præoccupata. Itidem si in inimicis extinxeris iram, si odium eieceris, nihil eorum que dicuntur, te poterit offendere.

Iram velut feram quandam mansuere debemus.

25. **CHRYSOST. Homil. 5. in Matth.** Leonem quidem mitigas, reddisque tractabilem; furorem verò animæ tuæ efficis omni prorsus leone seueriorem: & certè cum in mitigando leone sint duo impedimenta vel maxima, quòd fera ipsa, & ratione priuatur, & longè omnium alterius generis animalium excedit furorem; tamen de copia tibi donatè à Deo sapientiæ ipsam superas arte naturam. Qui igitur naturam vincis in bestiis, cur in teipso naturæ ostulcas bonum, dum malum adamas voluptatis? Itaque si te ut alium hominem mansuere faceres, iuberem, nihil hinc im-

possibile viderer imponere, quanquam excusari posses non te esse dominum voluntatis alienæ. Nunc verò tua hæc propriè fera est. Qui verò feras ad mansuetudinis prouehis dignitatem, temetipsum de throno deiiciens & honore regali ad irrationalium cogis furorem. Ponamus enim iram, bestiam quandam esse: quantum igitur ab aliis erga mitigandum leonem, studium commodatur, tantà tu erga iracundiam impende curam, & effice huiusmodi cogitationem mitem, atque mansuetam, siquidem hæc fera, & vnguibus sæuissimis armatur, & dentibus, & nisi illam sollicitè mansuefeceris, cuncta simul disperdet, atque lacerabit. Nullus enim leo, nulla sic vipera, viscera queunt humana laniare, ut hominis iracundia, ferreis quibusdam vnguibus vniuersa confodiscis.

Ira mala.

26. **MATTH. 5.** *Qui autem dixerit fratri suo, &c.* CHRYSOST. *Homil. 16. in Matth.* Inimicitiarum tempore incandescente ira, animoque prorsus ardente, etiam minimum aliquid, magnum videtur. Sicut enim manente amicitia, etiam quæ molesta sunt, lenia dicuntur: sic inimicitia obortis, lenia quæque pro grauissimis audiuntur. Atque ut in igne, cum scintilla exigua est: etiam si plurimum lignorum admoneas, non ea facile comprehenditur; si verò satis in excelsum flamma confurgat, non iam ligna, sed & saxa, & omnem prorsus materiam sibi vendicat, & per quæ extingui solet, per ea ipsa potius accenditur: (Flammam enim non tantum etiam ligna & stippa, aliæque ignis alimenta, sed aqua etiam maiori impetu iactata magis magisque succendit.) Ita accidere etiam in ira solet. Quidquid aliquis dixerit, continuo pabulum huius efficitur incendij. *Idem Homil. 3. in Ioan.* Vehemens iræ affectus est, & omni flamma vehementior. Quare omni celeritate opus est nobis, ut hunc ignem extinguamus, neque ad summum, eum euadere sinamus. Iræ enim morbus, nisi mox sedetur, multas generat calamitates, domos & familias totas euertit, veteres dissoluit consuetudines, & breui momento res infandas molitur. Quamobrem huic indomita bellæ nolimus habenas remittere, sed præduro frano, metu scilicet diuini iudicij, eam cohibeamus.

Idem, & quomodo curanda ira.

27. **IDEM Ibid.** Videbis iratos, non secus ac insanos, turpiter in medium præcipites ferri. Cum enim circa præcordia efferbuit ira, ignem emittit, tota inflatur facies, incompositæ manus mouentur, ridiculè profiliunt pedes, monitoribus, & iram dirimere conantibus insultant, in eosque, nulla ab insanientibus differentia irruunt, & cum hæc faciunt tanquam amentes, nihil sentiunt, nihil intelligunt, sed aliorum more moribus calcibusque inuicem insultant. *Idem hom. 25. in Ioan.* Ira, vehemens ignis est, omnia consumit: quippe quæ corpus consumit, animam coinquinat, tristitiam offert, turpis visu. Quòd si iratus seipsum intreri possit, nulla alterius indigeret admonitione: nihil enim irato turpius. Ebrietas quædam, ira est, vel potius ebrietate grauior, & dæmone miserabilior. *Idem hom. 47.* Inter iram & insaniam nihil interest, sed grauis quidam dæmon est, imò quam qui dæmonio vexatur, grauior: ille enim venia dignus est, iratus nulla, sed supplicij innumeris sponte sua in profundum perditionis defertur, & etiam ante futuram gehennam pœnas dat. *& infra.* Huiusmodi est irati animus, qui si in te profiliet, tace, & opportunè ei plagam infliges. *& hom. 21. ad Hebr.* Sicut ferrum cum in aqua intingitur, amittit ignem: sic iracundus in longanimitatem incurrens, nihil cum lædit, sed etiam iuuat.

sed etiam ipse retinetur amplius. Nihil enim longanimitati simile. Nunquam iniuriatur huiusmodi homo, sed sicut adamantina corpora non vulnerantur, sic etiam animae tales superiores quippe iaculis inueniuntur. & Homil. 12. Operis imperfecti. Quemadmodum si ignem cum igne coniungas, maior flamma succenditur; ira iracundia per iracundiam non compescitur, sed amplius irritatur.

Secreta ira plus nocet quam manifesta.

28. GREGOR. NAZIANZ. Oratione 1. in Iulian. SO- let populus etiam si ad praesens iram cohibeat, tanquam ignis in ligno delitescens, seu fluminis vi coercitus, ubi tempus est oblatum, reaccendi, & erumpere. CHRYSOST. Homil. 15. ad Ephes. Sunt quidam instar eorum canum qui clanculum mordentes, praeteritum quidem nec allatrant, nec quidquam erga illum rancoris ostendunt, ablandientes vero mansuetudinisque speciem ostendentes, sic ubi nacti fuerint incautos, dentes clanculum infigunt: isti peiores sunt illis qui ex aperto inimicitiam in se suscipiunt, & prostentur. An ignoras quod eiusmodi incendia sunt omnium nocentissima, quae cum intus nutriantur, non quibusvis circumstantibus apparent? & vulnera quae in conspectum extra cutem sese non egerunt: & rogi illi qui interna comburunt? Ita & peior est reliquis ira quae mentem depascitur.

Ira mala.

29. PSALM. 123. Forsitan viuis degluissem nos. CHRYSOST. super hunc psalm. Vide quam feri sunt, & immanes qui bonos inuadunt. Hi enim homines, vel ferarum ostendunt immanitatem, imò magis sauiunt in eos qui sunt eiusdem generis. Nam fera cum semel inuaserit, ab ira discedit, & desistit: homines vero, si quando res aliter cesserit quam putabant, saepe aggrediuntur, & vel carnes gustare cupiunt: tam res rationis expers est, ira perturbatio. & homil. 29. ad populum Antioch. Fera potius quam iracundo homini cohabitandum est: nam illa cum semel mansuetifata fuerit, suam seruat legem; hunc autem quotiescumque mitigaueris, rursus efferatur. & infra. Ebrietas quaedam est, ira, imò verò difficilior ebrietate, & daemone miserabilior.

Ira, si obediat rationi, utilis.

30. IDEM Ibid. hom. 30. Canis est impudens, ira: sed legem audire discat: Si fuerit canis in grege tam ferrox, vt non obediat iubenti pastori, nec eius vocem audiat, omnia perdit: cum omnibus pascitur, sed si oues gustauerit, inutilis est: sed si te audire discit, tale canem, utilis erit contra lupos, & piratas.

Ira statim remedium adhibendum.

31. PHE. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram. CHRYSOST. hom. 1. 14. ad Eph. Quemadmodum si quando quod aëri nebulosum ac densum per noctem accessit, diurno calore sol nec dissoluere poterit, nec dissipare, causam ac materiam tempestatis exhibet, quod residuum est apprehendente nocte; illudque rursus aliis vaporibus augmentante: ita habet ira conditio. AVGVST. Epist. 8. Sicut acetum corrumpit vas, si diutius ibi fuerit, sic ira corrumpit cor, si in alium diem durauerit.

Idem.

32. CHRYSOST. Homil. 12. Operis imperfecti. Sicut Ioseph dimisit pallium in manu meretricis, & fugit cum meliore pallio castitatis, ita & tu proice pallium in manus calumniatoris, & fuge cum melio-

re velamento iustitiae, ne forte dum vis vindicare vestem corporis, pretiosissimum animae vestimentum perdas.

Ira reprimenda mansuetudine, vide, Mansuetudo, num. 4. 7. 12.

IUDICES.

Iudices, reos audiant, & misericorditer cum eis agant.

1. 2.

- Iudices maturè cum reis agant. 3.
Iudices, Dij appellatur in scriptura. 4. 9.
Iudices ante sententiam certi reddantur. 5.
Iudices quales esse debent. 6. 16.
Iudices non peccant occidendo. 7.
Iudices peccant malè sententiando. 8.
Iudices iuste debent iudicare. 10. 11. 12. 14. 15.
Iudices ne accipiant munera. 13. 14. 15.
De recto iudice. 17.

Iudices & defensionem audiant & misericorditer cum reis agant.

GENES. 3. Adam ubi es? EVCHER. Interrogat, vt suis quisque responsonibus conuincatur. Quia licet non ignoret quod sibi vult indicari: vult tamen, delinquentem etiam responsonis testimonio reum statui: dum enim interrogat, iudicat. Sequitur: Cui dixit Deus: Quis indicauit tibi, &c. CHRYSOST. Vide excellentem misericordiam, & patientiam Domini. Nam cum poterat, nec responso quidem dignari eum qui peccauerat, sed statim poenam infligere quam prius statuerat prauaricatur, longanimis tamen est, & suffert, & interrogat, & responsum accipit, & iterum interrogat, quasi ad defensionem eum prouocans, vt accepta occasione etiam post tantam prauaricationem suam erga illum misericordiam declararet. Quo etiam nos docet, vt quando & nos reos condemnamus, non ram crudeliter eis loquamur, sed longanimiter, & misericorditer agamus, vt pote nostra ipsorum membra condemnaturi, suppliciumque misericordia temperemus.

Idem.

GENES. 4. Ubi est Abel frater tuus? CHRYSOST. 2. Medicus est enim Deus, & clementissimus pater. & quod patri illius fecerat, scilicet Adam, rogat & nunc Cain, & dicit: Ubi est Abel frater tuus? Sicut illi dixerat, Adam ubi es? non ignorans, sed fiduciae occasiones illi praebens, vt per confessionem peccati delictum ipsius absolueret: vt & nos doceret etiam nunquam causa non examinata sententiam contra fratres debere ferre. CAIETAN. Inquit etiam vt Iudices hominum doceat, vt citent reum, quantumcumque certum, antequam iudicent. Neque aliqua vititur contumelia. Non inquit, o scelestè, sed absolute inquit, ad instruendos etiam humanos iudices vt abstineant à contumeliis.

Iudicibus maturè agendum.

GENES. 4. Posuitque Dominus signum in Cain, vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum. EVCHER. Ipsum videlicet signum, quod tremens & gemens, vagus & profugus semper viueret, nec vspiam in orbe terrarum sedes posset habere quietas. Atque ideo vt saluari posset, forte edificauit ciuitatem. R. V. P. E. R. T. Non vt tremulo corpore viueret, vel cornu in fronte

in fronte gestaret, vel tale quid, quod non ex auctoritate scripturae, sed ex Iudaicis fabulis est. Sed posuit, inquit, (iuxta aliam literam) Cain in signum, id est, quasi signum videlicet, vt sic non auderet aliquis pro vltione contingere illum. Quomodo nemo debet amouere regis, vel imperatoris signum. AMBR. S. Concessit Deus vitam Cain, & prohibuit ne interficeretur à quoquam, ne si continuo vindicatum esset in reum, homines quoque in iudicando nullam patientiam moderationemque seruari, sed statim reos supplicio darent. Vt igitur magnanimitatem & patientiam doceret iudices, ne quis prepropere rapere- tur studio vindictae.

Iudices, Dij appellatur in scriptura.

4. GENES. 6. Videntes filij Dei filios hominum. L. L. P. O. M. A. N. Aliqui filios Dei opinantur filios iudicum, ac virorum praepotentum, qui ex more linguae Hebraicae Dij nuncupantur, eo quod sint instar Deorum in terris: eosque summus pater Deos appellari voluit, vt & ipsi sese quid forent, agnoscerent, & alij eos maxime venerarentur, & ita in scripturis saepe iudices & sacerdotes Dij appellatur, vt in Exod. [Applicauit eum Dominus suis ad Eloim,] id est, iudices, vt omnes interpretantur. Hac interpretatio, & opinio, est probabilis, &c. Vide verbo, Exempla, num. 4. Chaldaica quae veridica est, Filios principum legit: H. E. R. O. N. Symmachus sic legit: Videntes filij potentum filias hominum.

Iudices ante sententiam certi reddantur.

5. GENES. 11. Descendit Dominus vt videret ciuitatem, & turrim quam edificabant filij Adam. CHRYSOST. Vt per hoc erudiamur nunquam temere fratres condemnandos, nec auditu solo iudicandum, nisi plurimis argumentis prius certi reddamur. Omnia enim à Deo ideo sunt, & ob hoc tanta ad erudendum hominum genus vititur sermonis attemperatio. R. V. P. E. R. T. Si is qui omnia scit, descendere hic dicitur vt videat, & alibi dicitur, Clamor Sodomorum & Gomorrhoeorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis: descendam, & videbo turrim clamorem qui venit ad me, opere compleuerim, an non: quanto magis homo qui falli potest, antequam sententiam proferat, rem diligenter inuestigare debet.

Iudices quales esse debent.

6. EXOD. 18. Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas: & qui oderint auaritiam, & consueuerint ex eis tribunos, &c. ORIGEN. Tales oportet esse principes populi, qui non solum superbi non sint, sed & qui oderint superbiam, id est, vt non solum ipsi absque vitio sint, sed & in alijs oderint vitia (non homines dico odisse, sed vitia:) qui iudicent, inquit, populum omni tempore. Audiant principes populi, & presbyteri plebis, quia debent omni hora populum iudicare, semper & sine intermissione sedere in iudicio, dirimere lites, reconciliare dissidentes, in gratiam renouare discordes. CAIETAN. Viros, inquit, non mulieres, quoniam regimen mulierum pessimum est, adeo vt communiter loquendo nulla in muliere asseretur virtus, vt dicit Aristotel. 7. Ethicorum. Potentes subaudi, ingenio. quia prima pars principis, aut iudicis ab ingenio naturali est. Viri siquidem ingenij naturaliter sunt aliorum rectores, & sine hac parte reliquae nihil valent. Timentes Deum. Prima animi virtus requisita ad principem cuiusque ordinis, est timor Dei. Oportet enim iudicantem alijs, rationem habere superioris iudicis, intuentis cor, vt sic iudicet alios, tanquam certus quod redditurus est rationem Deo de suis iudicijs, & quod puniendus est si peccat, &

quod timeat puniri à Deo. Si enim solus timor humanus in animo regnat iudicis, innumerabiles iniurias faciet. In quibus sit veritas: id est, quod sit verax, & quod veritas rerum gestarum, testium, & huiusmodi, inueniat locum apud eum. & qui oderint auaritiam. In Hebraeo habetur: odentes auaritiam. Per participium enim significatur continuitas quadam, quasi dicat, id est, affecti odio continuo auaritia, & non qui ad horam oderint auaritiam. Libra prudens lector has quatuor conditiones virorum qui assumendi sunt ad principatum, seu regimen aliorum, & perspicies beatam esse rempublicam illam in qua tales eliguntur.

Iudices non peccant occidendo.

7. EXOD. 20. Non occides. D. THOM. in Opusculis. Aliqui dixerunt hoc praepcepto prohibuit esse homicidium hominis omnino. Vnde homicidas dicunt esse iudices saeculares, qui condemnant secundum leges, aliquos. Contra quos dicit AVGVST. quod Deus per hoc praepceptum non abstulit sibi potestatem occidendi. Vnde dicit: [Ego occidam, & ego viuere faciam.] Est ergo licitum illis, qui mandato Dei occidunt, quia tunc Deus facit. Omnis enim lex, mandatum Dei est. iuxta illud: [Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.] Prou. 8. & illud Rom. 13. Si male feceris, time, non enim in causa gladium portat; Dei enim minister est. & Moyse dicitur, Exod. 22. Maledictus non patiens viuere. Id enim quod licitum est Deo, licitum est & ministris eius per mandatum ipsius. Constat autem quod Deus non peccat cum sit auctor legum, infligendo mortem propter peccatum, iuxta illud: Stipendium peccati mors; ergo nec minister eius. H. E. R. O. N. super Ierem. cap. 22. Homicidas & sacrilegos, & venenarios punire, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. AVGVST. 9. 71. super Exod. & referitur d. 23. 9. 4. cap. non potest. Non est ergo putandum fieri contra hoc praepceptum quando lex occidit, vel occidi aliquem Deus iubet. Ille enim facit qui iubet, quando ministerium negare non licet. Idem 1. de ciuit. cap. 20. & 21. & referitur d. 23. 9. 5. cap. de occidendis hominibus. Nequaquam contra hoc praepceptum fecerunt qui, Deo auctore, bella gesserunt, aut personam gerentes publicae potestatis secundum eius leges. Hoc est iustissima rationis imperium sceleratos morte punire, &c.

Peccant iudices malè sententiando.

8. IBIDEM. Non falsum testimonium dices. D. THOMAS. in Opusc. Contra hoc praepceptum in iudicio peccant, & accusantes falso, & testificantes mentiendo, & iudices malè sententiando: contra illud: [Non iniuste iudicabis: Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo.]

Iudices Dij appellatur.

9. EXOD. 22. Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. THEODOR. Dijs, id est, iudicibus. Iudices enim Deorum nomine appellat, propterea quod ad vniuersorum iudicis imitationem iudicia illis credita sunt. Hoc docet nos propheta. Nam cum dixisset Deus: [Stetit in synagoga Deorum:] mox subiunxit: [Vique quo iudicatis iniquitatem, &c. iudicate pupillo, & humili.] &c. Deinde illos accusans adiunxit, [nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant,] &c. GREGOR. In Regis. Epist. 75. Quid ergo mirum si eos nostra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos Deus ipse etiam appellat Deos? L. I. P. O. M. A. N. & P. A. V. L. vocat eos

eos ministros Dei, cunctosque eorum subdit imperio. At meminerint vicissim illi ne quid admittant quod eos dedecet, qui loco Dei sedent, ne Dei nomen Optimi Maximi, & Iustissimi, illis communicatum commaculent.

Iudices recte iudicabunt.

10. **EXODI 23.** *Pauperis non misereberis in iudicio.* AVGVST. *quæst. 88. in Exod.* Bona est misericordia, sed non debet esse contra iudicium. *Iudicium* sanè illud appellat scriptura quod iustum est. **HERON.** *super illud psal. 32.* *Diligis misericordiam, & iudicium.* Quomodo dicit, *diligis misericordiam*, cum hinc dicat *non misereberis pauperis in iudicio*? Sensus est: Prius iudicium rectum iudicium, & postea subueniat misericordia. *Idem super Proverb. 31.* Quod utrumque Dominum facere propheta insinuat, dicens: [Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate mansuetos terræ.] **DIOM. Thom. 2. 2. quæst. 63. ar. 4. ad tertium.** *Pauperis non misereberis, &c.* Non est hoc contra hoc quod legitur: [In iudicando esto pupillis misericors:] Quia homo in iudicio debet pauperi subuenire quantum fieri potest, tamen sine læsione; alioquin non haberet locum quod hinc dicitur. **CAIETAN.** *Iuxta Hebræum habetur: Pauperem non pulchris facies in lite sua.* Prohibet Dominus blandis sermonibus ornari causam pauperis, & multo magis aliorum. O utinam non sapissime pulchris facerent causam diuitem. Tot enim coloribus ornantur, ut quamvis turpissimæ, honestæ appareant, & propterea Deus hoc vitium prohibet, etiam gratia misericordiæ erga pauperem.

Idem.

11. **IBIDEM.** *Non inclinabis in iudicium pauperis.* **LIPOMAN.** *In Hebræo & Chaldæo habetur: Non inclinabis iudicium pauperis in causa eius.* Quasi dicat: Non recusabis esse iudex in causa pauperis contra diuitem. Hoc enim frequenter contingit ut pauper non possit habere iudicem in lite quam habet contra aliquem diuitem. Prius igitur præceperat Dominus ne ob misericordiam pro paupere iudicetur, nunc autem ne pauper propter inopiam vilo modo prematur, quominus ius suum consequatur.

Idem.

12. **IBIDEM.** *Infontem, & iustum non occides, quia auersor impium.* **LIPOMAN.** *In Hebræo & Chaldæo legitur, quia non insistebat impium.* Hebraismus est, pro, non sinam cum iudicem inultum qui innocentem morti adiudicauerit. **CAIETAN.** *Ut timeant iudices diuinum iudicium, scientes quod si huiusmodi impietatem commiserint, non iustificabuntur in diuino iudicio, quamuis apud homines impunes euadant.*

Iudices ne accipiant munera.

13. **IBIDEM.** *Nec accipias munera quæ excæcant etiam prudentes.* **CAIETAN.** *In Hebræo habetur: Quæ excæcant apertos, id est, apertis oculis videntes. hoc est: Tanta est vis munerum, ut non solum parum aut mediocriter videntes ea quæ sunt iuris, sed etiam perfecte videntes, excæcant, intus mutando scilicet affectum. Sequitur: Et subuertunt verba iustorum.* *In Hebræo: Et torquentur verba iusta.* Hoc est: Non solum munus excæcat internos oculos, sed etiam torquet verba, flectendo illa hinc & inde, etiam verba iusta, ut habent **LXX.** quia prius pro veritate & iustitia loquentes, repente mutatos contraria & loquentes & sentientes efficit. **AVGVST. super psal. 25.** Munera non solum pecunia est, non solum aurum & argentum, non solum xenia sunt, nec omnes qui accipiunt ea, accipiunt munera; aliquando enim accipiuntur ab

Ecclesia, imo Dominus ipse accipit. Iudas enim ea quæ mittebantur, auferebat. Sed quid est accipere munera? Propter munera laudare hominem, palpare blandiendo, iudicare contra veritatem propter munera. Propter quæ munera? Non solum propter aurum, & argentum, & huiusmodi, sed etiam propter laudem. Qui iudicat malè, munus accipit, munus quo nihil inanius. Patuit enim illi munus ad accipiendum iudicium linguæ alienæ, & perdidit iudicium conscientie suæ.

Idem.

14. **DEVT. 16.** *Iuste quod iustum est persequeris ut viuas.* **OLEASTER** legit, *Iustitiam, iustitiam sequeris*, id est, puram & simplicem iustitiam, non aliquid aliud, ut sunt munera & personæ. **LYRANVS.** *Iuste quod iustum est, &c.* quia modus procedendi debet esse iustus. **GREGOR. 9. Moral. cap. 13.** *In iuste quod iustum est exequitur, qui ad defensionem iustitiæ, non virtutis æmulatione, sed amore præmij temporalis excitatur, & iustitiam quam præterit vendere, non veretur. Iuste ergo iustum exequi, est in assertione iustitiæ ipsam iustitiam querere.* **Proverb. 14.** [Sunt viæ quæ videntur hominibus iustæ,] &c. & **Luc. 16.** [Væ qui iustificatis vos eorum hominibus.]

Idem.

15. **REGVM 8.** *Declinauerunt post auaritiã, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium.* **GLOSSA ORD.** Quia pro munere opprimebant iustitiam, ad epulas pretiosaque conuiuia declinantes. **3. Regum 7.** *Porticum quoque solij in qua tribunal est, fecit, & texit lignis cedrinis à pavimento usque ad summam.* Non immeritò lignis cedrinis quæ incorruptionem significat, texit tribunal Iudicum. Ut significet eorum integritatem & incorruptionem à muneribus quæ tinea demolitur, &c.

Iudices quales esse debent.

16. **PARALIP. 19.** *Constituit, scilicet Rex Iosaphat, iudices terræ, &c. & præcipiens iudicibus, Videte, ait, quid faciatis. Non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini, & quodcumque iudicaueritis, in vos redundabit. Sic timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non est enim apud Dominum Deus nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupidio munerum.*

De recto iudice.

17. **ASILIVS** in principium *Proverbiorum.* Quemadmodum is qui sagittam tendens, ad metam dirigit, nec ultra, nec citra, nec utrobique errando à via proposita excidit; ita rectus iudex facitabit, nec in iudicando personam accipiet.

IUDICIUM FINALE.

Mundus absque dubio finiendus. 1. 7. 32.

Separabuntur boni à malis in iudicio. 2. 3. 4.

Impij non audientur in iudicio. 5.

Libri conscientiarum aperiendi. 6.

Omnia finiuntur cum homine. 7. 10.

In iudicio misericordia & iustitia. 8. 2. 8.

Iustitia preualet in iudicio. 8. 9.

Iudicium triplex. 11. 1. 3.

Sententia iustorum. Venite benedicti, &c. 12. 3. 7.

Iudicij memoria. 13. 2. 4. 7. 4. 7. 8. 8. 1.

Tribulatio maxima circa iudicium. 14. 2. 2. 5. 0. 5. 3. 7. 5.

Dies iudicij tremendus etiam bonis. 15. 2. 8. 6. 1. 6. 7.

Impij

Impij cruciabantur, & boni saluabuntur. 15. 1. 6. 1. 7.

2. 0. 2. 2. 6. 2. 7. 2. 9. 3. 1. 3. 3. 4. 1. 4. 7. 6. 8. 6. 9.

Iudicium Filius à Patre accipit. 16. 3. 9.

Vnusquisque recipiet secundum opera sua. 17. 2. 5. 2. 9. 6. 3.

Iudicij præcursores. 18.

Christo venienti curuabitur omne genu. 18.

Christus prius despectus, cum potestate veniet iudicare.

19. 2. 5. 5. 2.

Soli fideles saluabuntur. 20. 3. 2.

Media nocte, & repente veniet. 21. 2. 6. 3. 6. 4. 6.

Signa iudicij terribilia. 28. 4. 0. 4. 7. 5. 0. 5. 5. 5. 7.

Impij timebunt, iusti autem consolabuntur. 30. 3. 4. 3. 5.

3. 6. 3. 8. 4. 0. 4. 2. 4. 3. 4. 5. 4. 8. 5. 0. 5. 1. 5. 2. 5. 3. 5. 4. 5. 6.

5. 7. 7. 7.

Fructus ex consideratione iudicij. 40. 5. 4. 5. 9. 6. 4.

Christus iudex rectissimus. 44. 4. 7.

Nunc orandum pro die iudicij. 49. 7. 1.

Increpatio diaboli, & sequacium. 51.

Iudicium durissimum contra prælatos. 58.

Post iudicium nihil restat operandum. 59.

In iudicio peccata manifesta erunt. 60. 6. 2. 7. 2. 7. 3. 8. 0.

Omnes iudicabimur à Domino. 63. 6. 4.

Prophetia Ieremie de iudicio. 65.

Iudicium sine misericordia non facientibus eam. 66.

De perturbatione creaturarum ante iudicium. 75.

De ignorantia diei & horæ iudicij. 76.

Qualiter iusti occurrent obuiam Christo. 79.

Mundus finietur.

1. **GENES. I.** *In principio creauit Deus cælum & terram.* **BASIL.** Pulcher orationis ordo est. Principium in primis posuit, ne mundum aliqui principio carere arbitrarentur. Noli igitur homo res eas quæ cernuntur, principio carere, arbitrari. Quod si tempore ceperunt esse, tempore quoque desinant ac finiantur necesse est, & si temporis initium habent, noli dubitare de fine. [Præterit enim figura huius mundi, & cælum, & terra transibunt, ait Dominus.] **AMBROS.** Cum testificetur Moyses quod Deus fecerit mundum, noli eum sine principio esse, credere. Quia circuli principium sensu colligere impossibile videtur; non verò si ipse non comprehendas, idcirco non cœpit, aut nequaquam desinet, & tamen & cœpisse, & desuisse ipse tibi testis es.

Separabuntur boni à malis separatione perpetua.

2. **IBID.** *Diuisit lucem à tenebris.* **AVGVST. de ciuit. cap. 9.** Id est, bonos angelos à malis. Boni enim *lux* appellantur, eo quod illustratione veritatis intelligibiliter fulgent; Mali autem, *tenebra*, quia eorum mentes teterunt à luce iustitiæ auersæ sunt. *Diuisit ergo lucem à tenebris.* Solus quippe Deus ista discernere potuit, qui præuidit etiam priusquam caderent, esse casuros. *Hæc ille* Intelligit idem de hominibus. Siquidem tam angelis quam hominibus eadem sententia dabitur. **RVPERTVS.** Diuisit eos separatione immutabili, ita ut nec illi qui ceciderunt, resurgere, nec illi qui cum peccare possent, peccando cadere noluerunt, vltèrius vnquam habeant, vel possint peccando cadere. **Psal. 32.** [Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.] Quasi dicat: Ita approbavit hanc lucem, ut iam non possit obscurari. Terribile autem iudicium Dei contra diabolum factum, his verbis insinuat. Non voluntate Dei an-

gelus, aut homo perit, sed proprio vitio & propria voluntate sunt tenebrosi, sed voluntate Dei contra suam ipsorum separabuntur, & diuidentur à bonis. Vnde Dominus [Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum.] Vnde **INTERT.** *Vidi Deum lucem quod esset bona, id est, filios lucis, & diuisit lucem à tenebris, id est, à filiis tenebrarum.*

Idem.

3. **IBID.** *Diuisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab aquis quæ erant super firmamentum.* **FERS.** Prima die fecit Deus distinctionem inter bonos & malos angelos, diuidens lucem à tenebris, nunc facit distinctionem inter aquas, & quasdam facit cælestes, quasdam verò terrestres relinquit: innuens, creaturarum corporalium, id est, hominum, quasdam sursum eleuandas fore, id est, homines pios; quasdam verò in infernum detrudendas, id est, impios; duòque regna fore, cæleste & terrenum, iuxta illud: [Cælum cæli Domino: terram autem dedit filiis hominum.]

Idem.

4. **GENES. I.** *Producant aquæ reptile, & volatile, &c.* **HVGGO DE S. VICTORIS, lib. 1. de Sacramentis cap. 27.** Pisces, & aues idem principium habuerunt, nempe aquam, sed diuersa loca sortitæ sunt. Pisces enim in aquis deorsum remanserunt, aues autem in aère collocatæ sunt, & quasi supra id quod sunt. Sic de eadem massa corruptibilis naturæ vniuersa generis humani propago trahitur, sed aliis deorsum in ea qua nati sunt, corruptione iuste derelictis, aliis sursum dono gratiæ ad sortem cælestis patriæ eleuatis, iudicij seruatur æquitas. **D. BASIL.** Maior pars piscium alter alterum deuorant, & minor æca maioris est. Quid igitur quæso nos homines aliud agimus, cum vim afferimus inferioribus, rapimúsque eorum fortunas? Quid interest inter nos ac infimos pisces? Cautè igitur ne idem finis tibi qui piscibus euenire crebrò solet; caute ne occurrat hamus, aut nasa, aut rete, scilicet iudicium vltimum, pœnâque extrema & multa, quam non euitabimus, certò scio.

Impij non audientur in iudicio.

5. **GENES. 3.** *Et ait Dominus ad serpentem; quia fecisti hoc, eris maledictus, &c.* **RVPERT.** Sed quare hominem & mulierem Deus interrogat, & audit, non verò serpentem? Quia scriptum est: [Secundum multitudinem iræ suæ non quæret.] &, ut ait **SERAPION Episcopus**: ad huius iudicij exemplum respiciens David, ait: [Ideo non resurgent impij in iudicio, nec peccatores in consilio iustorum.]

Libri conscientiarum aperiendi.

6. **IBID.** *Collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim.* Rectè se angeli qui portæ paradisi præsumunt, *Cherubim*, id est, plenitudo scientiæ, vocantur. Ipsi namque iudicandi plenam habent scientiam. Sciunt enim quid in libro cuiusque nostrum sit scriptum, & in nouissimo recitaturi sunt libros conscientiarum nostrarum. Vnde Daniel: [Iudicium sedit, & libri aperti sunt.]

Omnia finiuntur cum homine.

7. **GENES. 6.** *Delebo, inquit, hominem, à facie terræ, ab homine usque ad animantia, &c.* **AMBROS.** Quia propter hominem irrationabilia facta fuerant, eo vti que deleta, propter quem facta sunt, conseruata erant, ut etiam illa deleterentur, quia non erat qui his vteretur. **CHRYSOST.** Sicut ab initio cum peccasset protoplastus, terra maledictionem accepit, sic & nunc cum abolendus esset homo, bruta quoque participia

participia fiunt. Sicut etiam cum homo gratus sit Deo, creatura quoque humanæ felicitatis particeps est: sicut ait Apostolus, *Rom. 8.* [Creatura hæc liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.] Sic & nunc cum homine puniendo, ob multitudinem peccatorum & iumenta, & reptilia, & volatilia cæli simul perent. & sicut in domo quando is qui præest, in indignationem Domini incidit, verisimile est cooperarios ei condolare: Ita & hæc quasi in domo, hominibus pereuntibus, omnia quæ in domo, & quæ sub illius sunt dominio, necesse est eandem penam incidant.

In iudicio misericordia, & iustitia, sed hæc preualet.

8. **I**BID. **R**VPERT. Quod penituisse dicitur quod hominem fecisset, & quod tactus esset dolore cordis intrinsecus, pietatis est. Quod autem non victus eodem dolore, inquit, *delebo hominem* quem creavi, seueri iudicij est. Ecce similis est parturienti, distutus enim erat per prophetam *Isai. cap. 42.* [Sicut parturiens loquar.] Nam quemadmodum parturiens, illud quod concepit, non sine sensu doloris emittit, & tamen dolorem mauult quam non emittit quod concepit: sic Deus non sine sensu pietatis profert sententiam iudicij, & tamen victa pietate, miserias malorum mauult videre quam non proferre quod iustitia dictante concepit. Quia videlicet vitius est morbo ferramentum altius imprimere, quam palpando putredinem fouere.

Idem.

9. **I**BIDEM. **O**stium autem arca ponis in latere deorsum. **I**ORIGEN. & **A**VGVST. Ostium sanè quod non à fronte, nec desuper, sed ex latere extransuerso collocatur. Quoniam ira diuinæ tempus erat, iram Domini, & furoris diem indicat. Licet enim videantur aliqui saluari, multi tamen quos merita sua reprobant, delentur, & pereunt. Extransuerso ergo ostium ponitur, vt illud ostendatur quod per prophetam dicitur: [Quia si inceseritis mecum peruersi, & ego incedam vobiscum via peruersa.]

Omnia animalia finiuntur cum homine.

10. **I**BID. **V**t interficiam omnem carnem, in qua spiritus vite est subter cælum. **A**MBR OS. Quid muta deliquerant animantia? Qua causa subiecta sunt poenæ quæ peccandi sensum non habent: Primum, sicut in bello cum imperator ab hoste occiditur, omnis comminuitur virtus militaris, sic occiso homine, &c. Item, quando ingruit pestilentia, & aer corrumpitur, prius ea quæ sunt irrationabilia, lues dira contaminat, & maxime ea inficit quæ cum hominibus conuersari videntur, vt canes, equos, boues, &c. Sic morbi vis genus humanum implicabat, & extensa est vsque ad animantia. Tertio, abscisso capite, vnde sensus nostri in reliquum corpus procedunt, moriuntur omnia membra. Similiter quia homo caput est caterorum animalium, eo moriente non debet mirum videri si cætera moriantur animalia.

Iudicium triplex.

11. **G**ENES. 7. *Faciuntque est deluuium.* **R**VPERT. Triplex est iudicium: Primum, quo diabolus de cælo deiectus est; Secundum, finale, quo idem in fine sæculorum cum Angelis suis & malis hominibus in ignem æternum est mittendus; & medium, quo diluuium mundo inducitur: quod quidem sicut tempore & ordine, sic & qualitate medium est. Etenim primo & vltimo soli reprobi feriuntur, & soli electi referuantur: isto autem nec soli electi referuantur, nec soli reprobi suffocantur. Credendum quippe est aliquos

hoc diluuium petiisse, quorum, eorum periculo, mortis peccatum deletum sit. [non enim vindicabit Deus bis in idipsum;] plerisque autem ex eis vt pote impios, ab illo temporali aquarum diluuiio ad æternum transiisse incendiium, iuxta illud: [Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.]

Sententia iustorum: Venite benedicti.

GENES. 9. *Vos autem crescite, & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam.* **R**VPERT. Prius idem dixerat, sed diuerso ordine. Nam dixerat: *Ingreddimini super terram, ac deinde, crescite, & multiplicamini super eam.* Nunc autem prius dicit, *crescite, & multiplicamini,* & postea, *ingredimini.* Sunt enim duæ prædestinatorum vocaciones; altera qua vocamur ad fidem, de qua dicit Apostolus: [Quos prædestinauit, illos & vocauit; altera, qua vocandi sumus ad regnum, iuxta fidem Euangelij, dicente Domino his qui à dextris eius erunt: [Venite benedicti patris mei, percipite regnum.] Bene ergo in prima vocacione prius est ingredi terram, & sequens, crescere, & multiplicari, quia videlicet qui præsentem Ecclesiam ingredimur, crescere & multiplicari debemus, alios vocando iuxta illud [qui audit, dicat veni:] in secunda verò prius est crescere & multiplicari, & sequens, ingredi super terram, & replere eam. Quia profectò post omnia incrementa virtutum erit illa ingressio in regnum Dei, postquam iam non est crescere & multiplicari super terram.

Iudicij memoria.

IBIDEM. *Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis, &c.* **E**VCHERIVS. Signum in igne, & aqua ostenditur. Quia arcus ex parte cæruleus est, & ex parte rubicundus; vtriusque enim iudicij testis est, vnius videlicet per aquam facti, & alterius per ignem faciendi. **L**IPOMAN. Quotiescumque igitur iussit, & opere Dei in nubibus arcus iste iridis apparuerit, commune facere fideles debet iusti iudicij Dei, quo crimina nostra punienda nouerimus, sicut & hominum illius præfati temporis; & agnoscere & venerari debemus diuinæ pietatis erga nos misericordiam, qua peccatis nostris misereri sic velit vt citra condignum puniat. Id nos *Ecclesiasticus* docet *cap. 43.* [Vide arcum, & benedic Deum, qui fecit illum: Valde speciosus est in splendore suo, gyravit cælum in circuitu gloriæ suæ, manus excelsi aperuerunt illum.]

Circa iudicium tribulatio maxima.

GENES. 15. *Cumque sol occumberet, sapor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum.* **R**VPERT. Bis in hac visione solis occubitus, & tenebrarum mentio facta est. Dicitur enim etiam infra: *Cum ergo occubisset Sol, facta est caligo tenebrosa,* vt significetur gemina seminis Abrahæ aduersitas: Prima, iniquitatis, qua fratrem suum Ioseph vendiderunt, & propter hoc dicitur quod *horror magnus, & tenebrosus inuasit Abram.* Hoc enim facit peccatum. Secunda futura erat seruitutis, & afflictionis corporalis in Ægypto post mortem Pharaonis. **A**VGVST. 16. *de ciuit. cap. 24.* Quod circa occasum Solis pauor irruit in Abram, & timor tenebrosus magnus, significat, circa huius sæculi finem magnam perurbationem ac tribulationem futuram fidelium, de qua Dominus: [Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio.]

Dies iudicij tremendus etiam bonis.

IBIDEM. *Apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas.* **A**VGVST. *Sermone de quinquaginta.*

*quinquagesima. Clibanus ille ardens, & fumans, & lampas ignis diem iudicij figurauit. & ideo super beatum Abram timor & horror tenebrosus incubuit. Vnde intelligimus, quod si in die iudicij iustus vix saluabitur, peccator & impius vbi parobunt? & bene per *clibanum, & lampadem ignis, dies iudicij.* Tunc enim ardebit terra vsque ad inferos deorsum, quando sicut dicit Petrus, [cæli ardentes solentur, & elementa ignis ardore tabescent.] Tunc enim etiam virtutes calorum commouebuntur, sol obscurabitur, & luna nõ dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo. Ibi se tunc impij videbunt. Quid infelices pro sua defensione dicturi sunt? Quos toties admonitos, & tamen imparatos, dies illa reperiet? Nota autem quod dies ille inter diuisiones illas animalium transiens dicitur; turturum autem & columbam terigisse non legitur, ad significandum quod peccatores, & carnales, quos illa animalia significabant, qui per diuersas voluptatum contentiones diuiduntur, flammis vtriusque cruciabantur in inferno. Ij verò qui simplicitatem columbae & castitatem turturis seruauerint, quique spirituales fuerint, spiritualibus virtutum pennis eleuabuntur in cælum, secundum illud quod ait Apostolus: [Simul rapiemur in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus.] Expergiscamur ergo fratres dum corrigendi tempus est, & voluntatem Domini nostri tanquam boni serui & viles requiramus, vt dum dies ille iudicij tremendus, & nimium etiam bonis expauescendus aduenerit, non cum peccatoribus cruciemur, sed cum bonis in cæli eleuemur.*

Idem.

16. **G**ENES. 19. *Sol egressus est super terram, & Loth ingressus est Segor.* **R**VPERT. Quod sole exortu venerit Sodomorum perditio, & Lothi ingressus fuerit Segor, similitudo fuit futuri iudicij, quando apparente ad iudicandum sole iustitia Christo consummabitur in ista oculi peccatorum perditio. Illos qui bus parcere dignum fuerit fugientes ab ira suscipiet miseratio. & quia tale incendium æterni illius ignis fuit exemplum quo reprobi cruciabantur, benedictum est: [Pluit Dominus à Domino,] quia videlicet iudicium illud facere accepit filius à patre, sicut ipse ait: [Pater non iudicat quemquam, sed iudicium omne dedit filio.]

Vnusquisque recipiet secundum opera sua.

17. **G**ENES. 30. *Respondet mihi cras in iustitia mea.* **H**IERON. *super Matth.* Per cras in scripturis futurum tempus intelligitur. Vnde & Pythonissa ad Saullem, [Cras eris mecum.] **B**ERNARD. *in Sermon. vigilia natiuit.* Nota quam conuenienter loquitur Iacob. Hodie enim iustitia colitur, & cras respondebit, hodie exercetur, & cras fructificabit. Alioquin [quod non feminauerit homo, nec metet.] **R**VPERT. Iudicij tempus indicatur quado fidelibus Christus redditurus est beatitudinem sempiternam, & infidelibus & peccatoribus poenam, & vltionem.

Iudicij præcursores.

18. **G**ENES. 41. *Clamante præcone vt omnes coram eo genu flecterent.* **A**MBR OS. Præco iste, Ioannes Baptista est, qui iter Christi præcedens præconabat, dicens: [Parate viam Domino.] Habebit autem & alium præconem, scilicet tubam angeli, quia ipse dixit: [Veniet in tuba Angeli.] **L**IPOMAN. Vel fortè præco iste Iehias erit, & Enoch, qui in secundo Domini aduentu ante finem mundi clamabunt prædicando, vel idem Domini præcursor, qui indignum se iudicans [corrigiam calcamentorum eius soluere,] cum ab

omnibus tanquam Dei vnicum filium adorandura esse clamabat, dicens: [Qui de cælo venit, super omnes est. & ecce Agnus Dei.] Hanc autem meruit dignitatem Christus vt ei omnia genua flectant, & adoret eum etiam angeli Dæi, secundum illud, [Mihi curabitur omne genu: per humilitatem, & obedientiam passionis. Vnde Apostolus: [Humiliauit semetipsum, factus obediens,] &c. propter quod & Deus exaltauit illum,] &c.

Christus prius despectus, veniet indicaturus.

EXOD. 4. *Versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses, &c. Extende manum tuam, apprehende caudam eius: extendit, & tenuit, & versa est in virgam.* **G**REGOR. Virga in colubrum vertitur, quia Christus, Deus in se permanens, mortalis est in homine factus, &c. Vide verbo, *Incarnatio*, num. 29. Iubetur Moysi vt caudam teneat, quia populus qui modò credere recusat, in extrema corporis Domini parte, id est, posteriori tempore Ecclesiæ, sese ad fidem colliget, colubri caudam tenens. Quia enim quem mortalem antea despexerat, in vltima parte Ecclesiæ redemptorem suum confitebitur. Mox serpens in virgam redit: quia vt Iudaicus populus in Christum crediderit, mox ad iudicium in potestate diuinitatis suæ apparebit, vt iam serpens virga sit. Quia qui in terra homo despectus est, de cælo veniens super Angelos, videbitur Deus.

Soli fideles saluabuntur in iudicio.

EXOD. 12. *Videbo sanguinem, & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens.* **C**YPRIAN. *lib. 1. contra Domitianum.* Quod ante occiso agno præcessit in imagine, impletur in Christo, secuta postmodum veritate. Nam sicut percussa Ægypto Iudaicus populus euadere, non nisi sanguine, & signo agni potuit; ita & cum vastari cœperit mundus, & percuti; quisquis in sanguine & signo Christi inuentus fuerit, solus euadet: iuxta illud *Malach. 4.* [Ecce dies Domini venit ardens, velut clibanus ignis, eruntque omnes alienigenæ & omnes iniqui, vt stipula, & succendet illos adueniens dies, dicit Dominus.] *Alienigena*, id est, alieni à diuino genere, & prophani, spiritualiter, non renati, & Dei filij facti. Euadere enim eos solos posse qui renati, & signo Christi signati fuerint, alio in loco Dominus loquitur, quando ad vltationem mundi angelos mittens, grauis comminatur, dicens, *Zachar. 9.* [Ite & cadite, & nolite parcere oculis vestris, nolite misereri senioribus, atque iuuenibus: & virgines, & mulieres, & paruulos interfecite, vt deleantur. Omnem autem super quem signum scriptum est, ne terigeritis.] Quod autem sit hoc signum, & qua in corporis parte positum, manifestat alio in loco Dominus, dicens: [Transi mediam Ierusalem, & notabis signum super frontes virorum, qui ingemunt, & mœrent propter iniquitates quæ sunt in medio ipsorum:] quod quidem signum pertinet ad passionem, & sanguinem Christi. Ille enim saluus atque incoluis reseruetur, quisquis in hoc signo inuenitur.

Media nocte, & ex improvisu veniet.

EXOD. 12. *In noctis medio percussit Dominus omne primogenitum, &c.* **R**VPERT. Ideo media nocte hoc factum est, vt historicum exemplum dormitantibus proficeret, atque ad vigilandum eos percelleret, scientes quia quisquis exemplo Ægyptiorum thesaurizauerit sibi iram, nihilominus exemplo illorum, improuisam accipiet vindictam. Sic enim & vniuersale iudicium duris corde, & impœnitentibus ex improvisu superueniet tanquam laqueus, & tanquam fur. Idcirco Dominus media nocte venturum se dixit. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, **N**on exite

exite obuiam ei, &c. Proinde & sancta Ecclesia per os psalmistæ dicit: [Media nocte surgebam ad confitendum tibi.] vt videlicet Domino profunda nocte confitentes commoneamus nos, quatenus illa hora, quæ præuideri non potest, non simus imparati.

Iusti saluabuntur, impij condemnabuntur.

22. **EXOD. 13.** Per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. GREGOR. Hom. 21. In igne terror est, in nube autem visionis lenè blandimentum. Dies verò vita iusti; & nox accipitur vita peccatoris. Vnde & conuersis peccatoribus Paulus dicit, Ephes. 5. [Fuisistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.] In die ergo per nubem columna monstrata est, & in nocte per ignem: quia omnipotens Deus, & blandus iustis, & terribilis apparebit iniustis. Illos, in iudicio veniens, per lenitatis mansuetudinem mulcet; istos verò per iustitiæ districtiōnem terret. Vide, Iusti, num. 39. ISIDOR. Tunc erit magna tribulatio sæculi, tanquam ignis, & lucebit iustis, & ardebit iniustis. ZENON Episc. Veron. Serm. 11. Quid monumentis tui criminis gratularis o Iudæe? Columna nubis te perduxit per diem, vt ostenderet cæcum: ignis columna per noctem, vt admoneret arsurum. Vel aliter Ser. 14. Columna viam demonstrans, Christus est Dominus; quòd autem duplicem ignis & nubis imaginem gerit; iudicia duo designat, vnum aquæ, quod gestum est; ignis alterum, quod futurum.

Veniet cum maiestate magna.

23. **CANTEMVS Domino, gloriose enim magnificatus est.** Exod. 15. ORIGEN. Quasi non sufficeret dicere, magnificatus est, addit, gloriose magnificatus est. Etenim aliud est magnificari, aliud, gloriose magnificari. nam Dominus mens Iesus Christus, cum carnem ex virgine Maria suscepit, magnificatus est quidem, quia venit querere quod perierat; non tamen gloriose magnificatus est, &c. Vide verbo, Resurrectio, num. 20. Similiter cum venerit in maiestate sua, in gloria Patris & sanctorum Angelorum, iudicare terram, quando & verum Pharaonem, id est, diabolum, interficiet spiritu oris sui, tunc non solum magnificabitur Dominus, sed & gloriose magnificabitur.

Iudicij memoria.

24. **EXOD. 17.** Scribe hæc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue; delebo enim memoriam Amalech sub celo. RVPERT. In libro cordis cuiusque nostrum scriptum esse vult Dominus, quia diabolus antiquum inimicum Israel, & Angelos eius, & homines sequaces eius perdere habeat, & memoriam eorum sub celo delere. Videlicet dicendo: [Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.] Vt hac scriptura permanente in cordibus nostris, nunquam cum illo pacem habeamus, nec pugnare iussi contra hunc Amalech, inobedientes simus. Quod enim vni mandatum est, dicendo: & trade auribus Iosue, ad omnes nos pertinet, & omnibus audiendum traditum est. Si ita pugnantes deleuerimus Amalech, melius triumphabimus quam Saul, qui parcendo illi triumphalem superbiæ fornem erexit; meliusque placebit obedientia nostra quam illius victimæ.

In iudicio misericordia & iustitia.

25. **EXOD. 18.** Pones autem in rationali iudicij doctrinam, & veritatem, &c. RVPERT. Sicut redimentis nos filij Dei misericordia in superhumerali intelligitur: ita veritas in rationali. Rationale igitur iungitur superhumerali. Quia in Christo misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Qui enim in misericordia rede-

mit, idem ipse in veritate iudicabit. Vnde non vno, aut duobus lapidibus in rationali, sicut & in superhumerali, cuncta filiorum Israel nomina, sed singulis lapidibus singula inscripta sunt. Nam vna quidem gratia cunctos Christus redemit, & cunctorum super humeros suos peccata tulit, sed in iudicio reddet vnicuique secundum opera sua. & electorum quoque omnium eadem erunt præmia, sed pro diuersis differentia meritis. [Multæ enim sunt, inquit, mansiones in domo Patris mei.] Multitudinem mansionum cælestium multiplex & distinctus significat ordo lapidum pretiosorum.

Idem, & impijs ex improbitate.

26. **EXOD. 33.** Populus dura cervicis es; semel ascendam in medio tui, & delebo te. INTERL. Aut ergo vltimi iudicij vindictam, aut Babylonicam captiuitatem, vel Romanam manatur. RABAN. Hoc est quod antè dixit: In die ultionis visitabo hoc peccatum eorum. Semel enim dicitur ascendere Dominus in medio perfidorum, vt deleat eos, quia certissimè, & sine vlla dubietate venturus est iudicare viuos, & mortuos. Iustus dare præmium perenne gloriæ; peccatoribus perpetuam pœnam. CAIETAN. Iuxta Hebræum habetur: In momento vno ascendam intra te, & consumam te.

Idem.

27. **EXOD. 3.** Apparuit ei Dominus in flamma ignis. GREGOR. NAZIAN. in Tract. de fide, Moyfi in rubo, in flamma ignis, apparuit, vt lumen credentibus, incredulis iudicium ostenderet; quia Christus credentibus salus est, non credentibus pœna, vt Apostolus dicit. Aliis odor vitæ in vitam; aliis odor mortis in mortem.

Signa terribilia iudicij.

28. **EXOD. 34.** Signa faciam quæ nunquam sunt visa super terram, nec in vllis gentibus, vt cernat populus iste, in cuius es medio, opus Domini terribile, quod facturum sum. INTERL. Quod Dominus hic se promittit facturum, nunquam est Iudæis datum ad literam. De die ergo iudicij accipiendum est, in quo facturus est quæ nunquam visa fuerunt.

Reddet iuxta opera cuiusque.

29. **LEVIT. 1.** De omnibus sine de capris, &c. ISIDOR. Bene hædus offertur, quia per mortem Christi iugulatur diabolus auctor peccati. ESIACH. De capris quoque holocaustum fit. Possibile est enim peccatorem operam dare simplicitati, & quasi ouem factum holocaustum conuersationis suæ Deo offerre iubenti. Hæc ille. Hædos qui in agnos non fuerint conuersi, statuet quidem iudex à sinistris suis, & dicit illis, [Discedite à me maledicti:] eos autem qui conuersi fuerint, à dextris collocabit, & audient cum simplicibus agnis: [Venite benedicti Patris mei,] &c.

Ipij timebunt, iusti autem exultabunt.

30. **IOSVE 3.** Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel. ORIGEN. Hom. 4. Peccatori, omnis creatura hostis est: sicut Ægyptiis fluuius, terra, & cælum. Iusto seruiunt omnia; mare rubrum transit sicco vestigios; Ægyptus submergitur: in eremo, id est, in deserto horribili, & vasto, cibus de cælo ministratur iusto; & in Iordane arca testamenti dux est populo. Per ipsam acra eidem transitus promittitur: vnde, [Rapiemur obuiam Christo in aëra.] Nihil ergo est quod metuentur iustus, cui omnis creatura famularitur, & cui dicitur: [Si transferis per ignem, flama non adurct te.] Ista. 43. Hæc ille. Vnde qui in Euangelio dicit arescentibus hominibus præ timore, [quia scilicet armanit omnem creaturam

Impiis terribilis apparebit.

34. **REGVM 2.** Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in celis tonabu. RVPERT. Hoc visibiliter aliquando factum est, nam in libro Iosue, Dominus misit super inimicos populi sui lapides magnos de cælo, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis quam quos gladio percussent filij Israel; & quotidie etiam hoc fit, vt Apostolus ait: Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Vnde Propheta: [Et intonuit de cælo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam, grando & carbones ignis, & misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, & turbauit eos.] Sed specialiter nouissimus tonantis motus magno & irruocabili fulmine formidantes aduersarios feriet. Dicit enim eis qui à sinistris erunt: [Discedite à me maledicti,] &c. Vnde & sequitur: Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Iudicabit, inquit, fines terræ, id est, hominis: nunc dissimulat vitia terræ; quia non statim superbiam terræ, vbi incipit, iudicat, aut punit, sed certè fines eius iudicabit: vt per aliquorum quandoque conuersionem relaxet, & vel serò redeant. Superbientem autem vsque in finem terram, quæ diuitias bonitatis eius contemnit, certè tandem in finem iudicabit in die iræ, & reuelationis iusti iudicij sui, in quo reddet vnicuique secundum opera sua.

Idem.

35. **REGVM 25.** Hæc faciat Deus inimicis David, & hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent vsque mane mungentem ad parietem. Accingatur vnusquisque gladio suo, &c. Accinctusque est David ense suo. Hoc dixit Dauid contra inimicordem Nabal, dicentem: Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum meorum, & dabo vris quos nescio unde sint. & Christus Dominus armatus zelo iræ suæ, armabit omnem creaturam contra insensatos, nolentes pauperum misereri, & proferet sententiã: [Discedite à me maledicti,] &c. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare,] &c. Similiter Gedeon, Iudic. 8. contra viros Sochoth nolentes dare panes populo qui secum erat, ait: Cim reuersus fuero victor in pace, conceram carnes vestras cum spiritis, tribulisque deserti. Similiter & ad viros Phanael eandè ob causam dixit: Cim reuersus fuero victor in pace, destruam turrim hanc, & occidit habitatores ciuitatis. Idem faciet Christus cum inimicordibus.

Idem, & ex improbitate.

36. **REGVM 30.** Ecce illi, scilicet Amalechitæ descumbabant super faciem vniverse terræ, comedentes, & bibentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cuius præda, & spoliis quæ ceperant, & percussit eos Dauid, &c. & non euasit ex eis quisquam. Nota desidia illorum ex alia litera: [Ecce disiecti iacebant super vniversam terram.] VATABL. strati, siue diffusi. Sic adueniet Dominus iudicaturus. Erunt homines comedentes, & bibentes, &c. [Adhuc escæ ipsorum erunt in ore eorum, & ira Dei ascendet super eos.]

Iusti in iudicio benedicentur.

37. **REGVM 2.** Benedixit vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul. In Hebræo habetur: misericordiam, & fidem. & sepelisticum: & nunc retribuēt vobis quidem Dominus misericordiam, & veritatem, sed ego reddam gratiam eo quod fecistis verbum istud. Hanc benedictionem assequentur qui opera misericordiæ exercent & fidem

veram servare, & hæc includitur in illo verbo, [Venite benedicti,] &c. GLOSSA ORD. Redemptori nostro multum placet, qui opera malorum obliuioni tradit, nec ea quæ Domino displicent, imitatur, sed quæ præcepit facere recordatur.

Impiis terribilis apparebit.

38. **R**EGVM 23. Ipse, scilicet David, quasi tenerrimus signi vermiculus. GLOSSA ORD. Sicut vermiculus ligni, tener quidem, & fragilis, & modicus apparet, fortissimum tamen lignum terebrat, & consumit (vnde à teredo teredinis nomen accepit) sic David omnibus affabilis, quietus, & humilis, in certamine autem publico terribilem se, & intolerabilem hostibus exhibebat. Vnde sequitur: *Qui occingentos interfecit impetu vno.* Alia litera. *Qui exciabat hastam suam semel super occingentos vulneratos.* VATABL. In Hebræo habetur: *Fuit super occingentos occisos vice vna.* Applica ad Christum, qui humilis & mitis corde, attamen in certamine publico, in die scilicet iudicij, terribilem se, & intolerabilem hostibus exhibebat. Si magnam facinus fuit interficere occingentos impetu vno, quid dicemus de illo qui dicit: [Si arripiero vt fulgur gladium meum, & iudicium manus mea, reddam vltionem hostibus meis,] &c. Vna vice, & vno verbo, scilicet, [Discedite à me maledicti,] interficiet cunctos hostes mundi morte secunda.

Iudicium filius à patre accipit.

39. **R**EGVM 2. Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Iob, &c. GLOSSA ORD. David præcepit Salomoni, de iusta retributione eorum qui sibi solatio fuerunt vel iniuste nocuerunt, quos ipse patienter tolerauit. & propheta indicat quid mali in futuro fieri oporteat vel boni, quod verus Salomon implebit. Interim tamen patientia Dei sæpe bonos tribulari, reprobos delictis vti concedit. Ioan. 5. [Deus pater omne iudicium dedit filio.] & Act. 10. [Ipse est qui constitutus est à Deo iudex,] &c.

Pro Euangelio iudicij.

40. **P**ARALIP. 15. In illo tempore non erit pax egredienti, & ingredienti, & terrores in cunctis habitatoribus terrarum. pugnabit enim gens contra gentem, & civitas contra civitatem. quia Dominus conturbabit eos in omni angustia. Potius videntur hæc verba Euangelium iudicij quam prophetia eiusdem. Propheta enim Azarias vice præconis fungens, indutus Dei spiritu, ingressus curiam regis Asa, dicens, Dominus vobiscum, hæc eadem pronuntiauit alta voce. & sicut in nostro Euangelio postquam Christus Dominus timorem peccatoribus iniecit: [Erunt signa,] &c. versus ad discipulos dixit: [His fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra.] Sic & Azarias addit: *Vos ergo confortamini, & non dissolvantur manus vestre, erit enim merces operi vestro.* Restat vt attendamus fructum horum verborum, & videamus vtr istorum maiorem fructum eliciat eisdem fere verbis, Christus an eius propheta Azarias? Quo audito rex Asa confortatus est, & abstulit idola de omni terra Iuda, & Beniamin, & ex urbibus quas ceperat montis Ephraim. Secundò, ingressus templum obtulit sacrificia multa. Tertio, intravit ex mare ad corroborandam fœdus, vt quærentem Dominum Deum patrum suorum in toto corde & in tota anima sua. & præcepit voce præconis omnibus notum fieri. Si quis non quæserit Dominum Deum Israel, moriatur, à minimo vsque ad maximum, à viro vsque ad mulierem. Quarto, cum execratione in omni corde suo iurauerunt, & in tota voluntate sua quæserunt eum. Hic est fructus, & hoc fuit præmium. Invenierunt Dominum, & præstitit eis requiem per circuitum

adversam, & non fuit bellum vsque ad tricimum annum regis Asa. Vtiam Christus propheta huius Dominus suis verbis idem operetur in nobis. Quid ergo nobis faciendum? Primum proiciamus idola, & abominemur peccata. Secundò, corroboremus fœdus inter nos, & Deum, & novæ vitæ propositum faciamus. Tertio, sacrificia multiplicemus, videlicet; corporis & sanguinis Domini sacramentum frequentemus. Quarto, proponamus nos secuturos Dominum; cum execratione: Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Sic non erit bellum inter nos, sic Dominus præstabit nobis requiem, & gratiam, &c.

Impij cruciantur igne æterni.

41. **P**ARALIP. 34. Osia præceca sacerdotum commisit in altaribus idolorum, scilicet Iosias rex. GLOSSA ORD. In quo significatur, omnes qui diaboli seruitio mancipati vitam sacrilegam temporaliter finierint, æternis cruciatibus consumendos, pro cuiusque merito. & ibunt hi in vitam æternam, & impij in ignem æternum.

Impis terribiliter apparebit.

42. **E**SDRÆ 5. Insuper excussi sinum meum, & dixi: Sic excutiat Deus omnem iram qui non compleverit verbum istud de domo sua, & de laboribus suis. Sic excutiat, & vacuus fiat. Et dixit universa multitudo, Amen. Postquam sacerdos Dei Esdras reprehendit eos. *Non est bona res quam facitis, quare non in timore Dei nostri ambulatis? Siluerunt, nec invenierunt quid responderent.* Nec impij in die iudicij habebunt quid respondeant Christo increpanti: Vnde excutiet sinum suum, id est, amovebit à se dicens, sic excutiat, &c. GLOSSA ORD. Huic sententiæ terribilis clausula imponitur. Quicumque enim pauperibus misericordiam non impendit, de domo sua excutitur, id est, de cœtu Ecclesiæ, in qua putabat se perpetuò manere, & de laboribus scilicet de fructibus bonorum operum, in quibus se laudabiliter laborasse putabat, nil profusus laboris recipiet: labores enim sine pietate non possunt apud Deum fructuosi esse. Excutietur, & vacuus fiat: & dixit omnis multitudo, Amen. Omnes enim creaturæ dicent. [Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.]

Idem.

43. **E**SDRÆ 13. In die illa lectum est in volumine, &c. & inuentum est scriptum in eo quod non debeant introire Ammonites & Adabites in Ecclesiâ Dei vsque in æternum, eo quod non occurrerint filius Israel cum pane & aqua. Hac sententia finali eliciuntur impij ab Ecclesiâ triumphali sanctorum. [Discedite à me maledicti in ignem æternum,] &c. [Esuriat enim & non dedistis mihi manducare, sitiat, & non dedistis mihi bibere,] &c.

Christus rectissimus Iudex.

44. **E**SDRÆ 4. Omnes tremunt veritatem, & non est eum ea quidquam iniquum. Omnes in iniquitate sua peribunt, & veritas manet, & inualuit in æternam, & vivit, & obinet in sæcula sæculorum. Nec est apud eam accipere personas, nec differentias, sed que iustis sunt facit omnibus iustus, ac malignis, & omnes benignatur in operibus eius, & non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & regnum, & potestas, & iustitias omnium ænorum. Omnia ista quadrant Christo Domino, qui est verus & iustus iudex.

In iudicio inflos consolatur Dominus.

45. **E**SDRÆ 2. Noli fatigari: cum enim venerit dies pressuræ & angustie, alij florabunt, & tristes erunt; tu autem hilaris, & copiosa erunt labuntur gemitus, & nihil adversum

Nunc orandum pro die iudicij.

49. **E**SDRÆ 8. Audite celeritatem iudicij qui futurus est, &c. Ideo incipiant orare coram te pro me, & pro eis, quoniam video lapsus nostros qui inhabitamus terram. Contra terribilem iudicij severitatem hoc habemus remedium, orare nunc. Tunc enim oratio non proficiet, iuxta illud, *Proverb. 6.* [Zelus, & furor viri non parcat in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.] Oratio autem Esdræ hæc fuit: [Deus cuius thronus inestimabilis, & gloria incomprehensibilis, cui astat exercitus Angelorum cum tremore, &c. cuius verbum verum, & dicta perseverantia: cuius iustitia, & dispositio terribilis: cuius aspectus avertit abyssos, & indignatio tabescere facit montes, & veritas testificatur: exaudi orationem servi tui, & auribus percipe precationem signenti tui, nec respicias populi tui delicta, sed qui tibi in veritate servium, &c. Nec volueris perdere qui peccatum mores habuerunt, sed respicias eos qui legem tuam splendide docuerunt,] &c.

De tempore iudicij, & de sorte iustorum, & impiorum.

50. **E**SDRÆ 9. Non demonstrasti mihi quo tempore? Cui responsum est: *Et erit cum videris quando transierit pars quedam signorum quæ prædicta sunt, tunc intelliges quoniam ipsum est tempus in quo incipiet Alufsimus visitare seculum, quod ab eo factum est, & quando videbitur in saculo motio locorum, & populorum turbatio, &c.* Iam agit de felici sorte iustorum, & de miserabili impiorum cruciatu. *Et erit omnis qui saluus factus fuerit, & qui poterit effugere per opera sua, & per fidem in qua credidistis, relinquatur de prædictis periculis, & videbit salutare meum in terra mea, & in sinibus meis.* Nota quòd per fidem, & opera salvabuntur. Tunc miserabuntur qui nunc abusi sunt vias meas, & in tormentis commorabuntur hi qui eas proiecerunt in contemptu. *Qui non cognoverunt me viventes beneficia consequuti, & qui fastidierunt legem meam cum adhuc erant habentes libertatem, & cum adhuc esset eis apertus penitentia locus, non intellexerunt, sed speraverunt, hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere.* Alia licet. *In cruciatu erudiri.*

Increpatio diaboli, & sequacium, & consolatio iustorum.

51. **E**SDRÆ 11. Conspecte contra te, & considera quod vides, & vide: ecce sicut leo concitatus de sylva, & vidi quoniam emittebat vocem hominis ad aquilam. Leo rugit, quis non timebit? Ad aquilam, id est, ad diabolum. [Non ne tu es qui iudicasti terram, non cum venisset? Tribulasti enim mansuetos, & lesisti quiescentes, dilexisti mendaces, & destruxisti habitationes eorum qui fructificabant,] &c. & ascendit contumelia tua vsque ad altissimum, & superbia tua ad fortem, propterea non appareas tu aquila, &c. & omne corpus tuum vanum. Id est, peccatores sequaces tui. Vnde sententia contra eos. [Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.] Refrigeretur omnis terra, & speret iudicium, & misericordiam eius qui fecit eam. Per terram intellige homines iustos qui refrigerabuntur illa voce: [Venite benedicti Patris mei: possidete regnum quod vobis,] &c. Vnde cap. 12. sequenti ait: *Residuum populam meam liberabit eum miseria, &c. & iocundabit eos, &c. & infra, cap. 14.* Iudicium post mortem venit, quando iterum veniunt sceleratus, & tunc iustorum nomina patebunt, & impiorum facta ostendentur.

Idem.

52. **E**SDRÆ 13. Ecce conualescebat ille homo cum millibus cœli. Nam qui humilis apparuit, & abiectus

adversam se poterunt, dicit Dominus. Manus meæ regere, ne filij tui gehennam videant. & Christus Dominus suos consolatur: [Respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.]

Ex improvise venit Iudex contra iniquos.

46. **E**SDRÆ 4. Si esses iudex horum, quem inciperes iustificare, aut quem condemnare? Dixerunt sylvæ: Venite, & eamus, & faciamus ad mare bellum, ve recedat coram nobis, & faciamus nobis alias sylvas. Et fluctus maris, Venite ascendentes debellemus sylvas campi, vt & ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem. Et factus est cogitatus sylvæ in vanum, venit enim ignis, & consumpsit eam. Similiter & cogitatus fluctuum maris: factus enim arena, & prohibuit eos. In hac lite inter partes contentiosa hæc fuit sententia diffinitiva Esdræ. *Vtique vanam cogitationem cogitaverunt, terra enim data est sylvæ, & mari locus portare fluctus suos.* Cui respondit Angelus, *Rectè iudicasti.* Hoc continget hominibus ante diem iudicij. Occupatis hominibus in præntionibus suis, fratribus contra fratres, fluctibus maris contra sylvas, & sylvulis contra fluctus: ecce ignis à facie eius præcedet, & inflammabit omnes inimicos eius. Item, appropinquet arena pulvis, id est, mors, & prohibet fluctus ne extendantur. Vnde conclusio certa elicitur. *Vtique vanam cogitationem cogitaverunt.* [Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.] Dominus enim scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt.]

Vtiso Esdræ de Iudicio vniuersali.

47. **E**SDRÆ 6. O dominator Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos, oro ve demones serui tuo fidem signorum. Cui Dominus: *Surge super pedes tuos, & audi vocem plenissimam sonitus, & erit sicut commotio. Ideo cum loquitur, tu non expauescas, quoniam de fine verbum, &c.* *Audisti, & ecce vox loquens, & sonus eius sicut sonus aquarum multarum.* Ecce dies venient, & erit quando appropinquare incipiam vt visitem habitantes in terra, & quando inquirere incipiam ab eis qui iniuste nocuerunt iniustitia sua, & quando suppleta fuerit humilitas Sion, libri aperientur ante faciem firmamenti, & omnes videbunt simul. & subito apparebunt seminata loca non seminata, & plena promptuarum subito inveniuntur vacua. Pondera verba. *Et tuba canet cum sono: quam cum omnes audierint, subito expauescent, & erit omnis qui relictus fuerit ex omnibus istis, ipse salvabitur, & videbit salutare meum, & videbunt qui recepti sunt homines, qui mortem non gustaverunt à natiuitate sua.* Quidam videbunt isti electi? Hoc non potest explicari: solum hoc dicit. *Et murabitur cor inhabitantium, & conuertetur in sensum alium.* Ac si diceret: Non videbunt oculis fidei, sed facie ad faciem, sicuti est, & addit: *Delebitur enim malum, & extinguetur dolus.*

Consolatio iustorum in iudicio.

48. **E**SDRÆ 7. Ecce tempus veniet, & erit quando venient signa quæ prædicta tibi, & apparebit sponsa, & apparet ostendetur quæ nunc subducitur terra. Alia litera. Emergens que subsistet quæ nunc sepulta latet sub terra. Consolatio magna pro sponsa desolata, & humiliata, quando sponsus venerit in pofestate magna & maiestate. Vnde ipse: [Respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.] Sequitur: *Et omnis qui liberatus est de prædictis malis, ipse videbit mirabilia mea.* Renelabitur enim filius meus Iesus cum his qui cum eo sunt, & iocundabuntur qui relictis sunt in a. nis quadringentis. Alia litera. *Et gaudia celebrabunt qui relictis fuerunt intra annos quadringentos.* Ponitur numerus finitus pro infinito.

Etus erat, tunc cum potestate magna & maiestate cum millibus cœli descendet. Et ubi vultum suum vertebat ut consideraret, tremebant omnia quæ sub eo videbantur, & ubicumque exibat vox de ore eius, ardescabant omnes qui audiebant voces eius. Omnes qui congregati sunt, timebant valde. Omnes eum spectantes audient sententiam iniquorum ab ore eius procedentem. Emisit de ore suo sicut flammam ignis, & de labiis eius spiritum flammæ, & de lingua eius emittebat scintillas & tempestates. & omne hoc pariter concidit super multitudinem in impetu, & succendit omnes, ut subitò nihil videretur de innumerabili multitudine, nisi solummodo pulvis, & fumus odor, & vidi, & eximus. In expositione huius visionis dicitur: Et colligetur in unam multitudo innumerabilis, & tunc revelabitur filius meus, & ipse stabit super cacumem montis Sion, ipse autem filius meus arguet quæ adinvenierunt gentes, & impietates eorum, & cruciamenta quibus incipiunt cruciari, quæ assimilata sunt flammæ, & perdet eos. Quod autem attinet ad electos, sic declaratur. Post hæc vidi ipsam hominem descendentem de monte, & vocantem ad se multitudinem aliam pacificam, & accedebant ad eum vultus hominum multorum, quorumdam gaudentium, quorumdam tristantium. Gaudentium autem præ testimonio bonæ conscientiæ; tristantium autem præ poenitentiae dolore. quos omnes consolabatur, dicendo: Venite benedicti patris mei, &c. & incipiet Alissimus liberare eos. Sion autem veniet, & ascendetur omnibus parata, & edificata, & proficietur in ultioriore regione, ubi nunquam inhabitavit genus humanum; vel ibi observare legimus sua quæ non fuerunt servantes in regione sua. Ibi enim perfectè diligenter Deum; quod non potest perfectè in hac vita impleri.

Terribilis apparebit in iudicio.

33. 4. **ESDRÆ 15.** *Va saculo, & qui habitant in eo, quia appropinquavit gladius, & contritio eorum, & exurget gens contra gentem, &c. Vide sequentia. Non miserabitur homo proximum suum, &c. non curabunt regem suum, &c. Non parcat dextera mea super peccatores, nec cessabit romphaea super effundentes sanguinem innoxium. Exit ignis ab ira eius, &c. Va eis qui peccant, & non observant mandata mea, dicit Dominus, non parcamiis. Descendite filij à potestate, nolite cõaminare sanctificationem meam. Scilicet orando pro illis. Pronunciata sententia contra impios: Ecco visio horribilis. Exient nationes draconum, & sicut status eorum numerus ferietur super terram, ut iam timeant, & trepidant omnes qui eos audient, exient ut apri de sylva, & advenient in virtute magna, & constabunt in pugna cum illis, & vastabunt eos, &c. Manducabunt carnes suas, & sanguinem bibent à fame panis, & siti aquæ. Dicit autem Deus vnicuique damnatorum: Merges fornicationis tue in sinu tuo, propter hoc redditionem accipias, &c. Demolita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis, & devorabunt te, gloriam facies tua exterminabunt.*

Idem.

34. 4. **ESDRÆ 16.** *Nunquid repellet aliquis leonem esurientem in sylva? Aut extinguet ignem in stipula, mox quando coeperit ardere? Nunquid repellet aliquis sagittam à sagittario forti missam? Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea? Exit ignis ex iracundia eius, & quis est qui extinguat eum? Coruscabit, & quis non timebit? conabit, & quis non pavebit? &c. Va mihi, ve mihi (aciebat Esdras) quis me liberabit in illis diebus? Quid faciam cum venerint mala? Quid facietis, aut quomodo abscondetis peccata vestra coram Deo, & angelis eius? Ecco index Deus, & infra. Va qui construnguntur à peccatis suis, & obteguntur ab iniquitatibus suis &c. & mittuntur ad devoratum nem ignis. Audite ergo ista, & cognoscite ea serui Domini: Ecco verbum Domini,*

excipite illud. Audite verbum plebs mea, parate vos in pugnam, & in malis sic estote quasi advena terra. Quis vendit quasi qui fugiat; & qui emu quasi qui perditurus; qui edificat, quasi non habitaturus; qui seminat, quasi non vindemiat; sic & qui vindemiam putat, quasi non vindemiaturus. Quod fuit remedium datum ab Apostolo: Reliquum est ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & qui emunt tanquam non possidentes,] &c. Consolatur sic facientes, & confortat eos, dicens: Adhuc pusillum, & tollentur iniquitas terra, & iustitia regnabit in vos, & infra: Tunc parebit probatio electorum meorum, ut aurum quod probatur ab igne, &c.

Timor à signis manifestis iudicij.

55. **IVDITH 15.** *Fugit mens, & consilium ab eis: solo timore, & metu agitati, fugæ presidium sumunt, ita ut nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite, relictis omnibus evadere festinabant, &c. fugientes per vias camporum, & semitas collium. Si tantus metus irruit in Assyrios, audita morte Holofernis, qualis metus erit impiorum, audito interitu mundi huius, quem ducē sequentur? Quando audient: Finis venit, venit finis, maxime, videntes signa certassit congregati in aliqua Ecclesia audientes vocem, tota corrui, intuentur signa, & parietes, iam iam inclinatos, fugit mens, &c. Applica crescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ supervenient vniuerso orbi.*

Vltio Domini contra impios.

56. **IVDITH 16.** *Montes à fundamentis movebuntur cum laqueo, petra sicut cera liquefiet ante faciem tuam. INTERL. Aduentum in iudicium. Qui autem timeant te, magni erunt ante te per omnia. INTERL. Sicut negligentes minorantur. Va genti insurgenti super genus meum. INTERL. Generationi prave, & peruerse, de qua: Venient hæc omnia super generationem istam.] Dominus enim omnipotens. INTERL. Cui nemo resistit. Vindicabit in eis. INTERL. Iniquitatem in die iudicij, quando dabit vnicuique secundum opera sua. & visitabit illos. INTERL. In virga. Dabu enim ignem. INTERL. Interius, & exterius, qui non extinguetur. & vermes in carnes eorum. INTERL. Qui non morientur. Ut vramur, & sentiant usque in sempiternum. Prophetia est sanctæ Iudith, diei iudicij, sumpta occasione ab vltione quam exercuit Dominus in Assyrios.*

Terribilia quæ in iudicio succedent.

57. **ESTHER 11.** *Hoc Mardochei somnium fuit. Apparuerunt voces, & tumultus, & tonitrua, & tremotus, & conturbatio super terram. & ecce duo dracones magni, paratique contra se in prælum, ad quorum clamorem, cunctæ concitatae sunt nationes. Fuitque dies illa tenebrarum, & discriminis, tribulationis, & angustie, & ingens formido super terram, conturbataque est gens israhelitarum, timentium mala sua, & preparata ad mortem, clamaueruntque ad Deum, & illis vociferantibus, &c. Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inchylos. Alia litera, Superbos absorberunt. Per duos dracones intellige Christum, & diabolum: nec videri debet mirum quod Christus draco dicatur, siquidem & leo appellatur, propter iram quam contra impios exercebit in iudicio. Pondera etiam verba, in quibus inuenies signa perturbantia, & nomina diei terribilis, & timorem etiam electorum, & consolationem eorundem, & perditionem malorum.*

Iudicium contra prelatos durissimum.

58. **SAPIENTIA 6.** *Durissimum iudicium his qui præsumunt, fiet. GALFRIDUS. Nunquid melior est prælatorum conditio, qui videntur expectare iudicium nouissimum, quàm subditorum, quibus quotidianum*

dianum exhibetur? Quàm miseri sunt qui gloriantur quod humanum videantur euasisse, quum trepidi veniant ad diuinum iudicium? quàm terribile illud capitulum quod semel, & nihil deinceps supererit corrigendum?

Post iudicium nihil restat operandum.

59. **ISAIA 13.** *Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabescet, & conteretur. A IRE D. In manibus intelligitur operatio. Oportet ergo nos operari, donec dies est. Veniet enim nox, in qua nemo potest operari. Aut enim in bonis operibus requiescet, aut in malis punietur. Die itaque illa Domini omnes manus dissoluentur: quando alij ligatis manibus & pedibus mittentur in tenebras exteriores; alij post opera sex dierum excipientur à sabbato, id est, requie, admitti ad delicias interiores. Proinde cauendum est malum opus. Quoties enim peccas, materias pœnarum quibus torquearis, præmittis ad inferos. Tu igitur ignem accendis quo ardeas, tu factorem fuscitas quo crucieris, tu vermes viuificas qui te consumant, tu tenebras paras, quæ te excæcent. Tunc manus tua dissoluentur, ut nec aptæ sint ad operandum, nec valida ad resistendum, sed dissolutæ ad patiendum.*

Omnia peccata manifestabuntur.

60. **IBIDEM.** *Facies combusta vultus eorum, non transierunt in ventum. Idem, id est, peccata nostra nec oblivioni tradentur, sed velimus nolimus in conscientia nostra exarantur: dicit enim Apostolus, quosdam canteriatam habere conscientiam, id est, iniquitatis flamma combustam: Quæ quidem combustio plerumque à nobis absconditur, dum viuimus, sed nec nos, nec ipsos qui aderunt, spiritus poterit latere, quando morimur. Meritò igitur ait, Facies combustæ vultus eorum. Omnia enim peccata quæ non fuerint medicamento poenitentiae sanata, erumpent in medium, & multa quæ nunc videntur fanissima, tunc apparebunt adusta.*

Dies iudicij crudelis.

61. **IBIDEM.** *Ecce dies venit crudelis, & indignationis plenus, & ira, furorisque. Idem. Dies itaque iudicij crudelis erit, quia in ea maxime crudelitatis species apparebit, quando elementa ignis calore soluentur, & in conspectu Domini ignis exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Plenus erit indignationis, quando diuina maiestas, & hominis innotescet infirmitas, manifestumque omnibus erit, quomodo aduersus tantam potestatem, tanta seueritè infirmitas, ut nullum lateat, quantum debeat indignari rex gloriæ, qui tantam sit passus iniuriam à vilissimo puluere. Erigique plenus ira, quando vox illa terribilis audierit: [Discedite à me maledicti in ignem æternum,] &c. quam profectò sententiam iudicis furor sequitur tribulatis, quando euntibus illis in combustionem æternam, nulla erit effugiendi facultas, nulla spes deinceps euadendi.*

Omnia peccata manifestabuntur.

62. **SOPHONIA 1.** *Scrutabor Ierusalem in lucernis. BERNARDUS. Valde timendum est scrutinium iudicis: acuto visu est: nihil inscrutatam relinquet oculus eius. Scrutabor, inquit, Ierusalem. Quid tutum in Babilone, si in Ierusalem manet scrutinium? Puto hoc loco prophetâ, Ierusalem nomine designasse illos qui in hoc sæculo vitam ducunt religiosam, mores supernæ illius Ierusalem conuersatione honesta & ordinata pro viribus imitantes; & non veluti hi qui de Babilone sunt vitam in turbatione vitiorum, scelerumque*

que confusione vastantes. Denique illorum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium, & non egent scrutinio, sed sup plicio: Mea autem, qui videor esse monachus & Ierosolymita, peccata certe occulta sunt, nomine & habitu monachi adubrata, & idcirco opus erit subtili ea inuestigari discussione, & quasi admotis lucernis, de tenebris in lucem prodii.

Omnes iudicabimur à Domino.

63. **CORINTH. 5.** *Omnes nos astare oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum. GALFRIDUS. Solet interdum corporale fastidium ad exiguum aliquid, & aliquantulum acre edulium releuari. Et quid omni rationali Spiritui tam acerbum quàm terribilis illa expectatio iudicij? Pungit quidem & memoria mortis, sed multo magis hæc compungit. Inuitat nos Apostolus ad concilium generale, ubi dicit nemo, ubi omnes oportebit astare; nec modò omnium merita, sed omnium nomina indicari. Nec ibi erit quod de quibusdam nunc dicitur: Videtur vt illos defendat numerus. Sed nec vlla ibi erit acceptio personarum, nulla ibi tergiversatio poterit suffragari, nulla ibi dissimulatio, ubi reddenda est ratio de verbo otioso, &c. Unusquisque recipiet, &c. Quàm fœlices qui in vita sua receperint malum, vt postmodum bonum cum Lazaro recipere mercantur? & quàm miseri qui in bonis interim ducunt dies suos, vt in puncto ad maximum debeant descendere malum? Hæc omnia si non creduntur, obsecro cur leguntur? Si verò creduntur, quomodo non timeantur? Unusquisque, ait, recipiet prout gessit. Nihil enim cognatio, nihil diuitiæ, nihil gratia qualibet humana præstabit.*

Idem.

64. **CORINTH. 10.** *Qui gloriatur, in Domino gloriatur. &c. BERNARDUS. Fratres si me ante vestrum stare tribunal oporteret, meritò super vestris laudibus gloriarer. Quod si vel meo esset iudicandus examine, iure meo ipsius testimonio contentus, propriis laudibus delectarer. Nunc autem cum nec vestro, nec meo, sed Dei sim iudicio presentandus, quantum insipientiæ (imò insanix) est aut in vestro me, aut in meo ipsius testimonio gloriari? Meritò proinde Apostolus addit: Mihi autem pro minimo est ut à vobis iudicer, aut ab humano die, sed nec me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. In quibus verbis illud considerandum est, quod alienum iudicium pro minimo habens, suum quoque nequaquam sequeretur, &c. Illa ergo perfecta erit, & secura gloriatio, cum erit vnicuique laus à Deo.*

Prophetia Ieremie de Iudicio.

65. **MACHAB. 2.** *Dixit Ieremias quod ignovus erit locus donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat, & tunc Dominus ostendet hæc, & apparebit maiestas Domini, &c. DEPIPHILIB. de vita & morte prophetarum. Hic est Ieremias qui templum subuertendum prænoscentis, arcam testamenti cum his quæ in eadem erant, tulit, & precibus eam absorberi fecit in petram; petram verò digito designans, nomen Dei impressit, & factum est sigillum in similitudinem scripturæ quæ ferro cauat, & ipsum Domini nomen, nubis operimento ita caelatum est, vt ex tunc, nec locum quis cognoscere queat, nec nomen legere vsque in hunc diem, & vsque in finem: & pristinæ figuræ instar, ignis, & nubes sepe illi fit nocturno tempore, eo quod gloria Domini ab eius lege non desinat. Est autem petra illa in eremi terra, inter duos montes, inter quos iacent sepulti Moyse & Aaron.*

Dixitque Ieremias presentibus : Dominus de Sion ascendit ad caelos, inde cum virtute reuersurus, & erit signum praesentiae eius, quando omnes gentes adorauerint lignum. Dixitque quoddam arcam hanc nemo poterit producere praeter Moysen electum Dei prophetam, & tabulas quae in ea sunt nullas aperiet sacerdotum, nullusque prophetarum, nisi electus Dei Aaron. & in prima resurrectione resurget haec arca, & exibat de petra, & ponetur in monte Sina, & omnes sancti congregabuntur ad ipsam, regressum Domini expectantes, & vt vitent aduersarium, qui eos fugientes est quatuordecim interire. *Haec ille. Idem in ista fere verbis dicit Dorobens Episc. Cypri, in Synopsi.* Nota autem quoddam quando dicit : Omnes sanctos congregandos esse ad arcam, intelligendum est, non vt Iudaismus restauratur, sed vt Iudaei arca visa, & Ieremiae propheta completa, magis ad verissimam arcam, Christum Dominum, & verissimum tabernaculum, Ecclesiam Catholicam, adducantur, inquitantibus Enoch, & Elia.

Iudicium sine misericordia non facientibus eam.

66. **P**ROVERB. 21. *Qui obturat aurem suam, ne audiat pauperem, & ipse clamabit ad Dominum, & non erit qui exaudiat eum.* PETRVS RAVEN. Quomodo petit misericordiam, qui negauerit? *Iudicium*, inquit, sine misericordia sit illi qui non fecerit misericordiam. Proinde quod est sine rege aulae regis, hoc est sine largitate ieiunium. Aula regis fulget auro, nitet marmore, picturis splendet, &c. Sed sine rege honorem non habet, caret gloria, est vacua solitudo : sic ieiunium, licet innocentia radiat, &c. Vide, *ieiunium*, num. 26. Sed sine misericordia gloriam non habet, &c. Perdit fiduciam supplicandi, impetrandi meritum non capessit, attestante Scriptura quae dicit : [Qui claudit aurem suam,] &c.

Dies terribilis.

67. **O**SEAE 1. *Quia magnus dies Iezrael.* PETRVS RIBERA. *Dies magnus* dicitur more scripturae quo Deus magnum aliquid, & mirabile facit. *Joel. 2.* [Antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.] Item : [Vt quia magna est dies illa, nec est similis eius.] *Ierem. 3.* Item *Apocal. 6.* [Quoniam venit dies magnus irae ipsorum.] *Dies malus* etiam dicitur *Amos 6.* Qui separati estis in diem malum. Vide etiam *Ioelis 2.*

Dei ira contra impios.

68. **A**MOS 5. *Quomodo si fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei versus, & ingrediatur domum, & inueniatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber.* PETRVS RIBERA. Tam in Hebraeo quam in Graeco hic serpens ponitur. Mystice leo parit homini prostrato, & iram suam cohibet. Quia igitur ante leonem, id est, Christum, non procidebas, sed fugiebas, ideo fugienti a facie leonis versus occurrit, hoc est idem Christus in secundo aduentu, qui nec prostratis parit, sed inimicos suos quasi versus lacerauit. Videntes ergo impij omnia plena minis in die iudicij, in domum ingrediuntur, id est, mentem & memoriam suam, vt bonis operibus quae aliquando fecerunt, sese tucantur, dicentes, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, &c. At inde exibat coluber qui mordeat, id est, conscientia peccatorum. *Serpentis* enim nomine omne peccatum intelligi docet. *Cyril. lib. 2. in Ioan. cap. 50.* Hi sunt serpentes igniti siue videntes, siue (vt Lxx. verterunt) interficientes, quos misit Dominus in populum. *Num. 21.*

Signa terribilia impiis, iustis in bonum.

69. **G**ENES. 1. *Et sunt in signa, & dies, & annos.* ORIGEN. Sicut luminaria ista caeli posita sunt in signa, & in tempora, & dies, & annos : sic Christus illuminans Ecclesiam suam, signa dat per praeccepta sua, vt sciant iusti accepto signo fugere ab ira supernaturae. [Dedit enim, ait Propheta, *Psal. 59.* metuentibus se significationem vt fugiant a facie arcus, vt liberentur dilecti tui.] BASIL. *Ve sunt in signa, &c.* Imo, & dissolutionis vniuersi signa sunt. Vnde *Luc. 21.* [Erunt signa in sole, &c. Sol enim vertetur in sanguinem, & Luna non dabit lumen, & stella cadent de caelo.] Quoddies, & hora iudicij sunt occulta, & quomodo Christus se ignorasse dicat, vide, *Christus*, num. 119. & 120. ex *Basilio, & Athanasio.*

De memoria Iudicij.

70. **C**LEMENS lib. 9. *Recognitionum.* Sicut Sol omnes stellas splendore sui fulgoris obtundit, & conregit, ita & mens per scientiae lucem omnes concupiscentias animae inefficaces reddit, & otiosas, futuri iudicij memoriam super eas tanquam radios suos emittens, ita vt, ne apparere quidem ultra in anima queant.

Ad iudicium preparari debemus.

71. **O**RIGEN. *Hom. 5. in Leuit.* Tantum si causa dicenda sit apud iudicem terrenum, quae aliquem metum ex legibus habere videatur, ex omnibus vigiliis excubatur, aduocato patrono munera praeparantur, etiam si anceps periculum sit, aut etiam si solius notae metus, vel damni ratio. Nos quare non credimus quoddam omnes abstabimus ante tribunal Christi, vt reportet vnusquisque propria opera prout gessit, siue bona, siue mala?

Omnia opera, imo & cogitationes, manifesta erunt omnibus in iudicio.

72. **B**ASIL. *de vera Virginitate.* Sicut qui maculas habent in corpore, priusquam veste nudentur, operas ac pluribus ignotas ferunt. Sepe vero pretiosissima ornati veste, cum forte intrinsecus quoque formosi ac venusti, ex illo exteriori cultu putarentur, exuti tunica, nudisque in balneo conspecti, contra quam putabatur, ridiculi, ac innumeris malis fere insigniti corporis continuo apparuerunt; neque iam obsecum esse potest, nudato sub omnium oculis corpore, vbi nam, qualis, quantaque sit macula, sed simul atque nudata est, intuentium sese oculis aperit; ita & nos cum velamen carnis exuerimus, neque subducere maculas animae, neque operire vlla ratione poterimus: ceterum sub omnium obtutibus nudi, atque conspici, quae prius corpore quasi veste contexta minime habere putabamur, ea nudata se omnium ingerent oculis. Nullusque iam, vel negationi, vel defensionem erit locus, quando ipsa cernentur opera in suo auctore conspicua. Non enim confusae, aut summatim, & indigeste res ipsae cernentur, sed singula per partes vt sese habeant, velut in pictura, noscuntur. Exempli causa. Quomodo ad patrandum quisque adulterium prope-rans e lecto surrexit, quibus passibus incedens versus est, quo motu corporis, lentiore, ac concitatore, quem habitum, dum progrediretur, assumpsit, & quae ex parte irrumpens, uxorem alienam violauit; quo item ordine huic mulier ad nefarium opus sese substrauit. Haec, inquam, omnia, veluti in tabula per partes diligenter expressa cernentur, nec ea solum quae in apertum opus prorupere, verum & quae sine effectu operis in animi tabula inscriptae fuerunt cogitationes.

Idem.

Idem.

73. **G**REGOR. NYSSEN. *Oratione 5. de Beatitude.* Quemadmodum vera certaque specula tales vultum ostendunt effigies, qualescumque ipsi vultus sint; hilaris quidem, alacrum; demissi autem, moerentium, &c. terricorum: nec speculi naturam aliquis culpae possit sitetra, & inamena repraesentata fuerit effigies, principali forma propter moerorem collapso: Ita iustum iudicium nostris affectionibus assimilatur, qualicumque a nobis commissa fuerint, tales nobis de suo praebens retributiones. [Venite, inquit, benedicti,] &c. & ire maledicti,] &c.

De iudicij memoria.

74. **M**ACHAR. *Homil. 15.* Quemadmodum qui palatium aliquod ingrediuntur vt regem inuisant, siue Comites sint, siue Praesides, non parum metunt quomodo sint responsuri, & ne in respondendo lapsi reprehensionem, & supplicium incurrant. Rustici vero, & simplices homines qui nunquam regem inuisant, securi viuunt : sic etiam mundus hic qui sub caelo est, a regibus vsque ad pauperes, cum ignorent gloriam Christi, de rebus tantum secularibus sunt solliciti, nec cito quis in mentem reuocat diem iudicij: Qui vero cogitationibus ascendunt ad tribunal Christi, ubi est thronus eius, perpetuo stantes in conspectu illius, sunt in continuo metu, & timore, ne quando aberrant ab eius praecceptis.

De perturbatione creaturarum ante iudicium.

75. **L**VC. 21. *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen.* CHRYSOST. *Homil. 50. Opera imperfecta.* Patrefamilias moriente, tota domus eius turbatur, omnis familia plangit, & consiliis tunicis suis, nigris se operiant vestimentis: sic & humano genere, propter quod omnia fuerunt creata, circa exitum constituto, totus contristatur mundus, vniuersa caeli ministeria lugent, & candore deposito, pro vestibus, luctuosos tenebris vestiuntur.

De ignorantia diei, & horae iudicij.

76. **M**ATTH. 24. *De die illa & hora nemo scit.* Sicut quando videmus hominem senem, scimus quia propemodum moriturus est: quando autem, nescimus: sic & mundum perturbatum quum videmus, casurum cognoscimus, diem autem ignoramus. *Idem CHRYSOST. ibid.* Vide, *Christus*, num. 119. & 120. ex *Basilio, & Athanasio.*

Qualiter segregabuntur mali a bonis.

77. **M**ATTH. 24. *Tunc separabunt eos ab inuicem.* CHRYSOST. *Hom. 54. Opera imperfecta.* Sicut tempore hyemis inter virides & aridas arbores discretio non est, cum autem venerit tempus illud beatum vernale, discernuntur: ita tunc vnusquisque secundum fidem suam, & secundum opera sua manifestabitur, impiis quidem nulla profuerint folia, nullum ostendentibus fructum; sancti autem & foliis vestientur vitae aeternae, & fructibus ornabuntur gloriae, & hoc modo segregabuntur a caelesti pastore.

De iudicij utili memoria.

78. **C**HRYSOST. *Homil. 38. in Ioan.* Hoc iudicium semper praec oculis habeamus. Sicut enim qui Dei iudicij obliuiscitur, tanquam frano abiecto in precipitium defertur (inquinata autem sunt viae illius in omni tempore, & causam affert, auferuntur iudicia tua a facie eius) ita quem continuus hic percellit timor, modestè viuendi vitam ingreditur: [Recordare nouissima tua, & in aeternum non peccabis.]

Qualiter iusti occurrant obuiam Christo.

79. **C**HRYSOST. *Serm. de Ascensione Domini.* Sicut rege adueniente ad aliquam ciuitatem, hi qui honoribus & dignitatibus decorantur, cum summa confidentia, non expectato eius ingressu, longè ante portas occurrunt, & excipiunt aduenientem: rei autem & criminibus obligati, intra muros retinentur, imperatoriam expectaturi sententiam: Ita quando Dominus veniet, iusti ei in medio aere confidenter occurrunt, noxij autem & obruti peccatis, hic remanebunt, expectantes iudicium.

Opera nostrum etiam occultissima manifestabuntur.

80. **C**HRYSOST. *Hom. 5. in epistola ad Romanos, & hom. 48. ad populum.* Si nostrum cuiusque occultum crimen aliquod, hoc ipso die in medium delatum, huic modo confessui innotesceret, nonne fieret vt ille interire, ac terram sibi potius adhaerere, quam tam multos peccati sui testes habere mallet? Quid igitur tibi nobis fiet miseris, cum omnia orbi vniuerso palam facta, in tam aperto, tamque illustri theatro demodata, hominum nobis partim cognitorum, partim incognitorum oculis subiciantur?

De iudicij die memoria.

81. **C**HRYSOST. *Homil. 2. in 2. ad Thessalon.* Dic mihi homo, tribunali Christi cum sistendus sis, omnia magis loqueris, quam de isto? Et quidem si quando tibi cum iudice causa est, plerumque verborum dumtaxat, non nocte, non die, non aliquo temporis intervallo, non aliqua hora aliud quid loqueris, sed semper de causa illa quam agendam habes. Cum vero de omni vita tua rationem redditurus, & poenam daturus sis, neque alios etiam pateris qui te huius iudicij admoncant. Atqui propterea cuncta periere, & intercidere, quod humano quidem tribunali temporalium rerum gratia sistendi, neminem non monemus, neminem non rogamus, indifferenter de illo solliciti sumus, omnia huius gratia facimus: ad tribunal vero Christi venturi, idque breui, neque per nos ipsos aliquid, neque per alios facimus; iudicem non rogamus, quannis nobis multum spatij ante iudicium permittat, neque in medijs nos abripiat peccatis, sed permittat vt illa exuere aggrediamur, & nihil eorum quae ad ipsum recidunt praetermittat bonitate illa sua & benignitate. *CLIMAC. de discretione gradum 26.* Sicut impossibile est, vt qui esurit, non recordetur panis: ita fieri non potest vt qui saluari cupit, exitus sui, extremique iudicij obliuiscatur.

IUDICIUM TEMERARIUM.

- Non temere iudicandum. 1. 2. 7.*
- Non secundum faciem iudicandum. 3. 7.*
- Non iudicare nec coparare debemus alios alijs. 4. 6. 9.*
- Ne respicias actiones alienas, sed proprias. 5.*
- Sensus literae, Nolite iudicare, & non iudicabimini. 8.*
- Mais peccatum iudicantis 10.*
- Iudicare. Ium a prauitate cordis procedit. 11. 12.*
- Non iudicandus frater. vide, Pax, num. 2. 3.*

Non temere iudicandum.

GENES. 11. *Descendit Dominus vt videret ciuitatem, & terram, &c.* CHRYSOST. Vt per hoc erudiamur nunquam temere fratres condemnandos, nec auditu solo iudicandum, nisi pluribus argumentis prius certi reddamur,

damur. Omnia enim à Deo ideo fiunt, & ob hoc tanta ad erudiendum hominum genus vitur sermonis attemperatione. Vide, verbo, *Iudices*, num. 5.

Idem.

2. **GENES. 18.** *Descendam, & videbo, utrum clamorem qui venit ad me, opere compluerim.* &c. **AMBROS.** Non ignorabat Deus peccata Sodomorum, sed propter te instruendum, verba huiusmodi loquebatur, ut tu proprius scruteris eorum commissa in quos vindicandum arbitraris. *Descendam*, inquit, *& videbo ut sciam.* Etiam tu descende, cum cura descende, indaginis studio, ne quid sit quod fallat, aut lateat absentem, ut oculis facinus deprehendas. Eminus positi multa nescire possunt.

Non secundum faciem iudicandum.

3. **GENES. 24.** *Igitur puella cui dixeris, inclina hydriam tuam ut bibam, & illa responderit, bibe, quin & camelis tuis potum tribuam, ipsa est, &c.* **CHRYSOST.** Quia sciuit patriarchæ hospitalitatem, Virginem inde deducendam, iisdem esse præditam moribus, quibus iustus, nullam aliam coniecturam inquit. **RUPERT.** Non petendæ puellæ iudicium suis commisit oculis, qui solam faciem, non etiam mores, aut virtutem peruidere possent, sed credens quod Domini sui curam haberet Deus, totâ in illo posuit electionis spem.

Non iudicare, nec comparare debemus alios aliis.

4. **GENES. 25.** *Sexagenarius erat Isaac, quando natusum ei paruuli.* **AVGVST. 16. de ciuit. cap. 36.** Isaac nec uxorem habuit aliquam, nec aliquam concubinam. nec ideo tamen patri eius præferre debemus, imo propter patris maiora merita illi Deus fecit bona. Vnde ait illi: [Benedixi te, & multiplicavi semen tuum propter Abraham patrem tuum.] Ut hinc nouerimus non ex bonis singulis inter homines comparare, sed in vno quoque consideremus vniuersa. Fieri enim potest ut habeat aliquid in vita, & moribus quispiam, quod superet alium, idque sit longè præstabilius quam est illud vnde ab alio superatur. **LIPOMAN.** Dicunt Iudæi quod non licuit Isaac plures habere coniuges, ex quo sponte accessit ut Deo in holocaustum immolaretur, quia ex tunc Domino stetit consecratus. Alij dicunt, quod sicut Elias & Ieremias continentia virginali Euangelicæ castitatis typum gesserunt; ita & Isaac continentiam coniugalem, quæ in lege Euangelica est, præsignauit.

Ne respicias alienas, sed proprias actiones.

5. **GENES. 34.** *Egressa est autem Dina ut videret mulieres regionis illius.* **GREGOR. 8. p. Pastor. cap. 30.** Dina ut mulieres videat extraneæ regionis, egreditur, quando vnaquæque mens, sua studia negligens, alienas actiones curans, extra habitum, atque extra ordinem proprium euagatur: quam Sicheim princeps terræ opprimit. Quia videlicet inuentam in curis exterioribus, diabolus corrumpit. *& agglutinata est anima eius cum ea.* quia vnitam sibi per iniquitatem respicit.

Non debemus alios iudicare, nec comparare.

6. **GENES. 37.** *Audiens hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat, non interficiemus, &c.* **LIPOMAN.** Notandum quod qui libidine carnali reliquis fuerat peior, naturali pietate compatiens, & fraterne melior erat. Non ergo temere iudicandi peccatores à peccatoribus facultas fit. Potest enim vno vitio deterior, virtute alia superior esse.

Non temere iudicandum.

LEVIT. 13. *Recludet eum sacerdos septem diebus, &c.* **GLOSSA ORD.** Ut studiosè inspicatur, & duplici probatione transacta, districtum iudicium fiat. Hinc Dominus post negationem animi Petri quomodo se habeat tertio interrogat, ut non citò iudicemus, sed frequenter inquiramus. **OLEASTER.** Quod si Dominus non fuit sacerdotem suum statim de lepra quam oculis cernit, de cernere, quomodo te permittit de cordis malitia temere proximum iudicare? [Nolite iudicare, & non iudicabimini; nolite condemnare, & non condemnabimini.] Iudith sancta sacerdotibus & presbyteris etiam dixit, *cap. 8.* [Vos autem nolo ut scrutemini actum meum, & vsque dum renuntiem vobis, nihil aliud fiat nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum. Vniquisque hanc actionem habet dicendi proximo suo, nolo ut scrutemini actum meum, & quisque commendare debet proximum quousque intelligat motuum, & intentionem talis actionis.]

Sensus literæ, Nolite iudicare, &c.

MATTH. 7. *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* **HVGODE S. VICT.** Nunquid si iniquo iudicio iudicabunt, iniquo iudicabuntur? absit. Nulla quippe iniquitas apud Deum, sed ita dictum est: [in quo iudicio iudicaueritis,] &c. tanquam diceretur, In qua voluntate benefeceritis, in ipsa liberabimini vel in qua malè, in ipsa puniemini.

Neminem iudicare debemus.

MACHAR. hom. 15. Si fortè quis ægrotet, contingere tamen potest ut membra quædam sana habeat, verbi gratia, in parte visiva, oculum; aut aliud quod aliud membrum: cum alioqui reliqua membra sint affecta. Ita se habet in re spiritali. Probabile enim est quempiam tria membra spiritus habere sana, sed non propterea perfectus est. Debent igitur Christiani per omnia contendere, ne quempiam omnino iudicent, siue meretricem prostitutam, siue peccatores, aut inordinatè viuentes; sed simplici intentione & puro oculo omnes spectare, ita ut hoc ipsum sit cuique quasi naturale & concretum, ne quemquam flocci pendat, aut iudicet, neve excretur, aut habeat in aliquo discrimine. Si monoculum spectaueris, ne diiudices in corde tuo, sed perinde ac si sanus esset, illum intueri: mancum aspice quasi non mancum, claudum velut rectè incedentem, paralyticum velut valentem.

Maius peccatum iudicantis.

MATTH. 7. *Ut quid vides festucam in oculo fratris tui, &c.* **CHRYSOST. hom. 24. in Matth.** Velut si aliquis sæuissimo hydrope vel quolibet immedicabili langore constrictus, hunc quidem etiam negligat, hunc verò culpet qui exiguum in aliqua corporis sui parte non curet tumorem. Si verò malum est propria peccata non cernere, duplex iam aut triplex peccatum est, iudicare alios, & in suo oculo trabem absque dolore gestare. Omne quippe peccatum, trabe grauius est. *Idem hom. 17. operis imper.* Sicut maior est superflua mensura, quam commota, & commota maior est quam bona, & iusta: sic perfectior est ille qui nec iudicat, quam ille qui iudicat, & non condemnat. & ille qui iudicat, & non condemnat, melior est illo qui condemnat & dimittit.

Iudicare alium à prauitate cordis procedit.

CHRYSOST. hom. 38. operis imper. Quemadmodum columna in templo si steterit recta, accepto

pro pondere amplius confirmatur, si autè modicè obliqua fuerit, suscepto pondere non solum non confirmatur, sed amplius vadit ad latus: sic & cor hominis si rectum fuerit, videns opera alicuius viri iusti, aut audiens, per doctrinam sapientiæ eius amplius confirmatur: si autem fuerit peruersum cor, videns opera alicuius viri iusti, aut audiens, non solum non confirmatur, sed magis ad inuidiam excitatur, & magis peruertitur.

Idem.

32. **DOROTHEVS doctrina 16.** Ut corpora melancholici & mali humoris, quidquid cibi sumperint, illud in choleram conuertunt, & quodammodo perimunt, licet sit cibus optimus; nec à cibo causa est, sed à corpore, quod distemperatum contraria ad digestionem operatur, & ciborum naturam immutat. Sic animæ malè dispositæ vnaquæque res, quamuis bona & utilis, suo vitio nocet. Finge mellis vasculum ante nos positum esse, si quis in illud modicum quid ab synthij iaciat, nonne vas totum corrumpit, & mel amarum facit? Idem nos facere videmus cum pugillo amaritudinis nostræ totum proximi bonum corrumpimus, iudicantes illum pro statu mentis nostræ, & transformantes quodammodo ipsum ex mala dispositione quæ in nobis est. Nam qui bene animo dispositi fuerunt, tales sunt erga omnes, quales qui corpus temperatissimum habent, qui quidquid nocens comederint, omne conuertunt in nutrimentum. Cuius rei ratio est, ut dixi, corporis temperamentum, sanitas, & bona habitudo, quæ omnia faciunt ut quidquid comederint, bene vertant, bene digerant, & bene concoquant.

IURAMENTVM.

Deus cur iurauit & per semetipsum?

Mos iurandi veterum. 2.

Adiuratio quando licita. 3.

Iurare per creaturas quomodo liceat. 4.

Contra iurantes frequenter. 5. 8. 9. 13. 14. 15. 23. 25.

Periurium prohibetur, 6. & omne iuramentum. 15. 19. 20.

Falsum iurans, facit iniuriam Deo, sibi, & hominibus. 7. 22.

Reuerentia erga Dei nomen. 9. 10.

Iuramenti socij, veritas, iudicium, & iustitia. 11.

Iuste iurat qui ante iudicem iurat. 12.

Iuranti cur pena imponitur in præcepto. 13.

Periurium puniunt. 16. 17. 18.

Iurare quid. 20.

Iuramentum iniustum non implendum. 21.

Iuramentum quare olim permissum. 24.

In negotiatione iuramenta, & periuria. 26.

Deus cur iurauit & per semetipsum.

1. **GENES. 22.** *Per memetipsum iurauit, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pericisti sileo, benedicam tibi, &c.* **CHRYSOST.** Quando homines promissis iuramenta adhibent, stabiliorem promissionem his quibus promittunt, reddunt. Eapropter Dominus humana vsus consuetudine iurat. **ORIGEN.** Interponit iurandum, volens, ut ait Apostolus, ostendere pollicitationes hæredibus per immobilitatem consilij sui, homines autem per maiorem suum iurant, Deus autem quoniam neminem habet per quem maiorem

iurare, per memetipsum iuro, dicit: non quod Deum iurandi necessitas vrgeret (quis enim ab eo exigeret sacramentum?) Sed ut per hoc immobilitatem consilij sui significaret. Vnde alibi per prophetam: [Iurauit Dominus, & non poenitebit eum.]

Mos iurandi veterum.

GENES. 24. *Pone manum tuam subter femur meum, ut adurem te per Deum cali, & terre.* **CHRYSOST.** Mos hic veterum fuit vel quia hinc principium natiuitatis Isaac, de cuius coniugio nunc agebatur, fuit. **CAIETAN.** Modus iurandi, valde congruus materiæ, de qua tractabatur, videlicet generationi per coniugium filij. **LIPOMAN.** Iurabant veteres illi manu sub femore posita, quod inde posteritas esset futura, atque ideo velut res sacra habebatur, vel quod illic esset signum fœderis, nempe circumcisio. Dicuntque modum huiusmodi fuisse, ut eo pacto iurarent posita manu sub femore eius qui dominus ac superior esset, si quis in illud modicum quid ab synthij iaciat, nonne vas totum corrumpit, & mel amarum facit? Idem nos facere videmus cum pugillo amaritudinis nostræ totum proximi bonum corrumpimus, iudicantes illum pro statu mentis nostræ, & transformantes quodammodo ipsum ex mala dispositione quæ in nobis est. Nam qui bene animo dispositi fuerunt, tales sunt erga omnes, quales qui corpus temperatissimum habent, qui quidquid nocens comederint, omne conuertunt in nutrimentum. Cuius rei ratio est, ut dixi, corporis temperamentum, sanitas, & bona habitudo, quæ omnia faciunt ut quidquid comederint, bene vertant, bene digerant, & bene concoquant.

Adiuratio quando licita.

IBID. D. THOM. 2. 2. quæst. 90. Sed an liceat ad iurare aliquem? Responder: Si aliquis per inuocationem diuini nominis vel cuiuscumque rei sacræ alicui non sibi subdito adiurando necessitatem agendi aliquid imponere intendat, talis adiuratio illicita est. Quia vsurpat potestatem in alium, quam non habet, & sic illicita fuit adiuratio principis sacerdotum, qua Dominum Iesum ausus fuit adiurare. Vnde & **ORIGEN.** dicit: Non oportet ut vir volens secundum Euangelium viuere, adiuret aliquem. Si autem propter aliquam necessitatem superior inferiorem sibi subditum tali genere adiurationis constringere velit, tunc erit licita adiuratio, & hoc modo Patriarcha rectè suum Eliezer hoc in loco adiurauit.

Iurare per creaturas quomodo liceat.

GENES. 42. *Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus.* **D. THOM. 2. 2. quæst. 89. art. 6.** Duplex est iuramentum. Vnum quidem quod fit per simplicem contestationem, in quantum scilicet testimonium Dei inuocatur, & hoc iuramentum innititur diuinæ veritati, sicut & fides. Fides autem est per se quidem, & principaliter de Deo, qui est ipsa veritas: secundariò autem de creaturis, in quibus Dei veritas relucet. Similiter & iuramentum principaliter refertur ad ipsum Deum

Deum, cuius testimonium inuocatur; secundario autem assumuntur creaturae, in quantum eis diuina veritas manifestatur. Sic possumus dicere, Ioseph iurasse per salutem Pharaonis, quasi contestando veritatem diuinam iustitiam, ad cuius executionem principes terrae constituntur. Alius autem modus iurandi est per executionem, quando inducitur creatura aliqua ut in qua diuinum iudicium exercentur, & sic possumus etiam intelligere Ioseph iurasse per salutem Pharaonis, quasi per modum execrationis salutem Pharaonis obligauerit Deo. Nec obstat illud Euangelij: [Ego dico vobis non iurare omnino neque per caelum, neque per terram,] &c. Quia ibi Dominus prohibuit iurare per creaturas, ita quod eis cultus laetiae, & reuerentia diuina adhibeatur.

Contra iurantes frequenter.

EXODI 8. *Ascenderunt ranae, & operuerunt terram Aegypti.* **ORIGEN.** Rana loquacissima, vanitas est. Ad nihil aliud animal hoc utile est, nisi quod sonum vocis improbis & importunis clamoribus reddit. **RUFERT.** Per has ranae intelliguntur secundi mandati prauaricatores vaniloqui, qui nomen Dei in vanum assumunt. **GLOSSA ORD.** Amatores veritatis non assumunt nomen Dei in vanum: qui autem veritati contradicunt, & vanitate decepti decipiunt, ranae sunt tedium inferentes auribus, non cibum mentibus. Audi homines rationabiliter loquentes, [Non sunt loquelae, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.] Audi ranae. [Vana loquuti sunt vnusquisque ad proximum suum.] **D. PROSPER.** Secunda plaga Aegyptiorum est, scaturiens ranarum multitudo, foetido squalore omnem contaminans Aegyptum. Secundum quoque mandatum in lege est: [Non accipies nomen Dei in vanum,] cuius prauaricatorem non mundabit Dominus. Omnis itaque haereticus, periurus, sacrilegusque, dum aliud sonat lingua quam nomen Dei, foetore disputationis suae ranarum in similitudinem clamitat contra Deum. Labia dolosa in corde & corde loquuntur mala. Neque immerito his animantibus comparantur qui in lacunar baptizatorum confectas fordes non abluunt, sed potius cumulant delicta.

Periurium prohibetur.

EXODI 20. *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* **D. THOMAS 2. 2. quæst. 22. ar. 3.** Literalis expositio huius præcepti est. Iurando scilicet pro re quæ non est, id est, pro nihilo, quod pertinet ad falsam iurationem, quæ principaliter periurium nominatur. Per hoc autem præceptum non prohibetur qualibet assumptio diuini nominis, sed propria illa qua assumitur diuinum nomen ad confirmationem humani verbi per modum iuramenti. Quia ista assumptio diuini nominis est frequentior apud homines. Potest autem ex consequenti intelligi quod per hoc prohibeatur omnis inordinata diuini nominis assumptio. **INTERL.** Primum mandatum prohibet idololatriam. Secundum periurium. **D. THOMAS. vbi supra.** Dupliciter aliquid opponitur veræ religioni, vno modo per excessum, quando scilicet id quod est religionis, alteri indebitè exhibetur, quod pertinet ad superstitionem. Alio modo quasi per defectum reuerentiae, quod scilicet Deus contemnitur: quod pertinet ad vitium irreligiositatis: ideo Dominus primum mandatum dedit ad exclusionem superstitionis; deinde secundum ad prohibitionem irreligiositatis. Sed dicat aliquis: Cur prohibetur in decalogo periurium, non autem blasphemia? Quia sicut in aliqua scientia primo proponuntur quædam communia documenta, ita etiam lex quæ instituit hominem ad virtutem in præceptis de-

calogi, quæ sunt prima, proposuit ea vel prohibendo vel mandando quæ communius in cursu vite humanæ solent accidere. & ideo inter præcepta Decalogi prohibetur periurium, quod frequentius accidit quam blasphemia, in quam homo rarius prolabitur.

Falsum iurans, facit iniuriam Deo, sibi, & hominibus.

IBIDEM. *Non assumes nomen Dei tui in vanum. D. THOMAS in Opusculis.* Ille assumit nomen Dei in vanum, qui assumit illud ad confirmationem falsitatis, iuxta illud *Psal.* [Vana loquuti sunt vnusquisque ad proximum suum.] & *Zachar. 8.* [Iuramentum mendax ne diligatis.] Talis autem facit iniuriam Deo, sibi ipsi, & omnibus hominibus. Deo quidem, quia cum iurare per Deum nihil aliud sit, nisi inuocare eius testimonium: cum iuras falsum, aut credis Deum nescire verum, & sic ponis ignorantiam in Deo, cum tamen omnia nuda & aperta sint oculis eius, aut quod diligat mendacium, cum tamen odiat illud: iuxta illud *Psal.* [Perdes omnes qui loquuntur mendacium:] aut derogas potentia: quasi non possit testimonium reddere, vel quasi non possit de eo punire. Sibi autem facit iniuriam: Quia obligat se iudicio Dei. Quia nihil aliud est dicere per Deum, ita est, nisi quod Deus puniat me si non est ita. Tertio, iniuriatur aliis hominibus. Quia nulla inter aliquos societates durare potest, nisi credant sibi iniucem. Dubia enim iuramenti confirmantur, iuxta illud *Hebraeor. 6.* [Omnis controuersia finis ad confirmationem est iuramentum.] Iniuriatur ergo Deo, crudelis est sibi, & noxius est hominibus.

Contra iurandi consuetudinem.

IDEM ibid. Vel in vanum dicitur iurare qui iurando, inutilem rem, & vanitatem confirmat. Idem enim est vanum quod inutile, iuxta illud: [Dominus scit cogitationes hominum quoniam vana sunt,] id est, inutiles. In veteri lege prohibitum fuit, vt non iurarent falsum. Sed Christus prohibuit non nisi in necessitate iurare & huius ratio est, quia in nulla parte ita fragiles sumus, sicut in lingua, quia eam nullus domare potuit. & ideo de leui possit homo deicere. Vnde Dominus [Sit sermo vester, est, est, non, non,] & iterum [Ego dico vobis, nolite iurare omnino,] iuramentum enim est, sicut medicina, quæ non semper accipitur, sed in necessitate, vnde Dominus: [quod his amplius est, à malo est.] & *Sapiens Ecclesiast. 23.* Iurationi non allueat os tuum. Multi enim casus in illa,] & iterum: [Nominatio Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum ne admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis.]

Reuerentia erga Dei nomen.

CHRYSOSTOMUS. hom. 26. ad pop. Antioch. Nescitis quid sit Deus, & quali debeat ore vocari? Quod si de quopiam studio quidem viro loquamur, dicimus: Os tuum ablue, & ita commemora: Cur nomen super omne nomen venerandum, in omni terra admirabile, quod audientes demones horrent, temerariè circumferimus? O consuetudinem! Nonne dum Deus nominatur, oportet horrere? Apud Iudeos quidem tam venerandum erat ipsius nomen vt in laminis scriberetur, & nemini literas ferre liceret, nisi sacerdotum principi. Nunc autem velut quiddam vulgare, sic ipsius nomen circumferimus. Quod si simpliciter Deum nominare non est fas omnibus, in testimonium etiam Deum vocare, quantæ quæso sit audacia? Quantæ insaniam? Nam si cuncta forent abiicienda, nonne oportebat cuncta dimittere? Ecce dico, & protestor, hæc forensia corrigite iuramenta super

superflua, & in ordine cuncta perducite. *Idem hom. 27.* Diuini nominis cum reuerentia meminit nemo. Quod si aliquis ad nomen Dei exurgit, Deum verò ipsum tam continè tanquam nihil vocat. Et tu quidem si cuius sine honoris titulo memineris venerabilis viri, contumeliam ei facis; Deum autem circumfers oportune, importune, in sermonibus tuis. Non prohibeo Deum in mente semper habere, imo magis precor & volo; tamen non aliter quam illi placeat, sed laudantem, sed honorantem; magna namque nobis hoc confert bona, si cum apud quos opus est, tantum eum vocemus: Quare quæso sub Apostolis quidem virtutes edebantur, sub nobis verò nequaquam, cum idem sit Deus, idem nomen? quia non est par vnus. Illi namque in illis solis quæ commemorauit, illum dumtaxat vocabant, nos autem non in his, sed in aliis. Si verò non credit, & ideo iuras, dic quidem, crede, verum tamen si vis, per te ipsum iura. Hoc dico vobis condescendens, vt magis in hoc vos inducam, & à tyrannica reducam consuetudine. Christus enim nec hoc concedit, dicens: [Sit in vobis, est est, & non non.] Vultis discere quare præcis iuramentum concedebatur? Quoniam per simulachra iurabant. Non confundimini vos in his legibus permanere, in quibus indulgebatur illis infirmis? Sed consuetudo res difficilis, & vix abstrahi potest. Itaque quoniam est tanta consuetudinis violentia, eam in alteram transfer consuetudinem.

Nominis Dei reuerentia.

IBIDEM. *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* **THEODOR.** Ego existimo legem diuinam iurare, ne diuinum nomen nominetur, præterquam doctrinæ causa, aut precationis, aut alicuius necessitatis. Non enim desunt qui in risu ac iocis nomen istud profere non vereantur. Etenim si vestem paulò pretiosiore in festos dies multi adseruare consueverunt, multo magis diuinum nomen precationibus & doctrinæ seruandum erit. **CHRYSOSTOMUS. vbi supra.** Nomen Dei in orationibus voca, voca eum ad inimici beneficium, voca eum ad animæ tuæ salutem, & tunc aderit, tunc iustificabis eum, nunc autem veritas. Vocae eum, sicut Stephanus eum vocauit, [Domine, ne status illis hoc peccatum;] voca, sicut vocauit eum Helcana vxor, cum lacrymis non prohibeo, sed vehementer exhortor, illum voca sicut & Moyses vocauit, & clamabat pro eis orans, qui eum expulerant.

Iuramenti socij veritas, iudicium, & iustitia.

IBID. D. THOMAS. vbi supra. Aliquando etiam dicitur vanum peccatum, vel iniustitia, iuxta illud: [Filij hominum vsque quod graui corde, vt quid diligitis vanitatem?] Vnde ille dicitur *assumere in vanum nomen Domini;* qui iurat pro peccato faciendo. Iustitiæ autem partes duæ sunt, declinare à malo, & facere bonum. Si ergo iuras, vel facere furtum, vel homicidium, vel aliud huiusmodi, hoc contra iustitiam est; & quantum non sit seruandum hoc iuramentum, tamen sic iurans, periurus est. Talis fuit Herodes contra Ioannem. Similiter contra iustitiam facit, qui iurat non facere bonum, sicut intrare Ecclesiam, vel religionem; & hoc etiam iuramentum non est seruandum, & tamen periurus est iurans. Non ergo est iurandum de falso, non de inutili, non etiam de iniustitia, & ideo dicitur, *Jerem. 4.* [Et iurabis, viuut Dominus in veritate, in iudicio, & in iustitia.]

Iuste iurat quis ante iudicem.

IBIDEM LIPOM. Aduertendum quod qui legitime vocatur ad præstandum iuramentum per nomen Dei, is iam habet personalem prærogatiuam

vsurpandi nominis Dei. Vt enim generale præceptum est, [non occides,] magistratus tamen habet personalem prærogatiuam occidendi fontes; ita generale præceptum est: [Non iures omnino,] tamen qui legitime ad iurandum vocatur, prærogatiuam habet vsurpandi nominis Dei. Exemplum legitimi iuramenti habes in Abraham, *Genes. 14.* & in Ioseph, *Genes. 47.* & in Christo, *Ioan. 5.* [Amen amen dico vobis, qui sermonem meum audit,] &c. & in Paulo, *Rom. 9.* [Veritatem dico in Christo, non mentior.]

Cur iuranti additur poena in præcepto.

IBIDEM. *Nec enim habebit infontem Dominus eum qui assumpsit nomen Domini Dei sui in frustra. D. THOMAS 12. q. 100. ar. 7. ad 4.* Quaritur cur in duobus primis præceptis posita est comminatio poenæ, non autem in aliis. Respondetur, quod poenæ præcipue necessariæ sunt contra illos qui sunt proni ad malum, vt dicitur in 10. *Ethic.* & ideo illis solis præceptis legis additur comminatio poenarum, in quibus erat pronitas ad malum: erant autem homines proni ad idololatriam propter generalium consuetudinem gentium. & similiter sunt etiam homines proni ad periurium, propter frequentiam iuramenti, & ideo primis duobus præceptis adiungitur comminatio. **LIPOMAN.** Additur etiam huic præcepto comminatio, vt perspicue appareat quanta seueritate Deus exigit hoc præceptum. Nam cum Deus non statim puniat manifesto supplicio temerariam nominis sui vsurpationem; existimant imperiti, Deum non habere vllam huius peccati rationem. Item, vt significetur quod et si Deus est longanimis, compensare tamen soleat tarditatem, grauitate supplicij; id quod publicis etiam miraculis declarauit in Nabuchodonosor, & Herode. **CAIBTAN.** Et quoniam futurum hoc iudicium poenæ quam hinc comminatur, raro impletum videmus in hac vita, consequens est vt veritatem istius literæ, diuinum iudicium post hanc vitam comprehendat.

Contra consuetudinem iurandi.

IBID. D. AUGUSTINUS. lib. 12. contra Faustum Manicheum, cap. 25. Qui verum iurat, propinquit periurio; longè tamen abest, qui omnino non iurat: & quantum non peccet qui verum iurat, remotior tamen à peccato est qui non iurat. Vnde admonitio non iurandi, conseruatio est à peccato periurij.

Idem.

EXODI 23. *Per nomen externorum Deorum non iurabis, nec audietur ex ore vestro.* **GLOSSA ORD.** & **RABAN.** Per nomen suum iurare permittit, iuxta illud, *Jeremie 4.* [Et iurauit, viuut Dominus,] &c. non quod bonum sit iurare, sed quia sciebat, homines pronos ad iurandum esse, non vult vt iurent per nomina externorum Deorum, ne frequenti iuramento inducantur ad cultum eorum. Sic & hostias non approbat Deus, manult tamen sacrificari sibi in idolis. Vide *Hieronymus. super Jeremia 4.* Hinc apparet quantum præcellat vmbra veteris legis veritas Euangelij. Tunc enim iurare per nomen externorum Deorum tantummodo prohibetur, per nomen autem Domini iurare non vetatur. Nunc autem interdicitur omnino non iurare, nec per caelum, nec per terram, nec per aliud aliquid. Euangelica ergo veritas non recipit iuramentum, cum omnis sermo fidelis pro iure iurando sit. Sicut enim falsum loqui non potest, qui non loquitur: sic periurare non potest qui non iurat.

Periurium puniuntur.

16. 2. REGVM 21. Facta est fames in diebus David tribus annis iugiter, propter Saul, & domum eius sanguinum: quia occidit Gabaonitas, quibus filij Israel iurauerant, &c. L Y R A N. Iosue, & principes Israel iurauerunt Gabaonitis quod non interficerentur, prout habetur Iosue 9. Saul autem cum regnaret, multos eorum interfecit contra predictum iuramentum, quod obligabat etiam posteros principum, & ideo debuit hoc puniri per Dauidem qui successit Sauli, & quia circa hoc fuit negligens, secuta est vltio diuina cogens ad vindicandum istud factum. Hac ille. Ex hoc colligitur quantum displiceat Deo violatio iuramenti.

Idem.

17. 4. REGVM 5. Melius est ut accipias duo talenta. Alia litera. Bono sis animo, cape duo talenta. L Y R A N. In Hebraeo habetur: Iura mihi quod miserit te Elifens, & cape duo talenta. Hac ille. Quia falsum iurauit, & accepit pecuniam, lepra Naaman adhæsit illi.

Idem.

18. 3. ESDRA 1. Et adiuratus, scilicet Sedechias, à rege Nabuchodonosor, periurans discessit, & indurata ceruice sua, & corde suo, transgressus est legitima Domini Dei Israel. Post periurium sequitur induratio cordis, & transgressio legis.

Quare prohibuit Deus, ne iuret, viuit Dominus.

19. OSEA 4. Neque iuraueritis, viuit Dominus. P E T R V S R I B E R A. Hieronymus sic. Nolo enim per os vestrum nominis mei fieri mentionem, quod idolorum recordatione pollutum est. C Y R I L. sic. Turpe enim est, Deum iurare, & in lingua habere, & idola adorare. Non itaque finit Propheta simulare religionem Dei iuramento, & idololatras esse. Quare reprehenduntur, [Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum,] &c. Vel tertio, ne iuretis per idola vestra, nomen meum Heobach illis tribuentes. Cum enim dicitis, viuit Dominus, per me iurare videmini, & tamen non me intelligitis, sed idola. Solebant enim idololatras nomen Dei maxime proprium Heobach tribuere idolis suis, iuxta illud: [Consecraui, & voui hoc argentum Domino, vt de manu mea suscipiatur filius meus.] I T H E O D O R E T. & L Y R A N.

Iurare quid.

20. P S A L M. 62. Laudabuntur omnes qui iurant in eo. P O T T O M A R V S. Iurare in Domino est, perpetuo tenore illi per fidem adherere, & quod alijs verbis dicimus, in verba illius iurare. In hanc igitur sententiam dicitur, laudabuntur, &c. Id est, quicumque illi dederint nomina, ceu milites, sacro astricti euehentur præconio.

Iuramentum iniustum non implendum.

21. IUDIC. 11. Votum vouit Domino, scilicet Iepthe, dicens, &c. quicumque primus fuerit egressus de foribus domus mee, &c. eum holocaustum offeram Domino. A M B R O S. Quid opus fuit tam facile iurasse, & incerta vouere pro certis, quorum facere euentum? Deinde: Quid sacramenta tristitia Domino reddidit, vt eruentis soluat sua vota funeribus? I S I D O R. In male promissis rescinde fidem: Impia enim promissio, quæ scelere adimpletur. Illud non obsecrandum sacramentum quo malum incautè promittitur. B E D A. Si aliquid fortè nos incautiùs iurasse contigerit, quod obseruatum in peiorem vergat exitum, liberè illud salubriori consilio mutandum nouerimus.

Per iuramentum Deus contemnitur.

22. A T H A N A S. de Passione Domini. Si in pagano- rum iudicijs regem terrestrem testem citare fas non est, vt pote maiorem, & his qui citant, & his qui iudicant: cur Deum increatum ad res creatas inuocamus? facientes vt Deus ab hominibus contemnatur? C H R Y S O S T. Hom. 4. ad Baptizandos. Est iurandi peccatum non solum de rebus friuolis, sed etiam cum de maioribus celebratur. Nos autem & cum vilia comparamus, & cum de vno nummo contendimus, & cum aduersus seruulum commouemur, Deum testè inuocamus, & hominis quidem ingenui, & aliqua dignitate muniti in publico ad huiusmodi res non audemus testimonium postulare, ne iniuriarum contra nos vindicta procedat: Deum autem celorum regem, angelorum Dominum, & cum contrahis, & cum loqueris, & cum quibuslibet sermonibus delectaris, aduocas testem. Idem hom. 9. ad popul. Antioch. Improbam iurandi consuetudinem expellamus, & vel tantillum Deo tribuamus honoris quantum vestimentis nostris pretiosioribus. Quomodo enim non absurdum est vestimentum quidem habentes reliquis melius, ipso continuè abuti non sustinere: Dei verò nomini vbique temere, & vt occurrit, detrahere?

Contra iurandi consuetudinem.

C H R Y S O S T. Hom. 12. in cap. 5. Math. Operis imperfecti. Qui facit consuetudinem, frequenter manu sua percutere, necesse est vt iniuste aliquando percutiat: sic qui facit consuetudinem iurare in rebus idoneis, frequenter & in rebus superfluis, etiam nolens, consuetudine trahente periurat. Augusti. de verbis Iacobi. [Ante omnia nolite iurare.] Serm. 28. Fac te ambulare in aliquo loco, vbi à parte dextera spatiosa sit terra, ne vsquam angustias patiaris: à sinistris præceps locus est; vbi eliges ambulare, super finem terræ in labio præcipitij, an inde longè; Puto inde longè. Sic & qui iurat, in fine ambulat, & ambulat pedibus infirmis, quia humanis: si offenderis, deorsum is; si lapsus fueris, deorsum is.

Iuramentum quare olim permixtum.

24. H E R O N. Commentarius in Math. cap. 5. Quemadmodum Iudæi victimas immolabant Deo, ne eas idolis immolarent; sic iurare permittitur in Deum, non quod rectè hoc facerent, sed quod melius esset Deo id exhibere, quàm dæmonibus. Euangelica autem veritas iuramentum prohibet, cum omnis sermo fidelis pro iureiurando sit.

De peierandi periculo.

C H R Y S O S T. vbi supra. Nunquid qui ignem portat, vnde conflatur incendium, alienus est ab illo incendio? Aut qui gladium porrigit, vnde homicidium committitur, nonne est socius homicidij illius. Sic & qui occasionem periurij præstat, collega sit periurij eius. Idem Chrysostomus hom. 14. ad populum Antioch. Sicut pueri funiculum longum, & corruptum, ex contrario inter se trahentes cum multo impetu, supini omnes cadunt, funiculo per medium dirupto; & hi quidem capite, hi verò alia corporis parte feruntur: Sic & inter se contraria iurantes, iuramento pro rerum necessitate dirupto, in periurij baratrum vtrique cadunt: hi quidem peierando, hi verò periurij causam alijs præbendo.

In negotiatione iuramenta, & perinria.

C H R Y S O S T. Hom. 38. Operis imperfecti. Quemadmodum qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere volens, & se commendare sine multiloquio

Iustitia virtus generalis, id est, sanctitas.

2. I B I D. Idem A M B R O S. Euphrates à verbo Græco, quod lenari interpretatur, dicitur: eo quod hominum genus nullo magis quàm iustitia lætetur. Deinde quia vbi est prudentia, ibi & malitia; vbi fortitudo, ibi iracundia; vbi temperantia, ibi intemperantia, aut alia vitia sunt: vbi autem iustitia, ibi concordia virtutum est cæterarum. De Euphrate non dicitur quia fluit, quia iustitia non cognoscitur ex parte. Non enim pars est iustitia, sed quasi mater est omnium virtutum.

Iustitia specialis virtus necessaria.

3. G E N E S. 4. Nonne si bene egeris recipies, &c. H E R O N. L X X. ita habent: Nonne si rectè offeras, non autem rectè diuidas, peccasti. A M B R O S. Quamuis Cain obtulit munus, tamen quia non rectè, & iure diuisit, culpam incidit: Vide quantum sit vitium, vbi deest diuisio, id est, iustitia. Si enim Cain tenuisset iustitiam, Domino debuit primitiua munera, non posteriora deferre. Vbi diuisio, id est, iustitia deest, ibi totum sacrificium refutatur. Nam si quis debitum soluat, & in deferendo iniuriã faciat creditori, intolerabilius est vtique quàm non reddidisse quod debebat. Non ergo quantitas solutionis, sed animus reddentis, & qualitas consideratur, & affectus. Rectè Cain obrulit, quia oblatio insignis deuotionis, & iudicium gratiarum est, sed non rectè diuisit, quia ante omnia Deo debuit deferre primitias, vt à gratia inchoaret auctoris. Etenim diuisionis hic ordo est vt prima secundis, non primis secunda præcurrant, & caelestia terrenis, non terrena caelestibus præferantur. Sed quia Cain confudit hunc ordinem, dicitur ei: Peccasti.

Iustitia admirabiles effectus.

4. G E N E S. 5. Vocauitque nomen eius Noë, dicens: iste consolabitur nos, &c. A M B R O S. Næc Latine dicitur iustus, vel regnes. Vnde & parentes eius dixerunt: [Hic faciet nos quiescere ab operibus, & tristitia, & à terra cui maledixit Dominus Deus.] Quod vti que si ad ea quæ facta sunt referas, cum diluuium sub eo factum sit, non requies hominibus, sed interitus illatus, nec remissio malorum, sed cumulus miserationum: Verum si iusti viri mentem confidetes, aduertentes, iustitiam solam esse quæ alijs potius nata est quàm sibi. Non quod sibi vile est quærit, sed quod omnibus. Iustitia nos quiescere facit ab operibus iniquitatis. Iustitia reuocat à tristitia. Quia dum ea quæ iusta sunt gerimus, nihil timemus, puræ conscientie securitate, non dolemus graui dolore. Nihil enim est quod maioris doloris sit quàm reatus culpæ.

Iustitia fuit iuxta Iacob, & non fraus, quod gessit circa oues.

5. G E N E S. 30. Et respondit mihi cras iustitia mea. G R V P E R T. Sed quare iustitia dicitur, cum dolus, & impostura potius videatur? Dicimus quod antea iam dndum Iacob contra Laban causam iustitiæ habebat, vnde substantiam illius iure tollere poterat. Laban namque Liam, ei postulanti Rachelem, per fraudem imposuerat, cuius nuptias quia despicibilis erat, difficiles sibi fore sciebat, nec sine magna dote quis illam acciperet. Insuper & pro ea quam extruderat, seruitium aliorum septem annorum extorserat. At Iacob peregrinus erat, & aduena, & idcirco violentum, & fortiorum indigenam in ius vocare non poterat. L I P O M A N. Rectè igitur Iacob & prudenter admodum, suggerente Deo, quod suam erat, recuperauit. Quemadmodum filij Israel egressi

loquio non potest. Necesse est enim vt & isti male loquatur de illo, & illi male loquatur de isto. Sic qui emit & vendit, sine mendacio esse non potest, & periurio. Necesse est enim vt negotiatoribus hic iuret, quia tantum valet res, & ille iuret quia non tantum valet res quantum comparat eam. & infra. Quemadmodum si triticum, aut aliquam bladi speciem in cribro, dum huc illucq; iactas, grana omnia paulatim deorsum cadunt, & in fine in cribro nihil remanet, nisi sterqus solum: sic & substantia negotiatorum, dum vadunt & veniunt, inter emptionem, & venditionem minuitur, & in nouissimo nihil illis remanet nisi peccatum.

IUSTITIA.

Concupiscentia impedit iustitiam, vide, Concupiscentia, num. 15.

Iustitia alios respicit. 1. 4.

Iustitia specialis virtus necessaria. 3. 16.

Iustitia, id est, sanctitas. 2. 4.

Iustitie admirabiles effectus. 4.

Iustitia, & non fraus fuit quod fecit Iacob circa oues. 5.

Iustitia indumentum & arma anime. 6. 7. 10.

Quas iustitias iudicabit Dominus, & quarum obliuiscitur. 8. 9.

Iustitia murus anime litus. 10.

Que parua, que sufficiens, que abundans iustitia sit. 11.

Peccator qualiter iustitiam consequitur. 12.

Sola iustitia animam satiare potest. 13. 14. 16.

Iustitia in principio amara, in fine dulcis. 17.

Iustitia cibus anime. 18.

De necessitate iustitie. 19.

Iustitia defendit habentem à calamitatibus. 20.

Iustitia progressus in mundo, & in quolibet. 21. 22.

Iustitia virtus singularis, alios respicit.

3. G E N E S. 2. Fluvius autem quartus ipse est Euphrates. A M B R O S. Christus fons est, iuxta illud; [Apud te est fons vitæ.] & fluvius etiam dicitur, & legitur, Ioan. 7. [Flumina de ventre eius fluent aqua: viva.] Hic fons, sine fluvio facit, vt lignum fructuosum sit, & ferat fructum in vitam æternam. In anima tua fons est. Vnde & Salomon ait, Proverb. 9. [Bibe aquam de tuis vasibus, & de puteorum tuorum fontibus.] Hic fons est qui procedit ex illa anima exercitata, & plena voluptatis. Hic fons est qui irrigat paradysum, hoc est, virtutes anime eminentissimo merito pullulantis. Ex anima igitur quæ culta est, non ex ea quæ inculta est, fons iste procedit, vt irriget paradysum, hoc est, quædam diuersarum fructu virtutum, quarum sunt quatuor initia, in quæ sapientia diuiditur. Itaque flumina quatuor ex illo fonte manantia, sunt fluentia quatuor virtutum, scilicet prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia. (Vnde de singulis tribus in suis locis.) Quartus fluvius est Euphrates, qui Latine, fecunditas, atque abundantia fructuum nuncupatur, præferens quoddam insigne iustitiæ, quæ omnem pascit animam. Nulla enim virtus abundantiores habere videtur fructus quàm iustitia, quæ magis alijs quàm sibi prodest, vtilitates suas negligit, communia emolumenta præponens.

furi de Aegypto ab Aegyptiis vasa pretiosa commo-
dabant. Non enim ab illis pro laboribus atque ob-
sequiis suis, impensis mercedem congruam recepe-
rant. Sequitur: *Fallaque sunt ea quae erant serotina, La-
ban, & qua primi temporis, Iacob, & in hoc euidenti-
simae respectus iustitiae est.* De primi namque tem-
poris nuptiis ex parte Laban iniustitiae causa suberat,
pro serotinis autem nuptiis Rachel nihil querelae
habebat, nihil dotis iure repetere poterat. Iustitiae itaque
omnia temperavit, ut & ipse fructum laboris sui ac-
ciperet, & Laban non penitus expoliaretur.

Iustitia indumentum animae.

6. **GENES. 31.** *Quaesivit Laban, & nihil suum inue-
nit apud Iacob.* AMBROS. Secundum alium sen-
sum. Magnus vir, & verè beatus, qui nihil potuit
suum amittere, nihil alienum habere, hoc est, nihil
minus habere, nihil superfluum. Itaque ille perfectus
est, cui nihil deest, iustus cui nihil superest. Hoc est
perfectum esse, adhaerentibus sibi commodi pluri-
mum dare, nihil afferre incommodi. Denique is qui
nocere cupiebat inanem eum non potuit dimittere.
Sapiens enim numquam inanis est, semper in se ha-
bens amictum prudentiae. Qui potest dicere: [Iusti-
tiam induebar & vestiebam iudicium:] sicut dixit
Iob cap. 27. Nam haec mentis sunt interna velamina,
&c. Vide, *Gratia*, num. 6.

Iustitia, id est, sanctitas, arma est animae.

7. **GENES. 48.** *Do tibi partem unam extra fratres
tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & ar-
cu meo.* HIERON. Haec pars Sichima est. Quod au-
tem dicit se eam in gladio & arcu possedisse, *arcum*
hic & *gladium* iustitiam vocat, per quam meruit pe-
regrinus & advena interfecto Sichem, & Emoth, de
periculo liberari. Timuit enim ut supra legimus, ne
vicina oppida ob euerfionem foederatae urbis, aduer-
sus se confurgerent, & Dominus non dedit eis, ut
nocerent illi.

Quas iustitias indicabit Dominus.

8. **PSAL. 74.** *Cum accepero tempus, ego iustitias iudi-
cabo.* OTTOMARVS. Rectè scribit Apostolus
Rom. 10. Eos qui iustitiam Dei ignorant, & suam
querunt statuere, diuinæ iustitiae non esse subiectos.
Deus igitur iustitiam quam non agnoscit, cum nihil
aliud sit nisi impietas, acri utique iudicio suo illam
persequetur.

Triplix iustitiae non recordatur Dominus.

9. **ECCLES. 44.** *Quorum iustitia oblivionem non acce-
perunt.* BERNARD. Vis ut nec tui accipiat obli-
uionem? A triplici caue periculo, & florebis in aeter-
num ante Dominum legis. [Quia tepidus es, inci-
piam te euomere ex ore meo.] Item: [Si auerterit se
iustus à iustitia sua, &c. omnium iusticiarum suarum
non recordabor.] Legis item, quibusdam dicendum
esse in iudicio. [Non noui vos,] illis sine dubio qui
mercedem suam receperunt, ergo omnis iustitia tepi-
da, omnis transitoria, omnis vendita, erit in obliuione
coram Deo.

Iustitia murus animae litus.

10. **AMOS 7.** *Ecce Dominus stans super murum litum,
& in manu eius trulla cementarij, &c.* RECC. MYSTICÉ.
Iustitia nostra murus quidam est in anima
nostra à summo rerum omnium artifice aedificatus & li-
tus. Hunc murum aedificari, suppliciter orat Propheta:
[Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion,
ut aedificentur muri Ierusalem.] Videt enim eam sine
muro consistere non posse: aedificat autem Deus, &

nos cum Deo. Dei enim cooperatores sumus, sed in-
uidentibus hostibus nostris, & quantum possunt, im-
pedientibus, ut scriptum est in lib. *Nehemia, cap. 4.*
Quare non satis est murum aedificari, nisi à Deo lini-
atur aduersus imbrum & ventorum violentiam. Vnde
Dominus, *Matt. 7.* [Omnis qui audit verba mea haec,
& facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificauit
domum suam super petram, (non suis, sed Christi
Domini innitens meritis) & descendit pluuia, &
venerunt flumina, & flauerunt venti, & intruerunt
in domum illam, & non cecidit.] Liniri autem à Deo,
est, semper auxilio eius protegi. Quare cum timore
& tremore salutem nostram operemur in laboribus, in
vigiliis, in elemosynis, in orationibus, in ieiuniis: ne-
que nostrae imbecillitati fidamus. Nā cum haec omit-
timus, & viribus nostris confidimus, ponit Deus trul-
lam in medio nostri, murusque noster facile corrui-
t, sicut contigit populo, respectu pseudoprophetarum.
De quo dicitur, *Ezechiel. 13.* [Ipsae aedificabant
parietem, illi autem lineabant eum luto absque paleis.] Pa-
rietem aedificamus cum iustitiae nostrae augendae stu-
demus, sed tunc fallaces cogitationes significatae per
pseudoprophetas, liniunt luto absque paleis, cum
opera nostra laudantes, in fiduciam nostri extollunt,
ut nobis placeamus: Sed lutum absque paleis non
haeret, sed citò decidit: ideo rectè subdit idem pro-
pheta: [Dic ad eos qui liniunt absque temperata,
(id est, puro luto, sine paleis, ut interpretatur Hiero-
nymus) quod casurus sit. Erit enim imber inuadans.] &c.

Quae parua, quae sufficiens, quae abundans iustitia sit.

MATT. 5. *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.* GALFRIDVS. Exilis iustitia in perceptione sacramentorum, & solos paruulos saluat, sufficiens in obseruatione mandatorum, & in ea salus est omnium populorum, abundans in aedificatione multorum, discipulis Christi necessaria, & successori-
bus eorum. Aliter: Iustitia est, quod suum est cuique reddere, tibi, proximo, Deo, peccata, subsidia, glori-
am. Si tua tibi peccata (nam aliud tuum nihil) cog-
noscendo tantum, & confitendo reddideris: si pro-
ximo de abundantia terrae substantiae quasi micam
tantum impenderis: Si contra Deum in crimine tan-
tum extolli timueris, modica est iustitia, & moriens
ad purgatoria loca transibis. Si dignos penitentiae
fructus; si necessitate contentus, ex duabus tunicis,
alteram dederis non habenti, & de ceteris similiter fe-
ceris: si gloriam Dei in omnibus tuis praeuleris, suffi-
ciens est iustitia, mox ouans transibis ad locum re-
frigerij, & quietis. Si verearis omnia opera tua, & ius-
ticias tuas ut pannum reputes menstruatae, & inuti-
lem te seruum reputaueris, arguis, & castigas: si de
tua tibi etiam subtrahas necessitate, & quasi vnā tuni-
cam partiaris: si nullam reputes gloriam tuam vel
iniuriam, nisi Dei gloriam vel iniuriam eius, pater
tibi regnum caelorum.

Peccator qualiter iustitiam consequetur.

MATT. 8. *Domine si vis potes me mundare.* 12. MISAAC. Prima pars iustitiae peccatoris, est de-
licti accusatio; secunda, correctio; tertia, obseruatio.
Ideo veniens leprosus, prius loquitur: *Domine si vis,*
&c. Duo consistet, sui immunditiam, Dei poten-
tiam, tertium implorat, scilicet beneuolentiam. Lan-
dans inuocat Dominum, & ideo à lepra dimittitur,
laudans potentiam, inuocat gratiam. Omnis qui sic
inuocauerit nomen Domini, salus erit, & audiet, *Volo,
mundare.*

Sola

Sola iustitia animam satiare potest.

13. **MATT. 5.** *Beati qui esuriunt, & sitiunt iusti-
tiam, quoniam ipsi saturabuntur.* BERNARD. *super illud.* *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* Nec ama-
tor pecuniae dicit aliquando, sufficit, nec libidinosus
satiabitur voluptate, & crudelis, sanguinem sicut, &
ambitiosus, aut cupidus laudis humanae adeptis di-
gnitatum titulis, seu fauoribus, nullum exinde omni-
no capit remedium, sed desiderio aetuar ampliori.
Minus autem inuenit requiem qui sibi placere cu-
pit, & suis, id est, fatui cuiusdam, testimoniis gloria-
tur. Quid igitur poterit homini sufficere? Audite,
Panis animae iustitia est, & soli beati qui esuriunt
illam quoniam ipsi saturabuntur. Nimirum ad ima-
ginem Dei facta est anima rationalis, ceteris omni-
bus occupari potest, repleti omnino non potest. Ca-
pacem Dei; quidquid Deo minus est, non implebit;
inde est quod naturali desiderio summum quouis
probatur appetere bonum, nullus, nisi eo adepto, re-
quiem habiturus. Vis peruenire ad illud? Incipe cae-
tera transilire, &c. Igitur à summo bono, eo longius
inuenieris, quo te amplius dederis caducis rebus, &
transitoriis appetendis. Infructuosa enim via est, &
inambulabilis, faciliusque peruenies spretis omni-
bus, quam adeptis. Sic Petrus fecerat, qui dicebat:
[Ecce nos reliquimus omnia.] &c. Vide, *Deus*, nu. 49.

Idem.

14. **IBIDEM.** *Sanctus Leo Sermone in festo omnium San-
ctorum.* Nihil haec esuricio corporeum, nihil expe-
tit sitis ista terrenum, sed iustitiae bono desiderat sa-
turari, & in omnium occultorum introducta secreta,
ipso Domino optat impleri. Felix mens quae hunc
concupiscit cibum, & ad talem aetuat potum, quem
utique non expeteret, si nihil de eius suauitate gu-
stasset. Vnde Dauid: [Gustate, & videte quoniam sua-
uis est Dominus.] *Psal. 33.* & addit S. LEO, de Da-
uid vel de felici anima: Accepit quandam supernae
dulcedinis potionem, & in amorem castissimam volu-
ptatis exarsit, ut spretis omnibus temporalibus, ad
edendam bibendamque iustitiam, toto accenderetur
affectu, *Iob 5.* [Cuius messem famelicus comederit, &
ipsum rapier armatus.] Vide *GREGOR. Ibi.* **CHRYSOST.** *hom. 31. operis imperi.* Si ostenderit leoni vi-
dem herbam, aut campum bene florentem, non exci-
tatur eum in concupiscentia, quia non habet hoc in
natura, ut herbas manducet. E contra, si ostendas boui
carnes, non concupiscet; quia bouis natura non est,
ut carnes manducet. Sic & homini mundiali si de
bono caelesti loquaris, non excitatur in concupi-
scentia boni. Quod per pacem & iustitiam perueni-
tur ad gaudium, Vide, *Gaudium*, num. 20. ex *Bernard.*

Iustitiam deserit timor humanus.

15. **MARCI 6.** *Volens occidere eum, scilicet Ioannem,
& timuit populum.* Dicebat Ioannes Herodi (ait
PETRVS RAVEN.) quod erat legis, quod iustitiae,
quod salutis, & ecce qualem consecutus est ab ipso
pro pietate mercedem. Facile enim deuiat à iustitia
qui in causis non Deum, sed homines pertimescit.

Iustitia alios respicit.

16. **ROM. 14.** *Regnum Dei, &c. Sed iustitia, pax, &
gaudium.* Vide, *regnum*, num. 17. GALFRIDVS. A
iustitia inchoandum. Hoc enim inuit qui dice-
bat. [Primum quare regnum Dei, & iustitiam eius.]
Iustitia verò unicuique reddit quod suum est. A te-
mecipso incipere libet. Redde ergo tibi quod tuum
est. Puto autem si diligenter vniuersa scruteris, nihil
tuum inuenies aliud, quam peccatum. Hoc tibi pro-

prium, tibi redde, in alterum ne refundas. Quid au-
tem proximis reddes? Si sua illis omnia reddere velis,
nihil in donis naturae, quod gratiae filius non com-
munices. Cetera à peccato omnia nostra inuicem di-
cimus: nemo sua. Porro si spiritualia communicanda
accepimus, in alterum administramus, tanquam
boni dispensatores gratiae Dei, &c.

Iustitia in principio amara, in fine dulcis.

ORIGENS hom. 14. in Iesum Nane. Peccato
nihil potest esse amarius, etiam si dulcia quaer-
dam videantur in primis, sicut Salomon scribit. [Sed
in nouissimis, inquit, amarius felle inuenies, quod
dulce in initiis videbatur, & acutius acie gladij.] Ius-
titia verò natura contraria, in initiis videtur ama-
rior, in nouissimis verò melle dulcior inuenitur, cum
virtus fructus attulerit.

Iustitia cibus animae.

LACTANTIUS lib. 2. cap. 13. Sicut ardere ac vi-
luere non potest ignis, nisi aliqua pingui materia
teneatur, in qua habet alimentum: sic animae mate-
ria, & cibus, est sola iustitia qua tenetur ad vitam.

De necessitate Iustitiae.

MATT. 5. *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, & Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.* BASILIUS *tract. de Baptismo.*
Quemadmodum pauper spiritu nisi regeneretur ex
aqua & spiritu sancto, non poterit intrare in regnum
caelorum; propter Domini sententiam: ita rursus nisi
iustitia ambulauerit plusquam scribarum, & Phari-
saeorum, aut si talium aliquid quidquam defuerit,
propter similem sententiam non habebitur dignus
regno caelorum.

Iustitia defendit habentem à calamitatibus.

CHRYSOST. hom. 48. operis imperi. Quemad-
modum si quis in campo quodam, tabernaculo
circumdatus sit, si aliqua surrexerit tempestas ven-
torum, sonum quidem tempestatis audit, vexationes
siluarum videt, ipse autem statum non sentit. Sic qui
intra iustitiam sedet inclusus, quando mundus con-
cutitur, tumoresurbationum audit, saecularium mi-
serationes, ipsum autem concussio mundi non mouet.

Iustitia progressus in mundo.

TERTULLIANVS lib. de uelands Virginibus. 21.
Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum
promoueri. Granum est primò, & de grano frutex
oritur, & de frutice arbuscula enutritur, deinde rami
& frondes inualescunt, & totum arboris nomen ex-
panditur, inde germinis tumor, & flos de germine
soluitur, & de flore fructus aperitur, is quoque rudis
aliquandiu, & informis, paulatim aetatem suam diri-
gens eruditur in mansuetudinem saporis. Sic & ius-
titia (nam idem Deus iustitia, & creaturae) primò
fuit in rudimentis naturae. Deum metuens, dehinc
per leges, & prophetas promouit in infantiam, de-
hinc per Euangelium efferbuit in iuuentutem: nunc
per paracletum componitur in maturitatem. Hic erit
solus à Christo magister, & dicendus, & uenerandus,
non enim à se loquitur, sed quae mandantur à Chri-
sto. Hic solus antecessor, quia solus post Christum;
Hunc qui receperunt, veritatem consuetudini ante-
ponunt.

Iustitiae progressus in quolibet iusto.

CHRYSOST. hom. 18. operis imperi. Sicut qui pec-
cat, dum peccat, magis ac magis tenebreficit
mens eius, & à luce veritatis recedit. Sic & qui iusti-
tiam

tiam operatur, magis ac magis clarescit mens eius, & ad notitiam sapientiae maioris ascendit.

IUSTI IN VIA.

- Iustorum nomina coram Deo aeterna.* 1. 16. 19. 24.
Iusti illuminantur. 2. 3. 24. 27. 39.
Differentia inter iustos, & peccatores. 1. 2. 4. 6. 9. 15.
 16. 23. 24. 27. 34. 38. 39.
Iustus sedes Dei est. 5. 4. 2. *Iustus paradysus.* 8.
Iusti iniustus dominantur. 7. 29. 30. 31. 33. 34.
Iusti etiam malis bene utuntur. 9.
Iustus fructu, peccator foliis tegitur. 10. 32.
Iustus qualiter conterit, & qualiter conteritur à serpente. 11.
Iusti filij Dei dicuntur. 12. 37. 45.
Iustus inter malos magis lucet. 13. 14.
Iusti vera nobilitas virtus. 15.
Iustus non solum homo, sed etiam vir, & perfectus dicitur. 15.
Iustorum zelus animarum. 16.
Propter iustum unum multi saluantur. 17. 25. 44. 48.
Iustus tam consolatur aduersis quam prosperis. 18. 33.
Iustus super petram aedificat. 19.
Iusti persecutionem patiuntur propter iustitiam. 20. 35. 36.
Iustus doctor ceterorum. 20.
Iustorum potentia. 21.
Iustorum virtus thesaurus. 22.
Iustorum pax, & veritas. 23. & *securitas.* 41.
Iustorum intercessio. 25. 28. 44.
Iustus valde estimandus. 25.
Iustorum exempla sequenda. 26.
Iusti liberi, peccatores serui. 34.
Deus iustorum dicitur Deus. 37.
Iusti etiam in temporalibus prosperantur quandoque. 38.
Impius iustus terribilis. 40.
Iustus persequi grauius peccatum. 43.
Oculi Domini super iustos. 45.
Iusti in manu Dei sunt. 46. 47.
Iusti qualiter sint in signa & tempora. 49.
Iusti quare permittuntur in peccata grauiora incidere. 50.
Iusti, & peccatores mixti sunt in presenti. 51.
Iustus non permanet in peccato. 52.
Iustorum tribulationes, & dolores. 53. 35.
Iusti Angelis comparati, peccatores sunt. 54.
Mens iusti similis debet esse cere. 56.
Iusti iniustos conseruant. 57.
Qualiter intelligitur iusto non esse legem positam. 58.
Iustus in iustitia permanet. 59.
Quomodo sanctis etiam mala cooperentur in bonum. 60. 61. 62. 63.
Iusti in caelum, & aeternam mercedem solum intendunt. 64.
Vita iustorum abscondita. 65.
Iustus comparatur palma. 66.
Iusti columbis comparantur. 67.
Nomina iustorum, & merita saepe manifestantur. 68.

Iusti equi sunt Christi; peccatores vero, diaboli. 69.

Iusti in patria. Vide, Sancti.

Iustorum nomina coram Deo aeterna.

GENES. 1. *Et vocauit Deus firmamentum, caelum.* RVPERT. Notandum quod de animalibus quae sine dubio praetereunt, dicitur infra, quod [adduxit ea Deus ad Adam, vt videret quid vocaret ea, & omne quod vocauit Adam animae viuentis, ipsum est nomen eius.] Res vero quae aeternae sunt, vt puta lux, tenebrae, caelum, terra, mare, &c. Deus ipse eas nominat. Quasi diceret Deus. Nominent homines vt liberent animalia, id est, peccatores, quia, vt ait propheta, recedentes à te in terra scribentur. At iustos quorum memoria in benedictione est, & in memoria aeterna erit iustus, Deus ipse nominat. [Gaudete, & exultate quoniam nomina vestra scripta sunt in caelis.] Vnde & Ioannem Baptistam, cognati, Zachariam vocabant, at nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Sic enim Angelus patri eius ait: [Vocabis nomen eius Ioannem.] Similiter Christo Domino impositum est nomen ab Angelo: [Et vocabis nomen eius Iesum,] imò à Patre: [Et vocabitur tibi nomen, quod os Domini nominauit.] Peccatoribus homines nomina imponunt, at coram Deo nomine carent, vt diues auarus, & Magdalena. [Ecce mulier peccatrix.]

Iusti illuminantur.

GENES. 1. *Fiant luminaria in firmamento caeli, &c.* ORIGEN. Ita & in nobis fieri potest: Si tamen studeamus & nos vocari & effici caelum. Luminaria habebimus in nobis, quae illuminent nos, scilicet Christum, & Ecclesiam, solem, & lunam. Christus enim est lux mundi, & sol iustitiae. Ecclesia autem sicut luna suscepto lumine à Sole Christo, illuminat omnes qui in ignorantia nocte versantur. Sicut enim sol, & luna illuminant corpora nostra, ita & Christo, & Ecclesia illuminantur mentes nostrae. **IVNIIYS.** Semper quidem luminaria in firmamento caeli lucent, non autem semper illuminant terram, sed temporibus opportunis. Quia & nubes quandoque lucem impediunt, luna item non semper lucet, nec stellae in praesentia solis. Vnde sol dicitur, quia solus lucet. Sic & iusti, quorum conuersatio in caelis est, semper illuminantur. Non item qui terrena sapiunt, quia sol nube tegitur, &c. Vnde Propheta: [Lux orta est iusto, & rectis corde laetitia:] Filij Israel in terra Iesse lux erat: in Aegypto tamen tenebrae densissima.

Idem.

IBID. ORIGEN. Sicut non aequaliter oculi corporis nostri illuminantur Sole, sed quanto quis in loca altiora conscendit, tanto amplius splendoris eius vim percipiet, & calor: ita etiam mens nostra quanto altius & excelcius appropinquauerit Christo, tanto magnificentius & clarius eius lumine radiabit. Sicut & ipse ait per prophetam: [Appropinquate mihi, & appropinquabo vobis.] & alibi: [Deus appropinquans ego sum, & non Deus de longè:] & alibi: [Accedite ad eum, & illuminamini.]

Differentia inter iustos, & peccatores.

GENES. 1. *Producant aqua reptile, & volatile super terram.* Iustis bona spiritualia, peccatoribus autem temporalia Deus concedit. Vide, *Bona* num. 6. Item iustus caelum, reprobus infernum dabit Deus. Vide, *Iudicium finale*, num. 4.

Iustus

Iustus sedes Dei est.

ORIGEN. *supra cap. 1. Genesis explicat illud Isaia 66. Caelum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.* Id est, in his quorum conuersatio in caelis est, sedeo, & requiesco; in his autem qui adhuc terrenum propositum gerunt, vltima pars prouidentiae meae inuenitur, quod in pedum appellatione figuratiter indicatur; efficiuntur autem etiam ipsi sedes Dei, facti prius conuersatione & peritia caelestes. Qui etiam dicunt: [Suscitauit nos cum Christo, & simul sedere nos fecit in caelestibus.]

Differentia inter iustos, & peccatores.

GENES. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Talis est iustus, peccator vero, etiam si ad imaginem est Dei, non tamen ad similitudinem. Vide, *Homo*, num. 13. & *Tribulatio*, num. 60. ex *Glossa Ordinaria*.

Idem.

Iusti iniustus dominantur.

GENES. *Et praesit piscibus maris, &c. & bestiis terrae.* RVPERT. Praesint igitur natura homines iumentis, ipsis autem hominibus gratia praesunt homines Dei, id est, electi, qui dignitate naturae suae Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Hi autem qui cum in honore essent, non intellexerunt, comparentur pro vitio suo iumentis, & sint subiecti hominibus Dei. **ISIDOR.** *supra illud: Adae sculum & feminam fecit eos.* Sicut igitur viro subiecta est mulier, sic spirituali, & perfecto viro obediens est in Ecclesia is qui minus perfectus est. Vnde Apostolus, 1. *Thessal.* 5. ait: [Rogamus vos fratres vt cognoscatis eos qui in vobis laborant, & praesunt vobis in Domino:] dicitur enim eis: [Crescite, & multiplicamini,] scilicet in spiritu, & ipsi dicunt illud *Psal.* [Multiplicabis in anima mea virtutem,] & dominantur rationes intellectuum carnalium quasi infensibilium animalium.

Iusti anima, paradysus est.

GENES. 2. *Fluuus egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum.* AMBROS. Est autem paradysus mystice anima foecunda, & fertilis, in Eden plantata, id est, in voluptate quadam. In ea est spiritus, tanquam Adam, & sensus tanquam Eva. Considera autem quae habeat anima ista subsidia, in ea est fons ad irrigandum, id est, Dominus Iesus Christus, de quo scriptum est: [Quoniam apud te est fons vitae,] qui fons, & fluuius dicitur & legitur. Quoniam & dicitur *Ioannis* 7. [Flumina de ventre eius fluent aquae viuae.] Hic fons siue fluuius, facit vt lignum fructuosum sit, & ferat fructum in vitam aeternam. In anima tua fons est: Vnde & Salomon ait: [Bibe aquam de tuis vasibus, & de puteorum tuorum fontibus,] &c. Vide, *Iustitia*, num. 1.

Iusti etiam malis bene utuntur.

GENES. 2. *In quocumque die comederis, morte morieris.* D. THOM. 2. 2. *quast.* 164. ar. 1. ex D. Augustini doctrina. Quemadmodum iniusti, male utuntur non tantum malis, sed etiam bonis; ita iusti, bene utuntur non tantum bonis, sed etiam malis. Iniusti male lege utuntur, quoniam lex fit bonum; iusti autem bene morte utuntur, vt patet in martyribus, quoniam mors fit malum. Vnde mors quae in poenam data fuit homini, meritoria ei fuit.

Iustus fructu, peccator foliis tegitur

GENES. 3. *Conseruant folia ficus, & fecerunt sibi perizoniam.* AMBROS. Postquam primi paren-

tes, spoliatos se illa sinceritate & simplicitate viderunt integræ incorruptaeque naturae, quætere mundana & manufacta ceperunt, quibus nuda suae mentis operirent: delectationes delectationibus, & voluptates voluptatibus, velut folia folijs affluentes. Docet ergo me Adam quid sint folia, qui postquam peccauit, de folijs ficus fecit sibi succinatorium, qui de fructibus magis eius gustare debuerit. Iustus fructum eligit, folia peccator. Quis est fructus? Dicit Apostolus *ad Gal.* 5. [Fructus spiritus est, caritas, gaudium, pax, patientia,] &c. Non habebat fructum, qui gaudium non habebat: non habebat fidem, qui prauaricatus est mandatum Dei; non habebat continentiam, qui de interdicto sibi gustauerat ligno. Hinc est quod voluit se cooperire quibusdam ficus folijs, fortasse quibusdam inanibus & vmbrailibus sermonibus, quos compositis mendacijs affluens, ad operendam conscientiam suae mentis, factique velamen, peccator intexit: vt pudenda sua contegat, Adam folijs se cinxit, & ideo male succinctus est. In quo significauit, filios suos potius ad folia peccatorum quam fructus virtutum, manus porrecturos, vsque quod veniret Christus qui ficum inuenit inultam & frondosam, & rogatus ne eam iuberet excidi, vt coleretur, permisit. & ideo iam non folijs, sed diuino succingimur sermone: quia ipse Dominus ait: [Sint lumbi vestri praecincti,] &c. & alibi: [Nolite portare pecuniam in zonis vestris.] Ac si diceret: Non saecularia, sed aeterna, debet zona vestra seruari.

Iustus conterit caput diaboli, & conteritur in calcaneo.

GENES. 3. *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* HIERON. In Hebraeo habetur, *Ipsam, scilicet semen mulieris, conteret caput tuum, & tu conteres eius calcaneum.* CAIET. Potest sententia hac referri ad genus electorum. Quia electus quifque conterit caput, hoc est, supremam partem, diaboli, hoc est, officium diaboli prouocatum ad malum culpae. Conteritur autem in calcaneo, hoc est, in infima sui parte, hoc est, in corpore secundum malum poenae temporalis, à diabolo.

Iusti filij Dei dicuntur.

GENES. 6. *Videntes filij Dei filios hominum, &c.* GAVVS. Per filios Dei intellige filios Seth, hoc est, homines iustos, qui concupiscentia lapsi, peccauerunt cum filiabus hominum, id est, Cain, & aliorum filiorum eius. THEODOR. tenet idem, & addit, quod multo tempore filij Seth nulla ratione se immiscuerunt generi Cain à Deo maledicti: longo tamen post tempore pulchritudine mulierum ex genere Cain delectati sunt & musicis instrumentis, quae à Iubal, ex genere Cain orto, inuenta sunt, atque ita illis se immiscuerunt. Idem tenent CHRYSOST. GENNAD. ALBIN. & LIPOMAN.

Iustus inter malos lucet magis.

GENES. 6. *Noë vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, &c.* AMBROS. Ostendit quod hominem iustum non obumbret aliorum offensio, quando ipse ad totius generis reseruatur seminarius. CHRYSOST. Noë inter tot peccatores scintillam virtutis seruauit, & sicut illi malis operibus misericordem Deum ad indignationem prouocauerunt, sic ipse, virtute pollens gratiam inuenit coram Deo. Hinc discimus quod si sobrij fuerimus, & non desides, non solum nihil nobis nocet inter medios malos versari, & misceri, sed & multo nos facit virtutum studiosiores. Nam ideo misericors Deus sic dispensauit, vt simul essent boni & mali, quod malorum suberna-

reitur malitia, bonorumque virtus, claris elucesceret, & desideria studiosis plurima commoda lucrifacerent modò vellent.

Idem.

14. **I**BIDEM. *Idem Chrysof.* Noè multos habebat, imò omnes qui ad malum, & ad prava opera inhortabantur, & nullus erat qui ad bonum induceret: & tam domestica illi virtus erat, vt viam diuersam à vulgari, quam omnis multitudo inambulabat, iret. Adimplens illud quod Moyses olim dicturus erat: [Nefis cum multis in malitia.] & illud *Eccli.* 16. [Melior est vnus faciens voluntatem Domini, quam innumeri prauaricatores.] Semper contra virtutem insanit malitia, at non solum nihil illi nocuit, sed & manifestando, fortiolem reddidit. Tantum enim virtutis robur est vt patiēdo superet negotium sibi facientes, & cum impugnetur hostibus, fiat potentior.

Iusti vera nobilitas, virtus.

15. **I**BIDEM. *He sunt generationes Noè. Noè vir iustus.* &c. **CHRYSOST.** Rarus & alienus genealogiae modus. Loco genealogiae ponitur eius iustitia. Vidisti admirabilem genealogiam. **AMBROS.** Non generationis nobilitas, sed iustitia, & perfectionis merito laudatur, probati enim viri genus virtutis, profapia est. quia sicut hominum genus, homines; ita animarum genus, virtutes sunt: etenim familiae hominum, splendore generis nobilitantur; animarum autem clarificatur gratia splendore virtutis. **CHRYSOST.** Ob carnales voluptates quibus immergi erant, amiserant esse homines. Ille autem non solum homo, quia hominis imaginem in tanto populo solus seruauit, sed & vir, quia virtutem coluit. Mos enim scripturae est, vt vitis studentes & virtutum negligentes, hominum nomine vocare non dignetur. Supra enim, caro appellati sunt, & infra terra nominantur. [Corrupta est autem terra coram Domino.] Et apud Prophetam, nec terra, nec caro appellantur. Sed nec esse eos putat in praesenti vita, eo quod virtute careant. [Veni, & non erat homo, vocaui, & non erat qui audiret.] & alibi: [Discurrite, & videte si est vnus qui faciat iudicium, & iustitiam, & propitius ero.] Noè igitur vir iustus. Quasi dicat: Ceteri non homines, sed humanam gerentes formam, in bestias mutati sunt, quia cum in malum declinant, serui fiunt irrationabilium affectionum, &c. Vide, *Peccator.* Similiter & Iob ille, vir simili ratione appellatur, & non solum vir, sed & iustus appellatur. Hac enim appellatione omnem virtutem complectitur. Denique vt dicas quomodo ad summum fastigium peruenerit, perfectus, inquit, fuit. Omnia enim impleuit quaecumque facere conuenit eum qui virtutem amplectatur, nihil intermisit, in nullo claudicauit. *Perfectus fuit in generationibus suis.* Id est in tempore illo, in generatione illa peruersa: quod quidem maius virtutis pondus testatur. **HIERON.** Signanter additur in generationibus suis, vt ostendatur, non iuxta iustitiam consummatam, sed iuxta generationis suae iustitiam, eum iustum fuisse. Vnde **INTELL.** Perfectus videlicet sicut viator, non sicut comprehensor. Id est: secundum iustitiam perfectam praesentis vitae non futurae.

Iustorum zelus animarum.

16. **GENES.** 6. *Ego disperdam eos cum terra: fac tibi arcam.* &c. **CHRYSOST.** Cogita nunc obsecro qualem tunc habuisset animam iustus Noè cum hac audiret à Domino. Nam licet multarum virtutum suarum conscius esset, non tamen absque dolore quae dicebantur, accepit. Iusti enim pro aliorum salute quaeque ferre eligerent, & valde solliciti sunt. *Fac tibi arcam:* Tibi, inquit, Quia non communicasti homi-

num ceterorum peccatis, sed omnem in virtutibus vitam peregisti. Illi autem communi interitione peribunt. Sequitur: *Pondamque fedus inueni tecum.* **AMBROS.** Quia terrena omnia moriuntur diluuiio, iustus autem in aeternum manet. Ipse enim diuina est haeres gratiae, ipse caelestis possessor hereditatis, beatissimum consors bonorum. Vide, *Sancti*, num. 7.

Propter iustum unum multi saluantur.

17. **I**BIDEM. *Ingredieris arcam tuam, & filij tui, uxor tua, & uxores filiorum tuorum tecum.* **CHRYSOST.** Consuetudo enim misericordis Dei est honorem hunc dare seruis suis, vt propter eos saluentur, & alij. Id quod & Beato Paulo concessum est. *Actor.* 27. cum Romam nauigaret. Orta enim in mari tempestate magna, ita vt omnes timerent, vocatis omnibus dicit: [Bona animo estote viri: amissio enim nullius animae erit ex vobis praeterquam nauis. Assitit enim mihi hac nocte angelus Dei, cuius sum ego, & cui deseruio, dicens: Ecce, donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum.] Ita similimodo hoc loco factum est. Vide, *Paupertas*, num. 14. ex *Ruperr.*

Iustus ex aduersis & prosperis consolatur.

18. **GENES.** 8. *Dimisit columbam; at illa venit ad eum.* *Gad vesperam, portans ramum,* &c. *Et post septem alios dies emisit columbam, qua non est reuersa.* **CHRYSOST.** Vide quomodo iustus, in omnibus consolationem accipiat iustam. Nam vt bona spe recreatus est, cum rediret columba, & oliuae folium in ore ferret: Ita & cum egressa non rediit, maximum illi indicium fuit quod sufficientem inuenerit refocillationem, & aquae in vniuersum deserint. *Hac ille.* Iustus quilibet aequalem debet consolationem accipere, tam ex aduentu consolationis spiritus, quam ex recessu, &c.

Iustus super petram aedificat.

19. **VENITE, Faciamus lateres, &c. *Genes.* 11. Vide, *Bona*, num. 15. ex *Gregorio*, & celeberrimus nomen nostrum, &c. Vide, *Ambrosio*, num. 1. ex *Chrysofomo*.**

Iusti persecutionem patiuntur propter iustitiam.

20. **GENES.** 11. *Tulit itaque Thare Abram filium suum,* &c. *Et eduxit eos de Ur Chaldaeorum.* &c. **AVGVST.** 16. *de ciuitate*, cap. 13. Quod autem Thare, & filij eius persecutionem passi sunt in Chaldaea, Achior refert, in *lib. Indub.* dicens: [Hac progenies populi est Chaldaeorum: & antea habitauerunt Mesopotamiam, quia noluerunt sequi Deos patrum suorum, qui fuerunt in terra Chaldaeorum gloriosi, sed declinauerunt de via patrum suorum, & adorauerunt Deum caeli quem cognouerunt, & proiecerunt eos à facie deorum suorum, & fugerunt Mesopotamiam, & habitauerunt ibi,] &c. & cap. 12. *Vade. Praecipue Pharaon,* &c. **CHRYSOST.** Terribilis postea erat eis vir iustus, & propterea magnis officiis urgebant, vt inde egrederetur cum omnibus bonis suis. Sic fit non solum doctor per ea quae contigerunt Aegyptiis, sed etiam omnibus qui in itinere erant, & qui in Palaestina habitabant. Dicebant enim virtutem prouidentiae diuinae erga illam. & cap. 13. *Loth habitabat in Sodomis, homines autem Sodomitae pessimi erant.* **LIPOMAN.** Iustus Loth mittitur ad eos, vt Sodomitae eius virtutibus aedificarentur. Deus enim qui neminem vult perire, populis illis doctorem & praedcatorem exhibere voluit, cuius optimis moribus & actionibus eruditi, à secleribus pessimis abstraherentur.

Iustorum potentia.

21. **GENES.** 14. *Nunciauit Abram Hebraeo.* **HIERON.** *Alia litera. Nunciauit Abram transitori.* **RUPERR.** Sed

Sed quare nunquam haecenus sic appellatus? Ob commendandam magnitudinem rei, ac virtutis, quod scilicet *transitor*, id est, peregrinus, & aduena Deo protegente fecerit rem quam indigenae quinque reges facere non potuerant, & de victoribus quatuor regibus plenam reportarit victoriam. **CHRYSOST.** Considera Dei potentiam. Non enim corporali robore reges hos deuicit patriarcha, sed sua in Deum fide, & superno praesidio adiutus, omnia illa gessit. Non armis, nec machinis opus habebat. Erat enim manus superna quae adiunabat, & comitabatur. Sequitur: *Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius,* &c. Attende quanta sit virtus aliquem diuino frui adiutorio. Rex peregrino, & senis, in occursum egreditur, & omnem honorem impendit. Iam enim didicerat à patriarcha quod nihil proficit regni utilitas ei qui est superno auxilio destitutus, & quod nihil potentius sit eo qui manu Dei adiunatur.

Iustorum virtus, thesaurus.

22. **I**BIDEM **CHRYSOST.** *super caput Genes.* 15. *agens de virtute Abrabae, sic ait:* Thesauo cuiusdam assimilatur virtus iustorum. Nam sicut si quis ex illo quotidiano, vel paruum partem accipiat, breui sibi copiam rerum quanta satis est, parat: Ita si quis iusti virtutem contempletur, & sicut à fonte, etiam si omnes hauriant, non imminuentur fluentia, sed magis aquarum natura scaturit: Ita & à iusti virtute licet sibi copiam hauriant, non solum non euacuantur virtutum exempla, sed semper abundantior est scaturigo bonorum.

Iustorum pax, & unitas.

23. **GENES.** 15. *Qui tollens vniuersa haec, diuisit ea per medium,* &c. *aves autem non diuisit.* **ISIDOR.** Ideo aves non diuisit, & animalia diuisit, quoniam carnales, & in populo veteri, & nunc inter se diuiduntur, spirituales autem nullomodo. Schisma enim non cogitant, sed pax est semper in ipsis; sicut columbae sint. id est, inter populos degant, sicut turres, hoc est, à negotiosis conuersationibus hominum se remoueant, semper seruatur virtutem spiritus in vinculo pacis. **AVGVST.** *Serm. de Quinquages.* Abraham, illa tria animalia diuisit in duas partes, non autem aves, quia in Ecclesia Catholica carnales diuiduntur, spirituales omnino non diuiduntur, &c. quia est illis cor vnum & anima vna in Deum, est illis vnum velle, ac nolle, &c. & quando carnales diuisi grauibus vitiorum compedibus, premuntur in mundo, spirituales diuisarum virtutum pennis eleuantur in altum, & duabus velut alis, duobus scilicet praecipitis, diligendi Deum & proximum, eriguntur in caelum, & dicere possunt cum Apostolo: [Nostra conuersatio in caelis est, & quoties sacerdos dixerit, sursum corda, securi, & fideliter dicunt se habere ad Dominum, quod valde pauci, & rari in Ecclesia cum veritate dicere possunt. Spirituales ergo non diuiduntur, quia à Dei, vel proximi amore separari non possunt, sed & cum Apostolo clamant: [Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio?] &c. Spirituales ergo nec tormentis separantur à Christo, carnales vero interdum, etiam otiosis fabulis separantur. Illos non separat nec crudelis gladius, istos vero separat carnalis affectus, spirituales nec dura frangunt, carnales etiam blanda corumpunt.

Iusti illuminantur.

24. **GENES.** 18. *Nam celare poterò Abraham quae gesturus sum:* **LIPOMAN.** Sicut amicis praefertim familiaribus secreta à dominis reuelari solent; sic viri perfecti, & amici Dei, per donum sapientiae

consummatæ quasi eius consiliarij ac secretarij efficiuntur; ita vt Deus incerta & occulta sapientiae suae eis manifestet. Sequitur: *Cum fructus sit in gentem magnam.* **CHRYSOST.** Ac si dicat: Tu quidem qui virtutem amplexaris, & meis obtemperas praecipitis, in gentem magnam eris. Impij autem Sodomitae disperibunt omnes. Nam sicut virtus, salutis causa est, ita & malitia interitus.

Iustorum intercessio.

25. **GENES.** 18. *Si inuenero Sodomis quinquaginta viros in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos.* & in fine ait Dominus: *Non delebo propter decem.* **AMBROS.** Discimus ex hoc loco quantum murus sit patriae vir iustus. Quemadmodum non debemus inuidere sanctis, nec temere derogare, illorum etenim nos fides seruat, illorum iustitia ab excidio defendit. Sodomam quoque si habuisset viros decem iustos, potuit non perire. **GREGOR.** in 1. *Reg. cap. 14.* Quid mirum si ad absolutionem peccatoris propria merita suffragantur, quando sacri eloquij auctoritate discimus, quia alij pro alijs liberati sunt? Aliorum quidem bono opere alij adiuantur. Vnde ad peccantem regem Salomonem dicitur: [Quia non castodisti praecipita mea, dirumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo: veruntamen in diebus tuis non faciam, propter Dauid patrem tuum.] Non solum autem patrum opera filiis profunt, sed etiam ciues pro ciuibus liberandos agnouimus. Euertenda Sodomae se promisit Dominus parere, si in ea tantum decem iustos inueniret. Ierusalem quoque respici misericorditer dicitur, quia aliquanta bona opera inuenta sunt. Heli quoque vita propria iustus, sed auctoritate pastoralis remissus, à viro Dei audiuit: [Pars magna domus tuae morietur, cum ad virilem aetatem peruenerit, veruntamen non auferam penitus ex te virum ab altari meo: vt monstraret, & pro dissolutione percussus, & pro praeterita conuersatione respectum. Percussus igitur est ex parte, quia qualemcumque vitam immunditiam habuit. Vide, verbo, *Sancti*, num. 12. ex *Chrysof.* qui sic prosequitur: Igitur dilecte, quando videris virum vili externo habitu vestitum, virtute vero intrinsecus amictum, ne vilipenderis quod apparet, sed animi diuitias virtuteque fulgentem venerare. Talis erat Elias qui melotem tantum habuit, & purpura vestitus Achab illius melote indigebat. Vide autem quanta potestate distent. Melote huius caelum aperuit, pluuiarum descensum sistit, & lingua prophetae frantum fuit caelo; purpura autem amictus, & diademate, circumibat quarens prophetam, & nihil lucri ex sua potestate habebat. Torus mundus vni iusto non est conferendus. vnde Paulus: [quibus dignus non erat mundus.]

Exempla iustorum imitanda.

26. **CHRYSOST.** *super cap. 19. Genes.* Quemadmodum floridum quoddam pratium, varios flores ostentat: ita & diuina scriptura iustorum virtutes nobis demonstrat. Non vt sicut illorum florum fragrantia paruo tempore fruamur, sed vt perpetuam inde utilitatem recipiamus. Flores statim marcescentes, suam gratiam amittunt; iustorum autem virtutes, si eas in sinu mentis reponimus, per omne tempus, si volumus, earum suauolentia frui poterimus. Vide, *Exempla.* Vide, *Sancti*, num. 26.

Iusti illuminantur.

27. **GENES.** 19. *Veneruntque duo Angeli Sodomam vespere.* **AMBROS.** Vespere autem venerunt, meridie vero ad Abraham. Quia iusto refugit Angelorum praesentia, impiis tenebras affert. **GLOSSA GRACA.**

GRÆCA. Bona enim luci similia sunt, mala verò, vesperi, ac tenebris, occidente malis ac impiis sole iustitiæ. R. V. P. E. T. *Vespere.* Quia hora visitationis, tristissimæ peccatorum causæ congruit. Iustus autem visitatur meridie, vt Abraham visitatur, & manerit iuxta illud. [Mane astabo tibi, & videbo.] & alibi: [In matutinis meditabor in te.] GRÆC. 2. *Moral. cap. 2.* De Iuda nō redituro ad veniā, dicitur, nocte exiisse. & de diuine iniquo dicitur: [Etiam hac nocte reperent à te animam tuam.] Anima quippe quæ ad tenebras ducitur, non in die, sed in nocte reperitur. Hinc etiam est, quod Salomon non perseueraturus, sapientiam in somnis ac nocte accepisse dicitur, & Angeli ad Abraham meridie veniunt; punituri autem Sodomam, vesperi.

Iustorum intercessio.

28. **I**BIDEM. *Cum subuerteret Dominus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrabæ, & liberauit Loth.* AVGVST. Commendat scriptura, meritis magis Abrabæ liberatum esse Loth, vt intelligamus iustum Loth dictum secundum quemdam modum, maxime quod vnum verum Deum colebat, & propter comparationem scelorum Sodomitarum, inter quos viuens, ad vitam similem non potuit inclinari. CHRYSOST. Propter orationem patriarchæ quam fecit, dicens: [Ne simul perdas iustum cum impio,] iustus Loth seruatus est, & non tantum propter suam iustitiam, quando enim quod ex nobis est simul afferimus, & accessit intercessio sanctorum, plurimum nobis confert. quod si negligentes fuerimus, & spem in illis solis collocamus nostræ salutis, nihil amplius nobis prodest, non quod infirmi sunt iusti, sed quia propter desidia nos ipsos perdimus. Quod ita hoc sit, audi Deum ipsum dicentem ad Ieremiam, *cap. 7.* [Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te.] Prædicat propheta primū, ne cum post orationem non exaudiat, tribuatur hoc suis demeritis. Secundò, vt intelligerent Iudæi, quod nihil eis prodest propheta, nisi & ipsi quæ sua sunt, profere velint. Id scientes charissimi, confugiāmus ad sanctorum preces, & oremus vt pro nobis intercedant, sed non illorum precibus tantum confidamus, sed & ipsi nostra vt oportet, dispensemus rectè, & ad meliora semper conuertamur, peccatorum maculas purgantes, & iustitiam in omnibus sectantes. *Hæc ille.* In confirmationem huius doctrinæ *cap. 20.* *Dixit Deus Abimelech, vedde uxorem viro suo, & orabit pro te, quia propheta est: & viues.* IN-TERL. Quia soluitur commissum, cum restituitur amissum. *Redde uxorem viro suo.* LIPOMAN. Reliquere necessarium est agnoscere errorem, & restitutio ablata, pars est penitentiae. Necessè etiam est, vt suis mihi precibus commenderis, & ob eius orationem viues. AMBROS. Abimelech rex clementiora meruit quàm Pharaon, eo quod Abraham pro eo rogauit, & impetravit.

Iniusti, iustis seruiunt.

29. **G**ENES. 25. *Adiur seruiet minori.* AVGVST. In Ecclesiæ namque vtero, mali seruiunt bonis, non vtique obsequendo, sed persequendo, quomodo persecutores martyribus, & limæ vel mallei auro; quomodo molæ seruiunt tritico, quomodo panibus coquendis fornalibus; sic mali seruiunt bonis; quomodo in fornace aurificis palea seruit auro, vbi palea consumitur, & aurum probatur, sic mali seruiunt bonis. Non ergo gloriantur, nec se excolant mali, quando bonis aliquas tribulationes immiserint: quia cum illos persequuntur in corpore, se occidere probantur in mente. Vt ad virum bonum perueniat hominis mali peruersitas, iam illius animam patrefacit iniqui-

tas. Item ideo dictum est: *Adiur seruiet minori*, quia semper maior est numerus malorum quàm bonorum. [Stultorum enim infinitus est numerus.]

Idem.

GENES. 27. *Fratri tuo seruiet.* AMBROS. Bonus pater cum duos haberet filios, vnum intemperantem; prudentem & sobrium alterum, vtique consulit. Intemperanti præfert sobrium, & insipientem prudenti statuit obedire. Quia insipiens non potest voluntarius discipulus virtutis esse, neque perseuerare in studio, quia stultus sicut luna mutatur, meritoque ei libertatem propriam negauit arbitrij, ne velut nauis in fluctibus sine gubernatore fluctuaret; sed subdit eum fratri. Sicut scriptum est, *Proverb. 11.* [Seruit imprudens prudenti.] Rectè igitur eum subdit vt regentis imperio suum melioraret affectum. Domina enim est pietas crudelitatis, & mansuetudo duris moribus præstat. Seruit omnis qui auctoritatem puræ non habet conscientiae, seruit quicumque vel metu frangitur, vel delectatione irretitur, vel cupiditatibus ducitur, vel indignatione exasperatur, vel incore deicitur. Seruili enim est omnis passio, quoniam qui facit peccatum, seruus est peccati, & quod peius est, multorum seruus est. Qui subiectus est vitis, multis se dominiis addixit, vt seruitio ei exire vix liceat. At verò ille qui voluntatis suæ arbiter est, iudex consilij, qui coercet corporeæ appetitiam passionis, qui ea quæ agit, bene agit, inculpatè & irreprehensibiliter agit, habens suorum actuum potestatem, is profectò liber est. Nam qui omnia prudenter agit, & ita viuunt vt vult, is solus liber est. Non conditio fortuitum seruum facit, sed probrosa insipientia. Nam famulus prudens regit dominos stultos, & probi serui dominis foenerabunt, non vtique pecuniam sed sapientiam. Qui autem pia doctrinæ foenus imperitur, is princeps est, sicut qui mutuum accipit, seruus est, quasi addictus foenori creditoris.

Idem.

GENES. 39. *Nec quidquam aliud nouerat, nisi panem quo vesceretur.* CHRYSOST. En seruus, & captiuus sub manu sua habet omnia quæ erant Domini. Tanta res est virtus. Nam vbi cumque illa apparuerit, omnibus dominatur, & præualet. Et sicut oriente Sole tenebræ discutiuntur, & apparente virtute, de medio tollitur omnis malitia.

Iustus semper vestitus, peccator verò nudus.

IBIDEM. *Qui relicto in manu eius pallio fugit, &c.* AMBROS. Spoliatus ergo, sed non nudus aufugit qui erat tectus vestimento pudoris. Non enim est nudus, nisi quem culpa nudauerit, &c. Vide, *Castinus*, num. 16.

Iustus omnibus dominatur.

GENES. 40. *At custos carceris tradidit eos Ioseph.* &c. CHRYSOST. Sicut licet quis margaritam in luto conculcet, nihilominus illius demonstrat pulchritudinem. Sic & virtus quocumque eam proieceris, suam declarat virtutem etiam in seruitute, etiam in carcere, etiam in afflictione, etiam in prosperitate. Ioseph in carcere erat, & illic conciliauit præfectum carceris, & super omnes qui ibi erant, potestatem habuit, & interpretationem somniorum declarauit.

Iusti liberi, peccatores serui.

GENES. 47. *Eme nos in seruitutem regiam, & præbe femina, &c.* ORIGEN. Secundum scripturam huius fidei nullus Ægyptius liber. Pharaon enim sibi

sibi in seruitutem redegit, & propterea fortè scriptum est, *Ego sum Dominus, &c. qui eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruitutis.* Facta est ergo Ægyptus domus seruitutis, & quod est infelicis, voluntaria seruitutis. Hebræi autem etiam in seruitutem redigantur, etiam tyrannidem patiantur ab Ægyptiis, violenter & necessitate patiuntur, idcirco & liberantur de domo seruitutis, & ad libertatem pristinam, quam inuiti amiserant, reuocantur. Denique etiam diuinis legibus cauetur vt si fortè emerit quis Hebræum puerum, non eum perpetua seruitute possideat, sed sex annis seruiet ei, & septimo anno erit liber. De Ægyptiis nihil tale censetur, quia libertatem sponte perdidit, sed æternæ eos seruituti dereliquit. Hæc ergo si intelligamus spiritualiter, cognoscemus, quia seruire Ægyptiis, non est aliud quam obnoxium esse carnalibus vitis, & demonibus esse subiectum, in quod vtique vnumquemque non extrinsecus illata necessitas cogit, sed segnitia animi, & libido ac voluptas corporis subicit, cui se animus per socordiam subdit. Qui verò libertatis animæ curam gerit, & dignitatem mentis cœlesti cogitatione nobilitat, iste ex filiis Israel est, qui etiam violenter opprimatur ad tempus, non tamen libertatē suam in perpetuū perdit. Denique & Saluator de libertate & seruitute in Euangelio differens, ita loquitur: [Omnis qui peccat, seruus est peccati.] & iterum: [Si manseritis in verbo meo, cognoscetis virtutem, & liberos faciet vos.] Vide, *Peccatores*, num. 46. ex *Ambrosio.*

Iustus persequuntur Diabolus, & mali.

35. **E**XODI 1. *Oderantque filios Israel Ægyptij, & affligebant, &c. atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum.* AVGVST. *Serm. 85. de tempore.* Sic & in hoc tempore diabolus, & angeli eius, fideles Christianos bonis operibus deditos impugnare, & inquietare non cessant. hoc tamen scitote fratres, quia diabolus non persequitur, nisi bonos: malos enim, luxuriosos, cupidos, superbos persequi diabolus non consuevit. Amici enim sunt sui, & semper voluntatem eius faciunt, & in tantum eos non persequitur, vt etiam per illos, alios persequatur. Malos enim homines Diabolus quasi malleos vel flagella habere consuevit. *Infr. Quidquid masculinum sexus natum fuerit, in flumen prouice: quidquid femininum, reseruate.* GLOSSA GRÆCA. Humani enim generis tyranno foemininus sexus, hoc est, mens humanis atque inanibus affectionibus prædita, amica est, virtutis verò constantia ac tenor non item. *Hieron. in Nahum prophetam cap. 3.* Nec poterat rex Ægyptius, qui dicit alibi, [Mea sunt flumina, & ego feci illa] quidquam aliud nisi hoc iubere, vt quocumque est Hebræorum, id est, eorum qui per hoc sæculum transeunt, fortè & virile, mittatur in aquas, & per flucta earum deferatur in mare. & è contrario quidquid foemineum, & molle, & formosum videtur in hoc sæculo, viuificetur, adolescat, & generet, &c. Vide, *Tentatio.* Vult itaque, in Hebræis quidquid forte est, & virile, hoc gurgite sui fluminis suffocate, vt quæ foeminea sunt, liberius illa succrescant.

Idem.

36. **E**XODI 2. *Et ogressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes.* &c. LIPOMAN. Oblerua in Moyse quid accidere soleat his qui relicta impietate sequantur vocationem Dei. Mox vt Moyse dereliquit aulam regiam, in qua non poterat piè viuere, vt sequeretur vocationem Dei, coarctantur in ipsum quasi collecta manu paupertas, ignominia, contemptus, non ab Ægyptiis tantum, sed etiam à suis Israelitis, ad quos liberandos aulam dereliquerat, insidiae regis,

pericula mortis, fuga, exilium, &c. Vnde Dominus: [Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum: & tradent vos in conciliis, &c. & eritis odio omnibus hominibus.]

Deus iustorum dicitur Deus.

EXODI 3. *Ego sum Deus patris tui, Deus Abrabæ, &c.* BERNARD. *Serm. 15. super cantica.* Currite gentes, ad manum est salus, effusum est nomen, quod quicumque inuocauerit, saluus erit. Angelorum enim Deus, etiam hominum Deum se nominat, dicens, *Ego sum Deus Abrabæ, &c.* Vide, *Deum*, num. 20. & 21. *Super illud cap. 4. Filius meus primogenitus Israel,* sic ait LIPOMAN. Fideles, & fidelium filij, & nepotes, *primogeniti Dei* dicuntur, quia apud Deum electi ante mundi constitutionem, & benedicti; quorum etiam specialiter Deus curam agere videtur; à quibus amari vult amore filiali; quos qui offendit, pupillam oculi Domini offendit, & qui spernit eos, Deum spernit.

Iusti etiam in temporalibus prosperantur.

EXODI 9. *Et faciet Deus mirabile inter possessiones Israel, & possessiones Ægyptiorum, vt nihil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Israel.* LIPOMAN. Vide autem quàm mirabile, vt in eisdem etiam campis, vt nonnulli asserunt, animalia Ægyptiorum mortua sint, filiorum autem Israel præseruata. Partitur enim fidelibus, vt in fide proficiant, & ingrati durius puniantur: iuxta illud: [Peccator videbit, & irascetur.] & in *Denter.* [Si non audieris vocem Domini Dei tui, maledicta erunt armenta bouum tuorum.]

Iusti illuminantur.

EXODI 10. *Vbi cumque autem habitabant filij Israel, lux erat.* BERNARD. *Serm. 72. super Cant.* Quemadmodum olim omni populo caligante per vniuersam Ægyptum, solus in mediis tenebris clarè videbat populus Israel, id est, *videns Deum*: sic inter filios tenebrarum in terra mortis caligine fulgebunt iusti, & videbunt eo vtique clariùs quo exiit corporum umbris. Nam & hi qui antea non respiciuerunt, nec enim quæsierunt inspirantis Dei lumen, & sol iustitiæ non est ortus eis, hi inquam, ibunt de tenebris in tenebras densiores: vt qui in tenebris sunt, tenebrescant adhuc, & qui videt, videant magis.

Iusti impiis terribiles.

IBID. *Recede à me, & caue ne ultra videas faciem meam, quocumque die apparueris mihi, morieris.* LIPOMAN. Sed quæres quare Pharaon tandiu tolerauit Moysem? Quare eum non interfecit? vel saltem expulit ex Ægypto? Præsertim cum habuerit ipsum pro sedizioso, & tot mala, eius ministerio, Ægyptiis accidissent? Ad hoc respondet scriptura *cap. sequenti.* quia fuit Moyse [vir magnus valde in terra Ægypti coram seruis Pharaonis, & omni populo.] Nam Moyse ambulauit in præceptis Dei diligenter, & fideliter. Vnde qui ambulat in mandatis Domini, eum facit Deus aduersariis & hostibus suis tam terribilem, vt vix contrè illum mutire audeant. Sic terror Dei inuasi omnes per circuitum ciuitates quando Jacob profectus est in *Luzam: Genes. 35.* quia ambulabat in mandatis eius. Sic immisit Dominus terrorem in populos qui habitabant sub omni cælo, *Denter. 2.* quando Israelitæ proficiscebantur ad terram Chanaan. Sic Deus terribilem faciebat Ioannem Herodi, *Marth. 14.* Sic & hic terribilis factus est Moyse Pharaoni. Itaque si & tu volueris aduersariis tuis terribilis fieri, ambula in mandatis Dei diligenter & fideliter.

Iustorum securitas.

41. EXODI 14. At illi egressi erant in manu excelsa. INTERL. Id est, insuperabili potentia. LIPOMAN. In Chaldaeo habetur: [filij autem israel egrediebantur capite discooperto:] forte quia sic nudato incederent capite vel quia metaphorice dictum sit. Hoc est: Palam, & aperte, siue intrepide, de nullo videlicet formidantes. RABANVS. Optima, & elegantissima oppositio: Ac si diceret: Excelsi quidem videbantur praedicti curru Pharaonis, & duces diabolici exercitus, sed reuera manus Domini excelsa est, in qua egressi sumus: excelsus & agnus Dei, cuius sanguine redempti exiimus.

Iustus sedes Dei.

42. EXODI 15. Equum, & ascensorem deiecit in mare. ORIGEN. Omnes qui in carne nati sunt, figuratim equi sunt, & habent ascensores suos. Sunt equi quos Dominus ascendit, &c. Vide, Apostoli, num. 11.

Iustos persequi grauissimum peccatum.

43. EXODI 17. Manus solius Domini & bellum: & Dei bellum erit contra Amalech & generatione in generationem. Quid sibi vult tanta seueritas? ait LIPOMAN. Vt ostendat quam graui & quam horribili supplicio puniendum sit, si quis misero & afflicto in vocatione Dei ambulanti addat nouam miseriam, & afflictionem. Vide, Crudele, num. 5.

Iustorum intercessio.

44. NUMERORVM 16. Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum federis, &c. & operuit nubes, & apparuit gloria Domini, &c. ORIGEN, hom. 9. In Sodomis, ad minus decem requirebantur, per quos vix saluarentur qui habitabant Pentapoli, nunc autem si duo inueniantur tales quales fuit Moyses & Aaron, sufficiunt vt tota gens Israelitarum saluetur. Quid ergo amplius in his duobus, quae tanta virtus, quod meritum, quod sexcenta millia, & eo amplius liberentur? Ego arbitror quod in Moyse lex significatur, quae docet hominem, scientiam & amorem Dei; in Aaron vero, supplicandi Deo, & obsecrandi forma. Si quando ergo nobis vel vniuerso populo Deus indignatur, accedat statim Moyses, hoc est, lex, quae moneat & doceat nos conuerti ad poenitentiam, & satisfacere pro delictis, & humiliari in conspectu Domini; & accedat & Aaron in confessione supplicationum, & continuo cessabit, & propitiabitur Dominus.

Iustorum proprietates.

45. DEVT. 11. Terra ad quam ingredieris possidendam, &c. terra montuosa est & campestris. INTERL. Altitudine virtutum. De caelo expectans. INTERL. Munditia bonorum operum pluuius. INTERL. diuinae gratiae. Quam Dominus Deus tuus semper inuisit. INTERL. Coelesti munere replens. & oculi illius in ea sunt. INTERL. Oculi Domini super iustos. A principio anni vsque ad finem. INTERL. Misericordia eius subsequetur me omnibus diebus vitae meae. & vsque. Dabit pluuiam terrae vestrae. Pluuiam voluntariam segregabit Deus haereditati tuae. Temporaneam. Id est, gratiam, & serouam. INTERL. In fine scilicet gloriam. Describuntur iusti & eorum felicitas spiritalis in praesenti, & in futuro.

Iusti in manu Domini.

46. DEVT. 33. Omnes sancti in manu illius sunt, & qui appropinquant pedibus eius. INTERL. Vt discant humiliter. Vel, qui sequuntur vestigia eius, accipient de doctrina illius. INTERL. Illi appropin-

quant pedibus eius ad capiendam doctrinam, qui spiritali desiderio flagrant, & Euangelicis & Apostolicis scripturis die noctuque inuigilant. GLOSSA ORD. Omnes sancti, id est, sanctificati in nomine eius, qui audierunt, [Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, in manu illius sunt, id est, in potentia qua protegentur. Vnde [Non rapiet eos quisquam de manu mea.] Hi per charitatem sunt vnum regnum in manu Domini. Vnde Isai. 62. [Et eris corona gloriae in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.]

Iusti in manu Domini.

1. REGVM 25. Anima Domini mei, eris custodia quasi in fasciculo, &c. INTERL. Fasciculus vitium. viuit in aqua, cum ad transplantandum praeparatur. LVRAN. Sic iusti in praesenti vita conseruantur in humore gratiae, vt transplantentur in terram viuientium per adaptionem gloriae. GLOSSA ORD. Mirè autem omnipotentem providentiam supernae protectionis describit, dicens: animam sancti quasi vitis in fasciculo vitium, apud Deum esse custoditam. Sicut enim facile est quilibet fasciculum herbæ vel fœni, manu retentum conseruare: ita virtus Saluatoris nostri electos ab initio vsque in finem conseruare, & custodire. Vnde Ioan. 10. [Non rapiet eas quisquam de manu mea.] Sicut autem fasciculus alligatur, ita sanctorum decus, veta charitate constringitur, & diuino munimine circumdatur.

Iustorum opera bona reliquos à malis liberant.

2. PARALIP. II. Sed & de cunctis tribubus israel quicumque dederant cor suum, vt quæreret Dominum, venerunt in Ierusalem, & roborauerunt regnum Iuda. Iusti enim bonis operibus suis roborant regnum, quod iam iam minabat ruinam. vnde cap. 12. dicitur: neque delecti sunt penitus: siquidem in Iuda inuenta sunt opera bona. LVRAN. Aliqui ad idololatriam non declinauerant, quorum intuitu Deus percipit, vt etiam alijs non tamen à toto sed à tanto liberarentur.

Iusti qualiter sint in signa & tempora.

GENES. 1. Fiant luminaria in firmamento caeli, &c. & sint in signa & tempora, &c. STEPHAN. Ecclesia est firmamentum: luminaria viri iusti qui bonos & peccatores diuidunt, & sunt in signa & tempora, id est, in signa temporum, id est, tunc oralis miseria, omnes enim qui pie volunt viuere, persecutionem patiuntur, item duo tempora sunt; vnum, amatorum Dei; aliud, amatorum mundi; in signum horum temporum sunt, vt vnum expectemus, aliud cauamus. praeterea in signum sunt poenitentia reproborum; quia si illi in vita praesenti sic puniuntur, signum est quod reprobis in futuro plurimum puniantur.

Iusti quare permittuntur in peccata grauius incidere.

INCIDERE permittuntur iusti in peccata grauius primum, ne in superbiam & extollentiam incidant. D. BASIL. Homil. in Psalm. 37. vt diceret Dauid non temere proferte: Non mouebo in aeternum, quoniam enim gratia Domini confortatus, & inualecens plurimum aliquando nescio quid magnum de se ipso sentire cepit, ita vt arrogantius se loqueretur, ac diceret: [Ego dixi, in abundantia mea non mouebo in aeternum:] huius rei gratia merito traditus tentatori est, qui vbi animam eius attingit, grauiori dispendio eum affecit quam Iob. HIERON. lib. 2. aduersus Pelagian. Dauid, qui dixerat confideret: [Proba me Domine

Iusti, & peccatores mixti sunt in praesenti.

CYPRIAN. contra Demetriadem. In agro inter cultas & fertiles segetes Iolium & auena dominatur: ita iusti cum impijs, mali cum bonis. HERMAS seu PASTOR. In hyeme arbores omnes similes sunt, nec infructiferae ab aridis intetnosci possunt: sic nec iusti ab iniustis dignoscuntur, sed simile sunt in hoc saeculo.

Iustus non permanet in peccato.

PSALM. 36. Cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. ORIGEN. super hunc Psalm. Hom. 5. Si ergo cum ceciderit iustus, non prostermitur, non permanet in peccato, sed exiliet citò tanquam damula ex retibus, & tanquam anis ex laqueo.

Iustorum tribulationes, & dolores.

CHRYS. Hom. 1. de Resurrectione. Sicut athletæ in theatro, & in sudore & puluere & aestu multo, & laboribus, & ærumnis pugnamus est vita & iustum hic multa sustinere oportet, & ferre omnia viriliter: siquidem praclaras illic accepturas est coronas. & Homil. 5. de Patientia Iob. Nam etsi corpus illud laudamus, quod & frigora illatum & calores ferre possit, egestatemque & famem, itineraque & miseriae alias: multo magis animam dicere beatam decet, quae fortiter generoseque dolorum inuasiones qualque sufferre, mentemque suam in cunctis potest seruare liberam.

Iusti Angelis comparati, peccatores sunt.

ADROMAN. 3. Omnes peccauerunt, &c. CHRYSOST. homil. 4. super hunc locum. Quemadmodum is qui multum pecuniarum possidet, diues quidem esse videtur: ceterum thesauri regis comparatus, pauper esse atque inops primus cernitur: ita & hic dum Angelis conferuntur, peccatores esse etiam iusti comprehenduntur.

Iustorum tribulationes.

AMBROS. super Psalm. 118. Serm. 3. In vineis Engaddilignum est, quod si quis compungat, vnguentum emittit: si non incidatur lignum, non ita fragrat, & redoler: ita homo iustus: GREGOR. lib. 11. Moral. Nunc flagellatur iustus: quia vt filius ad aeternae haereditatis patrimonium praeparatur. In iustus autem ad debitam mortem currens, effraenatis voluntatibus vititur, quia & vituli qui mastrandi sunt, in liberis pascuis relinquuntur. at contra Iustus à delectationis transitoriae iucunditate restringitur, quia & vitulus ad laboris usum deputatus, sub iugo tenetur. Negantur electis hic bona terrena: quia ægris, quibus spes viuendi est, nequaquam cuncta, quae desiderant, à medico conceduntur. dantur reprobis bona quae petunt: quia desperatis ægris, omne quod desiderant, non negatur.

Iustus similis esse non debet cera.

CASSIAN. Collat. 6. cap. 12. Mens iusti non debet esse similis cerae, vel alterius cuiusquam materiae mollioris, quae semper characteri signantium cedens, pro eius forma atque imagine figuratur, quam in se tādū retinet, donec alio rursus superimpresso signaculo reformetur; atque ita sit, vt nunquam in sua qualitate persistens ad formam eorum quae imprimuntur, semper conuertatur ac transeat: quin potius debet esse velut quoddam adamantinum signaculum, vt inuiolabilem mens nostra figuram sui semper custodiens characteris, vniuersa quae incurserint

sibi ad qualitatem sui status signet atque transformet, ipsa verò insigniri multis incurribus non possit.

Iusti iniustos conseruant.

57. **P**ROCOPIVS GAZÆVS in *Genes. cap. 18.* Quare Deus cupit iniustos quoque nec solos iustos seruare? scilicet in hunc sensum loquitur: pauca salis micæ, multam conseruant à putredine carneni: pauca & parua vincula continent magna ædificia. Si in lignis & tegulis vis quædam inest, & sal habet vires haud pœnitendas ad conseruationem carnis: negabimus iustos posse conseruare iniustos?

Qualiter intelligitur iusto non esse legem positam.

58. **N**VMER. 58. 1. ad *Timoth. I. Iusto non est lex posita.* **T**HEOPHYLACT. *super hunc locum.* Iustum hoc loco intelligit, qui virtutem est allequutus, qui nulla legis formidine, sed ex officio nequitiam odit, & virtutem complectitur. & in eo superat legem, quia haudquaquam dignatur pro instructrice hanc ipsam habere, quæ & flagra sibi intendat, si labitur, & supplicia comminetur: sed magno animo præstat, ut qui in virum euaserit, & quæ viri sunt, sapiat, & qui iam ex ephebis excesserit: sicut & medicus vulneribus affecto, & ægrotanti ad medelam paratus est, non ei qui prospera vitur corporis valetudine: & fræna equo lasciuienti & effrænato, non ductu facili, imponuntur.

Iustus in iustitia permancat.

59. **A**NSELM. *lib. de similitudinibus cap. 168.* Quadratus lapis sex æqualia habet latera: in quod horum ceciderit, firmiter iacebit: sic prouidendum est viro iusto, ut in suo persistat proposito: huius autem latera sex sunt, prosperitas, aduersitas, sui libertas, subiectio, in secreto esse, & in publico; in quibus & in singulis si à diabolo pulsetur, stet, & neque à proposito moueatur. **G**VERRICVS ABBAS *Sermon. de Sancto Benedicto super illud Matih. 13. ad tempus credum & in tempore temptationis recedunt.* Sicut planta radicari non poterit, nisi loco cui affixa fuerit, immoretur: sic iustus plantatus in domo Domini, nec radicari, nec fundari in charitate poterit, nisi mora & stabilitate loci. Si autem radicatus non fuerit, nec florere, nec fructum, qui maneat, afferre poterit, & si florere visus fuerit, de eo dicitur: [ante messorem totus effloret, & immatura perfectio, geminauit.]

Quomodo sanctis etiam mali cooperentur in bonum.

60. **A**DROM. 3. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ut qui secundum propositum vocati sunt sancti.* **B**ERNARD. Non te terreat quod audisti nomen sanctitatis, quod non secundum meritum, sed secundum propositum, non secundum affectionem, sed secundum intentionem Sanctos vocat. & tu ergo si posueris in corde tuo declinare à malo, & facere bonum, tenere quod accepisti, & proficere semper in melius; sed & si quid aliquando minus rectè egeris, ut est humana fragilitas, non in eo persistere sed pœnitere, & corrigere quantum potes; eris sine dubio sanctus; sed cui interim clamare necesse sit: [Custodi animam meam, quia sanctus sum.] vis ergo nolle quemadmodum huiusmodi sanctis omnia cooperantur in bonum? (non curro modò per singula,) inimici nostri sunt iudices. si enim ipsi pro nobis, quomodo non omnia simul cum illis? porò nobis duplex aduersatur hostium genus, malum scilicet duplex, quod facimus, & quod patimur, culpa scilicet, & pœna. Itaque cum sit vtraque contraria, erit vtraque pro nobis si volumus, ut pœna quidem à culpâ liberet, &

aduersus pœnam adiuuet culpa. Ecce enim compungimur in cordibus nostris, & in cubili conscientiæ super delictis præteritis, sed delinit conscientiam & corrodentium dentes peccatorum conterens reducit spem veniæ pœnitentia ista, & voluntaria pœna quam patimur, non solum autem præterita, sed & futura repellit; nam & tentantia propulsat vitia, & nonnulla sic perimit, ut aut rarò, aut nunquam venenatum audèant erigere caput; sic pœna pro nobis facit, aduersus culpam, ut vel omnino nò sit, aut minor sit pœna: culpa etiam agit, ut aut non sit, aut minor sit pœna. qui enim perfectè senserit peccati onus, & animæ læsionem exteriori, aut ex toto non sentiet, aut parum sentiet pœnam; nec reputabit laborem, quo nouerit peccata deleri præterita, futura cauere; sicut nec Sanctus David conuitiantis serui reputauit iniurias, memor filij persequentis.

Idem.

IDEM **B**ERNARD. *super eundem locum. Quod bonus sit comes bono spiritus corpus hominis: [Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.]* Verum id profectò; nam & ipsum corpus, quod animam dicitur aggrauare, vide quomodo animæ diligenti Deum cooperetur in bonum: valet enim illi corpus suum infirmum, valet mortuum, valet resuscitatum: primò, ad fructum pœnitentiæ; secundò, ad requiem; tertio, ad consummationem. Meritò sine illo perfici non vult quod in omni statu in bonum sibi subuenire perferit. Bonus planè fidiusque comes, caro spiritui bono, quæ ipsum aut si onerat, iuuat, aut si non iuuat, exonerat, aut certè iuuat, & minimè onerat. Primus status laboriosus, sed fructuosus; secundus, otiosus, sed non fastidiosus; tertius, etiam gloriosus.

Idem.

IDEM **G**ALEFRID. *Quid electis non solum bona, sed etiam mala proficiant ad salutem.* Nam quidni possent? absit enim ut vincat malitia sapientiam, & cum multi etiam bonis in sui perniciem abutantur, bene malis vtentes nonnulli inueniantur. Bene itaque vtitur bonis, quæ facit, qui rectè offerens, rectè etiam diuidit, solum in his omnibus quæ rectè egerit, quærens salutem propriam, proximorum ædificationem, gloriam Dei. Iustitia est hoc, quod suum est, cuique reddere; bene vtitur bonis, qui recipit ea in timore & gratiarum actione, & necessitatis consideratione; beneficia sumit auctoris; tenperantia hoc, quæ & ipsa secunda species est virtutis. Bene vtitur malis quæ fecerit, qui exinde non modò humilior intra conscientiam suam, sed etiam feruentior ad agenda pœnitentiam, & sollicitior fuerit ad cautelam; bene vtitur malis quæ patitur, qui eorum breuitatem, leuitatem, vtilitatem semper attendit: & horum quidem duorum, prudentiæ alterum est, alterum fortitudinis.

Idem.

IDEM **C**ASSIAN. *Omnia cooperantur in bonum.* 63. **O**mnia, inquam, siue mors siue vita, siue prospera siue aduersa. vbiq̃ qui Deum diligit, inuenit occasionem salutis. verùm sicut de perfectis ac sapientibus hoc dicitur: ita de infirmis pronunciat ac stultis: [omnia aduersari viro insipienti: nec prosperis enim rebus proficit, nec emendatur aduersis. Eiusdem namque virtutis est tristitia fortiter superare, cuius & moderari secunda; & eum qui vno eorum superatur, neutrum sufferre certissimè est. Facilius tamen quis elidi potest prosperis quam aduersis. hæc enim iniustus interdum reuinent atque humiliant, & compunctione saluberrima, vel minùs peccare faciunt, vel emendant; illa verò moribus mentem, ac perniciosius extollentiã blandi

Iusti columbis comparantur.

blandimentis, securos foelicitatis suæ prouentu, ruina maiore prosternunt. proinde mens viri iusti non debet esse similis coræ, &c. vide supra num. 56. ex eodem *Cassiano.*

Iusti, in calum, & æternam mercedem solum inueni.

64. **C**HRYST. *Hom. 22. in Genes.* Sicut is qui supra excessam petram extat, fluctus ridet, quos videt magno impetu ad littus rumpi, & protinus in spumam solui: ita & sanctus virtuti vacans, in securo constitutus loco, nihil insiua fert à rebus turbulentis, sed tranquillus animo & quietus sedet. *Idem, Hom. 43. in I. Corinth.* Hoc in mundo coronas non peramus, ne si aduererit ipsum coronationis tempus, imminuerimus nobis præmia nostra: quemadmodum artificibus accidere videmus, qui quidem, si ipsi se alant, & operentur, maiorem accipiunt mercedem; sin verò apud conductores ipsos vicitant, non parum illis à mercede sua detrahitur; ita & cum sanctis agitur, si quis & innumera bona fuerit operatus, tum verò & innumera mala perpeffus, integram habet mercedem, & plenissimam retributionem, non bonorum tantum quæ fecerit, gratia, sed malorum etiam quæ rulerit: qui autem requie hîc & foelicitate fruitus est, tam splendidam istic coronam non est consecutus. *Idem, Hom. 27. in Genes.* Sicut qui sensibilem cursum magna contentione peragit, nullum currentium videt, sed animo suo ad cursu intento facile omnia transiit, festinans ad destinatum scopium: eodem modo vir sanctus virtutis cursum ut currat, festinat, & terra neglecta in calum redire concupiscit.

Vita iustorum abscondita.

65. **A**VGVST. in *Psal. 36.* Sic abscondita est apud Deum vita sanctorum, ut qui modò laborant in terra, quasi tempore hyemis arbores non habentes fructum, & folia; illa apparente tamquam nouo sole exorto, illud quod in radice vivebat, in fructibus appareat: licet flagellet, castiget, amat iudicium, non derelinquit sanctos suos. *Ad Colossens. 3. Vita vestra abscondita est cum Christo in gloria.*

Iustus comparatur palmæ.

66. **P**SALM. 91. *Iustus ut palma florebit, &c.* **G**REGOR. *lib. 10. Moral. cap. 25.* Iustorum vita palmæ comparatur, quia palma inferiùs tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obuoluta; superiùs verò visu fructibus pulchra; inferiùs corticem suorum inuolutionibus angustatur; sed superiùs amplitudine pulchre viriditatis expanditur: sic est electorum vita, despecta inferiùs, superiùs pulchra: in imo quasi multis corticibus obuoluitur; dum innumeris tribulationibus angustatur: in summo verò illa quasi pulchre viriditatis foliis amplitudine retributionis expanditur. habet palma quoque, quo à cunctis generibus arborum differt: omnis arbor in suo robore iuxta terram vasta subsistit, sed crescendo superiùs angustatur: & quanto paulisper sublimior, tanto in alto subtilior redditur. Palma verò minor ab imis inchoat, & iuxta ramos ac fructus ampliori robore exurgit, & quæ tenuis ab imis proficit, vastior ad summa succreuit: ita huius sæculi dilectores, in terrenis rebus fortes sunt, in celestibus debiles: pro temporalis lucri gloria ad mortem desudare parati sunt; pro æterna gloria, ne parum quidem in labore subsistunt. At contra iustorum vita per palmam significata, qui nequaquam in terrenis studiis sunt fortes, sed longè studiosos exhibent Deo quam sæculo.

CANTIC. 5. *Oculi eius sicut columbe, &c. quæ resedent iuxta fluentia plenissima.* **G**REGOR. *super hunc locum.* Sicut columbæ iuxta fluentia residere solent, ut volantium auium vmbra in aqua videant, supra quam se proficientes, vngues rapacium sic effugiant: sic sancti viri in Scriptura sancta, fraudes demonum prospiciunt, & ex descriptione, quam vident, quasi ex vmbra hostem cognoscunt. Denique se consiliis scripturæ ex toto addicunt, ut videlicet nihil agant, nisi quod ex responso scripturarum audiunt, & quasi in aquam se proficientes hosti illudant: quæ scripturæ, *fluena plenissima* dicuntur, quia de quibuscumque scrupulis in scripturis consilium quæritur: sine minoratione de omnibus ac plenum inuenitur.

Nomina iustorum, merita eorum saepe manifestant.

PETRVS **C**HRYST. *Serm. 154. de sancto Stephano.* Sicut dominium prædiorum limitibus affixi tituli proloquuntur; ita nomina ipsa, saepe sanctorum merita indicant, testantur insignia: ita Abraham, quod fide credidit, nominis adiectione monstrauit; quando ex Abram, *Abraham* diuinitus nuncupatur.

Iusti, equi sunt Christi: peccatores verò, diaboli.

CHRYST. *Homil. 23. ex variis in Matih. locis.* **S**edens super animam, *Matih. 21.* Sicut hoc genus iumentum, si quid errat, in simplicitate errat, & non in asperitate: ita homines, qui crediderunt in Christum, siue ex Indæis siue ex Gentibus, qui non in malitia sed ignorantia peccauerunt, ideo sedere debent, non puniri sub graui sellore; nam sicut peccatores, sunt equi diaboli; ita sancti equi sunt Christi; quia diabolus in peccatoribus sedens, instigat eos per desertâ facinorum, id est, per fornicationes, & auaritas; Christus autem sedens in sanctis, dirigit eos per plana iustitiæ, id est, in castitate, in humilitate: ergo equitatus diaboli, perditio est; equitatus autem Christi, salus.

LACRYMÆ.

Per lacrymarum luctum significantur iusti. 1.

Moderatè stendum non defunctis. 2. 5.

Lacrymæ ex charitate proficisci debent. 3. 4. 16. 24.

Lacryma custos virtutum. 6.

Lacrymæ duplices & propter peccatum, & propter beatitudinem. 7. 8. 10.

Lacrymandum frequenter. 9. 11. 21. 27.

Lacrymarum gratia petenda. 10. 23.

Lacrymandum ob perditionem animarum. 12. 21. 25.

Lacrymæ Christi nostras magnificant. 13.

Lacrymæ impetrant. 14.

Lacrymæ hypocritarum steriles. 15.

Lacrymæ pro temporalibus. 16. 24.

Lacrymarum efficacia. 17. 18. 19. 20. 22. 24.

Lacrymari perfectorum est. 26. 28.

Oculi lacrymanes foelices, vide, Oculi, num. 13.

Per lacrymarum luctum significantur iusti.

ENES. 4. *Quæ concepit, & peperit Cain, &c. rursumque peperit fratrem eius Abel.* &c. **G**LOSSA **O**R D. Isti duo signa sunt omnium hominum, quorum aliqui mortiferas delicias sunt amaturi, & quantum in se est

ambitione possessuri, quos significat *Cain*, qui interpretatur *possessio*. Alij in huius habitationis miseris lugentes, ad futuram gloriam toto desiderio sunt transituri, quos significat *Abel*, qui interpretatur *inustus*: Vnde *Cain* agricola erat, id est, terrenis operibus incumbens. *Abel* verò pastor ovium, simplicitatem scilicet & innocentiam diligens.

Moderatè flendum pro defunctis.

2. **GENES. 23.** *Venit Abraham ut plangeret & fleret eam, scilicet Saram uxorem suam.* GLOSSA GRÆGA. Non scriptum est illum planxisse, sed venisse ut plangeret. *Cumque surrexisset ab officio funeris.* AMBROS. Docemur hinc ut non diutius in hæreamus mortuis, sed quantum satis est officij deferamus. LIPOMAN. Ante sepulturam Saræ planxit semel, & fleuit Patriarcha: post sepulturam autem nequaquam fleuisse legitur. Ut fideles suos per hoc sancta scriptura doceat, mortuos moderatè deflendos, & tunc tantum cum in promptu adest fumus. Quidquid enim aliud postmodum agitur præter orationes, & elemosynas, & oblationes pro eorum animabus, videtur ex infidelitate procedere, admonente nos Apostolo, [ne super mortuis contristemur sicut ceteri qui spem non habent.]

Lacrymæ ex charitate proficisci debent.

3. **GENES. 27.** *Auditis Esau sermonibus patris, irruunt clamore magno, & consternati, &c.* LIPOMAN. Non ex vera cordis compunctione, nec ex charitate fuit dolor hic, sed ex priuato potius commodo procedens & cupiditatis affectu, quo nimium erga temporalia tenebatur, & ipsorum tantum iacturâ dolebat. Idcirco teste Apostolo [non inuenit penitentiam locum, quamquam cum lacrymis requisisset eam,] cupiensque hæreditare benedictionem, reprobatu à Deo, eam impetrare non potuit. Vnde per Prophetam *Malachiam*. [Esau autem odio habui.] *Genes. 42.* *Auertitque se Ioseph parumper, & fleuit.* LIPOMAN. Affectus fletum extorquent. Fleuit autem Ioseph ex consideratione diuinæ providentiæ, & admiratione ipsius collata in se beneficia dulci repetens memoria. Fleuit & ex fraternâ compassionem, videns eos in magna constitutos angustia.

Idem.

4. **GENES. 43.** *Festinauitque in domum, quia commota sunt viscera eius super fratre suo, & erumpent lacrymæ, &c.* AMBROS. Grandis amoris aculei cito corda compungunt, nisi desiderij fræna laxentur. Vincebatur affectu Ioseph, differebatur consilio. Ratio cum amore certabat. Torquebantur eius viscera: quia complectendi eius quem desiderabat, libertas differebatur. Fleuit igitur ut amoris pij æstus lacrymis temperaret.

Moderatè flendum pro defunctis.

5. **GENES. 50.** *Flebaturque eum Ægyptus septuaginta dies.* STRABVS. Ethnici nouè diebus mortuos flebant: verum quando sepeliebantur Dei cultores, septem diebus exequias celebrabant: sicut scriptum est *Ecc. 21.* [Luctus mortui, septem dies, luctus autem fatui, omne tempus vitæ eius.] Hinc enim dicitur: *Fleuit eum Ægyptus*, septuaginta diebus, qui est decuplatus septenarius. R. V. P. E. R. T. Non est imitandum exemplum eis qui se peregrinos & hospites super terram esse profitentur, qui hinc manentem non habent ciuitatem, sed futuram inquirunt. Nam quod filij quoque Israel Moysem & Aaron tricenis diebus fleuisse dicuntur in scripturis; hoc ex Ægyptia consuetudine populo non erudito supererat. Deinceps

quippe melioribus paulatim assuefactus ab illa superstitione descivit: Scriptura dicente: [Modi um plora super mortuum, sciens quoniam requiescit.] & *alibi*: [In mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus, incipe plorare, & secundum iudicium contege corpus eius, &c. & fac luctum secundum meritum eius, vno die, vel duobus.]

Lacrymæ custos virtutis.

6. **EXODI 2.** *Cumque iam eum celare non posset, &c.* GREGOR. NYSSEN. *de vita Moyfi.* Videmus reipsa si quis turbini ac procellis humanæ vitæ resistit, nec se obrui patitur, eum à corrupta hominum societate tanquam onus graue reiciit atque repellit; quam qui effugit, vagitum imitetur Moyfi, nec lacrymis parcat. Lacrymæ enim fidelis quadam custos eorum est qui veram quarunt virtutem.

Lacrymæ duplices, & ob peccata & ob beatitudinem.

7. **EXODI 27.** *Facies & altare de lignis Setim.* GREGOR. HOM. 22. *super Ezechiel.* In tabernaculo, per legem duo altaria fieri iubentur, vnum exterius, aliud interius: vnum in atrio, aliud ante arcam: vnum quod ære coopertum est; aliud quod auro vestitur. In altari quidem æreo cremantur carnes; in altari verò auro, incenduntur aromata. quid est hoc, fratres, quod foris cremantur carnes, intus aromata? nisi quod quotidie videmus quia duo sunt compunctionis genera? Alij enim per timorem plangunt, alij per amorem se in lamentis affligunt. Multi namque peccatorum suorum memores dum supplicia æterna pertimescunt, quotidianis se lacrymis affligunt, & sic vitia incenduntur igne compunctionis. Isti sunt altare æneum, in quo carnes ardent, quia adhuc ab eis carnalia opera planguntur: alij verò à carnalibus vitiis liberi, & longis iam fletibus securi, amoris flamma in compunctionis lacrymis inardescunt, celestis patriæ præmia cordis oculis aspiciunt, regem in deo suo videre desiderant, & flere quotidie ex eius amore non cessant. Isti sunt altare aureum, in quorum corde aromata incensa sunt, quia virtutes ardēt.

Idem.

8. **EXODI 30.** *Pones illud super labrum æneum inter tabernaculum testimonij, & altare.* BEDA. Inter altare holocausti vbi carnes consumebantur, & inter altare incensi labrum hoc lacrymarum positum erat. Quia duobus modis lacrymas fundamentum status distinguitur. Primum namque necesse est, quisquis ad Dominum conuersus est, ut pro his quæ commisit peccatis, veniam suis lacrymis precetur. Deinde securior de accepta peccatorum venia effectus, desiderijs inhiantibus, lacrymisque profusus faciem videre sui Creatoris optat, dicens: [Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitauit cum habitantibus Cedar,] id est, cum his qui in tenebris errorum ac scelerum versantur. & illud: [Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei?] Quam sitim quia sine lacrymis ferre nequibat, sequitur: [Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.] Igitur altare holocausti, lacrymas insinuat penitentium: altare incensi, fletus exprimit gaudentium de bonis operibus, ac desiderantium præmia.

Lacrymæ frequentes necessaria.

9. **IBID.** *Idem Beda.* Per labrum hoc ad lauandum positum quia sapius in eo lauati præcipiuntur, videlicet mane & vesperi quotidie, oblatio compunctionis, & lacrymarum significatur: qua semper opus habemus

habemus, maximè autem cum mysterijs cœlestibus ministraturi appropiamus.

Lacrymarum gratia petenda.

10. **IOSVE 15.** *Terram australem, & arenem dedisti tibi, iunge & irriguam. Deditque ei Caleb irriguam superius & inferius.* GREGOR. 3. *Dialog. cap. 34.* & *lib. 3. Epistola 187.* Axa super asinum sedet, cum irrationabilibus carnis motibus anima præfiderit, quæ suspirans à patre terram irriguam petit, quia à creatore cum magno gemitu quærenda est lacrymarum gratia. Sunt enim aliqui, bonis operibus dediti, sed adhuc gratiam lacrymarum non habent; hi terram australem & arenem habent, sed adhuc irrigua indigent, quia in bonis operibus positi, oportet ut timore supplicij vel amore regni cœlestis, mala etiam quæ ante perpetraverunt, deplorent. Mens enim quæ prius flebat ne duceretur ad supplicium, post flere incipit quod differtur à regno. Dat ergo ei pater irriguum superius, cum se in lacrymis cœlestis regni desiderio afficit. Irriguam verò inferius accipit, cum inferni supplicia flendo pertimescit. Prius autè inferius, & post irriguam superius datur. Sed quia compunctio amore dignitatis præeminet, necesse fuit, ut prius irriguam superius, & post inferius poneretur.

Lacrymandum in presente vita.

11. **IVDICVM 11.** *Qua dimissa est ut plangeret duobus mensibus virginitatem suam.* CHRYSOST. *hom. de Ieptho, qua habetur in 1. Tomo.* Per hoc significatur plangit presentis vitæ, dicente Domino: [Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.] Plangendum itaque est in vita ista caduca, ut cum plangimus, suscipiat Dominus oblationem animæ nostræ, & vnicam offerimus victores, dicentes cum Apostolo: [Borum certamen certavi.] &c. & *infra.* Hæc Ecclesia cultoribus suis lætitiæ non promittit, nec in præsentis sæculo securitatem, quia reuera omnis lætitiæ periculosa est, omnis securitas casibus plena, omnis iocunditas laqueis impeditur, nec mittit ad Dominum eos qui in ipsa proficiunt, nisi ex magna tribulatione, nisi ex magno plangit, & fletu, & lacrymis.

Flendum ob perditionem animarum.

12. **IVDICVM 21.** *Congregati filij Israel, & in conspectu Domini sedentes usque ad vesperam, leuauerunt vocem, & magno ululatu cooperunt flere, &c.* & *infra.* *Vniuersisque Israel valde doluit, & egit penitentiam super interfecionem vnus tribus ex Israel.* Dolendum est nobis valde, & lacrymandum super perditione tot animarum, & Christus doluit super perditione Iudæ. [Væ homini illi per quem,] &c. melius illi erat, si natus non,] &c.

Lacrymæ Christi, nostras magnificant.

13. **1. REGVM 20.** *Osculantes se alterutrum, scilicet Ionathas, & David, sternerunt pariter, David autem amplius.* VATAEL. In Hebræo habetur. *Ita ve David magnificauerit*, subaudi fletum. *Hæc ille.* Et Christus multoties fleuit, & suos flere fecit. Christus autem amplius, ita ut magnificauerit fletum. Quid enim meriti haberent lacrymæ nostræ, nisi adiungerentur Christi lacrymis, quæ suo merito & virtute fletum & lacrymas nostras magnificauerunt?

Lacrymæ impetrant.

14. **IVDITH 8.** *Indulgentiam eius fuis lacrymis postulat.* INTERL. Lacrymæ enim pondera vocis habent, quæ impetrant, non supplicant.

Lacrymæ hypocritarum, steriles.

15. **ISAIE 15.** *Aqua Nemrim deserta erant.* ALFRED. *Nemrim*, *pardus* interpretatur. Est enim pardus animal maculosum & varium, quod vitæ & moribus congruit hypocritarum. Aqua id est, lacrymæ istorum deserta erant, quando veniens ille qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, lacrymas steriles & infructuosas ob hominum tantum oculos exortas omni gratia & remuneratione ostendet esse priuatas.

Lacrymæ pro temporalibus peccato plena.

16. **IDEM.** *Ibid.* *Aqua Dibon repleta sunt sanguine.* Aqua *Dibon* quæ interpretatur *fluxus*, eorum lacrymas significat, qui pro fluxu rerum temporalium plorant. Nihil enim purgationis huiusmodi afferunt lacrymæ, sed in super abundantiori eos peccati sanguine foedant. Ideo sequitur: *Ponam super Dibon additamenta.* Addit quippe Dominus dolores doloribus eorum, ut de lacrymis ad lacrymas transeant. Quam misera fors eorum qui nati de muliere, breui viuunt tempore, & hic replentur miseris multis, & post hanc vitam poenitentia traduntur perpetuis?

Lacrymarum efficacia.

17. **ISAIE 18.** *Conuertit se Ezechias ad parietem, & fleuit fletu, &c.* GALFRID. Secretum petit quale potuit, oraturus, ut qui videri in abscondito, videat lacrymam eius. Ideo sequitur: *Audiu orationem tuam, & vidi lacrymam tuam.* Vides quam sit efficax res, oratio, quam festinus & fidelis legatur lacryma supplicantis. A maxilla ascendit in cœlum, & Altissimus non despiciet eam. Quid non poterit qui propheticum sic mutauit oraculum, diuinam flexit sub omni claritate sententiam? Necdum quippe medium atrij processerat Isaia, & iam Ezechia oratio penetrauerat cœlos. Ploramus & nos coram Domino qui fecit nos, & si merita forte non suppetunt illius offerenda memoriæ, instemus lacrymis, & tanto magis precibus insistamus. [Vidi, inquit, lacrymas tuas.] Vtilis res gratia lacrymarum, quando & lacrymam videret Deus, & se eam vidisse commemorat. Infelix ego cui terra datur australis, & arenis, & nentrum datur irriguum postulanti. Quis dabit capiti meo aquas, & oculis meis fontem lacrymarum?

Idem.

18. **LVCA 7.** *Et lacrymis cepit rigare pedes eius.* PETERVS RAVEN. En rerum ordo mutatur. Pluuiam terræ cœlum dat semper: Ecce nunc rigat terra cœlum: imò, & super cœlos, & usque ad ipsum Dominum imber humanarum profilit lacrymarum, ut iuxta Psalmistam & de aquis fletuum illud cantetur: [Et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.] O quanta vis in lacrymis peccatorum, quæ omnem abluunt culpam, gehennam extinguunt, lætam diuinam promulgatione flectunt sententiam. Sequitur: *Et osculabatur pedes eius.* Præcesserant interuenientes lacrymæ, ut denota oscula sequerentur: quia lacrymæ satisfactionis, oscula reconciliationis indicia portant.

Idem.

19. **IOAN. 11.** *Iesus videns Mariam plorantem, lacrymarum est.* RADVLPHVS. O vis, o potentia lacrymarum, quæ cœli ac terræ Dominum, cum qui Angelorum hominumque lætitiæ est, ad lacrymandi humilitatem infirmitatēque deposuerunt. Lacrymæ sunt quæ Samuelis ortum inpetrauerunt, quæ aperuerunt Tobie oculos, & à nuru eius demonium excluderunt. Ipse sunt per quas Petri negatio, & Mariæ

Magdalenæ crimina sub vnius horæ momento delecta sunt.

Idem.

30. CHRYSOST. hom. 6. in Matth. In secularibus iudiciis quantumlibet post acceptam sententiam lamenteris, & lugeas, non tamen effugies flendo supplicium. Hic vero, si toto ingemueris corde ad Deum, soluisi repente sententiam, veniamque meruisti.

Lacrymandum pro peccatis propriis & alienis.

31. MATTH. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. S. LEO in sermone omnium sanctorum. Luctus hic, dilectissimi, cui consolatio æterna promittitur, non est cum mundi huius affectione communis, nec beatum quemquam faciunt ista lamenta quæ totius humani generis deploratione funduntur. Alia ratio est sanctorum gemituum, alia beatorum causa lacrymarum. Religiosa enim tristitia, aut alienum peccatum lugeat, aut proprium: nec de hoc dolet quod diuina iustitia agitur, sed de eo mœret quod humana iniquitate committitur, vbi magis plangendus est faciens maligna quam patiens, quia iniustum malitia sua demergit ad peccatum, iustum autem tolerantia ducit ad gloriam.

Lacrymarum efficacia.

32. AVGVST. Serm. 11. ad fratres in eremo. Si in his, vel in aliquo istorum scilicet peccatorum te inuenis culpabilem, ablue culpam per lacrymam. Iuxta quantitatem sordis mensura lacrymarum copiam. Dixerat autem prius: O felix lacryma! tu carnalem cogitationem extinguis, peccatorum morbum expellis, virus culpæ euomis. O aqua salutaris, per quam omne peccatum destruitur. O via per quam ad paradysum gradimur.

Lacryme munus sponse.

33. AVGVST. lib. de scala paradysi, cap. 6. In lacrymis agnosce, ô anima, sponsum tuum, amplectere desiderarum tuum. Nunc torrente te voluptatis inebria, sige ab vbere consolationis eius lac & mel. Hæc sunt munda munuscula, & solatia quæ dedit tibi sponsum tuum, gemitus scilicet & lacrymæ.

Lacrymandum pro cælestibus, non pro temporalibus.

34. AVGVST. Serm. 11. ad fratres in eremo. Cupis ergo ô monache semper viuere? Depone fletum pro terrenis, noli plorare quæ mundi sunt, & quæ necessaria sunt euenire; depone omnem fletum pro terrenis, & assume lamentum pro cælestibus. Diligamur ergo lacrymas, quia suaues sunt diligentibus Deum. Delectemur igitur semper in hac infirma vita, fratres mei, in fletu, & lamento, sumus tantum proni ad lamentum & fletum, quantum suipus ad culpam audaces. Graua peccata, grauissimis lamentis indigent. O monache ergo à lacrymis quis continere se poterit? Intremus, oblecto, conscientias nostras, discutiamus eas, & si risimus in iuuentute, saltem in senectute fleamus, cogitantes quid Christo, & quid diabolo tempore nostræ iuuentutis persoluimus. O lacryma, tu contra minas hominum suane solatium, quæ passionis Christi es vicaria, contra peccatum ponens remedium, vt per te toties cogatur Christus mori, quoties labitur homo in abyssum peccatorum.

Flendum pro peccatis populi.

35. CHRYSOST. lib. 1. de compunctione cordis. Beati qui lugent, non propriam modò sed & communem omnium miseriam. AVGVST. vbi supra.

Flere etiam debemus populorum peccata quasi nostra vulnera. Sic enim Paulus faciebat, dum clamabat: [Quis infirmatur, & ego non infirmor?] Hæc ille. Forfitan de hoc conquereretur Dominus per Prophetam Amos, cap. 4. [Ascendere feci putredinem castro- rum vestrorum in nares vestras, & non rediistis ad me, dicit Dominus.]

Lacrymari perfectorum.

IOB 3. Antequam comedam, suspiro, & tanquam inundans aqua sic rugitus meus. Flere non tantum incipientium vel proficientium, imo multo magis perfectorum est, qualis erat sanctus Iob. AVGVST. lib. de salutaribus docum. cap. 43. Paruulis est ludere, perfectis autem viris est lugere. [Euntes ibant, & flebant] ait Propheta. Vbi autem fuerint lacrymæ, ibi spiritualis ignis accenditur. Idem 20. de ciuitate cap. 17. Quis tam sit absurdus, & obstinatissima contem- platione vafanus, qui audeat affirmare in huius immortalitatis ærumnis non dico populum sanctum, sed vnumquemque sanctorum, qui hanc vel ducat vel ducturus sit vel duxerit vitam, nullam habentem lacrymam vel dolores, dum potius quanto quisque est sanctior, & desiderij sancti plenior, tanto sit eius in orando fletus vberior? Annon est vox ciuitatis super- nae Ierusalem, quæ dicit: [Factæ sunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte?] Aut verò non eius filij sunt qui ingemiscunt grauati, in quo nolunt spoliari, sed superuultuari, vt absorbeat mortale hoc ad vitam? [Absterget enim Deus omnem lacrymam ab oculis eorum,] & iam non erit amplius nec luctus nec clamor, sed nec vllus dolor, quoniam priora transierunt.

Lacrymandum frequenter.

AMBROS. lib. 5. in Lucam cap. 25. Ablue igitur te lacrymis tuis, lana fletibus. Si tu ipse te fleueris, alius te non flebit. CHRYSOST. hom. 5. de Penitencia. O magnum donum, quod in panam dedit, in salutem vertit. Peccatum tristitiam peperit, tristitia peccatum contriuit. & quemadmodum vermis in ligno natus id ipsum comminuit: sic tristitia de peccato nata peccatum comminuit per penitentiam inducta. AVGVST. serm. de sanctis 45. Non desiderat patriam peregrinatio sine lacryma. Si desideras quod non habes, funde lacrymas: nam vnde dicitur es Deo: [Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo?] Quis iustus non habuit istas lacrymas? Qui non habuit, peregrinum se esse non doluit. CHRYSOST. hom. 6. in Matth. Sicut post vehementes imbres mundus aer ac purus efficitur: ita etiam lacrymarum pluuias serenitas mentis sequitur, atque tranquillitas, omnisque illa de peccatorum tenebris effusa caligo dissoluitur: & sicut ex aqua, & spiritu: sic rursus ex lacrymis & confessione purgamur, modò ne ad ostentationem illud faciamus. & hom. 4. de Penitencia. Non sic semina delatus imber germinare & crescere facit, vt pietatis semen excitat & vernare facit ex lacrymis tuens imber. Hic animam detergit, irrigat mentem. Ideo profundum sulcum profcindere necessariu.

Qui veraciter lugeat, non curat de alijs.

CLIMACVS de discretione, gradu 26. Sicut is qui sententia contra se lata ad damnationem proficitur, nihil de spectaculis curat, aut loquitur: ita ne ille quidem qui veraciter lugeat, ventrem fouebit aliquando.

LAUDES DEI.

Quod Angelorum officium est, laudes Deo decantare, vide, Angeli, num. 21. 53.

Semper

Semper laudat, qui veraciter diligit. 1. Laudibus diuinis insistendum etiam debili corpore. 2. 5. 6. Laudes Dei, maximum sacrificium. 3. 4.

Semper laudat qui veraciter diligit.

1. ENES. 29. Modò confitebor Domino. RICHARD. Quid dicis Lia? Quid clamas pro Iuda? [Nunc, inquit, confitebor Domino.] Semper enim laudas, si semper amas. Ecce de quatuor filiis Lia, primus est, timor pœnæ; secundus, dolor penitentia; tertius, spes venia; quartus, amor iustitia. & post hoc desinit parere. Sufficere enim sibi existimat cum se vera bona veraciter amare considerat.

Laudibus diuinis insistendum etiam debili corpore.

2. ECOLI. Non est speciosa laus in ore peccatoris. GALFRID. Impœnitentis autem ore minus iocunda adhuc. At tamen nemo interim negligat pensum reddere seruitutis, nemo opus Dei faciat negligenter. Sed doleo caput, doleo pectus, deficit corpus, quantumlibet mihi baculum applies, non est vox, nec sensus. Periculosa mœdela medicum nunc inuocare. [Enimuero non est opus sanis medicis, sed malè habentibus.] Debueras & continuo moriturus auxilium flagitare diuinum: Debueras etiam & statim spiraturus, sacrificio laudis honorare Deum, quoniam [illic iter quo ostendat tibi salutare suum,] sed omisit iam multo tempore opus Dei, nunquid profuit tibi? Adhuc vt video nihilominus forte etiam amplius dolere, aut dolere te putas: Expergiscere, exercere in laudibus Creatoris. Multis affuit in eius ope desperata etiam valetudo, sed & modicum si oportet in eiusmodi interim exercitio corpus affici vigiliis, & labore, vbi putas melius posset insumi, quòd in quolibet etiam otio, nec tardius forfitan oportuerat mori? Nam & in omni interim fatigatione satis nos debet beata illa expectatio consolari, quòd in summa iocunditate animi simul & corporis, psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini. Vide, Christus, num. 96. ex Odone.

Laudes Dei maximum sacrificium.

3. OSÆA 14. Tollite vobiscum verba. PETERVS RIBERA Chaldaus. Affert vobiscum verba confessionis. CHRYSOST. Hom. cum presbyter esse, &c. tomo 5. Non dicit, Tollite armenta bouum, aut similia mensuras, sed tollite vobiscum verba, quoniam maximum & pretiosissimum sacrificium sunt verba, & laudes Dei, iuxta illud Psalm. 68. [Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude, & placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas.]

Idem.

4. IBIDEM. Et reddemus vitulos labiorum nostrorum. HIERON. Vituli autem labiorum, laudes in Deum sunt, & gratiarum actio. [Sacrificium enim Deo spiritus contribulatus.] Eodem modo intelligit hunc locum D. GREGORIUS in cap. 1. lib. 1. Reg. D. THOMAS. 2. 2. q. 83. art. 12. docet orationi quatenus satisfactoria est, maximè conuenire vt sit vocalis, ideòque hic dictum esse, [Et reddemus vitulos labiorum nostrorum.] De satisfactione enim hic agitur. Vnde LXX. Et reddemus fructum labiorum nostrorum. CYRILLVS. Promittite gratiarum actiones, & confessionem: hi sunt fructus labiorum. Ad hanc translationem LXX. videtur allusisse Paulus ad Hebræos 13. cum dicit:

[Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis,] id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Chaldaus. Et sint eloquia labiorum nostrorum penes te accepta tanquam bones in beneplacito super altari tuo. Hæc patet Ribera.

Laudibus diuinis insistendum.

5. DIVVS BASIL. Epist. de Vita solitaria ad Greg. Theol. Quid beatius quam angelorum concertum in terra imitari? quam statim oriente die in precibus excitari? quam in hymnis & canticis venerari Creatorem.

Idem.

6. IN oratione Manasses post cap. ult. 2. Paralip. Et laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ. Vide, Perseuerantia, num. 27. GLOSSA ORD. Qui delictorum morti subditus iacet, iniquitatibus inuoluitur Deum laudare non potest. [Non enim est speciosa laus in ore peccatoris.] Eccl. 15. Conuersus verò cum fuerit tanquam de morte translatus ad vitam, illico laudis officio dignus inuenitur, conforsque superioribus virtutibus iudicatur, dum illum laudat in terris quem ille quoque glorificabit in supernis.

LECTIO.

Lectiois utilitates. 1. 2. 3. 5.

Legendum assidue. 2.

Prohibentur libri prophani. 3.

Ad lectionem puro corde accedendum. 4. 8.

Lectioe sacra Angeli delectantur. 5.

Lectioe sacra Christus pascitur. 5.

Ecclesia consolatio ex lectione scripturarum. 6.

Ex lectione quid accipiendum, quid reiciendum. 7.

Lectiois utilitates.

2. ENES. 24. Eo tempore deambulabat Isaac per viam qua ducit ad puteum, cuius nomen est viuentis, & videmus, &c. ORIGEN. Rebecca inuenitur ad puteum, & rursus Rebecca ad puteum inuenit Isaac. & Iacob ad puteum inuenit Sefhoram, &c. Quid sibi vult quòd Patriarchæ ad puteos veniant? & ad aquas coniugia fortiantur? Sanctorum nuptias, coniunctionem ego dico animæ cum verbo Dei: Qui enim iungit se Domino, vnus spiritus est cum eo. Hanc autem coniunctionem animæ cum verbo certum est non aliter fieri posse, nisi per instructionem diuinorum librorum, ad quos puteos si quis veniat, & hauriat ex his aquas, id est, meditando in his, sensum intellectumque percipiat altiorè, inueniet nuptias Deo dignas, & coniungetur anima eius cum Deo. Desiliet etiam de camelis, id est, discedet à vitijs, abiiciet irracionales sensus, & coniungetur Isaac.

Idem. & legendum assidue.

2. DEUTER. 17. Describet sibi, scilicet Rex, Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus. INTERL. Vt nihil fucatum, nihil corruptum sit. & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ. GLOSSA ORD. Nota quantæ assiduitate legere debent sacerdotes, cum assidue legant reges, lectio ipsa lux est & vita. Vide Luc. 11. Verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt. Hæc ille. Lectiois autem utilitates statim sequuntur

textu, ut dicitur. **I**NTER L. legendo, timere Deum. **I**NTER L. Casto timore. [Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi.] **P**sal. 18. *Et custodire verba & ceremonias quae in lege praecepta sunt, nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos.* **I**NTER L. Quae sequitur potestatem. *Neque declinet in partem dextram vel sinistram.* **I**NTER L. Amicitia, vel odio, vel qualibet occasione, sed regat in virga ferrea.

Lectiois sacrae utilitates, & prophana prohibitio.

3. **2.** **P**ARALIP. 34. *Reperit Helcias sacerdos librum legis qui datus fuerat per manum Moysi.* **L**YRAN. Dicit Rabbi Salo, quod cum Achaz quareret libros legis Domini ad comburendum, iste fuit absconditus in muro templi, & sic cum repararentur muri, fuit inuentus. *Quem cum legisset Saphan coram rege, scilicet Iosia, & audisset verba libri legis Domini, scidit vestimenta sua, & c. dicens: ite, & orate Dominum pro me, & c. super universis sermonibus libri istius, & c.* Si legas in libris legis, & in diuina Scriptura, senties admirabiles effectus in corde tuo, valde dissimiles ab his qui prophanos libros legendo in anima sentiuntur. Booz dixit ad Ruth cap. 2. *Audi filia, ne vadis in alterum agrum ad colligendum: & Christus Dominus ad suos: Scrutaminis scripturas, & c.*

Ad sacram lectionem non debet accedere immundum cor.

4. **S**APIEN. 1. *Spiritus sanctus disciplina effugiet solum.* **S**BERNARD. Ante carnem enim disciplinae studii edomitam, & mancipatam spiritui, ante spretam & abiectam seculi pompam, & sarcinam, indignè ab impuris lectio sancta praesumitur. Quomodo enim lux incassum circumfundit oculos caecos, vel clausos; ita homo animalis non percipit ea quae sunt Spiritus Dei. Neque enim Spiritui sancto pars cum mundi vanitate, cum veritatis sit spiritus, aut cum sapientia carnis, quae stulta est apud Deum.

Lectiois sacrae utilitates, etiam si non intelligatur.

5. **2.** **A**D TIMOTH. 3. *Omnis scriptura diuinitus spirata, utilis est.* **O**RIGEN. *Hom. 29 super Iosue.* Non parum utilitatis confert anima, cum ad aures nostras licet obscura lectio diuini sermonis illabitur. Quonia si incantatio apud gentes ad serpentes incantationibus mouentur, multo magis caelestes virtutes, quae nobiscum sunt, libenter accipiunt, si verba scripturae, & preces ex ore nostro promamus. Est enim illa non intelligimus, illae virtutes intelligunt, & velut carmine quodam inuitatae, & adesse nobis, & ferre auxilium delectantur. Sanctae enim virtutes, cum scripturae leguntur à nobis, & delectantur, & validiores erga nostram diligentiam fiunt. Licet sensus noster sine fructu sit: secundum illud 1. *Corinth. 14.* [si linguis loquamur, & spiritus noster oret: sensus autem noster sine fructu sit ad intelligendum.] Mirum mysterium in hoc protulit Apostolus. Aliquando scilicet fieri posse ut spiritus qui in nobis est, oret, & sensus noster sine fructu sit. Illae enim virtutes quae animae nostrae in adiutoriū datae sunt, rescipiuntur ex auditu sanctae scripturae, velut diuinis & rationabilibus cibis. Ipse etiam Christus, si in huiusmodi studiis nos vacantes inueniat, non solum refici, & pasci dignatur in nobis, sed etiam patrem secum adducet, iuxta illud *Ioan. 14.* [Ad eum venimus, & mansionem apud eum faciemus.] Insper & malignarum virtutum insidias, & demonum incurSIONES huiusmodi sermonum & nominum appellationibus effugamus.

Lectiois enim diuinae virtute si quis contra nos est contrariae virtutis serpens, scripturae carminibus depelletur. Si ergo legitur tibi scriptura obscura, & quam non intelligis, hanc interim utilitate suscipe. Obserua tamen ne efficiaris [sicut apides surdae, & obturantes aures suas, quae non exaudiunt vocem incantantis, & venefici incantantis sapienter.] Ne ergo fastidium audientes sacras scripturas etiam non intelligamus. Quia, ut ait Apostolus, [omnis scriptura utilis est,] etiam non sentiamus utilitatem. Praebent aliquando medici cibum, vel potum: verbi gratia, ad discutiendam caliginem oculorum, nec tamen in edendo, vel potando sentimus, quod prosit; sed cum transierit dies una, & altera, suo tempore per occultos meatus relata ad visum cibi, vel poculi virtus, paulatim purgat aspectum: sic & lectio, & c. Vide, *Scriptura sacra*, maxime num. 13.

Ecclesiae consolatio ex lectione scripturarum.

CHRYST. *Hom. 17. ex variis in Matth. 6.* Prata & nemorosa loca diuersos habent flores: & quadam quidem sunt visu delectabilia, quadam benevolentia, quadam vero ad curam corporum necessaria, & haec omnia congrua sunt homini. Sic etiam Ecclesia est. Lektionen habet diuersarum scripturarum, Evangelij videlicet, Apostolorum & prophetarum institutiones: quae omnia apta sunt & conuenientia Christo. Sed super prata oritur sol, & marcescunt flores, & decorem suum amittunt: In hunc vero agrum vel pratum, mittitur solus iustitiae, & alium quidem corripit, alium autem sanctificat, alij vero miseretur.

Ex lectione quid accipiendum quidve reiciendum.

BASIL. *De legendis gentium libris.* Veluti apes non omnibus floribus similiter insidunt; neque ex eis ad quos accedunt, omnia auferre conantur, sed reliquum dimittunt; nos etiam ut sobrij sapientesque quantum congruum nobis, propinquumque veritati ex ipsis fuerit, persequamur, reliquum praetereamus. Et sicut in legendis rosas sentes vitamus: sic in talibus sermonibus quidquid est vile, carpes, noxium vitemus. *& infra.* Velut florum reliquias quidem vsque vsque ad odorem & colorem est usus: apes autem mel ex ipsis excerpere nouerunt. Sic & qui diligentes in legendo existunt, non solum quod dulce iucundumque fuerit in eorum libris, persequuntur, sed quandam ex iis utilitatem animo referre contendunt.

Puritas animae requiritur ad lectionem sanctorum.

ATHANAS. *lib. 2. de Incarnat. Domini.* Quemadmodum si quis intueri solis lucem velit, oculum purgat, clarioremque reddit, seipsum ferme ad eius quem cernere cupit similitudinem mundans, ut illa luce affectus oculus solis lucem queat intueri; aut quemadmodum, si quis ciuitatem, aut regionem inspicere cupiat, pergat ad locum inspicendi gratia: ita & qui Theologorum affici intelligentia cupit, abluere prius animam debet, atque detergere, & per vitae morumque similitudinem ipsos adire sanctos, ut voto atque instituto illis coniunctus, ea etiam quae illis Deus reuelauit, intelligat. Nam absque munditia animae, & vitae sanctitatis amula, possibile non est sanctorum dicta intelligere.

LEX.

Charitas, plenitudo legis. Vide, Charitas, num. 14.

Lex aequalis in paruis ac in magnis. 1.

Lex Decalogi data ut mundus corripatur. 2.

Lex spiritualiter intelligi debet. 3.

Lex

Lex scripta quare superaddita naturali. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Lex Evangelica quare data. 6. & cur non prius data. 11. Eius dignitas. 16. 31.

Lex non iustificabat. 7. 14. 15. 21. Cur in lapidibus data. 12. 13. & cur digito Dei. 12.

Lex vetus per Angelos: noua, per ipsum Deum data. 10.

Cur priores tabula confracta. 14.

Seruare non sufficit unam, sed omnes leges adimplenda. 17.

Lex vetus propter nouam. 18. 19.

Lex vetus non paruipendenda. 20.

Lex noua non est onerosa, sed tantum desidiolis. 22.

Lex quare in isto non est posita. 23.

Legis noua summa. 24.

Lex antiqua non mala. 25.

Lex Domini sancta & pulchra. 26. 29.

Leges non vituperanda, sed earum transgressores. 27.

Lex data ut vitia demonstraret. 28. 33.

Leges Dei obseruanda. 30.

Lex diuina nos protegit. 32.

Lex Christi suavis & leuis. 34.

Lex Domini lumen. 35.

A ieiunio utraque lex incipit. Vide, Ieiunium, n. 7. Qualiter intelligitur in isto non esse legem positam. Vide, Iusti, num. 58.

Lex aequalis est in paruis ac in magnis.

HEDORETVS. Postquam enumerauit supplicia quae Deus fecit contra legum primos praeparatores, ut habes verbo, *Deus*, num. 100. sic ait: Scire operam pretium est, omnem legem, quamuis paruis ac minimis de rebus promulgetur, eandem vim habere cum ea quae magna aut iubeat, aut veter; idque praecipue de lege diuina censendum est. *Hac ille*, cum proportione, ut aiunt.

Lex Decalogi data ut mundus corripatur.

2. **E**XOD. 7. *Ecce constitui te Deum Pharaonis, & c.* **O**RIGEN. Mystice autem ego puto, quod Moyses in Aegyptum veniens, & deferens vitgam qua castigat & verberat Aegyptum decem plagis, lex Dei sit, quae data est huic mundo, ut eum decem plagis, id est, decem mandatis quae in decalogo continentur, corripiat, & emendet.

Lex spiritualiter intelligi debet.

3. **E**XOD. 15. *Qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt.* Vide, *Circumcisio*, num. 12. ex Origene. Quod lex, nisi spiritualiter intelligatur, amara & grauis sit, & quae dicantur praeccepta non bona, & c.

Lex scripta quare superaddita naturali.

4. **E**XOD. 20. *Locutus est Dominus cunctos sermones hoc.* **C**ASSIAN. *Collatio 8. cap. 23. & 24.* Deus naturaliter homini scientiam legis inferuit, quae si fuisset ab homine, ut ceperat, custodita, non necessarium fuisset aliam dari quae per litteram promulgata est. Erat enim superfluum extrinsecus offerri remedium, quod adhuc intrinsecus tenebatur infernum. Sed quia corrumperet libertate, vsque peccandi, apposita est Moisaica legis feuerissima diraque di-

strictio. Quod autem sit homini omnis scientia legis ab initio creationis infusa, hinc manifestè probatur, quod mandata legis absque littera lectione, ante legem, imò ante diluuium omnes sanctos obseruasse cognoscimus. Hoc probatur à iusto Abel, praeter reliquos. Vide locum. Et idcirco in eos qui ante legem, imò ante diluuium peccauerunt, iusto iudicio Deum animaduertisse cognoscimus. Quia transgressi naturaliter legem, sine vlla meruerunt excusatione puniri. Vnde Apostolus: [Iustus non est posita lex, sed iniustus, & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis.] Iusti namque habentes naturalis illius, atque insitae legis sanam atque integram disciplinam, nequaquam lege hac extrinsecus adhibita litteris descripta indigebant.

Idem.

IBID. **A**VGVSTIN. *super Psal. 57.* Ne sibi homines aliquid defuisse quererentur, scriptum est in tabulis, quod in cordibus non legebant. Non enim & scriptum non habebant, sed legere nolbant. Oppositum est oculis eorum quod in conscientia videre cogerentur, & quasi forinsecus ad mota voce Dei, ad interiora sua homo compulsum est, dicens Scriptura: [In cogitatione impij interrogatio erit.] vbi interrogatio, sibi lex. Item, homines appetentes ea quae foris sunt, etiam à seipis exules facti sunt, data est autem conscripta lex, quia tu fugitiuus eras cordis tui, & ab illo qui ubique est, comprehendere, & ad te ipsum intrò reuocar. Vnde ipsa lex clamat: [Redire praeparatores ad cor.] *Idem super Psal. 118. Concor. 27.* Ad hoc data est lex, vt de te magno, paruam & humilem faceret, & c. Vide, verbo, *Humilitas*, num. 31.

Idem.

DIVVS THOM. *Opuscul. 8. de decem praeceptis.* **6.** Quia lex naturae, per legem concupiscentiae destructa erat, oportebat quod homo reduceretur ad opera virtutis & retraheretur à vitiis, ad quae necessaria erat lex scripta. Homo autem retrahitur à malo: primum, timore, iuxta illud: [Initium sapientiae, timor Domini:] & illud: [Timor Domini expellit peccatum.] & ad hoc deseruit lex Moisaica quam irritantes, morte puniebantur, iuxta illud: [Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur.] Hic autem modus retrahendi à malo, insufficientis est. Vnde & lex ipsa data per Moysen, insufficientis fuit. Licet enim coercerit manum, non coercerat animum. Ideo alius modus retrahendi à malo, & inducendi ad bonum, fuit necessarius, scilicet modus amoris: & hoc modo data fuit lex Christi, scilicet Evangelica, quae est lex amoris, & c. Vide locum. *Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* **A**VGVST. 9. 73. Multum & solide significatur ad vetus testamentum timorem pertinere, sicut ad nouum dilectionem. quamquam & in veteri nouum lateat, & in nouo, vetus pateat.

Lex non iustificabit. Vide, ex Irenaeo, verbo, Circumcisio, num. 13.

Lex scripta quare superaddita naturali.

EXODI 31. *Dedit quoque Dominus Moysi compleris huiusmodi sermonibus in monte Sinai, duas tabulas testimonij lapideas scriptas digito Dei.* **I**RENÆVS *lib. 4. contra Haereses cap. 30.* Queritur cur Deus non dederit patribus antiquis legem, sed tantum Moysi, ut populo eam promulgaret? Quia lex non est posita iustis. Iusti autem patres virtutem Decalogi conscriptam habentes in cordibus suis, eam seruabant, diligentes Deum qui fecit eos, & abstinentes erga proximos ab iniustitia, propter quod non fuit necesse adme

admonere eos correctoris literis, quia habebant in semetipsis iustitiam legis. Cum autem hæc iustitia, & dilectio erga Deum, cessisset in oblivione, & extincta esset in Ægypto, necessarium Deum propter multam suam erga homines benevolentiam, seipsum ostendebat per vocem, uti rursus fieret homo discipulus, & sceptor Dei, & subastigebat indico audientes, ut non contemnerent eum qui se fecit, & manna in deserto cibavit eos, uti rationalem acciperent escam: Iuxta illud Deuter. [Cibavi te manna, quod non sciebant patres tui, ut cognoscas quoniam non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei, quod procedit de ore Dei.]

Idem.

8. **I**BIDEM. CYRILLVS lib. I. super Ioannem cap. 11. Lex data est, ut per eam lux quæ in nobis est, accendatur, lippitudine oculorum mentis deterfa, & depulsis tenebris, quæ prisca ignorantia nos occuparunt. Hieron. in Isai. cap. 24. Idcirco lex data est per Moysen, quia prima lex dissipata est, de qua Apostolus loquitur: [Gentes, quæ non habent legem, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt.] Isti legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Ambros. de fuga sacali cap. 3. Lex quid operatur? Nisi ut omnis mundus fieret subditus Deo, quia non solum Hebræo data est, verum etiam aduentum vocavit, quæ non exclusit profelytum.

Idem.

9. **I**BIDEM D. THOMAS. 12. quest. 98. ar. 6. Conueniens fuit, tali tempore legem veterem dari, ad superbiam hominum conuincendam. De duobus enim homo superbiebat, scilicet de scientia & de potentia. De scientia quidem, quasi naturalis ratio ei possit sufficere ad salutem: & ideo ut de hac eius superbia conuinceretur, permissus est homo regimini suæ rationis absque adminiculo legis scriptæ. & experimento homo discere potuit quod patiebatur rationis defectum, per hoc quod homines vsque ad idololatriam; & turpissima vitia circa tempora Abraham sunt prolapsi: & ideo post hæc tempora fuit necessarium legem scriptam dari in remedium humanæ ignorantia, quia per legem est cognitio peccati, ut dicit Apostolus. Postquam autem homo fuit instructus per legem, conuicta est eius superbia de infirmitate, dum implere non poterat quod cognoscebat. & ideo, sicut Apostolus concludit [quod impossibile erat legi, in qua infirmabatur per carnem, misit Deus filium suum ut iustificatio legis impletur in nobis.] Ex parte verò bonorum, lex data est in auxilium, quod quidem tunc maxime populo necessarium fuit, quando lex naturalis obscurari incipiebat, propter exuperantiam peccatorum. Oportebat enim huiusmodi auxilium quodam ordine dari, ut imperfecta ad perfectionem manu ducerentur, & ideo inter legem naturæ, & legem gratiæ oportuit legem veterem dari.

Lex vetus per Angelos, nona vero per ipsum Deum data.

10. **I**BID. Idem D. THOMAS. ubi supra, ar. 3. Sciendum quod lex vetus data est à Deo per angelos, quia, ut ait Dionys. Cælestis hier. ar. cap. 4. Diuina debent deferri ad homines, mediantibus Angelis. Item secundò & specialius, quia lex vetus imperfecta erat, sed disponebat ad salutem perfectam generis humani, quæ futura erat per Christum. Sicut videmus in omnibus potestatis, & artibus ordinatis, quod ille qui est superior, principalem & perfectum actum operatur per seipsum: in ea verò quæ disponunt ad perfectio-

nem vltimam, operatur per ministros. Sicut nauifactor impaginat nauim per seipsum, sed preparat materiã per artifices subministrantes. Sic conueniens fuit ut lex perfecta noui testamenti daretur immediatè per ipsum Deum hominem factum: lex autem vetus, per ministros Dei, scilicet per Angelos daretur hominibus. & per hunc modum Apostolus probat eminentiam nouæ legis ad veterem, quia in nouo testamento locutus est nobis Deus in Filio suo, in veteri autem testamento est sermo factus per Angelos.

Lex Evangelica cur non prius data est.

11. **I**BID. CYRILLVS lib. de Spiritu sancto. Quæritur quo pacto congruum fuerit olim, & ab initio priscis nouam & Euangelicam legem non esse datam? Dicimus quod liberati ab Ægypto opus habebant instructione & educatione, quali pueruli. Erant enim adhuc crassi, & ad absurda quæque facile seductibiles. Quare fere impossibile erat, & minime integrum, ut statim arduam quandam ciuilitatem, & vitæ rationem arriperent, quæ tam præclara sit ac admirabilis, ut ambuletur quidem super terram, conuersatio autem habeatur in cælis. Vnde Apostolus: [Perfectorum quidem est solidus cibus, paruulis verò lac conducibilis est.] Pueris igitur opus erat eruditione quæ per figuras, & ut sic dicam, victu delicatiore non sermone ad consummatam perfectionem ducente. Israhelita enim leues erant parumque sapientes, & in quamlibet affectionem facile rapiebantur: & si quis mores eorum diligenter spectarit, opinor quod neque umbra digni erant, id quod Moyses ostendit, tabulas legis confringendo, nec umbra, nec figuris, nec vlla doctrina cælesti dignos arbitratus.

Lex scripta digito Dei, id est, Spiritu sancto.

12. **I**BID. Duas tabulas lapideas scriptas digito Dei. August. de Catechizandis rudibus cap. 20. & serm. 6. de verbis Apostoli. Per digitum Dei intellige Spiritum sanctum, sicut in euangelio manifestissimè declaratur. Nam ubi vnus Euangelista dicit: [Si ego in spiritu Dei eiicio demonia] alius dicit: [Si ego in digito Dei eiicio demonia.] Lex ergo digito Dei, id est, spiritu Dei scripta est, quo spiritu victi magi Pharaonis, dixerunt, *Dignus Dei est hic*. Dicitur autem Spiritus sanctus *dignus Dei*, quia per Spiritum sanctum dona Dei sanctis diuiduntur, ut cum diuersa possint, non tamen discedant à concordia charitatis; in digitis autem maxime apparet quedam diuisio, nec tamen ab vnitæte præcilio. LIPOMAN. Sed cur Deus scripsit Decalogum potius in lapideis quam in ligneis vel papyraceis tabulis? Responderunt, quod voluit Deus his faxeis tabulis significare stabilitatem & firmitatem legis suæ. Ut enim gentes incidebant leges suas in æs, quæ significarent eas debere esse inuiolabiles: ita Deus sculpsit decalogum suum in lapides, ut declararet se potius cælum & terram aboliturum quam decalogum suum. AVGVST. ubi supra. Vel ad significandam duritiam cordis eorum, quod legem non erant impleturi. Corporalia quippe dona desiderantes à Domino, magis carnali timore, quam spiritali charitate tenebantur; legem autem non implet nisi charitas. ISIDORVS. Per lapidis enim insensibilitatem demonstrauit duram eorum mentis stoliditatem, de qua propheta dicit: [Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.] Vnde Apostolus: [Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.] Neque enim hoc tabulæ carnales voluit, ut carnaliter sapiamus, sed quia in cõparatione lapidis qui sine sensu est, caro sentit: ideo per lapidis duritiam significatum est cor nõ intelligens; & per carnis sensibilitatem, significatum est cor intelligens.

Idem.

Idem.

13. **I**BIDEM. AMBROS. lib. 3. de Spiritu sancto. Non carnali digito Deus harum literarum apices & elementa formauit, sed spiritu suo dedit legem. & ideo Apostolus dixit: [Lex enim spiritalis est, quæ vtique non atramento scripta, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.] Nam si Apostoli epistola scribitur in spiritu, quid obstat quominus legem Dei etiam non atramento, sed spiritu Dei scriptam credere debeamus? Quæ vtique cordis nostri mentisque secreta non maculat, sed illuminat. Scripta est autem in tabulis lapideis, quia in typo scripta est, sed tabulæ fractæ primò sunt, & abiectæ de Moysi manibus, quia Iudæi à prophetis operibus deciderunt, & bene tabulæ fractæ sunt, non scripta deleta, quia fides non deficit. & tu vide ne frangatur tabula tua, ne mens tua, & animus tuus diuidatur. Si fides deficit, tabula tui cordis frangitur, comminuitur animi fortitudo, si vnitatem diuinitatis in Trinitate non credas.

Cur priores legis tabulæ contractæ.

14. **E**XODI 32. Protecit de manu tabulas, & confregit eas. Vide, Euangelium, num. 5. ex. August. Ambros. & Isidoro.

ROMAN. 5. Lex subintravit ut abundaret delictum. P. P. RAVEN. Venit lex quæ & vulnus proderet, & tandem vetusto langori supernum aduenire medicum nunciaret. Venit lex quæ mandatorum fomentis in cutem produceret, quod in altum malè letaliter saniebat. Venit lex ut gladio præceptorum apostema longi temporis erireret, & collectam diu sanie salutis subinde sequeretur effusio. Nec tamen per se aut vulnus claudere, aut ægrotanti perfectam valebat reddere sanitatem. & ideo sequitur: [Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia.] Ac si diceret: vbi dilatatum est vulnus, super-effusa est sanitas.

Lex non iustificabat, sed ostendebat peccatum.

15. **R**OMAN. 7. Peccatum non cognoui nisi per legem. Idem ac si diceret: Aurum auaritia non est, sed auaritiam non cognoui nisi per aurum. Vinum ebrietas non est, sed ebrietatem non cognoui nisi per vinum. Pulchritudo corporis non est concupiscentia, sed formæ decus: formæ concupiscentia me rapuit & perduxit ad lapsum. Peccatum non cognoui nisi per legem. Vitia non nosse, felicitatis est; nosse, periculi; vicisse, virtutis. Quod enim ignis aridæ segeti, hoc vitia corpori sunt humano. Nam si ad mentem, & sensus peruenierint, inextinguibile gignitur, & exhalatur incendium; & nisi iudex cælestis corda rigauerit, omne robur cordis, & corporis, redigitur in fauillam.

Legis Evangelicæ dignitas.

16. **P**ETRI 3. In quo & is qui in carcere erant spiritibus veniens predicauit. GREGOR. NAZIANZ. Voluit Christus omnes saluari, nec eos tantum qui post eius aduentum fuerunt, sed eos etiam qui ante. Qui enim ante Christum ita vixerunt, ut si Christus tunc predicasset, credituri fuerint; illi etiam per descensum Christi ad inferos saluati sunt, & post eius aduentum ij tantum saluantur qui crediderunt. Hæc ille. Ut cognoscamus dignitatē legis Euangelicæ.

Seruare non sufficit vnans, sed omnes leges implende.

17. **C**HRYSTOSTOMVS. hom. 36. de virtutibus, & vitis. Ut in cithara non satis est in vno tantum

neruo concentum efficere, sed vniuersi percutiendi sunt numerosè & decenter, sic & in animi virtute non satis est nobis ad salutem lex vna, sed vniuersæ summa cum diligentia conseruandæ sunt. ORIGEN. hom. 12. in Exod. Tu filium tuum vis scire literas liberales, verbi gratia rhetoricam disciplinam: nunquid eum vacuum & liberum esse concedis ad omnibus aliis? Omissis cæteris huic vni studio operam dare iubes? Pædagogos, magistros, libros, impensas das, nihilque deesse concedis, quod ad profectum eius studij facit. Quis nostrum ita se ad diuinæ legis studia conuertit?

Lex vetus, & propheta propter nouam.

18. **O**RIGEN. hom. 10. in Leuiticum. Sicut ij quibus artificium est signa facere ex ære, & statuas fundere, antequam verum opus æris producant, aut argenti, aut auri, figmentum prius luti ad similitudinem futuræ imaginis formant: non quod figmentum necessarium sit, sed vtique opus quod principale est, expleatur: cum autem fuerit effectum opus illud, propter quod figmentum luti fuerat formatum, vsus eius vltra non quæritur. Tale aliquid etiam in his quæ in typo & figura futurorum in lege & prophetis vel scripta vel gesta sunt. Venit enim ipse artifex, & auctor omnium, & legem quæ vmbra habebat futurorum bonorum, transfudit ad ipsam imaginem rerum, &c.

Idem.

19. **L**VCA. 16. Lex & propheta vsque ad Ioannem. EPIPHAN. hæresi 66. Rex profecturus in regionem, præmittit ante se in equis præparatores prænuncios: & quanto magis aduentus regis appropinquat, tanto plures sunt præcones aduentum anticipantes, & in vrbibus aduentum prænunciantes: Vbi verò venerit iam rex in vrbem, quæ amplius est vtilitas præconum? Quid opus est equitibus, aut aliis denunciantibus regis aduentum, quamdiu ipse rex intus est? Sic etiam lex, & propheta vsque ad Ioannem. Vbi verò Ioannes prædicauit vocem in deserto, & ostendit [Hic est Agnus Dei,] non amplius prophetis opus est, quod veniant, & prædicent nobis Christi ex Virgine aduentum, ad aduentus ipsius confirmationem; quoniam prænunciatus fuit.

Non parui penderda lex vetus, non tamen ut seruetur.

20. **A**D Galatas 2. Pædagogus noster est Lex ad Damini aduentum. EPIPHAN. lib. contra Manich. Quemadmodum si quis pædagogum haberet, vbi perueniret ad etatem, & acceperit præceptorem, non omnino reiicit pædagogum velut inimicum: sic & nos deducti sumus in lege, & in prophetis vsque ad aduentum præceptoris. Reperto autem præceptore, non reprobamus pædagogum, sed etiam gratiam ipsi confitemur quod pueritiam nostram deduxit, & ad perfectiores disciplinas nos demisit. Aut quemadmodum si quis in mari nauigare velit, & magnam nauim haberet: verum in parua scapha commotionem circa ripam maris transiret, & scapha hominem ad magnam nauim transferret: homo ipse non omnino submergit scapham, vbi magnam nauem reperit, sed cum hoc quod gratiam scaphæ habet, occupat maiorem salutis suæ nauim. Aut etiam dicamus: Quemadmodum si quis expositus sit à matre sua genitrice, assumptus autem sit ab aliquo quocumque tandem, & postea vbi in virum enaserit, cognouerit suum naturalem patrem, sit autem talis prudentia præditus: nunquid vbi cognouerit suum patrem, & propriam hereditatem allequitur; ob id reprobatur nutri-

rorem, qui ipsum educavit, & non potius gratiam habet nutritio, quod non fuit ipsum in mortem tradi? Sic & nos gratiam habemus Deo, quod dedit legem, & prophetas, & gratiam habemus ipsi, qui dignatus est nos nouo filij sui testamento.

Lex vetus non conferebat gratiam.

21. MACHARIUS HOM. 32. Quomodo corporis umbra ortum habet ab ipso corpore, carnis tamen officium implere nequit. Nam alligare vulnera, escam præbere vel loqui non potest umbra, etsi manat à corpore, præcedensque declarat corporis præsentiam. Eodem modo lex vetus est umbra noui testamenti; prænuñciat. umbra veritatem, non tamen suppeditat spiritum. Porro sicut umbra nihil confert, neque medetur doloribus; sic antiqua lex animæ vulnera molestiasque sanare non potuit, quia vitam non habebat.

Noua lex non est onerosa, sed tantum desideriosa.

22. MATTH. 5. Audistis quia dictum est antiquis, Non machaberis, &c. CHRYSOST. HOM. 8. de Penitentia. Cognouit difficile esse mandatum, non suapte natura, sed audientium desidia. Multa enim quæ natura facilia sunt, difficilia sunt cum pigritamus. Quod verissimum esse ex eo constat. Nam mel natura dulcedinem habet, atque eandem iocundissimam, sed agroris amarum quid atque illicitum est non propria, sed illorum ægritudinis natura: sic lex tamen videatur onerosa, non sua natura, sed nostra sit pigritia. & infra. Laboriosa lex, & multum oneris habet: sic igitur & magnam habet coronam. Tu verò nequaquam laborem attende, sed retributionem considera. Sic & in vitæ rebus sit. Si enim laborem perspexeris, graue & onerosum; si verò retributionem cogitaueris, leue ac facile quod subest. Sic & gubernator si fluctus viderit solum, nusquam portu scapha digredietur, sed ipsam præ fluctibus utilitatem commodumque metietur, atque ita demum inuabili se credit pelago. Sic & miles, si vulnera cadensque viderit, non induet thoracem; si verò triumphos, præ vulneribus, victoriasque, in pratium quasi concurrat ad prælium.

Qua ratione lex non est posita in istis.

23. I. AD TIMOTH. I. Lex in isto non est posita, sed amittitur, & non subditis, impiis, & peccatoribus. &c. CHRYSOST. HOM. 2. in primam ad Timoth. Quemadmodum fræno legitime vitur non is equus qui lasciuat, nec qui mordet, sed qui pulchre agit: ita & is lege vitur legitime non qui literæ necessitate sobriè ac iuste viuere cogitur, sed qui nouit quod ipsa non indiget, non metu legis rectè factis insistit, sed virtutis tantum gratia, hic securè ac legitime vitur lege. & infra. Quemadmodum literarum apicem pueris proponuntur: porro qui eas docet, non ex ipsis excellit, verum aliunde peritiæ gloriam promeretur, atque ex ea eruditione præstantius vitur literis: ita & qui legem transcendit, nihil opus habet doceri lege: nam ipsam non metu exequitur, sed ex virtutis desiderio hic melius implet: huic ad quid lex? Quemadmodum & medicus confecto vulneribus, non sano, nec bona valetudine prædito. Nihil opus mansucto equo & obtemperanti, fræno. Nihil instructione opus est ei qui pedagogo non indiget.

Summa totius legis.

24. MATTH. 7. Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex, & propheta. CHRYSOST. HOM. 18. operis imperfecti. Quemadmodum innumerabiles rami in vna radice;

ita, quæcumque lex & propheta sparsim in omnibus præceperit scripturis, in hoc compendio compenduntur mandato.

Lex antiqua, non mala.

25. MATTH. 5. Quidquid autem vobis abundantius est à malo est. CHRYSOST. HOM. 17. in Matth. Sicut cum mammilla nutritis cum omne officium suum impleuerit, & puerum ad firmiorem mensuram ætatis perduxerit, inutilis iam videtur: & parentes qui necessariam prius filio iudicabant mammillam, mille illam postea irrisionibus prosequuntur; plerumque autem eam non solum verbis horribilem faciunt, sed etiam amaris quibusdam herbarum succis oblinunt; & cum sermone nequiuert importunum iam circa illam pueri desiderium compefcere, ipsi saltem illud rebus extinguunt; Sic etiam Christus à malo legem esse dicit, non quod à diabolo esset, sed ut Iudæos ab antiqua voluntate reuocaret. & quomodo, inquis, fieri potest aliquid nunc quidem bonum, nunc malum? In nostra hoc perpende natura. Portari in humeris hominum in prima ætate bonum est, postea miserrimum. Præmanus uti cibis inter principia vitæ bonum est, postea verò abominationis horroresque plenissimum. Deinde vestem non indui, puero quidem bonum est: viro autem pendendum.

Lex Domini sancta & pulchra.

26. CHRYSOST. HOM. 5. ad populum Antiochenum. Aureum vestimentum pulchrum quidem est, etiam cum videtur, multo pulchrius autem nobis videbitur, nostro circumpositum corpori. Sic & Dei mandata, pulchra quidem sunt, etiam cum laudantur, multo autem pulchriora, cum explentur, apparent. & hom. 19. Num cernis ut mulieres & parui pueri pro magna custodia collo Euangeliæ suspendunt, & ubique circumferunt quocumque abierint? Tu Euangeliæ mandata, & leges mente describas, non auro, aut argento hic est opus, nec librum emere: voluntate sola vobis opus est.

Leges non vituperande, sed earum transgressores.

27. THEODORETUS LIB. 12. de Græcarum affectionum curatione. Vos (ô Græci) curamini ob legum euangelicarum transgressores, leges etiam accusare. Contra autem oportuit eos quidem reprehendere homines, leges autem minime detestari. Neque enim propter malas vices à bonis vitibus abhorremus: neque ut amaras amygdalas, quæ dulces sunt, auersamur; neque ob aurum quod are subdito adulterium censetur, id quod est bonum purumque damnamus: non denique ob ementitam purpuram, carpinus vitique & ingenuam, neque quod nonnulli sunt inestri pictores, idcirco accusamus peritos, neque ob scelestos homines, probos odio prosequimur, verum è pictoribus, medicis, sutoribus, fabris, &c. eos qui sunt egregij, laudamus, imperitos verò suæ quemque artis carpere conuenimus, nec tamen ipsas artes accusandas putamus.

Lex data est ut vitam demonstraret.

28. ROMAN. 7. Peccatum non cognouit nisi per legem, &c. HIERON. quæst. 8. ad Algasiam. Quomodo medicina non est causa mortis, si ostendat venenâ mortifera, licet his mali homines abutantur ad prohibitionem, & vel se interficiant, vel insidientur inimicis: Sic lex data est, ut peccatorum venena monstraret, & hominem malè libertate sua abutentem, qui prius ferebatur improvidus, & per præcipitia labebatur, fræno legis retineat, & compositis doceat incedere gressibus, ita ut seruamus in nouitate spiritus, &

non

no in vetustate litere, id est vinamus sub præcepto, qui prius in modum brutorum animalium dicebamus: [Manducemas, & bibamus: cras enim moriemur.]

Lex semper bona est.

29. ROM. 7. Peccatum per bonum mihi operatum est mortem. AVGUSTINUS. contra Faustum, cap. 8. Ergo lex semper bona, siue obstit inanimibus gratia, siue proficit plenius gratia, semper est bona. Sicut sol semper est bonus, quia omnis creatura Dei bona est, & quod dolentibus oculis ad videndum solem, hoc est gratia mentibus ad implendam legem: sicut oculi sani non Solis delectatione moriuntur, sed illis istibus asperis radiis, quibus reuerberati in densiores tenebras pelluntur: Sic anima quæ per charitatem spiritus salua facta est, non iniustitiam mortua dicitur, sed illi reatui præuacationis, quam lex per literam, cum gratia desuit, faciebat. Idem lib. 12. contra Faustum cap. 14. Sicut æger non debet reprehendere medicinalem doctrinam, si aliud ille hodie præceperit, aliud cras prohibens, etiam quod antè præceperat, (sic enim habebat sanandi cuius corporis ratio) ita genus humanum ab Adam vsque ad finem sæculi quamdiu corpus quod corrumpitur, aggrauat animum ægrum aut sanctum, non debet diuinam reprehendere medicinam, si in quibusdam hoc idem, in quibusdam verò aliud & aliud prius, aliud posterius obseruandum esse præcepit, præsertim cum sic aliud præceptum esse promissit.

Leges Dei obseruande.

30. AVGUSTINUS. lib. de salutaribus documentis. Recogitemus quali honore nobis Dei legatio sit accipienda. Si legatio à rege, aut à iudicibus ad nos veniret, nunquid non mox aliis curis posthabitis, prompta voluntate, & cum omni deuotione literas acciperemus, & legentes implere satageremus? Ecce de celo rex regum, imò Redemptor noster, per prophetas & Apostolos dignatus est nobis suas epistolas dirigere, non ut seruitium sibi necessarium demandet, sed quæ ad salutem profint, innotescat.

Quare lex Christi plus perfectionis exigit quam antiqua.

31. SALVIANUS. lib. 2. ad Ecclesiam. Plus tunc indulgentiæ erat, & plus licentiæ. Tunc usus carniū prædicabatur, nunc abstinentia. Tunc in omni vita ieiuniorum paucissimi dies, nunc quasi vnum ieiunium vita omnis. Tunc læsis vltio supperebat, nunc patientia. Tunc irascens lex ministra erat, nunc aduersaria. Tunc accusatori gladium porrigebat, nunc charitatem. Tunc etiam carnali illecebræ lex indulgebatur, nunc euangelicam nec aspectum. Tunc corporeæ voluptates habebant quandam licentiam, nunc iubentur etiam oculi custodire censuram. Tunc ad multas vxores recipiendas vnus mariti thorum lex dilatabat, nunc etiam ad vnam excludendam casti affectus deuotione constringit. [Superest enim, (inquit Apostolus, 1. Corinth. 7.) ut qui habent vxores, sint tanquam non habentes.] Sed quæret aliquis quare plus nunc exigit Deus à Christianis per Euangelium, quam à Iudæis antè per legem? Aperta illius rei ratio est. Ideo enim maiora nunc Domino nostro soluius, quia maiora debemus. Iudæi quippe habebant quondam vmbra rerum, nos veritatem: Iudæi fuerunt ferui, nos adoptiu: Iudæi acceperunt iugum, nos libertatem: Iudæi maledictum, nos gratiam: Iudæi, literam interficientem; nos spiritum viuificantem; Iudæis seruus magister missus est, nobis filius: Iudæi, per mare transierunt ad eremum; nos per baptismam introimus in regnum: Iudæi mannam manducauerunt; nos Christum: Iudæi, carnes auium; nos corpus Dei: Iudæi prui-

nam cæli; nos Deum cæli. [Qui cum, (vt Apostolus ait, ad Philip. 2.) in forma Dei esset, humiliavit seipsum vsque ad mortem.]

Lex diuina nos protegit.

32. AD EPHE. 6. Calceati in preparationem Euangelij. GAUDENTIUS. Tract. 5. Exodi. Sicut calceamenta terrestria carnalium pedum munimina sunt, & vel asperitati frigoris, vel serpentum morsui, vel spinarum resistunt aculeis: Ita legis diuinæ præcepta, quibus gressus nostrarum mentium munire præcipimur, repugnant & serpenti diabolo, & asperissimo aquiloni gentilium, & hæreticorum vndique compungentium spinis, ac tribulis.

Lex data ut vitia demonstraret.

33. ROMAN. 7. Ego autem mortuus eram, &c. THEOPHYLACTUS. in cap. 7. ad Roman. Illud, mortuus eram, duplici modo potest intelligi, vel quia deliquerim, vel quia acriori supplicio obnoxius sum effectus: quod sanè non legis est crimen, sed eius qui legem attriuerit. Exempli gratia, Ægrotat quispiam, nec valetudine se affectum intelligit, accedens medicus laborare hunc morbo significat, iniungitque hoc, vel illo cibo abstinere, qui augere ægritudinem queat: sic ille cum medico nihil obtemperat, moritur. Quemadmodum enim & medicus febricitanti cuiquam, & gelidam potionem intempestiue optanti, quo minus explere situbundam illam permiserit audiatem, eo magis augebit, non imminuet sitim: & medici officium sit, potu cuiusmodi interdiceret; ægrotantis, sine potione manere: Sic & lex ipsa homines instruat, ut hos à concupiscendo abigeret; voluntas tamen peccati delectatione detenta, prauam hanc propagauit cupiditatem, neque vnum aliquod huiusce concupiscentiæ genus, sed multiplex & varium profeminat malum, enixè operata. Si quidem cum quis aliquid exequi quod ferat animus, prohibetur, illico insanit, & fuit maximè, & peccatum tum magis patebit, cum lex præteritur: nam sine lege delictum moritur, id est, nusquam esse existimatur: lege autem extante, & delectum esse conuincitur. Vnde scienter delinquant qui legem transgrediuntur.

Lex Christi quare dicatur suavis, & lenis.

34. MATTH. 11. Tollite iugum meum super vos, &c. Iugum enim meum suauis, &c. BERNARDUS. Epist. 72. Lex Christi, onus est alienians, aut iugum liberans, similis pennis auium, quæ corpulentiorum reddunt substantiam, & agiliorem. Grossescit inde natura vnde sarcina alieniatur, & quantum crescit in massa tantum decrevit de pondere. Item & quadrigæ comparatur, quæ admota iumento, sarcinam quæ ab ipso moueri non poterat, auget quidem, sed portabiliorem facit. Onus oneri additur, & minus onerat. ISIDORUS CLARIUS. Oratione 9. tomo 3. Videtur mihi Euangelicæ legis iugum ac onus persimile esse, vt si quis torquem maximi ponderis, ac immensi pretij collo circumponat, vel ingentem auri massam quam dono acceperit, humeris ferat: vtrumque onus est, sed minime sentitur ob metalli speciem atque pretium: quin ij qui ea ferunt, latantur & gestiant, sibi que in eis placent. Idem cernimus viris euangelicis vsuauisse, qui gloriabantur, vt aiebat Paulus, in afflictionibus, & omne gaudium existimabant, cum in varias tentationes incidissent.

Lex Domini lumen.

35. PSALM. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. CYPRIANUS. de singularitate clerici

clericorum. Ambulantes in tenebris, sibi metipsis non possunt lumen ostendere, nisi vtroneum seipsis non videntibus offeratur lumen: Ita humana cæcitas ad Deum non dirigit viam, nisi ipsi lucernam legis ostendat.

LIBER VITÆ.

Liber vitæ quid sit. 1.

An possit quis deleri de libro vitæ. 2.

Libri nostri ad librum vitæ conferendi. 3.

Liber vitæ est Christus, & qualiter signatus. 4.

Liber vitæ quid sit.

1. **EXOD. 32.** *Aut dele me de libro vitæ, quem scripsisti.* **ED. THOM. 1. p. q. 24. ar. 1.** *Liber vitæ* in Deo dicitur metaphoricè secundum similitudinem à rebus humanis acceptam. Est enim consuetum apud homines, quod illi qui ad aliquid eliguntur, conscribuntur in libro, utpote milites, & consiliarij, qui olim dicebantur *paires conscripti*. Omnes autem prædestinati eliguntur à Deo ad habendam vitam æternam. Ipsa ergo prædestinatorum conscriptio dicitur *liber vitæ*. Dicitur autem metaphoricè aliquid scriptum in intellectu alicuius, quod firmiter in memoria tenet: iuxta illud *Proverb. 3.* [Ne obliuiscaris legis matris tuæ, &c. describe illam in tabulis cordis tui.] Vnde ipsa Dei notitia qua firmiter retinet se aliquos prædestinasse ad vitam æternam, dicitur *liber vitæ*. [Nouit enim Dominus (ait Apostolus 2. ad Timoth. 2.) qui sunt eius.]

An possit quis deleri de libro vitæ.

2. **IBIDEM.** *Idem ubi supra ar. 3.* Sed an aliquis possit deleri de hoc libro? Respondet: Deleri vel non deleri de libro vitæ, non solum ad opinionem hominum referendum est, sicut quidam dicunt, sed quantum ad rem. Ad librum enim vitæ ordinatur aliquis, ex duobus, scilicet ex prædestinatione diuina, & hæc ordinatio nunquam deficit: & ex gratia. Quicumque enim gratiam habet, ex hoc ipso est dignus vita æterna. & hæc ordinatio deficit interdum, quia aliqui ordinati sunt ex gratia habita ad habendum vitam æternam, à qua tamen deficiunt per peccatum mortale. Illi igitur qui sunt ordinati ad habendum vitam æternam ex prædestinatione diuina, sunt simpliciter scripti in libro vitæ, & isti nunquam delentur de libro vitæ. Sed illi qui sunt ordinati ad habendum vitam æternam, non ex prædestinatione diuina, sed solum ex gratia, dicuntur esse scripti in libro vitæ, non simpliciter, sed secundum quid, quia sunt ibi scripti ut habituri vitam æternam, non in seipsa, sed in sua causa, & tales possunt deleri de libro vitæ, ut delictio non referatur ad notitiam Dei quasi Deus aliquid præsciat, & postea nesciat, sed ad rem scitam, scilicet quia Deus scit aliquem prius ordinari in vitam æternam, & postea non ordinari cum deficit à gratia. Quod non arguit in Deo mutabilitatem aliquam, sed ex parte præscitorum, quæ sunt mutabilia.

Libri nostri ad librum vitæ conferendi.

3. **APOCAL. 20.** *Libri aperti sunt, &c.* **HVGODE S. VICTOR E.** *Libri sunt corda hominum: liber vitæ est sapientia Dei. Libri aperiuntur, quando fiunt secreta cordium manifesta: Liber vitæ aperitur quando vnique luce interiori manifestè patefecerit omne quod faciendum est. & mortui ex his quæ in libris sunt, non qui in libro iudicantur, quia peccatores ex suis operibus iudicabuntur. Libri nostri ad librum Dei scripti sunt, quia corda nostra ad similitudinem sapientie Dei condita sunt: sicut dicitur: [Signatum*

est super nos lumen vultus tui, Domine.] Adhuc scribi debent libri nostri secundum exemplar libri vitæ, sicut ait Apostolus: [Estote imitatores Christi sicut filij charissimi;] & si sic scripti non sunt, saltem corrigendi sunt. Conferamus itaque libros nostros cum hoc libro, ut si aliquid aliter habuerint, corrigantur, ne in illa vltima collatione, si quippiam aliter inuenti fuerint habentes, abiiciantur.

Liber vitæ est Christus, & qualiter signatus.

APOCAL. 5. *Vidi in dextera sedentis super thronum librum signatum sigillis septem, & non erat qui legeret, vel aperiret, &c.* **BERNARD.** Christus, & agnus & leo est. Plus dico, ut mihi videtur. Idem etiam liber est qui non poterat aperiri. Quis enim dignus inueniretur aperire hunc librum? Indignum se profestetur ipse Baptista Ioannes, quo in natis mulierum nemo maior surrexit. Venerat enim ad nos sapientia, sed in libro clauso, vtique & signato, &c. & querenda sunt signacula septem. Septem enim quadam arbitror inueniri, quibus maximè celabatur in carne præsentia maiestatis, ut non possit aperiri liber, & sapientia quæ latebat, abscondi: matris desponsatio, qua partus virginis & conceptionis veritas velabatur, ita ut hominis fabri filius fabricator hominis putaretur: & infirmitas corporis, qua plorans & vagiens, lactens, & dormiens, & ceteris subiaccens necessitatibus carnis, latebat inter hæc virtus diuinitatis. Sic & circumcisionis signum, suscipiens peccati remedium, ægritudinis medicinam, qui morbum omnem tollere venerat, & peccatum. & item in Ægyptum fugiens à facie Herodis reguli, nec Dei filius agnosci poterat, nec rex cæli. Quid trina illa tentatio inimici in deserto, in pinnaculo, supra montem, &c. Sextum est signaculum crucis vbi pependit inter latrones. Clausit & sepultura librum hunc, nec vllum omnino signaculum sic astrinxit. Sepulto enim Domino sola restare desperatio videbatur, adeo ut discipuli ipsi dicerent: [quia nos sperabamus.] Quis non illo flectet in tempore clausum altius librum, & non esse qui aperiret? Sed dignus est agnus qui occisus est, leo qui surrexit, postremò liber ipse dignus est aperire seipsum, &c.

LIBERVM arbitrium.

Homo liber ad bonum, siue ad malum. 1. 2.

Nemo leditur nisi à seipso. 3. 4.

Liberum arbitrium non leditur Dei gratia, sed conseruatur. 5.

Triplex libertas. 6.

Liber quis est ad peccandum, non tamen vt liberetur à peccato. 7.

In opus bonum non homo, sed Deus concurrat. 8.

Quare Deus nos liberos esse instituit. 9.

Per liberum arbitrium cooperamur Deo in salutem. 9.

Homo liber ad malum, siue ad bonum.

GENES. 2. *Et posuit in eo, scilicet paradiso, hominem.* **THEOPHIL. Alexandrin. episc.** Homo duorum medius erat, neque prorsus immortalis, sed tamen vtriusque capax conditus erat. Eadem ratione in paradiso positus est, qui in medio cæli & mundi conditus legitur. *Hæc ille.* Ac si diceretur Homini: Ignis & aqua apposta sunt tibi, ad quod volueris porrigere manum.

Idem

Idem.

2. **GENES. 19.** *Qui, scilicet Angeli, dixerunt, minime, sed in platea manebimus.* **CASSIAN. Collatione 17. cap. 25.** Si diuersos se ad eum esse nouerant, simulatoria excusatione reuenerunt: sin autem veraciter excusabant, euidenter commutasse sententiam comprobantur. Certè non ob aliam causam Spiritus sanctus hoc sacris voluminibus indidit, nisi ut isto erudiamur exemplo, in definitionibus nostris non pertinaciter permanere, sed eas arbitrio nostro debere subicere, & ita iudicium nostrum ad omni legis vinculo liberum conseruare, ut promptum sit ad sequendum quocumque vocauerit salubre consilium, nec differat, aut recuset ad id quod vtilius discretio salutaris inuenerit, absque vlla cunctatione transire.

Nemo leditur nisi à seipso.

3. **GENES. 31.** *Quasiuit Laban, & nihil suum inuenit.* **Caput iacob. AMB.** Velamina mentis interna nemo alius potest auferre, nisi cum aliquem sua culpa despoliat, &c. Illud namque metuendum est, ne quis innocentie velamen amittat, ne impij sacrilega persecutione terminos iustitie prætergrediendo vestimentum animæ ac mentis eripiant. Quod non accidit nisi prius aliquem sua iniquitas exuerit. Vnde Dauid dicebat: [Si est iniquitas in manibus meis, decedam meritis ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat.] Nemo ergo ex inimicis potest tuam animam comprehendere, nisi prius inanis fuerit effecta.

Idem.

4. **EXOD. 10.** *Vbicumque habitabant filij Israel, lux erat.* **EGREGOR. NYSSEN.** Qui bene vixit, huic non tenebræ, non vermes, non gehenna, non ignis, non aliud vllū & nomine & re terribile imminet, sicut hic testatur ipsa historia. Deus enim, ut ait Apostolus, vniqueque tribuit iuxta operum suorum merita: quare manifestum est nihil harum poenarum absque nostra electione ac voluntate posse consistere. Non enim putare debemus Deum cruciatuum causam, sed vnumquodque sua electione sibi dolores preparasse ac fecisse. Nam quemadmodum si prauis ac perniciosi humores in præcordiis ac intestinis lateant, non accusatur medicus quod eos ipse fecerit: si arte ipsos in cutem ut appareant traxerit. Sic cum dolores ac cruciatus hominibus à Deo factos audimus, intelligere decet nobis ipsis initia & causas earum vexationem fuisse.

Liberum arbitrium non leditur Dei gratia, sed conseruatur.

5. **EXOD. 33.** *Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.* **MEMBROS.** Omnis igitur illuminatarum mentium pius motus (ait *lib. 10. epistola 34. ad Demetriadem*) alienari quidem non potest à propria hominis voluntate: Siquidem nihil rectè faciet, nisi quod volens egerit. Sed ut ad id quod vtile & æquum est, animi tendat intentio, de illius æternæ & incommutabilis voluntatis inspiratione concipitur: & sicut arte medici fit in oculis caligantibus, ut possint videre quod non vident, & tamen ipsorum est visio quam medicina contulit: Ita in cordibus tardis & hebetibus per Spiritum sanctum acies obducta tergitur, & de vero lumine tenebræ iam & deficientes lucernæ lumen accipiunt: nec tamen nisi ipsarum erit quidquid fulgoris acceperint. **CHRYSOST.** *in epist. ad Hebræos 7. cap. hom. 12.* Scriptum est: *Ne des commotionem pedibus tuis.* non dixit, commouearis, sed tu ne des. In nostro arbitrio est dare, & nullo non excludit gratiam Dei alio. Si enim voluerimus stare fir-

mi, & immobiles, non commouebimur. Quid ergo, nihil Dei est? Omnia quidem Dei sunt, sed non ita ut liberum arbitrium lædatur. Oportet nos quippe eligere primum quæ bona sunt, & tunc ipse quæ ab ipso sunt, introducit. Non antecedit nostras voluntates, nisi per excitantem gratiam, ne lædatur liberum arbitrium: cum autem nos elegerimus multam, tunc introducit auxiliacionem. Dices quomodo Paulus *Roman. 9.* ait, [neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.] & ipse Dominus: *Miserebor cui voluero, &c.* Respondendum: quia cuius est amplius, totum esse dicitur. Nostrum enim eligere tantum est, & velle, Dei autem efficere, & ad perfectionem perducere. Quia ergo illius est amplius, eius dixit esse vniuersum secundum consuetudinem hominum. Sic quippe etiam nos facimus: verbi gratia. Videmus domum bene edificatam, & dicimus quia totum artificis est, & tamen non omne opus eius est, sed etiam operariorum, & qui materiam tribuit domui, & aliorum plurimorum. Verumtamen quoniam amplius esse contulit, illius vniuersum opus dicimus. sic etiam & hic. Item in multitudine vbi plurimi sunt, omnes esse dicimus, vbi autem pauci, nullum. sic & Paulus dicit: [Neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.] Atruit autem hic duo quædam magna. Vnum quidem, ne in superbiam erigamur. Siue festines, inquit, non potest tuum esse effectum. Si enim desuper non adueniat adiumentum, omnia in vano erunt. Verumtamen quidquid adeptus fueris eorum ad quæ festinas, manifestum quia currendo & volendo adipisceris. Non ergo hoc dixit, quoniam in vanum currimus, sed adde, quoniam in vanum currimus si nostrum esse vniuersum putauerimus, si non plurimam partem Deo tribuerimus. Neque enim Deus totum suum esse voluit, ne videatur sine causa nos coronare, neque iterum nostrum, ne in superbiam incidamus; si enim minimam partem habentes, alta sapimus, quid si totius nos operis nostri domini essemus? Multa quippe Deus, ut ambitionem nostram recideret, fecit.

Triplex libertas.

6. **ROMAN. 8.** *Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloria filiorum Dei.* **BERNARD.** Triplex est libertas: est enim libertas à miseria; libertas à peccato, libertas à necessitate. Prima, natura; Secunda, gratia; Tertia, vitæ, vel gloriæ. Primum namque in liberam voluntatem, & voluntariam libertatem conditi sumus nobili Dei creatura. Secundò, reformamur in innocentiam nouam in Christo creatura. Tertio sublimamur in gloriam perfectam in spiritu creatura. Prima libertas habet plurimum honoris: Secunda, virtutis: Tertia, cumulum iocunditatis. Ex prima præstatum cæteris animantibus, in secunda carnem, mortem in tertia superamus. Solus autem Christus inter omnes filios Adam libertatem sibi vendicat à peccato, sed & libertatem à miseria habuit, potentia non actu. Nemo quippe rollebat animam eius, sed ipse ponebat eam, & oblatus est, sed quia voluit: sicut & natus ex muliere; sicut & factus sub lege; fuit ergo & ipse sub lege miserie, sed quia voluit, ut liber inter miseros & peccatores vtriusque iugum fraternis à ceruicibus amoueret.

Liber quis est ad peccandum, non autem vt liberetur à peccato.

7. **CHRYSOST.** *Homil. 37. Operis imperfecti.* Sicut in mundialibus regnis, nemo potest seipsum facere regem, sed populus creat sibi regem, quem elegerit: cum rex ille fuerit factus, & confirmatus in regno, iam habet potestatem in hominibus, & non potest populus iugum eius de ceruice sua depellere; &

fic voluntas populi in necessitatem postea vertitur: sic & homo priusquam peccet, liberum habet arbitrium vtrum velit sub regno esse diaboli: cum autem peccando se tradiderit sub regno ipsius; iam non potest de potestate eius exire, & sic prima voluntas eius in necessitatem vertitur. Idem in Enchiridio cap. 30. Sicut qui se occidit, utique viuendo se occidit, sed se occidendo non viuunt, nec se ipsum poterit resuscitare, cum occiderit: ita cum libero peccaretur arbitrio, victore peccato amissum est liberum arbitrium: a quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Quales vero potest esse serui addicti libertas, nisi quando eum peccare delectat? Liber est ad peccandum qui peccati seruus est. Vnde ad iustitiam faciendum liber non erit, nisi liberatus a peccato esse iustitiam ceperit seruus.

Quare dicitur quod in opus bonum non homo sed Deus concurrat.

8. ROMAN. 9. Non est volentis, neque currentis, sed miserantis Dei. CHRYSOST. hom. 12. ad Hebraeos. Quia illius est quod amplius est: eius dixit esse vniuersum, secundum consuetudinem hominum: sic quippe etiam nos facimus. Verbi gratia. Videmus domum bene edificatam, & dicimus quia totum artificis est, & tamen non omne opus eius est, sed etiam operatorum, & qui materiam tribuit domui, & aliorum plurimorum: verumtamen quoniam ille amplius contulit, illius vniuersum opus esse dicimus: sic etiam hic. Iterum. In multitudine vbi plurimi sunt, omnes esse dicimus, vbi autem pauci, nullum. Idem hom. 14. operis imperfecti. Sicut nec terra sine semine, nec semen sine terra fructificat, sic nec homo sine Deo, nec Deus sine homine iustitiam operatur in homine. Vide supra, num. 5.

Quare Deus nos liberos esse instituit.

9. CHRYSOST. hom. 9. in Ioan. Deus seruorum neminem vult inuitum, aut coactum, sed eos duntaxat, qui sua eum sponte amplectuntur, vt seruitutis se gratiam habere intelligant homines, vt quibus necessaria seruorum opera est, & seruitio opus, improbos, & dicto non audientes seruus possessionis iure coerceant. At Deus cum sibi ipsi sufficiat, & nullius indigeat, nostram tantum salutis gratia cuncta operatur, nosque ipsos nostros esse iuris & arbitrii permittit, ideo cogit neminem, ad nostram tantum spectat utilitatem. Quod si nolentes ad seruitutem traheret, non secus eis deberet ac si nullum praestitisset seruitium.

Per liberum arbitrium cooperamur Deo in salutem nostram.

10. DRIEDO lib. de captiuitate & redemptione hominis. Quemadmodum Deus qui per se seruare potuit in diluio vniuersali Noe cum suis ne submergerentur, sed tamen voluit vt ipse fabricaretur arcam, & ingrederetur eam, vt esset suae saluationis cooperator: Ita vult vt omnes qui spiritualiter saluantur, suae saluti cooperentur per liberi arbitrii motum credentis in eum qui iustificat impium.

LINGVA, Loqui, Verbum.

Quales sint cogitationes, verba ostendunt: vide Cogitatio, num. 2. 9.

Deus qualiter loquatur. 1.

Linguae & labiorum circumcisio necessaria. 2.

Non cito loquendum. 3.

Linguae ira impedit. 4.

Quando dicitur Deus aperire os, & aures, quando diabolus. 5.

Lingua thuribulo comparatur. 6.

Ex abundantia cordis os loquitur. 7. 12. 30.

Qui de terra est, de terra loquitur. 8.

Verba superba multum nocent. 9. 10. 27.

Verbis bonis proficimus, & conseruamur. 11.

Linguae bona & mala. 13. 14. 19. 20. 24. 28.

Qui sint sermones Dei, & quae lingua muta. 15.

Linguae aculei Christi caput, pungunt, magis quam spinae. 16.

Lingua diuitis quare grauius cruciatur. 17.

Linguae custodienda. 18. 22. 23. 29. 32.

Linguae Deum laudantis premium. 21.

Linguae iusti instrumentum Spiritus sancti. 25.

Linguae peccatoris, nauacula. 26.

Linguae tribulationes patientis, coronabuntur. 31.

Verbum bonum, aequale operi bono. 33.

Non multiloquio vtendum est. 34.

Deus qualiter loquatur.

VALITER Deus loquatur, & dicat: Vide, verbo, Deus, num. 54. 55. 56.

Linguae, & labiorum circumcisio necessaria.

GENES. 17. Masculus cuius praepitij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo. ORIGEN, hom. 3. super Genes. Sicut multa alia in figura contingebant illis: ita & circumcisio illa carnalis, circumcisionis spiritualis formam gerebat. Vnde Paulus: [Non qui in manifesto Iudaeus est, nec quae in manifesto est in carne circumcisio, sed qui in occulto Iudaeus, circumcisione cordis in spiritu, non litera.] Vos ergo populus Dei, & populus in acquisitionem electus ad enarrandas virtutes Domini, suscipite dignam circumcisionem verbi Dei in auribus vestris, in labiis, & in corde, &c. Vide, Circumcisio, num. 7. vbi de labiis sic ait: Circumcisus est labijs qui continet ab illicitis os suum, qui disponit sermones suos in iudicio, qui verbositate reprimat, linguam temperat, verba moderatur, &c. qui verbum Dei semper loquitur, & sanam doctrinam profert. At qui iniquitatem in excelsis loquuntur, & extendunt in caelum linguam suam, qui non cessant a stultiloquio, a scurrilitate, qui bonis derogant, qui vana, inepta, saecularia, impudica, iniuriosa, proterua, &c. loquuntur, hi incircumcisi, & immundi labijs sunt dicendi.

Non cito loquendum.

GENES. 31. Necessit coram fratribus nostris. Hoc dicens, ignorabat quod Rachel furata esset idola. RVPERT. Iacob qui domesticum furtum ignorauit, non parum in verbo contra semetipsum offendit, qui tam cito protulit sententiam.

Linguae ira impedit.

GENES. 37. Nec poterant ei quidquam pacifice loqui. RVPERT. Per hoc magnitudinem odij diligenter expressit: Nam reuera tunc magnum odium ac molestissimum est, quando virus animi lingua diffunditur non potest. & super illud cap. 42. Non descendet filius meus vobiscum. Palam datur intelligi, quia si audeat plus dicere, velit, sed parit ori, nec dolori cuncta permittit (quod viri iracundi est) ne fati turbatam, amplius turbet domum suam.

Quando

Quando dicitur Deus aperire os, & aures, & quando diabolus.

EXODI 4. Perge igitur, & ego ero in ore tuo, docet boque te quid loquaris. ORIGEN. Secundum litteram LXI. Aperiatur os tuum, & instruat te quae oporteat loqui. Beati quorum Deus aperit os, vt loquantur. Prophetis Deus aperit os, & replet illud eloquio suo. Similiter & Paulus dicit: [Vt detur mihi sermo in adaptionem oris mei.] Eorum ergo qui verba Dei loquuntur, os Deus aperit. Verborum autem ne sint aliqui, quorum e contrario os diabolus aperiat. Nam qui loquuntur mendacium, qui falsam testimonium dicunt, qui scurrilitates, turpitudines, & caetera profertur, certum est quod diabolus aperit os eorum. Sicut & aperuit os Iudae, de quo scriptum est, quod introiuit in illum satanas, & quod misit in cor eius diabolus vt traderet Dominum. Ipse ergo aperuit os eius, vt loqueretur cum Principibus, & Pharisaeis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Sed sicut Deus dicitur aperire os sanctorum, ita puto quod & aures sanctorum etiam aperiat, ad audienda diuina verba. Vnde Isaias dicit: [Dominus Deus aperuit mihi aurem,] &c. & iterum: [Eruditio Domini aperuit mihi aurem.] Si ergo in Domini eruditione verserem; aperit nobis aurem Domini eruditio. Auris vero quae per eruditionem aperitur, non semper aperta est, sed aliquando aperta, aliquando clausa. Nam quando inania, inepta, & turpia, & scelerata verba profertur, qui nouit Domini eruditionem, claudit aures, & auertit auditum, & dicit: [Ego autem sicut surdus non audiebam, & sicut mutus, qui non aperuit os suum.] Iuxta illud: Ne receperis auditum vanum. Si vero de Deo sermo est, si mores docet, virtutes inuitat, vitia refecat, patere debent aures huiusmodi eloquiis, & non solum aures, sed & cor, & mens, & tota anima ianua ad huiusmodi auditum pandenda est. Summa autem moderatione lex vsa est, vt non diceret: Non audies auditum vanum, sed non recipies. Nam vana frequenter audimus, sed non recipimus. AVGVST. in sermo. de tempore. Ideo, fratres charissimi, bona iugiter cogitemus, vt os nostrum non recedat aduersarius sed Deus pius aperiat. [Ex abundantia enim cordis os loquitur.] Vniuersusque enim nostrum cuius praesentiam suscepit in corde, ipsius verba proferre consuevit: ex ore nostrum autem cor aperiatur Christo, & clauditur diabolo, vt in nobis impleatur illud: [Et habitabo, ait Dominus, in eis,] & rursum: [Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.] Qui semper quod iustum est loquitur, & Deus in illo habitat, & ipse in Deo. Idem quae. 9. super Exod. Non dicit: Tu aperit os tuum, & ego instruat te; sed vtrumque ipse promittit. Aperiatur os tuum, & instruat te, vt appareat, non tantum instructionem oris, sed etiam ipsam adaptionem ad Dei voluntatem, & gratiam pertinere. In psal. 30. autem dicit. [Dilata os tuum, & implebo illud.] Vbi significat in homine voluntatem accipiendi quod Deus donat volenti; vt ad voluntatem exordium pertineat, dilata os tuum; ad Dei autem gratiam, & implebo illud. Hic vero dicit: & aperiatur, & instruat.

Lingua thuribulo comparatur.

LEVITI. 16. Assumptioque thuribulo. INTERL. Lingua erudita Spiritus sancti igne repleta. Quod de prunis altaris repleuerit. INTERL. Cherubim, vbi ignis intelligibilis. STEPHANVS. Thuribulum dicitur hic lingua. Thuribulum est inferius clausum, superius perforatum. Hoc Paulus exponit, dicens: [Omnis sermo malus de ore vestro non procedat:

Ecce inferius clausum: [Sed si quis bonus est ad edificationem fidei:] Ecce superius perforatum: Superius non est apertum sed perforatum, quia verbum non repente vel indiscusse procedere debet de ore tuo. Prunae autem sunt verba sacra, & spiritualia quibus lingua Christi repleta fuit.

Ex abundantia cordis os loquitur.

VIDERE VM 12. Dic ergo scibboleth, quod interpretatur: Ipsi scibboleth, qui respondet scibboleth, id est palea, spicam eadem scibboleth exprimit non valet. STEPHANVS. Nota quod: Euphratae non possunt proferre scibboleth, id est spicam plenam. Ephraim interpretatur fructificans, quia in temporalibus fructificans, & amatores mundi, non possunt loqui de fructu pleno, & bonis motibus, sed paleam recte pronunciant, id est de vanitate loquuntur. Vide Isaias: [Et erit quasi Phitonis vox tua, & eloquium tuum de terra multabit.] Item: [Exi Galilaes es, nam & loquela tua manifestum te facit.]

Qui de terra est, de terra loquitur.

REGVM 3. Et non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Alia litera. Nec proiecit in terram ex omnibus verbis suis. Quia nihil ex his (ait RABANVS) quae per eum locutus est Dominus, irritum fuit. Cecidit enim in terram, verba vana, & pro nihilo habenda, & omnium despectu calcanda. Vnde Iob: Lux vultus mei non cadebat in terram: quia in tanta grauitate vultum tenere conseruaret, vt non contemptibili latitia resouleretur, sed quotiens hilarem se praesentibus exhiberet, certa causa utilitatis eorum hoc faciebat.

Verba superba, multum nocent.

REGVM 2. Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriositer. Alia litera. Ne sis multi in loquendo magnifica, ac superba. Sequitur: Reuerentia vetera de ore vestro. Alia litera: Cesset esset sermo ex ore vestro. VATABL. [Neque egrediatur verbum arrogans,] &c. [Sermo mollis, frangit iram,] &c.

Idem.

REGVM 20. Non est nobis pars in Dauid, neque hereditas in filio Isai. Diuitis autem responderunt viri Iuda viri Israel. Alia litera. At sermo virorum Iuda uehementior fuit quam sermo Israelitarum. VATABL. Durius, id est, arrogantius, Iudaei locuti sunt quam caeteri qui erant ex aliis tribubus. Finis huius durioris sermonis fuit quod separatus est omnis Israel a Dauid, ad vocem scilicet Seba viri Bealia, id est, iniqui & nebulonis, dicentis, Non est pars nobis in Dauid, &c. VATABLVS. Quasi dicat: Illi dicunt, aut facto ostendunt Dauidem ad nos, nulla ratione pertinere. Abiant ergo singuli nostrum in sua tentoria, & Dauidem tanquam rem alienam abiciamus.

Verbis bonis proficimus, & conseruamur in virtute.

PARALIP. 3. Sed & clauos fecit aureos; ita vt singuli clauos solos quinquagenos appenderent. GLOSSA ORD. Clauis sunt verba coelestia quibus in amore bonorum operu proficimus, & conseruamur. Hi sunt clauis dilectionis, & clauis amoris. Clauis amoris figuratur perfecti, dicentes cum Dauid: [Mih i autem adherere Deo bonum est,] clauis vero timoris, incipientes & proficientes, crucifigentes carnem suam cum vitijs, & concupiscentijs, & dicentes cum eodem propheta: [Confige timore tuo clauos meas, a mandatis tuis timui.] Singuli istorum clauorum si-

elos quinquaginta appendent. Quinquagenario enim numero peccatorum remissio, spiritualis gratia, & requies æterna figuratur.

Ex abundantia cordis os loquitur.

12. 2. **ESDRÆ 13.** Vidi Iudæos ducentes uxores Azoticas, &c. & filij eorum ex medra parte loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Iudæicè, & loquebantur iuxta linguam populi & populi. GLOSÆ ORD. In Ecclesia uxores alienigenas ducunt, qui delectationibus scelerum, quæ propriæ sunt gentium, conscientiam polluant; & filij qui ex his nati sunt, nesciunt loqui Iudæicè, cum opera quæ ex mente vitiosa procedunt; nihil in se piæ professionis ostendant, sed gentile potius sultitiam, quam Ecclesiasticam castitatem sonant. Azoticæ enim, quæ Hebræicè dicitur *Esdod*, ignis verborum interpretatur. Hæc illa. Quod hic dicitur de operibus; applica ad verba; & quod ignis verborum, hoc est, verba ignita procedentia à camino malæ conscientie: [De corde enim exiit cogitationes,] &c. item verba mala: Ex abundantia enim cordis os loquitur,] &c.

Lingua virtutes, imò vitia, & silentij onus graue.

13. **ISAÏÆ 21.** Onus Duma. ALFREDVS. Duma interpretatur silentium. Scijs fratres quam multos silentium onerat, & grauat quietes, ita vt tacentibus & quiescentibus omnia oneri sint, caput doleat, venter ringat, caligent oculi, renes penè soluantur, exultantibus, & huc illucque vagantibus, & loquentibus iocunda sint omnia. Tradantur obliuioni dolores, singulis membris sua reddantur officia. O quanta est virtus linguæ, quæ cælos serena, caput alliuat, consolidat renes, genua dissoluta corroborat? Hæc infirmum, in laboribus infatigabilem reddit, patientem in ieiunijs, paratum ad iter, ad obedientiam promptum. Itaque si videris monachum in claustro residentem, huc illucque circumspicere, oscitare crebrius, manus ac pedes extendere, nunclibrum ponere, nunc resumere, postremò quasi quibuldã stimulis agitatum de loco ad locum, de auditorio in auditorium curitare, sub onere Duma eum suspirare non dubites.

Qui otiosè loquitur, duo mala facit.

14. **HEREM. 2.** Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, &c. PETRVS DAMIANVS. Otiosus verbis affuetus duplici culpæ videtur obnoxius. Qui & diuinas laudes, ad quas ex iure tenetur, abicit; & superflue loquacitati, à qua prohibetur, insistit. Sicut de quibuldã dicitur: Duo mala fecit, &c. Qui nimirum derelicto fonte aquæ vitæ, hoc est, postposito verbo vitæ, ora sua cisternas faciunt, ex quibus, non noui sed veteris hominis verba proferunt. Quemadmodum non recentem de fonte, sed sentinellam potius aquam præferunt: & quia labia sua moderata nesciunt discretionem reprimere, cisternæ dissipatæ aquas nequeunt continere.

Qui sint sermones Dei, & quæ lingua muta.

15. **LVCAE II.** Erat Iesus ciciens demonium, & illud erat mutum. ISAAC. [Si quis loquitur, ait Apostolus Petrus, quasi sermones Dei.] Hoc igitur officium linguæ rationalis agnosco. Nam loqui vana verba, & mendacij, contentionis, proditionis, detractionis, inconstantie, cupiditatis, luxuriæ, aut etiam de qualibet scurrilitate quæ ad rem non pertinet, in quibus omnibus lingua foris clamans, & garrula in auribus hominum, aut intus dæmonis sui familiari

colloquio, mutum est Deo. Vnde: [Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.] Tribus igitur modis loquitur lingua sermones Dei, dum Deum laudat, dum se coram eo accusat, dum proximum ædificat. Qui ab his tacet, mutus est, quantumlibet clamer.

Lingua aculei, magis quam spine, capiunt Christi pungunt.

16. **IOAN. 19.** Multis plebentibus coronam spinarum, imposuerunt capiti eius. GILBERTVS. Tale diadema, non honorem, sed horrorem adducit. Horret Christus magis asperitatem morum, linguæ stimulos, quam spinarum aculeos, in his præsertim qui in silentij vocati sunt simplicitatem, in charitatis negotium, in orij quietem, in humilitatis scholam, in subiectionis votum, in vinculum vnitatis. Sed non est boni vinculum, quando sibi mutuo confæderantur, & in alterum, obtreccionis dexteram conferunt; Iudæorum more, dicentes: [Tollamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris.] Vos autem amulamini pacis bonum in bono semper. Nam & coronæ species quoddam vnitatis præferunt indicium.

Lingua diuitis quare grauius cruciatur.

17. **LVCAE 16.** Ut refrigeret linguam meam. AVGVSTVS. **1. serm. 227. de tempore.** Totum diuitis corpus flammis gehennæ consumitur, sola lingua amplius cruciatur. Ideo sine dubio lingua maiorem sentit ardorem, quia per eam superbe loquendo, contemperat pauperem. Ipsa enim lingua quæ noluerat dicere vt elemosyna pauperi donaretur, grauius gehennæ flammis exurit.

Lingua custodienda.

18. **AD Coloss. 4.** Sermo vester semper in gratia, sale conditus sit, vt sciatis quomodo oporteat vos vniciuique respondere. PETRVS DAMIANVS. Sit lingua nostra modesta, sobria, discreta, pudica. Sit ori nostro salua, virgo die crescente, & nisi vtilitatis occasio præbeatur, vsque in crastinum, siue perendinum diem incorrupta seruetur. [Ponamus ori nostro custodiam, & ostium circumstantiæ labijs nostris.] Auceps non emittit accipitrem, nisi anserem videat, & monachus dimittit linguam suam, si loquendi necessitas non assistat? Deditur venator catulum soluere, nisi lepus appareat: viliores habet monachus linguam suam, quam ad nullius salutem vel commodum inutiliter soluat? Suda lapis in manu oppugnantium mœnia, in cassum volat verbum de ore stantis in sanctæ Ecclesiæ disciplina? Arcus flexis cornibus frustra non intenditur, & rationale os ad effundenda irrationabilia passim relaxatur? Parcitur pharetræ, ne ex ea sagitta non leniter exeat, non parcitur linguæ, vt mordax in quemlibet, verbum velut icturn vulneris non infligat? Quid ad hoc dicimus? excusari certe non possumus. Facilius est enim tacere quam loqui.

Lingua mala.

19. **IACOBI 3.** Lingua vniuersas iniquitatis. P. SALMERON. In Græco habetur. *Cosmos iniquitatis.* *Cosmos* autem & orbem vniuersum significat, & mundum muliebrem, & vtrumque quadrat linguæ iniquitatibus. Alij interpretantur, *cosmos*, id est, ornatum, quia lingua etiam iniquitates suas ornare intendit, & dicit, bonum, malum, & malum, bonum. Lingua iniquitates sine numero penè sunt, & ita per omnes litteras alphabeti se extendunt, & in partem declarantur, & si plures essent notæ alphabeti, ad plures se exten

extenderent; & in vna litera plures aliquando reperuntur, vt videre est persequentibus: Adulatio, Blasphemia, Calumnia, Detractio, Excusatio, Famæ ablatio, Fraudès, Gloria vana, Hypocrisis, Hæresis, Iuratio, Laudes propriæ, Mendacia, Mordacitas, Nugæ, Odiofora verba, Perinuria, Querela, Rixæ, Sufurratio, Secretorum reuelatio, Taciturnitas importuna, Vituperatio, Zelus amarus.

Idem.

20. **IACOBI 3.** Lingua modicum membrum inflammatorum, nativitate nostra, inflammata & ipsa à gehenna. GILBERTVS. Lingua praua iracundiæ & indignationis occasiones requirit, iniurias, vel falsas simulat, vel veras exaggerat, quas debuerat dissimulare. Ad offensam officia interpretatur, & venenati sermonis scintillas adhibet ad comburendum cor suum. Quid lingua nequam cordi tuo tales adhibes flammis? Sufficiat illi flamma sua, ardor carnalis concupiscentiæ, & lenitatis calor innata, quibus cor tuum, ac si rota volubilis, impellitur; ignem hunc quem euomis, hauris de gehenna: lingua hæc malè coccinea est, sed vincula non est, non ligat sed dissipat. Malè succendit, quia succedit vnitati, quia dissidij verba scintillat. Flamma talis, de inferis est. Nam flamma quæ de sursum est, pudica & pacifica est, bonis consentiens, & bonos faciens. Verbum enim dulce, & multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Quasi flamma flammam consumit, inferiorem superior, infernalem cælestis, dum sapiens & suauè verbum vincit malignum, & dulce durum emollit.

Lingua Deum laudantis præmium.

21. **2. MACHAB. 7.** Vnus autem ex illis qui erat primus, &c. CYPRIANVS. lib. de Exhortatione martyris. Eum qui primus locutus fuerat, & magis regem virtutis & fidei constantiam prouocauerat, admoueri præcepit, & frigi, producta & execta prius lingua, quæ confessa Deum fuerat, quod martyri gloriofius coniugit. Lingua enim confessa nomen Dei, prior ad Deum debuit ipsa proficisci. & super illud: Post hæc, tertius illud dicitur, & linguam postulatus, cuio protulit. Nam penam linguæ explicandæ iam didicerat à fratre contemere. AMBROSIVS. lib. de Iacob, & vita beata, Iussit itaque linguam amputari, & ille exclamans, Victus es, inquit, Antioche, qui organum vocis abscindi iubes. Confessus es te respondere non posse rationi, maioræque probas linguæ nostræ flagella, quam tua verbera. Nos enim tua verbera non timeamus, tu nostræ vocis flagella non potes sustinere, sed hæc pietatis flagella sunt, tua flagella perfidiæ. Sed etiam lingua sublata grauius te suo cadens murimure flagellabit. Euadere te putas Antioche, si vocem eripias? & tacentes Deus audit, & magis audit. [Ecce aperui os meum, laxavi linguam meam.] Abscinde linguam, sed non abscindes constantiam: non virtutem auferes, non eripies testimonia veritatis, non eripies cordis clamorem. Si lingua amputatur, sanguis clamabit, & dicetur tibi: [Vox sanguinis fratris tui clamat ad me.] Audit enim sanguinis vocem, qui audit internas cogitationes. Quid verba damus? loquaciora sunt vulnera. Nec tamen plaudas quod auferendo linguam, confessionis laudem eripias. Satis iam Deum sermone laudauimus, nunc passione laudemus.

Non loquendum vana.

22. **LEUIT. 21.** Nec egredietur de sanctis, ne polluat sanuarium Domini Dei. HERONVS. Fabiola. Nam pro otioso verbo quoque rationem reddemus. Quidquid non ædificat audientes, in periculum vertitur loquentium. Si aliquid reprehensibile dicimus, de san-

ctis egrediemur, & vocabulum Christi polluinus, in quo nobis blandimur. Quanto ergo magis Pontifex (quem oportet esse sine crimine, tantarumque virtutum, vt semper moretur in sanctis) paratus victimas offerre: pro populo, sequenter hominum, & Dei, & carnes agni, & sanguinem sacro ore conficiens: quia oleum sanctum Christi Dei supra eum est?

Idem.

23. **IACOBI 2.** Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes indicari. Quasi dicat: Iudicium nostrum iam inceptum est, & iudicandi sumus per legem sanctam perfectæ libertatis. Ideo vide quid agas & quid loquaris: In Græco habetur: *Tanquam iudicandi per legem libertatis.* Vnde Dominus Ioan. 12. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.]

Lingua bona & mala innumera.

24. **IACOBI 3.** Equis fræna in ora mittimus ad consentiendum nobis, etiam omne corpus illorum circumferimus. Et ecce naues cum magna sint, & à ventis validis mouentur, circumferuntur tamen à modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis voluerit: ita & lingua, modicum quidem membrum est, & magna exultat. Ecce quantus ignis quam magnam flammam incendit: & lingua ignis est vniuersas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris quæ maculat totum corpus, & inflammas rotam naturam bestiarum, & volucrum, & serpentium, & cetorum, domantur, & domita sunt à natura humana; linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum, & patrem, & in ipsa maledicimus homines, quæ ad similitudinem Dei facti sunt: ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio.

Iusti lingua, instrumentum Spiritus sancti.

25. **PSALM. 44.** Lingua mea calamus scribæ, &c. BASILIVS. **1. super hunc locum:** Sicut calamus instrumentum est delineandæ scripturæ accommodum, ipsum manu viri periti mouente ad eorum quæ scribenda sunt characteres exprimendos: sic lingua iusti, Spiritu sancto eam mouente, cordibus credentium verba inscribit vitæ æternæ, tincta quidem non atramento, sed Spiritu Dei viuentis.

Lingua peccatoris nouacula.

26. **PSALM. 51.** Sicut nouacula acuta fecisti dolium. HILARIVS **1. super hunc locum.** Nouacula ad nitorem vultus acuitur, vt abradens hirsutam atque horrentem faciem læuiget: hæc si potius vulneret, dolium fecit: quippe cum præparata ad ornatum, ministerium suum præbuerit ad vulnus. Ita lingua impij in malitia potentis, quam natura ad eloquendas rationabiles cogitationes consulti cordis præparauit, ipsa potius irrationabiles cogitat iniquitates.

Lingua peccatoris, sepulchrum patens.

27. **PSALM. 5.** Sepulchrum patens est guttur eorum, linguæ suis dolosè agebant. CHRYSOSTOMVS **1. super hunc locum.** Ne sit os tuum sepulchrum, sed thesaurus. Thesauri enim multum à sepulchris differunt, quod hæc quidem corrumpunt quod acceperint illi verò conseruant. Hæc ergo tu diuitias studij sapientiæ, quæ perpetuò permanent, sed non malevolentiam aliquam & putrefactionem, vel verborum, vel dogmatum. *Et infra:* Non dixit David simpliciter & absolute, *sepulchrum, sed patens:* ita significans maiorem fetorem, & nos in mortuis quidem cor-

poribus contrarium facientes, terræ illa tradimus: hi contra in verbis obsecris, & malè sanis dogmatibus facientes, cum ea in imo locare oporteret, profuerunt & omnibus videnda proponunt, & multos offendunt. Mortua autem verba, multo magis tegenda quam cadavera sepelienda. GREGOR. NAZIAN. *Oratione consolatoria: cum pater eius ob grandinis taceret calamitatem.* Non is qui in verbis sapit, mihi sapiens est: nec is qui linguam habet volubilem, animum verò inereditum, sepulchrorum instar, quæ extrinsecus sunt ornata & speciosa, intus autem mortuorum cadavera, & multum recondunt foetorem: sed ille qui pauca de virtute loquitur, multa verò ostendit operibus, fidemque sermonis per vitæ roborat actionem: siquidem longè mihi præstabilius est formæ pulchritudo, quæ conspici potest, quam quæ sermonis pingitur industria; nec non diuitiæ quæ manibus continentur, quam quæ effinguntur somnio; ac sapientia quæ non sermonibus splendet, sed operibus collucet. [Intellectus bonus omnibus facientibus eam.] Scriptura inquit, *Psalms. 110.* & non qui prædicant illam.

Mors & vita in manibus lingue.

28. PROVERB. 18. *Mors & vita in manibus lingue.* CHRYSOST. *Homil. 4. ad baptizandos.* Media namque vtriusque partis lingua est, et si vtriusque dominus est. Nam & gladius in medio positus, siquidem fuerit aduersus hostes arreptus, salutaris accipienti reperitur: si verò tenentis visceribus inferatur, mortem præparat inferenti, non quia talis ferri natura, sed quia vrentis tale consilium est: ita & lingua æstinetur gladius in medio positus, armetur aduersus peccata tua, non ad fratris plagam præparetur: & ideo Deus eam velut muro duplici voluit circumdari: nam dentium tegmine, & labiorum custodia continetur, ne verba, improuida garrulitate proferantur.

Lingua custodienda.

29. CHRYSOST. *Homil. 52. in Matth.* Magis vertice ipso capitis linguam tuam custodias. Regius quidam equus est lingua nostra, si ei frænum immiseris doctrina tua, gradarium feceris, accendit in eum rex, & quiescit in eo; si autem nullo fræno domueris, sed huc atque illuc in frænem iactari permiseris, diaboli eam vehiculum fecisti. DIADOCHVS *de perfectione spiritali cap. 70.* Sicut ianua balnei si crebro aperitur, citò calorem eius extrudit; sic anima, cum multa loqui vult, quamuis valde pulchra sint omnia, memoriam sui per vocale ostium distrahit, ac disturbat. SANCIVS ISAIAS *Oratione 12. de vino.* Si dolij os apertum manet, culices ingrediuntur, & vinum corrumpunt. Idem accidit in multiloquio, faceris, & vanis sermonibus.

Lingua dignoscitur virtus cuiusque.

30. CHRYSOST. *Hom. 76. in Mattheum.* Quemadmodum si Romanus fortè fuerit iudex, non percipiet rationes tuas, nisi Latine loquaris: sic & Christus non audit, nec attendit, nisi lingua sua loquaris. Ut os tuum ita conformetur, ut os Christi sit, non opus est coloribus, nec vlla materia, sola virtute, humilitate, mansuetudine, huiusmodi os maxime conformatur. Os diaboli conditur maledictione, contumeliis, contradictione, petiurio, mendacio. Diaboli linguam habet, qui ut diabolus loquitur. Quæ supplicia non perpendemus, quando linguam nostram qua Dominicam carnem degustamus, diaboli sponte linguam efficitur? *Idem hom. 26. ad popul. Antioch.* Ab ore, & lingua dignoscamur. Dic mihi, aures quæ piteat dicuntur, unde noscuntur? Nonne humano more

loquendo? & nos itaque loquendo, sicut Apostoli, notifiamus loquendo sicut angeli.

Lingua tribulationem patientis coronabitur.

31. CHRYSOST. *Hom. 8. ad Colossens.* Nihil hac lingua sanctius, quæ in aduersis Deo gratias agit. Certè non inferior est lingua martyrum; vtraque pariter coronatur. Nam & aduersus istam instat licitor, Deum per maledicentiam negare cogens, instat diabolus argutis cogitationum quaestionibus lacerans, & animi angustiis obtenebrans. Si ergo dolores pertulerit, & gratias egerit, martyrum coronam sortitur, vtpote morbo decumbit filiolus, & tamen gratias agit Deo.

Lingua custodienda.

32. EVAGRIVS *apud Antonium in Melissa, parte 2. Serm. 67.* Amygdalas, quia omnium stirpium primæ florent, pruinæ corrumpere solent; sic homines fere linguæ temeritas, & præceps loquacitas. MARTINVS *Serm. 47.* Quemadmodum hirundines perpetuo garritu voluptatem familiaritatis perdunt; sic loquaces perpetuo obrundentes molesti sunt auditoribus.

Verbum bonum æquiualeat operi bono.

33. ECCLES. 18. *Nonne ardorem refrigerabit ros? sic & verbum melius quam datum. Item cap. 27. Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu cordis.* CLEMENS ALEXANDRIN. *lib. 1. Strom.* Quemadmodum qui mala vertuntur oratione, nihil differunt ab his qui malo facto vtuntur: calumnia enim est, ministra gladij, & affert dolorem, maledictum, ex quibus est vita versio; hæc autem fuerint opera improba orationis: ita etiam qui bona vtuntur oratione, prope accedunt ad eos qui bonis factis vtuntur: est enim salutaris oratio, sicut opus salutare.

Non multiloquio vtendum.

34. GREGORIUS NAZIAN. *lib. 3. de Theologia.* Quemadmodum aqua quæ non certis canalium marginibus dirigitur, sed per areæ diffunditur planitiem, euanescit: ita & res per sermonis vastitatem diffusa, lectorem fallit. *Idem oratione consolatoria:* Non patior vt fons obturetur, ac torrens profluat, sol abscondatur, & astra splendeant, canices cedat, ac inuentus ferat leges, sapientia obticeat, & rerum inexpertus inueniliter verba faciat. Imber enim rapidus nequaquam placido est vtilior: ille enim cum impetuosè fertur, rura trahit, agricolamque lucro plectit capitali: hic verò leniter effusus, & ad inferiora delapsus, terram fecunditate replet, arantemque à labore liberat, ac spicam ad fructum perducit maturum. Ita & in sermonibus abundantior, nequaquam sapientiore est vtilior. Hic enim aliquantulum oblectans, fortassis euanescit, pariterque cum aère percussio dissoluitur, nihil vltra hoc conferens, sed auditum audium, facundia, tanquam incantamento demulcet. Qui verò in mentem penetrat, ac os dilatat, repletur spiritu, & generatione videtur longior, multumque fructum paucis producit syllabis.

In templo non loquendum. Vide, Templum, num. 19. & 20.

LOCVS.

Loci nobilitas non prodest. 1. Quare extra paradysum creatus homo. 2. Nullus locus securus, sed solus Deus. 3. 6. 7. Locus congruit operi perpetrando. 4. 5. Triplex locus. 8.

Loci

Loci nobilitas non prodest.

1. ENES. 2. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, &c.* AMBROS. *Extra paradysum vir factus est, & mulier intra paradysum. Ille in inferiori loco, & tamen melior inuenitur, hæc tamen in meliori loco, & inferior reperitur: mulier enim prior decepta est, & vitrum ipsa decepit. Vt aduertat, quòd non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat. Vnde 1. ad Timoth. 2. Adam non est seductus, sed mulier seducta in præuaricatione fuit.*

Quare extra paradysum creatus homo.

2. IBID. D. THOM. 1. p. 9. 102. art. 4. *Paradysus locus fuit cõgruus habitationi humanæ, quantum ad incorruptionem primi status. Vt incorruptio autem Dei gratiæ imputaretur, & non humanæ naturæ, Deus hominem extra paradysum fecit, & postea ipsum in paradiso posuit.*

Nullus locus securus, sed solus Deus.

3. GENES. 3. *Qua dedit vno suo, & comedit.* GREGOR. *super Ezech. Homil. 9.* Quòd autem loca mentem non muniant, ipse humani generis restatur parens, qui & in paradiso cecidit. Item si locus saluare potuisset, Satan de celo non caderet. vnde Psalms. ubique in hoc mundo tribulationes esse conspiciens, quæ sunt locum quòd fugeret: sed sine Deo inuenire non potuit munium: ex qua re ipsum sibi locum fieri præcipit, [Esto mihi in Deum prorectorem, & in locum munium, vt saluum me facias.] *Vide, Deus, num. 49. &, Amor hominis erga Deum, num. 17.*

Locus congruit operi perpetrando.

4. GENES. 4. *Egydiatur ferus, &c.* AMBROS. *Lux x. habent: Egediatur in campum.* Non dixit, eam in paradysum vbi poma florent, non in aliquem cultum & fructiferum locum, sed in campum, vbi fructus deest. Quia non conueniebat vt idem solium, & contagia patricialis sanguinis susciperet præter naturam, & fructus secundum naturam germinaret. *Vide, Homicidium, num. 1.*

Idem.

5. GENES. 19. *Veneruntque duo Angeli Sodomam vespere.* GREGORIUS 2. *Moralium capite 2.* Intueri libet quomodo sacra eloquia in exordio narrationum qualitates expriment terminosque causarum, aliquando à positione loci, aliquando à positione corporis, aliquando à qualitate aëris, aliquando à qualitate temporis significant quid de ventura actione subiiciant. A positione loci, sicut de Israel dicit, *Deut. 1.* quòd verba Dei in monte audire non potuit, sed præcepta in campestribus accepit. Indicans subsequenter populi infirmitatem. A positione corporis, sicut in actibus Apostolorum, Stephanus Iesum stantem à dextris Dei vidit: stare quippe, adiuuans est. A qualitate aëris, vt in Euangelio: Hyems, inquit, erat: Vt ostenderet nullos tunc credituros, quia refrigerabat charitas. & denegaturus Petro præmittit, quia frigus erat, & stans ad prunas calefaciebat se. A qualitate temporis de Iuda non redituro ad veniam, dicit nocte exiisse. & de diuite iniquo dicitur: [Hac nocte repetent à te animam tuam.] Anima quippe quæ ad tenebras ducitur, non in die, sed in nocte reperitur. Hinc etiam est quòd Salomon non perferaturus, sapientiam in somniis & nocte accepisse dicitur. & Angeli ad Abraham meridie veniunt; puniunt autem Sodomam, vespere.

Nullus locus securus.

6. GENES. 19. *Sedente Loth in foribus ciuitatis, &c.* CHRYSOST. *Ecce Loth conuersans in medio*

tam impiorum, non solum non fuit inde negligentior factus, sed & maiorem virtutem præ se tulit, &c. *Vide, Societas.* Sicut igitur negligentia nihil prodest solitudo: ita prudens ac vigil non offenditur etiam in media ciuitate impiorum viuens. Non enim locus nos virtute facit præditos, sed mens, & mores.

Idem.

7. IBIDEM. *Et mansit in spelunca ipse, & dua filio eius, cum eo.* INTERL. *Sicut Loth in Sodomis iustus in monte peccauit: sic quidam seculares inter malos statum rectitudinis tenent; cum verò ad altitudinem vitæ ascendunt, negligentiores facti, grauius peccant.* GREGOR. *Hom. 9. super Ezech. Sæpè mutare locum conamur, & secretum vitæ remotioris eligere, ignorantes quia si desit spiritus, non adiuuat locus. Loth enim in Sodomis, sanctus extitit, in monte, & spelunca peccauit. Quia autem loca mentem non muniant, ipse humani generis primus parens, &c. Vide supra num. 3.*

Triplex locus.

8. CALFRIDVS *super illud Ioan. 3. Et nescis vnde veniat, aut quò vadat.* Locus alius vniuersalis, alius particularis, alius singularis. Locus vniuersalis est qui omnia continet; locus particularis quadam continet, sed non omnia: locus singularis est, qui sic aliquid continet, vt nihil aliud continere possit. Locus vniuersalis est Deus, de quo Apostolus ait, quoniam [ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia.] & Dominus de se ipso: [Ego sum via, veritas, & vita.] & Apostolis de Domino: [In ipso inuenimur, & sumus.] Sumus in veritate, mouemur in via, viuimus in vita. Locus particularis est Ecclesia; locus singularis est beata virgo Maria, de qua dicitur ad Moysem: [Locus in quo stas, terra sancta est.] Quis est ergo locus vnde venit Spiritus sanctus? Profectò Deus Pater est. Venit enim Spiritus sanctus de Patre & Filio; sed quò venit? In Apostolos, in Ierusalem congregatos, in superiora caenaculi. Ecce locus: Ecce vnde venit Spiritus sanctus, & quò. Quòd autem dicimus Spiritum sanctum venire, vel descendere, non localiter intelligendum est. Quia Spiritus sanctus illocalis & incircumscriptus est, & incommutabilis, sed quia præsentiam suam inuisibilem quibusdam signis visibilibus demonstrauit, dicitur quia venit.

L V X, L V M E N,
Luminaria.

A luce cur Deus mundum incepit. 1. 2.

Quanam lux fuerit creata prima die. 3.

Deus lucem approbavit. 4. 5. 6.

Qualiter lucem diuisit à tenebris. 7.

Deus non est auctor tenebrarum. 8. sed lucis. 11. 12.

Qualiter lucem appellauerit diem. 8.

Luminaria sunt iusti, & quòd ardere debeant & lucere. 9. 10.

A luce cur Deus mundum incepit.

ENES. 1. *Fiat lux, & facta est lux.* BASTI. *Prima vox Dei lucis naturam creauit, tenebras deleuit, mæstitiam dissoluit, mundum clarum fecit.* AMBROS. *Vnde vox Dei debuit inchoare, nisi à lumine? Vnde mundi ornatus, nisi à luce exordium sumeret? Frustra enim esset si non videretur. Quia ea prima est domus gratia, quæ si desit, tota domus deformi inhorret cultu. Lux*

CHM

enim est quæ reliquos domus commendat ornatus. Auctor ergo lucis Deus, locus autem & causa tenebrarum, mundus est. Tenebræ enim erant super faciem abyssi. Sed bonus auctor ita lucem dilexit, ut mundum ipsum infuso aperiret lumine, atque eius speciem venustaret. Quid miramur si Deus caliganti lumen mundo emicuit, quando si quis inter aquas merus, oleum ore emisit, clariora facit ea quæ profundi tegebantur occultis?

Idem.

2. **I**BID. HUGO DE S. VICTORE. Incipiens Deus opera sua ut perficeret, primum fecit lucem, ut cetera omnia postmodum faceret in luce. Significauit enim nobis se non amare opera quæ in tenebris fiunt quoniam mala sunt, quia [omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius, quoniam mala sunt.] Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Ipse autem qui veritatem facturus fuit, in tenebris operari noluit, sed venit ad lucem, & fecit lucem, ut manifestaret se per lucem. Deus enim auctor tenebrarum non est, sed lucis, quia peccatum tenebræ est, & peccatum nihil est, & sine ipso factum est nihil.

Quenam lux fuit creata in primo die.

3. **I**BIDEM D. THOM. I. p. quæst. 67. ar. 4. Aliqui dicunt, lucem illam quam creauit Deus primo die, fuisse quamdam nubeculam lucidam quæ postmodum facta sole, in materiam præiacentem rediit. Sed non debet dici quod aliquid tunc factum fuerit quod postmodum esse desierit. Alij quod illa nubes lucida adhuc remanet, & est coniuncta soli. Sed cum nihil vanum oporteat poni in operibus Dei, non est verum, quia nubes illa superflua remaneret. Alij, quod ex illa nube formatum est corpus solis. Sed neque hoc est dicendum, cum corpus solis sit de materia incorruptibili, & non de natura quatuor elementorum, & ideo dicendum cum D. THOM. I. p. quæst. 67. ar. 4. de diuinis nominibus, quod illa lux fuit lux solis, sed adhuc informis, quantum ad hoc quod iam erat substantia solis, & habebat virtutem illuminatiuam in communi, sed postmodum data est ei specialis & determinata virtus ad particulares effectus. BASIL. Tunc quidem fiebat dies, & nox, non motione vel lustratione solis, sed illa primogenita luce sese diffundente, rursumque contrahente, ea sanè mensura quæ à Deo fuerat definita.

Deus lucem approbavit.

4. **G**ENES. I. Et vidit Deus lucem quod esset bona. BASILIVS. Quas laudes nos dixerimus ipsa luce dignas, quæ testem suæ pulchritudinis ipsum iam suum habuit creatorem? AMBROS. Non voce sed approbatione Deus lucem laudat. Plus enim est quod probatur aspectu, quam quod sermone laudatur. Ita bonorum operum proprium est ut externo commendatore non egeant, sed gratiam suam cum videntur, ipsa testantur. Vnde scriptura. [Oculi Domini super iustos,] &c. Propriis itaque sermonibus naturam lucis expressit, dicens: [Vidit Deus lucem quod esset bona.] Videndo enim complacet lux, quoniam ipsa videndi efficaciam subministrat. Non autem quod ignorabat, vidit, neque id quod nesciebat antè, aut non viderat, comprobavit.

Idem.

5. **I**BID. INTERL. Vidit Deus lucem, &c. Hoc est, placuit ei in sua essentia, quod prius placuerat in præscientia. Vel aliter: Vidit Deus lucem, &c. Id est,

videri voluit, seu, fecit lucem quod esset bona. DIVVS THOM. Vidit Deus lucem, &c. Per hoc significatur quædam complacentia Dei artificis in re facta, non quod alio modo cognosceret, aut placeret ei creatura iam facta, quam antequam fieret. RUFERT. Vidit Deus lucem, &c. In suo iudicio ponderauit, & conspectu suo dignam duxit. CHRYSOST. Humano modo loquitur Propheta, quemadmodum homines cum magnum aliquid magno studio elaborauerint, tunc tandem probant quod fecerint, & opus laudibus extollunt. Ita & nunc ad nostrarum aurium infirmitatem demittit se diuina scriptura.

Idem.

6. **I**BIDEM. D. PROSPER in sententiis. Tria sunt scienda de creatura, quis eam fecerit, per quid fecerit, & quare fecerit. Si ergo querimus quis lucem fecerit? Deus. Dixit enim, Deus, fiat lux, & facta est lux. Per quid fecerit? Per verbum. Dixit, & facta est. Sed quare fecerit? Quia bona est. Et vidit Deus lucem quod esset bona. Neque auctor Deo excellentior, neque ars Dei, Dei verbo efficacior, neque causa melior quam ut bonum crearetur à bono. HUGO DE S. VICTORE I. de sacramentis cap. 13. Per lucem probauit Deus lucem, quia in luce incommutabili vidit quia, lux ista commutabilis suo modo & ordine bona esset.

Qualiter lucem diuisit Deus à tenebris.

7. **G**ENES. I. Et diuisit lucem à tenebris. AVGVST. Quia lucem fecit, cuius absentia tenebræ vocantur. Nemo existimet sic lucem factam quod esset confusa cum tenebris, & ob hoc separationis indigeret, sed eo ipso quod lux facta est, consecuta est diuisio inter lucem, & tenebras. Nulla enim societas luci cum tenebris. D. THOM. ubi supra. Diuisit Deus lucem à tenebris, quantum ad tria. Primum, quantum ad causam. Causa enim luminis erat in substantia solis; causa autem tenebrarum, in opacitate terræ. Secundò, quantum ad locum, quia in vno hemisphærio erat lumen, in alio tenebræ. Tertiò, quantum ad tempus, quia in eodem hemisphærio erat lumen, in alio tenebræ. CHRYSOST. Vnicuique locum proprium distribuit, congruumque tempus assignauit, & cuique suos terminos præfixit. & ex eo tempore vsque nunc nec lux terminos suos transgressa est, neque tenebræ suum ordinem præterierunt. Sanè hoc vnum ingratissimum sufficere deberet, ut elementa imitentur, quæ cursum suum perpetuo seruant, & mensuram suam non egrediuntur.

Deus tenebrarum non est auctor.

8. **I**BID. AVGVST. Sciendum quod Deus, species & naturas rerum facit, & ordinat, priuationes autem specierum, defectusque naturarum non facit, sed ordinat tantum, &c. Vide, Deus, num. 14. Genes. I. Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. AVGVST. Id est, ordinauit lucem in diem, & tenebras in noctem, ne aliquis intelligat esse aliam lucem quam diem, vel alias tenebras quam noctem. Vel aliter: Appellauit, id est, appellari fecit, lucem, diem: & tenebras, noctem. Sicut dicimus, parer familias ædificauit domum istam, id est, ædificare fecit. CAIETAN. Appellauit, &c. Sic scripsit Moyses ut manifestaret quod Deus est auctor, non solum rerum naturalium, sed etiam artificialium, qualia sunt nomina. Item, ut ostenderet quod Deus singula, non solum sensibilia, sed etiam priuationes, quales sunt tenebræ, intimè & nominatim nouit, & proprio nomine vocat secundum illud: [Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.]

Iusti

Iusti sunt luminaria.

9. **G**ENES. I. Fiant luminaria in firmamento caeli, & sint in signa & tempora, &c. quod luminaria significantur. Vide, Iustus, num. 2. & 49.

Quod ardere debeamus, & lucere.

10. **I**OHAN. 5. Erat Ioannes lucerna ardens & lucens. BERNARD. Est tantum lucere, vanum; tantum ardere, parum; ardere, & lucere, perfectum. [Sapiens permanet ut sol, ait scriptura, stultus autem ut luna mutatur.] Quia enim splendet luna sine seruore, modò plena, modò exigua, modò nulla videtur: mutatum siquidem lumen, nunquam in eodem permanet statu, sed crescit, deficit, extenuatur, annihilatur, & penitus non comparat. Sic qui conscientias suas in alienis labiis posuerunt, modò magni, modò parui, modò nulli, secundum quod adulantium linguis vel vituperare placuerit vel laudare. At verò solis splendor igneus est, & cum feruet acutus, etiam oculis lucidior exhibetur: Sic sapientis ardor internus, foris luces, & si non datur vtrumque, curat semper ardere magis, ut pater suus [qui videt in abscondito reddat ei.] Væ ei qui luxit tantum. Qui enim iudicat nos, Dominus est, qui ab omnibus feruorem exigit, splendorem non ita. [Ignem veni mittere in terram,] & quid volo, nisi ut ardeat? Hoc est commune mandatum, hoc exigitur ab vniuersis, & nulla, si deesse contigerit, admittitur excusatio. Ceterum singulariter apostolis & apostolicis viris dicitur: [Luceat lux vestra coram hominibus,] tanquam vehementer accensis, quibus non timeatur à statu quolibet, aut impulsionem ventorum, &c. Erat Ioannes lucerna ardens, & lucens, non ait, lucens, & ardens: quia Ioannis ex feruore splendor, non feruor prodiit ex splendore. Sunt enim qui non eo lucent quia ferueant, sed magis feruent, ut luceant. At isti non feruent charitatis spiritu, sed studio vanitatis. Vultis nosse quemadmodum arsit Ioannes, & luxit? Ego in eo triplicem vtrumque posse arbitror inueniri, & ardorem scilicet & splendorem. Arsit in semetipso vehementi austeritate conuersationis; erga Christum, intimo quodam & pleno feruore deuotionis: erga peccantes proximos, constantia liberæ increpationis. Luxit nihilominus, ut paucis dixerim, exemplo, digito, verbo, & seipsum ostendens ad imitationem, & luminare maius quod latebat, ad peccatorum remissionem, ipsas quoque tenebras nostras ad correctionem.

Deus, Christus, & Apostoli, lux dicuntur.

11. **Q**UOD Deus sit lux, Vide, Deus, num. 1. & 2. 3. 4. & 5. Quod Christus Dominus sit lux, vide, Christus, num. 16. & sequentibus vsque ad 22. Quod Apostoli sint lux, vide, Apostoli, num. 1. 3. 5.

Numerus 12.

12. **G**ENES. 6. Fenestram facies in ea. INTERLYN. Hanc tradunt Iudæi crystallinam fuisse. HIERON. In Hebræo habetur: Meridianum facies, quod manifestius interpretatus est Symmachus: Dilucidam facies arca, volens fenestram intelligi. CAIETAN. iuxta Hebræum legi: Luminare arca facies. Mādat Deus ut prouideat Noè de lucerna illuminante arcam. Nec intelligo vnam dumtaxat lucernam, sed Hebræo more, multitudo lucernarum vocatur luminare.

LUXVRIA.

Ad luxuriam gula prouocat: vide, Gula, num. 4. 5.

7. 15.

Post peccatum, luxuria motum cognouerunt primi parentes. 1. 2.

Luxuria interior & exterior à diabolo oritur. 3.

Luxuria mala. 4. 1. 14. 15. 24. 28. 31. 34. 35.

Luxuriosi non cito redeunt ad virtutem. 5. 22.

Luxuriosorum fætor. 6. 8.

Luxuriosorum cecitas. 7. 31.

Luxurie remedia. 9. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 29. 32.

Luxurie tentatio importuna. 10. 24. 30.

Luxuriosi quibus comparentur. 11. 13. 25. 26.

Luxuria quandoque casus, ad humilitatem prodest.

23.

Luxuria per malum intelligitur. 24.

Luxuriosus, præcipue in Deum peccat. 27.

Cantus luxuriosi abominabiles. 33.

Voluptas carnalis insatiabilis. 35.

Luxuria occasiones fugienda, vide, Fornicatio, num.

23. 8. 10.

Post peccatum, luxuria motum cognouerunt primi parentes.

1. **G**ENES. 3. Aperti sunt oculi amborum, &c. AVGVST. Quomodo oculi eorum aperti, nisi ad inuicem concupiscendum? Carnis scilicet morte concepta, ut iam esset corpus non animale tantum, sed corpus mortis, in quo lex in membris repugnaret legi mentis. Aperti sunt igitur oculi eorum ad intuentium & cogitandum quod antè nunquam aduerterant. Sicut illis duobus discipulis euntibus in Emaus, aperti sunt oculi, & cognouerunt quæ per viam non cognouerant. CHRYSOST. Sicut & Agar ancilla, scriptura testatur Deum aperuisse oculos, non quod antea clausos haberet, sed quod Deus illius mentem excitaret, vnde cognosceret, &c. INTERL. Aperti sunt oculi amborum. Nempe ad concupiscendum, & cognitionem bestialis motus: culpa quippe oculos concupiscentiæ aperuit, quos innocentia clausos tenebat.

Idem.

2. **I**BID. Conserunt folia ficus. AVGVST. Non arbitror eos cogitasse aliquid in illis foliis, quod talibus congruerit contegi iam membra prurientia; sed occulto instinctu ad hoc compulsi sunt, ut etiam talis poenæ significatio à nescientibus fieret, quæ peccatorem factum conuinceret, & doceret scriptura lectorem. HIPPOLYTUS episcopus, & martyr. Folia fici signa peccatorum fuerunt. Nam quemadmodum huius arboris folia si corpus tetigerint, prurimum gignunt; ita peccata prurimum excitant, transgressio- nis indicium.

Luxuria interior & exterior à diabolo oritur.

3. **G**ENES. 3. Supra pectus tuum gradieris. HIERON. LXX. vertunt: Supra pectus, & ventrem tuum gradieris. GREGOR. 21. Moral. cap. 2. Serpens ventre repit, quando hostis lubricus per humana membra sibimet subdita vsque ad explorationem operis, luxuriam exercet. Serpens autem repit pectore, quando eos quos in opere luxuriæ non valet polluere, polluit in cogitatione. Callidus namque aduersarius noster cum ab effectu operis expellitur, secreta polluere cogitatione molitur. Alius itaque luxuriam perpetrat actione, huic serpens repit ex ventre; alius autem perpetranda versat mente; huic serpens repit ex pectore. Sed quia per cogitationem ad explenda opera peruenitur, rectè serpens prius pectore, & postmo

postmodum reperere ventre dicitur. **ISIDORVS.** Nominē *pectoris* significatur superbia mentis. In pectore enim impetus animi dominatur. Nominē autem *ventris* significantur desideria carnis. Venter enim mollior corporis pars est. His duabus rebus serpit diabolus aduersus eos quos vult decipere. Id est, aut superbia, aut luxuria.

Luxuria mala.

4. **GENES. 6.** Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, &c. **CHRYSOST.** Ex hoc malo fonte multa alia suboriebantur peccata. Nam vbi scortatio & luxuria, & tanta intemperantia, verisimile est ibi & ebrietatem, & crapulam, & magnam iniustitiam, & auaritiam, & innumerabilia alia nasci mala.

Luxuriosi non cito redeunt.

5. **GENES. 8.** Dimisit coruum qui egrediebatur, & non reuertebatur, &c. **CHRYSOST.** Sed quare non redierit hæc avis? Fortasse cum sit immunda, incidit in cadauera hominum, & brutorum, quibus inuento sibi congruo cibo infedit. **AVGVST.** Columba autem reuersa est, quia naturaliter refugit huiusmodi cadauera. **ISIDOR.** Coruus emissus, & non reuersus, supernatante cadauere illectus, significat homines immunditia cupiditatis deterrimos, & ob hoc ad ea quæ foris sunt in hoc mundo intentos. Columba verò emissa, & non inuenta requie, reuersa, significat requiem sanctis in hoc mundo non esse, &c.

Luxuriosorum factor.

6. **GENES. 11.** Inuenerunt campum in terra Senaar, & habitauerunt in eo. **GREGOR.** super *Psal. Miserere. Senaar excussio, vel, factor dentium* interpretatur. In campo Senaar habitant, qui positi non in celsitudine virtutum, sed in planitie vitiorum, & detractio- num morsibus proximos lacerant, & in otiosa vitæ volutabro iacentes, infamiae suæ circumquaque factorem exhalant: quorum dentes tunc omnipotens excutit, cum illorum facta simul & verba confundit. Vnde scriptum est: [Dentes peccatorum contriuiti;] & iterum: [Dominus conteret dentes eorum,] &c. & de factore eorum per alium prophetam scriptum est: [Computruerunt iumenta in stercore suo.] *In stercore computrescere* est, carnales homines in factore luxuriae vitam finire: & *Isaias*: [Et erit pro suaui odore factor, pro zona funiculus.] Quia nimirum hi prauis operis factorem emittunt, qui abiecto cingulo castitatis, funiculum intexunt lasciuiae: de quibus dicitur per Prophetam: [Væ qui trahit peccata sicut restem longam.]

Luxuriosorum cecitas.

7. **GENES. 19.** Ita ut ostium inuenire non possent. **AMBROS.** Cæca ostenditur hic omnis libido, & ea quæ ante se sunt, non videt. **LIPOMAN.** Cecitas mentis & corporis, sequela est immoderate libidinis. **CHRYSOST.** Quoniam mentis Sodomitarum oculus excæcatus erat, propter hoc & visu priuati sunt. Vt discant homines quod nihil sibi profint corporales oculi, si oculi mentis fuerint excæcati. & non solum isti excæcati sunt, sed & viribus corporis destituti, quandoquidem potiorum hominis partem scilicet animam, corruperant.

Luxuriosorum factor, factore punitur.

8. **IBIDEM.** Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorram sulphur, & ignem à Domino. *A Domino* (ait **CALETAN.**) id est, de cælo, dicitur pluisse, ad dif-

ferentiam causarum naturalium naturali ordine concurrentium ad generandum sulphur & ignem. Miraculum enim operatus est Dominus, vt puniret impios à cælo, id est, à superiori aère. **GREGOR. 14. Moral. cap. 10.** Sulphur sic ignem nutrit; vt factorem grauissimum exhalet. In ipsa igitur qualitate vitiorum notatur macula criminis. Qui itaque ad peruersa desideria ex carnis factore arserant, dignum fuit vt simul igne & sulphure perirent. Sulphur quippe factorem habet; ignis ardorem. Quatenus ex iusta poena discerent, ex iniusto desiderio quid fecissent. *Idem 4. Dialog. cap. 36.* Quia amore illicito corruptibilis carnis exarserant, simul incendio & factore perierunt, quatenus ex se cognoscerent, quia æterna morti factoris sui se delectatione tradidissent. **INTERL.** Quia igitur putore & ardore luxuriæ computruerant, & clamor peccati eorum ascenderat in cælum, ideo à cælo, diuino iudicio, sulphure & igne perierunt. **RVPERT.** Quia carnes eorum, non qualiscumque luxuriæ, sed eius libidinis igne arserant, quæ est contra naturam, ideo non qualemcumque ignem, sed ignem super eos pluit sulphureum. & quia talem carnis factorem miserant ad cælum, rectè de cælo factorem igneum vel ignem factidum receperunt. **EVCHERIVS & STRABVS.** Peccatores carnales diebus Noe aqua diluuij exterminauit. Sodomitæ verò grauiori supplicio ignis scilicet & sulphuris diluuiio perierunt. Illud enim peccatum naturale erat, etsi mensuram excessit: hoc verò quia contra naturam erat, acrioris elementi vindicatum est incendio. Ideo etiam illic terra aquis abluta reuiuificat; hic verò flammis cremata, æterna sterilitate arefcit.

Remedium contra luxuriam.

9. **GENES. 39.** Ecce Dominus meus omnibus mihi tradidit, &c. Luxuriæ tentatio vincenda est beneficiorum memoria. Vide verbum, *Gratiudo*, num. 2. ex Gregorio.

Luxuria tentatio importuna.

10. **GENES. 39.** Mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat. **AMBROS.** Tertium spiculum erat mulieris assiduitas, sed Ioseph non audiebat eam. habes post prima verba quid caueas; nō solum lubricas, sed etiā procax, importuna, & petulans est libido.

Post luxurie abundantiam sequitur dura fames.

11. **GENES. 41.** Septem bonæ pulchre, & septem spicæ plena, septem vbertatis anni sunt. **AMBROS.** Vetus somnium recentes figurauit. Posterioribus priora consumpta sunt, & vbi erat antè vbertatis copia, ibi rerum omnium facta est indigentia. Etsi non ego Ioseph, vaccas tamen illas pingues, nō solum lasciuiam, sed etiam incuriam diuinæ reuerentiæ, arbitror figurare: sicut scriptum est: [Tauri pingues obsederunt me,] & de Iudæorum populo scriptum est: [Impinguatus, & incrassatus, & dilatatus est, & dereliquit Deum factorem suum.] & ideo somnium illud, redundantiam sæcularis perpetuam esse non posse, sed fore tempus quod his fames dura succederet, eo quod septem anni istius mundi pingues sunt & sæculari vbertate opimi; absorbentur autem ab illis sæculis quæ futura sunt. [Non ergo impinguet caput nostrum oleum peccatoris,] nec falli fructus delectare nos debent, ne dicatur & de nobis: Seminaſtis impietatem, & iniquitates eius vindemiaſtis: manducaſti fructum falsum, quia speraſti in curribus tuis.

Luxuriosi ranis comparantur.

12. **EXODI 8.** Ascenderuntque rana, & operuerunt terram Ægypti. **GREGOR.** **NYSEN.** Rana spec-

cie deformis, loquax, dubium animal, nã & aquaticū, & terrestre est, cuius saltus repens, cuius aspectus turpissimus, cuius è corpore intolerabilis factor emittitur, quæ etiam domos, lectulos, ipsa quoque penetralia Ægyptiorum sordidauit, Hebræorum vitam non maculans; significat, varios malitiæ corruptionisque factus, qui ex factido hominum corde quasi ex puridolimo nascuntur. Hæc immunda ranarū multitudo, domus eorum qui Ægyptiacè, id est vitiosè, viuunt, habitat, in mentis eorum abundat, in lectulis affidet, in abditis atque reconditis rebus eorum inuenitur. Verè namque sordida, luxuriosaque vita, dubium quoddam animal est, aquaticum scilicet atque terrestre. Quia homo natura est qui ita viuunt, electione verò pecus, peccidèque sordidius. At modesti hominis, etiam oculus mundus est, & hæc quæ ad luxuriam incitant, spectacula respuit.

Luxuriosi muscis comparantur.

13. **IBID.** Et venit musca grauissima in domos Pharaonis, &c. **ISIDOR.** Per *cynomyam* canini mores significantur, in quibus humanæ mentis voluptas, & libido carnis arguitur. **GREGOR. 18. Moral. cap. 28.** Quid in hac vita laboriosius quàm terrenis desideriis æstuarè, &c. Ægyptus muscis percutitur. Musca enim nimis insolens, & inquietum animal est, in qua quid aliud quàm insolentes curæ desideriorum carnalium designantur? Vnde alibi dicitur: [Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti.] Quia cogitationes superflue quæ assidue in animo carnalia cogitante & nascuntur, & deficiunt, eam suauitatem, qua vnusquisque intrinsecus per Spiritum vinctus est, perdunt; quoniam integritate eius perferri non permittunt, &c. Ægyptus ergo muscis percutitur, quia eorum corda qui terrenam vitam diligunt, dum desideriorum suorum inquietudinibus feriuntur, turpitudinibus cogitationum carnalium ad ima depressa sunt, vt ad quietis intimæ desiderium non leuentur.

Luxuria dignitatem hominis, & omnia destruit.

14. **EXODI 9.** Et percussit grando in omni terra Ægypti, &c. *Quæ sunt que fuerunt in agris, &c.* **RVPERT.** Quæ sit hæc ira Dei, quæ per grandinem, & ignem etiam designatur, Paulus exprimit terribiliter, cum ait: [Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam,] &c. Grando hæc, & ignis iste, eunctam agri herbam percussit, & omne lignum regionis contriuit: quia videlicet hæc ignominia cunctam humanæ substantiæ pulchritudinem cælesti ira in vasis iræ iniecta polluit, vniuersam rationalis creaturæ dignitatem omnino destruxit.

Luxuriosus deuoratus à terra.

15. **EXODI 15.** Deuorauit eos terra. **INTERL.** Id est, ea qua terra cognata, & vbiq; terra contenta. **AVGVST. quæst. 54.** Terra pro aqua, non mirum est, posita. Tota quippe pars ista extrema vel infima mundi, terre nomine censetur, secundum id quod sæpe dicitur: [Deus qui fecit cælum, & terram.] & in *Psal.* commemoratis cælestibus, [Laudate, inquit, Dominum de terra,] & ex ea exequitur in laude quæ etiam ad aquas pertinebant. **EVTNYM.** Vel dicitur, *Deuorauit eos terra*, quia postquam submersi sunt, emissi sunt in terram, vt Israelitæ eos viderent, & certiores fierent de miraculo, atque vt eos expoliarent, deinde facto terræ hiato ad diuinæ iræ demonstrationem absorpti sunt. **ORIGEN.** Sed & impios quidem & hodie deuorat terra. An non tibi videtur terra deuorare illum, qui semper de terra cogitat, qui semper terrenos habet actus, qui de terra loquitur, de terra litigat, terram desiderat, & omnem spem suam ponit in terra? &c. Vide, *Peccator.* Sed si quem videris luxuriæ

carnis, & voluptatibus corporis deditum, in quo animus nihil valet, sed totum libido carnis obtinuit, dicitur & de hoc quod *deuorauit eum terra.* Nec tamen penitus desperandum est. Possibile namque est, vt si fortè respiciat qui deuoratus est, rursum possit euomi, sicut Ionas, &c. Vide, *Desperatio*, num. 6.

Remedium contra luxuriam, custodia visus.

16. **EXODI 20.** Non concupiscas, &c. *neq; desiderabis uxorem* eius. **GREGOR. 21. Moral. 7.** Sicut sæpe cecatio per oculos trahitur, sic nonnunquam concupiscentia insecus, compellit sibi extrinsecus oculos deseruire. Nam plerūq; res quælibet innocenti mente respicitur, sed ipso conspectu animus concupiscentiæ gladio confoditur. Non enim David Viriā coniugem ideo studiosè respexit, quia concupierat, sed potius ideo concupuit; quia incautè respexit. Fit verò recta retributionis examine, vt qui exteriori negligenter vitur oculo, interiori non iniuste cæcetur. Sæpe autem intrinsecus concupiscentia dominatur, & illecebratus animus, ad vsus suos, sensus corporeos famulari more tyrannidis exigit, suisque voluptatibus oculos seruire compellit, atque (vt ita dicam) fenestras luminis ad tenebras aperit cæcitatibus. Vnde sancti viri cum sinistra pulsari delectatione se sentiunt, ipsa, per quæ forma species ad mentem ingreditur, lumina, disciplina magisterio refringunt, ne praua cogitationis visio lenocinata famuletur: quæ si vnquam subtiliter custodiri negligitur, cogitationis immunditia protinus ad operationem transit.

Idem.

17. **IBID.** **CHRYSOSTOMVS** *Hom. 3. de verbis Isaiæ.* *Vidi Dominum*, &c. Vt ignis vbi fœnum aliquod aut culmum arripuerit, nihil moratur, sed simul vt attingit materiam, lucidam accendit flammam: itidem & ignis concupiscentiæ, quæ est in nobis, simul atq; per oculorum intuitum, elegantem ac venustam attingit formam, protinus exurit animum. Proinde ne species temporariam illam quæ ex aspectu proficiscitur, voluptatem, sed perpetuum dolorem considera, qui nascitur ex concupiscentia. Nam illa inflicto vulnere plerumque celeriter auolat, at vulnus non auolat, sed plerumque manet, & interficit. & quemadmodum cerua confixa iaculo in vitalis corporis parte, etiam si venatorum effugiat manus, nihil inde fert lucri: sic & anima accepto concupiscentiæ iaculo, è lasciuo curiosoque aspectu, etiam si cum iaculo permittatur abire, tamen ipsa per se corrumpitur, ac perit, vbiq; videns hostem, & insequentem habens.

Remedium contra luxuriam, recordatio mortis.

18. **IBID.** **BASIL.** in *Exameron Cong. 11.* Si ex terra nos factos esse recordabimur, nunquam permittet ista recordatio vt obtineat in nobis animi commotio: opem feret rationi tellus perpetuò præfens, & admonens. Si quando ad concupiscentiam aliquam inhiaueris, cogita quomodo hinc sis discessurus. Si cogita ueris quod dissoluendus sis in terram, cessabit insana concupiscentia. Terra es, & in terram ibis. Recordare quod in breui salientia illa, & inflammata membra, aut ipsa quæ nunc est carnis concupiscentia, non erit, membris dissolutis, & in terram redactis. Memot esto, quæ sis natura, & irritabitur omnis ad malum impetus. Ista recordatio nobis ad quoduis peccatum cautio fit, & custodia. Bona est humilitas, & cognata est, & ingenita ista recordatio.

Item, meliorum desiderium vehemens.

19. **IDEM** in *regula.* Quæris, praua concupiscentiæ morbus quomodo sit excidendus: Respondet: Per-

uenti desiderio placitorum Dei, ac tali qualem ostendit qui dixit: [Iudicia Domini vera iustificata in idipsum, desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel, & fauum.] Perpetuum namque meliorum desiderium, contemnere & aduersari quae minora sunt, cogit (id quod in sanctis omnibus perspicuum est) quanto magis vitiosa & probro digna?

Remedia alia contra luxuriam.

30. **I**BID. DAMASCEN. in fragmentis sententiarum. Si turpis & carnalis te vexat concupiscentia, illam vigiliis, labore, orationibus, & inedia expelle. Proderit & mortis meditatio, mortiferique gaudij supplicij, ac sexus alterius declinatio. CASIAN. de institutis carnaliorum. Impossibile est extingui ignita corporis incentiua, priusquam ceterorum quoque principium vitiorum fontes radicibus excidantur. Nunquam igitur poterit ardentis concupiscentiae stimulos inhibere, quisquis desideria gula refranare nequiverit. Interioris hominis castitas, virtutis huius consummatione discernitur. Nunquam enim robustioribus amulis colluctari posse confidas, eum quem leuiori conspectu conspexeris ab infirmioribus paruisque superari. Cunctarum namque virtutum vna natura est. Itaque nullam perfecte possidere probabitur, quisque elisus in earum parte dignoscitur. Quo enim modo flagrantis aestus concupiscentiae extinxisse credendus est, qui non sola instigatione corporis, sed etiam mentis vitio succenduntur, qui aculeos irae solius intemperantia prorumpentes mitigare non potuit? Aut quomodo putandus est, carnis animaeque lasciuientes stimulos retulisse, qui superbiae vitium simplex non quiverit deuincere? Aut quemadmodum credendus est insertam carni luxuriam conculcasse, qui pecuniarum concupiscentiam forniculosisit, atque a nostra substantia alienam, non valuit abdicare? Qua autem ratione bellum carnis & animae trituphabat, qui idoneus non fuit morbum curare tristitia? Quantalibet vrbs sublimitate murorum, & claustrarum portarum summate muniatur, posterulae vnus quamuis paruissima prodicione vastabitur. Quid enim differt vtrum per excelsa moenia & ampla portarum spatia, an per angusti cuniculi latibula perniciosus hostis penetralibus ciuitatis irrepit?

De aliis remediis contra luxuriam, Vide, *Fornicatio*, num. 9.

Idem.

31. **I**BID. D. THOM. in *Opus.* Sciendum quod in fingiendo istud peccatum, oportet multum laborare, cum sit intrinsecum. Difficilius enim vincitur inimicus familiaris. Vincitur autem quatuor modis: Primo, occasione exterioris fugiendo; Puta, malam societatem, & omnia inducentia occasionaliter ad hoc peccatum, iuxta illud, *Ecclesiasticorum* 9. [Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. Noli circumspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. Auerte faciem tuam a muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardefcit.] & *Proverb.* 6. [Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant?] & ideo preceptum fuit Loth, vt fugeret ab omni circa regionem. Secundò, cogitationibus aditum non praebendo. Quia occasio sunt excitanda concupiscentia. & sciendum est, per carnis afflictionem, iuxta exemplum Pauli: [Castigo corpus meum.] &c. Tertio, orationibus insistendum. Quia [nisi Dominus custodierit ciuitatem,] &c. Vnde Sapiens ait, *Sap.* 8. [Sciui quoniam aliter non

possum esse continens nisi Deus det.] & Dominus, *Matth.* 17. [Hoc genus demoniorum non eiicitur nisi per orationem & ieiunium.] Si enim duo pugnant, & velles vnum iuuare, alterum verò non oportet primo auxilium dare, secundo verò subtrahere. Inter spiritum & carnem est praerium continuum. Vnde oportet quod si vis vt spiritus vincat, des ei auxilium, & hoc fit per orationem; carni verò subtrahas; & hoc fit per ieiunium. Nam caro per ieiunium debilitatur. Quarto licitis occupantibus insistendo. Nam multam malitiam docuit otiositas. Vnde Propheta *Ezechiel.* 16. [Hac fuit iniquitas Sodoma, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium.] **HIERON.** Semper aliquid bonum facito, vt te diabolus inueniat occupatum. Inter omnes autem occupationes, melior est, studium scripturarum. *Idem ad Paulinum.* Ama studia scripturarum, & carnis vitia non amabis. Quomodo autem expellendae sunt cogitationes: Vide, *Cogitationes*, num. 13.

Luxuriosi non cito redeunt ad virtutem.

1. **R**EGVM 14. *Et illuminati sunt oculi Ionathae gustato melle.* AVGVST. Non ad videndum, quia ante videbat, sed ad discernendum, quia vitium tetigerat. Vnde & confundebatur. Quo facto monetur omnis qui Deo vult militare, omnes voluptatum illecebras contemnere. [Mel enim distillant labia meretricis.] *Prou.* 5. Id est, voluptas carnalis delectationem parit: de qua mystice putatur Ionatham gustasse, & forte deprehensus, vix precibus populi liberatus est. Vnde patet, cum qui mundi voluptate superatur, sanctorum suffragiis, & fraternis orationibus indigere.

Luxuria quandoque casus ad humilitatem electorum.

2. **R**EGVM 11. *Introduxit, scilicet David, eam, scilicet Bersabe, in domum suam, &c.* INFERIAM oblatio culpa occasione non habet defensionis. **GREGOR.** lib. 33. *Moral. cap. 10.* Lectoris fortasse animus mouetur, cur omnipotens Deus quos in perpetuum elegit, quos ad honorum quoque spiritualium culmen assumptis, illaesos a corporalibus vitiis non custodit? Breuiter respondemus, nonnulli enim percepta dona virtutum, &c. Vide, *Humilitas*, num. 55.

Luxuria per malum intelligitur.

3. **M**ATTH. 6. *Sed libera nos a malo.* HVGODES. **VICTORE.** Hec peritio contra luxuriam dirigitur. Ecce ad quem finem venit superbia nostra. Diu eramus soli Domino seruientes; sed, superbia suadente, contra ipsum ceruicem ereximus, & statim serui facti sumus etiam vitiorum. Ecce ad te Deus clamamus captiui, qui te contempsimus liberi. Ecce qualem Dominum contempsimus. Ecce quali tyranno seruiuimus. Turpitudine tenet nos captiuos, vt nostra praesumptio confundatur. Libera ergo a malo gloria tua, nostra miseria verè malum est hoc Domine, & non sicut caetera mala. Crudelius persequitur, profundius nocet, efficacius laedit; blanditur vt fallat, lenocinatur vt perimat, mentitur dulcedinem, vt amaritudinem infundat. Ideo difficilius vincitur, tardius extripatur, nostris desideriis aduersus nos pugnat ad mortem, blandiente dulcedine ipsam etiam penetrat voluntatem, & vt postmodum toti dominetur naturae, ipsam rationem, violenta quadam pestifera delectationis persuasionem inclinat.

Luxuriosus ebrius comparatur.

4. **C**HRYSO ST. *Hom. 5. aduersus Hebraeos.* Qui mulieris alienae tenetur amore; qui scortis vacat, ebrius

ebrius est. & quemadmodum is qui multum bibit merum, seseque ingurgitant, illiberales voces effundit, aliudque pro alio videt; sic & hic veluti mero quopiam sua cupiditate repletus, nec sana profert verba, sed obscena omnia, sed perniciose, sed illibera, risusque plena, aliaque pro aliis videt, cogitans ad ea quae cernuntur.

Luxuriosus demoniaco comparatur.

26. **C**HRYSO ST. *Hom. 29.* Quid luxuria correptus, a demoniaco differt? Non videtur nudus ambulare, sed corporeis quibusdam vestibus amictus est, veris autem vestibus priuatus, summa hominis gloria caret; non lapidibus seipsum cadit, sed fecleribus quae lapidibus obscuriora asperioraque sunt. Quis hunc iuuare poterit? Quo fit vt nunquam sit in seipso, sed in sepulchris versetur. Sepulchra sunt meretricum diuersoria, cum multo factore, multa putredine sint repleta. Non minae; non exhortationes ipsum ligare poterunt, omnia haec vincula spernit.

Luxuriosus precipue in Deum peccat.

27. 1. **A**D THESSAL. 4. *Itaque qui hac spernit, non hominem spernit sed Deum, qui etiam dedit Spiritum sanctum suum in nobis.* **C**HRYSO ST. *Hom. 5. in 1. ad Thessal.* Itaque sine reginam corrueris, sine famulam tuam nuptam existentem, pari culpa teneberis. Quare? quia non personas laesas vindicabit Deus sed seipsum: simulatque enim pollutus est, Deum contumelia affectisti. Nam si quis purpura dignatus a rege, & mille aliis honoribus, iussuque acceptis honoribus dignè viuere, abiens deprauaret illam in muliere quadam, in quem caderet ignominia? An in purpuram, vel regem qui illam dedisset? Contaminaretur quidem & illa, sed non aequè vt rex.

Luxuria peccatum.

28. **A**VGVST. lib. 15. *de ciuitate Dei.* Sicut iniquum aegrum: ita illicitum est, libidine concubendi, subuertere limitem morum.

Luxuria remedia.

29. **H**VGO DES. **VICTORE.** lib. de carnalibus vitiis *viuendis.* Duobus modis ignis extinguitur, scilicet dum subtrahunt ligna, vel aspergitur aqua. Sic luxuria flamma dum subtrahuntur carnis incentiua, vel dum mens irrigatur lacrymarum affluentia, suffocatur ne coeat.

Luxuria flamma vnde alitur.

30. **I**DEM. *Ibidem.* In fauo mellis duo sunt, scilicet mel, & cera: in facie meretricis similiter duo sunt, scilicet decor, & gratia. Hoc est, pulchritudo oris & dulcedo sermonis. Cera succendit ignem, mel praebet dulcedinem. Sic pulchritudo meretricis, igne libidinis inflammat carnem; blandimento lenocitantis sermonis subuertit mentem. Stillat mel ex cera, dum meretrix verba sua mollit, & facit dulcia. Vnde *Proverb.* 5. [Fauus distillans labia meretricis, nouissima autem eius amara quasi absinthium.]

Luxuria intellectum hebetat.

31. **I**SIDORVS CLARIVS *Homil. 105. tom. 2.* Nichil ita obruit animum vt lasciuia carnis. Nam auaritia tantum abest vt obruat animum, quatenus pertinet ad solertiam & malitiam & prudentiam huius saeculi, vt etiam faciat astutissimos. In eundem modum ambitio quid non circumspicit? Quam lynceos habet oculos! Quid non cauet? At quisquis lasciuia se, &

vitiis carnis dedit, & illud naturae acumen quo feclisti etiam homines vti confluxerunt, amittit, vt de eo dici possit, quod de sine, prouerbio dicitur, datam esse illi animam pro sale. Homines enim huiusmodi animum depressum habent, & inflexum in ventrem, & ea quae sub ventre sunt.

Remedia contra luxuriam.

32. **P**RI MV abstinentia a vino & cibo. *Sine Cerere & Baccho friget Venus;* & cum illis ardet, furitque. *Ephes.* 5. [Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.] **HIERON.** ad *Enstochium*, de custodia virginitatis. Si quid in me potest esse consilij, si experto creditur, hoc primum moneo, hoc obtestor, vt sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. Haec aduersus adolescentiam prima arma sunt demonum. Non sic auaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio. Facile aliis caremus vitiis, hic hostis nobis inclusus est. Quocumque pergitur, nobiscum portamus inimicum. Vinum & adolescentia, duplex incendium voluptatis est. Quid oleum flamma adiicimus? Quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministramus? & *epist. de viciis ad Euziam.* Non Aetnae ignes, non Vulcania tellus, non Vesueus, & Olympus tantis ardoribus astant, vt iuueniles medullae vino plenas, & d'apibus inflaminate. *Idem in vna sancti Hilariensis adolescentis.* Iratus sibi, & pectus pugnis verberans, quasi cogitationes carde manus possit excludere: Ego, inquit, a seculo faciam vt non calcitres, nec te hordeo alam, sed paleis fame te concificiam & siti, grani onerabo pondere, per aestus indagabo, & frigora, vt cibum priusquam lasciuam cogites. Secundum, continuo cogitationem impudicam expellere. Frater Iuniperus, socius B. Francisci, acbat: Ego cum procul aduentantem inimicum hunc propicio, portas animi bonis desideriis sanctisque cogitationibus occludo, & interius sublata voce, procijs, procul, exclamo: occupatus est diuersorij locus: & frater etiam Aegidius, etiam socius in eadem collatione quae habita est coram B. Francisco, dixit: Ego arma mihi Iuniperi assumo. Tertium, fugere occasiones exteriores. Vnde quidam ex antiquioribus patribus cremi, acbat: Ille illecebrosum fieri nihil potest, nos, mulier, vinum homini adolescentulo, *Prighe videndo, femina.* *Proverb.* 6. [Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? Aut ambulare super priuatis vt non comburantur planta eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui non erit mundus, cum tetigerit eam.] Quartum, oratio frequens. Ita fecit Tobias vt vinceret Asmodeum. *Matth.* 17. [Hoc genus demoniorum non eiicitur nisi in oratione & ieiunio.] 2. *Corinth.* 12. Propter quod ter Dominum rogavi vt discederet a me.] scilicet stimulus carnis. **HIERON.** ad *Enstochium.* Pallebant ora ieiunij, &c. Itaque omni auxilio destitutus, ad lesu iacebam pedes, &c. Memini me clamante, diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius a peccatoris cessasse verberibus, quam rediret Domino increpante tranquillitas, & hoc faciebam, cum carne praemortua sola libidinum incendia bulliebant. **CASSIAN.** lib. 6. *Institutionum cap. 5.* Cordi est hunc immundissimum spiritum superate omni mentis intentione, non nostris vitijs confidentes (hoc enim industria humana perficere non preualer) sed opitulatione Domini festinemus. Tandiu namque hoc vitio animam necesse est impugnari, donec se bellum gerere supra vires suas agnoscat, nec labore, vel studio proprio victoriam obtinere se posse, nisi Domini fuerit auxilio, ac protectione suffulta. Quintum, exemplum sanctorum. **CASS.** lib. 5. *ciuito cap. 6.* Nulla virtute tam proprie carnales homines spiritualibus angelis imitatione conuersationis aequatur, quam merito & gra-

tia castitatis, per quam adhuc in terra degentes, habent secundum Apostolum, municipatum in caelis. Hieron. ad Demetriadem. Si te virorum exempla non prouocant, hortetur, faciaturque securam beata martyr Agnes, quae & etatem vicit, & tyrannum, & titulum castitatis martyrio conseruauit. AvGVST. lib. 8. confes. cap. 11. Ibi tot pueri & puellae, ibi iuuentus multa, & omnis aetas, & graues viduae, & virgines anus, & in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis, sed foecunda mater filiorum gaudiorum, de marito te Domine, & irridebat me irrisione exhortatoria, quasi diceret: Tu non poteris quod isti, & istae? At verò isti, & istae in semetipsis possunt, ac non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis, proiice te securus in eum, &c. Sextum. sacrae scripturae lectio, & sedula meditatio. Hieron. ad Rufinum. Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. & paulo post. Dum essem iuuenis, & solitudinis me deserta vallarent, incensiu vitiorum ardoremque naturae ferre non poteram, quem cum crebris ieiuniis frangerem, mens tamen cogitationibus aestuabat, ad quam edomandam, qui ex Hebraeis crederet, me in disciplinam dedi, vt, &c. alphabetum discerem. Quid ibi laboris insumperim, quid sustinuerim difficultatis, &c. testis est conscientia tam mea qui passus sum, quam eorum qui mecum duxerunt vitam; & gratias ago Domino quod de amaro femine literarum, dulces fructus carpo. Dionysius Carthus. dicere solebat, multa in literarum bonarum studio, & cultu commoda inesse, hoc tamen vnum maximum, quòd à carnis voluptatibus animum egregie abstrahant. AvRELIVS CELSVS praefatione lib. 1. Literarum, ait, disciplina, vt animo praecipue omnium necessaria, sic corpori inimica est. Septimum, frequentia sacramentorū. Chrysost. hom. 61. ad Pop. Tanquam leones ignem spirantes, ab illa mensa recedamus facti diabolo terribiles, &c. & paulo post. Hic Dominicus sanguis daemones quidem expellit, & procul esse facit, ad nos autem, angelos vocat & angelorum dominum. Vbi namque Dominicum viderint sanguinem, daemones fugiunt, concurrunt autem angeli. Cyprian. serm. de Natiuitate Christi. Defectus carnis nostrae, quae primitiuis facibus originalis mali infecta languerat, ex Christi carne redditur fortitudo: & sacramentorum communicatio, per quam illius corporis sinceritati vnimur, nos in tantum corroboret, vt de mundo & de diabolo, & de nobis ipsis victoria potiamur, & sacramentali gustu, vini eis mysteriis inharentes vna caro, & vnus spiritus simus. Bernard. serm. 1. in cena Domini. Siquis vestrum non tam saepe modò, non tam acerbos sentit iracundiae motus, inuidiae, luxuriae, aut ceterorum huiusmodi, gratias agat corpori, & sanguini Domini, quoniam virtus Domini operatur in eo, & gaudeat quòd pessimum vlcus accedat ad sanitatem.

Cantus luxuriosi abominabiles.

33. CHRYSOST. hom. 38. in Matth. Quemadmodum sordes & limus aures corporis obstruere solent, sic meretricij cantus, huius saeculi fabulae, debitorum onus, creditorumque ac foenorum ratio, aures mentis solent obstruere, atque immundas facere. Quasi enim sterco aures vestras immittunt huiusmodi colloquia, & quod barbarus ille minabatur, dicens: Comeditis sterco vestrum: id multi non verbo, sed te in vobis faciunt, imò verò etiam multo peius ac foediùs: nam fornicatorij cantus multo magis quam sterco sunt abominabiles. Idem Chrysost. in psal. 118. Cantabiles mihi erant insificationes tuae, &c. Quae ad vsum vitae huius cantica, & cantile-

nae tenores ac soni, desinentia fallunt, auditum simul & animum in fraudem pelliciuunt, ab utilitate abducunt, & in concupiscentiam pertrahunt, ad genialem vitam, eorum quae canuntur appetentiam, afficiunt, & inclinant, & quamlibet alioqui virilem enervant, obscena, turpia, & illecebrarum plena. Caestitia verò cantica, quae nimirum sanctus suggerit spiritus, & moderata verborum temperie, & decenti sententiarum descriptione mentem reuocant ad affectiones suas ordine digerendas, animam illustrant, & exornant, vt simul atque intellexerit, & assensa sit, quòd inuitat melodia à Spiritu sancto excitata, tum organum, tum prolata quoque sententia, & mores transferat, & affectus promoueat.

Luxuria voluptas momentanea magna tempore cruciatur.

34. ORIGEN. hom. 10. in Ezech. Quomodo vulnera quae in corpore sunt, saepe paruo tempore accidunt, medela verò vulnerum cum tormentis adhibentur ingentibus, non iuxta aequalitatem temporis quo illatae sunt, sed iuxta aequalitatem temporis, verbi gratia. In puncto horae fractura manus & pedis contritio accidit. hoc quod in modico factum est, mensibus tribus, ac longo tempore vix curatur: sic & voluptas quae neruos animi succidit, & luxuria, & semel vniuersa peccata, cum in paruo tempore infelicem animam illexerunt, magnum & aeternum postea tempus in supplicij cruciatibus promerentur.

Voluptas carnalis insatiabilis.

35. BASIL. in Psal. primum. Quemadmodum siues qui in caeno se obuoluunt, continuo sibi lutum augent: sic & hi foeditatem ex voluptate singulis diebus affricant sibi, & aspergunt. Idem ibid. Ac sicuti lapis in aquam cisternae coniectus, non solum adiacentem aqua partem, in quam cecidit, agitatur, verum orbem alios perpetuis vicibus excitans, eos interdum ad vltimos lacunae margines agitando perducit; ita & lasciuus obtutus vel sermo voluptatis delinuit illecebris, in virginis animam velut in vndam purissimam vehementer iniectus, alias post alias quasi in profundo cogitationes amatorias excitat, ipsamque totam eius qui fecit imaginem sauciam fluctibus agitatur. Cyprianus lib. de singularitate clericorum. Habent multi diuitias, quas suis vibus negent, quibus si nulla cupiditas inhaesisset, nec cupiditatis insignia possiderent: at verò qui cupiditate possessi sunt, perfruuntur animo quod vsu non tangunt. Ita qui despexit vinculum nuptiarum, & aliter vinculis foemineis obligatur, quamuis nullo concubitu miscetur, desiderio tamen, visu, colloquio, coniunctione semper oblectatur.

MALEDICTIONES.

Maledicere parentibus, dignum morte. Vide, Filij, num. 28.

Maledictiones prophetarum, potius sunt prophetiae. 1. 2.

Licet sanctis etiam maledicere, & quare. 3.

Maledictiones prophetarum, potius sunt prophetiae.

36. VDITH 9. Ego Domine vt gladio proprio eius superbia amputetur. GLOSSA ORD. Hoc non dicit delectatione peccata, sed amore iustitiae. Sic propheta quidquid in spiritu iusto iudicio vident

dent futurum, in eodem spiritu praedicunt faciendum. Imo per eos ipse praedixit, qui per eos reuelat atque facit. Quale est illud Psal. 68. [Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.] & illud, Act. 23. [Percutiat te Deus paries dealbare.] Non enim vindictam desiderant, sed quid faciendum, prophetant.

Idem.

2. OSEAE 14. Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum: in gladio pereant paruuli eorum, elidantur & saxa eius discendantur. P. D. RIBERA. Duobus modis intelligi debent in scriptura haec & similes imprecationes. Primo modo, vt imperatius pro futuro capiatur, & verba illa non sint optantis, sed futura praedictis, vt docet Hieron. in illud Psal. 11. [Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magni loquam.] & AvGVST. in illud Psal. 78. [Effunde iram tuam in gentes quae te non nouerunt.] Beatus quoque Christi martyr, & Pontifex Anacletus, in epistola secunda illud Psal. 68. [Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua,] dictum esse testatur non optantis animo, sed praedictis inysterio. Imo verò omnes isti imperatiui, Pereat Samaria, &c. in Hebraeo, & apud LXX. futura sunt, non imperatiui, ex quo intelligimus hanc esse prophetiam, & vniuersa haec accidisse tempore captiuitatis, vt adnotat Hieron. hoc est, allisos esse paruulos ad muros & ad saxa, & praegnantem sectas fuisse, atque disuptas. Secundo modo capiuntur, vt verè sint imperantis, aut optantis. quomodo hic Hieron. interpretatur. Imperat ergo, inquit, propheta, & vt verius dicam, optatiuo modo loquitur, vt Samaria, id est, decem tribus, pereat. Licet autem hoc sanctis vel virtute diuina imperare, vel etiam optare, quòd peccatores respiscant, aut eorum suppliciis alij corrigantur, aut certe Dei iustitia & potentia demonstratur, vt optime docet D. THOMAS. 2. 2. quest. 25. art. 6. ad tertiam. Quòd verò verba sint futuri temporis in Hebraeo, nihil moueamur. Futura enim apud Hebraeos passim pro imperatiuo deseruiunt, vt & apud nos. Hieremia 3. [Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. Diliges Dominum Deum tuum,] &c.

Licet sanctis etiam male dicere, & quare.

37. IOB 3. Pereat dies in qua natus sum. CHRYSOST. hom. 4. i. Iob. Non impiè agens haec dicit, sed patiens, & vide quid facit. Quemadmodum si quis apostematis morbo circumuentus ferro recidatur à medico, non quòd recidenti auerferet, circumstringit, atque astantes mordet, illis quidem inferre nihil habens, ad medicum autem extendere manum non valens: Sic & Iob blasphemiae magnitudinem timens, facit in inanimatis iniuriam, atque fiduciam passione adauget, non contra Deum audens, sed se denique accusans. Maledixit autem non creaturam, sed sui ipsius diem, Potestatem, inquit, habeo dici mei, non maledico conditorem, mei ipsius diem maledico. ORIGEN. lib. 3. in Iob. Loquutus est Iob tanquam quilibet in dolore positus querens remedium, tanquam quis in dolore dentium, aut oculorum, aut aurium frequenter parietes vngulis exarat, frequenter etiam semetipsum vngulis exulcerat, praenimitate doloris quem sustinet, corralis ossibus, & palpebris, atque auribus. Sic & beatus Iob cum perforarentur ossa eius, & liquefierent carnes eius, loquutus est, maledixit diem qui non erat.

MANDATA DEI.

Differentia inter precepta & mandata. 1. 13.

Mandata Dei facilia. 1. 2. 15. Mandatum datum Aed, neque superfluum, neque iniustum. 3. Diabolus memoriam mandatorum tollit. 4. Primi mandatorum prauaricatores, grauissime puniuntur. 5. Mandatorum observatio. 6. 7. 14. 15. 16. 17. 18. Mandata Decalogi explicantur. 7. 8. 9. 10. Quae sunt precepta moralia, ceremonialia & iudicialia. 11. Quae ex his obligent modo, & quae non? 12. Aliqua moralia ad melius esse praecipuntur. 13. Mandata minima obseruanda. 14. Mandata omnia adimplenda. 18. Dei precepto consentiendum, non diabolo. 19.

Circa mandata vide Lex.

Differentia inter precepta & mandata.

38. GENES. 2. Praecipitque ei, dicens: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas. CHRYSOST. Dignum & hic est obstupefcere misericordiam Dei, quae omnem transcendit rationem. Vide statim ab initio quanto honore hominem prosequitur. Neque enim dixit, imperauit, vel iussit, sed praecipit, sicut amicus amico de rebus necessariis praecipiens loquitur. Ita & Deus humanae naturae, quasi hoc honore ad obediendum attracturus. Vide verbum, Obedientia, num. 11. Ex omni ligno, &c. Magna huius praecipi facilitas, sed graue malum desidia est, quae facit vt facilia omnia videantur difficilia: sicut studio & vigilantia, etiam ardua omnia & difficilia, facilia nobis fiunt. Ex omni, inquit, ligno, &c. Quasi dicat: Non molestum aliquid & graue peccare ex te. frui enim omnibus tibi permitto; vnum praecipio: De ligno autem scientiae boni & mali ne comedas: & magnam poenam decerno: In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris; vt vel timore coerecitus datum à me mandatum custodias. Haec faciebat quasi dominus aliquis liberalis, domum magnam alicui concedens, & vt dominium sibi saluum maneat, paruam tantum pecuniam dandam ab illo praescribat: ita & Dominus concessis homini omnibus, ab vno tantum ligno abstinere iussit, vt scire debeat quòd sit sub Domino cui obedire debeat, & parere si quid ille imperarit.

Idem.

39. IBIDEM. GREGOR. 35. Moral. cap. 13. Omnes paradisi arbores ad esum Dominus concessit, & ab vna prohibuit, vt creaturam suam quam nolebat extinguere, sed prouehi, tanto facilius ab vna restringeretur, quanto ad cunctas laxius relaxaret. Qui enim ab vno quolibet bono subiectos verat, necesse est, vt multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, si ab omnibus penitus repulsa ieiunat.

Mandatum Dei, neque superfluum neque iniustum.

40. GENES. 2. In quocumque die comederis, ex eo morte morieris. AMBROS. Iterum quaestio, Superfluumne Deus praecipit protoplasto illi Adae quòd nouerat minime seruaturum? Neque superfluum neque iniustum etiam prauaricaturae praescriptum est diuinum mandatum. Vide, Electio, num. 2. & infra: Non ergo in mandante culpa est, sed in prauaricante peccatum est: & quod in Deo fuit, ostendit omnibus

quod omnes voluit liberare. Concedo libenter quod non confiteretur peccatum, si interdictio non fuisset, sed etiam concedo quod non consistente peccato, non solum malitia, sed etiam virtus fortasse non esset, quæ nisi aliqua malitiæ fuissent semina vel subsistere vel eminere non posset. Quid enim est peccatum, nisi præuaticatio legis diuinæ, & celestium inobedientia præceptorum?

Diabolus memoriam mandatorum tollit, & mandantis maiestatem.

4. **GENES. 3.** *Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi.* AMBROS. Hic iam serpentis vide veritatem. Simulat se verba Dei dicere, & proprios intexit dolos. Dixerat enim Deus: [Ex omni ligno quod est in paradiso, comede.] &c. Serpens autem quasi interrogans mendacium inseruit. *Cur præcepit, inquit, Deus ut non comederetis, &c.* LIPOMAN. In Chaldaeo, & Hebræo habetur: *Perisumne est quod dixit Deus?* &c. secundum LXX. *Responde vobiscum agitur, quia Deus dixit, &c.* in quo multa inuenitur & apparet serpentis malitia, & veritas. Perfidiæ enim homini incutere incipit, & de fide verborum Dei tentare, reuocareque in dubium benedictionem Dei ad homines. Deinde, vt Hebræa habent, substituit verbum *dicere* pro verbo *mandare*, ne hominibus ipsi occasionem præberet de Domini mandato cogitandi, si dixisset: Verène mandauit vobis Deus. Neque addidit *Dominus Deus*, sed *Deus* tantum, ne sub nomine Tetragrammaton quod illi soli conuenit, sed *Eloim*, quod etiam aliis, & inuidiam Dei subindicaret, & maiestatem Domini dissimularet.

Primi mandatorum præuaticatores grauissimè puniti.

5. **THEODORETUS.** Attentè considerandum est quod primis legis diuinæ præuaticatoribus supplicia sine venia infliguntur, vt ceteri qui transgressionis poenam intellexerint, diligentius caueant, nec legem præuaticari audeant. Vide, *Deus*, num. 100. & verbo, *Lex*, num. 1.

Observantia mandatorum.

6. **AMBVLARE** iustum in mandatis Dei, facit a eum peccatoribus terribilem. Vide, *Iustus*, numero 40.

Pro obseruantia primi præcepti Decalogi.

7. **EXODI 20.** *Ego sum Dominus Deus tuus, &c. Non habebis Deos alienos coram me.* Vide verbum, *Idololatia*. D. THOM. *opusc. 8. de Decem præceptis.* Ad obseruantiam huius primi præcepti quinque rationibus inducimur. Prima sumitur ex Dei dignitate, quæ si auferatur, fit ei iniuria. Sicut potest videri ex consuetudine hominum. Cuilibet enim dignitati debetur reuerentia. Vnde proditor regis est qui auferit quod exhibere tenetur. Vnde de quibusdam ait Apostolus: [Mutauerunt gloriã incorruptibilis in similitudinem imaginis corruptibilis hominis,] &c. & hoc summè Deo displicet. Vnde dicit: [Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.] Hæc autem Dei dignitas consistit in hoc quod omnia sciat. Vnde hoc est vnum signum Deitatis, iuxta illud *Isai. 4.* [Annunciate quæ ventura sunt in futuro, & sciemus, quia dii estis vos.] Vnde Apostolus: [Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius.] Hanc autem dignitatem auferunt diuinares, contra quos *Isai. cap. 8.* [Nunquid non populus à Deo suo requireret visionem pro viuis ac mortuis?] Secunda ratio sumitur ex eius largitate. Omne enim bonum habemus à Deo, & hoc etiam ad dignitatem Dei pertinet,

iuxta illud: [Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.] Nimis ergo ingratus es, si hoc ab illo tibi collatum non recognoscis, imò facis tibi alium Deum, sicut filij Israel, quando idolum fecerunt. *Osee 11.* [Vadam post amatores meos,] &c. Hoc etiam fit quando quis in alio quàm in Deo spem ponit, hoc est, quando adiutorium ab alio petit. *Psal.* [Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius.] & Apostolus: [Cum cognoueritis Deum, quomodo conuertimini iterum ad infirma?] Tertia ratio sumitur ex promissi firmitate. Abrenunciavimus enim diabolo, & fidem promissum soli Deo. Vnde non debemus ipsam infringere. *Apostolus.* [Irritam quæ faciens legem Moysi,] &c. Quanto magis putabis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? iterum: [Viuentem viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro, & talis debet comburi.] Væ ergo peccatori ingredienti terram duabus viis, *Proverb. 16.* Quarta ratio est dominij diabolici grauitate. [Seruietis, ait propheta, diis alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte.] Non enim quiescit in vno peccato. **GEOR.** Peccatum quod per penitentiam non diluitur, mox suo pondere in aliud trahit. Contrarium est de dominio diuino, quia præcepta eius gratia non sunt. [Iugum, ait Christus, meum suauis est, & onus meum leue.] Satis enim reputatur quis facere, si tantum facit pro Deo quantum fecit pro peccato. [Sicut exhibuistis membra vestra seruire.] &c. ita nunc exhibere,] &c. Sed de seruis diaboli dicitur: [Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis: & ambulauimus vias difficiles,] & iterum: [Vt iniquè agerent, laborauerunt.] Quinta ratio sumitur ex præmij immensitate. In nulla enim lege, talia promittuntur præmia, sicut in lege Christi. Sarracenis promittuntur flumij lactis, & mellis, Iudæis terra promissionis; sed Christianis, angelorum gloria. Erunt enim sicut Angeli Dei in cælo. Hoc considerans Petrus, ait, [Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.]

Reliqua mandata Decalogi.

EXODI 20. *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* De hoc secundo præcepto decalogi, vide, *Iuramentum*, à num. 6. & *deinceps.*

Ibid. *Memoro ut diem sabbati sanctifices.* De hoc tertio præcepto decalogi, vide, verbum, *Festorum obseruatio*, à num. 6. & *deinceps.*

Ibid. *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* De hoc quarto Decalogi præcepto, vide, verbum, *Filij, & parentes*, à num. 12. & *deinceps.*

Ibid. *Non occides.* De hoc quinto Decalogi præcepto, vide, *Homicidium*, à num. 12. & *deinceps.*

Ibidem. *Non machaberis.* Vide *Adulterium*, à num. 10. & *deinceps.* & *Fornicatio*, à num. 5. & *deinceps.*

De septimo præcepto, vide, *Furtum*, à num. 5. & *deinceps.*

Ibid. *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.* Vide, *Mendacium*, à num. 17. & *deinceps.*

Duo vltima Decalogi præcepta ostendunt qualiter reliqua intelligenda.

IBIDEM. *Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem eius, &c.* De his duobus Decalogi præceptis, vide, *Concupiscentia*, num. 2. & tertio. *Adulterium*, num. 13. *Auaritia* à num. 11. LIPOMAN. Apud LXX. præponitur præceptum concupiscentiæ vxoris, cui lectioni ad stipulatur ordo qui ponitur *Deut. 5.* Vnde perspicuum est, esse duo præcepta distincta, alterum concupiscentiæ vxoris, alterum rerum proximi. Quæ duo præcepta valde accusant nos apud Deum: nam et si iusti possumus videri apud homines, qui

qui ea tantum intuetur quæ de foris sunt, apud Deum tamen, qui cor intuetur, minimè. Ceterum hæc duo vltima præcepta perspicue explicant omnia priora, quod non sint intelligenda de externis tantum factis, sed etiam de affectibus cordis. Vnde Paulus: [Peccatum non cognoui nisi per legem.] Nam & concupiscentiam non nouissem nisi lex diceret: *Non concupisces.* Peccatur enim non tantum concupiscentia domus aut vxoris proximi, verum etiam concupiscentia vindictæ, concupiscentia impietatis, & falsarum religionum. Vnde addit Paulus: *Lex spiritualis est; qua voce manifestè significat, legem non exigere externa tantum opera, sed exigere omnes hominis affectus spirituales sanctos, & ab omni vitio alienos.* Postremò idem etiam testatur compendium legis, quod est: [Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. & proximum tuum sicut teipsum.] Ex quo colligitur omnia tam interna quàm externa hominis, in toto decalogo, requiri iusta, sancta, & diuina.

De præceptis Decalogi in communi.

10. **IBID.** **AVGVST.** *de decem chordis cap. 9.* Hæc quidem sunt diuini psalterij chordæ decem. In humanis spectaculis non idem est venator, quod citharista; in spectaculis Dei vnum est. Tangis enim has decem chordas, & feras occidis. Tangis primam chordam qua colitur vnus Deus, & cecidit bestia superstitionis. Tangis secundam, qua non accipis nomen Dei tui in vanum, & cecidit bestia erroris nefandarum hæresum, quæ id putauerunt. Tangis tertiam, vbi pro spe futuræ quietis facis quidquid facis, & interficitur crudelior ceteris bestiis amor sæculi huius: propter enim amorem sæculi huius laborant homines in omnibus negotiis. Tangis quartam, vt honorem parentibus deferas, & cecidit bestia impietatis. Tangis quintam, & cecidit bestia crudelitatis. Tangis sextam, & cecidit bestia libidinis. Tangis septimam, & cecidit bestia rapacitatis. Tangis octauam, & cecidit bestia falsitatis. Tangis nonam, & cecidit bestia adulterina cogitationis. Tangis decimam, & cecidit bestia cupiditatis. Vide quomodo vtrumque simul facis, & chordas tangis, & bestias occidis, id est, citharista es, & venator. Non nos delectant talia spectacula? Vbi non promeremur oculos editoris, sed oculos redemptoris. Denique tangens decem chordas quot bestias occidis? Nam multæ bestiæ sub istis capitibus. In singulis chordis, non singulas bestias, sed greges interficis bestiarum, & ita cadentibus omnibus bestiis, securus & innocens in Dei dilectione, & humana societate versatis.

Quæ sint præcepta moralia, quæ ceremonialia, quæ iudicialia.

11. **EXODI 21.** *Hæc sunt iudicia quæ propones ei.* D. THOM. 12. q. 104. art. 1. Præceptorum cuiuscumque legis quædam habent vim obligandi ex ipso dictamine rationis, & huiusmodi præcepta dicuntur moralia, eo quod à ratione dicuntur mores humani. Alia verò habent vim obligandi ex aliqua institutione diuina, vel humana, & huiusmodi sunt determinationes quædam moralium præceptorum. Si igitur determinantur moralia præcepta per institutionem diuinam in his per quæ ordinatur homo ad Deum, talia dicuntur præcepta ceremonialia: Si autem in his quæ pertinent ad ordinationem hominum ad inuicem, talia dicuntur præcepta iudicialia. *Idem ibid. art. 2.* Præcepta iudicialia non sunt figuralia primò, & per se, sicut ceremonialia, quæ principaliter ad hoc sunt instituta, vt aliquid figurent pertinens ad cultum Dei, & ad mysterium Christi, sed sunt figuralia ex consequenti, quia sunt instituta ad ordinandum sta-

tum illius populi secundum iustitiam, & æquitatem: & ex consequenti aliquid figurabant, in quantum scilicet totus status illius populi figuralis erat. Iuxta illud: [Omnia in figura contingebant illis.]

Quæ ex his modò obligent, & quæ non.

IBID. **LIPOMAN.** Dicimus ergo quod præcepta moralia decem in noua lege manent: quia ius naturale est immutabile. Ceremonialia autem sic sunt euacuata, quod ea post sufficientem Euangelij promulgationem obseruare, mortiferum est. Vnde Apostolus ad *Galat. 5.* [Si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit.] Quod intelligendum est de aliis ceremonialibus. Quia ceremoniæ erant protestationes quædam, & figuræ venturi Christi. Ideo eas obseruare, dicere est quod aduentus Christi tempus nondum est impleum, quod quidem hæreticum est. Thurstificatio autem quæ de ceremonialibus erat veteris Testamenti, in noua lege remanet: quia directè nihil significabat futurum, sed deuotionè dumtaxat populi Deum colentis. Iudicialia verò præcepta sic euacuata sunt, quod in lege noua non obligant, obseruare tamen non est mortiferum. Veluti si Christianus aliquis princeps ea in regno suo institueret, in quantum tamen de nouo instituantur, & non aliter. Quod si obseruarentur tanquam ex lege veteri obligatoria, esset mortiferum, quia hoc esset afferere adhuc statum populi veteris Testamenti manere.

Aliqua moralia, ad melius esse præcipiuntur.

EXODI 22. *Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei.* D. THOM. 12. q. 99. art. 2. Morale debitum est duplex. Dicitur enim ratio aliquid faciendum, vel tanquam necessarium, sine quo non potest esse ordo virtutis, vel tanquam vtile ad hoc quod ordo virtutis melius conseruetur. & secundum hoc quædam moralium præcepta præcipiuntur, vel prohibentur in lege. Sicut, *non occidas, non furum facies, &c.* hæc propriè dicuntur præcepta. Quædam verò præcipiuntur, vel prohibentur, non quasi præcepta debita, sed propter melius, & ista possunt dici mandata, quia quandam inductionem habent, & persuasionem: Sicut hoc: [Si pignus acceperis,] &c. & alia similia. Vnde **HIERON.** dicit, quod in præceptis est iustitia, in mandatis verò charitas. Possunt & aliter mandata à præceptis distingui, vt præcepta dicantur, quæ Deus per seipsum iussit, mandata autem quæ per alios mandauit, vt ipsum nomen sonare videtur.

Mandata etiam minima seruanda.

EXODI 28. *Facies & feminalia linea, vt operiantur carnem turpitudinis, &c. ne iniquitatis rei moriantur.* **LIPOMAN.** Vide cum quanta obedientia præcepta Domini obseruanda sunt, quantalacumque ea fuerint. In Dei namque mandatis non tam species eorum quàm præcipientis verba attendenda. Quicumque enim iusserit Dominus, bona sunt, idè absque hæsitacione complenda. Vnde idem Dominus: [Quicumque soluerit vnum de mandatis istis minimis,] &c. *Numerorum etiam cap. 15. præcepit Dominus vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, & ponant in eis vitras hyacinthinas, &c.* **ISIDOR.** Vt moneantur qui præcepto Dei habitu à ceteris gentibus differunt, & religione differre. Nos quoque instruamur, quia mandata quæ videntur esse minima in habitu legis, si propter vitam caelestem (quam vitra hyacinthina significat) fuerint, multum proficiunt. Qui enim spernit minima, paulatim decidit. Sine ergo manducemus, siue bibamus, siue aliud quid agamus, omnia

in gloriam Dei faciamus. Sequitur: Quas cum viderunt, recordentur omnium mandatorum Domini. L Y R A N. Quia talis color apparuit eis in confirmatione legis, quando viderunt Dominum, vt habetur Exod. 24. & ideo talis coloris visio inducebat ad memoriam mandatorum Domini.

Mandata Dei facilia.

- 15. **D**EUTER. 30. Mandatum hoc quod ego precipio tibi hodie, non supra te est, nec procul positum, nec in celo situm, vt possis dicere quis nostrum valet, &c. Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. L Y R. Quia omnia legis precepta etiam alia à decalogo, sunt quodammodo de dictamine legis naturalis, & per consequens scripta sunt aliquo modo in cordibus humanis, iuxta illud, Roman. 2. [Cum gentes quæ legem non habent naturaliter, ea quæ legis sunt, faciunt, ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis;] & hoc est quod dictum est: iuxta te est sermo in corde tuo, quia ibi scriptum est, & per consequens in ore tuo. quia verbum est conceptuum mentis indicationem, vt facias illud opere implendo, quia non auditores legis tantum iustificabuntur, sed factores.] OLEAS FER. Gratificandum Deo valde est, quod ea quæ sunt ad salutem necessaria, facilia fecit, & ad paruum semper redacta numerum. Summauit enim, & perstrinxit totam legem duobus illis & precipuis mandatis, scilicet in dilectione sui & proximi. Sic & mandata fidei perstrinxit Paulus, ad Roman. 10. dicens: [Si credideris in Dominum Iesum, & quod Deus illud à mortuis suscitauit, saluus eris.] Aduerte etiam ad quid debeas corde gestare verbum Dei, & ore loqui, vt scilicet facias illud. Nam etsi bonum sit meditari in lege Domini, & de ea loqui, optimum tamen est ea facere. Parum enim proderunt illa duo, nisi addideris tertium, quod vitam omnino perficit.

Idem.

- 16. 2. **M**ACHAB. 4. versu 17. In leges diuinas impie Magere impune non cedit, sed hoc tempus sequens declarabit. Alia litera. Num res minime leuis est admisisse in leges diuinas impietatem? Quamquam enim Deus dissimulare videatur, tandem reuelabitur ira Dei super omnem impietatem, &c. Sicut & de isto peruerso latrone manifestatur, cap. 5. libri 2. à versu 7. & deinceps. E contrario obseruatores legis, Deum habere protectorem, & inuulnerabiles esse Scriptura testatur. 2. Mach. 8. v. 36. Predicabat nunc protectorem Deum habere Iudeos, & ab ipsam invulnerabiles esse, eo quod sequerentur leges ab ipso constitutas. Si ergo vis protegi à Deo, & iaculis diaboli non vulnerari, serua mandata.

Idem.

- 17. 2. **A**D TIMOTH. 2. Nouit Dominus qui sunt eius. ABERNAR. [Quid me vocatis Domine Domine, & non facitis quæ dico.] Vis scire an pertineas ad populum eius? vel potius vis esse de populo eius? Fac quæ dicit, & computabit te in populo suo. Fac quæ iubet in Euangelio, in lege, & prophetis, obtempera eius vicariis præpositis tuis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam dyscolis. Disce ab ipso Domino, quia nris est, & humilis corde, & eris de beato populo eius quem elegit Deus in hereditatem sibi. Vereor autem ne multi se profiteantur esse de populo eius, quos tamen ipse non habeat pro populo suo. Vereor ne de plerisque qui quasi in populo eius religiosiores esse videntur, ipse aliquando dicat: [Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me.

Vniuersa mandata adimplenda.

- 18. **P**SALM. 118. Ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui. Non sufficit obser-

uare dimidiam partem, sed omnia mandata. [Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis.] Psal. 126. HIRON. verit. [Qui impleuit placentiam suam, ex ipsis, scilicet sagittis. Sagittæ enim sunt, mandata Dei impleta quia in ipsis vincimus inimicos. Vnde sequitur: [Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta, id est, in morte. 2. Regum 19. dicitur de illis quibus Hanon rasit barbam suam dimidiam: [Erant viri confusi turpiter valde.] Tales erunt in hora mortis qui non adimpleuerint vniuersa mandata.

Dei precepto consentiendum, non diabolo.

MATTH. 5. Esto consentiens aduersario tuo dum es cum illo in via. NOVATVS CATHOLIC. de humilitate, & obedientia seruanda. Non nos docet vt simus consentientes aduersario nostro diabolo, sed docet vt consentientes simus aduersario, præcepto scilicet diuino, quod aduersatur malis nostris, & aduersatur consuetudini nostræ, aduersatur iniquitatibus nostris. Cum consentimus aduersario nostro, id est, præcepto diuino, superatur morbus, si consentimus, facti sumus concordēs præcepto Dei, & accipimus quasi iugum Dei. Fiat primùm pax animæ & cordis cum præcepto Dei, vt aduersus consuetudinem corporis, & fragilitatem duo sint victores. Casus talis est, Medicus, ægrotus, & ageritudo. Si iste ægrotus se cum ægrotudine dederit, vincitur medicus, efficiuntur duo aduersus vnum, & quæ superatur medicus: si ergo ægrotus cum medico se dederit, vincitur infirmitas. Medicus Christus est, ægroti nos sumus, ægrotudinis morbus consuetudo peccati est. Iam qui ex parte renunciat sæculo, quamuis viuat in sæculo, attendat cui debeat adherere: vtrum morbo an medico; si medico non inhaerit, laborat medicus.

MANSVETUDO.

- Mansuetudo commendatur. 1. 2. 5. 16.
- Mansuetudo vxoris. 2.
- Mansuetudo etiam erga inferiores. 3. 15.
- Mansuetudine ira reprimenda. 4. 7. 12.
- Mansuetudo Moyse magna. 6.
- Mansuetudine corrigendi potentes. 8.
- Mansuetudo Christi imitanda. 9. 10. 13. 14.
- Mansuetudo qualis esse debeat. 11.

Pro Mansuetudine, Vide, Ira & Amor inimicorū. Mansuetudo commendatur.

GENES. 9. At verò Sem, & Iaphet pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris. CHRYSOST. Vide benevolentiam filiorum. Ille emulgauit, isti nec videre potuerunt. Vide illorum mansuetudinem, neque increpant, neque verberant fratrem, sed mox curauerunt emendari, & honestati factum. & infra. Cum didicisset quo fecerat ei filius suus minor. Fortè fratres significauerunt, non accusationis gratia, sed vt conueniens ille suo vulnere remedium acciperet.

Idem.

GENES. 16. Peperitque Agar Abræ filium, &c. 2. CHRYSOST. Hinc discimus quantum bonum sit mansuetudo, & quantum lucrū habeat. Nam mansuetudine Patriarcha placauit Saram indignabundam, & famula potestatem ei dedit, domumque pace repleuit. Crescat ergo ac roboretur pax domestica, & vxor erga virum suum habeat conuersationem, & vir ab

ab externis ac forensibus negotiis, ac turbationibus, ad eam quasi ad portum confugiat, & omnigenam inueniet consolationem. In adiutorium enim data est, vt contentus eius consolacione, quæ occurrunt, agredi queat alacrius. Nam si fuerit mansuetus, non solum viro suo præbebit consolationem, sed & aliis omnibus multum sit utilis. Omnes enim difficultates quæ quotidie domi nascuntur, & omnes tempestates sua sapientia quasi gubernator optimus in serenitatem conuertit, &c. Vide verbum, Pax.

Mansuetudo etiam erga inferiores.

- 3. **G**ENES. 26. Sed ibi fuit iurgium pastorum Gerare, &c. CHRYSOST. Hæc est vera mansuetudo, quando quis offensus mansuetè fert, ab his etiam qui inferiores putantur. Vt discamus autem quòd iustus regi cesserit, non propter potentiam eius, sed suo more, etiam pastoribus cedit. & super illud Genes. 31. Quòd inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas. quòd autem furri me arguis, &c. Magna, inquit, mansuetudine de obiectis criminibus se purgat. RVPERT. Cum iniustitiæ argueretur ab illo dicente: [Stultè operatus es:] adhuc patienter sustinet. Vbi tamen ab eodem interrogatus est: [Cur furatus es Deos meos:] Ad interrogata respondet.

Mansuetudine reprimenda ira.

- 4. **G**ENES. 33. Nosti Domine mi quòd paruulos habeam teneros, &c. CHRYSOST. Imitemur ergo charissimi iustum istum. & si qui sunt qui malè nobis afficiuntur, non magis eorum accendamus iram, sed magna mansuetudine, & humilitate, tam verborum quam operum, reprimamus eorum inimicitias, & afflictas eorum curemus animas, &c. Vide, Amor inimicorum, num. 5. Optime & super illud Genes. 35. Dormiuit Ruben cum Bala concubina patris sui, quòd illum minime latuit: Idem CHRYSOST. Hoc sciuit Iacob, attamen etiam nunc mansuetus est iustus, naturali amore victus. Postea autem cum emigraturus esset ex hac vita, puerum suggillar, & flagitium eius inuulgat, maledicens ei, vt cæteri pœna illius emendarentur.

Mansuetudo commendatur.

- 5. **E**XOD. 8. Percussitque puluerem terra, & facti sunt cyniphes. GLOSSA ORD. Bona conscientia, tranquillitatem mentis facit. Vnde: [Super quem requiescam nisi super humilem, & quietum?] &c. Esto ergo mansuetus, non sis temulentus in corde tuo; audi Deū dicentem: [Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus.] Attende autem contrariam plagam. Cyniphes facti sunt in terra Egypti; muscæ, scilicet minutissimæ, inquietissimæ, inordinatè volantes, in oculos ruentes, & negantes hominibus requiem, dum abiguntur, redeunt: Sic phantasmata inquietorum. Inquieti enim à Spiritu sancto resiliunt, prouocatores rixarum, amatores calumniarum, nec admittunt quietem sabbati spiritualis.

De mansuetudine Moyse.

- 6. **E**XOD. 32. Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens: Cur Domine irasceris, &c. AMBROS. 2. Officiorum cap. 7. Vides quantas Moyses à populo illatas absorbebat contumelias: & cum Dominus insolentes vindicare veller, sed tamen pro populo offerret frequenter, vt indignationi diuinæ plebem subderet. Quam miti sermone post iniurias appellabat populū, consolabatur in laboribus, declinabat oraculis, fouebat operibus, & cum Deo constanter loqueretur, homines tamen humili & grata appellatione affari solebat. Meritò estimandus est super homines,

vt & vultui eius non possent intendere, & sepulturam eius non repertam crederent: Quia sic sibi totius plebis mentes deuinxerat, vt plus eum pro mansuetudine diligerent, quàm pro factis admirarentur. GREGOR. 27. Moral. cap. 7. Quid hoc viro mansuetius, qui commissi sibi populi tolerat seditionem, & tamen irascentem dominum pro eisdem suis persecutoribus rogat, & que pro illis diuino furori obicit: quia in sancto eius pectore etiam ex persecutione charitas ignescit.

Mansuetè respondendum.

- 7. **R**EG. 1. Vade in pace, & Deus Israel det tibi peritiam tuam. CHRYSOST. Mulier ex accufatore fecit patronum. Tanta res est humanitas, atque mansuetudo. Quem enim habuerat obiurgatorem, nacta est propugnatores, & intercessores. Considera etiam & sacerdotis prudentiam. Non inquisiuit curiose de genere calamitatis, non exactius scrutatus est angoris causam, sed ait: Vade in pace, &c.

Potentes mansuetè debemus corrigere.

- 8. **R**EGVM 17. Percutiebatur David cubitarem manu sua, & refocillabatur Saul, & lenius habebat, &c. GLOSSA ORD. Tropologicè autem hoc factò compatiendum proximo instrumur. Plerumque enim superbus diues exhortationis blandimento placandus est. Quia plerumque dura vulnera per leuia fomenta mollescunt, & furor insaniorum, ad salutem medico blandiente reducitur. GREGOR. Pastor. lib. 3. admonitione 3. Apprehensa David cithara, Saulis sedabat insaniam. Per Saulem potentes, per David vita sanctorum significatur. Cum ergo Saul ab immundo spiritu arripitur, David canente, eius insaniam temperatur: quia cum sensus potentum per elationem in furorem vertitur, digna est vt ad salutem mentis quasi dulcedine citharæ locutionis nostræ tranquillitate reducatur. Vide etiam circa hoc verbum, Ira, n. 17. ex Gregorio super illa verba 2. Reg. 2. [Potèr Afac cursor velocissimus, quasi vnus de capreis quæ morantur in syluis,] &c.

Mansuetudo Christi imitanda.

- 9. **R**EGVM 18. Seruate mibi puerum Absalon. INTERL. Non ætate, sed paruitate sensus. Alia litera. Leniter agatis mibi cum puero Absalon. VATABLVS, id est, in meam gratiam. Quasi dicat: Leniter mea causa incurrite in illum, nolite sentire in illum, sed parcite illi. Hæc ille. Idem commendat verus Pater Christus Dominus suis sacerdotibus, vt leniter agant cum peccatoribus. [Seruate, inquit, mibi,] &c. Mibi, inquit, quia non volo mortem peccatoris. Seruat autem, si leniter tractetur: occiditur verò si asperitate cum illo agatur. Videte quomodo Christus cum peccatoribus agat: [Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, &c. Iugum enim meum leuare est, & onus meum leue.] Vt scias autem qualiter ipse egerit, addit: [Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.] Quasi dicat: Discite non terrere, sed allicere, non condemnare adulteram, sed saluare. [Nemo te condemnauit mulier? Nemo Domine; neque ego te condemnabo.] Non cælos creare, non mortuos suscitare, non miracula facere, vt ait CHRYSOST. Ser. de verbis Domini in monte, sed quia mitis sum, &c.

Idem.

- 10. **M**ATTH. 11. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Collectanea sunt humilitas & mansuetudo (ait BERNARD.) Sicut enim mater præsumptionis electio, sic mansuetudo vera non nisi ex vera humilitate procedit. Hæc ille. Aduertens BEAT. GREG.

GRECOR. NYSSEN. quòd manfuetudo ab humilitate procedat, loco huius, *Beati mitis quoniam ipfi*, &c. legit lib. de Beatitudinibus: *Beati leues, quoniam ipfi*, &c. Quia verè humiles, & mansueti, leues sunt ad currendam viam, &c.

Manfuetudo qualis esse debeat.

11. **I**SAAE 7. *In illa die nutrit homo vaccam bonam, & duas oves*, &c. RICHARDVS. Quæ est hæc *vaccam*, dicit etiam foetum illius, & secundum hoc in vacca, & vitulo intelligenda est gemina dilectio. Sed quid sibi volunt *oves dua*? De oue certum est quòd nec ladere nouit, nec rebellare: cornua gerit, & neminem concutit; dentes habet, & neminem mordet, neminem impugnat, nemini repugnat. Sic se habet manfuetudo vera, tamen cum tranquillitate perfecta. Quod neminem impugnat, est innocentia, quòd nemini repugnat, patientia. In his duabus virtutibus manfuetudo perfecta consistit. Hæ sunt duæ illæ oues quas propheta habere nos voluit, & nutrire in die illa, id est, in tempore gratiæ, & redemptionis nostræ.

Manfuetudo efficax remedium ad cohibendam iram.

12. **P**ROVERB. 15. *Responsio mollis frangit iram*, &c. CHRYSOST. *hom. 58. in Genes.* Nihil manfuetudine violentius. Nam sicut rogum, cum valde accenditur, aqua iniecta restinguit: ita & animam, camino magis exardescentem verbum cum manfuetudine prolatum extinguit. *Idem hom. 29. ad popul. Antioch.* Neque febricitantem medicus hominem tam citò liberavit à febre per qualemcumque sedulitatem, quam longanimis homo iratum, & ira ardentem perens propriorum spiratione sermonum refrigeravit: & quid dico medicum? Neque ferrum ignitum & aquæ immersum tam citò calorem amitteret, quam in longanimem mentem incidens iracundus.

In anima mansueta inuenitur requies.

13. **M**ATTH. 11. *Quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.* CHRYSOST. *hom. 29. ad pop. Antioch.* Anima mitis, hominis, solitudini cuidam est similis, multam habenti quietem. Irati hominis mens, cuidam foro, & tumultui, mediisque ciuitatibus, ubi multus euntium & redeuntium strepitus, clamor animalium accedentium, aures agalombus multo replentibus sonitu ne conculeantur; & similis facta argentariis ærariis, vniuersis que cudentibus, & his quidem molestiam patientibus; his autem inferentibus. At mitis mens cuidam montis verticis similis est, auram quidem habenti tenuem, puram verò radium, pura fontium fluentia, multaque florum amoenitates, vernantiumque pratorum & horrorum plantis & floribus fiendentium, & aquis viridantium irriguis. Si quis autem sonus immurmuret, dulcem, & multam insperget audientibus voluptatem: velut aures enim canora summis arborum insident frondibus, & cicadæ, & philomelæ & hirundines concentum quemdam efficiunt musicum: vel Zephyrus arborum foliis sensim aspirans, pinos, & picas susurrantes, & cygnos frequenter imitans; & rosæ, ac violæ, & flores se leuiter inclinant, & viridantes, quasi mare caruleum blaudè fluctuans exhibent. Quinimo multas aliquis inuenire potest imagines. Nam cum in rosas insperet, viride se videre putabit; cum violas, pontum fluctuantem, ac cum liliis, cælum. Est alia quædam vox cum à vertice montis aqua per riuos sponte defluens, & subiectis lapillis quieto sono sensim immurmurat, &

ita membra resouit per voluptates, vt statim laxitium oculis somnum ingrat. Multo iucundior est mitis anima.

Manfuetudo presupponit paupertatem.

14. **M**ATTH. 5. *Beati pauperes*, &c. & *beati mitis*, &c. CHROMATVS *concione prima de octo beatitudinibus.* Sicut impossibile est extra ordinem secundo sistere gradui, nisi ascenderit primum: sic homo, mitis esse non poterit, nisi prius pauper spiritu fuerit factus. Quomodo ergo inter diuitias positus animus, inter curas & sollicitudines sæculares, ex quibus negotia, lites, prouocationes, iræ, exacerbationes sine intermissione nascuntur, quomodo, inquam, inter hæc animus potest esse mitis & lenis, nisi prius à se omnes causas iracundiæ, occasionesque rixarum abrenunciando præciderit? Non fit mare tranquillam, nisi cessauerint venti, non extinguitur ignis, nisi materiam incendij spinarumque sacramenta detraxeris: sic nec animus erit mitis, & quietus, nisi ea quæ exsuscitant & inflammant, fuerint abdicata.

De mansuetudinis necessitate, maximè prelati.

15. **B**ASILIVS *hom. 8. Exameron.* Ipse apum rex est aculeo præditus, spiculoque armatus, ac nunquam irritatur ad vlionem, nunquam vitur illo. Leges quædam ista profectò natura sunt, institutaque literis non mandata, tardos, inquam, eos ad vindictam pœnânque sumendum esse oportere, qui maximas obtinent potestates: quin & apes, quæ non sequuntur, ac imitantur regis exemplum, citò admodum temeritatis pœnitet lææ, propterea quòd mox post ictum inuenerunt. Audiant ista Christiani, quibus lege sancitum est, nemini vnquam homini pro malo reddere malum, sed malū vincere, superareque bono.

Mansuetus omnia componit.

16. **C**HRYSOST. *serm. de Mansuetudine.* Quemadmodum solis iubar vt primum apparet, fugat tenebras: ita mansuetus & benignus, sua præsentia res turbulentas componit, quietatque ac tranquillitas reddit. & infra. Sicut Christus Deus, & omnium Dominus in carne diuina nobis apparet, sanctos quoque angelos cum hominibus concordēs effecit, qui quasi bello quodam à nobis dissidebant: ita & mansuetus homo, fratres & cognatos, qui inter se discordes sunt, conciliat, & reuereri leges, & præceptum fidei, abiectionis inimicitias, in gratiam mutuam redire facit. CHRYSOST. *hom. 6. ad Ephe.* Quis adeo ferinus est moribus, qui postea non pudeat: Canes hoc inter se facere dicuntur, vt quando in aliquem latrando irruerint, is verò in terram seipsum proiecerit, nihilque contra fecerit, mox omnem iram hoc pacto extinguat: itaque si illi placatur, & quasi pudore sustunduntur coram eo qui quiduis ab ipsis paratus est: multo magis istud hominum genus, maiori ratione præditum, decet.

MARIA VIRGO.

Maria Virginitas. 1. 3. 4. 8. 10. 11. 12. 13. 17. 21. 41.

51. 65. 74. 76. 77. 79.

Pro B. Mariæ conceptione. 2. 4. 34.

Maria plena Spiritu sancto. 3. 11. 32. 72. 83.

Maria fortitudine diabolum vicit. 4. 30. 33. 48. 51.

Exordium ad tractandum de Maria. 66.

Maria fides. 6. 7. 46. 63.

Maria misericordia erga omnes etiam peccatores. 7. 9.

19. 22. 34. 40. 46. 60. 61. 70. 84.

Pro

Pro euangelio annunciationis. 8. 29. 30. 42. 43.

Maria peperit sine dolore. 10. 12. 17.

Maria nabes lenis. 12.

Maria mamma. 13.

Maria de populo Iudaico nata. 14.

Maria Enæ contrapponitur. 14.

Maria Rosa. 14. 73.

Maria arca Testamenti. 14. 15.

Maria à tota Trinitate preparata. 15. 72.

Maria libera à lege purificationis. 16. 17.

Maria menstrua non est passa. 17.

Maria sine grauidine grauida. 17. 18.

Maria sine fomite. 18.

Maria, stella. 19. 78. 82.

Maria, magistra fidelium. 20.

Maria, apis. 20.

Maria, vellus Gedeonis. 21.

Maria intercessio. 2. 3. 25. 26. 27. 32. 34. 37. 45. 48.

60. 71.

Maria optima consiliatrix. 24.

Maria singularis dignitas, & sanctitas. 28. 29. 30.

31. 35. 67. 75. 68.

Maria templum Salomonis. 29. 32.

Pro die assumptionis. 31. 30. 37. 38.

Maria princeps & regina. 72.

Maria sapientia. 36.

Maria humilitas, & obedientia. 38. 46. 63. 64. 80.

Maria, mons. 39.

Maria, oliua. 40.

Maria, aurora. 81.

Non recedendum à Maria. 40.

Maria, thesaurus. 42.

Maria inuenit gratiam sibi, & omnibus. 43. 44. 45.

Maria ab omnibus veneranda. 45.

Maria cur respondit filius diuini. 47. 53.

Maria compassio, & sacrificium. 48. 58.

Maria non est passa spasum in passione filij. 49.

Maria qualiter pro crucifixoribus rogauit. 50.

Maria martyr, & plusquam martyr. 51. 52. 57. 59.

Maria mater nostra multis rationibus. 34. 53. 54.

Maria cur Ioanni commendatur. 55.

Maria sanguinem & aquam collegit. 56.

Maria prerogatiua per duodecim stellas significata.

62.

Maria in quibus imitanda. 62. 63. 69.

Maria, quater legitur locuta. 63.

Per Mariam oportet querere gratiam: Vide, Gratia, num. 21.

Maria Virginitas.

17. **G**ENES. 1. *Producant aque reptile, & volatile super terram.* D. BASIL. Si sacræ scripturæ verba legantur, syllabæ perexiguæ quædam esse videntur, sed cum verborum lententia peruestigantur, tunc quanta sit sapientia creatoris perspiciat, &c. Compluribus animum generibus in edendis ouis non opus est copula maritimum, sed sine coitu pariunt oua. Ex hisce notatum habetas animaduersumque velim, vt cum nostrum arcanum nonnullos homines, irridere conspexeris, quasi fines naturæ transgrediretur, fierique non possit vt virgo pariat virginitate ipsius integra, inteme-

ratæque persistente, veniat in mentem tibi Deum complura ex ipsa natura rerum exemplariam ab initio præmississe, atque fecisse, ad fidem talibus mirabilibus adhibendam.

Pro Beate Mariæ Conceptione.

2. **G**ENES. 2. *Non pluerat Dominus super terram: & homo non erat qui operaretur terram: sed fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terre.* INTERL. Vique ad diluuium non legitur pluuisse. *Hac illa.* At postquam sapientissimus architectus, Noë Dominus noster, arcam Mariæ fabricauit, ingressurus in eam, tunc cœpit abundanter pluuere super terram. Tunc homo, id est, B. Virgo, ab vtero matris suæ cœpit operari. Ante conceptionem virginis Mariæ omnes concipiebantur filij iræ, & inimici Dei, & quodammodo non requiescebat Deus in opere creationis naturæ humanæ. At post creationem animæ beatissimæ, tunc cœpit quiescere. Suprà dixit scriptura, quòd creato homine *requieuit Deus die septimo ab vniuerso opere quod parauerat.* Quia scilicet (ait AMBROS.) fecerat Deus hominem rationis capacem, imitorem sui, virtutum æmulatorem, cupidum cœlestium gratiarum; in his requiescit Deus, qui ait: [Super quem requiescam nisi super humilem, & quietum, & timentem sermones meos?] Prosequitur AMBROS. Gratias ergo Domino Deo nostro qui huiusmodi opus fecit, in quo requiesceret. Fecit cælum, non lego quòd requiesceret; fecit terram, solem, lunam, & stellas, & non lego quòd requiesceret, sed lego quòd fecerit hominem, & tunc requieuit. *Hac ille.* Postquam Deus creauit animam B. Mariæ, & cœpit pluuere super terram, imitorem videlicet sui, virtutum æmulatorem, cupidum cœlestium gratiarum, in hac requiescit Deus. Gratias ergo Domino Deo nostro qui huiusmodi opus fecit, &c. Vnde & ipsa ait: [Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.] Vniuersos sanctos & patriarchas fecerat, & non lego quòd requiesceret: verumtamen fecit Mariam, & requieuit in ea.

Maria Virginitas.

3. **I**BIDEM. *Homo non erat qui operaretur terram.* ISIDOR. Id est, nullus homo operatus est in virgine vnde natus est Christus. Ipse enim est lapis de monte, sine manibus abscessus, id est, absque humano semine, de vtero virginali quasi de monte humanæ naturæ. *Sed fons ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem terre.* Terra, B. Virgo est, cui benedixit Dominus: quam terram irrigauit spiritus sanctus, qui fons, & aqua nomine in Euangelio significatur. [Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob,] &c. *Sed fons ascendebat de terra, &c.* THEODOR. In Hebræo. *Sed vapor, seu humor ascendebat de terra.* Qui scilicet remanserat post aquarum à terra separationem, & iste humor sufficiebat ad irrigandam vniuersam superficiem terræ. *Hac ille.* Forfan ad hunc vaporem seu humorem alludit Angelus, cum diceret Mariæ: [Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.]

Virgo fortitudine diabolum vicit.

4. **G**ENES. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, inter semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, &c.* RVPERT. Hoc à fraudibus inimicitia differunt, quòd fraudes pacatam sermonis vel cuiuslibet rei prætentunt superficiem, inimicitia verò manifestam contrarietatis habent intentionem. Cum ergo Diabolus, in serpente, mulieri non tanquam armatus aduersarius occurrerit, sed tanquam fidus consiliarius se se adiunxerit, magnum gratiæ

suæ

suæ opus promittit Deus .dicens ; *Inimicitias ponam*, &c. scilicet quod diabolus qui vicerat fraude mulierem, mulier quandoque debeat fortitudine vincere. Inter semen tuum, id est, alios demones; & semen illius, id est, Christum. Christus namque solus ita semen mulieris est, vt non etiam viri semen sit. Omnes verò nos viri patrem & mulieris commixtum semen sumus, & nemo nostrum cum isto deceptore integras se habere inimicitias gloriabitur. Solus Christus dicere potest: [Venit princeps mundi huius; & in me non habet quidquam.] *Hec ille. B. Virgo Maria etiam privilegio speciali id dicere potuit, quia immunis ab omni peccato fuit, etiam originali: unde non solum habuit inimicitias contra diabolum, sicut ceteri sancti, sed etiam integras & plenas inimicitias.*

Sperandum in intercessione Mariae.

5. **GENES. 12.** *Noni quod pulchra sis mulier, &c. dic obsecro quod soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tuam.* Considerans igitur o homo pulchritudinem & eximiam gratiam Mariae, dic ei: *Dic obsecro quod soror mea sis, &c.* Magna nobilitas humanae naturae habere talem sororem: quis non sperabit se adepturum quod petit, tali fretus patrocinio? Vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tuam. Si Abraham bene vsi sunt propter Saram, cur non sperabo propter Mariam me accepturum bona? *Et sublata est mulier in domum Pharaonis: maxime quia ob id sublata est, & assumpta Maria in caelum, vt ait Ecclesia: quam idcirco de hoc saeculo transtulisti, vt pro nostris peccatis fiducialiter intercedat.*

Fides Mariae.

6. **GENES. 15.** *Domine Deus meus unde scire possim quod possessurus sum eam?* De fide Mariae quando dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Vide, *Fides*, num. 10. ex *August.*

Idem.

7. **GENES. 24.** *Pauillum aqua mihi ad bibendum praebe de hydra tua.* **AMBROS.** Prius dicitur de Rebecca pulcherrima, quod descendit ad fontem, & impleuerat hydriam suam. Samaritana autem illa venit ad fontem, sed non descendit: puteus enim ei videbatur altus, neque impleuit hydriam: unde non habebat unde actus suos lauaret. Haec sola (id est, vera Rebecca Maria) descendit, haec sola cognouit fontem verum: hoc est, non aqua, sed vita aeterna: sicut scriptum est, quoniam *apud te est fons vitae.* Ideo habuit quod daret sitientibus, quia credidit. Nam quae non credebat, ait fonti huic volenti sibi potum dare, *Unde habas mihi dare aquam viuam?* Haec autem habuit unde non solum puerum, sed etiam camelos adquaret; quae non solum iustos rigare consuevit, sed etiam iniustos replere. Haec speciosa valde, cuius decore nulla corrupit aetas. Speciosa valde, quia speciosus & ille pater filius hominum, qui eam acquisiuit sibi: haec habens super humerum hydriam, qua lauat actus hominum.

Mariae Virginitas.

8. **GENES. 25.** *Eo quod esset sterilis, scilicet Rebecca.* **CHRYSOST.** Non solum ipsa sterilis fuit, sed & mater iusti Sara. Nec mater eius sola, sed vxor Iacob Rachel. Quid ergo sibi vult iste sterilium chorus? Vt cum videris virginem Mariam Dominum nostrum parientem, ne sis incredulus. Quando igitur tibi dicit Iudaeus, quomodo peperit virgo? Dic tu ei, quomodo peperit sterilis, & vetula? Duo impedimenta in Sara vetula erant, in virgine autem vnum

tantum impedimentum fuit. Sterilitas igitur viam parat virginitati, & manu ducit nos ad fidei promissionem. Vnde cum Angelus Mariae dicit, *Paries filiam, &c.* & stupescita responderet, *quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco?* Angelus respondit: *Spiritus sanctus superueniet in te, &c.* ac si diceret. Ne queras naturae modum, & ordinem, quando super naturam sunt quae fiunt. Sanè propter hoc erit, quoniam virum non cognosces. Nam si cognosceres virum, non fuisses habita digna vt huic mysterio deseruires: & quoniam hoc maius quid est cogitatione virginis, per exemplum sensibile manu ducit eam, dicens: [et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi quae vocatur sterilis.] Vide quomodo sterilis propter virginem, & quomodo sterilitas manuducit vt credamus virginitatem Mariae. Non autem in memoriam virginis adducit Angelus Saram vel Rebecam, vel Rachel, etsi steriles fuerunt, quia erant antiquae narrationes; sed adducit eam ad hoc quod nuper contigerat, vt mentem eius prouocaret magis.

Mariae vberibus lac sugimus.

9. **GENES. 49.** *Omnipotens benedicet tibi, &c. benedictionibus vberum.* **AMBROS.** Vel Mariae dicit vbera, quae verè benedicta erant, quibus sancta virgo populo Domini potum lactis immulit. Vnde & illa mulier: [beatus venter qui te portauit, & vbera quae suxisti.]

Mariae Virginitas.

10. **EXODI 3.** *Et videbas quod rubus arderet, & non combureretur.* **THEODOR.** Hoc indicabat, vnicum Dei filium hominem factum, & virginalem vterum, inhabitantem, matris suae virginitatem integram conseruaturum. **BERNARD.** *Serm. de B. Maria.* Quomodo in tam vehementi feruore tam fragilibus natura subsistit? Merito quidem admiraris Moyses sancte, & curiosus desideras intueri, &c. Magna planè visio rubus ardens sine combustione. Magnum signum mulier illaesa manens, amictu sole. Non est rubi natura, operum vndique flamma manere incombustum, non mulieris potentia, vt sustineat solis amictum. Non est virtutis humanae, sed nec angelicae quidem. Sublimior quadam necessaria est. *Spiritus sanctus*, inquit, *superueniet in te.* **Idem hom. 2. super Missus est.** Quid rubus iste Moisaicus portendebat, flammam quidem emittens, sed non ardens, nisi Mariam parientem, & dolorem non sentientem? **CHRYSOST.** O ergo rubum quem vidit Moyses in monte ardentem, & minime combustum, virgo Maria, quae genuisti, nec tamen corruptionem passa es. **EVCHER.** Rubus Maria est, eo quod quasi de humani corporis rubo saluatorem tanquam rosam emisit, aut quod vim diuini fulgoris, sine viri assumptione pertulerit. **GREOR. NYSEN.** In hoc, mysterium virginis figuratum est. Ab ea namque deitatis lux assumpta carne illuxit hominibus, eamque omnimodo incorruptam seruaui, virginitatis viriditate nullo pacto commutata.

Mariae virginitas.

11. **IBID. RVPERT.** Sed quare rubus non comburitur, & Moyses tanquam comburendus appropinquare prohibetur, nisi solat calciammentum de pedibus suis? Quia Deus noster ignis quidem est consumens, verum tamen igni elementario multum dissimilis. Ignis namque corporeus res ipsas comburit quibus continetur, procul autem positus innocuus est. Deus autem noster verus & perpetuus ignis suam è contrario naturam vel potentiam exerit. Nam illis

illis intra quos est, non solum innocuus, verum etiam salutaris, & clementissimus est; longè autem positus, & dignè appropinquare nolentibus, nimium damnosus existit: de quibus Propheta: [Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.] Quod in beata virgine clariùs conspiciere licet. Totus enim hic ignis diuinus notem in vtero eius mensibus habitauit, & leuem carnis eius stipulam, sine fenem, non solum non combussit, verum etiam maiori cum virginitatis honore, gratiaque illustrauit. Item, in Christi humanitate habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, ignis hic diuinus: & quanto quis per fidem propius accedit ad templum huius aeterni ignis, tanto decentius illo igne fulgescit; è contrario autem quanto longius siue Iudaeus, siue paganus, siue haereticus absistit, tanto citius vt cera liquefcit, cum ignis ille apparuerit.

Maria nubes leuis.

12. **EXODI 13.** *Dominus autem procedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, &c.* **AMBROS.** Haec columna nubis specie quidem precedebat filios Israel, mysterio autem significabat Dominum Iesum in nube venturum leui, sicut dixit Isaias; hoc est, in Virgine Maria, quae nubes erat, secundum haereditatem Euae; leuis erat secundum Virginis integritatem. Leuis erat, quia non homini quarebat placere, sed Domino. Leuis erat, quae non iniquitate conceperat, sed spiritu superueniente generabat, neque in delicto, sed cum gratia parturiebat.

Mariae virginitas.

13. **EXOD. 16.** *Scatore cepit vermibus, scilicet manna.* **RVPERT.** Spiritualiter igitur: Scatens de manna vermiculus ille est, qui loquitur in psalmo. [Ego autem sum vermis, & non homo. Sicut enim vermis sine concubitu de manna scaturit, sic solus sine virili semine de virgineo ventre conceptus, & natus est Christus Filius Dei. Sed haec vbi predicantur infidelibus Iudaeis, scandalum est illis. Sordidum enim & indignum Deo reputant de foemina potuisse nasci. Computruit ergo talibus manna verum quod de caelo descendit; sed quod hoc pacto infirmum est eis, fidelibus virtus est, & sapientia. **AMBROS. Serm. 3. super ps. 21.** Vermis nulla extrinsecus admixtione alieni corporis, sed de sola & pura terra procreatur: ideo illi Dominus Saluator noster comparatur, quoniam ipse Saluator de sola & pura Maria generatur, & de manna vermiculus gignitur, & Dominus Christus de Virgine procreatur. Mariam enim, & manna dixerim, quia est subtilis & splendida, suavis, & Virgo, quae velut caelitus veniens cunctis Ecclesiarum populis cibum dulciorem melle defluxit; quem qui edere, aut manducare neglexerit, vitam in semetipso habere non poterit. Sicut ipse Dominus ait: [Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit meum sanguinem, non habebit vitam in semetipso.] &c. Vide, *Eucharistia*, num. 46.

Maria de populo Iudaico nata.

14. **EXODI 25.** *Arca de lignis Sethim compingite, &c.* **BERNARD.** *Sermone de sancta Maria* qui incipit *Aue Maria.* Arca testamenti typum tenet sanctae Dei genitricis. De lignis Sethim facta est, & Maria, de spinoso & hispido Iudaeorum populo, & arido procreata est, qui vique spinosus detractione, hispidus superstitione, aridus fuit vnctione diuinae gratiae. Vnde spinosus spineam coronam regi suo exhibuit, & in eum sicut ignis in spinis exarsit. *Sethim* enim interpretatur *spinae*. Aliter. Eua spinosa, rosa Maria. Reuera Eua spina fuit, quae & virum suum ad mortem pupugit, & posteritati suae peccati acu-

leum infixit. Ligna verò sancti patres fuerunt, qui licet in radice acuisent arboris, spem tamen certissimam habentes in aduentu Saluatoris, tanquam peregrini, & incolae in hoc mundo habitabant, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes, castigabant cum vitiiis & concupiscentiis corpora sua. Vnde quidam, [Conuersus sum, inquit, in arumna mea, dum configitur spina.] Ad commendationem verò gratiae suae, Deus, de foemina descendente de spinosa patrum origine, dignatus est carnem assumere, vt similem simili redderet, contrarium contrario curaret, pestiferam spinam euelleret. Eua ergo spina fuit; Maria rosa exstitit; Eua, spina vulnerando; Maria, rosa, omnium affectus mulcendo; Eua, spina infigans omnibus mortem, Maria, rosa reddens saluferam omnibus formem. Maria, rosa fuit candida per virginitatem, rubicunda per charitatem; candida carne, rubicunda mente; candida virtutem sectando, rubicunda vitia calcando; candida affectum purificando, rubicunda actum carnalem mortificando; candida Deum diligendo, rubicunda proximo compatiendo. De lignis *Sethim* condita est arca, in qua manna, & virga sunt recondita, quia licet Maria de patrum natura per peccatum vitata duceret originem, praelecta tamen per Spiritum sanctum, & praeferuata ad purum, Deum nobis obtulit, & hominem.

Maria à tota Trinitate preparata.

15. **IBID. Idem Bernard. vbi supra.** Arca autem Testamenti typum tenet sanctae Dei genitricis: illam fecit Bezeleel, istam condidit Emanuel. Bezeleel, Oliab in opere socium habuit, & Virgo quoque virginum condita, praelecta, praeferuata, preparata, & ornata per Spiritum sanctum & eius omnipotentem Filium, fuit. *Bezeleel* interpretatur vmbra Dei; *Oliab*, protectio mea; prior ille Spiritus sancti, iste verò typum tenet filij. De illo dicitur ad Mariam: [Virtus altissimi obumbrabit tibi.] & ad Ioseph: [Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.] Filius verò ad Patrem clamat: [Protege me à facie impiorum qui me afflixerunt.] Item: [De ventre matris meae tu es protector meus.] Bezeleel ergo cum socio arcam Testamenti fabricauit. Sancta quoque Trinitas, Virginem sibi sanctificauit, hospitiumque mundissimum sibi praeparauit. Neque enim pater abesse potuit, vbi eius spiritum, & filium cooperari voluit. Quaecumque enim pater facit, haec eadem similiter & filius facit. Nec enim filius potest à se facere quidquam, nisi quod viderit patrem facientem. De spiritu quoque legitur: [Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.] Pater ergo in consecratione Virginis exhibuit claritatem, Filius humilitatem, Spiritus sanctus charitatem. Pater lumen exhibuit rationis, Filius cinerem humilitatis, Spiritus sanctus oleum dilectionis. Pater exhibuit potentiam, Filius sapientiam, Spiritus sanctus omnium virtutum gratiam. Pater, auctoritatem contra peccatum; Filius, humilitatem contra mundum; Spiritus sanctus, charitatem contra Deum, & proximum. Filius, carnis mortificationem; Spiritus sanctus, compunctionem; Pater, caelestium contemplationem. Filius docuit eam diuina operari, spiritus sanctus, amare, & amari; Pater caelestia contemplari. Filius eam erudit; Spiritus sanctus eam prouehit; Pater eam perficit, Filius eam purificat, Spiritus sanctus eam pacificat, Pater eam honorificat: Haec dicens, opera, vel dona Trinitatis non diuido, sed fideliter inseparabilia assero. Sicut enim in essentia vnitas, ita in operatione identitas.

Maria libera à lege purificationis.

16. **LEVIT. 12.** *Mulier si susceperit semine peperit masculum.* **INTERL.** Illam excipit quae non suscepto scilicet femine

femine concepit, & peperit. **LYRAN.** Ex hoc patet quod beata Virgo, quæ concepit, & peperit sine virili femine, exempta fuit ab ista lege. Item patet, legem istam allertuisse quod aliquando mulier absque conceptione feminis erat paritura. Aliter conditio ista: si suscepto femine, &c. essent omnino superflua. Vnde infra cum de partu feminae agitur, non ponitur talis conditio, sed simpliciter dicitur: Si autem feminam pepererit, &c. Quia nulla mulier feminam peperit, nisi suscepto femine. **OLEAST.** Hoc etiam annotauit **Pius BERNARD.** & ante eum **ORIGEN.** *Homilia 8, super hoc cap. & post eum ALBERT. MAGNVS.* Licet ipse **OLEASTER** hanc interpretationem non sequatur. Sequitur: *Immunda erit septem diebus.* **ESCHIVS.** Quia si fator immundus, scilicet hæres Adæ, qui per transgressionem, immundus, & ita vxori mixtus. Postquam enim exiit de paradiso, cognouit vxorem suam. & ita propagatur humanum genus. *Septem, inquit, diebus.* Quia Adam de femine cuius suscepit immunditiam, polluit vitam nostram septem dierum numero reuoluendam: polluit autem vitam, inducens maledictionem, & miseriam, auferens beatitudinem. Vnde sequitur: *Secundum diem separationis menstrua.* **L. x.** Separationis, & purgationis menstrua. **SYMMACHVS.** Separationis, afflictionis. *Aquila.* Separationis miseriam. *Theodotion.* Separationis doloris eius. Miseria autem, & afflictio, & dolor esse cepit, quando Adam separatus à paradiso in hanc miseriam decidit. **CYPRIAN.** *Oratione de natiuitate Christi.* Nec locus ibi erat lauacris, quæ solent puerperis preparari, quippe nec aliqua naturæ iniuria matrem Domini læserat. **CHRYSOST.** Legem impleuit, ne contemnere viâ esset apud ignaros mysterij, & vt omni ex parte legem veneretur quæ Dei erat. **BERNARD.** *Sermone 7. Paruulorum.* Non tam indiguit Maria purificatione, quàm nec Christus circumcissionem. Nobis ergo & hic circumciditur, & illa purificatur, præbentes exemplum pœnitentibus, vt à vitis continentur primùm per ipsam continentiam circumcidantur, deinde à commissis per pœnitentiam purificentur.

Idem.

IBIDEM CARDINALIS TOLET. *super Luc.* 1. Affert & declarat sequentia Hieronymi verba, qui sic ait *contra Eluidum.* Iunge si libet, & alias naturæ contumelias nouem mensibus vterum insolescentem, saltidia, partum, sanguinem, pannos, ipse sibi describatur infans tegmine membrorum solito conuolutus, ingerantur dura præsepia, vagitus paruuli, octauæ diei circumcisio, tempus purgationis vt probetur immundus. Non erubescimus, non flemus. Quanto sunt humiliora quæ pro me passus est, tanto plus illi debco. *Hæc Hieron.* *Vterum insolescentem* (ait Card. **TOLETVS**) appellat, quia spatio nouem mensium magis ac magis solito intumescit. Crescente enim fetu necesse erat, vterum magis crescere. Non tamen inde sequitur quod grauedinem intrulerit matri, quæ fuit sine grauedine grauida. Appellat autem *Fasidia*, non quæ mater pertulit, sed quæ ipse infans in vtero clausus passus est. Christus enim intra Virginis vterum vsu rationis ac sensibus pollens, sensit angustiam loci, & alia quæ patiuntur infantes. Si enim extra vterum tanta dignatus est pati pro nobis, quomodo intra vterum etiam non est passus? *Paruum* appellat quia beata Virgo Christum peperit, integra quidem, & sine dolore, sed per vuluam, sicut & cætera pariunt: quod ad diuinam dignationem humilitatis pertinet, qui pro nobis sic est humiliatus. Difficultas est in verbo, *Sanguinem*, quod non ad sanguinem menstruum defluentem ex beata Virgine referri debet, qui solet

immunditiam inferre, & qui in beata Virgine non fuit, sed sanguis hic est ex nerui vmbilicaris præcisione. Christi enim corpus in vtero nutritum est, & coailuit ad modum cæterorum hominum membranis duabus obrectum, & per vmbilicarem neruum, sanguinem ex purissima Virgine sugebat nouem mensium spatio. Quæ ergo egressus est ex vtero, nullam matri intulit corruptionem, tamen vmbilicarem neruum secum attulit, sicut cæteri infantes, qui præcisione indigebat, ex qua modicus sanguis defluit. Qui quidem sanguis non effecit immunditiam matri, & de hoc loquutus est Hieronymus, quando partui sanguinem coniunxit. Non enim debemus miracula introducere quæ nec scriptura, nec traditio constant. Confitemur quidem Christum de Virgine, Spiritus sancti virtute conceptum, & de Virgine integra natum, cætera similia sunt cæteris hominibus quantum ad prædicta. Præstitit Virgo mater ministeria Christo quæ solent obstetricibus ministrare. Nam & neruum vmbilicarem præcidit, & corpusculum lauit, & panis inuoluit. Hæc sunt quæ pro nobis Christus subire dignatus est. Qui enim in cruce mori voluit, nostræ naturæ exordia non abhorruit, sed per omnes naturæ nostræ contumelias transcurrit, quæ Hieronymus significare voluit verbis allegatis, & bene notauit **HILARIVS 1. de Trinitate.**

Virgo Maria non est passa muliebria, seu menstrua.

IBIDEM. *Idem Card.* Probabilissimum est beatam Virginem nunquam passam fuisse menstrua, aut muliebria. Quæ enim fomité & omni carnis rebellionem semper caruit menstruas etiam fluxiones quæ à generandi potentia excitantur, quodam diuino priuilegio non habuit. Quamuis enim quando fetus est in vtero, naturale sit sanguinem in eius nutrimentum effluere, tamen extra hoc tempus menstrua pati, peccati effectus est & pœna quædam eius. Non enim in innocentia statu futura erat. Ab omni igitur peccato cum præseruata fuerit, hæc menstruis caruisse non est dubitandum. Inueniuntur etiam apud nos feminæ quæ menstrua non habent, sed id infirmitatis est, & morbi causa. Ante pubertatem etiam & in senio muliebria non sunt. Quod ergo impubertas, & senium & infirmitas efficiunt, id diuina quadam gratia in Virgine pubere, & iuene, salua sanitate effecit, vt vas illud cælesti, in quo Christus erat reponendus ab omni immunditia legali expers esset.

Maria, stella.

NUMER. 24. *Orietur stella ex Iacob, & consurget vira de Israel, &c.* **GALFRID.** Mirares. Humanum genus ex limo factum est etiam ante culpam, & quomodo iam inde stella? quomodo ex terreno gemitu sidera proles: Quæ est stella orta ex Iacob, nisi ea quæ nobis nata est Virgo Maria: ex progenie Abraham, clara ex stirpe David, stella profus magis te quàm nomine, cuius vita gloriosa lucem dedit saculo? Quàm euidens cælestis in ea claritas calibus vita micat exemplum? Quantum interest inter glebas terræ, & stellas cæli, tantum inter eos qui vitam carnalibus voluptatibus cæcam & sordidam gerunt; & qui gratissimo quodam pudicitia splendore coruscant. In quo tamen quæ sola Solem iustitiæ genuit, non humanas tantum, sed & angelicas stellas supergressa est vniuersas. Neque modò exemplo stella hæc sed auxilio lucret. Quis enim desperata conscientia tenebris obuoluit, ad eam supplicet leuauit oculos, & non protinus lucem vidit? Ambulemus in vtroque lumine eius, vt non tenebræ nos comprehendant. Attendamus sideris claritatem, vt aliquando valeamus intueri Solis

Maria deuotio multum prodest.

REGVM 4. *Adferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostrum vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum.* Alia litera. *Vt illa veniens inter nos, saluet nos, &c.* Hoc consilium ceperunt filij Israel, postquam semel victi sunt ab inimicis. Optimum quidem, & tu si vis ab inimicis liberari, adfer ad te arcam fœderis Domini, id est, Mariam, vt feruet te, &c.

Maria, ciuitas Dei, & consilij.

REGVM 20. *Qui interrogant, interrogent in Abela, & sic perficiant. Nonne ego sum qui respondeo veritatem in Israel?* **INTERL.** Quali dicat: Hæc est vrbs consilij. Per hanc ciuitatem, intellige Mariam ciuitatem Dei quam fluminis imperus lætificat. Hæc est vera vrbs consilij. Audi quid consulat apud Ioannem: [Omnia quæcūque dixerit vobis filius meus, facite.] Hoc dixit ministris nuptiarum, & omnibus filiis suis ait: [Nunc ergo filij audite me, audite disciplinam, & estote sapientes,] &c. *Nonne ego sum qui respondeo veritatem in Israel?* Si ergo non vis errare, interroga ciuitatem hanc consilij, sicut faciebant Apostoli, & omnes fideles dum viueret, & sic perficiant. In celo iam collocata cum consilio salubri etiam auxilium præbet omnibus eam consulentibus.

Oratio Mariæ pro repropitiacione mundi.

REGVM 21. *Respha tollens cilicium, subleuauit sibi supra petram ab initio mosis, donec stillaret aqua super eos de celo.* **VATABL.** Ex illo cilicio fecit sibi tentorium propter æstum. Erat enim illic totos dies & totas noctes, vt peteret à Domino vt supplicio filij sui ostenderet se placatum etiam, & sic additur: *Donec stillaret aqua,* id est, donec nubes soluta fuit in aquam. Fames euenerat propter siccitatem. Vnde placatum Deum nouit Respha ex pluuia. *Hæc ille.* Quis dubitat quin beata virgo Maria significata per Respham, videns filium suum crucifixum iam exspirasse, peteret in caluaria à Domino, vt supplicio filij sui ostenderet se placatum esse, & quod perseverauerit in oratione, donec stillaret aqua, id est, veniret aqua illa munda Spiritus sancti super fideles, iuxta illud: [Effundam super vos aquam mundam,] &c. Sequitur: *Et repropitiatus est Deus terræ,* &c. Alia litera: *Post hæc Deus propitius factus est terræ,* id est, post mortem & sepulturam crucifixi.

Mariæ intercessio.

REGVM 1. *Ingrederet ad regem (ait Nathan reginæ Berfabee) & dicit ei: Nonne tu Dominus, &c. & adhuc te loquente cum rege, ego veniam post te, & complebo sermones tuos.* Et tu si vis vt petitiones tuæ acceptæ sint coram Domino, & rege cælesti, suppliciter ora reginam Mariam, vt postulet nobis ne regnet in nobis petueris Adonias, id est, diabolus; sed pacificus rex Salomon, id est, Christus. & nota quod non sufficit intercessio Beatæ Virginis, & reliquorum sanctorum, nisi subsequatur nostra diligentia. Vnde sequitur: *Et adhuc te loquente cum rege ego veniam post te, & complebo sermones tuos.* Vide quæ circa hoc dicuntur ex *Chryso.* verbo, *testi.* num. 28. & *Sancti.* num. 29. Ille etenim complet sermones, & intercessiones sanctorum qui operibus humilibus, & piis, correspondent eorum intercessionibus.

Idem.

REGVM 2. *Petitionem unam precor à te (ait Adonias reginæ Berfabee) ne confundas faciem meam. Precor vt dicas Salomoni regi. Nec enim negas tibi quidquam potest, &c.* Cui Berfabee, *Bene ego loquar*

vi Solis quoque splendorem, de quo in præfenti aditur prophetia secundum aliam literam: *Et exurgot homo ex Israel.* Hæc potissimum orientis stellæ summa lætitia, hæc ipsius gratia spiritualis, quia per eam, & ex ea homo natus est, de quo Propheta: [Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus.] Quid autem magnum additur? Oritur stella, & ex ea homo: Sed homo iste clarior stellis & stellarum omnium ipse Creator. Nihil ergo mirum si ex humano genere stella oritur, vnde etiam ortus est: sol ille qui numerat multitudinem stellarum.

Maria magistra fidelium.

IVDICVM 4. *Debora prophetis indicabat populum, & sedebat sub palma, ascendebantque ad eam filij Israel in omne iudicium.* Per *Deboram* intellige Mariam vere prophetidem, quæ post ascensionem filij eius in caluarie consideratione sedebat sub palma crucis, dicens: ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: ad eam tanquam ad magistratam veniebant Apostoli, & fideles omnes, in dubijs suis, & vnusquisque nostrum debet dicere de ea, quod sequitur: *Si venis mecum, vad. m. si nolueris venire mecum, non pergam, &c.* *Debora* interpretatur apis; & Maria apis cælestis, quæ mellissimum nobis Christum generauit, &c. Item sine mixtione viri sicut apis concepit, & peperit, item sine aculeo peccati.

Mariæ virginitas.

IVDICVM 6. *Ponam vellus hoc lanae in arida: si ros in solo vellere fuerit, &c.* **AMBROS.** *Serm. 13.* Maria recte vellere comparatur, quæ ita concepit Dominum vt cum corpore hauriret, nec discissuram corporis pateretur. **RVPERT.** Vellus sine corruptione, & dolore ouis, succiditur: ita Christus descendit sicut pluuia in vellus, id est, sine omni corruptione, & dolore matris eius, incarnatus & natus est, & postea descendit sicut stillidia stillantia super terram, id est, in cognitionem omnium hominum. **BERNARD.** *Hom. 2. super Missus est.* Vellus de carne consum, sed sine vulnere carnis, significat carnem assumptam de carne Virginis, & absque detrimento virginitatis Virgini distillatio cælestis, tota se infudit plenitudo Diuinitatis, sicut ros cælestis vellere. **PETRVS CHRYSOL.** *Serm. 3. de Annuntiatione.* Cælestis imber virgineum in vellus placido se fudit illapsus, & tota Diuinitatis vnda bibulo se nostræ carnis celauit in vellere, donec per patibulum crucis, expressum terris omnibus in pluiam salutis se effunderet. *Hæc ille.* Quod autem *expresso vellere concham rore impleuit.* Per hanc *concham* intellige cor virgineum. Postquam enim vellus diuinum, id est, Christus, expressum est in torculari crucis, remansit liberum à doloribus, scilicet in triduo passionis, beata verò Virgo, cælestis concha, doloribus & angustijs repleta est, & cætera.

Mariæ misericordia erga omnes.

IVDICVM 11. *Fuit Iephebe vir fortissimus, atque pugnator, filius mulieris meretricis.* **LYRAN.** Et Christus Dominus noster tanta est fortitudinis, quod dicitur [porter omnia verbo virtutis suæ,] vt dicitur *Hebræorum 1.* & bene dicitur *filius mulieris meretricis*, secundum aliam literam, *hospitatricis:* Quia Maria mater eius, ex plenitudine suæ pietatis recipit omnes ad eam debite recurrentes in hospitium suæ misericordie. Vnde **BERNARD.** Maria omnibus omnia facta est, sapientibus, & insipientibus debitorum fecit. Omnibus sinum suæ misericordie aperuit, vt de eius plenitudine acciperent vniuersi.

pro te regi. Quid à filio rege regum petet regina Maria mater eius, quod non concedat ei? *Veni ergo Bersabee ad regem Salomonem ut loqueretur ei pro Adonia, & surrexit rex in occursum eius, adoravitque eam.* Alia litera: [Honoris causa se ei inclinavit.] *Postquamque est thronus matris regis quae sedet ad dexteram eius, cui rex: Peto mater mea, nec enim fas est ut avertam faciem matris.* Applicata ad Mariam maximè pro die assumptionis. & nihilominus non concessit Salomon petitionem eius, quia pro Adonia, id est, pro ficto petente deprecabatur. **PETRVSDAMIAN, serm. 1. de Natiuitate.** Audi nos ó Virgo. Nam filius tuus nihil negans, honorat te, &c. Illa verò benignè respondet factis. Ego loquar pro vobis regaliter autem ac Salomon, Christus matri annuit. **BERNARD, serm. 1. de Assumptione.** Aduocatam præmisit peregrinatio nostra, quæ tanquam indicis mater, & mater misericordiae suppliciter & efficaciter salutis nostræ negotia pertractabit. **ARNOLDVS CARNOTENSIS, Tract. de laudibus Virginis tomo 6. Bibliotheca patrum.** Habet homo mediatorem causæ suæ, filium ante patrem, & ante filium matrem. Christus patri ostendit latus & vulnera; Maria Christo pectus & vbera. Nec potest vilo modo esse repulsa, vbi concurrunt & orant omni lingua disertius hæc clementiæ monumenta, & charitatis insignia. **BERNARD, serm. de Natiuitate Virginis.** Quæramus gratiam, & per Mariam quæramus. Quia quod querit, inuenit, & frustrari non potest. Exaudiet utique matrem filius. Exaudietur ipsa pro reuerentia sua. **PETRVSDAMIAN, vbi supra.** In caelo, & in terra ó Virgo data est tibi potestas. Quomodo illa potestas tuæ potentiæ poterit obuiare, quæ de carne tua carnis suscepit originem? Quanto potentior, tanto misericordior esse debetis.

Maria singularis dignitas, & sanctitas.

28. **REGVM 6.** *Fecitque in templo fenestras obliquas.* Id est, intrus latas & amplas, exterius verò strictas. Per has fenestras intelliguntur iusti, qui licet exterius contemptibiles videantur, interius tamen satis capaces, & pleni gratiarum & donorum sunt. Maximè inter eos fenestra cæli Maria virgo lucet in templo Ecclesiæ, & licet pulchra vt luna, & electa vt sol ab omnibus iudicetur, si quis tamen intorsus eam contempletur, inueniet eam tanquam fenestram obliquam. Multum quidem lucet exterius, sed quid hoc ad lumen interius? & ad illam infinitam dignitatem matris Dei: &c.

Maria Templum Salomonis pro die Annuntiationis.

29. **REGVM 8.** *Ergone putandum est quòd verè Deus habitet super terram?* Alia litera. *Uane verè Deus habitaturus sit in terra?* Dictiones præpostero ordine positæ hoc loco apud Hebræos: mirabundus exclamat, &c. *Et supra: Nebula impleuit domum Domini, & gloria Domini impleuerat domum Domini.* Vbi nota quòd pro eodem accipitur nebula, & gloria Domini. Quia tanta dignatione gloriæ suæ profectus est Dominus domum illam materialem, vt humana menti nebula videatur. Quòd si domui illi tanta gloria communicata fuit, vt in ea poneretur arca Dei, quid ipsi arcæ Mariæ scilicet communicatum est, vt in ea ipsemet Deus collocaretur, imò vt ex ea carnem assumens, nouem mensibus habitaret? **DIONYS. CARTHVS.** Omnino condecens fuit vt virginem quam sibi matrem elegit, vniuersis gratiæ ac gloriæ charissimatis inenarrabiliter excellen-

tius munificentiusque ornaret, quantum decuit matrem Dei præ ministris ornari, exaltari, atque Deificari. **ANSELMVS lib. de excellentia virginis, cap. 3.** Si talis apparatus pro aduentu terreni hominis (scilicet regis vel monarchæ) qualis apparatus omnis boni putamus ficut pro aduentu cælestis regis in corde virginis, quæ illum non solum erat transituè hospitatura, sed etiam ex substantia sua factum hominem paritura? *Hæc illo.* Sicut nulla alia rationalis creatura sic dilecta à Deo: ita nulla sic ornata. *Idem Anselmus ibid.* Potest ne quæso vllus hominum aut angelorum ipsius amotis immensitatem penetrare, quem Deus ad virginem habuit? quasi dicat: Nullus. **Psal. 44.** [Myrrha, & gutta & castia,] & alij boni odores vestimentorum Christi, tribuuntur domui quam habitauit, [à domibus, inquit, eburrucis.]

Idem.

30. **REGVM IO.** *Fecit etiam Salomon thronum de ebore grandem, &c.* **GLOSSA MOR.** Per quem significatur Virgo Maria, in cuius gremio Christus sedet tanquam in throno nobilissimo. *De ebore,* quod ratione albedinis & frigiditatis significat puritatem Mariæ, in alijs refrigerantis motus libidinis. *Grandem,* imò grandissimum meritis. *Et vestit eum auro fuluo vincto.* Alia litera: *auro optimo, vel purissimo, feruentissimæ scilicet charitatis. Qui habebat sex gradus,* qui continentur **LUC. 1.** Primus est oratio solitaria. Vide dicit. *Et ingressus Angelus ad eam.* **BERNARD.** Quòd ingressus? In secreto cubiculo vbi orabat patrem in abscondito. Secundus, est virginalis verecundia. Ibi turbata est in sermone eius. Tertius, est discreta prudentia. Ibi cogitabat qualis esset ista saluatio. Quartus, inquirentis diligentia. Ibi: *Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco?* Quintus est humiliantis se, decentia. Ibi: *Eccæ ancilla Domini.* Sextus, fidelis obedientia. Ibi: *Fiat mihi secundum verbum tuum.* *Et duo manus hinc inde tenentes sedile:* per quas significabantur duæ operationes actiue vitæ & contemplatiuæ, quæ excellentes fuerunt in virgine. *Et duo leones stantes inexta manus singulas:* Scilicet duplex fortitudo scilicet in aggrediendis arduis, & tolerandis aduersis. *Et duodecim leuiculi stantes supra sex gradus hinc atque inde.* Per quos significantur duodecim fructus Spiritus sancti, qui habentur ad **GALAT. 5.** *Non est factum tale opus in vniuersis regnis.* Nam neque in cælis, neque in terris est aliqua creatura pura sibi similis.

Maria excellentia meritorum pro die assumptionis.

31. **REGVM IO.** *Regina Saba ingressa est Ierusalem multo cum comitatu, &c.* & Virgo Maria ingressa est cælestem Ierusalem, &c. **PETRVSDAMIAN, serm. de Assumptione Virginis.** Attolle oculos ad assumptionem virginis, & salua filij maiestate inuenies occursum huius pompæ non mediocriter digniorem, quàm scilicet in Christi ascensione. Soli quippe angeli redemptori occurrere potuerunt, matri verò Christus ipse cum tota curia tam angelorum quàm iustorum solemniter occurrens euenit ad beatæ consistorium sessionis. *Non sent allata ultra tam multa aromata, &c.* id est, tam multa merita, tam multi virtutum odores, tam multæ opes gratiæ & gloriæ. **ANSELMVS de excellentia Virginis, cap. 8.** Dies illa non solum te domina ineffabiliter sublimauit, sed cœlum ipsum, nec non cuncta quæ in eo sunt, noua & ineffabili gloria decorauit.

Maria, templum in quo Deus semper exaudit.

32. **PARALIP. 8.** *Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco isto orauerit*

orauerit. *Elegi enim & sanctificauit locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneat oculi mei, & cor meum ibi omnibus diebus.* Hæc non tam de domo, & tempore materiali intelliguntur, quàm de B. Virgine, quam Deus elegit, & sanctificauit. Nota fiduciam quam habere debes in precibus B. Mariæ.

Maria mulier fortis.

33. **ESDRÆ 4.** *Vt probaret Zorobabel mulieres esse fortes, sic ait: Mulieres genuerunt regem, & omnem populum qui dominatur mari, & terra, & ex illis nati sunt, & ipse educauerunt eos, & ipsa faciunt stolas omnium hominum, & ipsa faciunt gloriam hominibus.* **LYRAN.** Id est, ornamenta quibus homines gloriantur. *Hæc ille.* Quàm fortis, & potens sit Virgo Maria, ex hoc colligi potest, quia ipsa enixa sit puerpera regem, quæ cœlum terramque regit. Ipsa peperit, ipsa educavit filium Dei. Ipsa fecit illi stolam humanitatis. O verè mulier fortis, quam sapiens non inuenit, dicens: [Mulierem fortem quis inueniet?] Procul & de vltimis finibus pretium eius,] &c. Hæc fuit quæ cingulum tradidit Chananaeo. *O viri, inquit, cur non sunt fortiores mulieres? Ostensa scilicet hæc muliere quæ Deum genuit, & peperit, &c.*

Maria, mater nostra.

34. **ESDRÆ 2.** *Mater qua eos generauit, dicit illis: Ite filij, quia ego vidua sum, & derelicta. Educavi vos cum læticia, & amisi vos cum luctu, & tristitia, quoniam peccastis coram Domino Deo vestro, & quod malum est coram eo, fecistis, &c.* *Ite filij, & petite à Domino misericordiam, &c.* Mater nostra est Virgo Maria, quæ intercessione sua educavit nos cum læticia. & postquam à Deo recessimus, amisit nos cum luctu & tristitia, quantum ex parte nostra est. Quibus dicit: *Ite filij, quia ego vidua, id est, sola remansi, & derelicta, quoniam peccastis, &c.* *Ite, & petite à Domino misericordiam, & ego iterum intercedam pro vobis, tanquam vera mater vestra.*

Maria electa ex omnibus, & Deo gratia.

35. **ESDRÆ 5.** *Dominator Domine ex omni sylua terra, & ex omnibus arboribus eius elegisti vineam vnicam, & ex omni terra orbis elegisti tibi foueam vnam, & ex omnibus floribus orbis, elegisti tibi lilium vnum, & ex omnibus abyssis maris, replesti tibi riuum vnum: & ex omnibus edificatis ciuitatibus, sanctificasti tibi metipsum Sion, & ex omnibus creatis volatilibus nominasti tibi columbam vnam, & ex omnibus plasmatiis, pecoribus prouidisti tibi ouem vnam.* Hæc omnia nomina tribuit Esdras synagoga, vt moueat misericordiam Dei, & liberet eam à peccatis, & tribulationibus, quas patitur in Babylonia. Sed congruentius hæc nomina quadrant beatæ virgini Mariæ. Ipsa est enim vinea electa, ipsa fouea electa, in qua per nouem menses latuit Dei filius; Ipsa lilium inter spinas, &c. Ipsa riuus repletus aquis. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Ipsa mons Sion qui non commouetur, ipsa columba. Vna est columba mea. Ipsa ouis quæ peperit nobis agnum Dei. Ideo sperandum nobis est quòd propter eam remittet nobis peccata nostra, & dona plurima largietur.

Maria sapientia.

36. **IVDITH 12.** *Mirabantur ad sapientiam eius, & dicebant alter ad alteram: Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.* Hæc melius quadrant veræ Iudith, id est, Mariæ, quæ contriuit caput serpentis, quæ etiam fuit sa-

pietissima, & Apostolorum magistra.

Maria intercedit pro nobis. Pro die assumptionis.

37. **ESTHER 4.** *Mouit eam ut intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo suo, &c.* *Et quis nouit virum idcirco ad regnum ueneris, ut in tali tempore parareris?* **INTERL.** Quia ideo rex te reginam fecit vt nobis in persecutione auxiliaretis. & hoc Maria reginæ quadrat. **Cap. 8.** *Procidit Esther ad pedes regis, & locuta est ad eum, orantique vt malitiam Aman Agagite, & machinationes eius pessimas, quas excogitauerat contra Iudeos, iuberet irritas fieri.* **Et cap. 15.** *Aman locutus est contra nos in mortem, & tu inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte. Cùmque regio fulgeret habitis, & innocasset omnium relectores, & saluatorem Deum, &c.* ipsa roseo colore vultum perfusa, gratis ac nitentibus oculis, &c. *assumpsitque duas famulas, & supra vnam quidem innitebatur, &c.* **D. BONAVENT. in speculo virginis.** Duæ, inquit, famulæ quarum domina est regina Maria, sunt Angelica & humana creatura. Humana est famula illa quæ sequitur dominam suam in mundo colligens vestimenta dominæ, hoc est, virtutes & exempla Mariæ. Angelica verò est illa altera supra quam in cœlo innititur, se satiando, ac deliciando cum angelis. Innititur instanter tanquam potentissima angelis imperando. Nec mireris quòd angelis innitatur quæ vel super dilectum innixa graditur. **Cant. 8.** [Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?]

Maria humilitas exaltatur super omnes Angelos.

38. **ESTHERIO.** *Paruus fons qui creuit in flumini, & in lucem solèmq; conuersus est, & in aquas plurimas redundauit, Esther est, &c.* Imo Maria est quam Deus voluit esse angelorum hominumque reginam. Quæ quidem in oculis suis parua adeo, vt dicatur. [Eccæ ancilla Domini,] &c. Sed fons gratia plenus, semper lucida fuit, & pulchra vt luna, & electa vt sol. Sol si fontem respiciat, sicut non potest videri in semetipso propter nimium fulgorem, ita neque in fonte: Quia nulla creatura ita solem repræsentat, sicut aqua. Eodem modo Deum in se nemo videt vnquam, imò nec in fonte Mariæ. Nam nulla creatura humana neque angelica ita assimilatur soli sicut Maria. Cùm ergo videris Mariam super omnes choros angelicos exaltatam, dic, *paruus fons, &c.* Maria est, &c.

Maria mons est.

39. **AMOS 4.** *Formans montes, & creans ventum, & AP. RIBERA* Mysticè. Ne desperes salutem. Omnipotens est qui te vocat: ipse creatur montes, id est, Apostolos, prophetas, & martyres, & quotquot altitudine sanctitatis eminuerunt, de quibus dicitur: [Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.] & illud, [Illuminans tu à montibus æternis,] id est, per sanctos tuos, qui sicut montes luce pleni fulgent, & mirabiliter aliorum tenebras pellunt. Vide **AVGVSTINVS** ita latè exponentem. Omnium verò montium maximus mons est beatissima virgo Maria, quæ mons est in vertice montium, id est, super omnium hominum sanctitatem eleuata, vt interpretatur **GREGOR. in cap. primum Regum, in illud: De monte Ephraim.**

Maria, oliua.

40. **ECCLES. 24.** *Quasi oliua speciosa in campis.* **ADAM DE PERSEVIA.** Si virginem nostram oleuam dixerimus, erit oleum partus eius. Virgo sanè nostra est oliua speciosa in campis, quia gratia eius & misericordia

fericordia omnibus est communis. In campis posita florem campi protulit, ex cuius amoenitate pulcherrima capestris sibi humanæ turpitudinis nuditas procurauit. Campestris sunt perizonata, velamenta turpitudinis quæ de flore isto sibi consuunt quicumque per fidem & amorem virginis partus, criminum verecunda deponunt. Est etiam speciosa in campis, quia Ecclesiarum pulchritudo specialis. Speciosa quippe facta est & suavis, ex qua speciosus forma præ filiis hominum, nascitur sanctæ suauitatis vñctionis. Christi Ecclesie campi congruè dici possunt quos disciplina cœlestis aratrum colit, doctrina Euangelij ferit, iustitiæ executio fertiles reddit. In his campis est oliua fructifera mater misericordiæ, Virgo Maria. De oliua profuit pinguedo olei, fundit gratiæ plenitudinem, misericordiæ vñctionem profert mater Christi. Quam iocundum, quam suauis est illi coherere, quam saluiferum intra puerperæ diuersorium memorari? Si infirmus es, de diuersorio illo abundanter profuit oleum infirmorum. Si sanus es, & de testimonio conscientie aridet tibi iustitiæ fanitas, oleum latitiae suscipis ex Maria. Species morum, operum decor, meritorum gloria, totum de gratia Maria suscipitur, cum amatur. Cum enim plena sit gratiæ, & tota misericordiæ delictis affluens, nihil gratiæ omnino accipimus quod non nobis conferat partus eius. Nostra est virgo, nostra sunt virginis viscera, noster est virginis partus, nostra sunt quæ penes illam de cœlestibus actantur. Periculosum est enim ad punctum ab illa discedere, apud quam nostræ suauitatis delicta reponuntur. Dinitiæ salutaris, sapientia & scientia, penes virginem nostris vñctibus referuntur. In partu nimirum virginis thesauri sapientiæ, & scientiæ ad locupletationem pauperum absconduntur. Propter miseriam inopum, & gemituum pauperum, venit in corde patris Christus in cor virginis, & in virginis utero pauperum gazophylacium collocavit. Inde pauperes spiritu locupletati sunt, quos mundi superbia vanitate & mendacio non ditauit. Filius hominis vsque quod grani corde, à corde virginis elongaris? Vt quid diligis vanitatem, & quaris mendacium, cum intra nostræ virginis vterum mirificauit Dominus sanctum suum? Cur non properatis ad oleum? vestrum est quod hic agitur. Nulla enim ratione diues omnium Deus pauper fieret, nisi se pauperibus coarparet. Nulla ratione oliuam fructiferam in campis poneret, nisi ut misericordiam virginem communem omnibus exhiberet. Hinc est quod non regibus in palatiis, non diuitibus in vrbibus suis, mysterij huius ratio primò innotuit, sed pastoribus, qui in campis erant, qui super gregum suorum custodiam vigilabant. O saluantis benignitas! O nascens miseratio! O puritas & pietas parietis! O vtiuam essent de paruulis quibus hæc reuelata & acta sunt, ut philosophari interim de aliis non liberet. Quid dulcius quam verbi interesse curabulis, quam in diuersorio Christi feriatum, & liberum esse, & infantie colludere tam felici. Ignoscite quæso, ignoscite puero, si vbera de cœlo plena non dimittit; ad incontaminata vestigia virginis piscina posita est pietatis, ubi pueri balneantur. Nostis aratem eiusmodi frequentiori lauacro indigere, facillimè sordes contrahit, & opus est ut materna solitudine consuetiori balneo diluantur. Proinde à contubernio sacre virginis longè procedere tutum non arbitror. Quis enim mihi prouideret in talibus, si indulgentissimæ matris misericordiam elongarem? [Tenebo illam, non discedam ab illa.] Quia si misericordiæ eius sollicitudo defuerit, facile fecero abortiuum.

Maria Virginitas.

IBIDEM. *Ego quæsi vitis fructificanti suauitatem odoris.* VERRICVS. Ac si aperte dicat Virgo Maria. Partus quidem meus non habet exemplum in sexu mulierum, sed habet similitudinem in naturis rerum. Quæris quomodo virginitas genuit Saluatorem? Sicut flos vitis odorem. Si corruptum inuenieris florem, pro eo quod dedit odorem, violarum crede pudorem, quia edidit Saluatorem. Quid potest calumniari in proprietate similitudinis? Quid enim est aliud virginitas quam flos inuolati corporis? Quid aliud est flos virginitatis, quam suauitas odoris? Tu tamen caue ne bono moriaris odore. Glorietur ergo Maria, & dicat: [Ego quasi vitis,] &c. Pulchrè, quasi vitis, Nam botrus cyprî dilectus suus illi, &c.

Maria, thesaurus in quo cor Dei est.

LVCÆ I. *Missus est angelus à Deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth.* BERNARD. Miraris quod Nazareth parua ciuitas, & tanti regis nuntio illustratur, & tanto? Sed latet in hac parua ciuitate thesaurus, latet, inquam, sed homines, non Deum. Annon thesaurus Dei Maria? Vbi cumque illa est, & cor eius, oculi eius super eam. Vbi que respicit humilitatem ancillæ suæ. Nouit cœlum vni-genitus Dei: ergo & Nazareth sicut patriam suam, sicut hereditatem suam, cœlum ex patre, Nazareth ex matre vendicat sibi. Quia non solum Dei, sed & hominis filius est. Nazareth autem interpretatur flos. Amat florigeram patriam flos de radice Iesse, & libenter inter lilia pascitur flos campi, & lilium conuallium.

Maria inuenit gratiam sibi, & omnibus.

IBIDEM. *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum.* Idem BERNARD. Gratiam vti que plenam, gratiam singularem. singularem an generalem? vtramque sine dubio. Quia plenam, & eo singularem quo generalem. Nam sola gratiam omnibus inuenisti. [Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.] Singulariter quidem est fructus ventris tui, sed ad omnium mentes, te mediante peruenit. Sic enim torus ros in vellere, & totus in area. Sed in nulla parte area totus fuit, sicut totus in vellere fuit. In te sola rex ille diues, & prædiues, exinanitus, immensus, abbreviatus, & ab angelis paulo minus minoratus, verus Deus Dei filius incarnatus. Quo fructu? Vt omnes paupertate eius ditemur, eius humilitate subleuemur, eius minoratione magnificemur, eius incarnatione adherentes Deo vnus flammis spiritus cum ipso.

Idem.

IBIDEM. *Aue gratia plena.* PETRVS RAVENAS. *Aue, hoc est, Accipe.* Quid? Virtutis munera, non detrimenta pudoris. *Aue gratia plena.* Hæc est gratia quæ dedit cœlis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem vitiis, vitæ ordinem, moribus disciplinam. *Ne timeas Maria.* Quare? Quia inuenisti. Timet, non qui inuenit, sed qui perdit. Inuenit hæc concipiendo superni gemitus gratiam, quæ pariendo non perdidit virginitatis insignia. *Ne timeas Maria.* Quid timet quæ securitatem rerum concipit, parit gaudia sæculorum? Quid timet quæ suscipit eum quem timent omnia quæ timentur? Quid timet cui iudex causa est assertor, integritas, testis, innocentia?

Maria ab omnibus veneranda.

IBIDEM. *Inuenisti enim gratiam, &c.* BERNARD. Intuere ô homo consilium Dei, consilium sapientia.

ria, consilium pietatis. Cœlesti rore arcam rigaturus totum velleri prius infudit. Redempturus humanum genus, pretium vniuersum contulit in Mariam. Quare? Fortè ut excuseret Eua per filiam, ut querela viri aduersus fœminam deinceps sopiretur. Pissimum sanè consiliu, sed latet & aliud, nec totu hoc est. Intuemini igitur quanto deuotionis affectu eam à nobis voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria, ut si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare, quæ ascendit deliciis affluens. Tolle corpus hoc nobis voluerit mundum illuminat, ubi dies? Tolle Mariam maris stellam, maris, scilicet magni, & spatiosi, quid nisi caligo inuoluens, & vmbra mortis, & densissima tenebræ relinquuntur? Totis ergo medullis cordium, præcordiorum affectibus Mariam hanc veneremur: quia sic est voluntas eius, qui totum habere nos voluit per Mariam. Voluntas inquam eius, sed pro nobis. In omnibus si quidem, & per omnia prouident miseris, tentationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam abigit, erigit pusillanimitatem. Ad patrem verebaris accedere, solo auditu territis ad folia fugiebas, Iesum tibi dedit mediatorum. Quid non apud talem patrem filius talis obtineat? Exaudietur vti que pro reuerentia sua. Pater enim diligit filium. An verò trepidas & ad ipsum? Frater tuus est, & caro tua, tentans per omnia, absque peccato, ut misericors fieret. Hunc tibi fratrem Maria dedit. Sed fortè & in ipso maiestatem venerare diuinam, quod licet factus sit homo, manserit tamen Deus: aduocatum vis habere & ad ipsum, ad Mariam recurre. Nec dubius dixerim, exaudietur & ipsa pro reuerentia sua. Exaudiet pater filium, exaudiet filius matrem. Ille patri latus & vulnera, ista filio pectus & vbera præsentabit. Hæc est scala peccatorum, hæc est mea magna fiducia, hæc tota ratio spei meæ. [Inuenisti (ait Angelus) gratiam apud Dominum.] Feliciter semper hæc inuenit gratiam, & sola est gratia qua egemus. Prudens Virgo, non sapientiam, sicut Salomon, non diuitias, non honores, non potentiam, sed gratiam quærebat. Sola est enim gratia qua saluemur, quid nos alia cupimus? Quæramus gratiam, & per Mariam quæramus: quia quod querit, inuenit, & frustrari non potest: quæramus gratiam apud Deum, nam apud homines gratia fallax, &c.

Maria misericors.

IOAN. 2. *Deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: vinum non habent.* BERNARD. Compassa est enim eorum verecundia, sicut misericors, sicut benignissima. Quid de fonte pietatis procederet nisi pietas? Quid mirum si pietatem exhibent viscera pietatis? Nonne qui pomum in manu sua tenuerit, dimidia die, reliqua diei parte, pomi seruabit odorem? Quantum ergo viscera illa virtus pietatis affecit, in quibus nouem mensibus requieuit? Nam & antè repleuit mentem quam ventrem, & cum processit ex vtero, ab animo non recessit, &c. *Vinum, inquit, non habent.* quam breuiter, & quam reuerenter suggestit. Vnde piè sollicita fuit. Disce ergo homo, in matre Domini, magnam in mirabilibus fidem habere, & in magna fide verecundiam retinere. Disce verecundiam decora fidem, reprimere præsumptionem. Ipsa enim pietatis astum, pudoris temperans vmbra, conceptam precis fiduciam verecundè suppressit, non frontosè accessit, non palam locuta est, ut audacter coram omnibus diceret: Obsecro fili, defice vinum, contristan- tur conuiuium, confunditur sponsum, ostende quid possis. Sed licet hæc aut multo plura pectus æstus, feruens loqueretur affectus, priuatim tamen potentem pia mater filium adiuit, non potentiam tentans,

sed voluntatem explorans. *Vinum, inquit, non habent.* Quid modestius? Quid fidelius? Non defuit pietati fides, voci grauitas, esticacia voto.

Maria cur respondit Filius duriuscule.

IBID. *Quid tibi & tibi est mulier?* Idem BERNARD. Durior fortasse & austerior videri posset responsio Domini, sed nouerat ille cui loqueretur; & quis loqueretur illa non ignorabat. Denique ut scias quomodo responsum ipsi acceperit, aut quantum de filij benignitate præsumpserit, ait ministris: [Quodcumque præceperit vobis, facite,] &c. Quem non moueat hæc responsio, quam benignissimæ matri suæ ac sanctissimæ Dominus respondit? Quid tibi, & illi est, Domine, quæris? nonne quod filio & matri, quid ad illam pertinet quæris? cum tu sis benedictus fructus ventris eius immaculati? Nonne ipsa est quæ saluo pudore, concepit, & sine corruptione te peperit? Nunc ergo Domine quid molestus es illi, dicens: Quid tibi, & tibi es? Multum per omnem modum. Sed manifestè iam video quod non velut indignans, aut confundere volens Virginis matris teneram verecundiam, dixeris hæc, cum venientibus ad te, iuxta matris præcepta, ministris, nihil cunctatus facias quod illa suggestit. Vt quid ergo hoc fecit? vti que propter nos, ut conuersos ad Dominum, iam non sollicitè carnalium cura parentum, & necessitudines illæ non impediunt exercitium spirituale. quamdiu enim de mundo sumus, debitores nos esse constat parentibus. At postquam reliquimus nosmetipsos, multo magis ab eorum sollicitudine liberi sumus.

Maria fortitudo.

IOAN. 19. *Stabant iuxta crucem Domini Maria mater eius, &c.* VERRICVS. Planè mater, quia nec in terrore mortis filium deserbat. Quomodo enim morte terreri poterat, cuius charitas fortis ut mors, imò fortior quam mors erat? Planè iuxta crucem Iesu stabat, cuius mentem dolor crucis simul crucifigebat, suamque ipsius animam tam multiplex perturbanbat gladius, quantis consollum corpus filij cernebat vulneribus. ERNALD. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quid differis? Iam venit hora, mater tua coram te est, & Ioannes quem diligis. Latroni loqueris, & matri non loqueris? Intuetur te illa benedicta in mulieribus, & fixis in te oculis vulnera tua materna pietate considerat, & licet non ignoret quid boni conferat mundo passio tua, tamen parentis affectu commoritur: & pectus maternum immanitate doloris arctatur. Suspirat intrinsecus, & erumpentes reuocat lacrymas, & eo amplius anxietas intumescit, quo egredi prohibentur, &c. Moriebatur, & mori non poterat, &c. Nec poterat ex facie colligi crux illa animæ, & patibulum spiritus in quo erat hostia viua bene placens Deo, & holocaustum medullatum, quod cum ipsa incenderet, tantum conscientia ministerio utebat ur. Christus ergo carnem, Maria spiritum immolabat, & sic vnum erat quod diuersa exhibebat officia, quod pater bonus, quod filius pius, quod sancta mater intendebat, quod in commune elaborabat, dicit te patre propitiante, filius ad pectus matris, pater ad filij crucem, & vulnera respiciebat. Vnde securum accessum habet iam homo ad Deum, ubi mediatorum cause suæ filium habet, ante patrem; & ante filium, matrem. Christus nudato latere, patri ostendit latus, & vulnera; Maria filio pectus & vbera. Nec potest vilo modo esse repulsa ubi concurrunt, & perorant omnium lingua disertius hæc clementiæ monumenta. Maria ergo pro salute mundi obsecrat, filius impetrat, pater condonat.

*Virgo Maria non est passa spasum in passio-
ne filij.*

49. **L**V C. 23. *Sequebatur autem illum multa turba populorum.* &c. PATER SALMERON. Inter mulieres quæ Christum sequebantur, & lametabantur, erat B. Virgo, vt testatur BERNARD. *Serm. de planctu Virginis.* Et propter eam associandam aliæ piæ feminæ sequebantur. Meditantur quidam, in transitu hoc, Christum crucem gestantem matrem aspexisse Deiparam, atque ab eo fuisse conspectam, ex talique mutuo aspectu Virginem semimortuam cecidisse, præ doloris gladio, à Simeone propheta, animam eius transeunte, atque in eo loco structum facellum dictum sanctæ Mariæ spasmii. Sed hoc non est satis certum neque exploratum. Nam cum statim Christus in crucem actus fuerit, & Maria Virgo recenseatur stare iuxta crucem Iesu, ab spasmio libera, & immunis omnino fuit. Nisi dicamus aut syncopen quandam, & breuissimi temporis fuisse deliquium. Nec hoc quidem admitto.

Maria qualiter pro crucifixoribus rogamerit.

50. **L**V C. 23. *Pater dimitte illis.* Idem PATER SALMERON. Quidam tradunt Dominum dixisse hæc verba cum illuderetur à prætereuntibus scribis, sacerdotibus, & pharisæis, vt redderet bonum pro malo, & benedictionem pro maledictione; & oraret pro calumniatoribus, & persequentibus se. Dicendo autem, Euangelista: *Iesus autem dicebat:* forsitan denotat quæda pluris illa verba inculcat, vt probabile est credere, quo maiorem suum affectum ad remissionem illorum impetrandam indicaret. & latronem ad hanc vocem spem concepisse de Dei misericordia verisimile est. Piè satis hoc loco quidam meditantur ad hanc clementem Iesu vocem aures præstitisse sanctam Deiparam Virginem, quæ iuxta crucem stabat, & vt quamprimum filium suum, & precatonem suæ confortatam se redderet, in genua proouolutam fuisse, cumque lacrymis & sanctis charitatis desiderijs, hostibus Christi ac suis ignouisse. Nam & hæc iniuria ad eam aliquo modo spectabat. Vnde BONAVEN. in *lib. Stimuli diuini amoris.* His verbis Iesum Patrem rogasse vt ignosceret delinquentibus, corde autè matrem rogasse vt & ipsa quod ad se attinebat, remitteret.

Maria virginitas.

51. **I** OAN. 19. *Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius.* AMBROS. *lib. de institutione Virginis, cap. 6.* Alij Euangelista scripserunt quod in passione Domini terra contremuit, sol refugit, persecutoribus venia postulata est. Ille dilectus Domini qui è pectore eius hauserat secreta sapientiæ, & piæ voluntatis arcana, ab alijs dicta præterit, hoc diligentius profectus est, vt maternæ Virginitatis perseuerantiam suo iudicio comprobaret, quasi filius de matris pudore sollicitus, ne quis eam tanto conuitio temerariæ integritatis aspergeret. Dignum quippe erat vt qui latroni veniam donabat, matrem dubio pudoris absolueret. dicit ergo ad matrem: *Mulier, ecce filius tuus,* dicit & ad discipulum, *Ecce mater tua.* Ipse est discipulus, cui mater commendabatur. Et cap. 7. *eiusdem libri:* testatur, de cruce, Dominus Iesus, & paulisper publicam differt salutem, ne matrem in honorem relinquit. Subscribit Ioannes in Testamento Christi, Legatur materni pudoris defensio, testimonium integritatis. Legatur etiam discipulo matris custodia, pietatis gratia commendatur. *Et infra,* Spectabat pijs oculis filij vulnera, per quem sciebat omnibus futuram redemptionem. Stabat non degeneri mater spectaculo, quæ non metuerit peremptorem. Pendebat in cruce filius; mater se persecu-

toribus offerebat. Si hoc solum esset vt ante filium prosterneretur, laudandus pietatis affectus, quod superstes filio esse nolebat: sin verò vt cum filio moretur, cum eodem gestiebat resurgere, non ignara fuit mysterij quod genuisset resurrectorum: præstolabatur si forte etiam sua morte publico muneri aliquid adderetur. Sed Christi passio adiutore non eguit sicut ipse Dominus longè antè prædixit, *Ihs 63.* [Respexi & non erat adiutor.] Hæc Ambrosius.

Idem.

52. **I** B I D E M. &c. *Stabat autem.* &c. Hieron. ad Paulam & Eustochium. *Sermone de assumptione.* Ideo plusquam martyr fuit, nec passa est sensus alienationem. Beata tamen BIRGIT. *lib. 4. suarum reuelat. cap. 70.* & ANSELM. *lib. de Passione,* Docent B. Virginem exanimatam spectaculo crucis, ac præ dolore in terram corruisse, quod à quibusdam reprehenditur, tanquam pugnantem cum Euangelio. Quod tamen defendi potest, si quis dicat, à principio crucis erectæ corruisse in terram præ doloris magnitudine, postea tamen semper stetit, in quo statu describitur ab Euangelista.

Maria cur mulier, & non mater dicitur.

53. **I** B I D E M. *Mulier, ecce filius tuus.* CHRYSOS. *hom. 84. in Ioan.* O bone Iesu quid matrem tuam erubuit, quæ te tam dulciter nutriuit, reuerenter tractauit, dulciter lactauit, tam durè loqueris, *mulier,* inquit: Sed ideo factum esse arbitror, ne materno nomine matri dolorem amplius excitares. Non enim tunc tempus erat matrem dulciter alloquendi, nec nomen *matris* exprimendi. *Ecce,* inquit, *filius tuus.* P. SALMERON. scilicet adoptiuus, & spiritualis: quia B. Virgo tanquam mater spiritualis, Ioannem, & nos omnes in filios Dei, & Christi fratres, suis precibus & meritis dicitur adoptasse, quatenus omnium bonorum suorum & meritorum tanquam communis mater nos hæredes institueret: suisque singularibus precibus, exemplis, & documentis adiuuat ad filiorum Dei adoptionem adipiscendam, & inuitat. Illud hinc aduerte, Christum, non contentum nos fecisse à terni Patris sui filios, voluisse quoque alia ratione, quo nos sibi coniunctiores redderet, nobis esse propinquum, vt ex vtraque parte tam patris quàm matris, effemus illius fratres. Est autem Maria multis rationibus mater nostra; & fide, vt Abraham qui pater est omnium credentium; & passione & cruce parturiens nos doloribus, cui sumus in Ioanne vt filij à Christo dati; & cura, siue diligentia. Quia ac si esset propria mater, omnibus necessitatibus spiritualibus succurrit. Vnde in nuptijs pro vini defectu filium exorauit. Est & mater antiquitate. Nam seniores *parentes* dicuntur. Hinc Maria prima est post Christum in prædestinatione Dei, in cuius honorem legit Ecclesia illud *Eccles. 24.* [Ab initio & ante sæcula creata sum.] Denique mater est dignitate. Personæ siquidem in dignitate constitutæ, siue viri, siue feminæ, patres & matres dicuntur. At beata Virgo toti humano generi præfecta est, cum summa mundi dignitate & consolatione.

Maria mater virginum specialis.

54. **E** C C E, inquit, *filius tuus.* Idem SALMERON. In Ioanne virgine specialiter commendatur omnes virgines sanctissimæ Deiparæ. Quia & virgo virginum, & quæ peculiarem eorum qui virginitatem suam Deo dedicauerunt, curam habet. GALEFRID. Quodammodo Ioannes Virginis matris in virginitate filius fuit, cuius illa si non carnem, carnis tamen integritatem edidit, & illum si non hominem, tamen virgi

Virginem genuit. Cæterum quàm multos hodie parit sanctissima illa fecundissimaque virginitas! Quam felix eiusmodi generatio! suo equidè modulo fecunda simul, & incorrupta posteritas.

Maria cur Ioanni commendatur.

55. **I** B I D. *Ecce filius tuus.* ERNALD. Non est passus Christus vt Iudaica rabies in sanctuariū suum profanam mitteret manum, vel aliqua infestatione violaretur templum illud Spiritus sancti: positus est fidelis æditus ad tanti thesauri custodiam. Discipulus qui in cœna dominica cervicali sibi in pectore magisteri aptauerat, ecce iterum alio priuilegio honoratur, & post illud reclinatorium in quo viderat, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum,* ollicita illa in qua Verbum caro factum est, diligenter ei à filio commendatur. Petro commendatur Ecclesia, illi Maria. Illi tumultuosa negotia, huic negotia, sed quæcunq; illi atria & vestibulum, & altaria sanguinum: huic commendatur altare incensi, & sancta sanctorum. Ad culmen ministerij sui nullus secum admittitur, solus illi assistit propitiatorio, solus illud vas aureum continens manna, illud diuinæ legis scrinium pontifex destinatus obseruat. Iam ergo quadrigam qua currendum est ad patriam intueor, vt per matrem ad filium, per filium verò attingere possit penitentis affectus ad patrem. & in hoc ferculo quo nos ab hoc sæculo euehit, tu beate Ioannes sis columna argentea; mater, ascensus purpureus eius; filius, media charitas; reclinatorium aureum, visio patris in decore suo, & æternæ pacis iocunda tranquillitas.

Maria sanguinem & aquam collegit.

56. **I** OAN. 19. *Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis, & aqua.* NICEPHOR. *lib. 1. Historia Ecclesiast. cap. 30.* Cum metu mitteretur omnes profugissent, sola ibi aderat mater, & quem diligebat discipulus, qui omnia quæ, vel ante, vel post mortem eius gesta essent, oculis ipsi suis spectarunt: sanguinemque & aquam à latere eius quasi adhuc viuientis recens profluentem, religiose simul & honorifice admodum vasculo exceperunt.

Maria martyr, & plusquam martyr.

57. **I** OAN. 19. *Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius.* Hieron. *Sermone de Assumptione B. Mariæ. Tomo 4.* Alij sancti passi sunt pro Christo in carne, tamen in anima quæ immortalis est pari non poterunt. Beata verò Dei genitrix quia in ea parte passa est, quæ impassibilis habetur, ideo (vt ita fatear) quia spiritualiter & caro eius passa est, gladio passionis Christi, plusquam martyr fuit. B. ANSELM. *lib. de Excellentia B. Mariæ Virginis, cap. 5.* Quidquid crudelitatis inflictum est corporibus martyrum, leue fuit, aut potius nihil, comparatione tuæ passionis (alloquitur Mariam) quæ nimirum sua immensitate transfixit cuncta penetralia tua, tuque benignissimi cordis intima. & vtique pia Domina non crediderim te potuisse vlllo pacto stimulos tanti cruciatus, quin vitam amitteres, sustinere, nisi ille spiritus vitæ, spiritus consolationis, spiritus, scilicet dulcissimi tui filij, pro quo moriente conquerebaris, tantopere torquebaris, te confortaret, te consolaretur, te intus doceret non esse mortem cum assumentem, sed magis triumphum omnia ei subiicientem. ALBERTVS MAGNVS. *lib. super Aduersus est.* Non permisit Christus vt beata Virgo cum dolore vitam finiret in morte sua, quia nouerat quod sicut iuxta crucem serò dolores soluerat, quibus in partu antè caruerat: ita citò præuentione quadam ibi exsoluit dolores quos naturali ratione, suo in transitu persolaturæ erat. & tristitiam qui-

dem habuit idoneam, quæ mortem efficeret, nisi Deus miraculo illam sustentasset. B. BRIGITTA. *lib. 1. Reuelationum cap. 35.* testatur se audisse à B. Virgine. Cum nasceretur ex me filius meus, sensi ego quod quasi dimidium cor meum nasceretur, & exiret ex me: & cum ipse pateretur, sensi quod quasi cor meum patiebatur. Sicut enim illud quod dimidium est extra, & dimidium intra; etsi illud pungitur quod est extra, a quæ sentit dolorem quod intus est: sic ego cum flagellaretur, & pungeretur filius meus; quasi cor meum flagellabatur.

Mariæ dolor colligitur ex cognitione, & amore.

58. **I** B I D. PATER SALMERON. Quo beata Virgo plus cognouit Christum, eo plus eum dilexit; & quo eum dilexit, eo plus sensit dolores, & crucis tormentum & mortem eius. De cognitione quidem testatur D. BERNARD. *super verba Apocalypsis: Signum magnum, &c.* In sole nimirum feruor, & splendor stabilis, in luna solus splendor, atque hic omnino mutabilis, & incertus, qui nunquam in eodem statu permaneat. Iure ergo Maria sole perhibetur amicta, quæ profundissimam Diuinæ sapientiæ, vltra quàm credi valeat, penetrauit abyssum, vt quantum sine personali vnione creaturæ conditio patitur, luci illi inaccessiblei videatur immerga. De amore quoque eiusdem virginis, *Idem, Serm. 29. super Cant. in ultro psalm. 37. Sagitta in a infixa sunt mihi,* sic testatur. Est etiam sagitta electa amor Christi, quæ Mariæ animam non modò confixit, sed etiam pertransiuit, vt nullam in pectore virginali particulam vacuum amore relinquere, sed toto corde, tota anima, tota virtute diligeret, & esset gratia plena, aut certè pertransiuit eam vt veniret vsque ad nos, & de plenitudine illa omnes acciperemus. Hæc Bernard.

Maria plusquam martyr.

59. **A** P O C. 12. *Et in capite eius corona stellarum duodecim.* BERNARD. Martyrium sanctæ Virginis (quod in corona stella vna est) tam in Simeonis prophetia quàm in ipsa Dominicæ passionis historia commendatur. *Tuam ipsius animam pertransiuit,* inquit, *gladius.* Verè tuam animam pertransiuit vis doloris Virgo beata, vt plusquam martyrem non immeritò prædicemus, in qua corporeæ sensum passionis excefferit compassionis affectus. An non tibi plus quàm gladius fuit sermo ille, reuera pertransiens animam, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus? *Mulier ecce filius tuus.* O commutationem! Ioannes tibi pro Iesu traditur, seruus pro Domino; discipulus pro magistro; filius Zebedæi, pro filio Dei; homo purus, pro Deo vero. Quomodo non tuam affectuosissimam animam pertransiuit hæc auditio? Quando & nostra licet saxea, licet ferrea pectora sola recordatio scindit?

Mariæ intercessio.

60. **A** P O C. 12. *Signum magnum apparuit in celo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius.* BERNARD. Fidelis sanè, & præpotens mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus, sed diuinam in eo verentur homines maiestatem. Denique, quia Deus noster ignis cõsumens est, quidni vereretur peccator accedere, ne quemadmodum fluit cæra à facie ignis, sic pereat ipse à facie Dei? Itaque iamne ipsa mulier benedicta in mulieribus videtur otiosa? Opus enim mediatore ad mediatorem istum, nec alter nobis vtilior quàm Maria. Quid enim ad Mariam trepidet humana fragilitas? Nihil austerum, nihil terribile, tota sua vis est, omnibus offerens lac, & lanam. Re-

noque diligentius euangelicæ historiæ seriem vniuersam: & si quid forte increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cætero suspectum habeas, & accedere verearis. Quod si (vt verè sunt) plena magis omnia pietatis & gratiæ, plena mansuetudinis & misericordiæ, quæ ad eam pertinent, inuenieris, age gratias ei qui talem tibi mediatricem benignissima miseratione præuidit, in qua nihil possit esse suspectum. Denique omnibus omnia facta est, sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debitorum se fecit, omnibus misericordiæ sinum aperuit, vt de plenitudine ipsius accipiant vniuersi, captiuus redemptionem, aeger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, angeli letitiam, tota Trinitas gloriam, filij persona carnis substantiam, vt non sit qui se abscondat à calore eius.

Idem maxime circa peccatores.

61. **I**BIDEM. *Idem* BERNARD. Quemadmodum sol toritur indifferenter super bonos & malos: sic Maria quoque præterita non discutit merita, sed omnibus se se exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium necessitates amplissimo quodam miseratur affectu. Nam & defectus omnis sub ea est, & quidquid fragilitatis, seu corruptionis est, excellentissima quadam sublimitate præ cæteris omnibus excedit, & supergreditur creaturis, vt meritò sub pedibus eius luna esse dicatur. Alioquin nihil magnum dixisse videbimur, vt sit luna ista sub pedibus eius, quam super omnes angelorum choros, super Cherubim, & Seraphim exaltatam, nefas est dubitare.

Mariæ prerogatiua per duodecim stellas significata.

62. **I**BIDEM. *In capite eius corona stellarum duodecim.* Idem BERNARD. Dignum planè stellis coronari caput, quod & ipsis longe clarius micans, ornet eas potius quam ornetur ab eis. Quid ni coronent sidera quam sol vestit? &c. Quis stellas numeret, quibus Mariæ regium diadema compactum est? Supra hominem est, coronæ huius rationem exponere, indicare compositionem. Nos tamen modulo nostræ exiguitatis abstinentes à periculoso scrutinio secretorum, non incongruè forsitan duodecim stellas, istas duodecim prerogatiuas gratiarum intelligimus, quibus Maria singulariter adornatur. Si quidem inuenire est in Mariâ prerogatiuas cæli, prerogatiuas carnis, prerogatiuas cordis; & si fuerit ternarius iste per quaternarium multiplicatus, habebimus fortè stellas duodecim quibus reginæ nostræ diadema præfulgeat vniuersis. In summa (quod latè differit BERNARDVS) prerogatiua cæli sunt. Mariæ generatio, angelica salutatio, Spiritus sancti superuentionis, filij Dei inenarrabilis conceptio. Prerogatiua carnis sunt, quod Maria est virginis primiceria, quod sine corruptione fecunda, quod sine grauiamine grauida, quod sine dolore puerpera. Prerogatiua verò cordis sunt mansuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitatis credulitas, martyrium cordis, &c. Si rerum pretia ex raritate pensamus, nihil his potest rarius inueniri. Si quidem in omnibus istis, *Nec primam similem visa est, nec habere sequentem.* Prerogatiua autem cordis, imitationem requirunt. Nam præcedentes non communicat nobis, sed secretum suum recipit sibi. Itaque nihil horum exigitur à nobis, sed nunquid si defuerit nobis etiam mansuetudo pudoris, si humilitas cordis, si magnanimitas fidei, si compassio mentis, negligentiâ nostram singularitas excusabit?

Mariæ pudicitia imitanda.

63. **I**DEM. *Ibid.* Gratissima sanè gemma in diademate, micans in capite stella, rubor in facie hominis verecundi. Pudibunda fuit Maria ex euangelio id probamus. Vbi enim aliquando loquax, vbi præsumptuosa fuisse videtur? Fortis stabat, loqui quarens cum filio, nec materna auctoritate, aut sermonem interrumpit, aut habitationem irrupit, in qua filius loquebatur. In omni textu quatuor euangeliorum (si bene memini) non nisi quater Maria loquens auditur: primò, ad Angelum, sed cum semel atque iterum iam allocutus eam fuisset: secundò, ad Elisabeth, quando vox salutationis eius, Ioannem exultare fecit in vtero: tertio, ad filium, cum esset annorum duodecim: quartò, in nuptiis ad filium, & ministros. & is quidem sermo certissimus index ingenitæ mansuetudinis, & virginis verecundiæ fuit. Aliorum quippe verecundiam suam reputans, sustinere non potuit, nec vini dissimulare defectum. Denique legis in actibus Apostolorum quod redeuntis à monte Oliueti vniuersim persequerantur in oratione. Si fortè Maria affuit, nominetur prima, quæ super omnes est, tam filij prerogatiua quam priuilegio sanctitatis. Petrus, & Andreas, Iacobus, & Ioannes, & cæteri qui sequuntur, hi omnes perseuerabant vniuersim in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu. Itane & mulierum se se vltimam exhibet, vt nouissima omnium poneretur? Meritò facta est nouissima prima, quæ cum prima esset, omnium se se nouissimam faciebat. Meritò super angelos exaltata, quæ infra viduas, & peccatores, infra eam de qua cieccta fuerant septem demonia, ineffabili se se mansuetudine inclinabat. Et quidem manifesta satis in virgine ex hac ipsa mansuetudine virtus humilitatis elucet. Verumtamen licet in sua estimatione tam humilis esset, nihilominus tamen in promissionis credulitate magnanimis fuit, vt quæ nihil aliud quam exiguam sese reputabat ancillam ad incomprehensibile hoc mysterium, nullatenus tamen se dubitaret electam, & veram Dei atque hominis genitricem credere mox futuram. Agit hoc nimium in cordibus electorum gratiæ prerogatiua diuinæ, vt eos neque humilitas pusillanimes faciat, neque magnanimitas arrogantes.

De martyrio virginis, *Vide supra, num. 59. ex eodem Bernardo.*

Mariæ humilitas eximita.

64. **S**IGNATIVVS *Martyr in quadam epistola loquens de B. Maria, sic ait:* Apud fideles, omnium operum pietatis erat ministra, humilibus quidem erat deuota, & deuotis deuotius humiliabatur. AMBROS. *lib. 2. de Virginitate.* Corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcor, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperis spem reponens, &c. *Hæc ille.* Vbi nota, & pondera hoc vltimum: illa quæ toto ore ab vniuersa Ecclesia appellatur, & inuocatur spes nostra, spem suam collocabat in prece pauperis, cui tanquam ministra seruebat. O stupenda humilitas Mariæ. Credibile est quod ab omnibus pauperibus orationes petebat, quibus confidebat, meliores se illos existimans. De Mariæ humilitate, *Vide Bernard. serm. 45. super cantica.*

Mariæ Virginitas.

65. **A**MBROS. *De Institut. Virg. cap. 5.* Maria non solum virginis incertum nobis attulit, sed etiam Deum intulit, &c. *Infra.* Egregia igitur Maria, quæ signum sacræ virginis extulit, & intemeratæ integritatis pium Christo vexillum leuauit.

Per

Per vnam Mariam virginem descendit, sed multas virgines vocauit. *cap. 6.* Maluit Dominus, aliquos, de sua generatione quam de matris pudore dubitare, & ideo de desponsata conceptus, & natus. D. FVLGENTIVS *serm. de laudibus Mariæ.* Venire virgines ad virginem, venite concipientes ad concipientem, venite parturientes ad parturientem, venite matres ad matrem, venite lactantes ad lactantem, venite iuueniculae ad iuuenicula. Ideo enim omnes istos cursus naturæ virgo Maria in Domino Iesu Christo suscepit, vt omnibus ad se confugientibus feminis subueniret: & sic restauraret omne genus feminarum ad se venientium, noua Eva, seruando virginitatem; sicut omne genus virorum Adam nouus recuperat, Dominus Iesus Christus.

Exordium ad agendum de B. Virgine Maria.

66. **A**VGVST. *in Opusculo de assumptione virginis, locutus de ea sic orat Deum.* Te Deus omnipotens pater voto supplicii exoro, vt qui mandas nubibus, & pluunt imbres, qui tangis montes, & fumigant, qui aperis terram, & germinat, quid dicam, iubeas, quid proferam, præbeas; quid sermonem dirigam, aperias. Venerabile enim mihi est Domine, & præcordiis meis reuerendissimum, de matre filij tui loqui, quæ sola meruit Deum & hominem pariter suscipere facta thronus Dei, & aula regis æterni. *Infra.* Mariæ dignitatis & gratiæ effectum, nec cor concipere, nec lingua valet exprimere. Ineffabilem enim sanctificationis gratiam, quam concipiendum præbuit, conceptus & natus non abstulit sed auxit: quæ quantum in corpore valuerit virginis, illi soli notissimum est, qui de eius natura naturam suscepit quam condidit. *Infra.* Oro Domine vt me inoffensè de tanta sanctitate loqui tribuas, & si non totum vt est (quod impossibile omni humanæ linguæ est) tamen ipsum ex parte quod est, dicatur vt est. Quæ quia humanam rationem excedunt, spiritus tuus adsit, qui suo sacro spiramine inducat in omnem dicendorum veritatem.

Mariæ singularis sanctitas.

67. **A**VGVST. *ubi supra.* Non immeritò excipitur à quibusdam generalibus scilicet sententiis, Maria, quam tanta seruat gratia, & atollit dignitatis prerogatiua. Quantum enim Christi potestas possit, mundi ostendit vniuersitas, quantum gratia, Mariæ monstrat integritas, quæ sicut diuersa est à natura, diuersa est ab usu.

Idem.

68. **E**CCL. 24. *In plenitudine sanctorum delectio mea.* BERNARD. Verè in plenitudine sanctorum delectio virginis Mariæ, cui non defuit fides patriarcharum, spes prophetarum, zelus Apostolorum, constantia martyrum, sobrietas confessorum, castitas virginum, sed nec ipsa puritas angelorum.

Mariæ imitanda.

69. **T**RANSITE *ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini.* BERNARD. *hom. 2. super Massus est.* Vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum.

Mariæ misericordia.

70. **B**ERNARDVS. Quis misericordiæ tuæ ò benedicta longitudinem, latitudinem, sublimitatem & profundum queat inuestigare? Nam longitudo eius, vniuersis eam inuocantibus ad nouissimum vsque diem subuenit: latitudo eius replet orbem terrarum, vt eius quoque misericordiæ plena sit terra.

Sublimitas eius ciuitatis supernæ inuenit restaurationem; & profundum eius sedentibus in tenebris, & umbra mortis, obtinuit redemptionem.

Mariæ intercessio.

71. **D**FVLGENTIVS *sermone de laudibus Mariæ.* Facta est Maria fenestra cæli, quia per ipsam Deus verum fudit sæculis lumen. Facta est Maria scala cælestis, quia per ipsam Deus descendit ad terras, vt per ipsam homines ascendere mereantur ad cælos. Facta est Maria restauratio feminarum, quia per ipsam à ruina maternæ maledictionis probantur esse subtrahæ.

Mariæ qualiter virtutem accepit Spiritus sancti.

72. **L**V. 1. *Et virtus altissimi obumbrabit tibi.* Genes. 17. dicitur quod nominibus tam Abrahæ quam Saræ addita fuit quadam litera, per quam significabatur virtus quædam vtrique communicata generandi Deum, vt dicunt RVPERT. & LIPOMAN. & inuenies verbo, Christus, num. 4. Quæ litera vt ibidem dicitur, desumpta sunt à nomine ineffabili Dei teste HIERON. *ibidem.* & per has literas Abraham dictus est, pater multarum gentium. & Sara dicta est, princeps mea, ait HIERON. Vnius tantum domus mater familias. Postea verò dicitur absolute princeps Omnium quippe gentium futura iam princeps est. Hæc HIERON. Quod vtrinque conuenit beatissimæ Virgini Mariæ filie Abrahæ, & Saræ. Et quoniam ipsa maxime & præ illis accepit virtutem generandi Deum. Quæ virtus illi specialiter promittitur ab Angelo. [Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.] & figurata est in nomine Saræ quæ iuxta interpretationem AVGVST. 16. *de ciuitate cap. 28.* Sara interpretatur virtus, & applicat illud Apostoli: [Fide Sara virtutem accepit ad emissionem feminis.] & de ea etiam ait AMBROS. Sara in vnius literæ adiectione non mediocri remuneratione benedicatur, vt principatum virtutis, & gratiæ haberet: quæ verba Mariæ magis quadrant quam ipsi Saræ. Vide verbum, *Nomen*, num. 7. Ex parte etiam qua interpretatur Princeps, etiam maxime quadrant Mariæ, verba HIERON. Maria namque vnius tantum domus, scilicet Ioachim, princeps erat, imò vnius populi Iudaici, clara ex stirpe Dauid. At postquam spiritus sanctus superuenit in eam, & virtus Altissimi obumbravit ei, absolute princeps dicitur. Omnium quippe gentium princeps effecta est, imò omnium cælestium potestatum princeps & regina.

Mariæ virga de radice Iesse.

73. **I**SAI. 11. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* AMBROS. *lib. de exhortatione ad Virgines.* de beata Maria sic ait: Ipsa est virga germinans florem: quia pura, & ad Dominum corde libero directæ virginis, quæ nullis in hoc sæculo curatur anfractibus reflectatur. HIERON. *Epistola 21. ad Eustochium, de custodia virginis.* Virga, mater est Domini simplex, pura, sincera, nullo extrinsecus germine coherente, & ad similitudinem Dei vniue fecunda. Virgæ flos Christus est PAVS DAMIAN. *serm. 3. de natiuitate Mariæ:* Bene hæc incomparabilis virgo virga dicitur, quæ per intentionem desiderij ad superna emicuit, non per siccitatem boni operis distortæ nodositatis vitium incurrit. De qua virga redemptor noster quasi flos ascendit: [Ego, inquit, flos campi, & lilium conuallium,] qui martyribus, & confessoribus suis, totius orbis campos velut rosæ & liliis decorauit. RVPERT. *lib. 11. de victor. vrbis Dei cap. 13. & 18.* Virga ista virga gracilis, &

Maria Virgo.

lis, & pulchra, Virga humilis quidem sed recta, est beata virgo Maria.

Mariae virginitas.

74. **CYPRIANVS** in *symbolum Apostolorum*. Quid mirum videtur si virgo conceperit, cum orientis autem, quam Phoenicem vocant, in tantum sine coninge nasci vel renasci constet, vt semper, & vna sit & semper sibi ipsa nascendo vel renascendo succedat? Apes certe nescire coniugia, nec fetus sexibus edere palam est. Sed & alia nonnulla deprehenduntur in huiusmodi sorte nascendi. Hoc ergo incredibile videtur diuina virtute ad totius mundi redintegrationem factum, cuius exempla etiam in auilium natiuitate cernuntur? **ORIGEN**, *hom. 1. in diuersos*. Sicut quondam rubus comburi videbatur, & ignis eum non tangebat. & sicut tres pueri in camino inclusi habebantur, & tamen eos non laedebat ignis incendium, nec ardor fumi erat in eis. Vel sicut fuit in Daniele intra lacum leonum incluso, cui claustris non apertis allatum est prandium ab Abacuc; ita haec virgo genuit Dominum, sed intacta permanens, mater effecta est sed virginitatem non amisit.

Maria Dei genitrix, domina, & regina.

75. **PSAL. 44.** *Astut regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* **ATHANASIVS** in *Euangelio de sanctissima Deipara*. Dicimus Mariam iterum atque iterum semper vndeque beatissimam. Sicut enim cum ad Christum respicimus, regem, Dominum & Deum appellamus: ita quoque cum ad eam oculos reuertimus, reginam, dominam, & Deiparam esse animaduertimus; idque contemplatione oculi mentalis.

Mariae virginitas.

76. **CYRILLVS** *Ierosolymit. Catechesi 12.* Conuincere nos student tam Graeci quam Iudaei, & dicunt quod erat impossibile Christum de virgine nasci. Graecis igitur ex ipsorum fabulis os obstruamus. Qui enim dicitis prouectos lapides in homines mutari, quomodo virginem parere posse negatis? Qui ex Iouis cerebro natam filiam fabulamini, quomodo ex vtero virginis nasci aliquem impossibile dicitis esse? Quid de femore vestri Iouis prognatum falso esse dicitis Bacchum, cur nostram veritatem reiicitis? Scio me indigna praesenti auscultatione, sed vt opportunè tu Graecos redarguas, haec attulimus, ex ipsorum fabulis ad eos dicentes. Illis verò qui sunt de circumcissione, sic occurrens perquire. Vtrum est difficilius fenem & sterilem muliebribus iam deficientibus parere sic praeter naturam: aut vtrumque nega, aut vtrumque concede: idem enim Deus vtrumque operatus est. Neque enim audebis dicere quod illic quidem possibile, hic autem impossibile est Deo. Et rursus quae natura manum hominis vna hora in diuersas species mutare potest, & rursus restituere? Quomodo igitur Moyse manus sicut nix alba apparuit, & rursus statim illa albedine destituta est? Sed dices. Quia Deus voluit, mutata est. Illic Deus volens potuit: hic autem nunquid non potest? O Iudaei vnum autem difficilius est virginem parere, aut virgam in animal mutari? Taceo hic quod & virga Aaron, quod reliqua arbores per annos plures faciunt, hoc per vnam noctem fecit. Quis enim nescit quod virga cortice destituta, etiam si in mediis fluminibus plantetur, numquam florebit? Quæro igitur sic ab illis: Eua ab initio de quo nata est: Quæ mater conceperat illam? quæ matrem non habuit? Accipiamus porò aliud longè maius: Ex corporibus enim corpora gigni quamuis sit paradoxon, sed possibile

tamen: sed puluerem terræ hominem fieri, hoc multo mirabilius; ex vnius formæ puluere, & ossium robur, & pulmonis lenitatem, & reliquorum diuersitatem membrorum fieri, hoc admirabile. Lutum animatum circuire terram, & seipsum mouere, & edificare, hoc admirandum. Itaque ð indoctissimi Iudaei, vnde Adam factus est? Nonne Deus accepit puluerem de terra, & creauit creaturam hanc admirandam? Quid igitur? Lutum quidem in oculum mutatur, & virgo non generabit?

Mariae virginitas post partum.

77. **EPIPHANIVS** *heresi 78, contra Antidicomarianas*. Aiunt leenam non parere praeterquam semel, & vnum; habere autem hanc causam. Animal est voracissimum, specie fuluum, robore solidissimum, & vt ita dicam, regalissimum genus super alia animalia. Habet autem conceptionem ex vno coniuge, perficit autem immixtum semen viginti sex mensibus in vtero; ita vt catulus intus ad perfectionem gestetur propter tempus, vt etiam omnes dentes habeat iam prius quam ex vtero prodeat, & vngues in statura firma, clauiculares item appellatos, & dentes caninos, atque molares, & alia quæ adsunt huic animalanti. Itaque dum est ipse in vtero, in saltationibus motibusque ac aliis motibus per vngues diuellere aiunt, incidere matricem, ac vteros praegnantis. Cum igitur mater ad pariendum venerit, in illa die ab omni molestia gestationis natura ventrem inuenit fieri. Nam vna cum partu, etiam vteros ac matricem simul excerni dicunt rerum naturæ periti, vt ne amplius coitum appetat femina, nisi quis vim inferat: neque verò si contingat eam ad coitum cogi, amplius concipere possit, cum non habeat locos; siue matricem. Nunquid igitur dedit nobis Deus hæc consequentia, vt exquiramus ad propositam rem, motionem quandam cognationis, ad vtilitatem potius quam ad detrimentum? Sic enim catulum leonis Iudam obscure dixit Iacob, Christum dicens. Si itaque Dominus leoni assimilatur, non secundum naturam, sed propter ænigma, profecto etiam genitricem ipsius leenam dixerim. Vnde enim gignitur Leo si non leana mater vocabitur? Leana autem non contingit secundus partus, ergo non amplius partum nouit Maria.

Mariae maris stella.

78. **IBIDEM** *ibid.* B. Maria non foruitur, aut solum placito, vt quidam putant, sed diuina dispensatione nomen accepit. Ita vt ipsa quoque vocabuli sui figura magnum quiddam innueret. Interpretatur enim *stella maris*. Nautis enim mare transeuntibus vocare est opus stellam maris, longè à supremo cæli cardine cõmstantem, & ex aspectu illius dirigere cursum, vt possint destinatum cursum apprehendere. Simili modo fratres oportet vniuersos Christicolos inter fluctus huius sæculi confugere ad Mariam, quæ superno rerum cardine Deo proxima est, & respectu exempli eius cursum vitæ dirigere: quod qui fecerit non iactabitur vanæ gloriæ vento, nec frangetur scopulis aduersorum, nec absorbebitur voragine voluptatum, sed prosperè veniet ad quietis æternæ portum.

Mariae virginitas.

79. **CANT. 2.** *Ego flos campi.* **BERNARD.** *de aduentu Christi*. Christus flos campi, & non horti. Campus enim sine omni humano flore administrato, nõ seminatus ab aliquo, nõ defossus sarculo, non impinguatus limo. Sic omnino Virginis alius floruit: sic inuolata, integra, & casta Mariae viscera tanquam

pasca æterni nitoris floruerunt, vt cuius pulchritudo non vidit corruptionem, flos in perpetuum non marcescat. **GVERRICVS** *Sermon. 1. de Annuntiatione Mariae*. Sicut Salomon, in omnibus thesauris suis & opibus tantis, nihil habuit tam pretiosum, quod in opus illud magnificentum, thronum scilicet gloriæ suæ, iudicaret ebori præferendum: sic Maria pra omnibus electis angelorum & hominum, inuenit gratiam apud Deum, vt videlicet Dei conciperet & pareret sibi, atque ex ebor corpore eius thronum sibi virtus Altissimi sine manibus excideret gloriosum.

Mariae obedientia.

80. **LVCA. 1.** *Eccc ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.* **IRENEVS** *lib. 5. aduersus haereses*. Quemadmodum illa, scilicet Eua virgo, per angelicum sermonem seducta est vt effugeret Deum, prauaricata Verbum eius: ita & hæc, scilicet Maria virgo per angelicum sermonem euangelizata est, vt pareret Deum, obediens eius verbo, & sicut illa seducta est, vt effugeret Deum: sic hæc sua est obedire Deo, vt virginis Eua, virgo Maria fieret aduocata, & quemadmodum astrictum est morti genus humanum per Virginem, soluitur per Virginem, aqua lance disposita virginalis inobedientia per virginalem obedientiam.

Maria, Aurora diei sempiterni.

81. **CANT. 6.** *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens?* **RVPERT.** *lib. 6. Comment. in Cant.* Quando nata es ð Virgo beata, tunc vera nobis aurora surrexit, aurora praenuncia diei sempiterni. Quia sicut aurora quotidiana finis praeteritæ noctis est, & initium diei sequentis: sic natiuitas tua, natiuitas ex femine Abraham, clata ex stirpe David, ad quos facta est repromissio benedictionis, finis dolorum, & consolationis fuit initium, finis tristitiæ, & lætitiæ extitit nobis principium.

Maria, maris stella.

82. **IOANNES MARIA** *de Incarnat. cap. 3.* Illa stella I maris quæ vulgo *iramontana* dicitur, in multis assimilatur Virgini. Primò, quantum ad substantiam, quia illa stella caelestis est de incorruptibili materia. Sic virgo Maria caelestis fuit conuersione, & incorrupta mente, & corpore. Secundò, quantum ad qualitatē, stella illa est superior, quia in supremo polo, clarior aliis, & vtilior, quia ducit nauigantes ad portum. Sic B. Virgo est superior omnibus sanctis, & Angelis, Deo propinquior, clarior sanctitate, & virginitate semper rutilans. Tertio, quantum ad quantitatem, stella maris est minima in apparentia nobis, sed maxima in seipsa. Sic B. Virgo maxima in quantitate, & minima in sui mente, propter humilitatem. Quarto, quantum ad statum, quia status illius stellæ est quasi sine motu, quia est vicina polo. Et nunquam tendit ad occasum sicut alia stellæ: sic B. Virgo est sine motu peccati venialis, aut mortalis, aut originalis. Quintò, quantum ad effectum, quia stella illa nautas dirigit ad portum: sic Maria peccatores ad caelum.

De plenitudine gratiae Mariae.

83. **LVCA. 1.** *Anc gratia plena.* Idem *ibid.* Diuersimodè dicitur hæc plenitudo gratiae. Solem enim dicere aliquam domum plenam esse diuitiis, tum primò, quia diuitia non desunt, tum secundò, quia superabundant, tum tertio, quia plures diuitias capere non potest. Sic Stephanus erat plenus gratia, quia illa non desuit ei villo tempore. Sed virgo Maria fuit

plena gratia, quia illa superabundauit. Christus autem, quia maiorem capere non poterat.

Maria dispensatrix omnium donorum.

84. **GENES. 24.** *Prolati vasis argenteis, & aureis, & vestibus, dedit ea Rebecca pro munere: fratribus quoque eius, ac matri dona obtulit.* Non obtulit quidquam Eliezer fratribus Rebecca; ex omnibus bonis domini sui quæ secum portabat, quoadusque consensum allumens sponsalem, audiuit: *En Rebecca coram te est, tolle eam, & sit vxor domini tui, sicut locutus est dominus.* Tunc Domino gratis pro exauditione actis, Rebecca non solum ditissima dona, & vestes preciosissimas dedit, verum ipsa quoque vasa aurea, & argentea quibus asseruabantur. Et angelus Gabriel missus à Deo ad beatissimam Virginem, nuntius sponsalium inter Deum, & naturam humanam, audito consensu Virginis, dicens: *Eccc ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*, cum non esset capax tantorum donorum quæ & Virgini, & vniuersæ humanæ naturæ donanda erant, ad auctorem omnium primum Virginem iam plenam gratia remittens, ait, *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Deinde interius eam illuminat, & docet ex consensu in Matrem Dei per eam exhibitio processisse ex dono speciali Dei, esse etiam dispensatricem omnium diuinorum donorum quæ in humanam naturam conferenda deinceps erant. Hinc factum est quod angelus audito consensu Virginis, officio sibi commisso functus, discessit ab ea, vt Euangelica narrat historia. Non dona distribuens, vt Eliezer: hoc enim Virginis Dei matris munus erat; sed consensum, & responsum Virginis relaturus, non Deo (qui prius nouerat Virginis mentem quam ventrem,) sed vniuersis angelorum ordinibus, vt inducto iam Dei Filio in orbem terrarum, facto homine, velociter Deo iubente venirent, & adorarent eum in Templo sancto suo, virginalique thalamo. Hinc etiam fuit quod sacrosancta Virgo, vt munus sibi commissi initium faceret, statim surgens abiit in montana cum festinatione, & salutauit Elisabeth, & vt audita est vox salutationis eius, & Ioannes in vtero, & parentes eius, ambo repleti sunt Spiritu sancto. Ecco quomodo dispensatrix incipit munus implere. Idem prosequitur munus in praesepio Bethleemico, & pastoribus, & Magis regibus, resalutatis: nam cum eius & Dei omnipotentis simul Filius infans esset, recensque natus, mater, nomine & loco filij, salutantes resalutabat, & ad vocem salutationis eius, mirum dictu quæ & quanta Dominus dona vtrisque spiritalia distribuit. In his initiis munus dispensatricis omnium bonorum quæ in Ecclesia fidelibus communicantur, in Virgine consecratur, adeo vt dicat **BERNARD.** *Sinum misericordiae suæ Maria omnibus aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi. Ad eam igitur tanquam ad Dei matrem, & omnium etiam nostrorum, & piissimam matrem, & benefactricem omnes recurramus.* Sic Laban cum esset rusticus, & agrestis, cum vidisset in aures & armillas in manibus sororis suæ, festinus egressus venit ad virum qui stabat prope fontem aquæ; quare nos qui deuotioni virginis Mariae dediti sumus, videntes non solum in manibus eius omnes thesauros diuinorum, sed etiam in manibus fratrum nostrorum quæ per eam quotidie vniuersis comunicantur, negligentes erimus, & in inopia nostra remanebimus? Scientes Virginem & diuitem esse in misericordia, & pro nobis stantem prope fontem aquæ vitæ, & vitæ æternæ, qui est eius Filius Iesus Christus, benedictus in secula.

Fides, & modestia virginis Mariae imitanda. Vide, Fides, num. 31.

MARTYRIUM.

Apostoli martyres. Vide, Apostoli, num. 13. & 34.

Martyrium peccata tollit 1. 2.

Martyrium præstantius baptismo in duobus. 3.

Martyres in totum operiuntur sanguine Christi. 4. 14.

Martyres cum occiduntur, vincunt. 5.

Martyrum fides, & fortitudo. 6. 7. 9. 10. 15.

Martyres Dei filij sunt. 8.

Martyres cur alios liberat Deus, cur alios permittit cruciari? 11.

Martyres Christi fuerunt Machabæi. 12.

Martyrium est mortificatio. 13.

Martyrium laudes. 8. 16. 19. 21.

Martyrium intercessio. 17.

Per martyrium fides multiplicatur. 18.

In martyre mors utilior quam vita. 20.

Martyr diaboli est hypocrita. Vide, Hypocrisis, num. 7. & 9.

Paupertas volūtaria martyrii. Vide, Paupertas, n. 17.

Martyrium peccatum tollit.

ENES. 2. In quacumque die comederis ex eo, morte morieris. CHRYSOST. Hom. 5. ad populum. Duo hæc nobis peperit peccatum, tristitiam, & mortem, iuxta illud: Quacumque die, &c. morte morieris. Et illud, in dolore paries, &c. Per hæc vtraque peccatum sustulit, & à filiis mortem deleri curavit. Peccavit quis, tristatus est, peccatum deleuit, dissoluit debitum. Similiter si offerat quis mortem propter Christum in martyrio. iuxta illud: Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c. Sicut vermis ex ligno nascitur, & illud rodit, & comedit, suam ab ipso originem habens, sic & tristitia, & mors de peccato nata sunt, & peccatum absumunt. Vide, Adversus, num. 9. ex Augustino.

Idem.

IBID. D. THOM. 2. 2. q. 164. ar. 1. ad ultimum ex Augustini doctrina. Quemadmodum iniusti malè vtuntur, non tantùm malis, sed etiam bonis: ita iusti bene vtuntur, non tantùm bonis sed etiam malis. Iniusti malè lege vtuntur quamuis bona sit: iusti autem bene morte vtuntur, vt patet in martyribus, quamuis mors sit malum. Vnde mors quæ in peccatum data fuit homini, meritoria ei fit.

Martyrium præstantius baptismo aquæ in duobus.

ORIGEN. Hom. 7. super librum Iudicum. In duobus præstantior est baptismus sanguinis (hoc est, martyrium) baptismo aquæ. Istum enim, id est aquæ, acceptum, valde paucissimi immaculatè vsque ad exitum vitæ custodiunt, illo verò, id est, sanguinis, qui baptizatus est, vltra peccare non potest. Secundo per baptismum aquæ peccata præterita purgantur. Per sanguinis verò etiam futura perimuntur, & veniens princeps huius mundi ad talem animam, non inuenit quidquam, imò sanguinis profusione sopitur, nec audet in aliquo criminari animam, morte sua clarificatam, sanguine lotam.

Martyres in totum operiuntur sanguine Christi.

FXOD. 24. Tulitque Moyses sanguinem, & aspersit populum, reliquam vero partem fudit super altare. BRYNO. Qui sanguine respargitur, in aliqua parte intingitur, in aliqua non; qui verò sanguine operitur, totus intingitur. Martyres sunt altare, qui toti operiti sunt sanguine Christi. Vnde: [Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolam suam in sanguine agni.] Nos verò etiam operiri non pos-

sumus, saltem respargi debemus sanguine Christi, vel agni, vt nos excitemur in ieiuniis, in vigiliis, & in aliis bonis operibus.

Martyres cum occiduntur, vincunt.

REVM 6. Et fecit in eis Cherubim & palmas. RVPERT. Cherubim, id est, scientiam Dei, fideliter suscipientibus, & pro illa certantibus, victoriæ de celo promittuntur. TERTVL. cap. 49. Apologia aduersus gentes. Vincimus cum occidimur. Hic est habitus victoriæ nostræ, sed palmata vestis, tali curru triumphamus. Vnde de Ecclesia propter martyres dicitur: [Statura tua assimilata est palmæ.] Cant. 7. Totum igitur Ecclesiæ sculptum est palmis. Quia tot victoriis est refertum, quot sunt persecutiones quas à fidei hostibus tolerat: & propterea Cherubim simul cum palmis iunguntur, vt indicetur huiusmodi palmas tunc præcipue obtineri, cum propter doctrinam Euangelicam quæ per Cherubim exprimitur, & defensionem eius, iustum in capitis discrimen adducuntur.

Martyrum fortitudo.

PARAL. 12. Viri robustissimi, & pugnatore optimi, tenentes clypeum, & hastam, facies eorum quasi facies leonis, & veloces quasi caprea in montibus. GLOSSA ORD. Per istos significantur illi qui sunt in exercitu Christi armati clypeo patientiæ, ad sustinendum tribulationes, & hasta conitantiæ ad arguendum tyrannos potentes. Ideo subditur: Facies eorum quasi facies leonum. iuxta illud, Proverb. 28. [Iustus quasi leo confidens absque terrore erit, & veloces quasi capreae in montibus,] id est, fortissimi ad exequendum mandata Christi. Vide, Apostoli, num. 15. & 31.

Martyrum fides, & fortitudo.

MACHAB. 6. At ille, scilicet Eleazarus, gloriosissimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntariè ibat ad supplicium. Inueniens autem quemadmodum oporteret accedere, patienter sustinens, destitit non admittere illicia propter vitam auctorem, &c. Nam si in presenti tempore supplicii hominum eripiar, sed manum omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiam, &c. sed cum plagis perimeretur. (AMBROS. ait, eum fuisse distentum, suspensumque, ita vt ipsius extensores fatigaretur.) Ingenuit, & dixit: Domine qui habes sanctam scientiam, manifestè tu scis quia cum à morte passim liberari, duos corporis sustineo dolores: secundam animam verò propter timorem tuum libenter hac pavor. CYPRIAN. lib. de Exhortatione martyrii. Synecra procius fides, & virtus integra, ac satis pura non regem Antiochum cogitasse, sed Deum iudicem, & scisse proficere sibi ad salutem non posse si hominem derideret, ac falleret, quando Deus qui conscientiam nostram iudex est & solus timendus est, nec derideri posset. Si igitur & nos dicati Deo, ac deuoti viuimus, si supra ipsa iustorum antiqua & sancta vestigia iter facimus, per eadem documenta pœnarum, per eadem passionum martyria pergamus, hoc amplio rem gloriam computantes temporis nostri, quòd cum vetera exempla numerentur, exuberante postmodum virtutis ac fidei copia, numerari non possunt martyres Christiani.

Martyres Dei filij.

IDEM CYPRIAN. Ibid. De martyrio septem fratrum Machabæorum, ac matris eorum. Septem fratres, natalium pariter, & virtutum sorte consimiles; nec vacat quòd in passionibus sola cum liberis mater est. Martyres enim qui se Dei filios in passione testantur, iam non nisi Deo patre censentur: sicut in Euangelio docet, dicens: [Nec vocaueritis patrem super terram: Vnus est enim Pater vester qui in caelis est.] Quæ verò ediderunt confessionum præco-

praeconia, quàm præclara, quàm magna fidei incrementa præbuerunt? Rex Antiochus infestus, imò in Antiocho Antichristus expressus, ora martyrum gloriola & spiritu confessionis inuicta, suilla carnis esu maculare quærebat.

Martyrum fortitudo.

IBID. THEOPHILVS ALEXANDRINVS Epistola 3. paschali. Fortiores pœnis, ardentiores quibus comburebantur, ignibus. Victa sunt in eis omnia crudelitatis ingenia, & quod ira persecutoris inuenierat, patientium fortitudo superauit. Inter pœnas magis paternæ legis quàm doloris memores lassabantur tortores, & non lassabatur fides. CHRYSOST. hom. in nativitate 7. Machabæorum. Christus non iuuenes exercitatos ad certamina athletas, sed primæuos adolescentes, & cum eis senem Eleazarum, & mulierem anam, matrem ipsorum septem adolescentium, vult considerari. Non est sensibilibus hæc pugna, nec sensibile certamen. Noli ergo istos athletas extrinsecus considerare, sed ingredi te sensu rationabili ad interiorem eorum habitudinem. Conspecte fidei eorum fortitudinem, vt intelligas quoniam qui contra dæmones pugnat, non robore corporali, nec valida compage membrorum indiget, nec de ætate iuuenili fiduciam sumit, sed & tener adhuc adolescentulus in flore primæuo agit, & si senex, animam fortem habet. & infra. Exemplum eorum imitami, & quantam illi patientiam in periculis corporalibus exhibuerunt, tantam nos in passionibus irrationabilibus continentiam demonstremus, &c. Vide, Mortificatio.

Idem.

IBID. AMBROS. lib. 1. Officiorum cap. 41. Stetit inuicta septem puerorum cohors regis cincta legionibus. Defecerunt supplicia, cesserunt tortores, non defecerunt martyres, & lib. 11. epistola 7. Alij super flammam canebant, alij cum exurerentur, non rogabant vt parceretur, sed inuehebant, vt amplius persecutor inflammaretur. & lib. de Iacob, & vita beata, cap. 11. Post Eleazarum, statuti sunt pueri septem cum matre. Insultare licet tyranno, qui cum callidè à se incipiendum putat, magistrum eligit quo discipulos faceret fortiores, qui non degeneres tanto ducti, respondent: Quid contemnis, vel circumscrisis vt pueros? Sed fides cana est, sed valida disciplina, experire certa, subice quibus placet pœnis, non inueniens corda puerilia; quem vicit senectus, superabit æmula senectutis pueritia, sequimur patrem filij, discipuli doctorem.

Martyres quare alios liberat Deus, alios permittit cruciari.

IBID. AVGVST. in primam epistolam Ioan. Tractatu 8. Nunquid serui Dei erant tres viri, & non erant serui Dei Machabæi? Agnoui ignis seruos Dei tres viros, quos non vltit, quorum nec vestimenta corrupta, & non agnoui Machabæos? Abiit. Agnoui & Machabæos. Sed opus erat quodam flagello, permittente Deo, qui dixit in Scriptura: [Flagellat omnem filium quem recipit.] & in psal. 148. Illos aperte liberauit, istos occultè coronauit. Nouit Deus quid agat, tu time, & esto bonus. & in psal. 90. Ideo putas te deferi, quia non quando vis, eripit? Qui eripuit tres pueros de igne, non deseruit Machabæos, & illos eripuit, & istos: illos corporaliter, vt infideles confunderentur: istos spiritualiter, vt fideles imitarentur.

Martyres Christi fuerunt Machabæi.

AVGVST. Paris in locis. Nondam quidem erat mortuus Christus, sed eos martyres fecit moriturus Christus. Ne putetis non fuisse Christianos.

Christiani fuerunt, & martyres Christi factis antecesserunt. Non confitebantur Machabæi aperte Christum, quia adhuc velabatur Christi mysterium. Testamentum enim vetus, velatio est noni Testamenti; & nouum Testamentum reuelatio, est veteris Testamenti. Mortui sunt Martyres pro Christo in Euangelio reuelato. Mortui sunt Machabæi pro Christi nomine, in lege velato: Christus habet vtrosque, Christus pugnantès adiuuat vtrosque, Christus coronauit vtrosque. Similis Christus est Domino cuidam qui comitatur à multis famulis; alijs præcedentibus, alijs subsequenteribus, ipsum iutare in carnis vehiculo præcedentem, & qui præcedunt illi obsequuntur, & qui sequuntur illi deuoti sunt. Machabæi ergo martyres Christi sunt, & ideo non incongruè, nec importunè, imò conuenientissimè dies eorum, & solemnitas eorum à Christianis potius celebrantur. BERNARD. epistola 98. disputat. Cur inter omnes martyres veteris Testamenti, de solis Machabæis festum agat sancta mater Ecclesia Christiana? & respondet: Soli ex veteribus Machabæi, quia non solum causam, sed & formam noui martyrii tenuerunt, iure fortasse in Ecclesia cum nouis Ecclesiæ martyribus eandem conuerterat celebratæ gloriam assecuti sunt. Instar quippe martyrum nostrorum libere & ipsi diis alienis, patriamque deserere lege, imò mandata Dei transgredi cogebantur, renuebant, & non moriebantur.

Martyrium quoddam est mortificatio.

ADGAL. 5. Quæ sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis, & concupiscentiis. Hoc est: Ipsi sibi sunt tyranni, tortores, & persecutores, cum defecerint tyranni ipsi. AVGVST. Serm. 8. de verbis Domini in monte. Hæc est hominis consummata perfectio, si se non sinat tribulationibus abstrahi, sed quantæcumque illæ sint, constans in Deo permaneat. & infra. Pœna non facit martyrem, sed causa. THEOPHYLACT. in Machabæi 5. Fures autem, & homicidæ, tamen etiam ipsi persecutiones patiuntur, non sunt tamen beati: quid aliud negotium patitur Christianus, nisi suæ sectæ? Pro tanta innocentia, pro tanta probitate, pro tanta iustitia, pro pudicitia, pro fide, pro veritate, pro Deo vero cremamur. AVGVST. Serm. 4. de martyribus. Non martyrium sola effusio sanguinis consummat, nec sola dat palmam exultio illa flammarum: peruenitur non solum occasu, sed etiam contemptu carnis, ad coronam. Absque iniuria sanctorum in persecutionibus defunctorum, dicere liceat, carnem afflixisse, libidinem superasse, avaritiæ restitisse, de mundo triumphasse, pars magna martyrii est. Omnium quippe bonorum fidelium Christianorum, maximè autem gloriosorum martyrum vox est. [Si Deus pro nobis, quis contra nos?] Fremebat mundus aduersus eos, populi meditabantur inania, principes conueniebant in vnum, excogitabant nouos cruciatus, & pœnas incredibiles inueniebant ingeniosa crudelitas, obruebantur operariis falsis, arguebantur criminibus, custodiis intolerabilibus includebantur, vngulis arcebantur: ferro premebantur, & dicebant: [Si Deus pro nobis quis contra nos?] Si tormenta quæ sancti martyres pertulerunt, sufferre non possumus, vel contra malas concupiscentias ipsis intercedentibus repugnemus.

Qualiter martyrum stola dealbantur in sanguine.

APOC. 7. Lauert stolas suas, & dealbantur eas in sanguine agni. BERNARD. Candidas procius in sanguine. Quia exiuit cum eo, & in eo aqua dealbans. Aut certe candidas in sanguine agni nouelli, sanguine inquam lacteo candido & rubicundo, sicut ait sponsa in Canticis canticorum. [Dilectus meus candidus, & rubicundus.] Inde est etiam

quod in stola candida & fulgureo vultu testis quoque resurrectionis apparet.

Martyres in tormentis gloriantur.

15. **R**OMAN. 5. *Non solum autem, sed & gloriantur in tribulationibus.* CHRYSOST. *super ista verba.* Obsecro ne hæc verba neglectim prætereamus. Cōtemplare virtutem Pauli, & philosophicam mentem. Ex illis enim quæ videbantur contristare, & turbare, & terrere auditorē, ex his ipsis, plechit cōsolationis atque gloriationis coronas. Non dicit, sola quæ facta sunt, quæve futura, sed & illa quæ videtur hominibus molesta. Videlicet, tribunalia, carceres, mortes, minas, fames, tormēta, sartagine, fornices, direptiones, bella, oppugnationes, pugnas, seditiones, contētionēs, & hæc collocat in ordine donōrum. Vidisti animam fortem, & mentem sublimem, & spiritum subverti nescium? Qui non tam coronis sibi placeat, quam certaminibus delectetur, non tã præmiis gaudeat, quàm in luctibus delictetur, non tam retributionibus lætetur, quàm ipsum pancratiū ostendit. *Es infra.* Ne mihi commemorēs regnum cœlorū, nec coronas illas immarcescibiles, nec præmia, sed hæc ipsa quæ præsto sunt, quæ afflictionem habent, quæ ærumnas, & labores multos, hæc in medium affer, & poteris ostendere quod ob hæc magis fit gloriandum.

Martyrum laudes.

16. **C**HRYSOST. *serm. in Iuveninum & Maximum martyres.* Illos scilicet martyres non indignum fuerit & columnas, & scopulos, & turres, & candelabra, & tauros simul appellare. Nam Ecclesiam sicut columnæ sustinent, sicut turres muniunt, & sicut scopuli omnes vndarum assultus repulerunt, multã interrim ipsi seruantes tranquillitatem. Sicut luminaria tenebras impietatis discusserunt, & sicut tauri, anima prōpitudineque eadem suaue Christi iugum traxere.

Martyrum intercessio.

17. **I**DEM. *ibid.* Sicut milites vulnera quæ in præliis sibi inflicta, regi monstrantes, fidenter loquuntur: ita & illi manibus absecta capita gestantes, & in medium afferentes, quæcumque voluerint, apud regem cœlorum impetrare possunt.

Per martyrium fides multiplicatur.

18. **T**HEODORET. *serm. 9. de Gracarum affectionum curatione.* Martyrum interfectores similes sunt his qui flammam quidem extinguere petunt, oleum pro aqua instillantes, ardentiorē illam efficiunt, & sicut igni rubus ardebat, & non consumebatur. Quin potius sicut lignatoribus syluam cædentibus, multo plures pullulant propages à radicibus, quàm sint rami qui inciduntur: Ita tunc quoque piis compluribus interfectis, multo plures quotidie ad doctrinam euangelicam accedebant.

Martyrij laudes.

19. **C**YPRIANVS *de laude martyrij.* Sanguini nostro parat cœlum; sanguini gehennæ, cœli tabernaculum, & inferus; omni gloria pulchrior sanguinis titulus; & integrior corona signatus: sic quoties de hoste triumphans spoliis onustus miles ingreditur, numeribus suis gaudens: sic quoties tempestatibus diu nauta fatigatus, litora tuta contigerit, felicitatem suam depresso periculo ducit. *Es infra.* Cùm sit sublime, excelsūque martyrium, nunc magis est necessarium quo mundus ipse subuertitur, partimque orbe concusso natura deficiens, vltimi exitus monumenta testantur.

In martyre mors utilior quàm vita.

20. **I**DEM. *ibid.* Mors integriorem facit, mors magis deducit ad gloriam; sic quotiescumque latenter

stipulis, distenta imbribus frumenta turgescunt, fecundæ messes coguntur æstate. Sic quoties ferro vitis abscinditur, erumpentibus pampinis melius vna vestitur: nam in augmentum proventuri temporis quidquid iniuria sua proficit: flammæ quippe plerumque agris iubet immittere, quod calore vagantis incendij cæca terræ spiramenta laxet, iubet stipulas crepitanti igne torrere, vt se altius grauidæ seges tolleret: parurientibus culmis densior arista floreret: Igitur talis & martyrij primò casus, postmodum factus est, qui morte vitam conderinat, vt morte vitam custodiat.

Martyres semper florent, & numquam decidunt.

21. **C**HRYSOST. *in Iuveninum & Maximum martyrum.* Temporis accessione opes, quæ ad corpus spectant, facile intereunt, vestimenta absumuntur, domus destruntur, & aurum rubigine consumitur, & in summa, omnis substantiæ natura tempore tandem aboletur, & intercidit. At non sic se res habet in spiritualibus thesauris, de martyribus, inquam, qui semper in eodem manent vigore, semper in eodem iuuentutis flore sunt, semper suæ gloriæ fulgorem emittunt, & radios.

MATRIMONIUM.

Pro castitate coniugali, vide, Castitas, num. 9. 11.

Matrimonium sanctum. 1. 28. 38. 39.

Vxor data in adiutorium, & solatium. 2.

Vxor diligenda, item vir. 3. 4. 13. 18. 20. 22.

Matrimonium indissolubile. 5. 9.

Vir cum uxorem duxit, mollescit. 6.

Vxorem ducens, claudit oculos. 7.

Vxor domus curam habere debet. 8. 42. Vbi consilium angeli.

Propter uxorem nō semper parentes relinquendi. 10.

Cur plus diligatur vxor quàm parentes. 9. 11.

Quid sit esse in carne vna. 12.

De pluralitate vxorum. 13. 30. 31.

Matrimonium non impedit ad virtutem. 14. 33. 36.

Matrimonij finis attendendus. 15. 32. 41.

Ab vsu coniugij abstinenti aliquando. 16. 34. 35. 37. 40.

Virtus precipue ad matrimonium attendenda. 17. 18. 25. 27.

Seruanda continentia coniugalis. 19.

Vxoris verecundia, & obedientia. 20. 21. 26.

Matrimonium inter fratres. 23. & inter infideles. 24.

Abusus in nuptiis reprehenditur. 27.

Ante matrimonium, & post illud, orandum. 29.

Vxores, & filij quoadque ad tempus relinquendi. 34. 35.

De libello repudij. 39.

Vsus matrimonij quando illicitus. 41.

Beatiora matrimonia in quibus seruatur castitas. 40.

Matrimonia olim fiebant per emptionem. 43.

Vxor, seu sponsa quid seruare debet. 42.

Cum uxore habenda pax. 44.

Matrimonium, remediū contra incontinentiam. 45.

Matrimonij, & celibatus grata fuerunt Christo. 47.

Matrimonia sanctorum patrum non libidinosa. 46.

Qualis vxor diligenda. 48.

Matrimonij laudabile, sed virginitas laudabilior. 49.

Amorem inter coniuges vixere docent. 50.

Vxorum affectus ne sequantur viri. 51.

Vxores viri subditæ sint. 52.

Concordia inter coniuges. 53.

Matrimonium

Matrimonium sanctum.

21. **G**ENES. 1. *Benedixitque eis, & ait, crescite & multiplicamini, & replere terram, &c.* AVGVST. Necessarium fuit hoc in homine repetere, ne quikquam diceret in officio gignendi filios vllum inesse peccatum, sicut est in libidine, siue fornicandi, siue ipso coniugio immoderatiù abutendi. LIPOMAN. Est ergo crescere, & multiplicare, benedictio Dei non maledictio. Deo placet, ideo turpis non iudicanda. Est ergo matrimonium sanctum, attamen castissima virginitas præferenda est, gratia præsertim tempore. AVGVST. Nos nullo modo dubitamus, secundum benedictionem Dei crescere, & multiplicari, & implere terram, donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit, vt cognosceretur, procreationem filiorum, ad gloriam connubij, non ad pœnam pertinere peccati. IVNLIVS. Si benedictione Dei crescit, & multiplicatur genus humanum, quanta sunt maledictione digni qui prohibent nubere? Non ergo damndæ sunt nuptiæ, quas gratia benedictionis Dei instituit. INTERL. *Replete terram, hominibus scilicet.* Nuptiæ enim terram replent, virginitas cœlum.

Vxor data viro in adiutorium, & solatium.

22. **G**ENES. 2. *Non est bonum hominem esse solum; Propter generationem successionei humanæ debuit mulier adici viro.* Hoc ipsa verba declarant. LIPOMAN. Ex Hebræo & Chaldæo colligitur iste sensus: Faciamus ei adiutorium de regione illi vel correspondens illi, vel quasi eum, vel quasi coram eo, vel quasi ante eum. Quod sic exponunt docti Hebræi: Faciamus ei adiutorium quod stet coram eo, vel quod sit semper in conspectu eius ad obsequendum, & auxiliandum viro: non contra eum, id est, disceptatricem, & ad molestiam irrogandam marito, vel ad seducendum, & contrariandum ei, vt quidam Iudæorum insipientes exponere non verentur. *Non est igitur bonum, hominem esse solum:* id est, sine vxore, quæ est viri bonum auxilium, gaudium, donum, benedictio, & corona. Hæc enim omnia prædicantur in scriptura, de muliere bona.

Vxor diligenda.

23. **I**DEM. *Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cūque obdormisset, &c. & edificauit, &c. in mulierem.* CHRYSOST. Ea propter immisit excessum in Adam optimus artifex, vnam de costis illius ablaturus, vt ne sentiendo dolorem, mulieri ex se formate, postea doloris memor infensus fieret. Vide, *Amor proximi, num. 4. ex AMBR. AVGVST. & D. THOMA.*

Idem.

24. **I**DEM. **T**HEODORET. Idecirco Deus ex latere Adam feminam finxit, vt duas personas inter se coniungeret, & amore conciliaret, & naturali quadam amicitia inter sese copularentur. quod si hæc ratione fieri non potest quin mulier aliquando in virum, & vir in mulierem inimicitias, atque odia, rixas & contentiones exerceat, nisi hæc concordie vincula intercessissent, obsecro te, quidnam futurum erat? AVGVST. 12. *de ciuit. cap. 26.* Quod femina ex latere viri facta est, significatum est quàm chara mariti & vxoris debeat esse coniunctio. GENNADIVS. Si costam ex anteriori parte eduxisset, quasi viro aduersariam mulierem effinxisset: si verd ex posteriori parte exemisset, nimio plus mulier vilis extinxisset: illam autem ex latere viri formauit, vt quiddam aequalis

honoris, vna tamen cum subiectione præ se ferat. HVGODES. VICTOR E. Neque ex capite, neque de pedibus viri sumptum est id vnde fieret mulier: ne autem domina, si de capite, aut ancilla, si de pedibus putaretur; ideo de medio, id est, costa, sumi deicit vt focia intelligeretur.

Matrimonium indissolubile.

25. **I**DEM. **R**VPERT. Ex costa viri, mulierem edificauit Deus, vt firmam & insolubilem debere esse ostenderet vnici coniugij charitatem. Vnde *Matt. 19. & Marci 10.* de matrimonij perpetuitate multa discerit Christus, & ostendit non esse licitum relinquere vxorem. [Quicumque, inquit, dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit.] &c. Nunquid absque iniuria factoris sui vir costam suam abicere poterit? Si cæcus, si claudus, si vel paruo vel grandi naso, si fracto pede vel manu, si gibbus vel lippus, &c. accedere non poterat ad ministerium Domini secundum legem: quanto magis qui costam integram corpori suo violenter exemit vel abiicit, ab altari, & communionē totius Ecclesiæ merito debet arceri? Excepta fornicationis causa quam concedit idem Deus. Similiter, si mulier quæ costa est, & membrum principale viri sui, relinquit illum, apud Deum in numero non erit, quia non corpus integrum, sed pars esse conuincitur ex lege conditionis, quia de viro sumpta est.

Vir cum uxorem ducit, mollescit.

26. **I**DEM. *Et repleuit carnem pro ea.* LIPOMAN. Quando abstulit Deus costam ab Adam, subintelligit etiam cum carne abstulisse. Nam ita factum ostendit idem ipse, à quo ablata; paulo inferius dicens: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Magnum quoddam & mirum nescio quid indicare voluit omnipotens, nempe ex coniunctione mulieris cum viro, in matrimonio, non parum soliditatis, constantiæ, & fortitudinis virum amittere, quasi costam ossa crepta, pro qua carnis mollitiam inducit: siquæ quodammodo fragiliorem, atque infirmis feminis inconstantiorē. Vnde sapientes patres cum inobedientes atque indisciplinatos filios habent, optimè eis consulunt, si maritali illos vinculo copulauerint. Nullus enim adeo efferus atque efranis animus quem breui feminea cohabitatio non deiciat, atque emolliat, vt vsu quotidie videre licet.

Qui uxorem ducit quasi claudit, & declinat oculos à Deo tantisper.

27. **I**DEM. *Immisit Deus soporem in Adam, &c.* AMBROS. Vt Adam acciperet vxorem, prius obdormiuit. Quia paulisper ad coniugium copulandum cum intendimus animum, veluti intentos oculos ad Dei regnum, inclinare, atque inflectere videmur ad quendam somnum istius mundi, & paulisper obdormire diuinis, dum in secularibus mundanisque requiescimus. *Hæc ille.* Non tamen damnat hic coniugium.

Vxor domus curam habet.

28. **I**DEM. *Et edificauit Dominus Deus costam quam auulerat de Adam, in mulierem.* AMBROS. Bene edificauit, dixit, mulierem ex costa: Quia in viro & muliere, domus videtur quædam plena esse perfectio. Quia qui sine vxore est, quasi sine domo est. Sicut enim vir publicis officiis, ita mulier domesticis ministerijs habilior æstimatur.

Matrimonium indissolubile.

29. **G**ENES. 2. *Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit vxori suæ, & erunt duo in*

Tt 3 carne

carne una. CHRYSOST. Spiritus sancti dono afflatus Adam, & accepta prophetiae gratia, hæc loquitur: Nam somno correptus, nihil istorum senserat. AUGUST. Hæc verba Adæ Christus Dominus, *Matth. 19.* ipsi Deo attribuit, dicens: [Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculinum, & feminam fecit eos, & dixit: propter hoc dimittet homo patrem,] &c. ut hinc intelligeremus, propter eccliam quæ præcesserat in Adam, hoc eum diuinitus tanquam prophetam dixisse. D. THOM. ait, quod & Adam ut à Deo inspiratus hæc dixit, & ipse Deus ut Adam spirans, & docens. Vnde *Matth. 10.* [Non estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.] R. V. P. R. T. Hoc pro lege habetur ut homo patrem & matrem relinquat postea causa idonea, vxorem autem nemini licet relinquere, nisi pro sola fornicationis causa. Vnde cum dicit *Lex, Deut. 33.* [Qui dixit patri suo, & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum suum seruauerunt.] Notandum quod solam vxorem præterit. Sola enim vxor est, quam nisi volentein, & idem propositum amplectentem, dimitti propter Dominum fas non est.

Propter vxorem non semper parentes relinquendi.

10. **I**D. *Relinquet* (ait HUGO DE S. VICTORE.) Ad est, nunquam carnaliter adharebit, non autem relinquet habitatione, aut omnino dilectione, sed privilegio dilectionis quod ad vxorem transferre debet. D. THOM. 2. 2. *quest. 26. ar. 11. ad primam.* Non quantum ad omnia relinquitur pater & mater propter vxorem. In quibusdam enim magis debet homo assistere parentibus quam vxori.

Cur plus diligitur vxor quam parentes.

11. **I**D. D. THOM. *super epistolam ad Ephes. cap. 5. lect. 10.* Triplex coniunctio viri ad vxorem in his verbis designatur: Prima per affectum dilectionis, dum dicit: [Quamobrem relinquet homo patrem,] &c. quia tantus affectus vtriusque, ut patres relinquat, & *Esdræ 4.* [Diligit homo vxorem suam magis quam patrem, & multi dementes facti sunt propter vxores suas.] Hoc autem rationale est, quia omnibus agentibus superioribus inest appetitus ut propinquent & communicent inferioribus. homo autem respectu patris & matris est inferior non superior, respectu autem vxoris, est superior; ideo ad vxorem & ad filios naturaliter plus afficitur, quam ad parentes. Secunda coniunctio per conuersationem. Vnde dicit: [Adharebit vxori suæ.] *Ecl. 2. 5.* In tribus bene placitum est spiritui meo, &c. [Vir & mulier bene sibi consentientes.] Tertia est per carnalem coniunctionem. *Ibid.* Et erunt duo in carne una, id est, in carnali opere. Vnde plus afficitur ad vxorem vir, quia vxor sibi coniungitur ad actum generationis.

Quid sit esse in carne una.

12. **I**D. HUGO DE S. VICTORE. Tanta erit dilectio inter virum, & mulierem, quod vtriusque spiritus nullam habeat differentiam inter carnem à se viuificatam, & inter carnem alterius dilectam, & si possent, in vna eademque carne habitare, & quia in re non possunt facere hanc vnitatem, quod possunt faciant, vnitatem scilicet dilectionis, & sic erunt duo in carne vna per dilectionem; vel in carne vna, id est, in generatione vnius carnis, id est, proles, cooperabuntur LIPOMAN. *Erunt duo in carne vna*, id est, vterque habeat potestatem corporis alterius, iuxta Apostolum 1. *Cor. 7.* [Mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir: Similiter, & vir non habet po-

testatem corporis sui, sed mulier. *Hæc ille. Vel in carne vna*, id est, in Christo. Vnde VATABL. *verit in carnem vnã.* & OLEASTER, *ad carnem vnã.* Ac si dicatur iunguntur tanquam membra Christi, ad Christum tanquam ad finem matrimonij. Iuxta illud: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia.]

Pluralitas vxorum non probatur.

13. **I**D. LIPOMAN. Nota quod dixit, *adharebit vxori suæ*, & non, vxoribus suis. Lege enim naturæ, & gentium bene institutarum vnus vni tantum copulandis decernitur. Pluralitas enim vxorum, vno eodémque tempore simul habendarum non probatur. Non autem intelligendum quod secunda aut tertia ac deinceps nuptia prohibeantur vel vniquam prohibita fuerint. His omnibus edocta vxor se desumptam è corpore viri, non superbiat, vel contemnat, sed ut subsistentiæ suæ causam respiciat, veneretur, diligat, & se regi, ac instrui patiatur à viro, fidem velut sibi ipsi seruet, ac cooperetur ad auxilia necessaria occupationibus domesticis sine ira & disceptatione: vicissimque ametur à viro tanquam alter ipse, & velut ciuilem corporis nobile membrum, &c.

Matrimonium non impedit ad virtutem.

14. **G**ENES. 5. Porro Enoch genuit Matthesalem, & ambulauit Enoch cum Deo, &c. *ambulauitque cum Deo & non apparuit.* CHRYSOST. Idem ingeminar, ac repetit, & *ambulauit Enoch cum Deo postquam genuit Matthesalem*, ne quis arbitretur obstaculum virtutis esse coniugium. Quia si sobrius sumus, nec educatio, nec coniugium, nec aliud quid nobis obere quominus placeamus Deo. Nam si nuptiæ vel puero in educatio præpedimentum forent in virtutum itinere, nequaquam in hanc nostram vitam nuptias introduxisset vniuersorum Dominus, vt ne temporalibus & maxime necessariis nos læderet. Sed quia non solum nihil nobis obstant, si voluerimus esse sobrius, sed & magnam afferunt consolationem, dum compluntur iustitiam naturæ imperum, ideo consolationem hanc humano generi tribuit. Audiant igitur viri & mulieres, & discant iusti huius virtutem, neque putent nuptias in causa esse quominus quis Deo placeat. *Et infra. Noe vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet, &c.* Idem CHRYSOST. Vide iterum alium iustum cum vxore, & filiis, qui bene operando placuit Deo, & neque nuptiis, neque filiorum educatione prohibitus est. Si hi, qui ante legem, à doctrina naturæ suæ ad tantam pertigerunt virtutem, quid nos poterimus dicere, qui post tantum adminiculum, & post Christi aduentum, & innumera eius miracula adhuc tam procul à virtute sumus?

Matrimonij finis attendendus.

15. **G**ENES. 6. *Videntes filij Dei filios hominum, quod essent pulchre, acceperunt vxores sibi ex omnibus quas elegerant.* CHRYSOST. Filij Dei, id est, filij Seth, &c. Vide intemperantiam eorum. Non enim ob desiderium præcreandorum filiorum conueniebant, sed ob voluptatem & intemperantiam. Vnde & additur: *Ex omnibus quas elegerant.* A pulchritudine enim victi sunt, & frantum imponere inordinatæ concupiscentiæ non voluerunt, sed spectando capti submersique sunt. *Et infra. Postquam ingressi sunt filij Dei ad filios hominum, illaque genuerunt, &c.* AUGUST. 15. *de ciuitate cap. 23.* Alia licet habet: *Et generabant sibi.* Secundum quam satis ostenditur quod prius antequam sic caderent filij Dei, Deo generabantur non

non sibi, id est, non dominante libidine coeundi, sed seruiente officio propagandi ciues ciuitatis Dei, non familiam fastus sui, filios generabant similes illius qui natus est de Seth, Filius resurrectionis, qui sperauit inuocare nomen Domini Dei.

Ab usu coniugij in afflictione abstinendum.

16. **G**ENES. 7. *Et ingressus est Noe, & filij eius, vxores eius, & vxores filiorum eius, &c.* RABAN. Scorsum ingreditur in arcam Noe cum filiis suis, & vxores eorum scorsum, mixtim autem viri cum mulieribus egressi sunt. Sic enim scriptum est: [Egredere de arca tu & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum.] Nam donec durauit tribulatio, se arati remanserunt quoad torum: Iuxta illud: [Tempus amplectendi, & tempus abstinendi ab amplexibus.] Vnde INTERL. Doceris hic in afflictione ab usu coniugij abstinendum. AMBR. Ingressus est pater cum filiis scorsum in arcam, & postea vxor illius, & vxores filiorum, & non commiscetur sexus in introitu, commiscetur autem in egressu. Nam egressus est pater cum vxore sua, & filij cum vxoribus suis: vt aperte ostenderetur eis tempus ingressionis, non esse tempus concubitus, nec deliciarum, quo tempore omnibus immineret interitus. Vnde in Euangelio Dominus reprehendit quod temporibus Noe manducarent, & biberent, vxores ducerent, & filias nuptui traderent. Meroris igitur tempus illud, non lætitiæ erat. Postea autem rectè ad seminarium ceterorum, usus & cura coniugij, cum diluuium recessit, mandatur. Vnde dictum est eis: [Crescite, & multiplicamini, & replete terram,] & ideo non viri cum viris, sed fœminæ cum viris exeundi licentiam capiunt.

De intemperantia Cham, qui tempore diluuij generationi vacauit, Vide, verbo, *Filius*, numero 3. ex *Chrysofomo.*

In coniugium, non pulchritudo, non diuitia, non nobilitas vxoris querenda, sed virtus.

17. **G**ENES. 12. *Noni quod pulchra sis mulier, &c. die obsecro quod soror mea sis, &c.* AMBR. Aduertebat, inter Ægyptios intutam vxoris pudicitiam fore, sibi que coniugij pulchritudinem periculo futuram, & monuit vxorem, vt sororem se diceret. Quo docetur non magnopere decorem querendum coniugij, qui viro necem plerumque gignere solet. Non enim tam pulchritudo mulieris quam virtus eius & grauitas delectat virum. Qui suauitatem querit coniugij, non tam superiorem censu ambiat, quam necessitates non terreat maritales, non monilibus ornata sed moribus. Offendit plerumque virum si se vxor nobiliorem nouerit. Hæc proxima superbiæ sunt. Sara non facultatibus ditior, non genere splendior erat. Ideo virum imparem non putabat, ideo quali parem gratia diligebat: Ideo non censu est reueta, non parentibus, non propinquis, sed virum proprium quocumque pergeret, sequebatur. Sororem eius se esse asseruit contenta si ita esset necesse potius se periclitari pudore, quam virum salute; vt tueretur maritum, mentita est germanitatem, ne insidiatores pudoris eius, tanquam æmulum & vindicem vxoris necarent.

Pulchritudo, non inducit ad malum.

18. **I**D. CHRYSOSTOMVS. Discant mulieres beatam Sara continentiam in tanta venustate permanentem. Certe ab vique cum iusto virtutibus. Vnde & tantam eius curam habuit Deus, tantumque superne illi tributum est. Nullus igitur accuset pulchritudinem. Pulchritudo enim nullam perdit, nul-

lius interitus causa est. Opus enim Dei & ipsa: sed peruersa voluntas, malorum omnium causa est. Item, vide vinculum charitatis viri, & mulieris. Mulier non renuit, nec grauatim fert, sed omnia facit, ita vt actus & fictio illa lateant. Audiant viri, & mulieres, & imitentur horum concordiam, vinculum charitatis, & pietatem insignem. Hoc verè est coniugium. Quoniam non solum in prosperitate, sed & in periculis simul obambulant. Hoc germanæ charitatis indicium est, hoc signo certissimè internoscitur amicitia.

Seruanda continentia coniugalis.

19. **G**ENES. 15. *Ego vadam absque liberis, & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer.* HERON. scilicet. Hæres meus erit. AMBR. Non diuitias vt auarus, non longauitatem vitæ istius, vt meticulosus mortis, non potentiam vt superbus, sed dignum querit sui hæredem laboris. Discant homines coniugia non spernere, nec sibi sociare impares, ne huiusmodi suscipiant liberos quos hæredes habere non velint, sed digno studeant matrimonio. *Et infra: Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, &c.* Idem AMBR. Si Abrahæ sententia ad corrigendum te circa matrimonium minus proficit, accipe oraculum Dei, condemnantis hæreditatem pronouentem non ex legitimo matrimonio. Ille verè exiit ex Abram, qui legitimo coniugio procreatus est, scilicet Isaac. Vide etiam, *Cassianus*, num. 9. ex *Gregorio.*

Concordia inter virum & vxorem.

20. **G**ENES. 18. *Festinauit Abram ad Saram, dixitque ei, accelera, tria sat. simile commisit, & sic sibi verici s panes.* AMBR. Bonus maritus exortem religiosi muneris esse non patitur vxorem, nec auarè sibi, totum munus usurpat, quod pietatis est vult esse commune, quod pudoris est, integrum manet aræ. Ante tabernaculum vir, hospitem explorat aduentum, intra tabernaculum Sara tuetur fœminæ verecundiam, & opera muliebricia tuto exercet pudore. Foris maritus inuitat, intus Sara conuiuium adornat, nec solus ipse festinat Abram sed etiam festinandum dicit vxori, so. iam deuotionis ostendens, nec fide disparem. CHRYS. Non repugnat mandato Sara, sed parem alacritatem etiam & ipsa asserit. Audiant viri, audiant mulieres: viri quidem, vt sic suos contubernales erudiant, quod si quando spirituale lucrum incidat ne per famulos hoc perficiatur, sed per semetipsos faciant omnia. Mulieres autem, vt accelerent iuuare viros in tam bonis operibus, & non erubescant aliquos excipiendo hospites propter Christum, illis congruum præbere ministerium, & per seipsas offerre. Nunc autem omnes planè contraria via incedunt, & multa mulierum est mollities, & omne studium eorum in cultu vestium, & externo ornatu, animæ verò nulla est cura. Vide, verbo *Mulier.*

Idem.

21. **I**D. *Ubi est Sara vxor tua? Ille respondit: Ecce in tabernaculo est.* AMBR. Interrogat Dominus, non quia ignorat, sed docere nos vult quantus pudor esse debeat faminarum, ne proci occurrat hospitem in se oculos inflectant, verum salua verecundia ministerium suum exerceant. *Ecce, inquit, in tabernaculo est.* INTERL. Ac si aperte dicat: Non est mulieris in publicum prodire. AMBR. Abraham quoque aurius tuis ingerens in tabernaculo Saram degere, indicat quid ab vxore exigas. *Et infra: Postquam confestim, & Dominus meus vetulus est, &c.* LIPOMAN. Notet autem hic mulieres Sare prudentiam, & man-

luctandinem, maritum ex humilitate, *Dominum* suum appellat: quod & Petrus proponit mulieribus imitandum. [Mulieres, inquit, viros suos subiectæ sint, sicut Sara obediebat Abraham, *Dominum* cum vocas.]

Idem.

22. **GEN. 20.** *Misit ergo Abimelech rex Gerara, & tulit eam.* CHRYSOST. Admirabilis quoque & Sarae charitas est, quæ periculo mortis iustum eripere voluit, & omnia pertulit fortiter, ut viro salutem pararet. Impletum quidem videmus illud: [Erunt duo in carne vna,] ita mutua salutis curam vicissim agebant, quasi vnum essent corpus, & vna anima. Audiant hæc viri, audiant & mulieres, ut istæ quidem eandem erga suos viros charitatem declarent, illi autem erga suas vxores habeant benevolentiam, & omnia faciant, quasi vnum corpus, & vnam animam possiderent. Hoc est enim verum coniugium, quando tanta est inter eos concordia, & charitas. Sicut enim corpus nunquam à seipso diffidet, nec anima aduersus seipsam; ita virum & mulierem non conuenit diffidere.

Matrimonium inter fratres.

23. **IBIDEM.** *Alias autem verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris mee, & duxi eam in vxorem.* HIERON. Ex hac altera colligitur, quod soror Abraham verè fuerit Sara. In excusationem autem eius dicimus, nec dum illo tempore tales nuptias lege prohibitas. Idem tenet CAIET., & ut ait LIPOMAN. omnes recentiores; & addit: Quin etiam in lege Thamar filia Dauid dixit posse obtineri à Dauid, ut fratris sui Amnonis vxor fieret. Quod nisi dixerimus, in multas difficultates inextricabiles incidemus, in quibus tam Iudæi quam nostri laborant plurimum, & multa confingere coguntur, non admodum verisimilia. AVGVST. autem, lib. 22. *contra Faustum*, aliter dicit: Scilicet quod etiam tunc fratres ex viroque, aut ex altero, vel altera parente natos, nec in coniugio non licebat: filios autem fratrum, aliisque consanguineos nulla lege, nulla potestate prohibita consuetudo iungebat. Vnde Abraham sororem suam, id est, ex patris sui sanguine procreatam, habebat vxorem, & hoc voluit dicere, quando regi dixit: *Soror mea est, filia patris mei; fratres autem, sororesque*, generali nomine consanguineos solere apud veteres appellari, scriptura testatur. Nam & Tobias dixit Deo, antequam misceretur vxori: [Et nunc Domine tu scis quoniam non luxurie causa, accipio sororem meam:] cum esset tantum ex eadem stirpe cognationis orta. & Loth frater Abraham dicitur, cum patruus eius esset Abraham. Ex qua vi vocabuli etiam fratres Domini vocantur in Euangelio non quos Maria Virgo peperit, sed ex eius consanguinitate omnes propinqui. CAIETAN. Iosephus etiam refert Sarani fuisse filiam Aram fratris maioris Abraham, & non vterinam.

Matrimonium inter fideles.

24. **GENES. 24.** *Vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananeorum, &c.* AMBROS. Si in aliis verum habet illud, [cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris,] quanto magis in coniugio, ubi vna caro, & vnus spiritus est? Quomodo autem potest congruere charitas, si discrepet fides? & ideo caue, Christiane, infideli filiam tuam tradere, caue etiam alienam à fide tua vxorem auferas tibi. Prima coniugij gratia, fides est. Si catechumena sit, non est facta. Simul ad orationem nocte vobis surgendum est, & coniunctis precibus obsecrandus est Deus. Salomon ait: [A Deo preparabitur viro vxor.] *Proverb.*

19. Non possunt hoc dispares fide credere, ut ab eo quem non colunt, putent sibi connubij impartitam gratiam. Item, Quomodo potest diligere pudicitiam, si idola colat, quorum predicantur adulteria: Si Christus neget qui præceptor est, & remunerator pudicitiae? Primum ergo in coniugio religio quaeritur. Ideo Abraham proximam quaesivit dare vxorem filio suo, & tu proximam quaere. Quis est autem proximus? Ex Euangelio habemus: [Qui fecit misericordiam.]

Vxoris virtus maximè querenda.

25. **IBID.** CHRYSOST. Attende quomodo veteres, non querebant substantiam multam, non diuitias, non seruos, non iugera agri tot, & tot, non externæ venustatis formam, sed animæ pulchritudinem, & morum nobilitatem. Videbat enim Abraham malitiam eorum qui in Chanaan habitabant; & omni cura mitte seruum in patriam suam, solum respectum virtutum animæ habens. Non sic homines nunc. Nam si malis innumeris plena sit mulier, hoc solum inquirunt, quantum abundet pecuniis: nescientes, quod cum mens peruersa sit, nihil proderunt opes. & infra: *En Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere, & sit vxor filij Domini tui.* Idem CHRYSOST. Vide quomodo solebant olim matrimonia celebrare, quomodo magis animæ generositatem quam opum abundantiam inquirerebant. Nusquam instrumenta, nusquam pacta, & alia ridicula quæ nunc apud nos fiunt, & verba illa quæ in literis continentur: Si absque liberis, inquit, moritur, si hoc, vel illud contingat, &c. Verum apud illos nihil tale, sed maximæ & securissimæ literæ erant Virginis mores. Nusquam cymbala, & choreæ, &c.

Vxoris verecundia.

26. **GENES.** *Vocemus puellam, & queramus eius voluntatem: cumque vocata venisset, sociati sunt, vis ire cum homine isto? Quæ ait: vadam.* INTERL. Quia sponsalia consensu contrahentium fieri oportet: ideo de voluntate puellæ ad coniugium contrahendum perquirunt. LIPOMAN. Dicant parentes ex hoc loco non cogere puellas, nec maritis inuitas tradere. Filia item mouetur hoc casu obsequij parentum fidei, & prudentiæ, ut honestum statum religionis amplectantur à parentibus inuitata, non tamen procaciter ambiant, ne voluptatis, & impatientiæ Veneris labe notentur. AMBROS. Consultit puella non de sponsalibus (non enim est virginalis pudoris eligere maritum) sed de perfectionis consulit die, & iure ad maritum, cum tot & tanta diuinæ prouidentia huiusmodi in re signa conspiceret. Euripides refert de quadam muliere, quæ ad nuptias petebatur: Sponsalium, inquit, meorum pater meus curam subibit. Hoc enim non est meum. Ergo quod ipsi philosophi mirati sunt, seruatae virgines, & mulieres viduæ, ut electionem mariti parentibus deferatis, ne appetentiæ procacioris æstimemini auctores, si ipsa de nuptiis vestris electionem faciatis. Mulier enim expetita magis debet videri à viro, quam ipsa virum expetisse. Verecundiam præmittat, antequam nubat, quo ipsum coniugium plus commendat verecundia, sed illa verba imitantur, opera imitari nequeunt.

Vxoris virtus maximè querenda.

27. **IBID.** *Inquit Rebecca, & puella illius, ascensis camelis secuta sunt vxorem.* HIERON. Honestu quippe erat ut ad nuptias absque parentibus Virgo proficiscens nutritis & puellarum solatio foueretur. CHRYSOST. Vide qualem sponsam ducat patriarcha, a quantum & super humeros hydriam ferentem, & nunc ascendentem

dentem super camelum. Nusquam mula argento fulgentibus ceruicibus, neque magna mollities quæ nunc fieri solet, sed tantum erat præscarum mulierum robur, ut et in camelos suos ascenderent, & sic iter facerent. & infra: *Qui introduxit eam in tabernaculum Sara matris suæ, & accepit eam vxorem.* Idem CHRYSOST. Nusquam superflua illa, & inutilia, nusquam diabolica pompa, nusquam cymbala, & tibialia, & choreæ, & satanica illa conuiuia, & scommata omni obscenitate plena, sed omnis honestas, omnis sapientia, omnis mititas. Hanc imitentur mulieres, hanc imitentur viri, sic sponsas ducere curent. Quare, dic mihi obsecro, statim ab initio sordibus impleri finis puellæ aures? Nescis quomodo adolescentia per se in malum propensa? Cur honesta nuptiarum mysteria inuulgas? Oportet omnia hæc depellere, & verecundiam à principio docere puellam, & sacerdotes vocare, & precibus & benedictionibus concordiam coniugij constringere, ut amor sponsi augeatur, & puellæ continentia crescat, & omnia quæ fiunt, ed spectent, ut virtutis opera ingredientur in domum illam, tollanturque è medio omnes diaboli insidiæ; & ipsi gratia Dei vniui, iocundè vitam perficiant. LIPOMAN. In Chaldaeo legitur: *Et introduxit eam in tabernaculum: & vidit. & ecce opera eius recta erant sicut opera Sara matris suæ, & accepit Rebecca, & fuit ei in vxorem.* INTERL. Sic igitur patriarcharum coniugia Christum, & Ecclesiam iungi significant.

Secundæ nuptiæ non reprehensibiles.

28. **GENES. 25.** *Abraham verò aliam duxit vxorem, nomine Cethuram.* AVGVST. 16. *de Ciuit. cap. 34.* Absit ut incontinentiam suspicemus, præsertim in illa ætate, & in illa fidei sanctitate, sed & hoc prouisum est contra hæreticos futuros, secundarum aduersarios nuptiarum, ut in ipso patre multarum gentium, demonstraretur non esse peccatum. INTERL. Hoc fecit Abraham non solum pro multiplicanda sobole, sed mystica significatione.

Ante matrimonium, & post illud, orandum.

29. **GENES. 21.** *Isaac enim quadragesima esse ætatis, duxit vxorem Rebeccam.* LIPOMAN. Vbi discamus quam castè vixerint tunc adolescenter, non scortationibus incumbendo, seu comestationibus, & ebrietatibus, quæ necessariò spumant in libidinem, sed Domini voluntatem de vxore illis destinanda expectabant. Docemur etiam, non festinanter, non temere, sed integra ætate vxorem ducendam, præuia Dei inuocatione. Sequitur: *De precariis que est Isaac Dominum pro vxore sua, eo quod esset sterilis.* CHRYSOST. Dixerat quadragesimum fuisse Isaac quando duxit vxorem, infra autem dicitur, sexaginta annorum fuisse quando ex ea suscepit filios. Manifestum igitur est quod annis viginti perseuerauit orans Deum pro fecunditate Rebeccæ, &c. Vide, *Oratio*, num. 19.

De pluralitate vxorum.

30. **GENES. 30.** *Dixitque illi Balam in coniugium, &c.* AVGVST. lib. 22. *contra Faustum Manich.* Iacob quatuor habens vxores, non peccauit. Nam quando mos erat, crimen non erat, & nunc propterea crimen est, quia mos non est. Alia sunt enim peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. Quid igitur criminis obicitur sancto viro? Si naturam consulas, non lasciuendi, sed gignendi causa illis mulieribus vtebatur: si morem, illo tempore, atque in illis terris hoc factitabatur; si præceptum, nulla lege prohibebatur. Nunc verò crimen est si hoc

faciat quis, quia & moribus & legibus non licet. Quæ duo si quis contempserit, etiam si tantummodo caula generandi uti posset feminis pluribus, peccat tamen, & ipsam violat humanam societatem, cui necessaria est propagatio filiorum. Sicut ergo Apostoli, auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur, non auiditate consequendæ laudis, sed charitate feminandæ veritatis: ita sancti patriarchæ coniugibus, excipientibus semen suum, miscebantur non concupiscentia percipiendæ voluptatis, sed prouidentia propagandæ successione. Ac per hoc nec apostolos ambitiosos multitudo populorum, nec patriarchas libidinosos multitudo faciebat vxorum.

Idem.

31. **IBIDEM.** Primus omnium Lamech (*ait MAGISTER in 4. Sententiarum, Distinct. 33.*) duas legitur simul habuisse vxores, & hoc in eo arguitur. Quia pro expletione carnalis voluptatis id fecisse prohibetur, sed cum postea penè omnes homines falsis diis seruirent, paucis in cultu Dei permanentibus, consultum est à Deo plures in matrimonio copulare sibi, ne illis paucis deficientibus, cultus & notitia Dei deficeret. Vnde Abraham, iubente vxore, ad ancillam intrauit, & Iacob liberis & ancillis se copulauit. Quia in successione sanguinis erat successio religionis. Vnde etiam in lege maledicta erat sterilis, quæ non relinquebat semen super terram. Hinc etiam sacerdotibus coniugia decreta sunt, quia in successione familie, successio erat officij. Non ergo Abraham, vel Iacob deliquit, quia præter vxores, filios ex ancillis quæsiissent, &c. Vide, *Castitas*, num. 13. *CASSIAN. in Collation. 17. cap. 19.* Vxorum concubinarumque multarum antiqua illa libertas, instante iam temporum sine, & multiplicatione humanae generationis expleta, non immeritò velut minus iam necessaria per Euangelicam perfectionem debuit amputari. Nam vsque ad aduentum Christi, oportuit benedictionem primordialis illius vigere sententiæ qua dictum est: *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Idcirco, &c. Vide, *Castitas*, num. 13.

Matrimonij finis attendendus.

32. **GENES. 38.** *Fuit quoque Her primogenitus Iudæ, & nequam in conspectu Domini.* LIPOMAN. Sed dicit aliquis: Quare primogenitura suapte natura tam nobilis tam malè proficiat in filiis? Fortassis primi filij non tam prolis amore generantur, quam libidinis causa à principio vehementius ardentis, processu autem temporis multis molestiis matrimonialibus tepescente seruire religiosiores generantur. Vnde & illegitimi filij hodie quoque peiores sunt, quia nõ inceduntur filij, sed libido. Vnde etiã primogenitos sibi Deus consecrari præcepit in lege non quod tam boni essent præ aliis, sed ut boni fierent, & offerentium deuotione mundarentur.

Matrimonium non impedit.

33. **EXODI 4.** *Tulit ergo Moyses vxorem suam & filios &c. portans virgam Dei in manu sua.* LIPOMAN. Moyses cum virga Dei, hoc est, signo apostolatus, & ducatus, pergit etiam cum vxore & filiis. Non enim torus immaculatus & casta generatio præiudicat, vel impedit gratiam diuini Spiritus, & colloquia Dei in sanctis quibus omnia sancta sunt, & munda. Item Moyses etiam si in maximum officium à Deo vocatus est, non tamen deliquit vxorem & liberos, ut mariti habeant exemplum administrandæ familie suæ fideliter.

Ab usu matrimonij abstinendum aliquando.

34. **I** B I D. *Cum esset in itinere in diversorio, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum.* A V G V S T. *serm. 86. de tempore.* Displicuit Deo quod Moyse tanta mirabilia facturum, vxoris impedimentum secum ducere vellet in Aegyptum, & voluit ob hoc occidere eum, vnde ex illo loco remisit vxorem suam ad focerum suum, & discessit in Aegyptum sine illa. Quapropter postea ex Aegypto, cum populo, reuertenti, & iam in cremo constituto, ipsam vxorem suam (sic vt legimus) Ietro cognatus suus adduxit. Idem tenet E V S E B I V S, & E V S E B I V S E M I S S E N V S, licet alij alias causas indignationis Dei assignent.

Idem.

35. **E** X O D I 18. *Tulit Sephoram vxorem Moysi quam remisit, & duos filios, &c.* L I P O M A N. Magno commodo rependit Deus id quod ad vocationem eius relinquitur. Moyses enim reliquit vxorem, & liberos, ac remisit eos ad patriam, vt expeditior exequeretur praeceptum Domini; nunc ergo magno honore eos ipsi restituit. Vnde in Euangelio. [Qui reliquerit agrum, aut domum, &c. centuplum recipiet.] Hoc autem ideo obseruandum est, vt si quando necesse habeat aliquid relinquere, vt sequamur Dominum, non lugeamus, tanquam prorsus amittendum, sed relinquamus tanquam in manu Dei ponendum, & confidamus tanquam maiori fauore recepturi.

Matrimonium non impedit ad virtutem.

36. **I** B I D E M. C H R Y S O S T. *serm. de Euangelio: Nuptia facta sunt in Chana, &c.* Ne excuses te propter nuptias. Dominus tuus nuptiis interfuit, & nuptias honorauit, & tu nuptias arguis, & dicis nuptias obstaculum esse ad pietatem? Nullum ad pietatem est obstaculum. Moyses vxorem habuit, & liberos, & nihil ei nocuere. Si Elias virgo, ignem à caelo deduxit: Moyses etiam manna à caelo deduxit. Si Elias virgo caelum verbo clausit, nonne & Moyses conturcices aduolare fecit? Si Elias cum Deo conuersatus est, nonne Moysi Deus locutus est? Si Elias curru igneo in caelum sublatus est: nonne Moyses mare diuisit, & traduxit populum? Sicut vni profuit virginitas, alteri non nocuere vxor, & liberi. & Petrus Ecclesiae columna vxorem habuit: ne igitur incuses nuptias. Haec exensatio, hic praetextus diaboli, insidiat sunt: haec dico nequis praetextat vel vxorem, vel liberos, vel militiam, vel negotiationem, vel opificium, vel seruitutem, vel diuitias, vel paupertatem. Militias praetextis, & dicis, non possum esse pius. Centurio nonne miles erat, & dicit ad Iesum; *Domine, non sum dignus, &c.* & Iesus de eo: *Amen dico vobis, non inueni tantam fidem, &c.* Nihilque nocuit illi sua militia. Opifex es? & Paulus operabatur manibus. Diues es? & Abraham diues, amicus Dei vocatus est. Seruus es? & Onesimus seruus erat, qui vtilis Paulo dictus est. Rex es? Erat & Dauid rex, & ad vocem prophetae poenituit, nihilque ei obfuit regnum. Iuuenis es? Erat & Daniel iuuenis, & leonum ora constrinxit, & dracones confregit, Bel subuertit, & presbyteros iudicauit & Susannam liberavit, tantaeque virtuti imperfecta aetas non obfuit. Annon & talis erat frater amator Ioseph? Qui tantam praese tulit continentiam apud Aegyptiam, & nihil impediuit illius virtutem adulescentia. Vidua es? Erat & Sidonia vidua, quae Eliam hospitio excepit. Meretrix es? Erat & Raab, quae exploratores occultauit, & saluata est cum domo, & genere suo (meretricia tamen improbitate deposita.) Pauper es? Pauper erat talis & Lazarus. Maliciae de-

ditus es? Annon & Samson? Nam licet à muliere sit proditus, tamen ipsi Deus dedit vt se de alienigenis vlcisceretur. Filios amas? Amabat & Iob. Tentaris? Tentabatur & Iob. Vides quod saluari sunt? Habes fidem? Habes omnia initiatiue. Non habes fidem? Rex licet sis, non tibi proderit regnum ad salutem.

Ab usu matrimonij aliquando abstinendum.

37. **E** X O D I 19. *Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris.* Quod abstinendum ab usu matrimonij propter orationem. Vide Oratio, num. 42. ex Hieronymo. R V P E R T. Sed dicēs, ergo appropinquate vxoribus res illicita est? Non vtrique, sed sicut alibi dicitur, [Omnia tempus habet, & suis spatiis transeunt vniuersa sub caelo. Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus.] quod quidem tunc est quando sanctificationis tempus impendet. Quid est enim sanctificari nisi abstinere etiam à licitis? Nam qui abstinet solum ab illicitis, poenam quidem euasit peccati, sed gloriam non est assecutus sanctitatis. Vnde Dominus: [Cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis, dicitur, serui inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus.] Etenim ad perfectionem non satis est fecisse praeceptum, nisi adicias facere & consilium.

Matrimonij perfectio in lege Christi.

38. **D** T H O M. in *opuscul. Decalogi.* Matrimonium nunquam statum perfectum habuit, nisi in lege Christi. Quia Iudaeus vnus plures habebat vxores, sed vxor non plures viros, & ideo non erat aequalitas: in lege autem gratiae, iuxta Apostolum, I. *Corint. 7.* [Sicut mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: ita & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.]

Matrimonium sanctum.

39. **I** D E M. *Ibid.* Sciendum quod quidam dicunt, commixtionem viri & vxoris non esse sine peccato, quod est haereticum. Vnde Apostolus *Hebraeorum 13.* [Sit honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus.] Talis autem coniunctio, non solum aliquando sine peccato est, sed etiam ad meritum vitae aeternae habentibus charitatem; aliquando est cum peccato veniali, aliquando cum mortali. Quando enim est cum intentione procreanda prolis vel reddendi debitum, tunc est etiam opus iustitiae, & virtutis, quando autem excedit, vt scilicet si possit, extenderet se in aliam, tunc est mortale.

De libello repudiij.

40. **D** E V T. 24. *Scribet libellum repudiij, &c. & dimittet eam.* G L O S S A O R D. Ad duritiam cordis vestri scripsit Moyses praeceptum istud, malens scilicet indulgere dissidium, quam committi homicidium. A V G V S T. *quasi. 45.* Multae erant in lege causae dimittendi vxores. Christus solum fornicationem excipit, ceteras molestias iubet pro fide & castitate coniugij sustineri. Beatiora sunt coniugia, quae sine filiis procreandis, sine terrena prole contempta, pari consensu continentiam seruare possunt. Nec illud est contra quod Dominus coniugem dimitti vetat. Non enim dimittit qui cum ea non carnaliter, sed spiritaliter viuunt, [vt qui habent vxores, sint tanquam non habentes.]

Matrimonij actus quando illicitus.

41. **I** O B. 6. *Hi qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se, & à sua mente excendant, & suae libidini ita vacent sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem demonum super eos.* O R I G E N. *hom. 5. in Genes.*

nes. Discutiant se, & requirant feminae in coniugij positae, si ob hoc solum addeant viros vt fuscipiant liberos. H I E R O N. *super cap. 5. ad Eph. sior.* Liberorum in matrimonio oportet concessa sunt; voluptates autem quae de meretricum amplexibus, in vxore damnatae. D. T H O M. 3. p. *quasi. 49. ar. 6.* Cognoscens vxorem sola libidinis & delectationis causa, nullum aliud bonum matrimonij, actu vel habitu intendens, mortaliter peccat. *Hac ille.* Hoc intellige quando ad suam ac si aliena esset, accedit. Infra conlulit Angelus Tobiae: *Accipiens virginem cum timore Domini, amore filiorum magis quam libidine ductus, vt in semine Abraham benedictionem in filiis consequaris.*

Vxor seu sponsa quid seruare debet.

42. **I** O B I O. *Monentes eam, honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsum irreprehensibilem exhibere.* L Y R A N. Per castitatem coniugalem, & per prudentiam, & honestam conuersationem.

Matrimonia olim fiebant per emptionem.

43. **O** S E A 3. *Fodi eam mihi quindecim argenteis.* P. O D R I B E R A, id est, emi eam mihi. Colligitur ex verbo Hebraico, quod *fodere* significat, & saepe pro *emere* ponitur, vt *Genes. 50.* [In sepulchro meo quod fodi in terra Chanaan, sepelies me, id est, quod emi. Nam de eodem dicitur *Iosue 17.* [Ossa Ioseph sepelierunt in Sichem in parte agri, quem emerat Iacob à filiis Hemor.] & quod nostra translatio habet, *Dent. 2.* [Aquam emptam haurietis & bibetis.] In Hebraeo est. [Et aquas fodietis ab eis argento.] Vnde L X X. verterunt, loco, *fodi eam mihi, &c. mercede eam comparauit, siue conduxit.* Ita legit A M B R O S. *Epistola 39.* & V A T A B I V S, & alij. Sed quomodo eam emit? Nuptiae apud veteres fiebant per coemptionem, vt est videre apud I S I D O R V M, *lib. 5. etymol. cap. 14.* Nam per coemptionem facta matrimonio sibi inuicem coniuges succedebant. Vnde Iacob vxorem à patre coemit, *Genes. 29.* [Seruiam tibi pro Rachel septem annis.] *Et Genes. 34.* *Sichem ait: Iane-niam gratis coram vobis, & quacumque statueritis, dabo. angete dotem, & munera postulate, & libenter vrbuam quod petieritis, tantum date mihi puellam hanc vxorem.* & Dauid 1. *Reg. 18.* [Num parum videretur vobis generum esse regis? Ego autem sum vir pauper, & tenuis,] id est, nihil habeo quo filiam regis coemere possim. & Saul ait seruis suis: Sic loquimini ad Dauid: Non habet rex sponsalia necesse nisi tantum centum praepudia Philisthinorum. [Sponsalia scilicet muncera, & postea Dauid. 2. *Reg. 3.* [Redde vxorem meam Michol, quam despondi mihi centum praepudijs Philisthiim.] Ex quo etiam plenius intelligitur illud *Osee 2.* [Sponsabo te mihi in iustitia, & in iudicio, & in misericordia, & in miserationibus.] Quasi dicat: His muneribus quasi nummis quibusdam te coemam, vt mihi in manum conuenias. & illud *Actuum 20.* [In quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei quam acquisiuit sanguine suo,] &c.

Cum vxore pax habenda.

44. **C** H R Y S O S T. *hom. 26. in primum Corint.* In vxorem mansuetus esto. Nonne vides agricolas, quanta diligentia quae semel semen acceperit, terram colunt, quamuis innumera habeat vitia? Vt exempli gratia, quamuis arida sit, quamuis malas herbas producat, quamuis humoris abundantia loci natura offundatur, colit tamen. Hoc enim pacto, prior fructum & tranquillitatem consequeris. Etenim portus est mulier, & maximum securitatis remedium. Quod

si à ventis & fluctibus portum liberaueris, ex foro reuerfus, tranquillè viues: quod si perturbatione & tumultu impleueris, tibi ipsi longè grauius strues naufragium. & infra. Nam & mercator nisi cum focio pacta faciat, quibus pacificè inter se viuant, non prius deducit nauem, neque alias tangit merces. Itidem & nos faciamus, vt vxorem vitæ sociam, & huius negotiationis, & nauis summa cum tranquillitate domi contineamus. Hoc pacto, cetera omnia nobis tranquilla succedēt, & securè praesentis vitæ pelagus transigemus.

Matrimonium remedium incontinentiae.

45. **C** O R I N T. 7. *Melius est nubere quam vri.* H I E R. *super hunc locum.* Si quis se incontinentem non erubuerit confiteri, in langorem incontinentiae reclamanti non denegetur remedium nuptiarum. Quomodo si peritus medicus iniquo aegro, & neganti se à pomis omnibus abstinere, concedat aliquantum, ne illa periculosa praesumat.

Matrimonia sanctorum patrum, non libidinosae.

46. **A** V G V S T. *De Bono coniugali cap. 16.* Iustus tamen sumit alimentum, non cupiditate viuendi, sed officio consulendi, vt maneat quod necessarium est propter alios. Sic misceri foeminis iure nuptiarum, officiosum fuit sanctis viris, non libidinosum. Quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem humani generis.

Matrimonium, & caelibatus grata suere Christo.

47. **I** D E M. *ibid. cap. 21.* Sicut non est impar meritum inpatientiae, in Petro qui passus est, & in Ioanne qui passus non est: sic non est impar meritum continentiae in Ioanne, qui nullas exierit nuptias, & in Abraham qui filios genuit. Nam illius caelibatus, & istius connubium, pro temporum distributione Christo militauerunt.

Qualis vxor eligenda.

48. **C** H R Y S O S T. *Oratione de pulchritudine, & vxore.* T o m o 5. Omnia fac, & satage, vt commodam, modestam, & obsequentem vxorem ducas. Nam si domos, atque seruos empturi, curiosè sciscitamur, & perscrutamur vendentes, pariter atque priores possessores, de illarum quidem fabrica, de horum autem corporis habitudine, & animi studio inquirentes: multo magis vxores ducturos, tantam, ac longè maiorem etiam prouidentiam gerere oportet: domum enim vitiosam, & seruum, si ineptus videatur, reddere venditori licet, vxorem verò ductam reddere his qui dederunt, non licet.

Matrimonium laudabile, sed virginitas laudabilior.

49. **C** H R Y S O S T. *lib. de Virginitate.* Quemadmodum qui nuptias in malis ponunt, suam Virginitati laudem detrahunt: sic qui coniugium à crimine vindicant, non magis ipsum coniugium quam virginitatem laudant castitatem. Etenim in corporibus non ea quae mancis ac debilibus, sed ea quae sanis & integris comparata excellunt, pulchriora dicimus. Bonum est connubium; est verò ob eam causam virginitas admirabilis, quae eo quod bonum est, melior existit: tantoque melior, quanto remigibus gubernator, quanto est militibus dux praestantior. Sed quemadmodum è nauis si remiges sustuleris, nauigium submerferis: si milites submoueris è praelio, ducem hostibus confictum tradideris: ita si matrimonium loco deiceris, virginitatis prodideris gloriam, & in summo

summorum ordinem malorum compuleris.

Amorem inter coniuges; vipera docent.

AD Ephes. 5. Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum eradidit pro ea. BASILIVS 7. Exameron. Vos, o viri, coniuges vestras diligite, & si locis longinquis semoti in coniugij societate convenistis, naturæ vinculum legibus, ac benedictione obstrictum, vniio ac iugum distansissimum murenæ marinæ nuptias expetit, & sibi lo suam significat præsentiam, eamque è gurgite vasto inuitat ad nuptiales complexus: illa autem obtemperat, & coit cum venenato. Quid hæc mea ratio vult? Quid portendit? Sive asper est cuiuspiam coniux, sive ferus moribus, perferat illum vxor necesse est, nec villam proflus ob causam, societatem, vinculumque dissoluere pariat. Feritne, verberatne, estque percussor? at vir tamen est tuus. Temulentissime? at tibi est natura coniunctus. Durissime, morosus, & implacidus? at membrum iam tuum est, & membrorum præstabillissimum. Audiat & ipse vir accommodatam, sequæ decentem admonitionem. Vipera, virus ob nuptiarum venerationem euomit: tu duritiam animi, tu feritatem, tu crudelitatem ob vniionis reuerentiam non deponis?

Vxorum affectus ne sequantur viri.

IDEM BASILIVS in diuites Auaros. Vir mulierem sequens appetitum, quam animæ curam geret? Sicut enim debilia nauigia procellæ ac tempestates dispergunt atque inundant: sic præui vxorum affectus, virorum debiles animas corrumpunt, atque pessumdant.

Mulieres subdita semper sunt viris.

AD Ephes. 5. Mulieres viris suis subdita sint sicut Domino. CHRYSOST. homil. 20. ad Ephes. Quemadmodum militibus inter se bene paratis omnia prospere succedunt, & vicissim turbatis illis omnia sursum ac deorsum volumur: ita sanè & hic. Mulieres, inquit, propriis viris, &c. Idem serm. de libello repudij. Seruis quidem licet mutare viuentes dominos, vxori autem viros minime. Viro enim viuente, mulier serua est, & legi subdita alligataque adulterij, etiam si millicies repudij libellum det, lege alliganda.

Amor, & concordia inter coniuges.

CHRYSOST. hom. 20. ad Ephes. Quemadmodum in militari duce quando exercitus bene compactus est, nusquam subingreditur hostis: ita sanè quando vir, & vxor, & liberi, & domestici eodem studio tenentur, multa est domus illius concordia. Idem ibid. Vxorem tuam doce cum multa gratia, atque istud, meum, & tuum, pessimum, ex animo eius extermina. Si dixerit, hæc mea sunt: responde: quæ sunt ista quæ tu dicis? nec enim noui: ego nihil proprij habeo. Quomodo ergo dicis, Hæc mea sunt, cum omnia tua sint? Gratificaberis illi hoc verbo? Non vides quomodo istud erga pueros nostros facimus? Quando nobis aliquid eripiunt eorum quæ possidemus, atque rursus & aliud accipere volunt, permittimus, ac dicimus, etiã hoc tuum est, & illud. Istud cum vxore faciamus est namque animus ipsius puerilior, & si dixerit, hæc mea sunt, dic tu, omnia tua sunt, & ego quoque tuus sum. Idem hom. 56. in Genes. Sicut quando gubernatores inter se dissident, etiam qui in nauis feruntur, periclitantur, ac timent, ne nauis submergatur: ita si discordes sint vir, &

mulier, verisimile est, omnes qui apud illos sunt, particeps esse malorum.

MENDACIVM.

Diabolus mendax. 1. 2. 4. 5. 13. Eua mendax. 3. Mendacis teguntur peccatores. 6. Veritatem occultare non est mentiri. 7. 16. Abraham non fuit mendax, sed propheta. 8. Propositum manifestare non est mentiri. 9. Mystica locutio non est mendacium. 10. 11. Ioseph non est mentitus. 12. Mendacium est intrinsecè malum. 14. 15. Mendacium prohibetur in octauo precepto Decalogi. 17. Mendacium quando mortale, quando veniale peccatum. 17. 18. 19. Mendacium Iudeorum. 20. Mendacia cito euanescent. 21.

Diabolus primus mendax.

GENES. 3. Eritis sicut dii scientes bonum & malum. RVPERT. Fallum dixit diabolus. Neque enim comedendo dii facti sunt, aut scientiam ampliorem acceperunt. Appellatur igitur lignum scientiæ boni, & mali, vt ipso nomine suo monumentum legentibus repræsentet diabolici mendacij, & ironicè, cum tu reuera sit potius dicendum, lignum mortis. Dixit enim Deus: Quicumque die comederitis ex eo, morte moriemini: & ita fuit.

Idem.

IDEM. Cur precepit vobis Deus, &c? Diabolus etiam interrogando, mendacium inducit. Vide, Hæretici, numero 1.

Eua mentita est.

IDEM. Precepit nobis Deus ne comederemus, & ne langeremus illud, ne forte moriamur. AMBROS. Discamus hinc, nihil vel cautionis gratia iungere nos debere mandato. Siquid enim vel addas vel detrahas, præuaticatio quadam videtur esse mandati, &c. Testis enim dnm aliquid ad seriem gestorum ex suo adiecit, totam testimonij fidem partis mendacio decolorat, &c. Hinc ergo cepit præuaticatio prima esse mandati. Mihi videtur a muliere incepisse vitium, inchoasse mendacium. RVPERT. Quantum in se erat, deprauauit mulier verba præceptoris Domini, tribus modis. Vide, Hæretici, num. 2.

Diabolus mendax.

IDEM. Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum. AMBROS. Omnia verba eius plena sunt mendacij. Vix vnum verum videtur ex his quæ pollicitus est, reliqua falsa composuit. Nequaquam morte moriemini. Ecce vnum falsum. Nam morte mortuus est homo. Aperientur oculi vestri. Hoc solum verum: Quia infra habes quod aperti sunt oculi eorum: sed hoc verum quod noceret. Non enim omnibus aperire oculos vile. [Impij enim videntes, turbabuntur timore horribili.] Sep. 5. Sed statim agglutinatum est mendacium. [Eritis sicut dii scientes bonum & malum.] Non enim sicut dii homines esse coeperunt, sed etiam

etiam qui quasi dii erant, quibus dictum est, [Ego dixi, dii estis,] sui gratiam perdidit. RVPERT. Ecce quomodo nequissimus nebulo Altissimum Deum sibi similem facere contendit. Mendax ipse, & inuidus, mendacem & inuidum vult Deum facere. [Nequaquam morte moriemini.] Ac si dixisset: Mentitus est ille qui dixit, Morte moriemini. Item verè inuidus præcepti Dei causam esse inuidiam audet asserere, &c. Vide, Blasphemia, num. 1.

Idem.

IDEM. Idem RVPERT. Derisor est & dubia respondet, vt cum Dei veritas impleta fuerit, verus ipse appareat. Quemadmodum Apollo Delphicus fertur solitus fuisse incertis ludere ambagibus. Sic iam nunc ludebat idem Dei & hominum inimicus, vt pater: [Nequaquam, inquit, moriemini.] Duæ mortes sunt: altera corporis, & altera animæ. Primi parentes, peccando, mortui sunt morte animæ; non autem statim mortui sunt morte corporis. Item promittit quod aperientur oculi eorum comedendo. Hoc volebat ipse intelligi in hoc suo sermone, quod claritatem omnis sapientiæ, & omnium scientiam consequuturi erant, cum sentiret ipse aliter euenturum esse. videlicet: Aperientur oculi vestri in agnitionem vestræ confusionis. Tertio, eritis sicut dii. Falsis diis, id est, sibi, suisque sequacibus Angelis, similes illos facere intendebat; cum aliud intelligi vellet in hac promissione sua, nempe quod diuinitatem consequerentur. Quarto, scientes bonum & malum. Hoc moliebatur vt eos habere faceret memoriam boni perditæ, & mali inuenti experientiam, cum hoc aliud vellet intelligi, quod per illum cibum consequuturi essent scientiam, & nihil eos lateret. Considera nunc quanta hic alleuatio iuxta sensum eius qui decipit, quanta verò sit deiectio iuxta sensum eius qui decipitur. Molestissimum hoc fallaciæ genus est, in quo is qui decipit, & palmam obtinet mendacij, & gloriatur quod verus sit: qui autem decipitur, non habet vnde insultantem falsitatis arguere possit, quamlibet ille falsissimus sit.

Mendacis teguntur peccatores.

GENES. 3. Feceruntque sibi perizomata. EVCHER. Moraluer. Qui sacculum asperu amplectuntur, quique ob voluptatem carnalem arctantur, gratia Dei nudati, tegumenta mendaciorum tanquam folia fici colligunt, faciuntque sibi succinctoria vanitatis. AMBROS. Docet me Adam quid sint folia, &c. Vide, Excursatio, num. 1.

Veritatem occultare non est mentiri.

GENES. 12. Dic obsecro quod soror mea sis. AVGVSTIN. 16. de Ciuit. cap. 19. Nihil mentitus est Abram, quia propinqua illi erat vxor illius. Sicut etiam Loth eadem propinquitate cum fratri eius esset filius, frater eius est dictus, itaque vxorem tacuit non negauit. LIPOMAN. Sicut enim mendacium nunquam loqui, ita quandoque occultare licet, quod & Dominus dicit, vbi Apostolis ait, [Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò.] Vel dicendū quod non oportet excusare virum sanctum etiam de officioso mendacio, vel duplicitate in verbo. [Omnes enim, vt Apostolus ait, in multis offendimus,] magis autem oportet commendare fiduciam eius in Deum.

Abraham Propheta, & non mendax fuit.

GENES. 22. Postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. ORIGEN. Dic mihi Abraham, verum dicis, an fallis? Si verum dicis, non facies cum holo-

caustum: si fallis, tantum patriarcham non decet fallere. Verum, inquit, dico, & holoocaustum offero puerum, & cum ipso redeo ad vos. Credo enim, & fides mea hæc est, quod à mortuis suscitare cum potens est Deus. AMBROS. Captiosè loquebatur cum seruis, ne cognito negotio, aut impediret aliquis, aut gemitu obstreperet, aut fletu. Quod autem addit: ad vos reuertemur, prophetauit iustus quod ignorabat. Ipse enim solus disponebat redire immolato filio, sed Dominus per os eius locutus est quod parabat.

Propositum manifestare non est mentiri.

GENES. 33. Ego sequar paulatim, sicut videro paruos meos posse, donec veniam ad dominum meum in Seir. AVGVSTIN. Hæc non fecit, sed ed perrexit ex itinere quod dirigebat ad suos, non tamen mendacij est arguendus. Quia veraciter animo promiserat, sed aliud postea cogitando delegit. INTERR. Forè ad horam sequutus est: postea ex causa mutauit propositum. LIPOMAN. Sicut & Paulus cogitabat ire Corinthum, antequam iret in Macedoniam, tamen ex causa mutauit sententiam.

Mystica locutio non est mendacium.

GENES. 43. Pecuniam quam dedisti mihi, probatam ego habeo. INTERR. Non mentitur sapiens dispensator, quia de pecunia verbi Dei dicit. AVGVSTIN. Mendacium videtur, sed aliquid significare credendum est. Argentum enim probatum quod datur, & non minuitur, illud intelligit, de quo legimus: [Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum, terræ purgatum septuplum.] id est, perfecte. LIPOMAN. Ex hoc loco habes quod non mentitur quis cum mysticam aliquid dicit, licet superficie tenus videatur falsum dicere. Sicut nec B. LAURENTIVS de thesauris caelestibus intelligens, licet is cui loqueretur, de terrenis intelligeret. Dispensatitia enim sunt huiusmodi dicta, non mendacia.

Idem.

GENES. 27. Dixit Iacob: Ego sum Esau primogenitus tuus, &c. CHRYSOST. Ne indages tantum quod fit, sed attende etiam ad scopum, &c. Vide, Intentio, num. 5. & 6. LIPOMAN. Ego autem non ita necessarium duco patres veteris Testamenti à mendacio maxime officioso excusare, cum Apostoli multo eis perfectiores, à peccato veniali non fuerint immunes. Vnde Ioannes: [Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus.]

A mendacio Ioseph excusatur.

GENES. 44. Scyphus quem furatus estis, ipse est in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari solet. CAIETA. N. Quæritur quo pacto excusatur Ioseph à peccato mortali, imponendo crimen furti fratris? Respondetur: quod nulla fuit hic calumnia formaliter, hoc est, ex intentione. Intendebat enim Ioseph explorare an fratres sui parui facerent seruitutem Benjamin. Calumnia autem materialiter dumtaxat interuenit: quæ, quia cognoscebatur, quia in malum nullum Benjamin redundaret, vt pote infra breuissimum temporis spatium veritate patefacta in lucem, prodiens à peccato contra bonum proximi, manifestè excusatur; quamuis officiosum mendacium interueniret. Secundò, quæritur quo pacto excusatur Ioseph à mendacio pernicioso in seipsum, simulando se esse diuinatorem in vase argenteo? est enim hæc species diuinandi inexcusabilis. Respondetur: Quod huiuscemodi diuinaciones tunc temporis, infames non erant, sed honorabiles; & propterea non est ad-

verfus famam propriam locutus Ioseph; & quidem quodd ipse esset diuinator, testatur interpretatio somniorum. Vnde profutendo se diuinare, verum dicebat. De modo autem diuinandi in poculo illo argenteo, crediderim excusabilem fuisse, quemadmodum figuras astronomicas. Nefas enim est intelligere quodd aliquod peccatum mortale ex suo genere sibi ipsi imponeret Ioseph. A V G V S T. Vel quia non serido; sed ioco dictum est, vt exitus docuit, non est habendum mendacium. Mendacia enim a mendacibus ferido dicuntur, non ioco. Cum autem quæ non sunt, tanquam ioco dicuntur, non putantur mendacia.

Diabolus mendax.

13. EXOD. 1. Edificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaon, Phubō & Ramesse. ORIGEN. Vide quales ciuitates sibi ædificari præcepit Pharaō. Phubom, id est, os deficiens; & Ramesse, id est, commotio timee. Deficit namque os cum mendacium loquitur. A veritate siquidem, & probationibus deficit. [Ille enim ab initio mendax fuit.] & ideo tales ciuitates sibi ædificari vult, &c. Vide Diuina, num. 9.

Mendacium intrinsecè malum.

14. IBIDEM. Bene ergo fecit Deus obstetricibus, &c. & Edificauit illis domos. A V G V S T. lib. contra mendacium cap. 15. Quando nobis de Scripturis sanctis mentiendi proponuntur exempla, aut mendacia non sunt, sed putantur esse, dum non intelliguntur; aut si mendacia sunt, imitanda non sunt, quia iusta esse nõ possunt. Vnde obstetricibus istis, & Raab meretrici benefecit Deus, non quia mentitæ sunt, sed quia in homines Dei, misericordes fuerunt. Sicut non esset absurdum si aliqua opera mala ab eis prius commissa, Deus propter posteriora opera bona vellet ignoscere. Ita mirandum non est quodd vno tempore, in vna causa Deus vtrumque conspiciens, id est factum misericordiae, & factum fallaciæ, bonum remunerauerit, & propter hoc bonum, malum illud ignouerit. Idem dicit. 9. super Exodum.

Idem.

15. IBID. GREGOR. 18. Moral. cap. 2. & 3. Summo pere cauendum est omne mendacium, quamuis nonnunquam sit aliquod mendacij genus culpæ leuitoris, si quisquam vitam præstando mentitur. Sed quia scriptum est Sap. 5. [Os quod mentitur, occidit animam.] & Ps. 5. [Perdes omnes qui loquuntur mendacium.] Hoc quoque mendacij genus, perfecti viri summo pere fugiunt, vt nec vita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur, ne suæ animæ nocent, dum præstare vitam carnî nituntur alienæ. Quanquam hoc ipsum peccati genus facillimè credimus relaxari. Nam si quælibet culpa sequenti solet pia operatione purgari: quanto magis hæc facillè abstergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur. Vnde quia obstetrices hoc modo mentitæ sunt, earum merces quæ eis in æterna vita retribui debuit, pro admiffa culpa mendacij, in terrenam est recompensationem declinata: vt in vita sua quam mentiendi tueri voluerunt, ea quæ fecerunt bona reciperent, & vltèrius quod expectarent suæ mercedis præmium non haberent. Nam si subtiliter perpendatur, amore vitæ præsentis mentitæ sunt, non intentione mercedis. D. THOMAS. 2. 2. q. 110. art. 4. ad 4. Mendacium obstetricum potest dupliciter considerari; vno modo, quantum ad affectum benevolentie in Iudæos, & quantum ad reuerentiam diuini timoris: ex quibus eis remuneratio æterna, & secundum HIERON. meruerunt ædificare sibi domos spirituales; alio modo quantum ad ipsum exteriorem actum mendacij,

quo quidem non potuerunt mereri æternam remunerationem, sed fortè aliquam temporalem, cuius merito non repugnabat deformitas illius mendacij, sicut repugnabat merito remunerationis æternæ; & sic intelligendus est GREGOR. ubi supra.

Disimulare non est mentiri.

16. EXOD. 3. Ibiuis vitam trium dierum in salitudine, vt immolemus Domino Deo nostro. LIPOMAN. Ideo tam breue temporis spatium petere iubetur, vt Pharaō ad id concedendum moueretur. Sed dices, docetne Deus Moysem mentiri? Absit. Aliud enim est, disimulare: aliud mentiri. Disimulare, est hominum prudentum, mentiri verò, impostorum. Iubet igitur Dominus Moysem disimulare coram Pharaone, protectionem in terram Chanaan, & prætexere immolationem in desertum. hoc autem non erat mendacium, sed veritas rei, nam supra dixerat: [Iramolabis Deo super montem istum] qui mons verè triduo itinere distat à sinibus Ægypti. & postea, Exodi 24. [Obtulerunt ibi hostias Domino.]

Mendacium prohibitum in octauo precepto Decalogi.

17. EXODI 20. Non loqueris contra proximum tuum, falsum testimonium. D. THOMAS. in Opusculo. In hac prohibitione prohibetur omne mendacium. Vnde Sapiens Eccles. 7. [Noli velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona.] & hoc propter quatuor. Primò propter diaboli assimilatiõnem. Talis enim efficitur diaboli filius: nõ homo ex verbis suis cognoscitur de qua regione & patria sit, iuxta illud: [Loquela tua manifestum te facit.] [Diabolus enim mendax est, & pater mendacij,] vt Dominus dicit, Ioan. 8. Ipse enim mentitus est primò, vt dicitur in Genes. [Nequaquam moriemini.] &c. Secundum, propter societatis dissolutionem. Homines enim simul viuere non possent, si simul verum non dicerent. Vnde Apostolus Ephes. 4. [Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque ad proximum suum, quoniam sumus inuicem membra.] Tertium, propter famæ amissionem. Qui enim assuescit mendaciis, non creditur sibi etiã, si verum dicat, iuxta illud Eccles. 34. [Ab immundo quid mundabitur, & à mendace quid verum dicetur?] Quartum, propter animæ perditionem. Occidit enim homo mendax animam suam, iuxta illud Sap. 1. [Os quod mentitur, occidit animam suam.] & illud Psal. [Perdes omnes qui loquuntur mendacium.] Vnde patet quodd est peccatum mortale. Aduerte autem quodd ipsorum mendaciorum quoddam est mortale, quoddã veniale. Mortale quidem est mentiri in his quæ sunt fidei, quod pertinet ad prælatos, magistros, & prædicatores, & hoc est grauius omnibus speciebus mendacij. Vnde Petrus, [In vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & maximè quando talia dicunt, vt videantur scire.] [Vnde Iffaias c. 57. [Super quem luxistis, super quem dilatastis os, & cecistis linguam? Nunquid non vos filij scelesti, sememendax?] Item, aliquando mentiuntur aliqui in damnum proximi, contra illud ad Coloss. 3. [Nolite mentiri.] & hæc duo mendacia, mortalia sunt. Aliqui autem mentiuntur pro seipsis, & hoc multij liciter. Aliquando ex humilitate: & hoc in confessione quandoque, de quo A V G V S T. Sicut cauendum est ne homo taceat quod fecit; ita ne dicat quod non fecit. & Job 13. [Nunquid Deus indiget vestro mendacio?] & Sapiens Eccles. 19. [Est qui nequiter se humiliet, & interiora eius plena sunt dolo, & est iustus qui se nimium submittit à multa humilitate.] Aliqui

ex

ex verecundiæ leuitate. Cum scilicet quis credit verum dicere, & dicit falsum, & hoc aduerrens verecundatur retrahere, contra illud Eccles. 4. [Non contradicas verbo veritatis vllò modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.] Aliqui, ex vtilitate, quando volunt aliquid adipisci, vel ab aliquo euadere, iuxta illud Iffai. 28. [Posuimus mendacium speciem nostram, & mendacio protecti sumus.] & Prou. 10. [Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos.] Aliqui, propter alterius commodum, quando scilicet volunt aliquem à morte, id est, periculo, vel damno aliquo liberare, & hoc cauendum est, sicut dicit A V G V S T. Aliqui, propter ludum, & hoc cauendum est, ne propter consuetudinem ducat ad mortale, iuxta illud Sapient. 4. [Falsinatio nugacitatis obscurat bonã.]

Idem.

18. A V G V S T. lib. de Mendacio ad Consentium cap. 12. Si mendacium quod aduersus vitam cuiusque temporalè dicitur, detestabile est; quanto magis quod aduersus vitam æternam? Sicuti est omne mendacium si in doctrina religionis fiat. & ideo falsum testem vocat Apostolus 1. Cor. 15. eum qui de Christo citam quod ad eius laudem videtur pertinere, mentiatur.

Idem.

19. EXOD. 23. Non suscipias vocem mendacij. CAIETAN. Non dicit, Non audies, neque, non credes, sed, ne suscipias auditionem falsitatis. Sic enim est in Hebræo; hoc est, non admittas falsitatem aduersus aliquem, &, siquidem audias, ne consentias. & infra, Mendacium fugies. A V G V S T. lib. contra mendacium. Nullum enim mendacium est quod non sit contrariū veritati. Vnde quanto amamus istam, tanto illud odisse debemus. D. THOMAS. super psalm. 5. Triplex est mendacium, siue perniciosum, quod fit in nocumentum alterius, siue spiritualis siue temporalis rei; putat in doctrina, & hoc est grauius, locosum, quod dicitur ad delectandum. Officiosum, quod quis loquitur ad proficiendum, siue spiritualiter, siue temporaliter, & secundum A V G V S T. Nullum mendacium etiam officiosum est sine peccato. Quia si mentiris vt liberes aliquem, hoc non est bonum, quia Apostolus ait, [Non sunt facienda mala vt veniant bona.] Potest tamen officiosum aliquando esse veniale, sed iocosum semper est veniale, perniciosum verò semper est mortale.

Mendacium Iudeorum.

20. EXOD. 32. Tollite in aures de, &c. & afferte ad me. ERVPERT. Prælagium eius quæ nunc est confusio, & ignominia Iudaicæ in isto scelere promptum est agnosci. Sicut enim tunc aurium suarum decus & ornamentum, scilicet in aures aureas, in vitulum formandum coniecerunt, & veritate derelicta mendacium coluerunt: sic futurum erat, vt auream legis & Prophetarum veritatem cõmutarent in mendacium, quod nunc faciunt, sacros codices manibus tenentes, & vipereis linguis blasphemias contra Christum fabricantes.

Mendacia citò euanescent.

21. CYPRIAN. lib. 1. epist. 3. Hæc est frater verè dementia, non cogitare, neque scire quodd mendacia non diu fallunt, nõcõtem tandiu esse quamdiu illudescat dies, clarificato autem die, & sole oborto, lucitendbras & caliginem cedere, & quæ grassabantur per noctem, atrocina cessare. CHRYSOST. Hom. 67. in Iordanem. Quemadmodum qui putres, & rui-

nam minantes parietes albo rectorio liniunt, non tamen eos possunt dirigere: ita & mendaces facillè deprehenduntur.

MISERICORDIA.

Qualiter Apostoli sunt viri misericordie, Vide, Apostoli, num. 33.

Iustus etiam peccatorum miseretur. 1. 2. 30.

Misereri oportet fratris in periculo constituti. 3.

Contra immiserordes. 4. 16. 19. 20. 21.

Misericordia commendatur. 5. 11. 32. 36. 37.

Misericordia cum iustitia. 6. 15. & cum sanctitate.

12.

Misericordia cum castitate. 7.

Misericordia erga viduas, & pupillos. 8. 9. 28.

Deus docuit nos misereri proximorum. 10.

Misericordia non inuestigat necessitatem. 13.

Misericordie opera placant Deum. 14.

Misericordia præstat sacrificio. 17. 18.

Idem misericors, & sanctus. 22.

Misericordia triplex gradus. 23.

Compassionem à nobis discere debemus. 24.

Misericordie viri dicti Apostoli. 25.

Misericordia præmium excimium. 26.

Misericordes naturam consequuntur. 27. 31. 35.

Misericordia super omnia opera virtutum. 29. 33.

Misericordia hominem roborat. 34.

Misericordia Dei, vide verbum, Deus.

Iustus etiam peccatorum miseretur.

1. GENES. 7. Et inclisit eum Dominus de foris. INTERL. Quod ergo homo facere non non poterat ne aquæ introirent, exterius arcam Deus bituminavit. LIPOMAN. Iuxta Hebræum habetur: Et clausit Dominus pro eo, nempe arcæ ostium. In Chaldaeo: & protexit Dominus super eum. Vide quanta sit Dei erga iustos suos prouidentia. CHRYSOST. Inclisit eum Dominus de foris, ne scilicet posset videre iustus generalem omnium interitum qui fiebat, ne contristaretur, & maiori dolore conficeretur. Bonorum enim virorum animæ magnam compassionem habere solent, si quandò vident puniri homines, etiam si mali sunt qui pereunt. Vnde Abraham pro Sodomitis supplicat. & Ezechiel Propheta cap. 9. dicebat: [Heu mihi Domine, delebis tu reliquias Israel?] & Abacuc 1. [Et facies homines sicut pisces maris, non habentes duces?] Ne igitur spectaculi tristis aspectu iustus cruciaretur, in arca illum quasi in carcere inclisit Dominus.

Idem.

2. GENES. 9. Cæpit Noe vir agricola exercere terram, &c. CHRYSOST. Magna tenebatur tristitia, & paruam quandam sibi consolationem excogitans, terræ colendæ se dedit, & inde sibi consolationem excogitauit, &c. Quodd autem in tristitia fuerit, quis dubitat? Mos enim est iustorum omnium, non solum pro iis dumtaxat dolere qui sibi propinqui sunt, sed & pro reliquis omnibus. Vnde & Iffaias cap. 22. dicebat. [Non valebitis consolari me in contritione filia populi mei.] & Ieremias cap. 9. [Quis dabit capiti meo aquam, &c. & plorabo die ac nocte interfectos, &c.] & Ezechiel c. 9. [Hæc mihi Domino, delebis tu reliquias Israel?] & Daniel c. 9. lamentabatur dicens: [Paruulos nos fecisti vltra omnes gentes.] &

V V z Amos:

Amos: [Pœnitent te Domine super hoc,] &c. & Abac. cap. 1. [Quare ostendisti mihi labores & molestias?] &c. & Moyses: [Aut dimitte illis hanc noxam,] &c. & Paulus: [Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis,] &c. *Hæc ille.* Magna vltà quàm credi potest, erat tristitia iusti Noe videntis desolationem vniuersorum hominum, &c.

Misereri oportet fratris in periculo constituti.

3. **GENES. 19.** *Habeo duas filias, &c.* **CHRYSOST.** Loth filias suas prostituit, vt hospites ignotos eriperet ab impiorum contumelia. Nos autem videntes sepe fratres nostros in profundum impietatis, & in fauces diaboli cadere, nec sermone eos dignamur, nec consilere, nec verbis admonere, & eripere à malitia, & ad virtutem manu ducere. Dices quid mihi commune cum illo? Quid dicit homo? Frater tuus est, eiusdem tecum naturæ, sub eodem estis domino, eiusdem participes mensæ spiritualis; & dicit, nihil cum eo commune habeo, & immisericorditer præteris, & non porrigit iacenti manum? Iudæis quidem lex imperabat ne inimicorum lapsa iumenta negligenter, tu autem fratrem tuum iacentem super peccati barathrum, & à diabolo faucium videns, tua exhortatione non releues, & quomodo potes habere aliquos qui te inuent, & liberent à manibus diaboli si quando (quod absit) cecideris? Audi Paulum [Considerans teipsum, ne & tu teneris.] Quasi diceret: Si absque misericordia, & compassione fratrem præteris; forte & te si cecideris, alius similiter præteribit. Si ergo non vis non despici, sicubi labaris, ne ipse despexerit alium. Thesaurum crede maximum, si serues fratrem, nihil huic vnquam par fieri poterit. Mentem cogita quod ille quem despicias & præteris, à Domino tanto in honore habitus est, vt propter ipsum sanguinem fuderit. Audi Paulum 1. *Corint.* 8. [Peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est?] Si propter illū Christum sanguinem fudit, quid magnum facis si exhortatione tuorum verborum iacentem erigas? Imitemur igitur iustum hunc, & si periclitandum etiam fuerit pro salute proximi, non hoc subterfugiamus. Nam tale periculum nobis erit salutis occasio, multamque conciliabit fiduciam.

Immisericordes, immisericorditer puniuntur.

4. **GENES. 34.** *Sauientes ob stuprum sororis.* **LIPOMAN.** Filij Iacob acerri mi quidem insiltebant, sed non sine Dei offensa, quam casus maioris criminis postea vindicauit, cum eorum maior patris cubile scædaret, longè turpiori scelere quam Dina. Sinit enim iustitia Dei tam zelosos in aliena peccata vindices, turpius nonnunquam peccare. Non enim Dominus vult, peccata quæ odit, animo iniquo à quoquam puniri.

Misericordia commendatur.

5. **GENES. 40.** *Ad quos cum introisset Ioseph mand, & vidisset eos tristes, sciscitatus est, &c.* *Cur tristior est facies vestra?* &c. Beatus ille cui curæ erat quomodo consolarentur illi. Vide autem quomodo & in carcere existens suam declarauerit virtutem, & aliorum mœores alleuare studuerit. Hæc **CHRYSOST.** & infra. *Et tamen succedentibus prosperis prapostus pincernarum oblitus est interpretis sui.* Nota differentiam Ioseph: in tribulatione carceris non obliuiscitur misericordiam fratrum, & pincerna in prosperitate obliuiscitur. **LIPOMAN.** Sic solet felicitas obliuionem ducere miserorum. Sic nulla cura miserorum fit in principum oculis. Sic charitas refrigescit.

Misericordia cum iustitia.

MISERICORDIA non debet esse remissa, sed con- 6.
munta iustitia. Vide verbum, *Correctio*, num. 4. ex *Gregorio.*

Misericordia cum castitate.

MISERICORDIA cum castitate, Vide, *Castitas,* 7.
num. 18. ex *sancto Leone.*

Misericordia commendatur maximè in
viduas & pupillos.

8. **EXOD. 22.** *Vidua, & pupillo non nocentis, si leseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, & percussiam vos gladio, & erunt uxores vestrae viduae, & filij vestri pupilli.* **D. THOMAS. 2. 2. quæst. 65. ar. 4. ad tertium.** Iniuria illata in viduas, & pupillos magis exaggerantur, cum quia magis opponuntur misericordiam; cum quia idem nocumentum huiusmodi personis inflictum est eis grauius, quia non habent releuantem. **CHRYSOST.** *hom. 69. super Ioannem.* Frequenter in sacris Scripturis, mentio fit viduarum, & orphanorum, sed nobis nulla eorum ratio. Audi prophetam: [Subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me.] Veruntamen audi quantum illic mercedis. [Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabitur; & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.] Neque enim habet defensorè vidua, & ideo multa de ea ratio habetur, quæ cum secundis nuptiis coniungi sibi liceret, Dei timore in viduitate multa perpetitur. Eis igitur omnes, manus porrigamus, ne quando viduitatis molestias subeamus, & si subierimus, benignitatem in nos materiam benignitatis nostræ comparemus. Non parua vis lacrymarum vidua est, sed ipsum possunt cælum aperire. Nolumus eis insultare, ne augeamus calamitatem, sed pro viribus opitulemur; ita nos & in hoc, & in futuro sæculo munemus. Neque enim in hac dumtaxat vita, sed in illa quoque nobis aderunt: & ob nostra in se officia maximam peccatorum nostrorum partem præcident, atque debent, & fidenter facient nos ante iudicis tribunal comparere. **LIPOMAN.** Hoc capitulum diligenter, & crebrò inculcandum magistratibus, & iudicibus. Est enim in cœlum clamans grande piaculum miseros affligere, & reddere miseriore. Nemo ergo admiretur populorum plagas magnas, vbi viderit opprimi pauperes sine clementia, orphanos affligi, & exulare, hæreditatibus fraudari, viduas persequi, & contristari. Hæc est enim familia Dei, horum lacrymæ à Deo dissimulari non possunt, quin contra afflictiores exandescat clementia Dei Patris.

Idem.

9. **IBIDEM.** *Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei, &c.* *Si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum.* **HIERON.** in *Ezech. cap. 18.* Non omni debitori pignus reddendum: alioquin multis occasio recipiendorum pignorum fiet diuitiarum materia, sed ei debitori, de quo in lege scribitur, quod pauper sit, & proprium opposuerit vestimentum, ne cruciatus frigore clamet ad Dominum, qui vltor est eius iniuriæ. Nam si panem esuriienti dare debemus, & nudum operire vestimento, quanto magis suum reddere? Si tamen debitoris indubitata paupertas est. **AMBROSIO.** *lib. de Tobia cap. 17.* Reddite ergo pignora quæ tenetis, quoniam fidei usorem idoneum reperistis. **LIPOMAN.** Nota verbum, [Exaudiam eum, quia misericors sum.] Ac si dicat: Si omnino tam inimitis & immisericors fueris in eum,

eum, vt frigore & penuria proximum perire sinas: Ego tamen misericors in eum ero contra te, vindictam de te sumam pro eo. Hinc Christus Dominus parabolam sumpsit de duobus debitoribus, concludens ita: [Et pater meus faciet vobis, si non miseritis fratribus vestris de cordibus vestris.] Ex quo oportet discere, Dominum Deum nostrum maximè omnium respicere calamitates miserorum, & vindicare dicitur ac crudelitatem hominum, qui miserias miserorum augent.

Deus docuit nos misereri proximorum.

10. **EXODI 23.** *Peregrino molestus non eris: scitis enim aduenarum animas.* **INTERL.** Quomodo scilicet facile contristentur, non habentes vnde consolentur. *Quia & ipsi peregrini fuistis in terra Egypti.* **AVGVST.** *lib. de vita Christiana.* Non sine causa, nec sine Dei providentia factum esse reor, quod populum suum Deus in alienam prouinciam, hoc est, in Ægyptum, migrare fecit. Sed hanc puto fuisse rationem, quia Deus populum suum quem elegerat, præceptis misericordiam, pietatis, iustitiæ, ceterisque bonis operibus cupiens erudire, voluit eum in externa patria pro tempore peregrinum esse, & captiuum, vt captiuitatis & peregrinationis miseriam disceret, & labores, quod facilius postmodum misereri peregrinantibus & laborantibus nosceret. Nemo enim tam libenter peregrino & aduenæ miseretur, quam qui peregrinationis exitus nouit. Nemo ita esuriens cibum, nemo sic sitientem potat, nisi qui sitim esuriemque perpeffus est. Vt putas eum bonum fuisse agricolam, qui priusquam semen mittat, diu terram atratis & rastris domat, ne quod illi traditurus est, semen peccat: Ita Deus populum suum diu antè macerat, & domat, quam ei salutarium mandatorum semen imperiatur. Vt ob hanc causam eum hæc pertulisse euidentiùs clareat, ipsius Domini intueamur mandata, dicentis, [Peregrino molestus non eris,] &c. & *Deut. 24.* [Orphano, & viduæ date panem, & vestimentum. Diligite profelytum, quia & ipsi fuistis in terra Ægypti peregrini.] Vnde facile dignoscitur, eum populum ob hanc causam cunctis afflictum fuisse miseris, vt misereri alteri suo doceretur exemplo: Sicut scriptum est: [Docuisti enim populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse & humanum.] *Sap. 10.*

Misericordia commendatur.

11. **EXODI 23.** *Non coques hædum in lacte matris sue.* Quod misericordes debemus esse circa proximos nostros, Vide, verbum, *Crudelitas*, num. 3. ex **D. THOMAS.** Item super illud *Deut. 15.* [Si vnus de fratribus tuis ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum,] &c. Vide, *Eleemosyna*, num. 13; Item *Deuter. 22.* *Si nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis desuper incubantem, non tenebis eam, &c.* *vt bene fit tibi, & longo vnius tempore.* **OLEASTER.** Nunquid de bobus aut auibus cura est Deo? Voluit Dominus nos pios esse non solum in homines, sed etiam in aues, & bruta. Considera hic pietatis vilitatem, quæ tibi vbique longam parat viam. Quod si pietas in aues tibi dies multiplicat, quid pietas in homines aut parentes?

Misericordia cum sanctitate.

12. **REG. 6.** *Pergentes, & non declinabunt ad dexteram, neque ad sinistram.* **GREGOR.** *lib. 7. Moral. cap. 14.* Vacca ista ibant per gentes, & gementes, & dabant ab intimis mugitus, & tamen de itinere non reorquebant gressus, amorem quidem per compassionem sentiebant: sed colla poste-

rius non reflectebant: sic fides quique esse debent, vt compatiantur proximis per charitatem, & tamen de via Dei non exorbitent per compassionem. Sic namque sic necesse est vt incedere debeant, qui sacre legis iugo suppositi per internam scientiam arcam Domini portant, quatenus per hoc quod propinquorum necessitatibus condolent, à cæpto rectitudinis itinere non declinent.

Misericordia non inuestigat necessitatem.

13. **REGVM 16.** *Lugebat Samuel Saulem, &c.* **BERNARD.** Vera misericordia non iudicat, sed afficit, non nititur discussione, occasione contenta. Non enim expectatur ratio, vbi affectio trahit. Iustitia meritum querit, misericordia miseriam intuetur. Lugebat Samuel Saulem miserans, non deliberans. Lugebat, inquit, Samuel Saulem, qui se cogitabat occidere, & ad ignem charitatis incalescente pectore, liquefactus intus pietatis adeps, foras emanabat per oculos. *4. Reg. 19.* *Mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum.* **GREGOR. 12. Moral. cap. 22.** Cum cogitationem nostram ad compatiendum indigentem proximo tendimus, quasi radicem deorsum mittimus, vt retributionis fructum superius faciamus.

Misericordiam opera placant Dominum.

14. **PARALIP. 28.** *Reducite captiuos, quos adduxistis de fratribus vestris, quia magnus furor Domini imminet vobis.* Quod & fecerunt magna cum misericordia: vnde placatus factus est Dominus. Nam princeps populi apprehendentes captiuos, omnesque qui nudi erant, vestierunt de spoliis, cingulaque vestierunt eos, & calceauerunt, & rescesserunt cibo, ac potu, vniuersi quoque propter laborem, & adhibuerunt eis curam, quicumque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore, imposuerunt eos iumentis, & adduxerunt eos ad fratres eorum.

Misericordia cum iustitia.

15. **IOB 29.** *Iustitia induit sum.* **RADVLPH.** Beatus Iob opera sua enarraturus, quæ misericorditer indigentibus impenderat, præmisit, dicens: [Iustitia indurus sum.] Ille quippe bene agit quæ pia sunt, qui scit prius seruare quæ iusta, vt collatus in proximos riuus misericordiam, de iustitiæ fonte ducatur. Nam multi proximis quasi opera misericordiam impendunt, sed iniuste facta non deserunt, qui si veraciter proximis misericordiam facere student, sibi ipsis prius debuerant iuste viuendo misereri.

Immisericordes non consequentur misericordiam.

16. **PROVERB. 21.** *Qui obturat aurem suam, ne audiatur pauperem, & ipse clamabit ad Dominum, & non erit qui exaudiat eum.* **PETRVS RAVEN.** Quomodo petit misericordiam qui negauerit? Iudicium, inquit, sine misericordia fit illi qui non fecerit misericordiam. Proinde quod est sine rege aula regis, hoc est sine largitate ieiunium, &c. Vide *Ieiunium*, numero 26.

Misericordia prestat sacrificiis.

17. **OSAE 6.** *Quia misericordiam volui, & non sacrificium.* **P. D. RIBERA.** Aliqui hæc verba interpretantur de misericordia Dei, sed germanior videtur sensus, si tam hic quam supra, vbi dicitur: [Misericordia vestra tanquam nubes matutina,] &c. misericordia accipiatur pro beneficentia, & benignitate hominis erga hominem. Ita **THEOPHYLACT.** & **AVGVST. 10. de ciuitate cap. 5.** & *lib. 20. contra Faustum cap. 16.* Et interpret Chaldaus in vtroque loco, in primo vertit: *Benignitas vestra, quasi nubes matutina;*

curia, hinc autem: *Namque in his qui exercent misericordiam, voluntas eorum me est, magis quam in sacrificio, &c.* & hac interpretatio congruit cum multis scripturæ locis, ubi reprehenduntur Iudæi, ut crudes in proximos, & nihilominus multitudinem sacrificiorum Deum placare quærent. Vnde illud *Isai. 1.* [Quod mihi multitudinem victimarum vestrarum,] &c. Quiescite agere peuersè, discite bene facere, quærite iudicium, subuenite oppresso,] & illud *cap. 58.* [Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra,] &c. & illud *Ierem. 7.* [Nolite confidere in verbis mendacij,] &c. & Dominus, *Matt. 23.* [Vae vobis scribæ, & Pharisei, hypocritæ, qui decimatis mentham,] &c. (quasi multum honorare Deum volentes) & reliquistas quæ grauiora sunt, legis iudicium & misericordiam, & fidem.] Quin & illud *Matt. 9.* pro hac facit interpretatione. Reprehendebatur Seruator ut homo amicus peccatorum, & præclare respondet: Gratus esse Deo, esse hominem erga hominem misericordem quam sacrificium offerri, & quod *cap. 12.* dicitur hunc habet sensum. Pharisei, non tam discipulos quam magistrum acculare volebant, quod in sabbato spicas vellerent. [Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere in sabbatis,] & Dominus pro se, & pro illis respondet: Poteram prohibere propter sabbatum, sed præ misericordia famis eorum non prohibui. Sciebam enim gratum me Deo facere si in misericordiam potius inclinarem, quam si in sabbati custodiam.

Idem.

18. **I**DEM. *Idem.* Sed quæritur hinc, quare misericordia præferatur sacrificiis, cum sacrificia sint actus religionis, quæ præstantior est misericordia, & omnibus virtutibus moralibus, ut docet D. THOM. 2. 2. quæst. 81. ar. 6. Respondetur: scripturam non loqui hinc de misericordia præcisè, sed de misericordia ut includit in se opera charitatis in proximos: & hoc modo non est dubium maiorem esse religionem, iuxta illud dictum approbatum à Christo, *Marci 12.* & diligere proximum tanquam se ipsum maius est omnibus holocaustibus, & sacrificiis. Secundò, respondetur religionem, absolute loquendo, præstantiorem esse misericordiam, præcisè ratione obiecti, sed opera misericordiam propter assiduas, & passim occurrentes necessitates proximi, præstantiora sunt, & Deo gratiora. Vnde opera religionis, ut inter esse facris, rectè omittuntur propter opera misericordiam: in qua re plurimum Dei amor erga nos spectatur, qui ita nos amat, ut opera cultus sui facilè, & patiatur, & iubeat omitti aut interrumpi, ut nostris siue animæ siue corporis commodis consulatur. Iuxta illud *Matth. 5.* [Si offers munus tuum ad altare,] &c. relinque ibi munus tuum,] &c. Tertio, respondetur scripturam non loqui de operibus misericordiam, quatenus misericordiam tantum sunt, sed quatenus sunt ad Deum colendum, & promerendum: qui dixit, *Matt. 25.* [Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis,] atque hac ratione actus imperari religionis sunt. Vnde & sacrificia vocantur, iuxta illud *Hebræorum 13.* [Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci. talibus enim hostiis promeretur Deus. Vnde, AVGVST. 10. de ciuitate, cap. 5. super hæc eadem verba Osee: Sacrificium sacrificio antepositum. Itaque habet talis misericordia præstantiam actus religionis, & hoc etiam præstat illi, quod maiorem utilitatem proximo affert.

Contra immisericos.

19. **A**MOS 6. *Idem P. RIBERA super illa verba: Ua qui inquit estis in Sion, &c. Opulentos vo-*

cat, qui in Hebræo *pacari* esse, vel, *abundantes* dicuntur. Vnde Chaldaus: *Va qui inquit de gentibus in Sion.* Duplex ergo eis peccatum obiicit, quod ipsi omnibus rebus abundant, cum alij in paupertate degant, & quod tranquillo animo sint, fratribus suis inopiæ dolore tabescentibus. Vnde & ait: *Et nihil patiebantur super contritione Ioseph.* Talis erat diues ille Evangelicus qui induebatur pupura & bysso, & epulabatur quotidie splendide, & erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlcibus plenus,] &c. & nemo illi dabat,] &c. Talis & Nabal ille stultus. 1. *Regum 15.* qui repulit Dauid, & socios supplicantes, [quodcumque inuenerit manus tua da filiis tuis, & filio tuo Dauid,] Respondens autem,] &c. [Quis est Dauid,] &c. Tales egenorum labores gemitibusque contemnunt. Vnde LXX. vertunt. *Va qui despiciunt Sion, id est, qui omnibus affluentibus, nihil aliorum inopia atque dolore commouentur.*

Idem.

IDEM. *Qui dormitis in lectulis eburneis. Idem. Id* 20. **I**est, ex elephantorum dentibus confectis, & licet ex lignis facere eos possent, diligenter vbique dentes conquirebant, & pecunia, qua pauperes fratres essent alendi, comparabant, ut ex tot particulis artificiosè copulatis, lectus integer constaret. Hos, & huiusmodi abusus condemnat AMBR. O S. lib. de Nabuthe Israelita, cap. 13. Parietes, inquit, vestitis auro, homines nudatis, clamat ante domum tuam nudus, & negligis, & tu sollicitus es quibus marmoribus pavimenta vestias: pecuniam pauper querit, & non habet: panem postulat homo, & equus tuus aurum sub dentibus mandit, &c.

Idem.

IDEM. *Et nihil patiebantur super contritione Ioseph.* 21. **I**dem. Id est super calamitate & dolore tribus Ioseph. Nulla misericordia tangebantur optimates, diuitiis & deliciis abundantes, cum videbant populares, & contribules suos conteri, id est, vexari à creditoribus, & inopia premi. In Hebræo est, *Et non infirmabantur super contritione Ioseph.* Infirmari enim apud Hebræos, est dolere. *Michea 4.* [Dole, & satage filia Sion.] In Hebræo est, *Infirmitas & satage.* Ex quo intelligimus illud 2. *Cor. 11.* [Quis infirmatur, & ego non infirmor?] & *cap. 12.* [Quæ infirmitas meæ sunt, gloriabor,] id est, in doloribus quos pro Christo passus sum. Item. [Pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis,] id est, in persecutionibus, & doloribus, & [Virtus in infirmitate perficitur.]

Idem misericors, & sanctus.

IDEM. *ibid.* Apud Hebræos sanctus dicitur misericors: loco enim huius, & scitote quoniam misericors dicitur Dominus sanctum suum] psalmo quarto, in Hebræo est, misericordem suum. Vnde etiam eleemosyna, iustitia solet appellari, ut Danielis 4. [Peccata tua eleemosynis redime.] In Chaldaeo est. Peccata tua in iustitia redime. Quia idem est apud Hebræos sanctus, & misericors, & omnino propria est misericordia sanctorum.

Misericordia triplex gradus.

MATT. 3. *Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.* 23. **I**saac. Misericordiam duæ sunt species, dare, & dimittere. Vnde [Date, & dabitur vobis, dimittite, & dimittetur vobis,] &c. Vt utique speciei tripartita est dimissio: est enim iustitia, in vtraque magna, maior, maxima, inchoans, adulta, robusta. Primus itaque gradus dat de suis: Date Eleemosynam, &c. Secundus, omnia sua, ut dicat, Ecce

[Ecce nos reliquimus omnia,] &c. Tertius, se, ut dicat, libenter impendat, & superimpendat. [Hac maiorem dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis,] hæc retribuit Domino quantum potest. Qui in nullo repertus fuerit misericordiam gradum, in nullo erit indulgentiæ loco. Nam & de debitis remittitur, & debita remittuntur, & qui se totum debet, quandoque manumittitur, &c. Qui ergo omnia reliquit, ipsos etiam qui consequentur misericordiam, iudicabit. Igitur, *Beati misericordes.* Hæc est totius actiæ disciplina summa. Non est quo pedes vltra gradiaris, si vltra vis procedere, volandum est.

Compassionem à nobis discere debemus.

24. **A**D GALAT. 6. *Huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum ne & tu teneris.* BERNARD. Temetipsum attende, ut aliis noueris compati, & ut arguas in spiritu lenitatis, te ipsum considera, ne tu teneris. Cur hoc? ne forte si proximi malum consideres, & tuum non attendas, mouearis non ad miserationem, sed ad indignationem; non ad adiutandum, sed ad iudicandum; non ad instruendum in spiritu lenitatis, sed ad destruendum in spiritu furoris. Mansuetus igitur, id est, eo spiritu fratri agrotanti subuenias, quo tibi vis subueniri cum agrotas: & ut scias qualiter erga delinquentem mansuetere possis, considerans te ipsum, inquit, ne & tu teneris.

Misericordiam viri sunt Apostoli.

25. **E**CCL. 24. *Isi sunt viri misericordiam, &c.* Qualiter Apostoli dicantur viri misericordiam, Vide Apostoli, num. 33. ex Bernardo.

Misericordia premium eximitum.

26. **R**EGVM 18. *Abdias autem timebat Dominum Deum valde. Nam cum interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, &c. Et paucos panes, & aqua. LXX. ar. n.* Ex hoc consequutus est à Domino prophetiæ donum, iuxta illud *Matth. 10.* [Qui recipit prophetam in nomine prophete, mercedem prophetæ accipiet.] Vnde inter duodecim prophetas quartus computatur. Hæc ille; Sed nota pro paruo dono, scilicet panis, & aquæ, quod dedit prophetis, quàm magnum donum accepit, scilicet prophetiæ, iuxta illud, [Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.]

Misericordes misericordiam consequentur.

27. **I**ACOB. 2. *Superexaltat autem misericordiam indicum.* Hoc est, Misericordia tua quam erga proximum exerces, iudicium Dei erga te superexaltat in fauorem tui; quanto enim lanx misericordiam deprimitur, tanto lanx iudicij exaltatur. Alia litera. Gloriarur misericordia supra iudicium. Vnde Dominus, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

Cum festinatione succurrendum miseris.

28. **G**ENES. 3. *Cum deambularet Dominus ad auram post meridiem, &c. G. ALFRID.* Non sic postea venit ad sponsam quæ in magno se gaudens amore præuentam, in eo quod venientem cum celeritate conspiceret. [Ecce, inquit, venit hic saliens in montibus:] nunc verò deambulare dicitur, quærens latentem inter frutices peccatorem. Retardabatur, & lentis gradibus incedebat, utpote qui veniebat tristem mortalibus inferre sententiam: ad sponsam verò veniens festinat, & lætis admodum saltibus aduolat, æternæ reparationis afferens medicinam. Nobis autem ut ex his morale aliquid sumamus. Sicut

in saltibus istis vigor charitatis innuitur; sic in deambulatione illa fraternæ correptionis, grauitas commendatur. Ut discamus ex istis, cuiuslibet indigent cum omni festinatione, & alacritate succurrere; ex illa verò cuiuslibet offensæ vindictam cum multæ deliberationis pondere retractare. Absit autem ut similes eorum simus qui cum petuntur suffragari dissimulando, deambulant, & cum sicuti vindicari, saluunt & festinant.

Misericordia super omnia opera virtutum.

29. **M**ATT. 6. *Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. EVSEBIUS EMISENVS.* *Hom. Dominica 3. post Pentecosten.* Magna est virtus misericordiam, & omnibus aliis virtutibus superest, vnde & per Prophetam dicitur. [Suavis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius.] Vnde & bene apud Græcos oleum vocatur: Sicut enim in liquoribus oleum, ita in bonis operibus misericordia superest. Quicumque enim liquorem in oleum infundas, oleum semper desuper natat. Oleo baptismus sanctificatur, oleo Ecclesia consecratur, nos quoque oleo ideo sumus toties inuncti, ut semper misericordiam memores simus, & nunquam pietatis, & misericordiam opera obliuiscamur.

Misericordia dolendum ob peccata proximorum.

30. **B**A'SIL. *Homilia de gratiarum actione.* Ut qui consistunt in littore, eorum indolescent vicem qui fluctibus immerguntur, nec interim vllam adeunt iacturam propriæ securitatis ob anxiam qua periclitantibus condolent, cogitationem: itidè & qui vltro neo mœrore se afficiunt ob peccata proximorum, haudquaquam per id lætitiæ exinaniunt suam, sed verius audiorem eam, & cumulationem reddunt, ut qui perfrui merentur Domini sui gaudio, ob lacrymas in gratiam fratris sui effusas.

Misericordes misericordiam consequuntur.

31. **M**ATT. 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Idem sermone de habenda cura proximorum.* Sicut is qui absque compassione vulnera fratrum spectat, nullum inueniet qui se dignetur venia, si quando & ipse peccauerit: ita qui misericordiam lapsum proximi iustificat, si quando & ipse supplantabitur, multos videbit manum porrecturos.

Misericordiam opera erga proximum exercenda.

32. **M**ATT. 25. *Hospes eram, & non collegisti me nudus, & non cooperuisti me, &c. CHRYSOST.* *Hom. 51. in Matth.* Dic oro si quem fame percutem videres, nec cibo soluere sibi necessitatem curares: sed multo argento, ac auro mensam exornares, quas putas illum gratias tibi habiturum? Quid porro si frigore congelatum hominem aspiceres, nec vestem aliquam ei præparares, si aureas sternas ad laudem eius erigeres, nonne cõtemnere videreris? Ita te oportet in Christo etiam cogitare, cum errabundus, & peregrinus circumuagetur, tecto indigens, tunc tuipse illum non suscipis, vermiculato emblemate pavimenta exornas, magnificos muros construis, ipsum verò nec visitare curas in carceribus vinctum.

Misericordia necessaria.

33. **C**HRYSOST. *Hom. 53.* Caterarum quidem Cartium quælibet vnum aliquem finem respicit, ut agricultura hominis pabulum, ars rectoria nostrum amicum: imò verò nulla sola finem suum con-

sequitur; & primum, in agricultura perferentur. Hæc enim nisi faber ferrarius vomerem, rastros, falces, securim; aliæque quam plurima mutentur, nisi lignarius aratrum sibi fabricet, & iugum præparet, & vehiculum ad ferendas construat spicas; nisi à coriariorum artificibus corrigiam fumat, vniuersa agricultura euauit. Cùm verò misericordia libenter moti, aliquid facimus, nulla re alia præter voluntatem nobis opus est; cùm singulæ artes altera alterius auxilio indigeat.

Misericordia hominem roborat.

34. **IDEM** Hom. 65. Non sic oleum corpus hominis roborat, vt animam misericordia stabilis, adeoque confirmat, vt superari à diabolo nequeat. Lubricum enim eleemosynæ oleum corpus hominis constituit, ita vt manus diaboli propter lubricitatem facile effugiat. Hoc igitur oleo crebro nos pertungamus.

Misericordiam consequentur.

35. **MATH.** 5. *Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.* CHRYSOST. Hom. 7. in 2. ad Timoth. Quemadmodum is qui se ab alienis cladibus minimè auerit, ne in suis quidem aliquid vnquam patiatur aduersi: ita & qui alienæ tristitiæ consors fieri renuit, in suis casibus acriter afficietur. Ac sicut in corpore, putrescente pede, manus nisi compatiatur, expurgæque vulnus, & imponat medicamentum, ac diluat saniem, hoc ipsum in suis patietur malis, & quæ ministrare alteri noluit, cùm esset morbo libera, morbo ipsa quoque erit obnoxia: quippe præfens inde malum ad ipsam quoque peruenit, iamque non de officio, ac ministerio, sed de cura, & euasione periculi erit illi ratioita sanè & hic qui condolere aliis negligit, ipse dolebit.

Misericordiam exercenda.

36. **MATH.** 25. *Nudus eram, & cooperuistis me.* CHRYSOST. Ibid. Hom. 35. Deus mendicat, & nudus circumit, tibi negotians vitam immortalis; eum itaque ne despexeris, non vult cibari, sed cibare, non indui, sed inducere, & aureum tibi parare illud indumentum, & regalem stolam. Nōne vides medicorum studiosiores cùm ægros lauam, & se licet nihil indigentes lauare? Sic & ipse propter te laborantem omnia facit.

Benefaciendum omnibus.

37. **MATH.** 6. *Benefacite eis qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri qui in celis est.* CHRYSOST. Hom. 1. ad Philippens. Quemadmodum diuitum filij, ornatus gratia aureum monile gestant in collo, nec id vnquam deponunt, veluti nobilitatis signum circumferentes & ostentantes: itidem & nos oportet semper beneficentia indutos esse, declarantes quod filij sumus eius qui misericors est, eius [qui solem suam exoriri facit super bonos, ac malos.] GREGOR. NYSSEN. in Oratione de pauperibus amandis, & benignitate comparanda. Quemadmodum illi qui in stultitiæ certaminibus præmia proponunt, tuba liberalitatem suam significantes omnibus in palæstra decertantibus, pecuniæ largitatem pollicentur, arque denunciant: sic ipsa beneficentia omnibus in miseris & calamitatibus positos ad se vocat, non vulnerum & plagarum præmia, sed ærumnarum, & incommodorum remedia & curationem accedentibus imperiens. Hæc est omnium laudatarum præstantissima, hæc est felicitatis comes, hæc affidet Deo, & magna est cum ipso necessitudine coniuncta. LAVRENT. IUSTINIAN. in Sermone de Christi corpore, seu de Eucharistia. Quemadmodum materialis ignis incen-

dium pederentim, nisi vnde nutrirī valeat, frequenter superadiicitur, minuitur: ita & mutuus mortaliū amor, si non crebris beneuolentiæ exercentur officiis.

M O R S.

In articulo mortis Angeli nos consolantur. Vide Angeli, num. 47.

Morti obnoxius homo ob suam negligentiam. 1.

Mortis timor naturalis homini. 2. 6. 16. 20. 23.

Quid sit morte mori. 3. & mors multiplex. 4.

Qualiter mortui sunt primi parentes. 5. 10.

Mortis sententia misericordia plena. 7. 13.

Mortis hora incerta, & quare. 8. 26. 47.

Quare Christus auferendo peccatum, non abstulit mortem. 9.

Mors iam instrumentum salutis. 9. 17. 18. 38.

Mortis memoria, & obliuio. 11. 22. 26. 29. 44. 45. 46. 62.

Mors per peccatum introiuit. 12. 31. 43. 53.

Mortis fundamentum debile. 14.

Iusti etiam si moriantur, viuunt. 15.

Mors laborum, & dolorum finis. 17. 18. 21.

Contra odientes mortem. 19.

Mors omnibus communis, & certa. 20. 21. 31. 36. 37. 48. 58. 60.

Mors post Christi aduentum non formidabilis. 23. 28.

Mortui qualiter descendunt. 24. 32. 56. 70. 71.

Mors inuictorum preciosa. 25. 27. 30. 31. 33. 34. 35. 41. 64. 65. 67.

Mors peccatorum pessima. 27. 30. 35. 39. 42. 66. 68.

Mortuorum sepultura. 27. 31. 52.

Mortui post aduentum Christi, non descendunt. 32. 56. 73.

In hora mortis electi adiuantur à Deo maxime. 34.

Mors velox, & breuis. 36. 37. 49. 50. 51.

Per mortem quandoque peccata laxantur. 38.

Mortis tempus statutum à Deo. 40.

De morte Alexandri. 51.

In morte omnia relinquuntur. 54.

In morte talis indicaberis, qualis inuentus fueris. 55.

Non dolendum in morte quod corpus corrumpitur. 57.

In terram reuertitur homo. 59.

Vento, & aliis comparatur vita hominis. 61.

Mors dulcoratur resurrectionis memoria. 63.

Mors non timenda, sed peccatum. 69.

Pro morte filij, consolatio. 72.

Nemo laudandus ante mortem. Vide, Adulatio, num. 5. & 6.

In martyre mors utilior quam vita. Vide Martyrium, num. 20.

Morti obnoxius homo ob suam negligentiam.

ENE S. 2. *Lignum etiam vite in medio paradisi, lignumque scientia boni, & mali.* HVG O DE S. VICTOR E. Deus ita munificat hominem intus, per lignum vitæ sumptum in cibum; & extra, per diuinam potentiam, & protectionem, vt posset non mori, intus, portam negligentia per rationem humanam, extra, portam violentia obferans per diuinam custodiam, vt nisi homo

homo ratione abutens, portam negligentia aperiret, nunquam per portam violentia aliquid nociuum intraret, sed quia noluit sibi cauere, vt seruaret portam sibi commissam, merito Deus deseruit eius custodiam, & sic remansit obnoxius infirmitati, miseria, & deniq; ipsi morti. AMBR. Mors nō superuenit Adæ, neque à Deo, (Deus enim mortem nō fecit,) neque à natura ligni, sed à semetipso, sui ipsius inobedientia mortis causa fuit: & ideo homo ipse sibi mortis est causa. Medicus enim præscribens ægotanti à quibus videatur cauendum, si ille ab interdicitis non abstinerit, causa mortis ei, non medicus est, sed ipse sibi reus mortis est propria. Itaque Deus, quasi bonus medicus, prohibuit ne Adam nocitura gustaret.

Homini naturalis timor mortis.

2. **IDEM** Morte morieris. Idem AMBR O S. Dicit aliquis, si homo non gustauerat mortem, nesciebat mortem, si nesciebat, timere non poterat. Frustrà igitur mortem pro timore obiecit homini Deus. Hoc autem facile ex communi vsu naturæ absolutionem habet: est enim natura instum omnibus, vt etiam quæ nondum sibi nocere experta sunt, quasi noxia referunt. Columba enim, naturaliter ab ortus sui initio accipitrem timet, pulli miluum, & ones lupi. Quod si in his irrationabilibus de aduerso genere animantium naturalis est terror, vt mortem fugiant, quanto magis in primo homine, rationis vtique plenissimo, naturalis quædam opinio mortis debuit esse vitandæ?

Quid sit morte mori.

3. **IDEM** Idem AMBR O S. Sicut vita viuere, admirabilem quandam illam vitam beatamque significat, & hunc viuendi vsu spirandique munus cum beatæ vitæ gratia veluti coniunctum, & quadam participatione permixtum demonstrat. Vita enim viuere in scriptura, id est, virtute viuere, & beatæ vitæ actus habere in istius corporis vita: sic de contrâ, morte mori, nihil aliud est nisi cum morte corporis, deformitatem significare morientis, cuius & caro communi viuendi munere defraudatur, & anima vitæ æternæ vsu priuatur.

Omnis mortis comminatus est Deus primo homini.

4. **IDEM** AVGVST. 13. de Civit. cap. 12. Quamnam Deum mortem comminatus est homini? an animæ, an corporis, an totius hominis, an illam quæ secunda dicitur? Respondendum. Omnes. Prima enim mors constat ex duabus, secunda ex omnibus. Prima, est totius hominis mors, cùm scilicet anima sine Deo, & sine corpore ad tempus pœnas luit; secunda verò, vbi anima sine Deo cum corpore pœnas æternas luet. Quando ergo dixit Deus primo homini, [Quacumque die comederis ex eo, morte morieris.] Non tantum primæ mortis priorem partem, scilicet cùm anima priuatur Deo, neque tantum posteriorem, vbi corpus priuatur anima, neque tantum ipsam totam primam mortem, vbi anima & à Deo, & à corpore separata punitur, sed quidquid mortis est vsque ad nouissimam, quæ secunda dicitur, & qua est nulla posterior, comminatio illa complexa est.

Qualiter mortui sunt primi parentes peccando.

5. **IDEM** GREGOR. lib. 6. Registri epistol. 195. Sed qualiter verum habuit sententia contra Adam, si quidem nec eodem die mortuus est secundum corpus, neque vt videret, secundum animam: saluatus enim fuit per penitentiam? Respondemus nos, hominem primum, qua die peccauit, anima mortuum

dicimus, atque per hunc omne genus humanum in hac mortis, & corruptionis pœna damnatum, & sic mortuam animam dicimus, quod non à substantia viuendi, sed à qualitate viuendi cessauerit, id est, non est Adæ anima ita mortua, vt non esset, sed ita mortua, vt beata non esset. Postmodum verò Adam per penitentiam ad vitam rediit. Per secundum verò Adam, & modò à morte animæ, & postmodum ab omni corruptione carnis in æterna resurrectione liberari nos posse confidimus. D. THOM. 2. 2. q. 164. art. 1. statim mortui sunt primi parentes. Quia licet diutius vixerunt, illo tamen die mori ceperunt, quo mortis legem, qua in senium veterascerent, acceperunt.

Metum mortis abstulit diabolus.

6. **GENES.** 3. *Nequaquam morere moriemini.* BERNARD. Deus affirmat, mulier dubitat, Satan negat. D. THOM. Opusc. 2. cap. 189. Vt in transgressionem præcepti facilius inclinaret, exclusit mendaciter metum mortis: & illa promisit, quæ homo naturaliter appetit, &c. Vide verbum, Scientia.

Mortis sententia misericordia plena.

7. **GENES.** 3. *Donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuertaris.* BERNARD. Sermon de S. Martino. Audite quique terrigenæ, & filij hominum, vobis dicitur, & de nobis. In terra orimur, & in terra morimur, & in terram reuertimur vnde sumus assumpti. Hic nobis angustus introitus, mora breuis, sola mors certa, velis, nolis, quantumcumque recalcitres, ferre debes sententiam quam excepisti, [Terra es, & in terram ibis.] Grauis sententia, sed non sine grandis misericordiae temperamento. Dura admodum, sed indulgentia plena. Si peccatori diceretur statim, morieris, terra es, sed ex hoc in terram ibis: iusta quidem esset sententia, sed sine mixtura misericordiae. [At non infernus confitebitur tibi, nec mors laudabit te Domine, sed nos qui viuimus, benedicimus tibi.] Pepercisti ergo Domine creaturæ tuæ, pepercisti gloriæ nominis tui, non damnans hominem in loco perditionis, sed in loco afflictionis humilians, donec reuertaris, inquit, in terram. Verè Domine cùm iratus fuisses, misericordiae meministi. RVPERT. Non iratæ iustitiæ, sed miserantis est gratia, quod vitiatum hominem Deus mortalem esse, & interim dum viuunt, in laboribus pane suo vesci voluit: vt videlicet antequam veniat dies iudicij, in quo omnes iniqui damnandi sunt, respiciant aliqui laboribus, & doloribus, tandemque ipsa morte eruditi, quatenus vel sola vexatio det intellectum auditui.

Mortis hora incerta quare.

8. **IDEM** Idem RVPERT. Mortis diem, & horam homini incognitam esse voluit Deus, vt dum nescitur quando sit, quæ sine dubio futura est, semper hominem sollicitum reddat, semperque suspectum superbire non sinat. Dixit enim indefinitè: *donec reuertaris in terram, &c.* & non dixit vsque ad tot annos, vel tot dies. Ita ergo viuere hominem voluit, quasi altera die iudicandum, & rationem de proptiis factis redditurum.

Quare Christus auferendo peccatum non abstulit mortem.

9. **IDEM** AVGVST. 13. de civitate cap. 4. Si quem imbecat cur vel ipsam mortem patiantur homines, quorum per Christi gratiam peccata abolerunt; quando ipsa mors pœna peccati est? Dicimus ad hoc quoniam

meliora. Mors enim Domini immortalitatem nobis donavit, & mortis dissoluit neruos, & robur destruxit, & quod antè terribile erat, nunc contemptibile fecit; aded vt multi exiliant, & festinent, cum hinc migrandum. Vnde Paulus clamabat, [Cupio dissolui, & esse cum Christo.] Vide etiam, *Tentatio*, num. 14. ex eodem *Chrysof. 3. Passio Christi*, num. 80.

Mortui qualiter desendi.

24. **G**ENES. 23. *Venitque Abraham vt plangeret, & fletet Saram*, scilicet defunctam. *Mortuus qualiter desendi*, Vide verbum, *Lacryma*, num. 2. & num. 5. ex *Ruperto*.

Mors iustorum.

25. **G**ENES. 25. *Et deficiens Abraham mortuus est in senectute bona* proreetaque aetatis, & plenus dierum, congregatusque est ad populum suum. **LIPOMANVS.** Deficere rectè dicitur, viribus naturæ destitui; sicut de beato Martino legitur, cum tamen spiritus fastigia virtutum apprehendisset. Nam si de virtute accipias, testè **HIERON.** deficere, & imminui Abraham nullatenus conuenit. *Mortuus* esse dicitur, resolutione quidem corporis, attamen cum sanctis viuere Deo iuxta spiritum. *In senectute bona.* Senectus enim bona dicitur vita venerabilis & plena virtutum, sine miseris vitiis, quibus aliquos post octogesimum annum subiacere videmus. *Proreetaque aetatis,* non spatium dierum, & temporis, cum iunior obierit omnibus auis suis, sed quia sensu, fide, sanctimonia vitæ profecerat in immensum, & plenus dierum, id est, *sauius vitæ presentis*, vt ex Hebræo colligitur; cupiebat enim iam dissolui, & esse cum Domino. **AMBROS.** Vel quia plenitudinem vitæ iustorum habet, inanes verò sunt dies malorum. *Congregatusque est ad populum suum.* **RUPERT.** Quia sicut de agris congregatur matura messis in horreum: sic de publico vitæ huius congregantur electi temporibus suis, singuli in secreta quiescentium. **INTERL.** Vel, *ad populum suum*, id est, *ad angelos*, quorum conciuus erat. **LIPOMAN,** & **CALIST.** *Congregari ad populum suum*, est consociari non in maiorum suorum sepultura, sed perducii iuxta animam ad confortium patrum illius, qui locus exinde sinus Abraham vocatus. **ORIGENES.** Optemus ergo & nos huiusmodi mortem, vt scilicet moriamur peccato, & viuamus Deo, vt *Apostolus* ait. Talis namque Abraham mors intelligenda est, quæ in tantum dilatavit sinum eius, vt omnes sancti qui de quatuor partibus veniunt, in sinum Abraham portentur ab Angelis.

Memoria mortis, & quare incerta.

26. **G**ENES. 27. *Vides quod senexerim*, ait Isaac, & *ignorem diem mortis meæ.* **LIPOMAN.** Sancti mortem ob oculos semper habent, Domini iudicium meditantur, posteritatis curam gerunt, & pro viribus præordinant. Diem autem mortis Deus nos scire noluit, vt eius iudicium semper expectemus; & paucamus, illique vitam, & mortem, ac opera committamus.

Mortuorum sepultura.

27. **G**ENES. 47. *Non sepelias me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis*, &c. **INTERL.** Ad excitandam memoriam filiorum diligenter commendatur sepultura patrum. **THEODORET.** & **LIPOMAN.** Vel ne posterii eius nimidum terram Aegypti diligenter, si illic patriarcham suam sepulcrum recordarentur, ob idque minùs ardenter ad terram promissionis obtinendam anhelarent. **CHRYSOST.** Nullus putet hoc pusillanimitatis, & infirmitatis esse

testamentum, sed præuidendo futurum reditum, omni culpa excuset iustum. Ne igitur dicat quis miscrum in alieno solo vitam finientem, nec cum qui in solitudine ex hac vita discedit. Neque enim ille dignus vt miser dicatur, sed qui in peccatis mortuus est, etiam super lectum, etiam si presentibus amicis omnibus spiritum exhalet. Non est, o homo, ille miser, & cane vilior ille qui moritur nullo familiarium præsentem, cui neque sepultura, neque funus contigit, nam quid ille damni sensit? Sed si caret virtutis amictu se regente. Nam plerique iustorum capite truncati, alij lapidati moriuntur, & tamen [pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.] Mors autem peccatorum pessima, etiam si domi moriantur, & muliere, & filiis presentibus, & familiaribus, & notis assistantibus, quia virtute carent. Sicut enim qui virtute præditus in meliorem vitam transit, accipiens laborum suorum præmia, ita & qui ea caret, initia & præambula suppliciorum iam accipit, vtrumque moriatur yterque.

Mors post Christi aduentum non formidabilis.

28. **G**ENES. 50. *Quod cum audissent habitatores terræ Chanaan, dixerunt: Plantatus magnus est iste Aegyptiis*, &c. **CHRYSOST.** Tempus cogita quo facta sunt ista, & ab omni culpa libera Ioseph quod sic patrem desicuerit: nondum enim fuerunt portæ inferni contractæ, nec inferni vincula dissoluta, nec mors dicebatur dormitio, & idcirco quia timerunt mortem, id faciebant. Nunc autem propter gratiam Christi, quia mors facta est somnus, & consummatio, & quies, & certa multa sunt resurrectionis indicia, quasi de vita in vitam transferendi sic exultamus, & lætamur. & quid dico de vita in vitam? De terriori ad meliorem, de temporalij ad aeternam, de terrena ad cœlestem.

Mortis memoria utilis.

29. **E**XODI 20. *Non concupisces.* **D. BASILIUS,** in *Hexameron Cong.* 11. Si quando concupiscentiam aliquam inhaueris, cogita quomodo hinc sis discessurus: si cogitaueris quod dissoluendus sis in terram, cessabit insana concupiscentia. Terra es, & in terram abibis, recordare quod in breui salientia illa, & inflammata membra, aut ipsa quæ nunc est carnis concupiscentia non erit in membris dissolutis, aut in terram redactis. Memor esto qua sis natura, & irritabitur omnis ad malum impetus. Ista recordatio nobis ad quoduis peccatum cautio fit, & custodia. Bona est humilitas, & cognata, & ingenita est ista recordatio.

Mors iustorum pretiosa, peccatorum autem pessima.

30. **N**UMER. 23. *Moriatur anima mea morte iustorum*, &c. **OLEASTER.** Volunt homines viuere vt peccatores, & mori vt iusti, sed Dominus non consuevit dare mortem iustorum, nisi iustis, sicut nec mortem impiorum, nisi impiis. **AVGVST.** Viuite ergo bene, ne moriamini malè. Quoniam sicut non potest esse mala mors, quam bona vita præcessit, ita non potest esse bona, quam mala vita anticipauit. Omittimus nunc miracula Dei, tractamus communem ordinem eius. Audierunt impij dicere, quoniam pretiosa est in conspectu Dei mors sanctorum eius, & quod pessima sit mors peccatoris. Vtinam diceret potius, viuat anima mea vita iustorum, quam moriatur anima mea morte iustorum, quoniam naturali ordine sequitur mors bona vitam immaculatam: & cap. 27. dicitur Moyse. [Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde terram, &c. cumque videris

videris eam, ibis & tu ad populum tuum. **INTERL.** Perfectus non in valle moritur, sed in monte, id est, in alto loco, quia vita eius perfectio habebatur in excelso, & c. 33. [Ascenditque Aaron in montem Hor iubente Domino, & ibi mortuus est.] **HIERON.** legi potest: *Ascenditque Aaron sacerdos in montis montem*, id est, in verticem eius. Et nota, nõ in monte simpliciter, sed in montis monte moritur pontifex, vt dignus locus meritis illius monstraretur. Alius in valle, alius in caapis, alius moritur in monte, alius in monte montis. Inde appellatur *in monte Hor*, quod interpretatur montanus. Venit enim ad montem Dei, vt fiat mons, vber, mons coagulatus, vel ab eo quod semper in monte Dei habitat, dicitur montanus.

Mors omnibus communis.

31. **D**EUTER. 34. *Mortuus est ibi Moyses seruus Domini in terra Moab iubente Domino.* **GLOSSA ORD.** Nulli electorum parit, & minima quoque peccata vlsciscitur Deus enim in amicis suis, vnde *Psal. 98.* [Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius.] &c. & addit. [Propitius fuisti eis, & vlsciscens in omnes adinuationes eorum.] **ORIGEN.** *Hom. 22. in Numer.* Perterret me quod de Moyse famulo, & amico Dei, cui facie ad faciem locutus est Dominus, per quem fecit signa, & prodigia tam periculosa, dicitur. [Apponeris, inquit, ad populum tuum, sicut appositus est Aaron.] &c. & causam exponit dicens, [Propterea quod transgressi estis, vel offendistis me in deserto Sim in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram eis super aquas.] *Numer. 27.* ergo nec sine culpa est Moyses, &c. Vide *Christus*, num. 46. Nota quomodo punitur Moyses. [Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam.] Sed audi qualiter honore eum prosequatur Dominus. In morte quidem, quia [mortuus est iubente Domino in monte,] sicut dictum est numero præcedenti, & num. 33. **INTERL.** Dominus in valle terræ Moab. **GLOSSA ORD.** In monte mortuus est, in valle sepultus, quia lex figurata per Moysen, &c. Vide, *Euangelium*, num. 11. **OLEAST.** Sunt multi principes qui designantur obsequiis interesse suorum, Dominus verò (vt vides) seruum suum sepelire dignatur.

Mortui post aduentum Christi non desendi.

32. **D**EUTER. 34. *Floueruntque eum filij Israel in campis Moab triginta diebus.* **HIERON.** Sub veteri lege omnes sub peccato tenebantur, & quemque ad inferos descendentem lacrymæ prosequerantur. Vnde *Roman. 5.* [Regnauit mors ab Adam vlque ad Moysen.] &c. in Iesu verò, (id est in Euangelio,) per quem paradisi aperitur, mortem gaudia prosequuntur. Nos ergo qui Christum induimus, [& regale, & sacerdotale genus electum sumus,] non debemus super mortuos contristari, imò de resurrectione futura lætari. Vnde sequitur: & *completi sunt dies plantatus lugentium Moysen.* & dies Domini appropinquauit, de quo dicitur. [Melior est dies vna in atrijs tuis super millia.] Vnde Moyses ad Aaron & ad filios eius qui relictis erant. *Leuit. 10.* [Capita vestra nolite nudare, & vestem vestram nolite scindere.] Quasi dicat: Nolite flere, ne moriamini. Mors nostra peccatum est. Sacerdos magnus etiam ad patrem mortuum prohibetur accedere, ne anima sacrificijs Dei mancipata, aliquo impediatur affectu. In Euangelio quoque dicitur. [Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.] *In Leuitico* quoque additur *cap. 21.* [De sanctis non egredietur, & non contaminabitur sanctificatio Dei eius: quia sanctam oleum vntionis super eum est.] Postquam enim in Christum credidimus, & vntionem eius accepimus, non debemus

exire de templo, id est, de proposito Christiano, vt incredulitati gentiũ miscemur, sed intrinsecus esse, id est, voluntati Domini ministrare.

Mors iustorum.

33. **I**OSVE I. *Moyse seruus meus mortuus est.* **CALISTAN.** Hoc est epitheton Moyse, quomodo Deus ipse testatur placuisse sibi. [Moyses seruus meus mortuus est.] Quasi dicat, licet quandoque peccauerit, & peccando non fuerit seruus meus, attamen in statu seruitutis meæ mortuus est. Sic quodd quidquid erat, & operabatur, in eum erat: Seruus enim totum quod est, Domini est. Vnde iubente Domino, vt dicitur *Denter. 34.* [mortuus est,] Alia litera super os Domini, seu super osculo Domini. Matres enim osculantur filios cum dormiunt, vel cum moriuntur. Idem fecit Dominus cum Moyses seruus suus mortuus est. **AMBROS.** super illud: [Beati mortui qui in Domino moriuntur.] Quis mortuus mori potest? Nullus, nisi prius animam accipiat. Illi sanè sunt beati, & illi mortui in Domino moriuntur, qui prius moriuntur sæculo, postea carni, qui prius veterem hominem in se extinguunt, vt possint dicere cum *Apostolo.* [Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.] Sic mortuus est Moyses, &c.

In hora mortis Deus plus adiuvat electos.

34. **R**EGVM 2. *Dominus iudicabit fines terræ,* &c. **REGOR.** lib. 29. *Moral. cap. 6.* Scit Dominus quia extrema vitæ nostræ plus iudicat, & idcirco electos suos in fine sollicitius purgat. Hinc enim scriptum est: *Dominus iudicabit fines terræ.* Quia tanto impensius vltimis nostris inuigilat, quanto in ipsas pendere initia vitæ sequentis pensat.

Mors iustorum, & peccatorum.

35. **R**EG. 16. *Et dixit Ayaq, Saccine separat amara mors?* Alia litera. Profectò recellus fit amaror mortis. **VATABL.** Præ se ferre videtur hoc sermone contemptum mortis. Quasi dicat: Non moriar. Sic quidam Hebræorum. Alij rectius vertunt. *Veni, vel irruu in me.* Quasi dicat: Actum est de me iam moriar. Hæc ille. Ecce duo contrarij sensus. Applica alterum ad mortem iustorum, alterum autem ad peccatorum. Illi quidem (vt ait **STEPHAN.**) verno tempore moriuntur, sicut Rachel. *Genes. 31.* quæ interpretatur, videns principium, quia morientes mundo, renouantur Deo. Vident enim principium, sed & finem & vitæ suæ conditionem diligenter considerantes. Isti verò, id est peccatores, in hyme moriuntur, id est, in mortali peccato.

Mors certa, & velox.

36. **R**EGVM 20. *Viuu Dominus, & viuu anima tua,* quia uno tantum (vt ita dicam) gradu ego morsque diuidimur. **LYRAN.** Id est, modicum defecit quod pater tuus me non interfecit. **GLOS. ORD.** Gradum vocat parietem quo medio inter se, & hostes per domus fenestram euasit, vbi erant obsidentes. Alia litera. Vix passus inter me, & mortem intercessit. **VATABL.** Quasi passus vnus est inter me, & mortem. Ita in Hebræo, id est, paruo intervallo sciungitur à me mors. Hæc ille. Tam certa est mors vnus cuiusque, vt dicere possimus, *Non uno tantum gradu, vel passu, ego, morsque diuidimur.*

Idem.

37. **R**EGVM 14. *Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, que non reuertitur.* **VATABLVS.** In Hebræo. Moriendo morimur, id est, breui moriemur. Quasi dicat. Ne quæso acceleres mortem **X x** Absalon.

Absolon, citò enim fatis morietur. Vita hominum fluxa est & instar aquarum quæ in terram defluunt, quæ colligi non possunt. Sequitur: *Nec vult Deus perire animam.* In Hebræo: Neque suscipiet Deus (subaudi) faciem, vel personam cuiusque, subaudi, vt non morietur. Quasi dicat: Nemini cuiuscumque sortis sit, parceret Deus, quominus moriatur. *2. Regum 15.* [Heri venisti & hodie compelleris egredi.] Hodie in vitam intramus, & paulò post compellimur exire. Sap. 5. Nati, continuò desuimus esse. A V G V S T. 13. *de Ciuit. cap. 9.* Quid aliud est vitæ huius tempus quam cursus ad mortem? N A Z I A N Z. carmen.

Idque ipsum est quod vino velut rapidissimus annis, Qui sursum exorians semper ad ima fluat.

Per vniuersam portam ferè intrauimus in vitam præsentem, quando per aliam compellimur exire. *Eccles. 40.* Graue iugum impositum est super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulture.

Per mortem quandoque peccata laxantur.

38. **R**EGVM 13. *Et leonem stantem iuxta cadauer.* GLOSSA ORD. Hic ostenditur quòd peccatum inobedientiæ in ipsa morte fuit laxatum. Quia iste idem leo qui viuentem prestum petiit occidere, ausus contingere non est occisum. Qui enim occidendi habuit potestatem, de occisi cadauere comedendi licentiam non accepit. Quia is cuius culpa in vita fuerat punita, erat iam iustus ex morte. Hæc illa. Non immeritò pseudopropheta qui eum decepit, iussit. [Cum mortuus fuero sepelire me in sepulchro in quo vir Dei sepultus est iuxta ossa eius, ponite ossa mea. G L O S S A O R D. Ne quando ossa illius comburenda effoderentur, sed conseruarentur per sanctum prophetam. Vide 4. Regum 23.]

Mors peccatorum.

39. **R**EGVM 22. *Mortuus est autem rex Achab, &c. & lauerunt currum eius, &c. & linxerunt canes sanguinem eius, &c.* Alia litera. Meretrices lauerunt currum eius. Qualis vita, talis & mors. Meretrices lauerunt corpus, canes linxerunt sanguinem, demones tulerunt animam. Post mortem eius fit mentio facinorum eius, & inter ea domus eburnea quam extruxit, quæ nihil ei profuit, imò obfuit multum. De eius vxore Iezabel dicitur 4. Reg. 9. [& præcipitauerunt eam, aspersusque est sanguine paries, & equorum vngula conculcauerunt eam, &c. & non inuenerunt nisi caluariatam, & pedes, & summas manus, &c. Hæcne est illa Iezabel? B O E T I V S. Dominus voluit vt extrema Iezabel conseruarentur vt præ oculis habeamus ea, quæ in miseria sunt. [Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.] DR O S O. Decaluatus est superbiq; vertex. Nò est iam qui dignetur aspicere, nisi qui voluerit nefas eius abhorre- re, vt lauet manus suas in sanguine peccatoris, & velut equus fortis, & velox meretricem proiectam vngula sua conculcet, & trahat. Propter hoc, & paries adhuc sanguineus relictus est, vt terreat viros sanguinum & dolosos.

Mortis tempus statutum à Deo.

40. **R**EGVM 10. *Præcipe domui tuæ.* V A T A N L. Id est, confule rebus tuis domesticis. Manda domesticis tuis quæ fieri velis te mortuo. *Mortieris enim tu, & non viues.* G R E G O R. 12. *Moral. cap. 2.* Cuncta Deus secutura præsciens ante sæcula, decreuit qualiter per sæcula disponantur: Statutum est quantum in ipsa vita mortali quisque temporaliter viuat; nam est annos quindecim, Ezechia regi ad vitam addidit omnipotens Deus, cum eum mori per-

misit, tunc eum præsciuit esse moriturum. Quia in re quæstio oritur. Quomodo ei per prophetam dicitur, [Mortieris tu & non viues.] cum ad eius lacrymas sit vita addita? Per prophetam Dominus dixit, quo tempore mori ipse merebatur, per largitatem verò misericordie, illo eum tempore ad mortem distulit, quod ante sæcula ipse præsciuit. Nec propheta igitur fallax, nec dominica statuta conuulsa sunt. G L O S S A O R D. *Ibidem.* Quamuis sanctos viros sciamus morte terri propter ignorantiam sententiæ Dei, quam sedem habituri sunt post mortem. Simul fati quæstio soluitur, ac necessitatis vincula atque causarum, quòd nequaquam dies mortis singulis præfinita sit, sed voluntate Dei, & ignotis mortalibus causis vel viuat aliquis, vel moriatur. Præsertim cum & statuta mortis necessitas deferatur, & post mortem refulsitatis plurimos legerimus.

Mors sanctorum.

41. **R**EG. 23. *Occisus est rex Iosias in Mageddo, &c.* GLOSSA ORD. Interfectio Iosia à Pharaone facta significat persecutionem antiqui hostis aduersus viros sanctos quos per inuidiam tradere neci molitur, & auferre de terra Ecclesiæ conatur, quatenus facilius totam plebem dissipare possit. Permissus quippe diabolus confurgere aduersus sanctos, hictotis viribus certat, quatenus tentando gregem Domini percuciens dissipet, & quæ primò auferat, quorum solatio adiuti contra hostem dimicare debuerant. *Luxit sum populus multum.* Hieremias maxime. Tunc enim dicitur ita lamentasse, [Quomodo sedet sola ciuitas?] &c. De hoc planctu dicitur. [& erit planctus magnus.] &c. vsque sicut planctus Adremon. Ita enim appellabatur rex in cuius adiutorium preclabatur Iosias, contra Nechao.

Mors peccatorum.

42. **P**ARALIP. 21. *Cumque diei succederet dies, & temporum spatia voluerunt, duorum annorum expletus est circulus, & sic longa consumptus est vobis, scilicet rex Ioram, & langore pariter, & vita carnis, mortuusque est in infirmitate pessima.* INTERL. Desperationis. & non fecit ei populus exequias secundum morem, &c. & sepelierunt eum in ciuitate Dauid, veruntamen non in sepulchro regum. INTERL. Quia debentur de libro viuentium, & cum iustus in caelesti regno non scribentur, sed peribit memoria eorum, & nomen eorum non erit in memoria sanctorum.

Mors filia peccati.

43. **E**S D R A 3. De Adam sic ait: *Huic mandasti diligere viam tuam, & præteritit eam, & statim consumisti in eo mortem, & in nationibus eius, & factum est in vnoquoque eorum sicut Adæ mori, sic his diluuium.* [Per peccatum enim mors introiuit in orbem terrarum.]

Mortis memoria.

44. **T**O B I A 6. *Et mansi prima mansione, iuxta flumen Tigris.* INTERL. Decursus immortalitatis. GLOSSA ORD. Tigris fluius, qui rapidissimo cursu à Tigri velocissima bestia sic nominatur, decursus nostræ mortalitatis significat. Hæc illa. Prima enim mansio eius qui Angelum socium habet in via vt ad patriam caelestem perueniat, debet esse mortis memoria.

Idem.

45. **E**C C L E S. 7. *Admemorare nouissima tua & in æternum non peccabis.* B E R N A R D. Nimirum hæc maximè recordatio facit timoratum, timor expellit peccatum

sibi videtur septem spiritualibus, siue omnibus virtus profertibus in eum sententias reprobationis, &c.

Mortis hora incerta.

47. **O**S E 9. *Scito te Israel solum prophetam.* P D O C T O R R I B E R A. Sed & nunc non desunt multi iansni propheta, qui sibi longam vitam pollicentur, diu se victuros persuadent, vt licentius peccent & pecunias congregent, &c. Quibus illud contingit sæpe quod D. G R E G O R. 4. *Dial. capite 49.* narrat cuidam contigisse. Cuidam, inquit, nostrum nuper certum est contigisse dum somnia vehementer attenderet, vt ei per somnium longa vita promissa sit: cumque ad hanc longitudinem multas pecunias collegisset, ita repente defunctus est, vt in tactas omnes relinqueret, & ipse secum nihil ex bono opere portaret. Paucissimis video Deum longam vitam promississe. At contra diabolus Nestorios annos suadere nobis nititur, vt comedamus & bibamus, & otiemur. Vtior quidem propheta est illa magni Propheta, qui venit in mundum. [Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam, & videte. Vigilate, & orate; Nescitis enim quando tempus sit.]

Mors omnes inuadit, & subdit.

48. **A**M O S 8. *Et ecce vincinus pomorum, &c. & dixit Dominus ad me. Venit fructus super populum meum Israel.* P. R I B E R A. Est autem vincinus baculus oblongus, ferramentum habens in cuspidem incuruum, quo rami arborum attrahuntur, vt poma colligantur. Mysticè. Vincinus mors est, quæ omnes ramos quamuis virentes, & omnia poma, siue matura sint, siue immatura quamuis valde recondita, & latentia attrahit, vt à Deo decerpantur. Nec malè vita nostra in pomis significata est. Citò enim erumpunt & maturescunt, & decerpuntur. Alia rubent, & pulchra oculis videntur, quæ tamen si serues, vermes intus inuenies. Ita quidam incunte adolescentia rapiuntur, alij ad decrepitanam veniunt senectutem, quidam longam vitam sibi pollicentur, qui citò morbis latentibus absumuntur, sed omnium tamen breuis admodum finis est, qui pomis similes sunt. Vnde Iob 9. [Dies mei, velociores fuerunt cursore, fugerunt, & non videntur bonum, pertransierunt quasi naues poma portantes,] quæ videlicet celerrimæ sunt, ne morà gratiam suam amittant poma: & dies ætatis nostræ verè naues sunt fluctibus variis agitæ, semper ad portum festinantes, vbi vita nostra finienda est, vbi parata est locusta illa, id est, mors de qua dicitur *Exod. 10.* [Deuorata est igitur herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit.] Quòd igitur Deus vincinum ostendit, mortem comminatur habitatoribus terræ, qui ita viuunt ac si morituri non essent, quorum voluptates destruet Deus, & ideo addit: *Non adiciam vltra vt pertranseat eum, tunc stridebunt cardines templi.* Quia pulcherrima quæque eorum concident, & ab irripentibus hostibus, id est, doloribus & morbis, diripiuntur. [Tunc etiam proicitur in omni loco silentium.] Quia perit memoria eorum cum sonitu, &c.

Mors velox, & repente veniet.

49. **I**D E M. *Id. Et erit in die illa, dicit Dominus Deus, occidet Sol meridie, &c.* Mysticè. Solis occasus rectè mortem significat, quæ peccatoribus inexpectata sæpe aduenit, sicut de die iudicij ait Dominus. *Luc. 21.* [Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ.] & hoc est *solem occidere meridie.* Hinc illud *Psal. 67.* [Iter facite ei qui ascendit super occasum.] G R E G O R. 19. *Moral. c. 3.* Super occasum ascendere, fuit ipsam mortem quam

perulerat resurgendo superasse; & quoniam in morte etiam perfecti interdum terrentur timore districti iudicij Dei, scriptum est *Genes. 15.* [Cumque sol occumberet sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasisit eum. Peccatoribus igitur de terrenis cogitationibus sol meridie occidit, quia cum minimè putant, repentinus eis superuenit saepe interior, & subito ea amittunt quibus se multos annos fructuos sperabant, ut in Euangelio legimus *Luc. 12.* Dicebat enim pauperrimus ille diues. [Anima mea, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare, dixit illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam reuertent à te, quæ autem parasti cuius erunt?]

Idem.

50. **A**MOS 9. *Ibi Deus mandat serpenti, ut mordeat eos.* Idem *RIBERA.* Per serpentem mortem intelligere possumus, ut ait *BEDA* super cap. 4. *Exodi.* quia per serpentem homini mors perlata est, & piscis magnus qui deglutiuit Ionam, mortem significauit, quæ Christum deuorauit. Dum igitur peccatores nimium diuinæ misericordiæ conidunt, & nihil præterea faciunt, mandat Deus morti, & mordeat eos, & tunc penitentia rapiuntur.

De morte Alexandri.

51. **M**ACHAB. 1. *Post hac Alexander decidit in letum, & cognouit quia moreretur, & regnauit Alexander annis duodecim, & in ruinis est.* Intuere humanæ fragilitatis, caducæ felicitatis, & gloriæ singulare exem. lum. O quanta vis in illo post hoc, & in illo decidit itémque in illo mortuus est! Si veneno ut quidam putarunt, vel ut ferè omnes, & certius, ebrietate unde *SENECA* *Epistola 83.* Alexandrum tot itinera, tot prælia, tot hyemes per quas victa temporum, locorumque difficultate transierat, tot flumina, tot maria turium dimiserunt, intemperantia bibendi, ac fatalis scyphus condidit, & mortuus est anno ætatis suæ 32. & mensibus octo, ut asserit *PEREGRINUS* *lib. 9. in Dan.* Refert *PETRVS ALFONSVS,* cum è vita excessisset ille, plures confluxisse philosophos, eorumque vnus dixisset. Heri totius terræ spatio sitas Alexandro non suffecit, nunc trium, quatuorve vlnarum spatium ipsi sufficit. Aiebat alius. Heri potuit Alexander à morte multos liberare hodie seipsum non potest. Alius, cum aureum eius loculum videret, heri Alexander ex auro fecit thesaurum, hodie aurum fecit ex ipso thesaurum. Alius Heri Alexander terram oppressit, hodie à terra opprimitur. Eius mater Olympias lamentabunda exclamauit. O fili qui cæli parti eps esse studebas, ne iis quidem potiri iam vales quæ mortalium omnium communi sunt.

Defunctorum corpora sepelienda.

52. **M**ACHAB. 9. *Et sepelierunt eum in sepulchro paruum suorum in ciuitate Modin.* Corpora sanctorum, & fidelium defunctorum sepelienda. Vide verbum, *Sancti,* num. 31. ex *Augustino.*

Mors introiuit per peccatum.

53. **R**OMAN. 5. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum inuauit, & per peccatum mors.* *PETRVS RAUENAS.* Si ex Niniuitis singularis populi, & vnus orbis nonnumquam homines diu lamentati sunt discrimen, quæ mens non totis tenebris obscuretur? Quos oculos in fontes non redigat, quando vnus lapsus extitit iuina cunctorum, & vnus culpa omnium defluxit ad pœnam, ac parentis vitium vniuerso generi ferale exitum præparauit

Intrauit in hunc mundum. Miraris enim postteris obfuisse qui facinore suo damnauerit mundum? Peccatum autem nec natura, nec substantia est, sed accidens. & hoc est peccatum naturæ, quod est sumus oculis, quod febris corpori, quod dulcissimis fontibus amara falsedo. Vtique purus, & lucidus est oculus per naturam, sed per fumi conturbatur & obscuratur iniuriam. *Et per peccatum mors.* O crudelis, fera, & non vno capite in hominum genus sauire contenta, quam videmus tota humanæ stirpis germinata tam pretiosa deuorantem trino ore siquidem peccatum capit, mors deuorat, deglutiit infernus. *Ita in omnes homines pertransiit.* O crudelis! O mihi quibus nec adipisci libuit, nec renuntiare licuit nos heredes! & ne hoc iniustum forsitan videatur, respondetur, quia omnes per vnum. Nunquid non in semine tota arbor? Vitium ergo seminis, vitium est totius arboris.

In morte omnia relinquuntur.

54. **P**SAL. 48. *Quoniam cum interire, non semet omnia, nec descendet cum eo gloria eius.* *AVGVST.* Vides viuentem, cogita morientem, quid hoc habeat attende, quid secum tollit? Multum aurum habet, multum argenti habet, multum prædiorum, mancipiorum. Moritur. Remanent illa nescio quibus.

In morte talis iudicaberis, qualis inuentus fueris.

55. **E**CCL. 11. *Sine ad Austrum, si e ad Aquilonem ceciderit lignum, in quocumque loco cecidit, ibi erit.* *BERNARD.* Austri calor, & lenitas in scriptura facta bonam habere solet significationem: ab Aquilone verò panditur omne malum. Porro homines sicut arbores ambulantes vidit aliquis. Excidit ergo arbor in morte: & quocumque ceciderit, ibi erit. Quia vbi te Deus inuenit, ibi te iudicabit. Videat quod casura sit antequam cadat. Quia postquam ceciderit, iam non adiciet, ut resurgat, sed nec ut se vertat. Quæ parte casura sit arbor si scire volueris, ramos eius attende, vbi maior est eorum copia, & ponderosior, inde casuram non dubites, si tamen fuerit tunc excisa. Rami nostri desideria nostra sunt quibus ad Austrum extendimur, si spiritualia fuerint; si carnalia, ad Aquilonem: quæ verò præponderant, medium corpus indicat. & nempe præponderant quæ secum attraxerunt corpus. Sic enim corpus nostrum est inter spiritum, cui seruire debet, & carnalia desideria quæ militant aduersus animam, vel potestates aëreas; ac si iumentum constituas inter raptores, & rusticum. Quidquid ille minetur, quidquid intenet, si iumentum non duxerit, vincit incertis agricola latronem loriatum. Sic quantumcumque sauiat malignus, quantumcumque praua desideria crucient, si vas suum vendicat sibi anima, vicisse credenda est.

Mortui non desendi.

56. **C**HRYSOST. *hom. 41. in primam Corinth.* Mortuos ne lugeamus sed perditæ potiùs ex ista vita soluentes. Imitemur agricolas qui cum dissolui granum vident, nihil turbantur, vbi superstes, solidumque & integrum in agro iacet, metuunt, tremunt: mox ut dissolutum iam conspiciantur, gaudent. Futuræ enim rationis exordium est solutum granum. Ita nos, cum corruptibilis illa nostra domus ruit, gaudeamus, cum homo seminetur. Nec mirere quodd sepulturam semen vocem. Satio est multo optima. Vulgarem enim hanc nostram rationem, mors, labores, pericula, curæ consequuntur, illam si rectè viuamus, præmia, coronæ. Et hanc quidem corruptio, mortalitas: illam, immortalitas, incorruptibilitas & mille præterea bona comitantur. In hac complexus voluptates, somnus: in illa, vox viuæ de cælo descendens,

dens, confertim omnia fecundat. Hic qui surgit semel, in ærumnosam istam vitam non reducitur vnquam: dolor, tristitia, gemitus, mala omnia ponuntur.

Non dolendum in morte quod corpus corrumpatur.

57. **C**HRYSOST. *hom. 35. in Mattheum.* Sed dolendum est, quispiam dicet, quoniam corpus post mortem corrumpitur. Ego verò gaudendum magis censo, quoniam corruptione corporis mors ipsa corrumpitur, mortalitas destruitur, non substantia corporis. Ut quando æs funditur, ut inde statua conflectur, nullam æris perditionem tunc esse dicimus, cum ad meliorem usum traducatur. Similiter de corpore tuo futurum est. Idem latius prosequitur idem *CHRYSOST.* in dictum Apostoli. [De dormientibus nolo vos ignorare fratres,] &c.

Omnes morimur.

58. **A**VGVST. *super illud psal. 109. De torrente in via bibit, &c.* Sicut torrentis pluuias aquis colligitur, redundat, restrepit, currit, currendo decurrit, id est, cursum finit: sic est iste cursus mortalitatis, nascuntur homines, moriuntur: & aliis morientibus, alij nascuntur, succedunt, accedunt, decedunt, nec manebunt. Quid hic tenetur? quid non decurrit? quid non quasi de pluuia collectum it in abyssum? Quomodo enim fluiuis repente collectus de pluuia, de guttis imbrium, it in mare, nec apparet, quia nec apparebat antequam de pluuia colligeretur: sic hoc genus humanum de occultis colligitur, & profuit in mortem, rursus in occultum vergit, medium hoc sonat, & transit. De hoc torrente bibit Christus, hoc est, natus est moriturus. *EUCHERIVS ad Valerianum.* Velut ex alto vndarum iactus aliis, atque aliis superuenientibus, in littoris extrema frangitur: ita in terminum mortis succiditur ætates.

In terram reuertitur homo.

59. **G**ENES. 3. *Puluis es, & in puluere reuerteris.* *GOLYMPIODORVS in Ecclesiastem.* Sicut hydra iuxta fontem attrita, aqua non perit, nec euanescit, sed in fontem suum reuertitur, rursusque cum quis voluerit aquam haurire de fonte: ita corpus quod in elementa resoluitur, in fontem suum, terram videlicet ipsam, redit, quando auctor ille voluerit qui ab initio illud plasmavit. *IDiota de contemplatione mortis cap. 10.* Sicut aqua dilabens in terram, à terra absorbetur, ita quod amplius non videtur: sic homo in terram per mortem cadens, ita consumitur, & destruitur, quod nunquam amplius in hac mortalitate fortis conditione inuenitur.

Omnes morimur.

60. **E**CCL. 1. *Omnia flumina intrant in mare.* Idem *IDiota ibid. cap. 13.* Ut omnia flumina intrant in mare: sic quoque in hanc fluctuosam vitam qui veniunt, mare, id est, amaritudinem mortis necessarium subintrant. Mors enim est omnium pœna, omnium tributum, omnium carcer, omnium domina, omnium receptaculum; & sicut mare est hospitium omnium fluiorum: sic mors est finalis repositio omnium mortalium viuentium.

Vita hominis, vento comparatur, & aliis.

61. **I**OB. 7. *Ventus est vita mea.* Idem *ibid. cap. 14.* Quia inuisibiliter, & incessanter, ac sine mora transit, & comparatur vmbre quæ semper sequitur corpus: nec aliud est vita nostra quam cursus ad mortem: & quamuis homines laborent ut diu viuant ac ad terminum vitæ veniant, nihil tamen est viuere quam ad finem currere. Quare ipsi ambulantes quo perue-

nire volunt, ac currunt voluntatij ad terminum quem refugiunt.

Mortis meditatio utilis.

62. **E**CCL. 7. *Memorare nouissima tua, &c.* *CLIMACHVS de memoria mortis gradu sexto.* Sicut cibus omnibus panis utilior est, & magis necessarius: ita præstat omnibus operibus mortis cogitatio. *Et infra.* Qui mortis diuinique iudicij memoriam semper in seipso continere cupit, curisque secularibus distrahendum se exponit, is similis ei est qui dum natat, plaudere manibus vult. *GREGOR. NYSSENS de pauperibus amandis.* Cogitemus igitur nos, qui ratione præditi sumus, quam fragilis fluxaque sit vita nostra, quam velociter labatur tempus, ut sisti, cohiberi non possit, ut omnia quæ metitur, ad interitum ducat, & trahat. Atque vitam breue tantum esset spatium vitæ, modò certum esset, modò reddendæ rationi non essemus obnoxij. Nunc autem illud meritò torquere nos debet, quod & singulis horis instat periculum, & incorruptus, atque integer adeundus est iudex, apud quem non solum eorum quæ fecimus, sed omnium quæ diximus reddenda nobis est ratio.

Mors dulcoratur resurrectionis memoria.

63. **M**ATTH. 20. *Tradetur, &c. Et crucifigendum est tertia die resurget.* *PETRVS CHRYSOL. serm. 118.* Resonet in ore nostro resurrectio semper, semper resurrectio ad nostræ mentis transmittatur auditum, ut mors quæ nostros semper obsidet sensus cum terrore suo, cum lamentis suis à nostris sensibus effugetur. Quia si agricola fructus vberes, & exfatiatas epulas cantat, ut imminentem vomeris laborem non sentiat, & sudorem; si nauta portus modulatur, & luca, ne vndarum ruinas, ne mortis discrimina pertimescat, si miles, ne vulnera metuat, ut gladios non pertimescat, prædas personat & triumphos: quare non resurrectione mente, ore, oculis asperctet, canitet, cogitet Christianus, ut totam mortis possit calcare formidinem? Mors est desperationis domina, incredulitatis mater, germana corruptionis, inferni parens, diaboli coniux, omnium malorum regina, quæ omne genus hominum tali ordine inexpugnabili impugnat, ut primum susurraricem suam desperationem præmittat, talia suadentem, homo cur tua perdis tempora?

Mors incunda bonis.

64. **C**YPRIANVS *serm. de mortalitate.* Si in habitaculo tuo parietes verustate nutarent, tecta desuper tremarent, domus iam fatigata, iam lassâ, ædificiis senectute labentibus, ruinam proximam minaretur, nonne omni celeritate migrates? Si te nauigante turbida, & procellosa tempestas fluctibus venti excitatis, prænanciare futura naufragia, nonne portum velociter peteres? Mundus ecce nutat, & labitur, & ruinam sui non iam senectute rerum, sed sine testatur, & tu non Deo gratias agis, non tibi gratularis, quod exitu maturiore substractus ruinis, & naufragiis, plagis imminentibus exuaris? Considerandum est fratres dilectissimi, & identidem cogitandum, renuntiasse nos mundo, & tanquam hospites & peregrinos hic interim degere. Amplectamur diem qui assignat singulos domicilio suo, qui nos hinc ereptos, & laqueis secularibus exutos paradiso restituit, & regno cælesti. Quis peregrè constitutus, non properet in patriam regredi? Quis nos ad suos nauigare festinans ventum prosperum cupidius optaret, ut velociter charos liceret amplecti? Patriam nostram, paradysum computamus, parentes nostros

patriarchas habere iam cepimus. Quid non prope- ramus, & currimus, vt patriam nostram videre, vt parentes salutare possimus: Magnus illic nos charo- ram numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos, & copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, de nostra sollicita. Ad horum conspectum & complexum venire, quanta, & illis, & nobis in commune laetitia est?

Idem.

65. GREGOR. NAZIANZ. in Oratione de morte pueris. Ita minori afficiemur tristitia, si citius ex hac vita emigremus, imò potius letabimur, si nos sermo hinc abduxerit, & in supernis statuerit, ac praesentem insuauitatem, bono absconderit futuro, nobisque persuaferit quoddam ad Dominum agamur bonum, & quoddam melior sit habitatio firma quam peregrinatio incerta, quodque nauigantibus portus est tranquillitas, id iis qui huius vitae iactantur tempestate, transmigratione hinc sit, & translatio. Aut quemadmodum j qui iam longam praecipue occupauerunt viam, peregrinantibus & adhuc laborantibus vegetiores sunt, & minus defatigantur. Ita qui hospitium assequuntur quod ibi est, illis, qui adhuc vitae praesentis terunt inaequalia, & praecipua, faciliores, & quietiores existunt.

Mors malorum horrenda.

66. CHRYSOST. hom. 64. in Matt. In hora mortis incunda bene actae vitae memoria, quali tranquillitas post tempestatem veniens, conturbatam facile animam consolatur. Sed quoniam sicut insensati vitam agimus, in decedendo ex hac vita proculdubio aberit. Nam qui vincit propter sua scelera fuerit, cum soluitur, vt ad iudicium produci queat, tunc maxime tremis, tunc formidat, quando ad tribunal iudicis iam appropinquat, quando ad relationem rationum iam deuenit: idcirco terribiles visiones narrare solent morituri, quarum speciem nullo modo ferentes, & lectulos plerumque ipsos magno iacentes impetu concutiunt, & toruis eos qui adsunt, aspiciunt oculis. Vel quia via corpore rescinditur anima, vel quia spirituum speciem ferre non possunt. Si timemus terribiles homines, quid faciemus cum minaces angeli, & rescindentes animam à corpore virtutes, nos inuadent, cum à corpore anima tracta, multum in cassum desierit?

Mors incunda bonis.

67. IDEM CHRYSOST. hom. 46. in Mattheum. Omnibus laborantibus dulcis est finis. Viator libenter interrogat vbi sit mansio. Mercenarius frequenter computat, quando annus completur. Agricola semper tempus messis expectat. Negotiator die, ac nocte thecae suae discutit rationem. Mulier praegnans semper de decimo mense cogitat, sic serui Dei libenter de morte sua cogitant: [Vbi enim thesaurus eorum, ibi & cor est.] Si haberes solidorum quantitatem in arca tua, oculos illic saepe haberes: sic sancti illum locum aspiciunt, vbi repositam habent coronam.

Mors malorum horrenda.

68. ECL. 41. O mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in deliciis? CHRYSOST. hom. 5. in 2. ad Timoth. Quamdiu hic sumus, anima voluptatum illecebris delinita tristitia aegre admittit animo, cum verò migratura ex corpore est, tunc iam maiore continetur metu; quippe quae ad ipsa iudicij peruenerit lumina. Ita ferme & latrones quamdiu in carcere viuunt, absque metu degunt, vbi verò ad velum sili coeperint, soluuntur metu. Cum enim pul-

fare animam metus mortis incipit, ignis instar, praesentis vitae omnia succidens, philosophari eam cogit, & futura, sollicita mente versare. Idem. hom. 24. ad Hebraeos. Inter nos, & sanctos quanta differentia; illi siquidem cum peregrini erant, liberari postulabant de hac vita, & ad patriam suam remeare, nos autem contra facimus: si febri accedat, omnia relinimus, sicut pueri planctuosi, mortem timemus; & merito hoc parimur: non enim quasi peregrini conuersamur in hac vita, & non veluti qui festinant ad patriam, sed veluti ad poenas ituri. Propterea dolemus & timemus, quoniam istis rebus non sumus vsi, sicut oportet, sed peruertimus ordinem. Propterea lamentamur, & pertimescimus, veluti homicidae quidam, & duces latronum, cum perducendi sunt ad tribunal, cum omnia mala considerant quae gesserunt, & propterea gemunt, & tremunt.

Mors non timenda sed peccatum.

69. MATTH. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam verò non possunt occidere. CHRYSOST. hom. 5. ad pop. Antioch. Pueri paruuli laruas quidam timent, ignem verò non timent, sed si ad lucernam lumen habent, em portari contingat, inconsiderate manum imitant lucernae, & flammam, & contemnendam quidem perionam horrescunt, at verò timendum ignem non timent. Sic & nos timemus mortem quae est larua contemptu digna, peccatum verò non timemus, quod verè timendum, & ignis more conscientiam comedit; & infra: Sicut vermis à ligno nascitur, & illud rodit & comedit, suam ab ipso originem habens: sic & tristitia, & mors de peccato natae sunt, & peccatum absumunt. Igitur ne timeamus mortem, sed peccatum duntaxat, & propter illud doleamus; & infra: Igitur sicut Paulus quotidie morere, & mortem deride, praesentemque contemne vitam. Es enim miles, & semper in conflictu constitutus es, miles verò mortem timens, nunquam generose se geret, ita neque Christianus.

Mortuos non debemus lugere, sed pro ipsis orare.

70. BASILIVS hom. in salutem Marthyrem. Cum qui Bob hominum mortem fletus edit, cumque lugentibus in querulas voces erumpit, minime conuenit putare Domini implese mandatum: nec enim medicum laudauerim qui cum debeat auxiliari, ope occurrere aegrotantibus, vndique totus secat morbis. Non item nauclerum ipse probauerim, qui cum artis gubernandi praesidio niti debeat, vtiliter vectoribus, ac nautis praesse, configere aduersus procellosam ventorum vim, effugere vndiuomas fluctuationes, insuper & spe bona erigere animos vestrorum immodico timore proscriptos, ipse interim fastidienter nauis, nec minus ac ceteri rei nauticae rudes despondet animum.

Idem.

71. CHRYSOST. hom. 32. in Mattheum. Illum abiisse in prata florentia cum patres, ingentes cur aduersum te suscitatis fluctus tempestatum? Hic autem fluctus praesentis vitae per nauigauit, nihil mirabile, aut nouum factum est, nam eadem ipsa quotidie resolu videmus. diem nox, noctem dies, hyemem aestas, astatem hyems, modò praecedat, modò sequitur. Nec plus quidquam est, & haec eadem semper. Ita homines moriuntur vnus post alium.

Consolatio pro morte filij.

72. IDEM. Ibid. Si ad imperandum, regnandumque hoc caduco, mortali regno filius tuus adiisset, nolles eum inde redire, vt ipsum videres. Nunc verò cum ad meliora,

meliora, maioraque regna processerit, parui temporis absentiam ferre non poteris? Noli ergo plorare, reddidisti enim depositum quod tibi creditum erat. Non sis sollicitus, si vides inuolabili aetario thesaurum tuum esse depositum. Quod si etiam tam praesentis vitae, quam futurae conditionem intellexeris, & hanc quidem arancarum telam esse, atque umbram, illam autem esse immobilem, & aeternam, non indigebis vlla ratione.

Non lugendum pro mortuis.

73. CHRYSOST. Hom. 41. in 1. ad Corinb. Mortuus non lugemus sed iudite potius ex ista vita soluentes imitemur agricolos qui cum dissolui granum vident, nihil turbantur, vbi superstes, solidumque, & integrum in agro iacet, metaunt, tremuntque, mox vbi dissolutum iam conspiciuntur, gaudent. Futurae enim sationis exordium est solutum granum. Ita nos cum corruptibilis illa nostra domus ruit, gaudeamus, cum homo seminetur. Nec mirere quod sepulturam sentem vocem, satio est multo optima. Vulgarem enim hanc nostram sationem, mors labores, pericula, curae consequuntur: illam si recte viuamus, praemia, coronae: & hanc quidem, corruptio, mortalitas: illam immortalitas, incorruptibilitas, & mille praeterea bona comitantur. In hac complexus, voluptates, somnus; in illa vox viua de celo descendens, confertim omniam foecundat. Hic qui surgit semel, in arum nosam istam vitam non reducit vnquam, dolor, tristitia, gemitus, mala omnia ponuntur.

Sanctorum mors pretiosa. Vide, Sancti, num. 8. II.

MORTIFICATIO.

Consolatio parentum in morte filiorum. Vide, Filij, num. 11. & 35.

Mortificanda passiones. 1. 2. 6. 8. 10. 14. 38. 45. 52. 54. 55. 58. 59. 66.

Mortificanda caro, & subiicienda spiritui. 3. 4. 7. 14. 17. 19. 20. 23. 41. 44.

Mortificatio cum dolore fit, & labore. 4.

Mortificatio necessaria. 5. 15. 16. 28. 29. 31. 39. 40. 42. 43. 49. 51. 62. 64. 65. 67. 68. 69. 73. 74.

Mortificatio ad perfectionem pertinet. 9. 11. 52.

Mortificatio debet esse continua. 11. 48.

Mortificatio debet esse vniuersalis. 12. 30. 32. 36. 37.

Per mortificationem virtutes crescunt. 13. 18. 22.

Mortificatio oritur à cognitione Dei. 21.

Qualiter caro mortificanda. 24. 25. 63.

Qualiter intelligendum illud, meliores sunt mortui quam viuemus. 26.

Qualiter per mortificationem perditur vita. 27.

Contra immortificatos. 33.

Mortificatio Deo tribuenda. 34. 35.

Mortificatio debet esse propter Deum. 46.

Mortificatio etiam in minimis, sacrificium Deo aptum. 47.

Mortificatio est quoddam martyrium. 50. & vide Martyrium, num. 13.

Mortificationem docet nos Christus. 53.

Affectus nostrer, nulli debet turpitudini adherere. 56.

Facilius mala actio quam affectus ressecatur. 57.

De triplici affectione. 60. Item de quadruplici. 70. Per mortificationem non tolluntur omnino passiones, sed affectus. 61.

Passiones amantes efficiunt possidentes. 71.

Passiones animam perturbant. 72.

De circumcisione spiritali. Vide Mortificatio.

Pax interior post mortificationem. Vide Pax, num. 6. 7. 10. 18. 19.

Carnis affectiones mortificanda.

GEN. 1. Congregentur aquae quae sub caelo sunt, & appareat arida. ORIGEN. Sed & nos laboremus congregare spiritualiter aquam quae sub caelo est, & abicere eam à nobis, vt cum hoc factum fuerit, appareat arida, id est, opera nostra quae sunt in carne gesta, [vt videntes homines opera nostra bona glorificent patrem nostrum.] HVGODES. VICTORE. lib. de Sacramentis, cap. 23. Aquae inferiores congregentur in vnum, id est, affectus animae inferiores certa lege contrahendi sunt, alioquin non potest apparere arida, nec germina producere. Vnde Apostolus: [Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis praedicauerim, ipse reprobos efficiat.] Sequitur: & vocauit Deus aridam terram. ORIGEN. Sicut arida segregata à se aqua, vltra non mansit arida, sed iam terra nominatur, hoc modo etiam corpus nostra, si haec ab eis segregatio fiat, iam non permanent arida, sed terra appellabuntur, ex eo quod fructum Deo ferre iam poterunt. Nam aridam appellauit Deus terram, pro eo quod ei facultatem ferendorum fructuum largiretur.

Idem.

GEN. 1. Producat terra animam viuentem, &c. 2. GEVCHER. Tunc producit terra animam viuam, quando caro nostra abstinens ab operibus mortuis, viua virtutum germina parturit. Et nota quoddam etiam vult Deus, vt producat secundum genus suum, id est, vitam imitando sanctorum. Secundum quippe genus nostrum viuimus, quando in corpore bono sanctos viros quasi proximos imitatur. Vide etiam verbum, Homo, num. 7. ex Basilio.

Caro mortificanda, & subiicienda spiritui.

GEN. 1. Subiucie eam, & dominamini piscibus maris, &c. Vide verbum, Bona, num. 8. & verbum, Cogitationes, num. 1. CX ORIGEN & verbum, Humilitas, num. 10. CX AMBROS. & Circumcisio, num. 6. CX AMBROS. & DNI. 8. CX ORIGEN. & verbum, Caro, num. 11. CX GREGORIO.

Mortificatio cum dolore fit.

GEN. 3. In dolore paries filios tuos, & sub viri potestate eris. EVCHER. & ISIDOR. Voluntarias carnalis cum aliquam consuetudinem malam vult vincere, & facere opus bonum vult, cum dolore parit tale opus bonum, & potest ipsis erudita doloribus cautior fit, & ne corrumpat, obtemperat rationi, & libenter seruit quasi viro iubenti, & ita sub viri potestate est, & ipse dominatur illi. & infra. Maledicta terra in opere tuo, in labore comedet, &c. AMBROS. Ad animam dictum est, maledicta terra in opere tuo. Tunc terra corporis tui maledicta, si habeas opera terrena, id est, opera facularia. & maledicta non in vniuersum, sed vt spinas, & tribulos germinet, nisi fuerit humanae studio operationis exercitata. Quod si eam exercuerimus, in labore quidem & sudore panem manducabimus. [Repugnat enim lex carnis legi mentis.] & labo

laborandum nobis est, ac desudandum vt castigemus corpus, & feruituti redigamus, & quæ sunt spiritalia, seminemus. Si enim carnalia seminauerimus, quæ carnalia sunt metemus, si autem spiritalia seminauerimus, metemus ea quæ sunt spiritalia.]

Mortificatio necessaria.

5. GENES. 3. Collocauit, &c. Flammeum gladium, &que versatilem ad custodiendam viam igni vna. RABAN. Bene non simpliciter flammam, sed flammeum gladium ante paradysum dicit esse collocatum, vt intelligamus vltra tribulationes temporales esse necessariam carnis mortificationem, vt feriendas in nobis illecebras concupiscentiæ corporalis, insinuet gladio spiritus, quod est verbum Dei, si ad lignum vitæ qui est Dominus Christus penetrare concupisimus. Et bene eundem gladium versatilem esse refert, vt indicet mysticè non nobis semper hunc necessarium esse gladium, sed, vt scriptum est, [tempus esse belli, tempus pacis] denunciet. Belli videlicet cum in huius vitæ stadio aduersus aëreas potestates, vel etiam nostræ mentis, & corporis vitia certamus, pacis autem, cum perfecta victoria coronamur.

Carnis affectiones mortificanda.

6. GENES. 12. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. AVGVST. Sermone 60. Terra nostra caro nostra est, & tunc de terra nostra egredimur, quando carnales consuetudines deserentes, Christi vestigijs inhaeremus. Verè, fratres, feliciter de terra sua egreditur qui pro Dei amore taliter commutatur, vt de superbo efficiatur humilis, patiens ex iracundo, castus ex luxurioso, &c. & de cognatione tua. Cognatio nostra, vitia sunt atque peccata quæ nobiscum quodammodo nascuntur, & ab infantia malis moribus addantur, atque nutriuntur. De cognatione ergo nostra egredimur, quando per sacramentorum gratiam omnibus peccatis, & vitijs vacuamur. & de domo patris tui. Spiritualiter Pater noster antegratiam Christi, diabolus fuit, iuxta illud, [Vos ex patre diabolo estis,] &c. Vide verbum, Diabolus, numero 21.

Caro mortificanda.

7. GENES. 13. Surge ergo & perambula terram, &c. quia tibi daturus sum eam. In signum perfectæ possessionis vult Deus, vt terra carnis nostræ perambuletur, & conculetur a nobis.

Passiones animæ mortificanda.

8. GENES. 14. Non accipiam ex omnibus quæ tuæ sunt, ne dicas, ego dixi Abram. RVPER. Cum fides quæ per dilectionem operatur, quatuor animi passiones, scilicet metum, cupiditatem, dolorem, & gaudium, velut quatuor reges superauerit, & interiori hominem ab illarum captiuitate liberauerit, planè exemplo patris Abre laudabiliter triumphauit. Magni namque & victoriosum est, non gaudere de prosperis, nec dolere de aduersis huius mundi, non sperare prospera, nec timere mundi huius aduersa. Quisquis autem ille est, contemnat à rege Sodomorum quidquam accipere, ne dicatur quoddam ille cum dixerit, id est, caueat facere coram hominibus iustitiam suam, ne videatur ab eis, ne in illam incurrat sententiam. [Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.]

Mortificatio ad perfectionem pertinet.

9. GENES. 17. Et circumcidit carnem præputij eorum, sicut in ipso die, &c. INTERI. Quod omnes mares ex omnibus viris domus suæ circumcidit,

præfigurauit, quia ad omnem perfectionem spiritua- lem pertinet circumcisio. Circumcidendi enim sunt omnes sensus. Vide, Status perfectorum.

Passiones animæ mortificanda.

10. GENES. 22. Et possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, &c. ORIGEN. Vigilandum nobis est, & sollicitè agendum, [quia aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret:] cui nisi resisterimus fortes in fide, rursum nos in captiuitatem reuocabit. Dirumpamus igitur vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum. Vincula eorum, passiones, & vitia nostra sunt, quibus tandiu innectimur, donec carnem nostram crucifigamus cum vitijs, & concupiscentijs. Quid enim mihi prodest si semen Abrahæ, qui est Christus, possideat portas inimicorum suorum, si meam ciuitatem non possideat? Si in mea ciuitate, hoc est, in anima mea, quæ est ciuitas regis magni, nec leges eius, nec instituta seruentur? Quid enim mihi prodest si vniuersum mundum subiicit, si non in me aduersarios suos vincat? Si non destruat legem quæ est in membris meis repugnans legi mentis meæ? Igitur vnusquisque nostrum sic satagat, vt & in sua anima, & in suo corpore vincat Christus aduersarios suos, & subiiciat eos, ac triumphans, etiam suæ animæ possideat ciuitatem. & super illud Genes. 25. Abraham vero aliam duxit uxorem, nomine Cetburam. Idem. Ego puto quoddam melius tunc vxor accipitur sapientia, quando emortuum corpus est, quando mortificata sunt membra. Maior enim ad sapientiam sensibus nostris capacitas inest, quando mortificatio Christi circumfertur in corpore nostro mortali.

Mortificatio passionum non intermittenda.

11. GENES. 35. Non vocaberis ultra Iacob, sed Israel. Gerit nomen tuum. AVGVST. Queritur cur nomen Iacob in eo adhuc perseverauit? Nimirum nomen hoc ad illam rectè intelligitur pertinere promissionem, vbi sic videbitur Deus, quomodo non ante à patribus visus: vbi non erit nomen vetus quia nihil remanebit, vel in ipso corpore vetustatis, & Dei visio summum erit præmium. INTERI. Quod tandem erit scum videbimus eum sicut est. LEOPOMAN. Velfortè in hoc designatur quod qui ex actione ad contemplationem transeunt, id est, ex Iacob in campo lactante, ac prævalente contra passiones, ad Israel, id est ad contemplationis aciem, non omnino deserant ipsam actionem, sed in ea pro loco, & tempore exercentur, quod est nomen Iacob retinere, ne per huiusmodi cessationem passiones eadem iterum insurgant. Et super illud quod sequitur: Cresce, & multiplicare, &c. reges de lumbis tuis egredientur, aut RABAN. Omnes enim qui supplantant vitia, & veterem hominem cum actibus suis deponunt, & mentis oculos ad Deum intendunt, Iacob imitantur, regesque de lumbis eorum egredientur: quia secundum voluntatem Dei se & suos regunt, & semine spirituali in bonis operibus fecundantur.

Mortificatio debet esse vniuersalis.

12. GENES. 45. Ioseph filius tuus viuui, & ipse dominatur in omni terra Aegypti. ORIGEN. Ad mores nostros informandos dicamus, quod calcare libidinem, fugere luxuriam, omnèque voluptates corporis premere, & frenare, hoc est principatum gerere totius Aegypti, & hoc est quod apud Israel magnum ducitur, & admirationi habetur. Siquis verò est qui aliqua quidem vitia corporis subiugat, alijs verò cedit, & subiaccat, de isto non integrè dicitur, quia principatum agit totius terræ Aegypti, sed vnus fortè, aut duarum,

duarum, aut trium ciuitatum videbitur gerere principatum.

Per mortificationem, virtutes crescunt.

13. EXODI. 1. Quo mortuo, scilicet Ioseph, &c. filij Israel creuerunt. ORIGEN. Moraliter. Si in te moriatur Ioseph, id est, si mortificationem Christi in corpore tuo suscipias, & mortifices membra tua peccata, tunc in te multiplicabuntur filij Israel, id est, sensus boni, & spirituales. Si ergo sensus carnis mortificentur, sensus spiritus crescunt, & quotidie emorientibus in te vitijs, virtutum numerus augetur. & super illud quod sequitur: Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis. Idem ORIGEN. & tu si times Deum, non facies præceptum regis Aegypti. Ille enim tibi præcipit, vt in delicijs viuas, vt diligas præsens sæculum, vt præsentia concuiscas: tu verò, si Deum times, & exhibes obstetricis officium animæ tuæ: si ei salutem conferre cupis, non facis hæc, sed viuificas masculum qui in te est, & interiorum tuum hominem medicaris, & foues, & ipse per actus, ac intellectus bonos, vitam conquiris æternam.

Mortificanda passiones, & caro.

14. EXOD. 8. Abominaciones Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro. BERNARD. Serm. super Ecce nos reliquimus omnia. Oportet nos, fratres, domare carnem, calcare mundum, vt voluptatem corporis declinantes caueamus sæculi vanitatem. Hæc nimirum abominaciones Aegyptiorum, quas immolamus Domino Deo nostro, & totum quod à via vitæ, & disciplinæ deterret filios huius sæculi, totum quod exercet interim filios Dei. In his duobus est quod in vno versu propheta commendat. [Vide, inquit, humilitatem meam, & laborem meum.]

Mortificatio necessaria.

15. EXOD. 15. Cantemus Domino, gloriosè enim, &c. ORIGEN. Et tu si mare rubrum transieris, si Aegyptio mari submergi videris, & extingui Pharaonem, potes hymnum canere Deo, potes vocem gratulationis emittere, & dicere, Cantemus Domino, &c. Melius autem & dignius hæc dices, si habueris tympanum in manu tua, id est, si carnem tuam crucifixeris cum vitijs, & concupiscentijs, & si mortificaueris membra tua quæ sunt super terram. Sequitur: Equum, & ascensorem deiecit in mare. AMBROS. De Nabuthe Israelita cap. 15. Ecclesia, seu anima dicit in Cantic. Cantic. capue 6. [Posuit me curus Aminadab.] Si ergo anima curus est, vide ne equus caro sit, agitator autem vigor mentis, qui regit carnem, & motus eius velut quosdam equos, prudentiæ habentis coercet. Dormitauerunt ergo qui ascenderunt equos, corporis voluptates, nullo eas moderamine gubernantes. Vnde & ascensores eius, magis quàm equites, vel agitadores maluit nuncupare. Agitator enim cum disciplina, & arte pro arbitrio suo equos agit, vel reflectit, vel reuocat. Vnde Heliasus ad Heliam clamabat cum ad caelum ferretur. [Pater, pater, curus Israel, & auriga eius.] Hoc est qui populum Domini bono ductu regebas, meritò hos accepisti curus, hos equos ad diuina currentes: quia moderatorem te animarum humanarum Dominus comprobauit. Ideo tu tanquam boni auriga certaminis, victor æterno præmio coronaris. In Abacuc quoque propheta legimus ad ipsum Dominum dictum. [Ascende super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio.] Agitauerit enim Apostolos suos vt toti orbi Euangelium prædicarent. De priori autem ascensore manifestum est indicium quod reprehensibilis habeatur, quando Moyles ait,

in Cantic. [Equum & ascensorem proiecit in mare:] & in Zacharia loquitur Dominus. [Percutiam omnem equum in amentia, & ascensorem eius in insipientia.] & alibi. [Fallax equus ad salutem.] & rursum. [Hi in curribus, & hi in equis, &c. & ipsi obligati sunt, & ceciderunt, &c. HIERON. in Zachariam cap. 10. Hi curus, & quadrigæ, nisi frænis boni regantur aurigæ, ad præcipitia deferuntur. Sequitur: Sumpsit ergo Maria, &c. tympanum in manu sua, &c. RVPERT. Pulchrè sumpsisse dicitur tympanum, quod modulationis instrumentum, corium est in ligno extensum, significatque carnis mortificationem, sine qua nulla potest anima probam se exhibere cantatricem.

Idem.

16. EXOD. 20. Non concupiscas uxorem domus, &c. BERNARD. Sermone 1. infra octauas Pasche. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, &c. hæc sunt tres turres quas fecerunt Chaldæi, sed memini quoque sanctum Iacob fecisse tres turmas cum timeret à facie Esau. Et vobis ergo aduersus triplex genus tentationis triplici opus est machinamento, vt carnis quidem concupiscentia ipsius mortificatione vincatur. Oculorum verò concupiscentiam superet studium compunctionis, & assiduitas lacrymarum: porro ambitionis vanitatem virtus charitatis excludat, quæ sola castificat animum, sola purgat intentionem. Certum quidem triumphati mundi testimonium est, si corpus castiget, & subiciat feruituti, si fletu præbeas oculos magis quàm petulantia, vel curiositati, si denique spiritali dilectione flagrans, nulli animum dederis vanitati.

Caro mortificanda.

17. FACIES & altare, &c. Exod. 27. GREGOR. Hom. 12. super Ezechiel. Altare Dei, mens bene viuentium, quæ peccatorum suorum memores lacrymis se lauant, carnem per abstinentiam macerant, quæ habent, indigentibus tribuunt, & habere quæ non habent, non concupiscunt. Rectè igitur horum cor altare Dei dicitur, vbi ex maxore compunctionis ignis ardet, & caro consumitur. Altare ergo ante faciem tabernaculi est, cum multi in sanctæ Ecclesiæ conspectu sunt propositi qui æterni iudicij memores, semetipsos quotidie Deo sacrificium in lamento compunctionis macerant, exhibentes corpora sua hostiam viuentem. Hostia autem viuens est corpus Domino afflictum, hostia quidem, quia iam huic mundo à prauis actibus mortuum, viuens autem, quia cuncta quæ præualent, bona operatur. Vide etiam Castus, numero 22.

Mortificationis fructus.

18. EXOD. 27. Non solidum, sed inane, & canum intrinsecus facies illud. BEDA. In cuius exemplum & tu si vis esse altare Dei, exinani te ipsum, & euacua ab omni contagio rerum mundanarum, quatenus in te ligna verborum caelestium, & hostia virtutum locum possint habere sufficiens, capiisque flammam sancti Spiritus qua eadem hostia Domino consecratur, & ad finem perfectionis firmum producatur.

Caro mortificanda.

19. EXODI 30. Same tibi aromata prima myrrha, & electa, &c. INTERI. Ex prima myrrha conficitur oleum sacrum, hoc est ex præcipua carnis mortificatione, quæ scilicet pura intentione pro Deo tantum fit facta. Vnde in Cantico: [Manus tuæ distillaucrunt myrrham,] &c.

Idem.

Idem.

10. **EXODI 32.** *Et dedit ex eo, scilicet vitulo, potum filius Israel.* AMBROS. ad Romulum. Itaque absorbitur populus omnem perfidiam ac superbiam, ne eum absorberet impietas, & arrogantia. Melius est enim ut unusquisque praeualeat carni, & vitiis eius, ne dicatur de eo quia deuorauit eum mors praeualens, sed dicatur magis, deuorata est mors in victoria sua. [Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus?] & de Domino dictum est. [De torrente in via bibet, quia acutum accepit ut absorberet vniuersorum tentationes.] & infra. *Occidat unusquisque fratrem suum, &c.* Est igitur ille Leuita verus vltor & vindex qui carnem interimat, ut seruet spiritum, qualis erat ille qui ait, [Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.] Quid autem tara proximum quam caro animae? Quid tam proximum quam sunt passionis corporis? Eas in se Leuita bonus interimat spiritali gladio, qui est verbum Dei, bis acutum & validum. Cum igitur comprimimus sermonem, ne multiloquio in peccatum incidamus, ius germanitatis abrumpiamus, & fraternae vinculum propinquitatis dissoluimus. Sic ergo Moyses populum docuit insurgere, ut dissecaretur in nobis quidquid à virtute deuium foret. Hac institutione populi meruit, ut non solum deliniret indignationem diuinam, atque offensam auerteret: verum etiam conciliaret gratiam. AVGVST. *contra Faustum cap. 92.* In talia vitia saeuire nos iubet *Apostolus*, cum dicit, [Mortificate membra vestra quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, luxuriam,] &c.

Mortificatio oritur à cognitione Dei.

21. **EXODI 33.** *Non videbit me homo & viuet.* GREGOR. 18. *Moral. cap. 37.* Quia quisquis sapientiam, quae Deus est, videt, huic vitae auditus moritur, ne iam eius amore teneatur. Nullus quippe eam vidit qui adhuc carnaliter viuuit, quia nemo potest Deum simul amplecti, & saeculum. Qui enim Deum videt, eo ipso moritur, quo vel intentione cordis, vel effectu operis ab huius vitae delectationibus tota mente separatur. Vnde adhuc ad Moysen dicitur, *Non enim videbit me homo, & viuet.* Ac si aperte diceretur, nullus vnquam Deum spiritualiter videt, & mundo carnaliter viuuit. Vnde Paulus quoque *Apostolus* qui adhuc Dei inuisibilia (sicut ipse testatur) ex parte cognouerat, iam huic mundo se totum mortuum esse prohibebat dicens. [Mihî mundus crucifixus est, & ego mundo.]

Mortificationis fructus.

22. **EXODI 33.** *Cumque transibit gloria mea, &c. Videtis posteriora mea, &c.* GREGOR. NYSSEN. Quemadmodum grauius, & rotunda corpora, si è cuminibus montium lapsa deorsum fuerint, et si nullus postea impellat, ipsa tamen per se vehementiore impetu, si nihil impedimento sit, semper deferuntur, quousque ad planitiem descenderint: Sic anima cuius natura sursum fertur terrenis absoluta cupiditatibus, ardentior in dies fiet, velociusque pertransit ad superiora semper conscendens. Nam cum nihil sibi sit impedimento, per seipsam ad naturam boni fertur. Attrahit enim ad se natura ipsius boni omnes qui ad pulchritudinis eius radios, sanis possint oculis conspiceret, ita fit ut [caelestium desiderio semper ad maiora (ut *Apostolus* ait) consurgat ac semper ad altiora peruolet.]

Mortificanda caro continuetur.

23. **EXODI 36.** *Corinas decem de bysso retorta.* LIPOMAN. In Hebraeo est de lino duplicato, vel (ut

alij volunt) septuplicato, si Latine dici posset. ORIGENES *hom. 13.* Per byssum caro nostra intelligitur quae debet esse retorta, non fluitans luxu neque deliciis resoluta, sed retorta vel septies torta. Quis ergo qui torqueat carnem suam? Ille nimirum qui dicit. [Macerō corpus meum, & in seruitutem subiicio, ne forte cum aliis praedicauerim, ipse reprobus efficiat] & iterum. [Quoniam propter te mortificamur tota die.]

Caro qualiter mortificanda.

24. **LEUITI 1.** *Si holocaustum fuerit eius oblatio de armento, masculinum immaculatum offeret, &c.* ORIGEN. Moraliter. Vitulus superbus caro nostra est, hanc offerimus cum castam custodimus: Ad ostium tabernaculi, vbi diuinorum suscipitur auditum. Masculinum sit munus, femineam nesciat concupiscentiam, fragilitatem, dissolutionem, & molliem fugiat. [Ponitur manus super hostiam ut Domino sit accepta.] framm scilicet continentiae, & manus disciplinae secundum illud, [Macerō corpus meum, & seruituti subiicio,] &c. [Filij Aaron, sacerdotes offerunt sanguinem.] Sacerdos in te est, & filij eius mens, & sensus eius, qui soli intelligunt Dominum, & capaces scientiae eius sunt. Vult ergo ut rationabile sensum, & carnem tuam castam offeras Deo. Vnde *Rom. 12.* [Hostiam vitam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum,] Sunt enim qui carnem offerunt in holocaustum, non per sacerdotia ministerium, non enim scientes, nec secundum legem. Sunt namque corpore casti, animo incesti. Aut enim concupiscentiae gloria maculantur, aut aliis vitiis polluantur, quali stultae virgines sunt, quae corpore castae fuerunt, oleum autem charitatis, & pacis, & aliarum virtutum non habuerunt. HESYCHIUS. Hi sanguinem fundunt, id est, veri sacerdotes animae non parcunt, illud audientes. [Qui perdidit animam suam propter me,] &c. Sanguis namque animam significat, iuxta illud *Leuit. 17.* [anima carnis in sanguine est.]

Idem.

25. **IBIDEM.** *Retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, &c.* GLOSSA ORD. Caput ad collum retorquetur, & non abscinditur, cum caro ita afficitur ieiuniis, & vigiliis maceratur, ut non penitus vita rumpatur. Vnde *Apostolus*. [Hostiam viuentem, sanctam,] &c. Item non praecipitur ut auis occidatur, sed abrumptur vel restringatur. Paulatim enim caput, id est, mens diuidenda est à pelle, id est, à carne. Vnde non effunditur sanguis, sed decurrit. Vnde alia litera. [Sanguis eius guttatim decurrat.] *Ex cap. 5.* [Qui retorquetur caput eius ad pennulas, ita ut collo adherat & non penitus abrumptur.] GREGOR. Caput collo adheret, nec funditus abscinditur, quia mens nostra, à carnis delectatione est separanda non à carnis necessaria cura, ne curam carnis faciamus in desiderijs. Caput turturis partim abscindatur, & partim collo inhæreat. GLOSSA ORD. Vult nos seruire corpori, sed abrumpti vel retorqueri, ne lex peccati regnet in membris nostris: quia verò corpus nostrum odio habere non debemus, sed menti supponere, non praecipit separari corpus à collo.

Meliores sunt mortui quam viuentes, qualiter dicatur.

26. **NVMER. 12.** *Ne fiat haec quasi mortua & ut abortiuum, &c.* ORIGEN. Dicitur *Eccl. 4.* [Bonos esse mortuos, magis quam viuentes.] Non hic alios nominat viuentes, quam de quibus dicitur. [Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.] *Psal. 38.* Non

Non enim omnis vita in vanitate est, sed quae secundum carnem est, & secundum errores saeculi, & voluptates: super hanc omnis homo est qui huic vitae mortuus est, & dicit, [Mihî autem mundus crucifixus est, & ego mundo,] de quo dicitur, [Mortui enim estis cum Christo.] Quod autem dicitur, [Laudauim mortuos, magis quam viuos, & eos qui sunt vsque nunc,] euidenter ostendit quod eos dicat meliores qui mortui sunt mundo, & inferiores qui viuunt mundo, ad literam enim non magis laudandi sunt mortui quam viuentes. Laudatur enim quis in eo quod voluntate bona egerit, mors autem communis nulli ex voluntate venit. Quomodo ergo quis laudatur in eo quod contra propositum patitur? Si ergo renunciat saeculo, si abiicit vitia, si non moueris ad peccatum, quasi mortuus eris, & mors vitae laudabilis. Nam de morte communi quae lege naturae venit, nemo laudatur.

Qualiter per mortificationem perditur vita.

27. **NVMER. 24.** *De Jacob erit qui dormietur & perdat reliquias ciuitatis.* ORIGEN. Id est, Christus qui perdit salubriter quem de hoc mundo eruit, dicens. [Qui perdit animam suam propter me, saluam faciet eam.] *Matth. 20.* Si volumus ergo ad salutem venire, & de mundo liberari, perdamus animas nostras perditione necessaria, & vtili. Perdit enim animam secundum Christum qui desideria eius refrenat, cupiditatem refecat, luxuriam, & resolutionem castigat, & in nullo facit voluntatem suam, sed Dei: per haec dicitur perire anima. Perit enim vita eius prior, & incipit noua, quae est in Christo, [cui si commorimur, etiam conuiuemus.]

Mortificatio necessaria.

28. **DEUTER. 19.** *Hic ad unam supra dielarum urbium confugiet, & viuet.* Ciuitates autem refugij ad Leuitas pertinebant. AMBROS. *lib. de fuga saeculi.* Congruè prouisum liquet, quia & Leuitae fugitantes sunt mundi huius ut placeant Deo. Vnde Abraham dictum est, [Exi de terra tua, &c.] qui habitabat in lumbis suis Leuitas, & Dominus Leuitas, hoc est *Apostolus* dicit, [Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c.] Haec est vera fuga sacerdotis, abdicatio domesticorum, ut se suis abneget, qui se Deo seruire gessit. Rectè ergo fugaces fugacibus commendat aeternae legis sanctio, ut qui hanc mundam obliuunt, eos recipiant qui peccata sua condempnant atque opera, obliuionem vitae superioris expectant, & saecularia quae gesserunt, abolere desiderant.

Idem.

29. **DEUTER. 20.** *Quis est homo formidolosus, &c.* ISIDORVS. Docet, non quemque professionem contemplationis vel militiae spiritualis arripere, qui adhuc nudari terrenis operibus pertimescit, ne infirmitate mentis reuertatur, subque exemplo alios reuocet, & terrore suo infirmet. Reuertantur in domum suam qui duplici corde sunt, quia praemia Domini praesari non possunt. Vir enim duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis, tales nec initium renuntiationis accipiant, &c.

Mortificatio debet esse vniuersalis.

30. **IBIDEM.** *Nullum omnino permittes viuere, sed interficias in ore gladij.* GLOSSA ORD. Nulli vitio in nostra conuersatione parcendum, ne coram oculis Domini, voluptatibus corrupti & abominabiles appareamus, & exultantes inimici de ruina nostra dicant, [euge euge animae nostrae, deuorauimus eum.]

Psal. 34. *Haec illa.* Si aliquas passiones immortificatas reliqueris, adimplebitur tibi illud *Numer. 33.* [Eruunt vobis quasi clauis in oculis, & quasi lanceae in lateribus.]

Mortificatio necessaria.

31. **DEUTER. 24.** *Ne peccare facias terram tuam, &c.* GLOSSA ORD. Polluit terram suam qui concupiscentiis carnalibus inquinat corpus suum. Ideo necesse est ambitionem praesentis vitae citius domari, ne valeat dominari, & cum terrena actio semel fuerit repulsa, non est repetenda, ne post tergum respiciat qui in aratro manum posuerat.

Mortificatio debet esse vniuersalis.

32. **IOSVE 8.** *Non contraxit manum, &c. donec interficerentur omnes.* ORIGEN. Inducitur nobis quia ex demonibus nullum penitus relinquere debemus, sed omnes interimere, non substantiam scilicet illorum, sed opus, & studium quo peccare homines faciunt. Extinguamus ergo omnes contrarias virtutes, & nullam relinquamus quae effugiat, sic enim festum celebrabimus diem Deo, & laeta solemnitate gaudebimus. Quando ergo legis in scripturis pugnas iustorum, caedes interemptorum, & quia sancti nulli hostium parcunt, & si pepercissent, reputari eis in peccatum, sicut Sauli, qui viuum referauit Agag, *2. Regum 15.* intelligenda sunt, quia haec bella geruntur aduersus peccatum. Quomodo autem iusti erant si vel parum peccati in seipsis seruauerunt? Ideo dicitur de eis, quia nec vnum reliquerunt. Vnde *Hebr. 12.* [Nondum vsque ad sanguinem resistitis aduersus peccatum.] Hinc *Ioel. 3.* [Sanctificate bellum, & pugnare pugnam Domini,] id est, interemptis omnibus animae hostibus, scilicet vitiis, & mortificationis membris, quae sunt super terram, efficiuntur sancti corpore, & spiritu.

Contra immortificatos.

33. **IOSVE 9.** *At hi qui habitabant in Gabaon, &c. A callido cogitantes, interunt sibi cibaria, &c.* INTERL. Non sincere, neque integrè socij Israelitarum fieri cupientes, saccos veteres asinis imponentes. INTERL. Antiquas scilicet fordes, & vitiorum pannos veteres. *Calamentaque perantiqua, &c.* INTERL. Veterem scilicet hominem cum actibus suis. ORIGEN. [In domo Patris mei mansiones multae sunt,] & multae differentiae eorum qui ad salutem suam vel veniunt. Vnde Gabaonitas arbitror portiuiculum quandam eorum esse qui saluandi sunt. Sed non sine nota alicuius infamiae. Ligni enim caesores & aquae gestatores fiunt ad obsequium populi, & altaris, quia cum dolo accesserunt ad filios Israel, pannis, calcamentis veteribus induti. Hi ergo veniunt ad Iesum cum vetustatibus suis, petentes saluari tantum. Sunt enim in Ecclesia credentes quidam, & acquiescentes diuinis praecipis, erga seruos Dei religiosi, & officiosi, & ad ornatum Ecclesiae vel ministerium satis prompti, sed in conuersatione propria obsecant, & vitiis inuoluti, nec omnino deponentes veterem hominem cum actibus suis, nihil adhibent emendationis morum vel inuolutionis. Istis ergo Christus Iesus salutem concedit, sed quandam infamiae notam non euadunt. Simile quod in *libris Pastoral* de his dicitur, quia est arbor quaedam quae vltimus vocatur, quae fructum non affert, portat tamen vitem fructiferam, & sic necessaria est, quia viti fructifera feruit.

Mortificatio Deo tribuenda.

34. **IOSVE 10.** *Posite pedes vestros super colla regum iijhorum.* INTERL. [Super aspidem, & basiliscum ambulabis,

ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.] **ORIGENES** hom. 12. Utinam Dominus meus Iesus concedat mihi calcare spirituum fornicationis, & ceruicem spiritus iracundiæ, & furoris, & auaritiæ, dæmonem & iactantiam, & contere pedibus meis superbiæ spiritum: & cum hæc fecero, gesti operis summam non mihi, sed cruci eius appendere, secundum illud Galat. 6. [Per quem mihi crucifixus est, &c.] Sciendum autem quod ipsa regna quorum reges nunc vincuntur à Iesu, postea veniunt in sortes sanctorum, & pars Domini appellantur, in quibus hoc indicatur, quod quinque sensus in corpore positi cum per Iesum fuerint deuicti, & mortui peccato, ipsis postea ministris vitur anima ad facienda iustitiæ opera. *Ad Tuum* 3. [Eramus & nos aliquando insensati, increduli, errantes & seruientes desiderii, & voluptatibus variis.] *Ad Rom.* 6. [Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem. ita exhibete seruire iustitiæ in sanctificationem.] Ita fit vt in Ierusalem in qua regnabat rex pessimus Adonibesech, regnet postea Dauid manupotens, vel Salomon rex pacificus, & templum in ea Domino construat.

Idem.

35. **IBIDEM.** *Idem* hom. 13. Sic ædificantur ciuitates Iudæ. Etenim nunc cuiusque animam destruit Iesus & ædificat. Primum enim opus Dei est, eradicare mala, spinas, & tribulos vitiorum. Dum enim occupant terram hæc, non potest semina sancta suscipere. Necessè est enim primum plantam eradicare peccati, [quam non plantauit pater cælestis,] ignique consumi. Secundum opus est plantare. Moyses dicit, quia plantauit Deus paradysum.] Sed & nunc plantat in animabus credentium. In anima enim de qua excidit iram, plantat mansuetudinem, de qua excidit superbiam, plantat humilitatem, &c. Talis dicitur plantatio Dei, magis quam sensibilibus lignorum: est enim in primis opus verbi Dei destruere ædificia Babylonica, vt efficiamur Dei cultura, & Dei ædificatio super fundamenta Apostolorum, & prophetarum.

Mortificatio debet esse vniuersalis.

36. **IBIDEM.** Non dimiserunt in ea vllas reliquias. Quater hoc dicitur in hoc capite, & tandem additur. *Omne quod respirare poterat interfecit, sicut præceperat ei Dominus Deus Israel.* **ORIGEN.** hom. 15. Compleamus etiam in nobis quod dicitur, vt non remittatur vllus qui respiret. Si ira ascendit in cor tuum, fortè opera eius non implebit, vel hominum metu, vel futuri timore iudicis, sed hoc non sufficit, nec ipsa commotio iræ locum debet habere in te, ipsa conturbatio indecens est ei qui sub Iesu duce militat. Idem de omnibus vitiis sentiendum est, vt horum nihil omnino in corde respiret, ne fortè, si parui alicuius vitij consuetudo vel cogitatio relinquatur, processu temporis conualecat, & paulatim vires latitudo assumat, & tandem reuocet ad vomitum, & fiant nouissima peiora prioribus. Vnde psal. 136 [Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos,] id est, cogitationes malas quæ cor confundunt & conturbant, quæ in principio dum paruæ sunt, tenendæ sunt, & allidendæ ad perram quæ est Christus, & ipso iubente iugulandæ, vt nihil in nobis risedeat quod respiret.

Idem.

37. **IOSVE** 11. Omnes reges eorum cepit, percussit & occidit, & omnes ciuitates bellando cepit. *Domini enim sententia fuerat, &c.* **ORIGEN.** *vbi supra.* Beatus est ergo qui spiritualem macharam tenens, non aufert

eam à ceruicibus horum hostium. Vnde *Ierem.* 48. [Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter, & aufert macharam suam à sanguine iniquorum.] Nos autem non auferimus gladium verbi Dei à sanguine contritorum vitiorum, quæ interficiuntur, cum opera eorum non facimus.

Mortificande passiones anime.

IBIDEM. *Equos eorum subneruabis, & curru eorum igne combures.* **ORIGEN.** *vbi supra.* Est enim equus lasciuu motus animal, & superba ceruicis, & magis ad perditionem hominum quam ad onera portanda. Per equos enim bella geruntur. Saluator etiam super asinum sedit, nunquam super equum. Qui ergo super asinum sedet, exterminat curru & equos, per quos intelligi possunt passiones corporis, id est, libido, superbia, lasciuia, & leuitas, quibus infelix anima, vclut equitans fertur ad præcipitia: & iubentur subneruari. Subneruatur enim equus quando abstinentia corpus humiliatur, & igni curru exuruntur, cum illud *Luc.* 12. impletur. [Ignem veni mittere in terram.] De quo dicitur *Luc.* 24. [Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?] Ideo ergo fallax dicitur ad salutem, si motus corporis nostri ferantur infrænes, neque abstinentiæ iugo reprimantur. Sed si quis ex his quæ dicimus, verbis Dei stimuletur, & compungitur, & heri qui tanquam equus in libidinem ferebatur, hodie pœniter conuertitur, & pudicam vitam amplectitur, videbitur gladio verbi Dei subneruasse equos.

Mortificatio necessaria.

IOSVE 14. *Et terra cessauit à preliis.* **INTER.** Si vis habere hæreditatem à Iesu, oportet vt terra carnis tuæ quiescat, nec contra spiritum configat. **ORIGEN.** Si ergo vis dignus effici, vt hæreditatem consequaris à Iesu, oportet te prius omnia bella finire, & in pace consistere, vt de carnis tuæ terra dicatur, quia cessauit terra tua à bellis.

Idem.

IVDICVM 11. *Et Iephthe fecit ei (scilicet filia,) sicut iuenerat.* **CHRYSOST.** *homo de Iephthe que habetur in tomo 1.* Omnia in figura contingebant illis. Ergo vnusquisque nostrum debemus esse Iephthe, qui deuictis inimicis cupiditatum nostrarum, offeramus vnicam animam nostram, de qua dicebat *Prophetia psal.* 21. [Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam,] sed scissis vestimentis malarum cogitationum temporaliumque velant animam, offeramus inquam eam occidendam in malis, viuificandam in bonis. Vnde dicebat Dominus. [Qui perdidit animam suam inueniet eam.] Vnde. [& dimisit ei vt plangeret duobus mensibus in deserto, per quod significatur plactus præsentis vitæ, &c. Vide, *Lacryma,* num. 11. Nota etiam quod filia occurrit patri triumphanti cum tympanis, & choreis, quia caro semper blanditiis delectatur. Vnde *Ierem.* [Vocauit Dominus ad fletum,] &c. [& ecce gaudium,] &c. Verum carnaliter insultanti dicendum est cum Iephthe. *Decepisti me, per culpâ, & decepta es à me,* per penam.

Caro subiicienda spiritui per mortificationem.

IVDICVM 19. *Secutusque est eam vir suus volens reconciliari.* **GLOSSA MORAL.** Per virum intelligitur ratio, per vxorem sensualitas, secundum **AVGVSTIN.** Cui ratio debet dominari, sicut vir mulieri: ipsa autem sensualitas recedit ab obedientia rationis, illicitè delectabilibus sensuum inhærendo, sed tunc ratio debet esse diligens, vt ad eius obedientiam reducat.

Mortificatio

Mortificatio necessaria.

42. **1. REGVM** 6. *Ibant autem in directum vacca per viam qua ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur per genes, & mugientes, & non declinabant ad dexteram neque ad sinistram.* **ISIDOR.** & **RABAN.** Vacca arcam gestantes sanctos significant, qui seculo renunciant, qui nullum delicti traxerunt iugum. Sicut enim vacca vitulorum affectu à recto itinere non deuiat: sic sancti patres tali affectu à bono proposito non exorbitant, sed itinere vno, id est, vnanimiter in Bethsames pergunt, id est, in domum Solis, cælestem scilicet Ierusalem, vbi semper lucet Sol iustitiæ, nec declinant à dextris, &c. id est, nec extolluntur prosperis, nec franguntur aduersis. **GREGOR.** 7. *Moral. cap. 14.* Si igitur ad æterni solis habitaculum tendimus, dignum profecto est, vt de Dei itinere pro carnalibus affectibus non declinemus. Vacce istæ ibat pergentes, & gementes dabant ab intimis mugitus, & tamen de itinere non retorquebant gressus, &c. Vide *Misericordia,* num. 12.

Idem.

43. **1. REG.** 31. *Et percussit eos, scilicet Amalechitas, Dauid, &c. & non enasi ex eis quisquam, &c.* **INTER.** Isti sunt Amalechitæ, quos Saul delere debuit, & inobedienciæ reus regnum amisit. *Hæc illa.* Nota idem contingere nobis circa mortificationes passionum; qui parcunt, & non occidunt, sicut Saul Amalechitas, regnum cælorum amittunt: qui verò omnes occidunt, sicut Dauid, regnum adipiscuntur.

Caro subiicienda spiritui.

44. **2. REG.** 3. *Facta est longa concertatio inter domum Dauid, & inter domum Saul.* **GLOSSA ORD.** Quia quæ secundum carnem est, persequitur eam quæ secundum spiritum est. *Hæc illa.* Sed cõsolatur nos quod sequitur, *Dauid proficiens & semper seipso robustior, domus autem Saul decrefcescens quotidie.* In Hebræo, *Dauid ibat, & confortabatur, domus autem Saul ibat & attenuabatur.* Utinam idem nobis contingat, vt spiritus proficiat, & robustior semper seipso fiat, caro autem decrefcat, & attenuetur.

Passiones mortificande.

45. **2. REGVM** 8. *Et tulit Dauid frænum tributum de manu Philistinorum.* **GLOSSA ORDIN.** Frænum quinque ciuitates erant Philistinorum quæ Israelem tributarium faciebant, has tulit sibi Dauid, & fecit sibi tributarias, sicut 1. *Paralip. cap. 18.* legitur. Alia litera. *Tulit frænum fontis.* **VATABL.** Est nomen vrbis, aut regionis ita dictæ à fræno riuu, id est, aquæ ductu. **PARAPHRAS.** **CHALD.** Instauratio aquæ ductus frænum riuu dicitur ab Hebræis aquæ ductus. Nam per canalem ducimus aquam quod volumus, vt fræno equum. **GLOSSA MORALIS.** Dauid *manu fortis* interpretatur. Per istas quatuor ciuitates quatuor passiones principales intellige, quæ sunt, gaudium, dolor, spes, & timor, quas debet vincere, & infrænare manu fortis. Ideo Philosophus 7. *Physicorum, sedendo, & quietando fit anima sciens & prudens:* quia sedatis, & quietatis tumultibus passionum, acquiruntur scientiæ, & virtutes, propter quod de quatuor passionibus prædictis, ad quas alia reducuntur, dicit **BONETIVS.** *de Consolatione.*

*Tu quoque frivis,
Lumine claro
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem,
Gaudia pelle,
Pelle timorem,*

*Spemque fugato,
Ne dolor adsit,
Nubila mens est,
Vitiisque frænis,
Hæc vbi regnant.*

Propter quod ipsis ablati per Dauid tollitur frænum tributum.

Mortificatio debet esse propter Deum.

2. REGVM 21. *Dentur nobis septem viri de filiis Saul, vt crucifigamus eos Domino.* **VATABL.** Id est, ad placendum Domino. **GLOSSA MORALIS.** sicut dicit **GREG.** *Hom.* 24. Quoniam totum tempus septem diebus comprehenditur, rectè septenario numero vniuersitas designatur. Per septem igitur viros crucifigendos pro peccato expiando, vt Deus terræ repropiaretur, significatur vniuersitas hominum carnem suam crucifigentium eum vitiis, & concupiscentiis, pro peccatorum suorum & aliorum expiatione, propter quod isti dicuntur crucifigi Domino, ad differentiam hypocritarum, qui carnem suam crucifigunt mundo. *Matth.* 6. [Exterminant enim facies suas, vt videantur hominibus ieiunantes.]

Mortificatio etiam in minimis, sacrificium Deo acceptum.

1. PARALIP. 11. *Assulerunt ad Dauid vt biberet, qui noluit, sed magis libauit eam Domino.* Quod mortificatio etiam à licitis, & in minimis rebus sit sacrificium Deo acceptum. Vide *Concupiscentia,* num. 8. ex *D. Gregorio.*

Mortificatio continua.

ESDRÆ 4. *Vrbs illa vrbs rebellis est & nocens regi.* **INTER.** Hæreticis scilicet, & hostibus veritatis, & prouinciis, & bella concitantur in ea. **INTER.** [Non veni pacem mittere, sed gladium.] *A diebus antiquis.* **INTER.** [Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.] Quod impij iustis exprobrant, magna gloria, & laus ipsorum est, quod scilicet bella exerceantur: semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferamus. Vnde ingenè fatentur quod sequitur. *Reges fortissimi fuerunt in Ierusalem qui dominati sunt omni regioni.* Vclint nolint, consententur esse virtutem fortitudinis.

Mortificatio necessaria.

ESDRÆ 14. *Si ergo imperaueritis sensui vestro, & erudieritis cor vestrum, vini conseruati eritis, & post mortem misericordiam consequemini.* Quod aliis verbis *Apostolus* dicit: [Si secundum carnem vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuicis.] Angelus etiam consuluit *Tobia* iuniori *cap. 11.* [Tolle tecum ex felle piscis, erit enim necessarium.] Amara quidem est mortificatio, sed necessaria ad iter vitæ æternæ perficiendum. Vnde sequitur. [Tulit itaque *Tobias* ex felle illo, & abierunt.] Illi duo discipuli sine felle mortificationis ad regnum pergere volebant. at Christus reducit eos dicens: [Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?]

Mortificatio est quoddam martyrium.

CHRYSO. *hom. de Natiuitate septem Machab.* Exemplum eorum imitamini, & quantam illi patientiam in periculis corporalibus ostenderunt, tantam nos in passionibus irrationabilibus contentiam demonstramus, id est, contra iram & auaritiam, vel inanis gloriæ concupiscentiam diuino timore muniti, sensibus repugnantes, & consilia Diaboli destruentes in nobis. Si enim cupiditatum ignes vicerimus sicut illi tyrannidis ignes vicerunt, poteri-

Yy mus

mus iuxta illos & matrē eorum, pari gloria consti-
tuti similes haberi. Vide *1. Reg. 16. ex Bernardo.*

Mortificatio necessaria.

51. 2. **MACHAB. cap. 8.** *Strate nunc contra inimicos
nostros, & expugnat eos, & post hac sume-
ris spolia securi.* G L O S. O R D. Si ad spirituales hostias,
hanc transferimus victoriam, tunc debemus esse
secuti, cum post finem vite presentis non est necesse
hostiū invidias vereri, &c. Necesse enim est, ut inimi-
corum precaueantur iacula quādiu tempus est belli.
Cum autem peruenerit tempus pacis, quam saluator
discipulis suis promisit, tunc gaudium æternum pos-
sdebitur de percepta remuneratione.

Passiones mortificare perfectorum.

52. **AD Roman. 6.** *In nouitate vite ambulemus.* R I-
C H A R D V S. Ad illatam iniuriam hilarescere,
obiectam contumeliam non erubescere, de tribula-
tione gaudere, nonne hoc est *in nouitate ambulare,*
& secundum aliquem modum seipsum impassibilem
ostendere, & suis passionibus non subiaceret?

Christus mortificationem docet suos.

53. **IOSVE 17.** *Ascende in syluam, & succide tibi spatia in
terra Pherезei,* &c. P E T. D A M I A N V S. Cum
Iosue precepit populo, sylvarum condensa succidere,
hoc inuit quod noster Iesus, eiusdem scilicet no-
minis, sequentibus se iubet; male pullulantes sylue-
scenium vitorum frutices extirpare hortatur. Ut
non fœdera, sed bellum contra Chanaanæos gerant,
ut montana conscendant quatenus & vitorum cla-
borent debellare barbaricis, & arduum festinent vir-
tutum obtinere cacumen.

Passiones mortificanda tempestiue.

54. **DOROTHEVS Doctrin. 11.** Otiosus erat quan-
doque senex magnus cum discipulis suis in hor-
tis in quibus cupressi variæ, magnæ scilicet ac parua
creauerant. Imperauit igitur vni ex fratribus senex cu-
pressum euellere, quæ cum parua esset, & tenera, vna
manu extirpata est. Postquam iussit aliam mauscu-
lam euelli, quæ non vna, sed ambabus manibus tan-
dem euellenda est: retid, maiorem adhuc prioribus vi-
dens senex, illam imperauit euelli quæ non sine ma-
gno labore extracta est. Quartam quoque cæteris
altiore extirpari iussit: quæ summo conatu, labore,
& sudore vix extrahi potuit. Quintam adiecit ruxi-
mam, quam cum ille conaretur euellere, nunquam
valuit, sed incallum circa eam elaborat. Tuac ad om-
nes conuersus senex ait. Huiusmodi sunt passiones
nostræ, fratres, cum teneræ sint, & parua, si volu-
mus, facile eas possumus à nobis extirpare. Quod si
illas neglexerimus, obdurescent illis. Quodque ma-
gis obduerint, eo magis vi, & labore opus erit. Quin
imò iriti erūt conatus nostri omnes in illas, nisi alicui-
us viri sancti orationes ad auxiliandū nos accesserint.

*Magna virtus, illicitis motus animi, est non omnino
deleere, rationis imperio subiugare.*

55. **GENES. 41.** *Alisq; imperio tuo non mouebis quis-
quam manum, aut pedem in omni terra Aegypti.*
R I C H A R D. Magnum iusti imperium, omnes rebelles
animæ posse motus reprimere, & colibere ab actu,
quamuis necdum possit omnes perficere delere, & in
regno suo pacem plenariam reformare. Quamuis
itaque non possit omnes pacis aduersarios extingue-
re, magnum tamen, si nulli liceat, sine eius imperio
pedem, vel manum mouere.

Affectus noster nulli debet turpitudini adherere.

56. **LEVIT. 5.** *Animæ que tetigerit aliquid immun-
dum, sine quod occisum à bestia est, aut per se mor-
tuum, aut quodlibet aliud reptile, & obliua fuerit immun-
dina sua, rea est, & delinquit.* R A D V L P H V S. Anima
immundum tangit quando alieno peccato consentit:
occisum autem à bestia eum intelligimus qui ini-
mici suggestione labitur in peccatum. Per se autem
moritur quisquis propria deliberatione iniquitatis
subiicitur: in reptilibus verò illi exprimentur qui to-
to corpore terræ adhaerentes, tota vita, tota inten-
tione terrena sequuntur: Ominium igitur horum
tactus immundus est. Verum non sine causa imposi-
tum existimo, & immunditia suo obliua fuerit. Si enim
tetigerit immundum, & immunditia suæ obliua fue-
rit, nunquid non immunda erit? Sed nota quia par-
citur fragilitati humana. Quis est enim qui nesciat
humanorum affectuum inuito nonnunquam etiam
ipso qui patitur, labilem discursum? Si igitur repen-
tè affectus tuus ad aliqua illicita se inflectat, quod est
quali mortuum tangere, si tu sentiens, statim repu-
gnaueris, non immundus es, imò si viceris, corona
donaberis: si verò libenter in ea moratus fueris, etiam
si opere non expleas, pollueris. Hæc est enim obliuio
de qua lex loquitur. Oblivisci etenim est parui
pendere.

Facilius mala actio quam affectio refecatur.

57. **LEVIT. 22.** *Sine illa bos sine illo ovis, non immolabun-
tur vna die circa sacrificiis suis.* R A D V L P H. Quid
quæso contrarietatis afferit sanctificatio filiorum, ut
non eadem die possit fieri & parentum? [iuvenes, in-
quit, & virgines, senes cum iunioribus laudent no-
men Domini.] Omnes pariter admittit qui omnium
vitam querit. Cur ergo in oblatione dominica ma-
tres cum fœtibus conuenire non possunt? Queramus
alias huius capituli intelligentiam, redeamus ad nos,
& inueniemus in moribus quod in diuersitate perso-
narum inuenire non possumus. Parid autè (si bene
recolimus) tractatum est quod iusti mens verbo Dei
gravidata parit, cuius bona voluntas in sanctas actio-
nes prorumpit: hæc est mater, hi sunt fœtus illius,
quos Deo immolat, cum in exteriori conuersione
sua quidquid Dei legibus contrarium inuenit, pro-
pelle suo trucidat: Sed cum iam lingua certa à peri-
urio, manus à furto, gula, crapulam, ebrietatēque
repellit, cum iam corpus fornicationi subtrahitur, &
omnis actio nostra iuxta legis diuinæ regulam casti-
gatur, tunc primum vitia altis sensibus radicata, quia
prorumpere prohibentur, intus lamium, & mentem
renitentem suis tentationibus lacessunt. Iam igitur
fœtus suos Domino mater illa maculat, sed circa se-
ipsam grauis ei labor est, quia voluptatum memo-
riam, quibus diu sponte se subdidit, cum ad Deum
tendere nititur, etiam inuita, gemensq; molestissima
sentit. Quasi ergo consolans nos Spiritus Dei, ne despe-
ret quis cum in affectibus suis tantā contradictionem
offendit. *Bos, inquit, vel ovis non immolabuntur vna die
cum sacrificiis suis,* tanquam diceret: Cum recepta in
verbis, actibusque disciplina, insurgentia contra vos
vitorum certamina sustinetis, nemo terreat. Noui
abscondita cordium vestrorum, & imbecillitatem vir-
tutum vestrarum, fieri non potest ut vna die mater
cum fœtibus immoletur.

*Humanus affectus contra diuinum consilium
non est sequendus.*

58. **MATTH. 16.** *Vade post me satana, non sapiis que
Dei sunt.* B E R N A R D. Quid est non sapi-
que Dei sunt? Nisi non sapienter diligis, humanum
sequens

sequens affectum contra diuinum consilium: & voca-
uit Satanam, eo quod saluti, licet nesciens, aduersaretur,
qui Saluatorem mori prohiberet. Vnde & corre-
ptus repentem postmodum triste verbum, non iam
moti metuit, sed se commoriturum esse promisit.
Non ramen impleuit, quia nec dum ad illum perue-
nerat gradum, in quo Deus tota virtute diligitur.
Erat doctus tota oratione diligere, sed adhuc infirmus,
non ignarus mysterij, sed martyrij pauidus. Non planè
illa fortis ut mors dilectio fuit, quæ morti succubuit,
fuit autè postea, cum indutus virtute ex alio, tanta tã-
dem cœperat virtute diligere, ut in concilio prædica-
re prohibitus, nomen constanter sanctum prohiben-
tibus responderet. [Obedire Deo oportet magis quam
hominibus.]

*Quod carnis motus, canum latratibus, & la-
trunculis comparatur.*

59. **ROMAN. 7.** *Iam non ego operor illud, sed quod ha-
bitat in me peccatum.* B A L D V I N. Sic sunt in-
disciplinati motus in corde, vel in corpore nostro,
sicut latratus canis, qui molestus est viatoribus mag-
is latratu quam morfu. Latratus quidem molesti
sunt & suspecti, sed morsus noxij, & latratus valent
ad custodiam, & cautelam: nam interdum pro nobis
latrant, & non semper contra nos, Deo ita dispensan-
te, ut caute ambulemus, ut ad vigilandum excitentur,
ne vquam per securitatem obdormiamus in morte.
Quod si canes latrant circa domum, nunquid ideo
non in pace custoditur domus? & si contradictio ali-
qua est in carne nostra, non solum rationi, sed etiam
voluntati nostræ contraria, nunquid ideo non possi-
demus terram? Imò possidemus, licet nondum om-
nino ut volumus, sed ut pro tempore possumus, sed
depreheni, comprehensi suspenduntur, aut aliis sup-
pliciis addicuntur.

De triplici affectione.

60. **I. IOAN. 4.** *Nolite diligere verbo, nec lingua, sed opere,
& veritate.* B E R N A R D. Sed est affectio quam
caro gignit, & est quam ratio regit, & est quam con-
dit sapientia. Prima est, quam dicit Apostolus legi
Dei non esse subiectam, nec esse posse. Secunda, quam
perhibet legi Dei consentientem, quoniam bona est.
Longè ab vtraque tertia distat, primam eliminans,
secundam remunerans. Nam prima dulcis, sed turpis,
secunda siccata, sed fortis, vltima pinguis, & suavis. Igi-
tur per secundam opera sunt, & in ipsa charitas sedet,
non illa affectualis quæ sale sapientie condita pin-
guescens, magnam menti importat multitudinem
dulcedinis Domini, sed quædam potius actualis, quæ
est nondum dulci illo amore suauiter reficit, amore
tamen amoris ipsius vehementer accendit. De hac
dictum est: [Nolite diligere verbo,] &c. Vides quo-
modo caute incedit inter vitiosum, atque affectuo-
sum, ab vtroque pariter, hanc distinguens actualem
& salutiferam charitatem, nec linguæ mentientis in
hac dilectione recipit fictum, nec rursus afficientis
exigit sapientie gustum. [Opere, inquit, diligamus &
veritate] quod scilicet moueamur ad bene operan-
dum magis quodam viuida virtutis impulsu, quam
sapida illius charitatis affectu.

*Per mortificationem non tolluntur omnino
passiones, seu affectus.*

61. **MATTH. 5.** *Beati mites, quoniam, &c.* G R E G O R.
M N Y S S E N. Oratio 2. de Beatitudinibus. Non
penitus vacuitatem affectuum, & incompatibilitatem hu-
manæ naturæ præscribit. Nam id perinde est ac si quis
aquatilia traducat ad acream vitam, aut contra, ad
aquam deducat ea quæ in aëre viuunt, sed & conue-

nit ad proprias, & naturales vires aptam & accom-
modatam esse legem. Idcirco ut moderati pariter, &
lenes simus, non ut affectuum profors experies, & à
perturbationibus omnino vacui simus, beatificatio
nos hortatur; nam hoc quidem excedit naturam,
illud verò virtute conficietur.

De necessitate mortificationis.

62. **MATTH. 23.** *Lib. 1. de Charitate.* Quemadmodum
passerculus, pede alligatus, volare incipiens, in
terram funiculo detrahitur: sic quoque mens, non-
dum affectibus liberata, & ad rerum celestium co-
gnitionem volare contendens, ab affectibus ducitur,
& ad terram detrahitur.

Qualiter mortificentur affectus.

63. **EXOD. 12.** *Aspergite ex eo super liminare, & vtrum-
que postem.* P R O C O P I V S super hunc locum.
Quemadmodum qui caput serpentis contudit, reli-
quum longum corporis syrma necauit: sic qui primos
vitorum furculos eradicat, etiam cætera quæ inde
pronciunt sustulit. Hoc autem nunquam eueniet
nisi postibus nostris effusus fuerit cruor eius qui in-
terfectorem, vel occisorem interfecit. Bifariani ne-
cantur affectus, scilicet primogenitis peremptis, &
nostris ianuis in tutum collocatis ob asperfectionem
sanguinis. B A S I L. Epist. 1. Ut fera bestie blanda
manu permulta, leni certamine superantur: ita libidi-
nes, iræ, pauores, mœrores, animæ venefica mala,
consuetudine consopita, nec perpetuo irriamen-
to offerata, eluctabiliore deinde vi rationis sunt.

De necessitate mortificationis.

64. **PSALM. 6.** *Turbatus est à furore oculus meus.* B A-
S I L. in Psal. 33. Epist. 1. Quemadmodum oculi
turbis visibilia exactè deprehendere non valeamus,
sic corde turbato, nemini conceditur incumbere ve-
ritatis cognitioni. Idem epist. 64. Neque speculum
si pollutum sit, imaginum poterit inpressionem reci-
pere, nec anima secularibus occupata curis, & carna-
lis sensus affectionibus obtenebrata, illuminationibus
Spiritus sancti capax esse valebit.

Idem.

65. **CHRYSOST. in cap. 2. ad Galatas.** Quemadmo-
dum oculus turbatus, aliud pro alio cernit: ita
mens pranarum cogitationum confusione perturbata,
idem pati consuevit. Itidem & qui laborant insa-
nia, alias pro aliis rerum species se videre credunt.
Verum hæc insania, quam illa periculosior est, quæ
noxam affert, non in rebus sensibilibus, sed intelli-
gibilibus, non in pupilla corporalium oculorum, sed in
oculis animi distorsionem gignit. Idem homil. 22. ad
Hebræos. Sicut Sol est quidem clarus, & in medium
cunctis propositus, & non opus habemus eum quæ-
rere. Si verò nosmetipsos in terram defoderimus, &
vndique adumbrauerimus, multo labore opus habe-
bimus, ut solem videre possimus. Sic si in profundo
cupiditatum malarum, si in tenebris passionum, & sa-
cularibus rebus defoderimus nosmetipsos, vix po-
terimus oculos aperire, vix respiciemus, vix in-
tuebimur.

In principio passiones mortificanda.

66. **IDEM homilia 8. de penitentia.** Sicut planta quidem
inuper humi consita, facile reuelleretur, per mul-
tum verò tempus radicibus firmata, non itidem: & ut
aedificium recenter fundatum, à vexantibus facile
subuertitur: bene verò firmatum multa diruere co-
nantibus præbet negotia; & ut fera quibus locis mul-
tium temporis est conuersata, difficulter expellitur; &
Y y 2 sicut

ficut febris ab initio egressa, non magna siti laborantes exurit, postquam autem inuauerit, & flammam extulerit, iam sitim inducit immedicabilem, etiam si quis eis concesserit, ut potibus impleantur, non extinguit, sed accendit fornacem: sic & in vitio-fo accidit affectu, si se circa primordium in animam nostram inferentem non prohibuerimus, nec fores occluserimus, ingressus iam insanabilem morbum susceptoribus infert. Idem hom. 54. in Ioan. Sicut vires corporis moriuntur, & omnem sensum amittunt, ita & anima cum multis detineretur affectibus, virtuti moritur, & si quid attuleris, non sentit, sed supplicium, siue quodcumque aliud minatus sis, nullo sane sensu mouetur.

De mortificationis necessitate.

67. THEODORET. de spiritali anima resurrectione. Quemadmodum qui compediti sunt, ut quod illis liberit, gradiendi habeant potestatem, necesse est quatenus à vinculis absoluantur: ita ab immoderato sunt retrahendi affectu quicumque ad Dominum rectis gressibus appropinquare peroptant.

Idem maxime ad orationem.

68. NILVS cap. 65. de Oratione. Sicut non potest curere qui ligatus est: sic mens quæ perturbationibus seruit, locum spiritalis orationis videre non potest. Trahitur enim huc atque illuc à perturbatis cogitationibus, & statum fixum non habet.

Idem.

69. IDEM NILVS ibid. cap. 140. Sicut ei qui est lippis oculis, non est commodum Solem in meridie in maximo eius splendore ac lumine, intentis oculis intueri: sic neque menti perturbata, & impura vitilis erit representatio orationis in spirita, & veritate, quæ naturam antecellit, & detinet. Idem in lib. 1. affectu. Quemadmodum qui secatur, aut vititur, præ doloris magnitudine non potest ab eo quod sit cogitationem auertere: ita qui perturbatione aliqua torquetur, non potest inde cogitationem auocare: perturbatio enim rationem ad se totam rapit, & in naturam propriam conuertit. Voluptas dolorem non admittit, nec lætitiæ mœror, nec tristitiæ hilaritatē.

De quadruplici affectione.

70. RICHARDVS VICTORINVS de statu interioris hominis cap. 34. Quod sunt quatuor humores in corpore, hoc sunt quatuor affectiones in corde. Amor itaque, odium, gaudium, & dolor, quatuor principales affectiones sunt, ex quibus cætera omnia desideriorum, voluntatum, votorum, affectionumque originem trahunt. Quemadmodum autem humores in corpore: sic & affectiones in corde secundum quod ordinem, modumque congruum perturbant, varias infirmitates procreant.

Passiones, amentes efficiunt possidentes.

71. BASILIUS in cap. 5. Isaia. Quemadmodum vinum, si infusum sit corpori pluscum quam necessitas exigat, aut ferat bibentis virtus, sua natura consuevit offundere rationi tenebrosam obscuritatem: ita & affectus concupiscentiæ, aut tristitiæ, aut iracundiæ, expugnata semel ratione, efficiunt amentes quos occuparunt.

Passiones animas perturbant.

72. CHRYSOST. serm. 1. de suo. Inquietudo & perturbationum molestia non tam à rerum euentu est, quam à nobis ipsis, & mente nostra, quæ si se bene haberet, & composita foret, semper nobis tranquille

liceret agere, dormiremusque ceu in portu aliquo etiam si vndique innumeræ tempestates insurgerent. Sicut eduerso, cum illa malè se gerit, nihilo melius habemus naufragis, etiam si venti secundi nos comitentur. Idem hom. 35. in primam ad Corinth. Quemadmodum qui febre laborant, nauitant omnia: sic perturbatae mentes vndique percelluntur. Laudat quis, statim intumuit, reprehendit, statim deiiceris. Quemadmodum corporibus infirmis qualibet res facile nocet: Sic deiecti animi, nec aduersus paupertatem, nec aduersus opes consistunt.

De necessitate mortificationis.

73. CHRYSOST. hom. 1. in Ioannem. Sicut oculorum acies pura, & lucida, acutè omnia intuetur, nec etiam in tenuissimis deprehendis corporibus laborat; verum si quis malus à capite humor, vel caligo aliqua ad oculum ascendit, densa quidem ante pupillam nebula obicitur, quæ nec crassiora quidem corpora videre finit. Ita animæ vsu venit cum omnis perturbatio quæ eam offenderat purgata est, intentè opportuna omnia prospicit, verum cum plurimum turbatur affectibus, vim omnem illam amittit, ut nihil altum valeat intueri, sed quam primum nebula obiecta, & somno, arque segnitie quæ ad virtutem, & vitam vitia sunt, nulla in his capeendis alacritate contemnit.

De eodem.

74. ANTONIVS serm. 76. parte 2. Quemadmodum nauis, orta maris tempestate facile submergitur, nisi gubernator sua industria regat. Sic affectiones ad deteriora rapiunt hominem, nisi recta ratione gubernentur. L. AURENTIUS IVSTINIAN. de contemptu mundi cap. 1. Tolle ab homine rationem & erit tanquam nauis in medio æquoris absque gubernaculo, ac directorio: Flatibus enim nauis impulsæ nunc impetit scopulos, nunc illiditur vndis, nunc iactatur in littore, sui semper patiens detrimentum, quo ad vsque omnis ipsius dissoluta compage efficiatur inutilis, amittatque propriam formam, transfretandi vsum, vtilitatemque commercij.

MULIER.

- Mulier qualiter non sit imago Dei. 1. 3.
- Mulier subiecta viro. 1. 2. & quare viro præfertur. 3.
- Cohabitatio cum muliere, & communicatio periculosa. 4. 17. 33. 35. 36. 46. 47.
- Mulierum leuitas, & alia vitia. 5. 6. 7. 8. 9. 16. 21. 22. 24. 25. 29. 31.
- Mulierum importunitas. 10. 24.
- Mulieris fortitudo. 11. 13. 40. 50.
- Mulier initium peccati. 12.
- Mulierum pulchritudo. 12. 13. 18. 51. 57. 61. 62.
- Non credendum ei. 32. 60.
- Mulierum ira, num. 14. 25.
- Mulierum verecundia. 15. 20. 34.
- Mulierum ornatus. 15. 19. 23. 29. 39. 41. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59.
- Mulieres qualiter corripiende. 16.
- Per mulieres intelliguntur vitia. 26. 42.
- Mulier à molliæ dicta. 27.
- Mulierum deuotio. 28. 29.
- Mulier prohibetur sacerdotium, & docere. 30.
- Mulierum est cor infatuare. 33. 36. 37.
- Seuerè cum mulieribus agendum. 38.

Mulierum

- Mulierum fama tenera. 44.
- Mulierum aspectus nocuus. 45.
- Mulierum corpus non tangendum. 48. 49.

Mulier qualiter non sit imago Dei.

1. GENES. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram ut præsit, &c. CHRYSOST. Ad imaginem dixit de principatu, & dominio, quia Deus fecit hominem principem omnium quæ sunt super terram, & ideo Apostolus 1. Corinth. 11. de viro solum dicit quod est imago Dei, de muliere autem nõ, quia subiecta est viro. [Vir inquit non debet velare caput, cum sit imago, & gloria Dei, mulier autem gloria viri.]

Mulier subiecta viro.

2. GENES. 2. Tullio ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso. AMBROS. Extra paradysum vir factus est, mulier intra paradysum, ille inferiori loco, & tamen melior inuenitur; hæc autem in meliori loco, & inferior reperitur. Mulier enim prior decepta est, & virum ipsa decepit, &c. Vide Nobilitas. Deinde contumendum est quia nemo debet sibi facile præsumere. Nam ecce mulier quæ in adiumentum facta est viro, præsidio virili indiget, quia vir caput est mulieris, vir autem qui adiumentum vxoris habiturum se esse credebat, lapsus est propter vxorem. Vnde nemo debet facile alteri se credere, nisi cuius virtutem probarit, vnde sicut Apostolus Petrus præcipit vt mulieres subditæ sint viris suis, ita & præcipit vt viri quasi infirmiori vasculo muliebri impartiantur honorem tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ.

Mulier quare viro præferatur.

3. GENES. 2. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. AMBROS. Quando solus factus est Adam, non dictum est, bonum esse factum, quando autem & mulier facta est dictum est. [Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona,] &c. vide verbum, Deus, num. 60. ex Ambrosio. Idem. Esti mulier prior peccatura erat, tamen redemptionem sibi paritura. Quamuis enim Adam (vt ait Apostolus) non est seductus, mulier autem seducta, & in præuaricatione fuit, saluabitur tamen per filiorum generationem, inter quos generauit & Christum. CHRYSOST. Sicut in principio cum de homine formando dixit Deus, [faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram:] ita & nunc mulierem formaturus eodem verbo vititur. & vt sciret Adam quod animal formandum æqualis cum ipso dignitatis esset futurum, idcirco addit [adiutorium simile sibi,] vt cum videris statim adduci bestias, & omnia volatilia cæli, ne putes de illis esse dictum; nam licet adiumentum hominem in laboribus suis, nullum tamen par est rationabili mulieri. RVPERT. Dicendo [simile sibi] cuncta comprehendit quæ in faciendo viro dixit, scilicet [ad imaginem, & similitudinem nostram,] vt præsit,] &c. Vide etiam verbum, Matrimonium, num. 2. & 4. & Amor proximi, num. 4.

Cohabitatio cum muliere, periculosa.

4. GENES. 2. Et repleuit carnem pro ea. Quod vir mollescit cohabitando cum muliere, Vide, Matrimonium, num. 6. ex Lipomano. Vide etiam, Castitas, num. 4. ex Chryostomo.

Mulierum leuitas, & vanitas, & alia vitia.

5. GENES. 3. Qui dixit ad mulierem? Cur præcepit, &c. RVPERT. Serpens non erat in paradiso,

&c. Vide diabolus, num. 2. Sed mulier corpore, & oculis vaga dum incontinentèr deambulat forè prospectans qualis extra paradysum mundus haberetur, &c. locus diabolo datus est, & occasio porrecta vnde tentaret. CHRYSOST. Deberet mulier ex ipso aggressu, eminentem serpentis coniectare malitiam, tum quia dicbar, quæ non erant vitia: tum etiam quia curam ipsorum gerere præsumebat. Oportebat initio colloquium ipsius non ferre, sed illi solum loqui propter quem & in cuius adiutorium facta est particeps dignitatis illius. Serpentem fugere deberat loquentem, tanquam monstrum quoddam, & at contrarium fecit, & confabulari cum serpente cepit. Sequitur: Cui respondit mulier, de fructu lignorum, &c. AMBROS. Hinc ergo cepit præuaricatio prima esse mandati, mihi videtur à muliere incepisse vitium, inchoasse mendacium. Sexus prodit qui prius potuit errare. Vnde Paulus [Adam non fuit seductus, sed mulier.] LIPOMAN. Tacere debuerat mulier, & indicasse protinus marito. Periculosum est confabulari veteratoribus, demonum persuasionibus præbere aurem, & obsequi. Discant hic insolentiores feminæ, & ad exemplum matris primæ, multiloquium cum exteris, inobedientiam, mendacium, ingratiudinem, perfidiam, gulam, superbiam, niti ad verita, curèque negata.

Mulieris inobedientia.

6. IBIDEM. No comederemus, nec tangeremus illud. BERNARD. serm. de sancto Andrea. Manifestè sonant verba mulieris molestum ei fuisse mandatum. Melius dixisset. Sic est voluntas creatoris. Quare sic? Ipse nouit, nobis sufficit obedire, quia vita nostra in voluntate eius. CAIETAN. Quemadmodum mulier inhibita à marito ne domum exeat, cum interrogatur cur non exit? respondet; Mihi non licet extra cubiculum nec pedem quidem ponere, exaggerado displicens sibi mariti præceptum: ita prima mulier exaggerando diuinum præceptum refert, quod nec tangere fructum illum liceret, huiusmodi autem exaggeratio testis est internæ displicentiæ.

Mulieris leuitas.

7. GENES. 3. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, &c. AMBROS. Infirma author iudicij, quæ de eo quod non gustauerat iudicabat. Vnde non facile nisi quod diligentius pertractauerimus, & quod interiori probauerimus affectu, ad opus aliquod sumendum est. BERNARD. lib. de Gradibus humil. Eua serua commissum; expecta promissum, caue prohibitum, ne perdas concessum. Quid tuam mortem tam intentè intueris? Quid illo tam crebro vagantia lumina iacis? Quid spectare libet, quod manducare non licet? Dicit, non est interdictum ne videam, sed ne comedam? Ad quod Apostolus, Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, & si culpa non est, culpæ tamen indicium est. Si enim mens nimis se curiosè seruaret, tua curiositas tempus vacuum ad videndum non haberet, & si culpa videre non est, culpæ tamen occasio est. Te enim intentata ad aliud latenter interim in cor tuum serpens illabitur. Vide, Bona, num. 11. ex Bernardo.

Mulieris curiositas, & alia vitia.

8. IBID. RVPERT. Vidit, id est, considerauit diligenter, lignum intuita est curiosius, & iudex eorum, quæ ipsa audierat, esse voluit: Audierat quod dixisset Deus, morte moriemini, audierat & serpentem, nequaquam morte moriemini; inter hæc anceps naturam ligni propriis sensibus diiudicare voluit, vt sciret cui palmam veritatis concederet, Deo videlicet, Y y 3 cet.

cet, an serpenti, cumque solis exterioribus oculis naturam ligni considerasset (interiores namque iam erant concupiscentia præpediti) deprehendit malè cauta quòd in fructu ligni non esset venenum mortis; erat enim bonum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, sic vidit, & sacrilega temeritate diabolo, magis quàm Deo, serpenti, magis quàm creatori credidit. CHRYSOST. Vide quomodo illam diabolus captiuam duxit, fecitque ut quæ super suam dignitatem erant, sapere aueret. Verè sicut Apostolus ait [Corrumpunt bonos mores colloquia praua.] Ante diabolicum consilium mulier pulchritudinem arboris viderat, sed timebat mandatum Dei, & subsecutum supplicium; postquam autem cum mala bestia conuersata est, cibum sumpsit, &c.

Idem.

9. **IBIDEM.** D. THOM. *opus.* 3. *cap.* 190. Peccatum mulieris multiplex inuenitur, primò quidem superbiz, qua inordinate excellentiam apperituit. secundò curiositatis, qua scientiam ultra terminos sibi præfixos concupiuit. tertio gula, qua suauitate cibi permota est ad edendum. quarto fallæ æstimationis de Deo, dum credidit verbis diaboli contra Deum loquentis. quinto inobedientiz præceptum transgrediendo. BERNARD. Funiculus triplex difficilè rumpitur, curiositatis, voluptatis, & vanitatis. Hæc mundus habet; quæ Ioannes concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ vocat. his abstracta, & illecta Eua misericordiam omnium crudelis mater abiecit. *Hæc ille in sermone de Annuntiatione.*

Mulierum importunitas.

10. **IBID.** *Deditque viro suo qui comedit.* AVGVST. Fortasse dedit cum verbo suaforio quod scriptura tacens intelligendum reliquit. An forte nec suaderi iam opus erat viro quando illam eo cibo mortuam non esse cernebat. *Idem 14. de ciuit. cap.* 11. Sicut Salomon non est credibile errore putasse, idolis esse seruendum, sed blanditiis fœmineis ad illa sacrilegia fuisse compulsum: ita credendum est Adam suæ fœminæ ad Dei legem transgrediendam non tanquam verum loquenti credidisse seductum; sed sociali necessitudine paruissè. Vnde non frustra Apostolus dixit [Adam non est seductus, sed mulier] seducti enim id quòd faciunt non putant esse peccatum, ille aut sciuit. Vxorem igitur quæ iam seducta manducauerat delicias suas, noluit Adam contristare, quam crederet à se alienatam tabescere, & sine solatio interire, non quidem carnis concupiscentia, sed amabili beneuolentia, qua sæpe Deus offenditur. BERNARD. *serm.* 27. *Paruulorum.* Illa per ignorantiam, iste peccauit per infirmitatem. Peccauit autem nimis diligendo vxorem, non quia eius voluntatem fecit, sed quia eam voluntati diuinæ prætulit. Vnde ei à Domino dictum est: [Pro eo quod obedisti voci vxoris tuæ plusquam meæ.] RVPERT. Quomodo autem dedit mulier viro? Nisi iam abusu imperio vel importunitate muliebri. Non enim persuasit illi ut in eo sibi crederet in quo crediderat ipsa serpenti. Qualis autem, & quanta sit mulieris importunitas passim non solum diuina, sed etiam humana testantur exemplaria. Ergo cogendo potius quàm seducendo, imperando magis quàm aliquid fingendo hoc effecit ut obediret vir suæ voci plusquam Dei. BERNARD. *ubi supra.* Magnum profectò peccatum quòd ipsa mulier, virum quoque secum in culpam traxit. Debit quidem illa peccatum suum deslere, nec addere peccatum peccato: sed in hoc se putauit habere consolationem, si virum faceret peccati sui participem. Quo-

dammodo enim naturale est vnumquemque vellet sine in vitis, siue in virtutibus associare sibi confortem.

Mulieris fortitudo.

11. **GENES. 3.** *Ipsa conuertit caput suum.* RVPERT. Magnum gratiæ suæ opus promittit Deus, quòd diabolus qui vicerat fraude mulierem, mulier quandoque debeat fortitudine vincere, &c. *Vide Maria virgo,* num. 4. RABAN. Sed & mulier etiam nunc conuertit caput serpentis cum sancta mater Ecclesia superbiz per quam Eua decepta est sese sub potenti manu Dei humiliando resistit. Initium enim omnis peccati superbia.

Mulier initium peccati.

12. **GENES. 6.** *Cumque cepissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent,* &c. EYCHERIUS. Hic ostenditur malum à sexu fœmineo rursus inuentum sicut & ab initio. Sequitur: *Videntes filij Dei filias hominum,* id est, filij Seth, filias Cain. Amatae siquidem fuere mulieres propter pulchritudinem corporis (ait enim quod essent pulchræ, &c.) quod bonum Dei quidem donum est, sed propterea id largitur etiam malis, ne magnum bonum videatur bonis. THEODORET. Multo tempore filij Seth nulla ratione se immiscuerunt generi Cain à Deo maledicti, longo tamen post tempore pulchritudine mulierum ex genere Cain delectati sunt, & musicis instrumentis quæ à Iubal ex genere Cain orto, inuenta sunt, atque ita illis se immiscuerunt. *Infra, Omnis quippe caro corrupta erat.* EPHREM. Rectè [corruerant viam suam.] Nam tunc inuenta erant psalterium, cytharæque ad comessiones, &c. neque minus fœminæ ipsæ quæ multis viris oblectabantur, animas virorum impugnabant. *Super illud Genes. 8. Prona sunt in malum ab adolescentia sua,* ait BERNARD. *serm.* 85. *super cantica.* Ab adolescentia, hoc est, ab insipientia primæ mulieris, quia insipientia mulieris saporem boni exclusit. Serpenti namque malitia, mulieris insipientiam circueuit.

Mulieris fortitudo.

13. **GENES. 12.** *Perrexitque Abram vadens & ultra progrediens,* &c. CHRYSOST. Mihi magis admirabilis videtur mulieris fortitudo. Vide quomodo tam facile, tanta alacritate cum viro peregre vadit, & subinde migrat, nec ipsa moleste fert nec iusto negotium facit. Stupefco hæc considerans, & censeo quod non minorem spiritum, & fortitudinem quam Abram possederit & ipsa. Sequitur. *Non quod pulchra sis mulier.* Vide quanta mulieris erat formositas. Nam & cum in senectam iam vergeret, post tot annorum numerum, post tantam miseriam, & malorum sustentiam quam in via fuerat experta, adhuc durauit vigor pulchritudinis in facie. Discant mulieres beatæ Saræ continentiam in tanta venustate permanentem. Certabat enim cum iusto virtutibus, ideo, & tantam eius curam habuit Deus, tantumque superne illi tributum est. Nullas ergo accuset pulchritudinem. Pulchritudo enim nullam perdit, nullius interitus causa est. Opus enim Dei, & ipsa, sed peruersa voluntas malorum omnium causa est. *Vide Matrimonium,* num. 17. Vide etiam, *Timor,* num. 26. *ex Origene.*

Mulierum ira.

14. **GENES. 16.** *Assigente igitur eam,* scilicet Agar, *Saræ fugam inuit.* De ira mulierum, *Vide verbum,* *ira,* num. 4. *ex Ambrosio.*

Mulierum

Mulierum verecundia.

15. **GENES. 18.** *Festinauit Abram ad Saram dixitque ei, accelera,* &c. De mulierum verecundia & obedientia erga virum, *vide Matrimonium,* num. 20. *ex Chrysostomo, & Ambrosio.* Qui addit: Nunc autem omnes planè contraria via incedunt, & multa mulierum est mollietis; & omne studium earum in cultu vestium, & externo ornatu, animæ verò nulla est cura. Si vis ò mulier ornari, vero te ornatu cole quo decet mulieres pias; bonis te operibus orna, hic autem cultus est, hic à nullis externis commendatur, hunc nullus depradari poterit, hic perpetuò manet indreptus. A cultu autem externo innumera oriuntur mala, arrogantia quæ intrinsecus nascitur, despectus proximi, tactus, animæ corruptio voluptatum illicitarum fomes, & infinita mala inuenire in eo licet, ac perpetuas amaritudines.

Mulierum leuitas.

16. **GENES. 18.** *Non est ita, sed risisti.* AVGVST. Arguitur Sara quia risit, & non Abraham, cum tamen superius similiter riserit. Quia illius risus admirationis, & lætitiæ fuit, huius autè dubitationis, quia ab illo solo diiudicari poterit, qui corda hominum nouit. AMBROS. Ideo autè Sara negauit se risisse, quia ignorauit, scilicet Deum esse; ideo autem risit quia prophetauit. LIPOMANVS. Ex Hebræo non constat an Dominus hoc dixerit ei, vel Abraham, sic enim scriptum est. [Et dixit, nequaquam, sed risisti.] Siue ergo à Domino dictum referatur, siue ab Abraham, discimus hinc mulierum fragilitates non durius vindicandas, sed tamen non esse omnino dissimulandas. Admonendæ, docendæ, arguendæ sunt, non irritandæ. Notandum tamen, quod Angelus, non statim eam increpauit, sed primo eius meritum sciscitatur. [Quare risit Sara vxor tua?] Ut profectò inuaret virum caput esse mulieris, ad quem vxorem dirigere, & in moribus informare, ac delinquentem corripere pertineat; ita ut culpa coniugis in ipsum penitus redundet, nisi in prædictis iuste se habeat circa illam. Sed cur Deus Saram pro sua dubitatione, & risu, & diffidentia non puniuit, quemadmodum Zachariam? Dicunt quidam quod fœminæ leuitati pepercit, vel quia in dubitatione non exiit pertinax; sed correpta respuit, confestimque credidit. Alij quoniam oppidò fuit excusabilis. Nesciuit enim esse Angelum Dei qui promittebat, nec claram habuit de eius persona notitiam, quod vtique non ignorauit Zacharias.

Mulierum cohabitatio periculosa.

17. **GENES. 19.** *Et mansit ipse, scilicet Loth, in spelunca, & dua filie eius cum eo.* LIPOMANVS. Docet hic Spiritus sanctus periculofam habitationem viri cum mulieribus extra matrimonium. Si enim non licuit tutum habitare patrem cum filiabus, & patrem tam sanctum, & iustum, quid fiet de miseris peccatoribus, & mulieribus quibuscumque?

Mulierum pulchritudo.

18. **GENES. 20.** *Misug, Abimelech rex Gerara, & tulit eam, scilicet Saram.* LIPOMANVS. Sed mirum valde est, quod fœmina nonagenaria cui iam desierant fieri muliebria, ita pulchra, & concupiscentibus esset? Sed hoc, vel propter eius sanctitatem fuit, quam respiciens Deus, pulchritudine illius, & carnis teneritudine ita conseruauit sicut habetur de Moyse *Deut. vit.* quod cum esset centum viginti annorum, non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. & de Caleb *Iosue 4.* quod cum esset octoginta quinque annorum, erat ita fortis ad bellandum & gra-

diendum, sicut cum fuerat quadraginta quinque annorum, vel ex naturali complexione, vel bono regimine Saræ, iocundaque ac pacifica conuersatione cum viro suo, permansit in ea tandiu viuens vigor, & egregia corporis species. *Glossa Græca.* Tanta, talisque erat Saræ pulchritudo, quia gratia diuina quæ illi supra naturam ordinè fecunditatem præbuit, pulchritudinem illius velut aquilæ iuuentutem renouauit.

Mulierum ornatus.

19. **GENES. 24.** *Protulit vir inanes appendentes scelos duos, & armillas rotidem pondò scolorum decem.* AMBROS. Fortasse audientes hæc virginis nostræ quæ ad gratiæ Christi tendunt, & ipsæ prouocabuntur ut habeant inanes, & armillas dicentes. [Hortaris nos ut similes simus Rebecca, & prohibes ut habeamus quod Rebecca accepit pro munere.] Sed non has inanes Rebecca habebat, & armillas quæ lites in ecclesia serere solent, quæ labuntur frequenter; alias inanes habebat; quas vtinam omnes habeamus; alias etiam armillas. Inanes Rebecca pij auditus pro obedientiam insignia, & armillæ Rebecca ornata factorum sunt. Vide etiam, *Matrimonium,* num. 27.

Mulierum honestas.

20. **GENES. 29.** *Ecco Rachel veniebat cum ouibus patris sui, &c.* De honestate mulierum, *Vide verbum, Castitas,* num. 12. *ex Augustino, & Lipomano.*

Mulierum curiositas.

21. **GENES. 30.** *Da mihi partem de mandragoris filij tui.* AVGVST. contra Faustum lib. 22. Dicam quid sentiam de hoc pomi genere. Cum hæc mala ipse vidissem gauisus sum. Nam rara res est. Naturam eorum diligenter quantum potui pericrutatus sum, & quantum mihi, & cuilibet homini renunciabat visus, & olfactus, & gustus, rem comperi pulchram, & suauolentem, sapore autem insipido, & ideo cur eam mulier tantopere concupierit ignotare me fateor, nisi forte propter pomi raritatem & odoris iocunditatem.

Idem.

22. **GENES. 34.** *Egressa est autem Dina, ut videres mulieres regionis illius.* LIPOMANVS. Curiositate adducta ad contemplandum habitum, & mores mulierum regionis, & ideo periclitatur de castitate. BERNARD. *lib. de gradibus humilitatis.* Dina dum ad pascendos hœdos egreditur, ipsa patri, & sua sibi virginitas rapitur. O Dina quid necesse est, ut videas mulieres alienigenas? & si tu otiosè vides, sed tu non otiosè videris? si tu curiosè spectas, sed curiosius spectaris? Quis crederet illam tuam curiosam otiositatem, vel otiosam curiositatem fore post sic non otiosam, sed tibi, & tuis, hostilibusque tam perniciosam? LIPOMANVS. Discimus hinc disciplinam pro virginibus domi seruandis. *Vide verbum, Virginitas,* numero. . .

Mulierum ornatus.

23. **GENES. 38.** *Thamar deposuit viduitatis vestibus, & assumpsit thersistrum, & mutato habitu, sediu in bimio.* AVGVST. Hic insinuatur etiam temporibus patriarcharum certa, & sua fuisse vestimenta viduarum, non vtique talia qualia coniugarum. *Thersistrum* interdu velamen est quo utebantur Palestinae mulieres. RVPERTVS, & est æstiuum, ac subtile palliolum. LIPOMANVS. Locus hic est, aliquas Christianorum viduas reprehendendi, quæ nostro tempore non coniugarum, sed turpissimarum induunt vestimenta meretricum. Nam & de Iudith cap. 10. legitur quod exiit se vestimenta viduitatis.

Y y 4 Mulie

Mulieris lascinia.

24. **GENES. 39.** *Post multos vero dies inuocat domina sua oculos suos in Ioseph, & ait, dormi mecum.* AMBROS. Ioseph hoc se pulchriorē ratus, si non dispēdit castitatis, sed cultu pudoris speciosior probaretur. Iam si qua petulantibus aspexit oculis, illius crimen solum est quæ malè vidit, non huius qui mallet se nolle videri, nec in eo quod visus est culpa est. Dicant tamen viri cauere etiā oculos fœminarum. Adamantur enim, & qui nolunt amari. Denique ad amatus est Ioseph qui amantem contempserat. CHRYSOST. Vide intemperantiam lasciuæ mulieris, non accepit in mentē quod haberetur domina; non quod ille erat seruus, &c. Vide *Amor carnalis, numer. 4. & Sensuum custodia, numer. ...* Sequitur. *Et mulier molesta erat adolecenti.* AMBROS. Laqueos suos sparfit, & luis est capta vinculis. Prima adulteræ oculorum tela sunt. Secunda verborum. Tertium spiculum erat mulieris assiduitas, sed Ioseph non audiebat eam. Habes post prima verba quid caueas, nō solum lubrica, sed etiam procax, importuna, & petulans est libido.

Mulierum malitia, superbia, & ira.

25. **IBID.** *En introduxit virum Hebraum, ut illuderet nobis, &c.* CHRYSOST. Hoc modo se habet malitia, semper contra virtutem pugnat, & ei sua peccata applicare, & impingere vult, sed misericors Deus fieri hæc omnia permittit vt per omnia famulam suam clariorem efficiat. AMBROS. Iustus accusare non nouit, ideo impudē hoc impudica faciebat. Illam igitur verè exutam dixerim etiam aliena vestimenta seruauit, quæ omnia amiserat velamina castitatis: illum satis ornatum, satis defensum, cuius vox non audiebatur, & innocētia loquebatur. Sic Susanna posteaquam tacet in iudicio, melius locuta est orando, & ideo prophetæ meruit defensionem quæ sui auxiliū non quaesuit. LIPOMAN. Vide quomodo superbarū loquitur morte mulierū quæ viros suos quandoque dedignantur dicent: En introduxit virum, &c. Sequitur, *Tradidit Ioseph in carcerem.* AMBROSIVS. Nullum modum mulier ponit furori, cum vitia sua non possit defendere innocens criminabatur. Quæ enim causa crudelitatis huius? Nisi quod cupiditatibus suis obstiti videbat, & desideria sua vetita assensione fraudari. Ea propter quod aperitur carcer, vt suscipiantur innocentes: soluuntur carencē reus, vt imponantur fidelibus. Dimittuntur veritatis adulteri, vt includatur quisquei adulterium recusauit.

Per mulieres, & fœminas intelliguntur vitia.

26. **EXOD. I.** *Quidquid fœminini, referuare.* HIERONYMVS in Ecclesiastem, cap. 2. Vbi cumque in scripturis fœmina legitur & sexus fragilior, ad materiam intelligentiam transferimur. Vnde Pharao non vult maculos viuificari, sed tantum fœminas quæ materiae sunt vicinæ. E contrario nullus sanctorum, nisi perraro fœminas genuisse narratur, solumque Salphaat, Numer. 25. qui in peccatis mortuus est, omnes filias genuit. Iacob inter duodecim patriarchas vnus filia pater est, & ob ipsam periclitatur. AVGVST. 15. *de Ciuit. cap. 17.* In generationibus Seth licet genuisse dicantur filios, & filias, nulla ibi fœmina nominatim expressa est. In generationibus autem Cain in ipso sine nouissima fœmina nominatur Noëma, Genes. 4. vbi eleganter significatum est terrenam ciuitatem, vsque in sui finem carnales habituram generationes quæ marium, fœminarumque coniunctione proueniunt. Vnde & ipsæ nominibus propriis exprimitur vxores, & fœminā generationes omnes Cain clauduntur, à quo sexu initium factum est pec-

cati, per quod omnes morimur, & non qualicumque fœmina, sed Noëma, id est, voluptate carnis quæ spiritui resistere consuevit.

Mulier à mollitie dicta quam relinquere debet.

27. **EXOD. 15.** *Egressæ sunt omnes mulieres post eam, scilicet Mariam sororem Moysi cum tympanis, &c.* RVPERTVS. Pulcher ordo, prius Moyses cum viris, deinde Maria cum mulieribus, vnum idemque canonicum canit; Mulier à mollitie dicta est, sed oportet ab ipsa mollitie sua fidelem animam parumper egredi, quatenus viros imitari, & dignè Deo canere possit. Caietanus super illud, Exod. 18. *Prouide de omni plebe viros potentes, &c.* Viros, inquit, non mulieres quoniam regimen mulierum pessimum est, adeo vt communiter loquendo, nulla in muliere affirmetur virtus, vt dicit Arist. 7. Ethicorum. D. THOM. in Opusc. ex eo probat, quod æqualiter peccent vir, & mulier, si adulterium committat: ex viri scilicet fortitudine, quia propria, inquit, passio mulierum est concupiscentia, vnde Petrus 1. *Can. cap. 3.* [Infirmiori vasculi muliebri impartientes honorem.] Et ideo si petis ab vxore quod tu non potes seruare, frangis fidem. Idem dicit AVGVST. lib. de decem chordis, cap. 9. & addit, sed dices illam ideo facilius posse facere, quia ipsi custodia est legis præceptum, diligentia maritalis, terror etiam legum publicarium, est etiam verecundiæ, & pudoris illius magnum munimentum. Multa custodia faciunt fœminam castam, virum castum faciat ipsa virilitas. Nam ideo mulieri maior custodia, quia maior infirmitas. Illa erubescit viro, tu non erubescis Christo; super illam diligentia viri, & terror legum, & consuetudo morum, & verecundiæ maior, & Deus; super te tantum Deus.

Mulierum deuotio.

28. **EXOD. 35.** *Quidquid ad cultum, & vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus prabuerunt armillas, & inanes, annulos, &c.* ORIG. homil. 13. in Exod. Hæ mulieres sapientes sunt, ille verò quæ inanes suas obtulerunt, vt fieret vitulus, insipientes erant, quæ à veritate quidem auditum auerterunt, ad fabulas autem, impietatemque se conuerterunt; & ideo obtulerunt inanes suas, vt fieret vitulus. Sed & in Iudicum libro aliud idolum inuenimus ex mulierum inauribus factum. Istæ ergo beatæ mulieres quæ Domino offerunt inanes suas, dextera sua, & annulos suos, & omnia opera manuum suarum quæ in mandatis Domino agunt. Sequitur. *Et mulieres docta quæ neuerunt, dederunt hyacinthum, & purpuram, &c.* LIPOMANVS. In Hebræo habetur. [Et omnis mulier sapiens corde manibus neuerit, & attulerunt actum, siue filatum.] Ita & Chaldaica, & LXX.

Idem.

29. **EXOD. 38.** *Fecit & labrum æneum cum basi sua, de speculis mulierum quæ excubant in ostio tabernaculi.* LIPOMANVS. In Hebræo habetur. [Et fecit concham æneam & basim eius æneam de speculis conuenientium, seu militantium.] Dicunt ergo aliqui ex speculis mulierum quæ conueniebant, vt orarent in ostio tabernaculi conuestam fuisse concham illam, vocarique specula illa, specula mulierum, quod hæc peculiariter pro capitum suorum compositione iis vii solebant, sicut Isaia 3. improperantur. Mulieres ergo quæ à se sæculi vanitatem reiecerant, & soli Deo placere studebant, portabant huiusmodi specula, & in ministerium Domini offerbant, & per singulos dies certo tempore veniebant ad tabernaculum adoraturæ, & quia turmatim sicut castra militum in exercitu

exercitu militantium veniebant mulieres deuotæ, ideo hoc verbo vsa est scriptura, & hunc sensum amplexa est Chaldaica. Ait enim, [Et fecit labrum ex ære, & basim eius ex ære de speculis mulierum quæ veniebant, vt orarent in ostio tabernaculi fœderis.] LXX. legunt de speculis ieiunantium: Quia dictæ deuotæ mulieres etiam ieiunabant ad ostia tabernaculi. Nam & Anna prophetissa legitur quod non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruans nocte ac die. Dicitur etiam de filiis Heli Sacerdotis quod dormiebant cum mulieribus quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. CAJETANVS, & alij dicunt quod ipsum æs conchæ tam tersum erat quod in illa videbant se ipsas exercitus mulierum, & stiterent ad se ipsas videndum ad portam tabernaculi ad instar exercitus conuenientes, & ideo vocabantur specula mulierum quæ excubant, &c. Glossa Græca, Mos Aegyptiorum fuit, ac præsertim mulierum sacris rebus interesse, lineis vestibus sese induere, speculum etiam sinistra, sistrum, hoc est instrumentum musicum, dextera manu tenere. Hæc igitur specula ex Aegypto deportauerunt, quæ & in lateris formam fabricata sunt.

Mulieri prohibetur sacerdotium, & docere.

30. **DEUT. 22.** *Non induetur mulier veste virili.* AVGVST. quæst. 33. super Deut. Alia editio. [Non erunt vasa viri super mulierem.] Vasa bellica voluit intelligi, id est arma. Nam quidam etiam hoc interpretati sunt. Mystice autem hoc exponit Apostolus. [Non permitto mulieri docere in Ecclesia.] Nec enim sacerdotium, nec doctrina conceditur fœminis in Ecclesia, ne induantur veste virili. Sed nec vir debet indui veste fœminea. Qui enim vir est, & principatum gerit Ecclesiæ, non debet aliquid fœmineum, & molle in doctrina sua habere. GLOSSA ORD. Contra naturam est virum muliebria facere, comam crispare, torquere capillos. Vnde Apostolus. [Vir si comam nutriat, ignominia est illi, mulieri autem capilli pro velamine dati sunt.] Non ergo induetur vir veste fœminea, operatione scilicet fluxa, & dissoluta.

Mulierum cupiditas, & inuentiones.

31. **IOSVE 15.** *Axa suasa est à viro suo, scilicet Orthoniel, ut peteret à patre suo agrum.* LYRANVS. In Hebræo habetur. [Incitauit eam, scilicet virum ad petendum agrum à Caleb.] Et verumque fuit verum. Quia ipsa primo incitauit virum suum, & ille persuasit ei quod ipsamet faceret; quia conuenientius erat quod ipsa peteret hoc à patre proprio quam vir suus. *Suspirauit quoque ut sedebat in asino.* LYRANVS. Hebræi dicunt, [Lapsa est desuper asinum] quia subito, voluntariè tamen descendit de asino, vt poneret se ad pedes patris sui, & sic facilius impetraret. Vnde alia litera, [& demisit sese ex asino.] Notandæ sunt adinventiones huius mulieris, vt consequeretur quod volebat. Axa interpretatur lasciuens. Secundum nomen suum non contenta, aliud, & aliud concupiscit, & petit. CHRYSOST. homil. 86. in Ioan. Mulierum cupiditas tunc cessat cum omnibus rebus amantem spoliavit, imo nec tunc quidem, sed magis conuiciatur, & insultat iacenti, etiamque maiorem in modum ridet, & rot eum malis circumuenit, quæ nullo pacto narrari possent.

Mulieri non credendum.

32. **IVDICVM 4.** *Tulit scilicet Tabel clauum tabernaculi assumens pariter & malleum, &c. defixit cerebrum, scilicet Sifara, vsque ad terram.* AVGVST. quæst. 28. in Iudices, ait quod dicens, intra ad me, &c. obtulit ei suum corpus, vt peccaret cum illa. & Iosephus lib. 5. antiquitatum, ait quod Sifara ab ea lac petiuit, quæ lac

& simul mortem illi dedit. Vnde Proverbium, *Mulierine credas, nec mortua quidem.* Et Euripides, *Mulierine crede quamuis vera audieris.*

Mulierum importunitas, & cohabitatio.

33. **IVDICVM 14.** *Cum molesta esset, & per multos dies iugiter adhereret, spatium ad quietem non irribuens, defecit anima eius, & ad mortem usque lassata est, tunc aperiens veritatem rei, &c.* RVPERTVS. Sic fieri vtiliter prouidentia diuina permisit, vt audiret omnis mundus quantum in amore meretricis naufragium sit, & muliebris sentina cedrinis quoque fortium virorum tabulis quam perniciofa sit, & haberet omnis sapiens exemplum cauendi sciens quod nec Samsonē fortior, nec Salomone sapientior esse possit. Hæc ille. *De Salomone namque dicitur 3. Reg. 11. Deprauatum est cor Salomonis propter mulieres, vt sequeretur deos alienos.* Proprium enim mulieribus est cor deprauare. Daniel. 13. *Species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum.* Numer. 25. *Fornicatus est populus cum filiabus Moab quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua, at illi comederunt, & adorauerunt Deos earum.* Ecclesiast. 19. *Vinum, & mulieres apostaturo faciunt sapientes, & merito.* Nam earum deliciae obscurat solem rationis. Samson enim sol eius interpretatur. Hieron. ad Rusticum: Fœminæ nomen tuum nouerint, vultum tuum nesciant. *Et ad Nepotianum.* Nec sub eodem tecto cum muliere manseris, nec in præterita castitate confidas. CHRYSOST. super Psal. 50. Pulchra mulier castitate carens est venenum stolidis præparatum.

Mulierum honestas.

34. **IVDICVM 21.** *Filij Benjamin rapuerunt sibi de his puellis quæ ducebant choros vxores singulas: abieruntque in possessionem suam, &c.* Nota qualiter puellæ saltantes periclitantur & expostæ sint rapinæ.

Mulierum conuersatio cum viris.

35. **1. REG. 9.** *Inuenerunt puellas egredientes ad bannendam aquam &c. quæ respondentes dixerunt illis, &c.* LYRANVS. Istæ puellæ plura verba dixerunt Sauli vt pater ex sequentibus: quia sicut dicit Rabbi Salomon, volebant cum aliquantulum detinere verbis admittentes pulchritudinem ipsius. Vnde supra dixerat [Non erat vir de filiis Israël melior isto.] Alia litera. [Iuuenis erat pulcher, nec erat inter filios Israël pulchrior.] Vnde notandum quod non procedit ex spiritu mulieres etiam spirituales, & deuotas, colloquia miscere cum viris, etiam spiritualibus. Aliquoties enim à carnali affectu proficiscitur, vt scilicet eorum pulchritudine fruatur; & forsitan Samaritanam in principio colloquij cum Christo Domino id mouit, & ideo sermonem protraxit.

Mulierum amor nocet plurimum.

36. **3. REG. 11.** *Rex autem Salomon admanit mulieres alienigenas, &c.* GLOSSA ORD. Apparet in persona Salomonis mira excellentia, & mira subuersio, & stenda vorago. Hæc illa. Hoc improperatur illi Ecclesiastici 47. [Inclinasti fœmora tua mulieribus, & potestatem habuisti in corpore tuo.] Alia litera clarius] & vinci te corpore tuo passus es sequitur [& dedisti maculam in gloria tua.] AMBROS. Serm. 15. in psal. 118. Salomon cuius sapientia totis celebratur sæculis, factus est insipiens quia nimium amauit. Hæc ille. 2. Esdræ 3. Ipsum ergo Salomonem dixerunt ad peccatum mulieres alienigenas. *Et certe in gentibus multis non erat rex similis ei, & dilectus Dec suo erat, &c.* Quis Holofernem destruxit, nisi amor vnus mulieris?

licis? Ecce factici 18. Si præstas animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.

Mulierum est cor infatuare.

37. IBID. allegatur illud Exod. 34. Certissime enim auerent corda vestra. Vbi non ponitur illa particula certissime, sed additur. Ne postquam ipse fornicate fuerint, fornicari faciant filios tuos. Verum est quod alia litera ampliore certitudinem declarat dicens; [quæ post Deos suos scortantes, filios quoque tuos scortari faciant post Deos suos.] Sed hic ponitur particula certissime ad insinuandam importunitatem mulierum, earumque blandam efficaciam, sicut fuit Dalila, erga Samsonem. Sequitur, & auerterunt mulieres cor eius, cumque iam esset senex. INTER. non ætate, sed moribus vel sapientia; Deprauatum est cor eius per mulieres ut sequeretur Deos alienos. August. 14. de ciuit. cap. 11. Non est credibile Salomonem errore putasse idolis esse seruiendum, sed blanditiis fœmineis ad illa fuisse sacrilegia compulsum. Ad idem inclinatur Variablis hic. CYPRIANVS. lib. 7. contra Iulianum. Corripiebatur Salomon amore in ipsa senectutis via, mente iam deflorescente, nec pristinum habente vigorem, sed quasi cum corpore senescente vbi ad finem, & occasum vitæ venit, defecit simul ætas corporis, & mentis, deinde laqueum illi per mulieres parauit satanas, & à recto abduxit.

Seruè cum mulieribus agendum.

38. 4. REO. 4. Qui cum vocasset eam, & illa stetit coram eo, dixit ad puerum suum, loquere ad eam, &c. Notandum quanta cum circumspèctione propheta sanctus Elifens cum muliere Sunamitide agat, etiam postquam ab ea acceperat tot, & tanta beneficia, nunquam locutus est cum ea, sed cum Giezi vt loqueretur ei, non permisit vt cubiculum ingrederetur. Quæ cum vocata fuisset, & stetit ante ostium. Nomen eius nunquam nominauit. Ecce Sunamitis illa, & ad eam in occursum eius, &c. Cum ad pedes eius prouoluta esset puer qui nouerat prophetæ conditionem, accessit Giezi vt amoueret eam, & cum eius afflictionem audisset, nec tunc locutus ei fuit, & ille ait ad Giezi, accinge lumbos tuos, & tolle baculum, &c. & cum ab ea audiisset. Non dimittam te: surrexit ergo, & secutus est eam, Giezi autem præcesserat ante eos vt puerum suscitaret. Clausit ostium super se, & super puerum, & postquam suscitauit eum vocauit Giezi, & dixit ei. Voca Sunamitidem hanc, & postquam viuum puerum tradidit, Helisus reuersus est in Galgala. Ita agendum est cum mulieribus ne noceant castitati, vel famæ viri Dei.

Mulierum ornatus.

39. 4. REG. 9. Porro Iezabel, in uultu eius audito, depinxit oculos suos subio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram, &c. Alia litera [Fuco pinxit faciem suam, & ornauit, &c. VATAVVS. Quidam aiunt vt placeret ichu, alij vt dignitatè regiam utique ad mortem treretur se ornasse, quod doctis magis placet. Nam erat ista superba, & arrogantissima. STERPHANVS. Respexit per fenestram, vt tenuiter videretur, ornauit caput suum. Caput ostendit, non posteriora, & ideo placet vanitas mundi, quia posteriora eius non videntur, sed anteriora quæ placent. Vnde labia meretricis distillant mel, sed Dominus voluit vt extrema Iezabel conseruarentur, vt præ oculis habeamus extrema quæ in miseria sunt. Memorare nouissimata, & in æternum non peccabis.

Mulierum fortitudo.

40. 3. ES DR. 4. Si congregauerint aurum, & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulie-

rem vnâ bono habitu, & bonâ specie, omnia hæc relinquentes, in eam intendunt, & aperio ore cõspiciunt. Maxima in hoc ostendit fortitudo mulierum, sed in hoc maior. Mulii perierunt, & ingulati sunt, & peccauerunt propter mulieres, & multi dementes facti sunt propter uxores suas, & serui facti sunt propter illas. De priori factis probatur ex facto Holofernis, de quo dicitur Iudith 12. Tunc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illum manere carnem.

Mulierum ornatus.

ESTHER 14. Deus tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbia & gloria mea quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & quod non portem in diebus silentij mei. In hoc ostenditur qua intentione mulieres debeant ornari.

Mulier imperfectionem significat.

LEVIT. 12. Mulier qua suscepto semine pepererit masculum, septem diebus immunda erit, &c. RABVLPVS. Considerandum est quid sibi velit quod ex decreto legis alia temporis quantitas parientibus masculos, alia iis quæ fœminas parturirent indicitur. Sicut ex Euangelio discimus semen est verbum Dei. Mulier ergo quæ suscepto semine, masculû parit, illam significat animam quæ diuini verbi semine fœcundata perfectione virtutum quasi masculinam sobolem ex interna cõceptione producit, nihil molle, nihil habens in sua cõceptione fœmineum, sed quod pro robore fortitudinis, & virtutis, masculini partus formam quandam præferat, & ex eplum. Illa verò quæ fœminam parit, illam animam significat, quæ etsi de semine verbi aliquem fructum proferat, remissas tamen, & debiles actiones nullo virtutum culmine, nulla virilis fortitudinis perfectione consummat. Quia verò anima quæ masculum parit, multas interdum subreptiones patitur, quibus partus sui puritas maculetur, necesse habet studio suæ purificationis intendere vt in sanctuarium Domini solennis postmodum valeat introire. Septem ergo diebus immunda permanet vt peccatorum suorum maculas toto tempore vitæ præsentis expurgat. Hoc enim tempus quia septem diebus voluitur, per eosdem septem dies merito figuratur. Illi autem animæ quæ fœminam parit ad legitimam purificationem implendam, spatium huius temporis duplicatur, vt duplicem habeat penitentiam luctum quæ duplicem cõmisit in remissa conuersatione reatum. Cum enim ille qui ad culmen perfectionis viriliter nititur, vix vnquam aliter quam alienius subreptionis casu labatur, is qui remissè, & molliter viuit, culpam duplicis reatus admittit. Quia & subreptione labitur, & propria negligentia, à consummatione boni operis impeditur.

Mulierum conuersatio fugienda.

DIVVS AVGVSTINVS (vt refert Possidonius in eius vita cap. 26.) nunquam à fœminis vt visitaretur, & salutareretur rogatus, sine clericis testibus intrabar, nec solus cum solis loquebatur. Hieron. epistol. 2. ad Nepotianum de vita Clericorum. Hospitiolum tuum aut raro aut nunquam mulierum pedes terant. Omnes puellas & virgines Christi aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige, nec sub eodem tecto mansites, nec in præterita castitate confidas: Nec sanctior David, nec Samson fortior, nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper quod paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit.

Mulieris fama tenera.

HERON. Epistola ad Saluianum de virginitate seruanda. Tenera res est in fœminis fama pudicitia, &

tia, & quasi flos in fœminis cito ad leuem marcescit auram, lenique flatu corrumpitur, maximè vbi & ætas consentit ad vitium, & maritalis deest authoritas, cuius umbra tutamen vxoris est.

Mulieris aspectus nocuus.

45. NILVS Oratione 2. aduersus vitia. Nauis tempestate iactata portum quærit, & viri pudicitia expetit solitudinem. Vt enim illa fluctus maris naufragium minitantes fugit, ita hæc mulierum aspectus perniciem affertentes vitat, & infra. Mulierum aspectus sagitta veneno illita, quæ ferit animam, & venenum immittit, & quo diutius manet, eo magis vulnus computrescit. Qui vitare cupit eiusmodi vulnera, is à publicis spectaculis abstinebit; neque in celebratibus versabitur. Sarius est enim vt domi maneat, quam dum putas te celebritates venerari, in manus inimicorum incidere. CYPRIANVS de singularitate clericorum. Ex improuiso, vel transtulerit, ad horam fœmineus aspectus occurrens velut sagittas alienis oculis iactat.

Earum conuersatio vitanda.

46. PROVERB. 25. De vestimento procedit tineæ, & à muliere iniquitas vtri. Idem CYPRIANVS ibidem. De carbonibus scintilla distillat, de ferro rubigo nutritur, morbos aspidem sibilant, & mulier fundit concupiscentiæ pestilentiam quam Salomon sic comparat dicens. De vestimento, &c.

Idem.

47. ECCLESIASTICI 26. Sicut boem ingrum quod manetur, ita & mulier nequam, qui tenet illum quasi qui apprehendit scorpionem. Idem CYPRIANVS ibidem. Vni conungit per tempestates nauigia feliciter explicare, & alteri talis felicitas non potest euenire: Sic vnus sine querela cum mulieribus conuersatur, alius cadit.

Mulierum corpus non tangendum.

48. BASIL. de Virgini. Sicut secretissimo nature in duci, sed ad te potius ferrum attrahere. Ita & fœmineum corpus aduersus masculinum ineffabilem accipit vim, per quam ferme dixerim ignorant ante anima quæ in ipso est viri corpus vitro ad concubitum pertrahit.

Idem.

49. PROVERB. 6. Nunquid potest homo abscondere signum in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? Aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui non erit mundus cõserigerit eam. Hier. lib. 1. cõtra Iouinianum. Quo modo igitur qui ignem tetigerit statim adurit, ita viti tactus & fœminæ sentit naturam suam, & diuersitatem sepius intelligit. NILVS oratione 2. aduersus vitia. A ignem potius ardentem, quam ad mulierem inueniem inuenis appropinqua. Nam si ad ignem accesseris, dolore affectus resilies. At si fœminæ verbis incensus fueris, haud ita facile recedes. Florent olæta prope aquam fati, & libidinis femina, mulierum familiaritate excitantur. GREGORIUS NEOCESARIENSIS in Ecclesiastico. Expectus sum mulierem esse quandam mollem terram vel aliud tale quid. Cor enim ipsius quasi ligena prætereuntes concludit. Quod si manu sola contingat, tenetur, sin amplexatur, vinculis trahit.

Mulieres aliqua fortiores viris.

50. CHRYSOST. hom. 49. ad Hebræos. Quod mulieres sub vimbraculis degunt, quod oleo vnguntur,

quod frequentibus lauacris vtuntur, quod assidue vnguentis abundantibus, & aromatis perfunduntur, & iacent in straminibus delicatis, hoc est quod facit eas debiles, & infirmas. & vt melius hoc intelligas, attende quod dico. Ex horto aliquo in eremo cõstituto, qui ventis, & tempestatibus verberatur, sume arbustum aliquod & pone in opaco, & aquoso loco, & videbis quod multum à fortitudine, & dignitate sua mutabitur quam habebat in hoc loco vnde cõstitit esse translatum. Attende mulieres quæ in agris agunt vitam: fortiores namque viris sunt, qui sunt in ciuitatibus: & si eas permittas cum illis athletico more certare, multos huiusmodi viros sine dubio superabunt. Ita corpore molli reddito, & delicato, necesse est & animam participare ex corporis morbo. Sicut enim in chordis cum sunt ipsi sonitus molles, & delicati, & non conuenienter extenti, etiã ars deprauatur, & cogitur vitio seruire chordarum. Sic fit in corpore. Multas ab eo anima suscipit laciones, multatque necessitates. Quando enim multa opus habet ad sui curationem anima, amarum sustinet seruitutem.

Pulchritudo mulieris vana & fallax.

PROVERB. 31. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum ipsa laudabitur. CHRYSOST. in psalm. 10. Quid est speciosa mulier? Sepulchrum dealbatum, nisi fuerit lobita, casta, pudica. Si enim videris virum, aut mulierem speciosam, ne admireris. Nam & roborea arbores, cum dense sine folijs, & altitudine excelssæ, attamen non habent fructum hominibus aptam, sed porcis afferunt cibum: Vineam autem per terram repens, maturum vuarum affert fructum. Quid ergo vis vineam habere an arborem? Puto te vineam eligere magis, quæ lacticia est ad hominum vltus, quàm arborem animalium escam. Quid ape vitulus est? Quid pauone pulchrius? Quid formica sapientius? & apis quidem dulcedine in se habet, & aculeum; pauo verò solummodo in pennis est, non in fructu decorus: formica verò contemptibilis hominibus, sed magistra virtutum est.

Mulierum ornatu, & odoribus depiciuntur intemperantes.

CLEMENS ALEXAND. lib. 1. Pedagogia ca. 3. Sicut boues annulis & funibus: ita intemperans suffribus, & vnguentis & suauolentibus coronarum odoribus trahitur, & infra. Et quemadmodum qui nauibus sunt sagacibus canes, feras odore inuestigant: ita ex nimis curiosa fragrantia vnguentorum qui moderati sunt & temperantes, venantur intemperantes. & ibidem cap. 12. Quemadmodum Euam serpens decepit, ita etiam mulieres alias mundus aureus, & infra. Apelles cum vidisset quendam ex suis discipulis pinxisse Helenam multo auro ornata. O adolescens, ait, cum non posses pingere pulchram, fecisti diuitem. Tales sunt quæ nunc sunt mulieres, quæ non sunt vere pulchre sed multis ornata diuitiis.

Ornatus mulierum, iudicium intemperantia.

IDEM. lib. 2. cap. 2. Quemadmodam apud Aegyptios templorum parietes lapidibus externis, & artificiosè depictis resplendunt, ita vt nihil desit, aëdes auro, argëto, & electro collucet, sed si penetrata tēpli adieris, & imaginē quæ tēplum habitat quæstieris, inuenitur non Deus, sed felis, crocodylus, vel serpens indigena, vel aliqua huiusmodi bellua tēplo indigna. Ita mihi videtur fœminæ quæ aurū gestant, & in crispandis crinibus exercentur, & in genis vngentis, oculisque pingentis, & pilis tingentis versantur. Sed si quis velum templi aperuerit, vitam, vestes, aurum, fucum, tanquam

tanquam veram inuenturus pulchritudinem, scio esse abominatum: nec enim imaginem Dei intus inuenit habitantem, sed loco eius, fornicatrix, & adultera animæ aditum occupant, & vera esse bellua conuincitur: nō enim est mulieris, sed meretricis nimium istud ornandi studium. Quomodo enim, cui est impositū cataplasma, & cui inuēti sunt oculi, vel ipso aspectu præbet morbi suspicionem: ita fuci tincturæ & colores illi animam intrinsecus ægrotare significant. & sicut noxæ inuēta fugitiuum: ita floridi colores, adulteram indicant. *Et ibidem, cap. 11.* Quomodo enim militis, & nauæ: ita etiam pudicæ fœminæ est propria vestis, quæ est minime elaborata.

Ornatus mulierum alienus à nomine Christiano.

54. **TERTULLIANVS** *lib. de cultu feminarum.* Quantum à vestris disciplinis, & professionibus aliena sunt, quàm indigna nomine Christiano, faciem fictam gestare, quibus simplicitas omnis indicitur effigiem mentiri, quibus lingua non licet appetere quod datum non sit, quibus alienum abstinentium: speciem exercere quibus studium pudicitiae est, credite benedictæ, quomodo præcepta Dei custodietis, lineamenta non custodientes?

Ornatus, & fucus prohibitus, & contra charitatem.

55. **MATTH. 5.** *Non potes unum capillum album facere, aut nigrum. Idem ibid.* Hæc verò quæ reuincunt Deum, ecce inquit pro albo, vel atro, flauum facimus gratiæ faciliorem, quamuis & atrum ex albo conantur facere, quas pœnituit ad senectutem vsque vixisse, senectus cum plus occultari studuerit, plus detegitur. *Et infra.* Quid alteri periculo sumus? Quid alteri concupiscentiam portamus? Nescio an impunè abeat qui alienæ fuerit causa perditionis. Perit enim ille simul in tua forma, si concupierit, & admittit iam in animo quod concupiuit, & facta es tu gladius illi. Vt à culpa vaces, ab inuidia non liberaberis. Vt cum in alicuius agro latrocinium gestum est, rimem quidem dominum non constringit, dum res tamen eius ignominia noratur, in se quoque infamia aspergitur. Expingamus nos vt alteri pereat. Vbi est ergo diliges proximum tuum sicut te ipsum?

Fucus mulierum cedit in iniuriam Dei.

56. **CYPRIANVS** *de habitu virginum.* Si quis pingendi artifex, vultum alicuius, & speciem, & corporis qualitatem amulo colore signasset, & signato iam simulachroque consummato, manus alicuius afferret, vt iam formata, iam picta quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iusta indignatio videretur. Tu te existimas impunè latrum tantæ temeritatis audaciam; Dei artificis offensam? Vt enim impudica circa homines, & incesta fucus lenocinantibus non sis, corruptis, violatisque quæ Dei sunt, peior adultera detinetis.

Abstinentum est mulieri à fucis propter pulchritudinem æternam.

57. **MATTH. 17.** *Resplenduit facies eius sicut sol. Et c.* & **Paulus ad Philippens. 3.** *Reformabunt corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.* **1 Sidorus Clarivus.** Miror vehementer obtusos fœminarum sensus quæ cum pleræque omnes summum bonum speciem corporis arbitrentur, ad illam quæ in Euangelio promittitur comparandâ non insistantur. Sic enim cogitare debemus, si quis mulieri cuiusdam polliceretur fore, vt si vno anno fucum omnem, & corporis ornatum negligeret, centum po-

stea annis omnium mulierum quæ vsquam essent pulcherrima appareret. Profectò conditionem acciperet libentissimè. Rursus si diceretur ei permitti quidem vt vno anno omnibus fucis, omnique ornamentorum genere vteretur: Verum eo peractò reliqua tota vita omnium mulierum esset turpissima, nihil dubitandum est eam mulierem, omnem oblari anni ornatum recusatam metu scuturæ deformitatis. At hæc omnia vsu euentura sunt, eaque tanto maioris ponderis quantū æternitas tempori antecellit, & tanta in re tam oscitater se habet. Futurum enim est vt quæ in hac vita, quæ si ætergitati compararetur, non annus, sed vix exiguum est momentum, modestè, ac temperatè, & sine fucis superuacuis ornamentis vixerint; corpora sint habituræ claritatem solis æquantia, atque adeò glorioso ipsi Christi corpori quàm simillima, idque in sempiternum: quæ verò in hac vitæ scena conspicuæ apparere voluerint, æternam deformitatem cum Diabolo, & angelis eius sint consequuturæ. Hæc certè sciunt futura, & pro æternitate non eligunt quod pro temporaria forma, & vmbra simili essent electuræ. Quis hanc stupiditatem satis admiretur?

Pauli vincula, melius ornant, quàm monilia.

COLOS. 4. *Memores estote vinculorum meorum.* **58.** **CHRYS. hom. 10. ad Colos.** Quæcūque mulieres ornamenta aurea fertis, Pauli desiderate vincula. Non ita vos quod circa collum est monile illustres reddit; quemadmodum ferreorum ille vinculorum illius ornatus relucet animæ vestræ impositus. Si quis illa Pauli vincula desiderauerit, ista profeceretur odio. Quæ namque communio malitiei cum animi virilitate? Ornamento corporali cum Philosophia? Illa vincula venerantur angelis, ista verò deridentur etiam. Illa vincula à terra in cælum subuehere solent, ista verò de cælo in terram detrahunt. Sunt enim reuera ista vincula non illa: illa sunt ornatus, ista verò vincula. Illa cum corpore & animam stringunt, illa cum corpore & animam exornant.

Ornatus cedit in iniuriam Christo & proprio viro.

GALAT. 3. *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Idem CHRYSOST. ibidem.* Indumenta sumptuosa, etiam aurea dedecus sunt. Nam tragædis conueniunt, hypocritis, mimis, saltatoribus, illis qui cum bestiis pugnant: mulieri verò fidelis, alia sunt indumenta à Deo data. Nempe ipse vni-genitus Dei filius. Dic mihi, si quis tibi regalem dedisset vestem, tu verò supra illam seruilis quoddam nacta indumentum superindueres, an non præterquam quod dedecus committeres, pœnas quoque meritò dares? Cæli, & angelorum Dominum induta es, & terrenis adhuc immoraris? Hæc ideo dixi quod magnum quidem in seipso malum est studium illud ornandi, etiam si nullum aliud malum ex eo nasceretur, sed liceret tutò, & citra periculum habere. Quid enim ornaris, dic, quæso, vt viro placeas. Igitur domi placere vis viro, aliis ne cura vt placeas; si verò aliis placere vis, non potes placere tuo.

Mulieri non credendum.

IOB. 1. *Erat vir simplex, & rectus.* **CHRYSOST. 60.** *hom. 1. in Job.* Huiusmodi erat etiam Adam antequàm mulieri crederet. Hic propterea mulieri non credit, ne illi similis euadat. Ille vt ita dicam, in corruptionem induerat, quemadmodum vidit is qui cum finxerat, & vt mulieri fidem haberet nudus fuit, & condemnatus est. Hic nudus erat, nec mulieri credit, quodque mulieri non credidit sanctorum Angelorum

lorum corona donatus est. Ille vt mulieri credidit, & ex paradisi deliciis eiecus est, & terram matrem spinarum fecit, & mortem iure hereditario obtinuit. Hic quia mulieri non credidit, & à sterquilinio, & à plagis liberationem accepit, & regni celorum adiit hereditatem. Ille vt se defenderet, Deo dicebat: [Mulier quam dedi mihi ipsa dedit, & comedi.] Sed talis non fuit Iob. Quomodo igitur? Cum obinigatione dicebat, [O mulier cur quasi vna de stultis mulieribus loquuta es?]

Mulieris pulchritudo.

61. **ISIDOR. CLARIVS Tomo 3. Oratione 33.** Cum pulchris corporibus ad lasciuiam abutitur homo, longè abest, vt pulchritudine fruatur. Hoc est enim illam potius perdere quàm ea frui. Cum enim eo patulo corpus effectum reddatur in quo est pulchritudo, ipsa etiam pulchritudo, paulatim emarcescit, vt si quis in pulcherrimum hortum variis cum floribus tum fructibus ornatum ingrediens non aliter se eo frui existimaret posse, nisi flores, fructusque, atque ipsas in quincuncem dispositas arbores dissiparet. Quod si quem hoc facientem intueremur, diceremus equi, aut alcerius animantis ratione carentis, non hominis officium esse.

Mulieres in templo sint separate à viris. vide Templum, num. 23.

MUNDVS.

Mundus in tenebris. 1. 3.

In mundo turbationes. 2. 19.

Mundus verno tempore cepit. 4.

In mundi fabrica tria consideranda. 5.

In mundo tria mala omnium malorum origines. 6.

Mundus relinquendus. 7. 8. 10. 12.

Mundus ex se bonus, & quare dicitur malus. 9.

Mundus quandoque impellit ad Deum. 11.

Mundus finietur solo sonitu tubarum. 13. 16. 38.

Mundus transit velociter. 14. 20.

Mundus plenus malis. 14. 17. 18. 22.

Mundus seruus Dei persequitur. 15.

Mundus fallax non diligendus. 19. 21. 24. 25. 26.

Mundani quibus comparantur. 23. 32.

Mundana contemnenda. 27. 28. 33. 34. 35. 36. 37.

Mundus, Dei magnificentiam declarat. 29.

Mundus quibus comparatur. 30.

Mundi amor, & Dei, non compatiuntur in vno. 31.

Mundus cepit, & finietur: vide Iudicium finale, numero 1.

Mundi etates: vide Ætates mundi.

Mundus in tenebris est.

1. **GENES. 1.** *Fiat lux, & facta est lux.* **AMBROS. Auctor ergo lucis Deus, locus autem, & causa tenebrarum mundus est.** [Tenebræ enim erant super faciem abyssi,] sed bonus auctor ita lucem dilexit, vt mundum ipsum in fuso aperiret lumine, atque eius speciem venustaret. Quid miramur si Deus caliganti mundo lumen emicuit, quando si quis inter aquas merlus oleum ore emisit, clariora faciet ea quæ profundi tegebantur occultis?

In mundo turbationes.

2. **GENES. 1.** *Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida.* Aquas amaras, & turbulenta

congregauit Deus in mundo, relinquens aridam, id est, terram religionis fructiferam. Vnde **EVCHER.** Fixitque superborum limites, & coërcuit eos ne turbulentis iniquitatum (narum fluctibus aridam, id est, animam sitientem Deum, conurbent, liceatque ei germinare bonorum operum fructus.

Mundus in tenebris.

GENES. 1. *Fiat lux, & c.* **HVGODESVICTOR. GR. E.** Mundus in sua confusione, est homo in sua iniquitate. & Deus in media confusione lucem primariam creat, quando peccatorem diuersis confusum sceleribus lucis intimæ radiis illustrat, vt quid sit, & quid esse debeat agnoscat, & ad normam rectè viuendi, semetipsum disponat. Significat itaque lux primaria cognitionem peccati.

Mundus verno tempore incepit.

GENES. 1. *Procul terra herbam virentem.* **IVNI-GLIUS.** Patet ex his verbis quia verno tempore mundi est perfectus ornatus. Tunc enim solent herbe virentes apparere in terra, & ligna pomis onustari. Item quod non prima herbarum, arborumque germina de semine, sed prodiere de terra. Quomodo & homo in se propter quem omnia facta sunt in ætate perfecta, hoc est, iuuenilis ætatis plasmatus esse credendus. Dei enim perfecta sunt opera.

Tria in mundi fabrica consideranda.

GENES. 1. *Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, & gerant valde bona.* **BERNARD. Sermone 3. de Penitenc.** Tria in magno huius mundi opere cogitare debemus, videlicet quid sit, quomodo sit, ad quid sit constitutus. In esse quidem commendatur potentia; in modo sapientia singularis clucet; in modo vtilis benignitas, & benigna vtilitas. Potentissimè siquidem ex nihilo omnia, sapientissimè pulchra, benignissimè vtilia sunt creata. Multi inter filios hominum in bonis inferioribus sensibilibus mundi huius tota sensualitate depressi totos se dederunt his quæ facta sunt, negligentes quoniam modo, vel ad quid facta sunt. Pauci verò fuerunt quibus summum studium fuit modum & ordinem inuestigare factorum, vtilitatem rerum perquirere dissimulantes, vrisque successerunt viri prudentiores qui nimirum & quæ facta sunt, & quomodo facta sunt transilientes intendunt aciem mentis, vt ad quid facta sunt viderent, nec latuit eos quoniam omnia propter semetipsum operatus est Dominus, & propter suos. Hi sunt spirituales viri sic vtentes hoc mundo tanquam non vtentes, sed in simplicitate cordis sui quaerentes Deū. Primi, carnales, secundi Philosophi, tertij verò spirituales sunt. Primi rursus voluptate, secundi vanitate, tertij veritate impleti.

In mundo tria sunt.

GENES. 3. *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & c.* **BERNARD. Sermone de Annuntiatione.** Funiculus triplex difficile rumpitur, curiositatis, voluptatis, & vanitatis. Hæc mundus habet quæ Ioannes concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ appellauit. His abtracta, & illecta Eua misericordiam omnium crudelis mater abiicit.

Qualiter mundus relinquendus.

GENES. 31. *Veni in eam sœdus, vt sit testimonium inter me, & te, & c.* **BRVNO.** Ponamus sœdus cum Laban, ponamus hoc sœdus cum mundi deliciis, &

& voluptatibus, vt nec ipse ad nos, nec nos ad ipsas ulterius reuertamur. Huius autem foederis testis sit Galaad, interperatur enim Galaad, acerbus testimonij, per quem Scripturas sacras intelligimus, in quibus Sanctorum testimonia sunt coaceruata. Hæc autem separant nos à mundo, hæc sunt quæ nos separant ab huius sæculi vanitate.

Mundum relinquentes, Dei milites sunt.

3. GENES. 32. Iacob abiit in itinere quod coeperat, fueruntque ei obuiam Angeli Dei, quos cœca vidisset, ait, Castra Dei sunt hæc. Idem BRVNO. Merito Iacob postquam separatus est à Laban, Angelos obuiam habet, quoniam qui mundum relinquunt mox in Dei militiam computantur, & qui fugiunt castra sæculi, castra Dei videre, & habitare merentur.

Mundus ex se bonus, & quare dicitur malus.

9. GENES. 47. Dies peregrinationis vite mea centum triginta annorum sunt pauci & mali. CHRYSOST. Pauci & mali fuerunt per quod significat annos seruitutis, quam sustinuit apud Laban, & lucus, quem tantopere habuit propter mortem Ioseph, & alias miseras. VCHER. Discimus hinc, non tam sæculum ipsum appellari malum, quam quæ in sæculo fiunt. Quomodo sufficere dicitur diei malitia sua. Vnde & Ioannes ait: Mundus in maligno positus est, non quod mundus ipse sit malus, sed quod mala in mundo fiant ab hominibus.

Mundus impedit vocationem Dei.

10. EXODI 3. Cumque misisset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horab. GREGORIUS 23. Moral. cap. 20. Moyses admixtus Aegyptiis quasi vigilabat mundo, ideo vocem Domini in Aegypto positus non audiebat, sed extincto Aegypto postquam in desertum fugit, dum illic quadraginta annis deguit, quasi ab inquietis terrenorum desideriorum tumultibus obdormiuit, & ideo diuinam vocem percipere meruit. Cum enim mens ab exterioribus sopitur, verbum Dei penetratur veracius. Aurem quippe cordis turba terrenarum cogitationum pestrepens claudit. Non enim perfecte homo sufficit ad vtraque diuisus, quia si externis auditum aperit, interius obfurdescit. & cap. 5. super illud. Dimite populum meum, ut sacrificet mihi in deserto, ait ORIGEN. Non vult Moyses, vt populus in Aegypto positus seruiat Domino, sed vt exeat in desertum, & ibi seruiat Domino, vt ostenderet quia donec quis in tenebris sæcularibus manet, & in negotiorum obscuritate versatur, non potest seruire domino. Nemo enim potest duobus dominis seruire, nec Domino seruire, & mamonæ. Relinquendus igitur nobis est mundus, si Domino volumus seruire. Relinquendus dico, non loco sed animo, non itinere perficiendo, sed fide proficundo. Non vult Deus te in carnis, & tenebrarum actibus permanere, sed exire ad eremum, venire ad locum perturbationibus & fluctibus sæculi vacuum, venire ad quietem silentij. Verba enim sapientiarum in quiete, & silentio discuntur; sed obstitit Pharaos, relaxare te non vult rector tenebrarum harum, non vult te abstrahi de tenebris suis, & ad scientiarum lumen adduci.

Mundus quoque impellit ad Deum.

21. EXODI 12. Nec poterant fermentari, cogenibus exire Aegyptiis, &c. INTERL. Sicut autem cogenunt Aegyptij filios Israel exire: sic & mundus quandoque impellit fideles ad Deum. Er quemadmodum vrgent illi Hebraeos, nec sinunt pulmenti quiddam præparari, sic obstant dæmones, ne Euangelij sapore austeritatem legis, vel mundani dogmatis condiamus.

Mundo renunciandum.

EXOD. 13. Noluit Dominus ducere populum per terram Philistinam quæ vicina est, ne forte si bellum insurgeret contra eum, citò reuertentur in Aegyptum, &c. BRVNO. Quanto plus in seruitio Dei exercitati, longius ab hoc mundo recedimus, tanto minus vitiorum insurgentium bella timemus. Si verò in terram Philistinam venientes quæ Aegyptiis vicina est, ebrietati & voluptati operam damus. Philistinam namque cadentes populo interpretantur, facile quidem in prælio victi reuertimur in Aegyptum. STEPHAN. Quamuis à diabolo pluries superemur, nulla tamen debet animum nostram victoriæ desperatio subingere. Quia si vouerimus Deo nostro eius ciuitates, & munimenta nos penitus deleuros, quæ videlicet sunt delicie, & diuitiarum, & gloria mundi huius, cæteræque occasiones peccandi, non poterit aduersarius impetum nostrum sustinere, sed tradentur hostes in manus nostras.

Mundus prosternetur solo sonitu tubarum.

15. IOSVE 6. Hierico autem clausa fuit, atque munita iumore filiorum Israel, &c. INTERL. Mundana astutia. ORIGEN. Gladius non educitur aduersus eam, arcus, vel arces non dirigitur, nec tela vibrantur. Tubæ tantum adhibentur, & in his muri Hierico subruuntur Hierico hunc mundum significat. Vnde [homo quidam descendebat ab Hiericalem in Hierico, & incidit in latrones,] forma erat Adæ qui de paradiso in huius mundi exilium trusus est. Cæci quoque qui erant in Hierico quos illuminauit Deus, significabant eos, qui in hoc mundo cæcitate ignorantie premebantur. Hæc Hierico solo sonitu tubarum corruit. Vnde Apostolus: Canet enim tuba, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi.] & ipse Dominus. In iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de celo. Tunc ergo Iesus cum tubis vincet Hierico, & prosternet eam, &c.

Mundus transit velociter.

4. ESDRÆ 2. Fugite umbram sæculi huius, accipite incunctatam gloriam vestra, &c. 4. [Festinus festinat sæculum pertransire, & non cupit portare quæ in futuris temporibus iustis repromissa sunt, quoniam plenum iniustitia est sæculum hoc, & infirmitatibus.] & cap. 14. [Quantum enim inualidum fiet sæculum à senectute, tantum multiplicabuntur super inhabitantes mala. Prolongauit enim se magis veritas, & appropinquauit mendacium.] & infra. [Positum est ergo sæculum in tenebris, & qui inhabitant in eo sine lumine.]

Mundus seruos Dei prosequitur.

15. IVDITH 11. Ego nunquam nocui viro (ait Holofernes, id est mundus) qui voluit seruire Nabuchodonosor regi, id est, principi tenebrarum, populum autem tuum si non contempisset me, non eleuasset lanceam meam super eum. Quia ergo contemnimus eum, ideo contradicit nobis, quod alijs clarioribus verbis veritas nos docet. [Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret, sed propterea odit vos mundus quia de mundo non estis.]

Mundi gloria vana, mundum destruit.

16. IVDITH 13. Accessit ad columnam, & pugionem exsoluit. STEPHAN. Pugio ligatus ad columnam est gloria mundi annexa potentie sæculari, hoc gladio totus mundus ferè occiditur, sicut Holofernes gladio suo. Euaginat cum gloria mundi nudè, & apertè inspicitur per exempla mortuorum.

Mundus

Mundus plenus peccatis.

17. OSEE 4. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. STEPHAN. Significanter dicit inundauerunt, vt notet peccatorum abundantiam. Tunc fluuius inundare dicitur, cum aluei sui ripas excedit & vicina loca occupat; similiter cum peccatum publice perpetratur, & alios corrumpit, tunc dicitur inundare. Item fluuius in mare fluit, & peccatum in inferni amaritudinem. Dicitur etiam peccatum inundare vt per hoc potetur eorum origo, scilicet quod ex aquis temporalium proueniunt. In cuius rei significatione aquæ Aegypti conuersæ sunt in sanguinem, quod fit quoties ad vsum peccandi temporalia conuertuntur, & sanguis sanguinem tetigit, & vnum peccatum aliud attraxit.

Idem.

18. AMOS 3. Videte insanias multas in medio eius, & calumniarum patientes in penetralibus eius, & nescierunt facere rectum, dicit Dominus, thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in adibus suis. P. DOCTOR RIBERA. Si quis autem vult videre insanias multas in medio huius spiritualis Samariæ, legat auream B. Martyris Cypriani epistolam ad Donatum quæ est secunda; & in veteribus codicibus secunda secundum libri, qui ait. Paulisper te crede subduci in montis ardui verticem celsiorem, speculari inde rerum infra te iacentium facies, & fluctuantis mundi turbines intueri. Iam sæculi & ipse miseraberis, cuique admonitus, & plus in Deum gratus maiori læticia quod euaseris gratulaberis. Cerne tu itinera latronibus clausa, maria obfessa prædonibus, cruento horrore castrorum bella vbique diuisa, madere orbis mutuo sanguine; & homicidium cum admittunt singulis, crimen est; virtus vocatur cum publicè geritur; impunitatem sceleribus acquirit non innocentie ratio, sed fauoris magnitudo: iam si ad vrbes ipsas oculos tuos atque ora conuertas; celebritatem offendes omni solitudine tristiore. Hæc Cyprianus, & alia multa.

Mundus fallax non est diligendus.

19. D. AVGVST. serm. 31. ad fratres in Eremo. Omne mundi proditor cuncta bona promittit, sed cuncta mala profert; promittit vitam, sed donas mortem; promittit gaudium, sed largitur mœrorem; promittit quietem, sed ecce turbatio; promittit florem, sed citò vanescit promittit stare, sed citò recedis: Non ergo es diligendus, quoniam omnino transis, & concupiscentia tua velut fumus euanescit. SENECA lib. de consolatione ad Albinam cap. 4. & 5. Nunquam enim fortunæ credidi etiam si videretur pacem agere, omnia illa quæ in me diligentissimè conferebat, pecuniam, honores, gloriam eo loco posui, vnde posset ea sine motu meo repetere. Neminem aduersa fortuna comminuit, nisi quem secunda decepit. Ita qui munera eius velut sua, & perpetua amauerunt, qui se propter illa suspici voluerunt, iacent, & mœrent. At ille qui se lætis rebus non inflauit, nec mutatis contrahit. AVGVST. serm. 143. de tempore. Ecce turbatur mundus, & amatur mundus. Quid si tranquillus esset mundus, formoso quomodo adhæreres si sic amplecteris sædum? Flores eius quomodo colligeres, qui ab spinis eius non reuocas manum? Non vis relinquere mundum? Relinquit te mundus, & sequeris mundum?

Mundus transit.

20. AVGVST. in Psal. 136. Attendat quisquam ipsam felicitatem suam qua exultauit anima eius, &

tumuit quodammodo gaudio, & extulit se, & dixit: Felix sum, attendat, si non fluat illa felicitas, si potest certus esse de illa. quia manet in æterniuiti; si autem non est certus & videt effluere, vnde gaudet: Fluuius Babylonis est, sedeat supra, & fleat.

Mundus fallax.

21. AVGVST. Epistola 39. quæ est ad Licentium. Vincula huius mundi, asperitatem habent veram, iucunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem.

Mundus plenus peccatis.

22. CHRYSOST. lib. 1. de compunctione cordis. Sic in mundo omnia confusa, sic sunt cuncta resoluta, vt nec vestigium quidem virtutis vsquam videas, nequitia verò, & luxuria repleta esse cuncta perspicias, & quod est infelicitius perurgentium iam nos malorum, nec ipsi sensum capimus, nec alijs præbamus, nec alios monemus, sed sumus velut corpus extrinsecus quidem indumentis adornatum, intrinsecus autem labe pessimi langoris absumptum. Contingit enim nobis quod illis solent. qui vel phœnices patiuntur, vel mente capti sunt, à quibus eum multa turpia vel periculosa dicantur vel etiam gerantur, nec pudoris tamen aliquid, nec pœnitentiæ capiunt, quin imo & magnifici sibi, aut sapientiores alijs, & sapientibus videntur. Ita & nobis cum omnia quæ sanitati sunt contraria faciamus: ipsi tamen morbos animarum nostrarum non sentimus. At qui beati qui lugent non propriam modo, sed & communem omnium miseriam.

Mundani quibus comparentur.

23. BERNARD. serm. 1. de aduentu Domini. Sicut mersi in aquis periclitantur, videas eos tenentes tenere, nec vlla ratione deserere quod primum occurrerit manibus, quidquid sit illud, licet tale sit quod omnino prodesse non possit, vt sunt radices herbarum, cæteraque similia. Nam & si forte ad eos veniant vt subueniant, nonnumquam solent apprehensos inuoluere secum, adeo vt iam nec sibi nec alijs auxilium ferre præualeant. Sic pereunt in hoc mari magno, & spatiofo, sic pereunt miseri, dum peritura sectantes omittunt solida, quibus apprehensis emergerent, & saluare possent animas suas. Ita inquam pereunt qui omissis veris, & salutaribus studijs, caduca & transitoria querunt, à quibus nequeunt diuelli. ISAAC PRESBYTER de mundi contemptu cap. 2. Mundus est meretrix quæ desiderio pulchritudinis suæ ad concupiscendum trahit videntes eam; qui autem particulariter eius amore deceptus ipsum fuerit amplexatus, à manibus eius non potest euadere, donec spoliet eum vita sua, & cum expoliauerit eum omnibus eiiciet eum de domo sua, & in die obitus sui homo cognoscit eum. DVGOPHILONIVS de scientia bene moriendi. Pix est mundus; quamlibet leui tactu tangentes inquinat. Viscus est mundus qui suos miratores in modum aucupis peccati, & mortis æternæ inuoluit. Laqueus est mundus qui voluptuosus & opibus, velut cæcis obiectis allicit, atque capit incautos, & secum trahit in nāsam interitus. Vnde mihi vix possibile videtur, vt qui mundi legibus viuunt, purus ab inquinamentis mundi & immaculatus hinc emigret. HECTOR PINTVS in cap. 3. Ezechiel. Quemadmodum mare ostrea, & conchyliis, & torpedines, & algas proicit in littus extra aquam, sed non multo post, iterum hæc omnia forber, & proicit in profundum; sic mundus modò nos expellit, modò recipit, & quando in littore tranquillo

quillo arbitramur esse, tunc nos deceptos aspicimus, & rerum dif. riminibus, magnisque calamitatum angustis agitados.

Mundus contemnendus.

24. MACHARIUS hom. 44. Sicut qui sunt in mari, non hauriunt. aut bibunt e mari, nec ex eo vitium, aut vestitum sumunt, sed aliunde important in nauem: hoc modo Christianorum animæ non e seculo isto, sed desuper e celo cibum celestem, & indumenta capiunt spiritalia, & inde viuentes in nauis boni, viuificique spiritus incedunt, & transgrediuntur aduersarias principum & potestatum diras facultates. Idem hom. 45. Velut infans circumdatus margaritis, & indumentis pretiosis, vbi esuriarit, nihili facit quæ gestat, sed neglectis illis, omnem solitudinem habet sitam in alimenti mammilla, quo pacto lac sumat: sic Christianus contemptis omnibus mundi huius illecebris. totus in Deo est. Hæc ille. Qui quidem ait per Prophetam Osee 2. Ecce ego lactabo eam, &c.

Idem.

35. CHRYSOST. hom. de profectu Euangelij. Anima quando diuino amore, & desiderio verè corripitur, ad nihil huius vitæ se conuertit, sed sicut mente moti contemnunt ignem, & ferrum, & feras, & pelagus & omnia: ita pij furore quodam maximè spiritali, ac honestissimo insaniunt deridentes omnia quæ vident.

Idem.

26. I. PETRI 2. Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, &c. CHRYSOST. hom. 32. operis imperf. Sicut qui obuiam vadit alicui, in via stat, & expectat eum quando veniat: ita qui credit in Christum, sic debet in hoc seculo viuere, quasi peregrinus, & non in suis, sed in transitu positus. Et hom. 78. in Ioan. Hospites sumus, & aduenæ: nullæ nos molestiæ angant. Nec enim à ex clarissima patria & claris parentibus ortus in longinquam regionem, nemini notus, sine filiis, sine diuitiis, & te quisquam contumelia afficeret, agrè ferres, ac si domi talia fierent. Quod enim certò te hospitem aliena in patria versari vides, omnia æquo animo & contem. tum, & famem, & sitim, & huiusmodi ferre persuadet. Ciuitatem habes cuius opifex, & author Deus est quo breui accerseris. Dic quæso si quis præueniens seruos suos, aliquantum in diuersorio expectaret. & vel diuersorij dominus, vel alius quisquam incognitum illum exasperaret & malediceret non ne illius ignorantiam rideret? Nonne error ille magis hominem delectaret? Ita & nos faciamus In diuersorio sedemus expectantes huius vitæ socios. Cum omnes conueniemus, tunc quos læserint intelligent, tunc deiciunt oculos, tunc dicent. Hi sunt quos stultè habuimus in derisum.

Mundana contemnenda.

27. ACTORVM 4. Nec quisquam eorum, qua possidebat, aliquid suum esse dicebat. CHRYSOST. serm. in illud Ap. Stoli. [Oportet hæreses esse.] Quasi hi qui ad magnos quosdam principatus accersiti, regias inhabitaturi ciuitates, omnem substantiam suam in pecuniam commutant, & sic illò migrant: ita planè & tunc faciebant homines illi ad cælum vocati, ad supernam metropolim, & ad regnum quod illic est. Nam persuasum habentes illic esse patriam, omni substantia sua in pecuniam commutata, pecuniam per Apostolorum manus illuc præmiserunt.

Idem.

28. NILVS in Ascetico. Sicut illi qui in mari nauigant, sæuiente tempestate merces negligunt, & propriis manibus onera in mare proiciunt, & fortunis vitam anteponunt. ac ne nauis, pondere oppressa demergatur, eam subleuant, & pretiosissima quæque in profundum iaciunt. Cur non etiam nos propter vitam præstantiorem, ea desiciamus, quæ animam in profundum demergunt? Cur idem non potest Dei timor quod potest timor maris? Illi caducæ vitæ cupiditate, aliarum rerum iacturam leuem putant; nos qui ad vitam æternam aspiramus, propter illam nihil, quamuis abiectum contemnimus, sed malumus simul cum onere perire, quàm illo proiecto seruari.

Mundus Dei magnificentiam declarat.

29. BASILIVS hom. 11. Exameron. Vniuersa hæc mundi moles perinde est ac liber literis exaratus palam contestans, ac deprædicans gloriam Dei, illiusque augustissimam maiestatem arcanam alioqui & inuisibilem aliunde enuncians tibi intellectibili creaturæ, quatenus ad cognitionem arripit veritatis. THEODORET. serm. 1. de prouidentia. Sicut arcam, scamnum, uè fabrefactum videntes, non solum opus laudamus, sed & opificem: sic etiam videntes nauim fabre compactam, sic monile fabrefactum, aurificem laudamus: sic in mundi fabricam oculos tendentes, Deum laudemus. Qui non mirari sunt hæc, imo qui nec iam mirantur, inexcusabiles sunt.

Deserto mundus comparatur.

30. AMBROS. lib. 5. in Lucam. Deserto mundus comparatur, adhuc incultus, sterilis, infœcundus; in quem negat nobis Dominus ita prodeundum.

Mundi amor, & Dei, non compatiuntur in vno.

31. MATTH. 6. Nemo potest duobus dominis seruire. MICYPRIAN. lib. de duodecim assensionibus. Quemadmodum iidem oculi cælum, & terram pariter nequaquam aspiciunt: ita mundi amor & Dei pariter in vno corde habitare non possunt.

Mundanas diuitias congregantes pueris comparantur.

32. I. CORINT. 14. Nolite pueri effici sensibus. CHRYSOST. hom. 80. in Ioan. Pueri magna non desiderant, vilia solent admirari. Currus, equos, aurigas, rotas luto factas, hoc aspectu delectantur. Quod si regem in curru aureo sedentem, & mulos albos iunctos, & eximium cultum viderint, ne respiciunt quidem. Præterea puellas ex cera ornant, veras autem pulchras nesciunt; & in multis aliis rebus itidem afficiuntur. Tales nonnulli nunc reperiuntur, nulla his cælestium cura, sed ad lutea tanquam pueri obstupescunt, & terrenis diuitiis blandiuntur, & gloriam, & voluptates huius sæculi magni pendunt, quæ ita puerilia sunt vt illa. Quæ verò & vitæ; & gloriæ, & requiei causa sunt non curant, sed vt pueri, his priuati desent; illa autem ne desiderare quidem norunt. Ita & multi in ætate proeecta pecunias concupiscunt, non diuitias permanentes; sed pueriles ludos. Si quem plumbeum nummum admirantem & ad eum colligendum inclinantem se videres, nonne eum quàm pauperrimum iudicares? Tu autem & viliora congregans, inter diuites te annumeras.

Mundana omnia vanitas.

33. ECCLES. 1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. CHRYSOST. hom. 77. in Math. Cur perforato aquam

aquam dolio ingeris? Nihil enim aliud est pro præsentibus istis laborare, quàm flammam decerpere; quàm pugnis aëra cadere. Certe frustra curris. Nonne vniuersumque artis finis quidam est? Ita profectò: Ostendit igitur mihi finem huius sæcularis studij. Sed non potes; vanitas enim omnia.

Iuxta mundum positus non seruat iustitiam.

34. MATTH. 13. Quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cæli & comederunt ea. & infra. Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminatum est in corde eius. Hic est qui secus viam seminatus est. CHRYSOST. hom. 31. in Math. Sicut difficile est arborem iuxta viam positam, fructus suos vsque ad maturitatem seruare: sic difficile est vitum fidelem iuxta istum mundum viuentem, id est, in actibus eius, iustitiam immaculatam vsque in finem seruare.

Mundani in nocte ambulant.

35. ROMAN. 13. Sicut in die honestè ambulemus. CHRYSOST. hom. 24. ad Hebræos. Terrenis inhiamus, & à terrenis nolimus abscindi; sicuti quidam vermes ex terra in terram, & iterum ex ipsa in ipsam conuertuntur: sic & nos nec modicum respicere volumus, nec auferre nos à causis mundi, sed quasi quadam satietate, & ebrietate demersi ac percussi obstupimus imaginantes. Et sicut qui graui, & dulci somno derinentur, non solum nocte; sed etiam ipsa luce veniente, & claro die factò iacent in lecto, & non erubescunt suæ voluptati indulgere, & tempus operationis & festinationis, tempus somni, & segnitiei facientes: sic nos die stante cuncta quæ noctis sunt operamur dormientes; somnia videntes, imaginationes delicias, & clausis oculis mentis, & corporis insanimus; aliena loquimur, ac si quisque nos alieno confodiat vulnere: nec sic sentimus ac si nobis omnem quisquam diripiat substantiam, ac si ipsam nobis incendat domum: imo non expectamus alios vt faciant, sed nos ipsi hoc facimus stimulant nos ipsos omni die.

Mundanis intendentes negotiis cui comparantur.

36. DAMASCENVS in historia Barlaam & Iosaphas cap. 12. Qui præsentibus inhiant negotiis, & nullam futurorum habent memoriam, sed delectationes corporales incessanter desiderant, similes esse arbitror homini fugienti à facie furentis vnicornis; quem dum fugeret ne deuoraretur ab eo, incidit in barathrum: dum autem caderet manibus extensis, arbusculam quandam apprehendit, & foriter tenuit, & in basi quadam pedibus impressis, visum est sibi in pace de reliquo fore & stabilitate. Respiciens ergo vidit duos mures, album vnum, alterum nigrum corrodentes radicem arbusculæ, & iam prope erat vt absunderet: in imo barathro vidit draconem aspectu terribilem, ignem spirantem, & deuorare eum cupientem: intuens verò rursus basim illam, super quam pedes habebat firmatos, vidit quatuor aspidum capita de pariete prodeuntia; eleuans autem oculos vidit de ramis arbusculæ illius exiguum mel distillans. Dimittens ergo considerare quæ circumdederant eum mala, seipsum dulcedini illius mellis tradidit. Hæc similitudo est eorum, qui seductioni præsentis sæculi adhæserunt, cuius expositio hæc est. Vnicornis figuram tenet mortis quæ semper persequitur genus humanum, barathrum verò mundus est ipse plenus omnibus malis, & mortiferis laqueis; arbuscula autem quæ à duobus muribus incessanter incidebatur, quam apprehendimus, vitæ nostræ men-

sura est; quæ consumitur & diminuitur per horarum diei, & noctis, & ad excisionem paulatim accedit, quatuor verò aspides constructionem humani corporis ex quatuor elementis significant; quibus inordinatis, compago dissoluitur: draco infernus est, qui cupit suscipere eos qui delectationes præsentis futuris præponunt: mella verò mellis, dulcedinem significat delectationem mundi.

Mundanis intendentes improvidi, & imprudentes.

37. EVCHERIVS epistola ad Valerianum. Non neuides vt etiam in hac vita quisque prouidus locum, aut agrum, in quo diutius se commoraturum putat copiosis in vsum faciat impendiis, & vbi paruo quis erit tempore, parua prouidet, & vbi maiore, maiora procurat. Nobis quoque quia in præsentiarum breuissimum coarctantibus angustiis tempus est, & futura secula erunt: competentibus copiis vitam exaugeamus æternam, competentibus instuamus exiguum, ne prouisione peruersa impendamus breui tempori curam maximam, & maximo tempori curam breuiem.

Mundi consummatio.

38. MATTH. 24. Et stella cadent de cælo. CHRYSOST. hom. ad Neophytos. Sicut cadunt folia de vite: sic stellæ de cælo cadent. Sicut enim vites cum vuarum fructibus prægrauantur, foliorum auxilium necessarium, vt protegantur exposcunt: cum autem deposuerint fructum necesse est vt folijs denudentur. Sic se habet hoc sæculum; quando habuerit in se humanum genus, tenebit & cælum stellas, sicut & vitis folia. Nam nocte pereunte, sine dubio stellarum utilitas simul cum nocte deficiet.

MURMURATIO.

Murmuratores cauendi. 1. 2. 1. 2. 9. Murmuratoris multa mala. 2. 6. 7. 15. 16. 22. 24. 25. 27. Contra murmurantes, maximè aduersus superiores. 3. 4. 8. 9. 10. 12. 18. 19. 20. Non murmurandum. 5. 11. 13. 14. 23. 30. Murmuratores à laudibus quandoque incipiunt. 16. Murmuratores in peius inclinantur. 16. 17. De triplici specie detractionis. 26. Murmuratio vnde originem trahit. 28. Detraктор non audiendus, nec admittendus. 31. Detraктор contra iustos, solatium falsum peccatorum, & quomodo cessabit. 32.

Murmuratores cauendi.

1. GENES. 1. Producant aqua reptile, &c. AMBROS. Ea quæ timemus in terris, amamus in aquis. Etenim noxia in terris, in aquis innoxia sunt. Anguis in terra, venenola, in aquis sine veneno. &c. Vide Baptismus, num. 2. Et addit. Canes verò etiam in mari caue. Nam hos etiam in Ecclesia molestos esse & cauendos docet Apostolus ad Philip. 3. [Cauete canes, caute malos operarios.] Per canes intellige murmuratores.

Murmuratoris multa malitia.

2. GENES. 9. Et nudatus est in tabernaculo suo. CHRYSOST. Non foris illi accedit, sed in

domo sua, vt malitia vehementis studium videas eius qui nuditatem vulgare est ausus. Erudiamur hinc quid patientur, qui peccata fratrum euulgant, & non solum non contegunt, & excusant, sed magis ea faciunt manifesta. Multa namque ex hoc operantur peccata, quando fratris peccatum manifestas, non illum tantum ignominiosorem fecisti, sed & segniores ad virtutis viam. Nam sicut non habere multos testes suorum delictorum respicienti faciliorem reditum præbet: sic si frontem perfricauerit anima & viderit, quod nemo ignoret quæ mala admiserit, non facile desistere solet, & non solum illum tardiores fecisti ad virtutis viam, sed & eos qui audiunt facis negligentiores, & ad fœcordiam inducis. Neque etiam hoc solum, sed & Deum blasphemari facis, quod quantum affert supplicium, nemo est mentis compos qui ignoret. Fugiamus igitur mores Cham, nec imitemur; imitemur autem gratiorum filiorum pudorem, & ita adumbremus fratrum peccata, ne ipsos negligentiores per hoc reddamus, sed hac ratione maiorem illis occasionem præbeamus vt statim ab hoc malo liberentur, & in virtutis viam redeant. *Contra hoc vitium, Vnde Bernard. serm. 24. super Cantica.*

Superiorum defectus occultandi.

3. **GENES. 9.** *Incedentes retrorsum operuerunt vena patris.* GREGOR. 25. *Moral. cap. 22.* Veneranda patris auersi venientes operiunt. Quia bonis subditis sic præpositorum suorum mala displicere debent, vt tamen hæc ab aliis occultent. Id enim auersamur, quod reprobamus. Isti igitur operimentum auersi deferunt, quia diiudicantes factum, & venerantes magisterium nolunt videre quod tegunt.

Contra murmurantes.

4. **GENES. 11.** *Inuenerunt campum in terra Senaar, & habitauerunt in eo.* INTERL. [Senaar] interpretatur *excussio dentium*, seu *sceleris*. GREGOR. *super psal. Miserere.* In campo Senaar habitant qui positi non in celsitudine virtutum, sed in planitie vitiorum & detractionum, moribus proximos lacerant, & in otiosa vitæ volutabro iacentes, infamiae suæ circumquaque fœtorem exhalant, quorum dentes tunc omnipotens excutit, cum illorum facta simul, & verba confundit. Vnde scriptum est *Psal. 57.* [Dentes peccatorum contriuiisti.] & iterum. [Dominus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet Dominus.] & de fœtore eorum, Vide verbum, *Luxuria*, num. 6.

Non murmurandum.

5. **GENES. 42.** *Nesciebant quod intelligeret Ioseph, eo quod interprete loqueretur ad eos.* LIPOMANVS. Hic docemur Lupum in fabula vereri, & syluas habere aures, summa cura frænare linguam, omnia tuta timere quem reum conscientia redarguit. Nihil enim tutum illi qui sibi de crimine non cauetur, nihil operum quod non reueletur. Tacendum in aulis principum de omni periculoso actu.

Ob murmuracionem terra destructa.

6. **EXOD. 8.** *Et venit musca grauissima in domos Pharaonis, & corruptaque est terra ab huiusmodi muscis.* LIPOMANVS. Id est, propter multitudinem muscarum illa terra deformata est terra. Vel vt septuaginta aiunt, destructa. RVPERTVS. Grande spectaculum Deus vniuerso orbi præstitit, cum superbiam Aegyptiorum non de leonibus, & vrsis, sed de ranis domuit, & muscis. Vnde in *Psalm.* [Venit cynomyia, & dissipauit eos.] Id est, canina musca. ISIDORVS. Perquam hic locus eloquentiam sæcularium hominum

significare qua velut canes alterutro se lacerant.

Idem.

7. **EXOD. 10.** *Leuauit locustas quæ ascenderunt super vniuersam terram Aegypti, &c.* GLOS. ORD. Octauum præceptum est. [Falsum testimonium non dices.] & octaua plaga locusta, animal scilicet dente noxium. Falsus enim testis mordendo, & consumit mentiendo. Vnde Apostolus. [Si mordetis, & consumitis, videte ne ab inuicem consumamini, &c.]

Contra murmuratores superiorum, imò Dei.

8. **EXODI 16.** *Et murmurauit congregatio filiorum Israel, &c.* ORIGEN. O populus ingratus. Desiderat Aegyptium, qui Aegyptios vidit extinctos, carnes Aegypti requirit, qui Aegyptiorum carnes vidit maris piscibus, & cæli alitibus datas; murmur ergo aduersus Moysen, imò aduersus Deum leuant, sed hoc primò quidem ignoscitur, ignoscitur & secundò, & fortassis & tertio, verumtamen si non desinant, sed persistant, audi quid sequatur. In *Numerorum libro* refertur, quod & Apostolus retexit dicens. [Neque murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt, & à serpentibus perierunt.] Murmurantem populum venenatus depascitur serpentium morsus. Similiter & nos, propter quos hæc scripta sunt, si non desinimus murmurantes, si non cessamus à querelis nostris, quas frequenter habemus aduersus Deum, simile offensionis incurremus exemplum. Et enim cum de cæli intemperie, de infecunditate fructuum, de raritate imbrium, de prosperitatibus aliorum, & de aliorum improspere causamur, hoc est aduersus Deum murmur attollere. Sed hæc initia habentibus ignoscitur, in eos verò qui non desinunt, grauius vindicatur. Mittuntur namque in eos serpentes, id est, immundis spiritibus traduntur, venenatisque demonibus, qui eos morsibus occultis, ac latentibus perimant, atque internis cogitationibus absumant. Sed obsecro vos prosint nobis præmissæ correptionis exempla, illorum poena emendatio nostra sit. Vide, *Sacerdos*, num. 13. ex INTERL.

Idem.

9. **EXOD. 16.** *Audiuit enim murmur vestrum contra Dominum, nos verò quid sumus quia misistis contra nos? &c.* Nec contra nos est murmur vestrum sed contra Dominum. GREGOR. *lib. 12. Regis. Epistola 3. 1.* Scimus quia à nullis vita præsulum perturbari debet. Quoniam si David in Saul, quem constabat iam à Domino reprobatum, & abiectum esse manum mittere non præsumpsit: quanto magis cauendum est, ne manum detractionis, aut vituperationis quidam mittant in vinctum Domini, vel in prædicatores sanctæ Ecclesiæ. Quia eorum vexatio, siue detraçtio, ad Christum pertinet, cuius vice in Ecclesia legatione funguntur. Vnde summopere cauendum omnibus fidelibus, ne clanculo, aut publicè Episcopum suum, id est, vinctum Domini detractionibus, aut vituperationibus dilanent, perpendentes illud exemplum Mariæ, quia eo quod Moysi per Aethiopiillam detraxit, immunditia lepræ mulctata sit. *Numer. 12.* & illud *Psal. 104.* [Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.] & in lege diuina. [Diis non detrahes, & populi tui principi non maledicis.] Vnde valde prouidendum est subditis, tam clericis quam laicis. ne episcoporum, & præpositorum vitam temere reprehendant, si quid eos fortè agere reprehensibiliter vident, ne vnde mala redarguant, inde per elationis impulsam, in profundiora mergantur. Admonendi etiam, ne cum culpas præpositorum suorum considerant, contra eos audaciores fiant; sed sic eorum

corum praua apud semetipsos considerent, vt diuino timore constructi ferre sub eis iugum reuerentiæ non reculent, quoniam facta suorum præpositorum oris gladio non sunt ferienda, etiam cum rectè reprehendenda videntur. Quoniam à prædecessoribus nostris, & reliquis multis sanctis episcopis statutum fore cognoscimus, vt oues pastores suos non facillè reprehendant, nec eos criminari vel accusare præsumant. Quia cum in præpositos delinquimus, eius ordinationi, qui nobis eos prætulit obuiamus. Vnde Moyses. [Nec contra nos est inurmur vestrum, sed contra Deum. Nos enim quid sumus?] Quapropter admonendi sunt subditi, vt iusque ordinis viri, vt cum magistrorum facta conspiciunt, ad suum cor redeant, & de eorum increpationibus non præsumant. Quia [non est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum.] Vide etiam, *Obedientiæ*, num. 29.

Idem.

10. **EXOD. 17.** *Da nobis aquam, &c.* Quid iurgamini contra me, & cur tentatis Dominum. CAIET. Duo mala commisit hic populus, alterum iurgij aduersus Moysen, alterum tentationis aduersus Deum, dicendo, vt infra dicitur. [Est-ne Deus in nobis, an non?] Verè enim tentabant vertendo in dubium propter penuriam aquæ vtrum Deus esset gubernator eorum. HUGO DE S. VICTORE. Vel tentare dicuntur Deum, quia postulauerunt aquam ad experiendum, an eos diligeret Deus. LIPOMANVS. Vel quia experiri voluerunt ipsius potentiam si potum quoque suppeditare posset in eremo, sicut panem, & carnes. Vbi obserua murmuratores superiorum appellari tentatores Dei.

Murmuratio prohibetur in octauo præcepto Decalogi.

11. **EXOD. 20.** *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.* D. THOM. IN OPVS. In communi autè locutione peccant aliquando contra hoc præceptum quinque genera hominum. *Primum detractores*, iuxta illud *Roman. 1.* [Detractores Deo odibiles] quia nihil est ita charum homini sicut fama. Melius est enim bonum nomen quam dititæ multæ. Detractores autè auferunt hoc. Vnde Sapiens, *Ecclesiast. 10.* [Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit.] Vnde si famam non restituant, saluari non possunt. *Secundo, qui detractores libenter audiunt*, contra illud *Ecclesiast. 28.* [Sepi autem tuam spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis.] Quia imo detrahenti ostende vultum tristem & toruum, iuxta illud. [Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.] *Tertio, susurratores*, qui scilicet recitant quidquid audiunt. Vnde Sapiens, *Proverb. 6.* [Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius, scilicet eum qui seminat inter fratres discordias.] Et rursum. [Susurro, & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes,] & multa quæ sequuntur. *Quarto blanditores*, id est adulatores. Vide *Adulatio*, num. 6. *Quinto, murmuratores*, & hoc maxime abundat in subditis. Vnde Apostolus, *1. Corinab. 10.* [Neque murmuraueritis, &c.] & *Sap. 1.* [Custodite vos à murmuracione quæ nihil prodest,] & rursum. [Patientiā lenietur princeps, & lingua mollis constringit duritiam.]

Contra murmurantes in superiores imò in Deum.

12. **EXOD. 26.** *Facies & saga cilicina, &c. operimentum aialind de pellibus, &c.* GREGOR. 25. *Moral. cap. 22.* Sunt nonnulli qui cum rectores suos temporalia age-

re, & terrena considerant, mox ordinem supernæ dispositionis accusant, quod nequaquam bene ad regendum prælati sunt. Sed hi nimirum dum temperare se à rectorum suorum reprehensione negligunt, culpæ suæ exigentibus meritis vsque ad reprehensionem conditoris excedunt, &c. Vide *Prælati*, num. 14. & *infra*. Nequaquam ergo contra rectorem suum exteriora agentem murmuret is, qui intra Ecclesiam sanctam, iam spiritualiter fulget. Si enim tu securè interius vt coccus rutilas, cilicium quo protegeris cur accusas?

Murmuracionis grauitas prohibetur.

13. **LEVIT. 19.** *Non eris criminator, nec susurro in populo.* LYRANVS. Id est, detegens crimen proximi tui manifestè, nec occultè. *ÆSICHIVS.* Septuaginta verterunt. [Non ambulabis in dolo in gente tua.] Ponderat idem *Æsichius* quod *David Psalm. 5.* coniungit hoc crimen homicidio. [Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus.] Dolus enim est occultus gladius. Vt videlicet dolum fugiamus, qui tanto crimini est coniunctus. De hoc crimine ait *BERNARD.* Quod vno vulnere tres confodiant, videlicet se ipsos, eos de quibus dicunt, & eos qui audiunt.

Idem.

14. **NUMER. 12.** *Locuta est Maria, & Aaron contra Moysen propter uxorem eius Aethiopiissem.* PETER. LOMBARD. Maria ista quæ contra ducem populi Dei murmurat, illam designat animã quæ nec Deum timet, nec homines reueretur, quæ contra Deum murmurat, & suorum præceptis nõ obtemperat prælatorum. Fœdatur ergo vitiorum lepra cum eius inobedientia, & pertinacia publicatur. *Sequitur infra.* *Iratisque contra eos abiit, nubes quoque recessit, quæ eras super tabernaculum, & ecce Maria apparuit candens quasi nix.* ORIGEN. *homil. 7. in Numer.* Prius iratus abiit, & recessit nubes, quod Maria repleatur lepra, vt ostendatur, quia si est in aliquo gratia Spiritus sancti, & obtreçat & retrahit, recedit ab eo post obtreçtationem, & lepra repletur anima eius. Timeamus & nos ne forte fugemus à nobis hanc nubem, malè cogitando, malè loquendo, malè agendo, & appareat in nobis lepra peccati.

Murmurantes, sibi nocent, & aliis profunt.

15. **IBIDEM.** *Ac non ralis seruum mess Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est.* ORIGEN. *Ibid.* Audite quantum beneficij conferunt obtreçtantes. Nunquam enim inuenimus Dominum tantum laudasse Moysen quantum tunc, cum detrahitur. Vide quid sibi pœnæ obtreçtantes contulerunt, quid illi laudis; sibi turpitudinem, illi splendorem, sibi lepram, illi gloriam.

Murmurantes, à laudibus quandoque incipiunt.

16. **NUMER. 13.** *Qua reuera fuit lacte, & melle, &c. sed cultores fortissimos habet.* LYRANVS. Incepit narrationem à commendatione terræ, vt magis crederet eis populus postea in detrahendo de ea. Sicut detractor aliquando incipit à commendatione personæ cui vult detrachere, vt inclinet corda audientium ad credendum quod in dicendo mala de illa persona non moueatur odio, sed veritatis amore: & sic sibi magis credatur. *OLEASTER.* Vide quàm ad vitium conditio hic detractorum depingatur. Sic solent huius rei artifices. Caue ergo vit Dei ne te terra lacte, & melle manante decipiat, vt postea dicat. [Stirpem Enacim vidimus ibi, &c.] [Fili mi (ait Salomon, *Proverb. 1.*) si te lactauerint peccatores, non acquiescas eis. Non dixit, si apud eos detraxerint, sed si te lactauerint, ac si aper-

tius dicere. Si volentes proximo aut terræ detrahere, dixerint lacte, & melle manare, sicut & isti, non acquiescas eis. Sicut fecit Caleb: *Compefcens murmur populi qui oriebatur contra Moyfem, ait: ascendamus, & possideamus terram; quoniam poterimus obtinere eam.* Dicebant item murmuratores. *Terra quam iustrauimus deuorat habitatores suos.* LYRANVS. Dicunt Rabini quod exploratores isti viderunt in qualibet villa homines sepeliētes mortuos suos. Quod Dominus faciebat ad bonum filiorum Israël, vt pauci remanerēt ad pugnandum cum eis, & ipsi reuerterent ad malum populi Israël. Et hoc de more habent detractores. Semper ad peiorem partem inclinatur. Sed audi finem illorum. *Cap. 14. Detrahentes terra quod esset mala mortui sunt, & que percussi in conspectu Domini.* LYRANVS. Id est, subitò, & horribiliter ad terrorem a horum ex sententia Domini. *Iosue autem, & Caleb vixerunt ex omnibus.*

Murmuratores, solos defectus considerant.

17. **N**VMER. 23. *Veni mecum in alterum locum ubi partem Israël videas, & totum videre non possis, & inde maledicito ei.* GLOS. ORD. Putat enim perterritum Israël multitudinem, & ideo non ausum maledicere, & mutationem loci sibi prodesse. *Hac illa.* Et hoc proprium est detractorum, non aspicere totum, sed partem vt malè dicant. Si quid boni vident, auertunt oculos, & partem malam intuentur. GLOS. ORD. Demens putauit Israëliticam gratiam loci abiectione posse celari, nesciens quia non potest ciuitas abscondi supra montem posita.

Contra murmurantes in superiores.

18. **R**EG. 24. *Surrexit ergo Dauid, & praeiudic oram chlamydis Saül sileter.* GREGOR. 3. p. Pastor. cap. 5. *Quid per Saül, nisi mali rectores, quid per Dauid nisi boni subditi significantur? Quem tamen Dauid ferire metuit, quia piæ subditorum mentes ab omni se peste obrectationis abstinentes præpositorum vitam nullo linguæ gladio percutiunt. Si quando propter infirmitatem, se abstinere vix possunt, extrema quædam, atque exteriora præpositorum mala reprehendentes, sed tamen humiliter loquuntur, & quasi oram chlamydis sileter incidunt. Sequitur & post hæc: Percussit Dauid cor suum eo quod abscessisset oram chlamydis Saül.* Et subditi tales, ad semetipsum redeunt, sèquæ de tenuissima laceratione reprehendunt. *Hac Gregor.* Imo notandus respectus ipsius Dauid erga Saül. *Propitius (inquit) sit mihi Dominus ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini.* & infra. *Quoniam Christus Domini est.* Et inferius appellat eum, *Domine mi rex, & inclinans se Dauid pronus in terram adorauit.* Postea appellat eum, *Pater mi,* & coram eo humiliatur. *Quem persequeris rex Israël, quem persequeris? Cuius mortuum persequeris, & pulicem vnum?*

Idem.

19. **R**EG. 2. *Benedixit vos à Domino qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saül, & sepelisset eum, &c.* GLOS. MORAL. Per istos qui sepelierunt Saül significantur illi qui cooperire student turpitudinem superioris sui, qui hic benediciuntur. Vnde *Genes. 9. Sem, & Iapheth operientes verenda patris sui receperunt benedictionem; Cham autem reuelans, maledictionem.*

Idem.

20. **R**EGVM 6. *Extendit Oza manum ad arcam Dei, &c.* GREGOR. lib. 5. Moral. cap. 10. *Quid est mens iusti, nisi arca testamenti? Quæ gestata à bobus*

calcitrantibus inclinatur. Quia nonnumquam etiam qui bene præest, dum subiectorum populorum compassione concutitur, ad dispensationis condescensionem ex sola dilectione permouetur. Sed in hoc, quod dispensatorie agitur, inclinatio ipsa, fortitudinis casus putatur imperitis. Vnde & nonnulli subditi contra hanc, manum reprehensionis mittunt, sed à vita protinus ipsa sua temeritate deficiunt. Leuites ergo quasi adiuuans manum extendit, sed delinquens, vitam perdidit. Quia dum infirmi quique fortium facta corripunt, ipsi à viuentium sorte reprobantur, & quid est iustum de sua condescensione velle corrigere, nisi inclinatum arcam superba reprehensionis manu releuare? Sed perdit vitam qui arcam Dei tumidè subleuat: Quia nequaquam quis sanctorum corrigere recta præsumeret, nisi de se prius meliora sensisset. Vnde rectè Oza Leuites dicitur, quod videlicet *robustus Domini* interpretatur, quia præsumptores, nisi robustos se in Domino crederent, non meliorum facta, vel dicta, velut infirma iudicarent.

Murmuratio vitanda.

21. **C**HRYST. Oratione 5. contra Indeos. Moneo, vt illos rumores augeamus qui res nostras attolunt. Opera enim Dei reuelare, & confiteri, honorificum est, dixit Raphaël. Non autem illa fratres exaggeremus, quæ toti soliditati dedecus offendunt. Contra, si quid audierimus boni, apud omnes proferamus, si quid verò mali, prauitque, apud nos ipsos occultemus, idque vt tollamus, nihil non faciamus.

Detractionis malum, vniuersale.

22. **E**XOD. 8. *Percutite puluerem, & erumpent scyniphes etiam in hominibus quam in iumentis.* STEPHAN. Scyniphes sunt fermones detractoris. Hoc animal modicum est, & inquietum, magna impetit, & acriter pungit, lingua enim modicum membrum est, & magna exaltat. Virga Aaron est directio sermonis Domini, hac debet percussus puluis, id est, vita malorum reprehendi, & sic nascantur scyniphes, quia dum impius acriter reprehenditur, vel occulte tibi detrahit, vel in aperto contumeliam facit. *Et erunt in hominibus, & iumentis.* Id est, verba detractionis in omnibus regnant tam in prælatis, quam in subditis. *Hoc autem non potuerunt magi facere.* Quia bonis detrahitur, non apertè malis, aut miseris. Soli enim miseri, invidia carent. *Dignus Dei est hic.* Quia operatio bona est occasio detractionis.

Murmuratio prohibetur.

23. **L**EVIT. 19. *Non eris criminator, nec susurro in populo.* RADVLPHVS. Criminator dici potest qui alieno delectatur improprio, & interdum etiam quæ non nouit, libenter proximis crimina imponit. Cum autem scriptum sit: *Iustus in principio, accusator est sui:* Manifestum est, quàm odiosum sit, vt quis vitiorum suorum negligens, aliena sollicitus inquirat, agnita insultando proferat: ea etiam quæ sibi non cludent tanquam iam probata sint, criminandi voluptate, vera esse decernat. Susurrones vero sunt, qui in faciem blandi, proximorum mala, latenter aliis insusurrant, de quibus Salomon, [Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui detrahit.] & Apostolus. [Detractores Deo odibiles.]

Detractor quantum in se est perimit charitatem.

24. **I**EREM. 9. *Ascendit mors per fenestras nostras.* BERNARD. Tunc mors per fenestras nostras ingreditur, cum prurientibus auribus, & oribus lethale populum detractionis inuicem nobis ministrare contendimus.

tendimus. Non veniat anima mea in consilio detrahentium; quoniam Deus odit eos, dicente Apostolo. [Detractores Deo odibiles.] Nec mirum cum id præcipue vitium charitatem, quæ Deus est, cæteris acrius impugnare, & persequi cognoscatur. Omnis enim qui detrahit, primum quidem, se ipsum prodit vacuum charitate, deinde quid aliud intendit, nisi vt is, qui detrahitur, veniat in odium, vel contemptum ipsis apud quos detrahitur? Ferit ergo charitatem in omnibus, qui audiunt, lingua maledica, & quantum est in se, necat funditus, & extringit. Non solum autem si in absentibus vniuersis, ad quos volans verbum forte per eos qui presentes sunt, venire contigit.

De malo murmurationis.

25. **L**VC. 23. *Et facti sunt amici Herodes & Pilati.* BERNARD. Sunt nonnulli qui inuent familiaritatem ad maledicendum, concordem ad discordiam. Conciliant inter se inimicissimas amicitias, & pari consentaneæ malignitatis affectu celebrat odiosa collatio. Torquentur in bonis sociorum suorum, malis pascuntur. Videas ambulare seorsum, & sedere pariter, moxque laxare procaces linguas in detestandum susurrum. Vna vni coniungitur, nec spiraculum incedit in eis. Tanta est detrahendi libido, aut audiendi detrahentem. Conuenientibus sic in vnum non est iam dominicam cœnam manducare, sed magis propinare, & bibere calicem dæmoniorum, dum importantibus linguis aliorum perditionis virus, aliorum aures intrantem mortem libenter excipiunt. Detalibus habes in psalmo: [Detrahentem secered proximo suo, hunc persequeris, &c.] Vides quam facile, & in breui, ingentem multitudinem animarum velociter currens sermo, rabe malitiæ huius inficere possit. Propterea dicit de talibus per os Dauid Spiritus sanctus. [Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est. Veloces pedes eorum, &c.] Vtique tam veloces, quàm velociter currit sermo. Vnus est qui loquitur, & vnum tantum verbum profert, & tamen illud verbum vno in momento multitudinis audientium dum aures inficit, animas interficit. Cor si quidem felle liuoris amarum per linguæ instrumentum spargere non amara non potest, dicente Domino, [Ex abundantia cordis os loquitur.]

De triplici specie detractionis.

26. **I**DEM BERNARD. Sunt autem tres species 1. pestis huius. Alij quidem nudè, & apertè, & irreuerenter, vti in buccam venerit virus euomunt detractionis. Alij quodam simulato verecundæ succo, conceptam malitiam, quam retinere non possunt, obumbrare conantur; videas alta præmitti suspiria, sicque quadam cum grauitate, & tarditate, vultu mæsto, demissis superciliis, & voce plangenti egredi maledictionem; & quidem tanto persuasibiliorem, quanto creditur ab iis qui audiunt, corde contrito, & magis condolentis affectu quàm malinosè proferri. Doleo, inquit, vehementer pro eo quod diligebam cum factis, & nunquam potui de hac te corrigere enim, & alius. Mihi quidem bene cognitum erat illud, de illo per me nunquam innotuisset. At quoniam per alterum patefacta res est, veritatem negare non possum; dolens dico, reuera ita est, & addit, Grande damnum. Nam aliàs quidem in plurimis valet, cæterum in hac parte (vt verum fatear) excusari non potest.

Detractionis malum.

27. **E**CCLSIAS. 10. *Serpens qui non in edito sibi lo mordet, per omnia detractori similis est.* EVSEBIVS EMISSIVS in exhortatione ad plebem. Refugiamus

mendacia, obrectationes, maledicta, peritua. Sicus enim sunt virulenti herbarum succi: ita sunt venena verborum. Sicut est langor, & lepra corporis, ita prurigo obrectationum lepra probatur esse animarum.

Murmuratio unde originem trahit.

28. **C**HRYST. Homil. 43. in Matth. Quemadmodum vomitum laborantes, principio quidem detinere intus egredientes humores nituntur, cum verò fastidio victi succubuerint, magnis singulibus è profundo omnia eructant: sic qui praua consilia in proximos versant, cum malignitatem mentis ferre nequeant, obrectationis saniem euomunt.

A murmuratore fugiendum.

29. **C**HRYSTOM. Homil. 3. ad pop. Antioch. Si quis, te prætereunte, stercus commoueat, hoc fac, & circa detractores. Non enim sic commotum sterqus illum fetorem suscipientem cartilaginem percussit, sicut aliena peccata excussa, & vira impota, audientium animos prodita contristare, & perturbare solent. *Idem ibid. homil. 12.* Mallem cum homine cœnum edentem mensam communicare, quàm cum contumelioso. Non cernit is porcos sterco edere? Sic & isti. Quid enim scædius verbis, quæ contumeliosi loquuntur.

Non detrahendum proximo.

30. **C**HRYSTOM. Homil. quod periculosum est, *cadere sp. Etacula.* Quemadmodum si infles scintillam ignis, excitas incendium, contra verò si expuas, extinguis: vitrumque tibi in manu est; quoniam vitrumque ex ore tuo proficiscitur. *Idem fit si conuictis asperferis proximum, si inflatos ac vecordes ingras sermones, priusquam excandescat, omnem iram extinxeris.*

Detractor non audiendus, nec admittendus.

31. **H**IERONYMVS ad Rusticum monachum. Sicut sagitta si mittatur contra duram materiam, non nunquam in mittentem reuertitur, & vulnera vulnerantem, illud quæ Psalm. 77. completur. *Facti sunt mihi in arcum pedum, & Eccle. 12. Qui mittit in alium lapidem, recidet in caput eius:* Ita detractor cum tristem faciem viderit audientis, imo ne audientis quidem, sed obturantis aures suas, ne audiat iudicium sanguinis, illicò conticefcit, pallet vultus, hærent labia, salua ticcatur.

Detractio contra iustos, solatium falsum peccatorum, & quomodo cessabit.

32. **I**DEM Epistola ad Furiam. Falsus rumor cito operimitur, & vita posterior indicat de prior. Fieri quidem non potest, vt absque morsu hominum, vitæ huius curricula quis pertranseat, malorumque solatium est bonos carpere: dum peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum. Sed tamen cito ignis stipulæ conuiscit, & exundans flamma deficientibus nutrimentis paulatim emoritur. Si anno præterito fama mentita est, aut certè si verum dixit, cesset vitium, & cessabit rumor.

Detractor perimit charitatem. Vide Charitas, n. 2. 7.

NOBILITAS.

Nobilitas loci vel generis non prodest. 1. 6. Nobilitas, vt plurimum, superbiam gignit. 2.

Vera nobilitas, Virtus. 1. 3. 4.

Non fidendum in nobilitate maiorum. 5.

Religiosis non fidendum in sanctitate fundatorum. 5.

Nobilitas loci, vel generis, non prodest.

1. **GENES. 2.** Tulit ergo Dominus Deus hominem & posuit eum in paradiso, &c. **AMBROSIUS.** Idest. Tulit, & apprehendit eum virtus Dei, &c. Vide *Diligentia*, numer. 2. **CHRYSOSTOMUS.** Idest, illic voluit illum habere domicilium, & addit: voluptatis; vt excellentem voluptatem qua fruiturus esset inhabitando nobis declararet. **AMBROSIUS.** Extra paradysum vir factus est, & mulier intra paradysum, ille in inferiori loco, & tamen melior inuenitur; hæc autem in meliori loco, & inferior reperitur. Mulier enim prior decepta est, & virum ipsa decepit, vt aduertat quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratia sibi comparat. Vnde 1. ad *Timotheum*. 2. [Adam non est seductus, sed mulier seducta in præuaricatione fuit.]

Nobilitas superbiam generat.

2. **GENES. 6.** Gigantes autem erant super terram &c. **GRYPERTVS.** Gigantes vel cadentes, vt legit Hieron. in Hebræo, superbos significant. Ex eo enim superbientes erant, quod ex vtraque gente generosi, scilicet tam secundum Seth quam secundum Cain. Inde etenim Abalon materiam habuit superbiendi 2. Reg. 3. quod sanguis suus esset ex duobus regnis deriuatus. Mater enim eius Maacha filia fuit Ptolomæi regis Iessur, sed & Ismaël, quia consanguinitatem traherat duabus ex gentibus, quippe qui paterno genere Hebræus, materno autem erat Ægyptius, potens à seculo, fuit vir famosus, id est, homo ferax, siue superbus. Cadentes autem rectè dicuntur quicumque potentes sunt à seculo, viri famosi. Nam hoc ipsum superbiere, cadere est iuxta illud *Psalms*. 81. [Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.]

Vera nobilitas virtus.

3. **GENES. 6.** He sunt autem generationes Noe. Noe vir iustus erat, atque perfectus, &c. **CHRYSOSTOMUS.** Rarus & alienus genealogie modus. Loco parentum, atque auorum ait quod erat iustus atque perfectus. Vidisti admirabilem genealogiam. **AMBROSIUS.** Non generationis nobilitate, sed iustitia, & perfectionis merito laudatur. Probati enim viri genus, virtutis prospicitur. Quia sicut hominum genus, homines, ita animalium genus, virtutes sunt. Etenim familiarum hominum, splendore generis nobilitantur, animalium autem clarificatur gratia splendore virtutis. **CHRYSOSTOMUS.** super *Genes*. 19. Videtis quod Loth in Sodomis iustus & in monte incestuosus erat, sic ait. Sicut negligenti nihil prodest solitudo, ita prudens, ac vigil non offenditur etiam in media ciuitate impiorum viuens. Non enim locus nos virtute facit præditos; sed mens, & mores.

Idem.

4. **INDICVM. 5.** Audite reges, auribus percipite principes. **ORIGENES.** homil. 6. in *Iudices*. Exulta igitur popule Dei audiens tuæ nobilitatis insignia. Vocaris ad audiendum verbum Dei, non vt plebs, sed vt rex. [Tu es enim genus electum, & regale sacerdotium.] Vnde Christus rex vester: [dicitur Rex regum, & Dominus dominantium.] Sed si exultas de nobilitatis titulo disce quid agendo quisquam fiat rex. Regem te

ominum esse facis, si regnet Christus in te. Item. Si in te animus regnat, & corpus obtemperat, si vitia sobrietatis premas fræno, merito rex vocaris; quia rectè regis. Rex enim à regendo dictus est.

Non fidendum in nobilitate maiorum.

MOS 9. Nunquid non vt filij Æthiopum vos aestimabit filij Israël, ait Dominus. **P. DOCTOR RIBERA.** Hieronymus, & Rupertus ita exponunt. Omnium gentium creator, & Dominus sum. Æthiopes, & Palæstinos, & cæteras nationes æqualiter creauit, & pro arbitrio meo, huc, atque illic transfero; Ne erigamini in superbiam quod vos de Ægypto eduxerim quasi peculiarè populum meum. Quare qui æquali cõditione sunt à me creati; æquali iudicij mei sententia punientur si peccauerint, & æqualiter omnia regna subuertam. *Myssicæ.* Audiant hoc qui sæculi nobilitate superbiunt. Quis Abraham, Isaac, & Iacob gloriosior? At tantorum patriarcharum, quia maiorum, dissimiles erant Deus pro filijs Æthiopum habet, & quidem merito. Vt enim ait *Ambrrosius*. lib. de *Noe*, & *arca* cap. 4. Probati viri genus virtutis prospicitur. Quia sicut hominum genus homines: ita animalium genus virtutes sunt. Similiter & religiosi, si ad sæculum corde reuertantur, nihil prodest patrum suorum splendor. **BEATVS FRANCISCVS** aiebat quosdam suis virtutibus magnos, & nobiles extitisse, alios autem nihil faciendo, sed horum res gestas narrando, claros fieri velle. Imitemur igitur parentes nostros, ne sanctorum filij, supremo Iudicij filij Æthiopum simus. Ne illud *Isai. 63.* etiam experiamur. [Abraham nesciuit nos, & Israël ignorauit nos.] Omnes quoque Christiani qui Apostolorum filij sumus, sciamus opus etiam Dei esse. cæteras nationes, sicut & nos; & sicut illas disperdit Deus fieri quoque vt nos quoque perdat. Quia oculi Domini sunt super omne regnum peccans. Non quod omnino contriturus sit domum Iacob, id est, Ecclesiam: manebit enim vsque in finem, sed Ecclesia manente nos disperdere potest.

Ignobilitas non obest.

GENES. 10. De terra illa egressus est Assur, &c. 6. **GODAFRICVS.** Ninivem, & plateas ciuitatis, &c. **CHRYSOSTOMUS.** Animaduerte hoc, quod nihil offendit naturam nostram progenitorum malitia. Ninivitate enim misericordiam Dei sibi conciliarant, reuocata illius sententia; & tamen inter primos primogenitores habuerunt Cham parricidam, deinde Nemroth hominem tyrannum, & peruicacem; & Assur, &c. sed quia manifestam præ se tulerunt penitentiam, nihil illis obfuit progenitorum malitia; sed tantum sibi cælestis fauoris conciliarunt, vt vsque nunc celebraretur præclara eorum penitentia.

N O M E N.

Nominatum omnia nouit Deus etiam priuationes. 1.

Nomen habent iusti coram Deo, non item peccatores.

2. 3. 12.

Nominis impositio signum sapientie, & dominij. 3.

Prophetia Adæ in nomine uxoris. 4.

Nomina sanctorum pueris imponenda. 5.

Nomina quibus Deus imposuerit. 6. 8.

Nominis immutatio quid significet. 7. 9.

Nomen IESVS, 10. 11. 18. 20. 22.

Reuerentia erga nomen sanctum DEI. 13.

Iustos Deus nouit ex nomine. 14. 15. 16.

Nomina

Nomina alia CHRISTI. 17.

Nominis impositio, signum gratitudinis. 19.

De nominibus DEI. 21.

Deus nominatum omnia nouit, etiam priuationes.

1. **GENES. 1.** Appellauit lucem diem, & tenebras noctem. **AVGVSTINUS.** Appellauit, id est, ordinauit lucem in diem, & tenebras in noctem, ne aliquis intelligat esse aliam lucem quam diem, vel alias tenebras quam noctem. Ideo postquam dixit. *Diuisit lucem à tenebris*, addit, *appellauitque*, id est, ordinauit eandem lucem in diem, & eandem tenebras in noctem. Vel aliter appellauit, id est appellari fecit lucem diem, & tenebras noctem. Sicut dicimus, paterfamilias ædificauit domum istam, id est, ædificare fecit. **CAIETANVS.** Sic scripsit Moyses, vt manifestaret quod Deus est author non solum rerum naturalium, sed etiam artificialium, qualia sunt nomina. Item vt ostenderet quod Deus singularia non solum sensibilia; sed etiam priuationes, quales sunt tenebræ, intimè, & nominatum nouit, & proprio nomine vocat, secundum illud. [Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.]

Nomen habent iusti coram Deo, non item peccatores.

2. **GENES. 1.** Vocauitque Deus firmamentum caelum. **RUPERTVS.** Notandum quod de animantibus, quæ sine dubio prætereunt, dicitur infra, quod [adduxit ea Deus ad Adam vt videret quid vocaret ea. & omne quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius.] At rebus perpetuis, vt puta luci, tenebris, cælo, & mari; ipsemet Deus nomina imposuit, vt intelligamus temporalia omnia & transitoria, apud Deum nomine carere, etiã apud homines nomina habeant. Itè quod peccatores per animalia significari, etiam carent nomine in conspectu Dei. Vnde diues ille auarus in Euangelio nomine caret. Item Magdalena dum in peccatis erat. [Ecce mulier in ciuitate peccatrix.] Licet apud homines nomina habeant iuxta illud *Hieremias* 17. Recedentes à te, in terra scribentur. Iustorum autem nomina, vt pote æternorum, scripta sunt in libro vite, vt pote Ioannis Baptistæ. [Vocabis nomen eius Ioannem, &c.] Hæc fecit **RUPERTVS.**

Idem.

3. **GENES. 3.** Omne quod vocauit Adam anima viuentis, ipsum est nomen eius. **CAIETANVS.** Anima viuentis, dicit ad differentiam astrorum, quorum nomina seruata sunt Deo. Iuxta illud. [Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.] & ad differentiam cælorum, terræ, ac maris, quæ à Deo nomina sortita fuisse, scriptum est superius. **CHRYSOSTOMUS.** Vt ostenderet nobis, magnam Adæ sapientiam, vt cum præuaricatio mandati à Deo dati contingat, non putemus per ignorantiam peccasse, sed ex desidia, & quod magna sapientia præditus fuerit, disce ex impositione nominum. **EVCHERIUS.** Vt ostenderet quanto priuilegio homo peccatoribus antecelleret qui ratione sua cuncta distinguere, & nominatum discernere posset. **CHRYSOSTOMUS.** Rursum vt symbolum dominij per nominum impositionem cognoscat. Nam & hominibus mos est hoc facere in signum dominij, vt cum seruos emserint, ipsorum nomina mutant. Vnde & Adam instruit, vt tanquam dominus omnibus brutis nomina indat. Vide *Deum*, num. 21. ex eodem *Chrysof.*

Prophetia Adæ in nomine uxoris.

GENES. 2. Hæc vocabitur vxoro, quia de viro assumpta est. **CHRYSOSTOMUS.** Spiritus sancti dono afflatus Adam, & accepta prophetie gratia, hæc loquitur. Nam somno correptus, nihil istorum senserat. **LIPOMANVS.** Theodotio aliam etymologiam suspicatur. [Hæc vocabitur assumptio quia ex viro sumpta est.] Potest enim mutato accentu in nomine Hebræo assumptio verti. **RABANVS.** Adam mulierem de sua carne creatam, nominis sui participem fieri voluit, quia & Dominus noster *IESVS CHRISTVS* æquè Ecclesie, quam per sui corporis, & sanguinis pretium redemit, sibi que adoptauit in sponsam, participium sui nominis donauit, vt à Christo videlicet, Christiana vocaretur, & ab *IESV*, id est, Saluatore, salutem consequeretur æternam.

Nomina sanctorum, pueris imponenda.

GENES. 4. Quem vocauit Enos, iste cepit inuocare nomen Domini. Nomina sanctorum filijs esse imponenda, Vide verbum *Filij*, nu. 2. ex *CHRYSOSTOMO.*

Nomina quibus Deus imposuerit.

GENES. 16. Et vocabis nomen eius Ismael. **CAIETANVS.** Non prætereas quod nulli hominū ante Ismael Deus nomē dedit; ipse siquidem primus inter homines sortitus est nomen à Deo: & cum hac tam noua, ac nō parua gratia nescitur bonus ne, an malus fuerit. Vt ex diuina gratia gratis data, nullus gloriatur, nullus laudetur, nullus speretur bonus. **LIPOMANVS.** Præter Ismael autem sunt & duo alij quibus in veteri testamento ante illorum natiuitatem nomen impositum est, scilicet Isaac, vt patet cap. sequenti, & Iosias, vt patet 3. Reg. 13. In nouo quoque testamento sunt alij duo, videlicet Christus Dominus, & Ioannes Baptista, vt patet *Luci*. 1. Verumtamen & nomen Cyri regis Persarum diu ante eius conceptionem per Isaiam prædictum fuit iuxta illud *Isai. cap. 45.* [Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, &c.] Sed in his verbis nomen Cyri prophetatum potius videtur, quam probatum, aut institutum.

Nominis immutatio quid significet.

GENES. 17. Nec vltra vocabitur nomen tuum 7. Abram, sed appellaberis Abraham. **INTERL.** Mutato affectu, mutatur & nomen. Quid significetur hac mutatione, vide verbum, *Christus*, nu. 4. Item eodem cap. *Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram.* **HERON.** Causa ita nominis immutati hæc est. Quod antea dicebatur princeps mea, vnus tatum domus materfamilias, postea verò dicitur absolutè princeps: omnium quippe gentium futura iam princeps est. **AVGVSTINUS.** 6. De ciuitate cap. 28. De nomine mutato Saræ non est reddita ratio. sed sicut aiunt qui scripserunt interpretationes nominum Hebræorum, *Sarai* interpretatur, princeps mea, *Sara* autem virtus. Vnde *Apostolus*. [Fide & Sara virtutem accepit ad emissionem seminis.] **AMBROSIUS.** Sara ante circumcissionem viri, in huius literæ adiectione, non mediocri reuerentia benedicitur, vt principatum virtutis, & gratiæ haberet, vt in ipsa typus non synagogæ, sed Ecclesie cõstitueretur. & super illud *Genes*. 23. *Appendit Abraham pecuniam quam Ephron postulanerat*, ait **HERONYMUS.** Postquam pretio victus est Ephron vt sepulchrum venderet argento licet cogente Abraham apud Hebræos, O, litera de eius nomine est ablata, & pro *Ephron* appellatus est *Ephraim*, significante scriptura, non cum fuisse consummata, perfectæque virtutis, qui potuerit memorias vedere mortuo

mortuorum. Sciunt igitur qui sepulchra venditant, & non coguntur, ut accipiant pretium, sed à nolentibus quoque extorquent, immutari nomen suum, & perire quid de merito eorum, cum etiam ille reprehendatur occultè qui inuitus acceperit.

Nomina quibus Deus impofuerit.

8. **GENES. 17.** *Vocabifque nomen eius Isaac.* **H E B R O N.** Sciendum quod quatuor in veteri testamento, absque villo velamine nominibus suis antequam nascerentur vocati sunt. *Ismael, Isaac, Salomon & Iofias.* Lege scripturas. *Isaac* interpretatur *risus*, sic appellatus quoniam riserit Abraham pater eius. **R V P E R T V S.** Vel quia ridebit in nouissimo progenies Abraham, &c.

Nominum mutatio quid significet.

9. **GENES. 35.** *Non vocaberis ultra Jacob, sed Israël erit nomen tuum.* **R V P E R T V S.** Triformis fuit positio vocabuli, seu nominis appellatio, in his tribus patribus Abraham, Isaac, & Jacob. Abraham namque Deus tantummodo adauxit nomen, Isaac rotum nomen antequam nasceretur immutabiliter posuit, Jacob autem totum nomen commutauit, *Israël* eum appellando. Quia Abraham anterioris, Jacob posterioris figuram tenuisse populi, medium autem Isaac Christi, qui vtrumque populum in seipso velut duos parietes coniunxit, lapis angularis, significabant. Anterior namque populus priusquàm Christus veniret aliquid habuit vitæ vel iustitiæ, [quia notus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius.] Posterior verò, qui ex gentibus est, nihil boni habuit cum seruiret dæmonibus, eique dicitur per prophetam. [Non populus meus vos.] Ideò igitur nomen Abraham vna tantum syllaba adactum est, Jacob autem in Israël nomen omnino est permutatum. Quia videlicet anterior Hebræorum populus qui ex fide patrum iustificabatur, sed arcebat à paradisi ingressu, vno tantum augmento indigebat ut in Christo perficeretur. Posterior autè gètium populus inchoationem pariter, & perfectionem vitæ vel iustitiæ de Christi sumpfit aduentu. Porro nomen Isaac nec actum, nec commutatum, imò nec ab hominibus positum, sed antequam nasceretur, ore Dei nominatum est; quia profectò Christi iustitia, nec augeri vquam indignit nec minui potuit. Nec enim ex accidenti dono est, sed antequam in terris appareret, ipse iustitia, ipse vita, ipse Deus, & Dei filius erat.

Nomen IESVS.

10. **GENES. 41.** *Et vocauit eum lingua Egyptiaca Saluatorem.* **I N T E R L.** Ut rectius gereret Christi similitudinem, qui saluator non modo Egypti, sed totius mundi dictus est. [Ipse enim (inquit angelus ad Ioseph) saluum faciet populum suum à peccatis eorum.] & *Isaas.* [Mittet eis saluatorem, & propugnatores qui liberet eos.] & *infra. Itè ad Ioseph & quid ipse vobis dixerit facite.* **I N T E R L.** Quia in angustia spiritualis famis consilium vnicum est, ut recurramus ad horrea Ioseph, id est, sanctas scripturas à sanctis patribus nobis ad consolationem sapientiæ reseruat. **R V P E R T V S.** Nos ita de illius dictum sciamus potentia, & pariter nouerimus quod nemo nisi propter nomen Domini nostri Iesu Christi consequi potest à Deo vitæ æternæ alimenta. [Non enim est in aliquo alio salus (ait Petrus) neque nomen aliud sub celo datum est hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri] & ipse dicit. [Nemo venit ad patrem, nisi per me.] *Et Ioannes Baptista.* [Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.]

Idem.

GENES. 49. *Salutare tuum expectabo Domine.* **G R E G O R.** Super Ezechiel. homil. 8. In Hebræo habetur *Iesvs*, loco salutare, in quo verbo beati Iacob mens ostenditur, quomodo Iesu desiderio ardebat qui se moriens expectare perhibebat. **L I P O M A N V S.** In Chaldaica clarè, & dilucidè id ostenditur. Habet enim. [Salutare tuum expecto Domine.] Dixit pater noster Iacob. Non expecto salutare Gedeò filij Ioas quæ est salus temporalis, nec salutare Samson filij Manue quæ est salus transitoria, sed expecto redemptionem Christi filij David qui venturus est ad asserendum sibi filios Israël, cuius redemptionem desiderat anima mea. Hæc illa.

Nomen habent boni apud Deum, non item mali.

EXOD. 1. *Hæc sunt nomina filiorum Israël &c.* **E S T E P A N V S.** Id est honorum; Soli enim boni habent nomen. Vnde diues non nominatur quasi ignotus Domino, pauper verò tanquam familiaris Lazarus nominatur. De malis dicitur, Vocauerunt nomina sua in terris suis. Econtrario de bonis, Gaudente quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Vnde in confirmatione, & baptismo, & circumcissione, puero nomen imponitur, ac si dicatur; Soli mundi iustitius, nomen habent.

Reuerentia erga nomen Dei.

EXOD. 20. *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* **E** De reuerentia erga diuinum nomen; vide verbum, *Iuramentum*, n. 9. & 10. **EXOD. 22.** *Diis non aduabes.* **C Y R I L L V S.** lib. 12. super Ioannem. Vel Deos non maledices, quia nomen Dei etiam si falsò quibusdam imponatur, honorandum tamen putauit. Nec creaturas colere idcirco iussit, sed Deitatis nomen venerari.

Bonos Deus nouit ex nomine.

EXOD. 31. *Ecce vocauit ex nomine Beseleel &c.* **I N T E R.** Tanquam mihi charum, & notum. **L I P O M A N.** His verbis significat Dominus se tantam curam nostri agere, ut etiam nomina nostra reneat, & ex nominibus nos agnoscat. Felicem se iudicat qui in tantâ venit claritudinem ut non tantum de facie, sed etiam ex nomine suo Romano imperatori, regi, aut alij monarchæ notus sit: quanto autem felicior iudicandus est quem Deus summus omnium monarcha ex nomine suo nouerit? Vnde Dominus consolatur Israel, ait *Isa. 43.* [Noli timere quia redemi te, & vocauit te nomine tuo.] & *ca. 49.* [Christus ait. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ, recordatus est nominis mei.] Similiter apud Lucam inquit. [Gaudete quod nomina vestra scripta sunt in cælis.] Nouit autem Dominus Deus nomen nostrum, si nos nomen nostrum Christo tradiderimus, & Christo per fidem, & bona opera coniuncti simus. Si verò nomen nostrum impietibus, & flagitiis fordidauerimus, tã apud homines, quam apud Deum nomen nostrum fœtebit, & ignotum erit.

Idem.

EXOD. 33. *Inuenisti gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine.* **L I P O M A N.** Dicunt Hebræi verbum istud *noui* te ex nomine, magnam præ se ferre diuinæ maiestatis dignationem, id quod ex Evangelico illo verbo discitur, sensu tamen opposito. [Non enim est vos, discedit à me operari] iniquitatis.] **G R E G O R.** in. 7. *Psal. pœnit.* Scire Dei, approbare est, sed noscitur est reprobare. Moyfi namque dicit: [Noui te ex nomine.] & reprobis in fine dicitur est. [Nescio vos.] **R V P E R T.** Sed quoniam ex nomine Deus nouit il-

lum

lum, nunquid ex eo tantum quod filia Pharaonis imposuit illi vocans eum Moyses, dicens quia de aqua tuli ipsum? Sed quid magnum est quempiam à Deo taliter cognosci, vel cõPELLARI ex nomine, cum etiam impios hoc modo cognoscat? Igitur cum dicit [te ipsum noui ex nomine,] [subaudiendum est, [Dei,] quod inuocatum est super te. Ex hoc enim nomine, Deo notus est omnis, qui scriptus est in libro vitæ. Vnde *Apoc. 3. de victore dicitur.* [Et scribam super ipsum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem, quæ descendit de celo à Deo meo, & nomen meum nouum.] Isto ex nomine, & Moysen, & omnem electum Deus agnoscat hominem. Sed vnum, idemque nomen cum sit, quare variis literis scribit? Vt in alio aurea, in alio argentea, in alio rursus purpurea, siue candida scriptura laudetur? Multa quippe sunt dona nominis Domini, nec vni cum tribuuntur quantum quisque Deum agnoscat, tantum in eo fulget nomen Domini. Nomen quippe à notione dictum est, & vnum itaque nomen Domini est, quod super nos ille scripsit, & multa sunt nomina de quibus idem nos agnoscat. Hinc est quod pluraliter dicit. [In hoc gaudente, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.]

Idem.

16. **I B I D E M.** **H V G O D E S. V I C T O R E.** Magnum signum est dilectionis, quod rex non negligit seruuum suum, eius proximum nomen cognoscit, & eo illum ad se vocat. Ita hic de Deo, & Moysè intelligendum est, quod dederat ei Deus specialem gratiam præ cæteris, sicut proprium nomen specialem proprietatem significare habet. **D. T H O M.** super 1. *Cor. cap. 8.* Si quis diligit Deum, & cum charitate scientiam habet, hic cognitus, id est, approbatus est ab eo. Nouit enim Dominus qui sunt eius. 2. *ad Timoth. 2.* **G R E G O R.** in 1. *Reg. cap. 14.* Quem singulariter Redemptor diligit, quem singulari dignitate ad perpetuam hereditatis possessionem nutrit, cum frater eius asseritur, singulari numero declaratur. Vnde & ad Moysen quasi ad singularem amicum dicit: [Noui te ex nomine.] Hinc est quod de Ioanne in Evangelio dicitur. [Hic est discipulus ille quem diligebat Iesus.] Qui enim omnes discipulos valde diligebat, dum hunc diligere dicitur, frater singulari numero demonstratur.

Nomina alia Christi.

17. **D E** nomine Christi magni consilij angelus, Vide *Christus*, num. 12. & 13. Vide etiam idem verbum de aliis nominibus.

Nomen IESVS.

18. **R E G V M 4.** *Tolle baculum, &c.* **B E R N A R D.** Habuit Iudæa quosdam Iesus quorum vacuis gloriabatur vocabulis, qui quidem præmissi tanquam baculus ad mortuum praueniens prophetam fuerunt. Superpositus mortuo baculus est, & non erat vox, nec sensus, quoniam baculus erat. Descendit qui baculum misit, & saluum fecit populum suum à peccatis eorum probans se esse verum Iesum. **A V G V S T.** *Ser. 206. de tempore.* Baculus sine Christo flagellare Egyptum potuit, de peccato verò liberare, vel resuscitare non potuit, opus erat ut qui baculum miserat, ipse descenderet. Baculus sine Eliseo nihil valebat; quia crux sine Christo nihil poterat, &c. **B E R N A R D.** Veteres illi Iesus nec lucent, nec pascunt, nec medentur, sicut Iesus Dominus meus cuius nomen lucent predicat, pascit recogitatum, inuocatum lenit, & vngit. Percutramus per singula. Vnde putas in toto orbe tanta fidei lux nisi de prædicato Iesu? In huius no-

minis luce nos vocauit Deus in admirabile lumen suum, & nos aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, & Paulus ad hoc electus ut portet nomen meum coram regibus, &c. qui fuit lux super candelabrum annuncians in omni loco Iesum Christum & hunc crucifixum. *Pascit recogitatum.* Nec tantum est lux nomen Iesus, est & cibus. An non totus confortaris quoties recordaris? Quid æquè mentem cogitantis impingat? Reparatur sensus, virtute roboratur, vegetat mores bonos, atque honestos, castas fouet affectiones. Aridus est omnis cibus animæ, si non oleo isto infunditur, insipidus, si non hoc sale conditur. Si scribas non sapit mihi, nisi ibi legero Iesum; si disputes, aut conferas, non sapit mihi nisi fouerit ibi Iesus. Iesus, mel in ore, melos in aure, in corde iubilus. *Inuocatum lenit, & vngit,* est enim medicina. Tristatur aliquis vestrum, veniat in cor Iesus & inde saliat in os, & ecce ad exortum nominis lumen, nubilum omne diffugit, redditur serenum. Labitur quis in crimen, insuper currit ad laqueum desperando, nonne si inuocat nomen vitæ, confestim respicabis ad vitam? Cui aliquando stetit ante faciem nominis salutaris, duritia, ut affolet, cordis, ignauitæ torpor, tanquam animi, langor acedia? Cui fors fortè siccatum lachrymarum, inuocato Iesu, non continuo erupit vberior, fluxit suauior? Cui in periculis palpitanti, & trepidanti, inuocatum virtutis nomen non statim fiduciam præstitit, depulit metum &c. Nimirum morbi, & langores animæ isti sunt, illud medicina. Denique & probare licet. Inuoca me, ait, in die tribulationis, eruum te, & honorificabis me; nihil ita iræ impetum cohibet, superbiæ timorem sedat, sanat lioris vulnus, restringit luxuriæ fluxum, restringit libidinis flammam, sitim temperat auaritiæ, ac totius indecoris fugat pruriginem. Siquidem cum nomino Iesum, hominem mihi propono mitem, & humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem, & omni denique honestate, & sanctitate conspicuum, eundemque ipsum Deum omnipotentem, qui suo me & exemplo sanat, & roborat adiutorio, &c. Hoc tibi electuarium habes, o anima mea, reconditum in vasculo vocabuli huius, quod est, Iesus, salutarium certè, quodque nulli vnquam pesti inueniatur inefficax. Venit iam qui dicit animæ meæ [Salus tua ego sum.] Quid mirum si cedit mors, vbi vita descendit? Iam oscitat puer, & oscitat septies, dicens, Septies in die laudem dixi tibi, &c. Semper tibi in sinu sit Iesus, semper in manu, quo tui omnes & sensus in Deum dirigantur & actus. Denique & inuitaris. Pone me ait, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Habes ergo vnde & brachio medearis, & cordi. Nec mirum si synagoga in tenebris est vsque adhuc, & fame, & infirmitate laborans, & non saluabitur, nec satiabitur quousque sciat Iesum meum dominari Iacob, & finium terræ, & conuertatur ad vesperam vsque circumeat ciuitatem. Vide *Trinitas*, num. 18. ex **A M B R O S.**

Nomen imponere est signum gratitudinis.

19. **GENES. 16.** *Vocauit autem Agar nomen Domini qui loquebatur ad eam, tu Deus, qui vidisti me.* **C A I E T A N.** A beneficio quod dignatus sit ipsam visere prouidendo illi, peculiare nomen Deo appositum. Ipsa siquidem nominatio, est beneficii agnitio, & gratiarum actio.

Nomen IESVS super omne nomen.

20. **EXOD. 28.** *Facies & laminae de auro purissimo, in qua sculpsit opere caluatoris sanctum Domino.* Vide interpretationem, & applicationem ad nomen Iesu, quod est super omne nomen, verbo *Resurrectio Christi*, num. 27. ex **R u p e r t o.**

De nominibus Dei.

21. **EXOD. 6.** Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Jacob in Deo omnipotente. LIPOMAN. Id est: in diuina omnipotentia mea, est enim Hebraismus. In Hebraeo autem sunt duo Dei nomina, scilicet *Beel*, & *Sadar*, quae si Latine velles transferre, diceres in Deo, Deo. Verum interpres, vt hanc repetitione vitaret, posuit, in Deo omnipotente. Sequitur, & nomen meum Adonai non indicaui eis. In Hebraeo habetur, [& nomen meum Ichoua, non indicaui eis.] Interpres vero Hebraeorum morem sequutus est, qui nomen illud diuinum Tetragrammaton, non sua voce, ob illius reuerentiam, sed aliena pronuntiabant, scilicet *Adonai*. Aliqui hunc locum sic interpretantur. In Deo omnipotente illis apparui, id est, omnipotentem me esse illis declarauit, sed nomen meum Ichoua non indicaui eis, hoc est, opere non compleui, quod illis sum pollicitus. Tibi igitur in nomine Ichoua cognitus ero, id est, videbis me id facere, quod nomen meum sonat, hoc est, quod pollicitus sum praestarem. Deus namque antiquis patribus per omnipotentiam, atque clementiam reuelatus est, non tamen, reuelauit se ipsis per impletionem earum promissionum, quas dixit ad Abraham sicut in praesenti. Alij dicunt distinctionem & apertam diuinam essentiae notitiam quam nudè, & simpliciter hoc sanctum nomen designat, non tam copiose, & euidenter patribus fuisse reuelatam prioribus, sicut Moysi in rubo, quando ei dixit Dominus. [Ego sum qui sum.] Tertij de virtute nominis intelligunt, hoc est de potestate miracula faciendi, quae in virtute diuini nominis Moyses tot, & tanta fecit, quot, & quanta nullus vnquam patriarcharum.

Qualiter dicatur nomen Dei effusum.

22. **CANTIC. 2.** Vnguentum effusum nomen tuum. **DIYMY S lib. 1. de Spiritu sancto.** Vt vnguentum quod vase continetur, habet quidem odoris substantiam, sed prohibetur longius spargi, quia vas intrinsecus clauditur: cum autem vas foris fuerit effusum, emittit procul benevolentiam suam: ita Christi nomen bene olens ante aduentum eius in solo Israelis populo versabatur quasi Iudaei vasi inclusum. [Notus enim ait in Iudaea Deus, in Israel magnum nomen eius.] Quando autem coruscans in carne Saluator in vniuersam terram, quin potius in omnem creaturam extendit vocabulum suum, impleto eo quod scriptum est. Quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Tunc completum est. *Vnguentum effusum nomen tuum.*

NOVISSIMA.

Prouidendum in futurum. 1. 2.

Nouissima memoranda. 3. 4. 5. 6.

Prouidendum in futurum.

GENES. 1. Producant aqua reptile animae uiuentis, &c. **BASILIVS.** Noli o homo pisces floccipedere, quod voce careant, quod animalia sint penitus experta rationis, sed vereri velis, ne creatoris obstando praecipis, rationis illis experiri videare. Adesto animo quaso, erige mentem, aureque tuas & pisces exaudi, quasi vocem per ea quae agunt elicientes. Nos quoque genus nostrum persistat, atque permaneat peregre proficiscimur. Si animantia muta, si rationis expertia excogitare conseruareque salutem suam soleant, atque piscis id sciat, quod expetendum est sibi, quod fugiendum; quid nos ipsi dixerimus qui ratione praediti, legibus cruditi,

pollicitationibus inuitati, spiritu sapientiam affecti, res eas, quae ad nos pertinent, longe rudiis quam ipsi pisces disponimus? Si illi quidem de futuro prospiciant atque prouideant, nos autem spe futurarum vacui rerum, vitam nostram voluptati deditam more pecudum conficimus, ac consummamus.

Idem.

DEUTER. 32. Vtinam saperent, & intelligerent, & nouissima prouiderent. **BERN.** In his verbis tria quidem nobis video commendari, sapientiam, intelligentiam, prouidentiam. Arbitror sane eas tribus conuenire temporibus, vt aeternitatis quaedam imago formetur in nobis, praesentia moderantibus per sapientiam, praeterita per intelligentiam diiudicantibus, nouissima prouidentibus ad cautelam. Haec namque spiritalis exercitij summa, vt sapienter disponamus praesentia nostra, recogitemus in amaritudine animae nostrae praeterita, futura quoque sollicitè prouideamus. Vnde **INTERL.** Nouissima prouident tormenta, vel praemia.

Nouissima memoranda.

LEVIT. 11. Omne animal quod habet vngulam diuisam, & ruminat in pecoribus, comedetis. **GALFRID.** Vngula nostra finis noster est quam non findimus, si nouissima non prouidemus. Non enim vnum est nouissimum hominum, non est vnicus finis noster, sed diuisus in partes, & per partes valde contrarias. Prouidet autem nouissima, & vngulam findit, qui circa eandem diuisionem sedula intentione versatur, qui in litera Pythagorica se esse meminit, & adhuc in ipsius literae hasta positum ad diuisionem eius velociter cogitat peruenturum. Interim ergo vngulam findit, & nouissima prouidet, qui in operibus suis diuisionem hanc, & haec diuersa nouissima memoratur, & animo versat, quam sit diuersus interitus hominis, & iumentis. Quamlibet foris & velox equus, ignotam viam minus facile carrit, & nos quomodo exeuntes ad dexteram ibimus sine offensione nisi prius frequentauerimus viam?

Idem.

ECCLES. 1. Timenti Dominum bene erit in extremis. **Idem GALFRID.** Non desipiunt qui nouissima prima, & prima nouissima faciunt, solliciti maxime de extremis, ne extrema gaudij luctus occupet. Qui nauem regit, non in prora residet, sed in puppi sic noster etiam nauis gubernator animus, nostrae conuersationis arbiter prosperè cuncta dirigit, si fuerit intentus extremis, nam ea memorans non peccabit. *Super illud Leuit. 22. Bonem, & ouem aure, & cauda amputatis, &c. ait INTERL.* Curtatus est cauda qui de nouissimis non cogitat.

Idem.

IOSVE 7. Abscondit Achor regulam in terra contra medium tabernaculi. **STEPHAN.** Nota quod vita hominis est sicut nauis, quae extrema habet angusta, & in medio est lata; sic & principij, & finis hominis in angustia est; si quid est ibi latitudinis, in medio est. Item qui bene vult regere nauim, in puppi sedet, & proram respicit: sic qui bene vult regere vitam suam, respiciat principium, & finem suum, & non medium, scilicet iuuentatem, & ideo de isto eleganter dictum est, Contra medium tabernaculi, quia omnia referebat ad iuuentutem suam.

Idem.

ECCLES. 7. Memorare nouissima, & in aeternum non peccabis. **CHRYSOST.** *Hom. 2. in 2. ad Thessal.* Nemo

Nemo coram qui gehennam ob oculos habent in gehennam incidit. Nemo gehennam contemnendum, iudicium effugiet. Quomodo enim apud nos qui iudicia metuunt, iudicii non sunt obnoxij: qui vero contemnunt, illi potissimum in ea incidunt: ita & hic. Nisi subuertitionem veriti fuissent Niniuitae, vtique subuersi fuissent, quia vero illam metuebant non subuertebantur. Si diluuium veriti fuissent qui temporibus Noe vixerunt, submersi sanè non fuissent; & Sodomitae, si incendium metuissent, combusti fuissent.

OBEDIENTIA.

Obedientiam docent nos elementa & animalia. 1.

61. 63. 64.

Inobedientia mala. 2. 3. 4. 9. 10. 30. 32. 41. 46. 47.

48. 49. 50. 51. 60.

Bonum obedientia. 3. 9. 21. 22. 30. 32. 37. 38. 41.

45. 59.

Obedientia Deo deferenda. 4. 13. 24. 61. 63.

Inobedientia, causa mortis. 4.

Inobedientia carnis ab inobedientia praeccepti. 5. 8.

Inobedientia Ada. 2. 6.

Obedientia pura, & simplex. 7. 33. 52. 54. 55.

Obedientia perfecta in omnibus mandatis. 11. 28.

52. 55.

Omnia ex obedientia facienda. 12.

Obedientia Abrahae. 14. 15. 16. 19. 20.

Contra inobedientes. 17. 18. 24. 27. 31. 34. 35. 42.

68. 70.

Obedientia festina. 19. 23. 28. 54. 57.

Per obedientiam venitur ad contemplationem. 2. 2.

Obedientia Christi. 2. 3.

Obedientia in prosperis, & in aduersis qualis. 2. 5.

Obedientia etiam cum periculo mortis. 2. 6.

Obedientia cum proprio commodo, inobedientia est.

27.

Obediendum, & non detrahendum prelati. 29.

33. 48.

Obedientia amore singularitatis abdicanda. 3. 6.

Obedientibus datur Spiritus sancti gratia. 37.

Obedientes, diabolus non timent. 38. 59.

Obedientia, vera sapientia. 39.

Obedientia principium virtutum. 40.

Obedientia signum perseverantiae. 43.

Obedientia, inuentio mira Dei ad salutem. 44.

Obedientia praestat sacrificiis. 45.

Obedientia voluntatis. 46.

Obediens quas victorias loquitur. 53.

Perfectio obedientia minoribus vel aequalibus ex charitate. 56.

Vir consilij, est vir obediens. 58.

Obediens inuulnerabilis est. 59.

Obediendum exemplo famulorum. 61. 62.

Obedientia ad salutem necessaria. 65. 66.

Obediendum potestatibus sublimioribus. 67.

Pro obedientia intellectus, & voluntatis. 69.

Obedientia Angelorum, vide Angeli, num. 30.

Obedientiam docent nos elementa &

animalia.



GENES. 1. *Disiisti lucem à tenebris.* **CHRYSOST.** Vnicuique locum proprium distribuit, congruumque tempus definiuit, & cuique suos terminos praefixit, & ex eo tempore vsque nunc, nec lux terminos suos transgressa est, nec tenebrae suum ordinem praeterierunt. Sanè hoc vnum ingratum sufficere deberet, vt elementa imitentur: quae cursum suum perpetuo seruant, & mensuram suam non egrediuntur. *Et infra.* Congregentur aquae in locum vnum. **BASILIVS.** Iussit Deus currere naturam aquarum, & nunquam defatigatur compellente ipsam illo perpetuo praeccepto. **AMBROS.** & non solum mouit aquam de priori loco, sed etiam statuit in loco vt non praeterfluerent, sed manerent. Magnum quidem miraculum, quod ait Propheta *Psal. 77.* [Percussit petram, & fluxerunt aquae:] hoc autem maioris miraculi est, quod omnes congregationes aquarum in vnam congregationem defluerunt, & nondum adimpleta est illa congregatio: non mediocri pudor est, imperio Dei insensibilia elementa parere, & homines non obedire quibus sensus ab ipso tributus est auctore. *Et infra.* Germine terra herbam viuentem. **Idem AMBROS.** Continuo parturiens terra, nouos se fudit in partus, & induit se amictum viriditatis, gratiam fecunditatis assumpsit, & omni surgente germine, terra completa est, & homini dicitur. [Diliges Dominum Deum tuum,] & non est charitas Dei omnium infusa visceribus. Surdiora corda hominum sunt quam duriora faxorum. Terra indebitos nobis fructus ministrat dum obsecundat auctori, nos debitum munus negamus, dum non veneramur auctorem. *Et infra.* *Producant aquae reptile animae uiuentis, &c.* Sum aliqui pisces qui sedem immutare statuto tempore soliti quasi communi deliberatione praemissa, longinqua peregre perentes maria, gregatim abeunt omnes, & cum satis actum negotij id fuerit, cui studebant. rursus ipsi omnes, quasi agmine facto, se recipiunt domum. Quis est qui mouet? Quod regis edictum? Quae tabella in foro posita praestitutum decedendi & regrediendi tempus definiunt? Qui denique sunt hospitem, aduenarumque ductores? Causa autem haec est, quod piscis diuinae legi non aduertatur: homines autem salutaria sibi praeccepta non serunt, non patiuntur. *4. Esdra 6.* [Aqua muta, & sine anima, quae Dei nutu iubebantur animalia, faciebat, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent.]

Inobedientia Ada.

GENES. 2. *Vt operaretur, & custodiret illum.* **GAVGVST.** Ex Graeco colligitur iste sensus. & posuit eum in paradiso operari eum, & custodire: scilicet vt quod operaretur homo in terram per agriculturam, in seipso custodiret per disciplinam, vt sicut ager ei obtemperaret colenti se & ipse praecipienti Domino suo fructum, non spinas inobedientiae redderet. Quoniam autem similitudinem à se culti paradisi in seipso custodire subditus noluit, similem sibi agrum damnatus accepit, spinas, inquit, & tribulos pariet tibi.

Bonum obedientiae, & malum inobedientiae.

GENES. 2. *Pracepit ei dicens, ex omni ligno paradisi comede, &c.* Vide verbum, *Mandata, num. 1.* **GREGOR. 35. Moral. cap. 13.** Non erat arbor illa mala in paradiso, quam Deus homini interdixit; sed vt per melius obedientiae meritum homo bene conditus cresceret, dignum fuit vt etiam à bono prohiberet, quatenus tanto verius hoc quod ageret virtus esset, quanto & à bono cessans auctori suo se subditum humiliter exhiberet. Nunquam enim per obedientiam

dientiam malum fieri licet, aliquando autem debet per obedientiam bonum quod agitur intermitteri. **AVGVST.** Arbor illa interdicta, non quia mala, sed propter commendandum purae, & simplicis obedientiae bonum quae magna virtus est rationalis creaturae sub creatore Domino constituta. Nec potuit melius, & diligentius commendari quantum malum sit sola inobedientia. Cum ideo reus iniquitatis factus est homo, quia eam rem tetigit contra prohibitionem, quam si non prohibitus tetigisset, non utique peccasset. Nam qui dicit verbi gratia, Noli tangere hanc herbam, si venenosa est mortem afferet contemptori praecipit, etiam si nemo prohibuisset, &c. Cum vero illud tangitur quod nec tangenti obesset, si non prohiberetur, nec cuiquam alteri, quamlibet tangeretur, quare prohibitum est, nisi ut ipsius per se bonum obedientiae, & ipsius per se malum inobedientiae monstraretur. **D. BONAVENT.** Ut meritum obedientiae plenum esset, a tali re prohibuit hominem a qua non debuit abstinere, nisi obedientiae solius intuitu, & ideo prohibuit eum a re in se bona. Item quia prohibuit hominem ab esu ligni ad ostendendum suae iurisdictionis dominium: ideo a tali re debuit prohibere, a qua homo non deberet manum retrahere, nisi propter solum Dei imperium, & hoc fuit res bona.

Obedientia Deo deferenda.

GENES. 2. *In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* **AMBROS.** Videtur quod non condemnatione, nec morte dignus fuit Adam comedendo, quia non novit bonum, & malum, nec ipsum quidem novit esse malum, non servare mandatum, nec ipsum bonum novit, quod est obedire mandato. Respondetur: quod considerare potuit homo ex his quae Deus ante ei contulerat, summam auctori obedientiam deferendam, & ideo licet vim nesciebat boni, & mali, tamen quia tantorum auctor dixerat, de ligno scientiae boni, & mali non esse gustandum, si dem praecipit servare debuerat. Non enim ab eo perierat, sed fides exigebatur. & si non intelligebat vim, qualitatemque iussorum, sciebat tamen praecipit deferendam esse reverentiam. Habebat in natura hanc opinionem, etsi non habebat iudicium boni, & mali. Mors non superuenit Adae nec a Deo: Deus enim mortem non fecit; nec a natura ligni, sed a seipso. Sui ipsius inobedientia mortis causa fuit; & ideo homo ipse sibi mortis est causa. Medicus enim praescribens aegrotanti, a quibus videretur cavendum, si ille ab interdictis non abstinuerit, causa mortis ei non medicus est, sed ipse sibi reus mortis propriae. Itaque Deus quasi bonus medicus prohibuit ne Adam nocitura gustaret.

Inobedientia carnis ab inobedientia praecipit.

GENES. 2. *Erat autem uterque nudus, Adam scilicet, & vxor eius, nec erubescerant.* **AVGVST.** Quid enim puderet quando nullam legem senserant in membris suis repugnantem legi mentis suae, quae illos in poenam peccati post perpetracionem praeviationis secuta est? Nudi erant, & non confundebantur, quia nullus erat motus in corpore, cui verecundia deberetur; nihil putabant velandum: quia nihil senserant refragandum. *Idem 14. de civit. cap. 17.* Non erubescerant, non quia sua nuditas eis esset incognita; sed quia turpis nuditas nondum erat. Quia nondum libido membra illa praeter arbitrium commovebat, nondum ad hominis inobedientiam commoventem sua inobedientia caro quodammodo testimonium perhibebat. **EVCHERIVS.** Ex poena peccati evenit homini ut sua ipsius ei rebellis esset

caro, quia ipse rebellis exiit creatori suo, & idcirco erubuit postmodum de corpore suo, quod non faciebat ante peccatum.

Inobedientia Adae.

GENES. 3. *Cur praecipit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradisi?* **DIODORVS.** Hinc manifeste colligitur Adam, & Euan nondum quidquam comedisset. Si enim quidquam comedisset de lignis paradisi, nunquam id sciscitatus esset serpens. *Hac ille.* Nota inobedientiam illorum, de lignis, quae poterant gustare ex praecipit Domini non comederunt, & de illo quod prohibitum illis erat, comederunt.

Obedientia pura, & simplex.

GENES. 3. *Ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.* **AMBROS.** Discamus hinc nihil vel cautionis gratia iungere nos debere mandato. Si quid enim vel addas vel detrahas, praeviationis quaedam videtur esse mandati. Pura enim & simplex mandati forma servanda, nihil vel quod bonum videtur augendum: Testis enim dum aliquid ad seriem gestorum ex suo adiicit, totam testimonij fidem partis mendacio decolorat. Si Ioannes hoc iudicavit de suis scriptis, *Apo. 21.* [Si quis apposuerit, inquit, ad haec, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit de verbis libri prophetiae huius, auferet Deus partem eius de libro vitae, & de civitate sancta, & de his quae scripta sunt in libro isto.] Quanto magis nihil divinis mandatis est detrahendum.

Inobedientia carnis, ab inobedientia praecipit.

GENES. 3. *Cumque cognovissent se esse nudos, &c.* **Q**uod propter inobedientiam caro rebellis mansit. Vide verbum, *Castitas*, num. 1. & 2.

Obedientia bonum, & malum inobedientiae.

AVGVST. 14. de civit. cap. 12. Obedientia commendata est homini in praecipit, quae virtus in creatura rationali mater quodammodo est omnium, custosque virtutum. Quandoquidem sic facta est ut ei subditam esse sit vtile. Perniciosum autem suam, non eius a quo creata est facere voluntatem, & super illud. *Emisit eum de paradiso voluptatis:* ait **GREGOR. in primi Reg. c. 3.** Hic inobedientes aspicere debent: quia primus humani generis parens, a paradisi gaudiis, nec furto, nec rapina, nec adulterio, nec homicidio, sed pomi vetiti inobedientia corrui. Vnde & aperte colligitur, quia si parva quae videntur, maiorum imperia perficiuntur, vitam parant.

Fructus inobedientiae carnalitates.

GENES. 4. *Adam vero cognovit uxorem suam, &c.* **CHRYSOST.** Post inobedientiam, post paradisi amissionem, tunc primum usus rei venerae coepit. Ante inobedientiam enim, angelicam vitam imitabantur, & nullus de re venerea sermo erat. Vide verbum *Virginitas*.

Obedientia perfecta omnibus in mandatis.

GENES. 7. *Fecit ergo Noe omnia quae mandaverat ei Dominus.* **AMBROS.** Iustus mandata accipit, servus imperia, hic amici censetur loco, qui fecerit quaecumque exequenda susceperit, ille qui nutat obsequiis oneri servitutis addicitur. Vnde Dominus, [Vos amici mei estis si feceritis quae ego praecipio vobis, & iam non dicam vos servos, &c.] *Ioan. 15.* Mandatur ergo ut amico, mandatur ei, qui valida charitate ea quae mandata sunt exequatur, nec fefel-

lit Dominum iudicium suum. Implevit iustus universa, non partem, sed universa, quae mandata sunt ei, & ideo scripturae divinae accepit testimonium. **CHRYSOST.** Illum igitur & nos imitemur iustum, & mandata a Deo tradita implere studeamus, & leges a Christo nobis latae sonent continuo in mente nostra: praesertim cum nunc longe maior virtutis mensura a nobis exigatur, quanto & meliora bona sortiti sumus. Ideo & Christus dicebat. [Nisi abundaverit iustitia vestra plusquam scribarum & pharisaeorum non intrabitis in regnum caelorum.] Consideremus quanta poena futura eorum, qui non solum operam dant ut illos transcendant, sed & minus illis habent. Eapropter doleo, & lugeo, quia video in nobis tantam virtutis raritatem, malitiam autem quotidie inualescere, sed omnes ut ita dicam quasi oves erramus, unusquisque in viam suam declinat.

Omnia ex obedientia faciendae.

GENES. 8. *Egredere de arca tua, & vxor tua, & filij tui, &c.* **AMBROS.** Recedente aqua, & exsiccata terra exire potuit Noe de arca, sed iustus, nihil sibi arrogat, sed totum se committit imperio, & maxime, qui caelesti fuerat ingressus oraculo, caeleste debuit ut egredere expectare responsum. Sicut enim inuerecunda iniquitas, quae vlrpat indebita, nec reueretur auctorem. Ita & verecunda iustitia est.

Obedientia Deo placet.

GENES. 9. *Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.* **CHRYSOST.** Sicut Adam dictum est, ut de vno ligno ex omnibus non ederet, ita & hic interdicitur suffocatum. **LIPOMAN.** Recte, & sapientissime Dominus etiam ante legem scriptam imponit homini praecipit facillimum, & minimum, per quod ad obedientiam exerceretur, seque Deo subditum protestaretur, quod dum inuolubiliter obseruaret cumulationi praemio se dignum exhiberet.

Obedientia Abrahae.

GENES. 12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, &c.* **AMBROS.** Satis fuerat dixisse de terra tua. Ibi enim erat exire de cognatione, & de paterna domo, sed ideo addit singula, ut eius affectum probaret, ne forte aut imprudenter coepisse videretur, aut fraus aliqua mandatis caelestibus pararetur. **CHRYSOST.** Quasi ei diceret Deus. Relinque certa, & elige incerta & non apparentia. Considera quomodo ab initio exerceretur iustus. Vide verbum, *Religiosus*. maxime quod nec locum, nec certam regionem ei designat. [Egredere, inquit, de terra tua, &c. & veni in locum quem monstrauero tibi. [Domine non dices mihi quo iturus sum, vel quantum distat iste locus? Nihil horum dixit vel cogitavit iustus, sed omnia leuia, & facilia apparere faciebat suis in Deum amor. **AVGVST. serm. 68.** Nouum probationis genus habenti propria, exilia indicere peregrina, ingerere laborem itineris quieti, imperare penuriam possidenti, & tantarum facultatum domino, necessitatem imponere peregrinandi libenter tamen fides accepit quidquid arduum videbatur incredulis; leuius quidem probaretur, si vel nomen loci quo perrexisset audiret. **LIPOMAN.** Ut ex hoc maior Abrahae obedientia monstraretur. Vnde *Apostolus.* [Fide qui vocatur Abraham obediuit exire in locum quem accepturus erat nesciens quo iret.] *& infra.* *Egressus est itaque Abram sicut praeeperat ei Dominus.* **CHRYSOST.** Non simpliciter dicitur [egressus est Abram,] sed [sicut praeeperat ei Dominus.] Omnia enim fecit quae ad pra-

ceptum Domini pertinebant. **AMBROS.** Paruit mandato Domini Abram, nec vlla legitur mora interuenisse. **GREGOR. hom. 15. super Ezech.** Si ergo subire obedientiae virtutem nitimur, aspicere Abram debemus, qui relicta domo, cognatione, patria, obediuit exire in locum quem nesciebat, qui etiam paratus exiit, pro aeterna haereditate, dilectum quem acceperat occidere. Sequitur: *& iuit cum eo Loth.* **CHRYSOST.** Sed quare Loth assumpsit, & secum ire permisit, cum ei dictum fuerat, Egredere de cognatione tua? Non fuit inobediens Domino, sed forte quia iuuenis erat, & patris loco Abram illi praefectus ob singularem amorem, morumque spontaneitatem a iusto diuelli noluit. **CAIETAN.** Spontaneus comes describitur Loth, & propterea non desertus est ab Abram.

Idem.

ET pertransiit usque ad locum Sichem, & usque ad conuallem illustrem, &c. **CHRYSOST.** Iustus hic Abraham cum de terra in terram vocaretur, tantam praese tulit obedientiam, ut nec senectus, nec temporum difficultas, nec vlla alia impedimenta ad obediendum, cum tardiores facere poterunt. Nos autem qui non de terra in terram vocamur, sed de terra in caelum, non eandem quam ille iustus alacritatem obediendo exhibemus, sed frigidam plerumque, & inutiles proteximus causas, & nec nos promissorum magnitudo, nec visibilium rerum vilitas, nec vocantis dignitas attrahit, sed tanta sumus negligentia, ut praefereamus momentanea aeternis, terram caelo; quae auolant antequam habeantur, iis quae nunquam finem accipere possunt.

Idem.

GENES. 12. *Nunc igitur ecce coniux tua, accipe eam, &c.* **AMBROS.** Magnum exemplum deuotionis Abram, qui quoniam propter Deum contempnit omnia, recepit a Deo multiplicata omnia. Sed primam Deus pudicitiae tribuit remunerationem, quam gratam sciebat coniugi. Nam quia studio obediendi caelestis oraculi, uxorem quoque in periculum deduxit pudoris: etiam castimoniam coniugij defendit.

Contra inobedientes.

GENES. 16. *At illa, scilicet Agar, concepisse se videns, despexit dominam suam.* **GREGOR. in 1. Regum cap. 3.** Quidam subditi praelatis Ecclesiae rudes obediunt, sed cum paulo altius per conuersationem proficiunt, in eadem obedientiae humilitate nequam persistunt; quos bene Agar Sarae ancilla spiritaliter designat, quae cum de Abram viro eius concepisse se vidit, dominam despexit. Agar quippe concepit, quando reproba mens subditi, aut per cruditionem scientiae se proficere, aut per vitae conuersationem credit, quae profecto praegnans dominam suam despexisse dicitur; quia iam praesidenti sibi praepositi sui voluntati per obedientiam subdi dedignatur. Sed quae dominam despicit, ancilla esse perhibetur; quia superbi, subiecti, & infirmi sunt per elationem, & ad filiorum Dei numerum non pertingunt. Sequitur infra. *Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu ipsius.* **AMBROS.** Non placuit Angelo ancilla insolentia, &c. Vide verbum, *Humilitas*, num. 10.

Idem.

GENES. 19. *Respicensque vxor eius post se, versa est in statuam salis.* **CHRYSOST.** Neglexit verba Dei, & praecipit non custodiuit, propterea suae inobedientiae poenam dedit. **INTRER & LIPOMAN.**

Vt sicut sal ciborum est condimentum: sic poena mulieris illius animarum fidelium esset condimentum, vt Dei præcepta custodiant. Iuxta illud. [Lauabit iustus manus in sanguine peccatoris.] Nam poena impij eruditio iusti est. A V G V S T. 16. de Ciuit. cap. 30. Vxor Loth, vbi respexit, remansit, & in salem conuersa hominibus fidelibus quoddam præstitit condimentum, quo sapiant aliquid. Vnde illud canatur exemplum. C A I E T. Hanc statnam salis Iosephus dicit post tot sæcula se vidisse. L I P O M A N. Hoc exemplo, videmus quàm malè cessit Loth electio sua, qui iustus montem conscendere, elegit ciuitatulam, & ideo vxorem perdidit. Ideo ibi diu subsistere non potuit. Insuper spurio incestu filiarum, pessimos populos propagauit. Sic ruunt qui contra Dei verbum proprio suo sensu, bona etiam intentione sese regere præsumunt, nec simpliciter Domino obedire volunt.

Obedientia diligens, & festina Abrahæ.

19. G E N E S. 21. Surrexitque Abraham mane, &c. De diligenti obedientia Abrahæ, vide verbum Diligentia, num. 10. & cap. 22. Igitur Abraham de nocte surgens strauit, &c. O R I G E N. Non deliberat, non detrectat, non communicat cum vilo homine consiliario, sed statim occupat iter. A V G V S T. Paret illico imperiis, præceptis obtemperat. Deus pro nobis filium suum iussit occidi, non nostros mactari; ideo autem Abraham iubetur filium occidere, vt manifestetur mundo qui iam notus fuerat Deo. Demonstrare cunctis hominibus deuotionem voluit, qui parricidium vt fieret imperauit. R V P E R T. Mox audito iubentis imperio, non sequentem expectauit diem, vel saltem ortum surgentis auroræ: Sed vicino obedientiæ pede, tarditatem pati nesciens in faciendo, & feruens mentis promptitudine, ad obtemperandum de nocte surrexit. L I P O M A N. Sine mora Deo credens ad obedientiam promptus accingitur: non dubitat de verbo Domini, nõ causam querit diuini præcepti, non allegat naturæ legem contrariã, non rogat pro filio, non plangit necesse vnicui, non murmurat, non refert Saræ, non tardat, sed contra spem, in spem credit, sperans ex resuscitato à mortuis semen benedictionis promissum. Sequitur: *Dio autem tercio eleuatis oculis, vidit locum procul.* A M B R O S. Sollicitè explorat, qui propter implere, quamuis senilem studio celebraret gradum, tamen hoc secum putans procedebat oculis: Solet hebecere visus senum, vt etiam propinqua non facillè conspiciant, hic non solum vidit locum, sed etiam longè positus aspexit. O R I G E N. Per triduum iter protenditur, & per totum triduum paterna viscera cruciantur, vt omni hoc spatio tam prolixo intueretur filium pater, cibum cum eo sumeret, tot noctibus penderet in amplexibus patris, inhaereret pectori, cubitaret in gremio. Vide quantum tentatio cumulat. C H R Y S O S T. Intervallo loci iusti tentatur virtus.

Obedientia Abrahæ, & Isaac simul.

20. G E N E S. 22. Cùmque alligasset Isaac filium suum, &c. De admirabili, & deuota obedientia Abrahæ, & simul Isaac filij sui, vide verbum Deuotio, numero 4. C A I E T. Cerne stupendam obedientiam, mansuetudinem, ac fidem Isaac non resistentis patri, cùm facillè potuisset euadere, & credentis diuino præcepto per patrem, tunc illi patefacto. Vnde ratio ligandi non fuit timor ne Isaac fugeret, aut ne resiliet ab altari, sed ne inuoluntarij vt poretur naturales motus membrorum in actu iugulationis insurgentes, ordinatum, compositumque situm victimæ exturbarent. G R E G O R. 27. Moral. cap. 7. Quid Abraham obedien-

tius fratres, qui ad vnã vocem dominicam ipsi ferire non trepidat, quem senex iam, & penè moriturus acceperat heredem? Quid Isaac patientissimus, qui ligata portat, atque post paululum ligatur, & non loquitur, aræ superponitur, & non reluctatur?

Obedientia bona.

G E N E S. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terre: quia obedisti voci meæ. A M B R O S. Et nos ergo audiamus vocem Dei nostri, & obediamus præceptis eius, si volumus apud eum inuenire gratiam. C H R Y S O S T. Vide quomodo nobis plurima bona conciliat quòd obedimus Deo, & præceptis eius obtemperamus. Obediamus ergo sicut & iustus Abraham, & eandem consequemur coronam. Quomodo autem obedimus? si mandata eius opere adimpleuerimus. Non enim auditores legis iustificamur; sed factores. Quæ enim utilitas si quotidiè audiamus & opera negligamus?

Per obedientiam venitur ad contemplationem.

G E N E S. 28. Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebam. G R E G O R. in 1. Regum 3. Via, qua ad coniugem pergitur, intentio deuotæ obedientiæ est, qua fecunditas internæ charitatis consequi desideratur. Iacob itaque dormit in via, cùm subditus fidelis, & maligni spiritus supplantator per labore obedientiæ, ad quietem suscipitur internæ visionis. Qui profectò tunc Dominum se agnouisse fatebitur; quia dum eam, ad quam nouiter est assumptus internæ lucis admittit speciem, quantum ante nescierit experientia reuelatæ pulchritudinis agnoscit. Fide enim velut forma Deum agnoscimus, amore autem contemplationis, is qui forma innouit nobis, velut ex ostensione præsentia reuelatur. Bene autem per obedientiam proficiscens subditus dum ad contemplationis altitudinem ducitur, dudum ignorasse dominum perhibetur. Quia is quasi ex præsentia veritate inuenitur, qui velut incognitus ante videbatur. G E N E S. 32. Fuerintque eu obuiam Angeli Dei. R V P E R T. Iacob postquam præceptum patris peregit, reuertenti, obuiam fuerunt Angeli Dei, vt sciamus: quia post obedientiæ laborem, cuique viro fideli superest illum supernis reuelationibus glorificari, & caelestium spirituum crebra visitationem in hac vita remunerari. Sic ipse Christus postquam tentationes euicit, exceptus est victor ab Angelis. Reliquit enim eum tætor, & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei. Obedierat Spiritui sancto à quo & ductus est in deserto, & ecce Angeli, &c. A M B R O S. Perfectis, & fidelibus diuina solent adesse præsidia, &c. Vide Amor proximi, num. 11.

Obedientia festina Christi.

G E N E S. 37. Quo respondente præsto sum. L I P O M A N. Obedientia filij notatur ad patrem, & obedientia sine mora. R V P E R T. Er hoc illud est, quod in Christo Dei filio mirandum, & imitandum prædicat Apostolus, quia [factus est pro nobis obediens, &c.] Præsto sum, ait. [Dominus mihi aperuit aurem, ait per prophetam; ego autem non contradico, retrosum non abij, & vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui, & tunc dixi, ecce venio.] Per quæ omnia, obedientia filij Dei sine mora ostenditur.

Contra inobedientes.

E X O D. 1. Timuerunt autem obsteruantes Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis. L I P O M A N. Magis metuerunt illum qui potest, & animam, & corpus perdere in gehenna, quàm eum qui corpus tantum, & plus obediunt præcepto Dei, quàm principis.

Obediendum prelati, & non detrahendum illis.

E X O D. 16. Nos verò quid sumus: quia musticatis contra nos? G R E G O R. 4. Moral. cap. 20. Audiant prelati, aliter subditos nouimus. Audiant illi quod per Sapientem dicitur Ecclesiastici 32. Rectorem te constituerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis, & curam illorum habe. Audiant isti. [Obedite prepositis vestris, & subiaccete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris.] Hebr. 13. Audiant illi cum de accepta potestate gloriantur, hoc quod Abrahæ voce ardenti diuiti dicitur. Memento fili, quia recepisti bona in vita tua. Audiant isti cum contra rectores suos in querela proflunt, [nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. Nos enim quid sumus?] Audiant illi. [Turabuntur in conspectu eius patres orphanorum, & iudices viduarum.] Audiant isti. [Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit?] Audiant simul omnes, [Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.] Audiât omnes. [Immundus est apud Deum omnis qui exaltat cor suum.] Audiant omnes. [Quid superbis terra, & cinis?] Contra huius langoris pestem audiamus cuncti, quod veritas docet, dicens: [Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.] Vide etiam Murmuratio, num. 9.

Inobedientia poena.

E X O D. 16. Feceruntque ita vt præceperat Moyses, & non computruit, nec vermibus inuentus est in eo. L I P O M A N. Vide quod obedientiæ sanctæ opera, quibus dominicis obeditur præceptis, non putrescunt; quæcumque autem ex temeritate, & præsumptione propria attentaueris vermibus scarent.

Contra inobedientes.

E X O D. 21. Quod si bos cornupeta fuerit ab heri, & nudius tertius, &c. bos lapidibus obruetur, &c. R A B A N. Bous nomine, contumax discipulus denotari potest, qui per factum superbiæ laniat, & reliqua pecora gregis dominici infestat. Talis si inficso magistro aliquem virum, aut feminam, hoc est, quemlibet fortem, aut infirmum cornu proteritiæ suæ perfoderit & eis mortem animæ intulerit, lapidibus duræ sententiæ obruetur, & non comedantur carnes eius, hoc est, non imitentur actus eius. Dominus autem, & magister innocens erit, quando quidem nec consilio, nec consensu fouebat actum illius, quia scriptum est. [Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, & iustitia iusti super eum erit, &c.]

Obedientia ornamentum animæ.

E X O D. 32. Tollite in aures de vxorum, filiorum, & uxoribus vestrarum auribus, & afferite ad me. G R E G O R. NYSSEN. Moyses Hebræorum virtutem in auribus exornari voluit, id est, lex quæ pro Moyse intelligimus, obedientiam, quæ per in aures significatur, Iudæorum virtutem confirmauit, quam tollit Aaron, vt inobedientia ipsorum ostenderet ad cultum idolorum esse peruentum. Idcirco statim ad primum peccandi aditum in aures auferuntur, vt iam prauaricationis, & inobedientiæ consilia cœpisse viderentur, qui diuinum præceptum negligendum esse hortabantur. Id est ergo quod dicimus auferri ab auri præceptorum in aures. Super illud Leuit. 22. Bouem & ouem, aure, & cauda amputatis, ait G L O S. O R D. Aure amputatus est qui inobediens est.

Obedientia perfecta.

L E V I T. 7. Peccatum autem erit Aaron, &c. armis quoque dexter. Hoc est: Sacerdoti, & prelati debet.

Sic obsequendum diuinis præceptis, etiam si mundus contrariatur. Vide quomodo Dominus infirma mundi eligit, vt confundat fortia. Fœminæ enim istæ resistunt tyrannidi, cum tot centena millia virorum dissimulant. Vide verbum, Lex, nu. 30. ex Augustino.

Obedientia in prosperis, & in aduersis qualis.

25. E X O D. 4. Obsecro Domine mitte quem misseris es. G R E G O R. 35. Moral. cap. 13. Obedientia debet in aduersis de suo aliquid habere, & rursus in prosperis ex suo aliquid omnimodo non habere, quatenus & in aduersis tanto sit gloriosior quanto diuino ordini, etiam ex desiderio iungitur; & in prosperis tanto sit verior quanto à præsentia ipsa quam diuinitus percipit gloria, funditus ex mente separatur. Vt hoc melius ostendatur, duorum hominum caelestis patriæ facta memoremus. Moyses vocatus à Deo, vt multitudini præficeret: quia apud se mente humilis exiit, oblatam protinus tanti regiminis gloriam expauit, dicens. Obsecro Domine, mitte, quem misseris es. Paulus autem diuinitus fuerat admonitus, vt in Ierusalem ascenderet, qui in itinere cum prophetam Agabum reperisset quanta se aduersitas in Ierosolymis maneret audibit. Scriptum enim est, quod idem Agabus zonam Pauli suis pedibus inferens dixit. [Virum cuius hæc zona est, sic alligabunt in Ierusalem.] à Paulo autem protinus respòdetur. [Ego non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum pro nomine I E S U.] Aduersa quidem Paulus libenter appetit, Moyses autem ad prospera de suo nihil habet, cum Paulus ad aduersa etiam ex suo voto ducatur, vtrorumque igitur ducum infrastructa virtute instruimur, vt si obedientiæ palmam apprehendere veraciter nitimur, prosperis huius sæculi ex sola iussione, aduersis autem etiam ex deuotione militemus.

Obedientia, etiam cum periculo vitæ.

26. E X O D. 5. Ingressi sunt Moyses, & Aaron, & dixerunt Pharaoni, &c. L I P O M A N. Habes hic in Moyse, & Aaron clarissimum obedientiæ exemplum qui neglectis omnibus vitæ periculis obediunt vocationi Dei. Sciebant enim hoc negotium constare maximo vitæ suæ periculo, quippe quòd à rege tanquam auctores seditionis excipiendi essent. Vide Iusti, num. 40.

Obedientia cum proprio commodo.

27. E X O D. 8. Sacrificate Deo vestro in terra hac. L I P O M A N. Hoc non est iussioni Dei obedire, sed Dei iussione pro sua libidine mutare, quod ab inobedientia nihil differt. Sic permittunt impij Dei cultum, modo priuatis non obstit commodis, & vbi adacti necessitate cum honore subterfugere non datur.

Obedientia in omnibus & festina.

28. E X O D. 12. Non remanebit ex eo quidquam vsque mane. L I P O M A N. Totum agnum in solennitate edi, est nihil negligenter agere, diuinis præceptis ad vnguem obsequi. Sequitur. Et comedetis festinanter. B E R N A R D. De virtute obedientiæ. In eo quod filiis Israël præcipitur, vt agnum comedant festinanter significatur, vt verba illa quæ per legem Dominus dedit quæ per semetipsum præfens exhibuit, quæ per Ecclesiæ præpositos tradenda reliquit, veloci sint obedientia consummanda, & tu ergo cum voluntate cordi, simplicitatem operi, hilaritatem vultui coniunxeris, adde velocitatem, vt sis iuxta Apostolum Iacobum, velox ad audiendum, & ad implendum velocior.

to debetur obedientia perfecta, hoc est, continens cor per Pe&tu&sculum significatum, & opus per armu & brachium dexterum. Ad obedientiam enim perfectam non sufficit cor seu desiderium bonum. Necessesse est, vt etiam opus comitetur. Neque e contra sufficit opus nisi addit, & cor seu voluntas.

Contra inobedientes.

34. NVMER. II. Sin aliter tibi videtur, obsecro vt inuertias me. OLBASTER. Expendant hanc subditi, & videant, quantum nefas sit tales se pastori suo exhibere, vt malit occidi, quam praeesse. Audi quid Paulus Hebrais dicat. [Obedite praepositis vestris, & & ubiacete eis. Ipsi enim peruigilant tanquam pro animabus vestris rationem reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes.] Quid impulit Moysem hoc dicere, nisi gemitus populi rebelles? Audiuit, inquit Moyses, flentem populum per familias singulas per ostia tentorii sui. & additur: Sed & Moysi intoleranda res visa est.

Idem.

35. NON cedit in prosperum, nolite ascendere, non enim est Dominus vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris, &c. At illi contenebrati. INTERL. Nequitia mentis ascenderunt, &c. Descenditque Amalechites, & Chananaeys, &c. & percussit eos, atque concidens percussit eos. GLOSSA RABANI. O mira proteruitas humanae mentis, & horrenda stulticia caecati cordis! Mandat Deus promissionibus suis credere, & de sua potentia confidere, & sic terram possidendam intrare, humana stulticia diffidit, & salutaria monita respuit. E contrario, suum negat auxilium: illi contra Dei voluntatem terram inuadere volunt, quibus similes sunt qui promissionibus Dei non credunt, & prohibita faciunt, &c. Non ergo de nobis praesumamus, sed nostram infirmitatem considerantes Dei praecipuum sequamur per omnia. Sic enim omnes hostes superabimus, sic patriae caelestis gaudia quae nobis promissa sunt percipiemus.

Obedientia amore, singularitas abdicanda.

36. LEVIT. I. Derru&laque hostie pelle, aruis in frusta concident, &c. RICHARD. Vitulum ma&ctamus cum omnem singularitatem amore obedientiae abdicamus, secamus verò cum mentem de praesumpta libertate acriter increpamus, sed hunc vsque ad frusta diuidit, qui quaeque singularitatis suae opera distinguit, & se in singulis de praesumptionis audacia reprehendit. Tunc autem nihil amplius superest, nisi vt igne compunctionis, vel flamma diuinæ dilectionis eo vsque cremetur, quousque omnis voluntas arrogantiae sopiatur.

Obedientibus datur Spiritus sancti gratia.

37. LEVIT. 26. Si in praecipis meis ambulaueritis, &c. Dabo vobis pluuiam temporibus suis, &c. RADLIPRVS. Pluuia ista visibilis bonis, & malis communis est, sed est quaedam, quam soli nouerunt iusti, de qua scriptum est: [Pluuia voluntariam segregauit Deus hereditati suae,] hanc sancti Spiritus perfusio intelligitur, cuius etiam abundantia fluminis nomine designatur dicente Domino. Qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aquae viuae. Hanc igitur pluuiam, hunc spiritalem rorem qui ab illis solis sentitur, quorum mens interius mebratur, promittit Deus obtemperantibus sibi, sicut ipse ait, [Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo Patrem, & alium para&cterum dabit vobis.] Datur autem pluuiam ista temporibus suis; quia nonnunquam vtiliter subtrahitur Spiritus sancti gratia, vt homo sibi reli-

ctus, quid per se possit intelligat, & iterum temp&stia ue reddatur, ne vsquequaque desertus intereat.

Obedientes, diabolum non timent.

38. DEUTER. 2. Donec veniamus in terram, quam dominus deus noster daturus est nobis, noliteque seruarum populi, quod nomen Domini inuocatis sit super te. INTERL. Intus in fide & foris in opere radians. Iosue 1. Omnia qua praecipisti nobis faciemus, & quocumque miseris ibimus, &c. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus, quos praeeperis ei, morietur. INTERL. Morte aeterna.

Obedientia, vera sapientia.

39. DEUTER. 4. Haec est vestra sapientia, & intellectus coram populis. LYRAN. Sapientia, id est, sapida scientia quae inducit ad Dei amorem, Sapientia autem Philosophorum, magis inducit ad elationis tumorem, Haec ille. Adimpletio ergo mandatorum, ex obedientia, est nostra sapientia. Vnde sequitur: Et audientes vniuersi praecipia haec dicant, en populus sapiens, & intelligens.

Obedientia principium virtutum.

40. DEUTER. 6. Audi Israel, Dominus Deus noster vnus est, &c. HVGODES. VICTORE. Ante praecipuum ad obedientiam animus praeparatur. Audi, hoc est, ausculta, acquiesce. Omnis enim virtus ab obedientia incipit, quemadmodum omne vitium ab inobedientia procedit. Frustra namque, vel inobedienti gratia, vel contumaci doctrina, vel non intelligenti, praecipuum diceretur.

Ab obedientia benedictio, ab inobedientia maledictio.

41. DEUTER. II. En propono vobis benedictionem, & maledictionem. INTERL. Vt eligatis quod vultis. Benedictionem si obedieritis mandata domini Dei vestri, &c. maledictionem, si non auerteritis mandata domini Dei vestri, &c. INTERL. 7. [Qui autem superbia nitens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille.] GLOSSA ORD. Sacerdotis imperio, id est, Christi qui est Sacerdos in aeternum, qui vicarios sibi substituit, quibus ait: [Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.] Iure ergo damnationis sustinet sententiam, qui contemnit diuinitatis potentiam.

Contra inobedientes.

42. DEUTER. 21. Filius noster iste proteruus, & contumax est, monita nostra audire contemnit, &c. lapidibus eum obruet populus, & morietur. GLOSSA ORD. [Melior est obedientia quam victimae, & auscultare magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum auolandi est repugnare,] &c. 1. Regum 15. Inobedientem ergo filium, & vitiosum Moyses iubet obrui lapidibus. Euangelium quoque duris increpationibus quasi lapidibus tales arguit. [Genimina viperarum, quis docebit vos fugere a ventura ira?] Luc. 3. Sequitur: Vt auferatur malum de medio vestri. INTERL. Ne alios exemplo corrumpat.

Obedientia

Obedientia signum perseuerantiae.

43. DEUTER. 28. Sustinetis te Dominus sibi in populum sanctum, &c. si custodieris mandata domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius, videbuntque omnes terrarum populi, quod nomen Domini inuocatis sit super te. INTERL. Intus in fide & foris in opere radians. Iosue 1. Omnia qua praecipisti nobis faciemus, & quocumque miseris ibimus, &c. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus, quos praeeperis ei, morietur. INTERL. Morte aeterna.

Obedientia, inuentio mira Dei ad salutem.

44. IOSUE 2. Qui pergentes ingressi sunt domum meretricis nomine Rahab, & quaerunt apud eam. LYRAN. Translatio Chaldaica habet. [Mulieris hospitalariae,] & sic dicunt etiam Hebraei. Nomen enim hebraicum vtrumque significat, & non est verisimile quod Rahab fuerit meretrix: quia postea fuit coniuncta in matrimonio ipsi Salmò qui erat princeps nobilioris tribus, scilicet tribus Iuda. Haec ille. Hoc supposito, per Rahab intelligi potest religio quae in domum suam suscipit missos a Iesv, de quibus intelligi etiam potest quod dicit Origenes homil. 3. in Iosue, in superioribus collocat, excelsis scilicet fidei sacramentis. Nemo enim missus a Iesv inuenitur deorsum, & humiliacens, sed in superioribus permanet. Sequitur. Et ascendere fecit viros in solario domus suae, operuitque eos stipula lini qua ibi erat. Haec ille. Videre esset fortissimos duces mulieris subiectos, & ira humiliatos. addit ORIGEN. Miranda benignitas, & prouidentia Dei apparet, qui volens peccatori Cham praestare remedium, & salutem, seruus fecit eum fratribus suis, Genes. 9. Sicut Elau fratri suo Iacob, Genes. 27. non vt periret, sed vt salutem melioribus obediendo acquireret. Praestatur enim plurimum malis, qui se regere nesciunt, cum sibi metipsis non committuntur, sed serui sunt sanctorum, & subiacent melioribus. Vides quam multa benignitas Domini, quam abscondit auribus vulgi, & verbis asperioribus tegit, ne seruus malus, & ingratus, contemptor que efficiatur, si in misericordia Dei sui intellexerit bonitatem. Haec ORIGEN. Missus ergo a Iesu intrat religionem vt obediatur, & seruus fiat & saluetur. at hoc auribus vulgi absconditum est, &c. Sed est miranda benignitas, &c. ideo diabolus educere curat, dicens: Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam, &c.

Obedientia praestat sacrificio.

45. I. REG. 15. Melior est obedientia quam victima, &c. GREGOR. lib. 35. Moral. cap. 10. Quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò propria voluntas ma&ctatur. Tanto ergo quisque Deum citius placat, quanto repressa arbitrij sui superbia, gladio praecipiti se immolat, &c. Sola est ergo obedientia quae fidei meritum possidet, qua sine quisque infidelis contuincitur. Vnde Salomon, Prouerb. 21. [Vir obediens, loquetur victorias:] dum enim alienae voci humiliter subdimur, nos ipsos in corde superamus, &c. Nobis obedientia vsque ad mortem seruanda praecipitur exemplo Christi qui ait, Ioan. 5. Non possum a me ipso facere quidquam, sed sicut audio iudico. Si sicut audit indicat, tunc quoque obedit, cum iudex venit; ne igitur nobis vsque ad mortem obedientia vitam terminum obedientia laboriosa appareat, redemptor noster indicat; quia hanc etiam cum iudex venerit seruatur, Vide locum Gregorij, vbi multa, & bona inuenies de obedientia.

Voluntaria debet esse obedientia.

46. IBERNARD. Quasi peccatum auolandi nolle acquiescere. Non ait: Non acquiescere, sed nolle

acquiescere, vt nò iussionis simplex ipsa transgressio, sed voluntatis superba contetio seclus idololatriae reputetur. Non enim est idipsum, nolle obedire, & non obedire. Hoc quippe interdum erroris est, interdum & infirmitatis. Illud verò aut odiosa pertinacia, aut contumacia non ferenda. Non ergo qualiscumque mandati praeteritio, criminalcm facit inobedientiam, sed repugnare, seu nolle acquiescere. BALDWINVS. Idolum est hominis quidquid plusquam Deum colit, aut diligit, filius ergo inobedientiae voluntas sua idolum est, cuius motus contempta Dei voluntate sequuntur, & quidquid ipsa iusserit quasi sacrosanctum adorant. Atqui seruus non debet herilis imperij esse arbiter, sed minister. Vide Voluntas, numer. 11. ex Balduino.

Idem.

47. I. REG. 30. Et percussit eos David, scilicet Amalechitas, & non remansit ex eis quisquam. INTERL. Isti sunt Amalechitae quos Saul delere debuit, & inobedientiae reus, regnum amisit. Haec illa. Vt intelligamus quod eadem via, scilicet obediendo, David regnum affectus est; qua Saul regnum amisit, scilicet non obtemperando, & 3. Reg. 20. Tunc vir quidam de filiis prophetarum. INTERL. Micheas. Dixi ad socium suum in sermone Domini, percutite me. INTERL. In capite. At ille noluit percutere, cui ille ait, quia noluit audire vocem Domini, ecce recedes a me, & percutiet te leo, &c. INTERL. Quod cum contigisset. LYRAN. Propter peccatum inobedientiae; quia eum cognoscebat, & sciebat esse prophetam Domini cui est in omnibus obediendum, cum sit Dominus vitae, & mortis, san-tatis, & infirmitatis. VATABLYS. Parabola qua ostenditur in primis Deo esse obediendum, sicut fecit sequens, qui percussit eum, & vulnerauit.

Obediendum praepositis.

48. I. PARALIP. 12. Viri eruditi qui nouerant singula tempora ad praecipendum quid facere deberet Israhel. Omnis autem reliqua tribus eorum consilium sequebatur. Hoc dicitur de filiis Isachar qui elegerant Dauid in regem. GLOS. ORD. Hi doctores Ecclesiae significant, quorum praecipis subditi obtemperant. Haec illa. Aduerte tamen hic dari formam, & praelatis vt nouerint singula tempora, ad praecipendum, &c. insuper & subditis, vt obediatur eis, & eorum consilia sequantur. DIOGENES LAERT. lib. 7. cap. 1. dixit elegantj carmine. Optimus ille quidem, qui parereta mouenti. Contrarium huius fecit rex Amasias de quo dicitur 2. Paralip. cap. 25. quod non admisit prophetam ei consulentem, imo dixit parui pendes eum. Num consiliarius regis es? Quiesce ne interficiam te. Cui propheta. Scio quod cogitauerit Dominus interficere te qui & fecisti hoc malum. Scilicet idola Seir colere, & insuper non acquiescisti consilio meo. Post peccatum idololatriae aggrauat inobedientiam eius, &c. Et 2. Paralip. 35. Noluit Iosias renerti, &c. nec acquiescit sermonibus Nechao ex ore Dei. Verum perrexit, vt dimicaret in campo Mageddo, ibique vulneratus est a sagittariis, &c. GLOSSA ORD. Ex verbis Ieremiae, & aliorum prophetarum potuit voluntatem Domini cognoscere, &c. quia prophetae praedixerant Nechao esse ascensurum. At noluit Iosias renerti, &c. Et vulneratus est, &c. Forsitan desepxit consilium Nechao, eo quod gentilis esset, & ipse fidelis. Vide quem sinem habeat inobedientia, & contumacia.

Idem.

49. I. ESDRAE 7. Omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo, sine in mortem, sine in exilium, &c. Etiam regi gentili inobedientia legis Dei odiosa.

Idem.

Idem.

50. **IVDITH 27.** *Oxias infusus lacrymis dixit, aquo animo estote fratres, & hos quinque dies expectemus à Domino, &c.* **GLOSSA ORD.** Quasi in potestate sua sit summi datoris magnificentia, cum magis tempus tribuendi, & motus in dantis quàm accipientis potestate consistat. **GLOSSA MOR.** Per istos significatur religiosi querulosi de defectu victualium, quorum querimonia aliquando superiorem inducit ad concedendum aliqua inconuenientia per quæ læditur ordinis disciplina. Vnde **GREGOR. in Moralibus.** Pro qualitatibus subditorum disponuntur acta regentium vt scæpe pro malo gregis etiam veri, boni derelinquantur iam vita pastoris.

Idem.

51. **ESTHER 1.** *Qua scilicet Vasthi renuit & ad regis imperium venire contempsit.* **GLOSSA ORD.** Non solum legatos despiciens, sed & regis imperium. Vnde in Euangelio qui ad cœnam vocati, aliis rebus occupati noluerunt venire, iuxta indignatione patrisfamilias reiecti sunt, & alij loco eorum constituti. Sequitur, *Nequaquam ultra regina Vasthi ingreditur ad regem, sed regnum illius altera qua melior est illa accipiat.* Inobedientia non est peccatum particulare, sed commune. Sequitur, *Nô solum regina lesit regina Vasthi.* **INTERL.** Quasi publica res agitur, sed & omnes populos. *Egredietur enim sermo regina ad omnes mulieres ut contemnant viros suos, &c. Lex fuit. Ut cuncte uxores tam maiorum quàm minorum deseruant maritis suis honorem.* **INTERL.** Id est, prælatis obedientiæ honorem.

Perfecta obedientia.

52. **ESTHER 2.** *Esther non quaesuit muliebrem cultum, sed quacumque voluit Egeus eunuchus cultus virginum, hæc ei ad ornatum dedit.* **INTERL.** Quia plus credidit doctoribus quàm sibi. Quæ vitia sunt melius nouit medicus, quàm infirmus. & infra. *Quidquid illi precipiebat, scilicet Mardocheus, obseruabat Esther, & ita cuncta faciebat, ut eo tempore solita erat, quo eam parvulam nutrebat.* Etiam postquam ad regiam dignitatem ascendit.

Obediens quas victorias loquitur.

53. **PROVERB. 21.** *Vir obediens loquetur victorias.* **GALFRIDVS.** Verè, non, victoriam sed victorias. Triplicem enim loquitur victoriam de mundo, triplicem de peccato, triplicem de seipso. Scimus quoniam mundus in triplici maligno positus est, in maligno curiositatis, cupiditatis, voluptatis. Curiositas ad dignitates, & dominationes affectandas insudat, cupiditas ad pecunias, & possessiones amplianas anhelat, voluptas ad ollas Ægypti, & delicias terrenas aspirat. Ecce quomodo triplici victoria de mundo triumphat obedientia. Triplici similiter triumphat de peccato. Triplex namque est funiculus peccati, est enim peccatum in Deum, est in proximum, est in seipsum. In Deum peccat qui diuina iudicia detrectando diiudicat, diiudicando condemnat; in proximum delinquit, qui in necessitatibus ei subuenire dissimulat, cum habeat vnde possit; ille peccat in seipsum, qui in aliquo suæ carnis flagitio commaculat corpus suum. Tertia nunc restat de seipso, & hanc sicut cæteras triplicem esse conspicio. Tria namque sunt quæ ad vincendos nos non mediocriter obstant, natura, consuetudo, sua vniuersiuaque vita. Vt igitur plenam de se ipso quisque capiat victoriam, vincat necesse est naturam, vincat consuetudinem, vicat vitam suam. Vincat naturam, non

secundum statum illum in quo creata est, sed secundum istum in quo remansit, scilicet corruptionis; oportet eam restringere, non extinguere, reprimere, non opprimere; seruiat ergo ne seuiat, ancilletur, ne dominetur, alioquin qui secundum eam vixerit, morietur. Vincat nihilominus consuetudinem, illam scilicet quæ de corruptione nascitur, non illam, quæ per rationem introducit, & prudentia, & discretionem nutritur. Graue est enim prauam consuetudinem abrumperè, difficile inolitam abolere. Sed nec sic planè teipsum viceris, nisi & vitam propriam odio habueris.

Obedientia perfecta.

OSEÆ 1. *Same tibi uxorem fornicationum, &c.* **PATER DOC. RIBERA.** Vxor fornicationum dicitur, quæ multum fornicationi dedita erat, omniumque libidini exposita. *Abiit & accepit Gomer, &c.* In hoc præcepto ita difficili primum Deus obedientiam propheta: voluit experiri & in exemplum proponere populo duræ ceruicis. Noranda est prophetæ obedientia, qui ante exemplum saluatoris, ita sese vicit, tantamque sibi vim intulit, vt fornicariam & acciperet, & amaret. *Abiit, inquit, & accepit Gomer.* Paruit celeriter Deo præcipienti, non opere modo, sed & voluntate, quantumvis turpis erat, & prophetæ indigna vxor, abiit continuè, & accepit. Fama, & indignitatis suæ obliuiscitur, ad rumores hominum surdus, solum Deum audit, vnicum decus suum putat Deo obtemperare, & non solum obedit voluntate, sed & quod maximum est, intellectu, illum captiuans in obsequium Dei. Non enim deliberando moratur, non cogitat quid personam suam deceat, cæca quadam obedientia deustum, decorumque esse credit quidquid iubet Deus. Nec puerum se esse causatur vt Ieremias, nec recusat, vt Ezechiel, qui dixit, [Domine Deus; ecce anima mea non est polluta, &c.] nec vt Petrus. [Abiit Domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum.] sed obedit perfecta obedientia, & abiit & accepit Gomer. Quæ perfecta obedientia teste Bernardo ad fratres de monte Dei, maxime in incipiente indiscreta est, id est, non discernere debet quid vel quare præcipiatur, sed ad hoc tantum nititur vt fideliter, & humiliter fiat, quod à maiore præcipitur. *Vide etiam GREGOR. 35. Moral. cap. 12. 13. & 14. & super lib. 1. Reg. cap. 15. super illa verba, Melior est obedientia quam victima, & D. THOMAS 2. 2. quæst. 186. art. 8.*

Obedientia perfecta.

ACTORVM 9. *At ille, Domine quid me vis facere?* **BERNARD.** Hæc planè perfectæ conuersionis est forma. O verbum breue, sed plenum, sed viuum, sed efficax. Quam pauci inueniuntur in hac perfectæ obedientiæ forma, qui suam ita abiecerunt voluntatem, vt non quid ipsi, sed quid velit Dominus, omni hora requirant? *Et Dominus ad illum. Surge & ingredere ciuitatem, ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.* O sapientia suauius vniuersa disponens, eum cui tu loqueris erudiendum de voluntate tua mittis ad hominem, vt socialis vitæ commendetur utilitas, & edoctus per hominem discat & ipse secundum datam sibi gratiam hominibus subuenire.

Perfectio obedientiæ minoribus vel aequalibus ex charitate.

PETRI 1. *Animas vestras castificantes in obedientia charitatis.* **GVILLELMVS DE S. THEODORO.** Est obedientia imperij, & consilij, est subiectionis, est charitatis. Purius autem, ac dulcius secundum Apосто

Obediendum Deo, exemplo seruorum, & bestiarum.

TERTVLLIANVS lib. de patientia. Si probos quosque seruos pro ingenio dominico conuersari videmus, si quidem artificium promerèdi obsequium est, obsequij verò disciplina morigerata subiectio est; quanto magis nos secundum Dominum moratos inueniri oportet? Seruos scilicet, Dei viui, cuius iudicium in suos, non in cõpede, aut pileo vertitur, sed in æternitate, aut pœnæ, aut salutis. & tamen non de hominibus modò seruituti subnixis, vel quolibet alio iure debitoribus obsequij, verum etiam de pecudibus & de bestiis obedientiam exprimimus, intelligentes vñibus nostris eas à domino prouisas, traditalque. Meliora ergo erunt in obsequij disciplina quæ nobis Deus subdidit? Agnoscent denique quæ obediunt: nos cui soli subditi sumus, Deo scilicet auscultare dubitamus?

Idem.

CHRYSOST. hom. 16. in 1. ad Timoth. Si non caliter, saltem vt famuli nobis nostri, ita Deo seruamur. Nonne vitam illi omnem in hoc exponunt, vt nobis requiem parent? & hoc illis opus est, istud studium, vt dominos curent. Nonne illi quæ Domini sunt tota die curant, sua verò diei vix exigua parte? Contra verò nos, nostra quidem semper, quæ Domini, vix vnquam curamus, & quidem cum nostris Deus non egeat obsequiis, vt domini famulorum, sed hæc omnia nostris cedunt commodis. Illic famuli ministerium domino prodest: sic serui obsequium domino nihil, seruo multum confert. Dic enim quæso, si ego iustus sum quid inde Deus lucratur? Quid perdit si ego fuero iniustus? Nonne natura illi immortalis, inuolabilis, & omni labe superior? Serui, nihil habent proprium, sed omnia domini sunt, quantumvis illi ditescant. Nos plurima habemus propria, neque absque ratione à rege omnium honoris tantum accepimus. Quis vnquam Dominus pro seruis suis filium suum tradidit? Nemo certe. Sed omnes pro filiis seruos dare eligent. Contra hic filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: pro nobis, inquam, omnibus seruis infirmis, impiis, inimicis suis odio eum habentibus. Serui, si grauias eis imperentur, nec sic quidem indignantur, maxime si ingrati ij sint. Nos autem grauiter plurima ferimus. Erubescamus, si vt nobis famuli seruiunt, ita nos Domino seruire nõ studeamus. Seruis herus nihil tale pollicetur quale nobis Deus. Sed quid? libertatem præsentem omni sæpe seruitute durior, & vbi fames inualuerit acerbior, pro summo tamè munere id habetur: apud Deum verò, mortale nihil, aut corruptibile. Sed quid? [Non vos, inquit Ioannes 15. dicam seruos, vos amici mei estis.] Philosophantur illi necessitate coacti, nihil plus accipientes, quàm victum, & vestitum necessarium, plerumque etiam minus, pane dumtaxat vescentes contenti, seruili thoro dormientes, & vitam reliquam summa cum vilitate ducentes. Nihil sæpe delinquentes, iustè & iniuriis anguntur, nec tamen interim contradicunt, non criminantur, non indignantur, tantum deprecantur, & Philosophos omnes superant silentio. Nos inter delicias iniurij sumus.

Obediendum Deo.

ISAIE 29. *Quasi lutum contra sigulum cogites, & dicat opus factori suo, non fecisti me, & sumentum dicat sistori suo, non intelligis.* **CHRYSOST. lib. de obedientia.** Sicut lutum quocumque manus se formantia duxerit, sequitur, ita hominem quacumque Deas iul-

Apostolum Petrum ad pares, siue ad minores suos, [Fili] obedientiæ castificant corda sua in obedientia charitatis, quam ad maiores subiungant per obedientiam necessitatis. In illa enim sola vel præcipit, vel consulit, vel etiam obedit charitas, hic autem pœnam vel timor vel minatur imperiosa necessitas. & in illa obedienti debetur sæpe maior gloria, in ista verò, obedienti, maior semper intentatur pœna.

Exemplum festinae obedientiæ.

57. **2. MACHAB. 5.** *Eodem tempore Antiochus secundam professionem parauit in Ægyptum, &c.* Narrat **LIIVS lib. 45.** senatum Romanum per suum legatum Popilius iussisse ei vt exiret de Ægypto, cumque legatum maximo cum honore recepisset, dexteramque dedisset, tabellas ei Popilius scriptum habentes tradidit, atque omnium primum id legere iubet. quibus perfectis cum se consideraturum, adhibitis amicis quid faciendum sibi esset dixisset: Popilius virga quam in manu gestabat circumscriptam regem. At priusquam hoc circulo exeat, inquit, redde responsum Senatui quod referam. Obstupescens tam violento imperio parumper cum hæsitasset, faciam, inquit, quod censet senatus. Tunc demum Popilius regi dexteram tanquam amico atque socio porrexerat. Die deinde finita excessit Ægypto Antiochus.

Vir consilij est vir obediens.

58. **1. MACHAB. 2.** *Ecce Simon frater vester scio quod vir consilij est, ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater.* **GLOSSA ORD.** Simon audiens interpretatur, & bene dixit Simonem esse virum consilij: quia qui Spiritus sancti gratia docente, auditu instruuntur interno viles per omnia, atque habiles sunt consilio. Vnde **Psal.** [Audiui quid loquitur in me Dominus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos] & in **Apoc.** [Qui audit, dicat Veni] hortatur nos magister celestis quatenus illos audiamus quos ipse interius docens salubres nobis esse fecit magistros. **1. Machab. 8. dicitur de Romanis.** *Omnes obediunt uni, & non est invidia neque zelus inter eos.*

Obediens inuulnerabilis est.

59. **2. MACHAB. 3.** *Prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos, & ob ipsum inuulnerabiles esse, eo quod sequerentur leges ab ipso constitutas.* Notanda quidem causa cur Israëlita, optimique isti milites inuulnerabiles ab ipso etiam hoste pronunciantur. Eo quod, ait, [sequerentur leges ab ipso Deo constitutas.] Si vis ergo inuulnerabilis esse, & non vinci à tentatore, esto obediens præceptis à Deo constitutis. Iuxta illud etiam **Deut. 28.** [Si audieris vocem Dei tui vt facias atque custodias omnia mandata, quæ ego præcipio tibi, &c. Dabit Dominus inimicos tuos, qui consurgant aduersus te, corruentes in conspectu tuo, &c.]

Inobediencia mala.

60. **1. MACHAB. 5.** *Ceciderunt illa die de populo Israëli ad duodecim millia viri, & facta est plaga magna in populo: quia non audierunt Iudam, & fratres eius. Existimantes, scilicet Iosephus, & Azarias, fortiter se facturos, quibus præceperat. Præestote populo huic, & nolite bellam committere aduersus gentes, donec reuertamur.* **GLOSSA ORD.** Magnæ plagæ patitur casum, qui non Iudæ spiritualis salubre audit consilium. & **1. Machab. 12.** *Non habent principem, & adiuantem, nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.*

ferit, ea sequi, & quæ ille intulerit, grato animo perferre conuenit: nihil omnino reluctando, vel curiosè discere querendo. *Iustinus de recta confessione siue de sancta coeſſentia Trinit.* Cedendum potius voluntati Dei, sicut lutum obsequitur suo figulo.

Obediendum Deo, exemplo animalium.

64. CHRYSOST. *hom. 4. de penitentia.* Cum equum laudatim maxime qui vlla sine habenarū vi pro nutu compeſcitur, si verò fræno cogente cum commodè subegeris, nequaquam mirum. Nec enim pecudis generositate, sed fræni necessitate, ipsa modi obseruatio reputabitur. Idemdem & in homine licet intueri quod imminente timore, si tranquillè perseuerat, nequaquam mirum; cum verò tentatio ipsa quieuerit, atque timoris quis amouerit frænum, tunc mihi vim philosophantis animæ ostende, modestiamque omnem. *PROCORIVS in Leuiticum.* Quemadmodum decet vt iumenta nobis obsequantur: ita rationem nostram obtèperare oportet Deo. *THEODORETVS Serm. 3. de Græcarum affectionum curatione.* Non immeritò reluctantur bestia hominibus, cum ipsi Deo suo rebelles sint, cui sol, luna, stellæ obediunt: mare non tranſit fines suos, cum tamen non habeat legem vt homines in tabulis scriptam: sed sic equus fræno retrahitur, ita mare ne abundet.

Obedientia ad salutem necessaria.

65. LAURENTIUS IUSTINIANVS *De ligno vitæ cap. 3. de obedientia.* Sicut sine duce non confiditur de victoria, ac sine gubernatore non peruenitur ad portum: ita & absque obedientia impossibile est in huius vitæ pelago non periclitari, ita enim hominem facit triumphare. *CHRYSOST. homil. 49. in Ioann.* Inter sæculi homines, si quis militum præter regis voluntatem facit, à rege non admittitur, sed munere & dignitate exorbat, vltimo afficitur supplicio. Itidem & nos cum cupiditati seruimus, cum rapimus, cum vim inferimus, cum verberamus, cum non facimus eleemosynam, illuc nullo pacto admittemur, sed id nobis quod virginibus accidet, quibus ad sponſum ingredi non licuit, sed extinctis lampadibus, hoc est gratia deficiente, abierunt. Etenim ignem flum quom spiritus gratia statim accipimus, modo velimus augebimus, sin minus, exinguetur: quo extincto sole, tenebræ animas nostras occupabunt. Vt enim ardeat lampade lux vndique diffunditur, ita extincta occupant tenebræ.

Idem, & de dignitate obedientiæ.

66. CLEMENS ALEXAND. *Libro 7. Stromatum.* Quemadmodum si quis in Homero studium posuerit, cum faciet poetam & Demosthene oratorem, & Aristotele physicum, & Platone philosophum: ita qui parat Domino, & per eum datam sequitur prophetiam, efficitur ad magistri imaginem, Deus qui in carne versatur.

Obediendum potestatibus sublimioribus.

67. ROM. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi à Deo, &c. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, & reliqua.* GREGOR. NAZIAN. *Oratione ab subditos terrore percussos.* Est ex legibus nostris hæc vna admodum laudatissima, & optimè per spiritum lata, quæ possibilitatem honestati admiscuit, & ita statuit, vt quemadmodum serui obtemperant dominis, & vxores viris, & Ecclesiæ domino, & discipuli pastoribus, & magistris: ita etiam homines cuncti, potestatibus subditi sint sublimioribus, nõ solum propter

iram, sed & propter conscientiam, ac ideo & tributum soluant, & legem nequaquam ob malefactorum prohibitionem odio habeant, nec gladium expectent: sed timore purgati à potestate laudentur, atqui & amissis hæc est vnica: recto enim parca, superfluum verò abscindit. Vnus est sol, at tamen sanos illuminat oculos, cum debiles magis obscuret. Vis vt aliquid etiam de nostris dicere audeam? Vnus est Christus, sed in ruinam positus est, & in resurrectionem: in ruinam infidelibus, & in resurrectionem credentibus, & his quidem petra est offensionis & lapis scandali qui non cognouerunt, nec intellexerunt; sed in tenebris ambulat, vel idola colunt, aut vsque ad literam vident, & super hanc, nec illuminari volunt nec possunt. Aliis autem lapis angularis, & petra laudabilis, cui colligantur sermone, & in ipso ambulat, aut, si vis, margarita illa quam bonus ille mercator, omnibus quæ habebat diuenditis, emit. Nobis autem frater tale quid accidit, cum vitam nostram emendare nolimus; sed contra potestatem indignamur, quale & iis qui medicum tanquam imperitum, & temerarium acculant, quod incisionibus, & aduſionibus vtatur, cum ipsimet malè sint affecti, & austerioribus indigeant remediis.

Pro inobedientibus.

BERNARD. *Serm. 1. de omnibus sanctis.* Vt Adæ indignamur meritò omnes quod vxori suæ potius obedierit, quam Deo: ita nobis displicemus, quod carni nostræ, aut quibuslibet aliis creaturis magis quam Deo placere studeamus. *IDEM Serm. 1. de Pauli conuers.* Magna est dissimilitudo inter bonum, & sequacem, atque inter durum, & pertinacem. Nam huic dicere habet prælatum, quid tibi vis faciam, Quod Dominus ad eum nondum illuminatum ait. At perfectus, & obediens populus dicit id Pauli dictum, *Domine quid me vis facere?*

Pro obedientia intellectus, & voluntatis.

IN SVMMAM *Virtutum. Tract. 5. cap. 20.* Solent inferi arbori agresti duo ramusculi alicui nobilis arboris; deinde arboris quæ prius fuit agrestis, prodeunt flores, frondes, & fructus secundum naturam arboris nobilis à qua ramusculi sunt assumpti: sic obedientia, alienum sensum, & alienam voluntatem assumit, & cordi eius qui promittit obedientiam inseruit, & iam cor illud secundum sensum, & voluntatem sui superioris operatur.

Pro inobedientibus Deo.

DEVT. 32. *Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, fecit, & creauit te?* *LACTANTIUS FIRMIANVS Lib. 5. Institutionum, cap. 19.* Quod si seruorum nequissimus habetur qui dominum suum fuga deserit, sique verberibus, vinculo, ergastulo, & cruce, & omni malo dignissimus iudicatur, & si filius eodem modo perditus, atque impius existimatur, qui patrem suum dereliquit, ne illi obsequatur, ob eandemque causam dignus putatur, quod sit ex hæres, & cuius nomen de familia perpetuò deleatur, quanto magis qui Deum deserit, in quem duo vocabula, domini & patris æquè veneranda conueniunt? Nam ille qui seruum prætio comparat, quid in eum beneficij confert præter alimenta quæ illi vtilitatis suæ gratia subministrat? & qui filium generat, non habet potestatem vt concipiatur, vt nascatur & viuat. Vnde apparet & non esse illum patrem, sed tantummodo generandi ministrum. Quibus ergo supplicitis dignus est desertor eius, qui dominus verus & pater est, nisi quæ Deus ipse constituit, qui spiritibus

spiritibus iniustus æternum parauit ignem, quod ipse per vates suos impiis, ac rebellibus comminatur?

Ad obedientiam conducit castitas. Vide Castitas, num. 1. 2.

Obedientia maxima Christi in Eucharistia. Vide Eucharistia, num. 95.

Obedientiam exigit Deus, non scientiam. Vide Sapientia, num. 1.

O C V L I.

Contemplatorum oculi clariore. Vide Contemplatio, numero 14.

Oculos Dei homo ad se trahit. 1.

Oculi Domini super iustos. 2.

Oculi custodiendi etiam à licitis. 3.

Aperire oculos quid? 4.

Deus videndo benefacit, & miseretur. 5. 7. 8. 9. 16.

Oculi Christi pulchriores vino, quid? 6.

Oculus dexter, & sinister quis? 10.

Oculus simplex quis? 11.

Oculus nequam quis? 11.

Oculi quandoque excæcantur in bonum. 12.

Oculi lachrymantes, felices. 13.

Oculi aspicientes Dominum. 14.

Oculi pupilla parua, & magna. 15.

Oculos Dei homo ad se trahit.

1. GENES. 1. *Terra autem erat inanis, & vacua.* Alia litera habet. [Erat inuisibilis, & incomposita. *AMBROS.* Nisi fortè & sic accipiamus, inuisibilem terram, quod nondum verbo Dei, & protectione visitabatur, quæ hominem non habebat propter quem Dominus respiceret in terram. Sicut scriptum est *Psal. 13.* [Dominus respexit super filios hominum vt videat si est intelligens,] &c. & *Psal. 77.* De cælo fecisti iudicium, terra tremuit & quieuit.

Oculi Domini super iustos.

2. GENES. 1. *Vidit Deus lucem quod esset bona.* *GAMBROS.* Non laudat lucem verbis, sed approbat bonitatem eius videndo. Plus enim est quod probatur aspectu, quam quod sermone laudatur. Ita bonorum operum proprium est, vt externo commendatore non egeant, sed gratiam suam cum videntur ipsa testantur. *Hæc ille.* Hanc bonitatem ponderat Scriptura dicens. [*Oculi Domini super iustos.*] &c. & ita vidit Mattheum & Petrum Christus. Videndo quippe bonitatem, imperitus ei fuit. Sic etiam vidit duos fratres, &c.

Tam ab illicitis quam à licitis oculi seruandi.

3. GENES. 3. *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, &c.* *GREGOR. 21. Moral. cap. 2.* Ne in lubrica cogitatione versetur, non debemus intueri, quod non licet concupiscere. Nec enim Eva lignum terigisset, nisi hoc prius incautè conspiceret. Pensandum ergo, quantum ab illicitis visum debeamus restringere, qui mortaliter viuimus; si etiam mater viuentium per oculos ad mortem venit. Vt munda mens in cogitatione seruetur à lasciuia voluptatis suæ, deprimendū sunt oculi quasi quidam raptores. Vnde *Propheta Thren. 3.* [*Oculus meus deprædatus est animam meam.*] Per oculum corporis pertulit prædam cordis. Ad custodiendam ergo cordis mun-

ditiam, exteriorum quoque sensuum disciplina seruanda est. Quod etiam à licitis seruandi sunt oculi, Vide verbum *Mulier.* num. 8. ex *Bernardo.*

Aperiri oculos quid significet.

4. GENES. 3. *Et aperti sunt oculi amborum.* *AVGVST.* Quomodo oculi eorum aperti nisi ad inuicem concupiscendum? Aperti sunt igitur oculi eorum ad intueendum & cogitandum, quod ante nunquam aduerterant. Sicut illis duobus discipulis euntibus in Emaus aperti sunt oculi, & cognouerunt quem per viam non cognouerant. *CHRYSOST.* Sicut Agar ancilla scriptura testatur, Deum aperuisse oculos, non quod ante clausos habuerit, sed quod Deus illius mentem excitaret, vt cognosceret, &c. *INTERL.* Aperti sunt oculi amborum; nempe ad concupiscentiam & cognitionem bestialis morus. Culpa quippe oculos concupiscentiæ aperuit, quos innocentia clausos tenebat. *AVGVST. 14. de Ciuit. cap. 17.* Aperti sunt oculi amborum ad discernendum inter bonum, quod amiserant, & malum in quod inciderant. Experta enim morbi molestia euidentior fit etiam iucunditas sanitatis. *THEODOR.* Aperti sunt oculi amborum, id est, sensum, ac stimulum conscientie habere, qui eos remorderet. *Alij.* Id est inualuit, & reuixit in eis concupiscentia coniunctionis nuptialis à naturali illo torpore, ac stupore. Diuina namque Scriptura, corroboracionem; ac confirmationem, apertionem oculorum appellat. Vt in libris Reg. de Ionatha scriptum est, aperti sunt oculi eius, hoc est, corroboratus est: quasi præ inedia, & lassitudine oculi claudantur.

Deus videndo benefacit & propitius fit.

5. GENES. 16. *Vocauitque Agar nomen Domini, quod loquebatur ad eam. Tu Deus qui vidisti me.* *INTERL.* Id est, Propitius fuisti. *RABAN.* Rectè autem nomen eius ita vocatur; quia gratuitus consulit miseris, & humiles consolatur in tribulatione eorum. Vnde *Psalmsa:* [*Tu laborem, & dolorem consideras, & tibi derelictus est pauper.*] *CAIETAN.* A beneficio, quod dignatus sit ipsam visere, prouidendo illi, peculiare Deo nomen apposuit. Ipsa siquidem nominatio, est beneficij agnitio, & gratiarum actio.

Oculi Christi pulchriores vino quid significet.

6. GENES. 49. *Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.* *LIPOMAN.* Sensus est. Rubescunt oculi virorum Iuda ab ipso vino, quod terra tam largiter illis proferet, quin & lactis in ea sorte tanta erit copia, vt dentes ipsi, ex eius frequentu esu sint albicati. *AMBROS.* Per oculos & dentes significat Prophetas & Apostolos. Propheta enim sicut oculi Christi præuiderant, & annunciauerunt eius aduentum, de quibus ipse dicit; [*Abraham diem meum vidit, vidit & gauisus est.*] & vnus de Prophetis dicit; [*Vidi dominum Sabaoth,*] &c. Quem videntes, [*Spiritualliter lactitia implebantur, & ideo hilares oculi eius à vino,*] &c. *AVGVST.* Fului oculi eius à vino: Nam spirituales eius inebriati sunt poculo eius; iuxta illud: [*& calix meus inebrians quam præclarus est.*] *THEOD.* Quia hi, qui multo vino vtuntur, subsanguineos oculos habere consueverunt, vt ostendat patriarcha, dominum, post passionem, ac mortem, mutationem quandam sensurum; sed in melius, ait, [*iucundi sunt oculi eius à vino,*] &c. Pro toto partem hic posuit, id est, totus erit post mortem gloriosus. *EVCHER.* Oculi Christi Apostoli sunt & Euangelistæ, qui scientiæ lumen vniter so corpori Ecclesiæ præstant, ij pulchriores vino probantur: quia eorum doctrina auctoritatem vini veteris

ris legis exuperant. Euangelica enim præcepta longè clatiora sunt, quàm veteris Testamenti mandata, &c. RVPERT. Oculi Christi pulcherrimi septem esse & in Zacharia propheta, & in Apocalypsi legitur; qui sunt Dei septem spiritus missi in omnem terram. Constat autem, quia septiformis gratia Spiritus sancti quam accepimus ex gratia Euangelij, vetuitate legis pulchrior, atque dulcior est.

Christus videndo benefacit.

7. EXOD. 3. Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, &c. & descendi ut liberem eum. INT. Vidi, id est, misertus sum, vt liberem. BEDA in hom. S. Marib. Vidi Iesus hominem sedentem in telonio. Vidit non tam corporeis intuitibus, quàm internis miseratiõnis affectibus, quibus Petrum negantem, vt reatum suum cognoscere, ac deslere posset, respicere dignatus est, quibus & populum suum Ægyptia seruitute depressum, vt eriperet aspexit. LIPOMAN. In Hebræo habetur: [Videndo, seu videns vidi afflictionem,] &c. Qua verborum geminatione vehementia, certitudo, & celeritas significatur. SEVERVS. Et Christus in nouissimis temporibus super omne genus nostrum misericorditer flexus est, quod ab acerbis operum exactoribus, daemonibus videlicet vexabatur, velocitèrque per Isaia prophetiam seipsum festinantem exhibuit, vt auferret ab iniquo spolia, quæ nos miseri mortales eramus.

Idem.

8. EXOD. 34. Ego inibo pactum videntibus cunctis, & signa faciam qua nunquam sunt visa, &c. CYRILL. lib. 1. 6. in Leuit. Vide quæ, & qualia, & quanta populo venerint bona ad preces Moysi, & respectu, & cura ipsius Domini; tanquam si sol respiciat segetem, & afferat fructus, quam si vtique non respixisset, instructuosa mansisset: ita Deus segetem cordis nostri respiciens, & radiis nos verbi sui illuminans auget nos, & multiplicat, vt ultra non simus paruuli; sed magni efficiamur. vis videre, si respiciat Dominus ad hominem, quanta sit salus? Petrus aliquando penè perierat, sed vbi respexit ad eum Dominus Iesus tantum, statim reuersus est in semetipsum, & prolapsum de præcipitio reuocans pedem, fleuit amarissimè. Itaque ita respectus à Deo, locum suum flendo recepit, quem negando perdidit. LEUIT. 16. Respiciam vos & crescere faciam. GLOSSA ORD. Cuius respectus salus. Respiciente nos Deo, magni efficiamur; sicut magnus factus est Isaac, & magnus Moyses, & magnus Ioannes Num. 6. Sic benedicetis filiis Israël, &c. Ostendat Dominus faciem suam vbi, & miseretur tui, conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. GLOSSA ORD. Ostensio vultus Dei, propitiatio est. & veræ salutis ostensio. & conuersio vultus significat misericordiã; auersio irã. Vnde: [Respice in me, & miserere mei] & alibi: Quare auertis faciem tuam, & obliuisceris inopia nostræ? Ostendat Dominus faciem suam tibi, & miseretur tui. Alia litera. [Illustrat Dominus faciem suam super te.] VATABL. Vel respiciat te Dominus vultu hilari. Conuertat Dominus vultum suum ad te. Alia litera. [Attollat Dominus faciem suam super te.] VATABL. [Vel respiciat te Dominus semper.]

Idem.

9. ESDRÆ 5. Licet multi ædificia reparationis templi impedire intentarent, tamen non potuerunt, & reddidit rationem Scriptura sancta. Oculi autem Dei eorum factus est super senes Iudeorum, & non potuerunt inhibere eos. Vide quid, & quantum efficiant oculi Domini super iustos, imò super peccatores.

[Præteriens Iesus vidit hominem sedentem in telonio Mathæum nomine.] Item, paralyticum piscinæ vidit Iesus, & sanauit eum. Ait enim Euangelista: [Hunc cum vidisset Iesus,] &c. Quid mirum si Tobias ex aspectu Gabeli, miserus est illius? cap. 1. Et cum multa turba generis sui Gabelum egentem viderit, ex quibus honoratus fuerat a rege, dedit illi memoratum pondus argenti. Quid mirum, inquam, si Christus misericordissimus egentes videndo locupletetur?

Oculus dexter, & sinister quid?

1. REGVM II. Vt etiam omnium vestrum oculos dextros. STERN. Semper diabolus, sinistrum oculum vult seruare, dextrum ertere. Hoc est, quod Pharao iussit masculum interfici, & feminas referuari. Cantio. 4. Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa in vno oculorum tuorum. BALDVIN. Quid sibi vult quod in tota pulchritudine sponsæ quæ tota pulchra dicitur, non vulneratur sponsus, nisi in vno oculo? Ante omnia illi placet puritas sancti amoris; iste tempus oculus non est, sed vnus oculorum est. Verè vnus: quia vni intentus, vnum amat, vnum curat, vni adhaeret; sed quo magis hæret quàm oculo? Nam vbi amor ibi oculus. Oculus autem: quia potest videre & videri, illex & index solet esse amoris. Nã sua pulchritudine amorè prouocat, & secreta significatione nuntiat. Pulchritudine dico fideli & vera; non fucata & ficta.

Oculus simplex quis sit.

11. MATTH. 6. Si oculus tuus fuerit simplex &c. BERNARD. Non est oculus verè simplex, qui fallitur. Fallitur autem tam qui dicit bonum malum, quàm qui malum bonum putauerit. Ego verò vt interior oculus verè simplex sit, duo illi arbitror esse necessaria. Charitatem in intentione, in electione veritatem. Nam si bonum diligit, sed verum non eligit, habet quidem zelum Dei, sed non secumcundum scientiam, & nescio quæ ad modum iudicio veritatis vera possit esse cum falsitate simplicitas. [Estote, inquit, prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.] Præmitte ergo prudentiam, sine qua neminem satis esse posse simplicem, sciret. Quomodo denique verè simplex erit oculus cum ignorantia veritatis? Aut vera potest esse simplicitas, quam simplex ignorat veritas? Patet ergo laudabilem illã, & à Domino laudatam simplicitatè absque his duobus non esse bonis, beneuolentia, atque prudentia. & oculus cordis non solum pius, qui fallere nolit, sed & cautus sit, qui falli non possit. Caterum sicut oculum simplicem duo illa faciunt bona, scilicet amor boni, & cognitio veri, sic nequam oculum duo è regione mala constituunt, cæcitas, qua fit, vt veritatem non agnoscat, & peruersitas, qua fit, vt diligit iniquitatè. Porro inter hæc duo bona, & illa duo mala, duo sunt media. vnũ bonum per quod oculus interior, et si falli queat ignorantia veri, zelo tamen boni fallere penitus non consentit; Alterum verò malum, quod licet veri notitiam non impediatur, amorem tamen boni præ malitia minimè sentit.

Oculi quandoque cæcantur in bonum.

12. ACTOR. 9. Apertisq; oculis, nihil videbat. BERNARD. Felix cæcitas, qua malè quondam illuminati in præuaricatione; tandem in conuersione salubriter oculi excæcantur.

Oculi lacrymantes falices.

13. APOCAL. 7. Absterge Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum. BERNARD. Fœlices lacrymæ, quas benigna manus conditoris absterget, & beati oculi, qui talibus liquari sictibus elegerunt, quàm

quàm eleuari in superbiam; quàm omne sublime videre, quàm auaritiæ, & petulantia famulari.

Oculi aspicere debent Dominum, & colari in ipsum.

14. PSALM. 24. Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos. & Psal. 122. Ad te leuauit oculos meos qui habitas in caelis. Rex Ezechias hoc faciebat. [Sai. 38. v] Ique ad defectionem. Attenuati, inquit, sunt oculi mei suspicientes in excelsum. Audi retributionem. Oculi Domini super iustos &c. AVGVSTIN. in Psal. 31. ex persona Christi sic ait. Non à te auferam oculos meos: quia & tu à me non auferes oculos tuos. [Ecce sicut oculi seruatorum in manibus dominorum suorum, & sicut oculi ancilla: in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec miseretur nostri. Oculi itaque nostri sunt processus & infirmationes, quibus à Domino petimus, vt miseretur nostris necessitatibus; sunt clauis, quibus aperiuatur thesauri diuinae liberalitatis reclusi in manibus eius. Audi quid dicat ille in quo sunt reconditi thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, & in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, monens, & suadens nos vt ab eo tanquam à patre petamus. Luc. 11. [Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem; nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum; nunquid porriget illi scorpionem?]

Oculi pupilla parua, & magna.

15. MACHAR. Pupilla oculi cum sit exigua, tamen est vas ingens. Quoniam intuetur vna celum, astra, solem, lunam, orbis, & alias creaturas, & eodem modo quæ conspiciuntur in illa parua pupilla oculi, simul & eodem modo formantur, & effinguntur. Vide verbum Cor. num. 14.

Deus videndo miseretur.

16. 2. MACHAB. 14. Dicitur de Demetrio viro crudeli, dixisse vt regem & alios occideret. Nolite mihi ostendere faciem eorum, scilicet Antiochi, Eupatoris, & Lyfia. & occidit eos exercitus, & sedet Demetrius super sedem regni sui. STERNAN. E contrario, Dominus in conspectu suo peccatores apparere desiderat: quia semper paratus est eis misericordiam impertiri. Vnde ecce publicani, & peccatores manducabant cum Iesu.] & hic peccatores recipit, & manducat cum eis.]

OPERA.

Bonis operibus nostris Angeli gaudent. vide Angeli, numero 4. 1.

Opera bona non egent laude humana. 1.

Operibus nostris bonis glorificatur Deus. 2.

Necessario facere debemus bona opera ad salutem. 2. 6. 12. 13. 15. 16. 17. 18. 21. 23. 26.

Post bona opera contemplatio. 3. 2. 4.

Deus qualiter cessauerit operari, & modò operetur. 4.

Opera necessaria cum fide. 5. 27. 30. 37. 41. 43. 44. 48. 51.

Opera necessaria cum intercessione sanctorum. 7.

Opera nostra bona, nostri memoria. 8.

Opera bona, auertunt indignationem Dei. 9.

Secundum opera bona retributio. 10. 25.

Opera bona sacrificium sunt pro defectibus. 19.

Opera nostra bona à Deo. 11. 14. 46. 49. 50.

Opera bona debent esse multiplicia, & examinata. 20. 38. 40.

Opera moraliter bona, mercedem habent. 22.

Opera bona debent fieri oculis. 28. 55.

Opera bona, amorem Dei conseruant. 29.

Opera correspondere debent dotibus. 31.

Opus multum distat à theorica. 32. 33.

Opera cum bona intentione faciendâ. 34. 47.

Opera quæ proximo sunt Deo fiunt. 36.

In opere, non in sermone gloriandum. 39.

Desideria, in opera prodire debent. 42.

Opera moraliter bona non prosunt ad salutem impio. 45.

Operum bonorum merces expectanda. 52. 53.

Opera nostra à gratia valorem habent. 54.

Boni operis fructus, cautè custodiendus. 56.

Per opera accedendum ad Deum. num. 35.

Opera bona non egent laudè humana.

GENES. 1. Vidit Deus lucem quòd esset bona. AMBROS. Bonorum operum proprium est vt exteriori commendatore nõ egeant; sed gratiam suam, cum videntur, ipsa testantur.

Per opera nostra bona glorificatur Deus.

IBID. Congregentur aqua qua sub celo sunt, & appareat arida. ORIGEN. Sed & nos laboremus congregare spiritualiter aquam quæ sub celo est, & abicere eam à nobis, vt cum hoc factum fuerit, appareat arida, id est, Abiciamus à nobis opera nostra quæ sunt in carne gesta, vt videntes homines opera nostra bona glorificent patrem nostrum. Sequitur, & vocauit Deus aridam terram. Sicut enim arida, segregata à se aqua vltra non mansit arida, sed iam terra nominatur. Hoc modo & nostra corpora, si hæc ab eis segregatio fiat; iam non permanebunt arida, sed terra appellabuntur, ex eo quod fructuum Deo ferre iam poterint. Nam aridam appellauit Deus terram, pro eo quod ei facultatem ferendorum fructuum largiretur. Si quis ergo sua culpa aridus manet adhuc, & fructum nullum affert, sed spinas & tribulos, velut ignis efscas, etiam ipse efca ignis efficitur. Si verò studio, & diligentia sua, separatis ex se aquis abyssi, quæ sunt daemõnis sensus, exhibuit se terram fructiferam; sperare debet quod ipse introducetur à Deo in terram fluentem lac, & mel. Sequitur: Germinet terra herbam virentem & facientem semen, &c. Si iam facti sumus terra, si iam non sumus arida, afferamus fructus vberes, & diuersos Deo; vt & nos benedicamur à patre dicente: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Deus. Nam sicut idem pater ait, plenitudo agri mecum est: ita & filios habere vult, mediante gratiæ suæ aqua. Vt in nobis implicatur illud Apostoli. Terra excipiens frequenter venientem super se imbrerem, & generans herbam opportunam iis à quibus colitur, percipiet benedictionem à Deo: quæ verò spinas, & tribulos profert, reproba est, & maledicto proxima, cuius finis est in adustionem.

Post opera bona, contemplatio.

GENES. 1. Fecitque duo luminaria magna. EUGEN. Bene autem terra primò germinauit, deinde facta sunt luminaria: quia post opera bona venit illuminatio lucis, ad contemplandum speciem supernæ veritatis.

Deus qualiter cessauerit operari & modo operetur.

4. **G**ENES. 2. *Et requieuit Deus die 7. ab vniuerso opere, quod pararat.* HIERON. Iuxta Græca exemplaria habetur, [& compleuit Deus die sexta.] D. THOMAS. 1. p. q. 73. ar. 1. ad 2. dicit quod vtrumque stare potest. Nam consummatio quæ est forma totius vniuersi, quæ ex integritate partium consistit, competit sextæ diei: consummatio autem quæ est per cessationem à nouis creaturis, diei septimo conuenit. Poterat enim Deus plures creaturas facere, præter illas, quas fecerat sex diebus. AVGVST. Non requieuit, quasi lassus ex nimio labore, sed requieuit, id est, cessauit à creandis nouis creaturis. Solet enim scriptura requiei nomine cessationem explicare, sicut in Apoc. de sanctis animalibus dicitur. [& requiem non habebant die ac nocte dicentia Sanctus, Sanctus, Sanctus,] id est, non cessabant hæc semper decantare. In cælis namque requies est maxima, sanctis: & nota, quod non cessauit operari absolute: quia ut dicitur in Euangelio [Pater meus vsque modo operatur, & ego operor,] sed ab vniuerso opere quod pararat, id est, ab illo opere quod vsque in illum diem fecerat, id est, à nouis condendis speciebus creaturarum, non autem à cæli, & terræ, omniumque rerum quas considerat gubernatione, & administratione cessauit. D. THOMAS. ubi supra ad 3. Nihil postmodum à Deo factum est totaliter nouum, quin aliquo modo in opere sex dierum præcesserit. Quædam enim præstiterunt materialiter, ut Eua in costa Adæ, quædam causaliter, ut indiuidua, quæ nunc generantur, in indiuiduis à Deo tunc creatis: species etiam nouæ, si quæ apparent, præstiterunt in quibusdam actiuis virtutibus, sicut animalia ex putrefactione generata in virtutibus stellarum & elementorum, quas à principio acceperunt, & animalia mixta diuersarum specierum, ut mulus, præcesserunt etiam causaliter, quædam etiam præcesserunt secundum similitudinem, ut animæ quæ nunc creantur, & opus incarnationis, ut ait Paulus, in similitudinem hominum factus; & etiam gloria spiritalis præcessit in Angelis, & gloria corporalis in cælo Empyreo. Vnde Sapiens [Nihil sub sole nouum.] iam enim præcessit in seculis quæ fuerunt ante nos.

Opera necessaria cum fide.

5. **Q**UOD opera sunt necessaria cum fide recta, vide verbum *Fides*, multis in numeris.

Oportet semper aliquid operari.

6. **G**ENES. 2. *Ut operaretur, & custodiret illum.* CHRYSOST. Propterea præcepit Deus ut homo operaretur paradisum & custodiret, ut ne immodica prosperitate homo insolesceret. Omnem enim malitiam docuit otium. Erat autem operatio tunc citra laborem, & occupatio illa nec dolorem, nec molestiam afferebat, &c. Vide, *Homo*, num. 25, & *Humilius*, num. 4. ex GREGOR.

Opera bona requiruntur simul cum intercessione sanctorum.

7. **G**ENES. 19. *Recordatus est Abrahæ & liberauit Loth.* Quomodo requirantur opera nostra simul cum intercessione sanctorum, Vide, *Iusti*, num. 28. ex Chrysost.

Opera nostra bona, nostri memoria.

8. **I**BIDEM. *Peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab.* id est, ex patre. CHRYSOST. Tunc quidem quoniam origo & initia erant propter generis successionem, memoriam suam volebant conseruare.

Nunc autem quia per gratiam Dei religio, maiora sumpsit incrementa, & iuxta Apostolum, præterit figura mundi huius, bona opera agendo, memoriam nostri relinquamus, ut cum hinc emigrauerimus, vitæ nostræ diligens & accurata conuersatio sit monumentum, & doctrina omnibus, qui nos spectant.

Opera bona auertunt indignationem Dei.

9. **G**ENES. 20. *Redde uxorem viro, & orabis pro te: quia propheta est, & viues.* AMBROS. Sed dices quæ ratione Pharaon grauius afflictus est, Abimelech autem nullam poenam exsoluit, cum vterque ignorauerit Saram uxorem esse Abrahæ? Pharaon, dux cum esset, vitiorum quo plus habuit licentiæ, eo plus flagitij commisit. Abimelech autem & fidelis æstimatus est Deo, ut meruerit audire. *Ego cognoui quod simplici corde fecisti hoc.* Ideo non afflictionis ut Pharaon, sed monitionis duntaxat dignus extitit. Nec dubium cæteris operibus eius, indignationem Domini esse reuocatum; qui veræ interioris arbiter est conscientia.

Secundum opera retributio etiam in presenti.

10. **G**ENES. 22. *Quia fecisti hanc rem, & non peperisti filio tuo, &c.* GREGOR. in 1. Reg. cap. 9. Quia scriptum est, 1. Corin. 3. quod vnus quisque mercedem accipiet secundum suum laborem, quod nimirum, non solum de æterna, sed etiam de presenti retributione accipitur. Omnipotens Deus pro merito operis electis suis tribuit augmenta virtutis. Vnde Abrahæ dicitur; [quia fecisti hanc rem, &c.] Plerumque enim qui fideliter laborant in faciendis iis, quæ sciunt, per diuinam gratiam maiora quæ agant cognoscere merentur.

Opera bona à Deo.

11. **G**ENES. 24. *Protulit vir inanes aureas, &c. & Garmillas, &c.* AVGVST. Christus verba diuina margaritis omnibus pretiosiora dedit Ecclesiæ, & opera sancta in manibus eius, & quemadmodum Rebecca nec inanes habere potuit, nec armillas in manibus, nisi Isaac per seruum suum transmiseret: ita & Ecclesia, nec verba diuina in auribus, nec opera sancta habere potuisset in manibus, nisi illi per suam gratiam, & per suos Apostolos contulisset.

Opera necessaria prædestinatis.

12. **G**ENES. 25. *Qui exaudivit eum, & dedit concipium Rebecca.* INTERL. Quamuis in Isaac promissa esset successio, tamen implenda erat precibus, Dei definitio. LIPOMAN. Errant igitur, qui dicunt, non necesse habemus operari bona, si prædestinati sumus, &c. Vide, *Prædestinatio*.

Opera necessaria etiam sumenti sacramenta.

13. **E**XOD. 12. *Edent carnes, &c. & azymos panes, &c.* Non sufficit ad salutem, sumptio Eucharistiæ sine bonis operibus. Vide, *Eucharistia*, num. 30. ex GREGOR.

Opera bona à Deo.

14. **E**XODI 13. *Sanctifica mihi omne primogenitum, &c. mea sunt omnia.* INTERL. & RABANVS. Spiritualiter primogenita nostra Domino offerimus cum primordia operum nostrorum illi sanctificamus. Quidquid enim ex vulua bonæ voluntatis, ac bonæ cogitationis in apertum sani sermone & bonæ operationis processerit, iure Domino competit, qui dedit ipsum bonum velle, & perficere pro bona voluntate. Mea enim sunt, inquit, omnia, quia initium omnium boni à Deo, cuius misericordia præuenit, & sequitur. AMBROS. lib. 1. de Cain, & Abel cap. 10.

Non

Non totum exigit à te Deus qui totum donauit, solum dicit, sanctifica mihi omne primogenitum. Multa enim ad vsum substantiæ largitur humana, & hoc non potest esse diuinum sacrificium, vbi est vsum naturæ, edere, bibere, dormire, aliaque etiam ministeria corporis dono sunt tibi collata, non à te relata Deo munera. Quidquid autem sanctum cogitaueris, hoc Dei munus est, Dei inspiratio, Dei gratia. Sicut e contrario illa quæ cum vsum naturæ humanæ sint, non coinquinant hominem, sed quod exit de ore, furta, falsa testimonia, sacrilegia: hæc sunt quæ coinquinant hominem. Interiora ergo nostra mundemus, ut possit oblatio non displicere, ibi quæramus omne, quod aperit vuluam masculinum, hoc est, iustum, & principale, quod sanctificare Domino debemus, & infra. *Quidquid habueris masculini sexus consecrabis Domino.* INTERL. Quidquid habueris vtilis, & perfecti operis, non fœminini, quod diligit Pharaon & nutrit, Domino, non tibi accepta feres. Fœminea enim & mollia deputanda sunt nobis duntaxat, non Deo.

Opera necessaria.

15. **E**XOD. 13. *Septem diebus vesceris azymis, & in die septimo erit solemnitas Domini.* INTERL. Toto presentis vitæ tuæ tempore sinceritatis, & veritatis opera facies, & in vera animarum requie postea solennem Domino celebrabis festiuitatem. ORIGEN. Sextus dies est hæc, in qua nunc sumus vita. In sex enim diebus fecit hunc mundum. Hac ergo die tantum reponere, & recondere debemus, quantum sufficit & in futuro die. Hoc dicit super illud *Exod. 16.* [Die sexta parent quod inforant, scilicet de manna, & sit duplum, &c.] Si quid enim hic boni operis acquiras, si quid iustitiæ, misericordiæ, & pietatis recondas, hoc tibi in futuro saeculo erit cibus. Vnde in Euangelio, qui acquisiuit hic decem talenta, ibi accepit decem ciuitates, & qui acquisiuit quatuor, accipit quatuor ciuitates, & hoc est quod Apostolus dicit, quod seminauerit homo, hoc & metet. Quid ergo agimus nos, &c. Vide, *Diuitia*, num. 9. Item quod opera sint necessaria, ut oratio impetret victoriam contra inimicos. Vide, *Oratio*.

Opera bona operari oportet.

16. **E**XODI 17. *Manus autem Moysi erant graues, &c.* AMBROS. lib. 2. epistola 7. Sapientis cor, actumque & opus radicatum esse decet, atque immobile. Hoc docuit Moyses quando manus eius grauiores fiebant, & fumentes lapidem posuerunt subter eum in quo sedit. Ideoque vincebat populum quando non perfunctoria gerebantur opera, sed plena ponderis atque virtutis, non nutantis animi, nec titubantis affectu, sed fundata mentis stabilitate. Quam autem miserum, ut qui nascimur in libertate, moriamur in seruitute. Sed hoc fit leuitate animi, atque infirmitate morum; quia curas inanes volumus, & operamur superuacua. ergo sapiens extendit manus suas, stultus autem contrahit; sicut scriptum est *Ecclesiastici 4.* Stultus complexus est manus suas, & vorauit viscera sua, carnalia magis cogitans quam spiritualia. At non filia Iudæ, *Dan. 13.* quæ expandens manus clamauit ad Dominum. [Tu scis, quia falsum testimonium aduersum me dicunt, &c.] Ea ergo contemptu mortis, seruauit innocentiam.

Idem.

17. **E**XODI 23. *Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo.* RABAN. Quid est quod fœminis tacitis, de masculis lex mandat in conspectu Domini presentandis? Nisi quod creator noster quidquid molle, quidquid fragile; & infir-

um in nostra cōuersatione est reprobans, fortia virtutum opera à nobis exquirat. Sic enim ter in anno, id est, in fide patris, & filij, & Spiritus sancti pro æternæ mercedis adceptione tempore vitæ presentis bonis operibus studium impendimus, masculinum nostrum sine dubio ante conspectum Domini dignè statuimus.

Idem.

18. **E**XODI 23. *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* GREGOR. 7. *Moral. cap. 17.* In conspectu Domini vacuus apparet qui nihil secum de fructu sui laboris portat. Alius namque adipiscendis honoribus exsudat, alius multiplicandis facultatibus æstuat, alius promerendis laudibus anhelat. Sed quia cum hæc quisque moriens deserit, ante Dominum vacuus apparet; quia secum ante iudicem nihil tulit. Hinc de iustis per Psalmistam dicitur [Venientes autem, venient cum exultatione portantes manipulos suos.] Ad examen quippe iudicij portantes manipulos veniunt, qui in femeripsis recta opera quibus vitam mercantur, ostendunt.

Opera bona sacrificia sunt pro defectibus.

19. **B**EDA super *Exod. 26.* Quod autem in priori tabernaculo quotidie introibant cum sacrificiis sacerdotibus, huius vitæ statum edisserit. Nam sancti Domino, sine intermissione famulantes, quotidianas suæ fragilitatis erratus, sine quibus esse in hac vita nullatenus possunt, quotidianis bonorum operum victimis, quotidianis lacrymarum suarum libaminibus quasi veri sacerdotes Dei, & Christi eius expiant. *Hæc ille.* non tamen omnes fideles proprie sunt sacerdotes.

Opera bona debent esse multiplicia, & examinata.

20. **E**XODI 30. *Sume tibi aromata, stactem, &c. faciesque thymiamam, &c.* GREGOR. 1. *Moral. cap. 39.* Curandum est, ne bona nostra pauca sint, curandum ne indiscussa, ne aut pauca agentes inueniamur steriles, aut indiscussa relinquentes vecordes. Nec enim vnaqueque verè virtus est, si mixta aliis virtutibus non est. Vnde rectè ad Moysen dicitur, [Sume tibi aromata, &c.] Thymiamam quippe ex aromatibus compositum facimus, cum in altari boni operis virtutum multiplicitate redolemus. *Quod nuxum, & purum sit.* Quia quanto virtus virtuti iungitur, tanto incensum boni operis sincerius exhibetur. Vnde & bene subiungitur, [cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, &c.] Vide *Examen*, num. 1.

Opera, & cooperatio nostra necessaria.

21. **D**EV. 20. *Non timebis, quia Dominus Deus tuus tecum est.* AVGVST. *quest. 29. in Deut. To. habent.* [Quoniam Deus vester, qui præcedet vobiscum, sicut debellabit vobiscum inimicos vestros, & saluos faciet vos.] Ecce quemadmodum in spiritualibus conflictibus sperandum, & petendum est adiutorium Dei; non ut nihil faciamus, sed adiuti cooperemur. Ait enim [debellabit vobiscum] ut etiam ipsos auctores ostenderet.

Opera moraliter bona, mercedem habent.

22. **R**EGVM 14. *Iste solus inferretur de Ieroboam in sepulchrum, quia inuentus est super eo sermo bonus à Domino Deo Israel in domo Ieroboam.* Alia litera. [Quod bonum aliquid in eo inuentum sit erga Dominum Deum Israel.] VATABL. Bonum illud quod fuerit filius Ieroboam, non exprimitur in scriptura. LYRAN. Dicit Rabbi Salomon, quod Ieroboam volens impedire illos de regno suo, ne ad festa irent

in Ierusalem, vt patet ex *cap. 12.* Posuit homines armatos in viis, ne aliqui possent transire si vellent illuc ire, & iste filius Ieroboam, ignorante patre, amouit illud impedimentum, vt illi, qui erant deuoti, possent ire in Ierusalem ad orandum Dominum. *Hac ille.* Hoc opus bonum remuneratum fuit in isto filio Ieroboam in sepultura, quam accepit solus inter fratres. Opera enim moraliter bona, etiam in malis, non carent premio temporali, & *4. Reg. 10.* laudat Dominus Iehu, sic; [Quia studiose egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia, quae erant in corde meo fecisti, contra domum Achab, filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel.] Ecce mercedem temporalem quam accipit, licet peccator. Dicitur enim. [Potro Iehu non custodiuit, vt ambularet in lege Domini Dei Israel in toto corde suo. Non enim recessit a peccatis Ieroboam.]

Opera, & cooperatio nostra necessaria.

23. **O**SE 13. *Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum.* P. D. RIBERA. Dicitio [tantummodo] non cooperationem eorum excludit, sed poenas more humanissimi iudicis loquitur, qui amicum in capitalia crimina procliuem nunc precibus, nunc minis saepe in officio continuit, operamque diligenter dedit, vt ille vitiosa naturae moderaretur, & peccata mortem sibi paritura vitaret; sed victus tandem vitii iustitia indigente, capitis illum damnare cogitur, qui haec fecisset, recte pereunti amico diceret, perditio tota tua est, tantummodo in me auxilium tuum. Hinc facile colligitur quam turpiter errent haeretici ex hoc loco colligentes nihil ad salutem suam hominem cooperari, sed peccare, tantum posse si nihil cooperantur, cur *cap. sequenti* ait [Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua.] Audiant, & obstupescant quomodo haec verba vertit Paraphraſtes Chaldaeus; [Cum vos deprauastis opera vestra, o domus Israel, dominantur in vos populi, sed quoties conuerſi estis ad legem meam, verbum meum fuit vobis praesidio.] Nec putent Haeretici fauere sibi Hieronymum, cum paulo aliter interpretatur, cum dicit. [Infelix Israel, & dignus maledictione qui in tantum impietatis descendit profundum, vt solius Dei saluetur misericordia. & *rufus.* Potest autem in Hebraeo, & hoc sensu legi. [Disperas Israel, quia nihil tibi reliquum est, nisi vt mea solum clementia conseruaueris.] Non enim dicit Hieronymus, si conseruandus sit Israel, nihil se ad obseruationem suam collaturum, solumque Deum facturum, sed nihil meriti esse in Israele, vt saluus fiat, vetera merita nouis peccatis deleuisse, si quid illi auxilij ferendum sit; Deum misericordia sua fore laturum. At cum tulerit Deus, cooperabitur Deo Israel, non enim seruari potest Israel sine Israele.

Post opera bona contemplatio.

24. **I**SAAC. Haec ergo forma sit viuendi. Cogitatione & auiditate in illa patria conuersari cum Christo: in zernuosa peregrinatione, nullum charitatis officium recusare Christo. Videat anima contemplatione veritatis speciem suam supra se, vifitet caro officio charitatis speciem suam iuxta se, & nec ita peccabit in se. Vifitans, inquit, speciem tuam, non peccabis, si enim viderit caro speciem suam etiam infra se, non abhorreat, non refugiat, nec ab obsequela, & tactu refugiat pietatis. Nunquam enim melius videre merebitur anima, per veritatem speciem suam supra se, quam si se inclinet caro per charitatem ad suam speciem infra se.

Secundum opera, & laborem, merces.

25. **C**ORINT. 15. *Plus omnibus laboravi.* BERNARD. Non ait plus omnibus profui, aut fructificauit; verbum insolens religiosissime vitans. Nouerat enim homo quem docuit Deus, quod vnusquisque secundum suum laborem accipiet, non secundum prouentum, & ob hoc in laboribus potius, quam in profectibus gaudendum putauit, sicut alibi dicit [in laboribus plurimis,] denique & alibi legis, [curam illius habe,] curam igitur exigeris, non curationem.

Cooperatio nostra.

26. **I**BIDEM. *Non autem ego, sed gratia Dei mecum.* BERNARD. Potuit dicere per me, sed quia minus erat, maluit dicere mecum, praesumens se non solum operis Dei esse ministrum per effectum, sed operantis quodammodo socium per consensum, qui enim quod opere complent bona voluntate consentiunt, opus quod per eos Deus explicat, ipsis communicat.

Opera bona necessaria cum fide.

27. **I**ACOBI 1. *Qui autem perspexerit in lege perfecta libertatis, & permanſerit in ea, non obliuiscus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.* Opera ergo bona ad beatitudinem facientem perducunt. Vnde idem Iacobus, *cap. 2.* Abraham pater noster, nonne ex operibus iustificatus est offerens Isaac filium suum super altare? *AVGVST. lib. de Fide, & operibus, cap. 14.* Quare iam videamus, quod excutiendum est a cordibus religiosis, ne mala securitate salutem suam perdant, si ad eam obtinendam sufficere solum fidem putauerint, bene autem viuere, & bonis operibus viam Dei tenere neglexerint. *Hac AVGVST.* Sed dices. Quomodo ergo Paulus, multis in locis, ait opera legis non posse saluare quenquam. *Rom. 4.* [Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.] & *Rom. 3.* [Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.] Ad haec & alia responderetur. Apostolum locutum fuisse de lege veteri quae abrogata fuit per Christum iuxta illud, quod idem Apostolus *ad Galat. 2.* dicit. *Et nos in Iesum Christum credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis, scilicet antiquae.* Fides autem Christi non tollit opera legis suae nouae, imò requirit ea necessaria. Vnde addit Paulus, quod si quarentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores, nūquid Christus peccati minifter est?

Opera bona debent fieri occulte.

28. **M**ATTH. 6. *Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Opera bona quae facis, ait Dominus, sint occulta, & secreta, & de oratione idem dicit. [Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.] Nota verba, non satis est vt fiat in cubiculo, nec in cubiculo clauso ostio, illic etiam fiat in abscondito. *4. Reg. 25.* dicitur rex Sedechias habuisse hortum duplici muro clausum, *Per viam,* inquit scriptura, *porta quae est inter duplicem murum ad hortum regis.* Fructus enim & flores operum nostrorum, duplici muro occultanda, & seruanda sunt. *4. Reg. 2.* petiit Eliseus ab Elia, *Fiat in me duplex spiritus tuus.* Concessit Elia nomine Dei, & ita Elia dicitur fecisse octo miracula, Eliseus autem sexdecim, & insuper dedit illi pallium suum. Ac si diceres, Duplex iste spiritus quae habes, duplici pallio eget, quo operiatur, tuo videlicet, & meo, vt conseruetur. Hoc est, quod clarioribus verbis docet Apostolus,

stolus, *1. Cor. 10.* [Qui stat videat, ne cadat.] & Dominus, *Apo. 3.* [Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.]

Opera bona, amorem Dei conseruant.

29. **E**CCL. 7. *Ne desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula, non te pigeat vifitare infirmos, ex his enim in dilectione Dei firmaberis.* Opera enim bona amorem Dei conseruant, sicut oleum ignem in lampade, ob cuius defectum virgines fatuae dicebant. [Lampades nostrae extinguuntur. At de muliere forti dicitur *proverb. 31.* [Non extinguetur in noſte lucerna eius.]

Opera bona cum fide.

30. **C**HRYST. *hom. 5. ad popul.* Si Christianus es, Christo crede, si Christo credis; per opera mihi fidem demonstra. [Imitatores mei estote, sicut & ego Christi,] clamat Paulus. Ille Dominum imitatus est, tu conseruum non imitaris. Tu quia principio in pietate coaluisti, eum qui persequeretur Ecclesiam, & blasphemus fuit, sed per mutationem ad fidem accessit. *CLEMENS ALEXAN. lib. 7. Stromatum.* Opera sequuntur cognitionem, non secus ac umbra corpus.

Opera correspondere debent dotibus.

31. **C**YPRIANVS *Serm. de Elemosyna.* Vt in hac vita seculari alendis, sustinendis que pignoribus, quo maior est numerus, hoc maior est & sumptus: ita & in vita spiritali, atque coelesti, quo amplior fuerit pignorum copia, esse & operum debet maior impensa. *ORIGENES hom. 1. in Iosue.* Tibi sunt opera bona quae nos ad futuram vitam, velut fidele viaticum comitantur.

Opus multum distat a theorica.

32. **M**ACHAR. *hom. 27.* Aliud est de pane, & mensa verba facere, & aliud edere, ac sumere dulcedinem panis, vt inde corroborentur omnia membra. Aliud est verbotenus disputare de potu suauissimo, & aliud abire, & ex ipso fonte capere, ac ipso gustu suauissimi potus impleri: Aliud sermonem habere de bello strenuis athletis, ac bellatoribus, & aliud abire quempiam in aciem bellicam, & cum hostibus committere, ingredi, & egredi, accipere, dare, & victoriam referre. Ad hunc modum se res habet in spiritalibus. Aliud est notitia quadam, & intellectu, sermones explicare, & aliud in hypostasi, opere, certitudine, & interiori homine habere thesaurum, gratiam, gustum & efficaciam sancti Spiritus.

Idem.

33. **P**SAL. 1. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, &c.* B. A. S. I. *super hunc locum.* Quemadmodum in gradu scalati, prima est ascensio ab humo recessus: sic in exercitatione diuinae conuersationis principium progressus, est digressus a malo. Omnino autem facilius est oritari, quam qualecumque opus facere. verbi gratia. [Non occides, non mœcherberis, non furaberis:] his omnibus otio tantum, & immobilitate est opus. Atqui [diligere proximum tuum sicut teipsum, & vende substantiam tuam, & da pauperibus] actiones sunt athletis competentes.

Opus cum bona intentione faciendum.

34. **M**ATTH. 6. *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* B. A. S. I. *de institutione monachorum cap. 29.* Quomodo facit dextera quod nescit sinistra? Cum intenta mente, & fixo desiderio placendi Deo agimus opera Dei, & omni sollicitudine constringi-

mur, ne discedamus a via recta, & ab opere legitimo: tunc nullus prorsus extrinsecus, nec membri nostri recipimus cogitationem, nisi solius Dei, & eius operis quod explemus. Tanquam si artifex faciens vas indescinenter, & eius meminit, qui opus iniunxit, & vas, quod versat in manibus.

Per opera bona accedendum ad Deum, vt eius opera videamus.

35. **P**SAL. 45. *Venite, & videte opera Domini.* B. A. S. I. *super hunc locum.* Quemadmodum corporis oculis accidit, semotiora interualla eorum, quae se conspicua offerunt, apprehensionem reddunt obscuram, & vix apparentem, contra propior accessio speculantis, agnitionem rerum visibilium exhibet tanto expressiorem. Idem contingit & in multimoda mentis contemplatione. Qui per bona opera sese Deo familiaris, ac propinquum non reddit, ipseus Dei opera, parvis mentibus videre non potest.

Opera bona quae proximo sunt, Deo fiunt.

36. **M**ATTH. 25. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* CHRYST. *hom. 9. de pauentia.* Si forte rex quempiam de populo appellauerit, atque ad seruos dixerit. Reddite gratias huic meo nomine quamplures, qui me inopia laborantem nutriunt, qui mihi beneficia in tempore per multa contulit, nonne certatim quisque pecunias eius omnes appenderit, cui rex gratias dederit? Si ergo in hominem tantum honoris res ipsa tribuit: cogita Christum in illa die ad angelos dicentem. Hic me in terra suscepit hospitio, hic mihi innumera contulit beneficia, hic me peregrinum existentem confovit inducens. Cogita de cetero fiduciam, inter angelorum populos gaudium.

Fides, & opera.

37. **M**ATTH. 25. *Date nobis de oleo vestro, &c.* CHRYST. *homil. 15. Operis imperfecti.* Sicut oleum accendit lumen lucernae: ita & bona opera excitant fidem cordis, & dant confidentiam animae. *I D E M Homil. 52.* Sicut oleum lampades fouet: ita bona opera subministrant confidentiam fidei, ac vigorem accendunt. *I D E M. Ibid. homil. 8.* Sicut qui pulsar ostium, non tantum voce clamat, sed manu; sic qui bona opera facit quasi manu pulsar Deum operibus bonis. *I D E M Hom. de fide, & lege natura.* Qui operibus bonis florent, & Deum pietatis ignorant, similes mihi videntur reliquiis mortuorum pulchre quidem induris, sensum autem pulchrorum non habentibus. Quae enim utilitas animae mortuae? Deo quidem mortuae fide, & ratione, bonis autem operibus vestita.

Bonis operibus sollicitè insistendum.

38. **R**OM. 13. *Nox praecessit, dies autem appropinquauit.* CHRYST. *Homil. 23. in epistolam ad Roman.* Illa igitur finitur, ista aduenit: exerceamus quae huius, non quae illius sunt. Nam & in temporalibus hoc fit: quando enim noctem ad diluculum vsque properare videmus, garrientemque hirundinem audimus, proximum sibi quisque excitamus, & licet nondum profusus nocturnae solutae sint tenebrae, quoniam tamen quod reliquum est transit, sollicitando alius ad alium, diem esse factum dicimus, & quidquid diuini est temporis, induti, a somniis liberati, exuissu prorsus sopore facimus ne non paratos orta dies inueniat: atque ita nondum solis exorto iubare exurgere, & ad faciendam contendere incipimus. Quod igitur in temporalibus facimus, istud & hic faciamus, Exiamus phantasias, liberemus ab huius vitae somniis, &c.

In opere, non in sermone est gloriandum.

39. **I. CORINTH. 4.** *Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute.* CHRYSOST. *Homil. 14. in 1. Corinth.* Quemadmodum in bello non eorum qui plurimum iactant ab se gesta, sed qui plurima gesserunt: itidem hoc in loco non loquentium, sed facientium victoria est: Gloriaris in facundia? Verum si rhetorum certamen, & tempus est, recte inde gloriaris: sin autē Apostolorum veritatem annuntiantium, quidnam in re superflua, & nullius momenti, & in his quę ad præsentia nihil conferre possunt, inflaris?

Opera nostra examinanda.

40. **CHRYSOST.** *In cap. 6. ad Galat.* Sicut aurum videtur splendidum priusquam mittatur in fornacem: verum postquam traditum fuerit igni, tum verò certò dignoscitur; eo, quòd adulterinum est, ab eo, quòd est sincerum, separato: sic & nostra opera, vbi diligenter examinaveris, tunc evidenter detegentur, videbimusque nos ipsos multis criminibus esse obnoxios.

Fides, & opera.

41. **CHRYSOST.** *Homil. 11. in epistol. ad Rom.* Quid prodest regi qui conchyliatus, purpuratusque est, &c. si idem subditos nullos habeat, sed omnibus obiectus sit, insultare, iniuriamque afferre volentibus? Eadem ratione nullum Christiano ei lucrum accedet qui fidem habuerit, affectibus autem obiectus, obnoxiusque interim fuerit. Sic enim maior illi contumelia, maius dedecus iniretur. Nam quemadmodum ille diademate redimitus, purpurea veste amictus ab eo quidem ornatu non solum nihil quidquam lucri ad domesticam dignitatem tuendam assequitur, sed & illam quoque per primatum dedecus contumelia afficit. Ita & fidelis perditè vivens, non solum non veneratione dignus, sed magis ludibrio habendus.

Desideria, in opera prodire debent.

42. **ISAIAE 26.** *Concepimus, & quasi parturivimus, & peperimus spiritum.* HIERON. *quest. 4. ad Algasiam.* Sicut semina paulatim formantur in vteris, & tandiu non reputatur homo, donec elementa confusa, suas imagines, membraque suscipiant: ita sensus ratione conceptus, nisi in opera proruperit, adhuc in ventre retinetur, & cito ab ortu perit, cum viderit abominationem desolationis.

Fides, & opera.

43. **AMBROS.** *Lib. 1. de Cain, & Abel.* Sicut solis splendor ostendit ipsum solem, & ex sole procedit: ita opera ostendant fidem, & dumtaxat sunt indicativa fidei; & sic verum est quod dixit Iacobus. Abraham etiam ex factis, tanquam ex signis fidei iustificatur.

Idem.

44. **AVGVST.** *In Psal. 31.* Nemo computet bona sua ante fidem, vbi fides non erat, bonum opus intentione facit, intentionem fides dirigit. Non valde attendas quid homo faciat, sed quid, cum facit, aspicias; quo lacertos optimę gubernationis dirigat. Fac enim hominem optimè gubernare navim, & perdidisse, quo tendit, quid valet, quod antennam optimè teneat, optimè mouet, dat proram fluctibus, cauet ne latera infligantur, tannis est viribus, vt torqueat navim quo velit, atque vnde velit, & dicatur ei vsque quo is? & dicat, nescio, sed dicat, ad illum portum eo, nec ducat in portum, sed in laxa festinet?

Nonne iste quando sibi videtur in navì gubernanda agilior, & efficacior, tato periculosus eam sic gubernat, vt ad naufragium properando perducatur? Talis est qui optimè currit præter viam. Nonne ergo erat melius, & tolerabilius, vt esset gubernator ille aliquantò inualidior, vt eum labore, & aliqua difficultate gubernacula regeret, & tamen rectum, debitumque cursum teneret, rursumque ille pigrius, & imbecillius, tamen viam ambularet, quam præter viam fortiter curreret? Optimus ergo ille qui & viam tenet, & bene ibi ambulat, sequentis autem spei qui etsi aliquantulum claudicat, nõ omnino errat, aut remanet, sed progreditur, etsi paulatim. Fortasse enim bene sperandum est eum quo tendit etiam tardius perventurum. Ergo ex fide iustificatus est Abraham, sed fidem opera non præcesserunt, tamen sequuta sunt. Nunquid enim fides tua sterilis erit? Si sterilis non es, sterilis non est ipsa. Aliquid mali credidisti, & igne malitię tuę radicem tuę fidei concremast. Tene ergo fidem operaturus.

Opera moraliter bona non prosunt ad salutem impio.

45. **AVGVST.** *De spiritu, & litera, cap. 28.* Sicut non impediunt à vita æterna iustum quædam peccata venialia, sine quibus hæc vita non ducitur: sic ad salutem æternam non prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillimè vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur. Verum sicut in regno Dei velat stella ab stella in gloria differunt sancti: sic in damnatione pœnæ sempiternæ tolerabilius erit Sodomæ, quam alteri civitati, & erunt quidam duplo amplius quibusdam gehennæ filii. **CLIMACVS.** *De discretionis gradu 26.* Qui fidem non habet, & bona quædam forte operatur, is ei similis est qui haustam aquam in perforatum dolium immittit.

Bona opera Deo adscribenda.

46. **FVLGENTIVS** *ad Theodorum senatorem.* Oculus sic factus est, vt videret lumen, sed videre non potest, nisi se illi lumen infuderit, ita bonum quod facis gratiæ adscribendum. Nam quòd videt oculus, beneficium est luminis, quo si careret, cæcus remaneret in tenebris. *& infra.* Vt summa confusio est, alienis ornamentis se extollere, ita insanite est manifestè, quemquam, qui gratias quæ à Deo solo profectæ sunt, virtuti suæ attribuit.

Operis boni vita, intentio bona.

47. **RICHARDVS** *Pictorivus de statu interioris hominis.* Quod est corpus sine anima, hoc est opus sine intentione bona. Quilibet ergo actio quamvis bona videatur, quasi mortua iudicatur, nisi per consilium ad intentionem bonam anmetur. Et sicut vita à corde procedit, & super omnia membra diffunditur, sic & intentio bona de consilio surgit, & virtutum opera ad meriti vegetationem animare consuevit. Rectè igitur per sapientem præcipitur. [Omni custodia serua cor tuum.]

Fides, & opera.

48. **BERNARDVS** *Sermone secundo, de resurrectione Domini.* Sicut corporis huius vitam ex motu suo dignoscimus, ita & fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis est anima, per quam mouetur, & sentit, vita verò fidei, charitas est, quæ per illam operatur.

Deo adscribenda opera & salus nostra.

49. **ROMAN. 9.** *Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei.* **ORIGENES.** *Peri archon, cap. 1.* Sicut nisi

nisi cum bonos, atque vberes fructus ad perfectam maturitatem pertulit seges, nemo piè, & conuenienter dicit: quia fructus ipsos agricola fecit, sed à Deo fatebitur præstitos: ita etiam nostra perfectio, non quidem nobis cessantibus, & otiosis perficitur, nec tamen consummatio eius nobis, sed Deo qui est prima & præcipua causa operis ascribetur. Sic cum navis superauerit marina discrimina, quamvis multo labore nautarum omnis nauticæ artis opere impenso, & gubernatoris studio, atque industria adhibita res agatur, ventorum quoque aspirantibus flatibus, & astorum signis diligenter notatis, si tamen navis vndis, & fluctibus fatigata, ad portum salua peruenit, nemo sanè sensus, nisi misericordię Dei, salutem navis ascribet, sed ne ipse quidem nauta, vel gubernator, audeat dicere, ego saluam feci navem, sed totum ad misericordiam Dei refert, non quod sentiat se nihil ad saluandam navem, vel artis adhibuisse, vel laboris, sed quoniam sentit à se quidem laborem, salutem verò à Deo præstitam navì. Ita etiam in nostræ vitæ cursu, à nobis quidem dependendus est labor, & studium, atque industria adhibenda, laboris verò nostri fructus à Deo speranda est salus.

Idem.

50. **P SAL. 13.** *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* **ORIGENES.** *lib. 3. in epistol. ad Roman.* Veluti si quis fundamenta iaciat domus, & vnum, aut duos parietes extruat, nunquid dicitur fecisse domum, quamvis operatus videatur in domo? Sed ille dicitur domum fecisse qui totius ædificij ad perfectum singula quæque membra produxerit, ita arbitror & hic Prophetam & Apostolum, *Rom. 5.* dicere, neminem fecisse bonitatem, à nullo eam ad perfectum, & ad integrum consummatam. Si autem requiramus quis sit verè bonus, & quis perfectam fecerit bonitatem, illi inueniemus solum qui dicit, [Ego sum pastor bonus.]

Opera bona necessaria.

51. **MATTH. 22.** *Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* **CHRYSOST.** *homil. 41. oper. imp.* Quomodo si aliquis cum nigris vestimentis inuenitur in nuptiis, sordidat gloriam nuptiarum, ita & qui opera habet tenebrosa, & inter Christianos quasi vnus ex eis conuersatur, ipsi Christianitati facit iniuriam. **FVLGENTIVS.** *lib. 1.* Sicut præparata est per prædestinationem voluntas à Domino qua bonum velimus: sic etiam opera bona præparavit Deus, vt in illis ambulemus. **LAVRENTIVS IUSTINIANUS.** *de disciplina, & perfectione monastica, cap. 20.* Vnus docet, quod quanto vberiores quis vult colligere fructus, tanto diligentiori, & sollicitiori cura terram excõlit vomere, sentisque de ea eradicare conatur, ne nascentes aristas præfocare possint. Nam si inculta permaneat, vepribus, vtricique repletur, & hominum vsibus omninò inutilis efficitur, nec verò minori diligentia humani corporis terrena substantia disciplinæ spiritualis vomere colenda est, si ex se bonos Deo valeat producere fructus.

Operis boni merces in futuro expectanda.

52. **MATTH. 6.** *Amen dico vobis receperunt mercedem suam.* **CHRYSOST.** *Homil. 36. ad popul. Antioch.* Sicut gulosi, insolentes, expertes honestatis & ventris serui ad regale vocati conuiuij, nec cõgruam horam expectantes, paruulorū infantium more suam corruptunt lætitiã præuencientes, & vilioribus se ipsos cibis saturantes: ita scilicet & hi mercedem hic exquirentes, & accipientes futuram dimittunt, & foenecras quidem post multos annos sortem recipere concupiscunt cum periculo, nec sortem recipiendi, vt mo-

ra maius accipias foenus: hic verò statim repetis, & hæc cum non hic semper, sed illic continuè sis mansurus, non hic iudicare, sed illic pœnas subire debeas. & si quis tibi quidem domos, vbi manere non debeas parasset, magnum existimasses detrimentum id factum, nunc autem hic vis locupletare, vnde frequenter & ante vesperam es migraturus. *Et hom. 53.* Quantæ sunt istę dementia? nam si hic quidem ceperis, omnino corruptibilia recipies: si verò tempus illud expectes, incorrupta tibi reddet, & immortalia, si recipis hic, plumbum recepisti, si verò illic, probatum aurum.

Operandum cum gaudio attendentes ad mercedem.

53. **AVGVST.** *de verbis Domini in Matth. serm. 16.* Quando laborat cum gaudio operarius in agro; quando attendit in arborem, & fructum videt: quando attendit segetem, & fluctuare prospicit vberitatem: non sine causa laborauit, non sine causa attriuit frigus, & æstus tolerauit; hoc est quod ait Apostolus ad *Hebr. 13.* vt cum gaudio hoc faciam non cum tristitia, non enim expedit vobis, sed illis, si cum tristitia faciunt, simul ergo in agro dominico operemur bonum, vt simul deinde gaudeamus.

Opera nostra à gratia valorem habent.

54. **HECTOR** *Pintus in cap. 17. Ezechielis.* Vt annulus cupreus pretioso adamante ornatus summi valoris est, non ob cuprum, sed ob gemmam inæstimabilem, cupro ipsi inclusam: sic opera nostra in gratia vitam æternam merentur, non quod nostra sint: quia sic, vt cuprum sunt parui pretij; sed quia sunt in gratia, & insignita sint tanquam inæstimabili adamante merito mortis, & passionis Christi, cui per gratiam adhaeremus.

Opera nostra bona abscondere debemus.

55. **MATTH. 6.** *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* **GREG.** *8. Moral. c. 37.* Hostes ad rapinam prouocat, qui latronum notitiã diuitias denudat. quousque enim ab æternæ patriæ securitate disingimur, per latronum insidiantium iter ambulamus, quod ergo in itinere deprædari formidat, abscondat necesse est bona quæ portat.

Boni operis fructus cautè custodiendus.

56. **MATTH. 7.** *Omnis arbor bona bonos fructus facit.* *et c.* **GREG.** *22. Moral. cap. 8.* Quo arbor altius ad superiora surrexit, eo ventorū vim vehementius sentit, quo quisque plus in bonis operibus attollitur, eò amplius ab ore laudantium flatu fatigatur. Si arbor adhuc in semine est, metuendum ne putrefiat. Si adhuc in virgultum prodiit, curandum ne hanc manus elationis tangat, atque à viriditate suæ actionis arefaciat. Si valente iam robore ad alta se subleuat, valde formidandum, ne hanc ad motæ laudis ventus grauiora radicitus euellat. Qui se auditis suis laudibus extollit, quid aliud iste, quam aurum, vel argentum probum fuit, quem videlicet linguæ fornax consumpsit: arbor sæpe quæ vnus venti impulsu ita impellitur, vt ne iam posse erui videatur, alterius est diuerso vomentis flatu erigitur, & quæ hac ex parte, inflexionem pertulit, ab alia ad statum redit. Ita nos Dei moderamine sæpe, cum vox laudantis eleuat, lingua detrahentis humiliat. *De fide & operibus, vide Fides.*

ORATIO.

Oratione homo cœlestis efficitur. 1.

Oratione omnes diuitias spirituales cõsequimur. 2. 53.

Gratiarum

Orationi vacandum. 3. 5. 20. 41. 54. 55. 131. 174.
Contemplatio, & Ecstasis. 4. 2. 61.
Ab oratione cognitio sui. 4. 6.
Silentium orationis. 4. 32. 156.
Oratio continua. 6. 7. 10. 13. 16. 17. 18. 19. 29. 42.
 46. 52. 74. 94. 96. 102. 103. 109. 113. 114.
 125. 122. 126. 127. 129. 140. 170. 183. 189.
Gratiarum actio in oratione. 6. 28. 45. 97. 117. 118.
 125. 143.
Oratio quatuor cardinalibus virtutibus associari de-
bet. 7. 188.
Orationem iustorum Deus exaudit. 8. 14. 15. 62.
Orationem peccatorum auerfatur. 8. 62. 77.
Orationis inuentor Enos. 9.
Oratio humilis exauditur. 11. 13. 24. 52. 53. 57. 58.
 83. 88. 97. 101. 110. 111. 112. 118. 134. 152.
Oratio debet esse attentata. 12. 21. 22. 34. 37. 73. 81.
 104. 105. 136. 159. 163. 175. 178. 189.
Orationes iustorum profunt, cooperantibus tamen. 14.
 48.
Oratio innocens exauditur. 15. 21.
Orationis donum à Deo. 17. 25. 81. 172.
Oratio perseverans. 19. 58. 60. 61. 72. 73. 82. 109.
Oratione quod predestinatum est consequimur. 19.
 23. 24.
Orandum in tribulatione. 24. 27. 38. 57. 68. 100.
 111. 115. 119.
Orationis visitationes non permanentes. 25. 70. 89.
Dispositio ad orationem. 26. 30. 42. 51. 56. 74. 143.
Orandum in principio negotij. 28. 45. 146.
Orationis efficacia. 31. 38. 40. 47. 50. 57. 59. 62. 110.
 134. 141.
Oratio sanctorum in silentio, clamor est erga Deum.
 32. 72.
In oratione quid petendum. 32. 33. 46.
Oratio bonis operibus socianda. 35. 39. 40. 44. 60.
 95. 98. 109. 110. 115. 132.
In omni loco orandum. 36. 114.
Cur Deus non statim concedit quod ab eo petitur. 38.
 63. 180. 183.
Cur etiam murmurantes audit. 38.
Oratio cum charitate etiam contra inimicos socian-
da. 39. 109. 110. 115.
Oratio publica, & in Ecclesia. 40. 99. 124. 139.
Orationis dignitas. 40. 49. 64. 177.
Oratione vincuntur inimici. 40. 41. 59. 62. 64. 71.
 94. 98. 99. 103. 108. 109. 110. 117. 122.
Oratio matutina commendatur. 43. 45. 113. 147.
Oratio cum Eleemosyna socianda. 44.
Orationis à Deo inspirata efficacia. 47.
Oratio tenebras expellit. 182.
Oratio ab affectu cognoscitur. 185.
In oratione illuminantur iusti. 51. 71. 88.
De temporalibus ad orationem confugiendum. 54.
 55. 57.
Oratio cum penitentia efficax. 57. 82. 99. 107. 115.
Non semper exauditur iustus. 63. 149.
Deus promptus ad exaudiendum nos. 64.
Oratio cum ieiunio efficax. 65. 99. 107. 109. 115.
 116. 176. 121.
Oratio incensum, & holocaustum. 66. 85. 172.

Orationi dediti quales. 67. 85.
Orare nos docuit Christus. 69. 151. 181.
Orationis visitationes incipientibus. 70.
Orationis necessitas. 71. 87. 91. 118. 120. 127. 191.
Oratio mentalis exauditur, & latificat. 72. 190.
Quo maior culpa, eo efficacior requiritur oratio. 75.
Negligentia in orando. 76. 79.
Oratio debet esse secreta. 78. 90. 106.
Oratio arma contra hostes. 79. 80. 166. 168. 173.
Deus plus concedit quam petitur. 84. 86. 91.
Orationem impedit diabolus. 92. 104.
Oratio eximios facit. 93. 165. 167. 168.
Oratio cum mortificatione. 95. 187.
Hora canonica vnde orta. 103.
Oratio cum lacrymis. 107. 111. 120. 121. 161.
Orandum ut Dei voluntas fiat. 111. 144.
Orationi nostre adhibere oportet intercessores. 115.
 119. 123.
Obstentio necessitatis petitio remedij est. 118. 150.
Oratione petere à Deo gratissimum illi. 130. 172.
Oratio frequens. 133. 135. 155. 157.
Tria impediunt orationis efficaciam. 134.
Oratio brevis, & cum fiducia. 137.
Non petenda temporalia in oratione. 138.
Quid sit puras manus lenare in oratione. 142.
Orandi quatuor modi scilicet obsecratione, oratione,
postulatione, & gratiarum actione. 143. & qua-
 les esse debeant. *ibid.*
In quo cognoscitur adesse superior gradus. *ibid.*
In oratione quid petendum. *ibidem.* 144.
Causa distractionis in oratione. *ibid.*
In oratione vigiliantia maxima requiritur. *ibid.*
In celo orandus Deus. *ibidem.*
Cum fiducia ad Christum nobis confugiendum. 145.
Vbi, & qualiter sit orandum. 154.
Orationis ferventis effectus triplex. 155.
Oratio cum puritate. 158. 160. 171. 184.
Pro peccatoribus orandum. 162.
Oratio immortalitatem confert. 164.
Oratio fundamentum ceterarum virtutum. 169.
Oratio non predest cum odio proximi. 179.
Temperantia corporis necessaria. 18.
Orationes nostras Angeli Deo offerunt, & astant
orantibus. vide Angeli, num. 37. & 51.
Tristitia orationem impedit. vide Tristitia, num. 4.

Oratio celestem efficit hominem.

EN. I. Vocavitque Deus firmamentum caeli. I. ORIG. Sicut firmamentum caeli appellatum est, ex eo quod dividat inter aquas, quae super ipsum, & aquas, quae sub ipso sunt; ita & homo in corpore positus, si diuiserit superiora, & caelestia ab inferioribus, & terrenis, (in oratione scilicet & consideratione) & ipse caelum, id est, caelestis homo appellabitur. Studeat ergo unusquisque nostrum diuisor aquae effici eius, quae supra, scilicet illius aquae vitae, quam Deus dat, videlicet salientis in vitam aeternam, ab ea quae est subter, id est, ab aqua abyssi, in qua tenebrae esse dicuntur, ab ea, quae non satietatem, sed sitim causat, qui biberit ex hac aqua sitiet iterum, ut cum Paulo dicere possit, nostra conuersatio in caelis est. tunc enim unusquisque fidelium caelestis efficitur, cum sensum suum habet in arduis,

arduis, & excelsis, nihil de terra; Sed totum de caelestibus cogitans, quae sursum sunt quaerens, ubi Christus est in dextera Dei sedens.

Oratione omnes diuitias spirituales consequimur.

2. **G**ENES. I. Dominamini piscibus maris, & volatilibus caeli, &c. GREGOR. NYSSENVS. Per id quod natura nostrae deest, certa datur occasio, quae subditorum omnium dominium consequamur, sperneret enim in alios exercere dominatum, si nullis prorsus adiutoriis indigeret; nam si huius esset homo potentiae, ut equum velocitate superaret, non subiceret eum, corporis autem nostri tarditas nobis adhibere prouidentiam facit. Si vestibus non indigeret, ouium lanam sperneret; si solis herbis vesceretur, bouem minime subiugaret, ut terram aratro scinderet; quia verò morbu indigebamus, & dentibus ad exhibendas tales bestias vitione, id quod nobis defuit, canum natura suppleuit. Pro cornibus etiam, & vnguis fortius, ac penetrabilius ferrum ab hominibus inuentum est. Item eiusdem ferri vsus, pro Crocodili squamis assumitur. *Hac ille.* Eandem inuentionem secuta est Dei sapientia in spiritualibus, ut hominem locupletem omnium gratiarum faceret, omnium indigentem fecit, ut oratione sua, omnia assequeretur spiritualia dona, vnde Propheta Regius, benedictus Deus qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.

Orationi vacandum.

3. **G**ENESIS I. Lignum etiam vitae in medio paradisi. DAMASCENVS. Sic dictum quasi habens operationem tributivam vitae, nolebat enim Deus nos sollicitos esse, & circa plurima turbari, nos curiosos, & prouisores propriae vitae fieri, sed sine sollicitudine ac cura vnum opus haberemus, quod angelorum est laudare indefessè creatorem, & in ipsius contemplatione delectari. *Hac ille.* Sed felicem illum statum amissimus ob peccatum primi Adam. vide quae dicuntur, num. 5. Sed secundus Adam Christus dominus eiusdem conditionis nos vult esse *Mauh.* 6. Nolite solliciti esse animarum vestrarum; quid maducetis, nec corpori vestro, quid induamini. & rursus, Quaeite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adiacentur vobis.

Contemplatio Ada.

4. **G**ENES. I. Immisit ergo dominus Deus soporem in Adam, &c. HIERONYM. Alia litera habet. [Et emisit dominus Deus ecstasim super Adam.] id est, mentis excessum. AVGVSTINVS. Ad hoc ecstasis missa est super Adam, ut ipsius mens particeps fieret, tamquam Angelicae curae, & intrans in sanctuarium Dei intelligeret nouissima: vnde euigilans tamquam Prophetiae plenus eructauit magnum illud sacramentum, quod Apostolus commendauit. RVPERTVS. Sopor illi non vigilias rationis clausit, sed obturatis quinque sensibus corporis, sensum mentis liberum reliquit, ut scire possit, quid erga se ageret omnium artifex sapientia Dei. vnde BERNARDVS Serm. 2. de septuagesimo. Merito tunc Adam dicere poterat Ego dormio, & cor meum vigilat. GREGOR. 30. *Moral. c.* 24. Nequaquam nosmetipsos intuebimur, ut sciamus aliud in nobis esse rationale, quod regit, aliud animale quod regitur, nisi ad secretum interni silentij recurrentes ab omni exteriori perturbatione sopiamur. Quod silentium nostrum bene Adam dormiens figurauit, de cuius mox latere mulier proecessit, quia quisquis ad interiora intelligenda rapitur, à rebus visibilibus oculos claudit, & tunc in semetipso, vel quae praesse viriliter debeant, vel quae subesse

possint infirma distinguit, ut aliud in illo sit, quod regere valeat, tanquam vir; aliud tanquam femina quod regatur. In hoc itaque silentio cordis dum per contemplationem interiorum vigilamus, exteriorum quasi obdormiscimus. nequaquam enim culmen contemplationis attingimus, si non ab exterioris curae oppressio- ne cessemus.

Vacandum orationi.

5. **G**ENES. 3. Cumque cognouissent se esse nudos, consue- runt folia ficus. D. BASIL. Oportebat hominem sine peccato non crubescere, nec attendere nuditatem suam, ne illorum mens contemplationi diuinorum intenta distraheretur circa vestimentorum sollicitudinem, neque par erat, ut carnis cura mentem à Deo auocaret.

Oratio continua, & gratiarum actio.

6. **G**ENES. 3. Cum audiissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso, ad auram post meridiem, abscondit se Adam, & uxor eius. RVPERTVS. Cul- pandus ne est Deus quod toto meridie dormiuit, & eo dormiente lupus ouem centesimam tulit? non vti- que, sed tota culpa illius est, qui custodem suum dormite permisit; nam ut ille non dormiat, in arbitrio hominis est, qui semper illum ne dormiter, aut dormiat inquietare debet. Vnde *Isa. cap. 62.* [Qui remiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei.] Et quomodo id fiet, videlicet tota die ac nocte non ta- cendo laudare nomē Domini. Notandum quam pertinaciter Adam à Creatoris laude mutus perstitit, quam obstinatis labiis ab omni gratiarum actione abstinuit. nec verbum vllum dilectionis, vel gratiae in ore eius fuisse scriptura restatur, cum tot, & tanta à Deo recepissent dona, neque eum inuocauerunt in die tribulationis, neque vllum pia confessionis verbum sonuit in auribus Dei, sed vterque pari pertinacia silentium tenuit. qui ergo gratiam Dei non cogno- uerant, non mirum quod peccauerint, & quod pec- catum suum non agnoscerent; quia res vicina est; eod- dem quippe intuitu, & suum malefactum, & diuinum erga se cognoscit homo beneficium. itaque nec eius culpa est, qui dormiuit, sed eius qui tam ingratum si- lentium, ut meritò obdormite possit, ei praebuit. Ided ergo apparuit eis Deus, sicut homo tam quietè, tam- que licentiosè dormiens in meridie, ut peracto som- no etiam deambulare ad auram, & spatari vacet sibi, nemine interpellante, vel curam afferente alitius negotij; nam re vera tunc homini Deus nimium dor- mierat; si enim tunc non dormiisset is, de quo dicitur: [Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël,] nequaquam tantum malum homini accidisset. [Exurge igitur quare obdormis Domine.] *Psalm.* 43. Si enim eidem *Psalm.* 77. rectè licuit dicere, & excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potes crapularus à vino, pro eo quod tardiusculè subuenit: cap- ta quippe fuerat iam arca Dei, & Sacerdotes eius Ophni, & Phinees in gladio occiderant, quanto magis tunc tanquam crapularus à vino, toto meridie dormi- se dicendus est, quando illo tacentes, tantum malum vniuerso generi humano partum est? Et notandum, quod non post noctem, sed post meridiem Dominus Deus excitatus, & ambulasse dicitur, Dominus enim Deus lux est, & tenebrae in eo non sunt vlla. proinde siue cum vigilat; siue cum nobis dormit, nunquam noctem, sed semper habet meridiem.

Oratio sociari debet quatuor virtutibus cardinalibus.

7. **G**ENES. 4. Non ne si bene egeris recipies, si autem male, statim peccatum in foribus aduerit? HIERON. Septua

Septuaginta ita habent, [Non ne si rectè offeras, non autem rectè diuidas, peccasti? AMBROS. Quamuis Cain obtulit munus, tamen quia non rectè, & iure diuisti, in culpam incidit; vide quantum sit vitij, vbi deest diuisio, id est iustitia, si enim Cain tenuisset iustitiam Domino, debuit primitiua munera, non posteriora deferre, vbi diuisio, id est iustitia, deest, ibi totum sacrificium refutatur. Redoleat ergo oratio tua prudentiam erga cognitionem Dei, & veritatem fidei, redoleat temperantiam, quam etiam à coniugibus exigendam putauit Apostolus dicens. 1. Corint. 7. [Nolite fraudari iniucem, nisi forrè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi,] Fortitudinem teneat oratio, vt nullo interpoletur metu, nulla lassitudine deficiat, tunc enim debet esse intentio ad precandum robustior, cum vrgemur aduersis. Iustitiam custodiat precario, quam si tenuisset Iudas, non in peccato facta esset eius oratio; quam si tenuisset etiam Cain, sacrificium eius acceptum fuisset Domino. Quando enim magis ab iniustis operibus, ac prauis studiis abstinere debemus, quam tunc, quando Dei iustitiam deprecamur?

Sanctorum orationem Deus audit.

8. **GENES. 4.** *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* AMBROS. Non mediocre etiam dogma in hoc, quia Deus iustos suos audit, etià mortuos, quoniam Deo viuunt: quia, etiam si corporis gustauerint mortem, vitam tamè incorpoream capiunt. Iustorum etiam mortuorum Deus audit vocem, & sanguinem, auertit autem se à precibus impiorum: quoniam, etsi videantur viuere, miseres tamen sunt omnibus mortuis carnem suam, sicut tumulum circumferentes, cui in seculum infuderunt animam; Quia verè sepulta est, & intra humum voluitur, & terræ auaritiæ, cupiditatibus, cæterisque vitis includitur, vt gratiæ celestis auram aspirare non possit. HIERONYMUS supra Psalmum 140. Omnium sanctorum fidelis oratio, clamor est Deo, licet tacere videantur, fidei enim ad eum, non vocis clamore, clamatur. Moyses instante Ægyptiorum rege cæstus stabat in litore, & eo tacente fidelem eius orationem Dominus audiuit dicens: quid clamas ad me? Sic & sub ara Dei martyrum animæ proclamare scribuntur magna voce, dicentes, quousque Dominus sanctus, & verus non iudicas, & vindicas sanguinem nostrum? sic & sanguis Abel clamabat. BASILIUS. Vox sanguinis, id est vox animæ fratris tui clamat.

Orationis inuentor Enos.

9. **GENES. 4.** *Sed Seth natus est filius, quem vocauit Enos, iste cepit invocare nomen Domini.* AVGVST. 15. *de Ciuit. cap. 18.* Prophetia est exorturum populum, qui secundum electionem gratiæ, inuocaret nomen Domini Dei, vnde Apostolus. Et omnis, quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. *Hæc ille.* De filiis Cain peccatoris dicitur, quod alter inuentor fuit iustitiæ, alter alterius artis; verum de Enos filio Seth, iustè dicitur, iste cepit inuocare nomen Domini. ò mira inuentio, per quam consequi possumus omnes diuitias spirituales. Vide num. 2.

Oratio frequens.

10. **GENES. 14.** *Leuo manum meam ad dominum Deum excelsum, possessorem celi, & terre.* Chaldaica Paraph. sic habet. [Leuo manum meam in oratione coram Deo excelso, cuius possessio, cælum, & terra est.] Hinc docet nos Apostolus. [In omni loco leuantes manus vestras.] Et nota respectum Abraham quo orabat ad Dominum excelsum, &c.

Oratio humilis exauditur.

GENES. 15. *Ego vadam absque liberis.* RVPERT. 11. Quod hic dicit Patriarcha Abraham, non diffidentis animi est, sed contriti, & humiliati cordis, cum nimia humilitate dominum consulenti, vt videlicet stebili conuestione pulsatus Deus certius quid responderet de superiori promissione sperandi feminis. LIPOMANVS. Quasi hærens inter postulandum ex nimio desiderio, & quasi non audens fatigare amicum precando addit, *mibi autem semen non dedisti;* & ita meruit audire, *non erit hic heres tuus, sed qui egredietur de uero tuo.* Non potest fidelium oratio ad Dei gloriam pertinens, non exaudiri, quam nisi exaudire velit, non eam permittit à pijs postulari.

Oratio attenda.

GENES. 15. *Descenderunt volucres super cadauera, & abiebat eas Abraham.* GREGORIO. 10. *Moral. cap. 20.* Sæpe in iplo orationis sacrificio importunæ se cogitationes ingerunt, quæ hoc rapere, vel maculare valent, quod in nobis Deo fentes immolamus. Vnde & Abraham cum sacrificium offerret insistentes aues pertulit, quas studiosè, ne oblatum sacrificium raperent, abegit; sic ergo nos cum in ara cordis holocaustum Deo offerimus, ab immundis hoc volucris custodiamus, ne maligni spiritus, & peruerse cogitationes rapiant quod mens nostra offerre se Domino vtiliter sperat.

Oratio continua, & humilis.

GENES. 18. *Abraham vero adhuc stabat coram Domino.* LIPOMANVS. In Chaldaeo habetur. Abraham verò adhuc stabat in oratione coram Domino. In quo ostenditur eius oratio continua; in oratione enim erat, quando apparuit ei Dominus in conuallibus *Mambre sedenti, in ostio tabernaculi sui.* INTERL. In conuallibus, id est, in humilitate, quia apparet Deus humilibus in iplo seruuore diei: hoc est, in affectu desiderij, oratione humili, & ardenti petiit à Deo, *si inueni gratiam in oculis tuis, ne transis seruum tuum.* In oratione erat quando comedentibus angelis, ipse verò stabat iuxta eos sub arbore, & tanta cum deuotione, vt admirari faciat. CHRYSOST. O humilitatis excellentiam, ò mentem oppidè piam, adhuc stabat centenarius comedentibus illis. mihi videtur tunc præ gaudio robur quoddam accepisse, imbecillitate sua factus superior. Sæpe enim consuevit alacritas animæ vincere corporis imbecillitatem. *Hæc Chrysost.* In oratione profunda etiam erat, quando reuelatum fuit ei secretum: *Num celare poterò Abraham quæ gesturus sum, &c.* & ita optime quadrat quod dicitur, *Abraham verò adhuc stabat in oratione coram domino, & discedentibus Angelis, etiam in oratione erat, conuerteruntque se inde, &c.* & addit; *& appropinquans ait, &c.* RVPERTVS. Et Domino appropinquans erat, quia videlicet in oratione non suam, sed Dei voluntatem fieri postulabat, & etiam ausus fuit dicere, *absit à te, vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, &c.* non est hoc tuum qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc. RVPERTVS. Consulebat domino fidelis famulus, quatenus sic ageret, vt de suis ipse iudicis, dignè laudaretur. Proinde mitis, & misericors dominus monitorem hominem non aspernatur, & quodammodo argumentem non dedignatur, & eius petitioni annuit, *si inuenio, ait, Sodomis quinquaginta iustos, dimittam omni loco, &c.* Et cum humilitate dicès, *loquar ad Dominum meum cum sim puluis, & cinis;* consecutus est, vt si tantum essent decem iusti in illis quinque ciuitatibus, parceret omnibus. RVPERTVS. Fortis erat, & vera fortitudine Abraham, qui fortissimum dominum tenebat, cuius fortitudo

fortitudo hæc erat spiritus eius humiliatus, & mens subdita iustitiæ Dei, talem virum desiderabat *Esaïas cap. 62.* [Non est qui inuocet nomen tuum, non est, qui confurgat, & teneat te.] *Hæc ille.* Oratio humilis reprimit iram Dei. Quis reprimit mare ne obruat terram, nisi arena perexigua, audi quid respondeat Dominus oranti humiliter dicenti. *Genes. 19. Quæso Domine mi (ait Loth) quia inueni seruum tuum gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam, quam fecisti mecum, vt saluares animam meam, &c.* Est ciuitas hac iuxta, ad quam possum fugere, &c. Respondit Dominus, *Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam urbem pro qua locutus es: festina, & saluare ibi, quia non potero facere quidquam donec ingrediaris illuc.* LIPOMAN. Tantum valet oratio iustorum apud Deum, vt se impediri dicat ab infligenda vindicta. Vnde & alibi ad quendam iustorum etiam dicit, [dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos,] dicit autem se non posse quod non vult, fidelium namque votis reluctare non placet Dei clementiæ, nihil enim Deo indignum orant, sed vt sanctificetur nomen suum.

Orationes iustorum profunt, cooperantibus tamen.

14. **GENES. 19.** *Cum subuerteret Dominus ciuitates regionis illius recordatus est Abraham, & liberavit Loth.* CHRYSOST. Propter orationem Patriarchæ, quam fecit dicens, [ne simul perdas iustum cum impio,] iustus Loth seruatus est, & non tantum propter suam iustitiam, quando enim quod ex nobis est simul afferimus, & accessit intercessio sanctorum, plurimum nobis confert, quod si ipsi negligentes fuerimus, & spem in illis solis collocamus nostræ salutis, nihil amplius nobis prodest, non quod infirmi sint iusti, sed quia propter nostram dissidiam, nos ipsos perdimus, quod ita hoc sit, audi Deum ipsum dicentem ad Hieremiam *cap. 7.* [ne ores pro populo, quia non exaudiam te.] Prædicat Prophetæ primùm ne cum post orationem non exaudiat, tribuat hoc suis demeritis. secundò vt intelligerent Iudæi, quod nihil poterat Propheta, nisi & ipsi, quæ sua sunt, proferre velint. Id scientes charissimi, confugiamus ad sanctorum preces, & oremus, vt pro nobis intercedant, sed non illorum precibus tantum confidamus, sed & ipsi nostra (vt oportet) dispensem rectè, & ad meliora semper conuertamur, peccatorum maculas purgantes, & iustitiam in omnibus sectantes. Vide infra num. 48.

Innocentium oratio exauditur.

15. **GENES. 21.** *Exaudiuit autem Deus vocem pueri.* HIERON. Flente matre, & mortem filij miserabiliter prætolante Deus exaudiuit puerum, quia pollicitus fuerat Abraham dicens, [sed & filium ancillæ tuæ faciam in gentem magnam.] CATRET. Vel quia non solum mater querula voce fleuit, sed etiam puer sub arbore iacens. LIPOMAN. Vel exaudiuit vocem pueri, cum non puer fleuisse, vel clamasse, sed mater scribatur; quia clamabat atas innocens, fides Abraham, promissio Dei, lachrymæ matris, oculi enim Domini vbique intuetur necessitates fidelium.

Oratio continua, & ordinaria.

16. **GENES. 24.** *Ecce Rebecca egrediebatur, &c.* ORIGEN. Rebecca quotidiè veniebat ad puteos, quotidiè hauriebat aquam, & quia quotidiè vacabat ad puteos, idcirco inueniri potuit à puero Abraham, & in matrimonium sociari Isaac. Animarum est ista eruditio, & spiritualis doctrina, quæ te instruit, & docet quotidiè venire ad puteum scripturarum (dic tu ad puteum orationis) ad aquas Spiritus sancti, & haurire semper, ac plenum vas domum referre, &c. Vult

te Christus tibi desponsare; ad te enim loquitur per Prophetam, [desponsabo te mihi in sempiternum, & desponsabo te mihi in fide, & misericordia, & cognosces Dominum,] & quia te vult tibi desponsare, præmittit ad te puerum, id est, Propheticum sermonem (dic tu inspirationem) quem nisi prius susceperis nubere Christo non poteris. Scito tamen, quia nemo in exercitatus, & imperitus sermonem propheticum suscipit, sed qui scit haurire aquam de profundo putei: nisi enim quotidie venias ad puteos, & haurias aquas, non solum alios potare non poteris, sed & ipse quoque sitim verbi Dei patieris. Vnde Dominus, [qui sicut veniat ad me, &c.] Est qui in tantum scit haurire, vt etiam his sufficiat, qui irrationabiles, & peruersi videntur, quorum figuram tenent cameli, vt & ipse possit dicere: quia sapientibus, & insipientibus debitor sum.

Idem.

GENES. 24. *Deambulabat Isaac per viam qua ducit ad puteum, cuius nomen est viuentis, & videntis, & egressus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die.* CYRIL. Congruum ac conueniens iter viro sancto Isaac, qui vt ab aliis se cederet, in solitudine ambulabat, & quia Deum contèplabatur, deambulabat per viam, quæ ducit ad puteum, viuentis, & videntis. GREGOR. Quis enim est viuentis, & videntis, nisi omnipotens Deus, de quo scriptum est [vivo ego in æternum.] & rursum [omnia nuda, & aperta sunt oculis eius.] Puteus verò viuentis, & videntis est sacra Scripturæ (dictu orationis) profunditas, quam nobis ad irrigationem mentis dedit omnipotens Deus. Via autem, quæ ducit ad puteum humilitas est; & nota quod non dicitur Isaac ambulasse, sed deambulasse, deambulare quippe, qui viam, per quam ambulat, eundo, & redeundo conculcat. HIERON. [egressus fuerat ad meditandum,] &c. Significat autem secundum illud: quod Dominus solus orabat in mote, etià Isaac, qui in typo Domini fuit, ad orationem quasi virum iustum domo egressum, & vel nona hora, vel ante solis occasum spirituales Deo victimas obtulisse. AVGVST. Ad meditandum secundum verbum Græcum, videtur mihi significare animi affectum studiosissimè aliquid cogitantis, cum delectatione cogitationis, & infra cap. 25. Et post obitum illius, scilicet Abraham: benedixit Deus Isaac, filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine viuentis, & videntis. ORIGEN. Grandis est ista benedictio, vtinam & Dominus mihi daret hanc benedictionem, vt habitare merear ad puteum visionis. Tunc autem habitabo ad puteum visionis, cum assidè in scripturis diuinis, & in lege Dei meditor, die ac nocte, & omnino nunquam desino, inquirendo, discutiendo, tractando, & arte (quod maximum est) orando Deum, qui docet hominem scientiam, hanc benedictionem accipere meruit Isaac, vt habitaret ad puteum visionis, nos verè neque transitum habere possumus aliquando per puteum visionis.

Oratio continua.

CAP. 25. *Abraham verò aliam duxit uxorem nomine Cetburam.* INTERL. Hoc fecit Abraham non solum pro multiplicanda sobole, sed mystica significatione. AVGVST. Absit vt in continentiam suspicemur præsertim in illa ætate, & in illa fidei sanctitate. ORIGEN. Patriarcharum coniugia semper mysticum aliquid indicant, & sacram. *Cetthura* interpretatur *incensum*, aut *bonus odor*. Ille Cetthura ducit uxorem, & bonus odor Christi efficitur, quando sine intermissione orando offert Domino semper incensum, & dicit cum David, [Dirigatur

oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.] Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Oratio perseverans.

19. **GENES. 25.** *Deprecatusque est Isaac Dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis, qui exaudiuit eum, deditque concepitur Rebecca.* CHRYSOST. Dixit quadragenarium fuisse Isaac, quando duxit uxorem: infra autem dicitur, [sexaginta annorum fuisse quando ex ea suscepit filios.] Manifestum igitur est quod annis 20. perseverauit orans Deum pro fecunditate Rebecca. Hunc igitur omnes imitemur, & ita in precibus sumus assidui, & animâ sobrii, & humiliatâ mente, iuxta diuum Paulum, leuantes sanctas manus ad Deum. Fortassis enim Dominus continuam nostram sedulitatem blanda arte inducens, ita differt, vt mercedē patientiæ quoque afferamus. Item quia ipse tēpus scit quando nobis vile, quod querimus, neque enim nos ita scimus, qui d nobis vile, vt ipse euidenter nouit. **REGOR. 1. Dialogor.** Notandum quod obtinere nequaquam possunt quæ prædestinata non fuerunt, sed ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, vt precibus obtineantur; nam ipsa quoque cælestis regni prædestinatio, ita est ab omnipotente Deo disposita, vt ad hanc electi ex labore perueniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante secula donare disposuerat. Abrahamæ promiserat Deus, [in Isaac vocabitur tibi semen] & tamen scriptum est, quod Isaac deprecatus est Dominum, pro uxore sua, eo quod esset sterilis, qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebecca. Si ergo multiplicatio generis Abrahamæ per Isaac prædestinata fuit, cur sterilem accepit &c. nisi quia prædestinatio precibus impletur. **Vnde IN TERL.** Quamuis in Isaac promissa esset successio, tamen implenda erat precibus Dei præfinitio.

Ad orationem recurrendum.

20. **GENES. 25.** *Perrexitque Rebecca, vt consulereit Dominum.* ORIGENES. Quo abiit cum Deus vbi que sit? Ego puto quod non de loco ad locum abierit, sed de bonis ad meliora transierit, de vilius ad vtiliora perrexit, de sanctis ad sanctiora properauerit. **Hæc ille.** Fortè plus orationi insitit. **CHRYS.** Non ad humanam confugit subsidium, sed cucurrit ad veram scientiam, & festinauit ad sacerdotem, Dei ministrum, & enarrans omnia quæ sibi contigerant, didicit diligenter omnia à misericordie Deo per sacerdotis linguam detegente ei omnia. **AVGVST.** Fortè viuerebat tunc Melchisedech Dei sacerdos. **THEODOR.** autem dicit Rebecca ad altare, quod de more Patriarcharum, Isaac domi habebat, Deum precibus consuluisse. **AVGVST.** Sed quomodo illic responsa darentur, omnino tacet scriptura, fortè ibi orando sum desideria sua allegassent, dormiebant in loco, vt per somnium monerentur. **DODOR.** dicit quod successit ab aliis, vt mentem suam colligeret, vt facilius Dei auxilium sibi compararet.

Oratio attempta.

21. **CAP. 25.** *Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis.* **REGOR. 5. Moral. cap. 7.** In tabernaculis, vel in domo habitare, est se intra mentis secreta restringere, & nequaquam exterius per desideria dissipare, ne dum ad multa foris inhiant, à semet ipsis alienati cogitationibus recedant; prauæ enim mentes temporalium rerum tumultus, intra semet ipsas versare non cessant, etiam cum vacant, in cogitatione namque seruant depicta, quæ amant; piæ autem mentes intus quietæ sunt, & per exteriorem

ram à se exire pertimescunt, quia nimirum omnes, qui in curis exterioribus spargi refugunt, simplices in cogitatione atque in conscientia suæ habitatione consistunt.

Contemplationis occasus. Vide supra, num. 4.

- GENES. 27.** *Expauit Isaac stupore uehementi, & vultu quem credi potest admirari.* &c. **AVGVST.** Hæc uehemens admiratio, & stupor, proprie dicitur Ecstasis, & quia in magnarum rerum reuelatione fieri solet; in hac intelligendum est factam Isaac esse spiritualem admonitionem, vt confirmaret benedictionem suam filio minori, cui potius irascendum fuit, quod fecisset patrem. **Vnde sequitur:** [Benedixitque ei, & erit benedictus.] Ecce quomodo non se deceptum esse conqueritur, imo reuelato sibi intus in corde magno sacramento confirmat benedictionem, dicens, & erit benedictus, quis non maledictionem potius expectaret irati, si hæc non superna inspiratione, sed terreno more gereretur? **Genes. 28.** *Tulit Jacob de lapidibus, &c. & supponens capiti suo dormiuit, &c.* **REGOR. 5. Moral. cap. 21.** Jacob ad caput lapidem posuit, & obdormiuit, & scalam vidit &c. In itinere dormire, est, in hoc præsentis vitæ transitu à rerum temporalium amore quiescere, & appetitu visibilium mentis oculos claudere, vnde spōsa, [ego dormio, & cor meum uigilat,] quia videlicet sancta mens, quæ se à strepitu corporalis concupiscentie comprimit, eo verius interna cognoscit, & rãto alacrius ad intima uigilat quanto se ab exteriori inquietudine occultat. **Idem in 1. Reg. cap. 3.** [Jacob, post laborem itineris per soporem quietis Dominum uidit, & à somno euigilans ait, Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam.] Non dubitabat illic esse Dominum, antequam dormiret; sed quia tunc perfectius eum didicit, ignorasse se illum perhibuit.

Oratio donum Dei.

- GENES. 30.** *Recordatus quoque Dominus Rachelis quæ exaudiuit eam, & concepit, &c.* **LIPOM.** In Chaldaeo habetur, [Et venit memoria Rachelis in conspectu Domini, & suscepit Deus orationem eius, & dedit ei vt conciperet.] Potuit quidem dudum ante filios desiderare Rachel, sed eos à Deo obtinere non potuit antequam oraret, verum, nec orare quidem uoluit, nisi prius à clementia diuina præuenta fuisset, nemo enim dignè orat, nisi à Deo illi detur, vt orat: vt discamus à Deo toti pendere, omnia quoque nostra bona illius esse.

Oratio in tribulatione.

- GENES. 32.** *Perterritus dimisit populum, &c.* **LIPOMAN.** Ideo timere & angustiarum permissit iustum Deus, vt oraret ardentius; quod & fecit Jacob, dixitque Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac &c. **INTER.** Ne totum humano consilio tribuat, adiungit orationem, quia prædestinatio Dei precibus adiunatur. *Minor sum cunctis miseracionibus tuis.* **CARIETANVS.** Verè humilitatis Theologicæ professio est hominem reddere se minorem, quam exigant diuina beneficia. Sumus siquidem impares diuinis beneficiis, & ipsam imparitatem nos ipsi efficiamus, tum minus nos ipsos disponendo ad suscipienda, tum minus respondendo acceptis. **LIPOMAN.** Discat igitur fidelis dilectus Domino in magna animæ angustia constitutus: indignus sum (fator Domine Deus meus) omnibus mihi hæcenas impensis beneficiis, vt dignus siam futuris, vt melius oraret dicitur *infra.* *Remansit solus.* **CARIETAN.** Vt cõmédaret se, & suos Deo, sollicitatus ad orandum timore Esau, *cumque manere surrexisset &c.* **R. VERTVS.** Id est, matutine fa-

cras celebraret excubias, iuxta illud [si memor fui tui, super stratum meum, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.]

Orationis uisitationes non permanentes.

25. **GENES. 32.** *Et ecce vir luctabatur cum eo usque mane.* **REGOR. Homil. 14. Super Ezechielem.** Is, qui certat in luctamine, aliquando se superiorem, aliquando eum, cum quo certat, superiorem inuenit. designat ergo Angelus Domini, & Jacob, qui cum Angelo contendit, vniuscuiusque perfecti viri, & in contemplatione positi animam, quæ Deum contemplari nititur, velut in quodam certamine posita, modo quasi exuperat, quia intelligendo & sentiendo de incircumscripto lumine aliquid degustat, modo verò succumbit; quia & degustando iterum deficit, quasi ergo vincitur Angelus quando intellectu intimo apprehenditur Deus.

Dispositio ad orationem.

26. **GENES. 35.** *Dederunt ergo ei omnes Deos alienos, quos habebant, & in aures, quæ erant in auribus eorum.* **BASILIVS super cap. 1. Isaia;** vt cum Deo in oratione agamus non solum Deos sepelire oportet alienos, hoc est, relinquere peccata, sed etiam in aures illorum, id est, omne quod aures nostras impedit, & aggrauat. *Hæc est Basilij sententia; vide verba eius loco citato.*

Orandum in tribulatione.

27. **GENES. 39.** *Cum vidisset mulier vestem in manibus Geiu. &c.* **AMBR.** Illam verè exutam dixerim, etiam aliena vestimenta seruantes, quæ omnia amiserat velamina castitatis, illum satis ornatum, satis defensum cuius vox non audiebatur, & innocentia loquebatur, sic Susanna posteaquam tacet in iudicio, melius loquuta est orando, & idè Propheta meruit defensionem, quæ sui auxilium non quæsiuit. *Hæc ille.* Sic Ioseph tacens orabat non se defendens.

Orandum in principio negotij.

28. **GENES. 46.** *Professusque Israel cum omnibus, quæ habebat, venit ad puteum iuramenti, & mactatis ibi vultibus Deo Patris sui Isaac, &c.* **CHRYSOST.** Preces quibus gratias agebat obtulit Domino, hæc audientes discamus quando quid facturi, vel negotium aliquod cepturi, vt offeramus Domino sacrificium precum & eius adiutorium inuocemus, & sic institutum aggrediamur. **AMBR.** Alia litera habet [eleuans Israel venit ad puteum &c.] merito eleuatur, qui festinat ad Christum, & prius se eleuauit, & postea immolauit, fides præcedit deuotioni, ille enim bene immolat, qui cognitionem diuinitatis inuestigauerit.

Oratio frequens.

29. **GENES. 47.** *Adorauit Israel dominum conuersus ad lectulum caput.* **HERONYM.** Sanctus quippe, & Deo deditur vir oppressus senectute, sic habebat lectulum positum, vt ipse iacentis habitus absque difficultate vlla ad orationem esset paratus. **CHRYSOST.** Alia litera: [adorauit Israel ad fastigium virga illius] scilicet Ioseph, & re ipsa impletur visionis euentum. Propterea & Paulus dicebat, Fide Jacob moriens singulos filios Ioseph benedixit, & adorauit fastigium illius. **AVGVST.** vel [adorauit super caput virgæ suæ] vt habetur in Græco. Id est, ipsius Jacob. Facile est enim intelligere senem, qui virgam ferebat, eo more, quo illa aras baculum solet, vt se inclinauit ad Deum adorandum, id vti que fecisse super cacumen virgæ suæ, quam sic ferebat, vt super eam caput inclinando adoraret Deum. *Hæc ille.* Ex hoc colligitur

Jacob valde deditum fuisse orationi, in omni enim occasione facilem ad eam recursum habebat. **Vnde cap. 48. super illud, Do tibi partem unam quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.** ait **LIPOMAN.** Non prætereudum quod Chaldaica more suo difficultum enodatrix locorum, sic ait, [quam tuli de manu Amorrhæi oratione mea & deprecatione mea, non enim legitur aliquando, bellasse Jacob, aur gladio, & arcu in præliis vsus fuisse; sed arma illius fortia contra omnes sibi aduersarios, orationes, & deprecationes assidue extiterunt.]

Orationis dispositio.

EXOD. 3. *Moyes autem pascebat oves Iethro soceri sui, &c. cumque minasset gregem ad interiora deserti, &c.* **REGOR. 23. Moral. cap. 20.** Moyes admixtus Aegyptiis quasi uigilabat mundo, idè uocem Domini in Aegypto positus non audiebat, sed extincto Aegypto, postquam in desertum fugit, dum illic quadraginta annis degit, quasi ab inquietis terrenorum desideriorum tumultibus obdormiuit, & idè diuinam uocem percipere meruit, cum enī mens ab exterioribus sopitur, uerbum Dei penetrat ueracius: aurem quippe cordis turba terrenarum cogitationum perstrepsens claudit; non enim perfecte homo sufficit ad utraque diuisus, quia si exterius auditum aperit, intus obfuscat. **LIPOMAN.** [minauit gregem ad interiora deserti,] siue ad locum optimi pastus, vt habet Chaldaica. Quo & mente quietiori, quæ Dei erant meditaretur homo sanctus, & oraret quietius, & commodius: Illis sanè mediis peruenitur ad montem Dei Horeb, ad locum exauditionis.

Oratio efficax coram Domino.

EXOD. 16. *Ego audoni gemitum filiorum Israel, &c. & recordatus sum pacti mei.* **BEDA.** Tanta est coniunctio, & unio orationis cum foedere, vt facta oratione, & effuso gemitu coram Deo, ipse recordetur foederis, quod habet cum creaturis parcendi uidelicet, redimendi, saluandi, & remunerandi; nam licet homo foedus per peccatum fregerit, tamen si penitentia ductus ad Deum reuertitur, omnium peccatorum oblitus ipse Deus, foederisque sui recordatur, dolentem, & orantem saluat. sicut ipse per Ezechielem aperte testatur.

Sanctorum in silentio oratio clamor est apud Deum.

EXOD. 14. *Dixitque Dominus ad Moysem, quid clamas ad me?* **ORIGEN.** Nulla eius vox clamoris auditur, & tamen dicit ad eam Deus, [quid clamas ad me?] quod sancti sine uoce clamant ad Dominum. **Apostolus docet, dicens:** [dedit Deus spiritum Filij sui in cordibus nostris clamantem Abba pater, & addit, [ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus,] & iterum, qui scrutatur corda scit quid desideret spiritus, quoniam secundum Deum postulat pro sanctis. sic ergo interpellante Spiritu sancto apud Deum, per silentium sanctorum clamor auditur. **AMBR.** super *Psal. 118.* Clamabat Moyes, quia non pro se, sed pro omni populo precabatur. Clamabat affectu pio, & sensu profundo, & personabat in celo, tantummodo strepebat populi querela miserabilis, quod commodius sibi foret dura in Aegypto seruitutis onera subire, quam acerba in deserto morte consumi: querela ista nihil præfidij tulit, plurimum offensæ attulit. Stabat ergo Moyes sollicitus, anxius populi, & periculis, & querelis expectans fidem cælestium promissorum, & tacitus secum ipse uolebat, qua tandem Dominus ope iniuriæ immemor, memor gratiæ subueniret, dicit ad eum Domini-

nus: [quid clamas ad me?] sonum eius non audio, vocem eius agnosco, silentium eius lego, clamorem eius in operibus deprehendo. Clamabat populus, & non audiebatur, tacebat Moyses & audiebatur. Moyfi & non populo dictum est: [quid clamas ad me?] non enim ad Deum clamabat populus, qui iniusta & iuris indigna clamabat. Solus Moyses clamabat, qui de Deo sperabat, tu solus ad me clamas, qui virtutem meam excitas, tu solus ad me clamas, qui per vniuersam terram annunciari meum nomen expectas, clamabat ergo Moyses in corde suo; & omnis sapiens in corde suo clamat. Sapientia clamat dicens, relinquitte insipientiam, & quaerite sapientiam, & dominus Iesus clamabat, Si quis sitit veniat ad me, & bibat, & voce magna clamat, qui vocabat homines ad regna caelorum, ad illum venerabilem potum, quo vitae aeternae fluetus infunditur.

Quid in oratione petendum ut audiamur.

33. **I**DEM *ibid.* AMBROS. Et tu cum oras, magna ora, id est, ea ora, quae aeterna sunt non caduca; (pro his non orandum nisi quatenus ad probitatem conducunt), ora quae diuina sunt atque caelestia, ut sis sicut Angeli in caelo. Noli orare pro pecunia, quia aergo est; noli pro auro, quia metallum est; noli pro possessione, quia terra est. Ista oratio ad Deum non peruenit, non audit Deus, nisi quod dignum suis ducit esse beneficiis, sed audit piam vocem plenam deuotionis, & gratiae.

Oratio attenda.

34. **I**DEM *ibid.* AMBROS. Non solum ergo clamandum in corde, sed etiam in toto corde clamandum est, sicut enim corporaliter, tunc bene clamatur, cum toto ore clamatur: ita spiritualiter toto clamandum est corde, si volumus magna deferre, & a Domino quae possumus impetrare. Hanc vocem Dominus exiebat a populo, quam populus nesciebat: ideoque Dominus dixit, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Qui ergo appropinquauerit corde, ipse auditur a Domino. Cor ergo prius clamet, ut sermo possit audiri. **HIERON.** *super Ps. 5.* Clamor in scripturis non vocis, sed cordis est, ut in hoc loco patet, & ibi intellige clamorem meum, & Paulus [clamantes in cordibus nostris Abba Pater.] Sed dices qui clamat non in corde, sed in lingua clamat: & quomodo tu dicis clamor non est vocis, sed cordis? Quando igitur gemitus noster, & conscientia deprecatur, istum clamorem intelligit Deus: Vnde Ieremias, [non sileat pupilla oculi mei,] & aliquando pupilla oculi clamat. Sicut enim clamamus in cordibus nostris quando cum gemitu Dominum deprecamur, sic quando lacrymas ad Deum fundimus, pupilla oculi nostri clamat ad Dominum. **AVGVST.** *super Psal. 118.* Clamor ad Dominum, qui fit ab orantibus, si sonitu corporalis vocis fiat, non intento in Dominum corde, quis dubitat inaniter fieri? Si autem fiat corde, etiam silente corporis voce alium quemlibet hominem potest latere, non Deum. Siue ergo cum voce carnis, quando id opus est, siue cum silentio ad Deum cum oramus, corde clamandum est: Est autem clamor cordis magna cogitationis attentio, quae cum est in oratione magnum exprimit desiderantiam, & petentis affectum, ut non desperet effectum. tunc porro in toto corde clamatur, quando aliunde non cogitatur. Tales orationes rarae sunt multis, crebrae autem paucis, omnia verò vtrum cuiquam nescio. **GREGOR. NYSSEN.** Hinc discimus sonorum esse illum vocem, & usque ad diuina aures magnitudine sua peruenire, quae non contentione clamoris, sed puritate cordis sua meditatione conci-

pitur. **SEVERVS.** Sanctorum, & Spiritu sancto afflatorum hominum, tamen si labia non moueantur, & lingua quiescat, mens tamen ad Deum clamat.

Oratio bonis operibus socianda.

35. **GREGOR.** *super Psal. Domine ne in favore tuo,* &c. Qui Deum amat, ipsum solum desiderat, ad ipsum cordis voce clamare non cessat, nam sicut frigescente charitate cor a bonis silet, ita clamorem emittit, cum charitas feruet. **IDEM,** *super Psal. Domine exaudi orationem meam,* &c. Illi a Domino exaudiri merentur, qui diuini zelo amoris accensi omnia quae possunt bona operantur. Nam qui peruersis actionibus affueris, operibus iniquitatis inuigilat: nequaquam dignus est exauditionis cum orat. Vnde Dominus, [non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum,] Si volumus igitur ut ad aures Dei nostra perueniat oratio, studeamus necesse est, ut ab omni admixtione prauitatis nostra mundetur operatio, ut possimus Deo dicere cum Propheta, & clamor meus ad te veniet.

In omni loco orandum.

36. **CHRYSOST.** *hom. de Chanaan.* Moyses in angustis erat, & tacebat, sed mente grandia cogitabat, ad Dominum mente clamabat, & vox penitus non audiebatur; ideo Dominus dixit ad eum [quid clamas ad me?] Deus non includitur loco, sed semper in proximo est. Ideo non quaeritur locus ad petendam Dei misericordiam, sed deuotio mentis. Ieremias in lacu caeni demersus erat, fideliter orans Deum promeruit. Daniel in lacu leonum missus ad se Dei misericordiam inclinavit. tres pueri in camino ardenti erant, & ideo placuerunt. Iatro in cruce erat, exauditus est fideliter postulando, & nihil obfuit crux, sed confessio fidei paradisum aperuit. Iob in sterquiliniis erat, & per patientiam suam Deum propitiabatur. Quod si in balneis es, ora: vbiunque fueris ora. templum enim Dei estis & Spiritus sanctus habitat in vobis. Voluntas solummodo deuotae mentis opus est, quod si in iudicio assistis ora, & cum irascitur Rex, ora: vbi que Deus praesens est, non clauditur loco, inuocanti dicit adsum. si hominem rogare volueris, interrogas quid facit? & audies, dormit, aut non vacat, aut certe non dignabitur respondere minister tibi: ad Deum autem nihil horum opus est, sed vbiunque fueris, aut inuocaueris, audit te. Dicitio miserere mei, & Deus illico aderit, adhuc loquente te dicit adsum.

Oratio attenda.

37. **BERNARD.** *Sermone 16. serm. qui habitat.* Merito non exauditur, qui clamare dissimulat aut omnino non postulans, aut tepide postulans, & remissè, siquidem in Dei auribus desiderium vehemens, clamor magnus; è regione autem remissa intentio, vox submissa. Ut autem clamandum sibi nouerit homo inter primordia suae orationis ipsum quem oraturus est Patrem, in caelis esse protinus admonetur; quod videlicet impetu quodam spiritus illo, sibi iaculandam esse meminerit orationem. Quando autem vox submissa nubes penetrabit, quando audietur in caelis? spiritus est Deus, & in spiritu clamet necesse est, quisquis clamorem suum ad Deum desiderat peruenire, sicut enim non faciem hominis respicit, tanquam homo, sed magis intuetur cor: sic ad cordis potius vocem, quam corporis auris eius, cui merito dicitur [Deus cordis mei,] hinc est quod Moyses foris tacens intus auditur, dicente Domino [quid clamas ad me.]

Cur Deus non statim concedit.

38. **EXOD. 16.** *e Arrmurauit multitudo Israel, &c. Ecce ego pluam vobis panem de caelo, &c.* **CYRILL.** *lib.*

Oratio publica.

EXOD. 17. *Moyse autem & Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis.* **LIPOMAN.** Moyses Aaron, & Hur comitatus orationis locum ascendit, vbi cumque enim duo vel tres Dominam fuerint de peccati in fide, exaudiuntur. Multorum oratio feruentior fit, & exaudibilior, ideo orationes agenda etiam in Ecclesia, non solum in cubiculo, quod tamen de priuata iuber Dominus, sed non tanquam semper necessarium. Sequitur: *Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel, sin autem paululum remisisset, superabat Amalech.* **CHRYSOST.** *hom. de Moyse super hunc locum.* Desinit Israel vincere, Moyses desinente in prece, ut dum diuersa populis exhibentur officia, orationis nobis potentia monstraretur. quis enim istorum non orando pugnavit? quis non hostem orando deuicit? orationibus Davidi visa panduntur, sopiuntur flammæ, setae hebetescunt, cadunt hostes, inimici vincuntur. quanto enim purior frequentiorque fuerit celebrata oratio, tanto celerior erit de inimico vindicta. Licet colloqui cum Domino orando, licet cum eo fabulari, cum velis, licet precibus mercari quod optas, & quamuis vocem eius audire non possis, tamen dum id, quod desideras accipis, colloqui tecum, etsi non verbis, tamen beneficiis dignatur. **AVGVST.** Scriptum est [quia sicut virulus ablingit in campis herbam viridem, ita populus Israel ablinget populum Amalech, super terram.] Per quod indicari videtur, quia populus Dei non tam manu, & armis, quam voce pugnat & lingua, id est, orationem ad Deum fundebat. Ergo & tu si vis vincere audi Apostolum ad *Coloss. 4.* [Orationi insistentes, & vigilantes in ea.] Hæc est Christiani pugna gloriosissima, non in suis viribus presumere, sed semper Dei auxilium implorare, & nos dilectissimi si adiuuante Domino manus erigimus, diabolum superamus; in manibus opera debemus accipere. Si ergo talia sunt opera tua, ut illa possis in altum in conspectu Domini leuare, sicut Moyses, potes etiam & tu in te ipso aduersarios tuos extinguere. quis bene manus leuat, nisi qui per eleemosynam in caelo ingiter thesaurizat? quis bene manus leuat, nisi, qui assidue victum, & vestitum pauperibus subministrat? quis bene manus leuat, ille vti que qui implet illud Apostoli. [Eleuantes puras manus sine ira, & disceptatione; quia ergo quotidie nobis pugna imminet contra aduersarias potestates, si volumus vincere, manus nostrae, id est actus nostri, & conuersatio nostra non sit in terris, sed sicut Apostolus dicit, [super terram ambulantes conuersationem habeamus in caelo.]

Orationi instandum contra aduersarios.

39. **EXOD. 17.** *Manus autem Moysi erant graues, &c.* **CHRYSOST.** Bellum Christianis indictum hoc exemplo monstratur, & belli effectus orationis instantia aperitur, quamvis Christiano instantius orandum sit, quia & potentior hostis ei est, & pro se ipso non pro altero pugnat. Moyses enim, & contra hostes, & pro al'is orando pugnat. Christianus verò & pro se ipso, & contra diabolum pugnat, nec quicquam poterit excusari, qui hostem vincere non potuit, dum orando cessauit. in Moyse quidem corpus desiciebat non voluntas, aliquando cessabat, si ergo fragilitatis causa in Moyse excusari non potuit; quomodo in nobis voluntas poterit excusari? Vnde appareret vires hosti illum dare, qui cessat, & sese ei subiacere qui non orat, quod totum est, odisse sua, diligere aliena, sibi ipsi hostem existere, dum contra hostem noluit iugiter orare. Hostis enim dum oras, premitur, dum cessas, erigitur, oratio iugis infirmitas hostis ille

contra se tela ministrat, qui hostem precum instantia non fatigat. Vnde Dominus *Luc. 18.* [oportet semper orare, & non deficere,] dum, oportet, dicit, necessitatem inducit, necessitas autem tanta vi alstringitur, ut quod necesse est, etiam si nolis, præterire non possis, igitur si ista prætermitti non possunt, sine quibus vita transigi non potest, quomodo rursus ab hoste esse poterit, qui quod oportet semper orare contempsit?

Puritatem requirit oratio.

42. **EXODI 19.** *Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris.* **HIERON.** *super Ezechielum cap. 46.* Si accessuri ad audienda & suscipienda verba Dei, sanctificari iubentur ab vxoribus, manifestum est in lege illud Apostolicum contineri, *1. Cor. 7.* [Nolite fraudari inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi,] & ex consensu abstinendum ab vxoribus, ut vacemus orationi.

Oratio matutina.

43. **EXODI 22.** *Primitias tuas non tardabis offerre.* **CASSIAN.** *Collatione 21. cap. 25. & 26. Theonas.* Omnes qui Christo fideliter famulantur, quotidie primitias offerunt, cum exprorecti à somno, & quasi rediitua post soporem alacritate exsurgentes, primum motum sensus vltius corde concipiant, vel memoriam, aut curam rei familiaris admittant, cogitationum suarum ortus, atque principia diuinis consecrant holocaustis, quique etiam à somno excitati hostiam inibilationis suæ Deo similiter offerentes. Primo linguæ suæ motu ipsam inuocant, ipsius nomen laudèque concelebrant, atque ad canendos ei hymnos, prima labiorum claustra referentes immolant Deo sui oris officia, cui etiam pari deferunt modo, prima manuum suarum, gressuumque libamina, cum è cubilibus consurgentes in oratione consistunt: & priusquam in propriis causis membrorum suorum fungantur officio, nihil sibi de ministerio eorum ante decerpunt, sed ad ipsius honorem promouent gressum, atque in eius laude desigunt: & ita cunctorum motuum suorum primitias protensione manuum, incuruatione genuum, & totius corporis prostratione persoluunt. & ita implemus illud *Psal. 118.* [præueni in maturitate clamare,] & illud [præueniunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua,] & illud *Psal. 87.* [mane oratio mea præueniet te,] & idcirco, si placitas, & acceptabiles Deo primitias ex fructibus nostræ mentis optamus offerre, non mediocrem sollicitudinem debemus impendere, ut omnes nostri corporis sensus matutinis præcipue horis, tanquam sacrosancta Domini holocausta in omnibus illibata, atque intacta seruemus, quod deuotionis genus multi etiam secularium summa cautione custodiunt, qui diluculo consurgentes nequaquam familiaribus, ac necessariis mundi huius actibus implicantur, priusquam cunctorum actuum suorum operationumque primitias ad Ecclesiam concurrentes, diuino studeant consecrare conspectui.

Oratio cum elemosyna socianda.

44. **EXODI 23.** *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* **THEODORET.** Quotiescunque ad orandum Dominum Deum tuum accesseris, quæ potueris dona illi offerre, nos autem docet, ut si pecunia nobis præsto fuerit, postquam curam pauperum habuerimus, eorumque inopiam subleuauerimus, tunc deum Deo preces fundamus. Sin vitam, quæ nihil possideat propter Deum elegerimus, saltem animam non à bonis operibus vacuam, atque inanem Deo offeramus. **CHRYSOST.** *super Epist. 2. ad Timoth.*

cap. 1. hom. 1. Iudæis dicebatur non apparebis in conspectu meo vacuus, quanto magis nobis. Idcirco nempe pauperes ante fores adstant, ut nemo vacuus ingrediarur, ut misericordia comiter securus introeat. Intras ut misericordiam consequaris? prior ipse miserere. fac tibi debitorem Deum, & ita deum illum exige. Non sola ac simplici extensione manuum exaudimur: expande manus tuas non in cœlum modo, verum ad pauperum manus: si ad pauperum manus extendas manum, ipsum cœli cardinem attigisti: nam qui illic sedet, elemosynam accipit: quod si steriles manus extendas, nihil penitus proficis. Nam non in extensione manuum, nec in verborum multitudine, sed in operis exhibitione nos exaudiri meminerimus. Vnde Propheta, si extendent manus vestras: auertam oculos meos à vobis, & si multiplicaueritis preces, non exaudiam. Tacere quippe illis conuenit, sed in cœlum aciem intendere, qui misericordia indigent, sed enim, quid ait scriptura? [Iudicate pupillo & humili, & iustificate viduam, & discite bonum facere,] ita exaudiri merebimur, quantumlibet manus infra habeamus, etsi nihil loquamur, nihilque postulemus.

Oratio in principio, & in fine operis.

45. **EXODI 30.** *Adolebit incensum super eo Aaron suauiter frigans, mane quando componet lucernas incendat illud, & quando collocat eas ad vespeream.* **BEDA.** Per incensum vis orationis intelligitur iuxta illud [dirigatur oratio mea sicut incensum,] & illud *Apo. 5.* [habebant phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes iustorum,] mane autem thymiana incenditur, quando in principio omnis boni, quod inspirante Deo facere disponimus, illius auxiliium, quo perficiamus, inuocamus: ad vespeream verò cum bene cœpta complemus, & illi à quo accipimus, pro iis quæ donauit gratiarum vota reddimus.

Oratio perpetua.

46. **EXODI 30.** *Vret thymiana sempiternum coram Domino in generationes vestras, non offeretis super eo thymiana compositionis alterius.* **BEDA.** Thymiana orationis debet esse sempiterna, quia nimirum necesse est, ut animus post orationem, & ætius ad otiosa verba, siue facta non diuertat, sed in eodem se vigore deuotionis, quem in oratione suscipit, etiam finita oratione, custodiat. iuxta exemplum *Anne*, de qua orante dictum est, *1. Reg. 1.* [Vultusque eius non fuit amplius in diuersa mutati.] Neque offerendum est super altari aureo thymiana compositionis alterius, quam quod Dominus statuit, quia non aliud à Domino querere debent orantes, quam quod ipse iussit, quodque se datum promissit. *Et infra.* *Talem compositionem non facietis in usus vestros, quia sanctum est Domino, &c.* **GLOSSA ORD.** Quia precibus, & laudibus diuinis non debemus uti in adulationibus humanis: soli enim Deo ita seruendum est. Vnde supra prohibetur, *ne caro hominis ungetur ex eo.* **ISIDOR.** Hæc in forma orationum fidelium constituta esse, beati Ioannis Apocalypsis ostendit, nam illi quidem viginti quatuor seniores procedunt ante agnum, habentes vnusquisque citharas; & phialas aureas, plenas incenso, quæ sunt orationes sanctorum.

Orationis vis, & efficacia.

47. **EXODI 32.** *Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos.* **HIERON.** *super Ierem. 28.* Quod ait Dominus per Ieremiam, occurrant mihi, &c. ostendit verum prophetam posse Domino precibus resistere, sicut fecit Moyses, quando stetit in percussione contra Dominum, & Samuel quoque idem fecit: Vnde

Vnde & Dominus ad Moysen [dimitte me, &c.] *Idem Epistola ad Gaudentium.* Quando Dominus dicit [dimitte me,] ostendit se teneri posse, ne faciat quod minatus est. Dei enim potentiam serui preces impediiebant. *Idem super Ezechielum cap. 13.* Sicut murus hosti opponitur, & aduersario occurrit solet ex aduerso, contraque venienti, ita Dei sententia sanctorum precibus frangitur. Cui enim dicitur dimitte me, ostendit quod tenendi habeat facultatem. **CYRILLVS** *contra Iulianum lib. 5.* Est enim tardus ad iram vniuersorum Deus, facillimus autem ad exponendam iram, & ad prompte miserendum his, qui in suis delictis comprehenduntur. reges terreni cum irascuntur, non placantur vllis precibus, at ille summus, & maximus Deus vnus iusti preces admittit, ut nos disceremus, quanta sit vis orationum sanctorum. an non hæc bonam speciem vitæ concedunt? Etenim quod vnus iusti preces Deus admittit, magna, & ob gratia delicta condemnata multitudine: quomodo non omnes gaudere oportet, quoniam suis capitibus humanis infirmitatibus implicitis, ob sacras leges offensas, supplicium imminens videant? Sufficiant enim & ipsis vnus iusti preces in subsidium. **THEODORET.** Collige hinc Deum singulari benignitate præditum esse: qui enim ira commotus aliquid agit, precatores, hortatoresque maximè recusat, et verò Deus ait [dimitte me ut irascatur, &c.] Nullus autem peccatores expectat, ut irascatur, sed ut admonitus ab ira conquiescat. **GREGOR. 9. Moral. cap. 11. & 12.** Mirum valde est quod apud Iob dicitur. [Deus cuius resistere iræ nemo potest] cum multos indignationi supernæ animaduersionis obuialet eloquia diuina tententur. Moyses enim iræ Dei resistit hic, item Aaron, cum inter viuentis ac mortuos thuribulum sumpsit. *Numer. 16.* item Phinees, quando luxuriantes trucidauit. *Numer. 25.* Item David, qui Angelo ferienti se offerens placationis gratiam, & ante tempus propositum exegit. Item, Elias qui longo iam tempore terra arente, subductas de cœlo pluuias verbo reuocauit: quomodo ergo iræ diuinæ nullum posse resistere dicitur? Sed si subtiliter, & hæc B. Iob eloquia, & horum facta pensamus, vtrumque verum esse reperiemus, omnes etenim sancti, qui iræ Dei obuiam, ab ipso accipiunt, ut contra impetum percussione eius opponantur, atque (ut ita dixerim) cum ipso se erigant contra ipsum. Portat ergo Deus contradictionem deprecantium; quam aspirat, & velut nolenti opponitur, quod ab ipso ut fiat imperatur. Quid est enim seruo dicere, [dimitte me, &c.] nisi deprecandi ansam præbere? Ac si apertè ei diceretur: pensa quantum apud me valeas, & cognosce, quia obtinere poteris, quidquid pro populo exoras. Nec se vitiliter cuiuslibet deprecatio obicit, scilicet, cum semel Deus aliquid ab intimis irascendo disponit, & tunc non mouet ut sibi opponatur. Iræ Dei igitur, & resisti valet, quando ipse qui irascitur opulatur. & resisti omnino non valet, quando se ad vlciscendum excitat, & ipse precem, quæ ei funditur, non aspirat. Hinc ad Ieremiam dicitur [tu ergo noli orare pro populo hoc, &c. quia non exaudiam te.] *Ierem. 7. & cap. 15.* [Si steterint Samuel & Moyses coram me, &c.] **D. PROSPER 3. p. c. 4.** Pius ergo Dominus dat intercedendi sibi tempus, cum dicit, [sine me, &c.] Non enim Deus ex hominis, sed homo ex Dei voluntate pendebat. **LIPOMAN.** Humano loquitur more Dominus Deus, veluti cum filius offendit patrem, & pater in manu euaginatam tenens gladium, quasi ad iugulandum eum, alicui seruo prope existenti dicat, ne retineas me à percussione reprobi huius, inuicem, nihilominus magis contrarium, videlicet quod retineri velit. Ex quibus verbis animè

æquior factus est Moyses ad intercedendum pro populo. Hoc exemplo reuelatur nobis ingens Dei clementia, quod tradat se piorum precibus (ut ita dicam) captiuum, quod si tantum valent apud Deum pij, pro impiis, quanto magis valebunt pro piis?

Orationes iustorum proficiunt cooperantibus.

48. **EXODI 33.** *Luxit populus, & nullus ex more induit, ut est cultus suo.* **INTERL.** Ut penitentiam habiti quoque demonstrarent. **CHRYSOST.** *Homil. 1. de verbis Isai.* Vidi Dominum, &c. Dicitur est, valere iusti orationem, sed efficacem, hoc est, penitentia conuersioneque, ad vitam eorum, pro quibus funditur: his verò, quibus mores manent sine penitentia, citraque bonam conuersionem, quomodo possent auxiliari iusti deprecatio, cum illi ipsi suis factis obstant? Vide *supra*, num. 14.

Oratione incipit homo videre Deum per speciem in ænigmate.

49. **EXODI 33.** *Non videbit me homo, & viuet.* **AMBR.** *Lib. de bono mortis, cap. 11.* Quia iusti hanc remunerationem habent, ut videant faciem Dei, & lamen illud, quod illuminat omnem hominem, ab hinc induamus huiusmodi studium, ut appropinquet anima nostra Deo, appropinquet oratio, ad hæreat illi nostrum desiderium, non separetur ab eo: & hic quidem positi meditando, legendo, querendo, copulemur Deo, cognoscamus eum, ut possumus. Ex parte enim hic cognoscimus, quia hic imperfecta, illic perfecta omnia: hic paruuli, illic robusti, videmus (inquit) nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, tunc reuelata facie gloriam Dei speculari licebit, quam nunc animæ corporis huius concretis visceribus insoluitæ, & quibusdam carnis huius maculis, & colluuiationibus obumbratæ sincerè videre non possunt.

Orationis vis, & efficacia.

50. **EXODI 34.** *Præscinde tibi duas tabulas lapideas instar priorum, &c.* **CHRYSOST.** *Lib. 2. de orando Deum.* Populum ad impietatem prolapsum, orando seruaui Moyses, orando meruit Dei conspectu frui, aliaque innumera bona consecutus est, non alia re quam orando. Christus homines inuitans ad orandum, *Luc. 18.* iudicem quemdam inducit improbum ac fatuum, at qui satis erat iusti clementiæ personam proposuisse, ut huius iustitia collata cum Dei bonitate demonstraret, quantum valeat deprecatio. Etenim si benignus ac mansuetus placidè recipit eos, qui supplices accedunt, quãd magis idem facturus est Deus, ac non ita, sed iudicem proposuit immitem, impium, & inhumanum, in ceteris quidem placabilem, ad preces verò benignum ac mansuetum, videlicet, ut intelligas quod omnis precatio ingenium, etiam malum, facile ad misericordiam, & clementiam pertrahit. Hoc fecit Christus, ne quis hominum ignoraret quantum viri habeat deprecatio, atque idcirco postquam iudici omnium immanissimo adhibuisset viduam, eumque præter narratam, ostendisset factum ex improbo humanum, ad Patrem suum parabolam transfert, ad illum, inquam, bonum mansuetum admittit, & imitem, misericordia sua vincentem peccata mortalium: quod si viderit, eo, quo decet tremore accedentes sibi, an non protinus miseretur? miseretur profecto, an autem ea, quæ diximus vera sint, præsens sermo manifestat. [Præscinde ait tibi, &c.] *Hæc ille.* Domine populo idololatæ & rebelli iterum legem vis dare etiam quia omnia potest oratio.

Oratio pura.

51. EXODI 34. Esto paratus manè, ut ascendas statim in montem Synai, stabisque mecum, &c. RABANVS. Mane paratus est ascendere, qui discussis tenebris vitorum, atque carnalium desideriorum mentem suam eleuat, ad intruenda caelestia: quatenus in fide Catholica firmiter consistens, diuinæ contemplationis particeps existat. Onus quoque & bones prohibet, ut à contra non pascantur. Quia simplices quique atque terrenis rebus incumbentes, ad spiritualium mysteriorum meditationem non sufficiunt.

Oratio frequens, & humilis.

52. EXODI 34. Festinusque Moyses incuruatus est pronus in terram. INTERL. Nempe se terram, & cinerem esse intelligens, & adorans ait, si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro, ut gradiaris nobiscum, &c. Es ut auferas iniquitates nostras, atque peccata. LI POMANVS. In Hebræo habetur [Propitiaberis iniquitati nostræ, atque peccato nostro, & in hereditatem accipias nos.] Replicat igitur oratione Moyses, sicut & Christus Dominus noster in monte Oliueti. Sic non sufficit semel orasse, sed sine intermissione, & seridè, orandus est Dominus. Semper autem humilitatem recipiat oratio, peccatorumque confessio non omittatur. Sic consecutus est Moyses, quod petebat & eo amplius, vnde sequitur, Ego, inquit Dominus, imbo pactum videntibus cunctis, & signa faciam, qua nunquam sunt visa super terram, &c.

Idem.

53. EXODI 34. Et ignorabat, quod cornuta esset facies sua ex consorcio sermonis Dei. LI POM. Chaldaica habet, [Moyses autem nesciebat quod multiplicatus esset splendor gloriæ vultus sui.] Sancti enim non cognoscunt excellentiam suam, sed humiles sunt in conscientia suis, nec facile credunt de se magnifica, Domino accepta referunt bona, quæ se habere sentiunt, ut non in se, sed in Domino gloriantur. AMBROS. super Psal. 118. Oriente die rubent terræ, croceo colore perfusæ, imaginem de beneficentia mutuata, gemmarum quoque monilia coruscantia transfunduntur finitimis, quod ipsa radiauerint, & miraris si Moysi vultus diuinæ infectus sit claritate præsentia; miraris, si resurgente Dei gratia iusti vaporetur ingenium, accedite ad eum & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Illuminat Dominus sanctos suos, & luget in corde iustorum: itaque cum sapientem videris, cognosce quia descendit super eum Dei gloria, illuminabit eius mentem sapientia fulgore, cognitionisque diuinæ, illuminauit etiam corporaliter faciem Moysi.

Ad orationem refugiendum de temporalibus.

54. LEVIT. 11. Omne quod habet pinnulas, & squamas, Liam in mari quam in sterminibus, & stagnis comeditis. GREGOR. Lib. 5. Moral. cap. 8. Pisces, qui pinnulas habent, & squamas dare saltus super aquas solent. In pinnatis ergo piscibus electæ animæ figurantur, quæ sole in caelestis Ecclesiæ corpus transeunt, quæ pinnulis virtutum fultæ, per caeleste desiderium saluunt ad contemplationem, quamuis in se relabantur per carnis fragilitatem; soli ergo in electorum corpus, quasi cibus electus transeunt, qui dum imis seruiunt, mentis saltibus superna conscendunt, ne semper in profundis curarum lateant, vbi nullam amoris summi, quasi liberi aëris curam habent, qui ergo rebus temporalibus occupantur, tunc bene exteriora disponunt, cum sollicitè ad interiora refugiunt, nec perturbatio-

nis strepitus diligunt, sed apud semetipsos intus in tranquillitatis sinu requiescunt.

Idem.

55. NVMER. 9. Scate, ut consulam quid præcipiat Dominus de vobis. GREGOR. In pastoralis, p. 2. cap. 5. Moyses crebro de rebus dubiis ad tabernaculum recurrit. Ad tabernaculum recurrere, est postpositis exterioribus tumultibus secretum mentis intrare. ibi enim Dominus consulitur, & quod foris agendum est publicè, intus silenter auditur. Hoc quoque quotidie boni rectores faciunt, ut enim in exterioribus inoffensè deseruiant, ad secreta cordis recurrere incessabiliter curant, & sic vocem Domini, quasi per oculam inspirationem audient, dum in meditatione mentis à carnalibus sensibus abstrahuntur.

Oratio munda.

56. NVMER. 12. Locuta est Maria, & Aaron contra Moysen propter uxorem eius Aethiopiissam. LYRANVS. Aliqui dicunt quod causa huius murmurationis fuit pro ipsa Sephora, propter hoc quod Moyses separauerat se ab ea quantum ad thorum, eo quod frequenter loquebatur cum Domino, ad quod requiritur munditia carnis, etiam per continentiam ab actu matrimonij. Vnde dicunt sancti, quod spiritus prophetia non tangebat corda Prophetarum cum erant depressa ex actu matrimoniali. Sacerdotes etiam veteris legis, diebus quibus ministrabant, à mulieribus continebant. & ista interpretatio consonat textui, ait enim [locuta est Maria, &c.] Et dixerunt, num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus? quasi dicat & tamen nos non sumus separati ab actu matrimoniali. Ita interpretatur Caietanus, & istuc tendit Complutensis editio, quæ sic habet: [Quoniam uxorem pulchram quam duxit repulit.]

Oratio cum pœnitentia efficax.

57. NVMER. 16. Cùmque oriretur seditio, & tumultus increpesceret, Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis, &c. ORIGENES. Homil. 9. In Sodomis ad minus decem requirebantur, per quos vix saluarentur, qui habitabant pentapoli, nunc autem, si duo inueniantur tales, qualis fuit Moyses, & Aaron, sufficient, ut tota gens Israelitarum saluetur, quid ergo amplius est in his duobus, quæ tanta virtus, quod meritum, quod sexcenta millia, & eo amplius liberentur? Ego arbitror quod in Moysè lex significatur, quæ docet hominem scientiam, & amorem Dei, hoc est, quæ monet, & docet nos conuerti ad pœnitentiam, & satisfacere pro delictis. In Aaron verò supplicandi Deo, & obsecrandi forma. Si quando ergo nobis vel vniuerso populo Deus indignatur, conuertamur ad pœnitentiam, & humiliemur in conspectu Domini, & in confessione supplicationum, & continuo ira cessabit, & propitiabitur Dominus, quasi Moysè & Aaron pro nobis intercedentibus, & pro vniuerso populo supplicantibus, vnde Christus Dominus de quodam à dæmonio possessore ait, [Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi in oratione & ieiunio.]

Oratio humilis.

58. NVMER. 19. Lignum quoque cedrinum & hyssopum, &c. GREGOR. super Psal. 50. Cedrus lignum album & imputribile est, hyssopus herba valde humilis, quæ tamen inflatione amonet pulmones. Per Cedrum ergo altam perfeuerans contemplatio, per hyssopum mæstetati cordis humilitas designatur, qui enim contemplatione ad superna tollitur, per humilitatis compassio-

compassionem debet condescendere inferioribus, nec se ex eo, quod habeat, erigat, sed his, qui illum non habent prædicando libenter impendat.

Orationis efficacia.

59. NVMER. 22. Misi nuncios ad Balaam, &c. Veni nigtur, & maledic populo huic, &c. ORIGENES. hom. 13. Quis regum aliquando imminente sibi prælio, ommissis armis ad diuini, vel aruspicias verba confugit? Primò fatendum est in quibusdam plus valere verba, quàm corpora, quod ergo exercitus nequit efficere, hoc verbis efficitur, videtur rex audisse, quia filij Israël solent hostes vincere oratione, non armis; non tam ferro, quàm precibus, nulla enim Israël contra Pharaonem arma commouit, sed dictum est ei: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Exod. 14. contra Amalechitas etiam, non tantumus armorum, quantum Moysi valuit oratio, hæc audierat rex Moab, scriptum est enim [audierunt gentes, & irate sunt, dolores obtinuerunt habitatores Philistim, &c.] Exod. 15. Cogitauit ergo apud semetipsum dicens: quia orationibus huius populi arma nulla possunt conferti, ideo mihi preces requirendæ sunt, quæ possint superare orationes istorum. Vnde dixit ad maiores nau Madian, ita delent hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas usque ad radices carpere. Quia sicut vitulus abrupit ore herbæ campi, lingua tanquam falce secat, ita populus hic ore, & labijs pugnat, & in verbis habet arma; mittit ergo Balaam ad Balaam, vt opponat verba verbis, & preces precibus. Balaam enim famosus erat in arte Magica.

Oratio bona vitæ debet sociari.

60. NVMER. 23. Morietur anima mea morte iustorum. GREGOR. Lib. 34. Moral. cap. 21. Multi intra Ecclesiam proluxas preces ad Deum habent, vitam precantium non habent, & in oratione lachrymantur, sed in tempore tentationis superbia pulsantur, factu intumescent; similitur auaritia, luxuria, ira, tentati succumbunt, nec se pro æterni regni desiderio fleuisse meminerunt. quod & Balaam ostendens, ait, [Morietur anima mea, &c.] Sed post compunctionem contra eorum vitam, quibus se similem fieri etiam moriendo poposcerat, consilium præbuit, & occasione auaritia oblitus est, quod de innocentia optauit. & infra. Virtutis pondus oratio non habet, quam perseuerantia non tenet. Vnde 1. Reg. 1. de Anna dicitur, [Vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati.]

Contemplatiuorum proprietates.

61. NVMER. 26. Leuita non sunt recensiti inter filios Israël, nec eis cum ceteris data est possessio. ORIGENES. Homil. 26. Isti sunt omnes, qui intentè permanent in ministerio Dei, & perigniles in seruitio Dei excubias gerunt, & qui sortem inter ceteros non quarunt, vel accipiunt, sed neque in terra est fors eorum, ipse Dominus est fors eis, & hereditas. Hi sunt, qui nullis naturæ corporeæ obstaculis heberati, omnium visibilibus gloria supergressi, in sola Dei sapientia, & verbo Dei viuendi vitam exercitiumque posuerunt, qui nihil corporeum requirunt, sed solam agnitionem secretorum Dei, & vbi est cor, ibi est & thesaurus, semper in Domino, & in verbo eius & in sapientia delectabuntur: hic est cibus, hoc poculum, istæ diuitiæ, hoc erit regnum.

Oratio iusti efficax.

62. NVMER. 31. Dederunt millenos de cunctis tribubus, id est, duodecim milia expeditorum ad pugnam. ORIGENES. Homilia 25. Aduerte diuinæ virtutis ma-

gnificentiam, dum sexcenta millia fuerant armatorum, omnes victi sunt: quia erat in eis peccatum. nunc verò duodecim milia victores vincunt, quia non in multitudine vincit Israël, sed iustitia, & pietas quæ est in eis vincit. vnde vnus persequetur mille, & duo, decem milia. vides ergo; quia plus valet vnus sanctus orando, quàm innumeri peccatores præliando, oratio enim sancti caelum penetrat. Quæramus ergo & custodiamus iustitiam, induamur arma lucis, &c. Talibus enim armis instructi diabolica castra fugabimus.

Orans non semper exauditur.

63. DEUTERON. 3. Deprecatus sum Dominum, ait Moyses, in tempore illo dicens; Domine Deus tu cepisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, manumque fortissimam, &c. LYRAN. Ex victoriis diuinitus concessis filiis Israël, asseueratur de concedendis in futuro, quia vt ait Gregorius, præteritarum rerum exhibitio, futurarum est certitudo. Hæc ergo fuit petitio Moysi. Transibo igitur & videbo terram hanc optimam. Non autem ei conceditur; iratusque est Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me. OLEASTER. Legit & pertransiuit Dominus me, nec exaudiuit me, sicut rex, qui nolens concedere quod ab eo postulatur auertit faciem tacens. Quid tu serue Dei aduersus Dominum tuum querulus dicis: [Cur me non exaudiuit Dominus?] Cum audias hominem valde notum ac familiarem pro tantilla re non fuisse exauditum, quem toties pro peccatis populi orantem Dominus exaudiuit. Hoc tantum responsum habuit sufficit tibi. OLEASTER legit [multum tibi,] & imposuit ei perpetuum silentium, nequaquam vltra loquaris de hac re ad me.

Deus pronus ad exaudiendum.

64. DEUTERON. 4. Neque est alia natio tam grandis. GLOS. ORD. Dignitate scilicet donorum, non multitudine populorum, qua habeat deos appropinquantes sibi, sicut Dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. GLOS. ORD. Neque enim gens Iudæorum numero vincebat alias gentes aut potentia, sed patrum prærogatiua & dignatione diuina. OLEASTER. Maxima felicitas populi & hominis, Deum habere propinquum obsecrationibus suis. LYRAN. Er quia diuina familiaritas requirit munditiam cordis & corporis, ideo concluditur. Custodi igitur temetipsum & animam tuam sollicitè, & infra, Custodite igitur sollicitè animas vestras.

Oratio cum ieiunio.

65. DEUTER. 9. Perseueravi in montibus quadraginta diebus & noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens. Exodi cap. 24. dicit, prostratum se in oratione fuisse. Hæc fuit prima quadragesima Moysi, vnde Lyranum hic, qui assignat tres quadragesimas Moysi in ieiunio & oratione, & in omnibus his consecutus est, quod petiit, bona est oratio cum ieiunio, &c.

Oratio incensum, & holocaustum.

66. DEUTER. 33. Ponent thymiama in fauore tuo, & holocaustum super altari tuo. GLOS. ORDIN. Sanctorum oratio suauissimum incensum Domino, quo (peccante populo) Domini furor mitigatur, qui ab omni terrena sordè defæcata, caelesti desiderio ignita in conspectu Dei flagrat, & quasi holocaustum ab ara pij cordis, flamma deuotionis in calu subuolat.

Orationi dediti quales.

67. IOSVE 8. Altare verò de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit. ORIGENES. Quicumque enim lapides viui

viui orationibus, & obsecrationibus vacant, & supplicationum victimas immolant, ex his ædificat Iesus altare. nouit cuiusque conscientia quis sit integer, incorruptus, impollutus, immaculatus carne, & spiritu, cui ferrum non est iniectum, id est, qui ignea tela maligni non recepit, sed scuto fidei extinxit & repulit, vel quis, qui ferrum belli, vel litium nunquam recepit, sed semper pacificus fuit, quietus, mitis & Christi humilitate formatus: Hi sunt lapides viui ex quibus altare sit, vt offerat Iesus super eos holocausta & sacrificia salutis, in super & scribat in eis deuteronomium. **INTERLINA.** Euangelium scilicet in cordibus credentium.

Ad orationem recurrendum in tribulationibus.

68. **IOSVE 9.** Os Domini non interrogauerunt. **LYRANVS.** Defecerunt in hoc; quia in arduis recurrere debebant ad consilium domini, ideo decepti fuerunt, multi etiam decipiuntur, quia ad orationem non recurrunt, melius egerunt iudem Gabaonitæ in afflictione positi, recurrerunt enim ad Iosue, qui eos potens erat liberare dicentes cap. 10. *Ne retrahamus tuas ab auxilio feruorum tuorum, ascende cito & libera nos, serg, presidium ascenderunt enim aduersus nos omnes reges Amorrbæorū, &c.* quibus succurrit statim Iosue, *ascenditque Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo viri fortissimi.* **GLOSSA ORD.** Sic Iesus cum ducibus, & principibus adest iis, qui pro nomine suo contratiis virtutibus oppugnantur.

Orare nos docuit Christus.

69. **IVDICVM I.** *Quam pergentem in timere monuit vir suus vt peteret à Patre suo agrum, quæ cum suspicasset sedens in asino, &c. dedit ergo ei Caleb irriguum superius, & irriguum inferius.* **RVPERTVS.** Et Christus Dominus postquam factus est vir Ecclesiæ suæ sit ei vt peteret à Patre suo agrum, id est, docuit Ecclesiam suam orare, & petere à Patre regnum celorum. **GREGOR. LIBR. 3. Dialogorū, cap. 34. & libr. 3. Epistolarum, Epistol. 187.** Axa super asinum sedet cum irrationabilibus carnis motibus anima præsidet, quæ suspirans à patre terram irriguam petit, quia à creatore cum magno gemitu quærenda est lachrymarum gratia, &c. Dat ergo Pater ei irriguum superius, cum se in lachrymis cælestis regni desiderio afficit, irriguum verò inferius accipit, cum inferni supplicia flendo pertimescit.

Orationis consolatō incipientibus.

70. **IVDICVM 3.** *Si Dominus nos vellet occidere, non ostendisset nobis hæc omnia, &c.* **GUILLELM. de S. Theodoro.** Sæpe rudis ac insipiens animus in eum orandi assomitur affectum, qui pro præmio reddi solet meritis perfecturum, in quo (proh dolor) quia cum pascuntur pane filiorum, iam se filios esse arbitrantur, & euanescent putantes se aliquid esse, cum nihil sint, & non emendantur de quotidianis defectibus, sed potius indurantur, & cum ad suas negligentias reuertuntur, illud vxoris Manue, si non ore, corde tamen sepius replicant. [Si Dominus voluisset nos occidere, &c.] Hoc est nisi nos Deus diligeret non nos tantæ dulcedinis gratia visitaret.

Orationis necessitas.

71. **IVDICVM 16.** *Si rasum fuerit caput meum, recedat à me fortitudo mea, & deficiam, quia Nazaranus, id est, consecratus Deo sum.* **HUGO DE S. VICTORE.** Samson quandiu capillos capitis habuit, in superabilis fuit, sed postquam in sinu mulieris capillos perdidit, continuò ab hostibus capitur, & excrucatur, scriuitur

etiam addicitur, quandiu enim animus contemplationi inhaeret, à tentatione superari non potest, quod si in delectatione resolutus fuerit, ibique obdormierit, continuò veritatis intimæ lumen amittit, & prauis motibus repugnare non sufficit, tandèmq; ad molam ponitur, dum internæ dulcedinis oblitus per terrena desideria dissipatur.

Oratio mentalis latificat.

72. **REG. I.** *Cum esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter, &c. & loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur.* **CHRYSOST. homilia de Anna.** Nam illa potissimum est deprecatio, cum ab intimis vocibus sursum fertur. Hoc præcipue mentis est exercitæ, non intensione vocis, sed animi feruore precatio est absolueret. Sic orauit & Moyses. **Exod. 14.** Cui cum nihil voce resonaret, Deus tamen, cur, inquit, clamas ad me. Homines quidem externam hanc vocem tantum audiunt, at Deus, & ante hanc intus clamantes audit. sequitur: *vultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati, alia licera.* [Nec fuit amplius mœsta.] in Hebræo habetur. [Nec vultus fuerunt ei amplius.] subaudi, tristes. **GREGOR. lib. 30. Moral. capit. 21.** Quia videlicet mens eius nequaquam post preces inepta latitiam lasciuendo perdidit, quod orationis suæ tempore gemituum rigore exquisiuit. **INTERL.** Quia in incepto scilicet voto firmiter perseverauit. Sic & nos perseverare debemus, si exaudiri à domino volumus. **RVPERT.** Hoc est, in tentatione persistit, orando perseverauit. Hoc ergo fidelis anima imitetur, & quærens inueniet, petens accipiet, & pulsanti aperietur, hoc inquam exemplum imitetur sterilis anima, si mater fieri optat, si verbi Dei sanctarumque virtutum cupit esse fecunda, vide **Angelus, num. 48. ex Vnerrico.**

Idem & oratio attentæ.

73. **REG. I.** *Factum est autem cum illa multiplicaret preces coram Domino, &c.* **CHRYSOST.** Gemina virtus huius fœminæ hic comprobatur in precibus, scilicet assiduitas, & animi vigilantia; assiduitas quidem cum dicitur, cum illa multiplicaret preces, animi autem vigilantia & attentio, cum dicitur coram Domino, nam omnes quidem oramus, sed non omnes coram domino. Etenim cum corpore in terra prostrato, & ore frustra delirante, mens vbique per domum ac forum circumuagatur: talis non orat in conspectu Domini. Coram Domino ille erat, qui erat vndeque colligens suam mentem, nihil habens cum terra commercij, sed ad ipsum Deum totus commigrans, omni cogitatione humana ab animo depulsa, sed quomodo multiplicabit orationem quando exiguus est modus precatiois, quam fudit mulier? *Dixit enim, domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famule tuæ & recordatus mei fueris, nec oblitus ancille tuæ, dedisti que serua tua sexum virilem, dabo eum domino omnibus diebus vitæ eius, & nonacula non ascendet super caput eius.* Quæ est hæc veterum multitudo, assidue quidem sonabat eadem, nec destitit iisdem verbis iterandis multum tempus assumere, ad hunc modum Christus dominus prohibet multiloquium in oratione, & dicit etiam, oportet semper orare, & nunquam deficere. Quin & Paulus, [orationi, inquit, instantes.] Ac rursus [indefinenter orate.] Vtrumque enim faciendum est, vt nec in longum verba proferamus, & tamen assidue deprecemur, quod tamen hæc fecit, dum non sermone prolixo, sed crebris ac frequentibus precibus adit Deum.

Oratio

Oratio frequens & dispositio ad orationem.

74. **REG. I.** *Surrexit autem Anna postquam comederat, & biberat in Silo, & orauit ad Dominum flens largiter.* **IDEM CHRYSOST.** Ex hoc intellexit sacerdos quod ebria erat. & quidem ebria erat mulier, non è vino, sed ex abundantia pietatis, nam si tam instanter orauit post cibum, & potum, qualis erat ieiuna? tempus quod omnes faciunt relaxationis, illa fecerat deprecationis. certè magis præ se tulit mentem sobriam, ac vigilantem post conuiuium accurrens ad supplicationem, ac fontes lachrymarum, quam se ebria esse. Discamus ab illa & nos post conuiuium orare. Quisquis enim ad hoc præparatus fuerit nunquam in ebrietatem incidit, aut edacitate distenditur. Siquidem conuiuium, quod à precatioe ceptum in precatioe desinit, nunquam deficiet, sed nobis omnia adferet bona; vbi enim precatio, & gratiarum actio, eo sancti Spiritus aduenit gratia, abiguntur dæmones, & omnis aduersaria potestas difflugit atque discedit, qui enim se conuersurus est ad orandum, non audet quidquam absurdè loqui, aut si loquutus fuerit mox respiciat. Quoties igitur pranderimus, meminerimus huius mulieris, & illius lachrymarum, nec non præclaræ eius ebrietatis.

Quis pro grauioribus peccatis orabit.

75. **REG. 2.** *Si peccauerit vir in virum placari ei potest Deus, si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* **AMBROS. Libr. 1. de penitentia, cap. 8.** Quis orabit pro eo? Hoc est, quis ille erit qui in tali causa orare possit, sicut habes in **Psalm. 114.** [Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?] Quasi dicat, probatus habitabit, & electus. & alibi, [Quis ascendet in montem Domini,] id est, non quicumque de vulgo, sed vitæ egregiæ singularisque meriti. & vt scias, quia cum dicitur, quis, non intelligitur nullus, sed aliquis significatur; statim subiecit, innocens manibus, & mundo corde. Similiter igitur accipiendum, *quis orabit pro eo?* hoc est, singularis vitæ aliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Dominum, quia quo maior culpa, eo maiora sunt quæreda suffragia. **GLOSSA ORDINA.** Cum quis in virum peccat placato viro, facit sibi Deum placabilem, sed cum quis in Deum peccat, quis orabit pro eo, id est, per quem sibi Deum faciet propitium? non quod nulla speranda sit venia eis, qui in diuino peccant officio; sed maior est poena, & tardior venia his, qui in rebus Deo sacratis offendunt, quasi verbo vel facto laeserint proximum; quia quanto maior gloria, tanto grauior offensa.

Negligentia in orando.

76. **REG. 3.** *Dominus est, quod bonum est in oculis suis, & faciat.* **RVPERTVS.** Non surrexit sicut Moyses vt Deum teneret ea virtute, qua teneri ipse vult, & teneri potest scilicet stando in contractione cordis, in conspectu eius orando, vt iram eius à domo sua auerteret. Paulo melius atque consultius fecit Achab, licet aliàs impius, qui cum audisset minitatem dominum per Eliam Prophetam, **3. Reg. 21.** scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque ac dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite: idcirco in diebus suis non vidit indutum domui suæ malum; Heli autem & vidit & sustinuit, consultius etiam populus fecit de quo dicitur primo Reg. 7. *bauseruntque aquam.* **LYRANVS.** Ex cordibus suis, & per oculos effuderunt in conspectu Domini, ita, inquit, exponunt aliqui hunc locum. *Dixerunt ad Samuëlem, ne cesses clamare pro nobis ad Dominum Deum nostrum, &c. & clamauit ad Domi-*

nus pro Israël, & exaudiuit eum Dominus. **INTERLINEA.** Quia aures Domini in preces iustorum.

Orationem pertinacis non exaudit Deus ex iustitia merito.

77. **REG. 8.** *Clamabit in die illa à facie regis vestri quem elegistis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa.* Terribilis mina, sed non sufficiens vt eos à proposito petendi regem dimoueret, postulantem, erimus quoque nos sicut omnes gentes, &c. Idem contigit his, qui amore temporalium à Deo semouentur, quos non audit Deus, vt dicitur **Proverb. 3. & Isai. 56.** In præsentem autem eos audit, sed pro malo suo. Dixit enim Dominus ad Samuëlem, *audi vocem eorum & constituere super eos regem.* **LYRANVS.** Ex hoc patet quod aliquando dominus exaudit aliquid, quod cedit ad bonum petentis: eo quod malè petit, & talis exauditio potius est punitio. **Osca. 13.** [dabo tibi regem in furore meo.]

Oratio solitaria.

78. **REG. 9.** *Dic pueri vt amecadat nos, &c. vt indicem tibi verbum Domini.* Deus in occulto, & non coram hominibus manifestari solet, vnde tu autem cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum, &c. **1. Reg. 23.** *percutit vterque fœdus coram Domino, scilicet, Dauid, & Ionathas.* **LYRANVS.** Tribus enim vicibus inuit Ionathas fœdus cum Dauid, primò in domo, secundò in agro, vt patet cap. 12. & 20. tertio in deserto, vt patet hic, in signum quod fidelis anima debet inire fœdus cum Deo primò in domo cordis. Secundò in agro operis. Tertio in deserto contemplationis.

Negligentia in oratione.

79. **REG. cap. 26.** *Inuenerunt Saül iacemem & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra, &c.* **GLOSSA ORD.** Illi dormiunt, qui non vigilant corde. dormitio enim cordis duritia est, dormiunt in veteri vita, & non vigilant in noua, talibus subripitur lancca, id est, oratio, & aqua gratiæ, [vigilate, inquit dominus, & orate.] Hic omnes dormiebant, vnde *infra*, non erat quisquam qui videret, & intelligeret, & euigilaret, sed omnes dormiebant.

Oratio arma contra hostes.

80. **REG. cap. 1.** *Ei præcepit vt docerent filius Iuda arcum.* **GLOSSA ORD.** Quia Philistinum sagittarij sunt, qua arte Saül interfecerunt, eandem belli artem vult eos discere. **GLOSSA MORALIS.** Ars autem sagittandi spiritualis est exercitium deuotæ orationis, quo dæmones fortiter debellantur, in cuius figura dicitur, **Exod. 17.** quod Moysè in oratione persenerante Amalechicè à filiis Israël fuerunt debellati, *Hæc illa, vel potest interpretari, docerent arcum, id est, orationem iuxta illud Genes. 48.* Quia vbi nos legimus, [Quam tuli in arcu, & gladio meo.] Dicit Chaldaica, in oratione mea, & deprecatione mea.

Oratio beneficium Dei.

81. **REG. 7.** *Quis ego sum Domine Deus meus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque?* Nota humilitatem, quæ orat Dauid, *ista est lex Adams.* Domine Deus. **GLOSSA ORD.** Id est hominis, vt tibi in simplicitate cordis & puritate seruiat, & tu facias ei secundum misericordiam tuam, sicut mihi fecisti, & *infra*, Propter ea inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te oratione hac. **INTERL.** Quia scilicet reuelasti aurè serui tui.

tui. GLOSSA ORD. Nihil corde fugacius, quod inuenitur cum per discretionem restringitur, &c.

Oratio, & ieiunium perseverans.

82. 2. REG. 12. Deprecatusque est David Dominum pro parvulo, & ieiunavit David ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terram. INTERL. Et nos ieiunemus, & super terram iaceamus, donec peccati desiderium funditus aboleatur, & cumque intellexit quod mortuus esset infantulus, surrexit de terra, & locus unctusque est, cumque mutasset vestes, ingressus est domum Domini, & adoravit.

Oratio humilis, & deuota.

83. 2. REG. 23. Cuncta enim salus mea. INTERL. In eius potestate consistit, & omnis voluntas. LYRANVS. Supple, tendit in ipsam: nec est quidquam ex ea quod non germinat. IDEM LYRAN. Quod fit quando ex voluntate nihil procedit deliberatè, quod non ordinetur in Deum, iuxta illud. [Omnia in gloriam Dei facite.] Est modus loquendi, qui dicitur decuratus, quando loquens non exprimit totum conceptum suum, quod maximè cõtingit, quando quis loquitur ex excessu deuotionis, sicut Dauid erat in presenti. Nec tanta est domus mea apud Deum, ut pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus, atque manitum.

Magna à Deo petenda, quia magnificentissimus. Vide infra, num. 86.

84. 3. REG. 3. Dabis ergo seruo tuo cor docile, &c. & discernere inter bonum, & malum, &c. Quia postulatisti verbum hoc, &c. Ecce dedi tibi cor sapiens, &c. Sed hoc & quia non postulasisti dedi tibi, &c. BASIL. Lib. cõstit. monach. c. 2. Munificentissimus est Deus, idem & augustissimus rex noster, & indignè fert quãdocumque quis exiguum à se aliquid petit. AMBR. Serm. 18. super Psalm. 118. ait, non voluisse vsurpare sibi scientiam boni, & mali, sicut Adam, sed humiliter à Deo petiit, & concessit illi dominus, & addidit reliqua. Sicut idem ipse fateatur sapientia 7. [Optavi & datus est mihi sensus, & inuocaui, & venit in me spiritus sapientia.] & infra. [Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. IDEM super Psalm. 43. Ut enim acciperet sapientiam à Deo, non diuitias, non nobilitatem, non potestatem, sed sapientiam postulauit, & illa omnia etiam quæ non postulauit, inuenit.

Oratio incensum, & holocaustum.

85. 3. REG. 6. Sed & rotam altare oraculi texit auro. BEDA. Hoc altare erat iuxta oraculum, id est, sanctum sanctorum, hoc est, in domo exteriori, sed prope ostium interioris, hoc altare typus est perfectorum, qui carne adhuc in mundo retenti, sed omni desiderio ad cælestia suspensi, veluti incenso thure fumum accendentem in sancta sanctorum emittunt: quia superno amore flagrantibus crebris orationibus aures sui pullant auroris: quantoque mundiores & cælo viciniores, tanto citius à Domino quæ poscunt accipiunt. in hoc altari non carnes victimarum, sed sola incendebant thymiamata: quia tales non adhuc peccata carnis & illecebras cogitationum, in se mactare opus habent, sed tantum orationum, & desideriorum spiritualium odora menta per ignem interni amoris in conspectu conditoris offerunt.

Deus liberalissimus in dando.

85. 3. REG. 9. Rex autem Salomon dedit Regine Sabba omnia, quæ voluit, & petiit ab eo. VATAB. In hebreo. [Dedit omnem voluntatem suam, &

quidquid petiuit.] GLOSSA ORD. Et Pacificus noster Ecclesiæ suæ, omnia quæ petit, dabit. vnde Ioan. 15. [Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis,] & non solum dat quod ab eo petitur, vnde sequitur, exceptis his quæ vltro obtulerat ei inuenerit regio. GLOSSA ORD. Non solum quod petimus, imo etiam, quæ humana fragilitas aut nescit, aut non præsumit petere, gratuito munere largitur.

Orationis necessitas.

3. REG. 17. Si erit annis his ros, & pluuia, nisi iuxta 87. Oris mei verba, postquam tres anni transierunt, & eo plus, & Elias non cedebat, Deus autem iam desiderabat vt Elias peteret ab eo pluuiam. sequitur. Factus est sermo Domini ad eum, dicens surge & vade in Sarephta Sidoniorum. CHRYSOST. Fecit eum Deus perlargum iter peragere vt vna mundi peste posceret à Domino pluuiam, Hæc ille. vt aduertat orationis necessitatem.

In contemplatione vox Dei auditur.

3. REG. 19. Non in spiritu Dominus, &c. non in 88. Rigne Dominus, & post ignem sibilus aure tenuis. VATAB. Vox tacita, & submissa, & gracilis, cum enim omnia illa præterierunt, audita est vox submissa, gracilis & tenuis. GREGOR. Lib. 5. Moral. cap. 27. Spiritui commotionis, & igni non inesse Dominus dicitur, esse verò in sibilu aure tenuis non negatur, quia nimirum mens cum in contemplatione sublimitate suspenditur, quidquid perfectè conspiciere præualet, Deus non est, cum verò subtile aliquid conspiciat, hoc est quod de incomprehensibili substantia æternitatis audit, quasi enim sibilum tenuis auræ percipimus, cum saporem incircumscriptæ veritatis, contemplatione subita, subtiliter degustamus. tunc ergo verum est, quod de Deo cognoscimus, cum plenè nos aliquid de illo cognoscere non posse sentimus. vnde sequitur, quod cum audisset Elias, operuit vultum suum, &c. GREGOR. Ibibem, qui verba Dei in aure cordis percipit, necesse est vt faciem velet, quia dum per supernam gratiam, ad altiora intelligenda ducimur, quanto subtilius leuamur, tanto semper per humilitatem nosmetipsos in intellectu nostro premere debemus, non conemur plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Rom. 12. Ne dum nimis inuisibilia discutimus, aberremus. aurem enim intendere, & faciem operire est vocem interioris substantia audire per mentem, & tamen ab omni specie corporea oculos cordis auertere, ne quid sibi in illa corporale animus fingat, quæ vbiq; tota, & vbiq; incircumscripta est.

Contemplationis dulcedo in manu Domini.

4. REG. 2. Cum leuare vellet Dominus Eliam in caelum. GALEFRID. Eleuatio hæc non humani arbitrij, sed diuinæ est voluntatis, cuius spiritus non modo vbi vult, sed & quando vult spirat, sed ille scit quando oporteat, quando velit, ait enim, cum leuare vellet Dominus, &c.

Oratio solitaria deuotionem auget.

4. REG. 4. Claude ostium super te, & super filios tuos. GALEFRID. Non habeo quidquam in domo mea nisi parum olei. modicum olei parua deuotio, pete ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca, vicina mulieres angelicæ potestates & sanctorum animæ diuinæ laudis & dilatata deuotionis non nullam tibi occasionem, & aptitudinem ministrantes. vasa tibi opera sunt, vasa exempla sunt bona, vt autem impleri debeant hæc vasa claude ostium, &c. Claude, inquam, ne tuorum quiscquam exeat, nec se aliquis ingerat exterio- rum

terorum, & ne timeas claudere, nouit enim Iesus iam clausis, ad discipulos intrare, nec exeat, sed neque respicias quidè foris, ne quæras exteriora, ne cupias iuxta illud. [Diuitie si affluant nolite cor apponere.] Quam felix anima, quæ clausit ostium super se, & super filios suos, vt nec amittet exteriora, nec timeat, sed quàm beator, cui etiam à foris clausit ostium dominus, vt quemadmodum ipsa præfens seculum negligit, sic etiã negligatur à seculo, & in modo enim anima, quamuis modicum olei suppetat, magis ac magis crescat oleum eius, sed & quando iam vasa defecerint, non deficiet, sed stabit & manebit sibi.

Orationis necessitas.

91. 4. REG. 5. Vinam: fuisse Dominus meus iuxta Prophetam, qui est in Samaria. VATAB. In Hebræo [Orationes Domini mei sunt coram Propheta,] id est, si Dominus meus rogat Prophetam. CHALDÆVS PARAVH. Felix esset Dominus meus si staret coram Propheta, felices essent peccatores si ad Christum accessissent: de quo dicitur. [Propheta magnus surrexit in nobis] & ab eo peterent sanitatem, sed accedunt tanquam Achaz ad regem Assyriorum, hac humili deprecatione; 4. Reg. 16. Seruus tuus, & filius tuus ego sum, ascende. & saluum me fac de manu regis Syria, & de manu regis Israel, qui consurgunt aduersum me; Optima petitionis forma, vt coram Deo presentetur. Consultus fuit Ezechias 4. Reg. 19. Ascendit in domum Domini, & expadit epistolam coram Domino, & orauit in conspectu eius dicens, Domine Deus Israel, &c. Inclina aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos, & vide, &c. Nunc igitur Domine Deus noster saluos nos fac; Ita consuluit Propheta Isaias, fac orationem pro reliquiis, quæ reperta sunt, & exaudiuit eum Dominus, quæ precatus es me super Sennacherib rege Assyriorum audiu. Hinc didicit refugere ad Dominum cum sententiam mortis ab eodem propheta audisset. 4. reg. 20. Adorabis tu & non vines; Quæ conuenit faciem suam ad parietem. GLOSSA ORDIN. Quia ad templum ire non poterat, parietem templi dicit iuxta quod palatium erat, ita interpretatur Chaldaeus paraph. ad parietem templi. VATAB. id est versus templum vt scilicet maiori attentione oraret dominum auertendo faciem suam ab his, qui astabant. GLOSSA ORDIN. vel ad parietem absolutè, ne lachrymas assistentibus ostentaret, vt tota mente Deum deprecaretur. & sequitur, & adorauit Dominum & dixit, obsecro Domine, momento, quemodo ambulauerim coram te, in veritate &c. responsum continuè accepit. audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam. INTERL. Quonia ambulauerat coram Deo, in veritate, & corde perfecto, & fleuerat, & Deo placitum fecerat, & addam diebus tuis quindecim annos. INTERL. quos non postulauerat, & de manu regis Assyriorum liberabo te. INTERL. tum vltra regni securitas promittitur.

Orationem rollit diabolus.

92. 4. REG. 25. Nabuzardan muros Ierusalem in circuitu destruxit. GLOSSA ORDIN. Muros destraxit cum intentionem orationis, & virtutum studia, quæ diabolus contra se valere nouit in desperantibus dissoluit, ne per spem venie ad diuina succurrant auxilia, & correptionis vite apprehendant munimenta.

Oratio eximios facit.

93. 1. PARALIP. 4. Inuocauit Iabes Deum Israel dicens, si benedicens, benedixeris mihi &c. & prestuit Deus quæ precatus est. LYRAN. Ex prædictis potest coniectari, quod promissit Deo vacare contemplationi ipsius, & doctrinæ legis; fuit autem Iabes inclitus

præfratribus suis. LYRAN. Iste fuit Othoniel frater Caleb, & dicitur inclitus præ fratribus suis, tam ratione fortitudinis, quia percussit ciuitatem Cariath Sepher, vt habetur Iudicum c. primo, quàm ratione scientia: quia fuit doctor magnus in lege, vt dicitur lib. primo PARALIP. cap. secundo.

Oratio continua.

1. PARALIP. 5. Viri bellatores scuta portantes, & gladios, & tendentes arcum, & eruditique ad prelia &c. & eruditique sunt in manus eorum Agareni, & vniuersi, qui fuerant cum eis, quia Deum inuocauerunt cum preliarentur. LYRAN. Quasi diceret, licet viri isti essent fortes, & docti ad prælium, tamen non videntur principaliter virtute propria, sed diuina, vnde sequitur, & exaudiuit eos eo quod credidissent in eum, INTERL. Dum filij Israël Deo seruiunt, habuerunt eum propitium, & defensorem contra hostes suos: cum autem eo relicto, idola coluerunt, senserunt vltorem, quem habebant protectorem, & sequitur, vulnerati autem multi corruerunt circiter centum millia hominum fuit enim bellum Domini. INTERL. Ad intercessionem hostium auxilio Dei pactam. Hinc colligitur orationem continuam esse debere, quia Deum inuocauerunt cum preliarentur. secundò ideo nos Deum exaudire; quia ei fideles sumus. tertio Deum esse defensorem nostrum; vnde sequitur, fuit enim bellum Domini. Vide infra num. 98.

Oratio qualis esse debet.

1. PARALIP. 6. Aaron, & filij eius adolebant incenso super altare holocausti, & super altare thymiamatis, in omne opus sancti sanctorum, & vt precarentur pro Israël iuxta omnia quæ præceperat Moyses: In presentiarum videtur à Spiritu sancto describi qualis futura sit oratio perfecta, primò. Incensum super altare holocausti, oratio cum mortificatione, in altari enim holocausti offerbantur animalia, hoc est, passiones animales; item oratio super altare holocausti. hoc est, obedientia. GLOSSA ORDIN super altare fidei holocaustum bonorum operum incensum orationis offerre. secundò & super altare thymiamatis; id est oratio odorifera, oratio luauis, quicta, amore plena, vnitiua, quæ ascendat sicut incensum in conspectu tuo, sicut virgula fumuli ex aromatibus: non enim sufficit occidere animales passiones. tertio in omne opus sancti sanctorum, hoc est quod sit oratio operatiua bonorum operum, & vt precarentur pro Israël iuxta omnia &c. hæc est oratio perfecta, quæ per antonomasiam potest appellari oratio Dei & Christi. vnde Euangelista erat pernoctans in oratione Dei.

Oratio continua.

1. PARALIP. 9. In porta regis vicissim ad orientem obseruabant per vices suos de filiis Levi. GLOSSA ORDIN. Hi cantores erant, & vicissim ad psallendum cum Dauid conueniebant. quia antequam templum ædificaretur in palatio erat arca testamenti. Hæc illa. Dauid cõtinuus erat in oratione ante Dominum, alij vicissim mutabantur, vnde & dicebat [septies in die laudem dixi tibi &c.] nota etiam nunquam deesse qui vicissim ad orientem obseruabant. Magna consolatio. si sunt peccatores Deum offendentes, etiam sunt in Ecclesia iusti assidue Deum deprecantes in oratione continua, qui cum placant.

Oratio humilis cum gratiarum actione.

2. PARALIP. 6. Stetitque Salomon super basim paneam, & deuiceps flexis genibus &c. & palmis in celum leuatis ait: benedictus Dominus Deus Israel, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere completus. INTERL.

YERL. Basim æneam, id est, veræ humilitatis soliditatem, quam Christus verbo docuit, & exemplo ostendit. Huic firmo fundamento inniritur oratio. Oratio humiliantis se cælos penetrat, antequam petat, gratias agit, benedictus &c. L Y R A N Gratiarum enim actio de præteritis beneficiis, & deuotus modus orandi faciunt orationem exaudibilem de futuris.

Oratio, & opera.

98. 2. PARALIP. 14. Domine non est apud te vlla distantia (aut Assa) vtrum in paucis auxiliis an in pluribus, adiua nos Domine Deus noster, in te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra hanc multitudinem. Spes enim cooperationem non excludit, vnde sequitur [Habuit autem Assa in exercitu suo portantium scuta, & hastas &c.] L Y R A N. id est habentium scientiam præliandi, in scutis, & hastis. Et corruerunt Æthiopes vsque ad interuersionem, quia Domino cadente contriti sunt, & exercitu illius præliante. L Y R A N. id est exercitu Assa, qui pugnabat in nomine Domini. vel exercitus Domini potest hic intelligi, id est, angelicæ potestates, quæ dicuntur exercitus Domini.

Oratio communis cum ieiunio.

99. 2. PARALIP. 20. Iosaphat totum se contulit ad rogandum Dominum, & predicauit ieiunium vniuerso Iuda, congregatisque est Iudas ad precandum Dominum, sed & omnes de viribus suis venerunt ad obsecrandum eum. GLOSSA ORDINARIA. Populus Christianus, non armis corporalibus, sed spiritualibus, inimicos aggreditur, intima cordis deuotione supernum quaerens auxilium.

Oratio in tribulatione.

100. 2. PARALIP. 33. Qui postquam coangustatus est (scilicet Manasses) orauit Dominum Deum suum & egit penitentiam valde coram Deo Patrum suorum. Qui in prosperitate noluit audire Dominum, locutusque est Dominus ad eum & ad populum illius, & attendere noluerunt. In tribulatione tamen positus, deprecatus est eum & obseruauit intentem, & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum in Ierusalem.

Oratio humilis.

101. 1. ESDRÆ 9. Deus meus confundor, & erubescio leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatae sunt super caput nostrum. Sicut etiam Publicanus, qui à longè stans non audebat oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum &c. Et Esdras cisso pallio, & tunica &c. & nunc quasi parum & ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum. Tantæ humilitati debetur Dei misericordia. sequitur & inclinauit super nos misericordiam suam. L Y R A N V S. hoc est, licet modicum deprecauerimus Dominum, tamquam parum deuoti, tamen exaudiuit nos.

Oratio continua.

102. 2. ESDRÆ 2. Pro qua re postulas? Interrogauit rex Esdras, & orauit Deum celi, & dixit ad regem: si videtur regi bonum &c. Talem habitum orandi habebat, vt antequam responderet, orauit & ait, orauit Deum celi &c. Hoc modo intelligitur illud [oportet semper orare & nunquam deficere.]

Oratio contra inimicos & continua.

103. 2. ESDRÆ 4. Et orauimus Deum nostrum & posuimus custodes die ac nocte contra eos. GLOSSA ORDIN. Hoc est vnicum contra hostes Ecclesiæ refugium, oratio scilicet ad Deum, & industria docto-

rum qui die ac nocte in lege eius meditantes corda fidelium contra insidias diaboli, & militum eius, prædicando, consolando, & exhortando præmuniunt. 2. ESDRÆ 9. Quater in die, & quater in nocte cõsuebantur, & adorabant Dominum Deum suum. GLOSSA ORDIN. Quis non miretur tantum populum, tantam habuisse pietatis curam, vt quater in die, mane hora tertia, sexta, & nona, & quater in nocte excludo torpore somni, orationi, vel Psalmodiæ vacarent, vnde, vt reor, mos, in Ecclesia pulcherrimus inoleuit, vt hora diuinae Psalmodiæ, cunctis audientibus dicantur.

Oratio attenda.

104. 2. ESDRÆ 13. Et Tyrj vendebant in sabbatis filiis Iuda &c. GLOSSA ORDIN. Diem sabbati alienigena: quaerunt prophanare; cum terrena cogitatione, nos in tempore orationis, importunè conturbant, & memoria vel delectatione temporalium rerum ab intimo amore retrahunt. Sed Nehemias contestatur eos, vt in die qua vendere licet, huius modj commercia vendant; cum suis cogitationibus deuota Deo anima modum imponit, vt in tempore orationis à transeuntium rerum curis abstineat.

Toto corde orandum.

105. 3. ESDRÆ 8. Virtus Domini erit cum eis, qui inquirunt eum in omni affectu, & iterum deprecati sumus Dominum Deum nostrum, secundum hoc, quem & propitium habuimus, & compotes facti sumus Deo nostro.

Oratio solitaria.

106. TOBIÆ 1. Hic solus fugiebat consortia hominum, & pergebat in Ierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel. Vnde Dominus, [Tu autem cum oraueris intra cubiculum tuum &c.] Omnia primitiua sua. INTERL. naturalia bona, & decimas suas INTERL. alias ceremonias fideliter offerens.

Oratio cum penitentia, & ieiunio, & lachrymis.

107. TOBIÆ 3. Tunc Tobias ingemuit & cepit orare cum lachrymis &c. & Sara perrexit in superius cubiculum domus suæ, tribus diebus & tribus noctibus, non manducauit, neque bibit, sed in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur Deum. INTERL. In prosperitate enim & aduersitate ad sanctam Trinitatē preces debemus dirigere. GLOSSA ORD. In superiori enim mentis nostræ debemus orare, vnde Christus in monte, Daniel in cœnaculo orat, & Eliseus habet cœnacula, & Christus in cœnaculo pascha celebrat, item oratio debet associari ieiunio. INTERL. Sola oratione pinguescit, quam macies corporis pascit. 3. lachrymis. INTERL. Oratio Deum lenit, lachryma cogit, hæc vngit, illa pungit. 4. gratiarum actioni, Factum est cum completeret orationem benedicens Dominum dicens: benedictus est nomen tuum Deus Patrum nostrorum &c. ad te Domine faciem meam conuerto. INTERL. quia inueni cor meum, vt orarem te, ad te Domine oculos meos dirigo. INTERL. interiores, de quibus dicitur leua oculos tuos, & vide, & iterum oculi tui columbarum; ad te inquam, non ad idola, non ad mea merita. Orationes huiusmodi conditionibus præditæ exaudiuntur à Domino, vnde sequitur, & exaudita sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei.

Oratio demonium fugat.

108. TOBIÆ 6. Quod remedium habebunt ista, que de pisce referuare iussisti? cordis eius particula, si super carbones ponas. INTERL. astutiam cordis intellectam

Etiam, & ardore spiritus crematam; Fumus eius extricat omne genus demoniorum siue à viro INTERL. forti, siue à muliere INTERL. debili: ita vt ultra non accedat ad eos. L Y R A N V S. Fumus ille exigne procedens significauit orationis virtutem Tobia, & Sara, cuius merito Angelus Raphaël expulit dæmonem à Sara, vnde infra cap. 8. non dicitur quod fumus ille dæmonium expulerit, sed quod Angelus Raphaël ipsum apprehendit & reliquit in superioribus Ægypti.

Oratio continua, attenda & cum charitate.

109. TOBIÆ 8. Deprecorum eum hodie, cras & secundum cras &c. filij quippe sanctorum sumus &c. surgentes autem pariter, instanterque orabant ambo simul vt sumas daretur eis. Nota illa verba, surgentes pariter, & orabant ambo simul, vt daretur eis. Quamuis sola Sara patiebatur, vt denotetur charitas mutua, vnde Iudith 4. Clamauit omnis populus ad Dominum, INTERL. vnanimes instantiam magna. INTERL. multum enim valet deprecatio iusti assidua, & infra, & clamauerunt ad Dominum Deum Israel vnanimes INTERL. quod charitatis vnanimitate petitur citò impetratur, & infra, Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis, & orationibus in conspectu Domini. INTER. quasi dicat, cõfide, exaudita sunt orationes vestrae, nam finis non pugna coronat, & infra, Sic erant omnes hostes Israel, si perseuerauerit in hoc opere quod cepistis. INTERL. qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Opus cœptum erat oratio perseuerans cum ieiunio; Vnde sequitur, Humiliauerunt animas suas in ieiuniis, & orationibus ipsi, & mulieres ipsorum, & clamauerunt, &c. INTERL. corde, & ore, & opere, & infra, Ad hanc exhortationem permanserunt in conspectu Domini. INTERL. in oratione confortati. GLOSSA MORAL. per orationem deuotam dæmones debellabant, vnde CHRYSOST. Quis non hostem orando denicit? Orationibus Daniëlis visa panduntur, sopiuntur flammæ, feræ hebetescunt, cadunt hostes, inimici vincuntur, quanto enim purior frequentiorque fuerit celebrata oratio, tanto celerius erit de hoste vindicta.

Orationis efficacia.

110. IVDITH Eodem cap. 4. Memores estote Moysi serui Domini, qui Amalech confidentem in virtute sua &c. non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit. GLOSSA ORDIN. per exempla sanctorum corroborat, vnde Job. 12. Instauras testes tuos contra me, & Paulus ad Hebræ. 11. fidei virtutem laudas Patrum copiosa induxit exempla, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam &c. & infra, Et ex toto corde suo omnes orabant Deum vt visitaret populum suum. INTERL. vnanimes in oratione. & cap. 6. Omnis populus cecidit in faciem adorans Dominum, & communi lamentatione & fletu vnanimes preces suas Domino effuderunt dicentes: Domine Deus celi, & terra, INTERL. quia omnia fecisti, omnia potes, intueri superbiam eorum, aspice ad nostram humilitatem. INTERL. qui humilia respicis. & facies sanctorum tuorum attende. INTERL. quæ tibi sola placet, & ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te, & præsumentes de se & de sua virtute gloriantes humilias.

Oratio in tribulatione.

111. IVDITH 7. Tu qui pius es miserere nostri in tuo flagello, vindica iniquitates nostras, & noli tradere cõfidentes te populo, qui ignorat te, vt non dicant inter gentes ubi est Deus eorum? Eligunt potius incidere in manus Dei quam in manus gentium, dicentes, forsitan indignationem suam abscinder, & dabit gloriam nomini suo. & cap. 8. Sed quia pius est Dominus, in hoc ipso penitenti-

mus, & indulgentiam eius sumpsit lachrymis postulemus. INTERL. Lachrymæ enim pondera vocis habent, quæ impetrant, non supplicant, & ideo humilioribus illi animas nostras, & in spiritu cõficti humilitate seruientes illi, dicamus stentes Domino, vt secundæ voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam. INTERL. Vnde fiat voluntas tua non mea. GLOSSA ORDIN. Cum afflicti sumus, nec tempus, nec modum præscribere debemus Domino, sed magis arbitrio eius cuncta relinquamus. Hac illa. Vnde quidam Patrum in oratione sua dixisse legitur: [Fili Dei, Fili Dei, sicut scis, & sicut vis miserere mei;] de alio sancto legitur, quod postus in oratione Alphabeti literas referebat, & à Domino postulabat, vt eas coniungeret sicut vellet, & id concederet, & non aliud.

Oratio cum humilitate.

112. IVDITH 9. Ingressa est oratorium suum, & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum, & prosteruens se Domino, INTERL. per humilitatis affectum se sperans exaudiri. [Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum &c.] clamabat ad Dominum, & infra, nec superbi ab initio placuerunt tibi. INTERL. vnde diabolus, & primus homo cecidit, sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. INTERL. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Eccles. 35. Exaudi me moram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem. INTERL. non de viribus meis,

Oratio continua.

113. IVDITH 11. Ego ancilla tua Deum colo etiam nunc lapud te. Coram Holopherne stabat Iudith à Dei præsentia non aliena. Exiet ancilla tua & orabo Deum. Inter tabernacula Assyriorum orabat quietè Iudith; tanta erat orandi consuetudo eius. Et c. 12. petit Iudith vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem &c. & orabat dominum Deum Israel, vt dirigeret viam eius, &c.

Idem.

114. 1. MACHAB. 1. Versu 58. Et ante ianuas domorum, & in plateis incendeabant thura, & sacrificabant. Magna confusio. Isti in omni loco falsos deos deprecabantur, & nos non orabimus diligenter in omni tempore, & in omni loco.

Oratio in tribulatione cum penitentia, & ieiunio.

115. 1. MACHAB. 3. Versu 44. Et congregatus est commentus, vt essent parati in preludio, vt orarent, & peterent misericordiam, & miserationes &c. & venerunt in Masphath, quia locus erat orationis, &c. & ieiunauerunt illa die, & induerunt se cilicis, & cinerem impoferunt capiti suo, &c. GLOSSA ORDIN. Quia penitentiam pro peccatis suis, quæ per carnis fragilitatem contraxerunt, agere Deo dignè decernunt, adhibent intercessores. Et suscitauerunt Nazaraeos, qui implerunt dies, & clamauerunt voce magna in cælum. GLOSSA ORDIN. Sufficit Nazaraeos &c. qui per castitatis munditiam, gratam vitam omni tempore Deo exhibere student, clamantque &c. qui diuinitatem piis precibus ac bonis actibus per misericordiam pronocant. Sicut enim clamor impiorum quem blasphemia, & prauis operibus proferunt, Deum irritat: sic confessio, & fides sanctorum quæ per dilectionem operatur, maiestatem diuinam in omni tempore placat. R V P E R T. in 6. cap. Numer. Ambitiosus in carlamitate sua Deum deprecabatur, tales habentes patronos scilicet Nazaraeos, qui plurimum merebantur de clementissimo Domino, quia implerant dies suos afflicti sacra continentia, & vocia abstinentia.

Oratio in tribulatione.

116. 1. **MACHAB.** 4. *versu 10. Et nunc clamemus in cælum, & miserebitur nostri Dominus.* RUFER. *lib. 9. de victoria verbi cap. 28.* Plena est historia dierum illorum, rerumque gestarum series clamoribus huiusmodi, qui verè secundum præscriptum mysterium clamores erant mulicris in vtero habentis, & parturientis & in pariendo magnum cruciatum habentis. D. BERNARD. *serm. 18. in Psal. 90.* Nunc filioli, clamemus in cælum, & miserebitur nostri Deus noster: clamemus in cælum, quia sub cælo omnia labor & dolor, vanitas, & afflictio spiritus: denique prauum est cor hominis, & inscrutabile, proni sensus eius in malum. CHRYSOST. *homil. 71. ad populum Antioch.* Nihil fortius homine legitime orante. nam si seuum Principem quendam, qui nec Deum timebat nec hominem reuereretur, placare potuit mulier, multo magis Deum alliciet, qui ei iugiter afflit, vincit ventrem & delicias eliminat. si verò corpus tuum infirmum est ad ieiunium, non tamen est infirmum ad orandum, nec ad ventris despectum imbecille, &c.

Gratiarum actio.

117. 2. **MACHAB.** cap. 8. *Sabbatum agebant benedicentes Dominum, qui liberavit eos in isto die misericordie initium stillans in eos.* Bene sentiebant de infinita Dei misericordia, siquidem hoc magnum beneficium appellant stillicidium misericordie. & infra, *Et communiter ab omnibus facta obsecratione misericordem Dominum postulabant, ut in finem seruis suis reconciliaretur, & cum Epinicia, id est, dies victoriae agerent Ierosolymis, &c.* RABANVS. Superatis ergo hostibus Iudas festum celebrat, quia cum sanctus quilibet per gratiam Christi de hoste antiquo triumphet, gaudium spirituali repletus laudes condignas canere ac grates multiplices auctori suo debet referre, nec decet fieri ingratum, qui se meminit diuina ope esse adiutum.

Orationis necessitas.

118. 1. **MACHAB.** cap. 4. *Oravit Iudas, & dixit, benedictus es saluator Israel, &c.* A gratiarum actione incipit suam orationem. *Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel, &c. da illis formidinem, &c. deice illos gladio diligentium te.* CHRYSOST. *in Psal. 43.* Ad bellum euntes, non tragœdias excitabant, &c. non asciterunt tibicines, ut sit in aliis castris, sed Dei supernè auxilium inuocabant ut adesset, opem ferret, & manum præberet, propter quem gerebant bellum, pro cuius gloria decertabant. Videamus ergo, quid hæc castra Dei loquantur, cum sint hostes aggressura: quia nonnulli imbecillitatem, & paucitatem considerantes molliores erant, eorum actus spiritusque excitans Iudas, Deum alloquens promptiores, & alacriores comilitones reddit, neque enim tantum vitium habuisset ad eos conuersa oratio, sicut ad Deum directæ.

2. **MACHAB.** cap. 10. *versu 4. Rogabant Dominum prostrati in terram ne amplius talibus malis inciderent, sed & si quando peccassent, ut ab ipso mitius corripentur, & non barbaris, ac blasphemis hominibus traderentur.* Ita Dauid 2. *Reg. 24.* [Coartator nimis, sed melius est ut incidam in manus Domini, (multæ enim misericordie eius sunt) quam in manus hominum.]

Oratio in tribulatione.

119. 1. **MACHAB.** 5. *Et exclamauerunt tubis & clamauerunt in oratione simul, & ad præliandum, & ad orandum signum dederunt.* IOSEPHVS *lib. 3.*

historia Iudaica cap. 13. ait, Iudas autem clamans ad Dominum de profundo certaminis audiuit eos Deus, & misit quinque Angelos, &c. vicerunt & occiderunt. 25. V. 500. &c. & 2. *Machab. cap. 10. versu 16.* *Hi verò qui erant cum Machabeo per orationes Dominum rogantes, in Græco habetur [cum Iythaniam sine supplicationem instituisent] ut esset sibi adiutor impetum fecerunt, &c. & non minus viginti millibus trucidauerunt. & versu 25. Machabeus autem, & qui cum ipso erant, appropinquante illo, scilicet Timotheo, deprecabantur Dominum, in Græco Iythanem, faciebant letaniam, caput terra aspergentes, lumbosque cilicis præcincti, ad altaris crepidinè prouoluit, ut sibi propitiis, inimicis autem eorū esset inimicus, & aduersarius aduersaretur, &c. Et in a post orationem sumptis armis, &c. Interfecti sunt autem viginti millia, quingenti, & eques sexcenti.*

Oratio cum lachrymis.

2. **MACHAB.** 11. *versu 6. Machabeus, & qui cum ipso erant, cum fleu & lachrymis rogabant Dominum, & omnis turba simul, ut bonum Angelum mitteret ad salutem Israel, & apparuit præcedens eos eques in veste candida auris armis hastam vibrans, &c.* D. HIERON. *in Daniel. cap. 8.* Gabriel præpositus est præliis, nam in lingua nostra vertitur fortitudo vel robustus Dei. Alius esse Michael, qui vniuersæ Iudæorum genti præpositus erat, aut manuit. Fortè Angelum nullum certum petiit eorum oratio, sed è bonis Angelis vnum quemlibet, & talis datus fuit, qui huic negotio, & temporì conueniret. Semel non statim Iudas Machabeus orauit, & non bene successit prælium, quousque orauit, vnde 2. *Machab. 12. versu 34. Quibus congressis contigit paucos vncere Iudæorum, & versu 36. Et diuinus pugnantibus, & fatigans inuocauit Iudas Dominum adiutorem, & ducem belli, incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgie militibus iniecit.*

Oratio cum ieiunio, & lacrymis.

2. **MACHAB.** 13. *versu 10. Præcepit Iudas populo, ut die ac nocte Dominum inuocarent, quo sicut semper, & nunc adiunaret eos, &c. Omnibus itaque simul id facientibus, & petentibus à Domino misericordiam, cum fleu, & ieiunio per triduum continuum prostratis, &c.* CHRYSOST. *hom. de penitentia.* Igitur ieiunium mirare promptisque mentibus suscipe. quoniam quidem & in camino fert opem, atque in leonum custodit lacu, demonèsq; fugat, & Dei reuocat sententiam, vitorumque furorem supprimit, & ad ipsam reducit libertatem, plurimamque in nostris cogitationibus insinuat, &c.

Oratio continua.

2. **MACHAB.** 15. *Et nunc dominator calorū mittite Angelum tuum bonum ante nos, &c. & infra. Iudas verò, & qui cum eo erant, inuocato Deo per orationes, congressi sunt, manu quidem pugnantis, sed Dominum cordibus orantes, &c. Et ita meruerunt videre sanctum angelum. Vnde sequitur præsentia Dei magnificè delectati, &c.*

Orant sancti pro nobis in patria.

2. **MACHAB.** 15. *versu 12. Oniam qui fuerat summus sacerdos, &c. manus proterentem orare pro omni populo. & infra. Hic est fratrum amator, & populi Israël, hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Ieremias Propheta Dei.* ORIGEN. *homilia tertia in Cantica.* Omnes sancti, qui de hac vita cesserunt habentes adhuc charitatem, circa eos, qui in hoc mundo sunt, si dicantur curam gerere salutis eorum, & iuuare eos precibus suis, atque interueni-

teruentu suo apud Deum, non erit inconueniens. Scriptum namque est in Machabæorum libris, hic est, qui multum orat, &c. *Hæc ille.* Pro magna laude de Romanis dicitur 1. *Machabæorum 8.* [& acquiescunt ad omnia, quæ postulantur ab eis.] Maiori iure dici potest hoc idem de sanctis, qui adepti sunt perfectionem charitatis, &c. & 2. *lib. Machab. cap. 1.* [Fratibus qui sunt in Ægypto, salutem dicunt fratres, qui sunt Ierosolymis, &c. Vel potius in cælesti Ierusalem constituti, fratribus qui sunt in Ægypto, huius mundi dicunt etiam; & nunc hic sumus orantes pro vobis, &c.]

Oratio publica Ecclesie exauditur.

124. 2. **MACHAB.** 3. *Sacerdos autem ante altare cum stolis sacerdotibus iactauerunt se, & inuocabant de celo eum, &c. Iam verò, qui videbant summum sacerdotis vultum, mente vulnerabantur, alij etiam gregatim de domibus consuebant, supplicatione publica obsecrantes, &c. accincta mulieres cilicis pectus, &c. Sed & virgines, qua concluse erant, &c. Vniuersæ autem proterentes manus in cælum, deprecabantur, &c. Sed vide orationis huius efficaciam, sed spiritus omnipotentis Dei, magnam fecit sua ostensionis evidentiam. Idem contigit quando Herodes Petrum occidere volebat, cum oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.*

Oratio à gratiarum actione inchoanda.

125. **TOBIÆ 3.** *Orationem suam incipit Sara à gratiarum actione dicens, benedictum est nomen tuum Deus Patrum nostrorum, &c. Peto Domine ut de vinculo improperij huius absolvas me.* AMBROS. *de institutione virginis cap. 2.* Bona oratio, quæ ordinem seruat ut primò à diuinis inchoemus laudibus. Si enim, cum apud hominem agimus, beneuolus vultus iudicem facere, quanto magis cum dominum nostrum precamur, primò ergo immolemus Deo sacrificia laudis.

Oratio continua.

126. **EXODI 20.** *Memento, ut diem sabbati sanctifices.* D. THOM. 2. 2. *quest. 122. art. 4.* Mandatum etiam fuit hoc præceptum, ad inflammationem amoris, homo enim semper ad terrena inferius tendit, iuxta illud *Sapientie 6.* [Corpus quod corrumpitur aggrauat animam,] nisi conetur erigere se ab eis, & idè oportet habere certum tempus ad hoc. Vnde aliqui toto tempore hoc faciunt. Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo, iuxta illud Apostoli. [Sine intermissione orate,] & hi continent sabbatum habent. Aliqui hoc faciunt in aliqua parte temporis. *Psal. 118.* [Septies in die laudem dixi tibi.] Alij ne omnino alienarentur à Deo, oportuit, quod haberent aliquem diem determinatum, ne nimis tepescat in eis amor Dei. iuxta illud *Isaie 58.* [Si vocaueris sabbatum dedicatum, tunc delectaberis super Domino; & illud *Iob 12.* [Tunc super omnipotentem deliciis afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam.] Non enim ad ludendum ordinatur talis dies, sed ad laudandum, & orandum Dominum Deum, vnde Augustinus dicit, quod minus malum est tali die orare, quam ludere. D. AMBROS. *lib. 4. de orthodoxa fide cap. 24.* Præceptum hoc de sabbato obseruando posuit Deus, ut vacantes ab occupationibus circa materialia, ad Deum adducerentur, in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, & meditatione diuinarum scripturarum, vniuersum septimum diem consumentes, & in Deo quiescentes; Obseruatio igitur sabbati à Deo excogitata est, ut vel minimam portionem Iudæi, qui paruuli adhuc erant, & sub

elementis mundi huius seruientes vacando Deo distriberent, & requiescerent, seruis & subiugale. Quando autem venit plenitudo temporis, & misit Deus filium suum vnigenitum, ut adoptionem filiorum reciperemus, non amplius in parte Domino seruientes in timore, sed totum vitæ nostræ tempus offerre debemus, semper seruam (iram dico, & concupiscentiam) à peccato requiescere facientes, & ad vacandum Deo conuertentes, vniuersum desiderium semper ad Deum extendentes, & subiugale nostrum, id est, corpus à peccati iugo requiescere facientes, & ad diuinorum mandatorum seruitium dirigentes. Hæc spiritualis nobis præcipit Christi lex.

Orationis continua necessitas.

127. **CHRYSOST.** *in cap. 6. Matth. homilia 23.* Si nihil de redundante illo fonte virtutis haurimus, nostra est omnis culpa, non fontis; accedamus ergo oportune, & importune, imo verò nunquam contingit importune accedere, importune quippe est, si non assidue eum adcamus. quotiescunque enim venire, & ad illum voluerimus accedere, expectatas ab illo esse preces nostras continuo sentiemus.

Ostensio necessitatis petitio remedi est.

128. **IOAN. 2.** *Vinum non habent.* GILBERT. *Hu-* manum recogitate morem in rogando. Nonne apud miseratorem, alicuius commemorare miseriam ipsum rogare est? efficax petitio est modesta suggestio, oppressi infirma exponere, fortunæ infelicitatem, insolentiam hostium; hæc, inquam, exponere in aure potentis, quid aliud est, quam ipsum verècunda quadam prece ad auxiliandum inflectere? quot in locis apud Psalmistam hunc precis modum inuenies? In Evangelio, inquit Maria ad Iesum; [vinum non habent.] Non precatur Dominum, nec imperat filio, defectum tantum vini nuntiasse contenta. Cum benedixit, & ad liberalitatem propensis, ita agendum est. Non enim est gratia violenter exprimenda, sed proponenda occasio. *Hæc ille.* Similiter fecerunt duæ sorores illæ Lazari. Domine ecce quem amas infirmatur. Vide infra, num. 150.

Oratio continua.

129. **QVOD** Oratio debet esse frequens etiam coniugibus; nota ex AMBROSIO *super illud Genes 24.* *Ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananaeorum,* vbi sic ait, prima coniugij gratia fides est, & idè, caute Christiane infideli filiam tuam tradere, caute etiam alienam à fide tua uxorem accersas tibi, &c. simul ad orationem nocte vobis surgendum est, & coniunctis precibus obsecrandus Deus, &c. Vide, *Matrimonium* num. 24.

Oratione petere à Deo valde gratum illi.

130. **OSEÆ 7.** *Ægyptum inuocabant, ad Assyrios abierrunt.* P. R. I. B. R. Hieronymus ita interpretatur. Precabantur auxilium Ægyptiorum, & tamen ab Assyriis captiui ducentur, vnde CHALDÆVS, ad Ægyptum accesserunt, in Assur migrauerunt, id est, migrabunt captiui, vel aliter reprehenduntur, quod auxilium non à Deo, sed ab Ægyptiis Assyriisque petierunt, quod Deo ingratißimum fuit. ita Theodoretus, ab Assyriis quidem petierunt sub Manahem rege. 4. *Reg. 15.* ab Ægyptiis sub Hosea rege 4. *Reg. 17.* Sicut non petere à Deo ingratißimum est, ita ab eodem Deo petere gratißimum, & honorificum est, iuxta illud [Inuoca me in die tribulationis, etiam te, & honorificabis me.] Cum petere à Deo signum iuberetur Achaz, respondit [non petam, & non tentabo Dominum] vbi teste HIERON. iuxta hebraici

sermonis ambiguitatem potest veri; [non peram, & non exaltabo Dominum.] Sciebat enim rex impius, ait Hieron. quod si signum peteret, accepturus esset, & glorificaretur Dominus, quod quasi idolorum cultor refugit.

Orationis non obliuiscendum.

131. **I**ONÆ 2. *Dum angustiaretur in me anima mea, Domine, recordatus sum, ut veniat ad te oratio mea.* P. RIBERA. Illud magnopere curandum est, ut quamuis in ceno peccatorum iaceamus, nunquam orationis obliuiscamur. Multi enim tunc recordantur Domini tantum, ut timeant gehennam, alij ut fere in desperationem decidant, alij ut illi irascantur. at electi recordantur, ut orent, & veniam petant.

Oratio cum operibus bonis.

132. **T**OBIÆ 3. *Bona est oratio cum ieiunio, &c.* D. CYPRIAN. *De oratione dominica.* Cito orationes ad Deum ascendunt, quas ad Deum merita nostri operis imponunt. Sic oranti Cornelio astitit Angelus testimonium reddens sui operis, & dicens: Cornelii orationes tuas, & eleemosynas tuas ascenderunt ad memoriam coram Deo. Sic & Raphael Angelus Tobias oranti semper, & semper operanti testis fuit dicens: [quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, &c.] Orantes ergo non infructuosos, nec nudis precibus ad Deum veniant. Inefficax petitio est, cum precatur Deum sterilis oratio. Nam cum omnis arbor non faciens fructum excidatur, & in ignem mittatur: utique & sermo non habens fructum promereri Deum non potest, qui nulla est operatione fecundus. Et ideo scriptura diuina instruit dicens, bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. nam, qui in die iudicij primum pro operibus, & eleemosynis redditurus est, hodie quoque orationis cum operatione veniens, benignus auditor est. *Et lib. de opere, & eleemosyna:* Remedia propitiando Deo, ipsius Dei verbis data sunt. Apud Salomonem legimus [conclado eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.] & iterum [qui obturat aurem suam, ne audiat imbecillum, & ipse inuocabit Deum, & non erit, qui exaudiat eum,] nec enim promereri misericordiam Dei poterit, qui misericors ipse non fuerit, aut impetrabit de diuina pietate aliquid precibus, qui ad preces pauperi non fuerit humanus, unde [beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus;] & Daniel [peccata tua eleemosynis redime, & iniustitias tuas miserationibus pauperum, & erit Deus patiens peccatis tuis.] & Tobias. [Bona est oratio cum ieiunio, &c.] Ostendit orationes nostras ac ieiunia, minus posse nisi eleemosynis adiuuentur; STEPHANVS. Ieiunium, & oratio sunt duæ alæ quibus anima volat ad Deum.

Oratio frequens.

133. **I**VDITH 6. *Tunc Ozias fecit cenam magnam, &c.* STEPHAN. Ante cenam, & post orauerunt, sic tu cum vis refici verbo Dei, prius ora, ut salubriter audias, & postea orandum est, ut ad implenda, quæ audieris conualescas.

Tria impediunt orationis efficaciam.

134. **E**CCLSIASTICI 31. *Oratio Iusti penetrat celos, aliter, oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & non discedit donec altissimus aspiciat.* BERNARD. Tria sunt, quæ orationis efficaciam soleant impedire; interdum enim grauitur impeditur oratio, à pusillanimitate spiritus, & timore immoderato. Cum scilicet sic cogitat ho-

mo propriam indignitatem, ut non consideret Domini pietatem, sed [cum ad me turbata fuerit anima mea, memor sum multitudinis misericordiarum tuarum, & respiro in ea; & cum introiero in potentias tuas, nolo memorari iustitiarum tuarum solius.] Verum si periculum est, si forte fuerit temeraria, temeritatem enim dico, quando is in cuius conscientia peccatum adhuc aut vitium aliquod regnat, ambulat in magnis, & in mirabilibus super se, minus sollicitus pro periculo animæ suæ. Tertium periculum est, si fit oratio tepida, & non ex viua affectione procedens. Timida quidem oratio cælum non penetrat, quia restringit animum timor immoderatus, ut omnino non dico ascendere, sed nec procedere queat. tepida verò in ascensu languescit, & deficit in eo, quod non habeat vigorem. Nam temeraria ascendit, sed resilit: quia resistitur ei. Nec tantum non obtinet gratiam, sed meretur offensam, quæ verò fidelis, & humilis, & feruens oratio fuerit, cælum sine dubio penetrabit. Unde certum est quod vacua redire non potest.

Oratio frequens, & breuis, & sine clamore.

135. **M**ICHEÆ 7. *Ab ea, que dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* CASSIAN. Cum ad orationem stamus, cum summo nobis est oradum silentio, non solum ne fratres astantes, nostris susurris vel clamoribus aduocemus, & orantium sensibus obstreparamus, sed ut ipsos quoque inimicos nostros, qui orantibus nobis maxime insidiantur, lateat nostræ petitionis intentio, ita enim præceptum illud implebimus [ab ea que dormit, &c.] Ob quod frequenter quidem, sed breuiter est orandum, ne immorantibus nobis inferere aliquid nostro cordi insidiator valeat inimicus.

Oratio intenta, & cordialis.

136. **M**ATH. 6. *Sic orabit, Pater noster qui es in cælis, &c.* BERNARD. Ut clamandum in oratione sibi nouerit homo inter primordia suæ orationis ipsum, quem oraturus est Patrem, in cælis esse protinus admonetur. quod videlicet & imperu quodam spiritus illo sibi iaculandam meminerit orationem. Spiritus est Deus, & in spiritu clamat necesse est, quisquis clamorem suum ad eum desiderat peruenire. Sicut enim in faciem hominis respicit tanquam homo, se magis intuetur cor: sic ad cordis potius vocem, quam ad corporis aures eius. Hinc est quod Moyses foris tacens intus auditur.

Oratio breuis, & cum fiducia.

137. **I**BIDEM PETRVS CHRYSOL. Christus breuiter orare docet quia cito vult postulata præstare, &c. Totum siquidem præstare voluit, qui se sua prece voluit supplicari, & ideo totam petendi formam paucis aptauit verbis, quia cum Patrem postulat, multa prece filius non laborat. Sicut enim necessitas petere cogit genitum, ita urget charitas tribuere genitorem, denique quid est magis tremendum, quod se dedit terris Deus, aut quod nos dat cælo? quod societatem carnis intrat ipse, aut quod nos confortium facit diuinitatis intrare? Quod suscepit paupertatem nostram, aut quod nos facit hæredes suos sui vnici cohæredes?

Non temporalia in oratione petenda, nisi quantum ad pietatis studium conducunt.

138. **I**BIDEM CASSIAN. Videte qualis forma orationis sit nobis proposita, in qua nulla diuitiarum petitio, nulla memoria dignitatum, nulla corporeæ sanitatis, seu corporalis vitæ mentio continetur. Ni-

hil enim caducum vult à se, nihil vile, nihil temporale, eternitatem conditor implorari. Itaque magnificentiarum eius, atque munificentiarum, maximam irrogabit iniuriam, quisquis sempiternis petitionibus prætermittit, transitorium aliquid, & caducum ab eo maluerit postulare, & offensam potius quam propitiationem iudicis suæ vilitate orationis incurrit. *Pater noster.* O felix oratio in qua mens familiarissimè velut Patri proprio peculiari pietate colloquitur.

Oratio communis, & publica.

139. **M**ATH. 18. *Vbi duo, vel tres congregati fuerint, in nomine meo, &c.* PETRVS CHRYSOL. Vbi sunt qui Ecclesiæ conuentum præsumunt contemnere, & venerandæ congregationi preces solitarias anteferre? Si duobus, vel tribus simul positis medium se futurum, & omnia promittit, quæ postulat fuerit præstaturum, quid non dabit plurimis? Quid in conciliis & congregatione sanctorum poscentibus denegabit?

Oratio continua.

140. **L**V C. 18. *Oportet semper orare, & nunquam desicere.* GALFRIDVS. Si hoc fidelibus vniuersis ex dominica est admonitione sectandum, specialiter tamen monasticæ professioni, noscitur conuenire; ea siquidem Danielis persona significatur, & nomine. Vir enim desideriorum, ut etiam orationum est, & bene semper orat, qui bene semper optat sine intermissione. efficacius enim apud Deum vota, quam verba clamant, & continua cordis affectio iugis oratio est. Felix Daniel aduersus quem occasio nulla, nisi de lege Dei potuit inueniri. Felix qui maluit periculum mortis incurrere quam ab oratione cessare. Quanto magis nos, quibus imminet mors dissimulantibus, orantibus promittitur vita, semper orare conuenit: quid enim? offendit in via iumentum cui insides, aut forte, qua veheris periclitatur nauicula, nunquid nõ diuinum protinus in clamas auxilium, cesset oratio, quoties deest necessitas, quoties nullum tibi imminet periculum, grauius etiam ipsa corporis morte periculum. Sed si nescis? Militia est vita hominis super terram, & continua colluctatio aduersus nequitas spirituales. Neque aliud forte discrimen grauius potest, aut periculosius inueniri, quam dissimulatio ipsa periculi. Nunquam igitur deest orandi necessitas, vbi nunquam est vera securitas.

Orationis efficacia.

141. **M**ARCI II. *Omnia quacumque orantes petitis credite quia accipietis.* BERNARD. Nemo vestrum paruipendat orationem suam. dico enim vobis, quia is quem oramus non paruipendit eam. Priusquam egressa sit ab ore nostro, ipse eam scribi iubet in libro suo: & vnum è duobus indubitanter sperare possumus, quia aut dabit quod petimus, aut quod nobis nouit vtilius.

Quid sit puras manus leuare in oratione.

142. **A**D TIMOTH. 2. *Leuantes puras manus sine ira, &c.* AILREDVS. Ille puras manus leuat in oratione, cuius conscientia tempore orationis exultas bonorum actuum recordatione, in quamdam confidentiam sese attollit, & diuinis præsentat obtutibus, quæ quidem confidentia aut ex innocencia, aut ex digna necesse est pœnitentia oriatur, si videlicet aut non flectenda commiserit, aut commissa dignè defleuerit.

De quatuor orandi modis.

143. **A**D TIMOTH. 2. *Volo primum fieri obsecrationes, deinde orationes, postulationes, gratiarum actio-*

nes. BERNARD. Quatuor orandi modos videntur exprimere hæc verba Apostoli. 1. *De Obsecratione;* sunt enim, quos adhuc conscientia terret, & cruciat, nondum accepta resistendi virtute. cum scilicet, adhuc primùm in peccatorum cœno iacentes spiritus veritatis irradiat, & excitans erubescere facit & timere: dum vident immanitatem criminum, meritorum exiguitatem, & veluti ardentem coram se gehennam expanescens, quia in se boni nihil inueniunt, aliunde apprehendant unde tegantur. Sciunt enim quod non sit tutum in conspectu Domini vacuos apparere, & multo minus id licere plenis stercore manibus. Quia ergo timent, & meritò per se ipsos accedere, student quasi per alios supplicare: tale est quod oramus, [sancte Petre ora pro nobis.] maxime verò illud, obsecratio, est manifesta, [per passionem, & crucem tuam libera nos Domine.] *De Oratione.* Iam verò continendi virtute accepta securè accedit ad orationem, quæ nimirum est, *oris ratio,* quæ iam ore ad os loquitur cum Deo suo veniam postulans pro delictis. Quod si iam posueris in corde tuo à peccatis deinceps abstinere, primum est, ut cum ipso Domino, in oratione loquens recogites, omnes annos tuos, in amaritudine animæ tuæ. *De Postulatione.* Dehinc postquam in laments pœnitentiæ aliquandiu perseuerans, fiduciam conceperis veniæ, accede iam securus, ad postulationes, ut securus tanquam receptus in gratiam Domini tibi & sociis tuis audias petere, quod oportet. at fortasse postulas quomodo nosse poteris vtrum consecutus sis indulgentiam? Sic enim conseruandæ humilitatis gratia diuina solet pietas ordinare, ut quanto quisque plus proficit, eo minus se putet proficere. nam & vsque ad supremum spiritualis exercitij gradum, si quis eo vsque profecerit, aliquid ei de primi gradus imperfectione relinquitur, ut vix sibi primum videatur adeptus, & tamen si ambulat quæ retrò sunt obliuiscens, & ad ea quæ ante sunt desiderio tendas ex proposito proficiendi, curatum te esse non dubites. impossibile enim est, in seruire cōuersationis hominem ambulare peccatorum adhuc sarcina prægrauatum. propter quod fiducialiter postulare potest, quia huiusmodi est: tantum cauat ne forte non postulanda, aut nimis, quæ non à Deo sunt postulanda, aut tepidè, quæ toto sunt affectu, & omni tempore postulanda. Hæc autem sunt pro quibus incessanter, & quàm obnixè potes, clamant ad Deum desideria tua, ut habeas gratiam eius bonam, & placere possis in oculis pietatis eius, & in eo viuas, & moriaris, in ipso ut & gloriam eius videre, & ipso frui in perpetuum merearis. *De Gratiarum actione.* Porro ad quartum orationis genus, quod est gratiarum actio, per paucos credimus peruenire, & quo rarius, eo pretiosius est, multam enim gratiam inuenit apud Deum, quem exaudit antequam inuocetur, & testimonium reddit spiritus eius, spiritus, quem habet ex Deo, quoniam exauditum est desiderium eius: ita ut certus iam non orare, sed gratias agere possit.

Prima igitur obsecratio veterando fiat affectu. *Secunda,* quam propriè diximus orationem, affectu puro, ut videlicet non dissimulemus peccata, non palpemus, scientes quod sic quisque misericordiam inuenit apud Deum, si inuentus fuerit durus index in semetipsum. *Tertia,* id est, postulatio amplum fuerit affectum, & fiduciæ latitudinem, scriptum est enim, [Postulet in fide nihil excitas.] Credo enim propterea dictum, [quemcumque loci calcauerit pes vester, vester erit.] Quia tantum impetrabimus quantum porrexerimus pedem fidei. *Quarta,* quæ est gratiarum actio deuotione plenissima, & deliciis debet esse affluens. Unde breuiter dico nonnullos, ut arbitror,

expetiri interdū in oratione hebetudinem quandam mentis, vt scilicet orantes labiis non satis atendant, quæ dicant, aut cui loquantur, pro eo quod velut ex consuetudine quadam, cum minus digna reuerentia, & sollicitudine accefferunt. quid enim aliud cogitare debet homo intrans ad orationem, quam curiam cælestem illam, in qua rex regum stellato sedet solio circumdatus innumerabili, & ineffabili beatorum spirituum exercitu? quanta ergo cum reuerentia, quanto tremore, quanta illuc humilitate accedere debet à parte sua procedens, & repens ranunculus vilis? quam tremebundus, quam supplex, quam humilis, quam sollicitus, & toto intentus animo maiestati gloriæ in præsentia Angelorum, in concilio sanctorum, & congregatione assistere poterit miser hominico? in cunctis igitur actionibus, multa est opus vigilantia, sed præcipue in oratione. licet enim semper videamur à Deo, tamen tunc præcipue præsentamus, & ostendimus nos quasi facie ad faciem cum Deo loquentes. Porro quamuis vbique sit Deus, in cælo tamen orandus est, ibique orationis tempore cogitandus, vt meis nostris in oratorij recto non aëris spatio, non ipsa retardetur nubium densitate, iuxta illud, [Pater noster qui es in cælis.] Cælum enim quadam prærogatiua etiam sedes, siue thronus Dei vocatur, quia ad eam comparationem, qua Deum in cælis vident Angeli, Sancti, & electorum animæ, nos miseri, & peregrini, super terram vix solum nomen habere videmur.

Quid à Deo petendum in oratione.

144. **A**VGUST. *Epist. 121. qua est ad Probam de orando Deo.* In his ergo tribulationibus, quæ possunt prodesse, & nocere, dicitur *Roman. 8.* [Quid oremus sicut oportet nescimus.] Et tamen quia dura, quia molesta, quia contra sensum nostræ infirmitatis sunt; vniuersali humana voluntate, vt à nobis auferantur oramus. *Hæc ille.* Ideo David ne erraret, ait *Psal. 118.* [Suscipe me secundum eloquium tuum, & vitam, & non confundas me ab expectatione mea.] ac si diceret Domino. Peto vt concedas, quod postulo, si tamen est secundum eloquium tuum, id est, secundum quod tu vis sic enim vitam. Quod autem dicit [suscipe me,] petit vt ipsum aspiciat, & annuat petitioni ipsius, ad modum quo scriptura sacra, *Iob. 40.* vt insinuaret auditam fuisse orationem Iob pro amicis, dicit, [Et suscepit Dominus faciem Iob.]

In fiducia ad Christum Dominum confugiendum in oratione.

145. **B**ERNARDVS *serm. 22. super Cantica*, quid tibi debuit facere, & non fecit? illuminat cæcum, soluit vitæ, reduxit erroneum, reconciliavit reum, quis non post illum libenter atque alacriter currat, qui & ab errore liberat, & errata dissimulat, qui deinde merita viuendo tradit, præmia moriendo conquirat. Omnino propter mansuetudinem, quæ in te prædicatur, currimus post te Domine IESU, audientes, quod non spernas pauperem, peccatorem non horreas; non horuisti confitentem latronem, non lachrymantem peccatricem, non Chanaanam supplicantem, & publicanum, non negantem discipulum, non persecutorem discipulorum, nõ ipsos confixores tuos.

Orandus Deus in principio cuiusque operis.

146. **A**VGUST. *lib. de salutaribus documentis, cap. 28.* Ad omne opus quodcumque inchoaueris facere, primum inuoca Deum, & gratias ei age; & cum consummaueris, illud similiter fac. inuoca Deum ex toto corde tuo, & inuenies eum, nec dimittas eum, vt coniugatur mens tua in amore eius, & *ibidem, cap. 27.*

disserui. Clamor cordis nostri pulset ad aures omnipotentis Dei; quia in pura mente placabitur in tempore orationis. Omnem malitiam cordis proiciamus à nobis, & dimittamus in nos peccantes, non duplici corde, sed vero.

Oratio matutina, & vespertina commendatur.

147. **I.** **ESDRÆ 3.** *Et obmulerunt super illud holocaustum Domino mane, & vespere.* BEDA. Nos mane, & vespere offerimus holocaustum, cum ita Deo placere omni tempore curamus, vt diluculo surgentes, non prius ad officia humanæ fragilitati necessaria procedamus, quam igne diuinæ charitatis inflammari, de uotis nos orationibus Domino commendemus. Vnde *Psal. 87.* [Mane oratio mea præueniet te, &c.] Similiter completis diei operibus, non ante demus somnum oculis nostris, quam locum Domino in nobis orationis instantia consecremus. Iuxta illud *Psal. 140.* [Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.]

Orationis cursus impedit tristitiam.

148. **V**ide *suprà, num. 134.* ex BERNARDO, vide etiam *Gaudium, & Tristitia, num. 17.* ex CHRYSOST.

Quare Deus non audiat semper.

149. **H**ABACVC. *Vsq. quo Domine clamabo, & non exaudies, &c.* HIERON. *super hunc locum:* Quomodo si agrorum æstus febribus aquam frigidam postulet, & dicat ad medicum, vim patior, crucior; vrer, exanimor, vsque quo medice clamabo, & non exaudies? & respondeat ei sapientissimus, ac clementissimus medicus: scio quo tempore dare debeam quod postulas, & non misereor modò, quia misericordia ista crudelitas est, & voluntas tua contra te petit. Ita & Deus noster, sciens clementiæ suæ pondus, atque mensuras, interdum non exaudit clamantem; vt eum probet, & magis pronocet ad rogandum; & quasi igne excoctum iustitiam, & puriorem faciat. quod intelligens Apostolus secundum id quod misericordiam consecutus est à Domino ait: [Sed non desicimus in tribulationibus,] & benedicit Dominum in omni tempore, & scit, quod qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, & gloriatur in labore, & dolore, & cum Ieremia dicit [tribulationem & misericordiam inuocabo.] & quomodo alius inuocat Deum: sic sanctus vir ac bellator inuictus ad exercendum se, & probandum, tribulationem; & miseriam inuenire desiderat.

Offensio necessitatis petitio remedij est.

150. **I**OAN. 11. *Ecce quem amas infirmatur, & infra, Veni & vide, &c.* Domine iam solet, quateriduanus enim est. BERN. Cur Mattha si non desperas, non addis, & resuscita eum? si autem desperas, cur magistrum sine causa fatigas; an forte fides aliquando recipit quod oratio non præsumit? ò sanctæ mulieres Christi familiares, si fratrem vestrum amatis, cur eius misericordiam non flagitatis, de cuius potentia dubitare, de cuius pietate diffidere non potestis? Respondent. Sic melius tanquam non orantes oramus. sic efficacius quasi diffidentes diffidimus, exhibemus fidem, perhibemus affectum; scit ipse quid desideremus. scimus quidem, quia omnia potest, sed hoc tam grandemiraculum, tam nouum, tam inauditum, etiam eius subest potentia, multum tamen excedit omnia merita humilitatis nostræ. sufficit nobis potentia locum, pietati dedisse occasionem, malentes patienter expectare quid velit, quam impudenter quærere, quod forsitan nolit. De

lit. Denique quod nostris meritis deest, verecundia forte supplebit. Vide etiam *suprà, num. 28.*

Orare nos docuit Christus exemplo suo.

151. **L**V C. 6. *Exiit in mentem solus orare, & erat pernoctans in oratione Dei.* CHRYSOST. *Homil. 27. ad Hebræos.* Sicut cum magistrum audis balbutientem, & singulas literas docentem, non eum dicis ignorare, cum interrogat, vbi sit illa, vel illa litera, scis quia non ignorans interrogat, sed discipulum volens instituire. Sic Christus non opus habens oratione orabat, sed te volens instituire, vt assiduus sis ad orationem, vt sine pretermissione, vt sobrius, & cum multa vigilantia ores.

Oratio debet esse humilis.

152. **B**ERNARDVS *ser. 4. de aduentu.* Aliter, & sapientius mendicis quam nos misericordiam implorat. nam cleemosynam petentes non pretiosas vestes ostendunt, sed seminuda membra, aut vlcera, si habuerint, hominum aspectibus exhibent. nos verò exemplo Pharisei, si quid boni fecerimus, aut minus malum quam alij, Deo veluti exprobramus.

153. **D**E *Oratione & Mediatione, & de officio vniu. que, Vide Crux, num. 41.* ex BERNARDO.

Vbi & quando sit orandum.

154. **T**OBIÆ 3. *Perrexit Sara in superius cubiculum domi sue.* STEPHANVS. In superiori meotis nostræ debemus orare, &c. *De effectu orationis & lachrymarum, Vide suprà, num. 107.* ex GLOs.

Oratio feruens Deum ligat, vulnerat & incendit.

155. **C**ANTIC. 4. *Sicut vitta coccinea labia tua.* GILBERT. Nimirum ea labia ligant, & rutilant quæ de tali ventris fructu loquuntur. Concepta in corde charitas, quasi ignis flammigerans coccineo colore labia inficit, per quæ erumpit, calor de excelso missus in corde germanum labijs præstat colorem. quid enim aliud sibi vult, quod coccinea dicuntur, nisi quod in hoc flamma demonstrantur: eo quod coccus igneo rubet colore; labia hæc, iam non altaris carbone purgari indigent, & exteriori igne aduri: ipsa enim de interioris ignis flamma, iam flamma sunt, & conceptum visceribus de excelso ignem, aliis seminare salutarem vtique disseminant scientiam, legem igneam, quam Dominus venit mittere in terram. bene coccinea labia, quæ hunc ignem non solum in terram, sed etiam in cælum mittunt. Denique & ipsum cæli Dominum succendunt. ideo coccinea labia commendat, quod ibi coccinea sunt, quod ibi calentia videntur, quod illa flamma sentit, & in mutam amplius charitatem succendunt. mira res, ignis ipse est, & nostris tamen inardescit scintillis. quid ni? & gladius est verbum Dei, & tamen vulneratur, [Vulnerasti, inquit, cor meum foror mea, sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum.] Vulneratur oculo, labio inflammatur, etiam & ligatur: ideo vitta comparatur. sed charitas vulnus est, vitta coccus. Vides quam acuta, quam tenax, quam ignea est charitas, talibus inhaerendo vtere labijs, tenaci velut vitta, vinculo memoriæ cordi tuo dilectum alstringe, agglutina, & succende illum succendo affectu.

Cum silentio, & tranquillitate orandum.

156. **M**ACHARIUS *homil. 6.* Qui accedunt ad Dominum debent in silentio, pace, & tranquillitate multa preces fundere, nec vti clamoribus parum decentibus, & confusione plenis, sed cum intentione cordis, & cogitationibus castis Deum præ oculis ha-

bere. veluti dum quis morbo laborans cauterio aduritur, aut à chirurgo tractatur, hic fortiter ac patienter illatum fert dolorem, sine aliquo tumultu & perturbatione, se ipsum cohibens, licet sint alij dolore affecti, qui dum cauterium patiuntur, aut tractantur à chirurgis, vociferationibus importunis vtantur, cum alioqui par sit dolor clamantis, & non clamantis, agitantis se, & quiescentis: sunt nonnulli, qui dum ita affliguntur, & anguntur, tranquillo animo ferunt, ac sine perturbatione cogitationes animi sui cohercent; sunt & alij eadem afflictione laborantes, qui dum illam iniquo animo ferunt, cum tumultu, & perturbatione Deum orant, ita vt qui audiunt, inde scandalum accipiant. Sunt etiam alij, qui licet nullo dolore premantur, tamen ad ostentationem, aut ex more ineptis clamoribus vtantur, vt qui putent, hac ratione se Deo placere posse.

Frequenter orandum.

157. **M**ACHARIUS *homil. 40.* Quemadmodum igni circa vas æneum exterius appposito, si subiacent ligna acceditur, & quod intra vas est coquitur, feruet igne extrinsecus accenso: sin minus ligna submittantur, incipit ignis tepescere & propemodum extingui. ad hunc modum gratia, quæ est ignis cælestis intra te est: postmodum si precatus fueris, & contuleris cogitationes tuas ad diligendum Christum, quodammodo ligna subiecisti, & cogitationes tuæ conuertuntur in ignem, & desiderio Dei tinguntur. at verò si quis ignauia laborans, paulatim rebus secularibus, & occupationibus se ipsum tradat, denuò vitium accedit, & complectitur animam, totumque hominem incipit affligere.

Cum puritate orandum.

158. **I**S A. I. *Cum multiplicaueris orationem non exaudia, manus enim vestre sanguine plene sunt.* BASIL. *super hunc locum.* Planè hæc causa est, quare Deus oculos suos deflexit ab istis, cum aliquin manus suas extenderint, quod signa deprecandæ supplicationi accommodata venterint in occasionem exasperandæ iræ Dei. Veluti si quispiam filium alicuius vnice dilectum cruci tradiderit, isque manus filij sanguine eatenus cruentatas supplex exporrigat ad partem vehementer illi infensum, dexteram amicitie indicem efflagitans, vtque apud ipsum veniæ locum obtineat. An non responderemus, filij sanguinem in manu filicidæ ad iram tanto acrius exacerbare patrem tali iniuria affectum? equidem Iudæorum preces sic se habent.

Oratio debet esse intenta.

159. **I**DEM BASIL. *homil. in regulis breuioribus interrogacione 201.* Quomodo quis inter orandum, non distrahetur? si certò credat Deum se ante oculos habere, si enim principem aliquis aut præsidem intuens, & cum eo loquens, oculos ab eo dimouere non solet: qui non tandem credibilis est intentam mentem habiturum illum, qui Deo preces adhibeat in eum, qui scrutatur corda, & renes? & illud facturum quod scriptum est [Leuantes puras manus, sine ira & disceptacione?]

Cum puritate orandum.

160. **C**HRYSOST. *hom. 10.* *Cum presbyter esset designatus.* Quemadmodum in coronis non satis est flores esse pueros, nisi pura sit & manus eas contexens: sic & in sacris Hymnis, oportet non verba tantum esse pia, verum etiam animum hymnos concinentem.

Oratio cum lachrymis.

161. **C**HRYSOST. *homil. de sancta Anna, & Samuelis educatione.* Neque perinde amnium fontes floridos

ridos reddunt hortos, vt plantam deprecationes, fontes lachrymarum irrigantes faciunt in summam altitudinem excurrere.

Tempestiue pro peccatoribus orandum.

162. **I**EREMIA 7. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obstitas mihi; quia non exandiam te.* CHRYSOST. *Oratione 2. aduersus Iudeos.* Vbi videt vaticinium esse completum, simulque tempus vocare ad reditum, tunc orat non simpliciter, sed in ieiunio & sacco, & cinere, & quod in hominum moribus euenire solet, id fecit erga Deum, nos enim cum videmus aliquos, qui famulos post multa, grauique commissa coniecerunt in vincula, non protinus in principio exordioque punitionis admouemus supplicationem, sed vbi fuerimus illos aliquot dies, temperatores esse factos, tunc adimus eos, naesti iam & ab ipso tempore auxilium. Hoc sane & Propheta fecit, postea quam enim poenas dederunt, haudquaquam dederant dignas admittis: attamen iam adit Deum pro illis verba facturum.

Oratio debet esse attenta.

163. **C**HRYSOST. *Homilia 1. super illa verba Isaia 6. [Vidi Dominum, &c.]* Qui cum rege terreno loquitur de his tantum verba facit de quibus voluerit audire, & de quibus rex fuerit percontatus, quod si quis ausit iniicere, secus quam ipse velit, extremo supplicio afficitur; tu vero cum rege regum colloquens, cui cum horrore seruiunt angeli, omisso cum illo sermone de luto, de puluere, de telis araneorum loqueris, nihil enim aliud sunt huius vite negotia, & quomodo sustinebis istius contemptus poenam? quis autem te ab hac vindicta liberabit?

Oratio immortalitatem confert.

164. **C**HRYSOST. *Lib. 1. de orando Deum.* Quemadmodum nullo pacto fieri potest, vt quis solis radiis cum fruitur non effugiat tenebras: ita nulla ratione fieri potest, quin qui cum Deo consuetudinem agit, desinat esse mortalis; siquidem ipsa dignitatis sublimitas, nos ad immortalitatem transfert, etenim si qui cum Caesare miscet sermones, familiariterque cum eo versantur, & hoc honoris ab illo sunt adepti, non possunt esse pauperes: multo minus fieri potest, vt qui Deum deprecantur, cum eo familiariter colloquentes, animas habeant mortales, & infra, quemadmodum corpus hoc nostrum, si non adit anima, perfectio mortuum est: sic anima nisi se ipsam incitet ad orandum, mortua est ac misera, ac grauius olens.

Oratio animam ditat & vitam mutat.

165. **I**DEM *Ibidem.* Quemadmodum si quis mulierem mendicam sordidis pannis vestiti solitam, post aureis vestibus ornata videret, nequaquam agnitus sit mulierculam: ita si quis eam ciuitatem prius nouisset mendicam, hoc est vacuam omnibus thesauris spiritualibus, nimirum ignorasset quanam esset illa ciuitas, in qua transmutanda tantum valuisset deprecatio, vt & mores, & vitam reduceret.

Oratio animam defendit ab inimicis.

166. **I**DEM *Ibidem.* Quemadmodum alij quidem reges incolumitati suae spem ponere consueuerunt, in militum pericia, & arte belli gerendi, in sagittariis, in cataphractis, in equitibus, ita magnus ille David sanctis precibus mœnium vice suam cinxit exercitum, nequaquam respiciens imperatorum, tribunorum, ac centurionum ferociam, neque pecunias colligens, nec arma comparans, sed orando diuinam armatu-

ram de caelo deportans. *Idem ibidem lib. 2.* Quemadmodum ciuitas quae muris cincta non est, facile venit in potestatem hostium, propterea quod profusus ab sit, id quo fuerat hostium incurfus ardens. Sic & animam non munitam precibus diabolus, facile in suam redigit ditionem, nec multo negotio omni scelerere implet.

Idem, & qui orat Angelos imitatur.

IDEM CHRYSOST. *Eodem lib. 2. de orando Deum.* 167. Quemadmodum qui cum rege collocati sunt, ab hoc sermones placidos, honorumque sunt consecuti, non dignantur in contubernium venire medicorum & abiectionum hominum: ita qui cum Deo fabulatus est, eique sua vota protulit, nequaquam dignabitur mali & impij spiritus familiaritatem admittere, nam quisquis voluptatibus seruit, cum demonibus habet familiaritatem, atque eorum insaniam imitatus est, sicut è diuerso qui temperans est, ac iustitiam exercet, cum Angelis habet commercium, & eorum amulatur dignitatem.

Oratio animam defendit & crescere facit.

CHRYSOST. *Homilia 5. de incomparabili natura Dei.* 168. Vt arbores, quae radices altius miserint, quamuis summum ventorum excipiant impetum, non frangi aut euelli possunt, sic orationes, quas animus Deo suo reddiderit, perquam tute affixae effertur sese in excelsum, nulloque permittuntur aggressu agitationum. **I**DEM *Homilia 53. in acta Apostolorum.* Non leonis rugitus bestias sic fugat, vt iusti oratio demones.

Oratio fundamentum ceterarum virtutum.

CHRYSOST. *Lib. 1. de orando Deum.* 169. Precatio ceu radix, & basis omnibus ceteris virtutibus subternitur, neque secus ac nauem, & domum ea, quae substrata sunt, validam reddunt, ac ne soluantur, continent; ita nostram vitam orandi studium continet, & vbi firmam reddit. His de causis Paulus nos monet, *ad Coloss. 4.* [Deprecationi instate vigilantes in ea cum gratiarum actione.] **I**DEM *Lib. 2. de orando Deum.* Si quis dicat animae nervos esse deprecationem, videbitur verum dicere: quemadmodum enim corpus neruis cohaeret, currit, stat, viuit, & compactum est, adeo vt si nervos incidis, vniuersam corporis harmoniam dissolueris, itidem anima per sanctas preces sibi constant, & compinguntur, ac pietatis cursum facile peragunt, & infra. Si te ipsum oratione destitueris, perinde feceris, ac si piscem ex aqua extraxeris; vt enim piscis vita est aqua, ita tibi deprecatio, & infra. Quemadmodum aurum & lapides pretiosi, ac marmora constituunt domos regum; sic deprecatio templa Christi, vt inhabitet Christus in cordibus nostris, & infra. Quemadmodum vbi regina quae piam ingreditur ciuitatem, necesse est, vt omnis opulencia pariter consequatur: sic videlicet posteaquam deprecatio venit in animam, omnes virtutes simul ingrediuntur.

Oratio continua.

CHRYSOST. *Homilia 24. in Matth.* 170. Ab hominibus cum aliquid exposcis, & molestus omnino, & onerosus videris: Deum vero quando id non facis, tunc amplius vt tibi indignetur accendis: Si vero permanes postulando, etiam si id non continuè accipias, accipies tamen.

Cum puritate orandum.

CHRYSOST. *Homilia 52. in Matth.* 171. Dic si fordidus, si stercore man, atque caeno illitas haberes, aude

Facilitas loquendi cum Deo & dignitas.

CHRYSOST. *In Psalm. 4.* Homo qui cum Deo loquitur, erit deinceps Angelus, etiam si pauper famulus priuatus, & indoctus; non querit enim Deus linguae elegantiam, & verborum compositionem, sed animae pulchritudinem, ea si quae ipsi placet, loquitur, & tota effecta recedit, vides quanta facilitas. In hominibus oportet eum qui ad hominem oratum accedit, esse dicendi praeditum facultate, blanditiam sibi conciliare Principum asseclas, aliaque excogitare multa, quo gratus sit, & acceptus. Hic alio nullo praeterquam sola sobria, & vigilantia mente opus, non est miles, aut assitit, qui expellat, aut interrumpat satellites, quive dicat, nunc tempus non est, veni postea; cum veneris, stat audiens, etiam si tempore prandij, aut coenae, nocte intempesta, in foro, cubili, via, iudicio, non est quod dicas vereor accedere orare; adest inimicus, eum non attendit, semper potes interpellare, nulla difficultas, non est opus ianitoribus, qui introducant, non dispensatoribus, procuratoribus, custodibus aut amicis, sed cum ipse per te accesseris, tum maxime, & quidem plusquam per alios te audis.

Oratio debet esse attenta.

CHRYSOST. *Homilia 13. in Genesim.* Si cum ad hominem accedimus, tanto studio nostri curam agimus, vt propè stantes saepenumero non videamus, sed colligimus mentem, & ad eum solum expectamus, quem accedimus, quanto magis apud Deum idem facere, continuo, & iugiter precibus insistere congruit? propter hoc Paulus ad Ephesos 6. scribens dicebat, *orantes in omni tempore orate, & in spiritu:* non lingua tantum, & cum perpetua, inquit, vigilantia, sed in spiritu.

Oratio cum proximi odio non prodest.

AVG. *De rectitudine catholicae conuersationis.* Sicut nullum in vulnere valet medicamentum, si sit intus ferrum: ita nihil proficit illius oratio in cuius pectore mortiferum versatur odium. **I**DEM *de perfecta iustitia ad Iulianum conuitem.* Quemadmodum serpentis quoddam genus est, cum ad bibendum priusquam ad fontem venerit, omne venenum euomit: ita Christianus cum ad orandum accedit, omnem iracundiam & odium proximi deponat.

Quare differitur quod in oratione petitur.

AVG. *Tractatu 4. in Epistolam Ioannis.* Sicut si velles implere aliquem sinum, & nosti quam magnum sit quod dabitur, extendis sinum vel sacci, vel vtris, vel alius rei, vt extendendo facias capacitatem. Sic Deus differendo petitionem, extendit desiderium, desiderando extendit animam, extendendo facit capacem eorum, quae oculus non vidit, & auris non audiuit.

Orationis exemplum nobis Christus praebuit.

LVC. 6. *Et erat permotus in oratione Dei.* C. 181. **L**SARIVS ARELATENS. *homilia 29.* Quid indigebat Christus vt taliter supplicaret? non ille quidem indigebat, sed nobis exemplo suo orationis remedia praeparabat. orat misericordia, & non orat miseria, orat charitas & non humiliatur iniquitas. Prostratus in terra orat medicus, & non inclinatur agrotus, orat innocentia, & non orat nequitia, orat qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, & non se prosternit multis peccatis obnoxius, orat iudex, & desiderat parcere, & non orat reus, vt indulgentiam mereatur accipere.

Oratio

res, aures ne ita sordidus orare? minime inquires; at qui hoc nullum tibi damnum afferret, illud omni peste perniciosus est. quomodo igitur ea quae indifferentia sunt vereris, quae autem certam perniciem habent, ex desidia abiicis? quid igitur? at non est orandum inquires? orandum quidem tibi est, sed non sordido, neque ita deturpato. nam si quis, pedes tuos stercore sordidatis manibus supplicando tangeret, non modo non exaudires, verum etiam calcibus expelleres. quomodo igitur audes tu hoc modo Deum orare; nam qui orat quasi manu lingua vitur, quae genua Dei supplicando attingit.

Oratio Deo grata.

172. **C**HRYSOST. *Homilia 3. operis imperfecti.* Sicuti thymia bene confectum delectat hominem odorantem: Sic oratio iusti suavis est ante Deum, & homilia 18. Sicut res aliqua sine odore quidem potest esse, odor autem sine re aliqua esse non potest: Sic opus sine oratione aliquid est, oratio autem sine opere bono nihil est, & si oras, non ex fide oras, & infra. Omnes mendici pecuniis, Deus autem sola oratione placatur.

Oratio armatura animae, & de eius necessitate.

173. **C**HRYSOST. *Homilia 14. ad Hebraeos.* Bellum est in foro, pugna, sunt actiones illae quotidianae, opus itaque nobis est armis, bona autem armatura est oratio. In prosperitate ventorum oportet nos discere omnia, vt possimus longitudinem dici sine naufragio transire, & sine vulneribus. multi quippe per singulos dies scopuli oppositi sunt, & saepius in illos elisa nauis demersa est, propterea opus est nobis oratione, maxime autem matutina, & nocturna. **I**DEM *Homilia 15. operis imperfecti, sic ait.* Nec miles sine armis esse aliquid, nec arma sine milite, sic nec oratio sine ieiunio, nec ieiunium sine oratione.

Oratio liberat à peccatis.

174. **C**HRYSOST. *Homilia 42. ad Populum Antioch.* Non ita rubiginem ignis excoquere solet, sicut oratio nocturna nostrorum rubiginem peccatorum.

Oratio debet esse attenta, & de eius necessitate.

175. **C**HRYSOST. *Homilia 79. ad Populum Antioch.* Et tu dicis quid mihi opus est oratione? propter hoc indiges, quia indigere te non credis, nam si Deus nostrum in orationibus torporem, & negligentiam exquirat, & quod in eius conspectu positi & orantes, nectantum ei praebemus honorem, quantum Dominis serui, quantum ducibus milites, quantum amicis, amici: amicum enim alloquens hoc cum attentione facis, Deo autem pro peccatis occurrens, pro totaque criminibus veniam petens, & rogas tibi fieri remissionem, torpes, & genibus tuis humi prostratis, circa forum, & domum, mentem tuam vagari frequenter dimittis, ore tuo frustra nugante, & incassum, nec hoc semel, & bis, verum & frequenter patimur.

Oratio cum ieiunio.

176. **I**DEM *Homilia 71. ad Populum Antioch.* Qui orans ieiunat binas possidet alas, quibus ventos ipsos volando praeteruehit; non enim oscitat, nec extenditur, nec torpet orando, sed igne ardentior, & terra superior; quare terribilis hostibus redditur; nihil enim homine probo orante potentius, nam si mulier crudeliorum demonibus iudicem, qui nec Deum timebat, nec hominem reterebar, flectere potuit: multo magis propitium Deum faciet, qui continuo orationi adhæret, ventrem superat, delicias spernit.

Oratio tenebras depellit.

181. ISAAC PRESBYT. Demundi contemptu. Sicut reuelatur facies terrae per radios solares ab obscuritate aëtris occupante: ita potens est oratio soluere & annihilare ab anima nebulas vitiorum, & irradiare mentem luce laetitiae, & consolationis, quod genere consuevit in cogitationibus nostris, & maxime, cum habuerit pabulum à pagina sacra & vigilantia, quae mentem illuminat, & illustrat.

Oratio debet esse continua, & quare differatur quod petitur.

183. CHRYSOST. Homilia de profectu Euangelij. In tranquillitate es, ora Deum, ut ipsa tibi tranquillitas maneat. tempestatem vides grauem, ora Deum, ut auertat ipsam, & ex ea tranquillitatem faciat, exauditus es, gratias age, quod exauditus es, non exauditus es perseuera, ut exaudiaris, & si differt aliquando Dominus non odio facit, nec te auersatur, sed differendo diutius se se conseruare vult, sicuti & Patres filios indulgentius amantes, quo illos diutius apud se detineant, quos desides vident, dedita opera morantur aliquid daturi.

Oratio debet esse pura.

184. PSALM. 33. Rectos decet collaudatio. BASILIVS super hunc locum. Quemadmodum pedi oborto atque obliquo calceus rectus non admodum probe aptatur: sic obortis cordibus diuina laus minimè conuenit.

Oratio ab affectu cognoscitur.

185. LAURENTIVS IUSTIN. In lib. vita cap. 2. de oratione. Veluti ex sonora vocum dulcedine Psalterij vel organi docta cognoscitur artificis manus, & ex verborum ornata prolatione doctoris patet facundia: sic ex affectibus variis orationis illius percipitur excellentia.

Corporis temperantia ad orationem necessaria.

186. IDEM IBIDEM cap. 2. Ut mens cibi auiditate laxata perdit orationis vigorem, dum carnis lassitudine praegravata compellitur dormire, ita rursus nimietate voracitatis oppressa, emittere ad Deum preces, ac laudes non poterit. nam per indiscretionis excessum debilitatum quemlibet ad illum statum reuocari necesse est, in quem negligens per incuriam deuenit.

Ad orationem mortificatio necessaria.

187. IDEM IBIDEM cap. 4. Quemadmodum qui terram colit, solerter sentes debet eradicare, ut vberiores valeat colligere fructus; ita qui concupiscit dulcedinem deuotionis in oratione gustare, summopere studeat ipsius impedimenta declinare; quia frustra corrit ad portum orationis, quisquis illi aduersantia, non tota intentione refugit, multa enim sunt orationis impedimenta.

Ad orationem prudentia maxime necessaria.

188. IDEM IBIDEM ca. 9. In rebus humanis ille sagacior prudentiorque cognoscitur, qui in agendis negotiis propriis vel alienis seruato modo, loco, ac tempore, opus atreptum ad finem ducit; æquè in spiritualibus fatendum est, & praesertim in orationis actu: quia quanto est excellentior actio, tanto prudentius debet fieri.

Oratio debet esse attentata & continua.

189. IDEM IBIDEM. Quemadmodum preces, quae attentè ac puro animo funduntur à Domino re-

portant quod petunt: ita despiciuntur leues, desiderantes, inutiles, ac saeculi curis anxiae, rebus temporalibus implicitae, ac bonorum operum fructibus infecundae, & infra. Sicut certaminis brauium non assequitur, qui antequam ad metas attingat, deficit; Sic orationis fructu priuatur quisquis in illa non exiterit importunus.

De oratione mentali & seruosata.

190. IDEM LAURENT. IUSTINI. De perfectione monastica cap. 15. Quemadmodum ignis, quanto magis in vnum colligitur, tanto amplius nutritur, & flammam euaporans, rursus impetuosius erumpit: ita & mens cum diutius intra se commemorata fuerit, & ardentius per amoris incendium vrit in se, & per desiderium eleuatur in Deum. Sed si tunc verba quaedam protulerit, tota ignita sapientiae neccare condita, veritatis splendore irradiata, & diuinarum laudum suauitate plena erunt.

De necessitate orationis.

191. ISIDORVS CLAR. oratione de fructu orandi tomo 1. Quod si quis moueatur, quod cum Deus sciat priusquam petamus, quid nobis opus sit, cur expectat dum postulemus? qua in re sciendum est preces nostras non idcirco adhiberi, ut ad eas fleatur Deus, & inclinetur ad nos, qui paratissimus est ad nobis beneficiendum, ac nobis vltro se offert. Sed est oratio, (quemadmodum praestantissimi ante nos dixerunt) veluti aurea catena, è caelo in terram demissa, per quam qui ascendere velit, videtur quidem catenam ad se trahere, re autem vera trahitur ipse ab illa in caelum, non est ergo necessaria oratio ad permouendum Deum, sed ad nos illius donis praeparandis suscipiendos.

Deuotio etiam impossibilia petendo non errat. Vide, Contemplatio, num. 4.

O T I V M.

Otium vitandum. 1. 2. 3. 6. 10.

Otium multa mala. 4. 5. 7. 9. 12.

Non negligendum etiam in gratia ambulantis. 8. 11.

De otio contemplationis, vide, Contemplatio, num. 10. 11.

Otium vitandum.

1. BASIL. super cap. 1. Genes. Piscis, tot maria tranat, ut vtilitatis aliquid consequatur. Quid ipse dixeris quæso, qui vitam in otio degis. Vide Animalia, num. 2. Vide etiam Opera, numer. 6. ex CHRYSOST. & Mandata, numer. 1. ex eodem.

Idem maxime in festis.

2. EXOD. 20. Memento ut diem sabbati sanctifices. IDEM IVVS THOM. In Opus. In die festo cauere debemus negligentiam. Multam enim malitiam docuit otiositas. Ecclesiastici 33. Hieron. ad Rusticum. Semper aliquid boni operis facito, ut te Diabolus inueniat occupatum, & ideò non est bonum custodire, nisi principalia festa, si in aliis debeat esse homo otiosus. Psalm. [Honor regis iudicium diligit.] id est, discretionem. Vnde 1. Machab. 2. Iudaei quidem occultati erant, & inimici iruerunt super eos, qui credentes, quod se non possent in sabbato defendere, victi, & occisi sunt. Ita accidit multis qui otiosi sunt

sunt in festis. Vnde Thren. 1. [Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius.] Sed tales debent facere sicut alij Iudaei fecerant primo Machab. 2. [Quicumque venerit ad nos die sabbati in bello, pugnemus aduersus eum.]

Idem.

3. IBID. CHRYSOST. In concione de Lazaro. Iudaei putant sibi sabbatum otij causa fuisse datum, verum non ista est causa, sed potius ut abducti à curis rerum temporalium, otium omne consumerent in rebus spiritualibus, quod quidem dilucidum est, ex ipsis rebus. Nam sacerdos eo die duplum facit operis, qui quotidie non nisi vnicam hostiam offerre solitus, sabbato iubetur offerre geminam: quod si proflus esset otij dies, oportebat sacerdotem omnium maxime otium agere. Quoniam igitur Iudaei corporalium curis liberati, non vacabant rebus spiritualibus; utpote sobrietati, modestiae, & audiendis diuinis sermonibus, sed contrarium profus faciebant reuerentes ventri, & delicias: audi quomodo illos reprehendar propheta. Cum enim dixisset tangentes sabbata mendacia, subiunxit. [Qui dormitis in lectis eburneis, ac lasciuitis in stratis vestris &c.] Accepisti sabbatum, ut animam tuam liberares à vitiis, tu verò tunc magis illa committis.

Otium multa mala.

4. EXODI 32. Videns ergo Moyses populum quod esset nudatum. LIPOM. Id est manifestatus, Quia per exteriorem suam idololatriam interior eius impieras, qua idololatriam ante conceperat, fuit aperta. Quod enim aperitur, nudari dicitur. Nam & Apostolus dicit. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Heb. 4. In Chaldaeo autem habetur. [Viditque Moyses populum, quod otiosus esset.] Otiosum enim fecerat eum Aaron, ut contaminaret eos nomine pessimo in generationes suas. AVGVST. quest. 146. in Exod. Alia litera sic habet. [Et cum vidisset Moyses populum quod dissipatus esset.] Dissipauit enim eos Aaron ut in gaudium venirent aduersariis suis. Notandum quemadmodum rotum illud malum quod populus fecit, ipsi Aaron tribuatur. Vide Sacerdos.

Idem.

5. 2. REG. 11. David autem mansit in Ierusalem &c. RLYRANVS. Quasi otiosus. Propter quod fuit lapsus in adulterium. OVIDIVS. Otia si tollas, perire cupidinis artes. Ecol. 33. Multam malitiam docuit otiositas. SENECA. [Summa omnium vitiorum otiositas.] Demones quos otiosos à bonis inueniunt, ad peccatum inducunt. Vnde Hieron. ad Rusti. Semper aliquid boni facito, ut te Diabolus inueniat occupatum.

Otium vitandum.

6. 2. PARALIP. 14. Nulla temporibus eius, scilicet Pacæ regis, bella surrexerant, pacem Domino largiente. Quid ergo otandum est tempore pacis? Absit, sed faciendum quod sequitur; Adificemus ciuitates, & vallemus muris & roboremus turribus, & portis, & seris, donec à bello quiesca sunt omnia. Oportet tempore pacis praueiri pro tempore belli.

Multa mala ex otio.

7. 1. ADTHESSAL. 4. Rogamus autem vos fratres, ut abundetis magis, & operam detis ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut praecipimus vobis. CASSIANVS. Quid est quod rogas è beate Apostole? Ut abundetis magis, scilicet in charitate de qua dixerat. [De chari-

tate fraternitatis, non necesse habemus scribere vobis. [Dic quæso quid est, quod tanto pere hæc praemittis? Operam, inquit, detis, ut quieti sitis. Id est, in vestris claustris vel cellulis commorantes ne diuersis rumoribus, qui solent otiosorum votis, vel fabulis generari, inquieti effecti, aliis quoque inquietudines inferatis. Et vestra negotia agatis. Non vestra curiositate actus mundi velitis inquirere, ac diuersorum conuersationes explorantes opera vestra, non ad virtutum studia, sed ad detractiones fratrum velitis impendere. Et operemini manibus vestris, sicut praecipimus vobis. Nullus potest, vel inquietus esse vel aliena curare negotia, nisi qui operi manuum suarum non acquiescit insistere.

Non negligendum, etiam in gratia ambulantis.

8. MACHAR. hom. 15. Potestne labi vir habens gratia? Vtique labitur, si donum negligat. Nā hostes nunquam quiescunt, nec mouere bellum dubitant, quantumvis cessare debes ab inquirendo Domino Deo tuo? Damnum, enim tibi non modicum imminet, si negligas, licet in ipso gratia mysterio probatus videare. CHRYSOST. Hom. 3. de Otia. Sicut qui in funibus sursum deorsumque tensis ascendere, & descendere solent, si parum respexerint, praecipites decidunt, & pereunt: ita & in hac vita ambulantes, si parumper fuerint desides, in praecipis feruntur. Via enim hæc, & angustior, & directior, nec non & periculosior, quam funis ille: imò & multo sublimior est.

Otium deditorum finis, & supplicium.

9. CHRYSOST. hom. 4. in epistolam ad Rom. Quod signa famulis vsu venire in foro solent, ut ministeris necessariis posthabitis, ad quæ peragenda, à dominis suis amandatur incognito ac temere sibi occurrentibus affixi, otium illic assumunt: hoc ipsum sanè, & nobis quoque accidat necesse est, quoties à Dei mandatis aberramus. Stamus enim admirati diuitias corporis pulchritudinem, & alia item ad nos nihil pertinentia, illorum famulorum exemplo, qui serò domum vbi redierint, extremis plagis caduntur, sequunt alios turpiter & inhonestè, in huiusmodi facinoribus se gerentes. Nos verò caueamus, ne familia patremus. Etenim dimissi quidem sumus ad multa, & ea vrgentia, peragenda, qui si dimissis illis, steterimus osecitantes ad hæc infructuosa, tempore omni nobis frustra, & incassum assumpto, extremum luituri sumus supplicium.

Nihil boni facere, hoc ipsum est malum facere.

10. CHRYSOST. hom. 16. ad Ephef. Nihil boni facere, hoc ipsum est malum facere. Dicas enim velim, si famulū quempiam haberes, qui etsi nec furaretur, nec conuiliaretur, nec contradiceret, imò nec inebriaretur, nec reliquorum malorum quidquam designaret; sederet tamen perpetuò otiosus, nec aliquid eorum, quæ seruus hero praestare debet, faceret, num non flagellares illum? Atqui nihil dum mali operatus esset. Itaque hoc ipsum malum est. Ponamus verò & reliquæ vitæ rationem. Sit agricola quispiam, qui nulla in parte lædat nostra bona, nec illis insidiatur, nec furtum intentet, duntaxat ligatis domi manibus otiosus sedeat, nec seminans, nec sulcum profcindens, nec boues subiugans, nec vitem colens, nec alium quemque eorum laborum faciens, qui ad terræ culturam pertinent; an huiusmodi non puniemus? Atqui nihil iniuriæ intulit: Verum hoc ipso quòd otiosus fuit, iniuriam intulit. Iniuriam enim committit communi ratione, qui quam debet vtilitatem, non praestat, &c. Vis ut & ipsum corpus, in hanc ratione ducamus? Manus igitur nec caput verberet,

nec linguam excidat, nec oculum effodiat, nec aliud quidquam cuiusmodi mali committat; tantum verò otiosa maneat. & ministerium suum quod debet toto corpori non prætet; an digna non esset, quæ amputaretur potius, quam circumferretur otiosa toti corpori nocua? Quid si os nec manderet manum, nec morderet pectus, quæ verò sunt sui officij omittet omnia; an non melius obturatum esset os tale? Multò magis istud vitium in corpore Christi erit. Quid enim proderit, dic quæso, spinas excidere, si bonum semen iactum non fuerit?

Inustum remissio non perdit, nocet autem peccatori.

11. CHRYSOST. hom. 5. ad Pop. Antioch. Si torpeamus, remissio nos perdit. Sicut enim aurum est aquis immoretur, propriam præstat speciem; si vero in conflatorium deciderit, splendidiùs rursus apparet: lutum autem, & scenum siue aquis immisce-ri accidat; hoc quidem marcescit, illud verò dissoluitur: siue in ignem ceciderit; hoc quidem frigitur, illud autem comburitur. Sic certè & iustus, & peccator. Ille quidem siue remissione fruatur, manet splen- didus, sicut aurum aquæ immersum, siue in tentatio- nem ceciderit, splendidior fit, sicut aurum igne exa- minatum. Peccator verò, siue remissionem nanciscatur, dissoluitur, & marcescit, sicut scenum, & lutum aquæ immorans; siue tentationem sustineat combu- ritur, & perditur sicut lutum, & scenum ab igne.

Otj mala.

12. BERNARD. Serm. de sancto Andrea. Sicut per rimā sentinæ aqua latenter intrat, & excrescit, do- nec nauis per nauarum incuriam demergitur: ita ex otio atque ignauia cogitationes prauæ, & concupi- scentia multiplicatur, donec nauis cordis eis suc- cumbens, in peccato periclitetur. LAVRENT. IV- STIN. Lib. de perfectionis gradibus cap. 9. Sicut aqua, quæ caret decursu, ac iacet in foueis, putrefcit, ac hu- mano vsui aliena efficitur, repleturque animalibus venenatis, & noxiis. Ita & corpus otij tæbe confectum concupiscentiarum carnalium parit insaniam.

PASSIO CHRISTI.

- Passio Christi, & dormitio prefigurata. 1. 27. 35.
A Christi passione processit ecclesia. 2.
Passionis hora respondet hora peccati. 3.
Christus in Abel, & passionis ministri in Cain prefigurati. 4.
Christus nudus moriens, in Noë prefiguratur. 5.
Passionem Christi, iniqui despiciunt, quam iusti vene- rantur. 5.
Christus vitulus immolatus. 6. 24.
Passione Christi mundus illustratus. 7. 33.
Christus in passione figuratus in Isaac. 8. 9. 10. 11. 12. 13.
Christus passus ubi Adam sepultus. 13.
Passio Christi, scriptura clausa. 14.
Passio Christi in Ioseph prefigurata. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.
Propter Christi passionem populi Iudaici abiectio. 22. 23. 24. 34.
Passus est Christus sua voluntate. 25. 57.
Passus est Christus secundum humanitatem tantum. 26. 28. 66. 81. 82. 84.
Per passionem Christi unificati sumus. 29. 63. 80. 86.
Per passionem liberabimur in die iudicij. 30. 46.

- Passionis Christi memoria. 30. 31. 36. 38. 39. 40. 76. 77.
A passione Christi gratia, & sacramenta fluxerunt. 32.
Passionis Christi necessitas. 32. 33.
In passione quare scissum est velum templi. 34.
Passio Christi imitanda. 37.
Passio Christi consideranda. 40. 64. 65. 85.
Passio Christi, in Iona prefigurata. 42. 43.
Christus brachia in cruce extendit ad alliciendum. 41. 44.
Passio Christi fiduciam in nobis generat. 45.
A passione Christi, obedientiam discere debemus. 45.
Omnia Christus passus, ut nos ab omnibus liberaret. 46. 48. 63.
Cur facies Christi velata in passione. 47.
Ministri passionis à diabolo possessi. 49.
Spinea corona amplectenda. 50.
Ecce homo. 51.
Christus tacens, & respondens docet. 52.
Etiam ministros passionis Christus conuertit. 53.
Christus quare mortem crucis elegit. 54.
Passione, & morte Christi, omnia consummata sunt. 55.
Oblatio spiritus Christi, prestantior quam corporis. 56.
In Passione Christi omnes doluerunt. 58. & omnia. 61. etiam Angeli. 60. 61.
De dolore beatissima virginis matris. 59. 62.
Mors Christi misericordiam interpellat. 67.
Mors Christi pacem nobis peperit. 68.
Passio, & crux Christi quare celebrantur. 69.
In Passione, virtus Christi declaratur. 70.
Passio Christi opponitur peccato Adæ. 71.
Mors Christi in cruce illum illustriorem fecit. 72. 73.
Figura serpentis enei, Christo mortis adaptatur. 74.
Gloriandum nobis est in morte Christi. 75.
Mors dolores semit propter mortem Christi. 78. 79.
Mors decepta est in morte Christi. 83.
Mors Christi in virga Moysi significata. 87.

Pro homine ad mortem Filium Deum tradidit. Vide Amor Dei erga homines. num. 16. & 21.

Passio Christi & dormitio in sepulchro prefigurata.

GENES. 2. Benedixitque diei septimo & sanctificauit illum. IVNII. Sicut per crebras, & quotidianas in lege victimas, sanguis dominicæ passionis, qui semel erat pro salute mundi effundendus, significabatur: ita & per requiem diei septimi, quæ post opera sex dierum semper celebrari solebat, præsignabatur magnus dies ille sabbati, in quo Dominus semel in sepulchro erat requieturus, completis in die sexto omnibus operibus suis, quibus mundum, quem sexto die perfecerat, iam perditum, restaurabat. Vnde in sexta die dixit, Consummatum est, quasi antiqui recolens operis.

A passione Christi processit Ecclesia.

SIDOR. Nota etiam quod ante dormitionem Adæ, non inueniebatur adiutor similis ei; id est, Ante Christi passionem, non inueniebantur adiutores similes ei. Post eius autem dormitionem ait Apostolus, Dei adiutores sumus. & super illud: Immisit Dominus soporem in Adam, &c. AVGVST. & INTERL. id est, Deus pater per crucis lignum, mortem in Christum. [Proprio enim filio suo non pepercit.] Iplè

Iplèque obdormiuit, admittendo in se somnum mortis ex obedientia patris, iuxta illud. [Ego dormiui, & somnum cepi;] Ipsòque dormiente in cruce, fit illi mulier, id est Ecclesia de sacramento sanguinis, qui de latere mortui profudit, & ex eius costa edificauit mulierem. Ex tunc enim, & vsque in finem sæculi, edificare non desinet, vt gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, exhibeat illi.

Passionis hora, respondet hora peccati.

3. GENES. 3. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem. RABAN. Vnde aptè Dominus crucem meridie ascendit, & promissa latroni habitatione paradisi post meridiem, id est hora nona spiritum tradidit, vt videret eadem hora, qua primus homo lignum præuaricationis tetigerat, secundus homo lignum redemptionis ascenderet; & qua hora diei præuaricatores paradiso expulerat, ea confessoem in paradisum induceret.

Christus in Abel, & passionis ministri in Cain figurati.

4. GENES. 4. Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola, &c. RVPERT. Totum quod fecit Abel, & quod pertulit, parabola est, vel figura Domini nostri Iesu Christi. Primò quod fuit pastor ouium, à mysterio non vacat. Christus enim aperit ait, [Ego sum pastor bonus, ego sum pastor ouium &c.] & sicut Cain agricola persecutus est pastorem Abel; ita Aunas, & Caiphas, cæterique fures, & latrones, hunc pastorem ouium occiderunt. Omnes omnino cum illo Cain corpus vnum fuerunt: alia fuere membra, sed vnum corpus ex eis, & ex omnibus quicumque innocentiam, & iustitiam persequuntur, & vnus spiritus: vnum caput est eorum, diabolus. Plures quidem erant agricolæ pro diuersis officiis, & personis; iuxta parabolam Euangelicam. [Malos malè perdet,] & aliis agricolis &c. Sed pro vnanimi crudelitatis intentione totus eorum cæter vnus erat Cain, & vnus agricola, qui dominicæ vineæ fructus, non ipsi Domino, sed sibi male congregabat. Ventum est ad horam sacrificij legitimi. Vide Eschari- stia, numero 8.

Christus nudus moriens figuratus in Noë.

5. GENES. 9. Et Noë plantauit vineam, bibensque vinum inebriatus est, & nudatus est in tabernaculo suo. AVGVST. 16. de ciuit. cap. 2. & lib. 12. contra Faustum, RVPERT. & alij. Quam vineam Dominus noster, qui per Noë figuratur, plantauerit, incognitum esse sacra scriptura non finit, cum dicit per propheta. [Vinea Domini Sabaoth, domus Israel est.] & alibi. [Vineam de Ægypto transtulisti.] & rursus. [Vinea facta est dilectio meo in cornu filio olei.] Item nec illud latere potest, quod vinea illa benè plātata id est Synagoga, in amaritudinem vitis alienæ cōuerfa, ipsam plantatorem, amaro mortis poculo potauit, & inebriauit; ita vt obdormiret somno mortis nudatus; & realiter dicenti, Siro; vinum obtulit myrrhatum, vel acrum cum felle mixtum. Bibit ergo Dominus de vino vineæ suæ, ex genere Israelitarum carnem, pro nobis vt pari posset, assumens, & inebriatus est calice suæ passionis, de quo dicebat. [Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?] & [calicem quem dedit mihi pater, non vultis vt bibam illum?] & [Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.] & nudatus est in tabernaculo suo, quia à suæ carnis gente, & à domesticis sanguinis sui scilicet à Iudæis, passus est mortem, & crucem, & nudatus est, mortalitate carnis eius, & despectui habitus. Vnde

Isai. 53. [Desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatē, vnde nec reputauimus eum.] Sequitur quod cū vidisset Cham pater Chanaā, verens patris sui esse nudum, nunciavit duobus fratribus suis foras. Omnes qui Christiano vocabulo gloriantur, & perditē viuunt, non absurdè, medio Noë filio, figurantur. Passionem enim Christi, quæ Noë nuditate significata est, & annunciant profitendo, & malè agendo exhorant, de quibus dictum est. [Ex fructibus eorum cognoscetis eos.] E contra verò qui susceptam à virtute Dei nostram infirmitatem dignè venerantur, scientes, quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, ipsi sunt Sem, & Iapheth; id est, inclyti, atque dilatati: Sem quippe, inelytus, siue nominatus, Iapheth verò latitudo interpretatur. Sequitur: Qui pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes reversum operuerunt verenda patris. Sem, & Iapheth, id est boni Christiani, illam infirmitatem honorant, quam in Christo alij despiciunt. Dorso namque pallium imponentes auctori infirma patris operiunt, id est, reuerenter, præteritas passiones Domini recolentes venerando, sacramentorum ordine vestiunt, neque viderunt quod reuerendo texerunt.

Christus immolatus, vitulus tenerimus, & optimus.

6. GENES. 18. Talis inde vitulus tenerimus, & optimus, deditque puero, &c. ORIGEN. Vitulus non est durus, sed bonus, & tener, & quid tam tenerum, quid tam bonum, quàm ille qui humiliavit se pro nobis vsque ad mortem, & animam suam posuit pro amicis suis: Hic est vitulus saginatus, quem pro recepto pœnitente filio iugulat pater. [Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.] INTERL. & RABAN. Hic est vitulus qui propter salutē credentium ad arborem crucis est immolatus, & datur vitulus puero ad faciendum, id est, ordini prophetarum committitur annunciandus Dominus. AMBROS. Tener, quia non dura ceruice, sed molli iugum legis agnouit; crucis patibulū non reculauit; & meritò tener: de cuius capite, & pedibus, & intestinis nihil relicum est, & os non est contritum ab eo, sed totus epulantium cibo cessit. LIPOMAN. Optimus autem, quia peccata diluit, quia sine macula, quia iniquitatem non fecit, in cuius ore nusquam dolus inuentus. INTERL. Vel optimus, quia excellens in humano genere. LIPOMAN. Ex armento verò acceptus, quia de egregia sanctorum patriarcharum stirpe, de nobilissima Iudaorū regū progenie Christus natus.

Passione mundus illustratur.

7. GENES. 19. Perveneruntque duo Angeli Sodomam. Vespere. AMBROS. Secundum spiritualem intelligentiam potest referri ad tempus dominicæ passionis. Vesper erat, antequam Christus veniret, quia totus erat mundus in tenebris. Vesper erat omnibus, quos immanium delictorum squalor tenebrosus vrgebat. Venit Dominus Iesus, redemit sanguine suo mundum, lucem attulit.

Christus in passione figuratus in Isaac.

8. GENES. 22. Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul, &c. inique ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum, &c. AVGVST. ORIGEN. AMBROS. INTERL. & alij. Abraham quando filium suum vnicum perduxit ad immolandum, per se nam gessit omnipotentis patris, qui propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, filium suum misit in similitudinem carnis peccati, eumque crucis fecit subire tormentum. Vnigenitus Isaac, & vnigenitus

nitus Christus, dilectus Isaac, & dilectus Christus. Vnde & Pater, [Hic est filius meus dilectus &c.] Sicut etiam præcipiebatur Isaac in terra visionis & monte sublimi immolari: sic in eadē terra, & Caluarie monte, verus Isaac Christus erat immolatus. Die tertio venit Isaac cum patre ad locum sacrificij; & Dominus Iesus tertia die à proditoribus iudæ crucifixus est. Feria enim quarta à proditoribus traditur, & feria quinta comprehenditur, & in die pasche occiditur, & immolatur: Vel tertia ætate mundi; prima enim fuit ante legem; secunda sub lege vsque ad Ioannem; tertia sub gratia à Domino vsque ad finem sæculi. Vidit autem procul Abraham locum. Quia Dominus Deus longe stetit à malitia Iudæorum: Aliud siquidem intenderunt scelesti illi homicidæ, & aliud benignissimus Deus operatus est. Duo serui dimissi, non perducti ad locum sacrificij indicant, quod solus Christus passus est, quodque passionis suæ tempore omnes recesserint ab eo, iuxta illud. [Sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.] Vel serui illi figurabant Iudæos, qui cum feruenter viuere, & carnaliter sapere, passionem Christi non intelligebant, & ideo ad locum sacrificij non peruenerunt. *Asinus vero stratus* inmensa est stultitia Iudæorum, quæ quidem omnia sacramenta portabat, sed quod ferebat nesciebat; seruis autem dicitur. [Expectate hic donec reuertamur ad vos.] Quia in illa passionis hora nullus Christo testimonium perhibuit, nec ipse saltē sua voce, per testimonia scripturæ repugnauit; sed potius voces omnium scripturarum contulerunt, scilicet, ne crucis differretur utilitas. Ligna Isaac sibi vexit. Christus sibi patibulum crucis portauit. [Exiit enim foras baiulans sibi crucem.] Simul aduerte, quod portare ligna ad holocaustum sacerdotis officium est. Fuit ergo Isaac & hostia, & sacerdos; Quia Christus Dominus talis in plenitudine temporis erat futurus, vt Apostolus ad Hebræos docet. Abraham comitabatur filium, Pater Christum; nec Isaac solus, nec Iesus solus. Ipse enim ait, [Non sum solus, quia Pater mecum est.] Abraham portabat ignem, & gladium, & Pater portabat gladium, id est potestatem imperialem; quia in manu Patris fuit, non Iudæorum, dominicæ mortis potestas; vbi, quando, vel quo mortis genere deberet interiri. Vnde ad Pilatum dicit [Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper.] Per ignem; spiritus sanctus intelligitur, per quem semetipsum Dei filius obtulit testante Apostolo. [Sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit Deo, emundabit conscientiam nostram &c.] Sicut ergo filius, per spiritum sanctum semetipsum obtulit, sic & Pater per eundem spiritum obtulit proprium filium suum pro nobis. Vnde in Euangelio: [Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.] Sic dilexit, id est, spiritu charitatis.

Idem.

9. **I** B I D. *Ecce ignis, & ligna, vbi est victima holocausti?* In Hebræo habetur. [Vbi est ouis, vel pecus?] **A** M B R O S. Hic propheta sermone, non scientia. Ovis enim à Domino ad sacrificium portabatur. *Deus prouidebit sibi victimam holocausti sibi mi.* Non enim solum hoc prophetauit, quod statim accidit, quia Deus prouidit pro Isaac hostiam: Verum illud magis, quod alia esset hostia, quam Deus sibi pararet, vt mundaret orbem terrarum, illa esset omnibus acceptior, per quam multi patres offerrent filios suos, & separari ab hoc sæculo à filiis non timerent. Quotidie enim offerunt nūc patres filios vt moriantur in Christo. Quanti patres, martyrio occisis filiis, latiores ab eorum tumultu reuertuntur? **O** R I G E N.

Non de præsentī, sed de futuro loquitur. [Deus prouidebit,] &c. Mouet me diligens, & cauta responsio. Nescio quid videbat in spiritu. Ipse namque sibi Dominus quem prouidebat in Christo. Quia sapientia ipsa sibi domum edificauit, & ipse se humiliavit vsque ad mortem, & omnia quæcumque legeris de Christo, non necessitate, sed sponte facta reperies. **C** H R Y S O S T. Ignarus insinuat iterum, quod futurum erat; Solatur autem verbis filium, quæ maiorem, grauioremque dolorem perfererat, verba in anima versans, & cogitans pueri elegantiam, eternam, internamque pulchritudinem, obedientiam, gratiam, ætatis florem. **L** I P O M A N. & **I** N T E R L. Interrogat Isaac patrem de victima holocausti: quia quantum ad innocentiam suam ignorare videtur Dominus Iesus, cur patitur. Vnde in persona eius dicitur: [congregata iam super me flagella, & ignorauit.] Altare, quod edificabat Abraham, mons est, in quo passus est Dominus, vel charitatis sublimitas, in qua, & ex qua tanta pro nobis ferre dignatus est. Ligna desuper composita, crux est saluatoris super quam posuit est. Isaac, ligatis pedibus, à patre super ponitur altari, & Dominus, vel charitatis sublimitas, affigitur à Patre, dicente Petro. [Deus qui pronunciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic, vt filij mors, fieret mundi redemptio.] **R** V P E R T. Colligauit plane Deus pater filium suum, non imbecillitatis vinculo, sed magnæ charitatis imperio, ne oblatum calicem passionis, mori dedignatus, abigeret; Vnde in *psal.* ait. [Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me.]

Idem.

I B I D E M. *Lenauit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens, obtulit holocaustum pro filio.* **A** L C V I N V S. Arietis qui pro Isaac immolatus est, non putatiuus, sed verus est, idem magis putatur Angelum eum aliunde attulisse, quam ibi de terra post lex dixerunt opera procreasse. **Z** E N O E P I S C O P V S V E R O N E N. *serm. 5. de sancto Abraham.* Cum tanta læticia arietem obtulit, cum quanta obtulerat & filium. Vbi enim fides fuit, non erat dolor: in illo sacrificio, solus Deus doluit; quia aliam victimam procurauit, scilicet filium suum. Vide, *De notio*, num. 5. **L** I P O M A N. Sic magna liberalitate Deus certat cum homine. Quia Abraham non pepercisti filio tuo vnigenito propter me; vicissim tibi tradam, ait Dominus, filium vnigenitum meum propter te, & non parcam ei. Vt enim te melior sum, sic tibi amoris signum maius præstabo. [Sic enim Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret.] & [Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.]

Idem.

I B I D E M. **O** R I G E N. Arietis inter vepres inhaerens, figuram Christi gessit. Vterque enim Christum figurat, & Isaac non iugulatus, & arietis iugulatus. Nam Christus Verbum Dei est, & caro factum Verbum est. Christus ergo in carne passus est mortem, cuius arietis figura est. Vnde Ioannes. [Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.] Verbum verò in incorruptione permansit, cuius imago est Isaac. Ideo ipse & hostia est, & pontifex. Nam idem ipse qui offert hostiam patri, idem ipse in ara crucis offertur. Vnde sicut dicitur de eo, [Ecce agnus Dei, ecce qui tollit,] &c. Ita dicitur de eo, [Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.] **I** N T E R L. Idco dixit, [Ne extendas manum tuam super puerum.] Quia caro Christi potuit crucifigi, diuinitas non potuit tangi. **G** R E G O R. *super Ezech. hom. 6.* Sic in sacrificio

pro

pro nobis, ex humanitate est mortuus, vt tamen immortalis maneret ex diuinitate. **A** V G V S T. *serm. 71. de tempore.* In Isaac significata est diuinitas, in ariete humanitas Christi: quia in passione non diuinitas, sed humanitas crucifixa creditur: ideo non Isaac, sed aries immolatur: Dei enim filius vnigenitus cum Isaac offertur, & virginis primogenitus in ariete immolatur.

Idem.

12. **I** B I D E M. **A** M B R O S. Sed quare aries; nisi quia præstantior cætero gregi? Christus enim fuit præstantior omnibus, sicut legimus. [Speciosus forma præ filiis hominum.] Sed qua ratione cornibus suspensus, nisi, vt aduertat hostiam illam non esse terrenam? & carnem suam virtute superiori à terris leuari; iuxta illud, [Cuius principatum super humerum eius.] Quis vtique significatur per arietem suspensum cornibus, nisi ille, de quo scriptum est, [& exaltauit cornu populi sui?] Solus Christus eleuatus, & exaltatus à terris, sicut ipse ait. [Ego non sum de hoc mundo] ego de supernis sum. Hunc vidit Abraham in illo sacrificio, huius passionem aspexit, & ideo Dominus ait de eo. [Abraham diem meum vidit, & gauisus est.] **A** V G V S T. *contra Faustum.* Quis alius aries immolatus in vepre cornibus adherere, nisi qui crucis patibulo pro nobis offerendus affigebatur? **E** 16. *de ciuit.* Vel in ariete vepribus inhaerente Iesus Christus significabatur antequam immolaretur spinis Iudaicis coronatus. **E** V C H E R. Vel vepribus inhaerebat aries ille cornibus; quia crux cornua habet. Vide, *Cruce*, num. 6.

Christus passus vbi Adam mortuus, & sepultus.

13. **I** B I D. **A** V G V S T. *serm. 71. de tempore.* Audire aliud sacramentum. Hieronymus Presbyter scripsit, ab antiquis & senioribus Iudæis se certissime cognouisse, quod ibi immolatus sit Isaac, vbi postea Christus crucifixus est. Etiam & hoc, antiquorum relatione refertur, quod & Adam primus homo in ipso loco, vbi crux fixa est, fuerit aliquando sepultus, & ideo caluarie locum dictum esse; quia caput humani generis ibi dicitur esse sepultum: & iure fratres, non incongruè creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi facebat agrotus, & dignum erat vt vbi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret diuina misericordia, & sanguis ille pretiosus etiam corporaliter puluerem antiqui peccatoris, dum dignatur stillando contingere, redemisse credatur. **E** V S E B I V S. Vbi Isaac immolatus erat, ibi templum edificatum est, & Dominus verus Isaac pro salute mundi immolatus. **I** N T E R L. Nec vacat mysterio, quod aries post tergum visus est; quia longè post, veritas huius vmbre implenda erat, videlicet quando Dominus, tanquam ouis ad occisionem ductus inter duo brachia crucis suspensus est. Sequitur: *Appellauitque nomen loci illius, Dominus videt.* Vnde vsque hodie dicitur. *In monte Dominus videbit.* **A** M B R O S. Sic appellatus est locus. Vide, *Cruce*, num. 7.

Passio Christi, scriptura & clavis.

14. **G** E N E S. 24. *Deambulabat Isaac per viam, quæ ducit ad puteum, cuius nomen est viuens, & videns.* **G** R E G O R. Quis est viuens, & videns, nisi omnipotens Deus de quo scriptum est, [Viuo ego in æternum dicit Dominus] & rursus. [Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius.] Puteus ergo viuens, & videns est, sacra Scriptura profunditas, quam nobis ad irrigationem mentis dedit omnipotens Deus. Via autem quæ ducit ad puteum, humilitas passionis vnigeniti est, per quam apertum est nobis hoc, quod

prius latenter Scriptura loquebatur. Nisi enim vnigenitus Dei filius incarnatus, apprehensus, crucifixus, ac mortuus fuisset, nobis huius putei, id est, sacra Scripturæ profunditas non pateret. Vnde, humilitas passionis, clavis apertionis fuit, per quam mysteriorum Dei puteum inuenimus, quæ quidem mysteria; quia facta cognouimus, iam nunc intelligimus audita; antea autem legi poterant, sed quia necdum eueniant, intelligi non valebant. Vnde Ioannes. [Vicit leo de tribu Iuda.]

Christi passio in Ioseph significata.

G E N E S. 37. *Dixitque Iudas fratribus suis, &c. Melius est vt vendatur Ismaelitis, &c. frater enim, & caro nostra est.* **A** M B R O S. Sed & hic quoque dominicæ passionis figuram aduerte. Ait Iudas patriarcha, Vendatur Ioseph Ismaelitis ne manus nostræ polluantur. Idem dixerunt Iudæi. Nobis non licet interficere quemquam. **S** E V E R I A N V S. Oportebat venditionem Ioseph per Iudam fieri; quia & Dominus noster à Iuda venditus fuit.

Idem.

I B I D E M. *Confestim vt veni ad fratres, nudauerunt Ioseph tunicam talari, & polymita, miseruntque eum in cisternam viciem qua non habebat aquam.* **D** P R O S P E R. Hoc & noster Ioseph de sua passione per prophetam dicit. [Proiecerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in vmbra mortis,] tunicam verò expoliata desuper contextam per totum Euangelica authoritas narrat, quam milites diuidere noluerunt. **A** V G V S T. Tunc expoliauerunt Ioseph tunicam polymita, quando Iudæi Christum per mortem crucis expoliauerunt tunicam corporali. **I** S I D O R. Polymita enim, id est, omnium virtutum diuersitate decorata. **A** M B R O S. Ergo tunica eius, id est, caro, non diuinitas cruentata est, & indumentum ei carnis, non immortalitatem vitæ auferre potuerunt. **A** V G V S T. Exutus ergo tunica carnis noster Ioseph, mittitur in cisternam, id est, descendit in infernum. **S** E V E R I A N. Cisterna autem non habebat aquam; quia erat & Domini monumentum vacuum, in quo nondum quisquam positus erat. **A** M B R O S. Quid mirum, si Iudæorum lacus aquam non habet; quia ipsi dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & fecerunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. **L** I P O M A N. De ipso etiam dicitur, per prophetam *Zach. 9.* [Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vincetos de lacu, vbi non erat aqua.] & in eius figuram submiserunt etiam Ieremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua. **C** Y R I L L V S. Vel cisterna non habebat aquam; quia inferos significabat. Aqua enim vitam significat; quia viuificatrix est; potit apud inferos, vita non est.

Idem.

I B I D. *Vendiderunt Madianitis viginti argenteis.* **I** N T E R L. Quia Iudæi Christum gentibus reliquerunt, & à se repulerunt. O felix negotiatio vbi salus emittitur, & vita à morte redimitur. **A** M B R O S. Ille venditur, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, &c. Neque nos cum emissemus, nisi vendidissent sui. Malè vendiderunt, peius emerunt. Vendiderunt negotiatoribus boni odoris, emerunt à proditoribus. Vendidit eum Iudas, emerunt Ismaelita, id est, odio habentes Deum suum. Ideo alibi viginti, alibi viginti quinque aureis; alibi triginta inuenimus emptum Ioseph; Quia non omnibus vnus æstimatione præualeat Christus, aliis minus, aliis amplius, pluris illi valet qui plus habet gratiæ, sed etiam cui multa donata sunt, pluris valet;

E E e 3

quia

quia cui plus remissum est, plus diligit, vt ipse Dominus dixit. R V P E R T. Ioseph viginti, Christus autem triginta argenteis est venditus. Nam Ioseph, vt pote purus homo ex anima constat & corpore; Christus verò ex anima, & corpore, & ex diuina natura constat. Bene igitur pro Ioseph binarius, pro Christo autem ternarius, quantitas pretij soluitur. A V G V S T. *Serm. de tempore.* Ioseph postquam de cisterna leuatur, Ismaëlitis venditur, & Christus postquam de inferno regreditur, ab omnibus gentibus fidei commercio comparatur. Ioseph per consilium Iudæ triginta argenteis distrahitur, & Christus per consilium Iudæ eodem modo venundatur. Quòd autem diuersis translationibus non æquali pretio Ioseph scribitur venundatus, sed alij dixerunt viginti, alij triginta argenteis, hoc significat spiritualiter, quod Christus non æqualiter ab omnibus credendus vel diligendus esset. Nam alij eum plus diligunt, alij minus. Ipsi enim plus valet Christus, qui cum maiori charitate dilexerit.

Idem.

18. **I**BIDEM. *Tulerunt igitur tunicam eius, & in sanguine hœdi quem occiderunt tinxerunt, &c.* R V P E R T. Quemadmodum puer Isaac ad immolandum ductus, non est gladio percussus: sic & iste à fratribus ad occidendum impetratus, non tamen occisus, rectè dicitur passus, & in passione sua, Filio Dei assimilatus. Nam sicut ibi aries pro Isaac est immolatus, ita & hic hœdus iugularis, quo tunica Ioseph, id est, humanitas Christi sanguine eius est tincta impassibiliter permanente ipso Ioseph, id est, diuina natura. A M B R O S. Illud quoque quod hœdi sanguine respererunt tunicam Ioseph, videtur significari, quoniam falsis testimoniis appetentes iniuriam deduxerunt peccati in omnium peccata donantem. I N T E R L. In suspicionem enim peccati, vitam eius blasphemantes, quantum in se erat deduxerunt. A M B R O S. Nobis autem agnus est, illis hœdus. Nobis agnus Dei occisus est, quibus abstulit peccata mundi; illis hœdus, quorum acerbauit errores, delicta cumulauit, ideoque ait, Implete mensuram patrum vestrorum.

Idem.

19. **I**BID. *Vide vtrum tunica filij tui sit an non? &c.* Fera pessima denouauit enim. I N T E R L. Et quem apud homines infamabant, apud patrem quoque infamare volebant, dicentes. *Vide vtrum tunica, &c.* Id est, vide, an filius tuus est. Sed agnouit tunicam filij sui patris, agnouit proflus, & ait, *Tunica filij mei est.* Nam testimonium illi perhibuit dicens, [Hic est filius meus dilectus, &c.] *Fera pessima denouauit eum.* Gens enim Iudæorum ait R V P E R T. quondam patris domus vel hereditas, nunc fera pessima, & bestia dicitur, & est. Vnde per Prophetam dicit [Facta est mihi hereditas mea quasi spelunca hyenæ.] B E R N A R D. *in Apologia.* Sed vide & nunc Domine tunicam dilecti filij tui, recognosce omnipotens pater eam quam fecisti Christo filio tuo polymitam, id est, variam, dando quidem quosdam Apostolos, quosdam prophetas, &c. Dignare etiam Deus pretiosissimi purpuram sanguinis, quo aspersa est recognoscere, & in purpura præclarum obedientiæ infigne. Quare Domine Iesu rubrum est vestimentum tuum? Respondet. [Torcular calcaui solus,] &c. Hoc est. Quia factus sum obediens, vsque ad torcular crucis. Iam ergo exalta eum Deus, & da ei nomen, quod est super omne nomen, ascendat in altum, & captiuam ducat captiuitatem, & donet dona hominibus. Quæ dona? Ipsam scilicet tunicam suam polymitam, & inconsutilem. Polymitam quidem, ob multorum ordinum, qui in ea sunt, multimodam distinctionem; inconsu-

tilem verò propter indissolubilis charitatis vnitatem, sit etiam & talis vsque ad finem duratura.

Idem.

IBID. *Sciisque vestibus, indutus est cilicio lugens filium suum multo tempore.* L I P O M A N. Id est, viginti tribus annis, qui fluxerunt à decimo sexto anno ætatis Ioseph, vsque ad patris, fratrumque introitum in Ægyptum. A M B R O S. Hoc etiam in passione Domini factum legimus. Princeps enim sacerdotum, non tanquam priuata persona, sed in quo publici munus officij erat, scidit vestimenta sua, & velum templi etiam scissum est, & profanata mysteria. L I P O M A N. Vel scissis vestibus indutus est cilicio pater, cum singulis annis, ex paterna traditione recordatur Ecclesia in exterioris decoris lacrymis, sibi non parcens tristitiam Apostolorum de morte Christi in die passionis eiusdem. Vnde Propheta [In die illa aspicient ad me, quem confixerunt, & plangent eum planctu, &c.] Planctus etiam Iacob propheticus plus luget Iudæorum perditionem, quam filij Dei passionem. S E V E R I A N. Sicut Ioseph in domo paterna tanquam mortuus iugebatur, at verò in Ægypto vivebat, & regnabat: ita & Christus apud Iudæos tanquam mortuus existimatur, apud gætes verò creditur tam viuens, quam in æternum permanens. Sequitur. *Congregatis autem liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere.* R V P E R T V S. Filij isti Iacob criminis conscij, in veritate plorare & fideliter contristari non poterat, & ideo eorum consolationem pater non accepit: Similiter congregatis Iudæis crucifixoribus Domini, & sceleri eorum consentientibus vt deliniant dolorem patris, id est, vt sacrificijs, & Moisaicis lectionibus Domino adulentur, omnino non vult eos audire, & dicit: [Cum extenditis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestrae sanguine plene sunt.] S E V E R. Deus enim pater tamen multis iniurijs à populo Israel affectus esset, precibus tamen prophetarum, & quia benignus est placabatur. At vbi vnicum filium neci dederunt, implacabilis aduersus Israel effectus est.

Idem.

GE N E S. 40. *Restituitque alterum in locum suum. Vt porrigeret ei poculum, alterum suspendit in patibulo, &c.* R V P E R T. Quam pulcher Ioseph duorum medius vincitorum in carcere, vtrique somij sui proferens interpretationem Saluatoris nostri forma est, vel umbra, qui duorum medius latronum in cruce, vtrique iuxta fidem, vel meritum suum dignè dedit sententiam. Illic Pharaò de carcere, mediante Ioseph vnum assumpsit, & vnum reliquit; hic autem Deus, de cruce, mediante Christo, similiter vnum assumpsit & vnum reliquit. Vel Pharaò qui eduxit Ioseph de carcere, eique potestatem in omni terra dedit, priorique ministerio suum pincernam restituit, & pistorum suum die tertia patibulo suspendit, Dei patris habuit figuram, qui Iesum Christum Dominum nostrum resuscitauit ab inferis, & fidelem populum noui testamenti à nexibus peccatorum eripuit; infidelem verò capite abscisso, id est, Christo, die tertia, hoc est, tertio suspendit tempore. Quia in cruce nostri Saluatoris, vbi fideles sunt à peccatorum vinculis absoluti, ibi ipsi infideles, quorum Pharaonis pistor figuram tenuit sunt condemnati. I N T E R L. Et ita, qui calicem Domini accepit, liberari meruit, qui autem in panem Domini lignum misit, per lignum peritit.

Propter Christi passionem, populi Iudaici abiecitio.

GE N E S. 49. *Ruben primogenitus meus, in fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis,*

maior

maior in imperio, effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. A M B R O S. Hæc propheta magis est, quam benedictio. Iudæi quidem putabant, quia hic senex ad filium Ruben dicit; quia cum Bala concubina patris concubuit, & thorum patrum polluit; sed facile refelluntur. Hoc enim erat antè gestum. Iacob autè quæ ventura essent in nouissimis diebus non ea quæ gesta erant spondet esse dicturum; Videns igitur patriarcha, persequentibus Iudæis, futuram Domini passionem, excreatur immanem primogenitæ plebis audaciam, quæ incredula, nec Dei legi subdita, & iugum Christi, dura nesciens portare ceruice, authorem vitæ, non solum scelere necis, sed etiam sacrilegæ insultationis affecit iniuria. Quis igitur abnuat de populo dictum, cum populo hæc vniuersa conueniant? Ipse enim dictus est *primogenitus Israël*, ipse duræ esse ceruicis, iuxta illud. [Vos autem populus duræ ceruicis estis.] H I P O L Y T V S. *Ipse fortitudo Dei,* ex circumcissione, & principium filiorum Dei. E V C H E R I V S, & I S I D O R V S. *Tu virtus mea.* Quoniam ex ipso populo fundamentum fidei, ex ipso virtus Dei, qui est Christus, aduenit. Quomodo autem sit *principium doloris*, nisi dum patri Deo, semper irrogat iniurias conuertens ad eum dorsum, & non faciem. *Ipse prior in donis*, quia primùm ipsi credita sunt eloquia Dei, & legis latio, & testamentum, siue promissio. *Maiores imperio*, vtrique pro magnitudine virtutis: Quia copiosius ceteris idem populus regnauit. *Effusus est autem, sicut aqua*, peccando in Christum, sicut aqua, quæ vasculo non tenetur, voluptatis effusus est imperi; & idcirco addit. *Ultra non crescas.* Quia postquam dispersus est in vniuersum orbem, valde imminutus, & attenuatus est. Sed quare talia meruit? Subiicit. *Quia ascendisti cubile patris tui.* Prædicit passionem Domini, & primogeniti, passionis participatio, quando corpus Dominicum, in quo plenitudo diuinitatis quiescebat, raptum in cruce suspendit, & ferro commaculauit: & stratum eius maculasti, dicendo Samaritanum, dæmonium habere, edæcem, vini potatorem, & publicanorum amicum.

Idem.

23. **G**E N E S. 49. *Simeon, & Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea, &c.* *Diuidam eos in Iacob, & disperdam eos in Israël.* A M B R O S. Arbitrantur Iudæi, quod propterea arguat filios Iacob, quia Sichimitas occiderunt obstuprum sororis, ideo & fortasse isti duo vitores præ ceteris, qui Scribarum, & Sacerdotum authores sunt, nulli enim magis quam sapientes, & sacerdotes debent castimoniam vindicare. Sed & in hoc quoque errant Iudæi. Nam sanctus Iacob, hoc factum condemnare non poterat; quia non passi sunt inultam sororem suam loco meretricis esse, maximè cum ipse sic factum probauerit, vt Sichimam in morte, filio suo dilectissimo Ioseph donaret. At nos verius prædici putamus, quod Scribis, & Pontificibus authoribus, & principe Sacerdotum Caipha pariter sciente in Dominum nostrum, commissum Euangelium declarauit. Quia igitur præuidit patriarcha flagitium, perhorrescit consilij contagia. De tribu Simeon Scribæ sunt, de tribu Levi principes Sacerdotum; qui perfecterunt nequitiam in Domini passione. Ipsi enim consilium cogitauerunt aduersus Dominum I E S V M, vt occiderent eum, sicut Iaias dicit, *cap. 3.* [Væ animæ ipsorum, quia cogitauerunt consilium malum aduersum se] dicentes. Affligemus iustum, quia inutilis est nobis. Ipsi occiderunt Prophetas, & Apostolos annuntiantes Domini Saluatoris aduentum, passionis & resurrectionis gloriam prædicantes. Ipsi subneruauerunt taurum illum cornua producentem, & vngulas,

quem vident pauperes, & letantur, quoniam verbum Dei exaltauit cornu populi sui.

Christus in passione taurus seu vitulus.

GRÆC V S. *In furore, inquit, suo interfecerunt homines, & in desiderio suo subneruauerunt taurum.* 24. Taurum enim animal robustum, purum, sacrificijs accommodatissimum, hoc est, Christum Dominum virtutum, qui peccatum non fecit, qui se ipsum Deo hostiam obtulit, quem non occiderunt, quia à morte Christus detineri non potuit, sed tantummodo eum in cruce subneruauerunt; quia sacratissima eius ossa, ac neruos transfoderunt. I B I D. O R I G. Ille est taurus, de quo in Euangelio dicitur ex persona senioris filij dicentis ad patrem, [Ego semper tecum fui, &c. Cum autem venit filius tuus hic, &c. occidisti ei vitulum saginatum.] Iustum ergo taurum, siue vitulum consilio suo Scribæ, & Pharisæi subneruasse dicuntur: *Suffoderunt etiam murum.* E V C H E R. & I S I D O R. Id est, spiritualem illum, & fortissimum murum. Vide *Christus*, numer. 63. & 64. *Diuidam illos in Iacob, &c.* O R I G. Diuisio ista qualis & illa, de qua in Euangelio dicitur, [Cum venerit Dominus scru illius, diuidet eum, partemque illius cum infidelibus ponet.] Vel diuisio, & dispersio dicitur, pro eo, quod nonnulli ex ipsis Domino crediderunt, & alij in infidelitate permanserunt. Diuisi ergo dicuntur hi, qui ab eis separantur, & veniunt ad fidem, dispersi verò iij, quorum patria, templumque subuersum est, & totum per orbem terræ incredulum dispergitur genus.

Passus & mortuus Christus propria voluntate.

GE N E S. 49. *Catulus Leonis Iuda. Ad prædam filij mi ascendisti, requiescens accubisti, vt leo, & quasi leona, quæ suscitabit eum? &c.* A M B R O S. Secundum aliam literam. [Ex germine mihi ascendisti, recumbens dormisti, vt Leo, &c.] Vide *Incaruatio*, num. 23. Habes ergo incarnationem, accipe passionem; Recumbens, inquit, dormisti vt Leo quando iacuit in sepulchro, velut quodam corporis sui somno quietus, sicut ipse ait. [Ego dormini, & somnum cepi, & resurrexi, quoniam Dominus suscepit me.] Vnde sequitur, & *quis suscitabit eum?* Scilicet quem Dominus suscepit. Quis enim est alius, qui resuscitet, nisi ipse se sua patrisque resuscitet potestate? Video, natum autoritate propria, video mortuum propria voluntate, video dormientem potestate propria, qui omnia suo fecit arbitrio; cuius alterius auxilij indigebit, vt resurgat? Ipse igitur resurrectionis suæ author est. A V G V S T. 16. *de Ciuit. cap. 41.* Vnde dicit: [Potestatem habeo iterum sumendi eam.] Et etiam de corpore suo dixit. [Soluite templum hoc, & in triduo reedificabo illud.] Ipsum autem genus mortis, hoc est sublimitas crucis in vno verbo intelligitur, quod ait. [Ascendisti,] quod verò addidit, [recumbens dormisti,] Euangelista exponit, vbi dicit. [Et inclinato capite tradidit spiritum, aut certè sepultura eius agnoscitur, in qua recubuit dormiens, vnde illum nullus hominum, sicut propheta aliquos, vel sicut ipse alios suscitauit; sed sicut à somno ipse resurrexit.]

Passus est Christus secundum humanitatem tantum.

EX O D. 3. *Videbat, quod rubus arderet & non combureretur.* G R E G O R. *hom. 3. super Ezechiel.* Inter homines perfectus homo factus est vnus vnus Dei, qui spinas nostræ nequitie suscepit, & in semetipso ignem tribulationis nostræ suscipere dignatus est, sed arsit, & non arsit. Quia ex humanitate est mortuus, &

E E c 4 tamen

tamen immortalis, ex diuinitate permāsit. Vide etiam *lib. 20. Moral. cap. 5.*

Passio Christi in virga Moysi figurata.

27. **EXOD. 4.** *Proiecit, scilicet virgam in terram, & versa est in colubrum, ita ut fugeret Moyses, &c.* **RVPERT.** Quid virga hæc, nisi illam significat humanitatem Christi, quæ de radice Iesse sumpta est? Tunc enim veraciter in terram proiecta est, atque in colubrum versa, ita ut fugeret Moyses; quando vnigenitus Dei filius per assumptionem humanitatis in hunc mundum venire & mortem subire dignatus est, ita ut in eum credere fugiat carnalis ille Israël. **ISIDORVS.** Imò & discipuli eius omnes, relicto eo fugerunt. Sed cauda apprehensa, facta est virga, quia qui primò occisus est, postea peractis omnibus, ad id, quod fuerat, resurgendo, reuersus est, vbi per vitæ reparacionem, morte consumpta, nihil in eo serpentis apparuit. **RVPERT.** Postquam enim omnia consummata sunt, qui mortuus fuerat, iterum rediit in vitam, & bene per mortem mors Christi præfigurata est. Quia per astutiam colubri mors euenit humano generi, quam in corpore suo Christus veraciter suscepit, sed postea resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. **AMBROS.** super *Psal. 118.* Virgam proiecit in terram, & facta est serpens, & fugit ab ea, apprehendit caudam serpentis, & facta est virga. In quo declarabatur descensurum in terram Dominum **ISVM**, qui cum se exinanisset, poni in crucem & deponi pateretur in tumulum, quasi serpens de virga factus: quia in tumulum proiectus; de quo resurgens in gloriam Dei, diuinæque sedis regale consortium de serpente remearet. Apprehendamus ergo & nos caudam serpentis illius crucifixi, ut potestatem eius regiam possimus agnoscere.

Passus secundum humanitatem.

28. **EXOD. 4.** *Sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam, & quicquid hauseris de flumine, vertetur in sanguinem.* **CYRIL.** Hoc ænigmate mysterium incarnationis declaratur, &c. Vide *Incarnatio. numer. 30.* Sequitur. At postquam in carne habitauit, tunc planè secundum hominem, quem assumpsit, mortuum esse dicitur.

Per passionem Christi viuificati sumus.

29. **EXOD. 5.** *Ut eamus viam trium dierum in solitudine.* **AVGVST.** Ser. 90. de tempore. Non volebat princeps huius mundi exercitum Domini, trium dierum sacramenta cognoscere, illa vtique sacramenta, de quibus propheta dicit, [Viuificauit nos post duos dies, & in die tertio suscitabit nos.] Prima dies, passio Domini Saluatoris est. Secunda qua descendit ad infernum. Tertia autem resurrectionis est dies.

Passionis Christi memoria.

30. **EXOD. 12.** *Videbo sanguinem, & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens.* **RABANVS.** Sanguis Christi, & in signum est credentibus, ne noceat eis exterminator; quia maxima tutela contra hostes est Christianis memoria passionis Christi. **LIPOMANVS.** Sicut ergo quotiescumque Iudæi, domum intrantes aspiciabant sanguinem agni in postibus, meminisse debebant cum gratiarum actione beneficii redemptionis patrum suorum de Ægypto: Sic Christianis recordatio sanguinis Christi effusi pro peccatis nostris recordemur illius. **CYRIL. lib. 1. contra Demetrianum.** Quod ante occiso agno præcessit in imagine, impletur in Christo, secuta postmodum veritate. Nam

sicut percussa Ægypto Iudaicus populus euadere non nisi sanguine, & signo agni potuit, ita & cum vastari cœperit mundus & percuti, quisquis in sanguine, & signo Christi inuentus fuerit, solus euadet. Iuxta illud *Malach. 4.* [Ecce dies Domini venit ardens, sicut cli-banus ignis, eruntque omnes alienigenæ, & omnes iniqui, ut stipula, & succender illos adueniens dies, dicit Dominus.] Alienigena, id est, alieni à diuino genere, & prophani, spiritualiter nō renati, & Dei filij facti. Euadere enim eos solos posse, qui renati, & signo Christi signati fuerint, alio in loco, scilicet, *Zach. 9.* Dominus loquitur, quando ad vastationem mundi Angelos mittens, grauius comminatur, dicens. [Ite, & cedite, & nolite parcere oculis vestris, nolite misereri senioribus, atque iuuenibus, & virgines, & mulieres, & paruulos interficite, ut deleantur, omnem autem, super quem signum scriptum est, ne tetigeritis.] Quod autem sit hoc signum, & qua in corporis parte positum, manifestat alio in loco Dominus dicens. [Transi mediam Ierusalem, & notabis signum, super frontes virorum, qui ingemunt, & moerent propter iniquitates, quæ sunt in medio ipsorum.] Quod quidem signum pertinet ad passionem, & sanguinem Christi. Ille enim saluus, atque incolumis reseruatur, quisquis in hoc signo inuenitur.

Memoria passionis Christi.

31. **EXOD. 15.** *Ostendit ei lignum, &c.* **STEPH.** Si tu inueneris aquas Marach, id est, si penitentia tibi videtur amara, respice lignum crucis, reduc in memoriam beneficium passionis, & sic tibi omnis tribulatio dulcis fiet. Et nota, quod non dicitur, dulcioratæ sunt aquæ, sed in dulcedinem versæ, quod multo maiorem notat dulcedinem. Reduc in memoriam, & narra si quid habes ut iustificeris, quasi dicat: confer opera tua cruci, & vide quàm inæqualis sit ad me recompensatio tua.

A passione Christi, gratia, & sacramenta fluxerunt.

32. **EXOD. 17.** *Percussitque petram, & exiit ex ea aqua, &c.* **ORIG. & AVGVST.** Ostendit Moyses populo petram, quæ est Christus, & adluic eum ad ipsam, ut inde bibat, & reficiat sitim suam; sed hæc petra nisi fuerit percussa, aquas non dabit, percussa vero fontes producit, &c. Vide *Cruz. num. 16.*

Idem.

33. **EXOD. 25.** *Facies & candelabrum ductile de auro purissimo.* Id est malleo, non fusione factum. **GREG. homil. 6. super Ezech.** Quis in candelabro, nisi redemptor humani generis designatur, qui in natura humanitatis infulsit lumen diuinitatis, ut lumen candelabrum fieret, quatenus in eius lumine omnis peccator, in quibus iaceret tenebris, videret: qui pro eo quod naturam nostram sine culpa suscepit candelabrum ex auro purissimo fieri iubetur; ductile autem feriendo producit. Quia & redemptor noster passionum dolores pertulit, & sic ad resurrectionis gloriam peruenit. Nam iuxta virtutes animæ, quibus percussioibus potuisset proficere, omnino non habuit. In membris autem suis (quæ nos sumus) quotidie percussioibus proficit. Quia dum nos tundimur, & efficimur, ut eius corpus esse mereamur, ipse proficit, iuxta illud ad *Coloss. 2.* [Ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & constructum, crescit in augmentum Dei.] Corpus quippe illius nos, omnes sumus, per nexus verò & coniunctiones corpus ligatur. Quia dum capiti pectus, dum pectori brachia, dum brachiis manus, ac membra cætera, membris in-

hærent, corpus omne perficitur. Sicut sancti Apostoli, qui redemptori nostro propinqui steterunt, quasi pectus capiti inhæsit, quos, quia martyres sunt sequuti, quasi coniuncta brachia pectori fuerunt, quibus dum pastores, & doctores subiuuncti sunt per bona opera, manus brachiis inhæserunt. Hoc autem corpus subministratum, & coniunctum crescit in augmentum Dei. Quia redemptor noster, in se quo proficiat non habet, adhuc per membra sua quotidie augmentum habet, vnde rursus scriptum est, [Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi.]

Passionis tempore quare velum scissum est.

34. **EXOD. 26.** *Facies & velum de hyacintho, & purpura, &c.* **CHRYSOST. homil. 2. de cruce, & latrone.** In tempore dominicæ crucis hoc velum preciosissimum de purpura & bysso, & cocco, & auro, & serico, & hyacintho contextum, scissum est, & disruptum. Sicut enim gloria domus est, vbi velum pendet habitante intrinsecus Domino domus: sic ignominia templi est, vnde recessit Spiritus sanctus. Postquam enim impias in Filium Dei intulerunt manus, iniuria Deo facta est, qui habitabat in templo, & ided recedente Domino, deserta remansit domus, sicut ipse dixit. [Ecce relinquetur domus vestra deserta, egresso rege gloriæ disrupta sunt symbola regni.]

Passio Christi in sacrificio agni vespertini figurata.

35. **EXOD. 29.** *Agnos amiculos duos per singulos dies iunguer, vnum agnum manò, alterum vespere, &c.* **CYPRIAN. lib. 2. epist. 3. ad Cecilium fratrem.** Vespertinus agnus **IESVM** significat in cruce orientem. Christum enim offerri oportebat circa vespeream diem, ut ipsa hora sacrificij, ostenderet occasum, & vespeream mundi, sicuti & scriptum est de agno paschali, [Et occidit illum omne vulgus filiorum Israël ad vespeream.] Et iterum in *Psal. dicit Christus.* [Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.] **LIPOMAN.** Martinus autem agnus, eundem nobis Christum de morte resurgentem adumbrat, de quo in *Pal. dicitur.* [Ad vespeream demorabitur stertens, & ad matutinum latitabit.] Et alibi. [In matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.] Et aliqui *Psalmi* intitulantur, *Pro cerna matutina*, hoc est, pro Domino resurgente: nam mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit.

Passionis Christi memoria.

36. **IOSVE 8.** *Lena clypeum qui in manu tua est, &c.* **IGLOS. MOR.** Clypeus iste est memoria passionis dominicæ; iuxta illud *Thren. 3.* [Dabis eis Domine scutum cordis laborem tuum.] Et *1. Petri 4.* [Christo in carne passio, vobis eadem cogitatione armamini.] Si verò clypeus iste constanter teneatur in manu bonæ operationis, debellabitur insulcus catnis, vel fomitis. Vnde Iosue non contraxit manum, &c.

Passio Christi imitanda proponitur.

37. **IVDIC. 14.** *Proponam vobis problema, &c.* **STEPH.** Christus nobis quotidie proponit imaginem crucifixi, & si non solimus ei hoc problema, ut tollamus crucem nostram, sequendo ipsum, dabimus ei triginta syndones, & totidem tunicas: Quia perfoluemus penam in corpore, & in anima, si autem soluerimus, & hoc intra septem dies conuiuij, id est, in præsentii tempore, quod per septenarij significatur, dabit nobis Deus stolas corporis, & animæ. **GREGOR. super illud Genes. 24. Isaac egressus fuerat ad medicandum in agro inclinata iam die. Et Christus in agrum mundi**

huius exiisse, & visibilis apparere dignatus est, sicut scriptum est, [Egressus es in salutem populi tui, ut saluos facias Christos tuos.] Solent exercendi iuvenes in armorum vsu meditari: Isaac ergo ad medicandum in agro exiit: quia redemptor noster se sequentibus formam humilitatis præbens per exercitium passionis suæ, longanimitatis in se, & patientiæ exempla monstrauit. Meditatio armorum, est frequentatio passionum. Passiones verò arma dicimus, quia per ipsas ab aduersario occulto liberamur. Isaac etiam ad medicandum in agro inclinata iam die exiit. Quia Christus passionum exercitia, iuxta finem mundi suscipit, sicut per *Psalmistam* de crucifixionis suæ passione dicit. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Passionis memoria.

38. **RVTH 2.** *Tinge buccellam in aceto.* **STEPH.** Id est, in memoria passionis, & omnia dulcia erunt tibi. Per buccellam, bona opera designantur. Diminutiuum verò notat, quod non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam. Item quod momentaneum, & leue tribulationis nostræ, &c. Item in paucis vexati, in multis bene disponitur. Aceto apes, & vespere reuiuiscunt, teste **BASILIO**, & memoria passionis Christi, animæ reuiuiscunt. *Verba Basilij sunt hæc super cap. 1. Genes.* Cum apes, & vespas conspexeris, veniat tibi in mentem eas prædicas respiratione non esse, pulmonèque carere, sed totis suis corporibus aura vesci. Quapropter si oliuo fuerint maddactæ, oculis meatibus percunt: sin aceto protinus asperferis eas, reclusis foraminibus reuiuiscunt. *Et super illud Ruth 3.* Nota locum in quo dormiet, ait **GLOS. MORAL.** Locum in quo Christus dormiuit, crux est. Locum autem istum notare, est, Christi passionem deuotè considerare. Et sequitur. *Et discooperies pallium, quo operitur à parte pedum*, id est, dolores humanitatis, & pronicies te, & ibi iacbis, scilicet per continuationem affectuose compassionis.

Idem.

39. **TOBIÆ 4.** *Ut moueret filium ad honorandam matrem suam, assignat rationem. Memor enim esse debes quæ, & quanta pericula passus sit propter te in vtero.* Et tu recordare quæ, & quanta pericula, imo tormenta passus est Christus propter te, in passione sua, ut eum diligas, & honores. Sequitur. *In omnibus diebus vite tue in memo habeto Deum.* **INTERL.** Non dicit noctibus, quia tota vita iustorum, dies est. *Et cap. 6.* Fel valet ad vngendos oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur. [Recordare fellis, & absynthij, &c.] Admirabile remedium, ut sanentur infirmitates spirituales, est memoria fellis, id est, passionis amara Christi. Quam omnes habere debent, non tantum religiosi, & Deo dicatæ animæ, verum etiam in matrimonio constituti. Omnes enim meminisse, & lugere debemus verum nostrum Iosiam regem, de quo dicitur *3. Esdra cap. 1.* *Et qui præsidebam cum vxoribus, iumentabamur enim, & que in hodiernum diem, & datum est hoc fieri semper in omne genus Israël.*

Passio Christi consideranda.

40. **OSEÆ 6.** *Viuificabit nos post duos dies, & die tertia suscitabit nos.* **P. D. O. C. R. I. B.** Mylicæ. Per meditationem crucis, & passionis mirum in modum homines viuificantur, sicut per meditationem resurrectionis excitantur in spem resurgendi, & ut iam Deo viuant, & non seculo. In passione Christi, omnes virtutes cernuntur expressæ, & ided in eius meditatione vitia nostra agnoscimus, teporem damnamus, ad pulcherrima opera mirabiliter inflamamur. Quare si volu

si volumus sacrificare Deo nostro cor contritum, & humiliatum, & sacrificium iustitiæ, sperareque in Domino, hos tres dies noctu, dièque meditetur; viam trium dierum pergamus in solitudinem, recedamus à turba, ne forte accidat nobis pestis, aut gladius: nam qui passionis Domini nostri obliuiscuntur, & horum trium dierum, sæpe peste libidinum, & vitiorum, gladiòque crudelissimorum hostium, id est, tentationibus absumuntur. Vide *suprà*, num. 29. ex AVGVST. ORIG. *hom. 5. in Exod.* Non permittebat Pharaò ad locum signorum venire filios Israël; non permittebat eos in tantum proficere, vt possent tertij diei mysterijs perfrui. Tertia die venerunt filij Israël in Etham, id est, *signa eis*. Ibi enim traduntur signa, ibi primùm dicitur, [Dominus autem præcedebat eos ad ostendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore.]

Christus in cruce brachia extendit ad alliciendum nos.

41. OSÆ 10. *Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis.* STEPH. Sicut nutritrix frangit linguam suam, vt contemperet se puero balbutienti: sic Christus condescendit nostræ infirmitati, vt contemperet se nobis. Præterea paruula re allicit paruulum ad se amplexandum: sic Christus paruula re, scilicet temporalibus, allicit nos ad suum amorem, & hoc est, *Ego quasi nutritius Ephraim. Sc. in brachijs meis*, in cruce distentis. Ibi enim extendit Dominus brachia sua ad amplectendum nos, & porrandum. Et sicut nutritrix ad alliciendum paruulum, plenè extendit brachia, & quantum potest, cum tamen paruula extensione possit eum colligere, & amplecti. Sic & Christus fecit. [In funiculis Adam traham eos, &c.]

Christi passio in Iona figurata.

42. IONÆ 1. *Tollite me, & mittite in mare, &c.* P. DOC. IRIB. Iona figura Domini est in eo, quòd pro salute eorum, qui erant in navi, voluntate sua in mare missus est: ita Christus pro salute eorum ipsorum, à quibus occisus est; qui quasi naues quædam in mari huius sæculi iactabantur fluctibus, voluit mori, & crucifigi. *Ecce stetit mare à feruore suo.* Id est: Ita Dei desit lenire in genus humanum. HIERON. Si consideremus ante passionem Christi errores mundi, & diuersorum dogmatum status contrarios, & nauiculam, totùmque humanum genus; id est, creaturam Domini periclitantem, & post passionem eius tranquillitatem fidei, & orbis pacem; & secura omnia, & conuersionem ad Deum, videbimus, quomodo post præcipationem Ionæ, steterit mare à feruore suo. Quòd vt videre cœperunt Iudæi, *timuerunt timore magno Dominum*, & dixerunt. Quid faciemus viri fratres? & baptizati sunt, & immolauerunt Deo hostias cordis contriti, & humiliati, & vota vouerunt in posterum se legi, & eius ritibus renunciaturos.

Idem.

43. IONÆ 2. *Pelagus operuit caput meum.* IDEM. P. IRIB. Quæ de Iona dicuntur, vel cum caderet, & à pisce deutoraretur, vel cum intra pisces adhuc dolore astuaret suæ salutis ignarus in seruatore, ad illud pertinere tempus, quo in cruce pendebat; non quidem suæ resurrectionis ignarus, sed maximis tamen doloribus oppressus. Ita HIERON. Sequitur. *Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transferant.* HIERON. Vniuersæ persecutiones & turbines, quibus genus vexabatur humanum, & cunctæ nauiculæ frangeban-

tur, super meum detonuere caput: Ego sustinui tempestates, & fregi turbines lauentes, vt ceteri temerius nauigent, &c. Pro *pelagus*, in Hebræo est nomen significans algam, seu caricem, seu iuncum. Ait ergo, *Pelagus operuit caput meum*: Iuncus operuit caput meum; quod ad iunceam coronam Christi referri potest. RABBI DAVID, dicit iuncos obuolutos fuisse capiti ceti, & ideo obuolutos dicit capiti Ionæ qui erat in ceto, sed dura admodum videtur expositio.

Christi passio allicit nos, & ad se trahit.

- IOAN. 12. *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* GILBERT. Omnia quæ in te sunt IESV bone, quandam habent alliciendi efficaciam, & cogitantes sollicitant in affectum; sed ad omnia non possumus omnes attingere; sublimia solis sublimibus sunt, humilia omnibus. Quæ maior humilitas quàm exaltari in cruce? & de hoc, ait, [Cum exaltatus fuero à terra, &c.] Efficax ad trahendum humilitas ista. Quid mirum? Quis non ad simplicem cogitatum huius rei stupore, & ecclasi repleatur? Cuius non affectum fides hæc exhauriat, & infatuet, & reddat insufficientem? Facilis est ad contemplantum locus, sed fecundus ad gratiam.

Passio Christi fiduciam in nobis generat.

- AD HEBRÆOS 5. *Didicit ex his quæ passus est obedientiam.* BERNARD. Benedictus Deus, benedictus Dei filius, in forma Dei impassibilis, priusquam exinanivisset se formam serui accipiens, sicut miseriam vel subiectionem expertus non erat, sic misericordiam, vel obedientiam experimento non nouerat. Sciebat quidem per naturam non per experientiam. At vbi minoratus est, non solum à se ipso, sed etiam paulò minus ab Angelis, vsque ad illam formam, in qua pari, & subiecti posset, in passione, expertus est misericordiam, & in subiectione obedientiam. Per quam tamen obedientiam, non illi scientia, sed nobis fiducia creuit: dum ex misero genere cognitionis, is, à quo longè erraueramus, factus est propior nobis. Quando enim illi appropinquare auderemus, in sua impassibilitate manenti? Nunc autem Apostolo suadete monemur cum fiducia adire thronum gratiæ ipsius, quæ in eo quod passus est ipse, nobis compati posse non dubitamus. Dicit enim non habemus potestatem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Non ergo debet absurdum videri, si dicitur Christus, non quidem aliquid scire cœpisse, quod aliquando nesciuerit; scire tamen alio modo: vt scire misericordiam ab æterno per diuinitatem, didicisse per carnem. Pati voluit Christus, vt compati sciret, miser voluit fieri, vt misereri disceret, non quia ante misereri nesciret, cuius misericordia ab æterno. Sed quòd natura sciebat ab æterno, temporali disceret experimento. Vel aliter potest intelligi. Vt hoc quod dictum est, didicit; non ad ipsum caput referatur in eius persona, sed ad corpus eius, quod est Ecclesia, & sit sensus. [Didicit ex iis quæ passus est obedientiam.] Hoc est, obedientiam didicit in corpore, ex iis quæ passus est in capite. Nam illa mors, illa crux, opprobria, spura, flagella, quæ omnia caput nostrum Christus, pertransiit, quid aliud corpori eius, id est, nobis quàm præclara obedientiæ documenta fuerint? Denique [Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ait Apostolus Petrus, vt sequamini vestigia eius.] Ex iis ergo quæ passus est didicimus quanta nos, qui puri homines sumus, oporteat pro obedientia perpeti, pro qua is, qui & Deus erat, non dubitauerit mori.

Omnia

Omnia Christus passus est, vt nos ab omnibus liberaret.

46. MARCI 14. *Capit panere, & tedere.* AMBROS. Lib. 10. in Luc. cap. 22. Minus contulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum. Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit, quod doleret: & sequestrata delectatione diuinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis afficitur. Suscepit enim tristitiam meam vt mihi suam læticiam largiretur, & vestigijs nostris descendit vsque ad mortis arumnam, vt nos suis vestigijs reuocaret ad vitam. CYPRIAN. *Serm. de Passione.* Quis non timeat, si timer ille quem omnia timent? Si pauer ille, cui omne genus curuatur? Si ille qui mors est mortis, & morsus inferni, morte propinquante pertimescit? CYRILLVS Lib. 9. *in Ioh. cap. 3.* Omnia ille perpeffus est, vt nos ab omnibus liberaret. Sicut igitur, nisi mortuus esset, mors non extingueretur, ita nisi timuisset, nos non essemus à morte liberati, nisi doluisset, non cessassent dolores nostri. CYRILLVS Lib. 4. in Ioh. cap. 1. Hinc maxime immensam diuinæ naturæ bonitatem inspiciamus, quòd etiam id propter salutem nostram non recusaerit, quod per se erat abiiciendum. P. MAGIST. S. ALMER. Quemadmodum, dum vixit, suspendit animæ gloriam in corpus redundantem, vt posset pro nobis pati, & mori: ita ad tempus per aliquot horas cœpit tritari & suspendere gloriam, & delectationem animæ, quæ ex visione Dei resalutabat, vt posset pro nobis supremo modo & timoris, & tristitiæ sensum habere: quod ingens eius erga nos charitatis argumentum fuit.

Cui faciem Christi in passione velauerunt ministri.

47. LVC. 22. *Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius, &c.* CHRYSOST. *Homil. 86. in Matth.* Iam gratiosa & benigna Domini facies erat, vt hostes quamuis erudeles essent, & eum odio prosequerentur, non possent tamen eam cernentes in eum læuire, sed emolliiti commiserantur. Ideo consilium eorum fuit faciem eius velare, quo atrocius eum cæderent, colaphos & alapas impingerent, barbaram vellerent, puluerem in faciem eius iactarent, & execrerentur in eum. Aliqui ex *revelatione sanctæ Brigittæ, lib. 4. cap. 70.* tradunt, nullum quamuis magna tristitia affectum in eum oculos intendisse, qui non peculiarem consolationem ex præsentia eius acciperet. Vnde & dolentes dicere consueuerunt. Eamus, & filium Mariæ videamus, vt saltem tantopere releuemur.

Omnia passus est Christus, vt nos ab omnibus liberaret.

48. IBID. ORIGEN. *super Matthæum.* Hæc omnia passus est Christus, vt nos, qui digni fuimus omnes has infamias pati, erueret, ipse pro nobis patiens eas. Sicut enim non est mortuus pro nobis, vt non moriamur. Ita alapis cæsus est pro nobis, & spretus est, vt ne nos qui digni fuimus omnibus his propter nostra peccata patiamur ea, sed vt pro iustitia patientes ea gratanter excipiamus.

Ministri passionis à diabolo possessi.

49. MATTH. 27. *Congregauerunt ad eum vniuersam cohortem.* CHRYSOST. *Homil. 88. in Matth.* Quasi omnes ex composito conuenissent, ita signo dato ad choream omnes diabolus conitabat, &c. Diabolus igitur erat, qui vniuersos tunc illos occupauit. Voluptatem æternam ex contumelijs propter

immanitatem suam capiebant. Cum enim oportuisset compri potius, atque illachrymari, non solum hoc non faciebant, verum etiam è contrario, sicut & plebs ipsa, & vituperabant, & exultabant; Iudæis forsitan gratificantes, aut suis videntes moribus.

Spinea Christi corona amplectenda.

IOAN. 19. *Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam.* 50. CLEMENS ALEXAND. *Lib. 2. Pedagogia cap. 8.* A ratione alienum est vt qui audierimus Dominum spinis fuisse coronatum, ipsi venerabili Domini passioni per ludum insultantes habeamus capita redimita floribus. *Hæc ille.* Meminisse oportet facti generosi, cuiusdam militis Christiani, qui noluit coronam castrensem capiti suo imponere, sicut reliqui; sed manu gestabat. Rogatus autem cur nõ capiti coronam imponeret, respondit se religione prohiberi, quod Christus spinis coronatus delusus fuerit. Et ob hoc Tertullianus scripsit librum de corona militis, cuius factum toto illo libro defendit.

Ecce homo.

IBID. *Ecce homo.* AVGVST. *Tractat. 116. in Ioh.* 51. Ecce homo non clarus imperio, sed plenus opprobrio, si regi inuidetis, iam parcite, quia deiectionem videris, flagellatus est, spinis coronatus est, ludibrio sa veste amictus est, amaris conuicijs illusus est, alapis cæsus est, feruet ignominia, frigescat inuidia, sed non frigescit, inardescit potius, & increfcit.

Christus & tacens, & respondens docet.

IBID. *Iesus autem responsum non dedit ei.* AVGVST. 52. *Tract. 116. in Ioh.* Iesus vbicumque non respondit, non sicut reus, siue dolosus, sed sicut agnus, hoc est sicut simplex, atque innocens non aperuit os suum. Proinde vbi non respondebat, sicut ovis ilebat; vbi respondebat, sicut pastor docebat.

Ministros passionis Christus honorauit.

MATTH. 27. *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* CHRYSOST. *Hom. 87. in Matthæum.* Clementissimus Iesus quamuis ipsi maxime, & aduersus se, & aduersus filios insanirent, non tamen ex sententia ipsorum ipsos cõdemnauit, sed tam ex ipsis, quàm ex filiis eos suscepit, qui penitentiam egerunt, milleque bonis honorauit. Nam & Paulus ex ipsis erat, & multa illorum millia, qui in se in Ierusalem crediderunt. Considera enim (Iacobus ait *Alborum 21.*) frater quàm multa millia Iudæorum credentium sunt, qui omnes ex illis fuerunt. Si autem aliqui renixi sunt, sibi ipsis imputent.

Christus quare mortem crucis elegit.

QVARE Christus genus passionis, & mortis in cruce elegit, cum esset vilissimum, ac contemptissimum? Respondet AVGVST. *Tract. 119. in Ioh.* Lignum illud vbi erant fixa membra morietis, etiam Cathedra fuit magistri docentis. *Sc. lib. 83. quæstionum quæst. 25.* Sapientia Dei hominem ad exemplum quo rectè viuere susceperit. Pertinet autem ad rectam vitam ea quæ non sunt metuenda non metuere. Sunt autem homines qui, quamuis mortem ipsam non timeant, mortis tamen genus horrescunt. Vt ergo nullum genus mortis rectè viuenti homini metuendum esset, illius hominis cruce ostendendum fuit. Nihil enim erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilius & formidabilius. Hæc AVGVST. *ciatus à diuo Thom. 3. part. quæst. 46. art. 2.*

Passione,

Passione, & morte Christi omnia consummata sunt.

55. **I**OAN. 19. *Consummatum est.* TAVLERVS in *exercitiis de vita Christi.* Consummatum, inquit, est, quidquid æterna sapientia constituerat, quidquid iustitia rigida pro singulis quibusque exigebat, quidquid charitas amantis poscebat, quidquid erat promissum patribus, quidquid mysteria, figuræ, cæremoniæ, & scripturæ præsignarant; quidquid ad nostram redemptionem erat accommodatum, & necessarium, quidquid in nostris abolendis debitis erat conducibile, quæcumque ad nostras explendas, refarciendasque negligentias conferebant, quidquid gloriosum, atque amabile esse poterat ab sublimem demonstrandum amorem, quæcumque pro nostra spiritali institutione, ac informatione desiderare potuissimus, quidquid demum honestum, atque congruum erat, glorioso miraculæ redemptionis nostræ triumpho celebrando, atque victoriæ, cuncta hæc isto sunt determinata verbo, *Consummatum est.*

Oblatio spiritus Christi præstantior quam corporis.

56. **L**Vc. 23. *In manus tuas Domine commendo spiritum meum.* P. MAGIST. SALMER. Hunc spiritum, tanquam supereminens quoddam donum pro omnibus beneficiis in nos collatis patri obtulit Christus. Pretiosum quidem munus fuit immolatio corporis, & effusio sanguinis sui; verum hæc spontanea oblatio spiritus longè est excellentior, & præstantior. Ait enim propheta. [Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.]

Christus voluntariè moritur.

57. **M**ATT. 27. *Emisit spiritum.* Ioannes vero ait. *Tradidit spiritum.* AMBROS. *Lib. 10. in Luc. cap. 24.* Emisit, & bene tradidit, qui non iniurius amisit. Quod enim emittitur, voluntarium est, quod amittitur, necessarium. AVGVST. *Tract. 120. in Ioan.* Quis ita dormit, quando voluerit, sicut Iesus mortuus est, quando voluit? Quis ita vestem ponit quando voluerit, sicut se carne exiit, quando voluit? Quis ita comit voluerit, abit, quomodo cum voluit obiit? Quanta speranda vel timenda potestas est iudicantis, si apparuit tanta morientis?

In passione Christi omnes doluerunt.

58. **P.** MAGIST. SALM. *Ex reuelationibus sanctæ Brigide lib. 6. cap. 11.* Quidam producant illi sanctæ fuisse reuelatum, in hora mortis Christi, omnium hominum corda subito inuasisse dolorem, atque illum quidem vehementem, etiam si doloris causam ignorarent; quod ex eo probabile redditur; quia cum Christus sit caput omnium hominum, iustum erat ac congruum, ut capiti mortenti, reliquamembra condolecerent, atque extabescerent. Verba reuelationis beatæ Mariæ ad Sanct. Brigitam hæc sunt. Omnes gentiles turbabantur ubicumque crant. Quia in corda eorum venit quasi quadam punctura doloris, licet nescirent unde esset. Tribulabatur etiam cor crucifigentium eum in illa hora, sed non ad gloriam eorum.

De dolore B. Virginis Mariæ in passione.

59. **D**E dolore beatissimæ Virginis Mariæ, eadem in eadem reuelatione dicit. Ego autem, quæ tunc eidem filio meo astabam Virgo, & mater eius qualem

dolorem tunc patiebar nullus potest considerare. ALBERTVS MAGN. *Lib. super Missus est.* Non permittit Christus, ut virgo mater eius cum dolore vitam finiret in morte sua; quia nouerat, quod sicut iuxta crucem serò dolores soluerat, quibus in partuante caruerat; ita cito præuentione quadam ibi exsoluit dolores, quos naturali ratione suo in transitu persolutura erat, & tristitiam quidem habuit idoneam quæ mortem efficeret, nisi Deus miraculo illam sustentasset.

De dolore Angelorum.

60. **D**E dolore Angelorum ultra quod BERNARD. & AVGVST. *Serm. de lamen. Virginis;* dicunt amarè fleuisse; *Eadem beata Virgo in citato loco reuelationis sic ait,* Congregati angeli etiam quasi turbati videbantur, cum viderent Deum in humanitate pati in terra. Sed quomodo turbare possunt angeli qui immortales sunt? Vtique sicut iustus, qui videt amicum suum pati aliqua, de quibus consequeretur maximam gloriam, & gauderet quidem de gloria eius adipiscenda, sed tamen propter passionem suam quasi quodammodo contristaretur. Sic Angeli quasi contristabantur de pœna eius, cum tamen impassibiles sint, sed gaudebant de gloria eius futura, & de vtilitate ex passione eius electis ventura.

De dolore ceterarum creaturarum.

61. **D**E dolore ceterarum creaturarum addit B. Virgo *in eadem reuelatione.* Omnia quoque elementa turbabantur, & sol, & luna dimiserunt splendorem suum, terra tremuit, lapides scindebantur, sepulchra aperiebantur in hora mortis filij mei: adhuc etiam immundi spiritus turbabantur in illa hora, & quasi in vnum congregati turbabantur. Illi autem qui erant in sinu Abrahæ multum turbabantur, in tantum quod maluissent in æternum esse in inferno quam talem pœnam videre esse in Domino suo. *Hæc illa.* Nec mireris (ait pater Salmeron) quod ait de spiritibus immundis. Quia etiam EVSEBIVS CÆSARIEN. *Lib. 5. de Preparatione Euang. c. 9.* producit testimoniū ex Plutarch. *in lib. de oraculis deficientibus,* magnos vultus, atque clamores auditos fuisse à quibusdam nauigantibus Romam versus, tempore Tiberij dicentes, *Pan, Deus magnus mortuus est.* Nam ubi Christus spiritum emisit, Sathan caput dæmonum deuolauit, atque alligauit in inferno. Unde spiritus immundi, fleatibus, & clamoribus in corporibus assumptis, suam testificabantur ruinam.

De dolore beatæ Mariæ Virginis.

62. **E**ADEM B. BRIGITT. *Lib. 1. Reuelation. cap. 35.* Eadem beata Virgine audisse testatur cum nasceretur ex me filius meus, sensi ego quod quasi dimidium cor meum nasceretur, & exiret ex me, & cum ipse patererur, sensi, quod quasi cor meum patiebarur. Sicut enim illud quod dimidium est extra, & dimidium intra, & si illud pungitur, quod est extra, æquè sentit dolorem, quod intus est: Sic ego cum flagellaretur & pungeretur filius meus, quasi cor meum flagellabatur.

Christus nudatur, ut nos induamur.

63. **B**ERNARDVS. Heu, homo incidit in latrones & ante omnia legitur despoliatus. An non despoliatus, qui Domino veniente nudum se esse conqueritur? Timui, inquit, eo quod nudus essem. Nec verò poterat reuestiri nisi sua Christus amitteret vestimenta. Sicut enim iustificari in anima, nisi interueniente corporali morte non potuit, ita nec reuestiri, sine eius expoliatione.

Passionis

Passionis Christi meditatio, remedium peccatorum.

64. **I**SAIÆ 2. *Inyedere in petram, & abscondere in fossa humo à facie tumoris Domini & à gloria maiestatis eius.* BERNARD. Infirmæ adhuc, & inertis animæ, quæ iuxta quod in Euangelio quidam de semetipso confitentur, fodere non valent, & mendicare erubescit; fossa ostenditur humus, ubi lateat, donec conualescat, & proficiat, ut possit ipsa per se sibi cauere foramina in petra, per quæ intret ad interiora verbi, animi vique vigore, & puritate, & si intellexerimus fossam humum illam quæ ait: [Foderunt manus meas, & pedes meos,] non erit ambigendum de sanitate citius adipiscenda animæ vulneratæ quæ in ea demorabatur. Quid enim tam efficax ad curanda conscientie vulnera, nec non ad purgandam mentis aciem, quam Christi vulnere sedula meditatio?

Idem.

65. **L**EVIT. 7. *Sanguis eius per gyrum altaris fundetur.* LBRVNO. Fundamus charissimi huius hostiæ sanguinem per gyrum altaris, ut semper corda nostra in Christi sanguine nantent & nunquam eius passionis obliuiscamur. Vide etiam num. 67.

Diuinitas non est passa.

66. **D**AMASCENVS *lib. 3. de Fide, cap. 26.* Quemadmodum, si quis ignito ferro superinfundat aquam, quod quidem natum est pati ab aqua, ignis (dico) extinguitur, incolume verò manet ferrum; non enim natum est ab aqua corrumpi: multo magis carne passa, sola impassibilis diuinitas passionem non admittit, inseparabilis ab ipsa permanens.

Mors Christi apud Patrem misericorditer interpellat.

67. **L**EVIT. 4. *Cumque inuixerit sacerdos digitum suum in sanguine, asperget eum septies coram Domino contra velum sanctuarij.* BRVNO. Sacerdos iste Iesus est qui per proprium sanguinem introiit semel in sancta; ibique eum spargere non cessat, mortem suam Patri offerendo, pro nobis interpellando, atque hominum omnium genus, sui sanguinis asperzione sanando. Sed quare septies? Quia septem sunt dies. Quod enim septies sit, omni tempore sit. Septies ergo spargitur sanguis vituli, quia vsque ad sæculi consummationem spargitur sanguis Christi. Hoc autem contra velum sanctuarij, id est, contra Dei ipsius oculos, maiestatem atque presentiam.

Passio Christi pacem nobis peperit.

68. **I**SAIÆ 53. *Disciplina pacis nostræ super eum.* GILBERTVS. Disciplinam debitæ nobis pœnæ Christus sustinuit, ut nobis iustitiæ pacem refunderet. Ipse punitus, tu repropitiatus. & tu punitus, sed pœna tua pacem tibi parturire non potuit. Hostia immunda contaminatos mundare non poterat, non modo alios, sed nec seipsam quidem. & pœna igitur erat, & pax non erat. O misera, & grauis disciplina super filios Adam, cõterens, sed non protegens, puniens, & non purgans, consumens, & non concilians. Consumit, sed carnis substantiam, non culpam. Quid illi, & paci? Quando pacem conferet, cui est eum peccato commercio? Quando conferet gratiam, qui non auferit culpam? Iustitia enim & pax osculate sunt. Disciplina ergo pacis nostræ super eum qui nobis attulit fructus pacatos iustitiæ.

Passio, & crux Christi quare celebrantur.

69. **E**VSEBIVS EMISSENVS *hom. 2. de symbolo.* Dominus noster Iesus Christus non solum diuinitatem, sed etiam crucem, & passionem suam, potest fu-

turis voluit sæculis celebrari, ut à peccatis propter quæ moriebatur, non solum nos Dei mandata reuocarent, sed illata pro nobis supplicia, & vulnera deterrerent.

In passione, virtus Christi declaratur.

70. **M**ATT. 13. *Simile est regnum cælorum grano sinapis.* PETRVS CHRYSOST. *Serm. 98.* Christus est regnum cælorum, qui velut granum sinapis in hortum virginici corporis missus, orbe toto crucis in arborem creuit, ac tantum dedit fructus sui saporem cum teritur passione, ut quidquid est vitale, suo saporet, & condiret attractu. Nam sicut in integritate grani sinapis virtus habetur occulta, apparet verò virtus eius vehementissimè, si teratur. Ita Christus corpore teri voluit, qui suam noluit latere virtutem.

Passio Christi opponitur peccato Adæ serè in omnibus.

71. **G**ENES. 2. *Hoc nunc os ex ossibus meis, &c.* PROCOPIVS GAZEVVS *in Genes. cap. 2.* Cum ex latere hæc peccati occasio processerit (mulier enim ex latere formata est) Saluator vulnus inflicto sanare instituens, lateri opposuit latus: nam è cruce pendens, lancea latus haustum est, ex quo fluxit vita, quæ inde deriuata est in omnes homines, quemadmodum ex latere mulieris mors peruaserat totum mortale genus. Sicuti Adamus fuit sopore oppressus cum costa è latere ipsius extraheretur: sic Christus somno, id est, morte fuit obrutus, cum ipsius latus aperiretur lancea. Ut Adamus flammante, & versatili gladio paradiso eiectus est; & quod vertitur, tamdiu vertitur, donec inueniat aliquid resistens: sic Christus proprium latus, seu firmamentum aliquod hastæ obtulit, paradysum aperiens, qui propter latus, nempe mulierem fuerat obstructus. Necessè enim erat ut omnia quæ tendebant in perniciem hominis, Christus in cruce dissolueret, & dilneret. Sensili itaque gladio flammante compescuit, cum nemo versatili fuisset ausus se opponere.

Mors Christi in cruce, illum illustriorem effecit.

72. **I**SAIÆ 11. *Et erit sepulchrum eius gloriosum.* CHRYSOST. *contra gentiles quod Christus est Deus.* Alia litera. [Et erit requies eius honor.] Licet diuerso modo in rebus humanis contingere solet. Nam cum hi qui hinc in magna gloria, rebusque florentibus agunt moriuntur, pereunt cum eis, simul alia omnia, id quod non solum in diuite, sed in principe, atque adeo id & in regibus ipsis quis videt. Nam leges eorum irritantur, statua obscurantur, memoria extinguitur, nomen eorum in obliuionem venit, à cognatis despiciuntur, &c. Simul conciderunt hæc omnia, quamuis gloriosa prius fuerint. At secus in cruce euenit. Ante crucem in luctu res erant, ludas prodidit, Petrus negauit, reliqui profugerunt. Iesus solus inter inimicos comprehensus est. Multi qui crediderant, retrorsum abierunt. Ceterum ubi occisus est, & mortuus, ut discas, quod non sit purus homo, non solum res eius non interciderunt, sed multo clariores, illustrioresque & sublimiores sunt redditæ. IDEM *hom. 4. in 1. Corinth.* Quemadmodum in tribus personis longè admirabilius fuit, quod ingressi in caminum ignis per eum deambularent, quam si nusquam in eum ingressi essent. & in Iona, quod in cete deciderit, & ab eo nihil mali perpeffus sit, multo magis fuit quam si absorptus nusquam fuisset: sic & in Christo maiorem attulit admirationem, quod mortuus mortem solueret, quam si mortuus non fuisset.

FFF *Sapientia*

Sapientia Christi in crucis morte lucet.

73. **C**HRYSOSt. *hom. 35. ep. imperf.* Si rex terrenus videret, quod civitatem illius occupatam teneat hostis, quid facere potest? Nihil, nisi ut ponat arietes, circumducatur exercitum, destruat mœnia, quæ fortè ipse ædificavit, ut tantummodo hostem expellat. Sed videamus sapientiam nostri regis. Postquam vidit castra sua occupari hoste alieno, sic hostem expulit, ut castra sua non læderet.

Figura serpentis aenei, Christo in cruce morienti adaptatur.

74. **I**OAN. 3. *Sicut Moyses exalavit serpentem in deserto, &c. CHRYSOST. hom. 26. in Ioan.* Vide ut figura veritati consentiat: Illic mortem fugerunt Iudæi, sed temporalem; hic sempiternam fideles: Illic ictus serpentum suspensus serpens sanavit, hic incorporei serpentis plagas Iesus cruci affixus curavit. Illic corporeis oculis suscipientes corporis salutem, hic incorporeis peccatorum remissionem consequuti sunt. Illic æs suspensus erat in serpentis effigiem, hic dominicum corpus à spiritu fortunatum. Serpens illic mordebat, & serpens sanabat, hic mors perdidit, & mors saluum fecit. Ad hæc qui interimebat serpens veneno sauebat, qui liberabat nullo. Itaque perdidit mors: peccatum tanquam serpentis venenum habuit; Domini mors, id omne ut aeneus serpens venenum abstulit.

Gloriandum nobis est in morte Christi.

75. **C**ALAT. 6. *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. CHRYSOST. super hunc locum.* Quid huic possit æquiparari? Etenim, si serui, dum tantum laudantur ab heris, hisque eiusdem naturæ vehementer sibi placent, an non gloriandum est cum ille Dominus, qui est verus Deus, non erubescit pro nobis crucem subire? Proinde ne nos quidem illius erga nos sollicitudinis ineffabilis pudeat. Num non puduit tua causa crucifigi, & te pudet eius inenarrabilem profiteri dispensationem? Perinde facis ac si quis vinculis constrictus ante non erubescens de rege, postquam is aditans sibi in carcere, vincula suis manibus detraxisset, ob hoc illius pudefecerit. Ob hoc ipsum enim maximè gloriandum.

Mors Christi semel oblata, quare toties repetitur.

76. **H**EBR. 10. *His hostiis quas offerunt indolentem, nunquam potest accedere perfectos facere. CHRYSOST. hom. 17. ad Hebræos.* Hic vna hostia est, illic multa. Propterea enim nec fortes erant, quia multa, & semper offerebantur, ostendit, quod nunquam qui offerebant purgabantur. Sicut medicamentum, quando fuerit forte, & salutis efficax, & valens cunctam valetudinem repellere, semel impositum, totum perficit. Si ergo semel impositum totum perficit, ostendit suam virtutem, ut non ulterius apponatur; & hoc est eius opus, ut iam non apponatur; si verò semper apponitur, manifestum indicium est, nihil illud præualisse. Medicamenti enim illa virtus est, ut semel imponatur, & non frequenter. Sic etiam hic. Qua tandem ratione eisdem sacrificiis semper curabantur? Si enim ab omnibus fuissent liberati peccatis, nequaquam per singulos dies obtulissent sacrificia. Quoniam autem prima hostia nihil valebat, offerebatur secunda, quia etiam nihil ipsa proficiebat, altera, item. In Christo autem contrarium habetur, semel oblatus est: nam quæ formam habent alienam, tantum exemplar ostendunt, non autem virtutem: sicut in imaginibus exemplar hominis habet imago, non etiam virtutem. Quid ergo nos, nonne per singulos dies offerimus? Offerimus quidem, sed

ad recordationem facientes mortis eius. (Non excludit applicationem meritorum Christi per missa sacrificij frequentationem) & vna est hæc hostia, non multa. Quomodo? Quia semel oblata est in sancta sanctorum, hoc autem sacrificium exemplar illius est, id ipsum semper offerimus.

Passionis Christi memoria.

77. **H**EBR. 12. *Recogitate eum qui talem, &c. CHRYSOST. hom. 28. ad Hebr.* Si enim proximorum passiones erigunt nos, quantum alacritatem nobis effecerint Domini passiones? **AVGUSTINUS in Ioan.** Fratres ut à peccato sanemur, Christum crucifixum intueamur, quomodo qui intuebantur serpentem aeneum in deserto, non peribant moribus serpentum; sic qui intuentur fide Christi mortem, sanantur à moribus peccatorum.

Mors dolores sensit propter mortem Christi.

78. **A**CTOR. 2. *Solatus mortis doloribus. CHRYSOST. hom. 24. in primam Corinth.* Quemadmodum qui cibum accipiunt, quem continere non possunt, etiam quæ ante comederunt propter illum euomunt: Ita in Christi morte euenit. Mors cum corpus, quod corrumpere non poterat, accepisset, etiam illa cecit, quæ comprehenderat, siquidem cum Christum haberet, dolebat, & affligebatur, quousque eum vomuit; idcirco inquit Apostolus, [soluens dolores mortis,] nec enim aliqua mulier cum parit, ita dolet, ut illa cum corpus dominicum comprehendisset distrahebatur, lacerabatur: & quod in Babylonio dracone factum est, quando accepto cibo crepuit medius: idem in hoc usu venit. Non enim per os mortis Christus erupit, sed medio draconis ventre erupto clarissimus euasit.

Idem.

79. **C**OLOSSENS. 2. *Expoliatus principatus, ac potestates, traduxit confidenter palam triumphans. CHRYSOST. hom. 6. ad Coloss.* Nunquam diabolus tantam turpitudinem passus est; nam cum speraret Christum quoque habiturum, quorquot etiam habebat perdidit, & cum cruci affixum esset corpus Christi, resurrexerunt mortui, illic plagam accepit mors à mortuo corpore lethali vulnere cæsa, & quemadmodum, si athleta cum aduersarium suum se eum prostrauisse putat, lethalem plagam acciperet; ita & morti factum est.

Christus mortem gustauit, ut mortem non timeremus.

80. **H**EBR. 2. *Gratia Dei cum pro omnibus gustaret mortem. CHRYSOST. hom. 4. in epistolam ad Hebræos.* Christus pro omnibus gustat mortem; non dixit ut moriatur. Reuera sicuti qui gustat mortem, sic breuè interuallum in illa faciens, continuo surrexit: Sicut medicus non habens necessitatem ex cibis qui agrotis proponuntur degustare, sed illi consulens primus ex illius cibo degustat, ut persuadeat agrotis promptius illos cibos accipere. Sic & Dominus quoniam omnes homines mortem timebant, persuadens eis, ut fiducialiter ad mortem accederent, & ipse gustauit mortem nullam habens necessitatem. Venit enim princeps mundi, & in eo non habet quidquam. Illi qui per omnem vitam sub timore mortis agebant & seruierant, iidem ab eadem liberati, & derident eam, quam illi horrescunt. Tale est nunc quale si vincitum aliquem producendum ad mortem, & semper hoc expectantem, quisquam pinguem reddat ex multis deliciis: tale aliquid erat mors antiquo tempore: nunc autem velut si quisquam illum

illum timorem excludens, cum deliciis agens pronuncietur pugnaturus, & proponat agonem, ut iam non ad mortem, sed ad regnum adducatur; ex quibus esse volebas? Ex his qui in custodia pinguefcerent quotidianis cibis, sententiam sui interitus expectantes, an ex illis pugnaturis quidem multis, & laboraturis vltroca voluntate, ut diadema tantum regni suscipiant?

Diuinitas non est mortua.

81. **A**THANASIVS *lib. maiore de Fide, cap. 28.* Vita non moritur, sed mortuus viuificat; Sicut enim lux in loco tenebricoso non læditur, ita nec vita pati potest, quæ mortalem naturam inuicit: est enim immutabilis, & nec verti, nec diuersa, & altera esse potest Verbi diuinitas. Sicut enim in prophetia dicit de seipso Dominus *Deut. 32.* [Videte me, quod ego sum, & non sum immutatus.] **IDEM** *serm. de passione.* Neque quis ex hoc medicus esse cognoscitur, si rectè valeat ipse, nisi ex aliis morbo laborantibus ostendat artem. Neque sol si radios in sese contrahat, cognoscetur esse lumen, nisi eos in orbem hunc proferat, eiusque tenebras sua luce discutiat. Ita seruator, non seruatur semetipsum, si quidem ipse cum esset seruator, non opus habebat salute; sed ex eo quod cæteris beneficeret, velut ab omnibus agnosci uoluit Saluator omnium.

Christus occultauit diuinitatem carnis infirmitate, ut moriendo uinceret.

82. **M**ARCI 14. *Capit panem, & edere. ATHANASIVS in Euangelium de cruce, & passione Domini.* Christus in occulto habuit suam diuinitatem: non aliter quàm si quis, animaduersa in compare, atque æmulo suo formidine secum decertandi, imbecillum se fingat, quo illum pelliciat ad pugnam: & ille dum pro vera habet illam simulatam imbecillitatem, audacter ad certamen prodeat, mox domandus illius athletæ generosi viribus. Ita quoque Dominus sub specie humanæ infirmitatis proceans aduersarium, hominem quem induerat, suis viribus aduersus inimicum corroborauit. Atque ideo sub tempus mortis anxius esse, & morere cœpit, & obsecrabat calicem transire, clamabat, spiritum quidem promptum esse, carnem autem infirmam, ut aduersarius noster cum eo, quasi cum homine congressurus, vires eius diuinas experiretur, & nunc quidem cum animaduerteret eius fortitudinem, animo, fiduciaque contractiore fuit: nunc autem cum videret imbecillitatem corporis, audaciam resumpsit. Nihilum denique contra Dominum molitus est, dum & Iudæos concitat, ut conspirarent, Pilatum, ut condemnaret, milites, ut illuderent, ignarus sibi ea omnia noxia esse. Cæca enim malitia est, & incircumspecta animi prauitas, ut quæ non intelligat ipsam suam contra manus acere: Velut si quis serpentem manu apprehendat, ut alteri iniiciat, quod fieri non potest, quin ipse prius mordeatur: aut si quis ignem manu sumat, ut hostem lædat, interim non animaduertat, se ipsum comburi: ita ipsa malitia contra sui usurpatores militat, eosque, qui ipsam tenent magis, quàm illos, in quos noxam parat, confauciat. Ita quoque Pharaon volens capere, captus est; Ita Goliath, quibus armis Dauid inuadebat, detruncatus est. Idem euenit infelici diabolo: si quidem inuadere tentans, inuafus est, & concitans milites ipse prius, per ipsos carnifices concitabatur. *& infra.* Ut gentes illæ quæ ascenderat contra Ierusalem, sese mutuo in valle Iosaphat contrucidabant, & persequentes Israël, cum ad riparum margines processerant, in sese manus vertebant, seseque inuicem capiebant: ita nunc quoque illi qui

persequantur Dominum, semetipsum non sentientes verberabant, non Domino interim, sed sibi noxij. Ut enim si quis lapidem manu secare velit, lapidem quidem non scindit, sed manum vulnerat: eadem ratione contra Dominum agentes, utpote contra incorruptibilem, perniciem suam moliebantur, & immortalis mortem intentantes, ipsi in mortem rapiantur, & quod pessimum erat, à suis ipsius membris hoc mali illi infligebatur, quod versutissimo illi ad summum vituperium cessit.

Mors decepta in morte Christi.

83. **I**DEM **ATHANAS.** *De passione Christi.* Quemadmodum in festum animalculum, cui nomen Vespæ, cum impetit petram, non eam lædit incurfu, sed potius perdit aculeum: sic & mors vehementer falsa est incurrens vitam, quæ est Christus Iesus. Non enim potuit eum tenere mors, sed ipsa potius aculeum perdidit, aded, ut quos prius tenebat aculeus; nunc exultent, ac dicant, Vbi tuus (mors) aculeus, vbi tua contentio tartare? *Ac rursum.* Deuorauit mors inualefcens. *& iterum.* Abstulit Deus omnem lachrymam ab oculis omnium.

Diuinitas non est passa.

84. **E**PIPHANIVS *Hæresi 77.* Sicut si ex sanguinis resperione tinctura est in vestimento, corpus quidem gestantis non extinguit; Verum tinctura vestimenti non ad vestem refertur, sed ad hominem gestantem: sic etiam passio, in Deitatem quidem non incidit, sed in humana natura facta est. **THEODOR.** *Dial. 3. Titulo quod Diuinitas Saluatoris est impassibilis.* Sicut vnita erat esurienti, & sitienti, & defatigatæ humanitati diuinitas, quin etiam dormienti; & de passione subeunda tristitia, ac mœrore confectæ, nihil horum quidem suscipiens, sed ei permittens, ut naturæ affectiones, & passiones susciperet: ita etiam ei coniuncta erat dum crucifigeretur, & concessit, ut perageretur passio, ut passione mortem solueret, dolorem quidem ex passione non suscipiens, passionem autem sibi adaptans, & accommodans, ut pote templi sui & carnis coniunctæ, per quam etiam membra Christi appellantur, qui crediderunt, & eorum, qui crediderunt, ipse caput appellatus est.

Passionis Christi meditata efficacia.

85. **C**YPRIANVS *lib. de duplici martyrio.* Qui naturæ causas scrutantur, narrant adamantem nulli chalybis duritiæ cedentem, hircino sanguine maceratum ictu malleorum dissilire. Nullus autem adamas corde saxeo durior. Hoc igitur cor ferreum, cor saxeam, cor plus quàm adamantinum emollit sanguis Christi, & huius martyrum, qui suppleuerunt, quod illius passionibus deerat.

Christus mortuus est, ut mortuos liberaret.

86. **C**YPRIANVS *in Symbolum Apostolorum.* Velut si quis rex pergat ad gentem, in qua proprios habeat captiuitatis vinculo alligatos, deuictaque carcerem intret, in qua vincit derinebantur, soluat carceris vincula, & claustra comminuat, & vincit in remissionem ducat, & eos qui sedent in tenebris, & in vmbra mortis, luci ac vitæ restituat. Ergo dicitur rex fuisse quidem in carcere, non tamen ea conditione qua cæteri, qui tenebantur inclusi, sed illi quidè vt penas soluerent, hic verò vt absolueret penas. Ita diuina natura pro supposito, cuius sunt actiones, in mortem per carnem descendit, non vt lege mortalium detineretur à morte, sed vt per se resurrecturis iannas mortis aperiret. *& infra.* Sicut hamum escæ conceptum si piscis rapiat, non solum escam cum

hamo nõ remouet, sed & ipse de profundo esca aliis futurus educitur. Ita & is qui habebat mortis imperium, capuit quidem in mortem corpus Iesu, nõ sentiens in eo hamum diuinitatis inclusum; sed ibi deuorauit: hæsit ipse cõtinuõ, & disruptis inferni claustris velut de profundo tractus traditur, vt esca ceteris fiat.

Mors Christi in virga Moysi significata.

87. **EXODI 4.** *Proiice eam in terram. Proiicit & versa est in colubrum, &c.* **REMIIGIVS** in *Psal.* 73. Moysi virga proiecta in terram comparatur Christo mortuo. Serpentis enim opus fuit mors in Adam, & Eua. Quod Moyses perterritus fuit, significat timorem discipulorum in morte eius. Et quod iustum fuit caudam serpentis accipere, vt verteretur in virgam, rursum denotat quod sequentia in Christo post mortem, puta resurrectio, & ascensio ipsius ab Apostolis amplexa, corde credenda fuerunt, & quem mortuum lugebant, & desperabant, iam viuum adorarent.

PATIENTIA.

Patientia perfectio ceterarum virtutum. 1. 2. 8.

Patientia Abrahe, Isaac, Iacob, Ioseph. 2. 4. 6.

Patienter ferentes Deus protegit. 3.

Patientiam tribulatio operatur. 5.

Patientia cum gaudio perfectorum est. 7. 18.

Patientia supplet pro penitentia operibus. 8.

Patientia conuertit mala in bona. 9. 10.

Patientia in perferendis iniuriis. 10. 17. 21. 23. 25.

Patientia placabile sacrificium. 11.

Ad patientiam confert recordatio peccatorum. 12.

Patientia exemplum Tobias. 13.

Non omnis patientia approbari debet. 14.

Solatiu est irato, patientia recordatio. 15.

Patientia omnibus necessaria. 16.

Impatientia occasio fugienda. 19.

Patientia iram extinguit. 20.

Patientia exemplum Paulus. 22.

Non malum pro malo reddere. 24.

Patiens assimilatur quadrato lapidi. 26.

Deus immitit pennis vt patienter feramus. 27.

Patientia laudes. 29.

Patientia perfectio ceterarum virtutum.

1. **GENES. I.** *Et fecit Deus bestias terre. BASSILIVS.* Nemo creatorem eam ob rem incensare velit quod animalia venenata, exitiãque vitæ nostræ etiam creauit. Ipsa enim feræ fidei demonstrationes sunt, &c. Vide *Animalia*, num. 3. **AVGVSTIN.** Creata sunt ad terrenda, puniendaque vitia, vel ad probandam, perficiendamque virtutem. Quia & exempla sunt demonstranda patientiæ ad profectum cæterorum, & ipse sibi homo in tentationibus certius innotescit, & iuste salus illa perpetua, quæ turpiter amissa est per voluptatem, fortiter recuperatur per dolorem.

Patientia Abrahe, & Isaac.

2. **GENES. 22.** *Cumque alligasset Isaac filium suum, &c. extendit manum & arripuit gladium, &c.* **ZENO EPISCOP. VERONET. serm. de Patientia.** O nouum spectaculum, ac verè Deo dignum, in quo desinire difficile est, vtum sit patientior, sacerdos,

an viclima. Non percussoris, non percutiendi claudicat color, non membra tremore vibrantur, nemo rogat, nemo trepidat, nemo se excusat, nemo turbatur. Ille erexit gladium, iste ceruicem vno voto, vna deuotione. Ille lignum quo inuratur sibi portat, iste aram fruit. Sub tanto naturæ metu laxi sunt, soli cedit affectus pietati, pietas religioni fauet, vtrisque religio. Ambo igitur gloria claritatis exemplum, ambo Dei cultus admirabile sæculis testimonium. Felix orbis fuerat, fratres, si omnes sic fierent paritidæ. **GREGOR. 27. Moral. cap. 7.** Quid Isaac patientius, qui ligna portat, atque post paululum ligatur & non loquitur, aræ superponitur, & non reluctatur.

Patienter ferentes Deus protegit.

GENES. 31. *Vidi omnia que fecit tibi Laban. 3.* **CHRYSOST.** Hinc discimus, quod quando iniuria nobis fit, nosque mansueti, & mites, ac tolerantes fuerimus, maiori, & largiori auxilio diuino fruimur. Ne igitur oblectemur his qui nos premunt, & calumniantur, sed feramus generosè, scientes quod nos omnium Dominus non despiciet. [Mihi enim inquit vindicta, & ego retribuam.]

Patientia Iacob.

GENES. 34. *Cum audisset Iacob absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatus, filius, &c.* **LIPOM.** Non tumultuabatur, non furia inebriatus erat, sustinebat, Domino commendabat, tacuit patienter: & **cap. 35.** super illud. *Egrediente autem anima præ dolore & imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Benoni, id est filius doloris mei, Pater verò appellauit eum Benjamin, id est filius dextre.* Erat Rachel dolorem spectans quem patiebatur puero nomen imposuit filium doloris sui; Pater tamen magis constantiam, & fortitudinem considerans, qua omnia ferre patienter didicerat, filium dextræ maluit appellare. Vide etiam *Mansuetudo*, num. 4.

Patientiam tribulatio conseruat.

GENES. 35. *Mortua est Delbora nutritrix. STEPH.* **5.** *Delbora interpretatur Apis, quæ duo habet, mel & aculeum.* Talis est tribulatio quæ pungit carnem, & animum vngit. Hæc est nutritrix Rebecca, id est patientiæ; tribulatio enim conseruat patientiam, vnde, [Tribulatio patientiam operatur.] Item [Gloriamur in tribulationibus] Item [Omne gaudium existimare fratres cum in varias tentationes incideritis.] Hæc mortua est, imo debet viuã dici; quia viuos reddit. Vnde [omnes qui volunt piè viuere in Christo &c.] Sed bene mortua dicitur; quia iusti mortua est tribulatio. Nihil enim reputant illam, sed de persecutio- ne potius gaudent.

Patientia Ioseph.

GENES. 39. *Is auditis Dominus, & nimium credens verbis coniugis, iratus est valde, & radiditque Ioseph in carcerem. CHRYSOST. Vide Domini misericordiam. Sicut à fratribus volentibus eum interficere eripuit, ita & nunc barbarum detinuit, & non permisit ad eandem iusti festinare, vt somniorum euentus complerentur, & quoniam iustus multum certauit, propterea etiam magnas tribulationes consequitur, & post tantam formidinem adducitur in carcerem, & silenter fert omnia. Scitis enim hi qui non sunt sibi conscij malitiæ, quando sicut rei condemnantur, quantavtantur sape fiduci, & dicendi libertate superbientes, & inflati, & insurgentes contra eos qui crimen inuentant. Verum iste non sic, sed silet, & omnia mansuetè*

mansuetè fert; & sustinet cum magna patientia voluntatem Domini, omnium subinde virtutum exemplar factus. **Et cap. 41. Proimus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph.** **IDEM CHRYSOST.** Postquam purgatus per patientiam, sicut aurum tutillans exit de carcere, & ductus est ad regem. **Et infra.** *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Vide quomodo captiuus, repente constituitur rex totius Egypti, & considera quantum sit ferre cum gratiarum actione tentationes. Propterea & Paulus dicebat. Tribulatio patientiam operatur, patientia probatum eum fecit; probatus factus, magna in spe agebat; denique spes eum nõ pudescit. Ita omnes sancti probati sunt. Vnde & Apostoli dicebant. [Per multas tribulationes oportet nos introire regnum Dei.] & ipse Christus discipulis dicebat. [In mundo pressuram habebitis.] Hæc igitur audientes ne mereamus in afflictionibus, nec despondeamus animo, sed audiamus Paulum dicentem [quod omnes qui volunt piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur.] Tribulatio enim spiritualis quædam negotiatio est, quæ animæ multum lucrum congregat, & sicut, qui pecunias colligere volunt, non aliter possunt augere suas opes, nisi multa incommoda & pericula sustinerint, quæ tamen magna alacritate suscipiunt ob expectationem lucri: eodem modo nos cogitantes diuitias, & spirituales mercedes quas ex tribulatione nobis colligere licet, oportet gaudere, & exultare cum Paulo non confiderantibus nobis ea quæ videntur, sed quæ non videntur.

Patientia cum gaudio perfectorum.

7. **LEUIT. II.** *Omne quod habet pinnulas, & squamas tam in mari quam in fluminibus & stagnis, comedat. &c.* **BERNARD.** Habet hoc mare magnum, & spatiosum manibus, pisces mundos, & dominica dignos mensa. Quia ex his qui in sæculo versantur, reliquit sibi multa millia, quos apostolica sagena trahit, vt cum educta fuerint, segregentur à malis. Habet & flumen pisces mundos quicumque fideles inter dispensatores inueniuntur. Fluuuius quippe est prædicatorum ordo, non in eodem permanens, sed extendens se, & currens, vt vniuersas irriget terras. Sunt & in stagnis mundi pisces, qui in claustris seruiunt Deo, in spiritu, & veritate. & merito stagnis monasteria comparantur, vbi quodammodo incarcerati pisces, euagandi non habent libertatem, scilicet parati semper ad epulas spirituales. Dicant singuli intra se quando veniet qui me deferat? [Cunctis diebus quibus nunc milito &c.] Hi igitur sunt mundi si squamas, & pinnulas habent. Sunt squamæ multæ, sed vna ex eis quodammodo lorica contextitur. Quia vna est patientiæ virtus, licet singulis tribulationibus exhiberi singulas videamus. Iam verò sicut squamas ad patientiam, sic pinnulas ad hilaritatem referamus. Hilaritas quippe lenat, & subleuat vt saltus quosdam date videatur, quisquis exhilaratur. Vt autem duas habeamus pennis, duplex nobis hilaritas quæreda est, & forte propterea docet Apostolus nõ solum in spe, sed & in tribulationibus gloriari. Prorsus sublimè volat quem non modo futurorum bonorum expectatio, sed præsentium quoque malorū exhibitio ipsa delectat.

Patientia supplet pro penitentia operibus.

8. **LEUIT. 14.** *Quod si pauper est, & non potest inuenire quo dicta sunt, sumet agnum pro delicto ad oblationem.* Per agnum intelligitur patientia; iuxta illud. [Tanquam agnus ad occisionem ducetur.] Vnde **IN-**

TERL. *Quod si pauper est, debilis corpore, vel animo, & non potest cum velit, quia senex, vel infirmus, inuenire sacrificia districtæ penitentiæ apta, sumat agnum pro delicto ab oblationem. Oportet enim ante omnia benignum esse.*

Patientia, mala in bona conuertit.

9. **LEUIT. 23.** *Balaam venit ad maledicendum Israel.* Sed loco maledictionis, impertit benedictione. **STEPHAN.** Quod contingit quando diues extollitur per diuitias ad pauperes opprimendos, sed diuitis maledictio, id est pauperum oppressio, vertitur eis in benedictionem. Vnde. [Fecit Dominus medium fornacis quasi ventum toris flantem.] & **cap. 33. Inundationem maris, tanquam lac fugent.** Inundatio maris est abundantia tribulationis, quæ tunc fugitur, cum dulcis à iustis reputatur. Denique sicut lac nutrimentum est puerorum: sic tribulatio pabulum fit electorum, & hoc mediante patientia. & super illud **Iudicum 14.** *De comedente exiit cibus.* Quando scilicet homo in ipsa angustia, & amaritudine animæ dulcedinem inuenit; sicut Laurentius in craticula, in lapidibus protomartyr Stephanus. Et hi problema solunt corpus, & animam martyrio tradentes. Vnde & à vero Samsonè stolam duplicem obtinebunt.

Patientia in perferendis iniuriis.

10. **REG. I.** *Vsq̄e quo ebria es? Digere paulisper vinum. &c.* **CHRYSOST.** Perspice huius mulieris virtutem. Domi exprobrabat amula, venit in templum, & sacerdos eam contumelia afficit. Effugerat domesticam tempestatem, venit in portum, & rursus inuenit vndas. Idem contigit Dauid; Inurgit in eum filius Absalon, fugit à facie eius, & maledicit ei Semei, **2. Reg. 16.** & tamen non est indignatus, nec despondit animum apud Deum. Idem factum est in hac muliere verè in patientia exercitata. Domi præparata ad perferenda maledicta, amulæque conuitiis exercitata, & in templo multam præstitit humanitatem, viriliter, ac magno animo scommata perferens. Respondit enim, nequaquam Domine mi. Eum, qui contumeliosè locutus fuerat, Dominum appellat. **Et infra.** *Vade in pace, & Deus Israel det tibi pacem tuam.* Mulier ex accusatore fecit patronum, tanta res est humanitas, atque mansuetudo &c. Vide *Mansuetudo*, num. 7. De patientia Dauid, audi quid dicatur. **1. Reg. 10.** *Filij verò Beelial despexerunt eum &c. ille enim dissimulabat se audire.* Alia litera [is verò fuit tanquam dissimulans.]

Patientia placabile sacrificium.

11. **REG. 26.** *Si Dominus incitat te aduersum me, odoratur sacrificium.* **LYRAN.** Id est patientia mea in persecutione ista, sit accepta coram Deo, ac si offerrem holocaustum ad altare suum. Alia litera. [Odoretur sacrificium placatorum.] **INTERL.** Placare eum sacrificio, & prece oportet. **VATABL.** [Vel olfaciat sacrificium,] id est sit mihi propitius cum offeram illi munera; aut olfaciat sacrificium, hoc est placabo iram eius sacrificio. *Hæc ille.* Patientia hic ostenditur esse placabile sacrificium.

Remedium ad patientiam, recordatio peccatorum.

12. **REG. 16.** *Dimitte eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini: Si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat tibi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* **GREGOR. 30. Moral. cap. 9.** Qui verborum contumeliis pressus virtutem patientiæ feruare non potest, vel sufficit, factum Dauid ad memoriam reuocet, qui ait; [dimitte eum &c.] Quibus verbis indicat, quia pro peccato Bersabee in-

urgentem contra se filium pateretur, fugiensque reduxit ad animum malum, quod fecit, & contumeliosa verba, non tam conuicta, quam adiutoria esse credidit, quibus se purgari, sibi que misereri posse indicauit. Tunc enim illata conuicta bene toleramus, cum in secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus. Leue quippe videbitur, quod iniuria percutimur: dum conspicimus, quæ poenis meruimus. Sicque fit ut contumelias gratia, magis quam ira debeatur, quorum interuentu Deo iudice poena grauior declinatur. CAIETAN. Dominus præcepit ut malediceret, non quatenus maledictio illa malum erat culpæ, sed quatenus malum erat poenæ.

Patientia exemplum Tobias.

13. **T**OBIAE 2. Hanc autem tentationem, idè permittit Dominus euenire illi, ut posteris daretur exemplum patientia, sicut & sancti Iob. Vnde sicut de Iob dicitur [in omnibus his non peccauit Iob labiis suis,] sic de Tobia. [Non est contristatus contra Deum, quod plaga cæcitatit eueniret ei, sed immobilis in Dei timore permansit agens gratias Deo de omnibus diebus vitæ suæ.] INTERL. Totā vitā iustorum dies est. Vnde [in diebus Elia.] & [mortuus est Iob plenus dierum.]

Non omnis patientia approbari debet.

14. **C**ORINT. II. Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes, &c. BERNARD. Magna est virtus patientiæ, sed interdum impatientem esse probabilius. Tu ne improbes illorum patientiam, quibus Paulus dicebat [Libenter suffertis insipientes &c.] Ni fallor ironia est; & non laus, sed suggillatio quorundam mansuetudinis, qui à pseudo-apostolis trahi se in peregrina, & peruersa dogmata patienter ferunt. Vnde & subdens, *sustinetis, ait, si quis vos in seruitutem redigat.* Non bona patientia cum possis esse liber, seruum te fieri permittere. Quæro te, quale est illud pastoris animatum de mane vsque ad vesperam litigare, vel litigantes audire? Nolo dissimiles seruitutem in quam certè indies dum nescis redigeris. Hebetati cordis indicium est, propriam non sentire contrarium vexationem. Vexatio dat intellectum auditui. Verum est, sed si nimia non sit, alioquin non dat intellectum, sed contemptum.

Solacium est irato patientia recordari.

15. **T**ERTULLIAN. de Patientia. Sicut solacium est disputare super eo, quod frui non datur, vice languentium, qui cum vacent à sanitate de bonis eius tacere non norunt. Ita miserimus ego semper æger caloribus impatientiæ, quam non obrineo, patientiæ sanitatem, & suspirum, & inuocem, & perorem necesse est; cum recordor, & in meæ imbecillitatis contemplatione digero bonam fidei valetudinem, & dominicæ disciplinæ sanitatem, non faciliè cuiquam, nisi patientia assideat, prouenire.

Patientia omnibus necessaria.

16. **M**ACHAR. hom. 24. Sicut in partu pauperula, & regina iisdem laborant doloribus: itidem terra diuinitis, ac pauperis, nisi conuenientem acceperit imbrem, non potest alienius pretij fructus ferre. Haud secus in operatione animæ, non sapiens, non locuples regnat in gratia; nisi per patientiam, afflictiones, & dolores frequentes. Si quidem Christianorum vita mel imitari debet, quod cum sit dulce, acerbis, aut venenosis nihil admittit. Ad hunc modum isti, quæcumque obuenerint, siue prospera, siue aduersa, benigni sunt, ut inquit Dominus. Estote benigni, sicut Pater vester cælestis: quod enim lædit & inquinat hominem, intus est.

Patienter aduersa ferenda.

BASIL. hom. de Ira. Sicut ad laudes tuas, si veritatem excedunt efferi non debes: ita nec ad probra in te non verè iactata, minimè dolere. CHRYSOST. Hom. 2. ad pop. Antioch. Quod dixi de voluptate, quod voluptas non in ciborum apparatu, sed in comedentium affectu sita est, hoc & de contumelia dico, quod contumelia, non à contumeliantium sententia, sed à patientium affectu constituitur, vel destruitur. v.g. Multa quidem in te fanda, atque nefanda contumeliosè egit, si contumelias derideris, si verba non susceperis, & vulnere superior sis, contumelias non es passus. Et quemadmodum si corpus adamantinū haberemus, et si innumeris vndique telis percuteremur, non tamen vulnera susciperemus: sic & hic non à contumeliantium insanorum insania, sed à patientium contumelias imbecillitate iniuriæ, & iniuriarum contumeliæ constituuntur.

Patienter, imò cum exultatione magna ferenda omnia.

CHRYSOST. Hom. 63. in Genes. Sicut qui pecunias colligere volunt, & huius sæculi negotiationem exercent, non aliter possunt augere suas opes, nisi multa pericula, terra, marique sustinerint: necesse est enim, ut ferant latronum, pyrataramque insidias: at tamen omnia magna alacritate suscipiunt, & ob expectationem lucri vix sentiunt amara, quæ ferunt. Eodem modo & nos cogitantes diuitias, & spirituales merces, quæ nobis hic colligere licet, oportet gaudere, & exultare, & non contemplari, quæ videntur, sed oculis mentis imaginari ea, quæ non videntur. IDEM hom. 18. Medici quando iniuriis, & calcibus cædunt furentum, tunc illorum magis magisque miserentur, tum maxime ad reddendam illis sanitatem parantur, scientes quod excellentiam morbi significat ea iniuria, & tu de inimicis eandem tenero sententiam, sicque vtere tibi iniuriarum cupientibus. Illi namque sunt maxime ægroti, omnemque violentiam sustinentes. Libera te igitur à pessima læsione, libera te à sæuisimo dæmone, propriæ scilicet mentis furore. Etenim cū aliquos à dæmone actos videmus, sæpe lachrymamur, non autem agimus, ut eadem ipsi patiamur; noli insultare iacenti, quin imò miserere. Etenim si videamus aliquem miserabiliter vexatum, & vertiginis suæ tenebris obiectum, quique etiam malignum illum humorem vrgeatur euomere, porrigimus manum, & supportamus hinc, illucque iactatum, & si vestimenta nostra polluat, non auerlamur, sed tantummodo requirimus, quomodo illum à tam grandi angustia liberemus. Quando autem eiusmodi æger à passione requieuerit, tunc liquido cognosceret à quanta illum turbatione sanaueris, & quid dico, te honorabit, ut dominum. Nonne vides patientes foeminas, quemadmodum assistentes sibi sæpe commordeant, & tamen illæ minimè dolent? Imo dolent quidem, sed ipsum dolorem fortiter ferunt; harum igitur memineris, & noli esse foemina mollior. IDEM homilia 89. Cogita, quia non est in se qui vituperat, & non molestè ferens contumelias eius. Nam & dæmoniacci plerumque nos verberant, nec solum non mouemur, verum etiā eos dessemus. Ita tu facito, miserere te contumeliantis. Magna enim bellua, ira scilicet & furore, & pernicioso dæmone detinetur, solus ipsum qui ab huiusmodi dæmone vexatur, & sic insanendo breuissimo temporis spatio, maximo solet afficere malo.

Impatientia occasio fugienda, & remedia ipsius.

CHRYSOST. Hom. 12. Operis imperf. Sicut Ioseph dimisit pallium in manu meretricis, & fugit

fugit cum meliori pallio castitatis: ita & tu proiice pallium in manu calumniatoris, & fuge cum meliore velamento iustitiæ; ne forte dum vis vdicare vestem corporis, pretiosissimum animæ vestimentum perdas. IDEM homil. 48. in Ioan. Iniuria affectus, in mentem veniat, quod illi supplicium maneat, & non modo nulla in proximum ira fereris, sed & deplorabis vicem eius. Nec enim febribus laboranti, nec tumido quisquam irascitur: huiusmodi est irati animus, qui si in te proficiet, tace, & opportunè ei plagam infliges: si contumeliam contumelia prosequeris, ignem excitabis. Sed pusilli animi arguemur, inquit, si tacebimus, imò tuā admirabimur sapientiam. Quod si contrā contumeliosè responderis, materiam dabis, ut vera putentur, quorū argueris. Quare diues, si pauper appellatur, rideat. Quoniam falsum id nouit. Idem & nos si iniurias ridebimus, magnum erit argumentum quod falsè reprehendamus. IDEM, homil. 76. Si quis pro charissimis aliquid passus gloriatur, si quis propter Deum quid tolerat, quam sentire molestiam putandum est? Oportet in rebus grauibus, & molestis non labores, sed præmia cōsiderare. Quemadmodum mercatores, non maris pericula, sed lucrum spectant: ita & nos cælum & Dei præsentiam.

Patientia, iram extinguit & infringit.

20. **P**ROVERB. 15. Responso mollis, frangit iram, sermo durus suscitatur furorem. CHRYSOST. homil. 41. in Ioan. Quemadmodum sagitta in durum aliquod lignum immittitur, magno impetu huc, illuc disperguntur, mollius verò assequitur figuntur, & desinunt: ita & maledicos, & feros repugnando magis exasperamus, cedendo mitigamus faciliè & eorum mollimus insaniam. IDEM, hom. 22. ad Hebraeos. Longanimitate, & patientia, iram extinguis. Sicut enim ferrum ignitum cum in aqua tingitur, amittit ignem: sic iracundia in longanimitate incidens nihil eum lædit, sed etiam iuuat. Nam inde redditur continentior huiusmodi homo. Sed sicut adamantina corpora non vulnerantur, sic etiam animæ tales. & infra. Si quando iracundus quisquā ferocit, tu ride, ridere autem noli palam, ne illum irrites amplius, sed ride apud te ipsum tui gratia. Etenim pueros, cum nos perculserint, cum indignatione tanquam vlciscentes seipos ridemus. Si igitur rideas, tantum erit inter te, & illum, quantum inter puerum, & virum: si autem te exacerbatis, factus es puer, & reuera stultiores sunt pueris qui irascuntur: si enim attendas, quis ad puerum exacerbatum non irridet?

Patienter ferre contumelias, vincere est.

21. **R**OM. 12. Noli vinci à malo, sed vince in bono malo. CHRYSOST. hom. 22. ad Roman. Quando quidem & istud vincere est. Pugnans enim tum potissimum vincit, non quando suum ipsum corpus pugna exponit, ut plagas excipiat; sed quando seipsum eruens, efficit ut omnem suam potentiam aduersarius in aëra frustra, & inaniter effundat. Sic enim nec ipse plagas excipit, & omnes aduersarij vires dissoluit, id quod & in conuictis fit. Nam quando vicissim conuicta regeris, vincis, non ab homine, sed quod turpis est, ab illibero illo iræ affectu permotus exsuperaris: si verò taceris, & vincis, & trophæum figis, & innumeros acquiritis, qui te coronent, quique conuictum ipsum mendacij condemnent. & infra. Ex diabolicis legibus est, malefaciendo vincere. Propterea & in Olympiis certaminibus diabolo consecratis, ad eum modum vincunt quorquorū illic decertant. In stadio verò Christi non ea est certandi lex, sed omninò contraria. Hic enim non eum qui percutit, sed qui per-

cutitur coronari decretum est. Et hom. 2. in 2. Corin. Non per fidem modo paratur nostra salus, verum etiam per hoc quod talia ferimus, ac perpetuimus. & infra. Vestra salus tunc maxime exierit, hoc est ostenditur, augetur, cum tolerat, cum patitur, cum omnia fortiter sustinet.

Patientie Apostoli Pauli exemplum.

2. **C**ORINTH. II. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in moribus frequenter. CHRYSOST. hom. 4. in 2. Corin. Fert magnum discipulo in mari solatium, magnamque fiduciam, cum meminit magistrum ferè naufragium fecisse, & fuisse seruatum: nec enim arbitratur iam fluctus illos, atque tempestates ex propria imperitia iustitiæque, sed ex rei natura contingere. At id permagnum est ratione solatij. Fert item in bellis tribuno, vel duci maxima incitamenta virtutis, cum imperatore viderit vulneratum primò, tum demum euadere ex vulnere. Ita fidelibus quibusque multum affert solatij, quod Apostolum cernunt tolerasse plurima.

Patienter omnia ferenda propter regnum caelorum.

CHRYSOST. hom. 5. de patientia Tob. Quemadmodum, qui nihil hic patiuntur mali, maiorem illic subeunt vltionis poenam: sic & hi qui se officiosè gerunt, qui multa hic tolerant aduersa, multo illic honore dignantur. IDEM, homil. 16. ad pop. Antioch. Sicut mercator non sentit nauigationis laborem, lucrorum spe releuatus; & pugil generosè fert capitis vulnera coronam respiciens: ita profectò nos quoque in cælum, & cælestia intendentes bona, quæcumque inferantur graua, generosè cuncta feremus, bona futurorum spe roborati.

Non malum pro malo reddentes.

CHRYSOST. homil. 25. ad pop. Si quis tua diripuit, noli eius velle diripere. Iniuriat, non iniuriet. Dic enim mihi obsecro. Si quisquam pauper lutum iacens in atrio tuo rolleret, num propterea eum ad iudicium traheres? Nequaquam. Quare? Ne te ipsum iniurias, ne te omnes inculparent. Hoc etiam fac. Pauper quippe est ille diues, & quanto ditior est, tanto pauperior extitit, paupertate quæ reuera paupertas est. Lutum est aurum in atrio proiectum, non in domo tua, domus quippe tua cælum est. Propterea itaque si moues iudicia, puras, quod non te culpabunt ciues superioris patriæ? Non te excludent è sua patria, te tam humilem, tam sordidum, tam infimum, tam abiectum, ut etiam pro modico luto eligas litigare? Vtique quo inuicem insidiamur, tanquam bestia, sicut pisces maris? Atqui & bestia nō insidiantur inuicem, sed alienis. Ut puta vrsā vrsam non faciliè interimit, nec serpens serpentem. Tu autem cum indigena etiam mille habens iura naturæ cognitionem, rationem, cognitionem Dei, & alia decem millia, interimis eum, qui eandem tecum cognitionem habet naturæ, cum tu interimis, & inuoluis decem millibus malis.

Patienter ferre, vincere est.

CHRYSOST. Hom. 16. Quod nemo læditur nisi à seipso. Sicut fabrica quæ super arenam fundata est, etiā si flumina, ventique non vrgeant, ipsa tamen paulatim effluens instabilis arena adificij crepidinem subruit, & euertit; nam & arenæ spontè rumpuntur, adamas verò nec malleis cæsus infringitur: ita ergo qui à semetipso non læditur, etiam si tundatur ab aliis, non potest lædi: qui verò animi sui ignauiæ proditur, etiam nullo perurgente defluit, & resolutur. A MACHAR. ferm. 8. Laudauerim virtutem gubernatoris, qui

sum, &c. Habitauit fidens in domo, quam ante vastabat. Habitauit in tabernaculis Christi, qui ante, sicut lupus, errabat in siluis, & Deus obumbravit super eum, quado visus est ei Christus. Qui licet apertis oculis videret nihil, tamen Christum videbat. Non necessitatis est obumbratio ista, sed gratiae. Maria enim dicitur, [Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi,] & inter homines requiescet, hoc est, inter bonos actus & opera pretiosa. Nam & supra habes de Issachar, quod [suppositum humerum suum ad portadum.] LIPOMAN. De tota tribu Benjamin celebrior persona non est nata, nec iuuenis laudibus gloriosior, nec magnificentior praeco gratiae Dei per Christum in toto mundo, quam vnicus ille de tribu Benjamin Sanctus Paulus Apostolus electionis vas, qui nisi fuisset, frustra filij Benjamin omnes in hoc saeculo vixisse viderentur, quorum Benjaminarum vnica gloria fuit, vt Paulum ederent.

Paulus quomodo comprehensus à Christo.

9. PHILIP. 3. *Sequitur autem si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo.* MACHARIUS *Homil. 44.* Quo pacto comprehenditur à Deo? Quemadmodum si tyrannus captiuos quosdam abducit, quos rapuerat, deinde recuperentur à vero rege: ita quoque Paulus cum à tyrannico peccati spiritu torqueretur, persequeretur & vastabat Ecclesiam: at quoniam non odio Dei, sed per ignorantem hoc agebat, tanquam certans pro veritate, non est neglectus, sed apprehendit eum Dominus caelestis rex, & verus, vbi circumfulsisset arcano modo, illumque voce sua dignatus in faciem percussit, vt seruum liberavit. CHRYSOST. *Sermon. de conuersione Pauli.* Medicum tunc maxime admiramus, quando febrem, cum infestior, & flamma morbi, cum vehementior est extinguere, & penitus abolere potest, id quod & in Paulo contigit: vox enim Domini, quasi res quaedam desuper cadens à morbo in ipso seruore flammæ liberavit.

Saulus in Paulum mutatus.

10. CHRYSOST. *Homil. de ferendis reprehensionibus.* Quemadmodum Dominus, qui seruum mercatus est, ostendere se volens Dominum serui, nomen illius immutat: ita & Spiritus sanctus fecit, vbi Paulum captiuum accepit, vocabulum eius mutauit, vt etiam inde disceret Paulus, se habere Dominum. Nomen enim impositio, dominij signum est. IDEM *Sermon. de conuersione Pauli.* Sicut in famulis vsu venire solet, quod obscuro fiant si quam primum fugam inierunt, sua nomina mutarint: ita & in Paulo contigisset, si mox, vt relictis Iudæis ad nos venit, aliud nomen sortitus fuisset. Nemo enim sciuisset, quod persecutus esset ille Euangelistas.

Paulus quo magis alligatus èd seruentius euangelizat.

11. AD COLOS. 4. *Propter quod & vincitus sum, vt manifestem illud, sicut oportet me loqui.* CHRYSOST. *Hom. 10. ad Coloss.* Vincitus erat Paulus, & confidentiores redduntur discipuli: merito: videbant enim non impediri Euangelij praedicationem. Num enim linguam alligare poteris? hac potissimum currit praedicatione. Quemadmodum enim, nisi cursoris pedes ligaueris, cursum illum non impedieris: ita Euangelista cursum, nisi linguam alligaueris, non prohibueris. Sed quomodo si cursoris lumbos vincieris, magis currit, & in cursu solidatur: ita & iste magis praedicat, idque cum maiori fiducia.

Paulus de vinculis, & captiuitate gloriatur.

12. IBID. *Memores estote vinculorum meorum.* CHRYSOST. *Ibid.* Maius nescio quid Paulus de se dicit, quam propheta. Illi aduenas se vocabant, & peregrinos, hic captiuum: ad captiuum enim modum ducebatur, atque tractabatur, & omnibus patiendi forma proponebatur, imò peius etiam habebat, quam captiuum. Nam illos quidem hostes captos, in magna deinceps securitate conseruant, curam eorum habentes tanquam rerum, & possessionum suarum; hunc verò vt hostem agebant, & ferebant omnes eum distrahentes, verberantes, vituperantes, calumniantes, & quid quæso non?

Paulus in caelis conuersabatur.

13. PHILIP. 3. *Nostra autem conuersatio in caelis est.* CHRYSOST. *Libr. 1. de compunctione cordis.* Sicut is qui in paupertate, intra vile tugurium vixit, si fortè regem videat auro multo, ac margaritis resplendentem, vltra non vult tugurij pauperis recordari; sed agit omnia, quatenus possit à splendore & gloria regis, quem contuens admiratus est, & dilexit, inseparabilis effici. Ita & Paulus vbi perspexit illa, quæ in caelis sunt, contempsit ista, quæ egestatis, & squaloris in terra plena sunt; & cum hominibus quidem pro necessitate terreni corporis conuersabatur, mente verò, & sollicitudine, totum se illuc transferebat, quo eum amoris sui ducbat intentio.

Pauli amor erga discipulos.

14. GALAT. 4. *Filioli mei, quos iterum parturio.* CHRYSOST. *Hom. 10. de Penitentia.* Quemadmodum mulieres, quotquot dolorum partus experimenta sumpsere, cum matres fiunt, horum quos parturiunt quocumque fuerint vinculo, continuò alligantur. Sic & Paulus adeo multo fortius semper cum discipulis suis adhærens, atque affixus erat, eoque fortius quo naturalibus spiritualia vincula sunt fortiora. Nam sic non semel, sed eosdem bis parturiuit; & clamauit dicens. [Filioli mei, &c.] Id adeo mulier nunquam pateretur, nec sufferret eosdem iterum labores, sed tolerabat hoc Paulus, quod natura non est videre.

Pauli verba, mari comparantur.

15. CHRYSOST. *Hom. ultima in acta Apostolorum.* Cui comparauerit quis Pauli verba? Vel Oceano? Sed nihil par est. Illo sunt verba eius copiosiora, puriora, & profundiora, & sic non peccaret quis, si cor Pauli mare, ac etiam caelum dixerit: Cum ob puritatem, tum ob profunditatem mare est; nauigantes non à ciuitate in ciuitatem, sed à terra in caelum vehens. Si quis in hoc mari nauigauerit, secunda aura nauigat. Non est in hoc mari ventus, sed pro vento Spiritus sanctus, qui in illo nauigantes animas vehit, non ibi procella, non scopulus, non bellua, sed omnia tranquilla. Mare est portu tranquillius, & securius, nihil habens falsum, sed purum, ac dulcem laticem, sole limpidiorem, & magis perspicuum. Qui vult in hoc mare descendere, non opus habet natatione, vel remo, sed magna gratia; inueniet autem in eo omnia bona quæ sunt in regno caelorum, & poterit fieri rex, & totum mundum accipere, inque summo honore esse: qui in hoc mari nauigat, nunquam naufragium faciet, & quemadmodum hi qui imperiti sunt maris, suffocantur; ita & hic fit. Id quod haereticis euenit, qui plusquam vires perimitunt, attentant. Oportet autem profunditatem nosse, vel non attentare. Nauigaturi hoc pelagus, pauperes simus, ac humiles, paremus nobis naues, studium, alacritatem,

rem, preces, vt in silentio hoc pelagus transeamus. Etenim aqua hæc viuens est; vt autem Paulina verba intelligantur, vita pura opus est. Sicut enim stomachus non sanos, & difficilis concoctionis cibos non suscipit: ita etiam anima torpida, inflata, estuans, steriliusque, spiritualem fermentum accipere non poterit.

Paulus stimulo Satanae humiliatur.

16. I. CORINT. 12. *Ne magnitudo reuelationum exrollat me, &c.* HIERON. *Epistola ad Paulam super obitu Blesilla filie.* Patitur & Apostolus aliquid, quod non vult, pro quo ter Dominum deprecatur, sed dicitur ei: [Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.] Et ad reuelationis humiliandam superbiam monitor quidam humanæ imbecillitatis opponitur, in similitudinem triumphantium, quibus in curru retrò comes adhærebat per singulas acclamationes cinium dicens: Hominem te esse memento.

Paulus paruulus fit vt nutriat.

17. I. THESSALON. 2. *Factus sum paruulus in medio vestri, tanquam si nutrix foneat filios suos.* PETRVS CHRYSOL. *Sermon. 62.* Nutritor pius, nisi totus fuerit redactus in paruulum, nunquam paruulum perducit in virum. Denique tunc vocem tenuat, verba ponit, agit nutibus, sensus seponit, infirmat viscera, abiicit vires, membra dissoluit, gressum tardat, gestit non ambulare, led repere, ridere simulat, timere fingit, flere mentitur, quia est in illo mendacio pietas, desipuisse prudentia est, est infirmitas virtus. Hoc reor beatum Paulum fecisse, cum dicit. [Factus sum paruulus, &c.]

Paulus vt medicus & pater precatur.

18. ROMAN. 12. *Obsecro vos per misericordiam Dei, &c.* IDEM PETRVS CHRYSOL. *Sermon. 108.* Mira pietas, quæ vt largiatur, exorat. Medicus austeriora remedia, cum recipere persuadet ægrotos, agit precibus, non compellit imperio, sciens infirmitatis, non voluntatis esse, quod salutaria respuit, quotiens profectura repellit infirmus, & filium pater non potestare, sed timore, ad rigorem pertrahit disciplinae, non ignorans, quàm sit aspera immaturis sensibus disciplina. Et si corporalis infirmitas ad curam precibus sic mouetur, si puerilis animus ad prudentiam elucitur blandimentis: quid mirum si Apostolus, qui semper est & medicus & pater: humanas mentes, motibus carnalibus sauciatis, vt ad remedia diuina subrigat, sic precatur. [Obsecro vos, &c.]

Amor Pauli erga discipulos.

19. I. AD THESSAL. 3. *Nocte, ac die abundantius orantes, vt videam faciem vestram.* THEOPHYLACT. *Super hunc locum.* Orabat, horum vt liceret conspectu frui, nec sanè minori cupiditate, quàm solet agricola quispiam, cum audit, quem optime colerit agrum, fructus verò vberimos protulisse, & renifere eundem, & oculis perlustare mox cupiat.

Idem.

20. GALAT. 5. *Ego confido de vobis, quod nihil aliud sentietis, caterum qui vos perturbat, feret iudicium quisquis ille fuerit.* CHRYSOST. *Homil. de David & Saule.* Magnum esse bonum non tantum exercere virtutem, sed etiam laudare. Hoc nimirum & parentes sapenter faciunt, erga filios, dum quispiam corripit filium suum corruptum, multaque operantem mala, quamuis sibi persuasum habeat illum ex propria malitia ad perditos mores exorbitasse; fre-

quenter tamen in alios culpam reicere, ita loquens: noui non fuisse tuum delictum, sed alij te corruerunt ac seduxerunt, illorum est totum hoc peccatum. Nam hæc audiens filius poterit paulatim à malitia resipiscens, facilius ad bonam frugem reuertit, dum pudefit, erubescitque, hac laude videri indignus. Idem fecit Paulus scribens Galatis post multos illos, ac prolixos sermones, postquam non commemorandas accusationes, quibus illos accusabat, sub epistolæ finem volens ab illis amouere culpam, vt aliquantum à criminibus recreati, ad excusationem venire queant, hunc in modum loquitur. [Ego confido de vobis, &c.]

Idem.

21. AD HEBRÆOS. *Rememoramini pristinos dies, &c.* CHRYSOST. *Homil. 21. ad Hebr.* Optimi medicorum, cum altè secuerint, & per incisionem fecerint doloris augmentum, solatium statim afferunt, & remedium illi loco, vbi dolor inest, & perturbatam refouent animam; postquam autem recreauerint, alteram iam non adiciunt sectionem: quin etiam illa quæ facta sunt medicaminibus mitioribus & valentibus magnitudinem mitigare doloris confouent. Hoc etiam Paulus fecit. Postquam enim cõcussit animas Hebræorum, & compunxit mentione gehennæ, & fidem fecisset; quia omnibus modis perire oportet iniuria Dei gratiam afficientem, ne multo timore desperantem animam absorberi faceret, consolatur eos per laudes, & exhortationes, dicens: [Redeat vobis in memoriam, &c.]

PAUPER TAS.

Diuitie renunciande. 1. 7. Vide Diuitia.
Paupertas perfectio Christiana. 2. 9.
Vbi paupertas, ibi pax. 2.
Pauperes sunt adiutores diuitum. 3.
Paupertatis votum exactè seruandum. 4. 13.
Paupertatis premium. 4. 5. 7.
Paupertatis exemplum Iacob. 6.
Christi paupertas. 8. 11. 15. 23. 24. 32. 33. 37.
Paupertas fundamentum virtutum. 9. 14. 18. 19.
Oblatio pauperis Deo accepta. 10.
Pauperes commendantur. 12. 14. 16. 25. 28. 31. 33.
Contra pauperum persecutores. 15.
Paupertas voluntaria, martyrium. 17.
Paupertas, mater humilitatis. 19.
Pauperes Domini regni caelorum. 20. 21. 22. 24. 34.
Christus pauperum caput. 23.
Paupertas via ad beatitudinem certa. 24.
Nullus diues nisi pauper. 26.
Pauperum manus sanat animam. 27. 30.
Melius est pauperes ad mensam inuitare quàm diuites, & differentia inter vtrosque. 29. 35.
Non desperandum ob rerum indigentiam. 36.
Omnia renuncianda vt securius luctemur. 38.

Pauperes propter diuitum utilitates. Vide Eleemosyna. num. 3. 9.

Diuitie renunciande. Vide, Bona temporalia.

GENES. 12. *Egredere de terra tua, & de conuentione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi.* CASSIUS COLLETTA *3. cap. 3. & 6.* Tres sunt vocationes in ordines; tres quoque renuntiationes

tionem monacho in quocumque vocationis ordine constituto necessarias nouerimus. *De uocationibus* uide uerbo *Vocatio*, num. 3. Prima renuntiatio, qua corporaliter uniuersas diuitias mundi, facultatesque contemnimus. Secunda, qua mores, ac vitia, affectusque pristinos animi, carnisque respuimus. Tertia, qua mentem nostram de presentibus uniuersis, ac uisionibus euocantes futura tantum contemplamur. Quarta uel simul perficiatur ad Abraham legimus à Domino fuisse præcepta. Cum enim dicit, *exi de terra tua*, dicit ut exeat de facultatibus mundi huius, opibusque terrenis. Cum secundò dicit, *de cognatione tua*, id est, de cõuersatione & moribus, uitiisque prioribus, quæ nobis à nostra natiuitate coherentia sunt, & ueluti cognata. Tertio, *de domo patris tui*, id est, omni memoria mundi huius, quæ occurrit obtutibus. Vnde etiam ipse Deus per Dauid ait ad animam. [Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.] Qui dicit, [audi filia,] pater utique est, & illum, cuius domum obliuisci mandat, patrem etiam fuisse suæ filia testatur. Ac si dicat. Iam non ea quæ uidentur, sed quæ non uidentur contemplare. Quæ enim uidentur temporalia sunt, quæ autem non uidentur æterna. Exeunte ergo corde de hac temporali, & uisibili domo, in illam domum in qua iugiter erimus permansuri, nostros oculos, mentemque dirigamus, quæ tunc implebimus, cum in carne ambulantes, non secundum carnem uiuamus, sed nostra conuersatio in cælis sit. His tribus renuntiationibus propriè tres libri Salomonis aptantur. Nam Prouerbia primæ abrenuntiationi conueniunt, quibus mores emendantur incipientium, ac terrena uitia ressecantur. Secundæ renuntiationi Ecclesiastes, ubi uniuersa quæ aguntur sub sole, uanitas pronuntiantur. Tertiæ Canticum canticorum, in quo mens uisibilia cuncta transcendens, uerbo iam Dei, & cælestium rerum contemplationi coniungitur: nisi quis tres has renuntiationes impleuerit, ad quartum hoc peruenire non potest, & *ueni in terram, quam monstrauero tibi*, quod remunerationis ac præmij uice taliter renuntianti tribuitur. Vide *Bona temporalia*.

Paupertas, perfectio Christiana.

2. **GENES. 13.** *Erat autem Abram diues ualde in possessione auri, & argenti.* AMBROS. Abraham & ipse imperfectior in principio. Vnde enim perfectio ante aduentum Christi? Nondum uenerat qui diceret: [Si vis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, &c.] Tamen ut minimè auarus electionem nepoti obtulit, & ut iustus dissensionem amputauit. Vnde sequitur, *recede à me obsecro, si ad sinistram ueris, &c.* CHRYSOST. Cogita ante omnia, quatum ex diuitiis damnum, &c. Vide *Diuitia*, num. 3. Vbi enim meum & tuum, ibi omne litium genus, & contentionis occasio, ubi autem hæc non sunt, ibi secura uersatur pax, & concordia, ut patet de illis, qui omnia sua afferebant ad pedes Apostolorum, & diuidebatur singulis, &c. [Multitudinis, inquit Lucas, credentium erat cotuum, & anima una.]

Pauperes sunt adiutores diuitum.

3. **Q**UOD pauperes sint adiutores diuitum, eisque occasiones salutis dare possint, uide *Eleemosyna*, num. 3. ex *Chrysothomo*.

Uotum paupertatis, exactè seruandum.

4. **GENES. 14.** *Dixerat rex Sodomorum ad Abram. Da mihi animas, cetera tolle tibi. Qui respondit. Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum pos-*

sessorem celi, & terra, quod à filo subtegminis, usque ad corrigiam calceæ, non accipiam ex omnibus que tuas sunt. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur. [Leuau manum meam.] Dicendo igitur [Leuau manum meam] dicasse seipsum Deo uouisseque Deo commemorat, non accepturum quidquam. LIPOMANVS. Fortè iurandi modus apud præcos erat manuum leuatio. Alia litera. [A filo usque ad corrigiam calceamenti] uel à filo, id est uitta capitis usque ad corrigiam calceamenti, id est, à capite ad pedes, à maximo usque ad minimum. *Hæc ille.* Optime in hoc seruauit uotum paupertatis, & nota non parum prodesse ad hoc seruandum meminisse, id factum fuisse ad Dominum excelsum possessorem celi, & terræ, qui ditare nos potest aliis bonis prioribus. Vnde cap. 15. sequitur. *Noli timere Abram, quia ego protektor tuus sum, & merces tua magna nimis.* AMBROS. Quoniam sibi mercedem ab homine non quaesierat Abraham, à Deo accepit. Non enim est ferus ad remunerandum Dominum, citò promittit, & multa largitur, ne infirmos animos per dilationem aliqua subeat poenitentia, contempnissè præsentia. Vnde uelut quadam largitate compenlat, ut ueriora restituat ei, qui captus non fuerit oblatione presentium. CHRYSOST. Noli timere, quia tantas opes contempnisti, quasi imminutiores sint tuæ facultates. RVPERT. Ego protektor tuus in presenti, & merces tua magna nimis in futuro, ut utrobique gaudeas. LIPOMANVS. Merces hæc, non temporale dumtaxat fuit bonum, sed beata diuinitatis fruitio, infiniti, increatæque boni secura, sempiternaque possessio, de qua dicitur. [Nec oculus uidit, nec auris audiuit, &c.]

Idem.

GENES. 17. *Super Ismaël quoque exaudiuisti me, & ecce benedicam ei, &c.* CHRYSOST. Considera hic in iusto impletum illud; [Qui reliquerit patrem & matrem, uel domum, aut fratres, &c. centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit.] Si quis enim uult bene intueri, quoniam iustus reliquit domum paternam præcepto Domini obediens, non solum centuplum accepit, sed decies millies millecupla. Quod si hic tanta consecutus est, quis enarrabit quæ post hæc consecutus sit. Hæc audientes discamus promptam Dei præceptis exhibere obedientiam, & nunquam in laboribus uirtutum uel dormire uel tepescere.

Paupertatis exemplum Iacob.

GENES. 28. *Tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo dormiuit.* CHRYSOST. Vir domi educatus, tantæque dissiuetæ curæ, simplex enim erat, & domi habitans peregrinaturus nec iumentis egebat, nec ministris, nec uitiis, sed apostolicum morem imitatus iter facit, & cum occumberet sol, ibi dormiuit, ubi eum nox comprehendit & pro puluimari usus est lapidibus, & super pauimentum dormiuit. Igitur quoniam bene moratam animam habebat, & masculum spiritum ab omni uanitate liberum, admirabilem illam uisionem meruit. Hoc enim more agit Dominus noster, quando uidet animam præsentia non magni facientem, plurimam sibi illius curam declarat. AVGVST. *Sermon. 79. de tempore.* De beato Iacob non legimus, quod cum equis, aut asinis, & camelis abierit, sed hoc tantum legimus, quod baculum in manu portauerit. & Christus Dominus ad accipiendam sibi uxorem pauperimus in mundum uenit, solum baculum crucis in manu detulit ad redimendam Ecclesiam. RVPERTVS. Nunquid adeo tenuis erat, & pauper Iacob?

Nonne

A paupertate incipiendum iter Dei.

Nonne pater eius uehementer magnus erat, & diues, adeo ut Palæstini ei inuiderent? Sed & auus eius Abraham regum victor nulli dubium quin diues, & inclutus fuerit. Magna igitur, & imitatione digna paupertas spiritus in hoc tempore nostro Iacob spectanda nobis proponitur in tali exitu cum ad accipiendam uxorem proficiscitur; Sola fide, absque lectione scripturarum doctus erat, & ad possidendam benedictionis hereditatem, non pompatice, sed humiliter, & conscientia supplici ingreditur, ut & nos doceamur quam ueraciter dictum sit: [Iuxta est Dominus iis qui tribulato sunt corde.] Hunc imitantur quicumque benedictione Dei patris & filij eius Iesu Christi cum gratia Spiritus sancti missi ad spirituale semen seminandum depositis sæculi oneribus nudi, & expediti, ad destinatum tendunt; uigilantque, & in operibus laborant, & sobrij sunt, nihil se scire iudicantes, nisi solum Iesum, & hunc crucifixum, cum Apostolo dicentes: [Non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus.] Vnde non frustra idem Apostolus; sanctos nostros patriarchas peregrinos, & aduenas uocat, & hospites super terram. & inficà. *Si dederit mihi panem ad uescendum, & uestimentum ad induendum, &c.* CHRYSOST. Non diuitias, non abundantiam quandam petiuit, sed panem, & uestem, iuxta illud: [Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.] Characterem Apostolorum nobis hac sua petitione iustus nobis significauit, quibus Dominus dicebat, ne possideatis aurum uel argentum uel duas tunicas.

Paupertate omnia relinquenda ut crescamus.

7. **GENES. 41.** *Vocauitque nomen primogeniti Manasses, id est obliuio, &c. Nomen quoque secundi appellauit Ephraim, dicens crescere me fecit, &c.* RVPERT. Hoc quoque Deo nostro, ita mysticè congruit ut & nos exemplo eius obliuio primùm & deinde fructuosi simus, iuxta hæc duo nomina, quorum alterum obliuio, alterum fructificans interpretatur: nam ille propter nos oblitus est domum patris sui, id est, synagogam, & propter nos grano frumenti assimilatus est, quod cecidit in terram, & mortuum est, ut multum fructum afferret; eius ergo exemplo, & nos obliuiscamur domum nostram, id est, omnem cognitionem carnis, iuxta quod unicuique fidei animæ dicit Spiritus sanctus, [Audi filia, & uide, &c.] & obliuiscere populum tuum, &c.] Nam & ipse Christus in Euangelio dicit [Si quis uenit ad me, & non odit, &c. non potest meus esse discipulus.] Quo uero fructu id fiat, ut secundum nomen Ephraim discere possimus. [Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.] in alio loco denuntiat, cum dicit, [& omnis qui reliquerit domum, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, &c.]

Christus pauper & diues.

8. **GENES. 49.** *Aser pinguis panis, & præbebit delicias regibus.* AMBROS. Secundum spiritum Aser interpretatione Latina significat diuitias. Quis igitur diues, nisi ubi altitudo diuitiarum est, sapientia, & scientia? Quis diues, nisi Dominus Iesus, qui abundat semper, & nunquam deficit? Pauper uenit in hunc mundum, & omnibus abundauit, uniuersos repleuit. Quantum est in diuitiis, qui paupertate sua omnes diuites fecit? Sed pauper propter nos, diues cum patre. Vnde Apostolus. [Qui cum diues esset, propter nos egenus factus est, ut eius inopia nos diuites efficeret] cuius inopia ditat, sanat fimbria, famem fatiat, mors uiuificat, sepulchra resuscitat. Hic ergo diues est thesaurus huius pinguis panis, quem qui manducauerit, esurire non poterit, &c. Vide, *Eucharistia*, num. 21.

EXODI 12. *Profectique sunt filij Israël de Ramesse in Sochoth.* ORIGEN. hom. 5. Si quis est qui proficisci de Aegypto parat, si quis est qui cupit obscuros huius mundi actus, & errorum tenebras derelinquere, Primò omnium ex Ramesse ei proficiscendum est, id est, ex commotione tinea, hoc est, non thesaurizes ibi ubi tinea exterminat, & ubi fures effodiunt, & furantur. Quod apertè Dominus in Euangelio dicit, Si vis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, ueni sequere me. Si ergo vis uenire in Sochoth, id est, in tabernacula, ut Dominus tibi dux sit & in columna nubis te præcedat, & sequatur te petra, quæ tibi sciam spiritualem, & potum nihilominus spiritualem præbeat, proficiscere, & exi ex Ramesse & ueni in Sochoth, id est, discute à te tinea totius corruptelæ, & uitorum incitamenta reuice, & habitabis in tabernaculis. Habitatio autem tabernaculorum expeditum & absque ullis impedimentis indicat esse eum, qui festinat ad Deum.

Oblatio pauperis Deo accepta.

LEVIT. 2. *Anima cum obulerit, &c.* INTERL. **10.** **LE** Pauper quis. Nota quod pauper uocatur anima, quia quidquid pauper est anima, & spiritus est. **LYRANVS.** Voluit Deus prouidere deuotioni pauperum, ut qui non haberent animalia, uel aues, possent offerre farinam crudam, uel coctam, uel spicas; & quia oblatio pauperis apud Deum reputatur, ac si obtulisset animam suam, id est, uitam, ideo dicitur. *Anima que obulerit, &c. Marci 12.* [Hæc uidua pauper plus omnibus misit,] &c. de penuria sua, omnia quæ habuit, misit, totum uictum suum.

Christi paupertas.

LEVIT. 12. *Quod si non inuenerit manus eius, nec poterit offerre agnum, sumat duos turtures uel duos pullos columbarum, &c.* AVGVST. Notandum autem quam pauper Dominus nasci uoluerit, ut non pro illo offerretur agnus, & pullus columbinus, aut turtur, sed par turturum, aut duo pulli columbarum, secundum Euangelium, quod satis est magnum. **CYRILLVS.** O profunditas sapientia Dei. Hostias offert, qui per singulas hostias honoratur cum patre, figuræ legis custodit legis conditor. **BEDA.** Dominus noster non solum homo cum Deus esset, sed etiam pauper cum diues esset pro nobis factus est, ut nos diuitiarum, & diuinitatis suæ donaret esse participes.

Pauperes commendantur.

LEVIT. 19. *Cum messueris segetes terra tue, non tondebis usque ad solum superficiem terra, &c. Ego Dominus Deus uester.* INTERL. Pro uobis pauper, & peregrinus in mundo. **GLOSSA ORD.** Qui diuites facio, qui pro uobis pauper fio, qui propter miseriam inopum, & gemitum pauperum aliquando exurgam. Metentes, & vindemiantes uult aliquid derelinquere pauperi, ne datori omnium uideantur ingrati. Te fecit Deus diuitem & alium pauperem, ut sic probaret dispensationem diuitum, & patientiam pauperum. *Hæc illa.* Nota autem rationes. **GLOSSA ORD.** quibus pauperes commendat. prima, qui diuites facios secundum da, qui pauper fio. Vnde cap. 23. idem reperens ait. *Pauperibus, & peregrinis dimittetis.* Alia litera. [Pauperi, & peregrino.] **GLOSSA ORD.** Id est, Christo, [qui non habuit ubi caput reclinaret] & [in propria uenit, & sui cum non receperunt.] tertia, qui propter miseriam inopum, & gemitum pauperum aliquando exurgam, scilicet iudicaturus, & rationem à diuitibus

postulaturus. [Esuri enim, & non dedistis mihi manducare, &c.]

Votum paupertatis, stricte seruandum.

13. **I**OSVE 7. *Achan tulit aliquid de anathemate, irasque est Dominus contra filios Israel.* Vide quantum malum sit proprietates etiam parua rei, maxime si de anathemate est, id est, de eo quod consecratum est Deo. Dicendo enim aliquid, denotatur non tam respicere Deum quantitatem, aut qualitatem rei quae usurpat, quam affectum usurpantis. Sicut respexit affectum Apostolorum relinquendum retia, & reliqua vilia quae habebant, ut eos praemiarer, ita ut eos puniat, qui etiam parua de anathemate usurpauerint.

Paupertas fundamentum beatitudinum.

14. **R**EGVM 2. *Domini sunt cardines terrae, & posuit super eos orbem.* RVPERT. In Hebraeo habetur. [Domini sunt afflicti terrae,] id est, pauperes spiritu, & humiles corde, super quos Dominus orbem terrae posuit; quia eorum meritis terra stat, cui consonat Evangelica veritas, pauperes spiritu in fundamento beatitudinis collocans, dum octo beatitudines connumeraturus sic incipit, [Beati pauperes spiritu, &c.] Vnde sequitur. *Pedes seruorum suorum seruabat,* id est, pauperum, & afflictorum qui cardines terrae sunt, seruabit Dominus pedes, ut videlicet ad solium gloriae peruenire, & impositum super se orbem stabilius portare possint meritis. Contra autem pedes superbiorum non seruat Dominus, & ita irrecuperabiliter ruunt. Vnde Propheta. [Non veniat mihi pes superbia, &c.] Et subdit [Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare.]

Contra pauperum persecutores.

15. **R**EGVM 15. *Perccate Amalech, & demolite vniuersa eius, non parcas ei, &c.* GLOSSA ORD. De Amalech dicitur *Deut. 25.* [quia extremos populi Dei qui lassus residebant caecidit.] Lassos vero exponunt Iudaei, immundos secundum legem extra castra manentes, quorum (sicut tradunt) circumcissionem amputauerunt, & ad subannationem Dei, in caelum proiecerunt. Ideo iubet Dominus demoliri iumenta Amalech, ut nec in iumentis, eius memoria fiat. *Hac illa.* Vide qualiter Deus irascatur cum iis, qui pauperes, & afflictos persequuntur.

4. **R**EGVM 5. *Vade, & lauare septies in Iordane.* Christi paupertas imitanda, ut mundemur. Vide, *Humilitas*, num. 58. ex BERNARDO.

Paupertatis bona.

16. **R**EGVM 24. Quando captus est Rex Ioachim, & ductus in Babylonem, omnes etiam principes, & magnates translati sunt; nihilque relictum est exceptis pauperibus populi terrae. Alia littera. [Praeter inopem plebem terrae.] VATABL. In Hebraeo [praeter paupertatem populi.] Hoc priuilegio soli pauperes gaudent, ut non captiui ducantur.

Paupertas voluntaria, martyrium.

17. **E**CCLES. 31. *Beatus vir qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua.* BERNARDVS. Verè martyrij genus est voluntaria paupertas. Quid enim mirabilius aut quod martyrium grauius est, potest, quam inter epulas esurire, inter vestes multas, & pretiosas algere, paupertate premi inter diuitias, quas offert mundus, quas ostentat malignus, quas desiderat noster ipse appetitus?

An non merito coronabitur, qui sic certauerit, inuidum abiiciens promittentem, iridens inimicum tentantem, & quod gloriosius est, de se ipso triumphans, & crucifigens concupiscentiam prauentem?

Paupertas patens, & socia virtutum.

18. **M**ATTH. 4. *Venite post me, faciam vos piscatores hominum.* P. P. RAVENAS. Quam sit virtutibus cognata paupertas, & terrena & caelestis comprobatur disciplina. Athleta ad luctum nudus accedit, conflagit & cum fluctibus nauata nudus, miles in acie, non nisi expeditus astat, & qui tendit ad philosophiam, totum, quod in rebus est, ante contemnit. Est ergo virtutibus cognata paupertas, & si paupertas virtutum patens, & socia sic habetur, sapere conueniet, quare ad virtutis officium pauperes Deus sic elegit. Petrus, & Andreas, Iacobus, & Ioannes, germanitas combinata; imo paupertas geminata, in Apostolorum principes eliguntur. Erant censu pauperes, sed innocentia locupletes, arte viles, sed vita merito pretiosi, captiores piscium, sed piscatores hominum iam decreti. [Venite, inquit, post me faciam, &c.]

Paupertas mater humilitatis.

19. **M**ATTH. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Multi sancti doctores, intelligunt per pauperes spiritu, humiles. Ad humilitatem autem multum iuuat paupertas. Quia diuitiae eleuant hominem, paupertas autem deprimat. Iuxta illud *Sapientiae* 5. [Diuitiarum iactantia quid contulit nobis?] Vide *Diuitia*, num. 14. **A**VGVST. *serm. 227. de tempore.* Totum diuitis corpus, flammis gehennae consumitur, sola lingua amplius cruciatur. Ideo sine dubio in lingua, maiorem sentit ardorem; quia per eam superbe loquendo contempserat pauperem. Ipsa enim lingua, quae noluerat dicere, ut eleemosyna pauperi donaretur, grauius gehennae flammis exurit.

Pauperes, domini calorum.

20. **I**BIDEM. *Ipsorum est enim regnum calorum.* Et tantquam Domini cui volunt donant. Audi quid dicat **A**VGVST. *ubi supra.* Interueniant pro te pauperes (ait Dominus) & quidquid petieris dono. Pauper enim beatitudinem emittit mendicitate. Foecundus est ager pauperum, cito reddit dominantibus fructum. Da igitur petenti ut possis accipere, tribue pauperi, si non vis flammis exuri, da in terra Christo, quod tibi reddat in caelo. Accipe ergo consilium, dum in manibus tuis habeas pretium tuum, dona tibi de tuo, dum tuum est; quia fragile est quod tenes, & ceterorum est, quod attendis. Si ergo aperueris pauperibus manus tuas, Christus tibi aperiet ianuas suas, ut paradisi possessor introcas.

Idem.

21. **I**BID. **A**VGVST. *Serm. 245. de tempore.* Si, verbi gratia, inuenires aliquem inopem de trans mare, aut quo ire velles, inuenires inde ciuem, necessitatem patientem, nonne diceres tibi, cuius iste, inde est, quo ego ire volo, eger hic, do illi, quod tibi mihi reddat. Ecce eger hic pauper qui cuius est regni calorum, quid dubitas facere traiecitium? **I**D E M *de verbis Domini serm. 25.* Oblituere quod es, & attende, quod futurus es. Praefens vita fragilis est, & in mortem procliuus. Nemo potest stare, sed omnes cogimur transire. Nolentes imus, inniti eximus, quia mali sumus. Si autem aliquid ante nos mitteremus, non ad inane hospitium veniremus: Quod enim pauperi damus, ante nos praemittimus. **I**D E M *in tract. Conuersat.*

Conuersat. tomo 9. Ipsi quidem datis, sed vobis in futurum transmittitis, non ut ventrem impleatis, sed vnde flammis extinguitis; quia sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum.

Idem.

22. **A**VGVST. *ubi supra.* Audite modo ante fores vestras pauperes rogantis, ut & ipsi pro vobis in die iudicii rogent. Qui verò auerit aurem suam ab egno, & ipse clamabit, & non exaudiet eum Dominus.

Christus, pauperum caput.

23. **I**D E M **A**VGVST. *Serm. 110. de tempore.* Creator Angelorum, omnium visibilium, & invisibilium effector, & conditor, fugit, & vagit, nutritur, crescit, tolerat aetatem, occultat maiestatem. Postea tenetur, continetur, flagellatur, illudatur, conspuitur, colaphizatur, spinis coronatur, ligno suspenditur, lancea perforatur. O paupertas! Ecce caput pauperum, quod requiro, cuius pauperis membrum inuenimus virum pauperem.

Paupertatis beatitudo.

24. **M**ATTH. 5. *Beati pauperes spiritu, &c.* Vide, *Sapientia*, num. 28. ex **I**SAAAC. Curritis, sed extra viam. Paupertas voluntaria propter me, ipsa est via. Paupertas via est, non beatitudo. Audiamus pauperes pauperem. Experto credendum est. Pauper natus est, pauper vixit, pauper obiit, mori voluit, diues fieri noluit: sed ardua est via. Quippe sursum itur: idè expeditos fore necesse est. Quid volumus? Querimus beatitudinem? ostendit veritas veram. Querimus diuitias? Rex regna donat, reges facit. Irretrahit homines pessima pestis curiositas. Excusant eos iuga bouum quiaque à caelestibus nuptiis, in quibus de paupertate sumitur plenitudo, de inopia faties, de extremitate primatus, de vilitate dignitas, requies de labore. Hos boues macrauit Elifcus ut expeditus sequeretur Eliam. & nos ergo simili forma sequamur Christum. Vide etiam *Vna*, num. 1, ex **G**A L F R.

Paupertatis laudes.

25. **C**HRYST. *hom. 48. in Mattheum.* Si animum cauari nudum absque corpore cogitatione perspexeris, inuenies, sicut vestem, mille tincis corrosam. Sic vtique à curis perforatum, à peccatis putrefactum, & habendi cupiditate contabescens. Non talis profecto animus inopis, sed fulget ille quidem, ut aurum, splendet, sicut gemma, floret quasi rosa. Nulla tinea tibi est, nullus fur, nulla cura secularis, sed viuunt Evangelica vita.

Nullus diues, nisi pauper.

26. **C**YRILLVS IEROSOLYMITAN. *Catechesi 5.* Magnum quiddam est vir fidelis omnique diuite ditior. Fidelis enim viri est vniuersus mundus diuitiarum, qui possit contemnere ipsas, & conculcare. Nam qui ad apparentiam diuites sunt, multaque possident, in anima pauperes sunt: quamplura enim congregant, tanto magis eorum, quae desunt, concupiscentia tabescunt; fidelis autem vir, quod est maxime paradoxon, in paupertate diues est: sciens enim quod tantum habere necesse est, quibus tegamur, & vescamur, & his contentus, spernit diuitias.

Pauperum manus sanat animam.

27. **C**HRYST. *hom. 30. in 1. Corin.* Neque medicus quicquam ferro, manuque admotis, sic accuratè putrida vulnera sanat, ut pauper egena manu porrecta, stipem flagitando, vulnerum cicatrices tol-

lit, & quod mirum citra dolorem, citra suspirii palcherrimam conferunt medicinam.

Pauper fortis ut leo, diues vero timidus ut lepus.

28. **C**HRYST. *ibid. hom. 35.* Quemadmodum inter animantia ceruus, & lepus ob innatam sibi timiditatem, maxime ceteris obnoxia sunt. Sus autem, & taurus, & leo, haud facile in potestatem insidiatoris cadunt. Tale videre quiddam in diuitum, & pauperum gente licet. Hic leoni, tauro similis est: ille lepori, ceruo. Quem enim non metuit diues? An non latrones? An non potentes? An non inuidos? annon calumniatores? & quid calumniantes, aut leones dico? Familiares suos suspectos habet? aut quid viuens dico? Quando ne mortuus quidem grassantium improbitate liber est; & ne mors quidem ipsa tutari prorsus diuitis cadaver potest, quin scelesti homines expilent: tam est periculosa res opes.

Melius est pauperes ad mensam inuitare, quam diuites, & differentia inter utrosque.

29. **L**VCE 14. *Cum facis prandium aut cenam, noli vocare amicos, &c. nec vicinos diuites, ne forte & ipsi te inuient, & fiat tibi retributio; sed cum facis conuiuium, voca pauperes, &c. Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi; retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.* **C**HRYST. *hom. 1. ad Coloss.* Amicos qui ad prandium vocat, nihil magni facit: recepit enim hic mercedem: qui pauperem, Deum habet debitorem; retribuet, si non retribuerit homo, si homo retribuerit, non est retributurus Deus. Amicum si vocaueris, ad vesperam vsque durabit gratitudo; si pauperem, nunquam ea peribit: debitor enim Dominus perpetuo reminiscitur; nunquam obliuioni tradet. Vulgaris amicitia velocius quouis momento consumitur. Instruantur mensae duae: vna pauperibus repletur, diuitibus altera. Illic argenti nihil, nec vini multum: hic vasa aurea, & argentea, ministri multi, atque splendidi; & sumptuosa fercula. In vtra estis accubaturi? In hac vestrum, opinor, plurimi, ego ad illam propero. Haec homines, illa Christum, seruos haec, illa Dominum habet recubentem. Itaque etiam si sit maior illius, quam huius voluptas, quanto iucundius cum rege quam cum famulis accumbere? In illa ego, quique mecum cum elegerint, multa cum libertate, animique delectatione, & loquemur, & audicimus omnia: vos autem in hac trementes, ac timidi, simulque discumbentes, subuertitque, manum quidem protendere audebitis quasi ad pedagogium, non ad prandium ingressi & coram molestis, ac laeuis dominis trementes, & seruorum more, eadem cum heris mensa communicantium, abiectè loquentes, nos verò non ita. Duplici enim nomine vos superamus, libertate scilicet ac honore, quibus, quod ad voluptatem attinet, nihil conferendum. Ego quidem malim cum libertate, amicitia, gratia, panem & olea, quam cum seruitute vitulum faginatam, & mille fercula; iuxta illud *Proverb. 15.* [Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum faginatam cum odio.] Quidquid enim diuites dixerint, coguntur laudare qui praesentes sunt, &c. Priuata ergo omni iucunditate, diuitum mensa, pauperum, quauis animi delectatione referta est. Illic vel inuito necesse est multo cibo, vinoque rumpi: hic nihil nolentem cogit comedere vel bibere, &c. Potior itaque pauperum mensa voluptas, quanto honor, ignominia suauior, sui iuris esse, quam subesse, liberè loqui, quam tremere, iucundè agere, quam meticulosè, necessariis quantum satis est frui, quam deliciis mensuram excedere, & pauca insumere quam multa. Qui diuites ad prandium vocat, id multos ante dies parat, & accurat,

nec dormit noctu, nec die quiescit, multa ipse comminiscens, plura coquis, propinatoribus, & structoribus præcipit faciendâ imminente conuiuio die timidiore, quam quibus depugnandum est, nequid contra præscriptum fiat, nequis inuideat, cauilletur, criminetur, aut exprobet, & multos inde acquirit irrisores. Hac omni cura liber est, qui pauperes inuitat, mensam ex tempore parans, nihil diu ante curans. Ad hæc post omnia tot, tantaque mox ille gratiam perdit. Deum iste debitorem habet, bona spe nutritus singulis diebus ab ista mensa saturatus, cibus quidem consumptis, sed non consumpta gratia quotidie magis gaudet, quam qui adeo cibi, vini que multum ingurgitat, vt nihil animum tam oblectet, quam bona spes, & placida. Videamus reliqua. Illic tibiæ, lyra, fistulæ: hic hymni, & psalmodiæ: illic laudantur demones, hic omnium Deus: hic gratia, illic stupor, & ingratitude. Nam dic mihi, pauit te Deus ex bonis suis, vnde pastum te oportebat gratias agere; tu demones introduces? Quæ enim musicis canuntur instrumentis, vix aliud, quam dæmonum sunt cantilenæ. Dicendum erat, Benedictus es Domine, qui me aluisti: tu, nec horum, vt canis quidam recordaris, &c. A mensa illa surgentes, infans & amentibus similes sunt, iracundi, temerarij, ebrij, sobrijs mancipijs ridiculi: hi prandium gratiarum actione claudentes, domum sic abeunt, iucundi dormiunt, & exurgunt omni turpitudine liberi. Hi tales intus, quales foris cæci, claudi, & muti, & qualia eorum corpora, tales animæ, iisdem morbis correptæ: horum & corpus, & anima splendida, ornata, alacris hic benignitas, mansuetudo, & gratiarum actio, nec Dei tantum gloria, sed maior ab hominibus commendatio. Illi etiam inuident; hi velut communem patrem suspiciunt, omnes nullo etiam beneficio affecti, nec minus prædicant, quam quibus factum est bene. Illic inuidiæ multum, hic prouidentia plus & auxiliij, multæ ab omnibus precationes. & hæc in hac sanæ vita, in futura autem, cum Christus venerit, stabunt hi multa cum securitate coram orbe vniuerso audientes: [Esuriens vidisti, & paupisti &c.] *Matth. 25.* Illi è contrario, [Oserue male, piger &c.] & [Væ delictis, somnolentis, vinolentis, delibutis, vinctis.] Quid igitur, inquis, si & ista & illa fecero diuitibus scilicet, & pauperibus communiæ? &c. Dices, sed illinc aiunt lucrum est. Ecquod quæso? Amicitias auget. Nihil amicis vilius ita comparatis, nihil talibus parasitorum amicitijs frigidius. At pauperum mensæ, amicitiam generant erga Deum autem, atque cumulata. Qui partim in pauperes, partim & in diuitibus insumit, det licet multa, nihil tamè magnificat. Qui omnia in pauperes impenderit, modica licet dederit, totum tamen perficit. Non quaritur, quam multa des, aut modica, sed an non minus quam possis. Vidua illa quæ pauit Eliam, quæ duos obolos in gazophylacium misit, non dicebat; Quid nocuerit, si vnum quidem obolum mihi retinuerit, alterum autem dederit, sed omnem vitam suam dabat, tu verò in tanta abundantia, fordidus es.

Pauperum manus, animam sanat.

30. **C**HRYST. *Hom. 14. in primam Timoth.* Nisi cessent pauperes, peccatorum difficile sarcinam poneret. Medici illi sunt vulnere tuorum, manus eorum tibi medicamenta præstant; non ita medicus, vt medicamenta imponat, extendens manum curationem exhibet, vt pauper abs te accipiat porrigens manum. *Matth. 6. Thesaurizate vobis thesauros in celo.* **P**ETRY **C**HRYSOLOG. *de ieiunio, & elemosyna Sermone 8.* Thesaurus cæli est manus pauperis, quod suscipit, ne in terra pereat, reponit in cælum. Manus pauperis est gazophylacium Christi; quia quidquid

pauper accipit, Christus accipiat. Da ergo homo pauperi terram, vt accipias cælum, da nummum, vt accipias regnum, da micam, vt accipias totum, da pauperi, vt des tibi: quia quidquid pauperi dederis, habebis: quod pauperi non dederis, habebit alter.

Pauper licet irrideatur à multis, apud Deum in pretio habetur.

31. **C**HRYST. *Hom. 75. in Ioan.* Sed ridiculus est pauper (ais) etiam si virtute præditus sit. Non apud homines, sed carentes ratione. Nec enim si asini in nos irrudant, & inclangant graculi, sapientes autem laudent, horum dimisso consensu, stultorum clamores nos moueant. Sunt enim graculis haud ab similes, & asinis peiores, qui præsentia mirantur. Nam si terrenus rex te laudet, nihil tibi cum multitudinis sermonibus, & si omnes irideant. Cum autem omnium Dominus te laudat, de cantharidum, & culicum laudibus cogitas?

Paupertas potius ferenda, quam fugienda.

32. **C**HRYST. *Hom. 25. in primam Corinth.* Cur fugimus paupertatem? Cur opes miramur? Cur non animum potius ferendis omnibus præparamus? Nam qui domum struit, non eò spectat, vt ne pluuia super ipsam descendat, ne radius incumbat, quando istud quidem nulla ope caueri potest, sed vt ad omnia ferenda apta sit, & idonea. & nauem fabricans non hoc agit, vt ne fluctus obrurber, vnde ne tollantur. Impossibile est. Sed vt naui compages, & latera, ad omnia idonea fiant, & corporis curâ habens, non hoc agit, ne villa malefica, aut inæqualis aeris vis oboriatur, sed qui corpus omnia tolerare possit. Hoc ipsum intus etiam conari oportet, non qui suffragias paupertatem, qui opes assequare, sed qui ad salutem vtrumque si incidat conuertat. Missa igitur ista solitudine, ferendæ paupertati, ferendis opibus mentem idoneam reddamus.

Pauperes non contemnendi, neque vituperandi.

33. **C**HRYST. *Hom. 36. in Matth.* Ne contumeliis inopè reddas. Remedio indiget, qui te adiit, non vulneribus. Nam si quis lapide percussus cæteris omnibus neglectis ad genua tua sanguinolentus confugerit, alio ne tu iterum caput eius percuteres, & vulnus vulnere adderes? Nequaquam certè, sed priori vulnere mederi velles. Cur igitur in paupere oppositum facis? An ignoras quantum prodè se iucunda, & quantum nocere possit amara oratio? Melius est, inquit, sermo pius quam datio: Aduersus te ipsum ense abuti, grauioreque ictu confossum iacere, cum dolere pauper commotus, gemens, atque lachrymans silentio abs te discesserit, nempe à Deo ad te missus fuerat. Nam si famulus tuus ad alium similiter famulum argentum tuum repetiturus, quod illi dederis, iussu tuo profectus sit: nec inde solum inanis, verum etiam cum conuicio, atque contumelia pulsus redierit, quo supplicio famulum tuum punies, cum te ipsum ab eo spreto atque contemptum censeres? Pariter de Deo cogita: ipse enim est qui pauperes ad nos mittit.

Labor pauperis non frustratur fructu suo.

34. **P**SAL. 9. *Patientia pauperum, non peribit in sinem.* **C**HRYST. *super hunc locum.* Id est, nunquam, sed proprium fructum recipiet. Quod non semper euenit in rebus ad victum pertinentibus, sed finem sæpe non consequuntur pereuntibus laboribus: Agricola quidem expectat, & mercator; at non raro propter aeris iniquitatē, aut aliunde fructu sui laboris excidunt. In Deo non ita fit, sed suum quisque in eo finem

finem consequatur necesse est, quod magnam vtique consolationem affert, de sine nunquam frustrando consistere.

Differentia inter diuitem, & pauperem.

35. **C**HRYST. *Hom. vltima in Matthæum.* Diues, vt multum aduletur necesse est, tum principibus, tum subditis, & vt quam plurimis indigeat, & turpiter seruiat, nec non metuat, & tremat, & inuidorum oculos suspectos habeat, & sycophantarum ora timeat, aliorumque auarorum cupiditates. At talis non est paupertas, sed planè diuerfa. Locus tutus est, & securus, portus tranquillus, palæstra, & gymnasium philosophiæ, angelicæ vitæ imitatio. Mihi verò paupertas similis esse videtur cuiuspiam virginis ac forma eleganti: Auaritiâ verò, monstruosâ mulieri, scyllæ cuidam, & hydræ. Sed & ipsam virginis pulchritudinem consideremus. Siquidem ipsius oculus est clarus, & purus, nihil habens turbulentum, vt habet auaritiæ oculus; nunc quidem furore plenus; nunc verò voluptate oppletus, nunc autem intemperantia perturbatus, At, talis non est paupertatis oculus, sed mansuetus, tranquillus, suaue ad omnes respiciens, placidus, clemens, nullum odio prosequens, nullum auersans.

Ob paupertatem, & rerum indigentiam non desperandum.

36. **I**SIDORVS **CLARIVS** *Oratione 57. Tomi primi.* Pauper es, ne desperes ob inopiam. Oculos referas ad hirundinem ingeniosam. Nam illa nidum compingens, festucas ore fert, cum verò lutum portare pedibus nequeat, alarum summitatem aqua irrigans, deinde tenuissimo puluere inuoluens, hoc pacto luti vltimū excogitat, & paulatim festucas interferit luto illo, veluti glutino quodam colligans, ibi pullos nutrit: quorum si quis oculos pungat, habet à natura curationem quandam, ac medendi artem, qua ad sanitatem, pullorum oculos reuocat. Hæc te admonent ne ob paupertatem ad malè faciendum conuertaris, nec in molestissimis afflictionibus, omni spe abiectâ, ipse te deserat, sed ad Deum refugas, qui hirundini talia largitur, multo profecto maiora dabit hominibus, qui ad eum toto corde clamauerint.

Paupertatem voluntas suauem facit.

37. **M**ATTH. 5. *Beati pauperes spiritu, id est, voluntate.* **S**ALVIANVS *De vero iudicio & prouidentia Dei, lib. 1.* Labor, ieiunium, & paupertas, & humilitas, & infirmitas, non omnibus sunt onerosa tolerantibus, sed tolerare nolentibus. Siue enim graui hæc sint, siue leuia, animus tolerantis facit. Nam sicut nihil est tam leue, quod ei graue non sit, qui inuitus facit, sic nihil est tam graue, quod non ei qui libenter exequitur, leue esse videatur, nisi fortè antiquis viris, prisca virtutis graue fuisse existimamus, quod pauperes erant, qui diuites esse nolebant. **L**AURENTIUS **IUSTINIANVS** *Lib. de contemptu mundi cap. 11.* Quemadmodum ex adhibito remedio ægroti, medici peritia agnoscitur: ita interdum ex occurrente inopia, miserantis Dei prouidentia sentitur.

Omnia renuntianda, vt securius luctemur.

38. **M**ATTH. 19. *Vade, & vende omnia quæ habes &c.* **M**NILVS *in Ascetico.* Agite, exuamini omnia, nudus enim consistit aduersarius. Nunquid induti luctantur pugiles? Nunquid certaminis lex iubet eos nudos stadium ingredi. Nudus verò, & nudum oportet certare. Nuditas enim facit, vt ab aduersario luctator apprehendi non possit, vnctio autem, vt si quando fuerit apprehensus, elabatur. Propterea luctatores pulue-

rem aduersariis conantur aspergere, vt olei leuitatem, pulueris iniectione exasperent, atque ita facilis eos apprehendere valeant. Iam quod illic est puluis, id in nostro certamine est in terrenis rebus occupatio, & quod illic est oleum, hic est quietis studium ab omni solitudine vacuum.

P A X.

Perfectorum est pacem interiorum habere. Vide, Status perfectorum, num. 8.

In Paupertate pax. Vide Paupertas, num. 2.

Pax seruanda cum omnibus. 1. 3.

Pacem tria impediunt. 2. Imò quatuor. 9.

Vt pax seruetur discendum. 3.

Pax interior perfectorum. 4. 6. 16. 18. 19.

Differentia inter pacem exteriorum, & interiorum. 4. Pacis, & concordie efficacia. 5.

Pax interior post mortificationem. 6. 7. 10. 18. 19.

Pacem Christus commendat. 8. 27. 28.

Christus pax nostra. 11. 13.

Pacem peccatores non habent. 12.

Pax fraterna omni oblationi præfertur. 14.

Pacem perdit, qui Deum defraudat gloria sua. 15.

Pax, & pudicitia Dei sapientiam comitantur. 17.

Pacifici qui dicantur filij Dei. 18.

Contra non arguentes peccantes, vt pacem seruet. 20.

Pax peccatorum noxia. 21.

Pacis, & concordie necessitas. 22. 23.

Non iudicandus frater. 23.

Omnia nobis pacem prædicant. 24.

Pax bonum maximum. 25.

Pax falsa reicienda. 26. 29.

Quod concordiam Deus diligit, Vide Amor proximi, num. 1. 2. 3. 4. 9.

Concordia inter coniuges, Vide Matrimonium, num. 53.

In resurrectione perfecta pax corporis & spiritus. Vide Resurrectio, num. 7.

Pax seruanda cum omnibus.

ENE S. 13. *Ne quæso sit iurgium inter me & fratre senim sumu.* Vide, *Famili. nu. 1.* **EX** **A**M BROS. **C**HRYST. Debebat Abraham, vt pote missus omnibus Palæstinæ cultoribus sapientiæ doctor nullam scandali dare occasionem, vel ansam concedere, sed morum lenitate omnes erudire, & suæ virtutis facere imitatores; & ideo dicit, *ne sit iurgium.* &c. docet non tantum præsentibus, sed posteris etiam omnes nunquam cum proximis esse litigandum, etiam his qui nobis præstantiores non sunt. Nam eorum contentio magnam nobis affert ignominiam, & non illis imputantur, quæ sunt, sed in nos transfertur, quod reprehendendum. Vide etiam *Diuitia. num. 3. & Ira. num. 7.*

Pacem tria impediunt.

2. **I**BID. *Abraham (ait Hugo de Foileto) cuius hæc sunt verba, non sit iurgium inter me &c.* Religionis est forma, exemplum cohabitantium. Tria sunt verò, quæ pacem cohabitantium turbare solent, scilicet quando aliquis mouetur ad iram, pro seipso, & pro amico vel pro commodo. Hæc tria remouit Abraham cum habitauit cum nepote. Primum remouit dicens, *non sit iurgium*

iurgium inter me, & te. Secundum cum diceret: nec inter pastores meos, & pastores tuos. Tertium posuit: Ecce, inquit, tota terra ante te est. Hoc est, si de me, de amico, si de possessione dissensio est, omnibus cedo; si autem de moribus non conuenit, discede a me.

Ut pax seruetur, discedendum.

3. **GENES. 31. Tulit, scilicet Iacob, omnem substantiam suam, &c. pergensque ad Isaac patrem suum.** AMBRÓS. Ecce qualis vir iustus esse debet, si inuidia fuerit exorta. Primum ut declinet eam. Melius est enim sine lite abire, quam residere cum iurgio. Deinde ut talia possideat, quæ secum auferre possit, ut in nullo teneri ab aduersario possit obnoxius.

Pax interior perfectorum.

4. **GENES. 32. Præcesserunt munera ante eum, ipse uero mansit nocte illa in castris.** AMBRÓS. Petiturus à fratre concordiam dormiuit in castris. Perfecta virtus, pacem, & stabilitatem causat, ideo Dominus, donum eius perfectioribus reseruabit dicens: [Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.] Perfectorum est enim non facile mundanis moueri, non turbari metu, non exagitari suspitione, non terrore concurri, non dolore vexari, sed quasi in litore tutissimo aduersus insurgentes fluctus procellarum secularium mentem immobilem fida statione placidare; hoc firmamentum Christianis mentibus Christus inuexit, pacem internam inuehens animis probatorum, ut non turbetur cor nostrum, nec exagitetur animus. Et Apostolus hanc pacem super omnem mentem esse asseruit, [& pax Dei, inquit, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra &c.] Fructus itaque pacis est, non perturbari in pectore. Denique vita iusti, quieta est. Iniustus autem inquietudinis, & perturbationis plenus est. Itaque amplius suis suspitionibus affligitur impius, quam alienis plerique uerbis, maioresque vibices vulnerum in eius animo sunt, quam in eorum corpore qui ab aliis uerberantur. Grande est intra se aliquem tranquillum esse, & sibi conuenire. Exterior pax, aut imperatoris sollicita prouidentia, aut manu militum queritur, & in ea pace nulla nostra virtus, sed euentus est, & huius gloria pacis certe ad imperatorem refertur, interioris autem pacis fructus in nobis est, quæ est in mentibus singulorum, quæ tenetur affectibus. Istius pacis maior est fructus, quo spiritalis nequitia tentamenta, quam quo arma hostilia repelluntur. Ista pax sublimior quæ corporalium passionum excludit illecebras, perturbationisque mitigat quam ea quæ barbaricos sedat incurfus. Plus est enim clauso intra se hosti resistere, quam remoto.

Pacis, & concordia vis, & officina.

5. **IOSVE 6. Igitur omni populo uociferante. INTERL. Inubilante. & clangentibus tubis &c. muri illico corruerunt.** ORIGEN. De hoc iubilo dicitur, [Inubilante Deo, omnis terra.] & alibi, [Beatus populus qui scit iubilationem.] In aliis timor Domini facit bonum, vel beatum, sed unum tantum hominem. [Beatus, inquit, vir qui timet Dominum.] In aliis etiam plures sunt beati, sicut pauperes spiritu, mites &c. Hæc autem beatitudo profusa, vniuersum populum beatificat. Vnde mihi videtur ista iubiliatio quandam concordia, & unitatis significare affectum, qui si incidat in duos vel in tres Christi discipulos, omnia quæcumque petierint in nomine Saluatoris fient eis: Si autem tanta fuerit beatitudo, ut omnis populus vniuersim maneat, idem dicat, eodem sensu, eadem sententia, tali populo eluante vniuersim voce, fiet quod in actibus Apostolorum scriptum est: [quia terzæ motus

magnus factus est, ubi vniuersim orabant Apostoli cum mulieribus, & Maria matre Iesu,] & hoc terræ motu cadent omnia terrena, & mundus ipse subuertetur. Ad hoc Iesus hortatur dicens, [Confidite, quia ego vici mundum.] Illo ergo ducit à nobis victus est mundus, & muri eius collapsi sunt quibus etiam homines sæculi nitebantur.

Pacem quando consequemur.

IOSVE 11. Et quiem terra à praeliis. ORIGEN. Non sub Iesu filio Naue, sub quo nunquam ferè cessauit à bellis, sed sub Iesu Christo. Venisti enim ad Iesum, & in baptismo remissionem peccatorum consecutus es, & iam in te non pugnat caro aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Cessauit ergo terra tua à bellis, si tamen mortem Iesu in corpore tuo circumferas, ut cessantibus omnibus in te praeliis, verus pacificus efficiaris, & voceris filius Dei; sed hoc fiet cum bella transieris, & aduersarios subegeris. Tunc requiesces sub vite tua, quæ est Christus, & sub sicu tua, quæ est Spiritus sanctus. & super illud **Iosue 14. Et terra cessauit à praeliis,** ait **INTERL. Si vis habere hereditatem à Iesu, oportet ut terra carnis tuæ quieteat, nec contra spiritum confligat. Vide etiam, Adorificatio, num. 39. ex ORIGENE.**

Pax interior seruanda.

IOSVE 15. Habitauitque Iebusæus cum filiis Iuda in Ierusalem, usque in presentem diem. ORIGEN. Hoc ad literam stare non potest, sed spiritaliter intelligendum est. Ierusalem visio pacis dicitur. Si ergo in corde nostro ædificata est Ierusalem, id est, visio pacis, & Christum; qui est pax nostra, semper intueamur, & seruemus in corde nostro, & ita fixi, & stabiles sumus in hac visione pacis, ut nulla cogitatio peccati ascendat in cor nostrum, possumus dicere, quia in Ierusalem sumus, & nullus nobiscum est, nisi soli sancti. Nunc uero & si ad grandem profectum veniamus, & summis nos studiis excolamus, nullum puto tantum esse, qui non aliqua cogitatione maculeretur. Certum est enim habitare etiam Iebusæos cum filiis Iuda in Ierusalem. Laborandum tamen est quotidie eicere eos de Ierusalem, sed non omnes simul eici possunt.

Pacem Christus commendat.

1. **REG. 25. Venietis ad Nabal (ait David decem pueris suis) & salutabitis eum ex nomine meo pacifico, & sic dicetis: fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quæcumque habes sit pax.** Et Christus Dominus qui est pax nostra, utpote qui fecit utraque vnum, nunquam ab ore eius decidit pax, pacem semper ad suos loquitur, maxime post resurrectionem. Petro tanquam capiti mittit pacem; *Et tibi pax, & fratribus;* id est, Apostolis pax, *Et domui tuæ;* id est, Ecclesiae pax. *Et omnibus simuliterum pax.* Quando nascitur, pax hominibus bonæ voluntatis, quando mittit discipulos, pax huic domui: in cœna vltima pax. [Pacem meam do vobis &c.] in Resurrectione [pax vobis,] & post dies octo iterum, pax &c.

Pacem quatuor inquietant.

3. **REG. 4. Salomon habebat pacem ex omni parte in circuitu.** HUGO DE FOLETO. Quatuor sunt quæ pacis somnum inquietant: hostis, seruus, vxor, & vicinus. Hostis est diabolus; seruus mundus, vxor caro, vicinus quilibet proximus. Cum ergo diabolus eicitur, mundus subicitur, caro affligitur, proximus diligitur, quid aliud agitur nisi quod pax ex omni parte stabilitur? Item pacem habet ex omni parte, qui non turbatur memoria præteritorum delictorum,

delictorum, nec inquietatur desiderio futurorum, nec frangitur aduersis, nec prosperis eleuatur.

Pax interior.

10. 3. **REG. 6. Malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audua in domo cum ædificaretur.** AITARDVS. De domo spirituali quam ædificat in sanctis verus Salomon, conuenienter potest intelligi hoc ipsum. Nam multo sudore, multoque labore sudatur, securisque, ac malleo plurimum laboratur, antequam ad illam quietem, ad illamque pacem, quam solus Iesus inhabitat veniatur, in pace factus est locus eius. Ut ergo formentur lapides in illo superiori Libano, primò extrahendi sunt ab illo inferiori. Ut formentur in charitate Dei, eruendi prius sunt ab amore sæculi. Et super illud **4. Reg. 22. Et colligeris ad sepulchrum tuum in pace,** ait **STEPHAN.** Ecce Dominus promisit Iosæ sepulchrum pacis, & tamen occisus est. Quia tribulatio temporalis, non auferit pacem, quam dat Dominus. Vnde de martyribus dicitur: Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, scilicet, in pace pectoris, quam non auferit gladius.

Christus pax nostra.

11. **ISAÏE 53. Disciplina pacis nostra super eum.** GILBERTVS. Disciplinam debitæ pœnæ Christus sustinuit, ut nobis iustitiæ pacem refunderet. Ipse punitus, tu repropitiatus, & tu punitus, sed pœna tua pacem tibi parturire non potuit. Hostia immunda, contaminatos mundare non poterat, non modo alios, sed ne ipsam quidem, & pœna igitur erat, & pax non erat. O misera, & gratis disciplina super filios Adam conterens, & non protegens, puniens, & non purgans, consumens, & non concilians. Consumit, sed carnis substantiam, non culpam. Quid illi, & pacis? Quando pacem conferet, cui est cum peccato commercium? Quando conferet gratiam qui non auferit culpam? [Iustitia enim & pax osculatae sunt.] Disciplina ergo pacis nostræ super eum, qui nobis attulit fructus peccatorum iustitiæ.

Pacem peccatores non habent.

12. **IOB 9. Quis restitit ei, & pacem habuit?** GREGOR. lib. 9. Moral. cap. 2. Sic summus ille angelicus spiritus qui subiectus Deo, in culmine stare potuisset, semetipsum repulsus patitur, quia per naturæ suæ inquietudinem foris vagatur. Sic primus humani generis parens quia auctoris præcepto restitit, carnis protinus contumeliam sensit, & quia subesse conditori per obedientiam noluit, sub semetipso prostratus, & pacem corporis protinus amisit. Bene ergo dicitur: Quis restitit ei, & pacem habuit? quia peruersa mens vnde se contra auctorem erigit, inde se in semetipsa confundit, &c.

Christus pax nostra.

13. **IONÆ 1. Et stetit mare à seruire suo.** Id est, Per mortem Christi, ira Dei desit seruire in genus humanum. **HIERON.** Si consideremus ante passionem Christi errores mundi, & diuersorum dogmatum flatus contrarios, & nauiculam, totumque humanum genus, id est, creaturam Domini periclitantem, & post passionem eius tranquillitatem fidei, & orbis pacem, & securam omnia, & conuersionem ad Deum: Videbimus quomodo post præcipitationem Ionæ steterit mare à furore suo, &c.

Pax fraternæ, omni muneri præfertur.

14. **MATTH. 5. Si offers munus tuum ad altare, & recordaueris fueris, &c.** CASSIAN. In tantum non vult Dominus noster, nos alterius despectui habere

tristitiam, ut si aliquid, aduersum nos frater habuit, nec munera nostra suscipiat, id est, nec orationes à nobis permittat offerri, donec de animo eius iustè, iniustè contempnam tristitiam, celeri satisfactione tollamus. Nec enim ait, si habet veram querelam aduersum te, sed si habet, inquit, aliquid aduersum te, id est, si leue etiam aliquid, ac vile sit quo fratris in te excitata fuerit commotio, & hoc memoriam tuam, subita recordatione pulsauerit, scias offerre te precum tuarum spiritualia munera non debere, nisi prius qualiter ex causa ortam tristitiam de corde fratris tui, benigna satisfactione depuleris.

Pacem perdit qui Deum defraudat gloria sua.

15. Vc. 2. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. BERNARDVS. Displicet mortalibus angelica partitio, qua gloria Deo, pax hominibus nunciatur, & dum usurpant gloriam, turbant pacem. Solus tribulatio temporalis, non auferit pacem, quam dat Dominus. Vnde de martyribus dicitur: Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, scilicet, in pace pectoris, quam non auferit gladius.

Pax interior Stephani protomartyris.

16. IBID. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. GALFRIDVS. Quæ est ista pax? Non videtur pax in terris præsertim eis quibus promittitur, hominibus scilicet bonæ voluntatis. Nunquid enim bonæ voluntatis homo Stephanus non erat? Sic dilexit Deum, ut testimonium ei etiam inter saxa præberet. Sic dilexit homines ut pro eis, à quibus occidebatur, in ipsa mortis hora flexis genibus exoraret. Et huic homini tam bonæ voluntatis, in terra quæ pax fuit? [Lapidauerunt, inquit, Stephanum, &c.] Magna quidem pax etiam in terra, sed non de terra, nec etiam cum terra. An putas, quia non erat pax Stephano cum obdormiuit in Domino? An pacatus non erat, qui se pacificum exhibebat, qui inimicis pacem quærebat, qui pacare Dominum, & propitiari peccatoribus tam deuotis precibus satagebat? O mira dilectio, sic diligere, & eos diligere qui occidunt!

Pax, & pudicitia, Dei sapientiam comitantur.

17. IACOBI 3. Omnis sapientia, quæ a desursum est primum Iquidem pudica est, deinde pacifica, &c. BERNARD. Pudica quidem est contra propriæ voluntatis impuritatem, pacifica contra proprii consilij obstinatam rebellionem. Audiant igitur, qui propriæ voluntatis, & proprii consilij lepra fordent; audiant quam breui versiculo Spiritus sanctus lepram utramque condemnet. Omnem ergo cogitationem in qua hæc duo non concurrunt, à Dei sapientia alienam non dubites; ea uero quæ pudica videtur, nec vitia trahit apertè, sed virtutis præterdit imaginem, tunc demum à Deo noueris esse, si pacifica sit, si prælati tui atque spiritualium fratrum approbetur iudicio, quoniam non faciet Dominus uerbum, quod non reuelauerit seruis suis. Quanta uero deuotione, quanta humilitate, quanta sollicitudine cogitatio salubris, nõ aliter quam diuinæ dignationis sermo, suscipi debeat.

Pacifici qui dicantur filij Dei.

18. MATTH. 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei uocantur. LEO MAGNVS Sermone in festo omnium Sanctorum. Qui semper cum Deo mente sunt solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis, nunquam

ab aeterna lege dissentiunt, fidei oratione dicentes: [Fiat voluntas tua sicut in caelo, & in terra.] Hi sunt pacifici, hi bene unanimis, sancteque concordantes vocandi aeterno nomine filij Dei, cohaerentes autem Christi, & infra. Qui talem pacem habet, ut nullas iam aduersitates sentiat, nulla scandala pertimescat, sed finito omnium tentationum certamine in tranquillissima Dei pace requiescat. *AVGVST. de serm. Domini in monte, cap. 8. & 10.* Pacificis Dei similitudo est; tanquam perfectè sapientibus, formatisque ad imaginem Dei per generationem renouati hominis. *Infra.* Pacifici autè in semetipsis sunt qui omnes animi sui motus componentes, & subiicientes rationi, id est, menti, & spiritui, carnalèque concupiscentias habentes edomitas, sunt regnum Dei, in quo ita sunt ordinata omnia, ut id quod est in homine præcipuum, & excellens, hoc imperet, cæteris non reluctantibus; quæ sunt nobis, bestisque communia. Atque id ipsum quod excellit in homine, id est, mens, & ratio subiiciatur potiori, quod est ipsa veritas, vnigenitus Filius Dei. De huiusmodi regno pacatissimo, & ordinatissimo, missus est foras princeps huius sæculi, qui peruersis, inordinatisque dominatur. Hac pace intrinsecus constituta, atque firmata, quascumque persecutiones ille, qui foras missus est, concitauerit, auget gloriam, quæ secundum Deum est. Non aliquid in illo edificio labefactans, sed deficientibus machinis suis innotescere faciens quanta firmitas intus extructa sit.

Idem.

19. **IBID. HIERON. super Matth.** Pacifici sunt, qui primum in corde suo, deinde & inter fratres dissidentes pacem faciunt. Quid enim prodest alios per te pacari, cum in tuo animo sint bella vitiorum? *Hæc ille.* Oportet ut sit pax inter animam, & corpus. *Psal. 83.* [Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum vnum.] Felix qui ita pacificus est. *Psal. 132.* [Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.] Chaldaica paraphrasis sic. [Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare Sion, & Ierusalem, sicut duo in vno.] Mons Sion altus cum sit, & Ierusalem in valle sita spiritus, & carnem significare, quis dubitat? Hi duo cum in pace sint erga bonum, valde iucundum est Deo. Nam pax in malum odibilis est coram Deo. Sicut illorum de quibus *Psal. 2.* [Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.] Huiusmodi pacem habuerunt edificantes turrim Babel in Genesi, & fratres Ioseph, ut eum venderent, & illi de quibus *Isa. cap. 13.* [Et responderunt tibi vlule in aëdibus eius.] Hæc non est pax Dei, sed diaboli. Pax autem Dei est, quæ exuperat omnem sensum, de qua dicitur. [Solliciti seruire vnitati Spiritus in vinculo pacis.] Et iterum. [Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum.]

Contra non arguentes peccantes, ut pacem seruent.

20. **CONTRA** eos qui ut pacem seruent, nolunt corrigere peccantes. Vide *Peccatores, n. 60.* ex *GREG.*

Pax peccatorum.

21. **EXOD. 14.** Erat aqua quasi murus à dextra eorum, & à sinistra. *GREGOR. 34. Moral. cap. 3.* Dum in duas partes vnda diuiditur, ab electo populo ad terram promissionis tenditur. Quia dum malorum vnitatis scinditur, bonæ mentes ad hoc quod appetunt perducuntur. Sicut enim perniciosum est, si vnitatis desit bonis, ita perniciosius est, si non desit malis. Reprobatorum quippe vnitatis, bonorum vitam tanto durius præpedit, quanto ei se per collectionem durior opponit. Hanc vnitatem reprobatorum perniciosam sibi Paulus conspexerat, cum in medio Sadaucæorum Phariseorumque deprehensus dicebat *Act. 23.* De spe, & resurrectione mortuorum

ego iudicor, qua nimirum voce percussa, protinus contra se vicissim turba dissoluit, cumque in duas partes tumultuantium multitudo diuiditur, Paulo via eruptionis aperitur: quia quem turba persequentium vnita constrinxerat, diuisa laxabat. Vide *Peccatores, n. 31.* Quod per pacem, & iustitiam peruenitur ad gaudium, vide *Gaudium, n. 20.* ex *BERNARDO.*

Pax, & concordia fratrum, necessaria in via Dei.

22. **ORIG. hom. 26. in Numeros.** Tanquam in musicis, si harmonia chordarum fuerit consonanter aptata, sonum suauem modulati carminis reddet; si verò sit aliqua in fidibus dissonantia, ingratus sonus redditur, & carminis dulcedo corrumpitur: ita & hi qui Deo militant, si disensiones, & discordias inter se habeant, ingrata erunt omnia, & nihil acceptum Deo videbitur, etiam si multa bella conficiant, etiam si spolia multa deferant, & multa munera offerant Deo. Ego autem amplius aliquid dicam. Nisi talis fueris, ut in nullo dissonantia à mandatis Dei, nec in aliquo discrepes ab Evangelicis præceptis, non poteris superare inimicum: in loco enim ipso quo dissentis, victus es à diabolo.

Idem, & non iudicandus frater.

23. **MACHARIUS hom. 3.** Quemadmodum corporis membra cum multa sint, vnum sunt corpus, & se mutuo iuuant, ac vnum quodque proprio fungitur officio. Verbi gratia oculus pro vniuerso corpore videt, manus pro omnibus membris operatur, pes quocumque pergens ambulat circūferens vniuersa membra, & nihilominus aliud membrum compatitur: sic & fratres sibi inuicem cedant, nec is qui precatur, operantem damnet, quod non precetur, nec qui operatur, orantem condemnet; in quibus ille quiescit, & ego operor. Neque qui ministrat, alterum iudicet, sed quisque cum agit quidpiam, ad gloriam Dei faciat.

Omnia nobis pacem predicant.

24. **GREGOR. NAZIANZ. De reconciliatione monachorum.** Respicimus in caelum sursum, & in terram deorsum, & discamus leges creaturæ, quod caeli, & terra, & mare, & vniuersus hic mundus, magni Dei elementum, & perquam celebre: quæ cuncta Deus tacite prædicans, nobis ostendit. Donec enim quietem, & pacem inter se habent, ac in propriis naturæ remanent terminis, & nullum contra aliud insurgit, neque beneuolentiæ dissolui vincula, quibus opifex verbum vniuersa colligauit, decor est, quod dicitur, & pulchritudo ineffabilis, nemoque his vnquam splendidius quid, aut magnificentius nouit. Quamprimum autem pax cessat, etiam mundus esse desinit, & c. (Enumerata enim pace caeli, & terra, & maris, & aëris, & c. addit.) Cum igitur hæc omnia ita se habeant, & propter primas harmoniæ causas, siue confluentias, & conspirationes directæ, ac educatæ; quidnam aliud ex his intelligere oportet, quàm quod per ea, amicitia prædicetur, ac concordia, & quod hominibus legem ferant, ut & ipsi inter se probè conueniant? Si verò contra se ipsam pugnet materia, & fieret despicibilis, dissolutionem propter seditionem moliens, aut Deus harmoniam aliquantulum propter peccantium timorem, & supplicium concuteret, seu mare terminos suos egrediretur, aut anni tempora vitra solitum durarent, omnia ornatum suum perderent, & timendum foret, ne pacis bonum seditione conuerteretur, ut interim ciuitates, populos, ac regna omittam, nec non de regionibus, exercitibus, & domibus, de nauium supplemento, coniugiis, & amicitis ileam. Quæ omnia pacis bono consistunt, seditione verò dissoluntur.

Pax

Pax bonum maximum.

25. **IDEM NAZIAN. Ser. 3. de pace ad Amphitochium.** Dicamus fratres his qui nos odio habent, si saltem suscipere velint, parcam tibi in re aliqua parua, ut maius aliquid, concordiam nempe accipiamus. Vincamur quo vincamur. Videtis pugilum leges, & palæstræ certamina, quod hi, qui succubere, sæpius superant eos, qui superiores erant, hos imitemur, non conuiuas insatiabiles, aut mercatores, ex quibus illi sine mensura ingurgitant, quæ sunt appositæ: hi autem nauem onerantes citius illam frangerent, aut submergerent, quam aliquid ab insatiabilitate remitterent, & ut parua lucrentur, in magnis faciunt iacturam.

Pax falsa reicienda.

26. **MATTH. 10.** Non veni pacem mittere, sed gladium. *CHRYSOST. homil. 36. in Matth.* Quomodo ergo omnes Prophetæ pacem in tempore suo futuram prænunderunt? Quia videlicet præcipua, singularisque pax tunc præstat, quando quod tabo, vel sanie corruptum est, abscinditur, atque proicitur, quando factiosa, & improba pax repellitur, aut omnino destruitur. Sic certè caelis terra coniungi potest, nam & medicus hoc modo reliquum corpus conseruat facile, si quod reduci ad sanitatem non potest, exciderit, atque abiecerit. & militia dux, ad soluendam militum conspirationem, alterum in alterum concitat. Sic & in turre factum videmus, quando perniciosam illa pax per discrepantiam dissoluta, tranquillam, atque laudabilem pacem reddidit.

Pax cum fratre commendatur.

27. **EPHES. 4.** Solliciti seruire vnitati Spiritus in vinculo pacis. *CHRYSOST. hom. 19. ad Ephes.* Quemadmodum ignis si quando arida ligna nactus fuerit, vnam pyram ex omnibus facit, si verò humida fuerint, nec in illis operatur, nec illa conglutinat: ita & hic, nihil eorum quæ frigida sunt, vnitatem hæc complecti poterit, sed quidquid velut magna ex parte feruidum fuerit. Ex hoc igitur dilectionis feruor nascitur. Vinculo igitur pacis omnes nos colligari vult Apostolus. Nam quemadmodum, si quando te ipsum alligare cupiam alteri volueris, aliaratione illud non potes, nisi illum tibi colligaueris, (nam si quidem duplex volueris efficere vinculum, oportebit & illum tibi alligari) ita & hic alligari nos inuicem vult, non simpliciter pacis esse, nec utcumque diligere, sed in omnibus vnam esse animam. Bonum est hoc vinculum; isto si quidem & nos inuicem mutuo, & Deo nos ipsos colligabimus. Non stringit vinctas manus, nec premit hoc vinculum, sed & relaxat, & in spatiosam, veluti campestram latitudinem constituit, solutisque alacriores facit. Qui robustus est, si fuerit infirmo alligatus, & illum portabit, & perire non sinet: & qui cum pigro ligatus fuerit, excitabit illum.

Idem, & pax cum omnibus habenda.

28. **ROMAN. 12.** Cum omnibus hominibus pacem habentes. *CHRYSOST. homil. 3. ad Coloss.* Quid si cum isto pacem habuerimus, cum altero verò bellum, ac pugnam? Quid hoc profuerit? Nec enim in corpore si quædam ex elementis bene quidem, & pacificè habeant, reliqua verò dissideant, sanitatem vnquam consistere possibile fuerit, sed illa consistet ex omnimoda omnium moderatione, consonantia, & pace; & in animo nostro nisi omnes cogitationes sedatæ sint, pax non erit.

Non habentes pacem, facile superantur.

29. **HEBRÆOR. 12.** Pacem sequimini. *IDEM CHRYS. homil. 30. ad Hebræos.* Nihil ita, & maxime in tentationibus superabiles facit, ac facile subiiciendos sicut separari, ac seungi. Dic namque mihi, si aciem ruperis in bello, an non sine vilo labore hostes superabunt, & victos abripient sigillatim separatos reperientes, & propter hoc inualidos redditos? *BASILIVS, Oratione 1. de amore in Deum.* Ut nullum ædificium diu stare, & sustentari potest, vincula vbi sustuleris: sic nec Ecclesia adaugeri, & ad suum fastigium perducere poterit, nisi pacis, & charitatis vinculo constructa fuerit.

PECCATORES.

Peccatoris diabolus cibus. Vide Diabolus, n. 13. & 14.

Peccatores inquieti. 1. 6. 34. 42. 55. 121. 126.

Peccatores nomine carent. 2. 23. 41. 66.

Peccatores, bestis similes. 3. 17. 29.

Peccatores imagines diaboli. 4.

Peccatoribus non desperandum. 4. 10. 40.

Peccatores subiecti iustis. 5. 39.

Peccatorum ignorantia. 7. 37. 59. 67. 81. 82. 87.

111. 112. 113. 114.

Peccatores terrenis dediti. 8. 22. 26. 58.

Diabolus peccatorum pater. Vide Diabolus, n. numer. 16. 21. 23. 55.

Peccatores indigni Dei oculis. 9.

Peccatores non audium Dei vocem. 10.

Peccatores Deus non approbat. 11. 35.

Peccatorum confusio signum salutis. 12.

Peccatorum durities, & contumacia. 13. 14. 17. 25. 37. 36. 43. 50. 51. 52. 53. 68. 69. 71. 75. 80. 108. 109. 110. 116.

Peccatoris corpus cibus diaboli. 15. 16.

Peccatores, viuentes mortui sunt. 18.

Peccator maledictus à Deo. 19.

Peccatori multa mala imminent. 20.

Peccator odit lucem, & absconditur. 21.

Peccatores de catalogo iustorum tolluntur. 23.

Peccatores multipliciter Deus castigat. 24. 28. 30. 64.

Peccator tenebrosus. 29. 34.

Peccatorum vnitatis noxia. 31.

Peccatores esse coram Domino quid sit. 32.

Peccatores inter se sunt diuisi. 33.

Peccatorum inuerecundia. 38.

Peccatores iustis seruiunt etiam persequendo. 39.

Peccatores seipso lædunt. 39. 83. 84. 105.

Peccatores Christus querit. 40.

Peccatoribus Deus loquitur propter iustos. 41.

Peccatores persequuntur iustos. 39. 44.

Peccator seruus fit ob vile pretium. 45. 46. 47.

Peccator nudus est. 48.

Peccatoribus Deus par pari refert. 30. 49.

Peccatorum prosperitas. 54.

Peccatores, virtutes oderunt. 56.

Peccatores equi Diaboli. 57.

Peccatores à terra decorati. 58.

Peccatores reprehendendi, & non diligendi. 60. 61.

65. 73.

Peccato

Peccatores omnes sumus. 62. 63.
 Peccatorum celeritas. 67.
 Peccatorum magisterium ultimus gradus. 70.
 Peccandi consuetudo, multum obest. 72.
 Peccatores, reprehensione peiores fiunt. 73. 123.
 Peccatores, quare exteriores, & vagi. 74.
 Peccatores qualiter orare debeant. 76. 77.
 Peccatores, bonis à Deo datis abutuntur. 78.
 Cum peccatorib. conuersis qualiter se habeat Deus. 79.
 Peccatores inutiles sibi. 84.
 Peccator liber, vt onager. 85.
 Peccatores scriptura luget. 86.
 Peccatores non sapiunt, quia Dei sunt. 88.
 Peccatores facile vincuntur. 89.
 Peccatores qualiter iterum Christum crucifigunt. 90.
 Qualiter Deus cum peruerso perueritur. 91.
 Peccatores qualiter Christum nihili ducunt. 92.
 Peccatores peribunt in die iudicij. 93.
 Peccatores si puniantur spem salutis habent. 94. 95.
 Punienti sunt maxime diuites. 95.
 Propter peccatores, nomen Dei blasphematur. 96.
 Differentia inter aliquos peccatores. 97.
 Qualiter sunt aliqui infideles deteriores. 98.
 Peccatores incurabiles aliqui. 99.
 In peccatis non procedendum. 100. 101. 103.
 Homo potest non peccare. 101.
 Peccatores duo mala perpetruntur. 104.
 Peccatores insensibiles redduntur. 106.
 Peccatores duplici pena puniendi. 107.
 Peccator obstinatus vitandus. 115. 118.
 Peccator qua ratione dicitur cecus. 117.
 Peccatores utilia non appetunt. 119. 120.
 Differentia inter peccatorem, & iustum. 122.
 Post remissionem peccatorum abstinentium à peccatis. 124. 125.

Conscientia peccatorum accusat. Vide, Conscientia. nu. 1. 2. &c.

Peccatores inquieti, & turbulenti.

1. **G**ENES. 1. *Et diuisit aquas ab aquis.* Quod peccatores multum distent à iustis, vide, *Iusti*, num. 1. 2. &c. & *Angelus*, num. 4. & 7. Peccatores enim sunt similes aquis inferioribus, in quibus fluctus, & tempestates se pissimè reperiuntur. Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Iusti autem fruuntur aquis superioribus, id est, bonis spiritualibus, sine perturbatione. Hæc est gloria nostra testimonium conscientia nostræ. Nostra autem conuersatio in cælis est.

Peccatores nomine carent.

2. **G**ENES. 1. *Et vocauit Deus firmamentum celum, &c.* Quod peccatores nomine careat apud Deum, vide *Nomen*, num. 2. & 3. &c.

In peccatore quid gignat peccatum.

3. **I**BID. *Producatur terra animam viuentem, &c. iumenta, reptilia, & bestias terre.* AMBROS. Quidam moralizantur sic. Terra maledicta, scilicet peccatum, producit iumenta, id est, stultitiam peccatorum. Reptilia, id est, multitudinem turpium cogitationum: Et bestias terræ, id est, passiones, & affectiones bestiales, iram scilicet leonis, pigritiam asini, &c.

Peccatores imagines Diaboli.

GENES. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* AMBROS. Imago Dei solus est ille qui dixit: Ego, & Pater vnus sumus. Vide *Christus*, num. 74. Secundum hanc imaginem Adam ante peccatum, sed vbi lapsus est, deposuit imaginem cælestis, & sumpsit terrestris effigiem; sed fugiamus hanc imaginem, quæ intrare ciuitatem Dei non potest. Quia scriptum est, [Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges; quia non intrabit in eam aliquid coinquinatum, &c.] Si qua imago indigna intrauerit, excludetur, secundum illud. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? ORIGENES. Si ad imaginem Dei factus homo intuens imaginem Diaboli propter peccatum similis eius effectus est, multo magis intuens imaginem Dei, &c. Vide *Christus*, num. 73. & nemo desperet videns similitudinem suam, magis esse cum Diabolo, quam cum Deo, posse se iterum recuperare formam imaginis Dei. [Quia non venit Saluator vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam.] Marthæus imago Diaboli erat, &c. Vide ibidem, & *Desperatio*, num. 1. AMBROS. *Libr. de dignitate humana conditionis.* Si verò, quod absit, aliquis per deuia vitiorum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener aberrat, tunc fiet de eo. [Et homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.] Quapropter quisque diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam, & venerandam in seipso sanctæ Trinitatis imaginem agnoscat, honorèque similitudinis diuinæ, nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate morum habere contendat, vt quando appareat qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam, in primo Adam condidit, mirabiliusque in secundo reformauit.

Peccatores iustis subiecti.

GENES. 1. *Et præsint piscibus maris, &c.* RVPERT. Præsint igitur naturâ homines iumentis: Ipsis autem hominibus gratia præsint homines Dei, id est, electi, qui dignitate naturæ suæ Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Ii autem, qui cum in honore essent non intellexerunt, comparantur pro vitio suo iumentis, & sint subiecti hominibus Dei. ISIDORVS. Sicut viro subdita est mulier, sic spirituali, & perfecto viro obediens est in Ecclesia, is qui minus perfectus est. Sicut Apostolus ait, 1. ad *Thessalon.* 5. [Rogamus vos fratres, vt cognoscatis eos qui in vobis laborant, & præsint vobis in Domino.]

Peccatores solum terram replent, non subiiciunt.

GENES. 1. *Crescite, & multiplicamini & replere terram.* CHRYSOST. Hoc etiam de Brutis animalibus, & reptilibus dictum est, sed subiicite eam, & dominamini piscibus maris, &c. de solis hominibus dictum est. RVPERTVS. Primum quidem commune est electis cum reprobis, qui omnes eodem modo nascendo, pariterque viuendo replent terram. Sed in eo discernuntur, quod sequitur. [Et subiicite eam.] Solum namque electi, quorum est terra viuendum, hanc terram quam corporibus replerunt, libertate animorum sibi subiiciunt. Quippe qui solum Deum præponentes, terrena omnia fortiter contemnunt.

Omnis peccans est cecus.

GENES. 3. *Aperit sunt oculi amborum, & inquit cognouissent se esse nudos: &c.* SERAPION. Quotidie

idie fit quod factum est in prioribus illis parentibus. Quando namque peccamus, quasi cæci sumus, cum peccatum est, tunc agnoscimus quod fecimus. AVGVSTVS. Ibi sensit homo quia prius gratia vestiretur; quando in sua nuditate nihil indecens patiebatur. Ibi completum est. [Domine in tua voluntate præstitisti decori meo virtutem, auertisti autem faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.] In illa conturbatione ad folia ficulnea cucurrerunt. & cinctoria conseruerunt; & quia glorianda deseruerant, pudenda texerunt.

Qualiter peccator folijs tegatur.

8. **I**BID. *Conseruerunt folia ficus, &c.* AMBROS. Iustus fructum eligit; folia peccator. Vide *Iusti*, numer. 10.

Peccator indignus Dei oculis.

9. **I**BID. *Abcondit se Adam, & vxor eius, à facie Domini Dei in medio ligni paradisi.* CAIET. Fugerunt ad peneralia inter arbores, vt multitudine arborum tegerentur, ne videret eos Deus. Quemadmodum enim multitudinem frondium, ficus frondem appellauit supra, ita multitudinem arborum appellat hic lignum, dicens in medio ligni. Septuaginta interpretantur, in medio paradisi. CHRYSOST. Considera autem vbi occultantur in medio paradisi. Sicut ingrati quidam famuli, cum non possint à Domino suo occultari, huc & illuc in angulos domus curetre solent, metu, illorum conscientias concutiente: ita & hi, nullum inuenientes refugium, in ipsa domo, scilicet paradiso versantur. RABANVS. Abcondunt se namque à facie Dei, qui peccant; quia indignos se diuinæ pietatis reddunt aspectibus. Abcondunt se, inquam, non vt eorum conscientiam internus arbiter non videat; sed vt ipsi gloriam vultus eius nunquam nisi respiciendo conspiciant. RVPERT. Non quod tales effugiant oculos Domini, cum scriptum sit: [Vultus autem Domini super facientes mala,] sed quod tales non mereantur videre faciem Domini, eo quod se ab illo in quantum in ipsis est, abscondant.

Peccatores, vocem Dei non audientes.

10. **G**ENES. 3. *Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei. Adam vbi es?* AMBROS. Non voce corporea, sed virtute quadam præstantiori, quam vox corporis potest esse, loquitur Deus. Hanc vocem eius propheta audierunt, hanc vocem fideles audiunt, impij non intelligunt. In Euangelio habes, quod audiuit Euangelista, *Ioan.* 12. Patrem dicentem, [& clarificauit, & iterum clarificabo,] sed Iudæi non audierunt, sed dicebant, [conitrium factum est.] Adhuc in his, remedium sanitatis est, qui audiunt Dei verbum. Denique Iudæi qui sibi clauerant aures ne audiant, & hodie non merentur audire. INTERL. ET RABANVS. Hic ostenditur quod qui à fide, & bonis operibus ad mendacia sua, desideriaque labuntur, non despicit illos Deus, sed adhuc vt redeant per penitentiam vocat; Quia non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Vide, *Vocatio*.

Peccatores Deus non approbat.

11. **I**BID. *Adam vbi es.* AMBROS. Non locum quaerit, qui nouit arcanum, non interrogatio est, sed increpatio. Nō in quo loco quæro, sed in quo statu. Quare perduxerunt peccata tua, vt fugias Deum tuum quem ante quærebas? Non in quo, sed in quibus es? Quæ quibus bonis, de qua beatitudinæ, de qua gratia, in quam miseriam recidisti. Dereliquisti vitam æter-

nam, & artumulatus es morti, consēpultus erroris. THEOPHILVS. Non tanquam ignarus Deus interrogat, sed cum esset misericors, præ arguit, præbens penitentiæ occasionem, & consistendi. GREGORIUS. *Moral. cap. 4.* Non quod diuina potentia nesciebat, vbi esset Adam, sed quia lapsus vidit in culpa, & tenebras erroris eius non approbat; per hoc quod vocat, signum dat, quia ad penitentiam reuocat, per hoc quod requirit aperte insinuat, quia peccatores iure damnandos ignorat. IDEM in *primam Reg. cap. 9.* Vniuersusque vbi per peccatum proicitur, ibi occultatur, & quasi perditus, vbi sit, nescitur, quando iustitiæ lumen in qua eum Deus posuit derelinquit. Hinc est, quod primum hominem post peccatum Deus quaerit, dicens: [Adam vbi es?] Quasi dicat, quia te in luce qua posui non inuenio, demonstra vbi te posuisti. EUGENIUS. Interrogat vt suis quisque responsionibus conuincatur. Quia licet non ignoret quod sibi vult indicari, vult tamen delinquentem etiam responsionis testimonio reum statui. Dum enim interrogat, iudicat.

Peccatoris confusio signum salutis.

GENES. 3. *Vocem tuam audiui in paradiso, &c.* GRIMI, *eo quod nudus essem.* AMBROS. Habent remedium, qui se absconderunt. nam qui absconditur erubescit; qui erubescit, conuertitur: sicut scriptum est. [Confundantur, & conuertantur omnes valde velociter.] BERNARDVS. *De loco Iob, in sex tribulationibus.* Fugit Adam vt absconderetur à Domino, post vnus vtique pomi vetiti gustum. Quid nos post tanta flagitia, post tanta facinora præsumemus?

Peccatoris contumacia.

IBID. RVPERTVS. Non dixit; Ecce adsum. Nec enim Deo aderat, aut obedienter adesse volebat, qui post inobedientiam se absconderat. & notandum quod culpam suam tacuit, quæ causa erat suæ pudendæ nuditatis, sed questus est se esse nudum, vt Deum potius incusaret, quod talem facturam hominis formasset. [& timui, inquit, eo quod nudus essem.] Quam peruersus hic timor est, qui non facti sui gerere penitentiam, sed solam penam suam fateatur habere confusionem. Perseuerat hæc vsque hodie peruersitas in filiis Adæ, vt aliqua pena pro suis malefactis affecti, non quod ipsi fecerint, sed semper accusent, quod sibi à iudicibus suis factum sit, & donec penitus atteratur spiritus rebellis, & humilietur vulnere intolerabili, stultitiam suam agnoscant. Sicut scriptum est *Isai.* 28. [& sola vexatio dabit intellectum auditui.]

Idem.

IBID. BERNARDVS. Quid ne timeat sermōnem veritatis, qui latari vult, cum malè fecerit, & in rebus pessimis exultare? Sed frivolum nimis tegmen quæris anima misera; propterea inutile tegmentum folia sunt ista quæ confusis. Operiunt, sed non calefiunt, celant vulnera, sed nō sanant. An verò diu tegere poterunt? Absit. Fluent cortè, & effluent folia, ad primum radium solis siccabuntur, & disperget ea flatus tenuis auræ. Nihil enim occultum quod non reueletur, &c. Non enim erit vbi lateant miseri, nudi astabunt ante tribunal Christi, vt audiant vocem iudicij, qui ad vocem consilij, aures obturauerunt.

Peccatoris corpus, cibus diaboli.

GENES. 3. *Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* AMBROS. Terram, id est, corpus peccatoris, non animam. Nam & hoc peccatoribus prodest. Vnde

Vnde Apostolus. [Tradidit huiusmodi in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi.] 1. Corin. 5.

Cibus diaboli peccatores, & peccata.

26. **I**BID. GREGOR. In Psalm. 4. poenit. Antiquus hostis terram comedit; quia peccatores quosque in ventrem suae malitiae abscondit, &c. Vide Diabolus, numer. 14.

Peccatorum duntius, & pertinacia.

27. **G**ENES. 4. *Confarrexit Cain aduersus fratrem suum, & interfecit eum.* GREGOR. 11. Moral. cap. 15. Non mirum si à corde reprobo praedicator minime auditur, dum nonnumquam ipse quoque Dominus in his quae loquitur, resistendum moribus impugnat. Cain enim diuina voce admoneri potuit, mutari non potuit. Quia exigente culpa malitiae, iam eius Deus cor reliquerat. CHRYSOST. Quemadmodum incurabilia vulnera nec austeris medicamentis cedunt, ita & anima semel captiua, si se peccato cupiam, obnoxiam fecerit, considerare non vult quae sibi sunt vitia, & etiam si quis innumera inculcet, nihil proficiet, non quia non potest, sed quia non vult. Hoc in Cain factum est, si quidem verbis Dei (suauibus admonitus, non destitit à peccato, & peccato peccatum occidendo fratrem addidit, crudelior bestiis factus. Sicut enim magnum & venerandum est rationale animal, & maxime quando in virtutis viam contendit, ita & quando in malum declinat, truculentarum bestiarum imitatur crudelitatem, quin & multis nominibus illarum superat ferociam.

Peccatores viuentes mortui sunt.

28. **G**ENES. 4. *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* AMBROS. Non mediocre etiam dogma in hoc. Quia Deus iustos suos audit etiam mortuos, &c. Vide Sancti, num. 4. Auertit autem se à precibus impiorum, quoniam etiam videantur viuere, inferiores tamen sunt omnibus mortuis, carnem suam sicut tumulum circumferentes, cui infelicem infoderunt animam, quae verè sepulta est, & intra humum voluitur, & terrena avaritiae cupiditatibus, ceterisque vitis includitur, ut gratiae caelestis auram spirare non possit.

Peccator maledictus à Deo.

29. **G**ENES. 4. *Nunc igitur maledictus eris super terram, &c.* AMBROS. Terra est infima pars mundi, superius vti que caeli, & quae in caelo sunt. Non est ergo dubium quod eum, & superiora dānauerint, quae inferiora dānauerunt. Nam quomodo absoluitur pura illic caelestique sententiae, quae neque terrae potuerunt absolueri? CHRYSOST. Ex maledicti magnitudine, flagitij immanitatem expende, ex maledictionis varietate intelliges quanto maius peccatum hoc praenauaratione protoplasti. Illic dicitur: [maledicta terra in operibus tuis,] & [in terra effusa est maledictio.] Hic verò, quia facinus iniquum, & inexpiabile flagitium, ipse poenam luit, [maledictus, inquit, tu de terra,] vel super terram. Serpenti dictum est etiam, [maledictus tu inter omnes bestias terrae.] Huic autem, quia ferme eadem egit quae serpens. Quia sicut serpens fraude malitiam induxit, sic & hic deceptum fratrem, & in campum educatum, armata in illum manu eadem compleuit, & sicut serpens organum fuit diaboli, sic & hic, & sicut diabolus qui odio, & ira mouetur, ferre non potuit tor, & in-f-f-bilia beneficia, quae in hominem collata sunt, & ex inuidia ad deceptionem exstimulatus est,

quae mortem induceret. Sic & hic Deum erga fratrem suum videns beneuolentia magna affici, ex inuidia, ad homicidium profiliit. ALBINVS. Quia Cain sciebat damnationem praenauarationis primae, & non timuit originali peccato patris homicidij superadde-re scelus, idè maiori maledictione dignus habetur.

Peccatori multa mala imminunt.

20. **G**ENES. 4. *Vagus, & profugus eris super terram.* AMBROS. Alia litera habet. [Gemens & tremens eris super terram.] Omni improbo mala ad-sunt, & affutura sunt, quae ad sunt tristitia operantur, quae futura sunt formidinem, sed improbum plus praesentia, quam futura sollicitant, & infra: *Ecce euicis me hodie à facie tua, & à facie tua abscondar. & ero vagus & profugus in terra. Omnis igitur qui inuenit me, occidet me.* HIERONYM. Eucior, inquit, à conspectu tuo, & conscientia sceleris tremebundus lucem ipsam ferre non sustinens abscondar, ut latitem: eritque ut omnis qui inuenit me, occidat me; dum ex tremore corporis, & furiosa meritis agitatum eum esse intelliget, qui meretur interfici. AMBROS. Nihil grauius quam errantem à Deo deserere, ut se reuocare non possit. Graue est, praesertim insipientibus, non habere rectorem, serpi malitia, vulnus augetur, ubi medicina defuerit. Graue quidem peccatori malum mors, sed grauior vita quando à Deo deseritur. Nam mors peccatoris finem peccandi affert, vita autem diuini gubernaculo destituta praecipitatur, & in grauiora prolabitur. Ut si gregem pastor relinquat, & incursum bestiae: ita cum Deus deserit hominem, ingruit diabolus.

Peccator odit lucem, & absconditur, non ita iustus.

21. **I**BID. *A facie tua abscondar.* AMBROS. Abscondit se qui velare vult culpam & tegere peccatum. [Qui enim male agit, odit lucem, &c.] imò & amat tenebras suorum, & latibula delictorum. Iustus autem non abscondere à Domino Deo suo, sed ipse magis se offerre consuevit dicens: Ecce adsum: Quia non habet criminofam conscientiam, quam timeat deprehendi. Merito ergo se abscondit male conscius.

Peccator in terra, iustus in caelo fundatur.

22. **G**ENES. 4. *Edificauit, scilicet Cain, ciuitatem, & uocauit nomen eius ex nomine filij sui Enoch.* ISIDORVS. Impiorum progenies ciuitatem in ipsa mundi origine construxit, ut intelligas, quod impij, in hac vita sunt fundati. Sancti verò, hospites & peregrini sunt. Vnde & Abel peregrinus in terris, id est, populus Christianus non condidit ciuitatem. Superba est enim sanctorum ciuitas, quamuis hic patriat ciues in quibus peregrinatur, donec regni eius tempus adueniat. GREGOR. 16. Moral. cap. 16. Primus in terra Cain, ciuitatem construxisse describitur, qui videlicet peregrinus & alienus à soliditate aeternae patriae aperte monstratur. Quia in terra fundamentum posuit. Peregrinus à summis, fundamentum in infimis posuit. Vnde in eius stirpe Enoch (qui dedicatio interpretatur) primus nascitur. In Electorum verò progenie Enoch septimus fuisse memoratur. Quia reprobi in hac vita semetipsos aedificando dedicant. Electi verò aedificationis suae dedicationem, in septimo tempore, id est, in fine temporis expectant. Videas namque plurimos temporalia sola cogitare, honores quaerere, ambiendis rebus inhare, nihil post hanc vitam requirere, hi in prima se generatione dedicant. Videas autem electos nihil praesentis gloriae quaerere, libenter inopiam sustinere, mala mundi aequanimiter perperci, ut possint in fine coronari.

coronari. Electis ergo Enoch in septima generatione nascitur, quia sui dedicationem gaudij in extremae retributionis gloria requirunt.

Peccatores de catalogo iustorum tolluntur.

23. **G**ENES. 5. *Iste est liber generationis Adam, &c. Genuit Adam filium Seth, &c.* CHRYSOST. Generationes Cain, quasi reprobas factas nec memoria post haec dignatur, sed ex Seth genealogiam orditur, ut ex hoc discas quomodo Deus illos auerteretur, quibus sanguinaria mens est, & quam graue malum sit peccatum, quod qui agunt, se primum, & maxime pessundant. Ecce illi ex catalogo expunguntur, & eatenus memoriam assequuti sunt, ut infame-tur eorum malitia, & posterioribus seculis, emendationis sit occasio. Abel iniuste occisus ex eo tempore vsque in hoc nostrum omnium decantatur ore, Cain autem, continuè infamatur; & nec tempus, illius memoriam extinxit, nec huius crimen imminuit. Vide quantum malitiae damnum, & quantum virtutis robur. Malitia enim etiam si infestet & dominetur, extinguitur tamen, & aboletur, virtus autem licet infestetur, & innumera graua sustineat, ea occasione illustrior fit, & clarior, & infra. *Vixit quoque Seth centum quinque annis, &c. usque ad Enoch.* CHRYSOST. Ideo Seth, & posteriorum eius anni diligentissime notati sunt: quia semen iustum, ac piuum fuit, & nouit Dominus dies immaculorum, & capilli eorum apud Deum numerati sunt. Cain verò & posteriorum eius minime numerantur anni: quia impios non nouit Dominus.

Peccatores multipliciter Deus castigat.

24. **G**ENES. 6. *Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum; quia caro est.* HIERON. In Hebraeo scriptum est. [Non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternum; quoniam caro sunt.] Hoc est. Quia facilis est in homine conditio, non eos ad aeternum seruabo cruciatus, sed hic illis restituam quod merentur. Ergo non seueritatem, ut in nostris codicibus legitur, sed clementiam Dei sonat, dum peccator hic pro suo scelere visitatur. Vnde & iratus Deus loquitur ad quosdam Osee 4. [Non visitabo filias eorum cum fuerint fornicatae, & sponsas eorum cum adulterauerint.] Et in alio loco. [Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non auferam ab eis.] LIPOMAN. Deus diuersimodè homines punit. Quandoque extra parcendo, ut illud. [Non visitabo filias eorum, &c.] Quandoque flagella inferedò, ut illud Isai. 47. [Iratus sum super populum meum, contaminaui hereditatem meam, & dedi eos in manu tua.] Quandoque concupiscentiis tradendo, iuxta illud Rom. 1. [Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, &c.] Permissiue tradidit, indurat, & excaecat non positiue. [Quandoque excaecando, & indurando, iuxta illud Isai. 63. [Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis, & indurasti cor nostrum ne timeremus te?]

Peccatorum diuitia, & pertinacia.

25. **G**ENES. 6. *Isti sunt potentes à seculo viri famosi.* Vide Peccatum, num. 24. CHRYSOST. Vide stupidas, & doloris sensu carentes animas. Nec poenitentiam, nec longanimitatis tempus, destituit illos à malis operibus, sed semel in praecipis deiecti, & mentis oculo excaecati à mala concupiscentia, quasi ab ebrietate quadam demersi redire ultra noluerunt. Impius enim cum in profundum malorum venerit contemnit. Prov. 18. [Graue est capi à laqueis diaboli: anima enim retibus eius comprehensa, quasi sus in

luti volutabro delectatur, nec sentit peccatorum fetorem.] Ideo opus est, ut sobrius, & vigilis simus ne ab initio, diabolo ingressum concedamus. Sequitur: *Videns autem Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, &c.* Ex hoc malo fonte, multa etiam alia suboriebantur peccata. Nam ubi scortatio, & luxuria, & tanta intemperantia, verisimile est, ibi & ebrietatem, & crapulam, & magnam iniustitiam, & avaritiam, & innumerabilia alia nasci mala. CAIETAN. In voluntate hominum malitia, non imbecillitas, non passio regnabat, quod est omnium pessimum; nec ea parua, aut vna; sed multa malitia, ut per hoc intelligamus, quod peccantes ex malitia incorrigibiles erant.

Peccator terra, & caro, & non habens esse appellatur.

26. **G**ENES. 6. *Noe vir iustus, &c.* Quod peccator non homo, nec vir, sed caro, & terra appellatur, imò non habens esse censetur: Vide, Infirmum, 15. ex CHRYSOST. Sequitur: *Corrupta est autem terra coram Deo, &c.* CHRYSOST. Nomen terrae, hominum multitudinem vocat, eo quod omnia eorum opera terrestria erant. Nam sicut protoplasto post peccatum dictum est: [Terra es, & in terram ibis.] Ita & hic, quia plurimum inualuerant peccata, dicitur. [Corrupta est autem terra coram Deo.] Id est, secus quam praecipitum erat à Deo, omnia faciebant. CAIETAN. Vel coram Deo, hoc est, coram supremo iudice, qui testis est veritatis iustitiae. Sequitur: *Omnia quippe caro corruerat viam suam, id est, omnis homo.* RABAN. Quia totum tempus vitae suae ducbant in peccatis. AMBROS. Carnem, hic posuit pro homine terreno, in quo carnis illecebra viam eius corruerat. Ita caro causa fuit corrupendae animae, quae velut origo, & locus est voluptatis, ex qua velut à fonte prorumpunt concupiscentiarum, maliarumque passionum flumina, lateque exundant. Pulchre autem ait, quia homo naturae suae viam corruerat; quia via sua in paradiso erat. Vide, Beatitudo, num. 7.

Peccatorum duntius.

27. **G**ENES. 7. *Adhuc enim & post dies septem ego pluam, &c.* CHRYSOST. Et alios septem dies praedicit volens metu emendatores illos reddere, & ad poenitentiam reducere. Nam idco praedicit, ut ea quae dicit super eos non inducat, ipsi autem nec sic à malitia cessarunt. Consueuimus quidem negligentiores esse, si incerti sumus quando futura punitione: At si punitioni vicini sumus, tunc conuertimur, & humiliamur. Id quod & Niniuis contigit, qui ubi audierunt, quod [adhuc quadraginta dies, & Ninive subuerteretur,] poenitentiam egerunt. Isti autem post numerum tot annorum, ubi audierunt, quod adhuc septem dies, & diluuium inducitur: nec sic conuersi sunt. Ecce hi, & illi homines fuerunt, & eiusdem naturae, sed non eiusdem voluntatis. Propterea nec idem eorum euentus. Niniuia enim subuersionem subterfugerunt, isti autem submersi, in communi abolitione perierunt. Ex quo constat, quod voluntas nostra, malorum omnium causa est.

Peccatores puniuntur in aeternum.

28. **G**ENES. 9. *Maledictus Chanaan seruus seruorum Geru, &c.* GREGOR. 26. Moral. cap. 18. Quid est, quod Cham peccante, Chanaan eius filius sententiam ultionis accipit, & non in se, sed in posteritate percipitur? Nisi quod reproborum nequitia hic quidem inultae proficiunt, sed in posterum feruntur. Non permittit Deus inulta peccata, sed ita iudicium in nostra correctione incipit; ut in reproborum damnatione quiescat. Incipit enim iudicium à domo HHh De,

Dei, quis ergo finis eorum, qui non crediderunt? Ab- que dubio in aeternum peribunt.

Peccator tenebrosus, & irrationalis.

39. GENES. 10. Quasi Nemrod robustus venator co- ram Domino. AMBROS. De eo qui deliquerit dicitur proverbum. Sicut Nemrod gigas venator ante Deum. Nemrod quippe, interpretatur Ethiops, color autem Ethiopis tenebras animae, squalorem- que significat. Peccator enim nocti similior quam dici est, Venator etiam in sylvis inter feras, ac bestias conuertatur. Sic irrationalis peccator miscetur ir- rationabilibus passionibus, & ea quae sunt malitiae venator huiusmodi explorare consuevit, atque his potiri, atque delectari. Sequitur: Fuit autem princi- pium regni eius Babylon, &c. Principium regni pecca- toris Babylon, id est, confusio, eo quod malitia, & potestas non in simplicitate, & puritate, non in dis- tinctione virtutis, sed in confusione vitiorum est.

Peccatoribus Deus par pari refert.

30. GENES. 11. Venite descendamus, &c. CAIETAN. Adaerte prudens lector, quod Moyses describit Deum par pari referentem. Quia enim excitando ad aedificandam ciuitatem, & turrim, homo dixerat, [Venite aedificemus, &c.] Ideo dissipaturus deus homi- num consilia, dicit ad similitudinem excitantis eis qui cum eo sunt, [Venite descendamus, & confun- damus, &c.] CHRYSOST. Et quia abusi sunt vo- cis vnitate, ideo vocis diuersitate castigare volo, & confundamus linguam eorum. RVPERT. Et quo- niam peruerfa via tendere volunt ad caelum, ve- ram viam abscondamus ab eis, qua veraciter itur ad caelum, confundamus linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Etenim cum haec diceret Deus, sciebat futurum, vt sanctam scripturam vnus Dei notitiam continentem conderet. per hunc famulum suum Moyssem, qua sola verè itur ad Deum, &c. Vide, Scriptura sacra.

Peccatorum vnitatis noxia.

31. IVID. GREGOR. 34. Moral. cap. 3. Si malorum vnitatis noxia non fuisset, nequaquam diuina prouidentia superbientium linguas in tanta diuersitate dis- sipasset. Si malorum vnitatis noxia non fuisset, de san- & Ecclesia hostibus propheta non diceret [Praeci- pita Domine, diuide linguas eorum.] Vide, Pax, nu. 21.

Peccatores esse coram Domino quid sit.

32. GENES. 13. Homines autem Sodomitae pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. HIERON. Superflue videtur esse additum, [coram Do- mino.] Si quidem Sodomorum coloni etiam apud homines mali, & peccatores erant. Ille autem dicitur peccator coram Domino qui potest apud homines iustus videri, quomodo de Zacharia, & Elisabeth in praecio ponitur, quod fuerint iusti ambo coram Domino. & in psal. 142. dicitur, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. CHRYSOST. Coram Domino dicuntur mali, & peccatores, quoniam pro- digiosa erat eorum iniquitas. INTERL. Coram Do- mino tanquam cui puniendum crimen committitur; nam & hominibus manifestum crimen, sed non puniendum ab eis. LIPOMAN. Vel quia iam ad con- spectum Domini ascenderant eorum crimina, & vr- gebat eos iudicium Dei. CAIETAN. In Hebraeo ha- betur, [Mali & peccatores ad Dominum valde.] Per quod significatur, quod aduersus ius naturae valde peccabant. LIPOMAN. Chaldaica hoc loco expo- sitoris fungitur officio; habet enim, [Viri autem Sodomitae erant iniqui cum suo mammona, & pessimi

mi in corporibus suis coram Domino nimis.] GLOSSA GRÆCA. Pessimi, inquit, & peccatores erant; quia quantum ex lectione scripturarum colligere po- tuimus, malus is est, qui sponte & de industria, atque ex animi sententia peccat, peccator autem qui volu- ptae quadam inductus peccat. Vtrumque autem sodomitae erant, vt ex litera patet.

Peccatores inter se sunt diuisi.

33. GENES. 15. Diuisit ea, scilicet animalia, per me- ditum, &c. aues autem non diuisit. Quod dum iusti vnanimiter viuunt, peccatores diuisi sunt, Vide, Iusti, num. 23. Sequitur: Descenderuntque volucres super cadavera, & abigebat eas Abram. AVGVST. Aues descendentes super corpora quae diuisa erant, spiritus malignos aeris huius significant, & partem quandam suam de carnalium diuisione quaerentes. Quod au- tem illis (secundum aliam literam) confedit Abram, significat etiam inter illas carnalium diuisiones veros vtique in finem saeculi persecuturos fideles. LIPO- MAN. Si autem legas cum vulgata [& abigebat eas Abram] significatur quod nisi merita sanctorum patrum intercessissent, consumendi forent carnales a demonibus. Abigebat ergo eas Abraham fide pro- missiionum, & oratione pro fidelibus ad gloriam sui Dei.

Peccatores tenebrosi, & inquieti.

34. GENES. 15. Cumque Sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus in- uasit eum. RVPERT. Bis in hac visione solis occu- bitus, & tenebrarum mentio facta est. Dicitur enim etiam infra. Cum ergo occubisset sol, facta est caligo tenebrosa; vt significetur gemina seminis Abrahæ aduersitas; Prima iniquitatis, qua fratrem suum Ioseph vendiderunt, & propter hoc dicitur, quod hor- ror magnus, & tenebrosus inuasit Abram. Hoc enim facit peccatum. Secunda, erat seruitutis, & afflictio- nis corporalis in Aegypto post mortem Pharaonis.

Peccatores qualiter Deus ignorat.

35. GENES. 18. Descendam, & videbo virum clamo- rem, qui venit ad me, opere compleuerim, an non est ita, vt sciam. LIPOMAN. Chaldaica, more suo loca difficilia illustrans, sic ait. [Apparebo nunc, & diiudi- cabo, vtrum sicut clamor, qui euenit coram me, fe- cerint, consummabo eos si non egerint penitentiam, si autem egerint penitentiam, non vlciscar.] AV- GVST. More humano Deus in scripturis ad homi- nes loquitur, & eius iram nouerunt sine perturbatio- ne intelligere, qui nouerunt. Solemus autem etiam sic minaciter loqui. Videamus si non tibi aut illi fa- cio, & si non potero tibi, aut illi facere, vel sciam, id est, hoc ipsum experior, vtrum non possim quod comminando, non ignorando dicitur. Irati apparet hic affectus, sed perturbatio non cadit in Deum. ORIGEN. & AVGVST. Aliter Deus nosse dicitur iustos, aliter peccatores. De iustis dicitur. Nouit Do- minus, qui sunt eius, de peccatoribus ait Paulus. [Si quis est Domini, intelligit, quae dico, qui autem igno- rat, ignorabitur.] & Dominus. [Dicedite à me om- nes, qui operamini iniquitatem, quia non noui vos, id est, non in vobis recognosco imaginem meam. Cognoscit quidem in vobis iustitia mea, quod puni- at, & non cognoscit misericordia mea quod coro- net. Quorum enim actus indigni sunt Deo, indigni etiam notitia Dei dicuntur. Descendit ergo, vt vi- deam, non vt quid agam sciam, sed vt ipsos scientia mea dignos efficiam, si quos ipsorum inue- niam iustos. Sed, quia nullus praeter Loth inuen- tus, ipse solus cognoscitur, ipse solus de incendio liberatur.

Peccatorum

Peccatorum durities.

36. GENES. 18. Si decem inuenero, non delebo pro- pter decem. AVGVST. Non necesse erat Deo tam sceleratis hominibus parcere, ne cum illis per- deret decem iustos, cum posset, iustis inde liberatis, reddere impiis digna supplicia: sed ad ostendamam malignitatem multitudinis illius. Tale quid inue- nimus apud Ieremiam cap. 5. [Circuite, ait, vias Ieru- salem, & quaerite in plateis eius, & cognoscite, si in- uenietis hominem facientem iustitiam, & quaeren- tem fidem, & propitius ero peccatis eorum,] quasi diceret: Nec vnus ibi potest inueniri iustus. LIPO- MAN. Certat hic, certat profecto clementia Dei cum humana malitia & praesumptione nostra, nec se du- riorum patitur inueniri, quam exigat nostra necessi- tas, & sperare nos docet supra mensuram.

Peccatores caeci sunt.

37. GENES. 19. Eos qui foris erant percusserunt caeci- gate à minimo usque ad maximum, ita vt osium inuenire non possent. CHRYSOST. Quoniam mentis Sodomitarum oculus excacatus erat, propter hoc & visu priuati sunt, vt discant homines quod nihil sibi profint corporales oculi, si oculi mentis fuerint excacati, & non solum isti excacati sunt, sed & viri- bus corporis destituti, quandoquidem potioreni homi- nis partem scilicet animam corruerant. AMBROS. Caeca ostenditur hic omnis libido, & ea quae ante sunt non videt.

Peccatorum inuerecundia.

38. GENES. 19. Peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab, &c. CAIETAN. Moab, id est, ex patre. Inuerecunda satis fuit puella prima publi- cans incestum in nomine filij. Ex hoc etiam insi- nuans quam audax fuerit prius consulendo sibi, & forori incestum paternum. Minor autem vocauit no- men filij Ammon, id est, filius populi mei. Ex quo ap- paret verecundia, ac sensus huius puella. Nam in nomine filij non publicauit incestum, sed manifesta- uit se non genuisse ex populo damnato à Deo, sed ex viro proprii populi. Erat enim proprius eius po- pulus Chaldaicus, seu transfluuialis.

Peccatores persequendo iustos ei seruiunt.

39. GENES. 25. Maior seruiet minori. Quod pecca- tores etiam persequendo iustos, illis seruiunt, Vide, Iusti, num. 29. & 30. ex AVGVST. & AMBROS. Vbi AVGVST. ait, Non ergo gloriantur, nec se ex- tollant mali, quando bonis aliquas tribulationes im- miserint, quia cum illis persequuntur in corpore, se occidere probantur in mente, vt ad virum bonum perueniat hominis mali peruersitas, iam illius ani- mam putrefacit iniquitas.

Peccatores Christus querit.

40. GENES. 30. Iacob pro mercede sua (ait Eucherius) gvarium, & fuluum, sine maculoso tam in ouibus, quam in capris sibi dicit dari. Hoc significat quod in Euangelio Scribis, & Phariseis Christus legitur respondisse, [Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam.]

Peccatoribus Deus loquitur propter iustos.

41. GENES. 31. Viditque Laban in somnis dicentem sibi Dominum: caue ne quidquam asperè loquaris contra Iacob. RVPERT. Non autem audiuit Laban Dominum vocantem se ex nomine, vt vocare solitus erat Iacob. Neque enim eius erat meriti, quod nosset eum Deus ex nomine, sed tantummodo vidit scilicet iratum, & dicentem sibi: caue ne quidquam, &c. Non

autem propter se, sed propter alium vidit: sicut & propter Isaac Abimelech vidit corripientem; & pro- pter Abraham Pharaon vidit flagellantem. Iuxta illud psal. 104. [non reliquit hominem nocere eis,] scilicet Labi; & corripuit pro eis reges; subaudi Pharaonem, & Abimelech. GLOSSA GRÆCA. Quando igitur Deus ad viros minime laudatos, ac probos venit, id in gratiam sanctorum suorum facere dicendus est; vt ad Laban propter Iacob, & ad Balaam propter populum suum Israël.

Peccator inquietus, & perturbatus.

42. QVOD peccator inquietudinibus, & perturba- tionibus plenus sit, Vide, Pax, num. 4. ex AM- BROSIO.

Peccatorum durities.

43. GENES. 37. Fratres tui pascunt oves in Sichimis, &c. AMBROS. Sichem interpretatur humerus, seu dorsum. Missus est ergo Christus ad eos, qui non conuerterentur ad Dominum, sed fugientes, se à facie eius auerterunt, quod est proprie peccato- rum. Vnde Cain à facie Domini exiit. AVGVST. Ierm. 81. Semper enim peccatores dorsum magis quam faciem ponunt in faciem iusti. De talibus di- citur in psal. 68. [Obscurentur oculi eorum, ne vi- deant, & dorsum eorum semper incurua.]

Peccatores persequuntur iustos.

44. GENES. 37. Ecce somnator venit; venite & occi- damus eum, &c. CHRYSOST. in Ierm. Sic bono- rum vita derimentum est pessimorum. Non licet me- liorem tutum esse cum malis. Zelant mansuetum inuidi, modestum superbi, probum improbi, mitem tumidi, & inimica aemulatione laesunt. Bonum mali videre non possunt, nolunt meliorem viuere, ne degeneres ipsi possint impropria sustinere.

Peccator seruus fit ob vile pretium.

45. GENES. 37. Madianita vendiderunt Ioseph in Aegypto Pauphari Eunucho Pharaonis magistro militum. RVPERT. Notandum quod primae vendi- tionis pretium scriptura non tacuit, secundo autem quanti venditus sit, dicere neglexit. & rectè, quia Inuaelitae, quod suum erat, & quod emerant, licen- ter iam vendiderunt, fratres autem hoc faciendo ma- lum, ipsi venundati sunt, & ideo sciendum quanti seipso vendiderunt, id est, quam paruo pretio, tam ingentis peccati serui facti sunt. Haec ille. Videlicet, viginti argenteis, quos si diuidas inter decem fra- tres, singulis duo argentei venient. Tam graue igitur scelus ob tam vile pretium quisque commisit, imò quisque venditus est.

Idem.

46. IBIDEM. AMBROS. Venditus est Ioseph in Aegy- pto, quia Christus venturus erat ad eos, quibus di- ctum est, Isai. 50. [Peccatis vestris venditi estis.] & ideo suo sanguine redemit, quos propria peccata vendiderant; sed venditus Christus conditione sus- ceptione no culpae, peccatisque pretio tenetur, quia peccatum ipse non fecit. Pretio igitur nostro debi- tum, non sua ara contraxerunt, chirographum sustu- lit, vnus exsoluit, quod ab omnibus debebatur. Non licet nobis exire seruitio; suscepit hoc ille pro no- bis, vt seruitutem mundi repelleret, libertatemque Paradisi restitueret. Hoc de mysterio. Caterum quoad moralem pertinet locum. Quia Dominus vult om- nes saluos fieri, etiam his qui sunt in seruitute dedis solatium, vt discerent etiam in vitima conditione posse moribus esse superiores, nec vllum statum

immunem esse virtutis, si animus vniuscuiusque cognoscat carnem seruituti subditam esse, non mentem, multoque seruos esse dominis liberiōres, si in seruitute positi, a seruilibus putēt operibus abstinentium. Seruile est omne peccatum, libera est innocentia. Vnde Dominus Ioan. 8. [Qui facit peccatum, seruus est peccati.] Quomodo ergo non seruus omnis auarus, qui pro exiguo pecuniae lucello seipsum auctionatur? Quomodo non mendicus, cui sunt parua, quæ possidet? Nam & si mihi diues videatur, sibi eget. Quomodo autem non & ille seruus qui subditus est libidini? Primum suis ardet incendiis, & peccati sui fabricibus exurit, de quibus ait Propheta Isai. 50. [Ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam accendistis.] Seruit igitur qui ipse sibi dominos facit, ipse vult habere, quos timeat. Nihil enim tam speciale seruitutis est, quam semper timere. Ille verò in quaui conditione seruitij semper liber, qui auctore non capitur, auaritiæ vinculis non tenetur, metu criminis non alligatur. Vnde seruiebat Ioseph in Ægypto, & regnabat Pharaon, sed beator huius seruitus, quam regnum illius. Habent ergo vnde gloriantur originales serui. Seruiuit enim & Ioseph. Habent vnde se consolentur, qui ex libertate in seruitutem aliqua necessitate venerint; Habent quod imitentur, vt discant conditionem se mutare posse non mores, esse & in seruis libertatem, & in seruitute constantiam. Habent quod etiam domini per seruulos bonos sperēt. Abraham filio per vernaculum inuenit vxorem. & infra. Videbimus, quod quæ domini gubernare non poterant, serui gubernarunt. Vide etiam Iusti. num. 34.

Idem.

47. **GENES. 39.** Qui nunquam acquiescens nefario operi, &c. **AMBROS.** Vide quomodo a seruo domina consilium capit; quin imò serua à domino. Rectè enim non ipsa domina dicitur, quæ non potuit extorquere, quod voluit imperare. Nam quomodo domina, quæ dominandi non habebat affectum, quæ seruilis libidinis inceptiua præstabat. Ille dominus qui amantis non excepit faces, qui lenocinantis vincula non sensit, quæ nulla mortis formido perterruit.

Peccator nudus est.

48. **IBID.** Qui relicto in manu eius pallio fugit. Quod peccator sit nudus, non iustus. Vide Iustus. num. 32. & Castitas. num. 16. Sequitur. Cum vidisset mulier vestem in manibus eius &c. **AMBROS.** Iustus accusare non nouit. Ideo impunè hoc impudica faciebat. Illam igitur verè exutam dixerim, etiam aliena vestimenta seruantem, quæ omnia amiserat vclamina castitatis. Illum satis ornatum, satis defensum, cuius vox nò audiebatur, & innocentia loquebatur. Sic Susanna postea quam tacuit, in iudicio melius locuta est, & ideo propheta meruit defensionem, quæ sui auxilium non quaesuit.

Peccatoribus Deus par pari refert.

49. **GENES. 41.** Quo facturus est Deus ostendit. **RVPERTVS.** Hoc firmiter memoriæ commendandum est, quia iustè in seruitutem Ægyptiorum adducti sunt filij Israël & aliti meritiò seruiertunt. Quia eorum scelere in seruum venundatus est Ioseph. Et meritiò famem vocauit super terram, vt eius austeritate constringeret eos qui comederant fratris sui pretium. Bene igitur dicitur qua facturus est Deus. Quia Deus est de quo verissimè dictum est, [faciens pacem, & creans malum.] Sola autem gratia Dei, visitati sunt filij Israël, sola clementia, non merito suo, de illa domo seruitutis liberati. Super illud Genes. 42. Tradidit illos custodia tribus diebus. ait **LIPOMAN.**

Fortè, quia ter in ipsum deliquerant fratres. Videlicet tractantes primò de illius morte, deinde in cisternam proiecientes, demum Ismaëlitis videntes, idcirco eos diebus tribus carceris custodiae mancipauit, vt saltè aliqua pœna, licet multa misericordiæ admixta culpæ responderet. Iuxta illud **Deut. 23.** [Pro mensura delicti, erit & plagarum modus.]

Peccatorum durities.

EXOD. 3. Videbat quod rubus arderet & non comburetur. **AVGVST.** Sermone de tempore. Ardebat rubus, & non cōsumebatur, quia in synagoga Iudæorum multo tempore seruator & flamma sancti Spiritus fuit, & tamen ita contra Dei gratiam rebelles semper Spiritui sancto resisterunt, vt eorum spinæ, id est, peccata igne sancti Spiritus consumi non possent. **GRÆGOR. Hom. 3. super Ezech. 28. Moral. cap. 5.** Quid flamma nisi lex, de qua scriptū est, [In dextera eius ignea lex] Et rubus ille nisi Iudæicus populus peccatorum suorum spinis obditus: Sed rubus ardens consumi non potuit: quia Iudæicus populus & ignem quidem dominicæ legis accepit, & tamen peccatorum suorum spinas non deseruit, nec eius vitia, diuini sermonis flamma concremauit.

Idem.

EXODI 4. Ego indurabo cor Pharaonis. **AVGVST.** Serm. 88. de tempore. Pro expositione huius obdurationis; Primò hoc fideliter & firmiter credat dilectio vestra, quod nunquam prius Deus deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur. Secundò obduratō, non Dei potentia compellente perficitur, sed Dei remissione, vel indulgentia generatur. Hoc pater, nam cum vnusquisque graui peccata commiserit, expectat illum Deus, vt conuertatur & viuat. Cur verò in peccatis suis cæperit permanere, de multitudine peccatorum nascitur desperatio, ex desperatione obduratō generatur, & impletur quod dictum est, **Prouerb. 18.** [Peccator cum in profundum peccatorum venerit, contemnet.] De talibus Apostolus dicit, [ignorans quod patientia Dei ad pœnitentiam te adducit, tu autem secundum duritiam cordis tui &c.] De tali obduratione etiam legimus **Eccles. 30.** [Equis indomitus euadit durus, & filius remissus euadit præceps,] & [tunde latera filij tui dum infans est, ne induret, & non consentiat tibi.] Vnde constat, quod Pharaonem, non diuina potentia, sed diuina patientia credenda est obduratè. Nam quoties eum Dei plaga percussit, afflictus pœnituit. At vbi remissio diuina indulgentiam dedit, iterum se in superbiam elatus erexit. Quapropter intelligite fratres, quia quoties Dominus dixit: [Ego indurabo cor Pharaonis,] non aliud intelligi voluit, nisi ego suspendo plagas meas, & flagella. Vnde eum per indulgentiam meam contra me indurari permitto. Ideò autem Deus flagella toties à Pharaone amouit, quia Pharaon pro ingenti cumulo peccatorum suorum, non tanquam filius ad emendationem meruit corripi, sed tanquam hostis permissus est indurari. Tantæ enim illius iniquitates præcesserunt, vt in illo impletur, quod de talibus scriptum est **Psal. 72.** [In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia, operi sunt iniquitate & impietate sua, prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum.] De illis autem quos indurari Dei misericordia non permittitur, scriptum est, **Apoc. 3.** Flagellat Deus omnem filium, quem recipit. Et iterum. [Ego quos amo, arguo, & castigo.] Et **Prouerb. 3.** [Quem diligit Dominus, corripit.] Ego igitur indurabo cor eius, nihil aliud est, nisi cum adfuerit gratia mea, indurat illum nequitia sua. Sicut etiam populus ad Dominum clamabat

Idem.

mabat **Isai. 63.** [Indurasti cor nostrum ne timeremus te.] Quod vtrique non est aliud, nisi deseruisti cor nostrum, ne conuerteremur ad te. Sicut enim, quoties nimio frigore aqua constringitur, solis calore superueniente resoluatur, & discedente eodem sole iterum obduratur, ita peccatorum frigore frigescit charitas multorum, & velut glacies obduratur, & cum eis iterum calor diuinæ misericordiæ superuenerit, resoluuntur: ille vtrique calor de quo scriptum est, [non est qui se abscondat à calore eius:] ita etiam quoties à Pharaone flagella remota sunt, contra Deum se obduratus erexit; quoties verò afflictus est, humiliter supplicauit. Quare autem Deus nos noster, non omnes ita misericorditer flagellet, aut illorum iniquitati, qui obdurari merentur adscribendum est, aut ad inscrutabilia iudicia Dei referendum, quæ plerumque sunt occulta, nunquam tamen iniusta. Nobis ergo sufficiat piè, & humiliter credere illud **Apost. Rom. 9.** [Nunquid iniquitas apud Deum est? Absit.] & illud **Deut. 32.** [Deus fidelis, & absque vlla iniquitate.] quod & ipse Pharaon cum castigaretur confitetur. [Dominus iustus, ego autem, & populus meus impij.] Quam rem etiam circa vernaculos nostros, quos remisit nutritiuus, experiri consueuimus. Cum enim peiores de ipsa remissione redduntur, solemus exprobrantes eis dicere, [Ego tibi parcendo proteruiam tuam nutritiuus,] non quod voluntate nostra in tantam sint superbiam deuoluti; sed quia magis de bonitate vel indulgentia nostra fuerint obdurati. Ita & Deus de Pharaone fecisse dignoscitur, dum ab illo pro ineffabili bonitate plagas suspendit, ille obdurato corde contra Deum superbus erigitur. Quapropter fratres charissimi, quoties nobis aliqua peccata subreperint, sine vlla mora, antequam obdurecat cor, medicamentum elemosynæ, vel pœnitentiæ festinemus animarum nostrarum vulneribus prouidere. Vtiliter enim malagma calidis adhuc vulneribus apponitur, vt citò ad sanitatem vulnus reducat. Et ideo quotiescumque delinquimus, peccata nostra iudices nos sentiant, non patronos, accusatores suos, non defensores nos esse agnoscant. Iuxta illud. [Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.] Tu agnosce, & Deus ignoscit. Nam quo pacto Deus dignabitur ignoscere, quod in se homo dedignatur agnoscere? Sicut igitur vulneribus corporis, sine vlla mora medicamenta quarimus, ita & animæ vulneribus medicamenta apponere festinemus, ne forte si plus de corporibus, quam de animæ salute solliciti simus, iniusto iudicio ancillam dominæ præferamus.

Idem.

52. **IBID. D. THOM.** super cap. 9. ad Rom. lect. 3. Deus intentator malorum cum sit, non dicitur indurare aliquos directè, quasi in eis causet malitiā; sed indirectè, in quantum scilicet ex his quæ facit in homine intus, vel extra, homo sumit occasionem peccati, & hoc ipse Deus permittit. Vnde non dicitur indurare quasi immittere malitiam, sed non apponendo gratiam. Vnde **INTERL.** [Ego indurabo cor eius,] perinde est ac si diceret, indurari permittam. **IDEM** super cap. 3. ad **Heb. lect. 2.** Durum est, quod non cedit, sed resistit impellenti. Vnde cor hominis durum dicitur, quando non cedit diuinæ iussioni. Hæc autem induratio ex duobus causatur, ex vno quasi negatiuè, scilicet ex Deo non apponente gratiam. Vnde **Apostolus Rom. 9.** [Cuius vult miseretur, & quem vult indurat.] Ex alio verò positiuè, & hoc modo indurat se ipsum homo non obediendo Deo, & non apertendo cor suum gratiæ. Vnde **Propheta Zachar. 7.** [Cor suum posuerunt, vt adamantem, ne audirent legem, &c.]

IBID. LIPOMAN. Deus est causa indurationis cordis humani, non directè influendo malitiam, sed indirectè & quasi per accidens, in quantum iusto iudicio gratiam subtrahit, aut non confert. Sicut sol recedendo ab hemisphærio nostro est causa frigoris, & corruptionis, & sicut nauta per suā absentiam est causa periclitationis nauigantium; iuxta hunc modum loquendi **Psalmista** loquitur [Declinasti semitas nostras à via tua.] Et **Isaias.** [Quare nos errare fecisti &c.] Et in **Ezechiele** Dominus protestatur **cap. 14.** **Propheta** cum errauerit, [ego Dominus decepi prophetam illum.] Eodem modo dicit hic; [Indurabo cor Pharaonis,] id est, subtraham ab eo gratiam meam, quæ mollificare solet cor hominis, vel, ab induratione in qua est non liberabo.

Peccatorum prosperitas, & iustorum tribulatio.

EXOD. 5. Flagellati que sunt qui præerant operibus filiorum Israël. **ORIGEN.** Hoc idem populus Dei patitur. Inuenies enim, si consideres eos qui se ex integro principi huius mundi tradiderunt, prosperis successibus agere, omnia eis, vt ipsi putant feliciter euenire. Seruis autem Dei sæpe nec hæc quidem humani victus humilia, & parua succedere. Istas enim puto vidèri paleas, quæ à Pharaone ministrantur. Fit ergo sæpe vt Deum timentes, vili hoc etiam & paleis simili indigeant victu: sæpe etiam persecutiones sustinent, tyrannorum perferunt cruciatus, & sæua tormenta.

Peccatorum inquietudo.

EXOD. 8. Venit musca grauißima in domos Pharaonis. Quod peccatores inquieti viuant, Vide **Desideria**, num. 2. & **Festorum obseruatio**, num. 2. ex **GRÆG.**

Peccatores, virtutes oderunt.

EXOD. 8. Abominaciones Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro. **RVPERT.** Abominaciones Ægyptiorum sunt fides & omnes animæ virtutes, & quæ Ægyptij colunt, sunt omnia vitia. Abominabilis est namque superbis humilitas, & iniustus vniuersa iustitia. Dicit autem scriptura, [Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum &c.] E contrario tumidam ceruicem, & cor crassum Ægyptij colunt, sed hæc primitus maclare debet verus Israel. &c. **AVGVST.** **quæst. 28. in Exod.** Sic sacrificia Israelitarum, abominaciones sūt Ægyptiis, sicut iniquis vita iustorum. **AMBROS.** **Lib. 1. epist. 4. ad Irenæum.** Oderant Ægyptij immolata sacrificia, id est perfecta studia virtutum, & plena disciplina. Quod ergo vitiosi oderunt, hoc apud bonos syncerum, & pium est. Opus virtutis derestatur luxuriosus helleus, refugit Ægyptius. Ita corpus quod illecebras diligit, auertatur animæ virtutes, abominatur imperium, refugit virtutum disciplinas, & opera omnia quæ huiusmodi sunt. Quæ ergo Ægyptius refugit, Ægyptius ille & non homo; hæc tu amplectere, qui habes humanitatis scientiam, illa autem declina quæ illi sequuntur, atque eligunt. Quoniam duo sibi ista congruere non possunt, prudentia, & insipientia. **GRÆGOR. 11. Moral. cap. 27.** Oues Ægyptij edere dedignantur, sed quod abominantur Ægyptij, hoc Israelitæ Deo offerunt; quia simplicitatem conscientie, quam iniusti quique velut infamam, abieclantque despiciunt, hanc iusti, in virtutis sacrificium vertunt, & excolentes recti puritatem, ac mansuetudinem Deo immolant, quam abominantes reprobi, fatuitatem putant, &c. Vide **Sapientia.**

Peccatores equi diaboli.

EXODI 15. Equum, & asinum forem dociecit in mare. **ORIGEN.** Omnes qui in carne nati sunt figurati-

rer equi sunt & habent ascensores suos. Sunt equi quos Dominus ascendit, &c. Vide *Apostoli*, num. 11. ubi etiam dicitur de Iuda qui fuit equus diaboli. Omnes ergo qui persequuntur sanctos, equi sunt hinientes, sed habent ascensores, quibus aguntur, angelos malos, & idem feroces sunt. *HIERON.* super *psal.* 32. Ego puto equos esse homines peccatores, & equites demones, qui equitant in eis &c. Vide *Diabolus*, num. 19. & 30. & *ORIGEN.* & alia.

Peccatores à terra deuorati.

58. **EXOD.** 15. *Deuorant eos terra.* **INTERL.** Id est, aqua terræ cognata, & ubique terra contenta. **AVGVSTINVS.** 54. Terra pro aqua non mirum est posita. Tota quippe pars ista extrema, vel infima mundi, terræ nomine censetur, secundum id quod sæpe dicitur. [Deus qui fecit cælum, & terram.] Et in *Psal.* Commemoratis cælestibus, [laudate, inquit, dominum de terra.] Et ea exequitur in laude, quæ etiam ad aquas pertinebant. **EVTHYMIVS.** Vel dicitur, [Deuorant eos terra.] quia postquam submersi sunt emissi sunt in terram, ut ista cælitæ eos viderent, & certiores fierent de miraculo, atque ut eos expoliarent; deinde facto terræ hiatu ad diuinæ iræ demonstrationem absorpti sunt. **ORIGEN.** *Moraliter.* Sed & impios quidem, & hodie deuorat terra. An non tibi videtur, terram deuorare illum qui semper de terra cogitat, qui semper terrenos habet actus, qui de terra loquitur, de terra litigat, terram desiderat, & omnem spem suam ponit in terra? Qui ad cælum non respicit, qui futura non cogitat, sed semper de præsentibus cogitat, & terrena suspiratur, talem cum videris dicitur, [quia deuorauit eum terra &c.] Nec tamen penitus desperandum est. Possibile namque est, ut si forte respiciat, qui deuoratus est, rursum possit euomi, sicut ionas. Sed & omnes nos, puto quod aliquando terra deuoratos in inferni penetralibus detinebat. Et propterea Dominus noster descendit, non solum vsque ad terras, sed etiam vsque ad inferiora terræ. & ibi nos inuenit deuoratos, sedentes in umbra mortis, & inde educens, non iam locum terræ, ut iterum deuoraremur, sed locum præparat nobis regni calorum; propterea addit, *Et portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum.*

Peccatorum stultitia.

59. **EXOD.** 12. *Fac nobis Deos qui nos præcedant.* **CHRYSOSTOMVS.** *Homil. de productione Iudæ.* Viderant consensum maria, & denuò conuenire, & alia multa mirabilia, & aliqua quotidie fieri, ut manna, &c. & dicunt: *Fac nobis Deos qui nos præcedant.* Adhuc inspicis, quod miraris, popule stulte, & insipiens, & oblitus es largitoris? **LIPOMANVS.** Vidisti obsecro, infanriorem insipientiam? Audisti verba magis hominum sensu carentium, ac stupida mentis indicia? Velle quod homo quispiam Deum faciat? *Fac, inquit, nobis Deos qui nos præcedant, & in animum sibi inducere, ut credant, hos Deos fabricandos, eduxisse ipsos de terra Ægypti, cum eo tempore quo liberati sunt, dii ipsi nondum formati essent.*

Peccatores reprehendendi, & non diligendi sunt quo peccatores sunt.

60. **EXOD.** 32. *Occidat vnusquisque fratrem suum & amicum, & proximum.* **GREGORIUS.** 3. *Pastor. cap. 23.* Admonendi sunt pacati, ne dum nimis humanam pacem desiderant, pranos hominum mores nequaquam redarguant, & consentiendo peruersis, ab auctoris sui de pace dissiungant, ne dum humana foris iurgia metuunt, interni fœderis discessione feriantur.

Quid est enim pax transitoria, nisi quoddam vestigium pacis æternæ? Quid esse ergo dementius potest, quam vestigia impressa in puluere diligere, sed ipsum à quo impressa sunt non amare? Hinc *Dauid.* [Non ne qui te oderant Domine oderam &c. Perfecto odio oderam illos.] Inimicos etenim Dei perfecto odio odisse est, & quod facti sunt diligere, & quod faciunt increpare, mores prauorum premere, & vitæ prodesse. Pensandum ergo est quando ab increpatione quiescit, quanta culpa si pax cum pessimis tenetur, si propheta tantus hoc velut in hostiam Deo obtulit, quod contra se pro Domino prauorum inimicitias excitauit. Hinc est quod tribus Leui, assumptis gladiis, per castrorum media transiens, quia feriendis noluit peccatoribus parcere, Deo manus dicta est consecrasset. Hinc veritas ipsa dicit, [Non veni pacem mittere, sed gladium] Malorum namque cum incauté amicitias iungimur, culpis ligamur. Vnde *Iosaphat* qui tor de ante acta vita præconiis attollitur, de *Achab* regis amicitias penè periturus, increpatur. 2. *Paral.* 19. [Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominum, amicitia iungis, & idcirco iram quidem Domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te &c.]

Idem sine acceptione personarum.

IBID. GREGORIUS. **NYSSENVS.** Nemo interficiendum, quis amicus, aut quis inimicus discernerebat: quis domesticus, quis affinis, quis cognatus, aut alienus, nemo prospiciebat, sed vnus, atque par aduersus omnes, in quos inciderant, erat impetus. Quoniam omnes vna ad malum conspirantes ratione vitij, quasi vnus effecti sunt. Et veluti cum quis vnum hominem cædit vehementer, non hoc aut illud membrum ipsius affligit, sed quo flagellum commodè potest inferri, illud verberat; nouit enim quamcumque partem percussit, ad totum corpus inde sensum doloris transiunt: sic quæ sine dispositione tunc adhibebatur punitio, omnes qui cõspiratione vitij quasi erant in vnum corpus conflati, miram in modum castigabat. Quare si nonnunquam peccatis hominum iram Dei excitatam, non in omnes, sed in aliquos ferri videamus, diuinæ clementiæ magnitudinem admirari debemus; qua fit ut non omnes sicuti merentur percuciantur, omnes autem flagellis castigentur.

Peccatores omnes sumus.

EXOD. 32. *Aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro tuo.* **RVPERTVS.** Quare? Videlicet, quia ego homo peccator sum. Si non est apud te propitiatio, si iudicium apud te est, sine misericordia consequitur, ut & me de libro tuo deleas: [Si enim iniquitates obseruaueris, quis sustinebit?] Ergo si tu peccata non dimittis, si soli apud te scripti permanent iusti, consequens est, ut nec ego permaneam in libro tuo, quem scripsisti. Vnde notandum, quod non dixit *Moyse*, dele me pro illis de libro tuo, aut opro deleri, ut scribantur isti, sed *si non dimittis eis dele me*, inquit, quod idem est, ac si diceret, si deles illos, dele & me cum illis.

Idem.

EXODI. 34. *Nullusque apud te per se innocens est.* **LIPOMANVS.** In Hebræo [Et innocens non faciet innocentem] vel non erit innocens, aut sine periculo. **RABANVS.** Quomodo apud Deum quis per se innocens esse poterit? Cum *Iob* dicat *cap. 4.* [Non est homo super terram, qui faciat bonum, & non peccet.] Et alibi. [Astra non sunt munda in conspectu eius, & in angelis suis reperit prauitatem.] Proinde necessarid vnusquisque ab illo reposcat mundari, qui solus

solus est sine macula, solusque habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, cui *psalmista* dicit, [amplius laua me, &c. Ecce enim, in iniquitatibus conceptus sum &c.] & *Iob.* [Quis potest mundum facere de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es?] **GREGORIUS.** 16. *Moral. cap. 11. & 12.* Si ad hoc saluari quisque hic munditia manuum suarum creditur, ut suis viribus innocens fiat, procul dubio erratur, &c. Vide *Gratia*, num. 10.

Peccatores igne inferni comburendi.

64. **NUMER.** 15. *Dixitque Dominus ad Moysem. Adorte moriatur homo iste.* Scilicet, qui in Sabbato collegit ligna. *Obruat eum lapidibus omnis turba extra castra.* **ISIDORVS.** Calumniantur impij, quod raram atrociter iussu Dei ab omni populo trucidatur, qui ligna collegit in Sabbato. Sed omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correctionem nostram. Qui enim diem Sabbari violare ausus est, dum ligna colligeret, & punitus est, significauit eum, qui hodie in Christo signatus inuenitur agere carnale opus, id est, contrahere ligna, fœnum, stipulam in eicam ignis æterni, qui si fuerit deprehensus lapidatur, & occiditur, quia à spiritualibus iudicatur.

Peccatores arguendi.

65. **IOSVE.** 7. *Achan tulit aliquid de anathemate, iratusque est Dominus contra filios Israel.* **ORIGENVS.** Non otiosè transeundum est, quod vno peccante, ira super omnem populum venit. Hoc accidit quando Sacerdotes, qui populo præfunt, erga delinquentem benigni videri volunt, & verentes peccantiu linguas, ne forte de eis malè loquantur, sacerdotalis seueritatis immemores peccantem coram omnibus nolunt publicè arguere, ut ceteri timorem habeant, & dum vni parcunt vniuersæ Ecclesiæ moluntur interitum. Ex vna enim oue morbida grex vniuersus inficitur. [Omnes enim vnum corpus sumus in Christo, &c.] Vide *Prælati.*

Peccator coram Deo caret nomine.

66. **1. REG.** 15. *Filius vnius anni erat Saül cum regnare cepisset, duobus autem annis regnavit super Israel.* **INTERL.** Scilicet iuste, & mansuete. Postea enim magis tyrannus fuit quam rex. **LYRANVS.** Quamuis Saül regnavit xl. annis, tamen tempus tantummodo connumeratur regnasse, quo permansit in humilitate, & bonitate. *Hæc ille.* Tempus verò quo peccator fuit, non connumeratur, nec nomen habet coram Deo.

Peccatorum stultitia, & celeritas.

67. **1. REG.** 13. *Dixitque Samuel ad Saül. Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui.* Alia litera. [Stultus factus es, &c.] Cum enim primùm quis peccauerit stultus fit. [Omnis peccans est ignorans.] Inter alias ignorantias quas peccator habet, vna est acceleratio, & præcipitatio, qualis fuit illa populi dicentis, *Exod. 24. & 32.* [Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant.] Quia scilicet detinebatur *Moyse* in monte. Vnde *Psalm.* 105. [Cito fecerunt, oblitum sunt operum eius, & non sustinuerunt consilium eius.] Vbi **D. PROSPER.** **AQVITANVS.** Festinauerunt beati fieri temporalibus rebus, & magis concupierunt præsentia quam futura, cum debuissent de tantis erga se beneficiis intelligere, quod ad aliquam sine fine beatitudinem vocarentur. Vnde *Psalm.* 94. [Quibus iurauit in ira mea, si introibunt in requiem meam.] *Hæc ille.* Eandem accelerationis ignorantiam, & insipientiam habuit Saül, qui noluit expectare Samuelis aduentum. Illum, & similes, deplorat *Sapiens, Ecclesiast.* 2.

[Væ illis qui perdiderunt sustententiam, & qui dereliquerunt vias rectas.] Super illud 2. *Reg.* 12. *Et si parua sunt ista* (ait *Nathan*) *adiuciam tibi multo maiora.* ait **VATABLVS.** In Hebræo habetur. [Et si pusillum, subaudi expectasses, nec peccasses, adiecissèm tibi multo plura.] *Hæc ille.* Vide quantis priuauit bonis peccatum *Dauidem*, & eos qui sustententiam perdunt. **IBID.** *Quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum?* Alij vertunt. [Cur ergo tam leue aestimasti verbum Domini, ut coram eo malum faceres?]

Peccatorum durities, & pertinacia.

1. PARALIP. 4. *Qui stare fecit solem virique mendacij & securus, & incendens qui principes fuerunt in Moab, & qui reuerse sunt in Labem.* Loci huius difficultas sic exponitur. Occasione pertinaciæ peccatorum illius temporis, qui viso hoc magno miraculo eius, qui stare fecit solem, non sunt conuersi ad Dominum, imo perstiterunt in peccatis; quapropter maxima & vniuersali fame castigati sunt. Dicit ergo in præsentem, quod de *Sela* filio *Iudæ* deriuata sunt familiaræ sequentes. *Primum cognationes domus operariu byssum*, id est, ornamenta byssina, in domo iuramenti, id est, in tabernaculo fœderis, ut ait **INTERL.** Deinde, & qui stare fecit solem, id est, *Elimelech* vir *Nohemi*, qui ob singularem sanctitatem, visis tot sceleribus, quæ populus faciebat, ut conuerterentur, stare fecit solem; sed, quia contempserunt, inualuit fames. Vnde, qui in tribu *Iuda* prior videbatur inopia cogente, cum vxore *Nohemi* & filiis patria pulsus in peregrinatione cum vxore, & filiis mortuus est. *Virique mendacij*, id est, *Mahalon*, & *Chelion* filij eius, sic dicti, quia mortui sunt in terra *Moab* sine prole, ut ait **LYRANVS.** Dicuntur viri mendacij, quia non reliquerunt effectum matrimonij sui. *Et securus, & incendens*, iidem *Mahalon* & *Chelion*, vel quia sic interpretantur secundum **LYRAM**, vel quia secundum **GLOS.** **ORD.** securus, & incendens appellabantur in *Moab*, quia vxores *Moabitidas* duxerunt. Vnde in Hebræo non dicitur [qui principes fuerunt in *Moab*, sed qui maritati fuerunt in *Moab*.] Sequitur. *Et qui reuerse sunt in Lehem.* **GLOS.** **ORD.** Id est *Nohemi*, & *Ruth*, quæ reuersæ sunt in *Bethleem* audita panis vbertate. In Hebræo non ponitur, [In *Bethleem*,] sed [Lehem.] Vnde **INTERL.** Panem & non domum panis. **LYRA.** Omnes istæ personæ descenderunt de *Sela* filio *Iudæ*, excepta tamen *Ruth* *Moabitide*, quæ noluit dimittere focum suam redeuntem.

Idem.

2. PARALIP. 28. *Scribunt quot, & quanta mala immiserit Deus in regē Achaz ob pertinaciam eius in malo.* *Primum tradidit eum Dominus Deus eius in manu regis Syria, qui percussit eum, magnamque prædam cepit, de eius imperio.* *Secundò, Manibus quoque regis Israel traditus est, & percussus plaga grandi.* *Tertiò, Occiditque Phacee de Iuda centum viginti milia in die vno.* *Quartò, Zechri occidit filium, & alios duos principes eius.* *Quintò, Ceperuntque filij Israel de fratribus suis ducenta milia mulierum, puerorumque, & puellarum, & infinitam prædam, tuleruntque eam in Samariam.* *Sextò, Veneruntque Idumæi & percusserunt multos ex Iuda & ceperunt prædam magnam.* *Septimò, Philistini quoque diffusi sunt per vrbes campestris, & ceperunt sex cum vinculis suis, & habuuerunt in eis.* *Octauò, Venit contra eum rex Assyriorum, qui affluxit eum, & in nullo restentem vastauit, &c.* Omnia hæc propter eius peccata, & nimiam pertinaciam. Vnde sequitur. *Humiliauerat enim Dominus Iudam eo quod nudasset eum auxilio, & contemptum habuisset Dominum.* Et quod peius est;

hæc pertulit, non habet profectò cor. Utinam saperet, & intelligeret, &c. Vitaret certè laqueos paratos, & caueret.

Peccatores sibi ipsis nocent.

83. O S E 7. Facti sunt quasi arcus dolosus. P. R I B. C Y R I L L V S. Alij interpretantur, [vt arcus conuersus,] ac si diceret. Qui armare debebant se aduersus hostes suos, aduersus se armati sunt. Hoc enim faciunt qui Deum offendunt. Peccatorem namque sibi maximè nocere, & in animam suã venenatas sagittas emittere cum à lege Dei declinat; vel illud P salm. 10. satis indicat. [Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.] Quia pluet super peccatores laqueus, ignis, & sulphur, & spiritus procellarũ pars calicis eorum.] Isaias quoque cap. 59. [Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem.] Laborem peccatum vocat, quoniam ex eo nihil sequitur, nisi labor, & afflictio spiritus. Dauid etiam, [Ecce paruit in iustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.] Et addit Isaias, [Oua aspidum ruperunt, & telas aranearum texerunt, qui comederit de ouis eorum, morietur; & quod confortum est, erumpet in regulum.] Qui ouum rumpit, vtilem se cibum inuenturũ putat, quod peccatori vsu venit, cum voluptatem & satietatem querit in peccatis, sed oua illa aspidum sunt, non cibum ex eis, sed venenum haurient.

Peccatores inutiles sibi.

84. O S E 8. Culmus stans non est in eo germen, non faciet farinam, quod si fecerit, alieni comedet eam. P. D. R I B E R A. Culmus est canna in segete, quæ nodis distinguitur. Vnde illud Genes. [Septem spicæ pullulabunt in culmine vno.] Germen culmi, id est, spica, vt H I E R O N. interpretatur, non peruenit in eo vt moli possit, & farinam faciat. Quod si forte non nihil farinæ inde fuerit, alieni, & non qui laborarunt comedent eam. G R E G O R. 8. Moral. cap. 29. Culmus germen non habet, cum vita meritis virtutum caret; farinam culmus non facit, cum is, qui præfenti sæculo proficit, nihil subtilitatis intelligit; nullum boni operis fructum reddit. Sed sæpe & cum fecerit, hanc alieni comedunt. Quia & cum bona opera hypocritæ ostendunt de his, malignorum spirituum vota fatiantur. Qui enim per hæc Deo placere non appetunt, nequaquam agri dominum, sed alienos pascunt. Sequitur in textu. Nunc factum est Israël quasi vas immundum. Septuaginta, inutile, translulerunt. & super illud Ieremias 22. [Ieconias sicut vas cuius nulla est vtilitas.] H I E R O N. ita veritè iuxta septuaginta. Nunquid vas fictile, atque contritum vir iste Ieconias, nunquid vas absque omni voluptate, siue vtilitate?

Peccatores liberi vt onagri pulli.

85. O S E 8. Onager solitarius sibi Ephraim. Hic locus, ait P. R I B E R A, optimè quadrat cum illo Iob cap. 11. [Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam filium onagri se liberum natum putat.] & cap. 39. Quis dimisit onagrum liberum? G R E G O R. 10. Moral. cap. 15. Per pullum onagri omne agrestium genus exprimitur, quod naturæ dimissum moribus, foris dominantium non tenetur: agri namque animalia, libertatem habent, & ite quo appetunt, & quiescere cum lassantur. Quæ enim ad aliud minimè seruantur, eorum motus proculdubio nequaquam sub disciplina restringitur. Homo autem, quia ad sequentem vitam ducitur, necesse profectò est, vt in cunctis suis moribus sub dispositione disciplinæ religetur, & quasi domesticum animal foris vincitum seruiat, atque æternis dispositionibus restitutum vi-

uat, quibus bene foris ligatum se nouerat qui dicebat. [Vt iumentum factus sum apud te & ego semper tecum.] Qui ergo implere cuncta quæ desiderat per effrænatam libertatem querit, quid aliud quam pullo onagri esse similis concupiscit, vt disciplinæ hunc lora non teneant, sed audenter vagus per syluam desideriorum currat? Quod ait sibi solitarius, hoc est, sibi soli relictus nullum agnoscens dominum.

Peccatores scriptura luget.

86. A M O S 5. Ego leuo super vos planctum domus Israël. P. R I B E R A. Luget peccatores, non prophete solum, sed vniuersa etiam scriptura, sicut in Ezechiele scriptum est. [Et vidi, & ecce manus missa ad me in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus, & foris, & scriptæ erant in eo lamentationes, carmen, & væ.] Lamentationes, id est, maxima quædam terribilis, ac nunquam finienda lamentatio in sacris libris scripta est peccatori, qui secundum duritiam suam, & impœnitens cor thesaurizat sibi iram in die iræ. Carmen, eis scribitur (vt hic ait H I E R O N.) qui nulla peccatorum forde maculati, cantico, & laude sunt digni. Væ, scribitur illis qui amissa virginitate quam anima per sanctæ regenerationis lauacrum accepit, in mortalia peccata labuntur. Quoniam etiã per Dei misericordiam resurgere queant, non tamen habent in se vnde resurgant, nec digni sunt qui resuscitentur.

Peccatoris ignorantia, & ignominia.

87. I S A I A 1. Dormiebat sopore grani. H I E R O N. Somnus prophete, & grauissimus sopor hominem significat erroris sopore torpentem, cui non suffecerat fugisse à facie Dei, nisi quadam vecordia mens illius obruta ignoraret iracundiam Dei, & quasi securus dormiret, & profundissimum somnum, rauca nare sonaret, &c. P. R I B E R A. Sanè Eliam sub ymbra Iuniperi dormire non miror, nec Petrum in carcere, quamuis hunc Herodes, illum Iezabel interficere molirentur. Iusti enim erant, & vita solum corporis periclitabantur. At peccator quem terminanda supplicia manent, & cui rex magnus & omnipotens vehementer iratus est, quomodo dormire, aut quiescere potest? Vide autem vbi Ionas dormiat, descendit ad inferiora nauis, in infimo videlicet loco nauis, & graui odore pleno. Peccator enim in rebus terrestribus, & immundis quiescit.

Carnalis homo non sapit ea quæ Dei sunt.

88. C H R Y S O S T. hom. 13. operis imperfecti. Sicut qui graues oculos habet, si ponas eum in aliquo obscuro, tenebrosoque loco, melius videt, si autem ponas eum in sole, nihil videt; quia oculus eius non suffert lucis candorem; sic homo carnalis qui oculum, id est, mentem terrenis desiderijs fordidam habet, & turbulentam, si ponas eum in rebus mundanis, sapit, & astutus est: si autem trahas eum ad res spirituales, tenebre facit, ac nihil sapit: quia mens illius desiderijs corrupta terrenis, iustitiæ bonum non sentit.

Carnalis facile vincitur à peccato.

89. M A T T H. 11. Arundinem vento agitatam. I D E M. Ibid. hom. 27. Sicut calamus vacuus est, & nullam habet virtutem, & ideo qualis vis ventus flauerit super eum, huc & illuc fleuit illum: sic & homo carnalis, & secularis in quo fidei nulla est medulla, & virtus veritatis non inuenitur in eo, qualicumque tentatio venerit super eum, curuat eum.

Peccatores

Peccatores qualiter iterum Christum crucifigant.

90. A D Hebraeos 6. versu 6. Rursus crucifigentes, & ostentui habentes filium Dei. H V G O. In hoc peccatores denud renouari non possunt, quia & aliam crucem, & aliam mortem filij Dei habere non possunt, non quod penitentibus venia denegetur, sed pro peccatoribus Christus iterum non morietur. Custodi ergo salutem tuam. Semel pro illa Christus mortuus est, si illam amiseris, non poteris habere Christum alium, qui pro te moriatur, vel eiusdem Christi aliam mortem. Dicit tibi Christus: serua salutem tuam, ego pro illa mortuus sum: si illam amiseris, ego item mori non possum; tamen eadem morte, amissam iterum reddere possum, sed nolo mihi iniuriam facias, quia si salutem tuam morte meã acquisitam voluntariè peccando iterum amiseris, quantum in te est, iterum crucifigi, iterum me mori compellis.

Qualiter Deus cum peruerso peruertatur.

91. P S A L M. 91. Et cum peruerso peruertetur. A V G V S T. super psalm. 92. Quemadmodum sol oculos puros, sanos, vegetos, fortes habenti tranquillius apparet; in oculos autem lippos, quasi tela aspera iaculatur, intuentem illum vegetat, hunc ex cruciat non mutatus, sed mutatum. Sic cum cœperis esse peruersus, & tibi Deus peruersus esse videbitur, tu mutatus es, non ille.

Peccatores Christum nihili ducunt.

92. H E B R. 10. Versu 29. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcaverit, &c. T E R T V L L I A N. super hunc locum. Sicut nullam habemus eorum, quæ pedibus pressimus rationem: sic & Christum nihil ducimus, cum ad peccandum prouehimur. C H R Y S O S T. Homil. 26. in epistolam ad Hebraeos. Quomodo conculcat quisquam filium Dei? Quando qui particeps est cum ipso in mysterijs, peccatum committit, non ne illum conculcat? non ne ipsum contemnit? Sicut enim ea quæ conculcamus, nullius momenti pendimus, sic & qui peccant, Christum nullius momenti existimant. S A L V I A N V S Libr. 4. de providentia. Omnis si quidem Christianorum omnium culpa, diuinitatis iniuria est. Nam cum illa, quæ facere à Deo vetamur, admittimus, verantis iussa calcamus. Ac per hoc impiè in calamitatibus nostris seueritatem diuinam accusamus.

Peccatores peribunt in die iudicij.

93. P S A L M. 67. Versu 3. Sicut deficiit fumus, deficiat. Sicut fluit cera à facie ignis, sic deficiant peccatores à facie Dei. H I L. super hunc locum. Fumus cum emerit, licet globosus & crassus, tamen paulatim ille deficit, aboleturque ne extet; sicut in conspectu ignis cera, sic liquefit, vt non sit, fumo quidem in igne per leuitatem sui, tenuitatemque dilapso, cera autem vi, & calore ignis absumpta: quia infirmæ ipsa per sese naturæ potioris diripiatur ardore. Quem in modum omnis iniquorum potestas ab igne Dei, id est, Dei iudicio liquefit.

Peccatores se puniantur, spem salutis habent.

94. C H R Y S O S T. Homil. 6. ad pop. Antioch. Peccatum sanies est, poena fœrum est medicinale. Sicut igitur saniem habens non fecit male habet, & cum non fecatur tunc est in maioribus malis: ita peccans etiam si non puniatur, est omnium miserimus, & tunc maximè miser cum non punitur,

& graue nihil patitur. Et sicut splens, & intercutere laborantes, cum longa fruuntur mensa, & frigida portione, & delicatis ferculis, & saporibus, tunc præcipuè, omnium sunt miserimi, delictis morbum augentes: si verò fame, & siti secundum medicorum leges crucientur, aliquam spem salutis habent. Sic & in iniquitate viuens, si puniatur, bonam spem habent: si verò cum iniquitate delictis fruuntur, & hydrope laborantibus sunt deteriores.

Idem, sed & puniendi sunt maximè diuites.

95. C H R Y S O S T. Ibid. homil. 46. Nullus eorum, qui hic peccata non dissoluerit, illuc migrans eorum poenas effugere poterit. Sed sicut ex terrenis carceribus cum catenis ad tribunal adducuntur: sic omnes animæ, cum hinc migrauerint, vatis peccatorum catenis circumdatæ, ad tremendum aguntur tribunal. Nec enim præfens vita, carcere melior est, sed sicut illud ingressi domicilium, omnes videmus catenis obductos: sic & nunc si nos ab exteriori phantasia separantes, cuiusque vitam intrauerimus, animam cuiusque vinculis, ferro sauioribus vincitum intuebitur: & maximè si diuitum animas ingrediaris. Nam quanto pluribus induti fuerint, tanto magis sunt compediti. Sicut igitur captiuum cum & dorso videris & manibus, & quandoque pedibus ferro depressum, propterea maximè miserum vocas, sic & diuitem cum infinitis rebus circumdatum videris, non propterea locupletem, sed miserum puta. Nam præter hæc vincula, custodem habet infestissimum pecuniarum amorem, qui prohibet hunc egredi carcerem.

Propter peccatores nomen Dei blasphematur.

96. R O M. 20. Versu 24. Nomen Dei blasphematur propter vos inter gentes. C Y P R I A N. De duplici mariyria. Sicut nomen Dei glorificatur vita piorum hominum; in quibus ipse per spiritum suum operatur quidquid faciunt boni: ita è diuerso polluitur, & infamatur malefactorum, qui se Dei cultores profitentur. Quemadmodum & militis virtus, aut serui probitas redundat in gloria ducis, aut heri: ita militis ignauia, aut serui nequitia dedecori est duci, aut heri: propterea quod horum mores magna ex parte pendent ab illorum moribus in quorum potestate sunt.

Differentia inter aliquos peccatores.

97. I. C O R I N T. 11. Versu 30. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. O R I G. capit. 14. in Matth. Non putandum est, quodlibet peccatum esse morbum, sed id quod in tota computruit anima. Operæ pretium est autem de horum differentia è scripturis differere. Ait enim Apostolus. Ideo inter vos multi, &c. Audi siquidem Apostolum in his etiam vinculum ne cœptem contexturumque facientem ex diuersis peccatis, iuxta quod, alij quidem sunt infirmi, alij verò agroti, videlicet plusquam infirmi. Rursus alij vtrisque peius habentes, qui dormiunt. Nam qui propter imbecilles animi vires procliuus sunt ad labendum in quoduis peccatum, etiam si non toto animo fuerint obnoxij alicui peccato peculiari; quemadmodum sunt agroti, tantum infirmi sunt. Porro qui pro Deo, quem diligere debent, tota anima, toto corde, tota mente; diligunt pecuniam, aut gloriam, aut mulieres, aut pueros, hi prius affecti sunt quam infirmi, suntque agroti. Dormiunt autem qui cum debeant attendere, atque aduigilare animæ suæ, non faciunt id, sed ex nimia diligentia dormitant voluntate, & somniculosi sunt cogitationibus, qui quidem somniantes carnem quidem possunt

luunt, auctoritatem spernunt, gloriis autem maledicunt. Non enim possunt, quia adhuc ægrotant capere panes benedictionis Iesu; Verum etiam si cum aliquis audire debuerit illud; Probet autem seipsum unusquisque, & sic comedat ex illo pane, reliquaque quæ sequuntur, hæc non audierit, sed temerè sumpsit panem Domini, & poculum eius, sit infirmus, aut ægrotus, aut etiam, ut ita loquar, ex grauedine, quæ nascitur ex huius panis vi, dormiens.

Qualiter sint infideli deteriores, qui suorum curam non habent.

98. 1. AD TIMOTH. 5. Versu 8. Si quis autem suorum, & maxime domesticorum, curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior. IUSTIN. In responsionibus ad orthodoxos, responsione ad questionem 3. Quia scilicet talis fidelis non cum cognitione, & fide, & baptisate etiam mores asciscat, qui Christi doctrinam expriment, sed habent pietatis speciem, eius autem virtute abnegata, deterior sit infidelibus. Tanto enim deterior est cum cognitione peccare, quam sine cognitione: quanto inexcusabile peccatum deterius est eo quod habet excusationem.

Peccatores incurabiles qui medicos expellunt.

99. CHRYSOST. Libr. contra Gentiles. Animas salutis nostræ inimicus ita in hanc potissimum insaniam agit, ut medicos repellat, quod destitutas à medicis, grauioribus, & pluribus malis diuexet. Ita enim & corpore ægrotantes, quamdiu ad se permittunt accedere medicos, aliquam adhuc spem sanitatis habent; vbi autem phrenetici facti, illos extrudunt, & dentibus mordent, nolentes à morbis liberari; tunc tandem incurabiliter laborant, non quod ea sit natura morbi, sed quod ab his destituti sunt, qui à morbo liberare possunt.

In peccatis non procedendum.

100. CHRYSOST. Homil. 10. in Epistolam ad Roman. Quemadmodum vsu venire videmus in his, qui morbo laborant, ut cum morbus non ingrauescit, tum sanitatis initium fiat: sic & in ipsa vitiositate vterius ne processeris, & tibi malitia finem habuerit; qui si id duos dies feceris, tertio facilius abstineris.

Homo potest non peccare.

101. HIERON. contra Pelagianos. Hoc & nos dicimus posse hominem non peccare, si velit pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quamdiu intentus est animus, quamdiu chorda nullo vitio laxatur in cithara: quod si paululum se remiserit, quomodo qui auerso flumine lembum trahit, si remiserit manus, statim retrorabitur, & fluentibus aquis, quo non vult ducitur: sic humana conditio, si paululum se remiserit, discit fragilitatem suam, & multa se non posse cognoscit.

In peccatis non procedendum.

102. ISAIE 50. versu 11. Ecce vos omnes accedentes ignem, accincti flammis ambulatis in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis. AMBROS. Lib. 4. super Luc. cap. 4. Sicut ex multa cruditate, febres nascuntur, & vermes: ita si quis non decoquat peccata sua, velut quadam interposita sobrietate abstinentiæ, sed miscendo peccata peccatis, tanquam cruditatem quandam contrahat recentium delictorum, igne aduret perpetuo & suis vermibus consumetur.

Peccatores in peccatis delectantur ut amplius peccent.

103. CHRYSOST. Homil. 38. Operis imp. Ut cum opere gratis vineam, colligis fructus, & delectaris in eis, melius operaris. Vides, quia ipsa se colit, fructificando tibi dum colitur: sic qui opus peccati exequitur, ipsum cum peccatum sit, spiritus immundus operatur in eo delectationem, ut cum delectatur esse peccatum, amplius peccet.

Peccatores duo mala perpetratur peccando.

104. IEREMIE 2. versu 13. Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas quæ contere non valent aquas. CHRYSOST. Homil. 30. ad pop. Antioch. Ex peccatis duplicia sunt mala: vnum quidem quod offendimus. Secundum verò quod peiores euadimus. Sicut febre correptus non tantum hanc passus est molestiam, quod infirmatus est, verum & post morbum iam erit imbecillior, licet ad valetudinem ex longa redeat ægritudine. Sic quidem in peccato licet valeamus, etiam multa indigemus fortitudine. Age mihi quempiam contumeliosum, licet contumeliæ pœnas non dederit, aliud tamen lugendum est, quod anima eius reddita sit imprudentior. Peccatum enim quoque crimine patrato, & transacto, quoddam in anima nostra venenum reponitur. Non audis quosdam dicentes, cum bene valeant: nondum aquam a deo bibere? Arqui conualuit quidem, sed morbus hoc intulit eis detrimentum.

Peccatori prius nocet peccatum, quam alteri.

105. AVGVST. In Psalm. 130. Tanquam si quispiam veneni calicem præparet alicui, & oblitus bibat, & tanquam si foueam quisque fodiat, in quam quisque inimicus eius in tenebris incidat, & ille oblitus, quod foderat ambulans ea via, prius illuc cadat. Ita credite, ita certi estote, videte, prospicite; quia nemo malus non sibi propius nocet. Sic enim esse putate malitiam, quomodo ignem. Incendere vis aliquid aliud, illud quod ad moues prius ardet, nisi ardeat, non incendit: facula est, hanc faculam apponis, ut aliquid incendat, nunquid non ipsa facula, quam apponis prior ardet, ut aliquid possit incendere. Malitia autem procedit ex te, & quem prius vastat nisi te? Quo profundit ramum lædit, vbi radicem habet, non lædit. Equidem dico quod malitia tua, ut alteri non noccat fieri potest, ut autem tibi non noccat fieri non potest. ATHANAS. De Passione Domini. Quemadmodum si quis serpentem apprehendat manu, dumque conatur in alterum proiicere, prorsus ipse mordeatur, aut si quis ignem manu tenens, dum vult hostem lædere, non intelligat, quod ipse prorsus exurit; sic malitia militat aduersus eos, qui ipsa vtuntur, magisque lædit eos à quibus habetur quam eos in quos tenditur.

Peccator insensibilis redditur.

106. GREGOR. 30. Moral. cap. 15. Ebrius quisque, quod patitur nescit, qui verò absinthio inebriatur, & hic quod sumpsit amarum est, & tamē non intelligit eandem amaritudinem quarepletur. Ita omnis peccator per voluptates spontaneis tribulationibus traditus, absinthio est ebrius, quia amara sunt quæ pro vitæ huius amore tolerat, & tamen eandem amaritudinem cæcitate cupiditatis, quasi insensibilitate ebrietatis ignorat, amarum omne quod bibit, & discernere nequit quod amarum est: quia ebrius absinthio est.

Peccatores

Peccatores duplici pœna puniendi.

107. CHRYSOSTOM. Sermone de virtutibus, & vitiis. Quemadmodum boni, duplici honore digni sunt, quod & frugi scilicet fuere, & ab impiis nihil vitij traxere: sic & mali duplici pœna multandi, quod cum boni esse possent, & per vitia improbi fuere, & à bonis nihil virtutis adipisci voluere.

A peccatoris incuria, prouenit eius induratio.

108. AD HEBRÆOS 6. Terra quæ bibit frequenter venientem super se imbrem, & germinat herbam optimam his quibus colitur, percipit benedictionem à Deo: quæ autem profert spinas, & tribulos, reproba est, & maledicto proxima. ORIGENES, Libr. 3. Periarchoon cap. 1. Igitur ex his quos assumpsimus Pauli sermonibus euidenter ostenditur, quod vno, eodemque opere Dei, quo imbrem terræ largitur, alia quidem terra diligenter excolta fructus afferat bonos, & alia verò quæ negligenter inculca est, spinas, & tribulos proferat, & si quis, quasi ex persona impiorum loquens, dicat: ergo imber fecit fructus bonos, & spinas & tribulos ego feci, quamuis durè dici videatur, verè tamen dicitur. Nisi enim imber fuerit, nec spinæ, nec tribuli nascerentur, superueniente verò pluuiâ, vtrumque terra produxit. Sed quamuis pluuiæ beneficio terra vtrumque produxerit, non tamen imbribus meritò diuersitas germinis ascribetur, sed ad illos iure culpa seminis reuertetur, qui cum possent frequentiaratro terram scindere, & raris grauibus torpentes glebas vertere, & omnes inutiles radices noxij germinis amputare, atque succidere, cunctisque quibus cultus ille deposcit laboribus, ac studiis purgata excoltaque noualia, venturis imbribus præparare, hoc quidem facere neglexerunt, desidie autem aptissime fructus spinas, ac tribulos merent, ita ut bonitas, ac benignitas imbrum super omnem terram æqualiter veniat. Sed vno, eodemque opere pluuiæ ea quidem terra, quæ culta est diligentibus cultoribus cum benedictione viles fructus proferat, ea verò quæ cultorum desidie obduruit, spinas, ac tribulos germinat. Sic ergo accipiamus, quod ea signa & virtutes, quæ à Deo fiebant, imbres quidem erant, & à Deo desuper ministrati. Propositum verò hominem terra accipienda est culta vel inculca, vnius quidem naturæ, ut pote, omnis terra cum terra, non tamen vnius, & eiusdem culturæ. Ex quo fit, ut vniuscuiusque propositum vel induretur virtutibus, ac mirabilibus Dei, si inculcum, & ferum est, ac barbarum, & semetipso superbius, ac spinosius fiat, & mitecat amplius, ac tota mente se in obedientiam tradat si purgatum à vitiis fuerit, & excoltum.

Idem.

109. IDEM IBID. Alia vtimur similitudine, verbi gratia, si quis diceret, quia sol est, qui restringit, & qui resoluit, cum contrarium sit, & resolutio, & restrictio, sed non erit falsum, quod dicitur, dum vna, eademque caloris virtute sol quidem ceram soluit, limum verò arefacit, & stringit, non quod limi alia, alia quoque ceræ sit qualitas, cum vtiq; secundum naturam vnum sint, quod vtrumque de terra est. Ita ergo vna, eademque operatio Dei, quæ per Moysen in signis, ac virtutibus gerebatur, Pharaonis quidem duritiam arguebat, quam malitiæ suæ intentione conceperat, reliquorum verò Ægyptiorum qui Israëlitis admiscebantur obedientiam declarabat, qui etiam cum Hebræis pariter excessisse Ægypto referuntur.

Quomodo dicitur Deus cor peccatoris indurare.

110. ISAIE 63. Quare indurasti cor nostrum ne timeremus te? IDEM IBID. Quod ergo ait Isaias dictum ab his qui misericordiam precabantur, morali vtiq; tropo accipiendum est. Velut si quis dicat. Vt quid in tantum pepercisti nobis, nec requisisti nos cum peccaremus, sed reliquisti nos vt per hoc increpares malum, & propagaretur peccandi licentia animaduersione cessante? Sic equus, si non assidue sessoris patitur calcem, & frenis ora ferratis obteritur, indurescit. Sic & puerilitas si nulla plagæ assiduitate curuetur, insolentem simul, & ad vitia præcipitem iuuenem reddit.

Peccator qua ratione dicitur obcæcatus.

111. CORINT. 4. In quibus Deus sæculi huius obcæcavit mentes infidelium. CYRILLVS IEROSOL. Cateches. 6. & IRENÆVS lib. 4. cap. 48. Hoc autem est, perinde ac si diceret, obcæca scortatoris libidinosas cogitationes, & seruabitur homo: & obcæca furis rapacitatem, & saluabitur homo. Sed si non vis de hoc ita sentire, est & alia interpretatio. Excæcat & sol lippos, & ex oculis laborantes, malè affectos propter luminis vim, non quod sol habeat vim obcæcandi, sed quod corrupta videntium natura videre per se non possit: sic & infideles ægrotantes in corde, non possunt videre diuinitatis radios.

Idem.

112. ISAIE 6. Excæcavit oculos eorum. CHRYSOST. Hom. 69. in Ioan. & NISSEN. de vita Moysis. Quemadmodum sol debilem oculorum aciem perstringit, non natura sua, ita vsu venit, in his qui diuino non attendunt sermoni, ita & Pharaonis cor indurasse dicitur. Ita his accidit qui Dei verbo repugnant.

Idem.

113. ROMAN. 1. Obscuratum est inspiens cor eorum. CHRYSOST. hom. 3. in epistolam ad Roman. Quemadmodum nocte illunij, si quis peregrina via ingredi conetur, aut mare navigare, non solum non perueniet ad finem destinatum, sed peribit prostratus: Sic & isti iter ad cœlum ferens aggressi, à se lucem cum ademerint, ac pro ea cogitationum tenebris se inuoluerint, in corpore incorporum, in figura infirmitatis exquirentes, naufragium infestissimum fecerunt. Et infra. Tradidit eos Deus in reprobium sensum. IDEM IBID. Tradidit, significat permisit. Quemadmodum enim si quis exercitus præfectus prælio ingrauescente decesserit, hostibus milites tradidit, hæc quaquam ipsos impellens, verum suo auxilio nudans, sic & Deus eos dimisit qui admittere illius præcepta noluerunt, sed statim inter primos ab eo decesserunt, & ipsi nihilominus partes omnes suas expelint.

Idem.

114. CHRYSOST. hom. 4. in epistolam ad Rom. Si impij futura supplicia minime præsentiuunt, sed delectantur, ne mirum tibi sit. Etenim qui insanunt, ac phrenesim patiuntur, si certè multas, & miserandas in semet iniurias dum inferunt, ob quæ facta aliis lacrymas cient, ob ea ridet quidem ipsi, & infolescunt, ne tamen dixerimus illos propterea supplicio liberatos, sed hoc ipso nomine pœna grauiore affligi, quod ne ipsi quidem norint quibus, quantisque in malis versentur miseri, nec enim ab ægrotum, sed à sanorum calculo sententiam ferre nos oportet.

Peccator obstinatus vitandus.

115. AD TITUM 3. Hæreticum hominem deuota, sciens aqua subuersus est. CHRYSOST. hom. 6. ad Titum.

115. Hæreticum hominem dicit difficile corrigi: Quemadmodum verò magnæ deficiat, magnæque focordia est, eos despiciere, quos immutandos in melius non desperamus, ita eos qui desperabiliter languent, curare contendere, stultitiæ ingentis est, atque extremæ dementiæ. IDEM hom. 6. ad Hebræos super illud. cap. 3. Videte ne sit in vobis malum cor incredulitatis. Quippe ex duritia infidelitas nascetur, & sicut solidata corpora, & dura non obsequuntur manibus medicorum: sic & animæ obduratæ non obsequuntur verbo Dei.

Quomodo Deus dicitur cor peccatoris indurare.

116. HIERON. quest. 104. ad Hedibiam. Vnus est solis calor, & secundum essentias subiacentes alia liquefacit, alia indurat; alia soluit, alia constringit. Liquatur enim cera, & induratur lutum, & tamen caloris non est diuersa natura: sic & bonitas, & clementia Dei, vasa iræ quæ apta sunt in interitum, id est, populum Israël indurat; vasa autem misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, quæ vocauit, hoc est, nos qui non solum ex Iudæis sumus, sed etiam ex gentibus, non saluat irrationabiliter, & absque iudicij veritate, sed causis præcedentibus.

Peccator qua ratione dicitur cæcus.

117. AVGVST. in Psal. 6. Sanè exteriores tenebræ intelligi possunt, quædam malignitas odij, & voluntatis, quæ tunc excrescit in mentibus reproborum, & quædam obliuio Dei; quia tormentorum interiorum, & exteriorum doloribus aded afficiuntur, & turbantur, vt illis ad excogitandum aliquid de Deo vix vel rarè vel nunquam mentem reuocent; vt qui nimio premuntur pondere, aded stupefcunt, & turbantur, vt interim in aliam cogitationem, non se extendant, sed illuc tendit impetus cogitationis, vbi sentitur vis doloris. GVERRICVS ABBAS serm. 1. de Pentecost. Vt illis qui rebelles sunt lumini, id est, Spiritui sancto, nec acquiescunt veritati, quam intelligunt. Sicut enim lutum ex calore solis, ita ex bonitate, & beneficiis Dei duriores sunt. Sicut tamen de illis desperare impium: ita de nobis præsumere est temerarium, cum tam de illis, quam de nobis qualiscumque sit scientia præsentium, nulla possit esse præscientia futurorum.

Peccator obduratus societati nociuus.

118. IACOB. 5. Constituentini alterutrum peccata vestra, vt saluemini. BEDA super hunc locum. Sicut caro morbis emortua, si absilla non fuerit, salutem reliquæ carnis putredinis suæ contagione corrumpit. Ita isti qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in societate sanctorum permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiunt.

Peccatores utilia non appetunt.

119. CORINT. 1. Verbum crucis percipientibus stultitia est. CHRYSOST. hom. 4. in 1. ad Corinth. Laborantibus, & morbo affectis hominibus, etiam salubres cibi sunt iniucundi, & amici, & consanguinei graues, vt sæpenumero non modò non cognoscantur, sed videantur esse molesti. Haud aliter his quorum animæ perierunt euenire solet. Siquidem quæ ad salutem conferunt ignorant, & qui sui curam suscipiunt molestos arbitrantur, quod non rerum natura sit, sed illorum morbo. & quemadmodum insanientes amicorum cura & admonitionibus offenduntur, identidem peccatores huiusmodi, & infideles.

Idem.

120. THEODORET. Sermon. 1. de curandis Græcicis affectibus. Qui sunt corpore malè affecto, morbos agrè ferunt sanitateque appetunt. Atque idcirco medicis obediētes se præbent, non incunda solum ministrantibus pharmaca, verum etiam si ferro, ignique vtantur, si inediam imperent, si plenos amaroris calices porrigan. Contra qui impietatis labem, infidelitatisque contraxerunt, non solum morbi grauitatem miseri non persentiunt; verum etiam sic ægotantes opinantur optimo se in statu versari. Quod si quis medicæ facultatis peritus, salubre remedium veller afferre, statim resiliunt, non secus atque hi facere consueverunt, qui phrenetico morbo corripiuntur. Oblatam enim sibi curationem auerfantur, & fugiunt.

Peccatores inquieti.

121. ISAIE 57. Cor impij quasi mare feruens, & c. HIERON. super hunc locum. Sicut mare feruens quiescere non potest, sed redundant fluctus eius, & reuoluuntur ad littora, atque iterum resorbentur, & in se fracti, lutum efficiunt: sic impij æternæ conculationi subiacent, quorum nullum est gaudium, & qui nulla pace quiescunt, in eo quod impij perseuerant. CHRYSOST. hom. 5. Operis imperfecti. Quemadmodum domesticum animal, si aliquanto tempore extra domum errando fuerit euagatum, cum venerit in manibus domini sui, quasi in recordationem naturæ suæ redactum, citò iterum mansuescit: animal autem siluestre, cum fuerit comprehensum, aut motibus appetit, aut calcibus repugnat; sic & malus homo arreptus, non solum penitentiam non agit, sed adhuc aduersus corripientem magis irascitur.

Differentia inter peccatorem, & iustum.

122. BENED. Sermon. 1. de conuersione Pauli. Magna est dissimilitudo inter bonum, & sequacem, & inter durum, & pertinacem: nam huic dicere habet prælatum; quæ diuini faciam? quod Dominus ad eum nondum illuminatum ait. At perfectus, & obediens populus dicit id Pauli dictum: Domine quid me vis facere?

Peccatores iterum reincidentes peiores fiunt.

123. MACHAR. hom. 15. Veluti si mulier quædam pannosis induta esuriens, ac squalida multo cum labore peruenerit ad regiam dignitatem, vt purpura, & corona exornetur, ac fiat regis sponsa, meminerit ipsa pristinarum sordium, ac velit ad priorem statum regredi (atque nequaquam optauerit pristino pudore suffundi, hoc enim stolidum esset) ita qui gustauerunt gratiam diuinam & facti sunt participes spiritus, nisi sibi caueant dilabuntur, & fiunt deteriores, quàm erant, cum essent mundo dediti.

Post remissionem peccatorum abstinentendum à peccatis.

124. BASILIVS Oratione. 4. de penitentiâ. Vt nihil prodest ei qui aliquo morbo laborat medici studium, ac cura, si ipsè rebus quæ vitam corrumpunt operam det: sic nullam utilitatem afferunt peccata remissa ei, cui condonata sunt, si in eis adhuc volutetur.

Idem.

125. CHRYSOST. hom. 15. ad pop. Antioch. Auicula semel capta laqueo mox elapsa, & ceruus in rete decidens & effugiens, isdem iterum difficile capiuntur.

tur. Nam cuique fit experientia cantelæ magistra. Nos sapius isdem capti in eadem cadimus. IDEM ibid. hom. 50. A peccatis te propterea liberauit, vt ad illam ignominiam amplius non recurreres: quoniam & medici febricitantes, ab ardore liberant, non vt sanitate ad afflictionem, & dissolutionem abutantur. Nam ægotate melius foret, si quis propterea conualescere deberet, vt lecto rursus semetipsum affligeret. Sed vt ex morbo mala scientes amplius in ea non incidant, vt sanitatem cautiùs retineant vt omnia faciant ad hanc conferentia. BEDA de verbis Danielis cap. 9. Obsecro Domine, & c. Qui plangit peccatum, & iterum admittit quasi si quis lauet laterem crudum, quem quanto magis dilucrit, tanto magis lutum facit.

Peccator comparatur lunæ mutabilitati.

126. ECL. 27. Sicut luna mutatur. ORIGEN. in lib. Regum. Vt luna cum videatur vna esse per substantia immutationem, tamen semper à semetipsa alia est, semperque diuersa: & sic etiam in ipsa constat, quod vna multa sint. Sic ergo & nos qui adhuc insipientes sumus, & imperfecti, quia semper mutamus sententias, & semper diuersa cupimus & sentimus, vnus non possumus dici. ANTONIVS in Melissa p. 1. serm. 10. Quemadmodum iubar fulgens à solis lumine caligo superueniens occultat: ita sæpenumero intellectum quoque nostrum, veluti in ipsa meridie splendens, & luce sua conspicuum stultitia vel amentia superueniens obcurat.

Beatitudine peccatores indigni. Vide Beatitudo, num. 7.

PECCATVM.

Timor à peccato ortus. Vide Timor, num. 1. Non excusanda peccata. Vide Excusatio, à num. 6. & deinceps.

Peccati author non est Deus. 1. 40. Peccata abiicienda. 2. 8. 31. 39. 47. 60. 63. 78. 81. 82. 85. 98.

Propter peccatum infirmitates exorta. 3. Per peccatum mortale amittitur gratia, non per veniale. 4. 49. 52. 56.

Per peccatum amisit homo dominium in anima. 5. Peccati damna. 3. 4. 5. 6. 11. 21. 25. 27. 33. 36. 37. 58. 59. 64. 68. 80. 84. 90. 100. 102. 114.

Peccatum multiplex primorum parentum. 7. Peccatum qualiter perpetratur. 7. 13. 15. Peccatum quatuor modis committitur in corde, & in opere. 9. 10. 41. 71.

Peccatum quando venia caret. 9. 20. Peccator seruus est peccati. 12. 27. 55. 101. 112. Nullum peccatum impunitum. 14. 18. 19. 44. 48. 75.

Peccatum voluntariè committitur. 15. Qui grauiora commisit peccata, leniora committet. 15. 33.

Locus peccatis quadrat in quo fiunt. 16. Peccata ad Deum clamantia. 17. Peccatum Lamech grauius quàm Cain. 18. Peccatum originale. 2. 2. 67. 69. 73. 115. Peccata grauiora ante diluuium. 23. 24.

Peccatorum multiplicitas vnde oritur. 26. Peccata iram Dei prouocant. 28. 29. 62. Non est faciendum peccatum minus, vò grauius euitetur. 30.

De peccato Loth cum filiabus quid. 32. Peccata occulta Deus reuelat. 33. A peccatis liber nemo. 34. 44. Peccata insatiabilia sunt. 35.

In peccato mors. 38. 103. 104. Peccati grauitas. 37. 42. 65. 66. 69. 76. Peccata tria Deo abominabilia. 43. 56.

Peccatum prohibetur in die festo. 45. Peccata etiam interiora prohibentur. 47. Peccata ex malitia. 50. 51.

Peccatorum memoria. 53. 72. 79. 81. 82. Peccata cur Deus permittit. 54. Per peccata diabolo consecramur. 55.

Peccata venialia. 52. 56. 57. 61. 116. Peccata aliena non iudicare debemus. 63. Tribulationum causa peccata, vide Tribulatio, num. 66. 68.

Peccati occasio fugienda. 70. Peccata omnia inutilia. 74. Peccata nostra Deum grauant. 76.

Per peccatum bona opera minuuntur. 77. A peccato tria retrahunt nos. 78. Differentia inter peccare Deo, & in Deum. 83.

Qui in vno deliquerit, factus est omnium reus. 85. Peccata non sunt incurabilia. 86. Peccatum peius quid quàm demon. 87.

Peccatum peius febri ardentissima. 88. Peccata licet lacrymas erumpere faciant amantur. 89.

Differentia inter aliqua peccata. 90. Peccatum licet paruum non admittendum. 91. Peccata statim confitenda. 92. 95.

Peccata peccatis addentes abominabiles. 93. 97. Radices peccatorum euellende. 94. Peccata voluptatibus procreantur. 99.

Peccatum animam fœdat. 102. Peccati cecitas. 105. 106. Peccata ostium Deo claudunt. 107.

Peccatores fidelibus insidiantur. 108. Peccatum, & eius mala solus Deus ab anima tollit. 109.

Peccatum pestis contagiosa. 110. Peccatorum anime facile corruunt. 111. Peccata etiam cum concipiuntur cruciant. 113.

Peccata crescunt nisi emendantur. 117. Peccati author non est Deus.

1. ENES. 1. Et diuisit lucem à tenebris. Quod Deus non est author peccati, est tamen ordinator. Vide, Deus, num. 14. ex AVGVST.

Peccata abiicienda.

2. IBID. Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt, & appareat arida. ORIGEN. Sed & nos laboremus congregare spiritualiter aquam, quæ sub cælo est, & abiicere eam à nobis, id est, peccata, & appareat arida, id est, opera nostra quæ sunt in carne gesta, vt videntes

vt videntes homines opera nostra bona glorificent Parrem nostrum. Peccata enim impediunt ne opera nostra bona in lucem prodeant. [Omnis namque qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.]

Ob peccatum infirmitates exort.e.

3. **GENES. 1.** *Germinat terra herbam viuentem, &c.* **ID. BASILIVS.** Exortæ sunt etiam cum iis quæ alunt, exitiales herbae, venenosaque. Quia præcius Deus hominum genus ob peccatum diuersis morbis tentandum iri, medicas herbas terram omnibus locis proferte iussit, vnde salutaria medicamenta conficiuntur. Et super illud. *Producat terra animam viuentem &c. iumenta, & reptilia, & bestias terre,* ait **RVPERTVS.** Nota diligenter præiudiciorum Dei inuestigabiliūm prouidentiam. A reptili homo seductus est, à bestiis terræ homo peccator iustè infestatur, à iumentis eiusdem miseri hominis debilitas, misericordia Dei, refouente iuatur. Dicuntur enim iumenta, eo quòd sint quædam, hominis adiumenta.

Per peccatum mortale amittit homo gratiam.

4. **GENES. 1.** *Et dimisit lucem à tenebris.* **STEPHAN.** Hoc est peccatum mortale à gratia. Sol enim secum non sustinet in eodem hemisphærio noctem, sed quòdo nox est superius, sol est inferius. Quia dum mortale peccatum regnat in homine, homo solem nescit, id est, Christi gratiam contemnit, & hunc conculcat sub pedibus; quando verò sol in eo regnat diabolus conculcat, & habet sub pedibus suis. Verum sicut sol nebulam sustinet, sic gratia veniale peccatū.

Per peccatum amittit homo potestatem in animalia.

5. **GENES. 1.** *Et præsit piscibus maris, &c.* **HUGO DE SANCTO VICT.** Per peccatum homo amittit dominium, & in maximis bestiis, & in minimis: in maximis, vt in leonibus, vt cognoscat se dignitatem propriam amisisse; in minimis, vt in pulicibus & muscis ad cognoscendam suam vilitatem. Vnde Dominus exercitum muscarum misit contra Ægyptum, vt notaretur eorum vilitas, sed reliquit homini Deus principatum in mediis animalibus ad consolationem suam.

Peccati damna.

6. **GENES. 2.** *In quo posuit hominem quem formaue- rat.* **THEODORETVS.** Sed qua de causa Deus hominem in paradiso posuit, cum paulo post inde cum esset expulsus? Primum quidem, quia neminem Deus ex præscientia damnat, sed postea quàm peccauerit, ideoque quamuis Adæ peccatum sciret, bonorum tamen participem fecit; Secundò quia voluit hominem diuina dona plane cognoscere, vt his amissis, amplius peccatum odio haberet, per quod tot singularia bona amississet. **BONAVENT.** in secundo sententiarum, d. 17. Debit homo extra paradysum produci, vt melius cogitaret beneficium Dei, dum videret se illuc aliunde adductum. & quoniam Deus præciebat hominis casum, voluit eum in paradiso locare, quatenus homo per eiectionem suam de loco tam voluptuoso sensibiliter sciret quanta spiritualia bona perdidisset per culpam, cognosceretque quanta sit differentia inter eum qui Deo obedit, & eum qui inobediens est eidem.

Multiplex peccatum primorum parentum.

7. **GENES. 3.** *Videns igitur mulier, quod bonum esset lignum &c. tulit de fructu eius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit.* Quod multiplex fuerit pec-

catum mulieris, tum viri, vide, *Mulier*, num. 9. & 10. **EVCHERIVS.** Serpens per mulierem deceptus, non per virum, quia non potest ratio nostra seduci ad peccandum, nisi præcedente delectatione in carnalis infirmitatis affectu, qui magis debet obtemperare rationi, tanquam viro dominanti: & hoc in nobis experimur, quando occurrit mala suggestio, quasi serpens loquitur, sed si sola cogitatio oblectatur illa suggestione, & refranante ratione, non succedit explendi operis consensus, sola videtur mulier comedisse illicitum: quod si ipsum peccatum etiam & mens perpetrandum discernat, iam vir deceptus est, & iam mulier dedit viro cibum videtur. Illecebræ enim consentire, de ligno prohibito manducare est. Tunc quippe iure à vita beata tanquam à paradiso expellitur homo, peccatumque ei imputatur, etiam si non sequatur effectus. Et nota, quod mulier comedit antea, non vir. Quia carnales faciliùs persuadentur ad peccatum, nec tam velociter spirituales decipiuntur. & dedit viro suo, & comedit, vtique cum spirituales ipsi de ecclesia cadunt. Nam & in Apoc. [percutiã legitur terra pars solis, lunæ, & stellarum, ita vt tertia pars eorum obscuraretur.]

Peccatum quo delectabilius, eo difficilius remouetur.

IBID. *Abcondit se Adam, & uxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi.* Literalem expositionem vide, *Peccatores*, num. 8. **RVPERT.** Quod ergo medium habet vnum lignum, vt abscondat duorum hominum corpora? Absconderunt ergo se non secundum corpus, sed secundum animam in medio ligni, amando videlicet concupiscentiæ vitium, quod contraxerant per fructum ligni. Nam quamdiu peccator blandum amat vitium, tamdiu clausus & absconditus animus pressum tener oris ostium, & ad Deum vocantem non egreditur, per simplicem confessionis occursum. Vnde Dominus *Ioan. 3.* [Omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.] Rectè igitur in eo vitio quisque dicitur absconditus, quo delectatus per confessionis ianuas nusquam egreditur canbante cum illo deceptore suo diabolo; quia sub vmbra dormit, in secreto calami in locis humentibus. **EVCHERIVS.** In medio ligni se abscondit, qui auersus à præcepto creatoris in erroris atque arbitrii sui voluntaribus viuunt.

Peccatum quatuor modis committitur in corde, & in opere.

GENES. 3. *Serpens decepit me, & comedi.* **GREG. 9.** **4. Moral. cap. 27.** Quatuor modis peccatum perpetratur in corde, item quatuor consummatur in opere; in corde namque suggestione, delectatione, consensu, & defensionis audacia perpetratur. Suggestio fit per aduersarium, delectatio per carnem, consensus per spiritum, defensionis audacia per elationem. Vnde illam primi hominis rectitudinem antiquus hostis quatuor istibus fregit. Nam serpens suavit; Eva delectata est; Adam consensus, qui etiam requisitus confiteri culpam, per audaciam noluit. Hoc ipsum in humano genere quotidie agitur. Occultus hostis mala cordibus hominum latenter suggerit, & sic serpens suadet. Eva delectatur, cum carnalis sensus ad verba serpentis mox se delectationi subternit. Adam consensus dum spiritus à sua rectitudine infirmatus in delectationem inclinatur. Et requisitus Adam confiteri culpam, non vult, cum spiritus in ruinæ suæ audacia nequius obduratur. Iisdem etiam quatuor modis peccatum consummatur in opere. Prius namque latens culpa agitur. Postmodum ante oculos hominum sine confusione reatus aperitur.

Deinde

Deinde & in consuetudinem ducitur. Ad extremum, vel falsa spei seductionibus, vel obstinatione miseræ desperationis enutritur. **RVPERTVS.** Hoc quarto peccati incremento nullus veniæ locus est. (Si in peccato decedat, alioqui nullum est adeo in peccato incrementum, dum vita superest, quod non possit penitentia deleri.) Vnde & per Prophetam *Amos cap. 1.* idem Dominus dicit. [Super tribus sceleribus Damasci, & super quartum non conuertam eum &c.] Id est Indulgentiam dare possum cuiuslibet peccatori tertio peccanti; quarto verò peccantibus, nec penitentiam nec indulgentiam daturum esse denunciat. Quæ peccati quatuor incrementa *B. Iob cap. 3.* mysticè deplorens in istis primis hominibus adimpleta dicit, ex persona generis humani. [Quare non in vulua mortuus sum? Egressus ex vtero, non statim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? Peccatum namque primorum hominum antequam pateret in effectu operis, latebat in secreto; quemadmodum puer ante quàm nascatur, in vtero latet. Deinde sicut infans editus in opus exterius prodiit, deinde sicut infans excipitur genibus, ita & ipsi peccatum amplectati sunt libidine oblectati. Denique sicut infans lactatur vberibus, vt daret, ita & ipsi, redarguti à Deo sibimetipsis blandientes, factum suum defendere ausi sunt, & ita repulsa venia, iusta tandem super illos datur sententia. Quod non sint excusanda peccata, vide *Excusatio. Quod verò sint consistenda, vide Confessio.*

Peccatum triplici modo committitur.

10. **GENES. 3.** *Et ait Dominus ad serpentem, Quia fecisti hoc maledictus eris, &c.* **AMBROS.** Serpens est delectatio corporalis, mulier sensus est noster, vir delectatio mentis. Delectatio ergo corporea prima est origo peccati: & ideo serpens prius iudicio Dei damnatur, secundò mulier, tertio vir. Secundum erroris ordinem, damnationis quoque ordo seruatus est. Vt scias autem quia serpens typus est delectationis, damnationem eius aduerte, [Super peccatum tuum, & vtero tuo ambulabis.] Qui vtero suo ambulat, hi sunt qui ventri, & gulæ viuunt [quorum Deus venter est, qui terrena sapiunt, & gloria in confusione eorum.] *Philipp. 3.* & cibo onerati, ad terrena curuantur.

Peccatum causa maledictionis, & miseriarum.

11. **GENES. 3.** *Maledicta terra in opere tuo.* **HIERON.** **G**opus hic, non ruris colendi, sed peccatum significat. **LIPOMAN.** In Hebræo [Maledicta terra propter te.] Quia quidquid miseriarum in terra reperitur propter hominis scelus inuectum est. **RVPERT.** Non ait maledicta terra in semetipsa, quippe quacum sit res inanimata, & insensibilis, nec maledictione nec benedictione secundum semetipsam digna est, sed maledicta in opere tuo, id est, propter opus tuum, quod est peccatum tuum. **EVCHERIVS.** Peccator habet maledictionem terrenæ operationis, habet & dolores temporalium curarum, quasi spinas & tribulos, habet & incentiua vitiorum. **BERNARD.** Donec in carne est anima, inter spinas profectò versatur, & necesse est, vt patiatu in quietudines tentationum tribulationumque aculeos. **HIERON.** Super illud *emissi de paradiso voluptatis.* Septuaginta addunt [& habitare fecit contra paradysum voluptatis.] Et **AVGVSTIN.** secutus hanc literam ait. Contra paradysum, quo beata vita spiritualiter significatur, habitat peccator, quia scilicet in miseria maxima.

Qui facit peccatum, seruus est peccati.

12. **GENES. 4.** *Sin autem malè, statim peccatum in foribus aderit, sed sub te erit appetitus eius, & tu*

dominaberis illius. **GREGOR. Moral. cap. 22.** In foribus peccatum adest cum in cogitationibus pulsatur, cuius appetitus subter est, eique homo dominatur, si cordis nequitia inspecta, citius prematur, & prouocatur ad duritiam crescat reluctanti menti subigatur. **RVPERT.** Peccatum in foribus adest, vt quocumque te verteris tecum sit comes in itinere, si malè scilicet egeris; definit enim Dominus custodire introitum tuum, & exitum tuum, & tum quidem super te erit, & dominabitur tui, quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Nunc autem antequam facias illud, dum adhuc est in appetitu, ipse appetitus, eius subter te erit, & tu dominaberis illius. Quemadmodum ille qui nondum rex creatus est, subter populum est, & populus dominatur illius: at postquam rex creatus est, populus sub eo est, ipseque eius dominatur, ita vt eum regem habere cogatur etiam si nolit.

Peccatum qualiter perpetratur.

IBID. HUGO DE SANCTO VICT. Duabus de causis dicitur aliquid in foribus adesse, vel vt intret, vel vt exeat. Similiter & hic de peccato potest intelligi. Peccatum est in foribus, vt intret post malam cogitationem, occasione parata peccandi, quam merito malæ voluntatis homo meretur, & Deus iusto iudicio ei obicit: Peccatum verò, quod est in foribus, vt exeat, praua voluntas est, quæ non potest celari, quin aliquando exeat aliquo signo. Vide etiam *Consuetudo*, numero 2.

Nullum peccatum sine pœna enadet.

IBID. Scatim in foribus peccatum aderit. **LIPOMAN.** In Hebræo habetur. [Ad ostium peccatum accubat.] Aliqui exponunt, [ad ostium, scilicet sepulchri, semper peccatum accubabit,] quousque dies ille iudicandi accesserit, quo tempore de omnibus peccatis pœnaluenda est. Sicut admissio scelere, ad iudicis portam pœna suspensa dicitur manere, donec ille ferat iudicium. Vnde ait Dominus ad Cain: [Si peccaueris, statim peccatum in foribus aderit,] id est, pœnas lues. Quem sensum sequitur Chaldaica, inquiens: [Si non bene egeris, in diem iudicij peccatum tuum seruatum est.] Alij [peccatum, aint, ad hostium cubat,] id est, pœna pro peccato commissio, vicem ianitoris obtinebit. Semper enim comitabitur te, tanquam corpus vmbra. Nam apud Dominum sicut nullum bonum irremuneratum, sic neque nullum malum remanebit impunitum.

Peccatum voluntariè committitur.

IBID. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. **HIERON.** Septuaginta habent. [Quiesce, ad te conuersio eius, & tu dominaberis illius.] **AMBROS.** Quiesce igitur, quia non habes quod excuses. *Ad te conuersio eius, id est, error tibi ascribitur cuius ipse tibi auctor es, hoc est in te reuerterur crimen, quod à te cepit, & tu dominaberis illius; tu enim princeps operis tui, tu dux criminis, non te inuitum, non imprudentem error attraxit, sed voluntarius reus iudicio.* Etenim impictas mater quædam est delictorum, & qui grauiora peccauerit, in cætera facile prolabitur. Ab humanis non temperabit, qui diuina violauit, hominibus bonus esse non potest, qui Deum læsit. Atrocitatem igitur scelerum vitia reliqua sequuntur. Quoniam quo flagitiosiora propenderint, eo inclinant cætera. **CHRYSOST.** Quia peccasti quiesce, tranquillitatem facito tuarum cogitationum, cohibe tumultus tuos & libera mentem à procellis fluctuum inundantium, & ne addas priori peccatum grauius aliud. *Ad te conuersio illius, scilicet fratris, & tu dominaberis illius, ac si diceret, ne putes, quia licet tuum auersatus*

auerfatus sum sacrificium ob prauam tuam mentem, & fratris oblationem acceptam habui, idem primatu te destitui, & primogenituræ dignitatem à te auferam. Post peccatū hoc tibi permitto, vt primogenituræ priuilegijs gaudeas, fratremque sub tua potestate, & dominio esse iubeo.

Locus peccatis quadrat in quo sunt.

16. **GENES. 4.** *Egrediamur foras, cumque essent in agro* &c. **AMBROS.** Septuaginta habent [egrediamur in campum.] Non dixit, eamus in paradysum, vbi poma florent, non in aliquem cultum, & fructiferum locum; sed in campum, vbi fructus deest; quia non conueniebat, vt idem solum, & contagia parricidalis sanguinis reciperet præter naturam, & fructus secundum naturam germinaret; vt etiam ipsi parricidæ indicaretur fructum se sceleris habere non posse, neque penes eos fructum manere, qui tantæ impietati præberent officium. Latro diem refugit, quasi criminis testem, lucem adulter erubescit, quasi adulterij consciam; parricida terrarum fecunditatem fugit, ne largior boni terra prouentus, triste facinus impedit. Vnde Ioseph in lacum mittitur sicum, & Amnon intra domum occiditur.

Peccata clamantia ad Deum.

17. **GENES. 4.** *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* **LIPOMANVS.** Tria sunt peccata quæ in scripturis ad Deum pro vindicta clamare referuntur, homicidium, & præsertim fratris, vt patet hoc loco. Vitium contra naturam, vt patet *Genes. 18.* Clamor Sodomorum, venit ad me. Detestatio mercedis operariorum, de qua dicit Iacobus *cap. 5.* [Clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.]

Peccatum Lamech grauius quàm Cain.

18. **GENES. 4.** *Septuaginta dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies.* **AMBROS.** Grauior quidem culpa Lamech est quàm Cain; quia nec post damnationem se correxit alterius, item quia Cain impetu quodam improuido ante peccauerat; Lamech verò quod in altero reprehensum aduertat, cauere debuerat. Item quia non debuit interimere eum, qui vsque ad naturalem terminum mortis suæ agendæ habebat spatium pœnitentiæ. Nam excusari posset quod se redemisset, vel sera actione pœnitentiæ, nisi eum præmatura mors rapuisset. Item, quia iudici suo sententiam referre debuerat, nequis passim reum esse ferendum putaret. Idem in Lamech septuagies septies vindicatur. **AVGVST.** Hoc idcirco commemorat Lamech, vt ostenderet acrius astringendam eum, qui sub manifesta lege peccauerit. Ac si diceret, Si de Cain septies vindicatum est, quanto amplius in eum vindicandum est, quem nefactum Cain, & correctio, neclara in eum sententia tenuit, vt à tam impio, & scelerato facinore voluntatem auerterit?

Idem.

19. **IBID.** **HIERON.** *ad Damasum.* De Cain septies vindicabitur, eo quod septima generatione à Lamech interfectus, & pœnam sui sceleris dedit. Septem generationibus gemens & tremens. De Lamech autem septuagies septies vindicabitur, eo quod per septuaginta septem generationes, quæ sunt ab Adam vsque ad Christum, vt in Euangelio Lucæ inuenies, peccatum Lamech, id est, totius mundi per sanguinem Christi qui effusus est soluetur. Christus enim est qui lauit amictum suum in sanguine vultus. *Genes. 49.* [Et torcular calcavit solus] qui de Edon ad cælum rubicundus ascendens clamantibus angelis, [Eleuate portas principes vestras, & introibit rex gloriæ.] imitacu-

lum præbuit. **IDEM contra Iovinianū.** De altero septies, de altero septuagies septies vindicatum est quantum distat in numero, tantum & in crimine. **NICOLAVS PAPA in Decret. 24. quest. 3. ad Lotharium regem.** An non districta ultione feriendus es, qui in duabus vxoribus adulterium Lamech, & flagitium imitatus esse dignosceris, quod Dominus non nisi post septuaginta septem generationes suo salutifero aduentu deleuit. Cum Cain fratricidium septima generatione aquis abolitum sit caraclysmi. **ALCVINVS.** Peccatum Lamech qui humiliter interpretatur, significat deiectionem humani generis, quod quidem præuocante Adam ita corruit, vt nec per legem, nec per circumcisionem, nec per suam iustitiam surgere potuerit donec per septuaginta septem generationes, secundum Lucam, Christus in mundum veniens effusione sanguinis peccatum deleuit.

Peccata quedam faciliè dimittuntur, alia difficillimè.

RVPERTVS autem multò aliter exponens ait, *Septies ultio dabitur de Cain, de Lamech autem septuagies septies.* De Cain, quia non egit pœnitentiam septies ultio dabitur, id est, insolubiler punietur. De Lamech autem qui pœnitentiam egit, & peccatum suū confessus est, septuagies septies, id est, solubiler punietur. Non enim quantitas vtriusque numeri, sed natura hic attendenda est. Nam si quantitas attendatur, clarum est quod plus est septuagies septies, quàm septies. Si autem natura numeri attendatur, magis solubilis est numerus septuagesimus septimus, quàm septimus. Septenarius enim numerus incompositus est, ac per consequens insolubilis. Nam septenarium præter unitatem nullus meretur numerus: Septuagesimus autem septimus compositus, atque per hoc magis solubilis habetur. Vnde in Euangelio interrogans Petrus Dominum quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? Ille qui omnia secundum scripturas loquitur respondit: [Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.] Vsque septies namque peccare, est incessanter, & insolubiler peccare, & absque pœnitentia, sicut Cain: septuagies septies verò peccare est, peccatum quidem admittere & per pœnitentiam illud soluere, quod fecit Lamech. **ISIDORVS.** Populo Iudæorum propter interfectionem Christi septuaginta septem vindictæ sunt statuta iuxta illud Euangelium, in quo dictum est Petro, [Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.] id est, Iudæum populum reuertentem post septuaginta septem vindictas statutas recipies ad indulgentiam.

Peccatum obtenebrat mentem, ne videatur eius absurditas.

IBIDEM. **CHRYSOST.** Ita se habet peccatum, vt priusquàm fiat, & ad opus perueniat, obtenebrat, & decipiat mentem. Postquam autem consummatur, manifestè suam nobis absurditatem profert, & ostendit. Vnde breuis illa, & absurda voluptas continuum menti dolorem inferit, conscientiaque fiduciam auferit, confusione captam perfundens, &c. Vide *Confessio*, num. 6. Et super illud. *Posuit Deus mihi semen aliud pro Abel, quem occidit Cain,* ait idem **CHRYSOST.** Partim gratias agit Eua pro nato puero, partim quasi infamat Cain, qui verè luctum non mediocre parentibus attulerat, fratrem occidendo. Mater igitur fratricidæ scelus infamat, vt factum illius perpetuè commendaretur memoriæ. Vide quantum malum sit peccatum, & quo modo peccatoribus confusio- nem, & opprobrium inurat. Cain etiam parentibus ad

amandos filios propensius propter peccatum abominabilis fuit. Igitur fugiamus obsecro peccatum, quod tantis nos malis inuoluit. Vide etiam *Peccatores*, n. 23.

Peccatum originale.

22. **GENES. 5.** *Genuit Adam filium Seth ad imaginem & similitudinem suam.* **LIPOMAN.** Non ad imaginem Dei, ad quam ipse Adam factus fuerat, quàmque amiserat per peccatum. Vnde sicut ipse prius ab innocente Deo, & immortalis, innocens & immortalis factus fuerat: sic postea peccator, & mortalis factus, genuit peccatorem & mortalem. **GLOSSA ORD.** Quasi dicat, & iste portauit imaginem terreni. Omnes enim, licet iusti sint, prius portant imaginem terreni hominis quàm cælestis.

Gravia peccata ante diluuium.

23. **GENES. 61.** *Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchre.* **EVCHER.** Deserto bono magno, & bono proprio lapsi sunt, & acceperunt bonum minimum, id est, pulchritudinem fœminarum; non bonis propriis, sed bonis, malisque commune: ac sic deserta pietate, quam in sancta societate seruabant, non iam filij Dei, non filij Seth, id est, resurrectionis, sed filij hominum, utpote, qui filias hominum diligebant, & serui Diaboli facti sunt. Sequitur. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* **AVGVST. 15. de Ciuit. cap. 23.** Spiritu Dei facti fuerant filij Dei, sed declinando ad inferiora homines dicuntur nomine naturæ, non gratiæ; dicuntur & caro, desertores spiritus, & deserendo deserti sunt.

Idem.

24. **IBIDEM.** *Ipsi sunt potentes à seculo viri sumosi.* **CASSIAN.** *Collatione 8. cap. 21.* De filiis Seth, & filiabus Cain nequiores filij procreati sunt, qui fuerunt robustissimi venatores, violentissimi, ac truculentissimi viri, qui pro enormitate corporum, vel crudelitatis, ac malitiæ gigantes appellati sunt; hi namque fines inuadere, ac rapinas inter homines agere primi cœperunt, præda potius exigere vitam suam, quàm sudore operis sui, ac labore contenti, quorum vsque adeo scelera supercreuerant, vt nisi inundatione diluuij, aliàs mundus expiari non posset. Vide *Peccatores*, numer. 25.

Anima per peccatum mortua, totus homo mortuus censetur.

25. **GENES. 6.** *Delebo &c. ab homine usque ad animantia.* Quare animantia moriuntur, quæ non peccauerunt? Sensu altiori hoc manifestatur. Principali in homine extincto, id est anima, etiam sensus omnis extinguitur, eo quod nihil reliqui ad salutem superstit, cum salutis fundamentum virtus defecerit.

Peccatorum multiplicitas vnde oritur.

26. **GENES. 7.** *Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt.* **INTERL.** Id est, non sensim de more fluxere aquæ, sed repentina inundatione terram operuerunt. **GLOSSA ORD.** Cataractæ, id est, fenestræ cæli, nubes, scilicet apertæ sunt, vt inde solito maiores pluuie funderentur. Cataractæ enim proprie ostia Nili sunt, sed abusuè pro omnibus fenestris ponuntur. **D. THOMAS.** *super Psal. 41.* Quando aquæ in multitudine generantur in aère, tunc aër potest vocari abyssus. Abyssus enim multitudinè aquarum significat, iuxta illud [& tenebræ erant super faciem abyssi.] Cataractæ autem cæli, quædam loca sunt occulta, hoc est nubes, in quibus generatur aqua, & ex quibus descendunt. Finito autem diluuiio per

occultas venas ad matricem abyssi, id est, maris, reuerfæ sunt aquæ, iuxta illud. [Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat.] **AMBROS.** *mysticè.* Non immeritò exundant aquæ, quando cæli cataractæ apertæ sunt, & de terra rupti sunt fontes aquarum, & flumina. Magna naufragia, quando mentis pariter & corporis, sensuumque omnium turbo, & procella miscetur. Aliquando enim corpus corrigit animam, aliquando anima corpus. At quando vtrumque simul in malum concurrunt, magna naufragia sequuntur.

Seruitus, & maledictio à peccato originem sumpsit.

GENES. 9. *Maledictus Chanaan seruus seruorum &c. fratribus suis.* **CHRYSOST.** Non solum propter peccatum patris maledictionem accepit, sed propter sua ipsius. Vnde ait **THEODOR.** non execrationem, sed prædictionem iusti Noë verba esse. **CHRYSOST.** Seruitus à peccato sumpsit originem. Ecce enim fratrem eadem naturam puerpera eodem egressum vtero, vt sibi vindicauit peccatum, seruum fecit. Hoc & ab initio mulieri contigit. Quæ enim viro par erat; quoniam dignitate, & honore abusa est, propterea ablata est ab illa potestas, & dictum est illi: Sub viri potestate eris. Ecce qualiter vbi peccatum intrat, libertatem perdit. **RVPERT.** Non dicit seruus erit fratrum suorum, sed seruus seruorum, quo additamento, seruitus extrema denotatur.

Peccata, iram Dei prouocant.

GENES. 15. *Nec dum enim completa sunt iniquitates Amorrhæorum usque ad præsens tempus.* **CHRYSOST.** Deus enim cum misericors sit, non solum non induit penas peccatis grauiores, sed & valde minores. **THEODOR.** Declaratur per hoc Deum non prius ultorem esse; quàm homo sit peccator. Ex hoc colligitur (ait **RVPERTVS**) quod non propter iustitias suas filij Israël, terram illam obtinuerunt. Vnde *Deuter. 9.* [Ne dicas in corde tuo: propter iustitias meas introduxit me Dominus vt terram hanc possiderem. Cum scilicet propter iniquitates suas istæ sunt deletæ nationes. **GRÆG. hom. 11. super Ezechiel.** Cum tremore considerandū est, quomodo iustus, & omnipotens Deus cum præcedentibus peccatis irascitur, permittit, vt cæcæ mens etiam in alijs labatur. [Appone, inquit Dauid, iniquitatem super iniquitatem ipsorum, vt non intrēt in iustitia tua.] Et **OSCEAS.** [Maledictum, & mendacium, &c. inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.] Sanguis enim sanguinem tangit, quando peccatum peccato additur, vt ante Dei oculos adiunctis iniquitatibus anima cruenetur. **Paulus.** [Vt impleant, inquit, peccata sua semper.] Et **Angelus Ioanni.** [Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc.] Et Dominus in **Ezechiel.** [Si conuersus iustus à iustitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo.] Ponere offendiculum, nequaquam est, ad peccandum premere, sed nolle à peccato liberare. Sicut de Pharaone dicitur, [Ego indurabo cor eius.] Obdurare dicitur cum ab obduratione non liberat. Misericors Deus tempus nobis ad pœnitentiam relaxat, sed cum eius gratiæ patientiam, nos ad augmentum vertimus culpæ, hoc ipsum tempus quod ad parcendum piè disposuit, districtius ad ferendum vertit. Vnde scriptum est; [Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, secundum duritiam autem tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei.] Quia scilicet dum ad pœnitendum tempus accipitur, ad peccandum exhibetur. Tunc enim

ipsum remedium gratiæ vertit in augmentum culpæ, & quia homo non vult deferere malum, vt viuat, auget vnde moriatur. Bene ergo dicitur; *Nec dum completa sunt iniquitates Amorrhæorum.*

Idem.

19. **GENES. 18.** *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis.* AMBROS. Magna Domini patientia, vt non statim peccatorem puniat, sed diu differat, expectans correctionem, nec moueatur ad vltiscendum, nisi peccator mensuram excedat. Vnde & Dominus in Euangelio. [Implete mensuram patrum vestrorum.] AVGVST. [Clamorem,] Scriptura solet ponere pro tanta impudentia, & libertate iniquitatis, vt nec verecundia, nec timore abscondatur. GREGOR. 5. *Moral. cap. 7.* Peccatum cum voce est, culpa in actione; peccatum cum clamore est, culpa cum libertate, & instantia. IDEM 3. p. *Pastor. cap. 32.* super illud *Isai. 3.* *Peccatum suum sicut Sodoma predicauerunt, nec absconderunt.* Peccatum suum absconderet Sodoma, si adhuc sub timore peccaret, sed funditus fræna timoris amisit quæ ad culpas, nec tenebras requirebat. Vnde bene scriptum est, *Clamor Sodomorum multiplicatus est.*

Non est faciendum peccatum minus, vt grauius cuitetur.

30. **GENES. 19.** *Flabeo duas filias, &c. abutimini eis, &c. dummodo viris istis nihil mali faciatis.* AVGVST. Merito queritur hic, vtrem admittenda sit compensatio peccatorum, vt nos faciamus aliquid mali, ne alius grauius malum faciat? Nimirum periculosissimè hæc compensatio admittitur. Item queritur an potius perturbationi Loth non consilio tribuendum; quia hoc dixerit: Si perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ, nullo modo imitanda est. CAIBAN. Loth non obtulit filias animo repensandi flagitium flagitio, quia iuxta doctrinam Apostoli [non sunt facienda mala, vt veniant bona,] & multo minus, vt euitentur alia mala, sed animo placandi hyperbolica submissione furentem populum. Arbitrabatur enim & rationabiliter (vt rei probauit euentus) quod populus non acceptaret huiusmodi oblationem, sed quod placatus tanta submissione ipsius Loth desisteret à cæpto. Quemadmodum vir placaturus lacessitum iniuria, pugionem nudum offert, dicendo interfice me; non quidem animo, vt interficiatur, sed vt tanta condescensione placetur læsus. Et propterea Petrus, Loth iustum appellat, & liberatum à Deo à nefandorum iniuria. LIPOMAN. Communiter dici consuevit Loth in hac filiarum oblatione valde peccasse, stupris illarum consentiendo, ex-eufari tamen, quia ex mentis perturbatione, ita corruit. Et quia hoc pia intentione dixit, vt impios illos à grauissimis reuocaret sceleribus, & hospites illos ab ignominia intolerabilibus liberaret. De iure enim naturæ est illætos hospites conseruare, neque obstaré, quod Loth iustus dicatur; comparatione enim illius populi: non simpliciter sic appellatum esse dicunt. AMBROS. Offerebat sanctus Loth filiarum pudorem: Nam et si illa quoque flagitiosa impuritas erat, tamen minus erat, secundum naturam coire, quam aduersus naturam delinquere. Præferat domus suæ verecundiæ hospitalitatem gratiam etiam apud barbaras gentes inuolabilem. CHRYSOST. Omnem virtutem hospitalitatis superauit. nec filias enim parere voluit, vt seruaret hospitibus honorem, & liberaret eos à peruersitatibus Sodomitarum.

Omnia peccata fugienda.

31. **IBID.** *Nec stes in omni circa regione.* INTERL. Sicut Sodomitica, sic & cætera fuge vitia. AMBROS. Id

est, nec in tota vitiorum regione remoreris. CAIBET. Clarius in Hebræo habetur. [Nec stes in omni planitie.]

De peccato Loth cum filiabus quid?

32. **GENES. 19.** *Veni & inebriemus cum vino, dormiamusque cum eo.* Peccatum Loth, & filiarum, excusant. ORIG. CHRYSOST. & IRENÆVS. 3. *lib. aduersus hæreses, cap. 51.* Item AMBROS. & THEOD. Contrarium tamen videntur tenere AVGVST. *lib. 22. contra Falsum Manichæum.* HIERON. STRABVS, & CAIBET. scilicet quod peccauerint, tam Loth quam filiarum: venia tamen digni fuerint diuersis rationibus.

Peccati mala.

33. **GENES. 37.** *Perrexit ergo Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothain.* AMBROS. Merito in Dothain, quod significat, defectionem; inuenit eos, quia qui Deum deserit, in defectione est. Nimirum deficiebant, qui non audiebant dicentem: [Venite ad me omnes, qui laborati estis, & ego reficiam vos.] AVGVST. In grandi enim defectione erant, qui de parricidio cogitabant. AMBROS. Merito enim longè erant, qui erant in defectione, ait enim [qui cum vidissent eum procul] & ideo insæuiebant, quia non appropinquabat his Christus. Nam si appropinquasset his typus Christi, fratrem utique dilexissent, sed prope esse non poterant, qui parricidium cogitabant.

Peccata occulta Deus reuelat.

GENES. 38. *Misit Iudas hoc dum per pastorem suum, &c. certo mendacij arguere nos non poterit.* LIPOMAN. Timuit Iudas ne res publicaretur, turpis enim erat, maluitque carere traditis pignoribus, quam diligentius perquirendo traducere famam suam. Sed Deus manifestum reddidit peccatum eius. Nota etiam locum contra eos, qui conscientias suas interdum plus de minori, quam de grauiori culpa arguunt. Nam Iudas hic magis de mendacio, quod non semper peccatum mortale est, quam de fornicatione quæ semper ad mortem est, se reum haberi formidat.

A peccatis liber nemo.

34. **GENES. 41.** *Post duos annos vidit Pharaon somnium, &c.* AVGVST. *Serm. 82. de tempore.* Additi sunt duo anni carceris Ioseph, tanquam diceret ei Deus. Ego tibi ostendo, vt magis à me, quam ab homine debeas auxilium postulare. Petierat enim auxilium à magistro pincernarum, dicens: [Memento mei cum bene tibi fuerit, &c.] Nondum quippe scriptum erat, [Bonum est sperare in Domino, quam sperare in homine.] Sine vlla dubitatione credendum est, quod pro castigatione sancti Ioseph non permisit Deus magistrum pincernarum, vt in mente haberet, quod ei sanctus Ioseph supplicauerat. Sanctus enim Ioseph, quamuis sanctus, sine peccato esse non poterat, & ideo tanto tempore fuit in carcere clausus, vt in eo impleretur, quod dictum est, [Ego quos amo arguo, & quos diligo castigo.] Quamuis enim serui & amici Dei, capitalia crimina vitauerint, & multa opera bona fecerint, tamè sine peccatis immutis eos fuisse non credimus. Quia non mentitur ille, qui dixit, [Non est immunis à peccato; nec infans cuius est vnus diei vita super terram.] Et beatus Iohannes Euangelista, qui vnquam meritis non erat inferior sancto Ioseph, clamat. [Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus,] & aliud, quod alibi scriptum est, [Iustus septies cadit & resurgit.] Quia ergo sine istis minutis peccatis Ioseph esse non potuit, hæc ipsa parua peccata tribulationis igne consumpsit in eo Deus. Sicut scriptum est. [Vasa figuli probat fornax, &

max, & homines iustos tentatio tribulationis.] & illud. [Flagellat Deus omnem filium quem recipit.] & illud. [Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.]

Peccata nunquam saturantur.

35. **GENES. 41.** *Qua, scilicet vacca macilenta, denotatis & consumptis prioribus, nullum saturitatis dedere vestigium.* LIPOMAN. Quia vitia nunquam saturantur, sed semper sui famem pariuntur, iuxta illud, Comedent, & non saturabuntur.

Peccatum obtenebrat mentem ne videatur eius absurditas.

36. **GENES. 42.** *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum.* CHRYSOST. Ita se habet peccatum quando consummatum est, tunc eius absurditatis ostenditur excellentia. Sicut ebrius quando multum vini ingurgitat, nullum sentit à vino damnum. Postea autem sentit quantum sit damnum. Ita & peccatum donec consummatum obtenebrat mentem, deinde verò conscientia exurgit, & quouis accusatore mentem grauius ardit monstrans absurditatem facti.

Peccati grauitas.

37. **GENES. 43.** *Iudas dixit, reus ero peccati in patrem omni tempore, &c.* STRABVS. Notandum quod Ruben dixerat, [Duos filios meos interfice, si non restitueris eum tibi.] At Iudas dicens *reus ero peccati, &c.* impetrauit, quia ei commissus est Benjamin. Plus est ergo reum esse peccati, quam corporaliter occidi.

In peccato mors.

38. **GENES. 45.** *Filius tuus viuere, &c. renixit spiritus eius.* ORIGENES. Sed & ad mores nostros informandos dicamus, quod si potuisset Ioseph à libidine, & peccasset cum vxore domini sui, non puto quod hoc à patriarchis nunciatum de eo fuisset patri eius Iacob; quia filius eius viueret, hoc enim si fecisset sine dubio non viueret. Anima enim quæ peccat ipsa moritur. Sed & Susanna eadè docet cum dicitur [Angustia mihi sunt vndique. Si enim hoc fecero, id est, si peccauero, mors mihi est.] Vnde quomodo mortem in peccato ponat. Eadem continet sententia primo homini prolata, [Qua die manducaueritis ex eo, morte moriemini.] Statim namque vt præuaricatus est mandatum, mortuus est, & arguitur serpens fessellisse qui dixit: non morte moriemini.

Peccata abiicienda.

39. **GENES. 47.** *Vt non sepelias me in Agypto, sed dormiam cum patribus meis, &c.* AVGVST. Cadaveribus mortuorum peccata significari in lege non dubium est, cum iubentur homines post qualemcumque eorum contactum, tanquam ab immunditia purificari. Vnde Sapiens *Ecclesiast. 34.* [Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius?] Sic & qui ieiunat super peccata sua, & iterum ambulans hæc eadem facit. Sepultura ergo mortuorum remissionem significat peccatorum, eo pertinet quod dictum est. [Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.] Ideo igitur Iacob tantum curat, vt non in Agypto sepeliatur, sed in terra Chanaan, iuxta patres suos, vt sepeliatur in ea terra, vbi ille crucifixus est, cuius sanguine facta remissio peccatorum est. Dicunt enim Hebræi, quod corpora patriarcharum sepulta sunt, non longè ab illo loco, vbi crucifixus est Dominus.

Ad peccatum qualiter Deus concurrat.

40. **EXOD. 9.** *Idcirco posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, &c.* Qualiter Deus ad peccatum concurrat, Vide latius *Deum*, num. 16. ex D. THOM. & aliis.

Peccandi tres viae, vel triplex peccatum.

41. **EXOD. 15.** *Electi principes eius submersi sunt, &c.* ORIGEN. Hos ternotatores appellat, per quos intelligit dæmones. Vide *Diabolus*, num. 30. Qui mihi ait pro eo sic appellari, quod triplex est hominibus peccandi via. Aut enim in facto, aut in dicto, aut in cogitatione peccatur, & ideo ternotatores dicuntur, qui tres istas in nobis peccandi obediunt vias, & speculantur semper, atque in insidiis agant, vt aut ille ex misero homine sermonem malum eliciat, aut iniquum opus extorqueat, aut cogitationem pessimam rapiat. Denique & semen verbi Dei, vbi cadit & deperit, triplex describitur locus. Vnus secus viam fertur, qui conculcatur ab hominibus, alius in spinis, alius in petrosis. Et è contrario terra bona afferre dicitur triplicem fructum, vel centesimum, vel sexagesimum, vel tricesimum. Triplex namque est etiam bene agendi via. Nam vel opere, vel cogitatione, vel verbo boni aliquid agitur. Hoc significat Apostolus, 1. *Corinth. 3.* cum dicit, [Qui ædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos,] triplicem bonorum significat viam. Subiungit etiam triplicem malorum viam, cum dicit [ligna, fœnum, stipulam.] Isti ergo ternotatores sunt angeli nequam de exercitu Pharaonis, qui stant in huiusmodi viis obseruantes vnumquemque nostrum per hæc iter agere in peccatum, quos demergit Dominus in rubrum mare, & ignis eos in iudicij die fluctibus tradet, ac penarum pelago reget, si tu Deum sequens de eorum te potestate subtraxeris.

Peccatum graue vt plumbum est.

42. **EXOD. 15.** *Submersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus.* ORIGEN. Peccatores graues sunt, Sancti autem, quia leues, ambulant super aquas. Dominus & Saluator noster super aquas ambulauit. Ipse est enim qui verè peccatum nescit. Ambulauit & discipulus eius Petrus licet paululum trepidauerit: nō enim tantus erat, ac talis qui nihil omnino de spiritu plumbi, id est, peccati in se haberet admixtum, habuit, licet parum; propter quod dicit ad eum Dominus, [Modicæ fidei, quare dubitasti?] Idcirco igitur qui saluus fit, per ignem saluus fit, vt si quid fortè de specie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat, & resoluat, &c. Vide *Purgatorium.*

Peccata tria Deo abominabilia.

43. **EXOD. 20.** *Non facies omnem similitudinem, que est in celo & in terra & in aquis.* STEPHANVS. Per hæc intelliguntur tria genera peccatorum, quæ & Petro in disco ostensa sunt. Vidit enim volatilia quadrupedia, & reptilia. Per volatilia, superbi designantur. Superbia cælestium mentes inhabitat, per quadrupedia luxuriosi, qui terræ totis pedibus affiguntur, per reptilia curiosi, & cupidi qui perambulant semitas maris. Similiter & hic notantur per similitudinem in celo superbia, per similitudinem in terra luxuria, per similitudinem in aquis curiositas.

Quadruplicia peccata.

44. **EXOD. 20.** *Vistans iniquitatem patrum in filios in euentum & quartam generationem.* HIERON. *super Ezech. cap. 18.* Vel aliter secundum aliquos. Pater in nobis incentiuum peccati est; filius si cogitatio peccatum

catum conceperit; nepos si quod cogitaueris, atque conceperis opere perpetraveris; pronepos autem, hoc est, quarta generatio, si non solum feceris, quod malum est, & scelestum, sed in tuis sceleribus gloriaris. Deus igitur primos & secundos stimulos cogitationum sine quibus nullus hominum esse potest, nequaquam punit. Sed si cogitata quis facere decreverit, aut ipsa quae fecerit, noluerit corrigere poenitentia, tunc punit. Vnde in Genesi peccatum Cham irridens nuditatem patris, & sententiam, non ipse, qui risit, sed filius eius suscepit Chanaan. [Maledictus, ait, Chanaan, seruus erit fratrum suorum.] Quae enim iniustitia est ut pater peccarit, & in filium sententia proferatur.

Peccatum prohibetur in die festo.

45. **EXOD. 20.** *Memento ut diem sabbati sanctifices.* D. THOMAS. *In Opusc.* In die festo, ut pure celebretur, caere debemus culpam. *Jerem. 7.* Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati. [Pondera autem animae peccatum est. Vnde psalmista; [Sicut onus graue grauatae sunt super me.] Peccatum est opus seruile, quod prohibetur fieri in die sabbati. Quia [qui facit peccatum, seruus est peccati.] Vnde contra hoc praecipitur, qui peccat in sabbato *Isaia 1.* [Sabbatum, inquit Deus, & festiuitates alias non feram, & quare? Quia iniqui sunt carnes vestri. Calendas vestras, &c.] *Idem 22. quast. 122. art. 4. ad 3.* Quia magis homo impeditur a rebus diuinis per opus peccati, quam per opus corporale licitum, ideo magis contra hoc praecipitur agit, qui peccat in die festo, quam qui aliud corporale opus licitum facit. vnde *AVGVST. Libr. 10. de chordis:* Melius faceret Iudaeus in agro suo aliquid vile, quam si in theatro seditiosus existeret, & melius foemina eorum, die sabbati lanam facerent, quam quod tota die in neomeniis suis impudice saltarent. Non tamen qui peccat venialiter in sabbato, contra hoc praecipitur facit; quia peccatum veniale non excludit sanctitatem. *AVGVST. Tract. 4. super Ioan.* Absit, fratres, ut illos dicamus obseruare sabbatum, qui ad luxuriam & ebrietatem obseruant. Spiritualiter obseruat sabbatum Christianus, qui abstinet se ab opere seruili. id est, a peccato. [Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati.] Sic intelligit hoc praecipitur *HIERON. super Isai. cap. 59.* & *GREGOR. Lib. 11. registri epistola 3.* & *CHRYSOST. super Matthei 24. homil. 49.*

Peccata etiam interiora prohibentur.

46. **EXOD. 20.** *Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem, &c.* D. THOMAS. *In Opusc.* Haec est differentia inter legem diuinam, & mundanam. Quia lex mundana iudicatur facta, & dicta, diuina autem, non haec tantum, sed etiam cogitata, & ratio est: quia illa est per homines qui iudicant ea, quae apparent exterius, sed diuina est a Deo, qui exterius, interiorumque conspiciat. Vnde *Dauid.* [Deus cordis mei.] & *1. Reg. 16.* [Homo videt quae foris sunt, Deus autem intuetur cor.] *GREGOR. In Ezech. hom. 13.* Per sextum praecipitur non peccata cogitationis, sed operis resciauit Dominus, per nonum vero & postquam per se ipsum dixit in Euangelio. [Ego autem dico vobis, quoniam omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo.] etiam cogitationes hominis religauit, & perfectum esse peccatum etiam in corde innotuit. **LIPOMANVS.** Duo vltima praecipitur perspicue explicant omnia priora, quod non sint interligenda de externis tantum factis, sed etiam de affectibus cordis. Vnde *Paulus.* [Peccatum non cognouissim nisi per

legem, nam & concupiscentiam non nouissim, nisi lex diceret, non concupisces.] Peccatum enim non tantum concupiscentia domus, aut uxoris proximi; verum etiam concupiscentia vindictae, concupiscentia impietatis, & falsarum religionum. Vnde addit *Paulus.* [Lex spiritualis est.] Quae voce manifeste significat legem non exigere externa tantum opera; sed exigere omnes hominis affectus spirituales, sanctos, & ab omni vitiis alienos. Postremo idem etiam testatur compendium legis, quod est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. & proximum tuum sicut teipsum.] Ex quo colligitur omnia tam interna, quam externa hominis in toto decalogo requiri iusta, sancta & diuina.

A peccatis abstinendum.

EXOD. 22. *Carnem qua a bestiis fuerit prae gustata, non comedetis, sed proicietis canibus.* **RABANVS.** Allegoricè. Per carnem intellige conuersationem humanam; per bestiam vero haereticum, siue Diabolum. Non est ergo homini Christiano licitum imitari conuersationem quae ab haereticorum ore venenato laniatur, vel diabolica suggestione decipitur, sed quasi immundam proicere canibus, hoc est, malignis spiritibus, siue paganis aptam, atque consimilem deputare, secundum illam veritatis vocem, qua iubet eum, qui Ecclesiam non audierit, pro Ethnico, & publicano haberi, & Apostolus mandat peccantem tradi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus sit saluus in die Domini.

Propter peccata Deus aufert temporalia saepe.

EXOD. 23. *Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua, numerum dierum tuorum implebo.* **INTERL.** Nota quod propter peccata hominum, sterilitas mulierum, & animalium, & ipsius terrae saepe contingit: imò & breuitas vitae iuxta illud. [Viri impij non dimidiabunt dies suos.]

Peccato alienamur a Deo.

EXOD. 32. *Vade, descende, peccauit populus tuus, quem eduixisti de terra Aegypti, &c.* **INTERL.** Quasi dicat. Populus hic tuus cognatione carnis vel affectu sollicitudinis, iam non meus; peccauit & quasi leuis, & instabilis citò recessit de via qua itur ad Deum quam ante ostendisti eis. **HIERON. In Daniel. cap. 9.** Simile quid dixit apud Danielem Gabriel ex persona Dei. [Nequaquam populus Dei est, sed populus tuus, neque vrbs sancta Dei, sed sancta, ut dicis tibi.] **LIPOMANVS.** Cum igitur sancte viuimus, Domini sumus, ipsum patrem, & Dominum agnoscimus, & filij vicissim & ab ipso Deo agnoscimur: cum vero peccamus, nostri sumus, & a Domino alienamur, ac abiicimur.

Peccata ex malitia.

LEVIT. 4. *Vbi ponuntur hostia pro peccatis per ignorantiam.* **NOTA OLEASTER.** Nullum sacrificij genus institutum legitimum pro expiatione eorum, qui sua sponte in vitia prolabebantur, sed magistarui puniendae relinquebantur. Quia in re considerandum est, quam grauiora sint peccata ex studio commissa; quibus ante legem nullum ad expiandum institutum legitimum sacramentum, aut sacrificium. Quae peccata Christus *Matth. 12.* appellat peccata in Spiritum sanctum, & Ioan. peccatum ad mortem. Vide *AVGVST. Sermon. 1. de verbis Domini in monte.* de nullo tamen desperanda est venia dum uiuit.

Idem.

Idem.

51. **LEVIT. 11.** *Quidquid spinulas, & squamas non habet, &c. abominabile, &c.* **GREGOR.** Sunt etiam pisces testam pro pelle habentes quorum squama auferri non potest. Quia verbo Dei squamas ignorantiae non deponunt, nec cultrum spiritus suscipiunt, hi abominabiles sunt. Quia regenerationem, & vitam quam in baptismo acceperunt, viuendo male corrumpunt. *Hac ille.* Per talem testam resistentem, intellige malitiam peccatoris. Qui si haberet squamam, id est, ignorantiam, ut **INTERL.** interpretatur, facile conuerteretur, ut *Paulus* de quo dicitur, ceciderunt ab oculis eius tanquam squamae, & visum recepit.

Peccata venialia.

52. **LEVIT. 13.** *Si obscurior fuerit lepra.* **INTERL.** Iniquitate qua obscuramur in mente. *Et non creuerit in cute, mundabit eum, quia scabies est lanabique homo vestimenta sua, & mundus erit.* **RADVLEVS.** De scabie notum est quod facile homini accedat, facile recedat. Quae licet molesta sit corpori, nihil tamen affert, quod lepra contagio debeat comparari, ita sunt peccata quaedam leuiora, & quotidiana, quae non intentione malitiosa, sed aut infirmitate, aut ignorantia saepe committimus. Haec licet mortifera non sint, humanae tamen conuersationis spiritum deturpant, & grauioris etiam mali suspicionem proximis ingerunt, tamen scabies est, & non lepra: non tamen approbanda, quia a castris sanctorum non excludant.

Memoria peccatorum nocet.

53. **NVMER. 11.** *Recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis.* **OLEASTER.** Maximum malum est, hominem noxia dulcia fuisse aliquando expertum. In hoc enim poenitentes maxime laborant, ut vitiorum praecedentium ex se memoriam expellant. Hoc enim malum vitia habent, quod recordatione laedant cui non possunt sua praesentia nocere. Quare elaborandum est tibi, vir Dei, ut si fieri possit, talia non experiaris, ne contingat post reditum ad mentem meliorem cum his laruatis hostibus dimicare.

Peccata cur Deus permittat.

54. **NVMER. 22.** *Si vocare te venerunt hostes isti, surge, & vade cum eis, &c.* **INTERL.** Cedit Deus cupiditati, dimittit eum in desiderium cordis sui. Addit *AVGVST.* Cur post istam permissionem Domini, iterum non consuluit, sicut post illam prohibitionem, nisi quia cupiditas eius apparebat, quamuis timore premeretur. **ORIEN. Homil. 14. in Numeros.** Sapientia Dei omnia ita sunt disposita, ut nihil otiosum sit apud Deum vel bonum vel malum. Malitiam non fecit Deus, tamen ab aliis inuentam cum prohibere possit, non prohibet, sed cum ipsi vitur ea ad necessarias causas. Per ipsos enim in quibus est, probat eos qui ad virtutum gloriam tendunt. Si enim perimeretur malitia, non esset, qui contrairer virtutibus: Virtus autem si contrarium non haberet, non claresceret, nec examinatio fieret, non probata vero, nec examinata, virtus non esset. Tolle malitiam fratrum Ioseph, simul perimes dispensationem Dei, & quae in Aegypto pro salute omnium gentium gesta sunt. Si Ioseph non distrahitur, somnium Pharaonis non exponitur, nemo in Aegypto frumenta congregabit, &c. & Israel non ingreditur, nec egredietur in mirabilibus Dei, &c. nemo mare rubrum sicco vestigio transibit, non dabitur manna, &c. Tolle regis

Balac malitiam, qua maledici desiderat Israeliem, & astutiam, qua inuitat Balaam ad denorandum populum, & auferes dispensationem Dei, & nunquam erunt prophetae Balaam. Aufer malitiam Iudae, & prodicionem; auferes pariter & crucem Christi, & passionem, &c. Non solum ergo bonis vitur Deus ad opus bonum, sed etiam malis. Vide *locum ORIEN. GEN. 15.* Vide *Iustus*, numer. 50.

Per peccata Diabolo consecramur.

55. **NVMER. 25.** *Et initiatus est Israel Belphegor.* **ORIGENES Homil. 20. id est, consecratus, scilicet mysteriis idoli, quod apud Madianitas praecipue a mulieribus colitur, & est species turpitudinis. Per omnia peccata, quae committimus maxime si non ex surreptione aliqua, sed studio peccamus, illi daemone, cui curae est, quod admittimus, consecramur, & forte tot daemonibus consecramur, quor peccata committimus. Maior autem cura humanae salutis Deo est, quam Diabolo perditionis. Vide *Dei misericordia*, numer. 135.**

Peccata Deo odibilia & etiam parua, multum nocent.

56. **NVMER. 28.** *Septem diebus veseantur azymis.* **ORIGEN. Hom. 23.** Non putandum est Deum leges hominibus pro fermento scribere, & exterminari animam iubere de populo, si forte parum fermenti in domo sua habuerit, & huius fermenti causa tantum offendi, ut animam, quam ad imaginem suam fecit, exterminari iubeat, & euerti. Sed illud magis est quod horrescit Deus, si malitiae, si irae, si nequitiae spiritu, anima fermentetur, & intumescat ad flagitia. Haec si de domo animae nostrae non abiicimus, merito exterminabimur. Sed ne contemnas, si videris paruam intra te fermentari malitiam, quia modicum fermenti, totam massam corrumpit. Et ideo neque de paruo peccato negligas, quoniam vnum peccatum, aliud gignit. Sicut enim quis accepto castitatis fermento quotidie castior efficitur: sic accepto nequitiae fermento, quotidie efficitur nequior.

Peccata leuia quare non superamus.

57. **DEVT. 8.** *Ne dices in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meae, hac mihi anima praestiterunt, &c.* **PETRVS DAMIANVS.** Saepe mens humana in se fortia superat, & vnum fortasse quod minimum est, quamuis solerter inuigilet, non expugnat. Quod diuina nimirum dispensatione agitur, ne humana conditio vndique virtutibus splendens in elationem subleuetur. Vt in eo quod se superasse fortia quaeque considerat, dum vnum non potest diu conando subigere, non sibi, sed illi victoriam tribuat, cuius munere potuit quae subiecta sunt, superare. Illi dicitur. [Haec sunt gentes quas Dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israel.] Israel namque reseruatis gentibus eruditur, dum mens nostra in paruis resistentibus discit; quia nequaquam ex se maiora subiecit.

Peccata commutant ordinem rerum.

58. **DEVT. 28.** *Sit calum, quod supra te est, aeneum: & terra quam calcas ferrea.* **GLOSSA ORD.** Elementa, quibus fructus nutriuntur, comparat durissimis metallis. Quia peccata hominum, commutant ordinem rerum, & quae ad solatium condita sunt humano generi. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Calum est aeneum praearicatoribus legis, cum nullam a sanctis doctoribus merentur clementiam, sed durissimam disciplinam: quoniam

niam ipsi non cor carneum, & mollem animum; sed lapideum habent, & ferreum. Sicut duro populo lex in lapide dabatur, vt ex munere acceptor figuraretur.

Peccati damna.

59. **I**OSVE 6. *Cauete ne de iis que precepta sunt quidquam contingatis.* Nota, quod quæ prohibet vlturpare, prohibet tangere. *Et suis prauaricationis rei, & omnia castra Israël sub peccato sint, atque turbentur.* **I**NTERL. Modicum enim fermenti, totam massam corrumpit. Qui peccat, non solum sibi damnatum infert, sed toti communitati, quam etiam turbat. Sequitur in cap. 7. *Achan tulit aliquid de anathemate, & iratusque est Dominus contra filios Israël.* **O**RIG. Non otiosè transcurrendum est, quod vno peccante, ita super omnem populum venit, &c. Ex vna enim oue morbida grex vniuersus inficitur. Omnes enim vni corpus sumus in Christo. **A**VGVST. Ex hoc disciplina sancitur, vt non solum se quisque curet in populo, sed inuicem sibi adhibeant diligentiam, & tanquam vnius corporis & vnius hominis alia pro aliis sint membra sollicita. Simul ostenditur, quantum connexa sit in populi societate ipsa vniuersitas, vt non in seipsis singuli, sed tanquam partes in toto existimentur. Per vnius quoque peccatum, mortemque paucorum, admonitus est populus vniuersus, tanquam in corpore vniuerso quærere, quod amissum est. Simul etiam ostensum est, quantum malum fieret, si vniuersa congregatio peccasset, quando ne vnus quidem ita potuit iudicari, vt ab eo possent ceteri esse securi. Sequitur infra. *Peccauit Israël, & prauaricatus est pactum meum, tuleruntque de anathemate, & furati sunt, atque mentui.* Nota, & pondera verba, & grauitatem peccati. **1.** Paralip. 1. De eodem Achan dicitur. [Qui turbauit Israël, & peccauit in furto anathematis.]

Peccato non consentiendum.

60. **I**OSVE 11. *Reges quoque earum cepit, percussit, atque deleuit.* **O**RIG. Homil. 15. In omnibus nobis repugnauit peccatum, & fuit in omnibus peccati generalia regnum. [Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei.] **R**oman. 3. Vnusquisque enim habuit in se spiritualem regem, vel auaritiam, vel superbiam, vel mendacium, vel huiusmodi. Vnde Paulus **Rom. 6.** [Non regnet peccatum in vestro mortali corpore.] Sed postquam venit Iesus & occidit omnes reges, qui regnabant in nobis, omnes interficere præcepit. Qui enim aliquem in se viuum seruauerit, in exercitu Iesu esse non poterit. Si regnet in te auaritia, iactantia, libido, superbia, vel huiusmodi, non es Israëliticus miles, nec implet præceptum, quod dedit Dominus **I**ESVS.

Peccata leuia quare non superamus.

61. **I**UDICVM 1. *Fuitque Dominus cum Iuda, qui montana possedit, nec potuit delere habitatores vallium, &c.* **H**YGO. Iudas maiora superat, & minora delere non potest. Nam primi motus non possunt extirpari, quin surgant. **A**VGVST. Item, restringit enim Deus propitius, etiam in cordibus sanctorum suorum nimie prosperitatis excessum, vt in vsu eorum conuertat inimicos, non solum quando vincuntur, sed etiam quando metuunt, illud ad commendandam suam largitatem, hoc ad reprimendam eorum elationem. Vnde **A**postolus, **2. Corin. 12.** [Ne magnitudo reuelationum extollat me, &c.]

Peccata iram Dei prouocant.

62. **I**UDICVM 2. *Et ad iram concitauerunt Dominum, dimittentes eum, & seruientes Baal, & Astaroth.* **I**N-

TERL. Vide quantum faciunt peccata, Deum in quo nullus iræ affectus, nullus passibilis motus, ad iracundiam prouocare dicuntur; sed ille manet immutabilis; & ego cum pecco iram mihi ascisco. Vnde [Theaurizas tibi iram in die iræ, &c.] & infra; *Iratusque est furor Domini in Israël.* Alia litera. [Exastuauit iras Domini aduersus Israël,] quod vtiq; irati hominis indicium est. Et **cap. 10.** *Non addam ultra, vt vos liberem, ite & inuocate Deos quos elegistis, ipsi vos liberati in tempore angustia.* Hoc per iritionem dictum est, sicut & illud **Proverb. cap. 1.** [Et subannabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit, &c. tunc inuocabunt me, & non exaudiam, &c.] totum hoc, quia, vt infra dicitur: *Peccatis veteribus inuidentes noua, fecerunt malum in conspectu Domini, &c.*

Peccata aliena non diiudicantes, propria emendare debemus.

63. **I**UDICVM 20. *Egressi sunt omnes filii Israël, & prauariter congregati, &c. Non recedemus in tabernacula nostra, nec suam quisque intrabit domum; sed hoc contra Gabaa in commune faciemus.* &c. Fortè permittit Deus hoc peccatum fornicationis fieri, ex quo mulier illa mortua est, vt intelligerent filii Israël grauiora peccata fornicationum, & idololatriæ contra Dominum & emendarentur. Sicut quando Dauid audita parabola ouis à Nathan propheta penituit de peccato adulterij cum Bersabee. At isti non sunt conuersi, sed nimis seueriores iudices irati contra Gabaa voluerunt punire & extinguere totam tribum. Et ita puniti sunt, & percussi bis grauius. Ex quo liquet quam insipiens sit peccator, dum aliena peccata iudicat & punit, oblitus suorum grauiorum.

Peccati damna.

64. **I**UDICVM 3. *Qui confortauit aduersus eos Eglon regem Moab, quia fecerunt malum in conspectu eius.* **I**NTERL. Vides, quia peccata nostra vires hostibus præbent, & reddunt, quando malum facimus, & confortantur à Domino aduersarij nostri. In spiritalibus quoque contrariæ virtutes non inualescerent contra nos, nec ipse diabolus, nisi ei vires ex nostris vitijs præberemus, & locum ei introeundi, & dominandi in nobis peccando faceremus. Vnde. [Nolite locum dare diabolo.]

Peccati grauitas.

65. **R**EGVM 2. *Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus.* Alia litera. [Si peccauerit homo in hominem, iudices de hoc iudicant.] **V**ATABLVVS. Quasi dicat. Si vocetur in ius, habebit etiam patronum qui defendat eum coram iudice. *Si autem in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo?* Alia litera. [Quod si quis contra Dominum peccat, quis sese arbitrum interponet?] **V**ATABL. Quis homo disceptabit pro illo? **G**LOSSA ORD. Cum quis in virum peccat, placato viro, facit sibi Deum placabilem; sed cum quis in Deum peccat, quis orabit pro eo? Id est. Per quem sibi Deum faciet propitium? Non quod nulla speranda sit venia eis, qui in diuino peccant officio; sed maior est pena, & tardior venia his, qui in rebus Deo sacratis offendunt, quam si verbo vel facto læserint proximum. Quia quanto maior gloria, tanto grauior offensa.

Idem.

66. **R**EGVM 15. *Sed nunc porta queso peccatum meum, & reuertere mecum, &c.* Tanta est peccati grauitas, vt pondus eius ferre non possit peccator. Ideo vult, vt iustus Samuel baiulet illud. Iustus enim

enim qualis fuit Dauid vires habet ad portandum suum proprium peccatum, non alienum. Vnde & dicebat. [Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.] & alibi [Propitiaberis peccato meo, multum est enim.] Sed fortissimus Christus Dominus solus potuit portare peccata omnia aliena totius humani generis. Vnde quando ipsi Dauid pepercit Deus, ait Nathan propheta. [Transtulit quoque Dominus peccatum tuum.] Quo transtulit propheta sancte: Ad dorsum Christi de tuo dorso, & peccata in dorso Christi sunt regnum eius, iuxta illud. [Cuius imperium super humerum eius.]

Peccatum originale.

67. **R**EGVM 5. *Fuerunt itaque Salomoni octoginta milia latomorum in monte.* **B**EDA. Ligna & lapides in monte caduntur, & ad montem domus Dei transferuntur; quia omnes in monte superbiæ nati sumus, qui de peccato Adæ, qui superbè peccauit, originem trahimus, sed excidimur de monte superbiæ cathedizando, & sacramenta fidei percipiendo, & in montem domus Domini transferimur. Quia cruti de potestate tenebrarum ad arcem virtutum, quæ est in vnitatem Ecclesiæ peruenimus.

Peccati damna.

68. **L**IB. *Esdra 1.* *Rex quoque Cyrus proculit vasa templi Domini quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem, & posuerat ea in templo Dei sui.* **L**YRANVS. Per vasa à Nabuchodonosor ablata de domo Domini possunt intelligi dona Spiritus sancti, quæ diabolus aufert de mente hominis, qui templum est diuinitatis, quando eam inducit ad casum peccati mortalis. Sed Cyrus noster, id est, Christus ea remittit, cum à peccato mortali ad gratiam resurgere facit.

Peccati grauitas.

69. **E**SDRÆ 3. *Cor malignum baiulans primus Adam euasgressus, & victus est; sed & omnes qui de eo nati sunt, & facta est permanens infirmitas.* Admissio enim peccato primus Adam cordis sui grauitatem ferre penè nequaquam poterat, & ita dicitur cor malignum baiulans. Quod quidem omnes hereditauimus. Vnde **Iob.** [Factus sum nihilmetipsi grauis. Ex hac hereditate facta est permanens infirmitas.]

Peccati occasio fugienda.

70. **E**CCL 21. *Quasi à facie colubri fuge peccatum.* **G**ALFRID. Lubrica res est, peccato, & ventre graditur, plena veneno mortifero: [anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur,] noli ergo sustinere donec mordeat: mox vt videris, fuge à facie eius, ne expectaueris morsum eius. Non dicas quid mihi nocet, si proximus sicut coluber tantum, & me non mordeat, non occidat? Imo verò quod de colubro non diceret, minus dixeris de peccato. Nec accedentis lenocinia foras; sed vt fugeres à facie colubri, etiam longè positi, sic multò magis à peccato. Et faceres hoc si tibi charior foret animæ vita quam corporis. Non sis contentus non incurere mortem; fuge etiam tactum. Imo etiam non sufficiat tactum euadere, sed etiam & accessum. Parum est serpentem non sentite contiguum, periculosum est vel habere vicinum.

Peccatum triplex.

71. **I**SAIE 1. *Vulnus est liuor, & plaga tumens, &c.* **R**ICHARDVS. Possumus per vulnus intelligere mortuum extra domum per liuorem, mortuum intra domum; per plagam tumentem, mortuum iam putrescentem intra tumulum. Per vulnus peccatum

actionis, per liuorem autem intelligimus peccatum cogitationis, per plagam tumentem peccatum consuetudinis. Item per vulnus quod est sine tumore, sed & nihilominus sine omni curatione, possumus intelligere peccatum quod accusamus, nec tamen deserimus, sed non desperanda in vita talus. Per liuorem peccatum, quod per hypocrisis tegimus, per plagam tumentem peccatum quod per contumaciam defendimus.

Peccatorum memoria.

72. **O**SEÆ 2. *Auferam memoriam Bahalim, &c.* **P.** **R**IBERA. Tam longè ab idolorum cultu ab erit, vt nec nominum quidem eorum recordentur. Tantum abesse debent à peccatis, qui ad Deum conuersi sunt, vt nec memores sint nominum eorum per labia sua. Vide **C**HRYSTO. *super Epistolam ad Hebræos hom. 14. in Moral.*

Peccatum originale.

73. **O**SEÆ 6. *Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi prauaricati sunt in me.* **P.** **R**IBERA. Hieronymus ita. Ipsi autem imitati sunt Adam, vt quod ille in paradiso fecerat, pactum meum, legemque præteriens, isti in terra facerent, & ibi, hoc est, in paradiso omnes prauaricati sunt in me, in similitudinem prauaricationis Adam. Non enim mirum si quod in parente præcessit, etiam in filiis condemnatur. *Hæc ille.* Alij interpretantur satis probabiliter. Ibi, id est, in terra illa bona, quam eis promisi, & dedi. Et **C**HALDÆVS ita locum vertit. [Ipsi sicut generationes prisca transgressi sunt pactum meum, & in terra bona, quam dedi eis, vt ibi exequerentur voluntatem meam, prauaricati sunt in verbum meum.]

Peccata omnia inutilia.

74. **O**SEÆ 8. *In aranearum telas erit vitulus Samaria.* **P.** **R**IBERA. Talis erit exitus diuitiarum, honorum, potentiar, &c. quæ homines adornant. Ideo **Isaias cap. 59.** Omnia mundanorum hominum opera, & omnes labores telas aranæ vocauit, [& telas aranæ texerunt.] & paulo post. [Telæ eorum non erunt in vestimentum, nec operientur operibus suis, opera eorum inutilia.] Quanto & quam incredibile labore telam suam aranea contextit, & quasi ex visceribus suis extraxit opus, muscas pulicisque capturum, & minimo momento ruampendum. Quid aliud per tot labores, qui, pereuntibus. Iunius sæculi bonis inhiant? Quid habet homo amplius de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? Non vestietur his telis, cum ad Dei tribunal steterit, nudus erit, apparebit confusio eius, videbitur ignominia eius. Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua. Contra de sanctis dicitur. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus, vt neque confusionem, neque frigus timeant. Idem index ait **A**poc. 3. [Suadeo tibi emere à me aurum ignitum & probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ.]

Peccata Deus respicit semper vt puniat.

75. **O**SEÆ 13. *Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius.* **P.** **R**IBERA. Id est, Diligenter in memoria mea seruat peccatum tuum, vt de illo penas sumam, sumpta metaphora ab iis quæ accuratè ligantur, & absconduntur ne excidant. Ita **H**IERON. Simile est illud **Deuteronom. 32.** [Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in the-

fauris meis? Mea est, & ego retribuam eis in tempore. Vnde CHALDÆVS. [Reposita sunt peccata Ephraim, seruata sunt vt pœnis mulctentur vniuersa eorum scelera.] Similiter iniquitates nostræ dum per pœnitentiam non delentur, & continguntur, iuxta illud: [Beati quorum remisit sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata,] colligatæ sunt, & absconditum peccatum nostrum, vt puniatur: quia nos sacerdoti non detegimus, vt remittatur. Deus enim peccata nostra intuetur semper iuxta illud psal. 9. [Vides quoniam tu labore, id est, peccata hominum consideras, vt tradas eos in manus tuas.] Timere igitur debemus, quod ait Paulus. [Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicii Dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua.]

Peccata nostra Deum grauant.

76. **A**MOS 2. *Ecce ego strideo subter vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno.* HIERON. Sicut plaustrum stipulæ vel fœni onere prægrauatum, stridore & fonitu longè exululat, sic & ego peccata vestra vltra non sustinens, & quasi stipulam tradens incendio, clamabo, & dicam [perit fuga à veloce, &c.] GREGOR. 32. *Moral. cap. 5.* Ita aliquando etiam insensatis rebus propter infirmitatem nostram alta condescensione se comparat, sicut per Prophetam dicit. [Ecce ego strideo, &c.] Quia enim fœnum est vita carnalium, iuxta illud. [Omnis caro fœnum,] in eo quod Dominus vitam carnalium patitur, more plaustrum fœnum se portare testatur: cui sub fœni onere stridere est pondera, & iniquitates peccantium cum querela tolerare.

Per peccata bona opera minuuntur.

77. **A**MOS 5. *Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquuntur in ea centum, & de qua egrediebantur centum, relinquuntur in ea decem in domo Israël.* P. RIBERA. Sicut peste, aut fame numerus ciuium minuitur, ita peccatis bona opera minuuntur, vt anima ex qua egrediebantur mille, non habeat nisi centum, &c. Et sicut Daniel & focij inuenti sunt decuplo sapientiores super cunctos ariolos, ita peccatum reddit numerum bonorum operum decuplo minorem. Item quoniam bona opera quæ manent in peccatore Deus sibi vendicat, & eis vitur cum ad se conuertit, iure ex mille dicuntur manere centum, & ex centum decem. Quia decimæ Deo dicatæ sunt per legem. Caueat autem peccator ne diu differat conuersionem. Nam & hæc quæ relicta erant, paulatim amittit, sicut de Iudæa desolata dicitur Isai. 6. [Et adhuc in ea de imario, & conuertetur, & erit in ostensionem sicut terebinthus. HIERON. loco [conuertetur & erit in ostensionem] legit, [& rursum erit in deprædationem] ita Septuaginta & in Hebræo. Atque ita exponit HIERON. Tanta erit infelicitas residui populi, vt ad comparationem prioris multitudinis vix decima pars remaneat, eumque & in ipsa terra fuerit solitudo, rursum ipsæ reliquæ erunt in deprædationem, in tantum, vt terebintho & quercui quæ glandes amiserit, comparentur.

A peccato tria retrahunt nos.

78. **M**ALACHIÆ 1. *Si ego Dominus, ubi est timor meus?* &c. STEPHAN. Tria sunt quæ nos præcipuè retrahunt à peccato, amor, pudor & timor; quæ notauit Dominus in Euangelio Ioannis, vbi ait. [Cum venerit paracletus, &c. ille arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio.] De peccato, quia non crediderunt in me. De iustitia, quia ad Pa-

trém vado; De iudicio, quia princeps mundi huius iam iudicatus est. De peccato nos arguit primus aduentus Christi. Amor enim quem tunc nobis exhibuit, nos debet retrahere à peccato. De iustitia nos arguit vita & exempla iustorum. Cum enim legimus quor, & quanta passi sunt pro Christo, pudor nobis esse debet, quod tam degeneres sumus. De iudicio verò nos arguit vltimus Christi aduentus, incutiendo timorem. Hinc est, quod ad accendendum Christi amorem; & incutiendum timorem sape fit mentio de duplici eius aduentu, sicut & hic patrem se vocat & Dominum.

Peccatorum memoria.

79. **I**OAN. 20. *Infer digitum tuum huc, & cognosce loca clauorum, &c.* GALFRIDVS. Sicut in corpore suo Christus retinuit cicatrices certa quadam dispensatione, sic in nostris etiam animabus cicatrices patitur residere Saluator: Siquidem ex recordatione peccatorum suorum, magis magisque sibi quisque vilescit, erga proximum mitescit, dulcescit, ei Saluator suus, iniquitatem præteritam execratur, præsentem amplectitur gratiam: securitatem futuræ beatitudinis amplius concupiscit.

Peccati damna.

80. **R**OMAN. 7. *Peccatum non cognoui, nisi per legem.* PÉTRVS. Ac si dicat, Aurum auaritia non est; sed auaritiam non cognoui, nisi per aurum. Vinum ebrietas non est; sed ebrietatem non cognoui, nisi per vinum. Pulchritudo corporis non est concupiscentia, sed formæ decus, formæ concupiscentia me rapuit & perduxit ad lapsum. *Peccatum non cognoui nisi per legem.* Vitia non nosse felicitatis est, nosse, periculi; vicisse, virtutis. Quod enim ignis arde fœteri, hoc vitia corpori sunt humano. Nam si ad mentem, & sensus peruenerint, inextinguibile gignitur, & exhalatur incendium; & nisi iudex celestis corda rigauerit, omne robur cordis, & corporis redigitur in fauillam.

Peccata vetera abolenda, & reddenda.

81. **C**ORINT. 5. *Expurgate vetus fermentum, vtriusque noua conspersio, &c.* GALFRIDVS. Si de peccato repropitiato securum esse sapiens dehortatur, quale erit de perpetrato? Fratres vetus offensa, nouam aliquando recipit talionem, nouum ingerit vetus plaga dolorem, vetus culpa nouam gignit confusionem. Quis es igitur quem peccati conscientia remordet? Rade fortius conscientiam, ne quid inueniatur veteris inhaerisse fermenti, & corrumpatur tua omnis quamlibet azyma, quamlibet noua conspersio. Huius fermenti, peccati scilicet secundum virtutis species quatuor quadrifaria debet esse purgatio. Prima siquidem temperantia frangat præcipientem, iuxta illud [Peccasti, quiesce.] Nec aliter dicitur sanè purgare fermentum, nisi quod illud quodammodo cohibet ne vltetius ferueat, & excreseat. Oportet autem, vt deinceps istud radat iustitia per compunctionem, prudentia lauet per confessionem, fortitudo tergat per satisfactionem.

Idem & plantanda virtutes.

82. **C**ORINT. 15. *Sicut portauimus imaginem terreni, sic portemus imaginem celestis.* BERNARD. Sicut fuit vetus Adam effusus per totum hominem, & totum occupauit, ita totum obtineat Christus, qui totum creauit, totum redemit, totum glorificauit. Erat in nobis aliquando vetus homo, præuaricator ille tam in manu, quam in ore, & in corde. In manu dupliciter per facinus, & flagitium; in ore similiter per

Peccata non sunt incurabilia.

86. **C**HRYST. *hom. 19. in Genes.* Non sicut in corporalibus vulneribus videri solet, ita & in voluntate est. Nam illic naturæ affectiones saepe immobiles sunt, ita vt plerumque sint incurabiles: hic non ita se res habet. Saepè enim si volueris etiam qui malus est mutatur: & qui bonus per ignauiam excidit, & fit malus. Quia liberi arbitrij esse nostram naturam fecit Dominus.

Peccatum peius quàm dæmon.

87. **C**HRYST. *hom. 41. in Acta Apostolorum.* Non est ita magnum à dæmone liberari, vt eripi à peccato. Dæmon non prohibet regnum calorum assequi, licet cooperetur, inuitus quidem: cooperatur autem faciens habentem se continentiorum: peccatum autem eiicit. Peccatum grauius est dæmone, nam ille quidem humiles facit. An non videris dæmoniacos quando respuerint à morbo quàm sint submissi, quomodo intueri non audent? Nos iniustitia afficientes non erubescimus, quamuis causa illorum non sit confusione digna, sed misericordia & humilitate, & magna admiratione; quando cum tali certant dæmone, & omnia cum gratiarum actione ferunt. Res autem nostræ risu, confusione, accusatione, supplicio, pœna nullaue venia dignæ.

Peccatum peius febri ardentissima.

87. **A**MBROS. *lib. 4. in Luc. cap. 47.* Peccatum est febri eo quod ignita sint cupiditates, quod ignem in ossibus animæ, & corporis implicat, mentem, animumque pertentant. Vehementior est animi, quàm corporis febris. Et ideo pro animi voluntate corporis salus plerumque contemnitur, nec à periculis abstinetur. Vnde non alienum videtur repetere quemadmodum Theotimus, cum graui oculorum incommodo laboraret, & amaret vxorem, interdicta sibi à medico facultate coquendi, cupiditatis impatiens, atque impetu libidinis raptus se moderari nequiebat. Sciens enim, & prudens, quod oculos esset amissurus, ne priusquam conueniret vxori in ipso æstu feruentis cupiditatis, & consuetudinis apparatu, Vale, inquit, amicum lumen, sic febris libido flagrantior est, grauiusque præcipitat, & inflammat. Sed vbi quis respuerit à furore, tunc conscientia interioris visus aperitur, factique succedit pœnitentia, & pudenda sui vnusquisque facinoris erubescit. Etenim quasi clauis quibusdam suffigitur anima corporeis voluptatibus, & cum semel adhæserit voluptatibus merfa terrenis, difficile in altum potest, vnde descendit, sine Dei fauore reuolare. Actuum enim suorum vincula laqueis, & deliciarum sæcularium illecebris obnoxia iam tuetur.

Peccata, licet lacrymas erumpere faciant, amantur.

88. **G**REGOR. *lib. 11. Moral. cap. 16.* Porris ac cepis simile est peccatum. Qui plerumque comedunt, lacrymas emittunt. Ita difficultas vita presentis, quæ à dilectoribus suis, non sine luctu agere, & tamen cum lacrymis amatur. Sed hi sunt filij stultorum, & ignobilium. Hi deserunt manna celeste.

Differentia inter aliqua peccata.

89. **C**ORINT. 3. *Versu 12.* Siquis autem superedificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, vnusquisque opus manifestum erit. CYRILLVS ALEXAND. *Lib. 14. in Leuit.* In hoc manifestè ostenditur esse quædam

per arrogantiam & detractionem; In corde quoque per desiderium carnis, & desideria gloria temporalis: nunc autem si qua noua creatura in ipso vetera transferunt, & contra facinus in manu innocentia, contra flagitium continentia est. In ore contra arrogantiam verbum confessionis, contra detractionem verbum ædificationis, vt recedat vetera de ore nostro. In corde verò contra carnis desideria charitas, humilitas contra gloriam temporalem.

Differentia inter peccare Deo, & in Deum.

83. **D**EVT. 32. *Peccauerunt ei, & non filij eius in foribus.* AVGVST. *quæst. 55.* Septuaginta habent [Peccauerunt non ei filij vituperabile.] Qui enim peccat, non Deo peccat, id est, nocet, sed sibi. Sed si hoc generaliter dictum est, quomodo legitur [Tibi soli peccavi, &c.] & *Ieremia 14.* [Tibi peccauimus patientia Israël Domine.] & *Psal. 40.* [Sana animam meam quia peccavi tibi?] Quærendum est quoque vtrum idem sit peccare Deo, quod peccare in Deum. Vnde 1. *Reg. 2.* [Si in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo?] Dicam quid mihi videtur, quantum Deus adiuuerit. Peccare in Deum est, in his quæ ad cultum Dei pertinent peccare. Sic peccabant filij Heli. Sic existimandum est peccare etiam in homines, qui pertinent ad Deum. Vnde dicitur ad Abimelech de Sara. [Propterea peperi tibi ne peccares in me.] *Genes. 20.* Quod ait Dauid, & Ieremias super hoc, dicunt vt glorificetur Deus ignoscendo, quia magna misericordia eius super confitentes sibi, & redeuntes, qui non vult mortem peccatoris. Hinc idem Dauid cum argueretur, per Nathan respondit, peccavi Domino. 2. *Reg. 11.* Medico enim vulneratus videtur quodammodo, qui se subdit ei, vt sanetur; vt in eo medicina opus impleatur. In hoc autem cantico prouidebat Propheta quosdam sic peccatores, vt nec pœnitentiam agerent, nec ad Deum vellent redire, vt sanarentur, de quibus dicitur *Psalm. 77.* [Quia caro sunt, spiritus vadens & non rediens.] Potest etiam sic intelligi: peccauerunt non ei, secundum id quod non ei nocuerunt peccato suo, sed sibi. **GLOSSA ORD.** *super illud 1. Reg. 2.* Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus, si autem in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo? Cum quis in virum peccat placato viro, facit sibi Deum placabilem, sed cum quis in Deum peccat quis orabit pro eo? id est, per quem sibi Deum faciet propitium? Non quod nulla speranda sit venia eis qui in diuinum peccant officio, sed maior est pœna, & tardior venia his, qui in rebus Deo sacratis offendunt, quam si verbo vel facto læserint proximum. Quia quanto maior gloria, tanto maior offensa. Cur Deus permittit istos cadere in peccata grauiora, Vide, *Iustus, num. 50. ex variis.*

Peccati mala.

84. **C**YPRIANVS *Serm. de lapsis.* Hoc sunt peccata lapsis, quod grandio frugibus, quod turbidum sydus arboribus, quod armentis pestilens vastitas, quod nauigijs sæua tempestas.

In vno delinquens, factus est omnium reus.

85. **I**ACOBI 2. *Versu 10.* Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. CHRYST. *hom. 35.* Operis imperf. Sicut miles si toto corpore fuerit armis vestitus, & vnâ partem habuerit nudam, nihil ei prodest, quod totus fuerit ferro vestitus, si per vnâ illam partem eum sagitta percussit; sed sic cadit quemadmodum si totus fuisset nudus. Sic & Christianus, si iustitiam fecerit, etsi in vno peccauerit, similiter peccator statuitur, quemadmodum si semper peccasset.

dam peccata tam leuia, vt stipulae comparentur, cui utique ignis illatus diu non potest immorari; alia vero sceno esse similia, quae & ipsa non difficulter ignis absumat, verum aliquantò tardius, quam stipulis immoretur. Alia vero esse quae lignis conferuntur, in quibus pro qualitate criminum diuturnum, & grande pabulum ignis inueniat. Ita ergo vnumquodque peccatum, pro quantitate, vel qualitate sui poenarum iusta persoluit. Veruntamen quid opus est fidelibus, & his, qui cognouerit Deum, de poenarum qualitate cogitare? Quid opus est ligna, quid foenum, quid ipsam stipulam ad fundamentum Christi supponere? Cur non magis aurum, vel argentum, vel pretiosos lapides, pretioso supponimus fundamento. Vbi cum ignis accesserit, nihil inueniat, quod absumat. Nam si accesserit ad stipulam, ex stipula fauillam reddet, & cineres: si vero ad aurum accesserit, aurum purius reddet. Hic nobis dicta sunt pro iis qui negligunt oris maledici consuetudinem refecare, qui si non ex corde maledicant, etiam si non voro, & animo iniquo profertant maledicta; tamen immunditiam labiorum secundum Isaiam verbum, & inquinamenta oris incurrunt.

Peccatum licet paruum non admittendum.

91. **CORINTHIOR. 5. Versu 6. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit?** ORIGEN. *Hom. 23. in Numeros.* Sicut ex iustitia generatur iustitia, & ex castitate castitas. Siquis enim primo tenuiter castus esse coeperit, accepto castitatis fermento, quotidie castior efficitur: ita & qui semel intra se licet paruum posuerit fermentum, quotidie seipso nequior efficitur, atque deterior.

Peccata continuo confitenda.

92. **PSAL. 37. Versu 4. Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.** ORIGEN. *Hom. 2. super hunc Psal.* Sicut hi qui habent intus inclusam escam indigestam, aut humoris, vel phlegmatis stomacho grauitate, & molestie immunitate, si vomuerint, releuantur: ita etiam hi qui peccauerunt, siquidem occultant, & retinent intra se peccatum, intrinsecus vrgentur, & propemodum suffocantur à phlegmate, vel humore peccati: si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semetipsum, & confitetur, simul euomit & delictum, atque omnem morbi digerit causam. CYRILL. IEROSOLYM. *Catechesi 2.* Graue malum peccatum est, sed non incurabile. Graue retinenti, leue autem per poenitentiam abiicienti. Posito enim quod manu aliquis teneat ignem, quamdiu quidem retinet carbonem, proculdubio vratur: si vero carbonem abiiciat, ablatus est feruor. Quod si quis dum peccat vri se non sentit de hoc ait scriptura. [Inuoluet quis ignem in sinu, & vestes eius non vrerit, & nisi à se potest serpens deponere senectam: cur nos peccatum non deponamus? Ac terra quoque spinosa, cum fuerit bene exculata in frugiferam transmutatur: nostra autem non reparabitur salus.]

Peccata peccatis addentes, abominabiles.

93. **ISAIAE 5. Versu 18. Va qui trahitis iniquitatem in funiculo vanitatis, & quasi vinculum plaustrum peccatum.** BASILIVS *super hunc locum.* Quemadmodum qui funes necunt ac plectunt, iunceas, stercas vt quod superest ex fune cepto contorqueri cōsummatur, alterum ei attextur, & interserunt, quo longior euadat, & augeatur; Pari modo qui in profundum malorum festinant protrudere, priusquam priori peccato sit impositus finis, adoriuntur secundum, rursus hinc alteri aliud continenter adaptant, atque ita prorsus vita, quae per peccatorum gradus progreditur, assimilatur funiculo

cuius contexto, & in longum protrahitur. Ob hoc ait propheta. *Va qui trahitis peccata quasi funiculo longo.* Sententia istius intelligentiam mutuemus ab exemplo. Sic aliquis propensus & alacer ad peccatum exploranda suae lubricitatis. Obserua quae per quor, quantave asciscat sibi, & attrahit peccatum luxuria. Primum quidem suum ipsius corpus ad eundem modum simulat, & componit, & crines quidem hoc modo circumtondentur, taliter vero veste amicitur, & hac quidem non qualicumque, sed quae studio quaesita sit, & faciat ad elegantiam, ad zonam vsque demissa, vsque ad soleas: per haec ostentat ambitiosam, & superflua curam suae honestatis. Deinde suppeditat pecunias, vt vel earum pretio redimat fructualem pulchritudinis istius scorti. Ad haec pressius cogitat, quas sibi promabas conciliet, velut lanas. Verba adornat, quae faciunt ad corruptelam, ex composito sibi instruens, ac parans occasiones amatorij congressus. Hic est qui attrahit peccatum quasi funiculo longo.

Radices peccatorum euellenda.

94. **IDEM BASIL. In regulis breuioribus interrogatione 1289.** Quemadmodum si quis relicta radice, ramos alicuius arboris velit excisos, nihilominus radix manens alios similes illis protrudit. Sic quoniam peccata sunt quaedam, quae nascendi principium in seipsis non habent, sed aliunde originem ducunt, necesse est protius, si quis esse ab eis liber velit, in vt causas primas peccatorum illorum stirpitus tollat. Veluti corrixatio, & inuidia non ex seipsis nascuntur, sed à radice appetitus gloria pullulant.

Peccata statim abiicienda.

95. **CHRYSOST. Libro contra Gentiles.** Peccatum nisi statim prohibeatur tanto procurrit impetu, vt contineri nequeat. Non impossibilitas absoluta, sed difficultas haec ostenditur. Non secus quam ferocientes equi, qui fræno ex ore eiecero, & ascensore excusso molesti primum sunt occurrentibus, deinde nullo obstante ab excelsa petra sese praecipitant.

Peccati mala.

96. **CHRYSOST. Hom. 64. in Genes.** Sicut ebrius quando multum vini ingurgitat, nullum sentit à vino damnum: ita, & peccatum donec consummatur obtenebrat mentem, & quasi densa nubes, ita mentem corrumpit. Deinde conscientia insurgit, & quouis accusatore grauius mentem arrodit. **IDEM Hom. 8. in primam Corinth.** Profundum peccatum est, & deorsum trahit. & quemadmodum qui in puteum decidunt non facile euadunt, sed aliorum opus est auxilio, sic qui in profundum peccatorum immersus est. Demittamus ergo ad eos funes, & eos educamus. Vel potius nullo alio indigemus, quam nobis ipsis, vt proflire, & ascendere possimus, non tantum quantum descendimus, sed multo magis, modo voluntas adsit, Deus enim nobis opitulatur, nec vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur.

Peccata peccatis addentes, abominabiles.

97. **ISAIAE 5. Versu 18. Va qui trahitis iniquitatem in funiculo vanitatis.** HIERON. *lib. 2. in Isaiam cap. 5.* Iuxta Hebraicum, & omnes alios interpretes peccata appellantur funiculi vanitatis. Hoc significat, quod facientibus peccatum facile textitur, & tam inane ac futile est, vt araneorum fila texuntur. Sed cum inde voluerimus exire, solidissimis vinculis necimur. **AVGVST. in Psal. 130.** Quomodo vt relictis fiat longa, additur spartum lparto, non autem id rectum it, sed torquetur: Sic omnia peccata facta quae sunt peccata cum adduntur sibi, & addendo peccatum

peccato, & peccatum ad peccatum annectitur, sit restis longa. Quorum semita praua, & flexuosi gressus eorum. Quo autem valet ista restis, nisi vt inde ligentur ei manus, & pedes, & proiciantur quisque in tenebras exteriores? Funiculus enim peccatorum suorum vnusquisque constringitur, Vt eis qui trahit peccata velut restem longam.

Peccata non admittenda.

98. **PETRVS CHRYSOL. Sermone 116.** Quod ignis Parida segeti, hoc vitia corpori sunt humano, quae sola securius separatione vincuntur, necatur ignorantia, & nescitia foeliciter euanescent. Nam si ad mentem, & sensus peruenierint si contigerint animos, si semel membra penetrauerint, inextinguibile gignitur & exaltatur incendium: & nisi vnda caelestis corda rigauerit, in mentes se infuderit, membra madefecerit, totum quod est corporis humani subditur, & redigitur in fauillam. [Lex, inquit Paulus, peccatum est: Absit, sed peccatum non cognoui, nisi per legem.] **Roman. 7. versu 7.** Ac si diceret. Aurum auaritia non est, sed auaritiam non cognoui nisi per aurum. Vinum ebrietatis non est, sed ebrietatem non cognoui nisi per vinum.

Peccata voluptatibus procreantur.

99. **MARCVS HEREMITA De lege spiritali.** Sicut virtutes laboribus, & ignominia, sic etiam vitia voluptatibus, & gloria procreari consueuerunt. Omnis corporalis voluptas ex praesumpta malitia prouenit. Porro licentiam credulitas generat. **CHRYSOST. Hom. 45. operis imper.** Sicut qui iugum suscipiunt Christi, Christus eos delectat in spiritu ne fatigentur bonis operibus. [Tollite inquit iugum meum super vos, iugum enim meum suauis, &c.] Sic & qui iugum suscipiunt diaboli, diabolus eos decipit, & delectat. **BERNARD. Serm. ad clericos c. 4.** Si vidisti hominem scalpere manus, & vsque ad sanguinem cōfricare, euidentem in eo habes similitudinem animae peccantis expressam. Cedit siquidem voluptas illa dolori, & succedit pruritu cruciatus. Nec id ignorabat, sed dissimularat dum scalperet. Sic laceramus, sic exulceramus propriis manibus animas infelices, nisi quod tanto grauius, quanto excellentior est spiritalis creatura, & quae difficilior medicatur.

Peccati mala.

100. **CHRYSOST. Hom. 111. in epistolam ad Rom.** Sunt clumbricis peccata deteriora. Nam hi corpus, at illa animum labefactant, ac maiorem sane putorem pariunt. Id nos tamen minus sentimus, inde fit vt animam expurgare negligamus. Neque enim qui se vino obruit, sentit quanta sit vini putrefacti abominatio. Qui vero sobrius est id probe nouit. Idem in peccatis vsu venit. Qui temperate, qui caste viuunt, huic ignota non est illorum excaecatio, caenum, macula: qui vero se totum ad malitiam dedit, quadam tantquam ebrietate oppressus, ne ipsum quidem nouit, quod agrotet. Habetque ipsa in primis vitiositas malum hoc grauissimum, quod qui in illam collapsi fuerint, eos nec dignoscere quidem sinit propriae pernicietis magnitudinem.

Peccatum animam captiuam reddit.

101. **CHRYSOST. Hom. 8. in primam Corinth.** Quemadmodum si rex quispiam barbarorum seruus fiat, omnium est miserimus: sic qui in peccato viuunt. Barbarum namque peccatum est, quod cum animam semel captam, ita vt contra perfluere nesciat, in suis sordibus demerferit, sub tyrannidem redigit. Quod si quis pictor effingeret, non sanè mihi errare videretur, si in hunc modum id pingeret. Foeminam

quandam in fera similitudinem, barbaram, ignem efflantem, horrendam, nigram; quales externi poetae Scyllas effingunt.

Peccatum animam sedat.

102. **CHRYSOST. Hom. 12. ad Hebraeos, & 42. ad Romanos. Antioch.** Melius est luto immundo pollui, quam peccatis. Qui enim illic polluitur, pauco tempore delauatur, & efficitur similis ei, qui illic non cecidit. Qui vero in barathrum ceciderit peccatorum, talem pollutionem accipit, quae aquis nequeat dilui, sed multo tempore opus habeat, & diligentem poenitentiam, & lachrymis, & luctu feruētore, amplioreque tempore, quam in dilectissimis nostris solemus ostendere. Ista quidem sordes extrinsecus nobis adueniunt, propterea & citius eas amittimus, illa autem intrinsecus generantur, propterea & vix delauantur, & expurgantur.

Peccatum anima mors.

103. **CHRYSOST. Hom. 9. in primum ad Thessalon.** Quemadmodum mortui deformes sunt, ac foetidi: ita anima eorum, qui in malitia sunt, multa sunt impuritate referta, clausi sunt ipsorum oculi, os constrictum, & mutum; immoti perdurant in laetitia malitiae: imo miserabiliores, quam qui ista patiuntur. Isti quidem vbique mortui sunt, illi vero ad virtutem quidem mortui, viuentes vero ad malitiam, insensati que sunt. Mortuum si quis etiam percussit, non tamen sentiet, nec vlsceretur, sed velut lignum aridum est. Ita & talis anima. **IDEM hom. 15. ad Hebr.** Si qui corpus mortuum tangebatur, non oportebat ingredi in templum, quanto magis cum, qui opera mortua habet? Pollutio quidem est pessima. Mortua quippe omnia opera sunt, quae vitam non habent, quae putorem spirant. Sicut enim mortuum corpus ad nullum sensum est utile; verum etiam contristat appropinquantes: sic & peccatum confestim rationem nostram percudit, & non permittit, nec mentem ipsam quiescere, sed perturbat, & commouet. Dicitur autem, quod pestis cum generatur corrumpit corpora. Tale quiddam est peccatum; A peste nihil differt, non quia aërem corrumpat primum, deinde corpora; sed continuò in animam insilit. Non eos vides qui peste laborant; quomodo tumore quodam occupantur, quomodo conuertunt se, atque reuertunt; quomodo fectoribus sunt repleti; quomodo turpes sunt eorum facies; quomodo per totum immundi sunt? Tales quippe sunt peccantes, etiam si non videant. Dic enim, nonne quouis febricitante peior est, qui cupiditate pecuniarum, vel corporum captiuus est?

Idem.

104. **IDEM CHRYSOST. Hom. 28. in Matthe.** In peccatis imo vero maxime differunt à mortuis: cum sint illis multo deteriores: nam qui moritur, iustificatur à peccato, hic autem seruit peccato. Nec enim mihi dices non clausisse hunc oculos, nec sepulchro iacere, nec in stiris ligatum detineri, nec postremò vermibus esse proiectum, cum multo peioribus hi, quam qui obierunt, vexentur. Non deorant vermes, sed perturbationes animae omni feroci bestia truculentius exagitant, atque lacerant. Clausi oculi sunt mortuorum nihil prorsus cernentes: hic vero mille sibi morbos oculis cernendo quotidie contrahit. Ille iacet in sepulchro, ad peccandum iam immobilis, hic in sepulchro malo à se ipso intrusus, ingenti peccatorum mole obruitur, sed corpus (dicet quispiam) huius pingue, ac floridum, non tamen corruptum videmus, Ille post mortem male olet; hic per totam vitam os habens, vel ipsis cloacis turpius

turpius, intolerabilem expirat foetorem. Ille tanto discrimine hoc melior est, quanto naturali solum corruptioni subiectus, corruptionem omnibus debitam patitur: hic verò antequam ad illa perueniat, quæ non effugiet, peccatorum vndique foetidissimam putredinem sibi colligit. mille in dies corruptionis vias excogitans, sed phalerato, inquis, equo fertur magnifice: Ego verò meliorem illum esse reor, qui in vna quasi in lectulo quiescit; quodque decentius est, nemo putrescentem cernit. sed tegitur vna dissolutum corpus: hic autem foetentem animam in corpore, quasi in sepulchro circumagitur. IDEM *Hom. 74. in Martb.* Responde quæso si quis cadaver putridum circumferens per ciuitatem vagaretur, nonne omnes eum fugerent? Hoc de te cogita qui animam peccatis obrutam, atque mortuam circumducis. Si quis vbi dormis, vbi cænas cadaver obtulisset, quid tunc faceres? Tu verò mortuam obruis animam non vbi prandes, nec vbi dormitas, sed in ipsi Christi membris, nec formidas, ne mille in caput tuum fulmina iaciantur.

Peccati cecitas.

105. CHRYSOST. *Hom. 1. de Pœnit.* Quemadmodum qui grauitate capitis, ebrietateque tenentur, stultè, simpliciterque feruntur, quamuis præcipitium, & aliud quid simile subit, infra concidunt incautè: sic qui corrumpunt in peccatum, veluti praua ebrietate, actionis desiderio detenti, nesciunt quid faciunt, non præsentia, non futura prævidentes. IDEM *hom. 4. in Ioan.* Quemadmodum solaribus radiis nemo clausis oculis frui potest: ita nec huius claritatis particeps abundè vnquam fuerit nisi animi oculum ad eam & dirigat, & intendat. Tunc enim quocumque se vertit, facilis ei prospectus patebit; quod eueniet cum omnibus malis affectibus, animam purgauerimus. Peccatum enim tenebræ, & vorago quadam profunda, quod vel inde planissimè constat, quod clam, & sine arbitrio peccata committuntur. Quicumque enim in facinora, sceleraque prolabitur, odio habet lucem, nec luci se credit, & quæ occultè, & absconditè sunt, sunt dictu turpia. Sicut enim in tenebris, nec amicus agnoscitur, sed omnia penitus ignorantur: itidem in peccato vsu venit: quippe qui lucem inhiat, nullam amici, inimicive intelligit differentiam: & inuidus familiarissimum, non secus quàm inimicum conspiciatur. & latrones similiter in omnes bellum gerunt, omnibus insidiantur; & omnino qui se vitiorum fordibus coinquinant, nihil ad rerum differentias dignoscendas ab ebriis, insanientibusque differunt. *Et infra.* Quemadmodum noctu, amoto lumine, lignum, plumbum, ferrum, argentum, lapides preciosos, & alia omnia, eodem modo & videmus, & iudicamus: ita qui fordidè & vitiosè vitam viuunt, neque modestiæ vim, neque sapientiæ discernit pulchritudinem. In tenebris enim pretiosi etiam lapides nullam speciem, nullum præ se ferunt fulgorem, non sua, sed caligantium oculorum culpa. Neque hoc duntaxat nobis, dum sub impia vitiorum tyrannide viuimus, molestum est, verum etiam illud, quod formidine propterea angimur. Et veluti qui per obscuram noctem iter faciunt, etsi nihil metuendum sit, metu tamen concutiuntur. Sic qui scelus aliquod admittunt, etsi nemo id videat, nemo reprehendat, nihilo tamen melius sibi fidunt; sed omnia formidant, omnia suspicantur: quippe qui perpetuis conscientie stimulis agitantur, omnia formidolosè conspiciunt. Propulsus igitur tam grauem, tam molestam vitam, cuius angorem mors sequitur, mors inquam immortalis, & perpetua, cui nullus supplicij finis est.

Idem.

106. AMBROS. *lib. 2. de Cain & Abel.* Sicut fumus oculis: sic iniquitas ventibus ea. Rectè iniquitas fumo comparatur, quæ velut quadam sæculari caliginè aciem mentis obducit.

Peccata ostium Deo claudunt.

107. POCAL. 3. *Vers. 20.* Ego sto ad ostium, & pulso. HILARIUS *in Psal. 118.* Claudimus per corporis vitia animæ nostræ aditum, qui si cœperit emundatis omnibus patere, illico introibit, modo Solis, qui clausis fenestris valuis introire prohibetur, patentibus verò totus immittitur.

Peccatores fidelibus insidiantur.

108. PSALM. 128. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, &c.* HILARIUS *super hunc locum.* Mos est eorum qui nequaquam longis, & assiduis præliis prævalent, ut victorem exercitum, & firmis agminibus incedentem à tergo adeant, & dorso, sicubi viam prætereant, insidias machinantur. Illic dolos fabricantur, illic omnia insidiarum artificia exercent. Ita & peccatores incassum tentatos fideles viros, euntes iam in veritatis via, dorso insidiantur, dorso dolos concinnant.

Peccatum solus Deus ab anima tollit, & peccati mala.

109. MACHAR. *Hom. 2.* Quemadmodum sole lucente, & flante vento, sol quidem proprium corpus habet, & propriam naturam; itidem & ventus naturam suam & suum corpus habet, nullusque potest separare ventum à Sole, nisi solus Deus sedauerit ventum, ne flet amplius: sic & peccatum animæ permixtum est, eum alioqui vtrumque propriam naturam habeat. Est igitur impossibile animam à peccato separare, nisi Deus cessare faciat, & silitat improbum illum ventum habitantem in anima, & corpore. *Et infra.* Perinde ac in atra, & obscura nocte cum flat ventus quidam acerbus, plantas omnes & semina commouet, impellit, & agitat: sic & homo cadens sub potestatem noctis tenebrarum diaboli, & agens in nocte, & tenebris concutitur, graui vento peccati flante, cietur, commouetur, & exagitur per vniuersam sui naturam, videlicet in cogitationibus suis, & mente, omnes denique partes corporis concutiunt, nec pars vlla corporis, aut animæ immunis est, quæ non sit affecta ab inhabitante in nobis peccato. *Hæc ille.* Non propterea omnia peccatoris opera sunt peccata.

Peccatum, pestis contagiosa.

110. PSAL. 1. *Et in cathedra pestilentia non sedit.* BASIL. *super hunc locum.* Dicunt rerum huiusmodi periti, pestem ea esse natura, ut si vnius hominis, vel iumenti corpus attingat ad quosque proximos, quasi partito serpit, ut vno contraminato mox ad alium vis morbi perueniat. Tales sunt operarij iniquitatis, alius in alium suum transmittit morbum, perinde cœgrotant. simul etiam pereunt. IDEM *homil. in diuites, & auaros.* Tuorum scelerum aceruum te comitabitur. Sicut enim vmbra corpus; sic peccatum animam sequitur, gestorum imaginem per se ipsam referens.

Peccatorum anime facile corrumpunt.

PSAL. 1. *Tanquam puluis quod proiciit ventus à facie terra.* CHRYSOST. *homil. 10. in epist. ad Rom.* Non sic ipsum corpus tempore dissoluitur, ut anima peccatorum multitudine marcescit, flaccescit, ac de gradu deicitur. Etenim ad summam iam ea educitur nuga

nugationem; verba nihil significantia enuntians, ut facere solent, qui senectute confecti delirant: eadem mucro, ac pituita referta, stupida interim, atque obliuiosa lippitudine in oculis gestans, hominibus abominabilis, ac talis, ut eam Diabolus non multo negotio capere queat. Sunt etenim tales peccatoribus animæ: è diuerso autem iustorum animæ inualefcunt, vigent, in ipso ætatis flore semper consistunt; ad quamuis pugnam, ac luctu, nullo non tempore comparatæ: cum interim peccatrices animæ, vel ad paruam irruentis aciei impressionem, statim prosternuntur, ac pereunt. Id quod propheta declarans ait: *tanquam puluis, &c.*

Peccata animam captiuam reddunt.

111. CHRYSOST. *hom. 18. in 1. ad Timoth.* Quemadmodum si apud barbaros detineretur seruus quispiam rex; & illi ad maiorem seruitutis indicium nec purpuram, nec diadema auferant, sed cum illis insignibus, & aquas deferre, decoquere, & alia inferre ministeria iubeant, ad maiorem & sui honoris, & ignominiam illius. Ita barbaris omnibus immaniùs vitia ista imminet nobis. Nam qui ista contemnit, barbaros quoque irridebit, qui verò succumbit, longè ditiora ab his, quàm à barbaris patietur. Quippe barbari cum prævalent viribus concidunt corpus: hæc verò animam cruciant, & omni ex parte dilaniant.

Peccata etiam cum concipiuntur cruciant.

112. PSAL. 7. *versu 15.* Ecce parturit iniustitiam, concipit dolorem, & peperit iniquitatem. CHRYSOST. *super hunc locum.* Vtique non secundum naturam iniustitia. Nam fœtus quidem donec perficitur, naturæ adhæret, manet, dolorem non affert: perfectus autem, si intus manet, mora est præter naturam, quæ cum ferre amplius nequens, vim vexata extrudendo infert & dolorem. Hic igitur prius conceptio, deinde partus dolor. At peccator primùm parturit, & tunc concipit. Illic in tempore partus dolor, hic dolor à principio. Simul ac enim quispiam de malo consultauit, etiam priusquam in cogitatione concreuerit, aut exequutione perfecit, tumultus, ac turba cogitanti. In muliere deiectum semen semel formatur, etiam ipsum in his, qui dolos struunt, hodie hæc deicitur cogitatio, cras rursus alia, & simul innumeræ malorum seminum deiectiones, & singulis diebus conceptiones, & partus dolores perimentes, quæ ea parit, cogitationem. Non enim talis hic partus qualis in mulieribus, sed potius ut in viperis vterum discerpunt, & latera dilaniantes fœtus procedunt. Ita in fraudibus, & iniustitia inexplicabilis, quem improbi sustinent dolor est, & molestia.

Peccati damna.

113. IEREMIA 31. *versu 30.* Omnis homo qui comedet, irit vnam acerbam, obstupescunt dentes eius. HIERON. *lib. 6. Comment. in Ierem.* Peccata sunt vna acerbata, ut comedentium dentes obstupescant, ut non possint eius suauitatem sentire, de quo dicitur, [Gustate, & videte, quoniam ego sum Dominus.] AVEVST. *in Psal. 48.* Sicut vna acerbata dentibus vexatio est, & fumus oculis: ita iniquitas ventibus ea. Quomodo qui manducaret ore corporis vvas acerbata, & obstupescunt dentes eius, est minus idoneus ad manducandum panem, & remanet illi laudare, quod videt & manducare non posse. Sic qui iniquitate vsus est, & partus peccatis in corde, incipit non posse manducare panem, laudat verbum Dei, & non facit. Vnde hoc facit? Quia eum cœperit facere, laborat, quomodo sentimus laborare dentes post vvas acerbata, cum cœperimus manducare panem. Sed quid faciunt illi quibus obstupescunt

runt dentes? Temperant se aliquantulum ab vuis acerbis, & redeunt dentes ad stabilitatem suam, & incidunt panem. Sic & nos laudamus iustitiam, sed si volumus manducare iustitiam, temperemus nos ab iniquitatibus, & nascetur in corde non solum delectatio laudandi iustitiam, sed etiam facultas manducandi.

Quomodo peccatum originale transfundatur.

114. AVEVST. *lib. de Baptismo parvulorum.* Quomodo præputi per circumcisionem aufertur, manet tamen in eo quem genuerunt circumcisi. Quomodo etiam palea, quæ opere humano tanta diligentia separatur, manet tamen in fructu, qui de purgato nascitur tritico. Ita peccatum quod in parentibus per baptismum est ablatum, manet in eis quos genuerunt. IDEM, *lib. de nuptiis, & concupiscentiâ, cap. 29.* Hæc inuisibilia in fidelibus incredibilia, sed tamen vera ut haberent aliquod visibile exemplum. Hoc in quibusdam arbutis diuina prouidentia procurauit. Cur enim non credamus propter hoc esse institutum, ut ex oliua nascatur oleaster? An credendum non est in aliqua re quæ creata est ad vsus hominum creatorem prouidisse & instituisse, quod ad generis humani valeret exemplum? Mirum est ergo quemadmodum à peccati vinculo per gratiam liberati, gignant tamen eodem vinculo astrictos, quos eodem modo oporteat liberari. Fatemur, mirum est, sed quod lateant fœtus oleastrorum in seminibus olearum, quando & hoc crederetur nisi experientia probaretur. Proinde sicut gignitur ex oleatri semine oleaster, cum inter oleastrum, & oliuam plurimum distet: ita gignitur, & de carne peccatoris, & de carne iusti vtrique peccator: quamuis inter peccatorem, & iustum plurimum distet. IDEM *Ibid. cap. 34.* Illo magno peccato primi hominis, natura ibi nostra in deterius commutata, non solum facta est peccatrix, verum etiam genuit peccatores, & tum ipse languor, quo bene viuendi virtus perit, non est vtrique natura, sed vitium; sicut cere mala in corpore valetudo non est vlla substantia vel natura, sed vitium; & licet nō semper, tamen plerumque malè valetudines parentum ingenerantur quodammodo, & apparent in corporibus filiorum.

Multa peccata venialia vitanda.

115. AVEVST. *Epist. 118. ad Seleucianum.* Illa dimitti volumus nobis peccata, quæ humanæ fragilitati, quamuis parua, tamen crebra subrepit, quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos granabunt, & opprimunt, sicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, vtrum vno fluctu grandinauis operiatur, & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta atque contempta, impleat nauem atque submergat? *Et tract. 10. in Ioan.* Minutæ sunt guttæ quæ flumina implent, minuta sunt grana arenæ. Sed si multa arena imponatur, premit, & opprimit. Hoc facit sentina neglecta, quod facit fluctus irruens. Paulatim per sentinam intrat, sed diu intrando & non exhauriendo mergit nauem. Quid est autem exhaurire, nisi bonis operibus agere, ut non obruant peccata, gemendo, ieiunando, tribuendo, ignoscendo? IDEM, *lib. de 10. chordis, c. 11.* Noli peccata contemnere, quia minuta sunt, sed tunc quia plura sunt; attendite fratres mei; minuta sunt, non sunt magna. Non est bestia quasi leo, ut vno morsu guttur frangat, sed bestia plerumque minuta multæ necant, ut si proficiatur quisque in locum pulicibus plenum, &c. *Hæc ille.* Quæ quidem sanè intelligenda sunt: Non quod plura peccata venialia, vnum efficiant mortale, vel sufficiant ad mortem animæ, sed quod disponant, ut admittatur peccatum mortale, &c.

Peccata crescunt, nisi emendentur.

117.

CHRYSOST. *hom. 22. ad pop. Antiochenum.* Anima quæ semel peccatum gustauit, & neque dolore, nec pœnitentia eius tangitur, negligentia sua facit, ut semper morbi crescat accessio, & quemadmodum in materiam recentem cadens scintilla, statim taetani accendit, neque subsistit, donec quod reliquum est pascatur, & quanto plura comprehendit flamma, tanto maiores vires ad consumenda alia concipit, capiturque edacitate lignorum, quæ consumuntur, si quid reliquum quod & ipsum consumendum, & iterum alia consumi semper fortius se armante incendiario. Sic & natura peccati ubi cogitationes animi inuaserit, & nemo est qui malum extinguat, procedens ulterius peior semper fit, magisque ac magis indomita: & idè posteriora peccata feruè prioribus sunt grauiora. Accedit ad hæc, quod omnia posterioribus peccatis ad maiorem semper desipientiam, & inconsiderationem vergit, viribusque destituitur. In hunc modum plurimum, quia priorem flammam non restrinxerunt, in omne peccatorum genus incidere.

Qualiter baptismus tollit peccata, vide Baptismus, num. 6. 17. &c.

POENITENTIA.

Serò per pœnitentiam erubescimus. 1.
Pœnitentia primorum parentum. 2.
Per pœnitentiam saluamur. 3.
Pœnitentia tempestiua. 4. 18. 68. 69. 71.
Sub hac conditione nisi pœnitentia agatur intelliguntur omnes comminationes scriptura. 5. 29.
Deus qualiter dicatur pœnitere. 6.
Deus sufficiens spatium pœnitendi concedit. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
Pœnitentie necessitas. 13. 17. 26. 27. 30. 33. 35. 40. 43. 45. 48. 52. 56. 70. 76. 89. 97.
Per pœnitentiam peccata remittuntur. 14. 21. 24. 25. 34. 44. 63. 84. 99. 103. 105.
Pœnitentiam Diabolus auferre conatur. 15.
Pœnitentie tres partes. 16. 24. 53. 72. 80. 85.
Non est pœnitentia dum peccatum regnat. 19.
Pœnitentia festina. 20. 22. 28. 46. 71. 83. 102.
Pœnitentie dolor, gaudium operatur. 23.
Perfectè pœnitentes, innocentium meritis coaquantur. 31. 37.
Pœnitentia in articulo mortis. 32.
Loco exterioris pœnitentiae qua petantur à Deo pro debilibus. 36.
Innocentiae puritas prestantior quam pœnitentia. 37.
Pœnitentia confusio. 38.
Satisfactio pœnitentiae debet esse copiosa. 39. 86.
Pœnitentia etiam est medicina preseruatiua. 39.
Ad pœnitentiam allicit Deus peccatores. 41.
Pœnitentia gaudium in celo causat etiam Deo. 42. 82.
Pœnitentes non abiiciendi. 47.
In pœnitentia perseuerandum. 49. 95.
Pœnitentia à Deo insperata, & adiuta. 50. 87.
Verè pœnitentia exemplum. 51. 57. 59.

Pœnitentia virtus & efficacia. 54. 64. 65. 66. 72. 77.
Pœnitentia ficta Saulis. 55. & Antiochi. 79.
Pœnitentia dolor debet esse maximus. 58.
De proposito non peccandi. 60.
Pœnitentia Achab an fuerit vera? 61.
Pœnitentia Salomonis. 62.
Pœnitentia remedium difficilium. 65. 67.
Deus pœnitentiam requirit à nobis. 73. 74. 87.
Pœnitentia exterior. 75.
Quæ sit vera, quæ verò falsa pœnitentia. 78.
Verè pœnitentium affectus. 81.
De contritionis unguento. 82.
Satisfactio pœnitentis debet esse equalis iniuria. 86. 90.
Pœnitentia medicina amplectenda. 88.
Pœnitentes obliuisci debent oblectamenta. 91.
Per pœnitentiam spina peccatorum sunt euellenda. 92.
De pœnitentiae efficacia. 93.
Contra impœnitentes. 94. 101.
De examine ante pœnitentiam. 96.
De pœnitentiae laudibus. 98. 100.
Post pœnitentiam bene operandum. 104.
Ad pœnitentiam Dei misericordia prouocat, vide Deus, num. 61. 62. & Confessio, num. 20.

Serò per pœnitentiam erubescimus.

GENES. 3. *Cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem abscondit se, &c.* AMBROS. Peccator fugit à Deo, non quo Dei posse latere conspectum, sed intra conscientiam suam latere cupiens opera sua lucere non vult. Quid autem est ad vesperam, nisi ut ostendat, quod culpam suam serò cognoscit, & serò venit quædam erroris præteriti verecundia quæ errorè præuenire debuerat. Nam dum culpa feruet in corpore, & anima exagitur corporis passionibus, non cogitat Deum sensus errantis, hoc est, non audit Deum ambulantem in mentibus singulorum. Dicit enim Deus, [Quoniam inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum Deus.] *Leuit. 26.* RVPERT. Abscondendo se protoplasti nostri, uterque de Deo malè sentit, & sibi insipienter prouidit, tanquam infidelis & tanquam impœnitens. Infidelis quia malè de oculis Domini omnia videntis sentiens abscondit se: Impœnitens verò, quia non solum iniquitatem suam non annunciauit, & nõ solum oratio eius Deum non præuenit, sed audita voce eius adhuc latere voluit: imò & præueniente Deo seipsum defendendo Deum inculcauit. E contra fidelis homo dicit, [Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? &c.] Et ut verè pœnitens alio in loco dicit: [Quoniam iniquitatem meam annunciaui, & cogitabo pro peccato meo.] & item, [Et ego ad te Domine clamabo, & mandè oratio mea præueniet te.] Hæ voces noui hominis sunt, verus verò homo alio longè sensu se abscondit, & excusat.

Pœnitentia Eua, & Adæ.

GENES. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem.* HUGO DE S. VICT. Hic innuitur, quod Eua respiciens pœnitentiam egerit, vnde Diabolus doluit, quasi dicat, tu gaudebas modo, quia mulierè deieceras, sed frustra; quia victus eris à muliere. Sequitur; *Ne forè mutet manum suam & sumat de ligno vite & comedat, & vivat in æternum: Emisit cum Deus de paradiso.*

paradiso. ISIDORVS. Licet vetitum est lignum materiale vitæ, non autem spirituale. Possumusque modo manum porrigere ad arborem vitæ, id est Christum, & vivere in æternum. Manus autem porrectio significat crucem, vel cruciatum pœnitentiæ per quem vita æterna recuperatur. *Emisitq; eum de paradiso.* HIERONYM. Septuaginta addunt, [Et habitare fecit contra paradysum voluptatis.] AVGVST. Contra paradysum, quo beata vita spiritualiter significatur, habitat peccator: quia scilicet in miseria maxima. CHRYSOST. Contra paradysum illum habitare faciebat, ut iugem dolorem haberet, quotidie cogitans; vnde exciderit, & in quem statum se coniecerit: & quamvis grauissimi doloris spectaculum erat, est tamen magnæ utilitatis occasio, ut dolens continuo aspectu munitior, & cautior esset in aliis ne iterum in ea peccata incideret. Aduerte obsecro, quod Dominus noster in singulis operibus misericordiae argumentum ostendit, & singulæ pœnarum species, misericordiae plenæ sunt.

Per pœnitentiam saluamur.

GENES. 3. *Et collocavit ante paradysum voluptatis Cherubim, & flammam gladium, atque veritalem.* ISIDOR. Qui ad Deum conueritur per flammam fræcem veritalem, id est, per tribulationes temporales vrentes peccata sua, agnoscendo, & gemendo (temporalia enim volubilia sunt, & transitoria) & per Cherubim, id est, per plenitudinem scientiæ, quod est charitas peruenit ad arborem vitæ Christum, & vivit in æternum. Nemo enim potest illuc peruenire nisi per has duas res, iuxta illud [Per multas tribulationes oportet nos introire in regnũ Dei,] & [plenitudo legis est dilectio.] Si quem igitur in paradysum reditus desiderium cœperit, per hæc prope-modum manu ducitur.

Pœnitentia tempestiua.

GENES. 4. *Dixitq; Cain, Maior est iniquitas mea, &c.* CHRYSOST. Sufficiens confessio Cain, sed intempestiua. Pœnitentia enim priusquam pœna inferatur tempus habet, & in stabilem vim. Oportebat eum cum interrogaretur à Domino, ubi est Abel frater tuus, confiteri peccatum, & prodeire, & orare, & veniam petere: tunc autem medicinam reiecit, & tunc post sententiam, post finem, post omnia, postquam clara voce accusatus à sanguine terra iacentis confitetur: vnde nihil lucris inde fieri. Vnde *Proverb. 18.* [Iustus sui ipsius est accusator, in principio sermonis.] Cain si præuenisset Domini reprehensionem, omnino misericordiam consecutus fuisset, propter immensam Domini benignitatem: nullum est enim peccatum quantumcumque graue sit, quod illius misericordiam vincat, modo tempore debito pœnitentiam agamus, & veniam petamus. Proinde obsecro, cum adhuc efficax est mirificum hoc pharmacum, cum adhuc sumus in presenti vita, pœnitentiæ medicamen non aspernamur, sed fructus inde percipiamus, scientes liquidò quod nihil nobis proderit pœnitentia, cum solutum fuerit spectaculum, & tempus certaminum ablatum: imò terribili illo die iudicii finito, & sententia data, vnusquisque impius ob peccata desperabit, sicut Cain, videns ante oculos terribilia illa tormenta, & inuitabiles pœnas, nullam inde habiturus utilitatem, tempore destitutus.

Sub hac conditione, nisi pœnitentia agatur, intelliguntur omnes comminationes.

GENES. 4. *Omnia qui occiderit Cain, septuplum punietur.* RVPERTVS. Id est, in æternum punietur.

Subaudi nisi pœnitentiam egerit. Quemadmodum dictum est. [Omnes qui acceperunt gladium gladio peribunt.] Videlicet illo quem metuens Dauid dicebat, [Qui redemisti Dauid seruum tuum, de gladio maligno eripe me.] Item illud [Anima quæ peccauerit ipsa morietur,] & in Euangelio. [Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis.] In omnibus vbicumque tale scriptum est subaudiri debet, nisi pœnitentiam egerit. Constat autem quod is qui occidit Cain, scilicet Lamech, pœnitentiam gessit, dixit enim [Occidi virum in vulnus meum, &c.] Proinde & multo aliter de pœna sua continuò pronunciauit dicens. [Septies vitio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septies.] Vide *expositionem, verbo Peccatum, num. 20.*

Pœnitentia Dei qualis.

GENES. 6. *Pœnitit me fecisse hominem.* HUGO DE S. VICTORE. Pœnitentia Dei non est mutatio intentionis à primo proposito, sed mutatio operis à proprio instituto. Sed quid quod dicitur, [Præcauens in futurum.] (Iam à bibliis correctis expuncta sunt hæc verba:) Nunquid Deus aliquando, ut faceret quæ facienda non erant? Sed sciendum quod cautela Dei non est præidentis circumspectio, sed subiectorum correctio. Namque malo faciendo tam cauet, qui terret, ne fiat, quam qui timet ne faciat. BERNARD. *Pœnitit me,* hoc est, pœna me tenet, mihi incumbit sustinere pœnam, pœnitentiam agere pro homine quem creauit: vnde, [Non potest hic calix transire nisi bibam illum.]

Deus sufficiens spatium pœnitentiæ agentis concedit.

GENES. 6. *Eruntque dies illius centum viginti annorum.* HIERON. Porro ne Deus videretur esse crudelis in hoc, quod peccantibus locum pœnitentiæ non dedisset adiecit. *Et erunt dies eorum centum viginti anni,* id est, habebunt ad agendam pœnitentiam centum viginti annos. Non autem (ut multi errant) humana vita contracta est in centum viginti annos. Si quidem inuenimus quod Abraham vixerit centum septuaginta quinque annis, & alij plus. Quia verò pœnitentiam agere contempserunt, noluit Deus tempus expectare decretum; sed viginti annorum spatium amputatis induxit diluuium anno centesimo agenda pœnitentiæ delinatio. LIPOMAN. In Chaldeo habetur, [Et terminus dabitur eis centum & viginti annorum, si fortè conuertantur.]

Idem.

GENES. 7. *Adhuc autem & post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* AMBROS. Quare post septem dies post ingressum Noè, & animalium in arcam? Quia totidem creauit mundum, & hoc indicio declarauit, se esse authorem mundi, atque diluuij. Mundum propter bonitatem suam condidit, diluuium fecit nostrorum merito delictorum. Secundò spatium dedit ad pœnitentiam tot dierum, quibus mundus est conditus, ut conditorem suum lachrymis, & præcationibus, & correctione morum reconciliarent, ut imminenti diluuij terrore suspensos ad veniam cogeret postulantem: magis enim volebat ignoscere quam punire. Hinc quoque Domini supra modum misericordis clementiam colligit. Multorum annorum offensio-nem à constitutione mundi, paucis diebus, si pœnitauisset eos, voluit relaxare; est enim Deus peccati immemor, virtutis remunerator. Sicuti ipse ait *Isai. 43.* Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me, & memor non ero, &c.] Expectauit ergo, & septimo

septimo die ipso quo ab operatione requieuit, vt si venia posceretur, & sequeretur correctio, & ipse ab indignatione requiesceret.

Idem.

9. **I**BID. CHRYSOST. Et alios septem dies prædicat, volens metu emendatioribus reddere, & ad pœnitentiam reducere. Nam ideo prædicat, vt ea quæ dicit super eos non inducat. Ipsi autem nec sic à malitia cessarunt. Consecuimus quidem negligentiores esse, si incerti sumus quando futura punitio. At si punitio vicini sit, tunc conuertimur & humiliamur, id quod & Niniuitis contigit, qui vbi audierunt quod [adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur, icinauerunt, & induti sunt fassis, &c.] Non sic isti, sed post numerum tot annorum, vbi audierunt quod adhuc septem dies, & diluuium inducitur, nec sic conuersi sunt. Ecce & hi, & illi homines fuerunt, & eiusdem naturæ, sed non eiusdem voluntatis, propterea nec idem eorum euentus. Niniuiæ enim subuersionem subterfugerunt: isti autem submersi in communi abolitione perierunt. Ex quo constat, quod voluntas nostra, malorum omnium causa est. Item. Poterat quidem Deus vno die, imò vno momento totam pluuiam inducere, sed dedit opera dicit duraturam pluuiam quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vt timorem incutiat, & simul occasionem præstet qua possent pœnitentiam quæ in foribus erat effugere. Sequitur: *Et delebo omnem substantiam, quam feci de superficie terra.* INTERL. Sæpe malorum nequitiam increpando replicat, & mala ventura denuntiat, vt vel sic ad pœnitentiam moueat. CHRYSOST. Semel & iterum prædicat, & neque sic sibi supplicatur, vt intelligamus quod iuste eis tantam pœnitentiam infligerit.

Idem.

10. **G**ENES. 7. *Eratque sexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerunt.* RVPERTVS. Ex hoc colligitur centum annos expectauisse eos Deum ad pœnitentiam. Nam quingentorum annorum erat Noë, quando ei iussit Deus, vt faceret arcam. Vnde Petrus 1. capit. 3. [Qui increduli fuerunt aliquando in diebus Noë, cum fabricaretur arca.] Prædicabat enim illis ipsa publica arcæ fabricatura. CHRYSOST. Sed quare Deus tempus abbreviauit illis? Dixerat enim, [centum viginti annis erunt dies illorum.] Etiam hoc suæ misericordiæ maximum est argumentum: propterea enim illis succidit tempus, ne maiori pœnitentia se obnoxios facerent. Illi autem secundum duritiam suam, & impœnitens cor thesaurizauerunt sibi iram in die iræ, diuitias diuinitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnentes.

Idem.

11. **I**BID. *Et facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* CHRYSOST. Si voluisset, potuisset omnia in vno momento perdere diluuium, sed pro sua misericordia tanta dierum productione vsus est, vt etiam aliqui ex castigatis generalem hanc internecionem effugere possent, cum ante oculos viderent proximos suos perire, & imminere sibi communem interitum: verisimile enim est primo die bonam aliquam partem diluuii perisisse, & secundo die accreuisse, & similiter tertio, & quarto, & reliquis. Sed nullus conuersus est, ita vt diluuium fugeret, quamuis aliqui per contritionem ab inferni tormentis liberati fuerunt.

Idem.

12. **G**ENES. 15. *Nec dum completa sunt iniquitates Amorrhæorum, vsque ad presens tempus.* GRE-

GOR. *Hom. 11. super Ezechiel.* Misericors Deus tempus nobis ad pœnitentiam relaxat, sed cum eius gratiæ patientiam, nos ad augmentum vertimus culpæ, tunc ipsum tempus, quod ad parcendum piè dispositum, districtius ad feriendum vertit. Vnde scriptum est. [Ignoras quoniam benignitas Dei, ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.] Quia scilicet, dum ad pœnitendum tempus accipitur, ad peccandum exhibetur. Tunc enim ipsum remedium gratiæ, vertit in augmentum culpæ, & quia homo non vult deserre malum vt viuat, auget vnde moriatur. Bene ergo dicitur: *nec dum completa sunt iniquitates Amorrhæorum.*

Pœnitentia necessitas.

13. **G**ENES. 18. *Fac subcinericeos panes.* INTERL. & RABANVS. Subcinericeos panes fieri iubetur: quia fideles per pœnitentiam delictorum Spiritus sancti calore decocti, esca Deo acceptabilis efficiuntur. Et ca. 24. *Profectusque, scilicet Eliezer, perrexit in Mesopotamiam.* AMBROS. In Mesopotamia inuenitur sponsa Isaac, id est, Christi Ecclesia. Quia duobus stipatur fluminibus, lauacro gratiæ, & fletu pœnitentiæ. Etenim nisi peccata propria desceueris, nisi gratiam baptismatis acceperis, non tibi acquiritur Ecclesiæ fides, & quædam coniugalis copula. Et cap. 27. *Statimque vt sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait, ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni.* RVPERTVS. Vestimenta hæc Iacob significant primam stolam quam habemus in lauacro, & calcamenta pedum, quæ sunt antiquorum exempla sanctorum, & annulus, id est, fidei signaculum, cæteræque virtutes, & orationes pœnitentium, quæ magni, & suauissimi odoris sunt, talibus delectatus benedictionis author ait: *Ecce odor filij mei, &c.*

Per pœnitentiam peccata remittuntur.

14. **G**ENES. 31. *Rachel abscondit idola subter stramentum cameli, & sediu desuper.* GREGOR. 30. *Moral. cap. 31.* Idola quæ apud Iacob Laban non inuenit, ea Rachel sedendo cooperuit. Quia sancta Ecclesia Christum sequens terrenæ concupiscentiæ vitia per humilitatem pœnitentiæ texit. De hac cooperatione vitiorum dicitur *Psal. 31.* [Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.] Nos igitur Rachel illa significabat, qui idola sedendo premimus, si culpas auaritiæ pœnitendo damnamus. Sedere est humilitatem pœnitentiæ appetere, sicut dicitur *Psal. 126.* [Surgite postquam sederitis, &c.]

Pœnitentiam Diabolus auferre conatur.

15. **G**ENES. 34. *Tristemque blanditiis delinuit.* GREGOR. 3. *p. Pastor. cap. 30.* Quia cum mens à culpa respicit, ad se ducitur, atque admissum flere conatur: corruptor autem spes, ac securitates vacuas, ante oculos reuocat, quatenus vtilitatem tristitiæ subtrahat, rectè adiungitur, *tristemque blanditiis delinuit.* Modo enim aliorum facta grauiora; modo nihil esse quod perpetratum est; modo misericordem Deum loquitur: modo tempus adhuc subsequens ad pœnitentiam pollicetur, vt dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione pœnitentiæ suspendatur, quatenus tunc bona nulla percipiat, quam nunc mala nulla contristant, & tunc plenius obruatur supplicij, quæ nunc etiam gaudet in delictis.

Pœnitentia tres partes.

16. **G**ENES. 34. *Ecce die tertio quando grauissimus vulnerum dolor erat, &c.* STEPHAN. Dies hæc

hæc tertia, est satisfactio bonorum operum, quæ tepidis, sunt grauissima, & in amaritudine mentis faciunt ea, cum potius satisfacere in exultatione mentis deberent. Vnde oliua radicem, & folia habet amara; fructum verò dulcem. Oliua est pœnitentia, radix contritio, folia confessio, quæ in amaritudine cordis fieri debet, fructus autem satisfactionis in hilaritate dulcedinis degustandus est.

Pœnitentia necessitas.

17. **G**ENES. 38. *Ille scilicet Onam secundus Iudæ filius, sciens non sibi nasci filios, introiens ad uxorem fratris sui, scilicet Thamar, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Idcirco percussit eum Dominus.* RVPERTVS. Thamar quod interpretatur amaritudo, pœnitentiam significat quæ omni homini necessaria post peccatum Adæ est. Hæc autem, & Onam, qui uxorem Thamar ducere iussi sunt, & filios ex ea non genuerunt, sed mortui sunt propter suam nequitiam, eos, qui ante legem, & sub lege fuerunt significat, qui pœnitentiam agere iussi neglexerunt, imò & expectatione Dei nequiter abusi, tempora pœnitentiæ perdidierunt.

Pœnitentia intempestiua.

18. **G**ENES. 41. *Tunc domum remisitens pincernarum magister, ait, confiteor peccatum meum, &c.* AMBROS. Sera quidem ista est, sed vitam vtra confessio. Post peccatum factum, quod ante peccatum cauere debuerat. Obtusas enim aures habebat: factu potentia, & vini ebrius, non audiebat verba sobrietatis.

Non est pœnitentia dum peccatum regnat.

19. **E**XOD. 2. *Mortuus est rex Aegypti, & ingemiscens filij Israël propter opera, vociferati sunt.* GLOSSA ORDIN. Sed & in te nisi moriatur rex Aegypti, non cognosces te opprimi seruitute Aegypti, & operibus luti, & lateris, nec corde ingemiscas, nec vociferaberis ad Dominum vt liberet te. RVPERTVS. Quamdiu enim regnat peccatum in mortali nostro corpore, non ingemiscit animus, nec ad Dominum vociferatur, sed libens, & seruitutis pessimæ laborem, vel contraria onera sentiens subigitur operibus duris luti, & lateris, gemit quidem vtcumque sub onere, & suspirat, interdum etiam plorat, sed differt vtrum quis gemendo, & plorando lurum lauet, an luti operibus abiectis, melius propositum arripiat, & pro auxilio Dei fortiter in caelum clamet.

Pœnitentia festina.

20. **Q**UOD pœnitentia debeat esse festina. Vide Peccatores, numero 51. EX AVGVSTINO.

Per pœnitentiam peccata remittuntur.

21. **E**XOD. 6. *Ego audiui gemitum filiorum Israël, &c. & recordatus sum pacti mei.* BEDA. Tanta est coniunctio, & vnio orationis cum fœdere, vt facta oratione & effuso gemitu coram Deo, ipse recorderet fœderis, quod habet cum creaturis, parcendi videlicet, redimendi, saluandi, & remunerandi. Nam licet homo fœdus pro peccatum frerit, tamen si pœnitentia ductus ad eum reuertatur, omnium peccatorum oblitus ipse Deus, fœderisque sui recordatus dolentem, & orantem saluat, sicut ipse per Ezechielem aperte testatur.

Pœnitentia festina.

22. **E**XOD. 8. *Ait Moyses Pharaoni, constitue mihi quando deprecet, &c. qui respondit, cras.* AMBROS.

Lib. de Cain, & Abel cap. 9. Pharaon, qui opinionibus vanis, & inanibus studium impendebat suum ranis repleta Aegypto reddentibus inanem sonum, & strepitum vatum dicenti Moyli, [Constitue mihi quando pro te orem, vt exterminet Dominus ranas,] cum debuisset in tanta positus necessitate rogare vt iam oraret, nec differret, respondit, crastina die otiosus, & negligens moræ pœnitentiam Aegypti soluturus excidio.

Pœnitentia dolor, gaudium operatur.

23. **E**XOD. 14. *Cumque appropinquasset Pharaon, leuantes filij Israël oculos, viderunt Aegyptios post se, & immiserunt valde.* RABANVS. Iuxta altiore sensum, [Tunc leuantes filij Israël oculos viderunt Aegyptios post se,] quando auditotes Euangelij præcedentis columnæ iam illuminatos oculos cordis habentes respiciunt præteritos errores, in quibus fuerunt, & conferentes veritati, quam nouo nuncio audierunt, valde admirati, & commoti sunt, tremor apprehendit eos. Verum ibi dolores, vt parturientis, id est, dolores non vani, sed fructum afferentes gaudij sempiterni. Quemadmodum parturiens postquam peperit, dolorum vel pressuræ suæ iam non meminit, propter gaudium nati hominis.

Pœnitentia tres partes.

24. **E**XOD. 19. *Sanctifica illos hodie & cras, lauantesque vestimenta sua, & sint parati in diem tertium.* RVPERTVS. Iam hic triduanam satisfactionem indicit hominibus, vnde triduanæ pœnitentiæ vel afflictionis autoritas deinceps peccatoribus sanciretur. Lauare autem oportet per pœnitentiam, animæ vestimenta, id est, membra corruptibilia de quibus ait sanctus Iob cap. 9. [Et abominabuntur me vestimenta mea,] id est, abominabilem reddent me membra corruptibilia; de his lauandis, siue non inquinandis alibi scriptum est, [Beatus qui custodit vestimenta, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.] Item. [Omni tempore vestimenta tua sint candida, & oleum de capite, (id est, charitas de cordero) non deficiat.] *Ecclesiast. 9.*

Idem.

25. **E**XOD. 20. *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, & zelosus.* ORIGEN. Hæc qui loquitur zelans est, & zelo commotus hæc dicit. Non enim patitur animam cuius ipse vel sponsus vel vir appellatur, cum demonibus ludere, scortari cum immundis spiritibus, cum vitis, & immunditiis volutari. Quod si forte aliquando eueniat infœliciter saltem, vt conuertatur, & redeat, & pœniteat miseratus expectat. Nouum enim hoc bonitatis eius est genus, vt etiam post adulterium, reuertentem tamen ex toto corde pœnitentem suscipiat animam. Sicut & ipse per prophetam dicit: nunquid mulier si exierit à viro, & dormierit cum alio viro, reuertetur ad virum suum? Nonne contaminatione contaminabitur? [Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, & reuertebaris ad me.] & alibi. [Et posteaquam fornicata es in omnibus his, dixi, reuertere ad me, & nec sic reuera es dicit Dominus.] Hic ergo Deus zelans si requirit, & desiderat animam tuam adherere sibi, si te feruat à peccato, si corripit, si castigat, si indignatur, si irascitur, & velut zelotypia quadam erga te vitur, spem sibi esse salutis agnosce, &c. Vide *zelotypia*, numero 3. & ORIGEN.

Pœnitentia vigor necessarius.

25. **E**XOD. 23. *Non coques hædum in lacte matris, D.* ETHOM. 12. *quest. 102. art. 6. ad 4.* Figuralis ratio huius

huius prohibitionis est; quod hædus, id est, peccator non est coquendus in lacte matris, id est, non est blanditiis deliniendus. RABANVS. Peccator non est purgandus mediocribus, tenerrimisque Ecclesiæ disciplinis, sed austerioribus præceptis, eius sunt coquenda peccata, cuius magna sunt crimina, ut qui per lasciuie blandimenta se perdidit, fortiori disciplina se redimat.

Pœnitentia necessitas.

27. **EXOD. 28.** *Portabit Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filij Israël.* RABANVS. Neque sanguis Christi expiat omnes, neque fides sola sufficit, ut tater eos quos expiat numeremur, nisi sanguinis Christi utilitatem congruæ pœnitentiæ satisfactione mereamur. Vnde scriptum est. *Portabit Aaron iniquitates eorum.* &c. Aaron quippe, noster Dominus Iesus eas tantum fidelium iniquitates portat, & passionis suæ supplicio expiat, quorum confessionem Deo obtulerint, & sanctificauerint eas, hoc est, digna emendatione correxerint.

Pœnitentia festina.

28. **EXOD. 29.** *Quod si remanserit de carnibus consecratis, sine de panibus usque mane, combures reliquias igni, &c.* LIPOMANVS. Nihil in crastinum referuandum præcipit, ut indicet non esse differendam pœnitentiam usque in futurum sæculum, sed hodie hodie, dum dies huius sæculi & reuelati Evangelij illucescit, agendam esse pœnitentiam, ut habeamus remissionem peccatorum. In futuro enim sæculo non erit reliqua hostia pro peccatis, sed iusta factorum retributio.

Sub hac conditione, nisi pœnitentia agatur, intelliguntur comminationes.

29. **EXOD. 32.** *Placatusque est Dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum.* HIBRON. *In Dani. cap. 5.* Si Dominus iam decreuerat perdere populum Israël, quomodo dicitur [quod pœnitit eum super malum? &c.] Num ut homo Deus, qui in horas consilium mutet? Hoc facile soluitur Ezechie regis exemplo, quem Isaias dixit esse moicurum; & Niniitarum, quibus dictum est. [Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur.] Et tamen ad preces Ezechie, & Niniue; Dei sententia commutata est, non vanitate iudicij, sed eorum conuersione, qui meruere indulgentiam. Vnde *Ieremia* 18. loquitur Deus, se mala minari super gentem, & si bona fecerit, minas clementia commutare. Rursum bona agenti se assere polliceri, & si mala fecerit, dicit se suam mutare sententiam, non in homines, sed in opera quæ mutata sunt. Neque enim Deus hominibus, sed vitis irascitur, quæ cum in homine non fuerint, nequaquam punit, quod mutatum est. Vide, *Tribulatio*, num. 10. ex *Chryso.*

Pœnitentia necessitas.

30. **EXOD. 33.** *Luxit populus, & nullus ex more induit eum cultu suo.* LIPOMANVS. Septuaginta habent. [Desseueruntque in lagubribus,] scilicet vestibus. *Quod ut oratio iuste proferat peccatori, necessaria sit pœnitentia, & conuersio eiusdem.* Vide, *Oratio*, num. 48. ex *CHRYSOST.* Sequitur infra. *Iam nunc deponite ornata iuniorum, ut sciam quid faciam tibi.* LIPOMANVS. Septuaginta ita legunt. [Nunc igitur deponite vestes gloriarum vestrarum, & ornatum, & ostendam tibi quid faciam tibi.] Chaldaica. [Et nunc aufer ornatum cultus tui à te, notum enim est coram me, quod

facturus sum tibi.] Quem quidem vestium cultum cum iam deposuissent, videri potest hic quædam esse præmissæ depositionis approbatio. Sunt qui dicant ornatum istum coronas quasdam fuisse, quibus principes populi in datione legis, capita sua coronaue- runt, in signum lætitiæ, & exultationis, quod spiritualiter à sponso cælesti Deo desponsabantur, quas iussi sunt à suis remouere capitibus: quia ad idololatriam corruerant. Deponere igitur ornatum lætitiæ iubet, in signum animi resipiscantis, & dolentis de peccato admisso, & sciam, inquit, siue videbo vel notum faciam, quid tibi: more siquidem irati ducis loquitur, qui posteaquam ponere arma milites iusserit, decernit quid eis pœnæ infligat. RABANVS. Hoc iuxta historiam lectorem ædificat, quia videlicet, nisi ambulet peccator demisso capite, nondum se scire fatetur Deus quid ei faciat. Nullam enim habet materiam struendæ misericordiæ, nisi ambitio vel habitus pœnitentiæ præcedat.

Perfecte pœnitentes innocentium meritis coquantur.

LEVIT. 4. *Cumque immolauerit eum, scilicet caprum, in loco ubi solet mactari, holocaustum coram Domino, quia pro peccato est, &c.* RABANVS. Scripturæ sanctæ intentio est, peccatoribus si conuer- ti voluerint spei fiduciam reformare. Vnde etiam lex hircum qui pro peccato offeritur in loco holocausti immolandum decreuit, ut scilicet peccatores, si dignos pœnitentiæ fructus attulerint, eundem cum iis, qui perfectionis iter ab initio gradiuntur, meriti gradum adepturos se esse confidant. Vnde in Ezechiele porta ad Aquilonem ea omnia, quæ porta ad Orientem habet, perhibetur habere. Omnes enim qui ab vtero in innocentia perliterint, portam ad Orientem habent: quia eis regni cælestis aditus à lumine quod acceperunt patet, & omnes qui in peccatis postmodum lapsi, torporis sui frigore sunt depressi, si per pœnitentiam redeant, portam ad Aquilonem habent, quia eis etiam post peccati sui frigora regni aditus per misericordiam patet.

Pœnitentia in articulo mortis.

AVGVST. *In quodam sermone.* Agens pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatur, securus hinc exeat, ego securus non sum. Nunquid dico damnabitur? Non dico. Sed non liberabitur. Vis te à dubio liberare? Age pœnitentiam dum sanus es.

Pœnitentia necessitas.

LEVIT. 6. *Si de sanguine illius, vestis fuerit aspersa.* GLOSSA ORD. Id est, de substantia carnis peccati fuerit maculata. Vnde *Isai. 9.* [Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & citus ignis,] scilicet infernalis. *Lauabitur in loco sancto.* Id est, spem habebit in baptismo, qui non solum præterita abluat, sed instruit, ut de futuris pœnitere possit. **INTERL. EX ORIGEN.** Sicut enim vita carnis sanguis est, ita pœnitentiæ vis baptismus est, sine quo pœnitentia non prodest: *vas autem fictile in quo collecta est, confringetur.* GLOSSA ORD. Infirmus scilicet & imbecillus, qui peracta pœnitentia relabitur ad peccata, hic confringendus est terrore iudicij. **INTERL.** In magna domo sunt lignea, & fictilia vasa scilicet peccatores. Vnde [tamquam vas fictile confringes eos.] *Quod si vas æneum fuerit, confringatur, & lauabitur aqua.* **INTERL.** Id est, si solidus, & fortis, qui non redit ad peccata, hic fricatur, id est, Spiritus sancti calore inflammatur, non frangitur, quia videns alium pœnitentem, mouetur ad compunctionem,

punctionem, sed lauabitur aqua, lachrymarum compunctione. **OLEASTER.** Mirabile est odium quo Deus peccata prosequitur, in quo nos docet tergere in nobis quicquid reliquiarum peccati nobis adhæsit. Nota etiam quam viscosa res sit peccatum, ut nullo modo à vase luteo possit defricari, sed opus sit vas confringere. Considera te non esse vas æneum (nunquid caro mea ænea est; dicebat Iob) sed luteum; & ita oportet te confricari pœnitentia quamdiu viuus, vsque quo in morte frangaris.

Pœnitentia mundandi sumus.

34. **IBID. GALFRIDVS.** Vasa nostra sunt corpus, & anima, in quibus quasi in duobus vas, carnes sacrificij coquimus, & inhæret sanguis peccati. Vnum conteritur, alterum confricatur. Quia corpus exercitio pœnitentiæ frangitur, anima quasi quadam spiritualis exercitij lima clarificatur, & lauacro castitatis, & charitatis operatione. Quia Deus non dat sanctum carnibus, nec ante porcos proicit margaritas. Qui sunt autem canes, nisi qui se inuicem mordent, & comedunt, ut ab inuicem consumantur? Qui verò porci, nisi qui cæno libidinis volutantur? Odibilis Deo maxime canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti.

Pœnitentia necessitas.

35. **LEVIT. 11.** *Omne quod habet pinnulas & squamas iam in mari, quam in fluminibus, & stagnis, comedatis, &c.* ISIDORVS. Aspera pro mundis habentur. Hispidi enim & hispidi, firmi & graues hominum mores approbantur. Qui sine his sunt, immundi dicuntur; quibus leues, & lubrici, infirmi, & effœminati mores adiiciuntur. *Hæc ille.* Laudat Christus pœnitentem Ioannem; & addit: [Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.] Ac si diceret, molles, & squamas pœnitentiæ non habentes, magis ad mundum pertinent quam ad me.

Quæ petantur à Deo, loco exterioris pœnitentiæ pro debilibus.

36. **LEVIT. 14.** *Quod si pauper est, & non potest manus leuis inuenire qua dicta sunt, sumet agnum pro delicto, &c.* GLOSSA ORD. Mirabiliter descendit & veniam tribuit paupertati. Congrua pauperi sacrificia præcipit, ne obstupescat si maiora viribus sacrificia exigantur. Ad spiritualia ergo horum occasione vocatur, ut lepram, malitiam, pœnitentiam emundationem intelligamus. Pœnitentiæ sunt opera necessaria, quæ valeant delere peccata. Vnde. [Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.] Sunt autem plures, qui non possunt soluere, quod exigit districtio pœnitentiæ. Exigit enim orationem assiduam, eleemosynas, vigiliis, sacrum ieiunium. Ignoscit ergo his, qui volunt, & non possunt, & aliam viam pœnitentiæ, id est, alia sacrificiorum genera exquirat. Ait enim *quod si pauper est.* **INTERL.** Debilis corpore vel animo, & non potest. **INTERL.** Cum velit, quia senex vel infirmus, inuenire. **INTERL.** Sacrificia districtæ pœnitentiæ apta sumet agnum pro delicto ad oblationem. **INTERL.** Oportet enim pœnitentem ante omnia benignum esse. *duosque iureiures, continentiam scilicet duplicem & corporis, & animæ.*

sine duos pullos columba. **INTERL.** Legis meditatio- nem. Hæc & corpus, & animam à terrenis retrahunt operibus, sicut ea quæ in districta pœnitentia aguntur. Vnde pro illis inducuntur.

Innocentiæ puritas præstantior quam pœnitentia.

NUMER. 9. *Homo qui fuerit immundus super anima sine in via procul in gente vestra faciat Phasem Domino mense secundo.* PETERVS DAMIANVS. Primus mensis, tempus est primitiæ innocentie & status vitæ incorruptæ post baptismum, & ante lapsum. Secundus mensis tempus pœnitentiæ post lapsum. Hi per pœnitentiam reparati mense secundo phasem possunt celebrare, quia immundi fuerunt super anima propriis scdati peccatis, vel consensu alienæ iniquitatis, quasi contactu mortui contaminati, vel quia procul fuerunt in via quamuis in gente sua. & ut hæc ab inuicem discernantur, immundus super anima intelligi potest, qui graua iam commisit; at procul in via qui scelera committenda disponit. Hic immundus est in conscientia perpetrati delicti, ille procul in via est proposito, & desiderio peccandi, qui rectè dicitur in via esse, quia illuc mente pergat, quo per intentionem cordis tendit. Qui autem mundus est secundum antea vitam, & in via non est, ut deserat iustitiam, hic dignus est, primo mense celebrare Phasem. Dignior quippe est innocentie puritas, quam pœnitentiæ utilitas. Si quis igitur mundus est, & in itinere non est, & tamen non fecerit Phasem, exterminabitur anima illa de populis suis; quibus verbis ostenditur quanto periculo à bono negligatur, quod damnabiliter à malo vsurpatur.

Per pœnitentiam confundi debemus.

NUMER. 12. *Si pater eius expuisset in faciem illius, nonne debuisset saltem septem diebus rubore suffunditur?* **OLEASTER.** Sensus est. Si pater eius indignatus ex eius offensa eam abominaretur, & in faciem eius expueret, oportuisset eam suffundi; & saltem diebus septem eius præsentiam declinare. Sic nunc facere volo Mariam. & per patrem potes Deum, aut Moysen intelligere. Debet peccator faciem Dei vereri, postquam peccauit, nec se statim oculis eius ingerere. Vnde Manasses [Non sum, inquit, dignus intueri, & aspicere altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum.] *Hæc ille.* Publicanus etiam nolebat oculos ad cælum leuare. Vide *BERNARD.* *serm. de Magdalena.*

Satisfactio debet esse copiosa.

NUMER. 14. *Iuxta numerum quadraginta dierum, quibus considerastis terram, annis pro die imputabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates vestras.* **ORIGEN.** *hom. 8. super Numer.* Timeo hoc mysterium discutere. Video enim quod in hoc comprehenditur ratio peccatorum & pœnarum. Si enim cuique peccatori annus ascribitur ad pœnam pro vnus diei peccato, &c. Vereor ne fortè nobis, qui quotidie peccamus, nec ipsa fortè sæcula aut etiã sæcula sæculorum sufficere possent ad pœnas luendas. Neque hoc contra Dei misericordiam putes. Nam si vulnus corpori infligatur, aut os confringatur, &c. Sub vnus horæ spatio solent hæc corporibus accidere, & pluribus postmodum cruciatibus, aut doloribus exactis multo vix tempore sanari, &c. Si verò accidat, ut in eodem vulnere, vel in eadem fractura iterum quis vulneretur, & frequentius frangatur, quantis pœnis, quantisque cruciatibus potest curari? Quanto autem tempore (si tamen poterit) ad sanitatem perducitur? & vix aliquando ita curabitur ut vel debilitatem corporis, vel scditatem effugiat ci-

caricis. Transi ab exemplo corporis ad vulnera animae, quae quoties peccat, toties vulneratur peccatis velut telis. Vnde *Ephef. 6.* [Allumite scutum fidei in quo possitis omnia tela maligni ignea nequissima extinguere.] Hæc, & eiusmodi vulnera quanto tempore putas posse curari. O si possemus per vnumquodque peccatum videre quomodo anima vulneratur, quomodo frangitur, & conteritur per opera peccati: quæ omnia si videremus, vsque ad mortem resisteremus contra peccatum. Sed sicut demoniaci vel mente capti non sentiunt si vulnerentur (quia carent naturalibus sensibus) ita cupiditaribus sæculi amentes facti vel vitii inebriati non sentimus quantum vulnera, quantas contritiones animæ peccando acquirimus. & ideo congrua ratio est pœnæ, id est, curæ, & medicationis tempus extendi, &c. Sic ergo & Dei æquitas, & benignitas in ipsis animæ suppliciiis evidens sit, vt hæc audiens, qui peccavit respiscat, & ultra non peccet. Conuersio enim in præfenti vita & fructuosa pœnitentia celerem confert medicinam, quæ non solum vulnus præteritum sanat, sed ultra non sinit animam peccato vulnerari.

Pœnitentia necessitas.

40. **N**UMER. 15. *Anima quæ per superbiam aliquid commiserit, &c.* Vide, *Superbia*, num. 24. **AVGVST. quæst. 25. in Numer.** Quod scriptum est, peccator cum in profundum peccatorum venerit contemnit: ille significatur quem scriptura hic dicit, in manu superbiæ delinquere. Hoc enim sine pœna committentis non potest aboleri, & ideo non potest esse impunitum, & pœnitendo sanatur. Ipsa enim afflictio pœnitentis, pœna peccati est, quamvis medicinalis, & salubris. Merito enim magnum iudicatur peccatum, cum superbia contemnit præceptum. Sed è contrario, vt sanari possit cor contritum, & humiliatum Deus non spernit, sed quia sine pœna non fit, talia hic dicta sunt.

Ad pœnitentiam allicit Deus peccatores.

41. **N**UMER. 15. *Morte moriatur homo iste.* Scilicet qui in Sabbato collegit ligna. Vide, *Peccatores*, num. 64. ex *ISTIDORO.* Sed nota quod idem ipse Dominus, qui hanc rigorosam sententiam pronunciauit contra aliud maius peccatum, scilicet adulteræ fauorabilem sententiam dedit. Dixit enim: [nemo te condemnanit mulier: Respondit nemo Domine. Cui iterum dixit: neque ego te condemnabo.] Sicut enim tunc expeditio fuit vii rigore illo, vt ceteri timorem haberent, ita nunc oportebat vti hac indulgentia ad alliciendos peccatores ad pœnitentiam. Vnde patens cuidam maximo peccatori scilicet Mattheo, ait calumiantibus: [Euntes discite, quid est, misericordiam volo, & non sacrificium, non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.]

Pœnitentia gaudium in celo causat, etiam Deo.

42. **N**UMER. 28. *Oblationem meam, & panes & incensum odoris suauissimi offerre per tempora sua.* **ORIGEN. hom. 23. super Numer.** Alia litera, [Munerata mea, data mea, hostias meas, in odorem suauitatis obseruate, vt offeratis mihi in diebus festis meis.] Vide, *Deus*, num. 136. Habet Deus dies festos suos (ait idem) est enim ei magna festiuitas salus humana. Puto quod per singulos fideles, per singulos, qui conuertuntur ad eum & in fide proficiunt, festiuitas oritur Domino; iustificat eum impudicus, si sit castus, & iniustus cum iustitiam colit. Agit festum Christus qui pro salute nostra sanguinem fudit, cum videt prodesset, quod se humiliavit factus obediens vsque ad mortem. Agit festum Spiritus sanctus cum his qui

conuertuntur videns sibi templa parati. Latantur Angeli ad quorum festiuitatem accedunt conuersi. [Gaudium est in celo super vno peccatore pœnitentiam agente.] **LUC. 15. Deo, & Angelis occasionem lætitiæ damus, cum super terram ambulantes, conuersationem in cælis habemus.** Vereor ne è contrario mala conuersatio nostra, non solum terris, sed & in celo lamentationes inducat, & fortassis ipsi Deo. Vt quid enim dicit, [pœnitret me, quia feci hominem super terram.] **Genes. 6. & Christus** [Videns ciuitatem fleuit super eam dicens, quia si cognouisses & tu!] Item. **Michea 7.** [Heu mihi, quia factus sum sicut qui congregat stipulam in messe, & sicut qui colligit racemos in vindemia.]

Pœnitentia necessitas.

43. **N**UMER. 35. *Nec aliter expiari potest, scilicet terra, nisi per eius sanguinem qui alterius sanguinem fuderit.* **GLOSSA ORD.** Polluit terram habitationis suæ qui eructa, & nefaria facit opera, proximos scandalizando, & spiritualiter interficiendo, & nisi per confessionem peccatorum, & condignam pœnitentiam, desideria carnis occidantur, terra corporis illius, nullo modo mundabitur, nec creator omnium in eius anima habitabit, vbi squalorem fordidæ conuersationis dominari videbit.

Per pœnitentiam peccata remittuntur.

44. **D**EVT. 4. *Deus noster, ignis consumens est.* **STEPHAN. PHAN.** Deus consumit bonos sicut fornax aurum, & consumit peccatores, id est, peccata eorum. Ignis de terra metallum, hostes verò deuorat. Item. [Deus ignis deuorans] dicitur, quia Spiritus sancti gratia, auidè per pœnitentiam deuorat peccatores, & in suam naturam conuertit. Vnde, Dominus mortificat; ecce ignis consumens, & viuificat, ecce ignis deuorans.

Pœnitentia necessitas.

45. **D**EVT. 19. *Hic ad vnam predictarum urbium confugiet, & viuet.* **GREGOR. 10. Moral. cap. 5.** Qui incautè lignum percudit, & proximum extinguit, ad tres vrbes fugiat, vt viuat; quia si ad pœnitentiam conuersus sub spe, fide, & charitate absconditur, reus homicidii non tenetur, &c. citius ergo culpa dimittitur quæ non malitiosè perpetratur.

Pœnitentia festina.

46. **D**EVT. 21. *Non permanebis cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur.* **GLOSSA MORAL.** Non est de die in diem differenda pœnitentia, sed statim agenda, vt per pœnitentiam fructuosam ab oculis Dei abscondantur delicta. Vnde [beati quorum testata sunt peccata.]

Pœnitentes non abiiciendi.

47. **D**EVT. 23. *Non trades seruum Domino suo, qui ad te confugerit, habuisti tecum; &c. ne contristes eum.* **AVGVST. quæst. 36. in Deut.** Quomodo hoc putari potest nisi genti, & populo intelligamus ista dici, non vni homini? Ex alia vtique gente refugientem ad hanc, cui loquebatur: Domino suo, id est, regi suo reddi prohibuit, quod alienigena Achis rex Geth seruauit, quando ad eum fugit Dauid à facie Domini sui, id est, regis Saul. **1. Reg. 7.** Hoc explanans dicit, [in vobis habitabit in omni loco vbi placuerit.] **BRVNO.** Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, huius autem Dominus diabolus est: Si igitur talis seruus pœnitentia ductus ad nos confugerit, non abiiciamus eum, nec à nostra communione repellamus, sed habitet nobiscum & in sanctorum cœtu conuer

conuerfetur, nemo eum contristet, nemo eum de peccatis præteritis turpiter reprehendat. Hoc enim agere, quid aliud est; nisi eum iterum diabolo tradere, & in desperationem inducere?

Pœnitentia necessitas.

48. **D**EVT. 32. *Et hircos cum medulla tritici, &c.* **GLOSSA ORD.** Hircos, qui pœnitentes significant, quia pro peccato offerbantur. Non satis est fidelibus dona virtutum percipere; nisi studeant pro commissis pœnitere. Vnde, [Amplius laua me ab iniquitate mea.] Hircos vocat qui exemplo suo aliis ministrant pœnitentiæ opera, quamuis non commiserint grauia. Descent enim cogitationum peccata tanquam facta.

In pœnitentia perseverandum.

49. **I**OSVE 5. *Circumcisi filij Israel manserunt in eodem loco.* **STEPHAN.** Ita facere debent circumcisi, id est, pœnitentes, manere scilicet in pœnitentia. Id petebat, qui dicebat: [Educ me Domine de lacu miseriæ, & de luto faciis, & statue supra petra pedes meos,] hoc est, manserunt in eodem loco. Hoc idem indicatur in illud *Isai. 1.* [Lauamini, mundi estote, &c.] Quiescite agere peruersè. Multi autem non manent in pœnitentia, quam in quadragesima inceperunt, sed post pascha mutant omnia; pœnitentiæ autem dicitur, quasi pœna tenax.

Pœnitentia à Deo inspirata, & adiuta.

50. **I**VDICVM 6. *Extendit Angelus Domini summitatem virgæ quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & panes azymos, ascenditque ignis de petra, & carnes, azymosque panes consumpsit.* **GREGOR. 3. Moral. cap. 17.** Carnes hœdi supra petram ponimus, cum corpus peccati in Christi imitatione cruciamus. Ius etiam carniū desuper effundit, qui in conuersatione Christi etiam carnales cogitationes exinanit. Quæ tamen mox Angelus virgæ tangit; quia in tentationem nostram potestas diuini adiutorij adiuvat. De petra autem ignis exit, & ius, carneque consumit, quia afflatus à redemptore Spiritus tanta cor nostrum flamma compunctionis concremat, vt omne quod in eo est illicitum & operis, & cogitationis exurat.

Veræ pœnitentia exemplum.

51. **I**VDICVM 10. *Peccauimus, redde tu nobis quidquid tibi placet, tantum nunc libera nos, & dicentes hac omnia de finibus suis alienorum deorum idola proiecerunt, & seruiuerunt Domino Deo.* Considera hic, in his verbis omnes partes veræ pœnitentiæ. Contritionem quidem & confessionem in verbo peccauimus: satisfactionem autem, cum dixerunt, redde tu nobis quidquid tibi placet: odium vitiorum, proiecerunt idola, &c. emendationem denique in illis verbis, & seruiuerunt Domino Deo. Sequitur: remissio culpæ, & absolutio Dei, qui doluit super miseris eorum.

Pœnitentia necessitas.

52. **I**VDICVM 15. *Samsou facies ligauit ad caudas vulpium, vt segetes inimicorum combureret.* **GLOSSA MORAL.** [Et nos si comburere volumus opera inimicorum nostrorum, id est, demoniorum, faculas ardentis igne compunctionis, & pœnitentiæ alligemus in caudis vulpium, id est, post noxias subreptiones, ex quibus prolapsi sumus.]

Pœnitentia tres partes necessaria.

53. **I**VDICVM 20. *Indas sit dux vester, & nihilominus victi sunt.* Secundò, & sedentes fiebant coram Domino usque ad noctem, &c. & victi sunt etiam. Ter-

tiò, venerunt in domum Dei, &c. ieiunaueruntque die illo, usque ad vesperam, & obtulerunt holocausta, & pacificas victimas: & tunc tradidit eis Dominus inimicos in manus. **GLOSSA MOR.** Non sufficit Iudas, id est, confessio, nec suffecerunt lacrymæ cum confessione, quia defuit satisfactio. Est enim pars integralis pœnitentiæ, quæ si desit, non placatur Deus: postquam autem ieiunauerunt, & obtulerunt hostias pacificas, placatus factus est, & vicerunt.

Pœnitentia virtus, & efficacia.

54. **R**EGVM 3. *Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat.* **RVPERT.** Non surrexit sicut Moyles vt eum teneret ea virtute qua teneri ipse vult, scilicet stando in contractione cordis, in conspectu eius orando, vt itam eius à domo sua auerteret, sed ait, *Dominus est, &c.* Paulo melius, atque consultius fecit Achab licet aliàs impius, qui cum audisset minitantem Dominum per Eliam prophetam **3. Reg. 21.** Scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauit, atque dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite, idcirco in diebus suis, non vidit inductum domui suæ malum, Heli autem & vidit, & sustinuit. *Hæc ille.* Similiter Azotij **1. Reg. 5.** *Cum siebat manus Domini super eos interfectionis magna, inierunt consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas, molles:* scilicet vt federent sine dolore. Melius fecerunt Niniuitæ, qui induti sunt sacco, & cilicio, & ita placauerunt Deum, &c. **1. Reg. 7.** *Loco illius, & requieuit omnis domus Israel post Dominum;* Alia litera habet [et lamentatione quadam post Dominum vniuersa domus Israël anhela fuit.] **VATABL.** Id est, lamentis pœnitentia ducti conuersi sunt ad Dominum. Vnde ait illis Samuël: [Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferre deos alienos de medio vestri.] Sequitur: *Haueruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini, &c.* **GLOSSA ORD.** Vt sicut aqua effusa non redit, sic nec ipsi redirent ad idololatriam. **LYRANVS.** Ad nihilum valet ultra. Nihil se esse in conspectu Domini fatentur. Alij hoc exponant de contritione, & lacrymis, & hauerunt aquam à cordibus suis, & per oculos effuderunt in conspectu Domini. Doctus quidam Hebræorum dicit hanc haustionem, & effusionem aquæ, fuisse in signum fidei, remissionis peccatorum, dicentes: euanescent peccata nostra, vt hæc aqua.

Pœnitentia ficta Saulis in quo defecit.

55. **R**EGVM 15. *Peccauit, sed honorame coram senioribus, &c.* Vide, *Confessio*, num. 15. ex **BERNARDO.** Et notandum quod ad vnum solum, peccauit, quod dixit Dauid, respondit Nathan: [transtulit Dominus peccatum tuum.] Saul autem bis dixit, peccauit, & non est remissum peccatum eius. Prima enim vice noluit satisfacere pro peccato, imò addidit, [sed nunc porta quæso peccatum meum.] hoc est, satisfac pro peccato meo. altera etiam vice non habuit contritionem, non enim voluit haberi peccator: & ideo dixit: *sed nunc honora me coram senioribus.*

Pœnitentiæ necessitas.

56. **R**EGVM 22. *Conuenerunt ad eum, scilicet Dauidem, omnes qui erant in angustia constituti.* **INTEBRL.** Peccatorum scilicet non habentes latitudinem charitatis, & oppressi are alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps. **GLOSSA ORD.** Oppressi are alieno, censu scilicet peccatorum, quem diabolo persoluunt, dum exhibent membra seruire iniquitati ad iniquitatem. Necessè est, vt tales in amaritudine animi pœnitentiam agant, & ad Dauid, id est, ad Christum veniant, qui ait: [Venite ad me omnes, qui]

laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos,] vt fiat eorum princeps: ipse est enim princeps pacis, cuius regni non erit finis.

Pœnitentia Dauid exemplum.

57. 2. REG. 12. Peccauit Domino. INTERL. Qui humiliter confiteatur, veniam mox consequetur. Dominus quoque transiit peccatum tuum, non morietur. GREGOR. LIB. 33. Moral. cap. 10. Ad hoc in scriptura Dauid, & Petri peccata sunt indicata, vt cautela minorum, sit ruina maiorum. Ad hoc pœnitentia insinuat, & venia, vt spes pereuntium, sit recuperatio perditorum. De statu suo Dauid cadente, nemo superbiat, de lapsu etiam resurgente Dauid, non desperet. Mirabiliter scriptura eodem verbo superbos premit, quo humiles leuat: Vnam namque rem gestam retulit, & diuerso modo superbos ad humilitatis formidinem, humiles ad spei fiduciam reuocauit. Inestimabili noui generis medicamento, quod eodem ordine positum, & tumentia premedo exciscat, & amentia subleuando infundit. De maiorum nos lapsu terruit, sed de reparatione roborauit.

Idem.

58. 2. REG. 12. Peccauit Domino, &c. AMBROS. cap. 2. Apologia. Ille rex tantus ac potens, nec exiguo quidem momento manere penes se passus est delicti conscientiam, sed pramatura confessione, atque immenso dolore reddidit peccatum suum Domino, scilicet post admonitionem Nathan. AVGVST. LIB. 2. de doctrina Christiana cap. 21. Quia in Dauide immoderate libidinis non permansio sed transitus fuit, propterea etiam ab arguente propheta ille illicitus appetitus hospes vocatus est. At in Salomone non quasi hospes transitum habuit, sed regnum libidinis possedit. Et super illud 3. Reg. 3. apparuit Dominus Salomoni per somnium nocte, ait GREGOR. LIB. 2. Moral. cap. 2. In somniis & nocte accepisse describitur, quia non perseveraturus sapientiam accepit.

Pœnitentia dolor debet esse maximus.

59. 2. REG. 13. Exofam eam habuit odio magno nimis, ita vt manus esset odium quo oderat eam, amore quo ante dilexerat. LYRANVS. Quia sicut dicunt Hebraei, in eius deforatione læsus fuit, in tantum quod dolor sequens, maior fuit delectatione præcedenti. GLOSSA ORD. Et nos admittim facinus odio habeamus magis quam ante perpetracionem dilexeramus, & ob hoc citius consequemur veniam, si tamen in alio vitio denuo non offendamus, sicut Ammon, qui quia post incestum ebrietatem non vitauit, ob hoc mortem non euasit.

De proposito non peccandi.

60. AMBROS. super Psal. 118. luerat Tau. Tanta vis consummata emendationis est, vt in quandam pueritiæ redeat spiritualis ætatem, quæ vias erroris ignoret, crimen etiam si velit non possit admittere, quia disuenerit vsu non posse peccadi. Hæc ille. Dicit autem non posse admittere crimen, quia difficillimè ad peccatum adduci poterit. Vide quantum importet ad veram pœnitentiam propositum non peccandi.

De pœnitentia regis Achab, an fuerit vera.

61. 3. REG. 21. Cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque, dormiens in sacco, & ambulauit demisso capite. Alia litera [& nudis pedibus incederet.] VATABL. Ita vertit Chaldaicus paraphr. Alij legunt ex Hebræo [& ambulauit sensim,] siue pedetentim & lentè, more scilicet lugentiu, ac mœrentiu. Nonne vi-

disti humiliatum Achab coram me? Alia litera. [Humilis sit factus,] vel deiecit sese. Alij dicunt deiectionem, siue pœnitentiam Achab fuisse veram, alij dicunt personatam. Fuit hæc pœnitentia vera, sed temporaria. Quod fuerit vera, tenet ABVLENS. Vt ex charitate profecta propter quam Deus post eius mortem vindictam distulit. Idem sentit HIERON. in epistaphia Fabiola, vbi ait. O felix pœnitentia, quæ Dei ad se traxit oculos, quæ furentem sententiam Dei confesso errore mutauit, &c. Et in epistola ad Rusticum. Vnum, inquit, scelus Achab & Iezabel, tamen conuerso ad pœnitentiam Achab, pœna differtur in posteros; & Iezabel in scelere perseverans præfenti iudicio condemnatur &c. IDEM AVGVST. Sermo 58. de tempore. Achab sacrificium contriti, & humilis cordis Deo offerre non distulit, qui vtique si in illa humilitate quam cœperat perdurasset, nunquam ab illo Dei misericordia discessisset. LYRAN. verò, & CARTHVSIAN. Pœnitentiam ex timore seruilis supplicij inferendi non ex charitate emanasse sentiunt. Idem arbitrari videtur D. GREGOR. Hom. 10. in Ezech. Penitentiam, inquit, est quomodo & in electis suis mœror amaritudinis placeat, qui amittere timeant Dominum, si sic ei & reprobis Achab pœnitentia placuit, qui timebat perdere præfens sæculum, aut quomodo grata sit ei spontanea afflictio pro culpis in eis qui placent, si hæc ad tempus placuit, & in eis qui displicebant.

De pœnitentia Salomonis.

62. 4. REG. 23. Excessa quoque quæ erant in Ierusalem ad dexteram pariem montis offensionis, id est, idoli, quæ edificauerat Salomon rex Israel. Astaroth idolo Sidonorum, &c. polluit rex, scilicet Iofias, & concidit statuas, &c. GLOSSA ORD. Hic ostenditur, quod Salomon de admisso idololatriæ scelere nunquã perfectè pœnituit. Si enim verè pœnituisset, fatigisset ante omnia, vt idola, quæ edificauerat, de ciuitate tollerentur, & non in scandalum stultorum, quæ ipse cum esset sapientissimus, erronea fecerat, quasi sapienter facta relinqueret. Repletique loca eorum ossibus mortuorum. VATABL. Vt scilicet ea magis esse polluta significaret. Nam in contactu cadaueris, aut ossium, sacra loca contaminabantur.

Per pœnitentiam remittuntur peccata.

63. IN oratione Manasses post cap. ult. Paralip. Tu autem Domine secundum bonitatem tuam promissisti pœnitentiam remissionis peccatorum. INTERL. Audiant pœnitentes, intelligant contemptores: Promissa est pœnitentia remissionis peccatorum, si deseratur peruersitas improborum. Et tu Domine iustorum non posuisti pœnitentiam iustis, &c. his qui non peccauerunt. INTERL. Remedium peccatorum est pœnitentia, iustus verò non est pœnitentia constituta, quibus per gratiam donata est culpa. [Non est opus valentibus medicus sed malè habentibus. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.] Sequitur. Quoniam peccauit super numerum arenæ maris &c. peccauit Domine, peccauit, & iniquitatem meam agnosco. INTERL. Quod est maior profectus. Si quidem plurimi peccant, & non omnes proprias iniquitates agnosunt. Peto rogans te Domine, remitte mihi, remitte mihi. INTERL. Iteratio confitendi, vera est humilitas supplicantis. GLOSSA ORD. Quasi dicat, Peccauit Spiritu, peccauit cogitationibus, peccauit factis: peccauit forinsecus, peccauit in Deum, peccauit in proximum. Non leui pronunciatione doloris, hæc verba sunt relegenda, sed cum eadem grauitate, qua dicta sunt à precante, nec leuiter percurrat animus acer ista, sed cum dolore graui, & patientia tristis in paucis verbis, vna magna

magna rei sapiat coarctari. Pœnitens quippe, aut tacitus labii, fletibus indulgentiam silentio depreceatur, aut etiam si loquendum aliquid ex dolore contriti pectoris suaderetur, paucis loquatur; quia mentis contritio, non oris locutio dominicam pietatem inflectit. [Cor enim cõtritum, & humiliatum Deus non spernit.] Ne simul perdas me cum iniquitatibus meis. INTERL. Solæ perent quæ me secum perdere laborant. Neque in æternum reserves mala mihi. GLOSSA ORD. IN. Non ait [ne damnes me cum iniquitatibus meis.] Quod enim damnatur, in substantia sua reuertetur: quod verò perditur & æternè perditur, id agit, vt quod habebatur, in nihilum redigatur. Nota autem iniquitates nullam habere substantiam. Omne quippe peccatum, febris est animæ quæ, dum auferitur, in nihilum reuocatur.

Pœnitentia vis & efficacia.

64. 1. ESDRÆ 2. Et non potuerunt iudicare domum patrum suorum & semen suum, vtrum ex Israel essent. GLOSSA ORD. Recipiebantur tamen vt socij, quia gaudebant Israëlitas eos ob amorem communis fidei, & religionis habere quasi fratres, & notos, etsi in origine carnis minus cognoscebant eos. Allegoricè. Inter pœnitentes, qui liberati à captiuitate vitiorum ad ædificandam, vel in se, vel in aliis domum Domini ascendunt, sunt nonnulli, qui pluribus grauioribus peccatis astricti, qui à Deo ab omni actu pietatis & castitatis videntur alienati, vt nihil profusus pietatis, & religionis, quam à doctoribus acceperant, in eis remansisse videatur. Nec possunt indicare vtrum ex Israel, id est, ex sancta ecclesia fuerint regenerati: quia tales facti sunt peccando, quasi nunquam pertinerint ad Spiritum sanctum. Pœnitendo tamen corriguntur, & conuertuntur, vt numerus eorum inter veros Israelitas in quibus dolus non est, conscribatur in cælis.

Idem.

65. 1. ESDRÆ 6. Filij Israel, qui reuersi fuerant de transmigratione gentium terra ad eos, vt quærerent dominum Deum Israel, fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia. BEDA. Videmus illos qui templum corporis sui peccando perdididerunt, & per hoc à diabolo captiuati sunt per pœnitentiam rediisse, & manente in se Domino, multum profuisse. Sequitur in textu causa huius lætitiæ. Quoniam laticauerat eos Dominus. IDEM. Notandum quod Salomon prius templum breui tempore, & nullo contradicente perfecit, destructum autem propter peccata quadraginta sex annis restitutum, inimicis sæpe contradicentibus, sed tandem diuino fauore perfectum fuit. Sic multi laboris est, si quis accepta fidei sacramenta peccando contemnit, pristinam restituere dignitatem, longo pœnitentiæ labore abluendus, cuius ablutioni, ipsa consuetudo vitiorum, quasi inimica Samaritanorum turba repugnat, tanto ad superandum difficilior, quanto diutius terram cordis virtute vacuam possedit. Vide infra num. 63. 67.

Pœnitentia efficacia, & vis.

66. 1. ESDRÆ 10. Et nunc si est pœnitentia in Israel super hoc, percussimus fœdus cum Domino Deo nostro, vt proiciamus uxores suas, & eos qui de his nati sunt iuxta voluntatem Domini. GLOSSA ORD. Si populum huius peccati perfectè penitet, primum conuersi ad Dominum correctione impromittamus, & veniam postulemus. Deinde ad nos reuersi omnem peccati radicem extirpemus, & fruticem, eiectionis scilicet vxoribus cum omni sobole. Hoc est enim

veraciter pœnitentiam agere toto corde, & intrus ad Dominum conuerti, & omne in fortis peccandi materiam ab ipsa origine rescari.

Pœnitentia remedium difficilissimum.

67. 1. ESDRÆ 4. Vna manu faciebat opus, & altera tenebat gladium. BEDA. Nec prætereundum est quod cum Dauid, vel Salomon eandem ciuitatem ædificarent, nihil de armatis structoribus, vel aduersariis impugnantibus dicitur. Sed destructa propter peccata maiori labore, & industria reficitur. Similis autem est ædificatio spiritalis, quæ in animarum salute geritur. In Baptismo enim renati, sine labore per gratiam Dei ciuitas, & domus eius efficitur. Si autem post diabolo suadente, vel seducente, ad peccata relabimur, & virtutum mœnia hostis victor igne vitiorum deiicit, necesse est, grauiori studio afflictionis, vigiliarum, & arctioris vitæ, bonorum operum ædificia reparare. Nam expertis vitiorum illecebris, difficilissimum est incognitis, minorique laboris est incognitam cauere carnis voluptatem, quam reuicere cognitam.

Pœnitentia tempestiua.

68. ESTHER 4. Non erat licitum indurum sacco aulam regis intrare. Vnde Mardocheus solum vsque ad fores palatij accedebat. GLOSSA ORD. IN. Nullus cum corruptione præfentis vitæ potest aulam cælestem intrare, sed ante obitum suum debet quisque corporis castigatione, & cordis compunctione, regni pulsare introitus, vt post lætitudinis, supernum intraret palatium.

Pro dilatantibus pœnitentiam.

69. ISAIA 28. Manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. RICHARD Hæc dicuntur de illis, qui Domini mandata ex doctorum quotidie dictis vel factis audiunt, nec tamen acquiescunt, quotidie peccantes, quotidie pœnitentiæ spatium dari sibi postulant. Ex quibus dum quidam verba vitæ libenter audiunt, quid aliud quam studium, quam manda, remanda, dicunt? Et dum quotidie peccata peccatis accumulunt, quid aliud, quam expecta, reexpecta per desiderium clamant, quotidie spatium pœnitentiæ postulantes, & respiciendi quotidie tempus proponentes, quotidie prolongantes? Certè ad satiantium desiderium suum totum huius vitæ spatium carnali menti videtur per modicum. & de eiusmodi anima quæ modò in vno vitio, modò in altero multa tempora expendit, totumque tamen velut momentaneum reputat, quid quæso aliud in diuinæ patientiæ aure, quam modicum ibi, modicum ibi, resonat?

Pœnitentia necessitas.

70. THREN. 1. Confurge, lauda in nocte in principio vigiliarum tuarum, effunde sicut a quam cor tuum, &c. HVGON DE S. VICTORE. Quam pulcher ordo, primum transacta mala fletibus tergere, postea ad bona agenda confurgere, deinde laudare. Non est enim speciosa laus in ore peccatoris, neque potest veraciter bona agere, qui prius non studuerit mala præterita efficaciter emendare. Lauda inquit in nocte in principio. Peccator sub flagello positus, gratum Deo sacrificium immolat, si & de sua iniquitate se arguit, & de sua tribulatione Deum laudat. Vnde, cum dixisset, in nocte, hoc est, in tribulatione, statim adiunxit, in principio. Primum enim peccator euigilat, quando mala sua agnoscere incipit. Secundò quando agnita pœnitendo corrigit. Tertio quando ad bona agenda se conuertit. Quarto quando bona opera sua custodit. Sequitur. Effunde sicut aquam cor tuum. Cateri

liquores cum effunduntur, vel quadam pinguedine superlinita, vel sapore infecta vasa relinquunt; sola aqua sic effunditur, vt munditia vasis nullis eius reliquiis maculetur. Qui ergo peccata sua confitentes aliqua, vel negligentia, vel erubescencia causa effundere timent; quasi in vase cordis spissi liquoris reliquias retinent: qui verò peccatum omnino, sed non peccandi affectum eiiciunt, in vase saporem noxiū adhuc seruant.

Pœnitentia festina, & tempestiua.

71. EZECHIEL. 33. In quacumque hora ingemuerit peccator, saluus erit. HVG O DE S. VICT. Non dixit biduo aut biennio ante mortem, si ingemuerit, sed quacumque hora ingemuerit. Noli ergo ponere tempus misericordia Dei, ne fortè iudicium tuum tibi aduersetur. Noli ponere legem, quæ tibi non expedit. Peccator es, ama misericordiam; quia si non amas, non mereris. Nec tamen sub hac specie tibi securè peccandum est. Nam quamuis in fine si verè pœnitueris, tibi venia promittitur, tamen quod in fine verè pœnitebis, non promittitur, valde si quidem difficile est, vt vera sit pœnitentia, quæ tam sera venit. Quando enim cruciatus membra ligat, & dolor sensum opprimit, vix homo aliquid cogitare potest. Ergo si vis esse securus, age pœnitentiam, dum sanus es; dum mens sibi vacare potest, exerce illam in opere suo. Valde suspecta debet esse pœnitentia, quæ coacta esse videtur. Facile est vt homo se quod posse non datur, velle putet.

Tres pœnitentia partes.

72. OSEÆ 2. Sponsabo te mihi, &c. STERHAN. Ter dicit sponsabo, quia tripliciter desponsatur anima peccatrix Christo, scilicet per contritionem, confessionem, & satisfactionem. HERON. Nota misericordiam Dei. Meretrix diu fornicata ad virum reuertitur, nec reconciliari viro, sed sponsari dicitur; & vide distantia inter Dei, & hominum coniugia. Homines, de virgine, non virginem faciunt, sed Deus meretricibus iunctus, virginales reddit.

Deus pœnitentiam requirit à nobis.

73. AMOS 3. Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam. PATER DOCTOR RIBERA Mystice. Cum hic leo rugit, faciendum nobis quod Dauid ait. [Venite adoremus, & procidamus, & ploremus ante Deum, qui fecit nos. Vt enim rectè ait RVPERTVS, Leonis natura est, inuenta præda rugire, vt quodcumque illud sit animal, rugitu tremefactum, & attonitum concidat, & in prædam fortiori cedat. Deus leo est fortissimus, cuius iræ resistere nemo potest, præda verò est omnis electus qui vbi-cumque sit, quoniam ad vitam est prædestinatus, ab ipso Deo requiritur, vt ad vocem eius siue per angelum, siue per concionatorem, siue per scripturam auditam ille contremiscat, & gehennalem pœnam pœnescens rotus humiliter succumbat, & pœnitentiam apprehendat. Hæc RVPERT.

Idem.

74. AMOS 5. Iustitiam in terra relinquitis, facientem Arceturum, & Orionem. PATER RIBERA. Id est relinquitis Deum facientem Arceturum & Orionem. Vnde CHALD. [Deserunt timere à facie Domini, qui fecit Arceturum, & Orionem.] Arceturus est stella in signo Boote post caudam maioris Viræ. Bootes verò est sidus prope maiorem Vrsam, Arcetophylax dictum, quod eam à tergo quasi custos subsequi videatur. Orion vero sidus est iuxta Tauri signum, & tam Arceturus quam Orion, imbres & tempestates

excitant. His igitur verbis propheta, Dei potentiam demonstrat, quod ipse tempestates in terra, & in mari conciter Horum siderum meminit cap. 9. & 38. Mystice autem Arceturum, & Orionem Deus facit, cum in peccatore fallacem illam tranquillitatem, qua in peccatis utrumque fruebatur, perturbat, & tempestates concitat timore mortis &c. Vnde AVGVST. 8. confess. cap. 12. Vbi verò, inquit, à fundo arcano, alta consideratio contraxit, & congestit totam miseriam meam in conspectum cordis mei, oborta est procella ingens ferens ingentem imbrem lachrymarum, & mox ego sub quadam fici arbore strui me, nescio quomodo, & dimisi habenas lachrymis, & proruperunt flumina oculorum meorum, acceptabile sacrificium tuum. Huiusmodi etiam tempestatem sentiebat qui clamabat Ps. 6. [Domine, ne in furore tuo arguas me, &c. sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde] & postea [Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.] Eandem ferebat mulier peccatrix, [quæ stans retro secus pedes eius, lachrymis cepit rigare pedes eius &c.]

Pœnitentia exterior.

75. AMOS 6. Qui dormitis in lectulis eburneis, &c. Qui comeditis agnum de grege, &c. HERON. Qui athleta est Domini, & exercetur ad luctum, & præparat se contra aduersarias potestates dormit, in nuda homo imitans Iacob, & ponit sibi lapidem ad caput, [quem reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli.] Qui verò deliciis vacat, atque luxuriæ, & omnia causa ventris faciunt, dormiunt in lectis eburneis, mortui animalis, & immudis hærent ossibus. Quia pulchra videntur vitia, & præsentis nitore delectant, requiescunt in eorum lectulis, & sopore grauissimo deprimuntur. Isti non comedunt solidum cibum & athleticum de quo roborantur vires luctantium, sed mollem, & tenerum, & sinistrarum partium, quales sunt hædi de gregibus, & vituli saginati, & tenelli, imo & adhuc lacte nutriti, &c.

Pœnitentia necessitas.

76. AMOS 9. In vertice Carmeli se abscondunt. PATER RIBERA mystice. Scilicet quando mortem iam appropinquare cernentes sanctorum virorum se precibus commendat, quasi possint aliorum precibus saluari absque propria pœnitentia. Carmelus enim mons, facer erat, in quo Elias orauit, & occidit prophetas Baal, & Eliseus sanctos viros designauit, Sicut virgines fatuæ, dicentes prudentibus [Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.] Sed auferet hos Dominus de latibulis Carmeli; quia scriptum est Ierem. 15. [Et dixit Dominus ad me, Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum, eiice illos à facie mea, & egrediantur, quod si dixerint, à te quo egrediemur? Dices ad eos. Hæc dicit Dominus, qui ad mortem, ad mortem, & qui ad gladium, ad gladium, & qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.] Et apud Ezech. cap. 14. [Terra si peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans, extendam manum meam super eam &c. & si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas &c. terra autem desolabitur.]

Pœnitentia vis, & efficacia.

77. MATTH. 1. Accensus est ignis magnus post aspersio-nem aqua. STERHAN. Quia cum pœnitens bene recordatur peccati, accenditur in eo feruens dilectio Dei. Vnde Ezechiel. [Flumina Ægypti quasi oleum adducuntur.] Flumina Ægypti sunt voluptates quæ quasi oleum ad-

ducuntur cum ex recordatione voluptatū anima spiritaliter illustratur, bene autè dicitur ignis magnus, quia [vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.]

De vera, & falsa pœnitentia.

78. 2. MACHAB. 9. Orabat autem hic scelestus Dominum à quo non esset misericordiam confuturum. AVGVST. serm. 66. de tempore. Omnes impij amarum habent in tormentis pœnitentiam, sed non proficit eis ad remissionem, sed conscientia torqueat ad augmentum pœnarum quas patiuntur. IDEM AVGVST. lib. de vera & falsa pœnitentia, cap. 9. 10. & 12. Vtilis erit pœnitentia, si sit spontanea, Dominum querens, quem amississe doleat, ad illum anxians, præter quem non est vita. Sunt plures, quos pœnitent peccasse, sed non omnino reseruantes sibi quædam in quibus delectentur, &c. Quem ergo pœnitent, omnino pœniteat, & dolorem lachrymis ostendat, repræsentet vitam suam Deo per sacerdotem, præueniat iudicium Dei per confessionem. Laboret pœnitens in Ecclesia esse, & ad Ecclesie vnitatem tendere, &c. Nemo dignè pœnitere potest, quem non sustineat vnitatis Ecclesie. Iudas pœnitens iuit ad Phariseos, reliquit Apostolos, nihil inuenit auxilij, sed augmentum desperationis.

De falsa pœnitentia Antiochi.

79. IBD. Manifestam Dei virtutem in semetipso conestans. Non legitur de hoc scelestissimo Antiocho dolorem habuisse de peccatis, sed vt plurimum cognouisse Dei virtutem; Et iustum esse subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire, quod quidem stare potest cum peccatorum complacentia. Totus erat in propositis de futuro. Cunctat, &c. nunc optat liberam reddere, & Iudeos, &c. aequales nunc Atheniensibus facturum pollicetur; templum etiam sanctum, quod prius spoliauerat, optimis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, &c. super hoc & Iudeum se futurum, &c. & predicaturum Dei potestatem. Vnde cum desperatione epistolam hæc omnia continet: scripsit ad Iudeos. Sed non cessantibus doloribus [superuenere enim in eum istum iudicium Dei] desperas scripsit ad Iudeos, &c. Et quod sic omnia hæc promittat ex hoc colligi potest, quod in eadem epistola sibi ipsi contradicat. Aut enim, necessarium duxi pro communi vultate curam habere non desperans meipsum: Cum antea dixerat scriptura, [Desperans scripsit ad Iudeos.] Ecce mendacium. Denique quod intendat ipsemet declarat, Sed spem multam habens effugendi infirmitatem. Ex quo clarè colligitur, quam falsam fuerit eius pœnitentia.

Partes tres pœnitentia.

80. MATTH. 4. Pœnitentiam agite, &c. HVG O DE MS. VICTORE. In pœnitentia tria sunt, dolor, custodia futuri, satisfactio delicti; dolor culpam placat, satisfactio vitium sanat, custodia sanitatem seruat, in hac fructus pœnitentia constat. Sit autem dolor plenus, custodia perfecta, satisfactio condigna.

Verè pœnitentium affectus tres.

81. LVC. 10. Martha, Martha, sollicita es, &c. HVG O DE FOILLETO. Tria possunt assignari in Martha, scilicet sollicitudo, turbatio, & quæstus. Sollicita est, ne quod agit fiat pigre, turbatur, ne fiat tepide, conqueritur, vt adiuuetur, ne fiat tardè. Tales autem debent esse affectus pœnitentiam agentium, vt si quid eis præcipiatur sollicitè perficiatur; turbantur etiam, si eis aliqua occurrerint, in quibus aliquando casu, vel infirmitate peccantes offendunt; conqueruntur, vt

adiuuentur: quia religiosorum preces, & suffragia sibi propitiari obnixius deprecantur.

De contritionis vnguento.

82. IOAN. 12. Domus repleta est odore vnguenti. BERN. Sanè pretiosum vnguentum contritionis, quo non solum terrena domus, sed etiam celestis aspergitur. Vtilissima autem sunt species quibus conficitur, & magna earum copia intra nostros hortos poterit inueniri. Peccata igitur nostra plantata in conscientia nostris, quorum numerositas, præ multitudine numerari non potest, species eius sunt: ipsa igitur mortario pœnitentia, macerationis pistillo contusa, & resperfa discretionis oleo, doloris igne supposito, & in ahenò disciplina cocta, vnguentum exhibent pretiosum, & acceptum pedibus Saluatoris. Compendiosè autem illud conficimus, sapienti rerum occasione penitus relinquentes. Et licet materia videatur indignior, tamen bonum est vnguentum istud, quod domum replet, penetrat celos, angelos lætificat, & beatæ ciuitati lætitiæ refundit, & gaudium. Hoc est sacrificium iustitiæ. Quia sacrificium Deo spiritus contribulatus.

Pœnitentia festina.

83. IOAN. 5. Est autem Ierosolymis probatica piscina quinque porticus habens, &c. GALFRIDVS. Mens nostra velut quædam piscina cogitationum, velut aquarum collectio, quinque porticus habet, scilicet corporis sensus, in quibus iacet, cum sit hora surgendi: multitudinem languentium; cæcorum, qui nesciunt bonum agere, claudorum, qui nequeunt, aridorum, qui nolunt, humorum gratiæ non habentes; expectantium aquæ motu quæ mouebitur omnibus, sed quibusdam serò mouebitur. Aqua profunda sensus in corde viri, quæ per angelum Domini mouetur, cum diuinitus cogitatio nostra timore concutitur, & qui primus immergitur, sanatur, & qui perfectè in hac vita compungitur, saluus erit. Non similiter autè meretur qui postea venerit, quia post mortem etiam pœnitentia erit, sed iam fructuosa non erit.

Per pœnitentiam remittuntur peccata.

84. IOAN. 4. Omnis qui natus est ex Deo, non peccat. BERNARD. Hoc dictum est de prædestinatis ad vitam, non quod omnino non peccent, sed quod peccatum ipsis non imputetur, dum pœnitentia deletur festina, vel quod punitur condigna pœnitentia, vel in charitate absconditur. Charitas quippe operit multitudinem peccatorum. Nec enim possumus hic pœnitentia sine peccato esse, seu miseria. Possumus tamen iuuante gratia, nec peccato superari, nec miseria.

In pœnitentia quatuor necessaria.

85. MARCI 1. Vade, & ostende te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses. RICARDVS. Vnum Dominus fecit, tria præcepit: Leprosum mundauit, simul & ire præcepit, ostendere, offerre. Quid est leprosum mundari, nisi peccatorem quemlibet peccatorum suorum sordes abominari? Quid est mundatum leprosum ire, nisi prioris vitæ statum relinquere? Sacerdoti autem se ostendere est qualis prius fuerit, cuius propositi modò sit, per confessionem aperire. Offerre munus, & quale Moyses instituit, quia ad omnem canonicæ institutionis satisfactionem, iuxta sacerdotis arbitrium se ipsam exponit. In primo consideratur odium peccati, in secundo votum continendi, in tertio propositum confitendi, in quarto studium satisfaciendi. Pro certo in vera pœnitentia, hæc quatuor sunt requirenda. Vera namque pœnitentia est,

est, abominatio peccati, cum voto continendi, confitendi, satisfaciendi.

Satisfactio pœnitentiæ, debet esse equalis peccato.

86. EX O. 21. Si percussit quisquam oculum serui sui, &c. dimittet eos liberos. CHRYSOST. homil. 11. super Matth. [Si offers munus tuum, &c. Vade reconciliari prius, &c.] Dices ergo: volo reconciliari, sed dic mihi quomodo reconciliabor? Qualis præcessit offensio, talis debet sequi reconciliatio. Si cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare. Omne enim peccatum quo modo committitur, eo modo & pœnitetur, ut puta, cogitasti malum facere alicui, non potes munus tuum offerre ante Deum; quia habes in corde tuo nocendi propositum. Recogita bene, quod cogitaueras malè, & pœnituiti. Nam cogitationis peccatum contraria cogitatione dissoluitur. Vnde Propheta. [Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.] Si autè verbis læsisti fratrem tuum, vade, & verbis satisfac ei, & de toto corde pœnituiti, quoniam verborum peccatum, verborum satisfactio dissoluitur. Testis est Aaron; cum enim detraxisset de Moyse, vadens verbis rogauit eum dicens. [Rogo Domine, ne inferas in me peccatum hoc, quia ignorauimus, quod peccauimus in te.] Si autem operibus aliquem offendisti, redde ei quæ abstulisti, & pœnituiti, quoniam abstractæ rei peccatum, rerum compensatione dissoluitur. Testis est Zachæus, [Si aliquem, inquit, defraudauit, reddo quadruplum.] Quod si forte castigaueris hominem impotentem iniuste, dona ei aliquid pro iniuria dignum. Sicut scriptum est in lege. Si percusseris seruum tuum, & fregeris illi dentem, dimitte eum liberum. Secundum hoc intelligendum est iniuriæ peccatum beneficio esse dissoluen- dum. Alioquin nisi quem factis læsisti, factis placaueris, siue causa oras ad Dominum. Nam quid prodest tibi si alter pro te oret ad Dominum, alter aduersum te interpellat Deum? & si ad istius orationem vult tibi Deus misericordiam facere, illius interpellatio non permittit.

Deus diuersis temporibus venit pœnitentiam requirens.

87. MARCI 13. Nescitis quando Dominus veniet. ser- uo, an mane, an media nocte, an galli cantu. ADAM DE PERS. Serò venit quando in extremis agentem, & nò morientem, inopinato gratiæ suæ prænuntio ad peruersitatem corrigit, & compungit. Hoc tempore, latroni affuit cui extrema agenti tam subito & fidei meritum dedit, & paradysum aperuit. Media nocte venit, cum in tenebris ignorantia, vel in mediis tribulationibus constitutum per indebitam gratiam educit ad refrigerij portum. In galli cantu, quando ad prædicationis, vel sacræ lectionis vocem, audientium conuertit corda. Mane venit cum nocte elapsa, & peccati voluntate deposita, lucem pœnitentiæ matutinam splendor pietatis infundit.

Pœnitentia medicina amplectenda.

88. TERTULLIANVS lib. de Pœnitentia. Cur cessas aggredi quod scias mederi tibi? Mutæ quidem animæ, & irrationales, medicinas sibi diuinitus attributas, in tempore agnoscunt. Ceruus sagitta transfusus, ut ferrum, & irenocabiles moras eius de vulnere expellat, scit tibi dictamno medendum. Hirundo si excæcauerit pullos, nouit illos oculare rursus sua chelidonia. Peccator restituendo sibi institutam à Domino exhomologesim sciens, præteribit illam, quæ Babylonium regem in regna restituit. & infra. Hoc præcepto Dominus veniam addicere instituit, hac

pœnitentiæ compensatione redimendam proponit impuritatem. Si ergo qui venditans prius nummum quo paciscuntur examinari, ne scalprus, néve ralis, ne aduiter etiam Dominum, credimus pœnitentiæ probationem prius inire, tantam nobis mercedem perennis scilicet vitæ concessurum? & infra. Plerosque hoc opus, ut publicationem sui, aut suffugere, aut de die in diem differre præsumo, pudoris magis memores quam salutis. Velut illi qui partibus vercundioribus corporis, cōtracta vexatione, conscientia medentium vitant, & ita cum erubescencia sua pereunt.

De pœnitentiæ necessitate.

89. LV. 13. versu 5. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. CYPRIANVS lib. 4. epist. 2. Si tollas pœnitentiam, quis non statim pereat? Quis non ipsa desperatione deficiat? LACTANTIUS lib. 7. cap. 24. Sicut nihil prodest malè viuenti, antea vitæ probitas, quia superueniens nequitia, iustitiæ opera deleuit: ita nihil officium peccata vetera correcto, quia superueniens iniustitia, labeth vitæ prioris aboleuit. & infra. Denique muta quoque animalia, cum fraude decipiuntur, si aliquo se modo in fugam extricauerint, fiunt postmodum cautiora, vitantque semper ea omnia, in quibus dolos, insidiæque senserunt. Sic hominem pœnitentia, cautum, ac diligenter facit ad euitanda peccata in quæ semel fraude deciderit. CYRILLVS IEROSOLYMITANVS catocobi 3. Quilibet serpens in angustum intrans deponit senectutem, & vetustatem per extrusionem exiit, corporisque denuò toto renouatur. Sic & tu intra per angustam portam, affligens te ipsum per ieiunium, expelle tuam perditionem, exue veterem hominem cum actibus suis, & dic illud quod est in Cant. [Expoliasti me tunica mea, quomodo induar illa?] IVSTRIVS MARTYR in Dialogo cum Tryphone. Si Davidi peccatum non est remissum citra pœnitentiam; sed post tantos demum fletus, & correctas actiones magni regis, variisque delibuti diuinitus, quomodo impij, & perditii sine laments, planctûque, ac pœnitentia possunt sperare peccata ipsi remissurum Dominum?

Pœnitentia peccatis correspondere debet.

90. VSEBIVS EMISSENVS, hom. 10. ad Monachos. Tractantes causam salutis nostræ faciamus intra nos quod citra nos medici facere solent; si læsura aliqua in prima corporis cute sentitur, curatio medicamento blandioris apponitur. Si verò in ossibus vulnus absconditum, aut in viscerum profunda demersum est, austeriorem ac violentiorem poscit vis occulta medicinam. Ut vlceris magnitudo, aut exultione supercuretur, & dolor dolore pellatur. Similis ratio in ægritudine interioris, hominis adhibenda est. Si leuia sint fortasse delicta, verbis gratia, si homo, vel in sermone, vel in aliqua reprehensibili voluntate, si oculo peccauit, aut corde, verborum, & cogitationum maculæ quotidiana oratione curandæ, & priuata compunctione tergendæ sunt. Si verò quisque conscientiam suam intus interrogans, facinus aliquod capitale commisit, si fidem suam falso testimonio expugnauit, si velum baptisni, vel tunicam, si virginitatis holoserica cœno commaculati pudoris infecit, si per augures, & incantatores Diabolo se captiuum tradidit, hæc communi, & secreta satisfactio expiari non possunt, sed graues causæ, grauiiores, & actiores, & publicas curas requirunt.

Pœnitentes, obliuisci debent oblectamenta.

91. IDEM Homilia ad Pœnitentes. Si homo in cruce positus, nullis iam delectatur illecebris, mortua ei profusus

profusus sunt quæ per auditum, ac visum, per gustum, ac odoratum pariter ac tactum animi captiuare consueverunt. Omnia ante oculos prætereunda, velut transacta iam reputat, quia extremam horam celos emigraturus expectat. Ita & vos qui animas vestras ad contritionem abstinentiæ, & crucem Christi pro æternæ salutis remediis contulistis, obliuiscimini pristinas consuetudines, & malè blandas mundi seductiones, obliuiscimini concupiscentias quæ de celestibus mentem in inferiora deuoluunt.

Per pœnitentiam, spinæ peccatorum sunt euellenda.

92. MACHARIUS homil. 15. Qui desiderat in locis desertis, & fastidis horrum cōstruere, primum incipit purgare, claudere, ductus aquæ præparare: tum plantat, & crementum capiunt, quæ plantata sunt, ut hoc modo, multo post tempore, horrus fructus proferat. Ita voluntates hominum post transgressionem incultæ sunt, deserta, ac spinosa. Dixit enim Deus homini, Spinæ, & tribulos germinabis tibi. Multum igitur laboris, ac diligentia est adhibendum, ut quis perue- stiger, ac collocaet fundamentum, donec ignis veniens in corda hominum, qui spinas exurat, & ita incipiant homines sanctificari gloriam referentes Patri, & Filio, ac Spiritui sancto.

Pœnitentiæ efficacia.

93. CHRYSOST. Homil. 6. in Genes. Non sicut in sensibilibus rebus, ita & in spiritualibus vsu venit. Illic ex diuitiis in extremam reductus inopiam, breui eas recuperare nequit: hic per misericordiam siquidem condemnare facta nostra, & iam scilicet ignauiam voluerimus, statim poterimus ad pristinam abundantiam redire. IDEM homil. 34. ad pop. Antioch. Pœnitentiæ pharmacum, maximum est nostrorum vulnereum remedium, sic animarum vlcera curans & abolens, ut nec cicatrix, nec verruca apparitura sit, quod in corporis vulneribus non est possibile, ut in quibus licet infinita à medicis cataplasma quis superponat, cicatricè manere necesse est: & merito. Corpus enim est quod curat; hic autem, quia anima est quando quis suam gratitudinem, peccati confessione, elemosyna, &c. declarat, melius quàm ante habere incipit, & sic omnia vlcera tollit, ac depellit, ut ventus vehemens puluerem deturbat. Sic Paulus, Iatro, publicanus, &c. IDEM homil. 1. de pœnitentia. Quemadmodum anima pigritans atque negligens, quamquam multum ad pœnitentiam temporis accipiat, nihil operatur magnum, nec sibi ipsi Deum per desidia conciliat: Sic qui proposito excitato feruet, atque multa cum solertia pœnitentiam ostendit, breui temporis momento, longæ temporis peccata delere poterit. Nonne terribis Petrus negauit? Nonne vilis cuiusdam ancillæ verba timens? Quid ergo? Oportuit ne illum ad pœnitentiam multos annos terere? Nequaquam, sed eadem nocte lapsus est, & erectus, vulnûque & medicinam accepit, ægrotauit, atque ad priorem rediit sanitatem.

Pro pœnitentiam agere veniente.

94. CHRYSOST. hom. 75. in Matth. Magis nos quam seruos nostros vili pendimus: illis enim febri- citantibus, medicos conuocamus, cubiculam eis certum tribuimus, & medicinæ legibus parere compellimus, quas si negligat, irascimur, & custodes apponimus, qui eos medicorum præceptis viuere cogunt: quod si magni pretij medicina fuerit, libenter impensam subimus, & medicis ipsis non paruum mercedem deponimus. Quando verò nos ipsi ægrotamus (semper autem ægrotamus) nec medicum quidem accurere volumus, nullas pecunias impendere, nihil

penitus prouidere: sed quasi sicario quodam inimico, & hoste nostro iacente, sic anima laborante afficimur. IDEM hom. 9. in epist. ad Rom. Si malles in peccato vitam transigere, quàm die vno supplicio affici, nihil mirum. Hoc enim signum est animi tui minus perfecti, & ebrietatis, & morbi immedicabilis, quando & infantuli ipsi, medicum dum vident, vel ignem, vel sectionem apparere, fugiunt, ac resistunt euilantes, se se lacerantes; malntque perpetuæ corporis vomica, ac purulentiæ immori, quàm temporarium laborem perpeffi sanitatem in posterum assequi. At qui mentis compotes sunt, intelligunt ægritudinem sectione esse perniciosiorem, quemadmodum scelera- tum esse supplicio deterius est. IDEM hom. 20. in epist. ad Rom. Quemadmodum in ædibus facimus, inueteratas perpetuè restituentes, ita & in te ipso facias. Peccasti hodie? Inueterasti mentem tuam, ne desperes, nec recidas, sed renoua ipsam respice cœca, lachry- mis, confessione, bonorumque operum studio.

Pœnitentia iteranda.

95. AD COLOS. 3. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram. CHRYSOST. homil. 7. super hunc locum. Quid dicitis ô Paule? Nò dixisti: quoniam sepulti estis, quoniam simul cum illo sepulti estis, quoniam circumcisi estis, quoniam exuistis corpus peccatorum carnis? Quomodo ergo rursus dicitis: mortificate, &c.? Num ludis? Non est tibi contraria ista loquutio, sed quemadmodum si quis statuum antea squalidam, iam expurgatam, imò denuò quoque excussam, splendidamque exhibens, dicat quidem extersam esse, ac sublatam rubiginem: admoneat verò rursus, ut diligenter tollatur rubigo, non est sibi ipsi contradicit, nec enim absterfam iam rubiginem, sed eam quæ postea rursus accedit auferre hortatur. Ita & Paulus hic, non priorem mortificationem dicit, nec priores fornicationes, sed eas quæ postea succedunt, non enim est ista nostra vita, sed alia quæ in cælis est.

Peccata prius cogitanda ut eorum pœniteamus.

96. CHRYSOST. homil. 9. ad Hebræos. Si peccata nostra cogitarem omnia perficerentur. Sicut enim ianuam ingressus iam intus est: sic qui propria cogitat mala, etiam ad curationem eorum vitique veniet. Si autem dicat peccator sum, non autem ad peccatorum suorum descendat species; dicens, Quia hoc & hoc peccaui, nunquam cessabit, semper quidem confitens, correctionis verò nunquam curam faciens.

De necessitate pœnitentiæ.

97. CHRYSOST. Sermone de pœnitentia. Sicut in tenebris non est absque lucerna lumen, sic non potest homo peccatum sine pœnitentia ablueri. & infra. Pœnitentia sic est quomodo ager fructifer, aut vinea fœcunda, aut arbor fructifera. Fructus eius edit peccator famelicus, proficit in fiducia Dei, acceptæque promissione, pinguescit in vita, & hæc sunt verba eius. [Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non absconditus.] IDEM lib. 2. de compunctione cordis. Sicut impossibile est, ut ignis inflammetur in aqua: ita impossibile est compunctionem cordis vigere in deliciis. Contraria enim hæc sibi inuicem sunt, & peremptoria: illa enim mater flentis, hæc mater est risus: illa cor cōstringit, hæc distoluit: illa animæ alas innectit, & volare facit ad cælum, hæc ei plumbi pondus imponit, & demergit in infernum.

Pœnitentiæ laudes.

98. CHRYSOST. lib. 2. de compunctione cordis. Concupiscentiarum flammæ, si compunctio inueni- rit, ut

rit, vt fluius inundans extinguitur, curarum multitudines, si videat, velut flagello quodam extirpat. Ac sicut puluis, non potest stare ante faciem ventisita nihil malarum cogitationum resistere, vbi compunctio affuerit. Si enim corporalis amor ab omnibus necessariis actibus animam cogit abscedere, & illi soli quem amat operam dare, multo magis amor Christi.

Occasio peccati, & ipsamet peccata per penitentiam vitanda.

99. **CHRYSOST.** *lib. 1. de compunctione cordis.* Sicut in corporibus, & fistulis, nisi prius humorem influentem sistat, & vulnus tergentem, quotquot imponerentur medicamina, mali fonte non obstruendo, incassum omnia facit medicus: ita nos nisi occasionem quasi mali fontem cauerimus. **IDEM** *hom. 5. ad pop. Antioch.* Sicut agrotantes nisi semper ordinatè vixerint, nulla ipsis disciplina per tres, aut quatuor dies seruatur utilitas. Sic & peccantes nisi semper sobrii sint, nihil proderit ipsis duorum, aut trium dierum correctio.

Deus penitentes recipit benignè.

100. **CHRYSOST.** *Homil. 40. ad pop. Antioch.* Non est sicut homo Deus; nec enim exprobrat præterita, neque dicit quare tantum temporis distulisti; si penitentiam agamus, sed cum accesserimus diligit, & cum ipsius timore carnes nostras confixerimus.

Contra impatientes.

101. **IDEM** *IBID.* *Homil. 46.* Si corporis morbum patiamur, omnia facimus, & tractamus, vt à molestia liberemur: anima verò nostra malè habente tardamus, & differimus, propterea nec à vitis liberamur. *& infra.* Tu hominem quidem exacerbas, & amicos, & vicini, & ianitores rogas, & pecunias impendis, & multos absumis dies accedens, & supplicans, & siue semel, siue millies te repulerit iratus, non recedis; sed magis contendens, maiorem affert supplicationè. Deo autem omnium exacerbato oscitamus, & recedimus, & deliciis & ebrietati vacamus, & omnia pro consuetudine facimus, & eum quando propitium facere poterimus? Quomodo verò non ex hoc ipso magis irritamus? Nam peccantes non dolore, magis eum irritari facit, & irasci quam peccare.

Penitentia debet esse festina.

102. **CÆSARIUS ARELAT.** *Homil. 6.* Si semel aliquis vel secundò peccauerit, & sine aliqua dissimulatione, ad penitentiam medicamenta confugerit, pristinam incolumitatem, sine vlla mora recipiet; si verò peccata peccatis cæperit addere, & animæ vulnera tegendo, seu defendendo putrescere, quæ confitendo, & penitentiam agendo curare noluit, timendum est, ne in illo impleatur. *An ignoras, quia benignus Dei ad penitentiam te adducit?* **IDEM** *Hom. 16. super illud Eccles. 5.* [Noli tardare conuerti ad Dominum, &c.] Optimè enim malagma vel fistula, calidis adhuc vulneribus adhibetur, & citò vulnus sanatur, quò diu putrescere non permittitur. Et ideo si aliquis ex nobis cuiuslibet peccati vulnus accepit, antequam longa consuetudine putrescat, & scæteat, omni celeritate ad penitentiam medicamenta confugiat. Peccatum enim si diu dominari permittitur omnibus sanctis, & Dominum timentibus, putorem terribilissimum exhalare cognoscitur.

Peccata minora per penitentiam prius tollenda, deinde maiora.

103. **ANSELMVS** *Libr. de similitudinibus.* Sciendum, quem magni alienius peccatè criminis, sibi esse

agendum more arborem magnam succidere volentis. Sicut enim ille, minora per circuitum arbuta prius curat succidere, ne sibi arborem ipsam succidenti possint obesse: sic & huic vitia minora illi crimini vicina prius sunt extirpanda, nequa sibi crimen ipsum destruenti ferant impedimenta.

Post penitentiam bene operandum.

BEDA *in illud Isai. 1. Lauamini, mundi estote, &c.* 104. Quid prodest, spinis purgare agrum tuum, si non etiam aratro scindes eum, & seres in eo semen, vnde gaudeas in futuro. Ita & qui deserit peccata, & ea non plangit penitendo, nec bonum postea facere consuecit; nunquid fructuosum est peccata deserere, & bona non facere? **IDEM** *in verba Daniel. 9. Obsecro Domine Deus, &c.* Qui plangit peccatum, & iterum admittit, quasi quis lauer laterem crudum, quem quanto magis abluerit, tanto amplius lutum facit.

In presenti vita penitendum.

MATH. 6. *Et dimitte nobis debita nostra, &c.* 105. **MVENANTIVS** *super hunc locum.* Sicut debitum à debitore requiritur meritò, ita peccatum à Deo in die iudicij necesse est exigatur. Nam nisi hîc dum viuimus per pietatem eius indulgentiam ista nobis exactio condonetur, actum erit de salute nostra. Vnde meritò hic cuncta remitti à patre, cælesti rogamus, vbi delicta committimus: quando in futuro, vt peccare non licet, ita nec vacat penitere. **IDEM** *de circumcissione super illud psalm. 102. Renouabitur, vt aquila iuuenis tua.* Vt aquila per senectutem tam curuum acquirit rostrum, vt vesci non possit, nisi ad lapidem deinde percuciendo ad iuuenitatem frangat: quo facto rursus edit, & bibit, & reiuuescere dicitur. Sic peccator, qui peccatis est prægrauatus, vt nihil spirituale ei sapiat, morietur fame, nisi ad petram Christum per penitentiam se fortiter, ac diu percuciat, vsque ad propositi mutationem, & duritiei abiectioem.

Sacerdotum penitentia etiam pro peccatis subditorum. Vide, Sacerdos, num. 55. 59.

PERSEVERANTIA.

In penitentia perseuerandum. Vide, Penitentia num. 49. 95.

Non laudandus quisque nisi perseuerans. I. 2. I. 25. 26.

Perseuerantia in bono necessaria. 2. 5. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 22. 27. 28. 35. 36. 38.

Perseuerantia exempla. 3. 5. 23. 26. 29. 30.

Perseuerantia à Deo. 4.

Perseueranter ascendendum in celum per virtutes. 6. 7.

Perseuerantia commendatur. 8. 9. 18. 31. 32. 33.

Deus nobiscum perseuerat, quando nos perseueramus ei. 15.

Perseuerantia virtutes coronantur. 16.

Perseuerandum in bello contra Diabolum. 24.

Perseuerandum in laudibus Dei. 27.

Contra non perseuerantes. 34. 39.

Aliquando prodest exercitia virtutis remittere. 37.

Obedientia signum perseuerantia. Vide, Obedientia, numer. 43.

Non

Non laudandus quisque nisi perseuerans.

1. **Q**UÆRTIVR, quare in opere secundi diei, non ponitur approbatio illa, *Vidit Deus quod esset bonum*, cum in aliorum dierum operibus positum sit *Genes. 1.* Respondet **KVPERTVS**. Quia licet firmamentum vna quidem & pulchra species est, vt intamen iuxta intentione operantis, vnum quid totum non est. & sicut bonam domum non dicimus, quæ bonum tectum habet, non tamen parietes, nec perfecta cæmenta. Ita licet firmamentum tectum quidem mundi perfectum, & pulchrum est, nondum tamen mundus erat, nondum terra, & mare proprias habebat species, & ideo nimis festinum esset, si laudaretur, & diceretur: [Vidit Deus quod esset bonum.] *Hac ille.* Hinc colligitur quam sapienter dictum sit à Sapiente. [Ne laudaueris hominem in vita sua.] Licet enim bene quis inceperit; benèque processerit, quousque vitam benè finierit laudandus non est. Siquidem nec celum laudare Deus vult, vsque quo vniuersum perfectum est. Tunc autem laudauit, *cap. 2.* [Igitur perfecti sunt caeli, & terra, & omnis ornatus eorum.]

Perseuerantia in bono necessaria.

2. **GENES. 1.** *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, &c. cuius semen in semetipso sit super terram.* **ORIG.** Non solum herbam virentem, & lignum pomiferum iubet Deus terram producere, sed etià semen, vt perpetuò perseueret. Vt intelligamus debere nos, non solum bona opera facere, sed & semina habere in nobis ipsis, id est, omnium bonorum operum, omniumque virtutum semina in corde nostro continere, id est, habitus virtutum, ex quibus omnes actus boni nascantur. Si enim solum herbam virentem, floresque solos produxerimus, erimus sicut illa terra, de qua Saluator ait. [Et statim aruit, quia non habuit humorem.]

Perseuerantia exemplum Enoch.

3. **GENES. 5.** *Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni, ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* **CHRYSOST.** Neque paruo tempore in virtutum meditatione perseuerat Henoch. Ecce hic eiusdem naturæ est cuius & nos sumus, & nec lex tradita erat, nec scripturæ docebant, nec aliud quicquid ad honestatis, sapientiaque studium impellebat. Ex voluntate sua profectum est, quod Deo placuit, vt vsque hodie sibi sufficiat, ne vsque nunc mortis gustum experiantur. **ALEVINVS.** Tanto autem tempore Henoch seruatur à morte, vt in eo ostendatur, quia homo semper viuere, si non peccasset.

Perseuerantia à Deo.

4. **GENES. 6.** *Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est.* **AMBROS.** Spiritus sanctus, spiritus sapientia est, & cognitionis. Habet enim sapientiam: habet & disciplinam. Vnde de Bezeleel dicitur. *Exod. 31.* Quia repletus est spiritu prudentia, & disciplina. Hic ergo spiritus datur hominibus, sed non permanet in eis, quia caro sunt. Carnis enim natura disciplina repugnat, quia voluptati obtemperat. De solo Domino Iesu Christo scriptum est *Ioan. 1.* [Super quem videris Spiritum descendentem de caelo, & manentem super eum, hic est qui baptizat Spiritu sancto.] In eo manebat, quem nulla corruptela carnalis impedimenta reuocabant, quominus incorrupta, & impermixta ordinem discipline teneret. [Cuius caro non vidit

corruptionem.] *Altorum 2.* & super illud *Genes. 14.* *Dedu ei decimus ex omnibus.* **INTERL.** Sed & moraliter decimæ dantur, cum bono operi perseuerantia additur.

Perseuerandum in bono.

5. **GENES. 19.** *Noli respicere post tergum.* **AMBROS.** Hoc quod illi dicitur, omnibus dicitur. Si vis ergo & tu euadere, ne respicias retro, sed ante aspice, vbi Christus est, qui dicat tibi, vade retrò, sicut Petro dicit, vade retrò me, vt Christum sequeretur; Christum videret. Retrò Sodoma plena flagitij, retrò Gomorra vitis scatens, criminu regio. [Ne tegeritis, dicit Apostolus, ne contrectaueritis, ne gustaueritis quæ sunt omnia ad corruptelam.] Fuge ergo Sodomam, relinque ocys, desere clementia huius mundi, ne te imminencia inuoluant pericula. Qui non respexit euasit, quæ respexit, euadere non potuit. **AVGVST. 16.** *De ciuit. cap. 36.* Noli respicere post tergum, id est, non recedas animo ad veterem vitam, qua per gratiam regenerationis exuimur, si vltimum iudicium euadere cogitamus. Vnde **INTERL.** Noli respicere post tergum; quia, [nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei.] Sequitur, *Respiciensque uxor eius post se, versa est in statuam salis.* **AVGVST.** ubi supra. Hominibus fidelibus quoddam præstitit condimentum, quo sapiant aliquid, vnde illud cauetur exemplum. **RVPERTVS.** *moraliter.* Quoties stultis ad stultitiam suam, sicut canis ad vomitum reuertitur, & pristina vitia iterauerit, vel ad ea quæ propter Deum reliquerat, mente fuerit reuersus, exemplo vxoris Loth in statuam salis conuertitur, id est, sine sensu, & sibi inuicem efficitur, sed aliis prodest, dum finem eius attendentes corriguntur, quemadmodum petram salis lingentibus animalibus palatum lapidum redditur, & edendi auaritas reparatur. Proinde Dominus cum dixisset, [Qui fuerit in tecto, non descendat, &c. & qui in agro, non redeat retrò,] statim addidit. [Memento te vxoris Loth,] vt nos scilicet tanquam sale condiret; ne negligentes essemus, sed diligenter caueremus. Bene ergo non in statuam qualemcumque, sed in statuam versa est salis, vt exemplum fieret, & condimentum. Vnde alij salirentur, id est, cuius meminisse proficeret ad sapientiam.

Semper, & perseueranter ascendendum in celum per virtutes.

6. **GENES. 28.** *Et Angelos ascendentes, & descendentes per eam.* **ZENO EPISC. VERONENSIS** *de somno Iacob sermon. 8.* Scala duo testamenta significat, quæ Euangelicis intexta præceptis homines quasi per quosdam obseruantia gradus in celum leuare consueuerunt. Angeli ascendentes, & descendentes homines sunt. Tunc autem descendentes fuisse, quando sæculo renunciantes, rursus reuertuntur ad sæculum, de quibus Dominus, [Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, apertus est regno Dei.] Et iterum. [Memento te vxoris Loth.] Et Apostolus. [Quemadmodum reuertimini rursus ad ea quæ infirma, & egena sunt elementa?] Ascendentes verò sunt qui probis moribus, per gradus diuinorum obseruantia præceptorum, quotidie spiritualis itineris gloria feruntur in celum, quibus Apostolus. [Si confurrexistis cum Christo quæ sursum sunt, quaerite, &c.] Scala enim duos scaphos habet, & gradus plurimos. Scaphi sunt duo testamenta, gradus autem, virtutes, charitas, fides, obseruantia, humilitas, &c. iuxta illud. [Ibunt de virtute in virtutem, & videbitur Deus, &c.]

Perseuerantia

Perseuerandum in cepto itinere glorie.

7. **GENES. 32.** *Laban verò de nocte surgens, &c. reuerfus est in locum suum.* R. A. B. Quod & Laban, & Iacob ambo viam quæ ducit trans fluuium in terram repromissionis ire cœperunt, sed tamen ambo vsque ad destinatum locum non peruenerunt, quia Laban à cepto itinere destitit, non inconuenienter significare potest duos populos tentantes ire per baptismum ad terram promissam gloriæ. Sed Iacob illuc progrediente Laban reuerfus est. Quia filij lucis in profectu virtutum per baptismum ad futuram patriam properantibus, reprobi de incepto studio retrò labuntur, & ad pristinas sordes reuertuntur.

Perseuerantia commendatur.

8. **GENES. 37.** *Fecitque ei tunicam polymitam.* HIERON. Id est, variam. ACHILA talarem interpretatus est. SYMMACHVS autem manicatam. AMBROS. Meritò fecit ei tunicam variam, quo significaret eum diuersarum virtutum amictum fratribus deferendum. R. V. P. E. T. V. S. Tanquam perfecto, plenoque virtutum fecit ei tunicam variam, ob virtutum multiplicatam, & vsque ad talos pertingentem ob iustitiæ perfectionem. GREGOR. *Homil. 25.* Ioseph inter reliquos fratres talarem tunicam habuisse describitur. Tunica enim vsque ad talum est, opus bonum vsque ad consummationem. Nimirum, quia virtus boni operis perseuerantia est. [Qui perseuerauerit vsque in finem, ait Dominus Matth. 10. hic saluus erit.] Et præcepto legis; cauda hostiæ in sacrificio iubetur offerri. *Exod. 29.* Nam ille bene immolat, qui sacrificium boni operis vsque ad finem debite perducit actionis. Vide etiam *Ecclesia*, num. 36. ex AMBROS.

Idem.

9. **EXOD. 12.** *Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ, vsque mane.* INTERL. Intra claustramentis debemus conuersari dum pascha celebramus, ne foras sicut Dina vagemur, & cum Diabolo fornicemur. Vide *Ecclesia*, num. 38. ex R. V. P. E. T. O.

Perseuerandum in bono opere.

10. **EXOD. 14.** *Stare, & videre magna Domini que facturus est hodie, &c.* CYPRIANVS. De exhortatione martyrum cap. 7. Sed & locus hic excerptos de faucibus Diaboli, & de laqueis sæculi liberatos indicat, non debere denuò ad sæculum reuerti, ne perdant quod euaserint. Quod etiam nos admonet ipse Dominus in Evangelio. [Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro apertus est regno Dei.] & [Qui in agro est, non reuertatur retro.] [Memores estote vxoris Loth.] Ac ne quis aliqua vel cupiditate rerum vel suorum dulcedine retardetur, quominus Christum sequatur, addit, & dicit. [Qui non renunciat omnibus quæ possidet, non parebit meus esse discipulus.]

Idem.

11. **EXOD. 21.** *Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egrediatur liber gratis.* GREGOR. *Homil. 3, in Ez. echi.* Seruus Hebræus emitur, quando vnusquisque qui iam ab hoc sæculo mente transit (Hebræus enim transiens interpretatur) seruitio omnipotentis Domini subditur. Ille etenim verè Deo seruire appetit, qui ab hoc sæculo mente transire didicerit. Ille sex annis seruire præcipitur, ita vt in septimo liber exeat gratis. Quia per actiuam vitam quisque ad contemplatiuam vitæ libertatem tran-

sit. Per senarium enim numerum, actiuæ vitæ perfectio designatur, per septenarium autem contemplatiua vita exprimitur. & notandum, quod gratis liber egreditur, quia hi postquam omnia fecerint dicunt se inuites seruos. Eis procul dubio, sicut ipsa actiua fuit ex munere, ita erit ex gratia ipsa contemplatiua. Sequitur. *Cum quali veste intrabis, cum ea exeat:* quia omnino necesse est vt vnusquisque nostrum in hoc quod incipit perseueret, atque vsque ad finem operis in ea quam inchoauit intentione perduret. Ille quippe ad contemplatiuam transit, qui in actiua vita intentionis suæ vestem ad deteriora non mutauit.

Idem.

EXOD. 28. *Facies & tunicam superhumeralis etiam hyacinthinam, &c.* BEDA. Tunica tota erat hyacinthina; quia huius specie vniformi ostenditur manifestè qualis esse debeat vita sacerdotis, tota hyacinthina, hoc est, supernis solum desiderijs incessanter intenta, iuxta Apostolum. [Nostra autem cõuersatio in caelis est.] & iterum. [Saluatorem expectamus, &c.] Quæ tunicam etiam talaris dicitur esse, quia vniuersa membra sacerdotis à capite, vsque ad pedes gratia virtutum cælestium contacta esse debent, & nihil in sacerdotali vita infirmum, ac fordium debet remanere. Item talaris, & hyacinthina erat, vt admoneatur, opus cæleste non inchoandum tantummodo, verum etiam, vsque ad finem in eo esse perseuerandum, omnibus qui salui esse voluerint. Tunica namque hyacinthina, vsque ad pedes vestiri est bonis operibus, vsque ad finem vitæ huius insistere præcipiente Domino. [Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.]

Idem.

EXOD. 29. *Tolle adipem de ariete, & caudam, &c.* GREGOR. 1. *Moral. cap. 40.* Cauda hostiæ in altari Domino offerri præcipitur, vt omne bonum quod incipimus etiam perseuerantiæ fine compleamus. Hinc & Ioseph, qui inter fratres, vsque in finem iustum perseuerasse describitur, solus talarem tunicam habuisse perhibetur. Nam tunc talaris tunica talum corporis opprimit, cum bona actio ante Dei oculos vsque ad vitæ nos terminum tegit.

Idem.

EXOD. 34. *Cumque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo innocans nomen Domini.* AMBROS. *super psalm. 118.* Moyses non transiuit viam, sed in via stetit, cui dictum fuerat. [Stabisque mecum super verticem montis.] Stetit ergo cum illo qui ait *Ioan. 14.* [Ego sum via, veritas, & vita.] Hanc qui viam transit labitur, Moyses autem non lapsus est, sed pertransiuit à secularibus ad spiritualia, à temporalibus ad æterna. HIERON. *super Epistolam ad Galat. cap. 5.* [Stare, & nolite iterum iugo seruitutis contineri.] Ex hoc, inquit, ostenditur, quia non stet, qui iugo inhæreat seruitutis, & quia is qui à Christo libertate donatus est tamdiu fuerit sub iugo, quamdiu spiritum seruitutis habuerit in timore, & legis initia sit securus. Quod autem ait, [stare,] firmam, & stabilem in Christo hortatur fidem, vt *Ecclesiæ Galatiæ* firmo in Salvatore permancant pede, de quo in alio loco iustus loquitur. [Statuit super petram pedes meos,] id est, super Christum, ne scilicet circumferantur omni vento doctrinæ, & in diuersa rapiantur. Vnde ad stantes dicitur, 1. *Corinth. 10.* [Qui stat videat ne cadat.] Et in alio loco. [Stare, viriliter agite, confortamini.] Vt stent cum eo quem

Stephanus

Perseuerandum quousque sanemur.

Stephanus à dextris Patris stantem vidit in martyrio perseuerans, & qui locutus est ad Moysen: tu verò stas mecum.

Deus nobis perseuerat, quando nos perseueramus ei.

15. **IDEM HIERON. super psalm. 81.** Multa sunt schemata. Frequenter enim sedemus, interdum stamus, interdum iacemus, interdum currimus, interdum ambulamus. Ita & Deus describitur pro varietate hominum. Si sancti sumus similes Moysi, dicitur ad nos, [Tu verò hic stas mecum:] Stabat autem Moyses super petram, propterea & Dominus stabat illi: Si verò prius sancti fuerimus, & postea peccatores, iam non nobis stat Deus, sed ambulat: hoc est, mouetur de loco suo, qui nobis ante steterat. Postquam nos moti fuerimus, & ipse nobiscum patiter mouetur. Denique & Adam quamdiu in paradiso fuit, & mandatum seruauit, stabat ei Deus: postquam verò transgressus est, audiuit vocem Dei ambulantis in paradiso. Vis scire quia ambulabat ei Deus, quid ei dixit? Adam vbi es? Qui ante stantem Deum non fugerat, postea ambulatam fugit. Item nobis sedet Deus; quando & nos sedemus. Item & nobis dormit, quando & nos dormitamus. Iuxta illud. [Exurge, quare obdormis Domine?] & *Marci 4.* Dormiebat Apostolis in nauis, propterea nauis fluctibus tundeatur. Denique excitant eum & euigilant, & statim tempestas quiescit.

Perseuerantiæ virtutes coronantur.

16. **EXODI 34.** *Et solemnitates, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.* LIPOMAN. Solemnitas hæc quæ, *collesta*, dicebatur, in fine anni celebranda iubetur pro iam susceptis omnibus terræ nascentibus in horrea, mense septimo, qui responderet Septembri nostro. Et nobis recollectionis festum celebrare opus est, in quo perseuerantia bonorum operum exprimitur. [Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.] Perseuerantia enim virtutes omnes in horreum Domini charitatis congregat; quia sine ipsa nulla virtutum coronatur.

Perseuerandum in bono.

17. **LEVIT. 6.** *Hæc est lex holocausti, cremabitur in altari tota nocte vsque mane.* RADVILPHVS. Nobis verò innuitur, vt si holocaustum nosmetipsos Deo obtulerimus, si flamma sancti amoris ardere ceperimus, perseueremus, nec præ abundantia iniquitatis refrigescat charitas nostra, nec extinguatur in nocte lucerna nostra. Lucerna quippe nostra ipsa charitas est; quia præceptum Domini lucidum illuminans oculos; ipsa enim quo gressum tendamus operit, intus nos erudit, & dum quæ agimus, aliis ostendit, quo sequi debeant eisdem accendit. Si igitur post tenebras noctis præsentis, æternum nobis mane oriri cupimus, pro custodia huius lucernæ sollicitè vigilemus.

Perseuerantia commendatur.

18. **LEVIT. 22.** *Bonem, & onem, aure, & cauda amputatis, &c. Votum autem ex eis solui non potest.* INTERLIN. Curtatus est cauda qui de nouissimis non cogitat. GLOSSA ORDIN. Aure amputatus est, qui inobediens est, qui verbis turpibus delectatur, bona aduersatur. Vel per caudam intellige perseuerantiam, quia finis est corporis. *Hæc illa.* Nota autem quomodo iungit inobedientem, & non perseuerantem. Vterque enim non est sacrificium acceptum Domino, nec soluit votum emissum.

IOSVE 5. *Postquam autem omnes circumcisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur.* GLOSSA ORD. Non sufficit circumcidi, necesse est post circumcisionem sanari, & cicatricem in vulnere obduci; Circumcidi enim per Iesum, est, vitia & consuetudines prauas, & pessima instituta deponere, & quidquid ab honestatis regula discordat, abscondere. Sed hoc facientes cum quodam dolore animi consuetudinis culpam, nouella institutione vitamus, vsque quo cicatrice obducta sanemur, id est, noua instituta, absque difficultate impleamus, & in usum vertatur, quod prius insolitum, & difficile videbatur, & tunc meritò dicitur nobis, [Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis.] INTERR. Id est, omnia vitia, & peccata Ægyptiorum.

Idem.

IOSVE 8. *Non contraxit manum, donec interficeretur omnes.* Non cessandum in via virtutis, donec omnia vitia vincantur, &c. Vide, *Morificatio*, num. 32. ex ORIGENE.

Non laudandus quisquam nisi perseuerans.

IOSVE 22. *Fecistis omnia quæ præcepit vobis Moyses famulus Domini, in omnibus obedistis, &c.* GLOSSA MOR. Licet opera virtutum, in principio non sunt commendanda propter dubium de perseuerantia, quando tamen perseuerantia manifestatur, vt in præsentibus, debent commendari. Quia virtus laudata crescit. Vnde AMBROS. *serm. de Confessore Pontifice.* Lauda nauigantis feclicitatem, sed cum peruenerit ad portum; lauda ducis virtutem, sed cum perductus est ad triumphum.

Perseuerandum in cruce ferenda.

IVDICVM 3. *Samgar percussit de Philistinim sexcentos viros vomere.* ORIGEN. *hom. 4 in Iudices.* Tu quoque esto agricola animæ tuæ, vt ere aratro, quo vsus est Samgar. Sed cum miseris manum in aratrum, noli respicere retro, id est, postquam tuleris crucem tuam, & secutus fueris Christum, postquam sæculo renunctiasti, & his quæ in sæculo sunt, noli requirere ea quæ propter Christum reputasti, vt stercore: Quia si in hoc aratro manum habueris semper, vt confidenter dicas, [michi autem absit gloriati, nisi in cruce, &c.] [Cadent à dextris tuis mille, & decem millia à sinistris tuis.]

Inconstantia mala ex casu Salomonis.

3. **REGVM II.** *Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas.* AMBROS. *serm. 15, in psalm. 118.* Salomon, cuius sapientia totis celebratur sæculis, factus est insipiens; quia nimium amaui, &c. Vide quantum mali inconstantia in bono operetur. HIERON. *Epistola ad Furiam.* Non quæruntur in Christianis initia, sed finis. Paulus male cœpit, sed bene finiuit. Iudæ laudantur exordia, sed finis proditione damnatur. GLOSSA ORD. *in hunc locum.* Apparet in persona Salomonis mira excellentia, & mira subuersio, & stenda vorago. *Hæc illa.* Hoc improperat ei Spiritus sanctus *Ecl. 47.* [Inclinasti formosa tua mulieribus, & potestatem habuisti in corpore tuo.] Alia litera. [Et vinci te corpore tuo passus es, & dedisti maculam in gloria tua.] CYRILLVS *lib. 7. contra Iulianum pagina 157.* Corripiebatur Salomon amore in ipsa senectutis via, mente iam deflorescente, nec pristinum habente vigorem, sed quasi cum corpore senescente. Vbi ad finem, & occasum vitæ venit, defecit simul ætas roboris, & mentis.

MMm Deinde

Deinde laqueum illi per mulieres parauit Satanas, & à recto abduxit. Hac ille. Ex quo colligitur, Cyrillum opinasse Salomonem condemnatum fuisse. Huius etiam sententia est GREG. lib. 2. Moral. cap. 2. BIDA. lib. 30. quæstionum in libros Regum quæst. 29. Vide quid inconstantia in bono faciat mali. Si Salomoni omnium sapientissimo non profuit eius sapientia cum inconstantia. EVSEBIUS EMISENVS hom. 15. ad Monachos. Quid mihi prodest si fata virentia herbis spem messis ostendant, & me sub ipso falcis tempore subita vel aeris intemperie, vel pluuiarum inundatione decipiant? Vide infra, num. 25.

Perseuerandum in bello contra diabolium.

24. 2. REGVM 24. Factus est ei, scilicet Regi Babylonis, Iocum seruus tribus annis. GLOSSA ORD. Tribus annis Regi Babylonis seruum esse, est persuasione, delectatione & consensu antiquo hosti subditum fore, & totum vitis deditum, & quasi liberè ab eo possideri. Sed aliquando tales per Dei misericordiam admoniti rebellantur contra nequam spiritum. Vnde subditur. & rursus rebellauit contra eum. Nec sufficit rebellare, si non perseuerauerit in certamine. Qui enim à diaboli potestate se exire desiderat, necesse est, vt contra eum formiter dimicet, & adiutorium à Deo imploret. Hac illa. Iocim non perseuerauit rebellando, nec fortiter dimicauit. Ideò captus, & carenis vincetus ducitur in Babylonem.

Non laudandus quisquam nisi perseuerans.

25. 2. PARALIP. 9. Reliqua autem operum Salomonis priorum & nouissimorum, &c. GLOSSA ORD. Quæ fecit postquam legem Dei transgressus est, cum alienigenæ vxores vsque ad idololatriam eum pertraxerunt. Vide in 3. Reg. cap. 11. Multi quidem, vt Salomon, bene incipiunt, & male desinunt. Dicique beatus ante obitum nemo, supremaque funera debet.

Idem.

26. 2. PARALIP. 14. Regnavitque Asa, &c. in cuius diebus quiescit terra annis decem. Fecit ergo Asa quod bonum & placitum erat in conspectu Domini Dei sui, & subuertit altaria, &c. INTERL. Hic eos significat qui bene incipiunt & male finiunt. Cui dictum est à propheta Hanani 2. Paralip. 16. Stulte fecisti, quia habuisti fiduciam in rege Syria, & non in Domino Deo tuo. Protulit enim Asa argentum, & aurum de thesauris domus Domini, & de thesauris regis, misitque ad Benadab regem Syria, vt scilicet liberaret eum de manu Baasa. Vide autem quam malè finiuit. Sequitur: Iratus est Asa aduersus videntem, & iussit eum mitti in neruum. Valde quippe super hoc fuit Dominus indignatus, & interfecit de populo in tempore illo plurimos. Egroauit etiam Asa dolore pedum vehementissimo, & neque in infirmitatibus quas fuit Dominum, sed magis in medicorum ante consisus est, dorminque cum patribus suis, & mortuus est, &c.

In laudibus Dei perseuerandum.

27. MANASSES Rex in oratione sua post cap. 36. 2. Paralip. Et laudabo te semper omnibus diebus vite mee. INTERL. Non vno die, nec paucò tempore, sed omni die. [Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.] GLOSSA ORD. Prudens expectator æternæ salutis, non paucò tempore, sed omni tempore vitæ suæ Deum laudat. Deus verò in diebus vitæ laudatur, non autem mortis, hoc est, qui delictorum morti subditus iacet, iniquitatibus inuolutus, Deum laudare non potest: [non enim est speciosa laus in ore peccatoris, &c.]

Perseuerandum in bono.

28. TORMÆ 2. Immobiles in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vite sue, &c. & infra. Viam illam expectamus quam Deus daturus est eis, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. INTERL. Id est, perseuerantibus, non incipientibus. Vltima semper est expectanda dies hominis. Vnde, [Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.]

Inconstantia exemplum.

29. MACHAB. 10. Ptolomeus autem qui dicebatur mater, iustus tenax erga Iudeos esse constituit, & principè propter iniquitatem, que facta erat in eos, & pacificè agere cum eis. Sed ob hoc accusatus ab amicis apud Eupatorem, &c. veneno vitam finiuit. Non perseuerauit in virtute. Bene enim cœperat, sed male finiuit sumpto veneno propria voluntate, vt opprobrium fugeret.

Idem.

30. MACHAB. 14. Inter alia laude digna quæ de Razia narrat scriptura, dicit. Hic mulier temporibus, continentia propositum tenuit in Iudaismo. & infra. Corpus, & animam tradere contentus pro perseuerantia. De isto Razia dicitur eodem cap. Gladio se petiit, eligens nobilitatem mori, potius quam subdita fieri peccatoribus & contra natales suos indignis iniuriis agi. AVGVST. Epistola 61. & lib. 2. contra Gaudentium cap. 20. & 23. tener condemnatum fuisse, eo quod seipsum interemit. Magister vero VICTOR. Relectione de homicidio; existimat de Razia etiam isto dici posse, quod ab eodem AVGVST. locis citatis, & 1. de ciuitate Dei cap. 21. de Samsone dictum est peculiari scilicet Dei instinctu sibi ipsi vim intulisse.

Perseuerantia commendatur.

31. MATTH. 10. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. BERNARD. Perseuerantia sola meretur vitis gloriam, coronam virtutibus. Profus absque perseuerantia, nec qui pugnat victoriam, nec palmam vitam consequitur. Vigor virium, virtutis consummatio est, nutrit ad meritum, mediatrix ad præmium. Soror est patientiæ; constantia filia; amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum; propugnaculum sanctitatis. Tolle perseuerantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam; nec laudem fortitudo. Denique non qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Saul cum esset paruulus in oculis suis, rex est super Israel constitutus, non perseuerans in humilitate; & regnum amisit, & vitam. Si caurela Samson, si Salomonis deuotio perseuerantiam retinuisent, nec is sapientia priuaretur, nec ille viribus.

Idem.

32. EXODI 28. Duas oras iunctas habebis, scilicet super humerale, in vtroque latere summatum, vt in vnum redeant. BRVNO. In qua re, nihil aliud significari putamus, nisi, vt tota vita nostra sic in bonis operibus continetur, vt & principio finis concordet, & bonum, quod cœpimus vsque in finem non relinquamus. Duæ namque oræ in vnum redeant, dum prima, & vltima vitæ nostræ in boni perseueratione conueniunt.

Contra non perseuerantes.

33. THREN. 4. Qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. HVGON DE FOILETO. Crocus in Oriente nascitur, colorat, & saporat. In croceis ergo nutriuntur, qui initio conuersationis suæ interius

rius sapore virtutum reficiuntur, exterius verò boni operis exemplo colorantur. Sed hi qui sic in croceis nutriuntur, amplexantur stercora, dum post sobrietatis, & continentia vitam, reuocat eos ventris cura.

Perseuerandum vsque in finem.

34. AD Ephes. 2. In operibus bonis preparauit Deus, vt in ipsis ambulemus. CHRYSOST. hom. 4. ad Eph. Non vt initia quædam honestæ vitæ auspicemur solum, sed vt ambulemus. Ad hoc virtute opus est, quæ ad mortem perseueret. Neque enim si nos viam ingredi conueniat, quæ recta in ciuitatem ducat regiam, & iam confecta meliore itineris parte desistamus. Sic si postea circa finem vitæ lentescerent, animoquæ præmolliiti defecerimus: nihil nos inuenit eiusmodi spes vocationis. IDEM hom. 24. ad Hebræos. Non oportet exordia sola habere clara, sed & finem clariorem. Nonne rhetor circa finem orationis sategit clarior apparere, vt cum plausibus discedat? Nonne circa finem perfuntionis suæ actionem clariorem demonstrat? Nonne athleta nisi finem ostendat clariorem, & vsque ad consummationem semper exuperet, & si omnes vicerit, vincatur autem à nouissimo, nonne omnia illi infructuosa fiunt? Gubernator si totum mare transierit, nauis in portu fracta, nonne totum priorem laborem amisit? Sic etiam in virtute contingit. Quotquot exordij finem non posuerunt competentem, & consequentem, & concinnum, perierunt & corrupti sunt. Tales namque sunt, qui ex carceribus ipsis clari, & gestientes profiliunt, postea verò dissolutius, laxiusque mouentur, idcirco palma fraudantur.

Non desistendum à cæpto itinere nec breui quidem tempore.

35. CHRYSOST. serm. de virtutibus & vitis. Vt in theatris, qui per sublatum funem scandere, ac descendere exercentur, si parum aliquid acies oculorum errauit præcipites continuo ruunt. Ita qui spiritalem grassantur viam, si breui segnitiei tempus concesserint, per anfractus quosdam proni saepe traduntur, & fune illo quidem hic limes angustior est, erectus magis, & arduus, multoque certior cuius ad apicem terminatur cælum. [Arcta, inquit Dominus, est via, quæ ducit ad vitam, &c.]

Perseuerandum vsque in finem.

36. GREGOR. lib. 22. Moral. cap. 6. Non est absolutus debitor, qui multa, sed qui omnia reddidit, nec ad brauium victoriæ peruenit, qui in magna parte spectaculi currit, si iuxta metas veniens, in hoc quod est reliquum deficit. Nec ad quælibet destinata loca progrediuntibus inchoando prodest longum iter carpere si non etiam totum valeant consummare. Qui ergo æternam vitam quærimus, quid aliud quàm quædam itinera agimus per quæ ad patriam festinamus? Sed quid prodest quod carpinus multa, si ea, quæ ad perueniendum restant, negligamus reliqua? More itaque viatorum nequaquam debemus aspiciere, quæ bona necdum fecimus, sed ea quæ non iam fecisse gaudemus. CÆSARIUS ARELAT. hom. 25. Quid mihi prodest, si mihi fata vitidantia in herbis spem messis ostendant, & me sub ipso falcis tempore, subita vel aeris intemperie vel pluuiarum inundatione decipiat? Quid mihi proderit si vinea spem omnem in flore promittat, & vel ferarum incurso vel vastitas grandinis spem omnem in consummationem subducat? Ideoque omnis prosperitas, aut felicitas in fine consistit.

Aliquando prodest exercitia virtutis remittere.

37. AVRENTIVS IVSTINIANVS lib. de ligno vita cap. 4. Quemadmodum arcus ex studio distenditur, vt suo tempore cum utilitate tendatur, qui si otium relaxationis non accipit ferendi virtutem ipso vsu tensionis perdit: sic in exercitatione spirituali, cum aliquando feruor, & virtus per discretionem temperatur, seruatur, vt tantum post vitia valenter feriat, ignauiamque excutiat, quantum ab exercitatione inrertius prudenter cessat.

De perseuerantia necessitate.

38. IDEM IBI D. cap. 1. de perseuerantia. Sicut oculis corporalibus necessaria est lux vt suo perseruatur sine: ita & omnibus prædestinatis, ac vocatis ad regnum cœlorum necessaria est perseuerantia. & sicut absque luce frustra aperitur oculus: eodè modo inanerit currit qui vtrique ad finem vitæ non perseuerat. IDEM ibid. cap. 10. de Precatione. Viatorum hæc est consuetudo, & commendabile propositum ab incepto non desistere, donec ad terminum, quo pergunt perueniant. Hoc agunt strenui bellatores, quod non prius discedunt de loco certaminis, nisi adepta iam victoria. Sic in omni re, atque negotio perseuerandum ad finem vsque. Hoc fit in agricultura, hoc in ædificiis construendis, hoc in studio literarum, hoc in moribus componendis, amplius verò in adipiscendis virtutibus.

Inconstantes quibusnam assimilentur.

39. BASILIVS de constitutione monastica, cap. 9. Horum volucris animus continenter labris veluti quibusdam pulsat, horum consilia assimilia vesperilionum volatibus sunt, quippe qui in directum nunquam feruntur, sed tortuoso, & incerto maxime volatu huc, illucque temerè pererrant, ac circumuagantur. Hi multum serpunt, sed nihil promouent: siquidem iumentis hi similes sunt, quæ ad molas deligata cum ingredi continenter non cessent, eodem tamen vsque in spatio semper reperiuntur, & fracto laboribus corpore, ipsa tamen ultra exigui loci fines progressa non sunt. Sic isti quoque cum assidue in corporis libidinibus implicentur, in hisque depresso inhærescant, ad spiritus fastigium nunquam euadunt, sed inexhausto cursu in orbem perpetuo incitati feruntur, nempe qui vna cum corporis concupiscentiis voluptatibusque assidue agitati, rotatique, eodem vnde mouerant, denuò referantur, & propter voluntatis prauitatem ab iniqua, in qua sunt feruitute, nunquam liberentur.

PRÆDESTINATIO.

- Deus neminem ex præscientia condemnat. 1. Prædestinatio precibus, & operibus nostris impletur. 2. Deus quos vult saluat, & alios ob peccata condemnat. 3. 6. 7. Dei prenotio, non est definitio. 4. Prædestinatus, non permanet in peccato. 5. De prædestinatione nullus certus. 5. Signa prædestinationis. 5. Deus eligit quem mundus spernit. 6.

Deus neminem ex præscientia damnat.

40. GENES. 2. Plantauerat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat. AMBROS. Quis est qui poterat fingere

paradisum, nisi omnipotens Deus, [qui dixit, & facta sunt?] Ille de quo dicitur, [Omnis plantatio quam non plantavit pater meus eradicabitur.] *A principio.* HIERON. Priusquam Deus cælum, & terram faceret, paradisum condiderat. *Alij dicunt, & verius.* A principio, id est, à tempore conditionis, id est, tertio die, cum paradisus sit quidam terræ ornatus, & corporalis. Sicur *Ioan. 8.* dicitur de diabolo. [Ille homicida erat ab initio,] id est, à sexto die in quo peccavit homo. *In quo posuit hominem, &c.* Extra paradisum quippe creavit illum, & mox posuit illum in eo, id est, præcepit illi ut esset illic. Sicut cum stellas, & luminaria creavit; posuit eas in firmamento, id est, in cælo eas esse præcepit. *T H E O R.* Sed qua de causa Deus hominem in paradiso posuit, cum paulo post inde esset eum expulsurus? Primum quidem, quia Deus neminem ex præscientia damnat, sed posteaquam peccaverit. Ideoque & quamvis Adæ peccatum sciret, bonorum tamen participem fecit, &c. Vide *Peccatum, num. 6.*

Prædestinatio precibus, & operibus nostris impletur.

2. *GENES. 25.* Et exaudivit eum, & dedit conceptum Rebecca. *GREGOR. lib. 1. Dialogorum.* Notandum quod obtineri nequaquam possunt, quæ prædestinata non fuerunt, sed ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque cælestis regni prædestinatio, ita est ab omnipotente Deo disposita, ut ad hanc electi ex labore perveniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante sæcula donare disposuerat. Abrahæ promiserat Deus. [In Isaac vocabitur tibi semem,] & tamen scriptum est quod [Isaac deprecatus est Dominum pro vxore sua, eo quod esset sterilis, qui exaudivit eum, & dedit conceptum Rebecca.] Si ergo multiplicatio generis Abrahæ per Isaac prædestinata fuit, cur sterilis accepit &c? Nisi quia prædestinatio precibus impletur? *INTERL.* Quamvis in Isaac promissa esset successio, tamen implenda erat precibus, Dei præfinitio. *L I P O M A N.* Errant igitur qui dicunt, non necesse habemus operari bona, si prædestinati sumus. Nam ita prædestinatus est quilibet ad regnum cælorum, ut bonis tamen mediantibus actibus Dei præfinitio impletur, dicente Domino Iesu: [Si vis ad vitam ingredi, serua mandata] & [contendite intrare per angustam portam.] & [regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud] & super illud *Genes. 3. 2.* Deus patris mei Abraham & Deus patris mei Isaac, &c. *erue me de manu fratris mei Esau, &c.* *INTERL.* Ne rotum humano consilio tribuat, adiungit orationem. Quia prædestinatio Dei, precibus adiuuatur. Vide *Oratio, num. 19. ex eadem GREGOR.*

Deus quos vult salvat, & alios ob peccata condemnat.

5. *GENES. 40.* Accidit ut peccarent duo Eunuhi &c. & misit eos in carcerem. *R Y P E R T.* Ab eis qui iudicia Dei scrutari & reprehendere audent verbi gratia, dicentis ad Moysen, [Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.] *Exod. 3. 3.* Quærendum nobis est an Pharaonem hic reprehendere velint. Nam alterum ex duobus istis qui in eum peccaverunt, pristinum in gradum restituit, alterum in patibulo suspendit. Ecce & hic miseratus est, cui vult, & clemens fuit, in quem sibi placuit: an hoc in illo quisquam reprehenderet? Non utique cum firmamento rationis. Quis porro nesciat mundum uniuersum, totamque humani generis massam, sic fuisse in manu Dei, tanquam duos reos in manu regis?

Etenim ex quo Adam peccavit, uniuersi propter illum sumus rei & vincti. Ergo duo sunt rei, sed vnus assumitur, & alter relinquitur. Tu ergo ô homo, quis es, ut respondeas Deo, cum Pharaoni respondere non possis? An non habet potestatem Deus contra quem reatus admittitur, saltim aequè, ut Pharaonem condemnare, & ab alio poenam exigere? [An non habet (inquit Apostolus *Rom. 9.*) potestatem figulus facere de eodem luto aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam?] [& nunc Domine (inquit *Ieremias cap. 6. 4.*) Pater noster es tu, & nos lutum, & fictor noster, & opera manuum tuarum omnes nos. Lutum quidem sumus non solum, quia de luto facti sumus, verum etiam quia cum argentea ratione, vel aurea Dei nostri similitudine splendescere debuimus, patre nostro peccante omnes cum illo in lutum recidimus. Vnde *Iob cap. 30.* Comparatus sum, inquit, luto, & assimilatus sum fauillæ, & cineri. Obstruitur itaque omne os, nihil enim Deus admittit eis quos esse vasa contumeliæ permisit, quia suo sunt vitio lutum facti. Facit autem gratis quod non debuit, cum aliqua ex eis format vasa honoris.

Dei prænotio, non est definitio.

4. *EXOD. 23.* Scruiensque Domino Deo vestro ut. *4.* *benedicam panibus, &c. non erit infecunda, nec sterilis in terra tua, numerum dierum tuorum implebo.* *INTERL.* Nota quod propter peccata hominum sterilitas mulierum, & animalium, & ipsius terræ sæpe contingit, imo & breuitas vitæ iuxta illud. [Viri impij, non dimidiabunt dies suos.] *T H E O D O R.* Quæmodum intempestiuam mortem non obedientibus sibi Deus minatur: ita obedientibus sibi longam vitam pollicetur. Non quod certum quendam, atque eundem terminum viuendi omnibus hominibus statutum sit, quod plerique putant. Nam quemadmodum omnibus mortalibus à Deo statutum est, ut semel moriantur, neque vnus dari potest qui mortem effugiat: sic si certus, atque idem viuendi terminus definitus esset, nec iustus longiori, nec iniustus breuiori vita fruereetur. Illud autem quod apud Dauidem scriptum est: [Dies annorum nostrorum, in ipsis septuaginta anni:] ideo dictum est, quia pauci admodum septuaginta annorum circulum transcendunt. Vnus quisque igitur nostrum illos dies viuet, quos Deus prænotat. Caterum, Dei prænotio terminus dici non debet. Propterea quod si Dei prænotio est, definitio esset; Deus qui Adam, & Luciferum casuros prænotat, casum quoque illorum statisset: quod sane impium dictum esse quis non videt?

Prædestinatus, non permanet in peccato.

5. *I O A N. 5.* Omnis qui natus est ex Deo non peccat, sed generatio Dei conseruat eum. *B E R N A R D.* Non peccat, inquit, id est, non perpetrat, non permanet in peccato, quia conseruat illum, ut perire non possit, ea quæ falli non potest cælestis generatio. Sive non peccat, id est tantumdem est, ac si non peccet pro eo, scilicet quod non imputabitur ei poenitentia deletum peccatum. Generatio enim cælestis conseruat illum; sed generationem istam quis enarrabit? Quis potest dicere: ego de electis sum, Ego de prædestinatis ad vitam, ego de numero filiorum. Quia, inquam, dicere non potest, reclamante scriptura. [Nescit homo vtrum dignus sit amore, an odio?] Certitudinem non habemus, sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxietate penitus cruciemur. Propter hoc data sunt signa quæ data, & indicia manifesta salutis, ut indubitabile sit eum esse de numero electorum, in quo ea signa permanserunt. Porro inter ea quæ fiduciam præstant, & materiam spei, maximum

est hoc, quod Dominus ait. [Qui ex Deo est, verba Dei audit.] Nonnullos enim sic interdum audientes inuenies ac si nihil ad eos pertineant, quæ dicantur; non intrare cor suum, non discutere mores suos, non cogitare, ne forte quod audiunt dictum sit propter eos. Magis autem, si forte sermo Dei viuus & efficax, qui suo, & non eius, qui loquitur arbitrio fertur, quocumque voluerit; si, inquam, manifestè aduersus vitia illa processerit, quibus se illi sentiunt obligatos, dissimulant, & auertunt oculos cordis, aut qualibet adinventione palliant vitia, & seducunt miserem se ipsos. In his ergo salutis signa non video: magis autem vereor ne forte propterea non audiant verbum Dei, quia non sunt ipsi ex Deo.

Deus eligit quem mundus spernit.

6. **2.** *R E G. 9.* Superest filius Ionatha scilicet Miphibosech debilis pedibus, &c. *GLOSSA ORDIN.* Miphibosech vtroque pede claudum Dauid ad se vocauit, cum prædestinatio, & præscientia Dei eum, quem ad sæculi desideria, & mundana negotia exercenda seruare, & actione debilem conspexit, ad Dei ministerium eligit. Quia quem mundus per fastum elationis spernit, Deus propter deuotionem humilitatis acquirit.

Non causandus est Deus, quod hunc saluet, illum condemnet.

7. **A** *M B R O S. Lib. 2. de vocatione gentium cap. 10.* Si de parentum carnalium iudicij conuenerit non audemus, cum aliquos filios suos ante vlla morum examina, ante aliqua pietatis officia indulgentiore complectuntur affectu. In dominis quoque erga famulos libera est dispositio: nec iuste à quoquam reprehenditur, qui de vnus conditionis familia quosdam sibi, quos benignius honestaret, & quos liberius erudiret, elegit. Nunquid de summi Patris, & veri Domini beneuolentissimam æquitatem causandum est, quod in magna domo eius innumeris differentiis uniuersa variantur? Cumque nemo aliquid boni habeat, quod non ille donauerit, non omnes tamen ipsidem virtutibus micant, aut eadem charismatum dote distantur; nec possumus hanc diuersitatem graduum, causis aptare meritorum, cum totius meriti principalis causa sit gratia.

P R Æ D I C A T O R E S.

Prædicatio non prædest sine Spiritus sancti adiutorio. 1.
Prædicatum munus laboriosum. 2. 20. 28. 140.
Contra prædicatores peccatores. 3. 87. 91. 99. 106. 112.
Prædicator, non quæ sua sunt querere debet. 4. 13. 16. 21.
Prædicator sola mercede cibi contentus. 4. 23. 130.
Prædicator discurrere debet per varia loca. 5. 21.
Prædicatum fructus. 6. 20. 71. 78. 113. 116. 130. 141.
Prædicator actiua, & contemplatiua vite sit deditus. 7.
Prædicator excusatur, si non admittitur. 8.
Prædicator, plurima Dei dona habeat. 9. 36. 56. 136.
Prædicatoribus oratio necessaria ante concionem. 10. 12. 59. 70. 84. 96.

Prædicatorum zelus animarum. 11. 83.
Prædicatori vacandum lectioni Scripture. 12. 40. 61. 120. 143.
Prædicator reprehendat. 34. 49. 52. 66. 90. 122. 139.
Prædicatorum vita bona, & doctrina necessaria. 12. 19. 24. 57. 58. 66. 112. 123. 69. 70. 73. 75. 76. 114. 117. 118.
Prædicator contemnat temporalia. 13. 103.
Prædicator diligenti. 14. 43. 70. 81. 82. 96. 111. 113.
Prædicator quæ docere debet. 37. 44. 45. 46. 48. 50. 53. 54. 55. 102. 131. 135.
Prædicatores cælestium etiam carnis contradictionem sentiunt. 15.
Prædicatorum pauperes. 17.
Mos docendi populos in Ecclesia. 18. 124.
De prædicatorum atate. 22. 133. 134.
Prædicationis donum à Deo. 23. 26. 67. 72.
Prædicatores dentes Ecclesie. 25.
Prædicatorum mortificatio, & puritas. 27. 28. 35. 41. 62. 97. 137.
Vti debent Philosophorum doctrinis. 29.
Prædicatoris officium laudabiliter appetitur, & declinat. 28. 30.
Prædicatorum est, voluntatem Dei manifestare. 31.
Vacet prædicator sibi. 32. 84. 105.
Murmuratio contra prædicatores. 33.
Labi faciens prædicatorem, multum nocet. 39. 128.
Accommodari debet capacitati auditorum. 42. 46. 51. 110.
Prædicatores quales esse debeant. 45. 47. 88. 100. 112.
Prædicator verbis mundis vti debet. 55. 79.
Prædicator ne sit neophytus. 60.
Prædicator, clarè & distinctè loquatur. 63.
Ne inuideat ceteris prædicatoribus. 64.
Non curans utilitatem proximorum, infamis. 65. 78.
Prædicatores qui audit, Deum audit. 68. 124.
Prædicandum non verbis ornatis. 72. 74. 93. 108.
Prædicatoris humilitas. 76. 77.
Prædicatores diabolus impedit. 80.
Prædicatio cum opere. 82. 95. 97. 108. 114.
Prædicator debet esse pater. 85.
Prædicare oportet fidem, & opera. 86.
Prædicatores infidelium. 89.
Prædicatores, negotiatores Christi. 92. 126.
Prædicatores alius perfectiores statu. 99. 109.
Prædicatorum merces. 98. 138.
Prædicatores canes Domini. 101.
Prædicator mitti debet à Domino. 104.
Prædicator qualiter disponi debet, ut mittatur. 105.
Prædicator prius taceat, & postea docebit. 105.
Nubes sunt. 107.
Prædicare non debet vacuus virtutibus. 108.
Contra non prædicantes. 111. 119. 121. 125. 127.
Fideles per prædicatores congregantur ad salutem. 113.

Prædicatio necessaria tempore tribulationis. 115.

Prædicatoris est arguere, & consolari. 122.

Prædicatores apibus comparantur. 129. 142.

Gallo comparantur. 132.

Prædicatores lux mundi. 144.

Vide Prælati. In multis. n. coincidunt hæc duo verba.

Prædicatio non prodest, nisi Spiritus sancti adiutorio.

GENES. 4. Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nota quem prædicatorem habeat Cain. **AVGVST. 15. de ciuit. cap. 1.** In electis Spiritus sanctus operatur intrinsecus, ut valeat aliquid medicina verbi, quæ adhibetur extrinsecus, alioqui nihil prodest homini omnis prædicatio veritatis. Facit autem hoc Deus à vasis misericordiae iræ vasa discernens. Nam hoc ipsum quod Deus locutus est ad Cain, locutus est & ad primos homines. *Hæc ille.* In Cain quidem, verba Dei non profuerunt, in primis autem parentibus multum profuerunt.

Prædicatores pondus intrinsecus & extrinsecus ferre debent.

GENES. 6. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. **HIERON. ORIG. AMBROS. & CHRYSOST.** Cum septuaginta legunt de lignis quadratis. **AVGVST. 15. de ciuit. cap. 26.** **ORIG.** Quadratum est quod nulla vacillat ex parte, sed quocumque verteris fida, & solida stabilitate consistit. Isti sunt doctores, Ecclesiæ magistri, atque amulatores fidei, quorum vndique stabilis est vita, & doctrina, & ad omne opus bonum parata. Et sicut ligna arcæ omne pondus, vel animalium intrinsecus, vel fluctuum extrinsecus ferunt, ita & sancti doctores populos intrinsecus positos verbo commotionis, & doctrinæ gratia consolantur, & impugnantibus extrinsecus, vel gentilibus, vel hereticis quæstionum fluctus, ac procellas certaminum commouentibus virtute verbi, ac sapientia rationis obstitunt.

Prædicatores hypocritæ.

AVGVST. 15. de ciuit. cap. 27. Colligitur arcam satis capacem fuisse omnibus animantibus, &c. Item ex tempore centum annorum, quibus fabricata est. Sed quæritur quomodo arca tam magna à quatuor hominibus, id est, Noe, & tribus filiis eius centum annis potuerit fabricari? Non erat magnum fabros alios adhiberi, qui operis sui mercede accepta non curauerunt vtrum eam Noe sapienter, an verò inaniter fabricaret, & ideo non in eam intrauerunt; quia non crediderunt, quod ille crederat. *Hæc ille.* His fabris mercede conductis similes sunt prædicatores hypocritæ, qui postquam prædicauerint, & mercedem temporalem acceperint operis sui, non saluantur in arca quam ædificant quibus dicit Dominus, quia receperunt mercedem suam.

Non quæ sua sunt querere debet.

GENES. 14. A filo subregimini vsque ad corrigiam calcæ non accipiam ex omnibus quæ tua sunt. **RVPERT.** Spiritualiter hic locus Euangelicum virum ædificat. Quisquis crucis vexillum erigit, & nomen Christi prædicat, sicque legitime certans errores, & vitia expugnat, & exinde non quæ sua sunt quærit, sed quæ Iesu Christi, ipse quodammodo est Abraham, qui quatuor reges deuicit, & eos qui expoliauerant, expoliavit, atque propinquum liberauit, & hoc facto ab homine, siue per hominem ditari noluit. Et infra. *Exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus*

virorum qui venerunt tecum. **CHRYSOST.** Ecce vir iustus quomodo Apostolicam legem in vernaculis suis implet, quæ dicit [Dignus est operarius mercede sua.] nihil ultra victum suum eis accipere permittens. In confœderatis autem, Euangelicum præceptum obseruans datum militibus per præcursores Domini. [Estote contenti stipendiis vestris.]

Prædicator vni loco astrictus esse non debet.

GENES. 10. Profectus inde Abraham in terram australem, &c. **LIPOMAN.** Omisiss fabulis Iudæorum de causis recessus Abraham, id videtur verius, quod vno loco fidelis consistere non debuit, sed fidei, & morum exempla passim circumferre, Dei gloriam factis, ac verbis prædicare. Sic pij prædicatores Euangelij, vno loco pulsati, alio diuertuntur in gloriam Dei. Vnde & Dominus: [Aliis ciuitatibus oportet me euangelizare.] & super illud quod sequitur infra. *Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, &c.* **CHRYSOST.** ait. Aduerte quomodo in serie narrationis docet eos veram religionem. **LIPOM.** Vnde & in Chaldæo habetur. [E]st factum est postquam aberrassent populi post opera manuum suarum, me applicauit Dominus ad timorem suum ex domo patris mei.]

Prædicatores fructificant quocumque modo annuncietur Christus.

GENES. 20. Orante autem Abraham sanauit Deus Abimelech, & uxorem & ancillas eius, & pepererunt. **RVPERT.** Domus Abimelech, gentium ecclesia est, in qua est alia vxor, scilicet quæcumque anima, quæ per amorem vnitur Domino Deo. Alia ancilla, quæ præ timore, vel pro causa temporali inseruit fidei, vel doctrinæ verbo. Omnes tamen pereunt, siue per amorem Deo viuunt, siue per timorem, vel temporalem causam fidei verbo inseruiant. Quia quocumque modo Christus annuncietur, auditores credendo, filij Dei fiunt. Pariunt tamen orante Abraham, id est, ipso filio Dei Christo Abraham filio interpellante. Ipse enim, ut ait Apostolus, interpellat pro nobis.

Prædicator perfectus, actiua, & contemplatiua vitæ deditus est.

GENES. 23. Sepelivit Abraham Saram uxorem suam in spelunca duplici. **CAIETANVS.** Duplex appellata, eo quod altera anterior, altera posterior fuerit, vnicum habens ingressum, id est, spelunca intra speluncam. **GREGOR. 6. Moral. cap. 25.** Actiua vita, sepulchrum est, quia à prauis nos operibus mortuos regit; sed contemplatiua perfectius sepelivit, quia à cunctis mundi actionibus funditus diuidit. Quisquis igitur iam in se contumelias carnis edomuit, superest, ut mentem per studia sanctæ operationis exerceat, & quisquis iam mentem per sancta opera dilatat, superest, ut hanc vsque ad secreta intimæ contemplationis studia extendat. Neque enim perfectus prædicator est qui vel propter contemplationis studium quærenda negligit, vel propter operationis instantiam contemplanda postponit. Hinc est quod Abraham coniugem mortuam, in sepulchro duplici sepelivit. Quia nimirum perfectus quisque prædicator extinctam à præsentis vitæ desideriis animam suam sub bonæ operationis tegmine, & contemplationis abscondit, ut à carnali concupiscentia sub actiua, contemplatiuaque vita, quasi insensibilis lateat.

Prædicator excusatur, si non admittitur.

GENES. 24. Si noluerit mulier sequi te, non tenebris iunamento. **RVPERT.** Abraham seruum excusaturum.

Prædicatores contemnere debent temporalia.

GENES. 24. Non comedam, donec loquar sermones meos. **GREGOR. Spiritualiter.** Laban pascas, fœnum, aquam, & panem obtulit puero Abraham; sed fidelis seruus, nisi causam prius coniugij obtineret, accepturum se esse recusauit; quia sunt plerique, qui doctores suos ex temporalibus stipendiis continere parati sunt: sed prædicatores sancti recipere nolunt temporalia, nisi prius obtineant æterna. Si enim in animabus fructum non inueniunt, sumere stipendia corporibus contemnunt. Nec pedes aqua lauant; quia laborem sui desiderij nulla consolatione releuant. **RVPERTVS.** Hinc est quod Dominus mittens prædicatores suos, dixit illis: [In quantumque domum intraueritis, primum dicite: pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, scilicet cum requieuerit super illam pax Euangelica, tunc, inquit, in eadem domo manentes edite, & bibite, quæ apud illos sunt, qui autem non susceperint vos, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in eos.]

Prædicatorum diligentia.

IBID. Surgens mane, locutus est puer, dimitte me, ut vadam ad dominum meum. **INTERL.** Studiosus prædicator non vult diu inter carnales manere; quia animas à gentilitate conuersas ad societatem spiritualium nititur velocissimè perducere, & infra. *Qui festinus reuertebatur ad dominum suum.* **GREGOR.** Quia prædicatores sancti cum prædicando vitam audientium obtinent, illi mox gratias reddunt, de cuius hoc munere perceperunt, & sibi in ea operatione nihil tribuunt, sed auctori.

Prædicatores celestium, etiam carnis contradictionem sentiunt.

IBID. Rebecca quoque conspectu Isaac descendit de camelo, &c. **GREGOR. 1. Moral. cap. 14.** Nec mouere debet quod puer quocumque cum camelis veniat, in quibus diuitias domini sui ferebat, quia ipsi quoque prædicatores sancti quamuis iam ad superiora intelligenda intellectu, & vita emicent, adhuc tamen in semetipsis contradictionem carnis sentiunt. Nam vident aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, & diuitias in camelis portant, quia ne magnitudo reuelationum extollat eos, datus est eis stimulus carnis suæ: habent enim thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex ipsis. Qui enim per carnem celestia loquuntur, & tamen adhuc in carne contradictionem sentiunt, quid aliud, quam super tortuosa camelorū dorsa insident?

Prædicatores debent esse fideles Christo.

GENES. 24. Seruus autem cuncta quæ gesserat, inarravit domino suo Isaac. **RVPERTVS.** Seruus nō sibi, sed domino suo quæsiuit, & inuenit uxorem. Isti sunt prædicatores, qui veraciter dicunt, Non prædicamus nosmetipsos vobis, sed Dominum IESVM CHRISTVM; nos autem seruos vestros per IESVM, & iterum. Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, & his similia. Item: Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, &c.

Prædicatorum pauperies.

GENES. 28. Iacob tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo dormiuit, &c. **RVPERT.** Magna, & imitatione digna paupertas spiritus, in hoc patre nostro Iacob, spectanda nobis proponitur in ta-

fatam habuit, si mulier secum venire noluit. Sic Apostolorum chorus culpam non habet de pereuntibus incredulis, qui eorum prædicationi credere noluerunt. Eadem conditione excusatur Euangelicus vir, cui dicitur: [Si noluerint suscipere te, & sermones tuos audire, puluerem pedum tuorum excute in eos.] *Matth. 10.*

Prædicator, plurima Dei dona habere debet.

IBID. Portans ex omnibus bonis Domini sui secum. **RVPERT.** Pergens seruus de bonis omnibus domini sui secum detulit. Quia prædicator Euangelicus cum magnis missus est muneribus, illis videlicet de quibus dicitur *Ephes. 4.* [Dedit dona hominibus.] Et [vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi,] ut scilicet ex præsentium bonorum abundantia cognosceret ipsa quæ petebatur Christo sponsa, quod verè magnus, diuèlque, & potens sit ille in celo, & in terra. **GREGOR.** In his enim quæ de Domino loquuntur doctores, in semetipsis virtutum diuitias ostendunt, ut tanto citius ad sequendū Deum pettrahant, quanto auditoribus suis in semetipsis monstrant, quæ narrant.

Prædicatores orare debent ante concionem.

IBID. Iuxta puteum aqua orauit Dominum, dicens: Domine Deus domini mei Abraham, occurre obsecro mihi hodie, & fac misericordiam, &c. **INTERL.** Prius enim orare debet prædicator, ut sermo Dei fructificet, & crescat in auditoribus, & deinde prædicationis verba diffundere. **LIPOMAN.** Sicut seruus Abraham ad fontem Dominum inuocauit, ut iter suum dirigeret, ac filio domini sui, de vxore prouideret: sic prædicatores omnem spem suam in Deo ponentes, eius auxilium, & directionem iugiter inuocent, sine cuius ope, & gratia se nihil penitus posse fateantur. **GREG.** Puer iuxta fontem stans ex præfixa sententia, quæ puella eligenda esset, proposuit, quia prædicatores sancti, sacri eloquij fluentia considerantes ex ipsis colligunt quæ vel quibus prædicationis suæ verba committant, & ex quibus auditoribus fiduciam certitudinis assumant.

Prædicatorum zelus animarum.

GENES. 24. Pausillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydrya tua. **GREGOR.** Potum petiit seruus, quia prædicator omnis animam sui auditoris sitit, sed & Rebecca potum præbuit, quia sancta electorum Ecclesia prædicatorum suorum desiderio ex virtutis suæ fide satisfecit. Quia enim Deum, quem audiuit confessa est, prædicatori suo aquam refectionis obtulit, eiusque animum refrigerauit.

Prædicatori vacandum est lectioni, & orationi.

IBID. **ORIG.** Rebecca quotidie veniebat ad puteos, quotidie hauriebat aquam, &c. Vide *Oratio, num. 16.* Sequitur, *Bibe domine mi, celeriterque deposuit hydryam super vnam suam, & dedit ei potum.* **GREG.** Aqua in hydrya est scientia prædicationis in mensura, quia sancta Ecclesia studet non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & aquam præbuit, quæ in hoc quod credidit vacua non remansit. Mox enim prædicare studuit, quod audiuit, & docendo, multos ex se prædicatores prouulit. Hydryam autem ab humeris in vlnas posuit; quia illa est placita confessio, quæ à bono opere procedit. Hydrya aque in vlna est doctrina prædicationis in opere, quæ non solum eius comitibus, sed potum etiam camelis præbuit. Quia verbum vitæ non solum prudentibus, sed etiam stultis prædicat. Iuxta illud, [Sapientibus, & insipientibus debitor sum.]

li exitu, cum ad accipiendam uxorem proficiscitur. Sola fide, absque lectione scripturarum doctus erat, & ad possidendam benedictionis hereditatem, non pompaticè, sed humiliter, & conscientia supplicii ingreditur, ut & nos doceatur, quàm veraciter dictum sit: luxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde. Hunc imitantur, quicumque benedictione Dei Patri, & Filij eius Iesu Christi cum gratia Spiritus sancti, missi ad spirituale semen seminandum depositis sæculi oneribus, nudi, & expediti ad destinatum tendunt: vigilantque, & in omnibus laborant, & sobrii sunt, nihil se scire iudicantes, nisi solum Iesum, & hunc crucifixum, & cum Apostolo dicentes: [Non habemus hic civitatem manentem,] sed futuram inquirunt. Vnde non frustra idem Apostolus sanctos nostros patriarchas peregrinos, & advenas vocat, & hospites super terram.

Mos docendi populos in Ecclesia.

18. **GENES. 29.** *Mosque erat ut cunctis ovis congregatis desoluerent lapidem, & refectis gregibus, rursum super os putei ponerent.* LIPOMANVS. Figura hæc fuit eius, qui nunc in sancta Ecclesia moris est, ut fidelium gregibus in ea adunatis, prædicatores eisdem scripturas exponant, amouentes saxum obscuritatis: sicque ovis Christi refectis, os putei rursum claudatur, id est, scriptura in sua integritate, & sinceritate relinquatur, & custodiatur, ne ei pulueres falsitatum valeant commiseri, sed iniolara seruetur.

Prædicatorum bona vita cum doctrina.

19. **GENES. 29.** *Date ante potum ovis, & sic eas ad pastum reducite, &c.* RVPERTVS. Quid est, quod melius hic advena, quàm indigenæ pastores tempus ovium nouerat: Dixit enim, *nec est tempus, ut reducantur greges ad caulas?* Nisi quod Christus bonus pastor melius, quàm Scribæ, & Pharisei curare sciebat animas. Dicere autem, [Date ante potum ovis, & sic eas ad pastum reducite,] est dicere pastoribus, quod sic dicant, ut prius faciant, id est, ut quod verbis prædicant, factorum suorum exemplo doceant, quod qui non faciunt, eis utique diei multum superest. Nec tempus est eiusmodi mercenariis, ut reducant ad caulas oves, ubi reddatur eis, quasi debita merces. Tales illi erant pastores Israël, quibus per prophetam prænunciatum est, qui non oves ad pastum reducere, sed semetipfos nouerat pascere. Vnde & dicunt: *Non possunt donec omnia pecora congregentur, & amoueantur lapidem de ore putei, ut adqueantur greges.* Moris quippe Scribæ, & Pharisei erat, ab omnium animarum instructione vacare, donec de cunctis regionibus & de gentibus ad diem festum Paschæ, vel Scenopægiæ ad adorandum in Ierusalem congregarentur, & tunc pro arbitrio suo, quasi amoto lapide, leuem exiguae doctrinæ aquam illis infundebant, scilicet docentes decimare mentem, & cimum, & nullo vitæ exemplo propinabant, quæ grauiora erant legis, scilicet iudicium, misericordiam, & fidem.

Prædicatorum labor utilis.

20. **GENES. 30.** *Cernens Rachel, quod infæcunda esset, inuidit sorori sue, &c.* AVGVST. contra Faustum. Duæ uxores liberæ Iacob, duæ vitæ sunt, contemplatiua, & actiua, &c. Verumtamen vna amatur, & altera toleratur, sed quæ toleratur, ipsa prius, & vberius fecundatur, ut si non propter seipsam, certè propter filios diligitur. Labor enim iustorum prædicatorum, qui scilicet filios prædicando Deo generant, maximum fructum habet; quia propter filios sunt in laboribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, & propter eos habent foris pugnas,

intus timores. Vnde gaudium, & coronam suam eos vocant: nascuntur autem eis facilius, atque copiosius ex sermone fidei, quo prædicant Christum crucifixum: quia humanitas eius, citius humana cogitatione percipitur, & infirmos etiam Liæ oculis non perturbat. Rachel autem clara aspectu, videt quidem in principio verbum Domini apud Deum: sed vult parere, & non potest, quia vacare vult ab omni negotio, & ideo sterilis, &c.

Prædicatorum est, Christum prædicare ubique.

21. **GENES. 37.** *Viderunt Ismaelitas viatores, & Gopiantes aromata, & resuam, & factem in Egyptum.* SEVERIANVS. Ismaelitæ aromatum mercatores Ioseph emerunt, quia Apostoli relictis omnibus, & Dei legibus obedientes (id enim Ismaelitarum nomen significat) Christum pretiosum Margaritum emerunt, & ad gentes toto terrarum orbe diffusas circumtulere. Qui bene aromatum mercatores dicuntur; quia aromata, hoc est, bonum Christi odorem toto orbe vendebant, & cap. 39. *Igitur Ioseph ductus est in Egyptum, emittitque eum Putiphar, &c. de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat.* INTERL. RABANVS, & LIPOMANVS. Sicut Ioseph descendit in Egyptum, ita & verus noster Ioseph Christus Dominus prædicatus descendit in mundum, emittitque eum fidelis de manu Ismaelitarum, id est, prædicatorum. Signanter autem dicit de manu, venditor enim non potest dare, quod vendit, nisi in manu habeat. Sic prædicatores, prædicando non possunt vendere Christum, nisi in manu habeant verbum Christi, quod prædicant. Vnde Haggæi i. [Factum est verbum Domini in manu Haggæi.

De prædicatorum ætate.

22. **GENES. 41.** *Triginta autem annorum erat Ioseph quando sterit in conspectu Pharaonis.* INTERL. Ante hanc autem ætatem in qua Christus Dominus etiam prædicare cepit Euangelium, neminem debet ad sacerdotium, vel prædicationis officium. LIPOMANVS. Apta sapientiæ ætas, quam & Christus expectauit prædicaturus ipsa Patris sapientia. Verumtamen Salomon, & Daniel præuenti sunt à Domino, qui dat quando, quibus, & quantum dignatur. EVCHERIVS. Et totidem annorum legitur fuisse Christum, quando in conspectu mundi apparuit reuelatus, & per prædicationem, & miracula se præsentauit.

Prædicatoribus, de Euangelio vivere licet.

23. **GENES. 45.** *Quibus dedit Ioseph & cibaria in itinere, singulis quoque binas stolas.* INTERL. Dedit Ioseph fratribus cibaria in via, & Christus fratribus suis Apostolis, & his qui Euangelium annunciant, de Euangelio vivere ordinavit; singulis quoque proferti iussit binas stolas, scilicet scientiam diuinitatis Christi, & humanitatis prædicandam, & dilectionem Dei, & proximi. AMBROS. Prædicatores enim binas stolas accipiunt. Vnde scriptum est: [Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus, vna est mystica, moralis altera intelligentia.

Vita bona cum doctrina prædicatoribus necessaria.

24. **GENES. 47.** *Accipite semina, & serite agros, ut fruges habere possitis.* INTERL. Id nobis indicat quod serui facti, id est, plenè Deo subditi frumenta ad semen accipimus; quia verbum Dei, proximis prædicare liberè possumus. Semen enim est verbum Dei, agri, corpora, quæ vomere Euangelico exarata, & semine spirituali seminata vitatum fructum germinant.

GREGOR.

GREGOR. 6. *Moral. cap. 24.* Sed & ille bene loquendi faciendam accipit, qui sinum cordis ad perfectè viuendum studia extendit, nec conscientia loquentem præpedit, cum vita linguam antecedit. Hinc est quod Egyptij seruitio publico Ioseph dispensante subiecti, cum iuri regis semetipfos tradentes humiliant, frumenta etiam ad semen reportant. Frugem quippe ad esum etiam liberi accipiunt cum à sacro eloquio pascuntur, & tamen ad quædam quæ in hoc mundo appetimus in nostris voluptatibus vacamus. Sed serui facti, & ad semen frumenta percipiunt; quia dum plenè Deo subdimur, etiam verbo prædicationis replemur.

Prædicatores dentes Ecclesie.

25. **GENES. 49.** *Dentes eius lacte candidiores.* EVCHERIVS. Dentes prædicatores sunt, qui prædicant ab erroribus homines, & eos quasi comminuent, in Christi corpore transferunt. Nomine autem lactis doctrina legis significatur, quæ carnalem populum tanquam paruulos loco lactis alebat, quibus quidem candidiores effecti sunt doctores Ecclesie, quia fortem & solidum cibum verbi mandunt, atque distribuunt. Vnde Apostolus. [Perfectorum est solidus cibus,] & bene [candidiores dentes lacte dicit.] Omnes enim qui scripturarum cibos explanantes subtilem, & spiritualem sensum corpori Ecclesie subministrant, candidi esse debent, & puri, & ab omni macula liberi. Vide *Apostoli*, numer. 6. & 8. Vide etiam *Sacerdotes*, num. 79.

Prædicatores constituti à Christo contra ministros Diaboli.

26. **EXOD. 1.** *Præposuitque eis magistros operum, &c.* Quod prædicatores sunt magistri Ecclesie constituti à Christo contra magistros, & ministros Diaboli, Vide *Diaboli*, num. 27. ex ORIG. & AVGVST.

Prædicatores debent esse puri.

27. **EXOD. 3.** *Solve calciamentum de pedibus tuis.* GRACIUS. Nemo enim Deo appropinquare potest, qui prius sordes animi sui non eluerit, atque ita fiet, ut Deo proximus sit, & alios seruare, ac liberare idoneus fiat. AMBROS. lib. 7. *super Luc. cap. 10.* Nihil in nobis Dominus mortale vult esse, & ideo calciamentum iuberet soluere cum mitteretur Moyses ad populum liberandum. Huius enim minister muneris timere nihil debet, nec à suscepto officio mortis periculo retardari. Ipse enim cum defensionem Iudeorum voluntarius recepisset, calumniæ terrore reuocatus est ab incepto, & fugit ex Egypto, & ideo cum Dominus conditionem eius vidisset infirmam, animi eius vestigium mortalibus vinculis censuit excutendum. Id ergo huius iniunctione præcepti significabatur. D. PROSPER. Vocatus Moyses dum pergit in montem conscendere, dicitur ei: [Solve calciamenta de pedibus tuis,] ut sint liberi, & speciosi pedes mediatoris annunciant bona. AMBROS. *ubi supra.* Vocatur enim populum ad Dei regnum prius carnis exuuias deponere iuberet, & nudo spiritu, vestigiisque mentis incedere.

Prædicatoris munus reiiciendum potius quàm amandum, nisi vocante Deo.

28. **EXOD. 3.** *Veni mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum, &c.* RVPERTVS. Prius veni, deinde mittam te dixit, ut qui corpore Deo præsens aderat, animo quoque ad obediendum parato adesset. Nondum enim venerat quo toties iussus ire fuerat. Sequitur. *Quis sum ego ut vadam ad Pharaonem, &*

educam filios Israël de Egypto? INTERL. Quasi dicat, Dei est non hominis hoc facere. RVPERTVS. Bonum quidem, & imitatione dignum humilitatis exemplum, Deo vocante ad tantum, tamque gloriosum ministerium dicere quis sum ego? &c. Quasi dicat. Nullus. BERN. *de ordine vite.* Moyses hic, sicut & Ieremias, quod poterat per gratiam, excusabat per verrecundiam. Tutius enim est, discere quàm docere, tacere quàm loqui.

Vri debent philosophorum gentiliū doctrinis.

29. **EXOD. 3.** *Postulabit mulier à vicina sua vasa argentea, & aurea, &c. & spoliabitis Egyptum.* GLOS. ORD. *mythicè.* Argentum, & aurum ab Egyptiis petimus, vnde tabernaculum Deo fabricamus, cum poetas, & philosophos legimus, ut dininam scripturam sapientius, & facundius legamus. RVPERTVS. Horum quibus Egyptus malè vtens, mendacium suum ornat, ac vestit, non remanet quidquam, quin cum huiusmodi Hebræis transeat in seruitum verbi Dei ad ornatum veritatis, ad famulatum dominæ nostræ sapientiæ celestis. Nam & ipse Moyses primus hoc modo spoliavit Egyptum: fuit enim eruditus omni sapientia Egyptiorum, sed eadem spolia contulit in thesaurum domini Dei sui. AVGVST. 2. *de doctrina Christiana, cap. 40.* Philosophi, si qua fortè vera, & fidei nostræ accommoda dixerunt, non solum formidanda non sunt, sed ab eis tanquam iniustus possessoribus in vsum nostrum vendicanda. Sicut enim Egyptij non solum idola habebant, & onera grauiam, quæ populus Israël detestaretur, & fugeret, sed etiam vasa, atque ornamenta de auro, & argento, quæ ille populus exiens de Egypto ad meliorem vsum sibi vendicauit: sic gentiliū doctrinæ omnes, non solum simulata, & superstitiosa signa, graueque sarcinas superuacanei laboris habent, quæ vnusquisque nostrum duce Christo de societate eorum exiens debet abominari, verum etiam liberales disciplina vsui veritatis aptiores, & quadam morum præcepta viliissima continent, quæ debet ab eis auferre Christianus ad vsum iustum prædicandi Euangelij. Hoc fecerunt multi boni fideles nostri. Hoc fecit Cyprianus doctor suauissimus, & martyr beatissimus, hoc Lactantius, Victorinus, Opratus, Hilarius, & innumerabiles Græci.

Prædicationis officium, & laudabiliter appetitur, & declinatur.

30. **EXOD. 4.** *Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri, & nudus terribus, &c.* GREGOR. 1. p. *Pastor. cap. 7.* Nonnunquam prædicationis officium & nonnulli laudabiliter appetunt, & ad hoc nonnulli laudabiliter coacti pertrahuntur. Isaias quippe ad prædicationis munus sponte se præbuit, vltro se obtulit, dicens, *cap. 6.* [Ecce ego, mitte me.] Ieremias autem mittitur, & humiliter reluctatur, dicens: [A, A, A, Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum.] Diuersa quidem ab vtriusque vox prodit, sed non à diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt præcepta charitatis, Dei videlicet amor, & proximi. Per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Isaias officium prædicationis appetit, per contemplatiuam verò Ieremias amoris conditoris sedulo inherere desiderans ne mitti ad prædicandum debeat contradicit, uterque laudabiliter. Ille ne tacitæ contemplationis lucra loquendo perderet, ille, ne damna studiosi operis tacendo sentiret. Sed intuendum diligenter, quia & is qui recusauit, plenè non resistit, & is qui mitti voluit, ante per altaris calculum se purgatum vidit, ne aut non purgatus adire quisque ministeria facta audeat: aut quem superna gratia eligit sub humili-

hians

litatis specie superbe contradicat: Quia verò valde difficile est purgatum se quemlibet posse cognoscere, prædicationis officium tutius declinat; nec tamè declinari (vt diximus) pertinaciter debet, cum ad suscipiendum hoc diuina voluntas agnoscitur: quod Moyses vtrumque miro modo expleuit qui præesse multitudini & noluit, & obediuit, superbus fortasse esset si ducatum plebis innumeræ, sine trepidatione susciperet: & rursus superbus existeret, si auctoris imperio obedire recusaret. Vtrobique ergo humilis, vtrobique subiectus. Hinc ergo quique præcipites colligant, &c. Vide, *Ambrosio*, num. 4.

Prædicatorum est voluntatem Dei manifestare.

31. **EXOD. 4.** *Vade in occursum Moysi in desertum.* Hoc dictum fuit à Domino Aaron. **LIPOMANVS.** Commendatur hoc loco externum ministerium verbi Dei; Dominus reuelat sese Aaron, nõ tamen indicat ipsi negotium liberationis, sed remittit ipsum ad Moysen, vt ex eo discat quid agendum sit. Sic Paulus rapitur in tertium cælum, non tamen baptizatur illic, sed mittitur ad ipsum Ananias. Sic Angelus apparet Cornelio Centurioni, non tamen prædicat ipsi Euangelium de Christo, sed iubet ipsum vocare Petrum, vt ex eo audiat, quid ad salutem ipsius necessarium sit. Hæc exempla confirmant auctoritatem ministrorum Dei, videlicet sacerdotum à quibus, & non ab aliis, dispensationem verborum legis accipere debemus, nec nouas de cælo reuelationes expectare.

Antequam prædicationis munus suscipias, vacandum tibi est.

32. **EXOD. 4.** *Locutusque est Aaron omnia verba, &c. & fecit scilicet Moyses signa coram populo, & credidit populus, &c.* **PROSPER, INTERL. & LIPOMANVS.** Sic prædicantibus Apostolis gentibus, ac Iudæis, Domino cooperante, & sermonem illorum confirmante, multis signis, ad agnitionem Dei populum mira celeritate conuerterunt. **GREGOR. NYSSENVS.** Moyses antequam perfectiori se virtute firmauerit, duos inter se contendentes homines conciliare nequiuit, postea verò cum sibi ipsi longo temporis spatio vacauit, à multis hominum milibus facile in protectorem recipitur. Magna igitur voce scripturæ autoritas clamare videtur, non insiliendum esse ad docendum, instruendamque multitudinem, nisi prius magna diligentia, magnisque laboribus eam fueris auctoritatem adeptus, vt auditores verbis tuis facile acquiescant.

Murmuratio contra prædicatores fructificantes.

33. **EXOD. 5.** *Quare Moyses, & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis?* **ORIG.** Sed & hoc idem hodie contingit. Si enim Moyses, & Aaron, id est, propheticus, & sacerdotalis sermo, animam sollicitet ad seruitium Dei, inuitetque eam exire de sæculo, renunciare omnibus, quæ possidet, operæ dare diuinæ legi, & sequi verbum Dei, continuò audies dici, ab his, qui Pharaoni vnanimis, & amici sunt: videre quomodo seducuntur homines & peruertuntur, quales adulescentes, ne laborent, ne militent, ne agant aliquid, quod eis profit relictis rebus necessariis & vtilibus ineptias sectantur, & otium. Hæc erant tunc verba Pharaonis. Hæc nunc amici eius & familiares loquuntur. *Hæc ille.* Non mirum si Pharaon, & amici eius hæc dicant, cum etiam ipsi filij Israël obmurmurent dicentes. *Videat Dominus, & iudicet quoniam fetere fecistis odorem nostrum coram Pharaone, & seruis eius.* **INTERL.** Odiosos nos fec-

cistis. *& præbuitis ei gladium vt occideret nos.* **LIPOMANVS.** Videat Dominus, & iudicet. In Hebræo additur, super vos. Ac si dicant: Deus cognita causa iudicet de vobis, quia abominabiles nos reddidistis vestris nugis regi, qui nobis nunc magis irascitur, & furioso gladium, occasionem, & aniam præbuitis nos occidendi. Ecce quomodo vulgi perpetua instabilitas, & ingratitude, est in eos qui ei maximè consulere pergunt. Semper enim veritatis prædicationem subsequitur persecutio, quæ tamen perseuerantibus in tentatione fœliciter succellu absoluitur.

Prædicatorum libertas in reprehendis potestatis vnde oritur.

EXOD. 10. *Vsq̄e quo non vis subici mihi?* **GREGOR. 7. Moral. capit. 22.** In electorum oraculis quidquid temporaliter eminet, altum non est. Nam veluti in magni vertice môtis siti præsentis vitæ plana despicunt. Vnde & nullis contra veritatem potestatis parcunt, sed quos attolli per elationem conspiciunt, per spiritus auctoritatem premunt. Hinc est quod Moyses regem Ægypti ex auctoritate aggredditur dicens: [Vique quo non vis subici mihi?] Hinc est quod Nathan ad præuaricantem regem dixit: [Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem,] & multi alij. Vide locum **GREGOR. 1. Et cap. 23. ait.** Sed quia sancti viri ad verba tantæ altitudinis zelo veritatis, non autem vitio elationis exiliunt, ipsi patenter indicant, qui factis, dictisque aliis, & quanta humilitate polleant, & erga eos quos redarguunt quanta charitate ferueant, manifestant. Superbia quippe, odium generat, humilitas amorem. Verba itaque, quæ amor exasperat profectò ex fonte humilitatis emanant. Quomodo ergo Nathan contra regem per verba increpationis tumuit, qui in terram se in conspectu eius protinus strauit? Et quomodo Moyses regi Ægypti liberè resistens eum despiciere potuit, qui Deo familiariter colloquens sequentem se Iero cognatum suum humilis adorauit? Ex aliis ergo sanctorum factis discimus, quod de aliis pensare debeamus; Sancti etenim viri hæc ex elatione sunt liberi, nec ex timore submissi, sed cum rectitudo eos ad libertatem vocis erigit, consideratio infirmitatis propriæ in humilitate custodit.

Prædicatorum mortificatio.

EXOD. 12. *Et calceamenta habebitis in pedibus.* **HERON. in Ierem. cap. 11.** Pascha facturi calceamenta iubentur habere in pedibus, & Apostolus calceatos prædicat pedes eorum qui in Euangelio præparantur, ne dum per sæculi huius solitudinem gradiuntur venenatis pateant animantibus, quæ debent Euangelico pede calcari, & conterri. **LIPOMANVS.** Calceamenta in pedibus est non habere hic locum manentem, sed futurum inquirere, procedere semper sine impedimento carnalium affectionum, & incunctanter in via Domini ambulare.

Prædicatoribus Deus dona largitur.

EXOD. 15. *Quis similis tui in fortibus Domine? Equis similis tui?* **GREGOR. super 1. Reg. cap. 10.** Quosdam aliquando in humiliori ordine sanctæ Ecclesiæ humiles, & despectos cernimus, quos, dum Spiritus sanctus ad ordinem prædicationis assumit, gratiarum suarum splendoribus induit, & in eisdem splendoribus mirabiles ostendit, sed bene sanctorum virtutes admiramur, cum eas bonitati conditoris ascribimus. Quare & Moyses Domino confitens ait: [Quis similis tui in fortibus Domine?] Et Psalmista. [Mirabilis Deus in sanctis tuis. **IDEM Ibid. cap. 14.**

cundum legem plener exoluat: qui autem auditorum simplicem, &c. Vide *Scandalum.*

Sacra scriptura studiosi esse debent.

EXOD. 25. *Facies quoque vestes de lignis Serchim, & operies eos auro, &c. quæ semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis.* **BEDA.** Vestes quibus arca portatur sancti sunt doctores, qui Dominum prædicando, auditorum cordibus inserunt; qui videlicet vestes semper esse iubentur in circulis (per quæ sacra scriptura significatur) quia nimirum necesse est, vt quicumque aliis cælestia sacramenta prædicant, nunquam ipsi mentem à memoria sacra scripturæ, nunquam manus à diuinorum obseruantia mandatorum contineant. **GREGOR. 2. Pastor. cap. 11.** Vestes de lignis Serchim fiunt, qui eisdem ad portandum circulis inseruntur; quia fortes perseuerantesque doctores, velut impurabilia ligna, querendi sunt, qui instructione sacrorum voluminum semper inhaerentes sanctæ Ecclesiæ vnitatem denunciant, & quasi intromissi circulis arcam porrent, qui auro quoque iubentur operiri, vt dum sermone aliis insonant, ipsi etiam vitæ splendore fulgescant, de quibus aptè subiungitur; *qui semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis.* Quia nimirum necesse est, vt qui ad officium prædicationis exubant, à sacra lectionis studio non recedant. Ad hoc namque vestes esse in circulis semper iubentur, vt cum portari arcam opportunitas exigit, de intromittendis vestibus portandi tarditas nulla generetur: quia videlicet, cum spiritale aliquid à subditis pastor inquiritur, ignominiosum valde est, si tunc quarat discere, cum quætionem debet enodare; sed circulis vestes inhaerant, vt doctores semper in suis cordibus eloquia sacra meditates, testamenti arcam sine mora eleuent, si quidquid necesse est, protinus doceant. Vnde bene primus pastor Ecclesiæ, pastores ceteros admonet dicens: [Parati semper ad satisfactionem omni petenti vos rationem de ea, quæ in nobis est spe.] Ac si aptè dicat: vt ad portandam arcam nulla mora præpediat, vestes namque à circulis recedant. Vide *Angelus*, 48. ex **VYERICO.**

Prædicatorum puritas.

EXOD. 25. *Faciesque illi, scilicet mensæ, labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam in terra Silem.* (Id est, quæ scripturas habeat aliquas, spatia verò intermedia plana, quasi rasa, altam quatuor digitis, &c. **BEDA.** Labium aureum fit, mensæ per circuitum, quia doctrina sacri eloquij per mundissimam nobis prædicatorum fidelium ora ministratur. Nec illorum loquutio, qui diuina nobis arca tradiderunt humanæ confabulationis sermonibus attraminari consentiebant, quin potius non tantum nocua, sed & otiosa hominum verba grauius ferre ac redarguere curabant. Vel eorè, labium fit aureum mensæ per circuitum; quia scriptura sancta, omni ex parte suæ locutionis, claritatem nobis sapientiæ cælestis insonat. Cui, videlicet labio, corona additur, quia lingua prædicantium suis auditoribus retributionem vitæ promittit æternæ. Er bene ipsa corona quatuor digitis alta fieri præcipitur: quia celsitudo nobis coronæ perennis per quatuor sancti Euangelij libros ostenditur: vel, quod per custodiam Euangelicæ fidei & operationis, ad coronam nos vitæ peruenire oportet.

Prædicator accommodari debet capacitati audientium.

IBID. *Parabis & acerabula, id est, vasa quibus accitum ferebatur, & phialas, sic dicitur, quod ex vitro sunt*

CAP. 14. Perfecti quique in omnibus, quæ facta sunt, siue fiunt, omnipotentis Dei virtutem, & sapientiam mirari non desinant. Vnde in sanctis mirabilis Deus dicitur: quia quocumque diuina conspiciunt, eo & mirabilius obstupescunt; quia mirum altissima contemplatione vident, quibus stupeant, non quæ ratione comprehendant.

Prædicatorum est docere populum.

37. **EXOD. 20.** *Loquere tu nobis, & audiemus.* **INTERL.** Ac si dicant. Tu doce nos, & obediemus. In quo, formâ boni auditoris describit, qui prouidet se præcepta magistri auditurum, & impleturum. **GREGOR. NYSSENVS.** Quod multitudo vocem illam audire non potuit, sed commisit Moysi vt ipse per se ipsum, secreta illa perciperet, populumque postea doceret, quæcumque diuina doctrina dicerat. Id quoque in Ecclesia fieri rotum videmus: non enim permittitur omnibus ad mysteriorum cognitionem seipos intrudere, sed eligitur vnus è multis diuinarum rerum capax, cui ceteri auditum cum obedientia præbeant, illud sibi credendum, faciendum que putantes, quod ab eo, qui initiatus est, audierint: non enim omnes Apostoli, non omnes propheta, &c. quod hodie in multis Ecclesiis parum seruat. Nam multi, cum adhuc prioris vitæ maculam non absterferint, ipsi illoti, ac amictu vitæ sordido vtentes, irrationalem sensum in omnibus pluris facientes, diuinum assensum rapere audent, vnde præuariorum inuentores dogmatum obruunt, &c.

Prædicator accommodari debet capacitati audientium.

38. **EXOD. 21.** *Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos vel asinus in eam, reddet Dominus cisterna pretium iumentorum.* **GREGOR. 17. Moral. cap. 13.** Quid est aperire cisternam, nisi intellectu valido scripturæ sacrae arcana penetrare? Quid autem per bouem & asinum, mundum scilicet & immundum animal, nisi fidelis quisque, & infidelis accipitur? Qui ergo cisternam fodit, cooperiat, ne illic bos vel asinus ruat, id est, qui in sacro eloquio iam alta intelligit, sublimes sensus, coram non capientibus, per silentium tegat, ne per scandalum mentis, aut fidelem paruulum, aut infidelem, qui credere potuisset interimat. Ex morte enim iumentorum debet pretium; quia illud scilicet, admisisse conuincitur. Vnde ad agendam pœnitentiam reus tenetur. Quisquis namque ad alta scientiæ flucta peruenerit, cum hæc apud bruta, auditorum corda, non contexerit, pœnæ reus addicitur, si per verba eius in scandalum siue munda, siue mens immunda capiatur. Operienda est itaque cisterna; quia coram paruulis mentibus tegenda est alta scientia, ne vnde eor docentium ad summa attollitur, inde infirmitas auditorum ad ima dilabatur.

Qui prædicatorem labefecerit, grauius nocet.

39. **EXOD. 22.** *Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit vel vendiderit quinque boues, pro vno boue restituet, &c.* **RABANVS.** Per bouem intelligimus bene operantem doctorem in agro Dominico, qui terram cordium carnalium vomere Euangelico se indit, vt fructus virtutum germinare possit. Per ouem verò simplicem auditorem, qui tantum sua simplicitate contentus est. Qui enim quemlibet doctorem à plebe dominica, per fraudem euellit, multis nocet, & pro hoc necesse est, vt omnes sensus corporis sui pœnitentiæ studio subigat, quàm se-

sunt, & vitrum Græcè sic appellatur, sunt autem patulo ore, & thuribula, & scyathos, qui angustioris sunt oris; in quibus offerenda sunt libamina ex auro purissimo. INTERL. Quid per acetabula, nisi mordax, & quæ vitia corrodant? & quid per thuribula nisi dulcis, & suavis, & quæ ad orandum excitent audientem prædicatio exprimitur? GREGOR. In homiliis hom. 6. Quid verò per phialas, & scyathos, nisi mensura prædicationis accipitur, vt singulis scilicet iuxta capacitatem ingenij conferatur? Debet enim subtiliter, qui docet prospicere, ne plus studeat, quam ab auditore capitur prædicare. Debet enim infirmitati audientium sese contrahere, ne dum paruis sublimia, & idèd non profutura loquitur, se magis curet ostendere, quam auditoribus prodesse. Iubente autem Domino, non solum phialas ad mensuram tabernaculi, sed etiam scyathi præparantur; in phialis larga prædicatione, in scyathis minima, & tenuis significatur; quia in doctoribus sacri eloquij non solum exhibenda sunt magna, & arcana quæ delectent, sed etiam parua, & subtilia, quæ quasi per gustum notitiam præsentent. Alius enim doctrina veritatis plenus auditor inebriat, & quasi phialam porrigit; alius explere, quod sentit non valet, sed etiam, quia utcumque denunciat per scyathum, gustum præbet. Qui ergo per doctrinam sapientiæ ministrare phialas non possunt, quantum pro diuina largitate sufficiunt propinquant proximis scyathos verbi.

Prædicandum est semper.

43. EXOD. 25. Et ponas super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. B. E. D. A. Panes propositionis super mensam positi semper, doctores sunt spirituales, qui in lege Domini die, ac nocte meditantibus, cunctis Ecclesiam intrantibus refectionem verbi cælestis offerunt, qui rectè propositionis panes vocantur; quia in propatulo semper esse debet vniuersis fidelibus sermo salutis, nec vniquam in Ecclesia deesse oportet piis auditoribus verbum solatij, quod Dominus per præcones veritatis mundo proponens in conspectu suo semper apparere, & vsque in finem, his qui esuriunt, & sitiunt iusticiam incessanter abundare voluit.

Prædicatio qualis esse debet.

44. IBI D. Facies & candelabrum ductile. Id est, malleo, In fusione factum, de auro mundissimo hastile eius, id est, basis vel pes ipsius, & calamos, id est, medias stipes, scyphos, id est, calices vel scyathos, per quos partes quædam extantes intelliguntur, quæ calicis formam habent, & spherulas, id est, nodos, ac lilia, id est, flores, ex ipso procedentia, id est, ex eadem materia, & non ex alia fient hæc omnia, &c. GREGOR. Homil. 6. super Ezechielem. Quis in candelabro, nisi redemptor humani generis designatur, &c. Vide Christus, nu. 21. Hastile verò eiusdem candelabri, ipsa Ecclesia debet intelligi, quæ corpus eius est. Quia inter tot aduersa, libera stat. Calami autem, qui de hastili procedunt prædicatores sunt, qui dulcem sonum in medio ediderunt, videlicet canticum nouum. Scyphi autem, qui vino repleri solent mentes auditorum sunt, quæ sanctis prædicantibus, vino scientiæ replentur, Spherula autem, quid est aliud nisi volubilitas prædicationis? Sphæra enim ex omni parte voluitur, & prædicationis quæ nec aduersitate retineri potest, nec prosperitatibus eleuatur, spherula est, & inter aduersa fortis, & inter prospera humilis, nec timoris habet angulum, nec elationis. In cursu ergo suo fugi non valet, quia per cuncta se volubilitate trahit. Bene autem post calamos, scyphos, & spherulas in candela-

bro, lilia, describuntur; quia post prædicationis gratiam, ac volubilitatem, illa vitens patria sequitur, quæ animabus sanctis, id est, floribus vernat æternis: spherula ergo ad laborem pertinent, lilia, ad retributionem.

Prædicatores quales esse debent.

45. EXOD. 26. Et quinque columnas deaurabis lignorum Sethim, ante quas duceatur tentorium, &c. B. E. D. A. Columnæ quibus tentorium suspendebatur, sancti sunt Doctores, de quibus Lucas subiungit, [Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri,] quorum mens quantò robustius ad superna erigitur, tantò firmitus docendo alios, ad amorem supernorum sufficit atollere. Bene autem eadem columnæ de lignis quidem Sethim fieri, auro verò iubentur operiri, vt insinuantur prædicatores sancti, & firmitate cordis intus integri, atque in nullo deficientes, & operum claritate forinsecus esse debere conspicui.

Quæ docere debeant.

46. EXOD. 27. Facies, & forcipes, atque fuscinulas, & ignium receptacula. B. E. D. A. Per forcipes, qui ad demundandum altaris ignem fiebant, intellige prædicatores, qui ignem in nobis charitatis quasi in altari Dei accendere suis exhortationibus solent. Hi namque velut gemino dente forcipis ad hunc ignem accendendum titiones in altari componunt, quando consonis vtriusque testamenti nos paginis instrunt, vel certè forcipe duplici sacerdotis ignem altaris emendant, cum in omnibus quæ docent prædicatores sancti, virtutem nobis geminæ charitatis infundere, & huius gratia nos ardere simul & lucere præcipiunt. Fuscinula etiam prædicatores designant, quia doctorum est spiritualium, quæ cuique personæ mysteria audienda committant solertissimè discernere. Fuscinulis enim sacerdotis, carnes hostiarum, prout oportebat, componebant, & alias quidem hominibus, sed mundis edendas offerebant, alias verò altaris ignibus consumendas relinquebant. Quia sunt in verbis Dei nonnulla quæ nostræ humilitati reuelare ad nostræ epulas refectionis concedere dignatus est. Sunt item alia tantæ profunditatis, quæ sancti Spiritus solummodò scientiæ pateant, & nostræ capacitatis per omnia mensuram transcendant. Porro ignium receptacula, ad hoc facta sunt, vt per hæc ignis sanctus ab altari holocausti, ad altare thymiamatis deferretur, quæ & ipsa figuram tenent doctorum, qui tunc ignem de altari holocaustorum ad altare deferunt incensi, cum suos docent auditores de virtute in virtutem semper proficere.

Prædicatores quales esse debeant.

47. EXOD. 27. Omnes columnæ atrij per circuitum vestitiæ erant argenteis laminis, capitibus argenteis, & basibus aeneis. B. E. D. A. Columnæ hæc quibus hæc tentoria suspenduntur in altum doctores sunt sancti, qui suorum corda auditorum à terrestribus contagiis extracta, ad cælestia desideria sustollunt, quæ videlicet columnæ aeneæ sunt, & argento vestitiæ. Aeneæ quidem propter perseverantiam virtutis, siue propter sonum ipsius prædicationis: argento autem vestitiæ; quia non aliud, quam verbum Dei sonant. Non solum autem ihargentatæ erant, sed & capita tota habebant argentea, quod propriè doctorum est, totos se verbis sacre scripturæ subiacere, hisque animum, corpusque meditando, prædicando, operando mancipare. Sicut enim membra nostra sine capite subsistere, & viuere nequeunt, sic & illi sine eloquiis diuinis, &c.

Prædicator

Prædicator quæ docere debeat.

48. EXOD. 28. Facient autem superhumeralia de auro, &c. coccoque bis tincto, &c. B. E. D. A. Potest & de cocco, qui ignis specie resulget, & hoc non inconuenienter dici: quia fortasse idèd bis tinctus fieri præceptoris sit, quod ignis duplicem habeat vim, vtendi scilicet & lucendi, cuius naturam imitari præfulem in verbo nimirum doctrinæ salutaris oportet, vt & lucem videlicet scientiæ desiderantibus aperire, & rubiginem peccatorum in contemptoribus curet increpando comburere. Neque enim quisque verbum faciens ad populum, vel solum increpandis prauorum reatibus, vel solum debet scripturarum refecendis insistere secretis; ne vel de peccatorum tantummodo correctione disputans forte minus libenter audiat, vel mysteriorum tantum abditas referans, minus fortasse eis, quos emendare debuit, proficit. Sed bis tinctum in habitu suo pontifex cocci fulgorem demonstret. Vnde de præcurfore dicitur: Etat lucerna ardens, & lucens.

Increpare debent vitia indifferenter.

49. EXOD. 32. Occidat unusquisque fratrem suum. CAIETAN. Non est sensus mandati huius, vt vnusquisque interficiat patrem vel fratrem, sed quod non habeat rationem fraternitatis in occidendo. GREGOR. 3. Past. cap. 26. Ponat vir gladium super femur suum, &c. Mysticè. Gladium super femur ponere, est, prædicationis studium voluptatibus carnis anteferre, vt cum sancta quis studet dicere, curet necesse est, illicitas suggestiones edomare. De porta verò vsque ad portam ire, est à vitio vsque ad vitium, per quod ad mentem mors ingreditur, increpando discurre. Per medium verò castrorum transire est tanta æqualitate intra Ecclesiam viuere, vt qui delinquentium culpas redarguit, in nullius se debeat fauorem declinare. Vnde rectè subditur, occidat vir fratrem suum, &c. Fratrem scilicet, & amicum, & proximum interficit, qui cum puniendi inuenit, ab increpationis gladio, nec eis quos per cognitionem diligit, parcit. Si ergo ille Dei dicitur, qui ad ferienda vitia, zelo diuini amoris excitatur, profectò esse se Dei denegat, qui in quantum sufficit increpare vitia carnalium recusat.

Quæ docere debeat.

50. EXOD. 33. Cumque egredereetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, aspicebantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. GREGOR. hom. 13. super Ezechiel. Cum Moyses tabernaculum ingreditur, eius terga populus aspicit, & in papilionum suorum ostiis consistit; quia cum sanctus quisque prædicator, alta de Deo loquitur, supernæ habitationis iam utcumque tabernaculum ingreditur, cuius prædicationis infirmi quique etsi virtutem planè pensare non possunt, tamen velut terga aspiciunt, quia postrema, quæ præualeant per intellectum sequuntur, sed in ipsis quoque quæ minus capere sufficunt, iam de suis papilionibus quasi exeunt, atque in ostiis stant. Quia & habitacula carnis relinquere, & ad illa æternæ vitæ gaudia, quæ audiunt progredi conantur.

Accommodari debet capacitati audientium.

51. EXOD. 34. Impletisque sermonibus posuit velamen super faciem suam, &c. GREGOR. in Pastoral. p. 3. cap. 5. Alta quæque debent multis audientibus contegi, & vix paucis aperire. Vnde Dominus Luc. 7. [Quis putas est fidelis seruus & prudens, &c. Vt det

illi in tempore tritici mensuram.] Per mensuram tritici exprimitur modus verbi ne cum angusto cordi incapabile aliquid tribuitur extrâ fundatur. Vnde Paulus 1. Corin. 3. [Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam.] Hinc Moyses, à secreto Dei exiens coruscantem coram populo faciem velat: quia nimicum turbis claritatis internæ arcana non indicat, hinc per eum diuina voce præcipitur, vt is qui cisternam foderit, si operire neglexerit, corruciente in eam boue vel asino pretium reddat. Pœnæ enim reus adicitur, si per verba eius in scandalum, siue munda, siue immunda mens capiatur. Hinc ad beatum Iob dicitur cap. 38. [Quis dedit gallo intelligentiam.] Prædicator etenim sanctus dum caliginoso hoc clamatur in tempore, quasi gallus cantat in nocte, dum dicit, hora est iam nos de somno surgere. Gallus autem profundioribus horis noctis altos edere cantus solet; cum verò matutinum iam tempus in proximo est, minutas ac tenues voces format; quia nimirum, qui rectè prædicat obscuris adhuc cordibus aperta clamatur, nihil de occultis mysteriis indicat, vt tunc subtiliora quæque de cælestibus audiant, cum luci veritatis appropinquant.

Increpare debet, & docere.

52. EXOD. 35. Si quis habet aurum, hyacinthum, &c. coccumque bis tinctum, &c. ORIGENES hom. 13. in Exod. Sed cur alias materias simplices numerauit, & coccum solum posuerit duplicatum? &c. Vide Christus, num. 23. Et tu si doctus es extruens tabernaculum, & ædificans Ecclesiam Dei offer Deo coccum bis tinctum, id est, cum scientiæ lumine igniculum feueritatis admisce. Nam qui increpat, & non docet, vel qui docet, & non increpat, coccum offert, sed non duplicatum, &c.

Quæ docere debeant.

53. EXOD. 39. Et tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter malagranata in extrema parte tunice, &c. ISIDORVS. Tintinnabula sonantia prophetæ, & prædicatores, doctoresque Ecclesiæ sunt, quorum lingua doctrinæ scientiam resonans tangit vtrasque partes, legis, & Euangelij. Hæc tintinnabula de extremo vestimento sonant, vt de fine mundi, & de vita futura disputantes nunquam sileant, & voces prædicationis habeant, ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendant.

Idem.

54. LEVIT. 11. Fontes verò, & cisterna, & omnis aquarum congregatio, munda erit. RADVLPHVS. Fontes sunt doctorum mentes, qui aquas spirituales scientiæ, sancto spiritu ministrante in cordibus suscipiunt. Sed quoniam incumbit prædicatoribus sanctis necessitas, vt non solum de virtutibus, sed etiam de vitiis disputent, coguntur in meditatione sua vtraque suscipere, vt quod de ipsis aliis loqui debeant, antea mente pertractent. Suscipiunt igitur intra semetipsos morticina, nec tamen polluuntur; quia reprehensibile non est, vt idcirco vitia inuestiges, vt extirpes, si eo animo, manu etiam apprehendas, vt euellas.

Idem.

55. LEVIT. 15. Docebitis ergo filios Israël, vt caueant immunditias, & non moriantur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculum meum, quod est inter vos. GLOSSA ORD. Id est. Interiorem hominem in quo est imago Dei vel verbum, quod caro factum est, & habitauit in nobis. Hæc docere debet NN n prædi

prædicator. [Docebitis, inquit, filios Israël, ut caueat, &c.] Alia litera. [Religiosè ergo prohibeatis filios Israël, &c.] Verbis enim religiosè etiam immunda tractanda sunt, & prohibenda. Vnde cap. 16. Ut facerdos ne moreretur, præcipitur assumpto iheribulo. INTERL. Id est, lingua erudita, igne Spiritus sancti repleta, quod de prunis altaris repleuerit, & hauriens manu compositum thymiana in incensum. STEPHANVS. Thuribulum dicitur hic lingua. Thuribulum est inferius clausum, superius perforatum. Hoc Paulus exponit dicens. [Omnis sermo malus, de ore vestro non procedat.] Ecce inferius clausum, [sed si quis bonus est, ad ædificationem fidei.] Ecce superius perforatum. Item superius non est apertum, sed perforatum; quia verbum non repente vel indiscussè procedere debet de ore tuo. *Hæc ille.* Item nota verba illa, quod de prunis altaris repleuerit, id est, de verbis incensis à sacra scriptura acceptis.

Prædicator, virtutibus ornari oportet.

36. LEVIT. 16. *Tunica linea vestiatur.* INTERL. Iustitia. *Fœminilibus lineis verenda celabit,* id est, castitate, *accingetur zona linea,* id est, fortitudine. *Cydarim lineam imponet capiti,* id est, sapientiam, quia organum sapientiæ in capite est. GLOSSA ORD. Qui de Deo loquutus est, & eum secundum possibilitatem visurus, omnibus armetur virtutibus, quarum quatuor generales sunt, iustitia, castitas, fortitudo, sapientia. *Hæc enim vestimenta sunt sancta, quibus cunctis, cum locus fuerit, induetur.*

Prædicatoris vita bona cum doctrina.

37. LEVIT. 19. *Agrum non seres diuersis feminibus.* RADVLPHVS. Ager sancta est Ecclesia, cui per Apostolum dicitur, Dei agricultura estis. Diuersum itaque semen in hoc agro feminat, qui super cathedram Moyfi constitutus, dicit, & non facit, bona loquitur, & contraria operatur. Verbo triticum spargit, exemplo autem suo peccati sementem in discipulorum cordibus iacit.

Idem.

38. LEVIT. 11. *Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo.* RADVLPHVS. Quæ sint hostiæ quæ à sacerdotibus debeant offerri, Apostolus breuiter innuit dicens: [Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, Deo placentem. Hostiæ itaque sunt qui carnis vitam Deo immolant, ut deinceps melius uiuant. Panes verò iidem ipsi sunt sed iam iustificati, & alienati à carne & sanguine, postquam illius iustitiæ conformantur, qui de se ipso testatus est, dicens: [ego sum panis viuus, qui de caelo descendi.] Sicut enim qui in carne sunt Deo placere non possunt. sic qui spiritu Dei aguntur, iam diuinæ mensæ idonei, puritate mentis suæ, Dei cibus efficiuntur. Has hostias, hos panes, illi sacerdotes Deo offerunt, qui verbo, & exemplo suo prius eos ab iniquitate conuertunt, & iam imitati qualiter in religione proficiant instruere non desistunt, à quo officio illi iure repelluntur, qui maculas habent, & quicumque vitiiis suis adhuc deseruiunt. In loco eminentiori constituti præesse possunt, sed prodesse vix possunt. Nam & si fortassis officio exigente bona docere cogantur auditores (vrest humana peruersitas ad malum prona) citius imitantur mores aliter loquentis, quam obediunt monitis aliter facientis.

Meditationi insistant prædicatores.

39. LEVIT. 24. *Accipies simlam, & coques ea duodecim panes, &c.* RADVLPHVS. Mente deco-

quimus quidquid subtilius cogitamus. Vnde quidam sapiens ait; Alimenta quæ accipimus, quamdiu in sua qualitate perdurant, & solida innant, stomacho oneri sunt. At ut ex eo, quod erant mutata sunt, tunc demum in vires, & in sanguinem transeunt: Simila ergo donec coquitur non est apta ad cibum: cocta autem in panem transit, & homines pascit. Pari modo iustorum rudimenta ad docendum non sunt idonea; postquam verò meditatione assidua, studioque feruenti scientiæ vires addiderint, iam idonea sunt ad docendum. Panes igitur sunt qui doctrinæ pabulo, quam plenius assécuti sunt, proximorum mentes reficiunt.

Prædicator ne sit neophytus.

LEVIT. 25. *Qui voluerit ex fratribus suis,* INTERL. Probatis fidelibus, *redimet eum.* INTERL. Doctrina data ne amplius doctrinam quærat eorum. GLOSSA ORDIN. Turpe est hominem in fide ab infantia nutritum talium subire magistrerium, qui repente magistri facti sunt. Vnde HERON. Heri in foro, hodie in altari, heri socius histrionum, hodie consecrator virginum. *Hæc ille.* Vnde Paulus, *Non neophytus, &c.*

Lectiõni sacrae scripture insistant.

NVMER. 7. *Cumque ingrederetur Moyses in tabernaculum foederis, ut consuleret oraculum, audiebat vocem loquentem ad se, &c.* GREGOR. 33. *Moral. cap. 12.* Moyses semper de rebus dubiis ad tabernaculum recurrit, & coram testimonij arca Dominum consulit, exemplum præbens doctoribus, ut cum foris ambigunt, quod disponant, quasi ad tabernaculum semper redeant, & velut ceram arca testimonij Deum consulant, sed de his quibus dubitant apud se, intus sacri eloquij paginas requirant, &c. Vide; *Vita actiua, & contemp. num. 13.*

Prædicatoris mortificatio.

NVMER. 10. *Fac tibi duas tubas argenteas.* STEPHANVS. In tuba tria attendenda sunt; compositio, sonus, & terror. Compositio, quia in parte quæ ori admouetur angustior est; in parte finali amplior; hoc est, quod prædicator debet sibi arctiora præcepta assumere, & aliis laxiora, ut semper plus faciat quàm aliis faciendum imponat. Vnde [manus meæ distillauerunt myrrham] distillare est prælatos exemplo suo ad carnis mortificationem subditos inuitare. Et nota quod dicit, [distillauerunt] quia tanta mortificatio debet esse in prælato, ut magnum sit subditis, si vel stillam modicam valeant imitari. Sonus est in tuba, Vnde [clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.] & terror, quia prædicatio terrorem audientibus incutere debet.

Clarè, & distinctè loquatur.

NVMER. 10. *Quando autem congregandus est populus simplex tubarum clangor erit, & non concussu labant.* RABANVS. Quia qui multitudini verbu Dei prædicat, simpliciter & apertè debet loqui, ut multi intelligant, & ædificentur, ne si obscurè, & insolenter prædicauerit, auditores recedant vacui. Vnde Paulus 1. *Corinth. 14.* [Fratres si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina, &c.] & paulò post [omnia ad ædificationem fiant.] *Quid enim prodest locutionis integritas, si audientem non ædificat? Qui ergo docet, vitet omnia verba, quæ non docent, est autem optimus docendi modus, quo fit, ut qui audit, veritatem audiatur, & intelligat, bonique ingenij insignis in-* doles

Qui prædicatores audit, Deum audit.

DEUT. 33. *Omnnes sancti, in manu illius sunt, & qui appropinquant pedibus eius.* INTERL. Ut dicant humiliter, vel qui sequuntur vestigia eius, accipiant de doctrina illius. GLOSSA ORD. Ut non contristentur, qui Christum in carne docentem non audierunt, quasi ab hominibus decipiantur, per os sanctorum loquitur Christus, per pedes doctrina capitis auditur; Vnde [qui vos audit me audit.] Vnde INTERL. Pedibus, id est, Apostolis, & Euangelistis, quorum doctrina repletur orbis, vnde [quam pulchri supra montes pedes euangelizantium pacem, &c.] Vel illi appropinquant pedibus eius ad capiendam doctrinam, qui spirituali desiderio flagrantes, Euangelicis, & Apostolicis scripturis die noctaque inuigilant.

Prædicatoris vita bona, & doctrina necessaria sunt.

IOSVE 1. *Vxores vestra, & filij, ac iumenta manebunt in terra, &c. Vos autem transite armati, &c.* Vxoribus vestra, INTERL. Vasa infirma, nec ad conflictum apta ne frangantur, & pereant, quibus non permittitur docere, sed tantum doceri. *& filij.* INTERL. Qui nesciunt loqui vel docere, ac iumenta stulti, & idiotæ. ORIGEN. hom. 3. in Iosue. Infans dicitur qui non loquitur. Quid me ergo iuuare potest, qui nihil locutus est, quod legam, cuius me sermo non instruit. Mulier etiam infirmum vas est, nec ad conflictum venit, ne frangatur, & pereat. Vnde [calamum quassatum non confringet.] Me enim nihil docere potest, cuius nihil inuenio, quod imitari debeam vel tenere. *Hæc ille.* Verba, & exempla sunt igitur necessaria, ut quis doceat in Ecclesia; Non enim aliter introducet populum in terram promissam, &c.

Idem.

Prædicatio continua, ut sit efficax item orationibus adiunatur.

IOSVE 6. *Circuite urbem cuncti bellatores semel per diem.* INTERL. Id est, prædicatores. *Sic facietis sex diebus.* Id est, toto tempore præsentis vitæ. *Septiesque circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis, & clamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis.* Nota quæ prærequiruntur, ut destruat ur ciuitas peccati, & cura maxima prædicatorum clangentium buccinis, & vociferatio, & clamor maximus totius populi, id est oratio continua. Notat etiam GALFRIDVS quod prædicatores vocat bellatores, non clamatores, quia prælari ab operatione debent denominari. Hinc est, quod Philippus erat de ciuitate Andrea, & Petri. Philippus est os lampadis, & significat prædicatorem, cuius ciuitas, id est, prædicatio non est denominanda ab ore, sed ab operibus virilibus & firmis.

Prædicationis efficacia.

IBID. ORIGEN. Hierico tubis sacerdotum subruitur; Irobis enim mundi, & munimenta sacerdotalibus tubis videmus esse destructa; cultum scilicet idolorum, philosophorum dogmata, quibus muris ambiebatur mundus, & veluti proceris & robustis turribus firmabatur. Sed veniens Iesus Christus, misit sacerdotes suos portantes tubas ductiles prædicationis.

Prædicatio à Deo.

IOSVE 19. *Et ædificauit ciuitatem habitantque in ea, &c.* ORIGEN. hom. 26. In eadem scriptura reperi, ut addat, quod machabas petrimas, quibus circum-

doles in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodest clavis aurea, si non aperiat? & quid obest lignea si aperiat? Nihil enim querimus, nisi ut pateat, quod clausum est.

Non inuideat ceteris prædicatoribus.

64. NVMER. 11. *Quis tribuat ut omnes prophetent?* GREGOR. Pia mens pastorum, quia non propriam gloriam, sed auctoris querit, ab omnibus vult iuuari, quod facit. Fidelis enim prædicator optat, si fieri valeat, ut veritatem quam solus loqui non sufficit, ora cunctorum sonent. Vnde Moyses hic prophetare omnes voluit, qui bonum, quod habuit non inuidit.

Prædicator non curans utilitatem proximorum infamis.

65. DEUT. 25. *Tollet calceamentum de pede eius, spueque in faciem illius, & dicit, sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui.* GLOSSA ORDIN. Vtrouque pede calceatus est, qui sibi, & aliis prodest. Doctorum enim pedes calcati sunt; quia exemplis præcedentium patrum inuiti gressus prædicationis eorum imitati sunt, de quibus dicitur: [Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis.] Si ut nostram, sic curam proximi gerimus, utrumque pedem calceamento munimus, qui verò suam cogitat, utilitatem proximorum negligit, quasi vnus pedis calceamentum cum dedecore amittit. *Tollet,* inquit, *calceamentum de pede eius:* id est, mercede prædicationis priuatum ostendit. *& expuet in faciem illius,* qui enim donis spiritualibus non curat prodesse aliis, huius etiam bonis Ecclesia exprobrans, quasi in faciem iactat saluam. Vnde INTERL. Manifestè improperabit, & contemptu dignum ostendet, & dicit: *sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui, Christi, & vocabitur nomen illius in Israël domus discalceati.* LYRANVS. Ita quod istud vituperium transibat ad posteros ipsius.

Prædicatoris vita bona cum doctrina.

66. NVMER. 25. *Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus, &c. Abominabitur enim Dominus, &c.* Idem interdicitur *Leuit. 19. & prou. 20.* INTERL. Id est non doceas agere, quod non vis facere, quia cepit Iesus facere, & docere. ISIDORVS. Spiritualiter quoque studendum est ne diuersa pondera in corde habeamus, distinctionis regulam nobis mollientes, eos quibus verbum Dei prædicamus distinctionibus præceptis quasi grauioribus ponderibus obruamus, quod cum facimus diuerso pondere præceptorum Domini mercedem, frugemque appendimus. Vnde [abominatio est Domino pondus duplex.]

Frustruosi prædicatores à Deo donati.

67. DEUTER. 28. *Aperiet Dominus thesaurum suum optimum caelum.* INTERL. Placatus, qui aliquando claudis iratus, ut tribuat pluuiam terra tua, in tempore suo. GLOSSA ORD. Cælum, id est, prophetas, & Apostolos, de quibus dicitur [cœli enarrant gloriam Dei,] quos Dominus aperit, cum per eos doctrinæ abundantiam tribuit, ut carnalium corda hoc imbore irrigata proferant germina bonorum operum. E contra dicitur contra legem Dei non obseruantes infra. *Sic cælum quod supra te est encum.* INTERL. Id est, prædicatores duri, non rore doctrinæ profluui, & terra, quam calcas ferrea; nullo humore fecunda. Hoc tempore Achab ad orationem Eliæ completum est.

68.

69.

70.

71.

72.

cum dedit filios Israël in eremo abscondit ibi. Quid sibi vult hoc? *Ephren* interpretatur fructiferus; Quid sunt montes fructiferi, nisi iusti? In quibus sunt fructus Spiritus sancti, pax, gaudium, patientia, charitas, &c. *Ad Galat. 5.* Hi sunt mente, & spiritu semper ex-celsum, in ipsis habitat Iesus qui est lux vera, emittit radios suæ lucis super eos. In illis ponuntur etiam cultri lapidei, quibus secundo circumciditur populus. Est enim *machara*, verbum Dei quo purgantur peccata de auditorum animis. Hæc ergo virtus verbi diuini reconditur in eo loco, cui datur sermo sapientiæ & scientiæ, vt & opportuno tempore anima illa profert istas macharas in Ecclesia, & circumcidat secundum eos, qui secunda indigent circumcissione. Quod autem dicit *petrinus macharas*, id est, ex saxo cultros non ex ferro opere artificis fabricato, illud ostendit, quod hic sermo Dei, qui immunditias cordium circumcidit, non ex arte rhetorica venit, nec doctorum malleis domatur, aut studiorum cotibus elimatur, sed ex illa petra descendit, quæ de monte sine manibus abscessa, orbem terræ impleuit, & dona spiritualia credentibus tribuit.

Prædicatio cum opere.

73. **I**VDICVM 3. *Aoth fecit gladium ancipitem habentem in medio capulum longitudine palmae manus.* STEPHAN. Quia verbum debet operi respondere & e conuerso. & accinctus est eo subter sagum in dextro femore. Quia in prædicatore debet prius operatio, quæ per sagum intelligitur apparere, quàm prædicet, & etiam à licitis prohibere se quandoque debet.

Prædicatio non in persuasibilibus, &c.

74. **I**BD. *Samgar percussit de Philisthæum sexcentos viros vomere.* Alia litera [stimulo bouum.] STEPHAN. Ecce iste plures occidit vomere, quàm Aoth gladio suo limato, & acuto; quia sæpe plus profuit simplex, & rudis prædicatio, quàm exquisita, atque polita.

Prædicatio cum opere.

75. **I**VDICVM 7. *Qui manu, & lingua lamberint aquas, Iſunt solent canes lambere, &c.* INTERL. Qui super omnia animalia amant dominos suos. Canis etiam percussus à Domino, non oblatrat, sed etiam post verbera redit ad dominum. RVPERT. & GREGOR. 30. *Moral. cap. 17.* Per aquas intellige doctrinam sapientiæ, &c. Vide *Verbum Dei.* Igitur Christo duce ad bellum prodeunt, qui hoc quod ore annuntiant, opere ostendant, quique manu & lingua lambunt aquas, quique fluente doctrinæ spiritualiter hauriunt, nec tamen in prauis operibus carnaliter inflectuntur, quia *Eccles. 15.* dicitur, [Non est speciosa laus in ore peccatoris.] Sequitur. *Dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum, &c.* IDEM. In tubis clamor prædicationis, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis, fragilitas corporis designatur. Tales dux noster ad bella prædicationis duxit, qui despecta salute corporum, hostes suos moriendo prosternerent, eorumque gladios, non armis, sed patientia superarent. Sonuerunt tubis, dum prædicant, confregerunt lagenas, dum corpora sua tormentis, & morti tradunt, resplenderunt lampadibus dum post solutionem corporum miraculis coruscauerunt, moxque hostes in fugam versi sunt, id est, luce veritatis fracti, quod impugnaverant, crediderunt & notandum, quod tenuerunt sinistris manibus lagenas, & lampades, & dextris sonantes tubas. Pro dextro enim habere dicimus, quicquid pro magno pensamus, pro sinistro verò quod pro nihilo ducimus. Christi igitur milites pro magno habent prædicationis gratiam, corporum verò utilitatem pro minimo.

Quisquis autem plus facit utilitatem corporis, quàm gratiam prædicationis in sinistra tubam, atque in dextera lagenam tenet. *Et cap. 8. Vnam petitionem postulo à vobis, date mihi inures ex præda vestra.* Obrulerant quidem ei regnum, sed plures fecit inures. Idem facere debet prædicator, vt plures æstimer prædicationem: quàm omnia temporalia, etiam regnum.

Vita bona, & humilitas.

IVDICVM 11. *Locutus est Iephte omnes sermones suos coram Domino in Maspha.* STEPHAN. Quod dicitur speculatio, vel contemplatio. Qui enim locuturi sunt sermones Domini debent esse in locuto, id est, in eminentia bonæ vitæ, & coram Domino, hoc est in humilitate, non propter gloriam, vel com-modum temporale.

Prædicatorum humilitas.

IVDICVM 15. *Inueniamque maxillam asini, qua iacebat arripens interfecit in ea mille viros, &c.* GREGOR. 13. *Moral. cap. 6.* Maxilla asini prædicatores significat. Redemptor enim noster simplicitatem, & patientiam prædicantium suæ manus virtute tenens, à vittis carnales interficit. Et maxilla in terram proiecta postmodum aquas fudit: quia tradita morti prædicatorum corpora, magna populis prædicauerunt miracula.

Prædicatorum cura præcipua animarum.

REG. 1. *Helis sacerdote super sellam sedente ante portas domus Domini.* INTERL. Vt ingredientibus & egredientibus templum verbum Domini ministraret. Sacerdotes enim scientiæ clauas habent. *Cap. 2. Porro filij Helis, filij Behai nescientes Dominum, nec officium sacerdotum ad populum, &c.* BERNARD. *Sermone super Ecce nos reliquimus, &c.* Petro dictum est: pascere oues meas, non mulge, seu tonde. Non sunt pascendæ, vt tondeantur, vel mulgeantur, sed tondendæ, vt pascantur. Probi pastores non pascunt, vt comedant, sed comedunt, vt pascant. GREGOR. *Hom. 17.* Non ideo prædicare debet sacerdos, vt in hoc tempore mercedem recipiat, sed ideo mercedem recipere, vt prædicare subsistat. *Et epistola ad Marrianum episcopum.* Non plus peccuniam, quam animabus studcas. Illud à latere respiciendum est, ad hoc autem tota mentis intentione laborandum, &c. quia redemptor noster à sacerdotis officio, non quæret aurum, sed animas. *AVGVS. Tract. 123. in Ioannem.* Si me diligis non te pascere cogita, sed oues meas; sicut meas pascere, non sicut tuas. Gloriam meam in eis quære, non tuam, lucra mea, non tua.

Verba proficua loquantur.

REG. 3. *Et non cecidit ex omnibus verbis Samuelis in terram.* RABANVS. Quia nihil ex iis quæ per eum locutus est Dominus irritum fuit. Cadunt enim in terram verba vacua, & pro nihilo habenda, & omnium despectu calcanda. Vnde lob. [Lux vultus mei non cadebat in terram.] quia in tanta grauitate vultum tenere consueuerat, vt non contemptibili læticia resoluereetur, quotiens hilarem se presentibus exhibebat. certa causa utilitatis eorum hoc faciebat.

Prædicatores diabolus impedit.

REG. 12. *Abstine à me hoc peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam, & rectam.* Hoc boni prædicatoris officium. & 1. Reg. 13. dicitur. *Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel, &c.* GLOSSA ORDIN. Diabolus quoque studet prohibere ne sint doctores in ecclesia, qui spiri

spiritualia arma faciant, & nobis ad pugnam tribuant, nunc quoque antiquus hostis ab instantia eruditionis prelatos auerit, vt & ipsos subditos facilius decipere possit.

Prædicationi instandum.

81. **R**EG. 23. *Quasi tenerimus ligni vermiculus.* GALFRID. Sicut lignum robor sine ferro, & osse tenerimus penetrat vermis, & atterit, sic verbum Dei, & doctrina sacra. Vnde Apostolus. [Viuus est sermo Dei, & efficax, &c.] Secreta quadam virtute illabitur sensibus auditorum, & rigida corda conterit, & confringit, quin etiam sine violentia, & acerbitate, tanquam vnctio docens de omnibus in mansuetudine, in suauitate, in Spiritu sancto, noxia omnia demolitur. Instat ergo doctrinæ, sessor cathedræ sapientissimus, clama, ne cesses, teredinis cui comparatus es, non grandis est morsus, sed iugis conatus, nec velociter proficit, sed tamen perficit opus suum.

Idem.

82. **R**EG. 23. *Ipse stetit, & percussit Philisthæos donec deficeret manus eius, & obrigeeret cum gladio.* VATABLVS. Adhæresceretque ad gladium, quasi diceret, Præ nimio labore manus quæ gladium tenebat, spasum contraxit, ita vt finito conflictu vix potuerit educi à manu eius gladius. GALFR. Manus actus est, gladius verbum Dei. Multorum manus nunc gladio non cohæret, qui sic pugnant, quasi aërem verberantes, non percutientes aduersarios. Cum gladio manus deficit, cum doctor cauer prohibita; cum eodem quoque rigeſcit, cum mandata viriliter exequitur. Necessarium vtrumque doctori, & cauere quod vetuit, & exercere, quod monuit. Hæc obleruans, multos fructus faciet. Vnde sequitur. *Fecitque Dominus salutem magnam in die illa.* Efficacior namque est operis persuasio quàm sermonis.

Prædicatorum est animas dirigere, & aptare.

83. **R**EG. 5. *Euerunt itaque Salomoni octoginta millia latomorum in monte.* BEDA. Latomi sunt caesores lapidum, & idem significant quod caesores lignorum, id est, prædicatores qui mentes insipientium dolabro verbi Dei exercent, & à natia torritudine, & deformitate transmutant, ac regulariter infuturos, vnitari fidelium, id est, ædificationi domus Dei aptant.

Prædicatores orationi dediti.

84. **R**EG. 6. *Fecitque in templo fenestras obliquas.* GLOSSA ORDIN. Per fenestras sanctos doctores intellige, quibus mente excedentibus Deo arcana cælestium specialius videre conceditur, qui dum in occulto vident, publicè pandunt, quasi suscepto lumine solis fenestras cuncta templi penetralia replent.

Debet esse pater.

85. **R**EG. 2. *Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius.* VATAB. Id est, magister. Nam sunt magistri discipulis vice parentum. Quasi dicat. Vale præceptor. GALFRIDVS. Præceptor enim & pater spiritualis debet esse currus & auriga. Quia & vehit, & dirigit, dum afficit, simul & erudit. Nam zelus absque scientia currus est sine auriga.

Prædicare oportet fidem, & opera.

86. **R**EG. 15. *Dixit rursus, percute iaculo terram.* GLOSSA ORD. Doctoribus præcipitur iaculo prædicationis terram vel carnales percutere. *Et cum percussisset tribus uicibus, & steteret, iratus est contra eum vir Dei, & ait, si percussisses quinquies, aut*

sexies, sine septies, percussisses Syriam usque ne ad consummationem. Tribus vicibus terram iaculo percutere, est, Trinitatis fidem carnalibus per doctrinam innuere; necesse tamen est, vt vincantur inimici, vt doceantur fideles, quinque sensibus corporis imperare, bonisque operibus, quæ per sex exprimuntur studium impendere, nec non scientiam spirituales instanter meditari, quam septiformis spiritus ad salutem humani generis impertitur.

Contra prædicatores peccatores.

87. **R**EG. 24. *Transtulit in Babylonem omnes sortes exercitus, & omnem artificem, & inclisorem.* VATABLVS. Id est, ianitorem vrbs, vt transfert CHALDÆVS PARAPH. Id est, omnes custodes vrbs, vel vt ait doctus inter Hebræos, Inclisores, subaudi castrorum, id est, peritos castrametandi. GLOSSA ORDIN. Per horum captiuitatem significatur, cum diabolus eos ducit captiuos, qui magistri virtutum esse debuerant, & qui inuincibili animo Domino inferuire, ac decalogum fideliter videbantur conseruare. *Et cap. 25. Nabuzardan muros Ierusalem in circuitu destruxit.* GLOSSA ORDIN. Et diabolus rector, & eos qui videbantur in visione pacis manere inflammatos cupiditate subuertit.

Quales esse oportet.

88. **P**ARALIP. 4. *Eti sunt figuli habitantes in plantationibus, & in sepibus, apud regem in operibus eius, commorantque sunt ibi.* LYRANVS. Isti vltimò dicti fuerunt artifices in pluribus artibus, quia aliqui eorum fuerant figuli, id est, formantes vasa testacea; aliqui verò fuerunt plantatores, & cultores vinearum, & in sepibus faciendis ad clausuram earum strenui. *Apud regem in operibus eius;* erant enim prædicti artifices excellentes, & ideo vocabantur ad opera regis. *Commorantque sunt ibi,* id est, propè loca, vbi erant opera regis fienda. GLOSSA ORDIN. Figulos, qui in plantationibus, & sepibus laborant, doctores intelligimus, qui formant, & componunt vasa Domini. Fingere enim, componere dicimus. Vnde compositores luti, figulos vocamus, hi vineam Domini doctrina plantant, & excolunt, exhortando, & orando muniunt: Hi apud regem in operibus suis morantur; quia in fide Christi manentes, quidquid dicunt, quidquid agunt, ad gloriam Dei faciunt.

Prædicatores infidelium.

89. **P**ARALIP. 9. *Per quatuor ventos erant ostiarij, id est, ad Orientem, & ad Occidentem, ad Aquilonem, & ad Austrum.* LYRANVS. Licet in templo esset tantum vnus ostium, scilicet in parte Orientali, tamen in atrijs quæ erant in circuitu, erant introitus plures, secundum quatuor partes mundi. Sequitur. *Per gym quoque templi morabantur in custodijs suis, vt cum tempus fuisset, ipsi manè aperirent fores.* GLOSSA ORDIN. Ianitores isti, sancti doctores sunt, qui quatuor Euangelij ostiij fidei seruantes patefaciunt credentibus, & concludunt blasphematijs, quibus cum Petro clauis cæli commissa sunt. Hi per quatuor ventos ostia custodiunt; quia per quatuor plagas mundi, gentes ad fidem vocat, & Ecclesiam vigilanter seruant.

Vitia reprehendunt.

90. **P**ARALIP. 12. *Erant fortissimi, & egregij pugnatores tendentes arcum, & utraque manu fundis iacientes, &c.* GLOSSA ORDIN. *Mystice.* Milites Christi, non segnes, sed studiosos describit in prosperis, & in aduersis, à dextris, & à sinistris. Per fundibularios, qui cum sonitu magno saxa iaciunt contra ad-

uersarios, significantur prædicatores, qui clamando contra vitia deterrent peccatores.

Contra prædicatores peccatores.

91. 1. PARALIP. 19. Igitur Hanon pueros David decalauit, & rasi, & præcidit tunicas eorum à natibus usque ad pedes. In secundo lib. Reg. cap. 10. sic. Tulit itaque Hanon seruus David, rasiq; dimidiam partem barba eorum. INTERL. Et diabolus, pristinam fortitudinem eripit, & castitatis dignitatem nudat, & turpia quæ persuasit reuelat. GLOSSA ORDIN. Radit ergo Hanon barbam dimidiam nunciorum David cum diabolus quorundam prædicatorum sermonem, vel conuersationem corumpendo maculat; præcidit tunicas usque ad inguina; cum turpia facta quæ persuadet, in oculis hominum reuelat. His necesse est vt se deant in Hierico, donec crescat barba, ne sint opprobrium aliorum, & anathema omnium, id est, donec incrementa virtutum in eis nascantur & digni habeantur præsentia sui regis.

Prædicatores, negotiatores Christi.

92. 2. PARALIP. 1. Adducebantur autem ei equi de Ægypto, & de Coa à negotiatoribus regis. INTERL. Prædicatores scilicet, qui ibant, & emebant pretio. Qui dant prædicationem, & auditorum accipiunt fidem. Per equos autem intellige viros strenuos opere, & intellectu, in quibus ad fidem conuersis dignè se deat Christus. & cap. 9. Deserebant de Tharsis aurum, & argentum, & ebur, & simias & panos. RABANVS. Hæc de Tharsi, id est, de amari fluctibus sæculi ad Salomonem nostrum deferunt prædicatores, & serui, quibus dicit: [Elegi vos, vt caris, & fructum afferatis, aurum sapientiæ, argentum eloquentiæ, ebur castitatis.] Per simias actus humanos imitantes, sed bestialiter viuentes significatur qui fidem tenere videntur, sed operibus negant. Per panos, quorum caro, si siccata fuerit imputribilis permanere dicitur, quique pennarum pulchritudine vestiuntur, significantur perfecti, igne tribulationis decocti, adeo vt variis virtutibus decorentur.

Prædicator, non in persuasibilibus verbis, &c.

93. 2. PARALIP. 12. Tulit & clypeos aureos, quos fecerat Salomon, pro quibus fecit rex æneus. GLOSSA ORDIN. Hæc antiquus hostis per incuriam rectorum abstulit in prædicatores. Tales verò cum se spiritu priuatos vident, per eloquentiam, verborum copiam quæruunt, quorum sonoritatem, velut scutorum æreorum firmitatem contra hostes opponunt, sed quanto est auro vilis, tanto est inferior eloquentia veræ sapientiæ fructu. Vnde, Vbi plurima verba, ibi frequentior egestas.

Prædicatores, aliis perfectiores statu.

94. 1. ESDRA 1. Adiuuent eum viri de loco suo argento & auro, &c. GLOSSA ORD. Omnibus quidem dedit rex facultatem, vt ad templum Dei ædificandum ascenderent, non tamen omnes ascendere iussit, sed quos donata libertate alibi habitare delectaret, ascendentes auxiliari quemque de loco suo præcepit. Omnes ergo de captiuitate liberati sunt, omnes pietatis actibus dediti, sed perfectiores ad ædificandum templum Domino ascenderunt, ceteri adiuuauerunt. Omnes quidem electi, de potestate tenebrarum exuti, ad libertatem pertinent filiorum Dei & gloriæ, sed tantum perfectorum est in ædificatione Ecclesiæ aliis prædicando laborare, qui ab Apostolo duplici honore donantur. 1. ad Timoth. 5. Sicut Angelus Daniël dicit cap. 12. [Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiuntur

multos quasi stellæ in perpetuas æternitates. Quia eruditores aliorum, cum magis auditores ad celestia diligenda instruant, minus pro terrenis curam gerunt: imo acquista, pro spe æternorum relinquunt. Vnde necesse est, vt ad prædicandum subsistant, quo diuites, qui prædicare nequeunt, inopia eorum subueniant, vt sic prædicationis possint esse participes. Vnde Ioan. [Nos ergo debemus huiusmodi suscipere, vt cooperatores simus veritatis.]

Prædicatio cum opere.

95. 1. ESDRA 3. Holocaustum diebus singulis per ordinem secundum præceptum opus Dei, in die suo. GLOSSA ORD. Qui de ea captiuitate liberati Ierosolymam venerunt, facere templum disposuerunt, & postea fecerunt, sed prius posito altari, quotidianis holocaustis Domino se commendauerunt, vt dignè ipsum templum ædificare mererentur. Vnde in textu: Porro templum Dei nec dum factum erat. Qui ergo alios vult docere, prius seipsum doceat, ne ab Apostolo audiat. Rom. 2. [Qui ergo alium doces, te ipsum non doces.] Vnde etiam 1. Corin. 9. [Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte, &c.] Rectè ergo transmigrationis filij, non alia sacrificia, quàm holocausta, id est, totas incensas oblationes Deo obtulisse referuntur; quia necesse est, vt totum in se bene viuendo, & à licitis etiam continendo, creatori mancipet, qui malè viuentes cupit ab illicitis compescere. Sequitur: Conseruauerunt Leuitas à viginti annis, & supra, vt vgerent opus Domini. GLOSSA ORD. Tales sunt ad prædicandum præferendi, qui decalogum non solum faciendo auditoribus ostendunt, sed etiam puritate, & integritate cordis, in conspectu Dei, intemperatam conscientiam custodiant. Et cap. 5. Ceperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis propheta Dei adiuuantes eos. LYRAN. In moralibus enim magis valent facta quàm verba. [Cæpit Iesus facere, & docere.]

Prædicatorum oratio, & industria contra hostes.

96. 2. ESDRA 4. Congregati sunt omnes pariter, vt venirent, & pugnarent contra Ierusalem, & molirentur insidias, & orauimus Deum nostrum, & posuimus custodes die ac nocte contra eos. GLOSSA ORD. Hoc est unicum contra hostes Ecclesiæ refugium; oratio scilicet ad Deum, & industria Doctorum, qui die ac nocte in lege Domini meditantur, corda fidelium contra insidias diaboli, & militum eius prædicando, consolando, & exhortando præmuniant.

Prædicatio cum opere.

97. 2. ESDRA 8. Stetit autem Esdras scribe super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, &c. Esdras super vniuersum populum eminebat. INTERL. Qui enim gradum doctoris accipit, merito vitæ perfectioris transcendere debet actionem vulgi. BEDA. Stat pœtifex in gradu ligneo, quem facit ad loquendum, cum singulari imitatione dominicæ passionis altior se cæteris facit, vnde merito fiducialiter prædicat verbum Dei. Si enim non imitatur passionem Domini, nondum gradum ligneum, vnde aliis præemineat, ascendit. Vnde necesse est, vt timidus & erubescens quæ ipse non facit, aliis faciendo prædicet. Et super illud cap. 12. Mandati sunt Sacerdotes, & Leuitæ, & mundauerunt populum, &c. Iustus omnino ordo, vt doctores, qui populum mundare desiderant, prius mudentur, castigent corpus, & seruituti subiciant, ne forte aliis prædicantes reprobi inueniantur. Nunc quoque, qui Ecclesiæ præsent, in spirituale ministerium assumpti à Domino, quo maiorem dedicationis nostræ, quæ in resurrectione nostra futura est

memoriam gerunt, eo magis seipsos, & sibi commissos mundare, & sanctificare contendunt, ne quis forte non habens vestem nuptialem à communi sanctæ ciuitatis iucunditate eiiciatur, & vincetis manibus, & pedibus in tenebras exteriores mittatur.

Prædicatorum merces.

98. 2. ESDRA 12. Ascendere autem feci principes Iuda super murum. GLOSSA ORD. Perfectiores Ecclesiæ doctores, qui in dedicatione ciuitatis super murum ascendunt, quia in tempore tribulationis, generalem Ecclesiæ conuersationem altius viuendo transcendisse probantur, de quibus dicitur, [Super muros tuos Ierusalem constitui custodes.] Iai. 62. Iurè ergo qui nunc muris Ecclesiæ tanquam vigiles præsent, tunc quoque eisdem gloria remunerationis præeminebunt. Qui alios ad iustitiam erudiunt, tanquam stellæ, &c.

Contra prædicatores peccatores.

99. 4. ESDRA 1. Filij procreationem non faciunt, quoniam mandatum meum neglexerunt, & quod malum est, coram me fecerunt. Prædicatores filij vocantur, iuxta illud Psal. [Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.] Apostolorum enim filij sunt, sed procreationem non faciunt, id est, steriles sunt, non facientes fructum, quoniam mandatum meum, &c.

Quæ facere debet prædicator.

100. 4. ESDRA 14. Nunc ergo dispone domum tuam, & corripe populum tuum, & consolare habitantes eorum, & renuncia iam corruptela, & dimitte ab eis cogitationes, & proice ab eis pondera humana, & exue te iam infirmam naturam, & reponere in vnam partem molestissima tibi cogitationem, & festina transmigra ad temporalibus his. Hæc dixit Dominus Esdræ, vt mitteret eum ad prædicandum verbum Dei. Quæ omnia quadrant prædicatoribus nostris.

Prædicatores canes Domini.

101. TOBIAS 6. Profectus est autem Tobias, & canis factus est eum. INTERL. Prædicatores vnde. Famen patientur, vt canes, & circuibunt ciuitatem. BEDA. Veniente Domino ad gentes saluandas prædicatores eius vestigia eius sunt sequuti: quia quod iussit impluerunt. Vnde [cunctes docete omnes gentes.] Canes verò vocantur, quia Dei domum, & eius substantiam, & omnes spirituales à furibus & bestialibus spiritibus, & hæreticis defendunt, & cap. 10. Tunc præcurret canis, qui simul fuerat in vna. INTERL. Doctores Ecclesiæ qui hæreticos quasi lupos à summi pastoris oculi fugant. Et quasi nuncijs adueniens blandimento sue caudæ gaudebat. INTERL. Cauda finis corporis perfectionem significat, vel mercedem, quæ in fine tribuitur. BEDA. Canis gaudebat dum recta dominorum diu inuisa reuiferet. Gaudet doctores de præmio vitæ æternæ, & cunctis electis eodem præmio corda exhilaranda prædicant. Gaudet item Doctores cum effectum sui operis intelligunt.

Prædicatores quid prædicare debent.

102. IVDITH 8. Et nunc fratres quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum. INTERL. Quia scilicet speculatores & doctores. Ad eloquium vestrum. INTERL. Exhortationem, consolationem. Corda eorum erigite vt memores sint, quia tentati sunt patres nostri, vt probarentur, si verè colerent Deum suum, &c.

Prædicator liber ex pulvere pedum.

103. ISAIA 25. O quam pulchri super montes pedes annuntiantium pacem, &c. ALIREDVS. Id est, affe-

ctiones euangelizantium pacem hominibus bonæ voluntatis, propter bona caelestia, terrena spernentibus. Pulchri sanè pedes, quibus nec saltem puluis adhereret, sed velut posita in peluim aqua ab ipso Christo abluitur, aut in ipsos, propter quos contrahitur ipso Domino iubente excutitur. Quidquid enim prædicatores vel prælati ex occasione officij sui terrenarum affectionum pulueris contrahunt, vel ab ipsa charitate pro qua contrahitur Christo operante diluitur, secundum illud, [charitas operit multitudinem peccatorum,] vel in ipsos pro quibus laborant, si fuerint ingrati, vel inobedientes excutitur, vt totum nec prædicatori, sed ipsis potius imputetur.

Prædicator mitti debet à Domino.

104. OSEA 1. Verbum Domini quod factum est ad Oseam filium Beer. P. D. RIBERA. Notandum quomodo tam Oseas, quàm reliqui prophetae domi lateant, nec verbum ad populum faciant, donec verbum Domini ad eos fiat. Hoc etiam fecit Ioannes Baptista Luc. 1. Contra festinantes ad egrediendum, non vocatos à Domino, ait Iacobus cap. 3. [Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis.] Quasi diceret. Ne exeat ad docendum, nisi mittamini, ne illud Ieremie 23. audiat contra vos dictum: [Non mirebam prophetas & ipsi currebant; non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.] Dices: Iudas se obtulit cap. 6. [Ecce ego mitte me.] Audiat quod dicit Hieron. super hæc eadem verba. Propheta, non temeritate & arrogantiæ propriæ conscientie se ire promittit, sed fiducia quoniam purgata sunt labia eius, & ablata iniquitas, mundatumque peccatum. Veniat ad te vnus de Seraphim, & tangat carbone labia tua, & auferat iniquitatem tuam, sed nec tunc ire tibi licet, sed offerre te vt mittaris cum scilicet pura conscientia, & amore proximorum flagrans voluntas ad eundem inuitat. Hæc ille.

Qualiter disponi debet vt mittatur.

105. IDEM P. RIBERA. Sed qua ratione disponetur prædicator, vt mittatur à Domino? Primò cum se diu scripturarum studio dedit. Secundò cum sanctorum patrum libros diligenter euoluit. Tertio cum Deum orauit, vt ipse qui morbos nouit auditorum, eas sibi sententias suggerat, quæ ad morbos curandos plurimum valeant. Quarto cum auditorum dolorem animi, & lachrymas, non inanes plausus captat, & accipiat. His efficitur idoneus, vt à Deo doceatur, & aptus, vt audiat illud Ieremie 1. [Ecce dedi verba mea in ore tuo.] Hieron. super illud Eccles. 3. Tempus tacendi, & tempus loquendi, sic ait. Pythagoricos reor, quorum disciplina est tacere, per quinquenniū, & postea eruditos loqui, hinc originem sui traxisse decreti. Discamus itaque nos prius non loqui, vt postea ad loquendum ora resecemus, sileamus certo tempore, ad præceptoris eloquia pendeamus, nihil nobis videatur rectum esse, nisi quod discimus, vt post multum silentij ex discipulis efficiamur magistri. Nunc pro sæculorum in peius labentium vitio, docemus in Ecclesiis, quod nescimus. Omnes artes absque doctore non discimus, sola hæc tam vilis, & facilis est, vt non indigeat præceptore. Hæc Hieron.

Contra prædicatores peccatores.

106. OSEA 5. Sicut rete expansum super Thabor. THEOPHYLACT. Qui constitutus est, vt doctorem agat, ac super excelsum gradum doceat, si vel reprehensibilem vitam duxerit, vel adueterinam doctrinam euulganerit, rete fit iis qui in eum des-

gunt oculos, Rete autem fit, non quale Christi discipuli piscatores habuerunt, verbum nempe miraculis contextum, sed quale venantes, super venationem animarum, demones infixerunt. Audiemus autem, qui animas perdidimus cuius rete sumus, nec enim Dei etiam si in specula stemus.

Prædicatores nubes sunt.

107. **A**MOS 4. *Et plui super unam ciuitatem, & super alteram non pluit, &c.* P. RIBERA. *Mystico.* De illo imbre intelligamus, de quo dictum est *Isai. 5.* [Et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem,] id est, doctrinam veram & salutarem. Sancti enim prædicatores, nubes dicuntur. ORIGEN. *hom. 5. in Ieremiam.* Ita vnusquisque sanctorum nubes est. Moyses, nubes est, & quasi nubes loquebatur. [Attendite cælum, & loquar, audiat terra sermonem ex ore meo, expectentur, vt pluuia, verba mea.] Si non esset nubes, nunquam dixisset: [Expectentur vt pluuia verba mea,] & [descendant vt ros eloquia mea.] Similiter Isaias, vt nubes loquebatur, [Audi cælum, & auribus percipe terra.] Et quia ipse nubes erat, sciebat alias nubes comprophetantes sibi, & ideo variatins aiebat: [mandabo nubibus meis, ne pluant super eum imbrem, &c.] Et quoniam Deus, humiles maximè eligit, vt nubes sint, ideo dicitur. [Educent nubes ab extremo terræ.] Si quis ergo sanctus custodiens præceptum Saluatoris, factus fuerit in hac vita nouissimus, sit nubes, & educit Dominus nubes, non à primis terræ, non à consulis, non à iudicibus, non à diuitibus: [Beati enim pauperes spiritu, quoniam vestrum est regnum cælorum.] Propterea, si volumus nubes fieri, ad quas perueniat veritas Dei, nouissimi omnium fiamus.

Prædicare non debet vacuus virtutibus.

108. **M**ATH. 5. *Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum.* CASSIANVS. Qui multa & maiora negligens dicere præsumperit, consequens profectò est, vt iam minimus in regno cælorum, sed in gehennæ supplicio maximus habeatur, & ideo cauendum est tibi, ne illorum ad docendum incideris exemplis, qui peritiam disputandi, ac sermonis affluentiam consequuti; quia possunt ea quæ voluerint ornate, copiosèque disserere, scientiam spiritualem habere creduntur ab eis, qui vim eius, & qualitatem discutere non nouerunt. Aliud namque est, facultatem oris, & nitorem habere sermonis, & aliud venas, & medullas cælestium intrare dictorum; ac profunda, & abscondita sacramenta, purissimo cordis oculo contemplari; quod nullatenus humana doctrina, nec eruditio sæcularis, sed sola puritas per illuminationem sancti Spiritus obtinebit. Nullum ergo verbis docere præsumas, quod opere ante non feceris.

Prædicationi, nec contemplatio valet comparari.

109. **L**VC. 7. *Maria optimam partem elegit, &c.* GALFRIDVS. Etiam si melior est Mariæ vacatio, quam occupatio Marthæ, tamen in illa domo tres fuisse memento. Ibi enim laborabat Martha, vacabat Maria, Dominus prædicabat, Absit autem, vt vacatio illa Mariæ, sicut labori Marthæ, ita prædicationi Dominicæ præferatur. Magnus est enim, qui intra sæculi huius tumultu irreprehensibiliter, vel saltem venialiter viuat, maior qui extra, maximus verò, qui supra.

Accommodari debet capacitati audientium.

110. **C**ORINT. 3. *Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam.* P. RAYE-

NAS. Debet prædicator, non quid ipsum dicere, sed quid subditos audire deceat attendere diligenter, & paruulis impendere debetæ nutritionis obsequia, & blandimentis magis congrua, quàm peritiæ verba depromere, non quadrare, sed liquare sermones, & eos adhuc teneris faucibus in modum lactis effundere, dicente Apostolo: [Lac vobis potum dedi, &c.] mutare voces, amare varios affectus, & quid plura? Mente, lingua, corpore imbecillibus paruulorum motibus occupari. GALFRIDVS. Vtinam istud attendant, qui facturi in conuentu fratrum sermonem, magis alta, quàm apta dicere solent, facientes apud infirmas intelligentias miraculum sui, non ipsorum salutem operantes; Erubescunt humilia, & plana docere, ne sola hæc scisse videantur, erubescant vbera habere, nudare mammam, lactare paruulos. Quid istud est? Ideo ne confedisti in medio cathedram tenens, vt scientiam iactes? An vt teneram subditorum lactes infantiam? Subtilia texis, artem qui audiunt mirantur, eloquentiam laudant. Bene quidem, tamen si gratiam sentiunt, si te disputante, audientium mouerit affectus, intellectus instruitur, alioquin, quid ad præsens negotium, peregrina quædam adducere, quæ auscultantes non capiant? Magna eloquentiæ laus est causam quam suscepis aptè exequi, ad eius commodum cuncta referre, suscepto inferuire negotio. Nusquam eloquentiæ euidentiùs dabis signum, quàm si humilem materiam exequaris ornate, & sermonis temperamento attollas, quæ per se iacere videbantur, nec tam debes attendere quæ dicere deceat hominem literarum, quàm quæ debeant audire quos instruis. Quid enim inde consequuntur, si ambules in magnis & in mirabilibus, non dico super te, sed super eos qui assident, sublimia loquens, sed non in tempore, quid aliud affectare videtur, quàm vt dicatur de se, quod dictum est de Saluatore, [nuncquam sic loquutus est homo.] Ascendisti cathedram, vt alios ædifices, non vt teipsum insles, vt impleas, non vt exinanias teipsum, nisi eo modo, quo se Saluator exinaniuit formam serui accipiens, vt nos carnis suæ lacte nutriet in salutem. Bonus imitator magistri Paulus vbera non occultat, sed habere se iactat, [tanquam paruulis, inquit in Christo, &c.] Ipse nouit cui mensam parat, & quibus vbera non occultat, sed habere se iactat, ipse nouit, cui mensam parat, & quibus vbera porrigat.

Contra nos prædicantes.

111. **E**XODI 28. *Facies & tunicam superhumeralis, &c.* *Et quasi mala punica, &c.* *Mixta in medio tintinnabulis.* Vide, *Sacerdos*, num. 19. Et addit GREGORIUS *ibi citatus.* Scriptum quippe est. Audiatur sonitus quando ingreditur, & egreditur sanctuarium, & non moriatur. Sacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur; quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine sonitu prædicationis incedit. Aptè autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Quia vestimenta sacerdotis, opera eius recta significant. Iuxta illud. [Sacerdotes eius induantur iustitia;] Vestimentis itaque illius tintinnabula inhaerent, vt vitæ viam cum linguæ sonitu, ipsa quoque bona opera clament sacerdotis. In sacerdotis etiam veste, mala punica coniunguntur. Per mala autem punica vnitas fidei designatur. Nam sicut in malo punice, vno exterius cortice, multa interius grana muniuntur: sic innumeris sanctæ Ecclesiæ populos, vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritum tenet. Caveat ergo rector, ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere, audientium corda feriatur, & vnitatis compagem insipienter abscindat. Hinc namque

veritas

veritas dicitur. [Habete sal in vobis, & pacem habere inter vos.] Per sal sapientia designatur. Qui loqui igitur sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio, audientium vnitas confundatur. Dicendo igitur: habete sal, & pacem, est, figuratè dicere: mala punica in tintinnabulis iungite, vt per omne quod dicitis vnitatem fidei, cauta obseruatione teneatis.

Quales esse oporteat.

112. **E**XOD. 27. *Et collocabunt lucernam Aaron, & filij eius.* BEDA. Quia non omnium est sacramenta fidei prædicare populo, sed eorum solummodo, qui & castitate fidei, & executione boni operis, ad filios summi sacerdotis Domini videlicet, & saluatoris nostri pertinere probantur. Nam quisquis à puritate fidei aberrat, vel integritatem cognitæ fidei, operum improbitate commaculat, talis & si sacerdos sit, auditurus nihilominus est à Domino illud *psal. 49.* [Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, &c.] Quales & Iacobus *cap. 3.* retrahit dicens: nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis.

Fideles per prædicatores congregantur ad salutem.

113. **M**ATH. 23. *Sicut gallina congregat pullos suos, &c.* CHRYSOST. *hom. 46. in Matth.* Sicut pulli galinarum, pastum suum quærentes, per diuersa vagantur, & maternis vocibus congregantur ad ipsam, & iterum simpliciter pascentes dispergantur, & iterum maternis vocibus congregantur: sic populus Dei, carnalem voluptatem, & mundialem concupiscentiam sequentes per diuersos sequuntur errores, quos Ecclesia mater per sacerdotes modò increpationibus, modò blandimentis, quasi quibusdam vocibus congregare, & allestare festinat. IDEM *hom. 52.* Sicut lucerna nisi subministraueris oleum, extinguetur: sic verbum fidei nostræ quod credentes accepimus, nisi assiduis nutriatur doctrinis, aut meditationibus scripturarum, extinguatur, & non satis illuminat animam.

Prædicatorum vita exemplaris.

114. **C**LEMENS lib. 8. *Recognitionum.* Videntur mihi ij, qui loquuntur verbum veritatis, & qui illuminant animas hominum, similes esse radiis solis, qui vt processerint, & apparuerint mundo, celari vltra, aut occultari nullatenus possunt, dum non tam videntur ab omnibus, quam videri omnibus præstant.

Prædicatio necessaria in tempore tribulationis.

115. **C**HRYST. *hom. 15. operis imperfecti.* Sicut semper pluuia bona est, maximè autem grata est tempore siccitatis, & visitatio quidem amicorum semper quidem suavis est, multo tamen suavior tempore luctus: sic & consolatio sacerdotis, & doctrina semper opportuna est, maximè autem tempore persecutionis. *Et infra.* Sicut nauis tunc præcipuè gubernatorem necessarium habet, quando tempestatem patitur, quando autem prosperata est, ipsa se dirigit, & miles præcipuè necessariam habet annonam de rege, quando bellum, & periculum instat, quando autem pax, vnde cumque possunt se milites sustentare. Sic Ecclesiæ præcipuè in tempore persecutionis, doctrinam sacerdotis necessariam habent, quasi spirituales milites, spirituales annonam: quando autem securitas est vniciueque naturalis sufficit intellectus. *Et infra.* Sicut tubicen commisso bello pu-

gnantem exercitum circuit, & bellicos cantus in tuba decantans, milites animat ad virtutem: sic sacerdos persecutione imminente exponens in populo fortissimorum martyrum gloriosa pericula, & innarrabiles regni cælestis coronas vincenibus præparatas. IDEM *homil. 85. in Ioan.* Si asinam Deus loqui fecit, & per vatem benedictiones spirituales largitus est, multo magis per sacerdotes, etiam si prauis sunt, Deus efficiet omnia.

Verbi Dei reliquia, reportanda tam sibi quàm aliis ex concione.

116. **P**SAL. 75. *Reliquia cogitationum diem festum agent tibi.* CHRYSOST. *hom. 43. in Genes.* Nonuales eduliorum sensibilibus, tales sunt insensibilem reliquia. Illæ variæ licet, non parem tamen conuiuii voluptatem præstant, sed in diem postero referuntur, sunt inutiles. Hæ verò non in vnum tantum diem, aut alterum, sed quantouis tempore relictæ, eandem seruant voluptatem, vt diuinæ, ac spirituales: nec vllum eis imminet à tempore nocuummentum, sed nouum quotidie vigore afferunt, & obsequi qui frui volunt, multa implent læticia. IDEM *hom. 6. ad pop. Antioch.* Sicut sæpe multi ex prato recedentes rosam, vel violam, vel quempiam talium florum capiunt, digitis circumferentes recedunt. Alij verò ex viridario domum abeuntes, arborum ramos, fructus habentes reportant, alij rursum à lautis cœnis mensæ reliquias necessariis suis referunt: sic & tu ex concione recedens, admonitionem reporta filii, vxori, necessariis omnibus.

Prædicatoris vita bona, cum doctrina necessaria.

117. **O**RIG. lib. 10. *in epist. ad Rom. cap. 16.* Sicut pontifices cum offerbant, necessario eis erat prouidendum, ne macula inesset hostiæ, ne vituperationis vitium, vt possit accepta Deo esse, & grata, ita & qui Euangelium sanctificat, & qui verbum Dei annunciat, curare omnino debet, ne qua in prædicatione macula, ne quod in dicendo vitium, ne qua in magisterio culpa nascatur; sed (vt ita dixerim) si fieri potest, semetipsum primo imolet, se primum vitii iugulet, & sua prius peccato membra mortificet; vt non solum doctrina, sed & vitæ exemplo discipulorum salutem, oblationem suam acceptam faciat Deo.

Idem.

118. **M**ACHARIVS *hom. 28.* Qui sermones spirituales aliis enarrant, cum ipsi verbum cum virtute non possideant, aliis tradunt hæreditatem; sicut filiis Israël contigit, qui versantes assidue scripturas, quasi de Domino meditaremur, eo quod veritatem ipsam non susceperunt, aliis eandem veritatem tradiderunt.

A prædicatione non desistendum.

119. **C**HRYST. *Concione 1. de Lazaro.* Quod si post nostram etiam admonitionem in istem vitii perseverauerint, nec sic quidem nos desistemus apud vos quod rectum est consulere. Et fontes quamuis hauriat nemo, tamen scatebras emittunt, & amnes etiam si bibat nemo, nihilominus fluunt. Sic & oportet illum, qui concionatur, quamuis nullus auscultet, tamen præstare quiddam in ipso situm est. *Et infra.* Nam & agricola vbi semel, atque iterum, ac sapius, semen aruo commisit, nec votis respondet prouentus; rursum eandem exercet segetem, neque raro fit, vt totius temporis iacturam, vno faciat anno. Sic & negotiator quamquam crebro faciat naufragium, non tamen abstinere à portu, sed &

postea

postea nauim detraxit, & nautas conduxit, & pecuniis mutuo datis eadem aggreditur negotia, &c. Nos si loquentes, non auditi fuerimus, illicò desinemus? & quam obtinebimus veniam? Quid excusationis adferemus? & tamen illis si non successerit, nullus est, qui damnum acceptum leniat. Veluti si nauim mare fluctibus obruerit, nemo medebitur inopiæ naufragij. Si vis imbrium effusa in aruum, præcauerit sementem, cogitur agricola vacuis manibus redire domum. Nostra verò, cum loquimur, aut exhortamur, non est eadem conditio, imò si semen per te iactum auditor non receperit, nec obedientiæ fructum reulerit, tu tamen communicati consilij mercedem feres à Deo, nec minus accipies præmij non auditus, quam accepturus eras, si ille obtemperasset. Quod erat in te, præstitisti. Ceterum ad id, ut persuadeamus auditoribus, non sumus obstricti; sed tantum ut admonemus. Nostræ quidem partes sunt admonere, illorum verò obtemperare. Et quemadmodum si nos admonendi officio non functi fuerimus, etiam si decem millia benefactorum prodierint, ipsis solis repositum est præmium, ad nos nihil redibit lucri, quandoquidem non dedimus consilium: ita si nobis admonentibus, illi non auscultauerunt, ad ipsos solos redibit omnis vltio, nobis autem nihil imputabitur quin potius copiosa merces nobis veniat à Deo.

*Prædicatoribus semper insistendum
lectioni scripture sacre.*

120. CHRYSOST. *Concion. 3. de Lazaro.* An non vides fabros ærarios, aurifices, fabros argentarios, denique eos, qui quamcumque exercent artem, omnia artis instrumenta habere parata, & integra, quamuis compellar fames, quamuis affligat inopia, omnia præoptantes sustinere potius, quam ut ex instrumentis artificij quidquam vendere velint, atque hinc alij; idque iure optimo: norunt enim quod diuenditis illis, ars vniuersa ipsis fit inuitis, totumque quæstus fundamentum sublatum, &c. Hoc sane animo nos quoque præditos esse oportet. Quemadmodum enim illis, artis instrumenta sunt malleus, incus, forceps: sic nobis, artis instrumenta sunt Apostolorum, ac prophetarum libri, omnisque scriptura, diuinitus inspirata: & quemadmodum illi per instrumenta quidquid faciendum susceperint perficiunt: ita sanè, & nos per hos fabricamur, & animam nostram, vitis deprauatam corrigimus; & inueteratam renouamus. Atque illi quidem hætenus modò præstant suam artem, ut formam addant rebus; nec enim possunt materiam vasorum transmutare, neque ex argento aurum reddere; sed harum rerum figuras componunt duntaxat. Tu verò non ita, sed amplius quiddam potes: nam ligneum vas acceptum, poteris aliquando reddere aureum. IDEM *Concione 4. de Lazaro.* Et agricola, posteaquam totius vineæ vindemiam peregerit, non prius desistit, quam singulos etiam minutos acinos decerpserit. Cum igitur nunc quoque videam sub literis, veluti sub foliis lateris sensus occultos; age & hos amputemus pro falce, sermone vtentes. Siquidem & vinea post fructus semel à vindemiatore desertos, stat nuda fructu, nihil habens præter folia. Verùm spiritalis diuinarum scripturarum vinea, non item, sed quamuis quidquid videbatur sustulerimus, tamen adhuc amplius superest tollendum. Itaque complures ante nos disseruerunt in hanc parabolam, complures fortassis & post nos disserturi sunt; non tamen poterit totas opes eruere. Nam ea est eius opulentie natura: quo foderis altius, eo magis exundant diuini sensus. Fons enim est, nunquam deficiens.

*Semen verbi Dei vbertim iaciendum
in bene dispositis.*

CHRYSOST. *Homil. 2. in Genesim.* Quemadmodum agricola vbertim seminat, sicubi viderit agrum repurgatum, & ab herbarum nocuentis liberum. Ita & concionator, spirituale aruum videns, sublati iis, quæ impediunt, semen verbi Dei iaciat.

Concionatoris est arguere, & consolari.

2. ADTIMOTH. 4. *Argue, obsecra, increpa, &c.* CHRYSOST. *Homil. 7. in Genesim.* Medici, primum imponunt cataplasmata magis efficacia, deinde rupto vulnere, ea quæ leniunt. Sicut patres, filios suos, videntes in compositis moribus, prius verbis corripunt, deinde admonent, & solantur. Ita & concionator post increpationem, consoletur auditores. Et *hom. 13. in Genesim.* Nemo prudens arguerit medicum, qui suum egit officium. Ita concionator, medicamentum ex spiritali doctrina confectum imponit auditoribus, post hæc erit, curam adhibere, ut emendentur. IDEM *Ibid. & homil. 31.* Egrotos ferunt medici calcibus ferientes, incessentes contumelios, & contumaces, nec offenduntur: quia nihil aliud quam salutem hominis ægroti quærunt, licet facientis indecora (quoniam sæpe lacerant medicorum vestes) nec ideo à cura desistunt: sic concionator, licet mala perpetiatur ab auditoribus, &c. IDEM *Ibid. homil. 32.* Sicut medici, qui non vno curationis modo vtuntur, sed cum viderint in primis remediis non esse depressum morbum, alia, atque alia rursum excogitant: ita multis medendi generibus vtatur animarum medicus. IDEM *Ibid. homil. 43.* Sicuti moris est medicorum, quamuis vident morbos esse grauiore, quam ut arte curari possint, non omittunt tamen officium suum, sed omnem artem suam profertur; an fortè possint ægrum vel longo tempore reparare, ut si tamen nihil profecerint, maiorem habeant excusationem: itidem concionator, nihil prætermittit quod sui officij est.

Prædicatoris vitæ doctrina.

CHRYSOST. *Homil. 10. in 1. ad Timotheum.* Nemo profectò gentilis esset, si nos ut oportet, Christiani esse curaremus: si Dei monitis, ut scitis obtemperarem; si iniurias perpeffi vicem non referremus, si maledictis lacessiti benediceremus, si pro malis bona redderemus. Nemo ita esset fera belua, ut non statim ad veræ religionis cultum accurreret, si videret hæc ab omnibus fieri. Atque, ut dicas ita esse. Vnus profectò erat Paulus, & tam multos ad Dei attraxit notitiam, si omnes essemus huiusmodi, quot terrarum orbes attrahere & ipsi possemus? In reliquis artibus, centum simul pueros vnus docere sufficeret: hic autem cum plurimi magistri sint, atque ideo discipuli longè plures esse deberent, nullus tamen accedit, nullus attrahitur. Quippe discipuli, doctorum semper vitam intuentur; at si quidem viderint nos eadem quoque secum appetere, quando illi Christianam religionem poterunt admirari?

*Prædicatoris verbo attrahuntur ij quos
Deus vult.*

CHRYSOST. *Homil. 10. operis imperfecti.* Sicut, qui retia iaciat in aquam, nescit quos pisces comprehensurus est, sed quos Deus illi transmiserit, illi intrant in retia: sic & doctor, quando diuini sermonis retia super populam iaciat, nescit qui

qui sunt accessuri ad Deum, sed quoscumque Deus excitauerit, illi adhaerent doctrinæ.

Non cessandum à prædicationibus.

125. CHRYSOST. *Homil. de fide, & lege natura.* Sicut lanas quæ subinde in tinturas immerguntur, crebra tinctio profundius operationem recipere facit: ita opus est, ut animæ nostræ, continuò in diuinos sermones intingantur, ut abluamur à veteri opprobrio, induamur autem nouâ pulchritudinem. Enimverò lanæ illæ, cum tinguntur, naturæ suæ nomen amittunt, & tinturæ nomen accipiunt, & non vltra vocas lanam, sed purpuram vel coccinum. IDEM *Homil. 4. de penitentia.* Non sic arborum comæ pro pecorum tuguriis factæ, meridie per æstum tam oues reficiunt optabilem, atque vtilem exhibentes vimbram, multaque suadentes cum voluptate, quam sacrarum scripturarum lectio vel auditio, afflictas angore animas, ærumnisque implicitas solatur, explicat, simulque recreat.

Prædicatio est negotiatio maximi lucri.

126. AD PHILIP. 4. *Notis & vos quod nō vna
quidem Ecclesia mihi communicauerit in ratione
dandi, & accipiendi nisi vos soli.* CHRYSOST. *Homil. 15. ad Philipp.* Communicarant in ratione dandi carnalia, & accipiendi spiritalia. Quemadmodum namque vendentes, & ementes communicant alternis, quæ alius alij vicissim rependit (hoc enim est communicatio.) Ita & hic, non est enim mercatura ista, & negotiatiōe quidquam lucrosius. Nam fit quidem in terra, consummatur verò in cælo.

Non cessandum à prædicatione.

127. CHRYSOST. *Homil. 5. in 2. ad Timoth.* Si cum medici corporum, charos nostros desperauerint, eos tamen oramus ne curare omittant; sed vsque ad extremam respirationem, omnem artis adhibeant diligentiam; num multò magis eadem in nobis vtetur diligentia? Fortassis enim postquam ad ipsas inferni ianuas, ipsaque nequitie peruenerit limina; respicere quis poterit, & recreari. & conualescere, atque capessere æternam vitam. Quam multi enim cum sæpius spiritale auditorium frequentarent, nullumque eorum, quæ dicerentur perciperent sensum, repente vnico doctoris verbo conuersi sunt: imo, non vnico illo. Et si enim nullum præteriti studij receperat sensum, lucrati tamen sunt, fructumque suæ perseverantiæ, repente ostenderunt. Nam sicut arbor, cum plures ictus acceperit, & vno postmodum repente corruerit, non vni illi tantum, sed cæteris pariter imputatur: quod ille animaduertit, qui radicem intuetur. Qui enim ex alto conspicit, nihil tale valet conspiciat; ita & hic, &c. Si quis post diuinam multorum admonitionem, de repente ad nouissimi vnus cuiuspiam correptionem respiciat, non postremo, sed prioribus acceptum referendum est.

Contra prædicationi resistentes.

128. LVCS. 7. *Cantauimus vobis, & non saltastis.* CHRYSOST. *Sermon. 82. De defectione Luna.* Id est, annunciauimus vobis regni cælestis gaudium, & minime corda vestra motu quodam alacritatis exultant. *Lamentaui vobis, & non planxistis,* id est, Prædicauimus vobis triste iudicium, & sensus vestri ad penitentiam in lachrymas non prorumpunt. Sicut enim corporaliter qui saltat, nunc in aëre suspenditur, nunc ad altiora iactatur, nunc alternis saltationibus loca diuersa collustrat. Ita & qui spiritaliter saltat, interueniente fide, modò in aëtris sublimita-

tem erigitur, modò ad syderum cogitationem saltibus paradisum, cælumque collustrat, & sicut qui corporaliter saltat, volubilitate membrorum se exercens, gyrum sibi saltationis acquirit: ita qui spiritaliter saltat, fidei alacritate semper mouens, gyrum sibi totius orbis assumit. Solent autem homines, sicut mos est, in votis suis, hoc est, in nuptiis prædicare saltare vel canere. Vnde nos habemus votiuas nuptias, in quibus saltare vel canere debemus. Qui habet sponsam, sponsus est. Propter has nuptias nos saltare conuenit. Siquidem & Dauid rex pariter, & propheta, dum multa cecinerit, ante arcam testamenti etiam falasse dicitur. Elatus enim gaudio in saltationem prorupit.

Prædicatores apibus comparantur.

129. IDEM *Ibid. sermon. 83.* Sicut apes, de diuinarum scripturarum flosculis suauia mella conficiunt, & quidquid ad medicinam pertinet animarum, oris sui arte componunt, & sicut apes, castitatem corporis præferunt, cibum vitæ cælestis exhibent, aculeum legis exercent, puri ad sanctificationem, suaves ad refectionem, seueri ad vltionem, apibus planè comparandi sunt, qui velut alueario quodam, gratiam matris Ecclesiæ continent, in qua diuerforum meritum cellulas, dulcissimis prædicationibus componentes de vno Saluatoris examine, tyrannorum examina multa producent.

Certam habent mercedem, licet incertus sit fructus.

130. AVGVST. *Libr. 1. contra Cresconium, capit. 5.* Sicut malignus suator peccati etiam si non perfructus, meritò pœnam deceptoris incurrit: ita fidelis iustitiæ prædicator etiam si ab omnibus respuitur, absit, ut apud Deum, sui officij mercede fraudetur. Res enim certa fit ad incertam, incertum dico, non præmium facientis, sed animum audientis. Incertum est nobis vtrum assensurus sit, cui prædicatur veritas, sed certum est talibus veritatem prædicari oportere; at certum est fideliter eam prædicantibus retributionem manere, siue suscipiatur, siue spernatur, siue etiam propterea, aduersa quælibet pariantur. Dominus non suos certos fecit Apostolos, an essent eorum pacem suscepturi, quibus eam prædicarent, certos tamen fecit, ut eam sine cunctatione prædicarent.

Qualiter prædicare debet.

131. GREGOR. *In Praefatione Moral. in Iob.* Fluuus dum per alueum defluit, si valles concauas ex latere contingit, in eas protinus sui impetus cursum diuertit; cumque illas sufficienter impleuerit repente se in alueum refundit. Sic diuini verbi tractator esse debet, ut cum de re aliqua disserit, si fortasse iuxta positam occasionem congruæ ædificationis inuenierit, quasi ad vicinam vallem linguæ vndas intorqueat, & cum subiectæ instructionis campum sufficienter infuderit, ad sermonis propositi alueum recurat.

Prædicator gallo comparatur.

132. ROMAN. 13. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit, & Iob 38. Quis dedit gallo intelligentiam?* GREGOR. 30. *Moral. cap. 5.* Gallo similis est prædicator qui inter tenebras vitæ præsentis studet venturam lucem prædicando, quasi cantando nunciare. Intelligentiam gallus accepit, ut prius nocturni temporis horas discutiatur, & tunc demum voces excitationis emittat. Quia sanctus prædicator in auditoribus

ribus suis prius qualitatē vitæ considerat, & tunc demum ad audiendum congruam vocem prædicationis format. Quasi enim horas noctis discernere, est peccatorum merita diiudicare; quasi noctis horas discernere, est actionum tenebras aperta increpationis voce corripere. Gallo intelligentia datur; quia doctorei veritatis virtus, discretio, vt nouerit quibus, quid, quando, quomodo inferat diuinitus ministratur. Non enim vna eademque omnibus exhortatio conuenit: sæpe enim quæ aliis officium, aliis profunt. Plerumque herbæ quæ hæc animalia reficiunt, alia occidunt, & lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat. & medicina quæ huic morbum imminuit, alteri vires iungit. & panis qui vitam fortium roborat, paruulorum necat. Pro qualitate igitur audientium, formari debet sermo doctorum. Quid sunt intentæ mentes auditorum, nisi quasi quædam in cithara tensiones strata chordarum? Quas tangendi artifex, vt non sibi metipsis dissimile canticum faciant pulsat: & idcirco chordæ consonam modulationem reddunt: quia vno quidem plestro, sed impulsu feruntur. Vnde & doctor quisque, vt in vna cunctos virtute charitatis ædificet, ex vna doctrina, non vna, eademque exhortatione tangere corda audientium debet. Gallus cum edere cantus parat, prius alas solerter excutit, & semetipsum feruens, vigilantiorē reddit. Ita prædicatores, cum verbo prædicationis movent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce, sed ante se per sublimia facta excutiant, & tunc ad bene operandum, alios sollicitos reddunt. Prius sua punire stertibus curant, & tunc quæ aliorum sunt puniendæ, denunciant. Prius alii insonant quàm cantus emittant, quando antequam verba exhortationis proferant, omne quod loquuturi sunt, operibus clamant.

Non prædicandum ante atatem congruam.

133. **REGOR. 3. p. Pastor. cap. 26.** Admonendi sunt, quos ab officio prædicationis imperfecta ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit, quod pulli auium si ante pennarum perfectionem volare appetant; vnde ire in alta cupiunt, inde in ima merguntur. Quodque structis recentibus, necdum solidatis, si tignorum pondus superponitur, non habitaculum, sed ruina fabricatur. Quodque conceptas soboles, si priusquam plenè formentur, proferrant scæminæ, nequaquam domos, sed tumulos repleti.

Idem.

134. **REGOR. NAZIAN. In Apologetico.** Optabile est, & mihi percharum vique ad vltimam discere senectutem, quoniam quidem nulla ætas ad perdilectum sufficere potest, docere verò alios, affectare eum, qui non sufficienter instructus est; res mihi videtur, antiqui prouerbij: In dolio discere artem figuli; hoc est, in periculo animarum doctrinam discere pietatis. Quique aut stulti mihi satis ridetur, aut temerarij: Stulti pro eo si in tantum bruti sunt, vt imperitos se esse non sentiant: Temerarij, si intelligunt quidem, audent tamen adire negotium. Hebræorum seniores tradunt quod fuerit apud eos quædam talis antiquitus laudabilis obseruatio, vt non omni ætati omnis scriptura vel legenda vel discenda committeretur, pro eo quod non expediret omnes omnia: & idcirco lædi eos potius quàm iuari, si nondum capaces ea quæ sunt profundiora cognouerint. Sed cætera quidem omnia, quorum historica narratio improbabilis non est, à puero sta-

tim discunt. Eas verò scripturas, quæ vili indumento literæ, pretiosa intrinsecus contegunt sacramenta, nulli ante vigesimum, & quintum annum discere vel etiam scire committitur, quod scilicet sit hoc velut munus quoddam propositum exercitio virtutis, his, in quibus ad illud ætatis & vita probabilis, & ornatus morum, & intelligentiæ capacitas apparebit, qui vtique iam valeant bene ab inferioribus literæ, ad superiora spiritus excelsa. Quid ergo? Apud nos inter doceri, & docere nulla erit differentia? Nulla discretio?

Ne multitudine, memoriam confundat audientis.

135. **CHRYSOST. Homil. 3. de Ozia.** Cauendum est, ne audientis memoriam, rerum multitudine confundamus, id quod in lucernis accensis accidere solet. Nam si paulatim lichnis instillaris oleum, satis alimoniam dederis igni, sin simul totum infuderis oleum, non solum non aueris ignem, verum etiam flammam, quæ erat, extinxeris.

Virtute ceteros excellat.

136. **CHRYSOST. Homil. 73. in Math.** Quemadmodum homo, vbicumque fuerit ceteris animalibus præstat; ita doctorem decet, siue loquatur, siue sileat, siue in conuiuiis, siue alibi sit, ceteris hominibus excellere, ad id vt in cessu, aspectu, & habitu, omnibusque simpliciter alius præstantior esse videatur.

Immunis à peccatis debet esse.

137. **CHRYSOST. Homil. 17. op. imp.** Si medico opprobrium est, qui nec alterius sanitatem habet in manu, nec suam, si velit alios curare, & ipse debilis sit; quasi testimonium imperitiæ suæ portat in corpore suo propriam passionem; quomodo doctorei sit opprobrium alios velle eruere à peccato, & ipsum in maioribus esse peccatis, dum possit amplius se ipsum eruere à peccatis quàm alios.

Quo magis prædicat, eò magis locuples fit.

138. **CHRYSOST. Homil. 15. in Genes.** Spiritualem mercedem, quam heri pollicebamur, hodie dinumerabimus, doctrinam dico, quæ potest meam, cum dinumerauero augere substantiam, & vos qui recipitis ditiores efficere. Hoc enim modo se habent spiritualia, id quod in rebus sensibilibus non est. Nam in illis, qui pecuniam dinumerant, suam minuant substantiam, & locupletiores fiunt, qui recipiunt. Hic autem non sic, sed qui dinumerat, suas facultates magis auget, & recipientium diuitiis non nihil accedit.

Prædicator, vitia increpat.

139. **CHRYSOST. hom. 40. Operis imperfecti.** Sicut ædificatores, nodosos lapides, & habentes torturas ferro dolant, postea verò ponunt eos in ædificio, alioqui non dolati lapides lapidibus non coherent: sic Ecclesiæ doctores, vitia hominum quasi nodos, acutis increpationibus primum circumcidere debent, & sic in Ecclesiæ ædificatione collocare. Alioqui, vitiis manentibus, Christiani Christianis concordare non possunt.

Prædicatorum difficile munus.

140. **CHRYSOST. hom. 10. in primam ad Thessalon.** Quemadmodum medici, multas molestias obire coguntur, dum & ægros, & victus rationem, & pharmaca curant, & parant, voluptatem quidem nullam

Verum sensum scripturæ inquirat.

iam habentia, plurimam verò vtilitatem. Et quemadmodum filiis vbique molesti sunt parentes: ita & præceptores, ac doctores, & multo etiam amplius. Medicus quidem etiam ab ægrotis habeatur odium, ei tamē bene volunt, qui ad eum attinent, qui & ipsi non sunt ingrati, & sæpe ei qui ægrotat, & pater tam naturalibus, quam externis legibus munitus, nulla libertate principatu suo erga filium vitur, & si inuitum erudierit, & percusserit, nemo est, qui prohibeat, neque ipse filius respicere audebit. Sacerdotem verò, multa granat difficultas, primum enim voluntariis præesse debet & à quibus principatus sui gratiam referat. Hoc autem non potest statim contingere. Qui enim alios arguit, & increpat, qualis tandem sit amissa omnino gratia, & exosus redditur. Eodem modo habeat, qui hortatur alios, & admonet, & ad bona prouocat. Si dixerit itaque: pecunias tuas in egenos effundito, inuisum quid & molestum dico. Si dixerit: iram castigato, furorem extinguito, absurdam concupiscentiam ledato, omnino grauius, & inuisa. **DEM. ibid. hom. 13. in secundam.** Non sicut artes reliquæ, ita docendi vis. Argentarius qualemque vas recuderit, & reposuerit, tale postredie reuersus inueniet. Sic & ararius, & marmorarius, & artificum quisque, quale proprium opus diuiderit, tale rursum reperiet. Non ita nos, sed omnino contrarium. Quia non inanimata vasa, sed animas cudi mus rationales: ideo non tales vos reperimus, quales relinquimus; sed postquam susceptos reformatuerimus, egressos vos negotia vndique circumstantia peruertunt, & maius nobis faciunt negotium.

Prædicator percipiat fructum laborum suorum.

141. **2. AD Timot. cap. 2. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.** **CHRYSOST. hom. 4. in secundam ad Timot.** Quemadmodum agricola non sui ipsius eorum habens, sed fructuum, ac terræ, non absque vtilitate laborat, verum ipse, primum ante laborum suorum percipit fructus: ita & doctorem frui laboribus suis consentaneum est. **ITEM ibid. Apostolus. Mansuetum esse oportet ad omnes, docibilem, patientem.** **DEM. CHRYSOST. ibid. hom. 6.** Si enim piscatores cum die tota frustra iactauerint retia, non tamen desistunt, nec desperant, multo magis nos id re conuenit. & vide quam id vtiliter fiat. Sæpe fit vt dum assidua doctrinæ fructus illabitur animo, vitium quo ille perturbatur, excidat. Profusus enim qui milies audierit aliquid, patietur. Nam fieri non potest, vt qui iugiter cælestis doctrinæ excipit verba, nihil patiat. Interdum igitur is, cui persuadere persistendo poteramus, desperatione nostra totum perdit, non secus quàm si quis imperitus agricola, vbi plantauit vitem, priore illam anno diligenter curet & fodiat; secundo verò, ac tertio fructum se percipiturum speret, idque nisi obuenerit desperans, quarto iam anno, quo laborum suorum præmia percipere poterat, curam vitis omittit.

Api comparatur.

142. **CHRYSOST. in psal. 115.** Narrat quod apiculæ clemibus pennis arborum, & herbarum floribus insident, latentemque in flosculis liquorculum, innocua deprædatione auhunt, vt tandem dulcissimos mellis fauos inde confectos hominibus præsentent. Ita & Ecclesiæ doctores super amœna, vernantiaque scripturarum viridaria, leui mentis ala residentes & insitum literæ succum spiritus haurientes solliciti sunt, vt dulcissimum mel fidei auditorum cordibus planè instillent.

143. **CASSIANVS Collatione 1. cap. 20.** Efficiamur secundum præceptum Domini probabiles trapezitæ, quorum summa peritia est, ac disciplina probare, quod non sit aurum purissimum, & vt vulgò dicitur obrizum, quodve minus purgatione ignis excoctum, æreo quoque, vilique denario. Si pretiosum numisma sub colore; seu indumento auri fulgentis imitatur, prudentissima discretione non falli, & non solum numismata tyrannorum exprimentia sapienter agnoscere, sed etiam illa quæ sunt veri quidem regis imagine, sed non legitime figurata, peritia sagacior discernere, deinde ne quid illis à legitimo pondere diminutum sit censura trutinæ diligenter inquirere. Et nos explorare conueniet, ne auro purissimo scripturarum praua interpretatio coartata, metalli pretiositate nos fallat in quo Satan Christo tentauit imponere.

Prædicatores lux mundi.

144. **MATH. 5. Vos estis lux mundi.** **RVPERT. lib. 4. in Math.** Lux mundi sunt Apostolici doctores, quia sapienter, & fideliter tractando, & retractando, sacram legis, & prophetarum scripturam quidquid in ea quasi carnaliter sonat, ita sermone viuendo condiunt, vt spiritualiter sapiat, & quod erat clausum pateat, & quod obscurum, & tenebrosum videbatur, lucidum, & clarum fiat.

PRÆLATI.

Prælatorum vita præstantior sit. 1. 6. 5.
Prælatorum est pascere, & protegere. 2. 13. 16. 23. 62. 116.
Prælati virtus, saluat subditos. 3.
Prælati in humilitate contineantur. 4. 24. 96. 97.
Prælatorum defectus occultandi. 5. 24.
Propter prælati peccatum, subditi puniuntur. 6. 49. 70. 123. 133. 134.
Prælatorum presentia. 7. 34. 121.
Prælatorum cura. 8. 10. 20. 21. 22. 28. 35. 68. 71. 72. 76. 79. 92. 94. 100. 102. 106. 108. 117. 118. 126. 128. 130.
Prælatorum est prouidere paruulis, & adultis. 9. 42. 77. 100.
Prælati, misericordia, & rigore uti debent. 11. 12. 37. 38. 45. 57. 58.
Prælati, legem prius seruet. 14. 74.
Prælatorum mortificatio. 15. 26. 41.
Prælati, nutritius est subditorum. 17. 39. 101.
Prælati non debent terrenis negotiis vacare. 18.
Secularia aliquando tractet ex compassione. 18. 19. 24. num. 61.
Prælati superbia increpatur. vide Superbia, num. 61.
Prælati, actiua, & contemplatiua vite delecti. 25. 40. 59. 80.
Quales esse debent. 27. 29. 30. 33. 50. 61. 66. 69. 84. 85. 98. 99. 110. 111. 124.
Prælati prius faciat, deinde doceat. 31. 82. 89. 100.
Prælati puritas. 32.
Contra prælatos ad alias Ecclesias ascendentes. 36.
Prælatorum charitas erga subditos. 17. 39. 47. 78. 100. 101. 115. 126.
Prælati seruent iustitiam. 43. 53.

Praelati seruent fidelitatem Christo. 4.4.
Praelati primi esse debent ad opus bonum. 4.6.
Praelati non sunt arguendi publice. 4.8.
Praelati honorare debent ministros. 5.1.
Praelati eleemosynas faciant. 5.2.
Praelatorum prudentia. 5.4. 90. 129.
Praelati doctrina virilis, & solida. 5.5.
Praelati puniuntur ultione nouissima. 5.6. 65.
Praelati corrigere, & etiam secare debent. 5.7. 115.
Qualis populus, talis praelatus. 60. 87. 88. 93.
Contra praelatos malos. 63. 64. 67. 73. 81. 99. 114.

119.
De praelatorum mercede, & supplicio maiori. 65.
Praelati propter populum, & populus propter praelatum puniuntur. 70.
Exemplum boni praelati Ioiadas. 75.
Praelatorum laboriosum munus. 83. 89. 112. 113. 127.
Praelati qualiter peccata populorum comedunt. 86.
Praelatorum est exercitare subditos. 91. 92.
Praelatorum ambitio. 95. 105. 109.
Praelati timorem incutiant. 97.
Praelati proprietates terra habeat. 99.
A praelato cura, non curatio exigitur. 102.
Praelatus auarus idolum. 103.
Praelatorum ministerium quomodo honoratur. 104.
Praelatus assumi debet. 105.
Praelatus cedro comparatur, & aliis arboribus. 107.
Praelati munus praefertur monachorum ordini. 122.
Praelatus signo militari comparatur. 131.
De dignitatis excellentia. 132.

Vide Praedicatores: In multis enim coincidunt haec duo verba. Vide etiam verbum, Sacerdos.

Praelatorum vita praestantior debet esse.

3. **S**TEPHANVS super illud Genes. 1. *Et dinisist aquas ab aquis.* Ecclesia inquit est firmamentum quasi in bono confirmata quae habet aquas superiores, id est, praelatos, & inferiores, id est, subditos, & diuisit aquas ab aquis, quia vita praelatorum, longè debet esse à vita subditorum.

Praelatorum est pascere, & protegere.

2. **G**ENES. 1. *Producatur terra herbam, &c. & lignum,* &c. GREGOR. 19. *Moral. cap. 12.* Non solum producere vult terram herbam, sed etiam lignum, & arborem; quia praelatus verbi nos pabulo reficere debet, sed & patrocinij vmbraculo custodire, nam & loquendo pascit, & opitulando protegit, vt non solum herbam refectionis proferat, sed & cum fructu operis arborem protectionis. E V CHERIVS. Protegit, & vmbraculo valido vt eripiat eum qui iniuriam patitur de manu potentis.

Praelati virtus saluat subditos.

3. **G**ENES. 6. *Ingrederet tu, & omnis domus tua in arcam,* &c. AMBR. O. S. Stultus sibi soli (vt ait propheta) stultus est, sapiens autem sibi, & plurimis sapit. Noe iusti merito etiam domus eius in diluuium feruatur. Nauigantes scientia gubernatoris; & milites, prudentia ducis saluat. Similiter virtus patrisfamilias, vt patet in Noe: talem enim instituit domum suam vt virtutis fulgeret consortio: illi namque di-

ctum est: *Ingrederet tu, & omnis domus tua in arcam.*

In humilitate se continere debent.

4. **G**ENES. 9. *Terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia,* &c. GREGOR. 21. *Moral. cap. 11.* Omnes homines natura aequales sumus &c. Vide, *Humilius*, num. 6. Sancti enim viri cum praesunt, non in se potestatem ordinis, sed aequalitatem conditionis attendunt, nec praesse gaudent hominibus, sed prodesse. Varietate namque meritorum alios aliis dispensatio occulta postponit, ipsa autem diuersitas, quae accessit ex vitio, rectè est diuinis iudiciis ordinata; vt quia omnis homo iter vitae aequè non graditur, alter ab altero regatur. Et quauis plerumque etiam sancti viri timeri à subditis appetant, sed hoc est quando ab eisdem subditis Deum minimè timere deprehendunt: vt humana saltem formidine peccare deprehendant: vt diuina iudicia non formidant, & tunc hoc quaesito timore, non superbiunt; in quo non suam gloriam, sed subditorum iustitiam quaerunt, in eo autem, quod metum sibi à peruersè uiuentibus exigunt, quasi non hominibus, sed brutis animalibus dominantur. Cum verò deest vitium, quod corrigatur, non de excellentia potestatis, sed de aequalitate conditionis gaudent; & non solum ab eis metui, sed etiam plurquam necesse est honorari refugiunt, &c. Vide *Humilius*: vbi supra.

Praelatorum defectus occultandi.

5. **Q**UOD praelatorum defectus sunt occultandi, Vide *Murmuratio*, num. 4. 8. 9. 10. 12. 18. 19. 20. Vide etiam, *Obedientia*, num. 29.

Propter peccatum praelati, subditi puniuntur.

6. **G**ENES. 12. *Flagellauitque Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai,* CHRYSOST. Qua de causa cum rex peccet, omnes de domo eius sunt poenae participes? Non absque ratione hoc fit, sed vt grauius puniatur, & grauior poena eius infamia compescatur. Vide *Deus*, à num. 108. & deinceps.

Praelatis non licet gregem deserere vt solitudini vacent.

7. **G**ENES. 29. *Et haec, scilicet Rachelem, dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septem annis aliis,* &c. GREGOR. in *primum Regum cap. 14.* Quid est hoc, quod Iacob vitamque sororem habere licuit, Dauid autem ad maioris filiae Saul thalamum non peruenit, nisi quia Dauid rex fuit, Iacob autem, rex non fuit? Qui enim regimen animarum suscipit, hunc censura ecclesiastica susceptum gregem deserere, & remotae vitae otis vacare non sinit; sed Merob Dauid promittitur, & nunquam datur, Michol sola datur, quia nonnulli cum curam animarum suscipiunt, putant sic aliorum sollicitudinem gerere, vt sibi ipsis valeant per solitudinem vacare, & tamen quietem, quam in praelatione quaerunt, nunquam inueniunt; sitque vt dum impetrare à Deo gratiam tantae puritatis nequeunt, quasi iram inuenisse Domini pertimescunt: quasi ergo irato rege promissam sibi primogenitam perdunt; quia eum quem se putabant in praelatione habituros amorem quietis intimae, amplecti non possunt.

Praelatorum cura debet esse maxima.

8. **G**ENES. 31. *Die, nocturne astu urgebar, & gelu, & fugebarque somnus ab oculis meis,* CHRYSOST. Vide pastoris vigilantiam, vide intentum studium. Qualem, dic obsecro, habebunt excusationem hi quibus rationales greges crediti sunt, & magnam praese ferunt negligentiam, & quotidie, iuxta prophetam

Praelatorum discretio in usu misericordiae, & rigoris.

11. **G**ENES. 45. *Non se poterat ultra cohibere Ioseph,* &c. GREGOR. hom. 21. *super Ezech.* Tanta debet esse sacerdotibus Dei, atque doctõibus discretio, vt nec disciplina nimia, nec ipsa misericordia sit remissa, ne si inordinate culpa dimittitur, is qui culpabilis est in reatu grauius astringatur; & rursus si culpa immoderata retinetur, tanto qui corrigitur deterior fiat, quanto erga se nihil ex benignitatis gratia agi considerat. Exhibenda itaque prauis est asperitas in ostensione; charitas in mente, vt dura ostensio delinquentem coarceat, & charitatis custodia, mercedem mansuetudinis non omitat. Testis huius est Ioseph, qui spiritu discretionis plenus memor culpae & remissor iniuriae, mala fratrum nec reddere studuit, nec sine purgatione laxare. Vincebat quidem eius mentem pietas, sed permanebat in ostensione asperitas, vt fratres noxij purgarentur. O tormenta misericordiae! Cruciat, & amat. Demum ultra se cohibere non valens, pietas clausa prorupit ad medium, & excessit charitatis lacrymas de vultu feueritatis detexit. & ira quae apparebat, & non erat; ostensa misericordia quae erat, & non apparebat. Sic vir sanctus facinus fratrum, & remisit, & vindicauit: sic in vigore clementiam tenuit, vt delinquentibus fratribus nec sine ultione plus existeret, nec sine pietate districtus. Ecce hoc est magisterium disciplinae, vt culpae, & discretè nouerit parcere & piè refecare. Qui autem discretionis spiritum non habent, aut sic dimittunt peccata, vt non corrigant, aut sic quasi corrigendo feriunt, vt non dimittant.

Idem.

12. **G**ENES. 50. *Nolite timere, num Dei possimus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum,* &c. RVPERTVS. Attamen vbi mulcet pietas, illic pariter pungit veritas, ne sic de remissione eius qui lassus est, fratres gaudeant, quatenus à sollicitudine iudicij Dei mentis oculos claudant. Nolite, inquit, timere, num Dei possimus resistere voluntati? Hoc planè pietatis est. Vos cogitastis de me malum, & Deus vertit illud in bonum. Hoc asperitatis est. Vtile omnibus qui praesunt hinc exemplum sumendum est, vt cito quidem in se peccantibus dimittant, & insuper bona pro malis retribuunt, sed de Dei iudicio peccatores nimium securos esse non sinant.

Praelatorum est pascere, & protegere.

13. **E**XODI 2. *Moyse defensis puellis adaguanit oues earum,* STEPHANVS. Sic & bonus praelatus subditos suos protegere debet, & pascere. Vnde sicut dicit GREGOR. Boni praelati per ligna pomifera designantur. Vide supra, num. 2. & in cap. 3. *Cumque minasset gregem ad interiora deserti.* PHIL. O. IVD. EVS. Minauit gregem in locum aquis irriguum & floridum, vbi multa pecudibus herbarum exhibebatur copia. In Chaldaeo habetur. Minauit oues ad locum optimi pastus in deserto.

Legem prius seruare debet.

14. **E**XOD. 4. *Occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum,* scilicet Moysem. I. S. I. D. O. R. P. E. E. V. S. I. O. T. A. Moysem interficere voluit Dominus, eo quod legem transgressus esset; nam cum à Deo in latorem legis electus esset, illamque omni diligentia seruare deberet, illam primùm transgressus est incircumcisos liberos in Aegyptum ferens. Quapropter Sephora peccati conscientia accepto lapide filium circumcidit, & statim angelus discessit. *Idem tenet RVPERTVS.*

tam pecudes alias maciant, alias à bestiis captas contemunt; alias verò ab aliis raptas reducere non curant; tamen minor sit labor, & cura facilis? Anima est enim quae docetur, illic autem multus est & corporis, & animae labor: die, inquit, nocturne astu urgebar, &c. Quis haec nunc potest dicere, quod propter eos quos pascit, tot ferat labores, & pericula? Nullus quidem. Paulo autem soli licebat hoc fidenter dicere, & his maiora. [Quis infirmatur, inquit, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?] O pastoris dilectionem indulgentissimam! Hunc omnes imitentur, quibus rationales oues concredita sunt, & ne deteriores fiant hoc, qui tantae in brutis custodiendis vigilantiae fuit, idque tot annorum numero. Illic quidem si incuria quaedam accideret, nullum damnum. Hic autem si ouis rationalis perierit, vel à bestia fuerit capta, graue damnum, maximum detrimentum, ineffabilis poena. Nam si Dominus noster, sanguinem suum proprium effundere non declinauit, qua venia dignus fuerit, qui sic honoratum à Domino despicere voluerit, & non omnia, quae potest in curanda ouicula adimplerit? & cap. 32. super illud. *Perterritus dimisit populum qui secum erat,* &c. ait RVPERTVS. Praelatus quicumque vel pater imminente Esau, diuisit suos in duas turmas: id est, tenentioribus fortiores deputat custodias, imminente periculo. Ipse autem percuilans, quasi rationem pro animabus eorum redditurus, orat cum Iacob.

Praelatorum est prouidere paruulis, & adultis.

9. **G**ENES. 32. *In baculo meo transiui Iordanem gestum, & nunc cum duabus turmis regredior.* RVPERTVS. Etiam cuiuslibet praelato congruit hoc dictum: *In baculo meo transiui Iordanem isum,* id est, in solo fidei verbo transiui regenerationis sacramentum: nunc autem sancti spiritus donis ditatus, & Ecclesiae Dei praepositus duas turmas suscepi alendas; alteram paruulorum, quibus adhuc lacte opus est; alteram perfectorum, quorum solidus cibus est. *Et cap. 33. Nosti Domine mi quod paruulos habeam teneros & ones, ac boues fetas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges.* IDEM RVPERTVS. Hic magna discretionis exemplum est. Paruulus enim est, & tener, qui nondum in fide, & sapientia perfectus est; & quasi facta ouis cuius inchoatio vel propositum nondum comprobatur est vsu operis; tales carnalium societate facile corrumpuntur, quorum iuxta prophetam totum gaudium, & laetitia est occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Vide Apostolus. [Corrumpunt bonos mores colloquia praua.] Bene igitur pater Iacob eiusmodi viatores improvidos deuitat, quamuis hoc exemplo in bonis quoque operibus vti oportet; quatenus sic omnia pastor discernat, & temperet, vt & fortes sint, quod cupiant, & infirmi non refugiant.

Praelatorum cura.

10. **G**ENES. 34. *Depopulati sunt urbem, in vltionem supri,* &c. RABANVS. Zelus filiorum Iacob in vltionem sororis moraliter commonet pastores fidelium curam habere animarum sibi commissarum, ne violentur, aut corporali delicto, aut fornicatione spirituali. Paratici sunt semper vlcis omnem inobedientiam resistentem veritati, & excommunicationis gladio feriant stupratorem, ne pro tanto commisso, impunitus euadat. Vide etiam, *Zelus animarum*, num. 7. ex GREGORIO.

Prælatorum mortificatio.

15. **EXODI 12.** Tenentes baculos in manibus. **GREGOR.** Quid lex per baculum nisi pastorem custodiam designat? & notandum quod prius præcipitur renes accingere, postmodum baculos tenere. Quia illi debent curam pastorem suscipere, qui iam in corpore suo sciunt fluxa luxuriæ domare, ut cum aliis fortia prædicant, ipsi desiderii mollibus eneruiter non succumbant.

Prælatorum defensio tempore persecutionis.

16. **EXODI 14.** Tollensque se angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis priora dimittens post tergum; sicut inter castra Aegyptiorum, & castra Israel. **STRABVS.** Iste angelus, Doctores significat, qui nobis præcepta vitæ annunciant, & cum nube, id est, scientia scripturaram, castra Israel, id est, Ecclesiam præcedunt. Superuenientibus verd Aegyptiis, retrosum abiit, quia tempore persecutionis opponunt se pro subiectis.

Prælati, nutritus est subditorum.

17. **EXODI 15.** Tullit autem Moyses Israel de mari rubro, &c. **RVPERT.** Sicut nutritus sedulus paruulos alumnos tulisse dicitur de nouæ regenerationis sacramento: Iudæi namque illos significabant paruulos quibus Petrus dicit: [Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, &c. Sicut modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem.] Constat autem huiusmodi infantes oportere affectu nutritio portari, quamdiu paruuli sunt, quamdiu lacte illis opus est, & non solido cibo; & hæc maxima rectorum populorum cura impendit, ut eiusmodi quasi in humeros tollant. Iuxta *Isai. cap. 66.* dicentem: [Pueri eorum in humeris portabuntur, & super genua consolabuntur. Proprie ergo dictum est, *in hunc.* Quia videlicet grande onus super se tollit quisquis infantiles hominum mores, rectè, & secundum Deum portare intendit. Quod primum Moyses in se ipso expertus: dicit ad Dominum *Numer. 1.* [Cur afflixisti seruum tuum? & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me?] Nunquid ego concepi vniuersam multitudinem hanc, vel genui eam, ut dicas mihi: porta eos in sinu tuo, ut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iuravi patribus eorum?

Non debent terrenis negotiis vacare.

18. **EXODI 18.** Esto tu populo in his que ad Deum pertinent, &c. prouide autem de omni plebe viros potentis, &c. qui iudicent populum omni tempore, &c. **GREGOR. 2. p. Pastor. cap. 7.** Sæpe nonnulli velut oblitii, quod fratribus animarum causa prælati sunt, toto cordis adnitu secularibus curis inferuunt; has, cum adsunt se agere exultant, ad has etiam cum desunt, diebus, ac noctibus, cogitationi turbide æstibus anhelant. Cumque ab his, cessante forsitan opportunitate quieti sunt, ipsa deterius sua quiete fatigantur. Sicque fit, ut dum vrgeri se mundanis tumultibus gaudeant, interna, quæ alios docere debuerant, ignorent. Vnde subditorum quoque vita torpescit: quia cum proficere spiritualiter appetit, in exemplo eius qui sibi prælati est, quasi in obstaculo itineris offendit. Languente enim capite, incassum membra vigent, & in exploratione hostium frustra exercitus velociter sequitur, si ab ipso duce itineris erratur. Dum igitur pastoris sensus terrena studia occupant, vento tentationis impulsus Ecclesiæ oculos puluis cæcat. Vnde Saluator *Luc. 21.* [Attendite vobis, ne grauentur corda vestra, &c. aut curis huius vitæ, ne forte

superueniat in vos repentina dies illa; Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent superfaciem omnis terræ.] & iterum *Luc. 16.* [Nemo potest duobus dominis seruire.] & Paulus *2. ad Timoth. 2.* [Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, qui se probauit.] & iterum. [Sæcularia iudicia, si habueritis contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum,] ut ipsi videlicet dispensationibus terrenis inferuiant, quos dona spiritualia non exornant. Ac si apertius dicat: Quia penetrare intima nequeunt saltem necessaria foris operentur. Hic & Moysi consilium Iethro præbetur, ut pro se alios ad iurgia dirimenda constituat, & ipse liberius ad erudiendos populos spiritualium arcana cognoscat. A subditis ergo inferiora agenda sunt, à rectoribus summa cogitanda, ut scilicet oculum, qui prouidendis gressibus præeminet, cura pulueris non obscurat, & ut recta valeant pedes itinera carpere; Proculdubio caput debet ex alto prouidere, ne à profectus sui itinere pedes torpeant, cum curuata rectitudine corporis, caput sese ad terram declinat. Qua autem mente animarum præsul honore pastoralis inter ceteros vitur, si in terrenis negotiis, quæ reprehendere in aliis debuit, & ipse versatur? Impletur sanè illud *Osee 4.* [Et erit sicut populus, sic sacerdos.] Sacerdos quippe est ut populus, quando ea agit is qui spirituali officio fungitur, quæ illi faciunt, qui adhuc de studiis carnalibus iudicantur. Quod magno cum dolore Ieremias deplorat. *Thren. 4.* dicens: [Quomodo obscuratus est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum.] Aurum obscuratur, cum terrenis actibus, sanctitatis vita polluitur. Color optimus commutatur, cum quorundam, qui degere religiosè credebantur, æstimatio antea facta minuitur. Nam cum quilibet, post sanctitatis habitum, terrenis se actibus inserit, quasi colore permutato, ante humanos oculos eius reuerentia despecta pallefcit. Sanctuarij quoque lapides in plateis disperguntur; cum causarum secularium foras lara itinera experunt hi, qui ad ornatum Ecclesiæ internis mysteriis, quasi in secretis sanctuarij vacare debuerant. Ad hoc quippe sanctuarij lapides siebant, ut intra sancta sanctorum in vestimento summi Sacerdotis apparerent. Cum verd ministri religionis à subditis honorem Redemptoris sui ex merito vitæ non exigunt, sanctuarij lapides in ornamento Pontificis non sunt. Qui nimirum sanctuarij lapides dispersi per plateas iacent, cum personæ sacrorum ordinum, voluptatibus deditæ, terrenis negotiis inhaerent. Et notandum, quod non hos dispersos, in plateis, sed in capite platearum dicit; quia cum & terrena agunt, summi videri appetunt, ut & lara itinera teneant, ex voluptate delectationis; & tamen in platearum sine capite, ex honore sanctitatis, Sæcularia itaque negotia; aliquando ex compassione toleranda sunt, nunquam verd ex amore requirenda, ne cum mentem diligentis aggrauant, hanc suo victam pondere, ad ima de cælestibus immergant.

Idem.

19. **EXODI 19.** Vade descende, &c. non poterit vulgus ascendere in montem. **RVPERT.** Hoc in exemplum eorum, qui populo Dei præficiendi erant sicut Moyses, dictum à Domino est, quibus supernorum contemplationi arctius inhaerere cupientibus, nonnunquam causa vel cura subditorum impedimento fit. Exemplo namque Saluatoris qui de sinu Patris propter nos exiuit, coguntur interdum omittere dulcedinem altissimæ contemplationis, & condescendere paruulis, ut cum eis tractent de carnalibus negotiis. Ut Paulus, qui cum raptus fuisset vsque ad tertium

cælum,

cælum, & audisset arcana verba quæ non licet homini loqui de tam altis, ad tam infima descendit, ut diceret iura coniugij, [vxori, inquam, vir debitum reddat, & vxor viro.]

Prælatorum cura.

20. **EXODI 21.** Quod si bos cornupeta fuerit, &c. occiditque virum, aut mulierem, & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident, &c. **LIPOMAN.** In hoc multa cura docetur adhibenda, ne familia nobis subdita proximis damno sit. Nam ex hac lege colligitur, quod Deus imputet peccata filiorum parentibus, & subditorum magistratibus, si negligentia parentum, ac magistratum cessatum fuerit. Exempla habes in *Heli 1. Reg. 4.* & in *Achab 3. Reg. 20.*

Idem.

21. **EXODI 22.** Si quis commodauerit proximo suo asinum, bouem, ouem, aut omne iumentum, ad custodiam committit, &c. Christus qui proximus noster est (ait **RABAN.** & **LIPOMAN.** asinum, bouem, &c. in custodiam committit, cum cuilibet prædicatori animalia sua, hoc est, homines, alios ingenio valentes, alios simplices, & innocentes, alios brutos, & hebetes, ad regendum committit. Si ergo his animalibus custos gregis domini, omnem sollicitudinem impendit, & perugili custodia, curam illorum habuit, non cecabit, si horum quiddam à malignis spiritibus seductum, aut proprio vitio mortuum fuerit. Sufficiet pastori conscientia pura, fides non ficta per dilectionem operans, pro salute enim illius deuotè laborabat. Suscipiet ergo dominus bonam deuotionem illius, & studium bonum redundare faciet illi in vitam æternam. Si autem dormitater paterfamilias, & furem venturum non obserauerit, & per desidiam horum quiddam perierit, damnum domino suo restituet: quia per negligentiam dominicum pecus custodire non curauit. Hinc Dominus ad *Ezechiel. c. 18.* ait [Si me dicente ad impium: morte morieris, non fueris locutus, ut se custodiat impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram: si autem annunciant te ad impium, ut à viis suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, porro tu liberaisti animam tuam.] Semper quidem cautus debet esse pastor, & perugili in custodia sua, & si aliquem eorum per bestiam diabolicam laniatum conspexerit, statim pro eo domino preces fundat, eumque admonet, & curare festinet, ne eius interitus in suæ animæ perniciem proueniat.

Idem.

22. **IBID.** Qui à proximo suo quidquid horum mutuum postulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit, domino non presente reddere compellatur, quod si in presentiarum dominus fuerit, non restituet, &c. Vide *Deus, num. 32.* **RABAN.** & **LIPOMAN.**

Subditos protegent, & seipfos humiliant.

23. **EXODI 26.** Facies & saga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi, &c. **BEDA.** Saga quibus operitur tabernaculum, rectores sunt sanctæ Ecclesiæ, quorum industria, ac labore decus eiusdem Ecclesiæ protegitur, atque incessabili cura munitur, ne videlicet vita, fidèque electorum hæretica seductione corrumpi, ne falorum catholicorum improbitate fœdari, ne tentatione, vel forde vitiorum ataminari, ne temporalium subsidiorum inopia possit ad tristitiam deduci. Qui quanto attentius ad sustentandas, siue repellendas irruentium tentationum violentias accinguntur, tantò ampliore subditis do-

mino seruiendi libertatem tribuunt, & quasi intus fulgendi copiam cortinis præstant; dum intus sagorum ipsi foris, tempestatis afflictionem tolerant. Rectè eadem saga & cilicina siue de pilis caprarum, & vndecim facta esse referuntur: quia nimirum sancti prædicatores, quo altiores merito, eo humiliores esse debent; iuxta illud [quandò magnus es, humiliat te in omnibus.] Vndecim quippe qui denarium transeunt, nec ad duodenarium, hoc est, ad Apostolicum numerum perueniunt, transgressionem Decalogi legis significant. Cilicium quoque habitus es, humilitas te in omnibus. [Vndecim quippe qui denarium transeunt, nec ad duodenarium, hoc est, ad Apostolicum numerum perueniunt, transgressionem Decalogi legis significant. Cilicium quoque habitus es, humilitas te in omnibus.] Iuxta illud, *Psal. 4.* [Ego autem cum mihi molesti erant, inducèba me cilicio, &c.] Saga ergo quæ sanctos prædicatores infinuat, & cilicina sunt & vndecim; quia quo studiosius fide corda purificant, eo plura in quibus seipfos reprehendant, inueniunt. Vnde humiliter fatentur, quia in multis offendimus omnes. & si dixerimus, [Quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.] Operiunt ergo tectum tabernaculi saga vndecim, & hæc de pilis facta caprarum, quia summi illi prædicatores qui vitam fidelium suis exhortationibus, & intercessionibus, quotidiana sollicitudine, vigiliis, ieiuniis, suæque nuditate protegent, sese quidem humiliter ipsi contemplata supernæ puritatis excellentia peccatores profitentur.

Contra murmurantes prælatos temporalia tractantes.

24. **EXODI 26.** Facies & saga cilicina & operimentum calud de pedibus, &c. Vide *Murmuratio, num. 26.* **EX GREGOR.** & addit *25. Moral. cap. 12.* Quia ergo potestas regiminis ministrari non potest sine studio curæ temporalis, aliquando omnipotens Deus mira dispensatione pietatis, ut teneræ spiritualium mentes à terrena cura disinctæ sint, onus regiminis duris, ac laboriosis cordibus iniungit, ut tanto illæ ab hoc mundo secutius lateant, quanto hæ in terrenis solitudinibus valenter elaborant, & sape misericors Deus quo suos tenerè diligit, eo sollicitè ab externis laboribus abscondit. Nam plerumque paterfamilias ad eum laborem seruos dirigit à quo subtilius filios suspendit. Et inde filij sine vxatione decori sunt, unde serui in puluere fœdantur. Quod ipsa tabernaculi constructione significatur. Ad regenda quippe sancta sanctorum, ex bysso, cocco, atque hyacintho vela iassum est, ut vela alia cilicina & pelles extenderentur, quæ nimirum, vel pluuias, vel ventos, vel puluerem tolerarent. Quid ergo per pelles, & cilicia, quibus tabernaculum tegitur, nisi grossas hominum mentes accipimus, quæ aliquando in Ecclesia occulto Dei iudicio, quanuis duræ sunt præferuntur? Quæ quia seruire curis temporalibus non timent, oportet ut tentationum ventos, & pluuias de huiusmodi contrarietatibus portent. Ut enim interiora tabernaculi, id est, electæ, & pulchræ mentes in sua pulchritudine absconditæ seruentur, ut quæ byssus fulgeat, coccus coruscet, hyacinthus cæruleo colore resplendat, desuper pelles, & cilicia, imbres, ventos, & puluerem portent necesse est. Qui ergo magnis virtutibus in sanctæ Ecclesiæ sinu proficiunt, præpositorum suorum vitam despiciere non debent, cum vacare eos rebus exterioribus vident, quia hoc quod ipsi securi intima penetrant, ex illorum adiumento est, qui contra procellas huius sæculi exterioris laborant. Quam ergo candoris sui gratiam retineret, si byssum pluuia tangeret? Aut quid fulgoris atque claritatis coccus, vel hyacinthus ostenderet, si hæc susceptus puluis fœdaret? Sit ergo desuper textura cilicij forris ad puluerem, sit inferius color hyacinthinus aptus ad decorem. Orient Ecclesiam, qui solis rebus spiritualibus

bus vacant, regant Ecclesiam, quos & labor rerum temporalium non grauat. Nequaquam ergo contra rectorem suum exteriora agentem murmuret, &c. Vide *Murmuratio, ubi supra*.

Actiue, & contemplatiue vita dediti.

25. **EXOD. 26.** *Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis Setim, &c.* R. V. P. E. R. T. Tabulæ in tabernaculo stantes prælatos significant, in Ecclesia præ eminentes, scilicet simplicitate decoros, prudentia tutos, in secularibus prouidos, in diuinis rebus consideratos. In tabulis enim, nec decor cum teneritudine, vt in cortinis, nec munimentum est cum splendore, vt in sagis: quia prælati neque curam subditorum propter amorem cælestium, neque cælestium contemplationem negligere debent, propter temporalem subditorum curam.

Prælatorum mortificatio.

26. **IBID. B. E. D. A.** Factæ sunt autem tabulæ de lignis Setim, id est, spinarum. Spinæ & curas huius sæculi, iuxta eloquium Saluatoris, *Matth. 13.* & punitiones peccatorum, iuxta illud *Prov. 26.* [Spinæ nascuntur in manibus temulentis,] id est, peccata in operibus stulti, non incongruè significant. Quia ergo prædicatores sancti, & à punitionibus vitiorum expurgare, & omnibus mundi curis, ac delectationibus exuere studuerunt, quatenus ad prædicandum verbum, longè, latèque possint discurrere, rectè dicitur; quia de lignis spinarum tabulæ sunt factæ tabernaculi: factæ sunt namque de spinis, sed de his quæ omnes aculeos spinosos prorsus exuerant, & solo candore nitebant. Nam & sancti quique ac virtutibus splendentes, etiam cum ipsi in peccato nati sint, eorumque terra sicut & Adæ ipsorum parentis spinas, & tribulos germinat sibi, gratia tamen Dei per Iesum Christum spiculis sunt omnium peccatorum exuti, ac digno virtutum exercitio in structuram domus eius aptati.

Qualis eligi debet in prælatum.

27. **EXOD. 27.** *Præcipe filiis Israël vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque contusum, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij extra velum quod appensum est testimonio.* B. R. V. N. O. Oleum à filiis Israël affertur, quando aliquis vir gratia Spiritus sancti, & pietate, & misericordia plenus à toto populo eligitur. Suscipitur autem de arboribus oliuarum, id est, de doctrina, & congregatione sanctorum, quatenus & pacem diligit, & sanctorum patrum dulcedinem & saporem imiterur. Sit autem vita, & moribus purus, imò purissimus, & sicut Apostolus ait irreprehensibilis. Sit quoque pilo contusus, non delicatus, non otiosus, sed in tribulatione, & iniuriis per patientiam probatus. Et iste quidem ad hoc eligitur, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij, vt nunquam Ecclesia sit sine lumine, vt nunquam populus sit sine Episcopo, & Doctore. Ipse enim est lucerna, ipse sit & oleo plenus, ipse sit misericordia, & pietate repletus. Debet autem ardere hæc lucerna extra velum, vt ab omnibus videatur, vt omnes illuminet, & secundum Euangelium luceat omnibus qui in domo sunt. Sed extra quod velum? Extra illud, quod appensum est testimonio, quod claudit testamentum, quod celat nobis, & abscondit diuina mysteria.

Prælati cura.

28. **EXOD. 28.** *Applica ad te Aaron fratrem tuum, &c. vt sacerdotio fungatur tibi.* O. D. O. T. V. S. C. V. L. A. N. Lex, & sacerdotium, quàm familiariter sibi con-

ueniant, fratris nomine voluit Dominus assignare. Vnde nec ait, *voca, sed applica.* Qui ergo vult fungi sacerdotio, oportet eum in lege Domini iugiter meditari. Curæ pastorali quantum sit necessaria cognitio legis Dei, in aperto est. Cura enim pastoralis, in tribus consistit: In cura vulneris, id est peccati: In custodia sanitatis: In promotione virtutis. De curando vulnere dicitur: [Curam illius habe.] De custodia sanitatis: [Vos estis sal terræ.] Sicut enim caro aspergitur ne soluat in saniem; sic & ovis pastorali vigore confirmatur, ne laxetur in peccati putredinem. De promouenda oue vsque in perfectionem Dominus dicit: [Bonus pastor educit oves, & cum eas eduxerit, ante eas vadit, & cum oves sequuntur.] Sacerdos igitur si ignoret legem Dei, quomodo suum officium exequetur, qui nec etiam de vulnere sciret iudicare, præsertim curare. Cum ergo reprobatus ex mala vita, debet potius reprobari ex ignorantia. Peccat sacerdos, cautè peccet, vt saltem noceat sibi soli. Si verò cæcus fuerit, non se solum, sed totum gregem trahit in foueam. Si quis tamen est qui de sua cura caueat sibi, non tamen eius casus suo minus imputatur pastori. Est enim in ipso vt ovis cadat. Audacter dico, quot quidere debet animabus, tot animarum homicida est.

Qualis debeat esse prælatus, à vestibus eius intelliget.

29. **EXOD. 28.** *Facies superhumeralis de auro, & hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, &c.* B. R. V. N. O. Respice Episcopo ad onus quod portas, respice ad superhumeralis. Vides ibi aurum, da operam & studium sapientiæ. Vides ibi hyacinthum, intueri cælum, & contemplare Deum; Vides ibi purpuram, serua iustitiam; Vides ibi coccum bis tinctum, tinge te, si necesse fuerit, pro Dei & proximi dilectione sanguine martyrij. Vides ibi byssum retortam, carnem doma, macera, & afflige, vt spiritui seruiat, semperque candidior, & mundior fiat. Sit autem superhumeralis opere polymito, multisque coloribus variato, quatenus in pulchritudine exteriori, qualis interior esse debeat, facilius Episcopus esse valeat.

Idem.

30. **IBID.** *Ponet in rationali iudicij doctrinam & veritatem quæ erunt in pectore Aaron, &c.* I. D. E. M. B. R. V. N. O. Hoc Episcopi audiunt, hoc diligentissimè attendant, & considerent quid significet, quod super pectus Aaron doctrina & veritas ponuntur. Ille enim Episcopus rationale in pectore non habet, in cuius corde non est doctrina & veritas. Quid enim sine doctrina docebit? Quid sine veritate iudicabit? Ideo enim rationale iudicij dicitur, vt in rationali sit doctrina, in iudicio sit veritas. Semper igitur rationale, semper pectus suum Episcopus intueatur. Sufficit illi liber iste, tota lex vtriusque Testamenti, si scientiam in pectore habet, si tamen intelligit quod in pectore habet. Sed quomodo non intelligit pectus quod in pectore est? Quomodo cor illud non videat, cuius pondere premitur? Ideo .n. tam propè & super ipsum cor rationale ponitur, vt quod significet & quid velit intelligat. Stat rationale super cor, quasi magister super discipulum, admonet cordis oculos, rogat vt ad se dirigantur, inspiciant, & legant.

Prius faciat, deinde doceat, quæ fecerit.

31. **IBID. Hieron. ad Fabiolam.** Quam pulcher ordo, & ipso habitu sacramenta demonstrans, in humeris opera sunt, in pectore ratio. Vnde & pectusculum comedunt sacerdotes; non prius rationale, & sic superhumeralis,

humerale, sed ante superhumeralis, & deinceps rationale. [A mādatis tuis, inquit Propheta, intellexi.] Prius faciamus, & si doceamus, ne doctrinæ auctoritas castis operibus destruat. Hoc est quod in propheta legitur. [Seminate vobis in iustitia, & metite fructum vitæ, illuminate vobis lumen scientiæ.] Primum seminate in iustitia, & fructum vitæ æternæ metite, postea vero scientiam vendicate, cum indutus quis fuerit veste multiplici, consequens est veritatem quam corde retinet, sermone proferre, & ob id in rationali veritas est, id est, scientia vt nouerit quæ docenda sunt; & manifestatio, atque doctrina vt possit instruere alios, quod mente concepit. Vbi sunt qui innocentiam sacerdoti dicunt posse sufficere? Vetus lex, nouæ congruit. Id ipsum Moyses quod Apostolus. Ille sacerdotis scientiam ornat in vestibus, iste Timotheum, & Titum instruit disciplinam: nec statim absoluta perfectio est, si quis superhumeralis & rationale habeat, nisi hæc ipsa inter se forti compage solidentur, & sibi ipsi connexa sint, vt & operatio rationi, & ratio operibus hæreat; & his præcedentibus doctrina sequatur, & veritas. **LIPOMANVS.** Sacerdos debet esse illustratus, maximè in doctrina legis, iuxta illud, [Læbia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt, scilicet populi de ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.] Vnde per Haggeum dicitur. [Interroga sacerdotem legem, & respondebit tibi.] Et in *Olea.* [Quia tu scientiam repulisti, ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.] Debet quoque præ se ferre puritatem, innocentiam, & immunitatem ab omni macula.

Prælati puritas.

32. **IBID. GREGOR. 2. par. Pastor. cap. 2.** Rector semper in cogitatione sit mundus, quatenus nulla hunc immunditia polluat, qui hoc suscepit officij, vt in alienis quoque cordibus, pollutionis maculas tergat; quia necesse est, vt esse munda studeat manus, quæ diluere aliorum sordes curat, ne tacta quæque deterius inquinat, si sordida in semper lutum tenet. Hinc namque per Prophetam dicitur. [Mundamini qui fertis vasa Domini.] Etenim vasa Domini ferunt qui proximorum animas ad æterna sacraria perducendas, in suæ conuersationis fide suscipiunt. Apud semetipsos ergo quantum debeant mundari circumspiciant, qui ad æternitatis templum vasa viuientia in sinu propriæ sponsonis portant. Hinc etiam Dominus præcepit, vt in Aaton pectore, rationale iudicij vitis ligantibus imprimatur; quatenus sacerdotale cor, nequaquam cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola constingat, ne indiscretum quid, vel inutile cogitet, qui est ad exemplum aliis constitutus. Ex grauitate vitæ semper debet ostendere quantam in pectore rationem portat.

Qualis debeat esse prælatus, à vestibus intelliget.

33. **EXOD. 28.** *Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis, &c.* De vestibus sacerdotalibus & earum significatione, Vide verbum, *Sacerdotes*, numer. 21. ex D. THOM. 1. 2. *quest. 102. art. 5. ad 9.* vbi addit. Sed præ his pontifices quatuor debent habere. Primum iugem Dei memoriam in contemplatione, & hoc significat lamina aurea habens nomen Dei in fronte. Secundum quod supportent infirmitates populi; quod significat superhumeralis. Tertium quod habeant populum in corde, & in visceribus per sollicitudinem charitatis; quod significatur per rationale. Quartum quod habeant conuersationem cælestem per opera perfectionis, quod significatur per tunicam hyacinthinam, cui adiuncta erat tintinnabula aurea per quæ significatur doctrina diuinorum quæ debet coniungi cæle-

sti conuersationi pontificis. Adiuunguntur etiam mala punica, per quæ significatur veritas fidei, & concordia in bonis moribus.

Prælati absentia perniciofa.

34. **EXOD. 32.** *Videns autem populus quod moxam fecerit descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron, ait: surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant.* **LIPOMAN.** Vides ex hoc loco absentiam rectoris grandem iacturam fieri populi, quamquam negotium agat ipse coram Domino.

Prælatorum cura.

35. **EXOD. 32.** *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* **BERNARDVS episc. 152. ad Innocentium Papam.** Insolentia clericorum, cuius mater est negligentia Episcoporum, vbi que terrarum turbat, & mollescit Ecclesiam. Dant Episcopi sanctum canibus, & margaritam porcis, & illi conuersi conculant eos. Merito quales fouent, tales eos sustinent, quos ditant Ecclesiæ bonis, non corrigunt eorum mala, malisque grauari portant. Alienis nimirum laboribus locupletantur clerici, comedunt fructum terræ absque pecunia, & prodit quasi ex adipe iniquitas eorum, &c. Vide *Sacerdos*.

Contra prælatos ad alias Ecclesias ascendere cupientes.

36. **EXOD. 32.** *Moyses autem orabat Dominum Deum suum, &c.* **CHRYSOST. super Ioan. 1. hom. 12.** Vides quomodo, cum Moyses alterius gentis portorem, longèque maiorem accipere principatum posset, ne audire quidem id sustinuit, sed potius vna cum his qui sibi meriti erant perire, quam sine illis saluus esse, & ad maiorem dignitatem assumi, prætulit. Huiusmodi esse oportet, cui animarum cura commissæ est. Est namque absurdum, vt paruorum filiorum pater nolit nisi eorum quos genuit pater appellari. Nos autem discipulos quotidie nunc hos, nunc illos mutamus, erga neminem amicè, familiaritèrque affecti. Vide *infra*, num. 39.

Misericordia, & rigore simul vti debent.

37. **EXOD. 32.** *Ponat vir gladium suum super femur suum, & occidat unusquisque fratrem, &c.* **GREGOR. 20. Moral. cap. 6.** Notandum quod disciplina, vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos suos inesse rectoribus debet, & iuste consolans misericordia, & piè scruians disciplina. Sit itaque amor, sed non molliens; sit rigor, sed non exasperans; sit zelus, sed non immoderatè scruians; sit pietas, sed non plusquam expedit parcens. Intueri libet in Moyse pectore misericordiam cum seueritate sociatam, cum Domino iratum contra populum videret, semel, & iterum pro populo cui præerat, obicem se ad impetum Dei irascentis opponens, ait: [Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo.] Pensemus ergo quibus visceribus eundem populum amauit pro cuius vita de libro vitæ deleri se petiit. Tamen iste, qui tanto eius amore constringitur contra eius culpas, pensemus quanto zelo recititudinis accendatur. *Ponat*, inquit, *vir gladium suum, &c.* Ecce qui vitam omnium etiam cum sua morte petiit; paucorum vitam gladio extraxit. Intus arsit ignibus amoris, foris accensus est zelo seueritatis. Tanta fuit pietas, vt se pro illis coram Domino morti offerri non dabitauerit: tanta seueritas, vt eos quos diuinitus ferri timuerat, ipse iudicij gladio feriret. Causam populi apud Deum precibus; causam populi apud Deum gladiis alligauit. Intus amans di-

vinæ iræ supplicando obstitit: foris sæuiens, culpam feriendo consumpsit, & idcirco omnipotens Deus fidelem famulum suum citius exaudiuit agentem pro populo; quia vidit quid super populum acturus esset ipse pro Deo.

Idem.

38. **EXOD. 32.** *Peccasti peccatum maximum, ascendam ad Dominum, si quomodo quiuero eum deprecare pro scelere vestro.* **LIPOMANVS.** Dubitat Moyses de impetranda venia, tum ad facinoris huius enormitatem, tum ad rei difficultatem ostendendam. **RVERTVS.** Omnibus, qui in regimine animarum præsumunt, qualiter præesse, imo qualiter prodesse debeant, hinc exemplum trahendum est; Vt videlicet intus amantes diuinæ iræ supplicando obstitant; foris sapientes culpam feriendo consumant; alioquin male sedent super cathedram Moysi, sicut Scribæ, & Pharisei. Idcirco sancta Romana Ecclesia, talibus desidiis, & negligentibus, per singulos annos vna dominicarum, in oculos ingerere consuevit, valido simul concentu concrepans hoc exemplum Moysi, ne nesciant quod sequi debeant, videlicet, [Quia sanctificauit Moyses altare Domino, & immolans victimas, fecit sacrificium in odorem suauitatis Domino in conspectu filiorum Israël.]

Prælati amor erga subditos.

39. **IBID.** *Aur dele me de libro vitæ.* **CAIET.** Metaphorico sermone Moyses appellat librum vitæ ordinem definitum à Deo de agendis. Et est sermo de libro principatus in hoc mundo. Nam tanquam liber apud Deum est decretum quod isti, & illi principentur in hac vita, & quia dixerat Deus Moysi: [Faciam te in gentem magnam.] Intellexerat Deum scripsisse ipsum in libro principatus. Ideo petit, quod aut condonet peccatum populi, aut deleat ipsum de libro principatus, significans per hoc, quod non vult esse princeps alterius gentis, si gens ista consumitur. Vide suprâ num. 36. & verbum *Liber vitæ, & Amor proximi*, num. 16.

Prælati, actiua, & contemplatiua vitæ dediti.

40. **EXOD. 33.** *Ingresso Moysè tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, & stabat, &c.* **GREG. 1. Pastor. cap. 5.** Sciendum autem quod prædicatores sancti, non solum sursum sanctum caput Ecclesiæ, videlicet Dominum contemplando appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Hinc Moyses crebro tabernaculum intrat, & exit, & qui intus contemplatione rapitur, foris infirmantium negotiis vrgetur. Intus Dei arcana considerat, foris onera carnalium portat. Qui de rebus quoque dubiis ad tabernaculum recurrit, exemplum proculdubio rectoribus præbens, vt cum foris ambigunt, quid disponant, ad mentem semper quasi ad tabernaculum redeant, vt Dominum consulant. Hinc ipsa veritas per susceptionem nostræ humanitatis ostensa, nobis in monte orationi inheret, miracula in vrbibus exercet imitationis, videlicet viam bonis rectoribus sternens, vt etsi iam summa contemplando appetant, necessitatibus tamen infirmantium compatiendo, misereantur: quia tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit, & cum benignè descendit ad infirma, valenter recurrit ad summa. Tales autem sese, qui præsumunt exhibeant; quibus subiecti occulta quoque sua prodere non erubescant, vt cum tentationum

fluctus paruuli tolerant, ad pastorem mentem, quasi ad matris sinum recurrant, & hoc, quod se inquinari pulsanis culpæ sordibus præuident, exhortationis eius solatio, ac lachrymis orationis lauent.

Prælatorum mortificatio.

41. **EXOD. 34.** *Esto paratus manè, vt ascendas statim in monte Sinai, stabisque mecum, &c.* **RABANVS.** Spiritualiter innuitur his qui populo Dei præsumunt, vt præparèt corda sua ad suscipiendam diuinam sapientiam. Mane ergo paratus est ascendere, qui discussis tenebris vitiorum atque carnalium desideriorum mentem suam eleuant ad intuenda cælestia, quatenus in fide Catholica firmiter consistens diuinæ contemplationis particeps existat. Oues quoque, & boves prohibet, vt contra non pascantur: quia simplices quique, atque terrenis rebus incumbentes ad spirituales mysteriorum meditationem non sufficiunt.

Imbecillitati subditi accommodetur.

42. **EXOD. 34.** *Posuit Moyses velamen super faciem suam, &c. & tunc loquebatur ad filios Israël, &c.* **GREGOR. in 1. Reg. cap. 3.** Etsi per magnam internæ visitationis gratiam pastorem anima ad superna sustollitur, paruulis tamen non admodum subtilitatis suæ, sed pro eorum viribus imponere præcepta conuersationis debet. Vnde & Moyses à monte immenso lucis suæ splendore regrediens, faciem velauit, vt in eum populus intendere visum potuisset. Vide etiam *Prædicator*, num. 51.

Iustitiam non deserat, cuiusque precibus.

43. **LEVIT. 6.** *Omne sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quidquam comedit ex eo.* **RADVLPHVS.** Quid est, quod sacrificium sacerdotum igne consumi præcipitur, nisi quod mens boni pastoris amore iustitiæ penitus absorbenda docetur. Tunc acceptabilis, inquit, sacrificiū iustitiæ. Mens itaque quæ iustitiæ legibus rotam se subdit sacrificium suum igne consumit, ab eius esu omnes prohibetur; quia illicitū est, vt à pastore pro adipiscenda cuiuscumque hominis gratia, à iustitia declinetur. Comedit ergo similitam pastorem, qui eum à regula veritatis ad suæ prauitatis inflectens patrocinium, de eius consensu voluptatem capit. Notandum autem, quod cum dicitur, *Nemo comedit ex eo*, etiam ipse à suæ similitæ comestione arceatur. Sicut enim alienæ peruersitati obtemperare non debet, vt à iustitia declinet; sic nec in iudicandis subditis suæ libidini deseruire.

Fidelitatem Christo seruare debent.

44. **LEVIT. 7.** *Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibum tam de auibus quam de pecoribus.* **RADVLPHVS.** Doctores sancti cum eruditione sua quamquam ad scientiæ studium prouehunt, quasi spirituales auem offerunt, huius autem sanguinem non comedunt; quia amorem discipulorum non conuertunt in se, sed ad Christum transmittunt. Planè enim iram sponsi prouocat puer, qui ad sponsæ ministerium deputatus loco sponsi amari se affectat. Vnde beatus Apostolus fidelis minister Ecclesiæ, [Non nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Deum nostrum.] Sed nec pecorum, si qua Deo immolant sanguinem edunt, quia cum simpliciores erudiunt, pestem cupiditatis, quam de eorum cordibus excludunt, & ipsi quoque à se abiciunt. [Castigo, ait, corpus meum, & in seruientem redigo, ne cum aliis prædicauerim, ipse reprobos efficiam.]

Misericord

Misericordia, & iustitia simul vti debent.

45. **LEVIT. 8.** *Sumensque unguentum. Alia litera, Oleum, & sanguinem asperit super Aaron, & vestimenta eius.* **OLEASTER.** Non debet in sacerdote esse sine oleo sanguis, nec sine sanguine oleum, id est, non solum misereri, sed & punire eos debet, nec habere sine iustitia misericordiam, nec sine misericordia iustitiam.

Primi debent esse ad opus bonum.

46. **NVMER. 10.** *Si semel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis filiorum Israël.* **STEPHANVS.** Nota quod vno clangore venerunt principes, &c. Sic & prælati, vna sola admonitione debent facere quæ spectant ad cultū Dei, & nota quod populus prolixiori clangore vocabatur, quā princeps, quia prælati semper primi debent in bono opere inueniri.

Prælatorum amor erga subditos.

47. **NVMER. 11.** *Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulū.* **OLEASTER.** Discant prælati ex hoc loco affectum, quem erga subditos habere debent. De Christo Domino prophetauit Isaias. [In sinu suo portabit agnos.] Arbitratur Moyses rectè demandari sibi munus, si genitoris erga subditos affectum ostēderet, & vix hoc poterat. Vnde & dicebat: [Nunquid ego cōcepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam? Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me?] Præcipitur autem ei vt veluti mater paruulum non super humeros, non super brachia, aur erura, sed in sinu suo, & super cor portet eos. Solent enim matres etiam si pedes incedant, non sentire onus infantis, quem super brachia in sinu suo portant propter amoris singularis affectum, quem erga infantem suum gerunt.

Prælati, non publicè arguendi sunt.

48. **NVMER. 12.** *Vocansque Aaron, & Mariam, &c. Quare non timuistis detrahere sermo meo Moysi?* **OLEASTER.** Ex hoc docemur prælatorum peccata non esse coram omnibus, sed secretè arguenda, ne propterea in contemptum veniant. Similiter docemur, non statim propter peccatum, prælatum amouendum, cum videamus Aaronem non propter hoc ab officio amouisse Dominum, imo quod magis mirandum est, nec propter aurei vituli fabricationem.

Puniuntur pro peccatis populi.

49. **NVMER. 25.** *Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulo.* **ORIG. homil. 20.** Populus peccat & principes puniuntur. Non enim rantum pro suis arguuntur delictis. Pro populo enim coguntur principes reddere rationem, ne forte non docuerint, non monuerint, non sollicitè arguerint eos, qui primùm peccauerunt, ne contagio dispergeretur in populos: in ipsos enim cōuerteretur ira Dei, & cessabit à populo. Hoc si cogitarent homines, principatus non ambirent. Sufficit cuique pro peccatis propriis argui, & reddere rationem.

De electione prælatorum.

50. **NVMER. 27.** *Provideat Dominus Deus spirituum omnium carnis hominem qui sit super multitudinem hanc, &c. nescit populus Domini sicut oves absque pastore, &c.* **ORIG. homil. 22.** Magni, & egregij viri erant ei, scilicet filij, & confobrini, &c. non orat pro ipsis, vt constituentur duces populi, vt discant Ecclesiarum principes successores sibi, non propinquitate carnis testamento signare, nec principatum Ecclesiæ hereditarium tradere, nec eligere eum quem humanus

commendat affectus, sed Dei iudicio successorem electionem permittere.

Honorent ministros suos.

51. **IBID.** *Dabis ei partem gloriae tuae.* **OLEASTER.** Dabis de laude tua super eum, id est, de gloria & auctoritate tua. Per gloriam aliqui intelligunt insignita quædam dignitatis, vt solent gestare duces, sed per gloriam melius auctoritatem intellige, vt eum populo designet successorem suum. Discant ex hoc loco principes, & prælati honorare ministros suos, vt reliquus populus eis subiciatur. Cum pater Christum doctorem cælicum in orbem misisset, audi qualiter eum commendat. [Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit.] Sic & idem Christus eum Apostolos mittit. [Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Ecce do vobis potestatem calcandi super serpentes, & dracones.] Alij legunt. [Et dabis ei de descensu tuo, &c.] Vide *Humilitas*, num. 39.

Eleemosynas faciant.

52. **NVMER. 35.** *Præcepit Dominus filiis Israël, vt darent Leuitis suburbana ad alenda pecora.* **STEPHANVS.** In quo notatur quod prælati habent temporalia ad pauperes sustentandos; nec solum in doctrina, sed etiam in corporali alimonia tenentur subditis subuenire. Vnde & de ciuitatibus Leuitarum sumptæ sunt ciuitates refugij ad significandum, quod maximè bona Leuitarum, id est, prælatorum, refugium pauperum esse debent. Vnde **HERONYMVS.** Quidquid habent clerici, pauperum est.

Prælati non debent conuincere subditos in illicitis.

53. **DEUTER. 1.** *Mittamus viros qui considerent terram, &c.* **GLOS. ORDIN. in lib. Num. cap. 13.** Scriptum est, Dominum dixisse Moysi, vt mitteret viros, qui considerarent terram. Hic verò populus dixisse legitur. Sed populus hoc prius Moysi suggestit, Moyses ad Dominum retulit, secundū cuius præceptum postea exploratores misit. Infrâ dicitur: *Cumque mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim.* **OLEASTER.** Non debet prælati suis subditis conuincere, cum viderint eos iniqua appetere, aut quæ sibi sunt nocitura. Fortè etiam hac de causa non introiuit Moyses terram promissionis, quia populum non diuerit ab hac exploratorum missione. Vnde & infrâ ait. *Nec miranda indignatio in populo, cum mihi quoque iratus Dominus, propter vos dixerit, nec tu ingredieris illuc, sed Iosue filius Nūn minister tuus ipse intrabit pro te.*

Prælati prudentia.

54. **DEUTER. 3.** *Domine Deus in cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, &c. Transibo ergo, & videbo terram hanc optimam, &c. Transiitque est Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me.* **OLEASTER.** Considera quæso huius hominis prudentiam, ac fidelitatem: vt enim eos gratos Domino reddat, & dignos ad maiora recipienda, commendat valde terram præsertim ex desiderio suo ad eam videndam, & quod summis precibus apud Dominum egerit ad hoc munus consequendum, nec tamen obrinuerit.

Prælatorum doctrina virilis, & solida.

55. **DEUT. 22.** *Non induetur mulier veste virili.* **AVGVST. quæst. 33.** Alia editio. [Non erunt vasa viri super mulierem.] Vasa bellica voluit intelligi, id est, arma, nam quidam etiam hoc interpretati sunt. Mysticè autem hoc exponit Apostolus, non permitto mulieri docere in Ecclesia. Nec enim sacerdotiū, nec doctrina conceditur fœminis in Ecclesia, ne induantur v. ste

tur veste virili. Sed nec vir debet indui veste fœminea: qui enim vir est, & principatum gerit Ecclesiæ, non debet aliquid fœmineum vel molle in doctrina sua habere.

Prælati puniuntur ultione nouissima.

56. **D**EVT. 32. *De captiuitate nudati inimicorum capitibus.* GLOSSA ORD. Captiuorum capita reddebantur, qui distrahebantur, & sub corona vendi dicebantur. Mysticè, capita inimicorum sunt magistri, in quos vltio nouissima redundabit. Vnde Apocal. 19. [Exiuit sanguis de lacu vsque ad frænos equorum.] id est vltio tormentorum vsque ad retores populorum.

Corrigere & etiam refecare debent.

57. **I**OSVE 7. *Achan tulit aliquid de anathemate, iratusque est Dominus contra filios Israël.* ORIGEN. Non otiosè transcurrendum est, quod vno peccante, ira super omnem populum venit. Hoc accidit quando sacerdotes, qui populo præstant, erga delinquentem benigni videri volunt, & verentes peccantium linguas, ne fortè de eis malè loquantur, sacerdotalis seueritatis immemores peccantem coram omnibus, nolunt publicè arguere, vt ceteri timorem habeant, & dum vni parcunt, vniuersæ Ecclesiæ moluntur interitum. Ex vna enim oue morbida grex vniuersus inficitur. Omnes enim vnum corpus sumus in Christo. Tu, qui præfides, huius corporis oculus es, vt omnia circumspicias, & omnia ventura prouideas. Pastor es, oculos Domini vides ferri per præcipitia, & non occurris, non reuocas saltem, neque clamore deteres. Hæc non ideo dicimus, vt pro leui culpa aliquis abscondatur, sed si fortè monitus vel correctus, semel, iterum, & tertio non emendatur; vt amur medici disciplina, si oleo perunximus, si emplastris mitigauimus, malagmate molliuimus; nec tamen cedit medicamentis duritia, solum superest remedium refecandi. Vnde Matth. 5. Si manus tua vel pes tuus scandalizate, absconde eum, & proiice abs te. Hoc est quod dicitur, vt ego, qui videor tibi manus esse dextera, & presbyter nominor, & verbum Dei prædicare videor: si aliquid contra Euangelij regulam gesserò, vt scandalum Ecclesiæ faciam, in huius consensu vniuersa Ecclesia conspirans excidat me, & proiciat à se, expedit enim tibi Ecclesiæ absque me manu tua qua malè agendo, scandalum feci introire in regnum cælorum quam mecum ire in gehennam.

Vti debent rigore, & misericordia.

58. **I**VDICVM 4. *Erat autem Debora propheta, &c. que indicabat.* GLOSSA MOR. Per Deborah, que interpretatur *Apis*, & iudicabat populum, significatur bonus prælatus. Apis enim habet aculeum pungentem, & facit mel consolans, & in bono prælato debet esse rigor iustitiæ, & dulcor misericordiæ. Vide supra num. 37. ex GREGOR.

Actiue, & contemplatiue vite deditus.

59. **R**EG. 1. *Elcana habuit duas uxores, &c.* GLOSSA MOR. Elcana significat bonum prælatum, qui habere debet duas uxores, alteram sterilem, alteram fertilem, id est, duas vitas, actiuam, & contemplatiuam. Vnde GREGOR. Sit præsul actione præcipuus, sit præ cæteris, contemplatione suspensus. Et 1. Reg. cap. 9. *Ab humero, & sursum eminebat super omnes populum.* GREGOR. *super hunc locum.* Rex præcellit collo, & capite: collo, loquutio, capite contemplatio designatur. Tunc pastor capite, & collo,

subditorum omnium capita excedit, si contemplationis altitudine mirabilis est, & sublimitate doctrinæ. ORIGEN. Talis debet esse qui in prælatum eligendus est. Ille scilicet eligendus est, de quo constat quod inter alios sit optimus. Stephanus. Ab humero, & supra eminebat. Per humerum opera intelliguntur, per hoc quod dicitur sursum scientia, & doctrina quæ de iis quæ sursum sunt debent esse.

Prælati malus propter peccata populi.

60. **R**EG. 8. *Nequaquam rex erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes.* OSEAS ca. 13. impropere eis hanc petitionem dicens. [Vbi est rex tuus, maximè nunc saluet te in omnibus vrbibus tuis, & iudices tui, de quibus dixisti, da mihi regem?] & *Isaias capit. 1.* Principes tui infideles socij furum. S. CLEMENS *lib. 1. Recognitionum.* Tyrannos magis sibi quaerere, quam reges, & per ordinem regibus impijs sibi inuicem succedentibus ad maiores impietates etiam populus declinavit. *Iob 34.* [Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi.] GREGOR. *Ibid.* Nullus qui talem rectorem patitur, eum, quem pariter accuset, quia nimirum sui fuit meriti peruersi rectoris subiaccere dictioni.

Prælati superbia increpatur.

61. **R**EG. 15. *Propterea ergo quod abiicisti sermonem Domini, abiicit te Dominus, ne sis rex.* GREGOR. *lib. 35. Moral. cap. 10.* Hac increpatione superbia regis abiicitur, quod ad correctionem suam conuertere potest quisque prælatus. Sequitur. *Ille autem apprehendit summitatem pallij eius, qua & scissa est, & ait ad eum Samuel, sicut Dominus regnum Israël à te habet, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* LYRAN. Dicunt hic aliqui Hebræi, quod Samuel tunc dedit signum ipsi Saül, quod ille erat regnaturus pro eo, qui absconderet orà chlamydis eius quod fecit Dauid. *1. Reg. 24.* Propter quod Saül, tunc videns oram chlamydis suæ in manu Dauid, dixit: nunc scio quod certissimè regnaturus sis. STEPHANUS. Nota quod Saül de alinis quaerendis vocatus est ad regnum, & Dauid de pacendis ouibus. Quia nullus vocatur ad regimen, nisi reuocet peccatores, & bonos studeat custodire.

Prælatorum est pacere, & defendere.

62. **R**EG. 17. *Misit eos in peram pastoralem.* GALFRIDVS. Soler pera portari, panibus, non lapidibus reponendis, sed quos tulit lapides, nobis facti sunt panes, atque ideo pastoralis pera continet eos, qui pastoribus sunt commissi ad impugnantum quidem Diabolum, pacendum autem populum Dei. Sequitur. *Nam leonem, & vrsum interfecit ego seruus tuus.* Nota quod Dauid, vt ostenderet se idoneum ad pugnantum, dicit se leonem interfecisse, & vrsum: Leo sanguinem sitit; vrsus melle pascat. Prælatus enim leonem & vrsum interficit, quando nec extollitur prosperis, nec frangitur aduersis.

Contra prælatos peruersos.

63. **R**EG. 25. *Hodie increuerunt serui, qui sugiunt dominos suos, &c.* HVGONIS DE FOILLETO. Nabal cuius verba sunt hæc quosdam doctores designat, qui commotione subditorum sunt deteriores. Peruersi siquidem prælati dolent, cum vident numerum religiosorum multiplicari. Timent cum vident Dauid, id est, bonos subditos vngi in regem, & Saül reiici, id est, peruersos prælatos honore prælationis priuari. Sed quare timent? Ne & ipsi priuentur honoribus; ne loco eorum substituantur aliquis melior.

Et

Et indicauit Abigail Nabal omnia verba que audierat a Dauid, & mortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis. Boni siquidem subditi peruersos magistros de negligentia commouent, sed ex commotione deteriores fieri solent.

Idem.

64. **R**EG. 10. *Tulit Hanon seruos Dauid, vasique dimidiam partem barba eorum, & prescius vestes eorum medias, &c.* STEPHANVS. Per seruos Dauid, intelliguntur prælati, quorum barba fortitudinem notat. Duplex fortitudo debet esse in prælati, operis scilicet, & sermonis. Media pars barba rasa est, quando prælatus fortis in sermone, & non in opere. Malunt autem filij Hanon, id est, maligni spiritus, vt media pars radatur quam tota: quoniam quanto sapientiores sunt prælati, si malè viuunt, tanto maius scandalum faciunt: quoniam vt dicit Iuuenalis, *Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.* Et AMBROS. Quanto maius est donum scientiæ, tanto transgressor maiori subiaccet culpæ. Porro vestes præscindere, est bona opera auferre, & hoc vsque ad nates, ita quod nates appareant, hoc est, scæda opera, & turpia luxuriæ. Hoc fit, quando incontinentia eorum coram hominibus publicè prædicatur.

De mercede vel supplicio maiori Prælatorum.

65. **A**ITHARDVS *De supplicio vel mercede Prælatorum*, sic ait. Sicut in præsentibus non sunt sicut ceteri hominum, sic non erunt vt ceteri in futuro. Vt hic non sunt in gradu alijs æquales; sic & alijs tunc erunt, aut superiores in gloria; aut inferiores in contumelia. Recepturi si quidem sunt aut duplicem coronam, aut duplicem pœnam.

Prælati quales esse debent.

66. **R**EG. 7. *Et inter coronulas, & plectulas, id est, circulos, leones, & boues, & Cherubin.* Hæc sculpta erant in luteribus, id est, in basibus. GREGOR. *Homil. 17. in Euangel.* Quid aliud designant bases in templo, nisi sacerdotes in Ecclesia? Qui dum sollicitudinem regiminis tolerant, quasi more basium superimpositum onus portant. In basibus igitur Cherubim exprimuntur; quia decet nimirum, vt sacerdotum pectora plenitudine scientiæ sint referta. Per leones autem terror seueritatis, per boues verò patricia mansuetudinis figuratur. Itaque in basibus, nec leones sunt sine bobus, nec boues sine leonibus exprimuntur. Quia semper in sacerdotali pectore cum terrore seueritatis custodiri debet virtus mansuetudinis, vt & iram mansuetudo condiciat, & tandem mansuetudinem ne fortasse dissoluta sit, zelus districtio- nis accendat.

Contra prælatos, & potentes peruersos.

67. **R**EG. 11. *Et posuit super eum diadema & testimonium.* Id est, legem. Verumque iungit & hic, & *Deut. 17.* coronam scilicet, & legem. Non enim minus adornatur caput regum corona regali, quam lege Dei à se obseruata. Sicut reges consiliarios habent quibus fidunt, ita & Dauid rex dicebat *Psal. 118.* [Consilium meum iustificationes tuæ.] In Hebræo habetur. [Testimonia, siue mandata tua viri consilij mei.] HIERONYMUS. vertit. [Viri amicissimi mei.] Audi quid consulat *Sapientia 6.* Spiritus sanctus regibus qui tales amicos, & consiliarios non habent. [Præbere aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est

vobis à Domino potestas, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur; quoniam cum essetis ministri regni eius, non rectè iudicatis, neque custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrendè, & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in iis, qui præstant fieri, &c. Sine lege enim & sine timore Domini quid aliud speratur in iis qui præstant, nisi perditio? AMBROS. *In Apologia Dauid cap. 3.* Lubrica est in bonis moribus licentia potestatis, & oblatio facultatis. ISIDORVS *lib. 3. de summo bono cap. 51.* Difficile est principem tegredi ad melius, si vitici fuerit implicatus. Populi enim peccantes iudicem metunt, & à malo legibus coercunt. Reges autem nisi solo Dei timore, metuque gehennæ coercantur, liberè in præceptis prorunt, & per abruptum licentiæ, in omne facinus labuntur.

De cura episcoporum, & facultate quam habent.

68. **P**ARALIP. 9. *De eorum, id est, Leuitarum grege, & qui super vasa ministerij, &c.* GLOSSA ORD. De cætu sanctorum prædicatorum ordinantur, qui super vasa Domini, id est, animas fidelium (in quibus voluntas Dei, quotidie ministratur) pervigilem habent custodiam. Sub eorum custodia est similia & vinum, & oleum, quibus sacramenta corporis, & sanguinis Domini conficiuntur; & Spiritus sancti gratia spiritali vnctione traditur ipsi thus orationum; & aromata virtutum in Ecclesia componunt, & in conspectu Domini, vinum acceptabile reddunt.

Quales esse debent.

69. **P**ARALIP. 12. *Nouissimus centum militibus præerat.* INTERL. Id est, doctor Ecclesiasticus, qui nouissimus pro humilitate dicitur, centum militibus, scilicet, Christi qui perfectioni student virtutum, præerat. Vnde. [Qui maior est in vobis, sit vester minister.] *Et maximus mille.* INTERL. Qui scientia pollet, & verbo, & exemplo docet, æterna beatitudine dignus, quæ millenario designatur. Vnde. [Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.]

Et prælati propter populum, & populus propter prælatum puniuntur.

70. **P**ARALIP. 21. *Consurrexit autem Satan contra Israël, & incitauit Dauid, vt numeraret Israël.* In 2. Reg. vltimo dicitur. *Et addidit furor Domini irasci contra Israël, commouitque Dauid in eis.* GREGOR. *Lib. 25. Moral. cap. 14.* Pro qualitatibus subditorum, disponuntur acta regentium, vt sæpe pro malo gregis, & verè boni delinquit vita pastoris. Dauid enim Deo teste laudatus, secretorum Dei conscius, timore repentinæ elationis inflatus populum numerando peccauit; & populus pœnam suscepit; quia secundum merita plebium, disponuntur corda rectorum. Ita enim iuncta sunt merita rectorum, & plebium, vt sæpe ex culpa pastorem deterior fiat vita plebium, & ex merito plebium mutetur vita pastorem. LYRAN. Quale autem fuerit peccatum populi quo demeruit, in litera nō habetur, sed in libro de Hebræicis questionibus dicitur; quod hoc fuit eo quod populus, Dauid non restitit, vt debuit, in facto Vriæ. Sed in contrarium est, quod illud peccatum fuit secretum; & ideo melius dicitur, quod peccatum populi fuit rebellio eius contra Dauid, sequendo Seba filium Bochri, qui erat homo pessimus, & seditiosus, & de hac seditione solus Seba fuerat punitus vt habetur 2. Reg. 20.

Prælati

Prelatorum cura.

71. PARAL. 21. Melius est mihi ut incidam in manus Domini, quia multa sunt miserationes eius, quam in manus hominum. GLOSSA ORD. Si famem eligeret, contra alios facere videretur; quia habens multa frumenta, inopiam cum aliis non pateretur: si vinci ab hostibus per tres menses eligeret, habens ipse circa se viros fortissimos nihil metueret, cum exercitus neci subiaceret: Communem ergo sibi, & aliis passionem elegit, in qua timor omnibus esset æqualis. Hac illa. Ita prospicere debet bonus prælatus subditorum indemnitati.

Idem.

72. PARAL. 1. Da mihi sapientiam, & intelligentiam ut ingrediar, & egrediar coram populo tuo. INTERL. In exemplum omnibus. GLOSSA ORD. Non aurum, non diuitias, non terrenam gloriam à Deo petit, sed ut sciat populum Dei regere, & iudicare. Si hoc elegit rector corporum, multò magis hoc eligere debent rectores animarum; ut ingreſsum ad fidem, & egressum ad spem populo Dei demonstrarent.

Contra malos prælatos.

37. PARAL. 12. Robor dereliquit legem Domini, & omnis Israel cum eo. Sequitur. Ascendit Sisac rex Aegypti in Ierusalem, quia peccauerunt Domino. GLOSSA ORD. Mali rectores per negligentiam suam principes tenebrarum vocant, qui thesauros domus Domini, & thesauros regis auferunt, cum scientiam scripturarum, & opera virtutum subtrahunt incautis, & desidiolis.

Prælati subdi debet legibus diuinis.

74. PARAL. 23. Imposuerunt ei diadema, dederuntque in manu eius tenendam legem, & constituerunt eum regem. INTERL. Qua doceatur qualiter viuat, & quid agat. GLOSSA ORD. Erat utique salutaris prudentiæ, ut cum ipso regis habitu, disciplina legis Dei seruanda committeretur, ut qui se prælatum populo videret regendo, ipse se regendum diuinis legibus subdi debere meminisset.

Exemplum boni prælati Ioiada.

75. PARAL. 24. Senuit autem Ioiada plenus dierum & mortuus est, &c. Sepelieruntque eum in ciuitate Dauid cum regibus, eo quod fecisset bonum cum Israel & cum domo eius. INTERL. Quia populum Dei cunctis diebus sacerdotij sui bene rexit, & ad cultum Dei instruxit. Sequitur. Postquam autem mortuus est Ioiada, egressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regem; qui delinuit obsequijs eorum, acquieuit eis, & dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum, seruiueruntque lucis, & sculpilibus, & facta est ira Domini contra Iudam, & Ierusalem propter hoc peccatum. Vide quid agat præsentia boni prælati. Erat enim Ioiada veluti frænum omnibus, ne committerent peccata, mortuo autem ipso egressi sunt principes, tanquam equi sine fræno, & adorauerunt regem Ioaſ. GLOSSA ORD. Tradunt Hebræi, Principes Iuda regem, ut Deum adorasse, & illum libenter accepisse. Vnde nimis Dominum offendit, & subito expertis est iram quam meruit. Ob hanc etiam culpam Herodes legitur in Actibus Apostolorum ab Angelo percussus.

Prælati cura.

76. 1. ESDRA 8. Separati de principibus sacerdotum duodecim, &c. Appenderuntque eis argentum, & au-

rum, & vasa consecrata domus Dei nostri, dicens vas sancti Domini, & vasa sancta. GLOSSA ORD. Oportet Doctores Ecclesiæ nunquam obliuisci sanctimoniam; quia à Domino sunt consecrati per Spiritum sanctum, & addit. Vigilate, & custodite donec appendatis in Ierusalem in thesaurum domus Domini. Nota curam quam debent habere prælati, ut scilicet seruent vasa sancta, id est, animas subditorum, donec intromittant eas in supernam Ierusalem, quæ scilicet est thesaurus domus Domini, & ad hoc obligati remanent. Vnde sequitur. Susceperunt autem sacerdotes, & Leuice, &c. ut deferrent Ierusalem in domum Dei nostri.

Prælatum est subditos adificare, & seipsos purificare.

77. 2. ESDRA 4. Adificantium vnusquisque gladio erat accinctus renes. GLOSSA ORD. Adificantes gladio accinguntur renes, cum hi, qui præ sunt bonis operibus insistere vel sibi commissos curant regulari ratione disponere. Hoc enim est viuus lapides in ædificio sanctæ ciuitatis competenter locare, qui fluxa luxuria in se acumine verbi Dei fatagunt restringere.

Prælatum charitas erga subditos.

78. 4. ESDRA 5. Dixit Angelus Esdræ. Valde tu in excessu mentis factus es pro Israel, amplius dilexisti eum, quam qui eum fecit? Respondit. Non Domine, sed dolens loquutus sum. Torquent enim me renes mei per omnem horam. Vide qualiter sicut bonus pastor, plebem suam diligebat. Dolens epim afflictionem populi, interrogabat sæpe causam, Quare Domine? & addebat præ afflictione. Ad quid nascebar & quare non fiebat matrix matris meæ mihi sepulchrum, ut non viderem laborem Iacob & defaigationem generis Israel?

Prælatum cura.

79. ESTHER 2. Mardocheus deambulabat quotidie. INTERL. Sollicitè exquirendo fidem, & operationem commissæ plebis. Vnde Apostolus. [Sollicitudo omnium Ecclesiarum. & quis infirmatur, & ego non infirmor?] Ante vestibulum domus in qua electe virgines seruabantur, curam agens salutis Esther, & scire volens quid ei accideret.

Prælati actiue, & contemplatiue vite deditus.

80. ESTHER 8. Mardocheus atriem de palatio & de conspectu regis egrediens. INTERL. De contemplatione ad actionem. Fulgebat vestibus regis, &c. GLOSSA MORAL. Per hoc significatur quod prælatus fraternam charitate motus aliquando de contemplatione debet egredi, & transire ad actionem, pro salute populi sui, & tunc debet fulgere vestibus virtutum, &c.

Contra prælatos peruersos.

81. IOB 40. Sub umbra dormit in secreto calami in locis humentibus. ADAM DE PERSEVIA. Umbra est obscura, frigida, & inanis. Talis est prælatus negligens, & mercenarius pastor. Obscurus est per imprudentiam; frigidus per desidiarum; & per negligentiam est inanis. Subditos quidem suos umbra operit; sed dum illis præesse, & non prodesse fatagit, quantum in se est exemplis suis quasi ramis interpositis impedit ne lux gratiæ ad subditos penetrare possit. Sub tali umbra Behemoth dormit; quia in subiectorum cordibus, tanto securius requiescit, quanto per culpæ consentium, pastorem ipsum sibi familiarius obligauit.

Præ-

Prælati.

82. ECL. 32. Rectorem te constituerunt, noli extolli, sed esto in illis, tanquam vnus ex illis. BERNARD. Quomodo es tanquam vnus ex illis manens inter humiles superbus, inter subditos rebellis, immitis inter mansuetos? Ut te putemus tanquam vnum, ex illis, videamus tam exhibere paratum, quam exigere obedientiam: videamus tam libenter præpositis obtemperare subiectum, quam imperare subiectis. Quod si semper vis obedienties habere, & nunquam esse; probas te non esse tanquam vnum ex illis, dum esse renuis ex obedientibus, à quibus si te superbiendo segregas, reputari inter illos te noueris, de quibus scriptum est. [Quod alligant onera graui, &c.]

Prælatum laboriosum minus.

83. IEREMIA 1. Ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, &c. BERNARD. Quid horum factum sonat? Rusticani magis sudoris schemate quodam labor spiritualis expressus est. Disce prælate exemplo Propheetico præsidere non tam ad imperitandum, quam ad factitandum, quod tempus requirit. Disce sarculo tibi opus esse, non scepro, ut opus facias Prophetæ. Et quidem non ille regnaturus ascendit, sed extirpaturus. Putasne ut & tu inuenias aliquid elaborandum in agro Domini tui? & plurimum non tamen totum quiete emundare Prophetæ. Quando ergo libet gloriari, vbi otiosi non licet.

Quales esse debent.

84. EZECHELIAS 1. Similitudo quatuor animalium, &c. GALFRIDVS. In specie horum animalium, quæ prophetæ apparuisse leguntur, solos pastores & prædicatores Ecclesiæ credimus designari, in quibus simul apparuit facies leonis, bouis, & hominis, & aquilæ, ut ex his quatuor commendaretur quales eosdem deceat inueniri. Oportet enim ut omnis qui præest populo Dei, leonem se exhibeat terribiliter confisgendo delicta; bouem, strenuè tractando terræ; hominem, benignè hominibus compatiendo; aquilam, subtiliter euolando, & subtiliter contempando diuina. Sequitur: Eranibus animalibus ibant simul & rotæ eorum. IDEM. Benedicit euntibus, magis quam loquentibus. Licet enim loqui, & prædicare, prælati incumbat, ire tamen magis est necessarium. Eundem est enim tam prælati quam subditis pariter post obedientiam; standum verò & resistendum est, ne post concupiscentiam abeat.

Idem.

85. OSEA 4. Quia tu scientiam repulisti repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. P. D. RIBERA. Hæc eadem verba etiam adducuntur ad probandum indignum esse Episcopatu, qui indoctus est. cap. Omnes. 38. d. & cap. Nisi cum pridem, de renunciatione. & BERNARD. serm. 36. super cantica.

Prælati, qualiter peccata comedunt populi.

86. IBID. Peccata populi mei comedent. IDEM HIERON. Sacerdotes dissimulant, atque laudant peccata populi, ut plurimè ad eorum quæstum afferantur hostiæ, & ita populum spoliant, atque comedunt. De quibus dictum est psal. 13. [Qui deuorant plebem meam sicut escam panis.] Quasi dicat HIERON. Comedunt peccata, populum ipsum comedunt. GREGOR. hom. 17. in Euangelia. Cur peccata populi comedere dicuntur, nisi, quia peccata delinquentium fouent, ne temporalia stipendia amittant? Sed & nos quæ ex oblationibus fidelium viuimus, quas illi pro

peccatis suis obtulerunt, si concedimus, & tacemus, eorum proculdubio peccata manducamus: BERNARD. serm. 77. super cantica. Peccata populi mei comedent. Quasi dicat: Peccatorum pretia exigunt, & peccantibus debitam sollicitudinem non impediunt. Quem dabis mihi de numero præpositorum, qui non plus inuigilet subditorum vacuandis marsupiis, quam vitii extirpandis.

Qualis populus, talis & prælatus.

87. OSEA 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me. ORIGEN. hom. 4. in lib. Iudicum. Non semper princeps populi, & Ecclesiæ index per Dei arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, dantur nobis principes secundum cor nostrum. Audi autem quod Dominus dixit. Ipsi regnauerunt, & non ex me. Pro meritis namque populi, aut in verbo aut opere potens à Deo tribuitur rector Ecclesiæ, aut si malignum faciat populus in conspectu Domini, talis Ecclesiæ index datur, sub quo famem, & sitim populus patiatur, non famem panis, aut sitim aquæ; sed famem audiendi verbum Domini. GREGOR. 1. p. Pastor. cap. 1. [Ipsi regnauerunt, & non ex me.] Ex se namque & non ex arbitrio summi rectoris regnant, qui nullis fultri virtutibus, nequaquam diuinitus vocati, sed sua cupiditate accensi, culmen regiminis rapiunt, potius, quam assequuntur. Vide CYPRIANVM hb. 2. Epistola 2. & 4. & BERNARD. serm. de conuersione ad clericos cap. 27.

Idem.

88. OSEA 13. Dabo tibi regem in furore meo. GREGOR. in illud 1. Reg. 9. [Saluabit populum meum, &c.] Neque pro se, nec pro populo pastor datur, quando reproba plebs reprobum pastorem habere permittitur, cum sic ille præest, sic illi obediunt, ut ad æterna bona, nec ille qui docet, nec illi qui docentur peruenire mereantur; de quibus per Oseam Dominus dicit: Dabo eis regem in furore meo. In furore etenim Dei rex datur, quando malis peior præesse decernitur. Talis quippe pastor tunc datur, cura talis populus regendus suscipitur, qui pariter æterna pœna damnentur.

Prælatum periculum.

89. AMOS 3. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auricule, &c. STEPHAN. Summa est, quod sicut de ore leonis modicissima pars eruitur, & maxima consumitur: sic cum multi sint prælati, maior pars peribit, & consumetur à leone, scilicet à diabolo, & parua reliquæ saluæ fient per illum pastorem, qui dicit, [Ego sum pastor bonus.] Sequitur, Percutiam domum hyemalium cum domo æstuali. id est, illos prælatos, qui docent, & non faciunt, & qui faciunt, & non docent. Sicut enim Aquilo ventus hyemalis, sonorus est, & asper, & stridet, sed non pluit: sic prælatus, qui docet, & non facit. Similiter peribunt prælati qui faciunt, & non docent, imo sunt muti, quod non sufficit in prælati, imo bifores debent esse valvæ, scilicet ut bene viuant, & bene doceant. Quia ut ait HIERON. Innocens, & absque verbo conuersatio, quantum prodest exemplo, tantum nocet silentio.

Prælatum prudentia.

90. AMOS 6. Optimates capita populorum. P. RIBERA. Loco optimates, in Hebræo habetur, nominat, vel celeberrimi. Hi enim sunt principes populi. Dicuntur autem principes capita, quod eorum prudentia, & consilio populus regatur. Ex quo cernitur quanta prudentia debent esse principes, & omnes

PP p nes

nes qui præfunt. Nam sicut subditi, capite carere debent, id est, non suo, sed rectoris sui consilio duci, ne sit corpus illius congregationis monstruosum, & biceps: ita qui præfunt prudentia abundare par est, ne sit alia ex parte monstruosum corpus, si sit sine capite.

Prælati officium excitare.

91. **IONÆ I.** *Accessit ad eum gubernator, & dixit ei Quid tu saporè deprimeris? P. RIBERA.* Merito Ionam excitat gubernator, siue præteta: ut est apud septuaginta, aut præteta rector. Quoniam gubernatorum Ecclesiæ est dormientes in peccatis excitare, ut surgant & inuocent Deum suum. Alioqui & ipsi gubernatores peribunt.

Prælati diligentia.

92. **ZACHARIÆ II.** *Sume tibi vasa pastoris stulti.* **STEPHAN.** Scilicet peram, & baculum, fistulam & sibilum. Vasa ista prudentis pastoris sunt, cum vsum eorum habet, & in eis se exercet, sed tunc dicuntur esse stulti pastoris, cum quis dignitatem habet, sed dignitatis officium non exercet. Vsum istorum vasorum exponit Apostolus in epistola ad Theofal. 1. dicens: [Rogamus vos fratres corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmum, patientes estote ad omnes.] Corripite, inquit, vsum peram, id est, sacræ scripturæ, vnde Dauid sumpsit lapidem quo prostravit Goliath. Consolamini pusillanimes; ecce sibilus. Suscipite infirmum; ecce baculus. Patientes estote ad omnes; ecce fistula, qua labores releuantur.

Qualis prælatus, talis populus.

93. **2. MACHAB. 3.** *Igitur cum sancta ciuitas habitaretur, &c. propter Onia pontificis pietatem, & animos odio habentes mala.* Alia litera, [Et animum Onia pontificis scelera perosum.] Ex quo colligitur omnia tribui pontifici, siue bona, siue mala; quia qualis rector est ciuitatis, tales & qui habitant in ea.

Prælatorum cura.

94. **1. MACHAB. 10.** *Ionathas habitauit in Ierusalem, & cepit edificare, & inuolare ciuitatem.* **STEPHANVS.** Quidquid familiaritatis habuit cum Demetrio retulit ad ædificationem sanctæ ciuitatis. Similiter prælati, gratiam quam adepti sunt, debent conuerttere ad ædificationem Ecclesiæ. Vnde Nehemias factus pincerna regis expalluit coram rege & ædificandi ciuitatem licentiam impetrauit.

Prælati ambitio.

95. **2. MACHAB. 4.** *Ambiebat Iason frater Onia summum sacerdotum, &c.* **HUGO DE FOILLIETO.** Ex tunc ira tua Domine, ex tunc venale sacerdotium, ex tunc, & nunc. Adhuc enim in Ecclesia est Iason cum Onia, adhuc precibus & pretio, quorumdam celebratur electio.

Prælatus, minister est.

96. **LVc. 22.** *Qui maior est vestrum, fiat sicut minor, & qui præest, sicut qui ministrat.* **BALDVINVS.** Forma Apostolica hæc. Dominatio interdicitur, indicitur ministratio. & adiungitur. Ego autem in medio vestrum sum tanquam qui ministrat. Quis se iam titulo hoc ingloriosum putet, quo se prior Dominus gloriæ præsigniuit? O præclarum ministerium? Quo non id gloriosius principatu? Si gloriari oportet, forma sanctorum præfigitur, Apostolorum proponitur gloria. Quis mihi tribuat similem fieri in gloria sanctorum? Fœlix, qui dicere potuit: Plus omnibus la-

borauit. Gloria est, sed nihil in ea inane, nihil molle, nihil resupinum. Si labor receret, merces inuiter. Vnufquisque enim mercedem accipiet secundum suum laborem.

Idem.

97. **IOAN. 2.** *Implete hydrias aqua.* **BERNARD.** Mira res. Ministri solliciti sunt de vini penuria, & Dominus iubet impleri hydrias aqua. Illi de poculis cogitant, & Dominus iubet, ut vasa purificationis impleant. Sic suspiranti Iacob ad Rachelis amplexus, Lia à patre supponitur. Prælati hoc præcipitur qui ministri Christi sunt, ut aqua hydrias impleant quoties deest vinum, ac si dicatur, illi deuotionem desiderant, vinum requirunt, feruorem flagitant, sed nondum venit hora mea, implete hydrias aqua, incutite metum, & spiritu timoris, non tam vasa quam corda replete. Qui autem ad charitatem veniant, inuitandi sunt à timore. Interdum enim contingit ut hydriæ istæ plenæ sint, sed veneno, quod est inuidia, murmur, rancor, & detractio, & propter hoc, ne forte ista subintrent dum vinum deest, iubentur prælati hydrias aqua implere, ut obseruentur mandata Domini in timore, donec veniente charitate, foras timor mittatur.

Quæ agere debet prælatus ex insignibus pastorum.

98. **IOAN. 10.** *Ego sum pastor bonus.* **ADAM DE PERSEVIA.** Octo sunt in quibus boni pastoris officium disponitur. Ad hoc enim ut sit pastor humilis, vtilis & fidelis, debet habere panem in pera, canem in fune, baculum cum virga, cornu cum fistula. Panis est verbum Dei, pera est memoria verbi, canis est zelus pastoris. Quia zelare habet pro domo Domini sui, & detertere lupos piis latratibus sanctæ prædicationis, & indefessæ orationis. Funis quo canis tenetur, moderamen zelantis, & discretio: quia zelus pastoris spiritu pietatis & scientiæ temperatur, ne forte, sicut ait Apostolus zelum Dei habeat, sed non secundum scientiam. Baculus est, piæ exhortationis consolatio, qua sustentet, & consoletur pusillanimes, ne in tempore tribulationis deficiant. Virga est potestatis auctoritas, quæ corripit inquietos, ne de impunitate, audaciam sumant. Cornu, cuius sonu terribili ad belli conflictum milites animantur, est terribilis gehennæ comminatio, qua Christi milites contra vitiorum molliem, spiritu fortitudinis accinguntur. Fistula quæ dulcius canit aternæ dulcedinis suauitatem designat, quam subditorum auribus fidelis pastor dulciter, ac frequenter inculcat. Dicit ergo, *Ego sum pastor bonus*, pastor in verbo gratiæ, bonus, in exemplo vitæ.

Prælatus, proprietates terræ habet.

99. **IOAN. 12.** *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* **ADAM DE PERSEVIA.** Fidelis pastor in Ecclesia terræ secundum aliquam similitudinem comparatur. Terra enim suo pondere subsistit; quæque sibi superimposita firmitate stabili gerit, sui fecunditate homines, & animantia pascit. Sic nimirum prælatus in Ecclesia, & propriæ auctoritatis pondere nititur, & subiectorum infirmantium mores portat dum compatitur, & fecunditatem doctrinæ cœlestis, spiritualibus, & carnalibus, discretionem cõgrua opportunè elargitur. Ab huiusmodi terra Christus exaltatur, cum de prælati vita, & doctrina Christi Ecclesia honoratur. Sed heu, terra hæc ferè vti que inanis, & vacua, & quibusdam sic obuoluta tenebris, ut non tam terra, quam tenebrosa iudicetur abyssus. Quid enim Christus ad se non traheret, si non

non retraheret petuerit prælatorum? Quis Christum, inquam, non sequeretur in Ecclesia, si pastores Ecclesiæ Christum in suis moribus, & ministeriis exaltarent? Sed quod ille sursum trahit, isti quantum in ipsis est, male viuendo retrahunt, & qui Christum portare, Christo sanctificare debuerant, Christo inagis insultare quam Christum exaltare noscuntur.

Prælatorum charitas.

100. **IOAN. 21.** *Petre amas me?* **BERNARD.** Non otiosè toties reperitur est. *Petre amas me* in commissione ouium. Ac si dicat Dominus. Nisi me ames, & valde, perfectè que ames, hoc est, plusquam tua, plusquam tuos, plusquam te, non te intromittas de ouibus meis pro quibus sanguinem meum fudi. Terribilis sermo. Propterea attendite vobis pastores Ecclesiæ, & pretioso deposito quod vobis creditum est. Ciuitas est, vigilate, ad custodiam, & concordiam. Sponsa est, studete ornatui: Oves sunt, intendite pastui. & hæc tria, ad trinam illam pertinent Domini sciscitationem. Porro custodia ciuitatis, ut sit sufficiens, trifaria est. A vi tyrannorum; à fraude hæreticorum, à tentationibus demonum: sponsa vero ornata in bonis operibus, moribus, ordinibus. At pastus ouium communiter quidem in pascuis scripturarum tanquam in hereditate Domini. Sed est distinctio in illis. Nam sunt mandata quæ duris, & carnalibus imponuntur ex lege vitæ, & disciplina, & sunt olera dispensationis quæ infirmis, & pusillis corde respectu misericordiæ apponuntur. & sunt consiliorum solida, fortiaque præcepta, quæ ex intimis sapientiæ proponuntur sanis, & qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni, & mali. Paruulis autem tanquam agniculis, adhortationis lac potus datur non esca, adhuc boni, sollicitique pastores impinguare pecus non cessant bonis exemplis, & suis magis quam alienis. Nam si alienis tantum, ignominia est illis; & pecus non ita proficit. Si enim apposerit Moysis mansuetudinem, patientiam Iob, misericordiam Samuëlis, David sanctitatem & cætera huiusmodi, immittis autem sit, & impatiens, & immisericors, & minime sanctus, sermo minus sapienter veniet ei, & oues minus auidè capient. Bonus autem pastor, hoc quoque curabit, ut habeat in semetipso sal, sciens, quia sermo sale conditus quantum placuerit ad gratiam, tantum proficiet ad salutem. Ut tamen eadem paulo expressius designemus ad solam ciuitatis custodiam, ut quantum satis est procuretur, opus viro forti, spiritali, fideli. Forti, ad propulsandas iniurias; spiritali, ad deprehendendas infidias; fideli qui non quæ sua sunt querat. Porro ad mores honestandos, & corrigendos, quod ad decorem pertinet sponsa, necessaria est cum multa diligentia disciplina censura. Feruere ergo necesse est zelo illo quo accensus est, qui dicebat, [Emulor vos Dei emulatione, &c.] Nam quomodo in pascua scripturarum deducet greges Dominicos pastor idiotæ? Et si doctus, & non bonus fuerit, verendum, ne non tam nutriat doctrina verbi, quam noceat vita sterili. Temere itaque hoc onus subitur absque scientia pariter & vita laudabili.

Materno affectu, subditos prosequatur.

101. **ROMAN. 12.** *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.* **BERNARD.** Materni breuiter exprimentur affectus. Quia nec dolere paruuli, nec valere queunt absque illa, quæ genuit. Vtrobique eam necesse est suis conformari visceribus. Hæc debent esse vbera prælatorum, quibus subditos suos lactent, congratulatio scilicet & compassio. & congratulatio quidem exhortationis, compassio verò conso-

lationis lac fundit. Porro vitamque speciem vberum cælitus irrorari pio pectori suo spiritualis mater toties sentit; quoties visitatione Spiritus sancti illustratur. Videas eam mox plenius vberibus paruulis incubare lactandis, & ex vno quidem consolatoria; ex altero verò exhortatoria vberius ministrare prout singulis expedire videbit. Verbi causa. Si quem forte ex iis quos genuit in Euangeliò, deprehendit aliqua tentatione concussum, & non posse iam ferre vim tentationis, quomodo condolet? Quomodo mulcet? Quomodo plangit? Quomodo consolatur? Quot argumenta pietatis mox reperit, quibus erigat desolatum? E contrario, si promptum, si alacrem, si benè proficientem cognouerit, exultat, aggreditur salutaribus monitis, accendit amplius, instruit in quibus potest, ut perseueret, utque in melius proficiat, exhortatur, omnibus se conformat, omnium in se transfert affectus, matrem se probat non minus deficiendum, quam proficiendum. Quantos hodie secus affectos videmus, de his qui animas regere susceperunt? Quod enim sine mirabili gemitu dicendum non est, Christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, & mortem hæc omnia in fornace auaritiæ constant, & profligunt in acquisitione turpis quaestus, & pretium vniuersitatis, suis maruipiis includere festinant, hoc sane solo à Iuda Iscariote differentes, quod ille horum omne emolumentum, denariorum numero compensauit, isti voraciori lucrorum ingluuie, pecunias exigunt infinitas. Animarum nec casus, nec salus, non sunt profectò matres, qui cum sint de crucifixi patrimonio, nimium in crassati, impinguati, dilatati non compatiuntur, super contritione Ioseph. Qui mater est, non dissimulat, habet vbera, & non vacua, *gaudet cum gaudentibus, flet cum flentibus.*

A prælato cura, non curatio exigetur.

102. **1. CORINT. 15.** *Plus omnibus laboranti.* **BERNARD.** Non ait plus omnibus profui, aut fructificauit, verbum insolens religiosissimè vitans. Nouerat enim homo quem docuit Deus, quod vnufquisque secundum suum laborem accipiet, non secundum pronentum, & ob hoc in laboribus potius quam in profectibus gaudendum putauit, sicut alibi dicit, in laboribus plurimis. Denique & alibi legis, curam illius habe. Curâ igitur exigeris, nõ curationem.

Prælatus auarus, idolum.

103. **AD Ephes. 5.** *Auaritia, quæ est idolorum seruitus.* **VIDE, Auaritia**, num. 22. ex **GALFRIDO.** qui addit. Carterum si graue scelus est, & horrendum nefas quod idolorum seruus diuinis astat altaribus, quid de eo sacerdote dicendum est, sed etiam idolum? O pastor, & idolum, pastor dignitate, & auctoritate, & idolum vanitate, inutilitate, & simulatione. Pastor officio, idolum otio, imo verò nec officio pastor, sed solo nomine erectum pastoris simulacrum, pro pastore. Timuerunt forsitan vbi primum viderunt stantem in speculam, iam te securè stercoreant aues. Metuebaris ut pastor, iam sine metu, ut idolum stercorearis. O pastor pascens te ipsum! Non enim gregem pascis, sed depascis magis. O idolum pastorem simulans, & mercenarium agens derelinquens gregem, ut lupum videris venientem: atque vti nam tantum fugeres, tantum lupis exponeres, non etiam ipse cum eis, imo præ eis dispergere non timeres. Vtinam si non pasceres, saltem eis parcere non obesses.

Quomodo honoratur ministerium prælatorum.

104. **2. AD Timoth. 2.** *Honora ministerium tuum.* **BERNARD.** Honorabis autem grauitate motum, P p 2 matu

maturitate consiliorum, & actuum honestate. Hæc sunt quæ officium Episcopale maximè nobilitant, & ornant. Omnia fac cum consilio, non tamen omnium, aut quorumcumque, sed tantum bonorum, bonos in consilio, bonos in obsequio, bonos habeas contubernales, qui vitæ & honestatis suæ & custodes sint, & testes. In hoc te probaueris bonum, si testimonium à bonis habueris. Honora, inquit, ministerium tuum, non dominium. Ipsum itaque honora, non te. Nam qui quærit quæ sua sunt, se cupit honorare, non ministerium. Honorabis autem non cultu vestium, non equorum fastu, non amplis ædificiis, sed ornatis moribus, studiis spiritualibus, operibus bonis.

Prælati assumi debet.

105. **A**D HEBRÆOS 5. *Omnis pontifex, ex hominibus assumptus, &c.* HVGODES. VICTORE. Duplex esse debet assumptio eorum, qui præficiuntur, scilicet ut intus per gratiam primùm assumantur ad virtutis excellentiam, & foris per electionem, & auctoritatem ad gradum dignitatis. Verùm assumuntur alij foris, & non intus sicut mali prælati, alij foris, & intus, sicut boni prælati, alij intus, & non foris, ut boni subditi, alij nec foris nec intus, ut mali subditi.

Prælati similis in omnibus subditis sola cura distinguuntur.

106. **C**HRYSTO. *hom. 4. in 2. ad Thessalon.* Omnia nobis paria. Eundem vtiq; baptisum habemus, eodem spiritu dignati sumus, Christi ex æquo fratres, ad idem regnum luctamur, & properamus. Breuiter omnia nobis sunt communia. Vbi ergo est in quo vos excellam vobis dissimilis? In curis scilicet ac laboribus, sollicitudine, ac dolore, quo vestri gratia premor. At nihil hoc dolore suauis. Nam & mater pro filio dolens dolere delectatur, sollicita gaudet, curam in se amara licet sit pro liberis impensa, voluptatis multum habet.

Cedro, & aliis arboribus comparatur.

107. **I**SAIÆ 41. *Dabo in solitudinem cedrum & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ.* GALFRID. Per hæc intellige prælatos Ecclesiæ. Ecclesiæ vitam supereminens huius arboris altitudo commendat, ut non sit sicut populus sic sacerdos: Sed deorsum gregibus inclinatis quæ sursum sunt quærētis appareat forma pastoris. Nihilominus etiã fortis cedrus, & impatibilis, eosdem prælatos admonet de tolerantia tribulationum, & perseverantia puritatis: *Quid etiam de cœdi huius odore loquamur?* Magnum aliquid, & eximium præfert, delectat homines, serpentes fugat; Sic Apostolus Paulus, & eius similes, Christi bonus odor erant. Odor opinio est, odor testimonium bonum, odor præcipuus, & immensus, notoria sanctitas, & insignis fama virtutis. Pungit cedrum lingua mea, quam vita non exprimit; & quam opere non exhibeo, commendo ore personam. Sed cum huiusmodi cedro opus est spina, & myrto, & ligno oliuæ. Spina quidem, vel saltem ipsam cedrum necesse est etiam spinam esse. Dico autem ut peccata delinquentium nondissimulet: sed pungere magis studeat, quam palpare. Veruntamen non modo durum magistri, sed patris pium ostendat affectum, ut cum spina myrtum exhibeat. Siquidem lenis huius natura virgulti temperatiua, & releuandis apta doloribus. Propter quod inter myrta prophetæ apparuit olim, qui venturus erat ad medendum contritis corde, & captiuis indulgentiam præstiturus. Est & oliua fructifera, qui fuerit efficax in doctrina minister scientiæ salu-

taris. Facile est ipsis quatuor, totidem spiritus assignare virtutis, ut magnanimitas cedro; spina iustitia, temperantia myrto, ligno oliuæ prudentia tribuatur. Sed & facies quatuor animalium, eisdem nihilominus congruunt, aquilæ, leonis, bouis, & hominis. Excelsit in aëribus Aquila celsiori volatu, sicut arbores celsitudine cedrus, leonina facies, & humana spinæ & myrto conuenienter aptatur. Sicut enim leo cruentus est, spina cruentans: sic humanus dicitur misericors, & moderatus, & mitis. Exiit hominem, qui humanitatem non exhibet, & naturæ iniurius existit. Ad instar bouis arantis conscientia terram aperit prædicator strenuus, & fidelis.

Boni prælati cura qualis esse debet.

108. **C**LEMENS ALEXANDRIN. *lib. 1. Strom.* Non similiter ouem contemplatur coquus & pastor: ille quidem, ut sit pinguis diligenter scrutatur: hic verò lac ouis obseruat an sit generosum. **BASIL. hom. de Penitentia.** Boni pastores vbi fuerit ouis abrepta, vellus saltem eruerit conantur. Si vellus interceptæ ouiculæ seruare bonum est: anima hominis digna non est, quæ è faucibus lupi exipiat. **IDEM in regulis suis disputatis, interrogazione 9.** Si quis præfectus est procurandæ regie pecuniæ, esto de rebus iis quæ partæ iam sunt, nihil interuerterit omnino, ad seque transferentis tamen si quæ præterea acquiri poterant, negligentia sua non acquisierit, sed passus sit deperire, nihilominus tamen in crimine est. Quam graue tandem censere debemus iudicium illis imminere qui in rebus Dei nomini iam consecratis, vindicandis, lentè, ac negligenter se gesserint.

Contra abusum assumendi indignos ad prælationem.

109. **G**REGOR. NAZIANZ. *Oratione funebri in Glandem Basilij.* Legem laudo nauatarum, quæ prius gubernatori remum in manus dat, indeque in proram deducit, & vteriora concedit: itaque tandem super gubernacula, cum multa maris experientia, & ventorum statuit cognitione. Pariter & in rebus fieri solet bellicis. Miles sub initium quis efficitur, deinde ordines regit, tandem etiam in ducem euadit. Siquidem ordo ipse optimus est incipientibus, pariter & vtilissimus. Res verò nostræ, multum dignæ essent, si ita se haberent. Nunc verò sanctissimus apud nos periclitatur ordo, ne præ rebus cunctis sit ridiculosissimus: non enim ex virtute, magis quam ex malicia oritur præsidencia, neque digniorum, sed potentiorum sunt throni, &c. Cathedra, sine vilo acquiratur labore, &c. Vnius diei sanctos facimus, ac sapientes esse iubemus eos, qui nulla præditi sunt sapientia, &c. Hic quidem inferiore amat locum, & humilis consistit cum dignus sit sublimi, ac multum in literis exercitatus diuinis, multumque carnem ad spiritus domauerit subiectionem. Alius verò sedet arrogans superciliâque tollit contra meliores, nec tremit ob thronos, minus horret aspectum modestæque deorsum aspiciens, sed longè se viribus suis, & seipso meliorem esse censet, male sentiens, ac sapientiam à potestate desumens.

Qualis esse debet qui prælaturam aggreditur.

110. **IDEM** *Oratione de statu Episcopali.* Nemo magno Deo, ac sacrificio, & Pontifice dignus est, qui non prius seipsum Deo offert sacrificium viuens, seu potius qui non factus est templum Dei videntis ac videntis, &c. Desiderium sese audacter ingerendi, nunquam laudabile est, conatus verò terribilis, ac ideo decet, ut vnusquisque primò se expurget, deinde cum puro conuerteretur si non velimus Manue illud

audire,

audire, & dicere, cum in Dei contemplationem incidimus. Perij ò mulier; quia Deum vidi; seu Perri instar, Iesum à nauicula repellere tanquam minimè eo ob rimiditatem digni. Aut sicut centurio ille qui sanitatem pro filio experabat. Dicitur igitur vnusquisque è nobis quamdiu centurio est, & multæ in militia potentia Casariæque deorsum trahenti, & huius mundi militat Domino. Non sum dignus ut teetum meum subeas. Cum autem Iesum videbo, etiam si ætate spiritali adhuc sim paruus, Zachæi illius instar, & super sycomorum, id est, carnis affectum attollar, mortificans membra super terram, ac euacuero corpus humilitatis, tum Iesum excipiam, & audiam. Hodie facta est salus domui huic.

Boni prælati cura qualis esse debet.

111. **IDEM** *Oratione, Cum reuerteretur ex agro.* Ego cum apud vos agerem, minimè sentiebam affectum, cum verò separatus essem, desiderium cognoui tyrannum illum dulcem: Nec nouum quid. Si enim bubulcus adeo conqueritur, cum vitulus ab armento aberrauit; & pastor cum ouis gregem dereliquit: aut auicula quæ foetum suum desiderat, quem nuper reliquerat; ut fistulas sumat, & in speluncam quandam ascendat, ac tristitia in selet calamus, alisque aberrantia tanquam rationabilia, & si exaudiunt plus gaudet, quam ob alia cuncta simul quorum curam non gerebat. Auicula verò cum stridore ad nidum aduolat, ac in tridentes incidit pullos, alisque confouet; quanto maiori curæ oues rationales idoneo pastori esse debent? Præcipue cum aliquantulum pro illis fuerit periclitatus. Nam & id amori aliquid addit. Ac ideo graues istos lapos timeo, ne tenebras obseruantes gregem nostrum diripiant sermonibus deceptiis, & violentis, &c.

Prælati officium perdifficile, & qualis esse debeat.

112. **IDEM** *in Apologico.* Religioni, ac doctrinæ nostræ Ioprobrium nascitur, quod sacerdotia, vel ministeria, ambitione potius & gratia, quam meritorum iudicio deferuntur. Cuius rei vitium, vel ab eo, nisi prohibere supra nos est, ac certe erubescere, & auerfari pars aliqua pietatis est, &c. Arbitrabar non esse simile, sicut & nunc quoque arbitror, pecora, vel armenta regere, & hominibus præesse, atque animas moderari: ibi enim studium est, gregem, vel armentum, vel peccoris validum mæbris & letum carnis facere, &c. nec aliud vltra operis, vel armentario imminet, vel pastori, nisi quod parua quedam sollicitudo requiritur aduersus insidias, atque improbitatem luporum, & sicubi fortè ægrum pecus, vel reuere oculo, vel palpando curare, &c. Ad hæc, vel iugulare pinguis quodque, vel in pretium vertere licet, &c. Homini verò perdifficile cum sit, scire regi, id est, regenti se obtemperare, multo difficilior est scire alios regere, & regere secundum istam nostram disciplinam, quæ ex diuina lege descendit, atque ad Deum ducit. Cuius quanto spes, & gloria maior est, tanto periculum grauius, quippe habentibus intellectum. Quem rectorem primò omnium, ut mihi videtur oportet, sicut argentum, vel aurum probari, & ex omni parte circumspici, atque in omni tempore, & actibus contemplari, ne quid fortè habeat intra se admixtionis alienæ, vel materia vilioris, & rancum sonum æris, vel plumbi admixtione respondeat, & lateat intrinsecus adulterinum aliquod, quod examinet, & resoluat. Quod malum vtiq; tanto fiet perniciosius, quanto numerosioris populi rector extiterit. Sicut certè grauius est in multos diffundi pestem, quam vnum pestilentia consumi. Nec cadaueris fetor ita

perniciosus est, si vnum polluat locum, sicut si spatium læuo nidore diffuso corrupti aëris morbum pluribus generet. Ita si quis est in rectore vitiorum moribus: facile in eos, qui ei ad obtemperandum præsto sunt trahitur, atque transfunditur: & multo facilius, quod est malum ab eo transit, quam si quid in eo virtutis & industriæ fuerit. In quo ego quoque soleo crebrò apud memetipsum de talibus conferens admirari plurimum, quod tam facile, & sine aliquo labore, atque vllis adminiculis malitia proficit, & ita nihil tam facile est, quam effici malum, etiam si nemo doceat, nemo compellat: rarum autem, & perdifficile sit, fieri bonum: & ita quasi condescensus sit ardua cuiusdam rupis præruptæ ascensus, licet plures pronocent, licet multi inuident, etiam si omnes faueant & hortentur.

Ars artium hominibus præesse.

113. **IDEM** *ibidem.* Reuera mihi videtur esse ars artium, & disciplina disciplinarum, hominem, vel regere, vel imbueri, qui certè est inter omnes animantes maximè & moribus variis, & voluntate diuersis. Haud segnius sanè quis etiam ex medicina corporum, curam quoque contemplabitur animarum, & quanto difficilior captu corporalem inuenit medicinam, tanto difficilior reperiet animarum: si quidem & substantiæ qualitas multò est præstantior, & finis rerum multo pretiosior. Illa namque corporibus exhibet medicinam, & erga temporalè materiam curam adhibet, ac diligentiam, &c. quæ omnia, quamuis magno cum labore peraguntur, nihil tamen in his tale geritur, quale est mores corrigere, vitia purgare, emendare vitas, & propositum ad meliora conuertere; atque omnia quæ intra nos, vel etiam pro illis nobis geruntur, sedula circumspectione moderari, ut omne quod in nobis est belluinum, & ferum, à natura separantes; si quid lenitatis, & mansuetudinis est, si quid homine dignum, & Deo charum pro illis omnibus inseramus, æquumque iudicium inter animam habeamus, & corpus. *& infra.* Ex multis, ac diuersis & moribus, & linguis, ac institutionibus, vel vnum animal compositum, sibi que dissimile commune hoc corpus Ecclesiæ qui instituendum suscepit, ac regendum; cum esse debeat ipse apud se semper immobilis, & idem, necesse habet tamen singulorum, & moribus se & institutionibus conformare, ac sermonem suum singulis aptare opportunum: quoniam quidem alij lacte indigent, hi videlicet quibus prima adhuc religionis fundamenta traduntur, cum sint paruuli in fide, & vitilis adhuc (ut ita dixerim) cibi vigorem ferre non possunt. *& infra.* Fortioribus quidem, & potentibus damnum est, non officia administrare maiora; nec erga plurimos exercere virtutem, sed in paruulis rebus, & modicis coactari; veluti si quis ingentis luminis lampade locum parui conclaus illuminet, aut arma potentia, & vitilia, exiguo velit corpori, & exiguis membris inserere. Paruis autem tutius est paruum onus, & non supra vires leuare, ne vel dirisui fiant, simul & periculum subeant. Sicut nec turrim quidem ædificare conuenit alij, nisi ei impensæ quoque perficiendi præsto sunt.

Contra prælatos negligentes.

114. **D**AMAS. PAPA *Epist. 4. Distinctione 78. c. Cor Episcopi.* Pastores qui curam sibi à Deo commissam negligunt, videntur mihi esse meretricibus similes, quæ statim ut pariunt, infantes suos aliis nutricibus tradunt educandos, ut suam citius libidinem explere valeat: sic & isti infantes suos, id est, populos sibi commissos aliis educandos tradunt, ut suas libidines expleant; id est, pro suo libitu secularibus curis inhiant, & quod vnicuique visum fuerit liberius agant.

agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oves pereunt, morbi crescunt, hæreses & schismata procedunt, Ecclesie destruantur, sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proveniunt. Non taliter Dominus docuit, nec Apostoli instituerunt: sed ipsi qui curam suscipiunt, ipsi peragant, & ipsi propriis manibus Domino repræsentent. Nam ipse ovem perditam diligenter quasiuit, ipse invenit, ipse propriis humeris reportavit, nõsque id ipsum facere perdocuit. Si ipse pro ouibus tantam curam habuit, quid nos miseri dicturi sumus, qui etiam pro ouibus nobis commissis curam impendere negligimus. & aliis eas educandas tradidimus? Corrigantur hæc fratres necesse est; quia qui plus laborat, maiorem mercedem accipiet. Audiant quid beatus Iacob, qui pro vxoribus diu fertuerat, dixerit focero suo. [Viginti annis fui tecum, oves tuæ, & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi; ego damnatum omne reddebam, & quidquid furto perierat à me exigebas, diu, noctuque, æstu vrgebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.] Si ergo sic laborat, & vigilat qui pascit oves Laban, quanto labore, quantisque vigiliis debet intendere qui pascit oves Dei?

Prelatus corrigat ut pater.

115. CHRYSOST. *Hom. 3. de David, & Saule.* Quandoquidem & patres filios delinquentes frequenter ex ædibus exigunt, & à mensa submouent: non ut semper illinc exulent, sed ut hac correptione redditi meliores cum debita laude in paternum redeant contubernium. Idem sanè faciunt & pastores, dum oves scabie oppletas à sanis segregat, ut misero morbo leuata, denuo turo ad sanas reuertantur, potius quam ægrotæ gregem vniuersum suo illo morbo impleant.

Prelati muneris est in tribulatione gregem defendere.

116. CHRYSOST. *Oratione 1. aduersus Iudæos.* Pastores quamdiu noxia bestia molesta non est, subillicem, aut populum, porrecti fistula canunt, sinentes oves liberè pro suo arbitratu pascere. Verum simul atque fenferint alicunde luporum incurfionem imminere, mox abiecta fistula fundam arripiunt, & omisso calamo fastibus & saxis obarmant sese, proque septis consistentes, magno, longoque uulatu vociferantes, frequenter ipso clamore feram priusquam irumpat abigunt: itidem & nos facimus. Superioribus enim diebus in scriptura, velut in prato ludentes, atque dicentes, nihil in oratione attigimus contentiosi sermonis: eo quod nullus esset, qui nobis obturbaret, aut molestus esset. Cæterum, quoniam hodie lupis omnibus sæuiores Iudæi oves nobis circumuallaturi sunt, ad pugnos, & pugnam accingamur oportet, ne quid nobis ereptum cedat in prædam ferarum.

Prelati diligentia in gregis fructu conspicitur.

117. CHRYSOST. *Oratione de B. Philogonio.* Quemadmodum aliquis ingressus vineam, vitæque contemplatus pampinis comantes, fructu grauidas, maceris, ac sepris vndique munitas: haudquaquam desiderat cuiusquam orationem, qui demonstrat vinitoris industriam, & agricolæ virtutem. Itidem & hic si quis ingressus conspiciat vites spirituales, vestrumque fructum contempletur: nihil opus habuerit, ut ex cuiusquam oratione discat qualis sit vester præpositus.

Prelati est non vi, sed hortatu, subditos meliores efficere.

118. CHRYSOST. *lib. 2. de Sacerdotio.* Exteri quidem iudices cum facinorosos homines legis transgressores fuisse deprehenderint magna præditos auctoritate, ac potestate se ostendunt, eosdemque, vel inuitos suos ipsorum mores mutare cogunt. Christiano verò non vim afferre, sed suadere tantum oportet, atque hac ratione meliorem efficere quem emendandum suscepit. Etenim qui oves perdidit, vel lupis rapientibus, vel latronibus adoritentibus, &c. fortassis veniam nonnullam à domino gregis impetret. Sin & pœnas ille exiger, damnum ipsum pecunia constet. At verò cui homines ipsi rationalis Christi grex concrediti sunt: Hunc primum ouibus perditis non pecuniarum, sed animæ propria iacturam facere oportet. Tum verò & certamen longe maius, ac multo molestius sustinere.

Contra prælatos negligentes.

119. GENES. 31. *Die, noctuque æstu vrabar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis, &c.* CHRYSOST. *hom. 29. in epist. ad Roman.* Perpendamus ouium pastores, qualia, & quanta pro pecorum suorum custodia patiantur, &c. Si tantum erga pecora diligentie impendunt pastores, quam quælo excaufationem habebimus, quibus rationales animæ concredite sunt, quod profundum hunc somnum dormimus?

Gratia Dei operatur in prælati propter populum sibi commissum.

120. CHRYSOST. *hom. 13. ad Coloss.* Si in asina, & diuinatore operata est gratia Dei propter dispensationem, & utilitatem Israëlitarum, manifestum est quod neque in nobis operari detrectabit, sed hoc facere sustinebit propter vos. Et hoc ut discatis, ad Cain loqui dignatus est propter Abel, Diabolo propter Iob, Pharaoni propter Ioseph, Nabuchodonosor propter Daniele, Balthasaro quoque propter eundem; & Magi quoque reuelationem sunt consequuti; & Caiphas cum esset occisor Christi, prophetauit propter sacerdotum dignitatem. Dicitur & Aaron huius gratia lepra non esse correptus. Nam dic quælo, qua ratione cum vtrique Moyfi obloquuti essent, Maria sola pœnas dedit? Si enim in externis, ac mundanis dignitatibus, etiam si mille modis quisquam inculsetur, non tamen primam ad iudicium ducitur, nisi prius principatum deposuerit, ne ille cum ipso opprobriis pateat: multo magis in prælatura spirituali, quisquis tandem ille sit, qui eam gerit, operatur gratia Dei.

Præsentia prælati necessaria populo.

121. AD HEBRÆOS 13. *Obedite prepositis vestris.* CHRYSOST. *hom. 34. ad Hebræos.* Malum est ubi nullus principatus. Sicut enim, si ex choro ipsum choryphanum auferas, nequaquam modulatus chorus vel ordinatus existit. Et phalanx militum, si ducem non habeat, nullo modo numero acies illa, vel ordine procedit; & nauis si gubernatore priuatur, pessimum eat necesse est: & gregi si pastorem abstuleris, cunctus dispergetur, & peribit.

Prelati officium præfertur monachorum ordini.

122. CHRYSOST. *lib. 6. de Sacerdotio.* Monachorum quidem labor multus, & certamen ingens, sed qui volent eius instituti sudores cum sacerdotij administratione conferre, tantum inter illa duo, discrimen esse comperiet, quantum inter priuatum, & regem interuallum. Tanto hoc rectè administrare, quam

quàm illud bene exercere difficilius. Monacho si quidem labor corporis, animique communis est, vel potius maiori ex parte corporis constitutione absoluitur. Nam ieiunare, humi cubare, vigilare, & id genus monastica ad durandum, castigandumque corpus exercitia, statim deperunt, nisi sufferendis actionibus par fuerit, & animi promptitudo, nisi id valens fuerit non habet quomodo in opus exeat. Hic verò nulla simplicitate arte opus, tali certè quæ corporis habitudine non admodum indigeat. Quid enim præfidij corporis robur afferat animi virtutibus, quibus Paulus Episcopum instruxit exercendis? Ut præficatoribus necessaria est instrumentorum, rotarum, funium, gladiorum copia, & varietas: Contra philosophus, artem vniuersam in animo reconditam habet, externorum nihil indiget: sic monachus alienis rerum, locorumque ad vitam illam commodis indiget, ut fuit anni, cæli, acrisque temperies. Sacerdoti autem quod ad ipsius vsu pertinet, ad eum non eis opus, utpote qui sese cum minimè curiosum, tum promiscuum omnibus iis in rebus, quæ damnum non afferunt præstare, tum verò scientiam omnium in animi thesauro reconditam habere debeat.

Casus prælati cedit in damnum totius populi.

123. CHRYSOST. *lib. 2. de sacerdotio.* Qui brutum gregem perdere querunt, ubi viderint eius præfectum fugæ se mandare, ommissa contra illum pugna contenti sunt pecudum raptu. At hic ut vniuersum gregem ceperint, nec sic quidem à pastore manus abstinent, sed hoc magis instant, nec dimicandi finem prius faciunt, quam vel illum supplantarint, vel ipsi vincas manus præbuerint.

Qualis esse debet.

124. CHRYSOST. *lib. 3. de sacerdotio.* Non aliunde arbitror tam multas in Ecclesiis turbas nasci, quam ex Episcoporum antistitumque electionibus, casu potius ac temerè, quam diligenter accuratèque factis. Nam caput valentissimum quidem esse oportet, ut prauas exhalationes, ab inferiori reliqui corporis parte sursum ascendentes dispensare, & eas ritè, atque ordine componere possit. Cum enim per se caput infirmum est, ac fumorum illos morbificos insultus repellere non potest; tum sit, ut ipsum etiam infirmus in dies reddatur, tum autem reliquum corpus secum perdat.

Prelati charitas erga subditos.

125. CHRYSOST. *homil. 13. ad pop. Antioch.* Sicut mater filium febricitantem cernens dolenti, & ardenti assistens, lugens ægrotanti dicit filio: vti nam fili, febrem ego suscipere possem, & in me flammam attrahere. Sic pastor. Vti nam possibile esset, me pro vobis laborantem omnibus, rectè agere. Verum hoc non licet, sed quemque necesse est à se commissorum pœnas pendere.

Prelati boni cura, & scientia.

126. AMBROS. *super Psal. 118. serm. 13.* Neque arborem dixerim custodire fecunditatem naturæ quæ luxuriat foliis, vanescit in fructu. Nec terram illam dixerim custodire fructus suos quæ cum silicem inuisam pascit, agricolis edere frumenta non solet. Nec pastor, custodire videtur pecus, qui eligere pabula profutura non nouerit, lupos cauere, canibus vallare ouilia sua, nesciat potum, cum opus sit, ministrare. Nam producere tantum sine vlla cura mutum pecus, tantumdem est, quantum scripturas legere populum Iudæorum, & nescire ubi sunt spiritualis pa-

scua sacramenti, ubi litera occidat, ubi intelligibiles occurrant lupi, ubi sit requies refectionis, ubi spes resurrectionis, qui sunt canes; qui pro gregis possint latrare custodia, populus & ipso grege magis mutus ignorat.

Ars artium, regimen animarum.

127. GREGOR. *1. p. Pastor. cap. 1.* Nulla ars doceri præsumitur, nisi intenta prius meditatione discatur. Ars artium est regimen animarum. Quis cogitationum vulnera occultiora esse nesciat, vulneribus vitærum, & tamen sæpe qui nequaquam spiritualia præcepta cognouerunt, cordis se medicos profiteri non metuunt: dum qui pigmentorum vim nesciunt, medici videri carnis erubescunt. CLIMACVS *de obedientia gradu 4.* Sicut crudele est ex ore famelici infantis manibus panem rapere: ita & seipsum & operarium lædit, qui animas suscipit regendas, nisi illi coronas quantas illum sustinere posse nouit, horis singulis providere satagit, siue per contumelias, siue per ignominia, siue per obiectiones, siue per ludibria.

Prelati cura qua esse debeat.

128. BERNARD. *lib. 4. ad Eugenium.* Quotidianas expensas, quotidiano recipiamus scrutinio, & innumera dominici gregis detrimenta nescimus. De pretio carni, & numero panum cum ministris quotidiana discussio est. Rara admodum celebratur collatio cum presbyteris de peccatis populorum. Cadit asina, & est, qui subleuet eam, perit anima, & nemo, qui reputer. Sic optimi aestimatores rerum, qui magnam de minimis, parvam, vel nullam de maximis curam gerunt. LAURENTIUS *Iustin. de institutione, ac regimine prælatorum, cap. 2.* Quemadmodum peregrinantibus, si contingat per siluestria incedere loca, in quibus, vel indomitæ latent ferae, vel latrunculi, viatores depreddari cupientes obfideant, maxima ut securi ceptum iter peragere possint, adhibenda est prudentia. Ita qui ad regimen vocantur animarum, summa cum diligentia obseruare debent, à quo vocantur, quòve ad illud moueantur affectu: quoniam ministerium difficillimum accepturi sunt. Circumspiciendum igitur summa cura, ne in animarum cura, in pericula nos coniciamus.

Prelatus, naturam cuiusque, sicut medicus attendat.

129. IDEM LAURENTIUS, *ibid. cap. 8.* Medicæ artis periti, hoc habent proprium, ut non omnibus æqualiter, sed singulis diuersa, prout expedire perspexerint, impertiantur medicamenta languentibus. Nunc quippe ferro, nunc cauteriis; sæpe verò variis vtuntur vnguentis; interdum ægrotantes ciborum attenuant parcitate; nonnunquam autem exquisita alimentorum qualitate sustentant; naturam vti que singulorum attendunt, ac vitam, atque iuxta vniuersumque necessitatem, remedia tribuunt. Idem faciet Ecclesie pastor, animæ medicus.

Prelatorum cura qualis esse debeat.

130. IDEM *ibid. cap. 17.* In exercitu, singuli milites, propria tractant negotia & pro sua laborant salute, videlicet qualiter illis hostes possint euadere, illos etiam inuadere, depreddari, atque subigere. At verò totius dux exercitus præter suam gerit omnium curam, &c. Secum tacitus cogitat de vniuersorum indemitate quomodo scilicet valeat aduersarios decipere, &c. Ad illius quoque imperium mouentur castra, acies diriguntur; certamen geritur, &c. Ipse hortatur tepidos, vrget pigros, robustos accendit, retro gradientes

impellit, deordinatos ordinar, &c. Quod autem de visibili dictum est exercitu, hoc de spiritali, & invisibili censendum etiam non ambigo. Porro istum spirituales exercitū, congregationem dixerim omnium esse fidelium, qui in Ecclesia, tanquam in campo sub diversis gradibus; distinctis videlicet agminibus sunt ordinati ad bellum adversus aëreas potestates, quæ profecto mille modis, occultisque machinationibus, fraudibus innumerabilibus, & implacabili crudelitate diu, noctūque Dei castra impugnare non desinant. Ad quorum si quidem defensionem, instructionem, & regimen instituti sunt spirituales duces animarum, videlicet pastores, atque rectores; quatenus ipsorum salubri provisione, exercitatione laudabili, admonitione sancta, cælesti sapientia plebs tota credentium, quæ per se minus est valida, ad pugnam animarum indeficienter, iugiter erudiat, protegat orationibus, atque ad certaminis perseverantiam consiliis salutaribus roboretur. Istis profus incumbit cunctarum gubernatio Ecclesiarū, omnium prædita est cura fidelium, quibus quemadmodum adscribitur ad meritum vniuersorū corona vincuntium: Ita è regione pereuntium, de ipsorum manibus requiritur sanguis, si tamen erga eorum salutem repetiti sunt desides, atque vitæ monita eisdem insinuare neglexerint.

Prælati, signo militari comparatur.

131. **I**DEM *ibid. cap. 20.* Quemadmodum signum in sublimi, & in publico expositum, ne ventorum impulsu, & flatibus corruat, necessè est vt funibus, aut clavis, aut vectibus firmetur: ita de vnoquoque homine in cathedra Ecclesiasticæ dignitatis constituto hoc idem censendum esse non ambigo, idque eo accuratius, quo signo insensibili pretiosior est homo, easus maior, perniciosiorque ruina. Nam si deiiciatur, vel labatur signum, aliud absque alicuius detrimento, vel scandalo loco eius erigitur: non autem sic de homine in regimine posito. Si enim suam transgreditur professionem, aut delinquat publicè, notorium in Ecclesia infert scandalum, derogat dignitati, auctoritatem admittit regimini, præbetque exemplum delinquendi iis, quibus formā virtutis exhibere debuerat.

De dignitate Episcopali.

132. **A**MROS. *lib. 2. de dignitate Sacerdotali, cap. 2.* Honor, & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, & principum diademati longè erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorè compares: quippe cum videas regum colla, & principum submitti genibus sacerdotum, & exocularis eorum dextris orationibus eorum se credūt communiri. **I**DEM *ibid. cap. 3.* Sicut nihil esse diximus Episcopo excellentius, sic nihil esse miserabilius, si de sancta vita Episcopus periclitetur, si sacerdos in crimine teneatur. Et vt leuius est de plano corruere: sic grauius est, si de sublimi ceciderit dignitate.

Census prælati, plurimum nocet toti gregi.

133. **C**HRYST. *lib. de dignitate sacerdotali.* Sicut validioribus morbis corpore vitato, reliquum necesse est corpus inundatione superioris morbi lethalius irrigari. Ita & hi qui caput videntur esse Ecclesiæ, morbo pestifero fraternum vitiant corpus, vt nihil ex totius corporis compage in faucibus possit euadere, quod negligentiam sacerdotū vitiositatis mortale fecerit virus: ita vt videas in Ecclesia passim, quos non merita, sed pecuniæ ad Episcopatus ordinem prouexerunt.

Prælati peccatum, plurimum nocet.

MATH. 5. *Vos estis sal terra.* **HIERON.** contra *Luciferianos.* Vt sal omnem cibum condit, nec est aliquid tam suauis, quod absque eo gustum demulceat: ita mundi totius & propriæ Ecclesiæ condimentum Episcopus est, qui si infatuus fuerit, siue per negationem, siue per hæresim, siue per libidinem, & (vt semel dicamus) per vniuersa peccata, à quo alio poterit condiri, cum ipse fuerit omnium condimentum. Vide *supra*, num. 133. ex **CHRYSOST.**

Ruina prælati generat scandalum, vide Scandalum, num. 14.

PROPHETIA.

- Propheta futura prævident. 1. 5. 14. 21.*
- Propheta intelligunt qua loquuntur. 2. 11.*
- Prophetant quandoque mali. 3. 4. 7.*
- Spiritus prophetia, non semper est subditus prophetis. 6. 8. 9. 10.*
- Spiritus prophetia confortatur Iacob. 12.*
- Spiritus prophetia adest, & subtrahitur à Deo. 13.*
- Propheta dupliciter sumitur. 15.*
- Prophetarum dictis firmantur Apostolorum prædicationes. 16.*
- Propheta gradus quis perfectior. 17.*
- Quomodo nos ex parte prophetamus. 18.*
- Propheta additur in signum certum rei promissa. 19.*
- Propheta via sunt ducentes ad Christum. 20.*
- Propheta quare tempora suæ prophetia assignant. 22.*
- De prophetis comminatricibus. 23.*
- Propheta curatur per Prophetam. 24.*

Propheta futura prævident.

GENES. 1. *Faciamus hominem, &c. & præsit piscibus maris, &c.* **CHRYSOST.** In Hebræo legitur, [Et præsit piscibus, &c.] Quia mos est prophetarū omnium de nō factis, vt de factis loqui. Quia mentalibus oculis videbant, quæ post multorum annorum curricula erant futura. Ita hic propheta dicit, *Faciamus hominem, &c. vt præsit:* in plurali, quia præsentis habebat homines descendentes ab Adam. Sicut Dauid futura tanquam præterita prædicit dicens: [Foderunt manus meas & pedes meos, &c.] & alibi. [Dimiserunt sibi vestimenta mea.]

Propheta intelligunt qua loquuntur.

GENES. 3. *Qui, scilicet serpens, dixit ad mulierem, &c.* **AVGUST.** Serpens non verborum sonos intelligebat, qui ex illo siebant ad mulierem, vt pote qui anima rationali carebat. Imo nec ipsi homines, quorum rationalis natura est, cum dæmon in eis loquitur, sciunt quid loquantur, &c. Sic ergo locutus est serpens mulieri, sicut asina in qua sedebat Balaam locuta est homini. Nisi quod illud fuit opus Diaboli, hoc angelicum. Habent enim quedam boni, & mali Angeli similia, sicut Moyses, & magi Pharaonis. **STRABVS.** Sic differunt boni, & mali spiritus cum in aliquo loquuntur. Quod Diabolus quemcumque arripuerit, intellectum, & rationem tollit. Sicut patet in energumenis qui non intelligunt quod loquuntur. Spiritus verò bonus, quoscumque gratia repleuerit, videntes, & intelligentes facit. Vnde spiritus Prophetarum subiectus est Prophetis,

Propheta

Prophetant quandoque mali.

3. **GENES. 5.** *Vocavit, scilicet Lamech, nomen eius Noë dicens iste consolabitur nos, &c.* **CHRYSOST.** Lamech præscientiæ suæ prævidebat futura, & vt vidit malitiam hominum magis, ac magis increfcere, prædicit per appellationem pueri mala, quæ totum humanum genus deprehensura essent, vt, vel timore castigati abarcerentur à vitiiis, & amplexarentur virtutem. Sed dices: Vnde Lamech hoc habuit, vt tantum vaticinium prædiceret. Non enim meminit scriptura quod multa virtute claruerit admirabilis? Ne mireris dilecte. Dominus enim noster sapiens, & omnipotens & per indignos concedit prædici magnas, mirabile res, idque non in veteri solo, sed etiam in nouo Testamento videre est. Audi Euangelistam de Caipha dicentem, [Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit,] scilicet quod moriturus erat **IESVS**, non solum pro populo, sed etiam pro gente, &c. Balaam etiam tale quid fecit: Vocatus enim vt malediceret populum, non solum non maledixit, sed & prædixit multas, mirasque res tam de aduentu Saluatoris nostri quàm de populo.

Idem.

4. **GENES. 11.** *Celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras.* **LIPOMANVS.** Certè voluntate Dei prauitas contra seipsum vaticinatur. Sic enim Scribæ, & Pharisei de seipsis prophetarunt futurum, cum dixerūt. [Ne forte veniant Romani, & tollant locum nostrum & gentem.] **IOAN. 11.**

Propheta futura prævident, visione multiplici.

5. **GENES. 15.** *Factus est sermo Domini ad Abram per visionem.* **INTERL.** Id est, per occultam inspirationem. Aliqui addunt in nocte. **CHRYSOST.** Quare in nocte scilicet vt in silentio, & quiete, melius quæ dicuntur accipiat. **GREGOR. NAZIANZ.** in oratione de Spiritu sancto. Patriarchæ Deum sub imagine viderunt, prophetæ verò etiam futura prospiciebant affecti mente à Spiritu sancto, tanquam cera, quo fiebat, vt sibi futura tanquam præsentia videre viderentur. **LIPOMANVS.** Pleraque sunt visionum genera, quedam, qua vigilantibus nobis, tota membrorum compago resoluitur, vt de se Daniel prodit, alia qua id minimè contingit. Sed tanta est eius hominis, qui vider expiatio, tantaque cum Deo familiaritas, vt dissolutione atque ecstasi minimè opus sit, sed amicè, ac familiariter cum Deo loquatur: sicut hic contigit Patriarchæ Abræ.

Spiritus prophetia non semper est subditus Prophetis.

6. **GENES. 20.** *Cogitavi mecum dicens, Forfitan non est timor Dei in loco isto.* **LIPOMANVS.** Dices, Si erat propheta, sciebat vtique, an esset in Geraris timor Domini, nec ne. Respondeo, spiritum Prophetarum non semper subditum esse Prophetis, iuxta illud Prophetæ alterius. [Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est, & nunc Dominus celauit à me.]

Prophetant quandoque mali.

7. **GENES. 24.** *Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portus* (In Hebræo habetur, ciuitates,) *inimicorum tuorum.* **INTERL.** Hoc istis carnaliter orantibus spiritualiter impletum est, Christo super omnes gentes dominatè. **CHRYSOST.** Vide quomodo per infideles futura, vt prædicantur dispensat omnium Dominus, mentem eorum ad hoc dirigendo, & incitando. **AVGUST.** Fratres Rebecca

non Prophetæ fuerunt, aut vanitate tam magna operauerunt, sed eos quod promiserat Deus Abrahæ latere non potuit.

Spiritus Prophetia non semper est subditus Prophetis.

8. **GENES. 7.** *Et non cognouit eum, quia plosa manus, &c.* **HIERONYMVS.** ad Damascum. Non mirum quod vir iustus aliquid ignorauerit, & contra voluntatem suam fecerit. Nullus enim homo, excepto eo qui propter nostram salutem carnem est indutus humanam, plenam habuit scientiam, & certissimam veritatem. Vnde Paulus. [Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.] & [Quid oremus sicut oportet nescimus.] Samuël etiam Propheta connumeratus Moyse in sacerdotio Dei ad vngendum regem missus septem filios Iesse per singulos ignoras vsque ad Dauid nesciisse describitur, cui dictum est. Non quomodo videt Deus, videt homo: homo enim videt in facie, Deus autem intuetur cor. Elifæus quoque qui duplici glorificatus est spiritu, cuius ossa, vitam exanimi cadaveri reddiderunt, cum Sunamitis ad eum venisset in montem, dixit ad Giezi. [Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est, & Dominus abscondit à me, & non nunciauit mihi.] Zacharias etiam, & Daniel ad singulas visiones interrogabant Angelum, & suppliciter deprecabantur, vt exponat sibi quæ sunt illa quæ viderant, & plura sunt quam vt exemplis debeamus docere sanctos viros, & Deo charos ea tantummodo scisse, quæ eis à Domino reuelata sunt; ignorasse verò, quæ eis reuelata non fuerint. Vnde non mirum est & Isaac in suam maximè utilitatem nesciisse quid faceret. Ego quidem puto, diuinæ dispensationis fuisse, vt oculis cæcicaretur. **GREGOR. HOM. 1. super Ezechiel.** Sciendum est, quod aliquando prophetiæ spiritus animum prophetantis ex futuro tangit, atque ex præsentati non tangit, vt patet in Isaac, qui quæ filio Iacob erant longè futura nunciauit. Sed quis esset, qui coram se assisteret, scire non potuit. **IDEM HOM. 10. de Epiphania.** Similiter & Iudæi, ad damnationis suæ cumulum, quem natum despiciunt, nasciturum longè ante præsciuerunt. Quos profecto benè Isaac cum Iacob filium suum benediceret, designauit, qui & caligans oculis, & prophetans in præsentem filium non vidit, cui tamen multa in posterum præuidit. Quia nimirum Iudæicus populus prophetiæ spiritu plenus, & cæcus eum, de quo multa in futurum prædixit, in præsentem positum non agnouit.

Idem.

9. **GENES. 31.** *Hec dicens ignorabat quod Rachel furata esset idola.* **RVPERTVS.** Propheta quidem erat Iacob, & Propheta Isaac, iuxta illud. [Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.] Sed neque Iacob, qui domesticum furtum ignorauit, nec Isaac qui in benedictione filij falli potuit, nec quisquam hominum vnquam omnia sciuit, vel semper subiectum prophetiæ spiritum habuit, præter eum, qui homo cum sit, Deus etiam est, & omnia scit, cum sit ipse sapientia Dei.

Idem.

10. **GENES. 37.** *Madianita vendiderunt Ioseph in Aegypto, &c.* **BERNARDVS.** De gradibus humilitatis. Ioseph cum præuidisset exaltationem suam, nō præsciuit sui venditionem, quamuis propior esset venditio, quam exaltatio. Vt eius exemplo pateat, quod hi qui futura prævidet, per spiritum prophetiæ, etiam non omnia, non ideo tamen putandi sunt nulla præuidisse. Quod autem somnia sua adhuc adolefcens natus narrabat,

narrabat, non vanitati, sed pueri simplicitati & mysterio deputandum arbitror. Si qua autem in eo vanitas fuit per ea quæ passus legitur potuit expiari, &c. Vide *Tribulatio*, num. 20.

Prophetia non est quando intellectus abest.

11. **GENES. 41.** *Nec erat qui interpretaretur.* GREG. 11. *Moral. cap. 14.* Licet Pharaon viderit per somnium quæ erant Ægypto ventura; quia nequirit intelligere, quod vidit, Propheta non fuit: sicut nec Balphasar rex cum vidit articulum manus scribentis in pariete. Cum enim aliquid ostenditur, vel auditur, si intellectus non tribuitur, prophetia minime est.

Prophetia spiritum habuit Iacob ad ingressum Ioseph.

12. **GENES. 48.** *Distumque est seni. Ecce filii tui Ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo.* RVPERTVS. Quamvis intelligi rectè valeat, quod ob aduentum filij, quem diligebat confortatus sit gaudior. Dixerat enim, [Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam:] Tamen confortatum credo prophetiæ spiritu super eum irruente. Vnde & dixit, [Et iste erit in populos, & multiplicabitur, &c.] Confortatus igitur à Deo mente est, qui ægrotabat corpore: ita ut corpus quoque festum alleuiaretur mentis alacritate, & cuius oculi corpore caligauerant, interioris eius hominis acies clarificata est, ut ventura nunciaret.

Spiritus Prophetiæ, & adest, & subtrahitur à Deo.

13. **IBID.** *Disiugue Ioseph ad patrem. Non ita conuenit, pater, quia hic est primogenitus, &c.* LIPOMANVS. Ex hoc loco discimus spiritum prophetiæ non semper prophetarum mentes irradicare. Nam quod hic Iacob reuelauit, celauit Ioseph, quod Deus omnipotens ex magnæ pietatis gratia disponit. Nam dum prophetiæ spiritum aliquando dat, & aliquando subtrahit, prophetantium mentes & eleuat in celsitudinem, & custodit in humilitate. GREGOR. *Homil. 2. super Ezechiel.* Et Iacob, dum ventura nunciabat, & eos qui corporeis oculis videre non poterat, ante se posuit per spiritum discernebat; ostendit, quod aliquando prophetiæ spiritus ex præsentia pariter, & ex futuro, prophetantis animam tangit. Sic Prophetæ contigit Ahia, 3. *Reg. 14.* cum caligantibus oculis eam, quæ se esse aliam simulabat, uxorem Hieroboam esse cognouit, & similiter quidquid ei futurum esset aperuit, dicens, [Ego missus sum ad te durus nunciatus, &c. idcirco ego inducam mala super domum Hieroboam, &c.]

Propheta oculi.

14. **GENES. 49.** *Pulchrioribus sunt oculi eius vino.* Per oculos significantur Prophetæ, ait AMBROS. Prophetæ enim sicut oculi, Christum præuiderunt, & annuntiauerunt eius aduentum, de quibus ipse dicit, [Abraham diem meum vidit, & gaudens est.] Et vnus de prophetis dicit, [Vidi Dominum Sabaoth,] quem videntes spiritali læticia complebantur; & ideo hilares oculi eius vino.

Propheta dupliciter sumitur.

15. **EXOD. 7.** *Aaron frater tuus, erit Propheta tuus.* INTERL. Id est interpret. LIPOMANVS. Propheta duobus modis accipitur in scriptura, propriè, & ad hoc requiritur quod reuelationem habeat à Domino. Vnde 1. *Reg. 9.* Qui hodie dicitur propheta, olim appellabatur videns. Aliquando verò accipitur impropriè, pro eo videlicet, qui verba Dei denun-

ciat vel exponit, licet ea non habeat à Deo immediatè, & hoc modo Apostolus dicit, [Itaque fratres amulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere.] Talis hoc loco dicitur futurus Aaron.

Prophetarum dictis, firmantur Apostolorum prædicationes.

EXOD. 26. *Quibus quadraginta bases argenteas fundes, &c.* BEDA. Bases, quibus tabulæ sustentabantur, verba sunt & libri legis ac Prophetarum, quibus Apostoli, & Euangelistæ ea, quæ scribere, ac prædicare vera esse, ac diuina probant. Vnde est illud in Euangelio sæpissimè repetitum, [Tunc adimpletum est, quod dictum est, &c.] Et illud, [Hoc autem factum est ut adimplerentur scripturæ, &c.] Petrus adiecit, [Habemus firmiorem propheticum sermonem.] Binæ autem bases in singulis tabulis per duos angulos subiiciuntur, quia omnis Euangelici, & Apostolici sermonis in prophetici literis, & initium præsignatum inuenitur & finis. Bene autem eadem bases argenteæ sunt factæ, propter nitorem videlicet verbi cælestis. [Eloquia enim Domini, eloquia casta argentum igne examinatum.] GREGOR. 28. *Moral. cap. 9.* Quid per tabulas, nisi Apostoli extensa in mundum prædicatione dilatati? Quid per bases argenteas, nisi prophetæ significantur? Qui super impositas tabulas ipsi infirmi, ac friles sustinent. Quia Apostolorum vita, dum eorum prædicatione instruitur, eorum & auctoritate solidatur. Vnde & coniunctæ binæ bases singulis tabulis superponuntur, quia dum Prophetæ sancti in verbis suis de mediatoris incarnatione concordant, subsequentes prædicatores Ecclesiæ indubitanter ædificant, ut cum à semetipsis non discrepant, illos in se robustius figant. Nec immerito bases istæ, ut ex argento fieri debeant præcipitur. Argenti quippe claritas ex vsu seuatur, sine vsu autem, in nigredinem vertitur. Prophetarum enim dicta ante mediatoris aduentum, quia in vsu spiritalis intelligentiæ non erant, dum conspici præ obscuritate non poterant, quasi nigra remanebant. At postquam mediator veniens, ea ante oculos nostros incarnationis suæ manu tenuit, quidquid in eis lucis latebat inclaruit, sensumque patrum præcedentium in vsum dedit, quia verba rebus exposuit.

Prophetiæ gradus quis perfectior.

IOELIS 2. *Senes vestri, somnia somniant, & iuuenes vestri, visiones videbunt.* P. RIBER. Nota quod senibus, id est, maioribus & perfectioribus, perfectior prophetiæ gradus tribuitur, scilicet per somnia. Loquimur autem de somniis, in quibus sine vlla visione imaginaria, intrus Deus loquitur Prophetæ, & res futuras, occultatque exponit, qui sine dubio, altior prophetiæ gradus est, quam in iuuenibus, id est, minus perfectis tribuitur, nempe cum visiones imaginariæ illis obiciuntur, ut docet D. THOMAS. 22. *quæst. 174. art. 3.* cuius verba sunt. Quia signa maxime expressa intelligibilis veritatis sunt verba, altior gradus prophetiæ videtur, quando prophetia audit verba experientia intelligibilem veritatem; siue in vigilando, siue in dormiendo, quam quando videt aliquas res significantias veritatis. Verbi gratia. Altior prophetiæ gradus est ille *Act. 27.* [Altitit mihi hac nocte Angelus Dei, cuius sum ego, & cui deseruio dicens: ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere; & ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum,] quam ille *Act. 10.* [Cum videret Petrus cælum apertum & descendens vas quoddam, vclut linteam magnum quatuor initiis submitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentina terræ, &c.] Hoc etiam intelligimus ex illo *Numer. 12.*

[Si

[Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei vel per somnium loquar ad illum.] Ac si diceret. Aliis Prophetis obiciam visiones, aut certe si honorare magis eos voluero, per somnia eis loquar. Hoc autem significatum esse indicat id, quod sequitur. [At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est, ore ad os loquar ei, palam, & non per ænigmata videt Deum.] His enim verbis docere voluit, quantumuis Prophetas honoraret, neminem tamen ita à se esse honorandum, ac Moysen. Sed vide quid dicat. [Aut per somnium loquar ad illum.] Non dicit per visionem in somno ei indicabo futura. Quia cum somnia visiones habent, quales vigilantibus obiciuntur; altior est vigilantibus prophetia, quam somniantibus. Et hoc est quod D. THOMAS. Loco citato dicit, altior gradum prophetiæ esse videre visiones, quam somnia somniant. Et merito. Quia maior, inquit, est vis prophetici luminis, quæ aliquem occupatum circa sensibilia inuigilando abstrahit ad supernaturalia; quam illa quæ animam hominis abstractam à sensibilibus inuenit dormitudo. At si expressionem prophetiæ per verba opponas visioni proculdubio præstantior est, ut diximus.

Quomodo & nos ex parte prophetamus.

18. **I. CORINT. 13.** *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.* BERNARD. Quid est quod veritas ait. [Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem;] cum iste non sit aduersarius; sed discipulus, qui dicit, ex parte prophetamus? Cessauit ergo Prophetia; quia iam cognoscimus? Necdum tamen rota cessauit, quia adhuc ex parte. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est. Siquidem ante Ioannem qui fuerunt Prophetæ, utcumque aduentum Domini prophetabant, & quasi neutra adhuc pars salutis in notitia, sed vtraque in Prophetia erat. Sed quomodo adhuc ex parte prophetamus? Nempe iuxta Apostolum, Non considerare quæ videntur, sine dubio prophetare est: ambulare in spiritu, quæ factum sunt querere, ex fide viuere, obliuisci quæ retro sunt, & in anteriora extendi, ex magna parte prophetare est. Sic Prophetæ olim quasi non inter homines sui temporis erant, sed virtute, & impetu quodam spiritus dies illos transientes exultabant, ut viderent diem Domini, & videbant, & lætabantur in ea.

Prophetia additur in signum certum rei promissæ.

19. **EXOD. 3.** *Et hoc habebis signum quod miserim te, cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum.* LIPOMANVS. Signa Dei alterius sunt generis, quam humana. Quia quæ futura Dominus prædicat, impediri non possunt. Ista enim fidem præexigunt; hæc præcedunt. Est autem sensus, hoc erit tibi signum: tu oculis videbis te à me missum esse liberatorem Israël, cum tu, & populus stabis hac in regione mihi sacrificaturi. Ad eundem modum additur etiam Prophetia pro signo & confirmatione ei promissioni, quam prædicauit Isaías regi Ezechie 4. *Reg. 19.* Promiserat Dominus regi Ezechie liberationem ab exercitu Senacherib, & ut confirmaret hanc promissionem addit. [Tibi Ezechia hoc erit signum: comede hoc anno quæ repereris: In secundo autem anno, quæ sponte nascuntur; Porro in tertio anno, seminate & merite, &c.] Similiter & est vulgaris hominum consuetudo, quod promissionibus suis futura quadam tanquam signa assue-randi gratia adiciant; ut pater dicit filio, promitto tibi hereditatem omnium bonorum meorum, & ut

magis meis verbis fidem adhibeas, prædico tibi quod in hac ipsa domo habitabis in qua ego nunc habito. Non igitur est inusitatum, quod Dominus addat promissioni, Moysi rem futuram pro signo, & assue-ratione promissionis.

Propheta viae sunt ducentes ad Christum.

ORIGEN. Homil. 28. in Ezechielem. Quomodo multæ sunt margaritæ, quas necesse est possidere eum, qui venturus est ad vnam pretiosissimam margaritam: sic oportet ingredi multas vias Moysi, & Prophetarum omnium eum, qui venturus est ad dicentem, [Ego sum via.] THEODORETVS. *Sermone de Græcorum affectionem curatione.* Sicut in regiam, militaremque viam reliqui calles à pagis, agrisque proteniunt; ita Christum Prophetæ (qui etiam viæ sunt) viam esse credentibus ostendant.

Propheta, futura, tanquam presentia prævident.

ATHANASIVS de Passione Domini. Quem admodum nos conspicientes, ea quæ sunt sub oculis videndo non fallimur, nec aliter videmus, quam sunt, sed quemadmodum fiunt, ita videmus: sic & Prophetæ futura, tanquam presentia videbāt, & quæ videbant, fieri erat necesse: namque quæ fiebant omnino oportebat videre: Et rursum quemadmodum nos, quæ videmus oculis, omnino necesse est, ut sint: siquidem ea quæ sunt videmus, nec potest aliter fieri quam ut videmus: sic & Prophetæ, quæ prævidebant, oportebat omnino esse, nec aliter fieri poterant; quam quemadmodum præuiderant. Nam si futura non præuidissent, iam non fuissent Prophetæ.

Propheta quare tempora sua prophetiæ assignant.

ISAIAE 6. *In anno quo mortuus est Ozias rex.* CHRYSOSTOMUS. *Homil. 2. super hunc locum.* Testamenta, tabulæque de nuptiis de debitis, deque reliquis contractibus, in nisi frontispicio cõsulim annos habeant præscriptos, nullam ex se vim habent. Hoc est enim quod illis robur addit; hoc est quod controuersias dirimit; hoc est quod à lite liberat; hoc est quod ex inimicis facit amicos. Proinde qui talia describunt, non aliter, quam lucerna in candelabro poni solet; sic in frontispicio literarum addunt consulim nomina, ut omnibus, quæ subiiciuntur, præluceant; quæ si sustuleris, lumen sustuleris, omniaque tenebris, multaue turbatione compleueris. Propterea omne dati, acceptique negotium siue cum amicis, siue cum inimicis, siue cum famulis, siue cum procuratoribus, & æconomicis agatur, hac eget cautione, & vbique menses, annos, dies subscribimus. Quod si tantum valeat ea res in negotiis temporalibus, in spiritalibus multo amplius profuerit: siquidem hoc declarat, prophetias esse prophetias; nec enim aliud est prophetia, quam rerum futurarum enarratio. Proinde qui nescit tempora eorum, quæ dicta sunt, quæve euenerunt, qui poterit homini contentioso demonstrare prophetiæ certitudinem? Quemadmodum in agris termini, columnæque non finent arua confundi: sic tempora non finunt confundi res gestas; sed dum dirimunt alias ab aliis, & in ordinem congruentem digerunt, multa nos liberant turbatione.

De prophetiis comminatricibus.

PROCOPIVS in cap. 1. Genes. Etiam medici prædicant morbos futuros, quos ipsi non pariuunt, sed ipsorum profectio est, morbos inhibere, & curare.

Domini meditati sunt die, ac nocte, etate sit doctior, processu temporis sapientior, & veterum studiorum dulcissimos fructus meruit. Ponderat scriptura 2. Paralip. 10. quod Ieroboam reliquit consilium senum, & cum inuembus tractare cepit. & iterum. Responditque rex dura relicto consilio seniorum.

Prudentia necessaria.

14. I. ESDRAE 3. Holocaustum diebus singulis per ordinem secundum preceptum opus Dei in die suo. GLOSSA ORD. Quia quidquid inordinate geritur, meritum perfectionis amittit. Quia honor regis iudicium diligit. Quae enim in honorem summi regis agimus, certe necesse est discretione iudicij, quando vel quantum sunt agenda, distinguamus.

Discretio, multis rebus comparatur.

15. ECL. 32. Omnia fac cum consilio, aut sine consilio nihil facias. CASSIAN. Discretio non solum lucerna corporis nostri, sed etiam sol ab Apostolo nuncupatur, secundum illud. [Sol non occidat super iracundiam vestram.] Haec etiam vitae nostrae gubernatio dicitur. Iuxta illud. [Quibus non est gubernatio, cadunt ut folia.] Haec consilium rectissime nominatur, sine quo agere omnino nihil scripture auctoritate permittitur, ita ut ne ipsum quidem spirituale vinum, quod laetificat cor hominis sine illius moderatione sinatur percipere. Secundum illud. [Omnia fac cum consilio, cum consilio vinum bibe.] Et iterum. [Sicut ciuitas muris diruta, & non circumdata, ita est vir, qui sine consilio aliquid agit.] Cuius priuatio, quam perniciofa sit monacho, huiusmodi testimonij exemplum, ac figura declarat, diruta eum, ac sine muris comparans ciuitati. Denique haec est solidus cibus, qui tantum a perfectis, & robustis potest sumi secundum illud. [Perfectorum autem est solidus cibus.] Verum vera discretio, non nisi vera humilitate conquiritur, cuius humilitatis haec erit prima probatio, si vniuersa non solum, quae agenda sunt, sed etiam quae cogitantur, seniorum referentur examini, ut nihil suo quis iudicio credens, illorum per omnia definitionibus acquiescat. Tandiu naeque suggestiones noxiae dominantur in nobis, quamdiu celantur in corde. Omni igitur conatu debet discretionis bonum virtute humilitatis acquiri, qua non solum istud obtineamus, sed etiam ab omni inimicitate conseruemur illa. Vetus namque sententia est, Omnes inimicitates aequales sunt. Non autem omnia peccata intelligas esse aequalia; ad vnum namque finem inimicitas ieiunij, ac voracitas peruenit, eodemque dispendio vigiliarum immoderata continuatio monachum, quo somni grauissimi torpor inuoluit, vel imo perniciosius continentia immoderata, quam fatietas remissa supplantat. Ab hac namque intercedente salutari compunctione ad mensuram discretionis conscendi potest; ab illa non potest. Quapropter secundum Apostolum per arma iustitiae, quae a dextris sunt & a sinistris, recto moderamine transendum. Quidquid igitur gerendum nostra cogitatio suggererit, omni scrupulo retractantes, atque in nostri peccatoris trutina collocantes aequi libratione iustissima perpendamus, an plenum sit honestate communi, an timore Dei sit graue, an humana sustentatione, aut aliqua nouitatis praesumptione sit leue, an meriti eius pondus inanis caenodoxia non imminuerit, vel arxerit gloria. Et sic ea protinus ad examen publicum trutinantes, id est, ad Prophetarum, & Apostolorum actus ac testimonia conferentes vel tantquam imperfecta, nec illorum ponderi consonantia, omni diligentia refutemus.

Prudentia necessitas.

16. ROMAN. 12. Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. BERN. Non prohibet sapere, sed plus sapere quam oportet. Quid est sapere ad sobrietatem? Vigilantissime obseruare, quid scire magis, priusve oportet. Tempus enim breue est. Est autem quod in se est omnis scientia bona, quae tamen veritati subnixae sit. Sed tu qui cum timore, & tremore, tuam operari salutem, pro temporis breuitate festinas, ea scire prius, ampliusque curato, quae senseris viciniora saluti. Nonne medici corporum, medicinae portionem definiunt; eligere in sumendis cibis quid prius, quid posterius, & ad quem modum, quidque sumi oporteat? Nam si bonos constat esse cibos, quod eos Deus creauit, tu tamen in sumendo, modum, & ordinem non obserues, ipsos tibi reddis plane non bonos: Ergo quod dico de cibis, hoc sentite & de scientiis. PETERVS RAVENAS. Omnium quidem ciborum, salubre est condimentum, si mensura non desit. Alioquin, si sine modo, & ipsam perit, & quod salierit perdit. Amariq; enim nimietas, quod poterat sapere mensura. Sic qui in nobis est sensus, si modum teneat, dat saporem, intellectum parit, cor dilatat, auget ingenium, maturat discenda, audienda componit; sitque sibi dulcis & degustantibus, tota dulcedinis plenitudo. Et plane erit ille mellens sensus, qui ore proferat nihil amarum. Ad hoc enim inuitat Apostolus cum ait. Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.

Idem.

17. AVEVST. serm. de Prudentia qui est quartus ad fratres in Eremo. Prudentia te docet, ut cunctis semper idem sis, tam in prosperis, quam in aduersis: sicut manus, quae eadem est & cum in palmam extenditur, & cum in pugnum restringitur. Haec ille. Daud prudentiam suam, obseruationi legis attribuit. [Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, super omnes docentes me intellexi, &c. Super senes intellexi, &c.] Id confitetur aperte Saul, praecipuus inimicorum Daud, 1. Reg. 24. Iustior tu es quam ego. Tu enim iribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. & cap. 26. [Apparet enim quod stultus egerim, & ignorauim multa nimis.]

Idem.

18. PROVERB. 19. Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quam dures torquens labia sua, & insipiens. Signum enim euidentis est insipientiae torquere labia, id est, gestus facere, & secum solus loqui. Alia litera. [Melior est sapientia cum paupertate; quam diuitiae cum stultitia.] Sequitur. Vbi non est scientia, anima non est bona, & qui festinus est pedibus offendit. In Hebraeo habetur. [Nec bene habet animus imperitus, ut qui festinat, & pedibus offendit.] Sequitur. Stultitia hominis supplantat gressus eius, & contra Deum feruet animo suo. Declarat VATABL. Saepe homo frustratur voto suo propter stultitiam suam Deo hoc non faciente.

Prudentia effectus.

19. MACHAB. 8. Dicitur de Romanis. Et possederunt omnem locum, consilio suo, & patientia. LYRANVS. Id est. Prudentia sua bellica, & tolerando patienter laborem, qui est in exercitio armorum. Vnde VEGETIVS lib. 1. de re militari. In nullo leguntur Romani orbem terrae subiecisse sibi, nisi prudentia bellica, & exercitio armorum. Nam Graeci erant eis astutiores, Hispani fortiores; Teutonici corpore maiores, & fortiores; Galli vero plures, & infra.

Consu

Consulebant quotidie trecentos viginti consilium agentes semper de multitudine, ut quae digna sunt gerant. & infra. Omnes obediunt uni, & non est inuidia, nec zelus inter eos. Vide effectus mirabiles prudentiae.

Prudentia, & simplicitas.

20. MACHAB. 16. Et fecit, scilicet Ptolomeus, deceptionem magnam in Israel, & reddidit mala pro bonis. scilicet occidendo Simonem, & duos filios eius. GLOSS. ORD. Non solum simplicitas cuique sufficit ad salutem seruandam; sed cum simplicitate pariter debet esse prudentia. Vnde Saluator Math. 10. [Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae.] & Apost. 1. Corinth. 14. [Nolite pueri effici sensibus sed malitia paruuli estote.] Debet ergo simplicitas a nobis haberi ut nemini noceamus; debet & prudentia, ne decipiamur ab aliis, nec multum distat, inter decipere quemlibet, & ab alio decipi posse.

Simplicitas cum castitate.

21. GENES. 3. Cumque conuissent se esse nudos, &c. THEODORET. Quemadmodum infantes de nuditate sua minime erubescunt, sed cum adoleuerint, non sine rubore nuditatem suam conspiciunt, & illa vestimentis tegunt: ita & Adam, & Eua tanquam simplices infantes, antequam praecipuum Dei transgredirentur, nuditatem suam nec cognoscebant, nec erubescabant. Vide etiam Cassianus, num. 5. ex AVEVST. & Adolescencia, num. 5.

Serpentis prudentia imitanda.

22. MATH. 10. Estote prudentes sicut serpentes. HILARIUS Can. 10. in Math. Quae autem sit serpentis prudentia intuentum. Nescio quid in illo prudentiae, consilijque est, licet quaedam hinc aliqui memoriae mandauerint, quod vbi se in manus hominum venisse intelligat, omni genere ab ictu caput subtrahat, idque aut collecto in orbem corpore conregat aut foueae immergat, caedique partem reliquam derelinquat. Nos quoque hoc exemplo oportere si quid acciderit persecutionum caput nostrum, quod est Christus, occultare, ut oblati nobis in omnes cruciatus fidem ab eo acceptam, iactura corporis communiemus. EPIPHANIVS haeresi 37. Nulla autem in serpente prudentia praeter duas has. Prima, quod dum persecutionem patitur, cognoscens quod in capite ipsius, vita tota eius existit, & timens superius praecipuum ad ipsum a Deo propter hominem ductum; nimirum, custodire caput ab ipso, & ipse calcaneum a te. Vbi totum corpus inuoluit in caput suum, occultat quidem cranium suum; tradit autem reliquum corpus per excellentem calliditatem. Sic vult nos vnigenitus ille Deus ex Patre progressus, in tempore persecutionis, & in tempore tentationis omnia nostra tradere gladio, ac igni, custodire autem nostrum ipsorum caput, hoc est, Christum non negare. Nam caput omnis viri Christus, mulieris autem caput vir. Alteram rursus prudentiam habet serpens; velut naturae docti de hoc animali tradunt, quando enim siti pressus, a latibulo procedit ad aquam ut bibat, non simul accipit secum venenum, sed in latibulo relinquit, & sic progressus, potum aquarum sumit. Proinde & ipsi hoc imitemur, ut quando ad sanctam Dei Ecclesiam, aut ad preces, aut ad mysteria venerimus, malitiam, aut voluptatem, aut inimicitiam, aut aliud quid, in cogitationibus nostris nobiscum ne feramus.

Prudentia aliorum animalium imitanda.

23. DEVT. 32. Vinam sapient, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. ISIDORVS CLARIVS

oratione 56. tomo. 1. Ceruæ, ubi se vulneratas sentiunt, ad dictamnium herbam accurrunt, & statim tela decidunt. Vrsi, quia eorum oculi crebro hebetantur, fauos expertunt, ut vulneratum ab apibus os, leuer sanguine grauedinem illam, & cum inualidissimum caput habeant, cum vis vrget, praecipitatur se ex aliqua rupe, manibus capite aperto iaciuntur. Lacertus cum serpente pugnaturus, non longe a quadam herba se collocat; & quoties se a serpente vulneratum sentit; toties ad herbam illam accipit, & mox tutus ad certamen reuertitur. Vulpes pini lachryma sibi ipsi medetur. Testudo carnis viperæ exsatiata origani veneni damnum vitat. Serpens laesos oculos curat pastu maratri. At vero praesertim mutationum caeli, quam rationalem non occultant intelligentiam? Iam vero quidam harum rerum studiosus obseruauit herinaceum terrestrem, duo spiracula suae caernae machinatum, & cum spiraturus est Boreas occultare Aquilonate, & rursus Austro flante, ad Aquilonare transire. Haec omnia nos docent ut futura prospiciamus.

PURGATORIUM.

Purgatorium ignis ante paradisum. 1.

Purgatorium necessarium. 2. 3. 4.

Pro purgatorio animabus orandum. 5. 6. 7. 8. 9.

In purgatorio remittitur poena peccati. 10.

Purgatorium ignis ante Paradisum.

GENES. 3. Et collocaui ante paradisum volupcratis Cherubim, & flammeum gladium, & aequae versatilem ad custodiendam viam ligni vitae. AVEVST. Hoc per caelestes vtrique potestates etiam in paradiso visibili factum esse credendum est, ut per angelicum ministerium esset illic ignea quaedam custodia, non tamen frustra factum esse, nisi quia significat aliquid etiam de paradiso spirituali, non est vtrique dubitandum. Idem tenet EPIPHANIVS & BERN. serm. 5. de verbis Isaia. THEODORET. vero ait. Quod neque Cherubim erant ibi, neque romphaea illa ignea erat, sed quod quidam aspectus erat representans romphaeam, & Cherubim; & addit. Cherubim autem vocatur quidquid potens, & magnum est. Et quod gladium flammeum dicit; formidabilem quendam aspectum instar gladij ignei; & Cherubinos, quosdam esse formas animalium horribiles non mediocriter terrentes aspicientes. D. etiam THOM. 2. 2. quæst. 164. art. 1. Dicit quod salus spiritualis sensus mysterij ille locus est inaccessibilis propter vehementiam æstus in locis intermedijs, propter propinquitatem solis, & hoc significatur per flammeum gladium, qui versatilis dicitur propter proprietatem motus solis circularis; & quia motus caelestis disponitur ministerio angelorum, conuenienter dicitur ibi esse Cherubim. Haec de litera. RYPERTVS mystice. Ad hoc flammeus gladius atque versatilis ante paradisum est collocatus; ut quicumque deinceps admittendi sunt illic, transeant per examinatorium ignem, & dicere possunt. Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Vnde Apostolus 1. Corinth. 3. [Si quis superaedificat super fundamentum, autum, argentum, lapides pretiosos, ligna, foenum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit; quia in igne reuelabitur & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superaedificauit mercedem accipiet; si cuius opus arserit, detrimentum

tum patietur, ipse autem saluus erit, sicut athenienses, qui per ignem.] Et rectè angeli qui huiusmodi præstant, Cherubim, id est plenitudo scientiæ vocantur. Ipsi namque indicandi plenam habent scientiam. Sciunt enim quid in libro cuiusque nostrum sit scriptum, & in nouissimo recitatur sunt libros conscientiarum nostrarum. Vnde *Daniel*. 7. [iudicium sedit, & libri aperti sunt.] Porro ignis ille, qui ante Christi passionem insuperabilis fuerat, extinctus est sanguine, & aqua, quæ de corpore eius fluxit, non quod substantiam eiusdem ignis extinxerit, sed quia illis, qui in eum crediderunt, hanc virtutem contulit, ut eis ille non posset nocere ignis. Vnde latro ille venerabilis, & alij ingressi sunt sine læsione, imò & nos omnes ingrediemur, fundamentum, quod est Christus, habentes, alij aurum, vel argentum, alij lapides preciosos, alij ligna, fœnum, & stipulam, id est, diuersorum quique ponderum peccata portantes. & sicut horum alia aliis facilius, vel difficilius igni consumuntur, ita quique nostrorum pro diuersitate peccatorum, alij citius, alij tardius purgati, paradisi felicitatem ingredientur.

Purgatorium necessarium.

2. **EXODI** 15. *Submersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus.* **ORIGEN.** Peccatores graues sunt: sancti autem, quia leues, ambulant super aquas. Dominus, & Saluator noster super aquas ambulauit. Ipse est enim qui verè peccatum nescit. Ambulauit & discipulus eius Petrus, licet paululum trepidauerit. Non enim tantus erat acralis, qui nihil omnino de specie plumbi, id est, peccati in se haberet admixtum; habuit, licet parum; propter quod dicit ad eum Dominus: [Modicæ fidei, quare dubitasti?] Idcirco igitur qui saluus fit, per ignem saluus fit, ut si quid forte de specie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat, & resoluat, ut efficiantur omnes aurum bonum; quia aurum terræ illius bonum esse dicitur, quam habituri sunt sancti, & sicut fornax probat aurum, sic homines iustos, tentatio. Veniendum ergo omnibus est ad ignem, veniendum est ad conflatorium. Sedit enim Dominus, & constat, & purgat filios Iuda. & cum illic uenit si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum, tanquam plumbum igni resoluatur, ac purgatur, & totum remanet aurum purum. & si quis illic plus plumbi detulerit, plus exurit, ut amplius decoquatur; ut est parum aliquid sit, purgatum tamen refideat. Quod si aliquis illic totus plumbeus uenit, fiet de illo hoc quod scriptum est. Demergetur sicut plumbum in profundum in aqua validissima.

Idem.

3. **NUMER.** 31. *Aurum, & argentum, &c. & omne quod potest transire per flammam, igne purgabitur; quidquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur.* **ORIGEN.** Tempus belli est in hoc mundo contra nequitias spirituales, & concupiscentias carnales. Spectat nos Angelorum chorus, & virtutum caelestium pia erga nos pendet expectatio, quando, vel quomodo de prælio reuertemur; quis plus afferat auri, vel argenti, qui lapides preciosos curiose intueatur, requirunt, etiam qui deferunt aes, qui ferrum, qui plumbum, &c. Secundum ergo ea, quæ quisque detulerit, mansionis ei meritum deputabitur. Probantur autem hæc omnia, alia per ignem, alia per aquam. [Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit.] Omnis enim (ut in plurimum. Alioquin autem, aliqui immaculati discedunt, ut nullo indigeant igne purgatorio) qui exit de prælio huius uitæ, purgatione indiget. Qui pugnauerunt pro filiis Israel, Madiani-

tas interfecerunt, in quo Deo placuerunt, hoc tamèn ipso immundi dicuntur effecti. Vnde iubentur lauare vestimenta sua. Hi ergo qui pugnant, quia immundos hostes contingunt pollati sunt. Si ergo diabolus vicero, & cogitationes immundas, quas suggerit, vel venientes repulero, vel ingressas intra me, ne ad effectum ueniant, nec auero, conculcans caput Draconis; hoc ipso tamen pollutus sum, quo pollutum calcare contendi: beatus tamen quia superauit. Aliquando tamen sine peccati labe sancti uiri uictoriam ab hoste reportant. Vnde *Iob* 15. Nemo mundus à sordibus. Omnes ergo purificatione indigemus. Quidam per ignem transeunt, aliis sufficit aqua purificatio.

Idem.

4. **PARA** 1. 19. *Pueris David quos decalcauit, & rasit dimidiam partem barbæ Hanon, præciditque vestes eorum medias; imperauit David: manete in Herico, donec crescat barba uestra.* **GLOSSA ORDINA** 1. Id est, Digni habeantur præsentia sui regis. *Hæc illi.* Et nos indigni habemur præsentia Dei, nisi prius soluerimus pœnas peccatis nostris debitas, & maculas uenialium in purgatorio. De Achaz dicitur 2. *Paralip.* 28. Quod lultrauit filios suos in igne iuxta ritum gentium. **LYRAN.** Potest intelligi hoc sine morte filiorum, ex eo quod ignis habet uirtutem purgatiuam. Vnde usque hodie Tartari transire faciunt extraneos per ignem, hinc inde positum, ut ante imperatorem suum purificati appareant. *Hæc ille.* Si Tartari hoc faciebant, ut purificarentur qui apparere debebant ante imperatorem suum; quid facere oportet, ut ante Deum, & Dominum cæli & terræ nos immundi, purificati appareamus, & digni habeamur eius præsentia.

Pro purgatorij animabus orandum.

5. **MACHA** B. 12. *Ianenerunt autem sub tunica interfectorum de donariis idolorum, &c. rogauerunt, ut id quod factum erat delictum, obliuioni traderetur.* Quidam interpretes de Societate nostra: Horum peccatum non fuit quasi uellent furto isto idola colere, cum infra dicitur. *Qui cum pietate dormitionem acceperunt, id est, cum uerâ fide.* Sed fuit auaritiæ, & cupiditatis peccatum, quod, vel in omnibus, vel certè in quibusdam fuit fortè ueniale, ratione obiecti, aut finis. Si uerò in aliquibus fuit mortale, eos peccatiuissè potuit ante prælium, vel in ipso prælio, adeoque in ipso iam mortis articulo. Si enim damnatos æternis que flammis addictos, Iudas & socij purtassent, in patria eos sepulchra non intulissent. *Rogauerunt ergo ut id quod factum erat delictum obliuioni traderetur.* In Græco expressius habetur, [Ut admissum peccatum, penitus deleteretur,] seu perfectè aboleretur. Potest namque duobus modis quiddam deleri, perfectè nimirum, & imperfectè. Perfectè deleteretur, cuius litera, & uestigium non apparet; Imperfectè cum aliqua literarum adhuc uestigia cernuntur. Peccata imperfectè delentur, cum quoad culpam tantum condonantur; Perfectè cum ad culpam, & pœnam totâ, iuxta illud *ps.* 50. [Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.]

Idem.

6. **IBID.** **IACO** B. *frater Domini in Liturgia.* Pro omni anima Christiana afflicta, & vexata, misericordia & auxilio Dei indigente, ut infirmi conualescant, captiui liberentur, fratresque ac patres nostri, qui ante obierunt, in pace requiescant, Dominum oremus. **MARCE** **EVANGELISTA** *In diuina liturgia.* Animabus patrum, & fratrum nostrorum, qui ante in fide Christi

Christi obdormierunt dona requiem Domine Deus noster. Diaconus deinde legit factas tabulas, quibus defunctorum catalogus continetur, sacerdotes autem se inclinans precatur; Et horum omnium animabus dona requiem dominator Domine Deus noster in sanctis tuis tabernaculis, in regno tuo largiens eis promissionum tuarum bona, quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, eorum, inquam, animabus dona requiem easque regno cælorum dignare &c.

Idem.

7. **IBID.** **DIONYSIVS AREOPAGITA** *lib. Ecclesiast. Hierarch. cap. 7.* Accedens diuinus antistes, sacram deprecatione saper defunctum peragit: peracta autem solemnè præcè, tum ipse summus sacerdos, tum ceteri quoque qui una ad sunt, ipsum consalutant, precantur autem diuinam clementiam, ut defuncto uniuersa peccata, quæ per humanam infirmitatem contraxerat condonet, eumque in luce uitentium regione constituat. **CLEMEN** **R. OM.** *lib. 6. Constit. Apostolic. cap. 30.* Sine ulla exceptione conuenite in cœmeteria, sacros libros in his legentes, & psallentes pro his qui dormierunt, proque fratribus nostris, qui in Domino obierunt, & ante typum regalis corporis Christi, acceptabilemque eucharistiam offerite. Atque in exitu mortuorum psallentes eos deducite, si fideles fuerint in Domino.

Idem.

8. **IBID.** **ATHAN.** *quæst. 34. ad Antiochum.* Num sentiant aliqua beneficia etiam peccatorum animarum, cum super illis sunt conuentus, & per actiones bonorum operum, & oblationum? Respondetur. Nisi aliqua beneficia participarent ex illo, non uique in cura, & exequiis fieret commemoratio. At sicut uitis florescit extra in agro, & odorem sentit in uase uinum reclusum, sicque conlorescit etiam ipsum: ita quoque peccatorum animarum, piorum precibus, & bonis operibus consolantur. *Hæc ille.* Intellige de animabus quæ sunt in purgatorio, non de illis quæ iam in inferno damnatae sunt.

Idem.

9. **IBID.** **AVGVST.** *Serm. 14. de uerbis Apostoli.* Pro uiribus cura sepeliendi, & sepulchra construendi habenda est. Quia hæc in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt, nec solum in corporibus Patriarcharum, aliorumque sanctorum, & humanis cadaueribus, quorumcumque iacentium; Verum etiam in ipsius corpore Domini prædicati, atque collaudati sunt qui ista fecerunt. Impleant hæc homines erga suos officia postremi muneris, & sui humani lenimenta mœroris. Verum illa quæ adiunant spiritus defunctorum, oblationes, orationes, erogationes, multo pro eis obseruantius, instantius, abundantius impendant, qui suos carum, non spiritu mortuos, non solum carnaliter, sed etiam spiritualiter amant. *Hæc ille.* *Ruth* 2. ait Noemi: Benedictus sit à Domino qui eandem gratiam quam præbuerat uiuis, seruauit & mortuis.

In purgatorio remittitur pœna peccati.

10. **HECTOR** **PINIVS** *in c. 24. Ezech.* Non solum scelera priusquam dimittantur, sed etiam postquam sunt per penitentiam dimissa, pœnam in animo relinquunt. Ut enim abstracto à corpore toto, non statim sanatur uulnus, sic remisso peccato, non statim necesse est remitti pœnam peccati: remittitur tamen in purgatorio, & tanta potest esse penitentia, ut etiam remittatur in hoc mundo. Quemadmodum non est idem abstractare telum, & vulneri me-

deri: sic non est idem condonare peccatum, & pœnam illi debitam remittere.

Q V A D R A G E S I M A.

Quaratione 40. dies designantur ad penitentiam.

Quadragesima, decimas temporum persoluimus. 3.

Quadragesima dierum numerus consecratus obseruandus. 4. 5. 7. 9. 10.

Moses duas, imò tres quadragesimas ieiunauit. 5. 6. Contra non obseruantes quadragesimam Deus irascitur. 8. 9. 10.

Quadragesima à Christo instituta obseruanda. 9. 10.

Quadragesima tempore cur plus tentatur. 11. Vide Tentatio, num. 3. 1.

Christus suo ieiunio quadragesimam sanctificauit. 12. 13.

Quaratione 40. dies designati sunt ad penitentiam.

GENES. 7. *Ego pluiam super terram quadragesima diebus, & quadragesima noctibus.*

CHRYSOST. Poterat quidem Deus uno die, imò, uno momento totam pluuiam inducere, sed dedita opera dicit duraturam pluuiam quadragesima diebus, & quadragesima noctibus, ut timorem incutiat; & simul occasionem præstet, qua possent pœnam, quæ in foribus erat effugerè. Id quod & Nininitis contigit, qui ubi audierunt, [quod adhuc quadragesima dies, & Ninine subuertetur,] statim conuersi sunt de uia sua mala, & ieiunauerunt, &c. **AMBR.** Non mediocriter scrutantur plerique qua ratione quadragesima dies diluuium fuerit, cum creatus mundus una tantum hebdomada fuerit? Possumus dicere quadragesima dierum numerum tristioribus, hoc est, delenda creaturæ deputatum; hebdomadam autem lætioribus, hoc est, constitutioni totius mundi. Quia in præsentia uita plures sunt labores, quam gaudia. Secundò quia lex danda erat quadragesima diebus, & rectè eodem numero pœnæ est culpa persoluta, quo declinandorum peccatorum præcepta tribuuntur, ut cognoscamus, quod eodem uita tempore debeat ex correctione laus comparari, quo potest puniendæ culpa committi. Vnde iam non pœnæ præscripti sunt dies quadragesima, sed uita; ut hoc numero ieiunius, & orationibus crebrioribus nostrorum leuemus supplicia peccatorum, atque ad decreta legis intenti, deuotione, ac fide nostrum corrigamus errorem.

Idem.

GENES. 50. *Transferunt quadragesima dies, &c.*

AVGVST. Dies hi quadragesima quos commemorat scriptura, fortè significant aliquid penitentia qua peccata sepeliuntur. Non enim frustra etiam quadragesima dies ieiuniorum sunt constituti, quibus Moyses, & Elias, & ipse Dominus ieiunauit, & Ecclesia præcipua obseruatione ieiuniorum quadragesimam uocat. Vnde & in Hebræo de Nininitis apud Ionam prophetam scriptum perhibent [quadragesima dies & Ninine euertetur,] ut per tot dies accomodat, uidelicet humiliati penitentium intelligatur ieiunius sua desensisse peccata, & impetrassent misericordiam Dei. Hoc dicit **AVGVST.** quia Septuaginta uerterunt [Adhuc tres dies & Ninite subuertetur.]

Quadragesima, decimas temporum persoluamus.

EXOD. 12. Decimas tuas. & primitias non tardabis offerre. CASIAN. Collatione 21. cap. 25. & 26. Vide Decime, num. 8. Itaque qui substantiarum nostrarum, omniumque fructuum decimas offerre precipiunt, multo magis necesse est, ut ipsius quoque conuersationis nostrae, & humani usus, operumque nostrorum decimas offeramus, quae profecto in supputatione quadragesimae cuidenter implentur. Omnium enim dierum numerus, quibus resolutus in orbem annus includitur, triginta sex semis dierum numero decimatur. In septem namque hebdomadibus si dies dominici subtrahantur, triginta sex supersunt dies ieiunij deputati, imò etiam pro decimis quinque dierum, qui residui videbantur, si illud quod superest, adiectum noctis spatium usque ad galli catum computetur, plenitudinis totius summæ, omnino non deerit.

Quadragesima dierum numerus consecratus obseruandus.

EXOD. 24. Et fuit tibi quadragesima diebus, & quadragesima noctibus. HIERON. super Mat. 4. In quadragesima dierum & totidem noctium numero, quadragesimæ nobis ostenditur sacramentum, in quo & Moyses ieiunauit in monte Sinai, & Elias iuxta montem Horeb. AMBROS. super Luc. 4. Per quadragesima dies mysticum numerum recognoscis. Tot enim diebus aquas abyssi effusas esse meministi, & tot ieiunij dierum sanctificatio propheta refusam cæli serenioris esse clementiam, tot dierum sanctus Moyses perceptionem legis emeruit. Tot annos in eremo constituti patres, panem Angelorum, & caelestis alimonie gratiam consequuti sunt. Nec antequam mystici numeri tempus explerent, terram promissionis intrare meruerunt. Tot ieiunij dierum Domini nobis in Euangelio patefcit ingressus. Vnde si quis Euangelij gloriam, fructumque resurrectionis optat adipisci, mystici ieiunij præuaricator esse non debet, quod & in lege Moyses, & in Euangelio suo Christus uirtuosus testamenti auctoritate præscripsit fidele uirtutis esse certamen. IDEM Sermone 38. de Ieiunio, & Quadragesima. Superest nunc ut quemadmodum famuli eius Moyses, & Elias hunc sacratissimum numerum obseruando gratiam meruerunt, ita & nos hoc ipsum tempus custodiendo mereamur, sitque similis remuneratio in perceptione præmij, quorum similis labor est in obseruatione ieiunij.

Idem.

IBID. AVGVST. Sermon. 64. de tempore. Merito etiam nos hunc dierum numerum custodire debemus ieiunij, quem per talia exempla legimus consecratum. Hi enim dies abstinentiæ, & ieiunij dedicati, tantum nobis ad uirtutem animi conferunt, quantum & de corpore uoluptatem decerpunt. RUFERT. In eo quod ibi fuit sine cibo & potu quadragesima diebus, & totidem noctibus Moyses, uiliter satis prouiderit Diuinitas, quatenus idoneum haberet testimonium Christi humanitas. Ille namque ieiunare habebat quadragesima diebus, & quadragesima noctibus, ut pro gula peccatoris primi hominis, innocens hic homo secundus ordinata satisfactione uapularet, nobisque in se credentibus quem ille manducando perdidit, cibum uitæ æternæ ieiunando acquireret. Sed hoc super naturam est hominis. & idcirco hæretica præuicacitas non uerè, sed in phantasmate hominem appruisse contendit. Uiliter ergo nobis diuinitas prouidit, ut duo testes ieiunantis hominis Christi humanitas obtineret, alterum scilicet ex lege, alte-

rum ex prophetis, imò, si libet dicimus, quia non duos tantum, sed & tres habuit testes in hoc negotio homo uerè Saluator noster. Vnus enim Moyses secundò ieiunauit quadragesima diebus, & quadragesima noctibus. Igitur in ore non tantum duorum, sed etiam trium, itabit & hoc uerbum.

Imò tres quadragesimas Moysi.

DEUTER. 9. Et perseuerauit in monte quadragesima diebus, & quadragesima noctibus panem non comedens, & aquam non bibens. LYPAN. Hæc fuit prima quadragesima Moysi, scilicet, quando ascendit in montem, ut acciperet primas tabulas, de qua Exod. 24. Sequitur. Et prociidi ante Dominum sicut prius quadragesima diebus, & quadragesima noctibus panem non comedens, & aquam non bibens propter omnia peccata uestra, &c. Hæc est secunda quando post fabricationem vituli ascendit ad Dominum ad impetrandam remissionem illius peccati, ut habetur Ex. 32. Sequitur. Et iacui coram Domino quadragesima diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar ne deleter uos, &c. Hæc est tertia, quando scilicet Dominus placatus orationibus Moysi, dixit ei: [Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum] ut habetur Exod. 34. & Deut. 10. Eandem sententiam tenet VATABLUS super hoc cap. 9. Deut.

Quadragesima dierum numerus consecratus obseruandus.

EXOD. 33. Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. AMBROS. sermone 27. de Ieiunio. Quadragesima dierum, noctiumque ieiunio Moyses sanctus meruit cum Deo loqui, stare, & consistere, & de manu eius legis præcepta suscipere. Quamuis enim illum ab obtutibus Dei conditio humana subtraheret, ieiuniorum tamen gratia proximum illum diuinitatis confortio faciebat. Hæc enim nobis uirtutum portio Dei est, ut ieiunemus frequenter, quoniam semper Deus ipse ieiunat. In quocumque igitur plus operum suorum inesse perspexerit, ipsi magis familiaris, intimus & amicus est. sicut scriptura dicit: loquebatur autem Dominus, &c. Vnde & Dominus Iesus Christus resurrectionis gloriam percepturus, uirtutes suas quadragesima dierum, noctiumque ieiunio dedicauit, ut ostenderet non panem esse uitam hominum. His itaque dierum quadragesima ieiunij reconciliatur Deus, aperiantur cæli, inferna referantur. Igitur & nos fratres dilectissimi ieiunemus continuè & deuotè hoc spatio temporis, ut propitietur nobis Dominus, pateant nobis cæli, inferna contra nos non ualeant.

Contra non ieiunantes quadragesimam irascitur Deus.

NVMER. 11. Quis dabit nobis ad uescendum carnes? Irasque est furor Domini ualde. OLEAST. Non putes parum, aut nihil prodesse propter Deum à carnibus abstinere. Audis enim hic quàm ægrè tulerit Deus eos, quos ipse ad tempus à carnibus priuauerat, in carnes deperisse. Similiter & Nazareos extulisse, quod ad tempus uino, & sicera abstinebant. In hoc enim edoctus debet esse seruus Dei, ut sciat dura, & non delicata comedere, prout Deo suo place-re didicerit. AMBROS. hom. 34. de Quadragesima. Bonum est quidem cunctis diebus ieiunare, sed melius quadragesimam cum Christo. Quisquis ergo Christianus consecratam ieiunando non impleuerit quadragesimam, præuaricationis, & contumaciæ reus tenebitur

Idem.

tenebitur, quod legem diuinitus pro salute sua datam, prandendo ipse rescindit.

Quadragesima à Christo instituta obseruanda.

REGOR. NAZIANZ. 3. oratione in lauacro. Ieiunium quadragesimale unum est, nostrum, & Christi. S. IGNATIUS in epist. ad Philemonem. Quadragesimam ne contemnat. Imitationem enim continet dispensationis dominicæ, & passionis hebdomadæ ne despiciatur: quarto & quinto die, qui est Parasceues, ieiunare, & pauperibus reliquias distribuere. AVGVST. epist. ad Ianuarium quæst. 119. cap. 15. Quadragesimæ sancti ieiunium habet auctoritatem, & in ueteribus libris ex ieiunio Moysi, & Eliæ, & ex Euangelio, quia totidem diebus Dominus ieiunauit. Et serm. 77. de Tempore. Quadragesimam abstinendo ipse Dominus consecrauit, & tot dierum, & noctium curriculo cibum omnino non capiens, unum, ac solidum ieiunij tempus effectit. Totam non obseruare, sacrilegum est, ex parte autem violare, peccatum est. In canone 68. Apostol. præcipitur ut Episcopus, sacerdos, diaconus, lector, qui quadragesimam non ieiunauerit deponatur. Et eundem Canonem confirmauit Sanctus Papa THELESPHORVS in epistola decretali ad omnes Episcopos.

Idem.

AVGVST. Sermon. 1. de Tempore. Tempus quadragesimæ uenit. & ideo rogo dilectissimi, ut dies istos corporibus salubres, & animæ medicinales, ita cum Dei adiutorio sanctè ac spiritualiter celebremus, ut obseruatio sanctæ quadragesimæ, non nobis iudicium pariat, sed profectum. Si enim negligenter agimus, si nos nimis occupationibus implicamus, si castitatem seruare nolumus, si ieiunij, & uigilij, & orationibus non insistimus, si scripturas diuinas, aut ipsi non legimus, aut legentes alios non libenter audimus, ipsa nobis medicamenta conuertuntur in uulnera, & inde habebimus iudicium, unde habere potuimus remedium.

Quadragesima tempore cur plus tentamur.

EXOD. 5. Vocant enim, & idcirco uociferantur dicentes: eamus, sacrificium Deo nostro. CASIAN. Collatione 21. cap. 28. Idcirco sacris quadragesimæ diebus maximè impugnatur omne monachorum genus, eo quod secundum illam similitudinem qua tunc Ægyptij filios Israël uolenter affligebant, nunc quoque uerum Israël, id est, monachorum plebem intellectuales Ægyptij duris ac lutulentis operibus incuruare conentur, ne per amicam Deo quietem, terram Ægyptiam deserentes ad eremum uirtutum salubriter transeamus, ita ut aduersum nos Pharaon infremens dicat, [Otioli sunt, & idcirco uociferantur dicentes,] &c. [Opprimantur laboribus, & solliciti sint in operibus suis, & non solliciti sint in uerbis uanis,] &c. Vide uerbum Dei.

Christus suo ieiunio nostra sanctificauit.

FRATER LUDOUICVS GRANATENSIS. Quemadmodum Christus Iordanis aquis tinctus contactu suo aquas omnes sanctificauit, ita ieiunium suo ieiunio hoc quadragesimali sacrauit, & caelestem uirtutem contulit. Vt enim aqua eorum locorum per quæ decurrit, saporem refert: sic etiam quando ieiunium hoc per auctorem uitæ transiuit, nouam ab eo dignitatem, & gloriam traxit, ut iam hoc tempore ieiunare non solum abstinentiæ munus sit, sed etiam insigne quoddam diuinæ similitudinis decus & ornamentum.

CORINTH. 2. Ecce nunc tempus acceptabile, &c. 13. Quod grati debeamus esse Deo, maximè tempore Quadragesimæ, quod tempori gratia nos referuauit. Vide Gratiudo, num. 28. ex GALFRIDO.

REGES, ET REGNUM.

- Regni peccatoris confusio. 1.
In domibus regum sunt carnales. 2.
Regi seruanda præda. 3.
Regi debetur tributum. 4.
Regum fauor instabilis. 5. 7. 8. 13.
Regi, & Pontifici debetur honor dulie. 6.
Erga reges etiam malos diuina prouidentia ostenditur. 9.
Regum peccata, difficiliter remittuntur. 10.
Qualiter effimur reges spiritualiter. 11. 14.
Reges legi Dei subiecti. 12.
Regnum calorum qui possidebunt. 15. 16.
Principes necessarij in repub. 19. 22. 23.
Melius est à nullo, quàm à pessimo regi. 20.
Rex Deo adhereat. 21.
Mali principes demonibus semiles. 24.
Regnum Dei, & Diaboli quomodo differant. 17. 18.

Regni peccatoris confusio.

GENES. 10. Fuit autem principium regni eius, scilicet Nemrod, Babylon, &c. AMBROS. Principium regni peccatoris Babylon, id est, confusio, eo quod malitia, & potestas non in simplicitate, & puritate, non in distinctione uirtutis, sed in confusione uitorum est.

In domibus regum sunt carnales, ut plurimum.

GENES. 12. Nuncianerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam, scilicet Sarai, apud illum. LIPOMAN. Viderunt eam semel, & iterum curiosè, scilicet ut aulicorum, ac carnalium principum studia discas, qui tantopere pulchram laudauerunt regi, ceu dignam regio matrimonio, per omnia regum moribus se attemperantibus illis, qui in domibus regum sunt.

Regi seruanda præda.

GENES. 14. Nihil accipiam ex omnibus qua tua sunt. AMBROS. Cum Abram uicerit, & præda in potestate uictoris sit, quomodo dicit quæ tua sunt? Docet militarem disciplinam, ut regi seruentur omnia.

Regi debetur tributum.

GENES. 21. Tulit itaque Abraham oues, & bonas, & dedit Abimelec. INTERL. Munera uidelicet tanquàm principi terræ, iuxta illud Apostoli. [Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal.]

Regum fauor instabilis.

GENES. 26. Dixerat Abimelec rex de Isaac, & qui uictigerit hominis huius mulierem, morte morietur. Post pauca autem dixit ei: Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es ualde. LIPOMAN. Sic regum, & populi fauor instabilis: mundus odit, & persequitur amicos Dei.

Regibus honor deferendus.

6. GENES. 33. Jacob adoravit promus in terram septies, &c. CAIET: Hinc habes non esse illicitum huiusmodi honores exhiberi principibus, etiam infidelibus, cum contineantur infra latitudinem humanorum honorum, neque exhibeantur hominibus tanquam diis, sed tanquam principibus. LIPOMAN. Vbi sunt qui successori Petri, qui Christi Vicario, qui Ecclesie capiti Romano Pontifici adorationem dulci negat exhibendam? Cum hic iustum videamus à Deo electum, germano impio, & à Deo reprobato, seruoque suo adorationem septies in terra pronum exhibuisse.

Regum fauor instabilis.

7. GENES. 40. Accidit ut peccarem duo Eunuchi, & pistor, domino suo. LIPOMAN. Superuacaneum fuerit cum Iudæis diuinae genera peccatorum istorum, quibus in iram regis inciderunt. Musca scilicet in potu, & lapillus in pane repperit. Digna sanè responsio ad illos qui pertinacius requirunt, quæ Spiritus sanctus inutilia scitu omisit, quasi non facile periclitentur qui potentibus famulantur. AMBROS. De istis quid dicam, nisi quod exemplum debent esse cæteris? Quod status eorum fragilis, ac tenuis, & in voluntate regia spes omnis, quibus leuis offensa summum periculum sit; secundæ autè res vile ministerium. Gloriantur alter quod esset vini præpositus; alter quod pistor regis. offendit vterque, & missi sunt in carcerem.

Idem.

8. IBI D. Tria canistra, tres adhuc dies sunt post quos auferet Pharao caput tuum. AMBROS. Sublimem se esse credebat; quia in potestate habebat panem regium, & nesciebat multos anfractus esse huius potentie. Minabatur aliis ipse mox supplicio dedendus extremo; & etiam hoc exemplum reuocare deberet regios ministros, ut fauoribus non crederent. Sunt & alia exempla de fastu, & de fragilitate ministrorum regalium. Et Doeg præpositus erat regis animalium, qui sacerdotè Domini detulit, & fraude regem commouit, in sacerdotis periculum, & hic Cyrus erat. Aman quoque cubiculo regis & ipse præpositus, dum populum fidelem spoliarè, ac persequi contendit granibus sacrilegia supplicii expendit.

Erga reges etiam malos diuina prouidentia ostenditur.

9. GENES. 41. Vidit Pharao somnium, &c. LIPOMAN. Scilicet, per ministerium boni Angeli, non propter eius meritum, sed propter commune bonum. Deus namque erga publicas personas prouidentiam suam ostendit, & aliqua his bona clarigitur propter regni utilitatem.

Regum peccata difficilius remittuntur.

10. LEVIT. 4. Si peccauerit princeps, &c. offeret hostiam Domino hircum de capris immaculatum. ORIGEN. Non capram facilem, scilicet vel medicorem, sed asperam & difficilem penitentiam. Quanto enim quis intellectu præminet, tanto si peccat pro maiori culpa maiorem poenam sustineat. Vnde INTERL. Cui plus committitur, ab eo plus exigitur. Hircum immaculatum. INTERL. Quia sacrificium pro peccato immaculatum oportet esse penitentiam, id est, sine peccato, ne vel voto, vel facto se ad aliud inclinet. Regabitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & remittetur ei. Vide difficultatem in remittendo

principis peccato. Vnde INTERL. Non enim sumus idonei dimittere peccata nobismetipsis. Vide etiam, Prelati, num. 67.

Et nos reges sumus, si quadam faciamus.

11. VIDICVM 5. Audite reges, auribus percipite principes, ORIGEN. Exulta popule Dei audiens tuæ nobilitatis insignia. Tu es enim genus electum, & regale sacerdotum. Vnde Christus rex vester, dicitur [Rex regum, & Dominus dominantium.] Sed si exultas de nobilitatis titulo disce quid agèdo quisque fiat rex. Regem te omnium esse facis, si regnet Christus in te. Item si in te animus regnat, & corpus obtemperat, si vitia sobrietatis premas freno, merito rex vocaris quia rectè regis, Rex enim à regendo dictus est.

Reges legem Dei obseruent.

12. 4. REGVM II. Et posuit supra eum diadema & vestimonia. Quod reges debent legem Dei seruare, Vide, Prelati, num. 67. & num. 74.

Fauor regum instabilis.

13. TOBIÆ 2. Salmanasar rex dedidit Tobie potestatem quocumque vellet ire habens libertatem quocumque facere voluisset. Verumtamen filius eius Sennacherib inuicem occidit, & tolli omnem substantiam eius. Tobias verò cum filio suo, & cum uxore fugiens nudus latuit. Mortuo verò rege Sennacherib, successit Sarchedonus filius eius, & restituit eum in gratiam, & reuersus est Tobias ad domum suam, omniisque facultas eius restituta est illi. Vide instabilitatem fauoris regalis.

Regina est anima dominans passionibus.

14. 3. REG. 10. Venit regina Austri à finibus terre austrarie sapientiam Salomonis. RICHARD. Quæ est ista regina Austri, & illius calidæ regionis inhabitatrix, & domina, & videndi Salomonem desiderio succensa, nisi quælibet anima sancta, sensibus, & appetitibus carnis, cogitationibus, & affectionibus mentis fortiter præsidens, & summi regis, verique Salomonis dilectione feruens? &c.

Regnum calorum qui possidebunt.

15. MATTH. II. Regnum calorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. BERNARD. Quatuor sunt genera hominum regnum calorum possidentium. Alij, violenter rapiunt, alij mercantur, alij furantur, alij compelluntur ad illud. Rapiunt qui reliquerunt omnia, & sequuntur ipsum. Sunt alij inferioris gradus à quibus merentur carnalia dum spiritualia seminantur. Tales dicuntur mercatores, quia dant in præsentem pauperibus temporalia, ut in futuro ab eis recipiant æterna, quæ non nisi per eos habere merentur. Necessè est enim omnes qui in futuro iudicio examinandi sunt, vel esse iudicis amicos, vel apud iudicem amicos habere intercessores. Habent ergo primum beatitudinis locum, qui intercedunt, habent hi pro quibus intercedunt secundum, & iam alij, qui nonnulla bona occultè faciunt, pro quibus merentur regnum calorum, sed tamen furari illud dicuntur, quia laudem humanam vitantes, solo diuino testimonio sunt contenti. Alij sunt qui compelluntur, ut pauperes necessarii, quos hic ignis paupertatis, Deo dispensante probat ne in futuro ignis iudicij damnabiliter puniat. De quibus dicitur: [Cõpelle eos intrare, &c.] Compelluntur enim variis necessitatibus, & oppressionibus afflicti. GALFRIDVS. Si non potes illud rapere vel emere, saltem furare; si non potes in illud vim facere, saltem vim parere, & ingredi, vel compulsi. Ab Oriente portæ tres comparantibus regnum Dei

Principes necessarii in republica.

19. CHRYSOST. homil. 6. ad pop. Antioch. Sicut si gubernatorem è nauis separaueris, scapham submersisti, & si ducem ab exercitu abducas, vincos hostibus tradidisti milites: ita si principes de ciuitatibus abstuleris, feris irrationabilibus magis irrationabiles degemas vitam inter nos morientes, & nos denorantes, pauperiore potentior, mansuetiore audacior. & infra. Quod in domibus faciunt lignorum contignationes, hoc principes in ciuitatibus. Nam sicut si illas sustuleris, dissoluti parietes per sese corruunt, sic & si ex mundo principes tollas, & horum nutum, & domos, & ciuitates, & gentes cum multa inter se licentia corruent, nemine existente, qui contineat & repellat, & poenæ timore eos quietere persuadeat.

Melius est à nullo, quàm à pessimo principe regi.

20. IDEM hom. 34. ad Hebr. Melius est à nullo quàm à pessimo principe regi: ille quidem saluatus est sæpenumero; plerumque etiam in periculum decidit; iste autem omnibus modis periculosa subiturus est, dum ad foueas, & ruinas impellitur.

Rex Deo adhaereat.

21. CYPRIANVS lib. 12. abstinsonum. Paxillus nisi bene fixus firmiter alicui fortiori adhaereat, omne quod in eo pender, citò dilabitur, & ipse solutus à rigore suæ firmitatis cum oneribus ad terram dilabitur. Sic & princeps, nisi suo conditori pertinaciter adhaeruerit, & ipse, & omnis qui ei consentit, citò deperit.

De necessitate probitatis principis.

22. AGARETVS DIACONVS de officio principis. Solis profectò partes sunt illustrare radiis orbem; Principis verò virtus est, egenorum misereri. Porro his clarior est imperator; ille namque cedit succedenti nocti; hic autem rapacitati prauorum non concedit, indulget ve quidquam, sed lumine veritatis, iniquitatis occulta coarguit. IDEM ibidem. Sicuti fit apud nauigantes, cum naua errat, modicum affert nauigantibus nocumentum, cum verò ipse gubernator, totius efficit nauigij perniciem: sic & in ciuitatibus, si quis ex subditis peccet, non tam rempub. quam seipsum lædit; si vero ipse princeps, vniuersæ infert reip. detrimentum, is igitur ut non exignam redditurus rationem, si quid neglexerit eorum, quæ factò opus sunt, cum exquisita diligentia, & dicitur cuncta, & factiter.

De boni regis necessitate.

23. CHRYSOST. hom. 34. in epist. ad Hebræos. Sicut si ex choro ipsum principem auferas nequaquam modulatus chorus, vel ordinatus existit, & phalanx militum, si ducem non habeat, nullo modo numerosè acies illa, vel ordinatè procedit; & nauis si gubernatore priuerit, pessum eat necesse est; & gregi si pastorem abstuleris, cunctus dispergetur, & peribit: ita & malum, & multarum cladum est, & occasio confusionis, & turbationum principum, vbi nullus principatus; & est subuersionis argumentum. Verum si princeps malus existat, peius malum est quam sine principe conuersari, melius populo est à nullo, quàm à pessimo regi. Ille quidem saluatur aliquando, etsi plerumque in periculum decidat: iste autem omnibus modis pericula subiturus est, dum ad foueas, & ruinas impellitur.

Mali principes demonibus similes.

24. AVGVST. lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 32. Sicut demones nisi eos quos fallendo deceperint, possiderent

Dei per opera misericordiæ, per exercitia iustitiæ, per studia sapientiæ salutaris. Ab Occidente portæ tres furantibus per occultas afflictiones, per humiles confessiones, per secretas orationes. Ab Aquilone portæ tres patientibus, dum subtrahitur quod delectat, imponitur quod affligit, quod terreat intencatur. Ab Austro portæ tres facientibus, dum prauitas voluntatis, longinquitas consuetudinis, naturæ fragilitas superatur.

Regnum calorum, venale.

16. MATTH. 25. Esurini enim, & dedistis mihi manducare. PET. RAV. Amore pauperis Deus regnum suum vendit, ut illud emere valeat omnis homo. Fragmentum panis ponit in pretium, quia vult habere omnes, qui tantum petit pretij quantum homines scit habere. Quid iam excusare poterit non eumentem, quem tanta vilitas venditionis accusat? Manducat Deus panem in Cælo, quem percipit pauper in terra. Qui dederit esurienti panem, dabit illi regnum.

Regnum Dei, & Diaboli, quibus indicis discernatur.

17. LVCAE 17. Regnum Dei intra vos est. CASSIAN. Intra nos nihil aliud esse potest, quam scientia, aut ignorantia veritatis, & vel vitiorum amicitia, vel virtutum, per quæ aut Diabolo, aut Christo, regnum paramus in corde, cuius etiam regni qualiter describit Apostolus, ita dicens. [Non est enim regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto.] Itaque regnum Dei intra nos est, & ipsum regnum Dei iustitia & pax, & gaudium. E contrario illi qui in iniustitia, & discordia, & tristitia morte operante versantur, in regno Diaboli, & in inferno, ac morte sunt cõstituti. His enim indicis, vel Dei, vel Diaboli discernitur regnum. GALFRIDVS. Regnum Dei intra nos est si iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto inueniatur in nobis. Non enim omne gaudium de regno Dei est; sed gaudium spirituale. A iustitia tamen est inchoandum. Hoc enim inuenit qui dicebat. [Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius,] Iustitia pacem parturit, pax lætitiæ spirituale. Iustitia verò vnicuique reddit quod suum est. A te ipso incipere libet, &c. Vide Iustitia, num. 16.

Regnum Dei, non in voluptatibus, sed in iustitia consistit.

18. ROM. 14. Non est regnum Dei esca, & potus, &c. BERNARD. Solet Apostolus in verbis esse breuis, in sententiis copiosus. Tam significanter vniuersa depromit, & sic intonat spiritu, & virtute, ut in serie ordinem, in sensu plenitudinem, in vtroque connectionem, mirabiliter ostendat. Non est esca, & c. sed iustitia, inquit, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Quid ad hoc dicitis vos gulosi, &c. Vide Gula, numer. 15. Quid ergo iustitia, & c. Attendis & intendis: quia gaudium in fine est: Sic fatui filij Adam præcipiti saltu iustitiam transilientes, & pacem rem finalem in principium conuertente, & peruertere vultis? Nemo enim est qui gaudere non velit. Non statit, & non erit illud, quia sicut non est pax impiis, sic nec gaudere impiis dicit Dominus. Non sic impij, non sic, sed prius est iustitiam facere, pacem inquirere, & sic demum apprehendere gaudium: imò à gaudio comprehendit. Sic conuenus ille angelicus prius iustitiam fecit, cum stetit in veritate, & veritatis deseruit desertorem; post hæc illa pace firmati sunt quæ exuperat omnem sensum, quia cum diuersis honorum primatibus ambiatur, nullus est qui murmuret, qui inuideat nullus.

dere non possunt: sic & homines principes non sanè iusti, sed dæmonum similes, ea quæ vana esse noverunt religionis nomine, populis tanquam vera suadebant: hoc modo eos civili societati velut arctius alligantes, quo similiter subditos possiderent. Quis autem infirmus, & indoctus euaderet simul fallaces, & principes ciuitatis & dæmones?

Religiosus regi comparatur. Vide Religio, num. 80.

RELIGIO. RELIGIOSVS.

Religiosus non fidendum in sanctitate fundatorum.

Vide, Nobilitas, num. 5.

In Religione unitas & concordia. 1. 86.

In religione separantur electi ut fructificent. 2. 25. 26. 59.

Religio mutat mores. 3.

Ad Religionem vocatio donum Dei. 4. 61.

Religiosus non tam vires diaboli, quam astutia est timenda. 5.

Contra malos religiosos. 6. 9. 11. 12. 14. 24. 29. 36. 39. 42. 43. 45. 46. 63. 67. 68. 70. 71.

Religionis difficultates vincit amor Dei. 7. 21. 24.

Religioso triplex renunciatio necessaria. 8.

Religio qua intentione aggredienda. 9.

Religionis laudes. 9. 13.

Religio est mons in quo saluamur. 10. 11. 65.

Religiosus mundus insequitur. 12. 19.

In Religione ordo maximus. 13. 34.

Religiosi qua docere debent verbo & exemplo. 15. 16. 50. 55.

Religioso conuenit relinquere omnia. 16. 18. 19. 26. 31. 32. 35. 40. 54. 81.

In Religione perseverandum. 17. 22. 33. 48. 49.

Pro incredulis religionem. 18. 19.

In Religione sacrificiū acceptum. 20. 27. 37. 38. 44.

Religiosi conuersatio in cælis. 23. 24. 31.

Religiosi populus specialiter dilectus. 25. 26. 38. 58.

Religio preponenda parentibus, & cognatis. 28. 32.

Religiosi serui domestici domini. 29.

Religiosi qualiter tractare debent negotia proximorum secularia. 30. 31.

Religiosus sit obediens Prælati. 33. 83.

Religiosus accommodetur ordini suo. 34.

A Religioso amputande vite secularis cogitationes. 35.

Religiose paupertatis premium eximium. 36. 54.

Malus religiosus toti communitati nocet. 41. 42.

Religiosus acquiescens consiliis seniorum, non decipitur. 47.

Contra religiosos apostatas. 48. 49.

Religiosorum castitas. 51.

In Religione plures sunt iusti. 52.

Religiosi qui in choro diuinis laudibus intendentes. 53.

Religiosi Adiutores Dei. 54. 56.

Religiosi occupationes. 55. 56.

Religiosorum premium. 57.

In Religione multa exempla virtutum. 59.

Religiosi dentibus comparantur. 60.

Religiosi gregi tonfarum comparantur. 60.

Religiosus non peccandum. 62.

Religiosi figurati per Nazareos. 64.

Non detrahendum religionibus. 65.

Religio fasciculus religatus. 66.

Religiosis formam Ioannes Baptista perscripsit. 69.

Contra Religiosos differentias ciborum obseruantes.

70. Contra Religiosos dispensantes sibi in corporis solatio. 71.

Religiosi osibus aridis comparantur. 72.

Religiosi comparantur quibusdam arboribus deserti.

73.

Religio castris comparatur. 74.

Religiosi abstinere debent à mundanis rebus. 75.

In Religione ostenditur qua sit cuiusque virtus. 76.

Religio non sufficit nisi mores adsint religiosi. 77.

Conuersatio cum religiosis vitilis. 78.

Differentia inter mensam religiosorum & diuitum. 79.

Religiosus regi comparatur. 80.

De religiosis extra claustra. 82. 89.

Religiosus non est in statu perfectionis sed tendit ad illam. 84.

Nonius in religione comparatur egypto, &c. 85.

Opus boni religiosi charius Deo quam secularis. 87.

In religioso tria bona necessaria. 88.

In Religione Deus manifestatur non in mundo. 90.

In Religione unitas & concordia.

GENES. I. Congregentur aqua in locum unum, & appareat arida. AMBROSIVS. Vide, Ecclesia, num. 2. Vbi quædam dicit, quæ religioni conueniunt, nempe congregata est aqua ex omni lacu, & ex omni fouea, vt nemo fodiat foueam fratri suo, sed omnes se inuicem diligant, omnes se inuicem foueant, & quasi vnum corpus diuersa se membra sustinent: vbi non ranarum cantus, vt in paludibus, sed concentus Ecclesiæ, consona circa Dei laudes populi vox, & pia vota delectent.

In religione separantur electi ut fructificent.

IBIDEM EVCHER. Sæculum locus est, vbi aqua amara congregantur. Religio verò terra fructifera. Finit ergo Deus superborum limites, & coërcuit eos, ne turbulentis iniquitatum suarum fructibus aridam, id est, animam sitientem Deum conturbent, liceatque ei germinare bonorum operum fructus.

Religio mutat mores.

GENES. I. Producant aqua reptile anima viuens, &c. Per aquam intellige religionem. AMBROS. Aqua prior animarum viuentium reptilia, diuino nutu imperata produxit. Secundò plura in aqua quam in terra sunt animalia. Tertiò ea quæ rimemus in terris, amamus in aquis: etenim noxia in terris, in aqua innoxia sunt. Anguis in terra venenosa, in aquis sine veneno. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. Muræna terrestris aliquid habet noxium, in aqua esca pretiosior est; Rana horrens in paludibus, decorata in aquis omnibus ferè præstat alimentis. Canes verò etiam in mare caue: nam hos etiam in Ecclesia molestos esse & cauendos docet Apostolus ad Philip. 3. [Cautere canes, caucte malos operarios.] Denique tanta

tanta est aquarum gratia, vt ei conueniat illud Propheticum de Ecclesiæ sanctitate dictum. *Isai. 65.* [Lupi & agni simul pascentur, & leo, & bos simul comedent paleas.] Nec mirum, quandoquidem etiam in Ecclesia, aquæ hoc ipsum operantur, nempe, vt prædonum abluta nequitia cum innocentibus comparantur. adde etiam porcos maris Iudæis esse gratos: quia nihil est commune quod non aqua abluat. Quam bona autem mater sit aqua, etiam hinc confidera. tu o homo docuisti abdicaciones patrum in filios, separationes, odia, offensas; disce ergo ab aqua, quæ sit parentum & filiorum necessitudo. Viuere pisces sine aqua non queunt, nec à sui parentis confortio, separari, quin moriantur illico: quia quod nobis est spiritus, illis est aqua.

Vocatio ad religionem donum Dei.

GENES. I. Producant aqua reptile & volatile, &c. HVGONIS VICTORE. Pisces, & aues idem principium, eandemque originem habuerunt, licet diuersa loca fortini sunt: nam pisces remanentibus in aqua, aues in aère translatæ sunt; quasi supra id quod sunt, sic de vna massa corruptibilis naturæ vniuersa generis humani propago trahitur; sed aliis deorsum in ea, qua nati sunt corruptione, in se derelictis, aliis sursum dono gratiæ ad sortem celestis patriæ eleuatis, iudicij seruatur æquitas. *Hæc ille.* Applica autem ad electionem & vocationem ad religionem, iuxta illud. [Vnus assumetur & alter relinquetur.]

Religiosus non tam vires diaboli quam astutia est timenda.

GENES. 3. Sed & serpens erat callidior cunctis animalibus terra. BERNARD. Non est quod vobis timeam à viribus Satanæ fratres mei, & satellitum eius, cum nouerim illius fortitudinem traductam per vulnera Redemptoris, & deductam ad nihilum à versutis & astutiis eius: timeo vobis in quibus partim subtilitate naturæ, partim experientia temporum, sub tot annorum millibus eruditus fragilitatem humanæ naturæ quaquā versum se vertit non ignorat. Sic enim ille insatiabilis hominida, non vrsos, non leones, non fortia terræ animalia delegit; sed tortuosum & callidum serpentem, qui per sinuosa volumina, nunc caput cauda, nunc caudam capite regere consuevit. Denique & serpens erat non fortior, sed callidior cunctis animalibus terra, &c.

Contra malos religiosos.

GENES. 4. Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola. LIROMANVS. Ambo quidem habere sancta exercitia, sed Abel sine mandato Dei; vt videri poterat. Cain autem operam dat obedientiæ: dixit enim Deus patri suo, vt operaretur terram, de qua sumptus fuerat; & nihilominus præfertur Abel ipsi Cain. Cain sanctiori operi, & rei magis necessariae operam dat, grauius laborat, & poenam humano generi decretam diligentius sustinet: sed fide ac deuotione, quam Deus inuenerit, minor fuit, quam Abel. Similiter & religiosi sanctiori operi ex obedientia intendunt, quam sæculares, sed plerique fide ac deuotione minores sunt. Iuxta illud. [Publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei,] & [Multi ab Oriente, & recumbent, &c. filij autem regni eiciantur in tenebras exteriores.]

Religionis vocatio plena difficultatibus.

GENES. 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, &c. & veni in terram, quam monstrauero tibi.

CHRYSTO. Quasi ei diceret Deus, relinque certa & elige incerta, & non apparentia. Considera quo modo ab initio exercetur iustus: nec enim vulgare; & paruum aliquid erat id, quod vt faceret præcipiebat Deus. Nunc enim quamuis tanta sunt religionis incrementa, multi aded sunt consuetudini suæ alligati, vt potius multa, imo omnia ferre velint, quam loca mutare, in quibus prius habebant domicilium. Id quod non solum vulgò fieri videmus, sed etiam ab his, qui è medio tumultu fugere, & monasticam vitam delegerunt: maximè quod nec locum, nec certam regionem ei designat. *Egredere*, inquit, *de terra tua*, &c. *& veni in locum*, &c. Domine non dicēs locum quo iturus sum, vel quantum distat, &c. Nihil horum dixit, vel cogitauit iustus; sed omnia, leuia, & facilia ei apparere faciebat suus in Deum amor. *Avgvst.* *Serm. 68.* Nouum probationis genus, habenti propria exilia, indicere peregrina, ingerere laborem itineris quiescenti, imperare penuriam possidenti, & tantarum facultatum domino necessitatem imponere peregrinandi. Libenter tamen fides accipit, quidquid arduum videbatur incredulis. leuius quidem probaretur, si vel nomen loci, quo perrexisset, audiret.

Religioso triplex renunciatio necessaria.

IBIDEM. CASSIAN. Collatione 3. capit. 3. & 6. 8. Iponit tres vocationes, Vide verbum *Vocatio*. Et deinde ponit tres renunciaciones religioso necessaria. Prima, inquit, renunciatio, quæ corporaliter vniuersas mundi diuitias facultatēque contemnimus. Secunda qua mores, ac vitia affectuque pristinos animi, carnisque respiciamus. Tertia qua mentem nostram de presentibus vniuersis, ac visionibus euocantes futura tantummodo contemplamur, & ea quæ sunt inuisibilia concupiscimus. Quæ tria, vt simul perficiantur ad Abraham legimus à Domino fuisse præcepta. Cum enim dicit *exi de terra tua*, dicit vt exeat de facultatibus huius mundi, operibusque terrenis. Cum secundo dicit *de cognatione tua*, id est, de conuersatione, & moribus vitisque prioribus, quæ nobis à nostra natiuitate, coherencia sunt, & veluti cognata. Tertiò, *de domo patris tui*, id est, omni memoria mundi huius, quæ occurrit obtutibus, vnde etiam ipse Deus, per David ait ad animam *Psal. 44.* [Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui.] Qui dicit [audi filia,] Pater vtiq; est, & illum cuius domum obliuisci mandat, Patrem etiam fuisse suæ filia testatur, ac si dicat, iam non ea quæ videntur, sed quæ non videntur contemplare: quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ non videntur, æterna. *2. Corin. 4.* [Excunte ergo corde de hac temporali ac visibili domo in illam domum in qua iugiter erimus permanens, nostros oculos, mentemque dirigamus, quod tunc implebimus, cum in carne ambulantes, non secundum carnem viuamus, sed nostra conuersatio in cælis sit.] His tribus renunciacionibus, propriè tres libri Salomonis aptantur. Nam Proverbia primæ abrenunciacioni conueniunt; quibus mores emendantur incipientium, ac terrena vitia rescantur. Secundæ renunciacioni Ecclesiastes, vbi vniuersa, quæ aguntur sub sole, Vanitas pronunciat. Tertiæ Canticum Canticozum, in quo mens visibilia cuncta transcens, verbo iam Dei & cælestium rerum contemplationi coniungitur. Nisi quis tres has abrenunciaciones impleuerit, ad quartum hoc peruenire non potest; *Et veni in terram quam monstrauero tibi*, quod remunerationis ac præmij vice taliter renuncianti tribuitur.

Religio

Religio qua intentione aggredienda.

9. **GENES. 12.** *Ecce uxor tua ante te est, accipe eam & uade.* HUGO DE FOILTO. Religio assimilatur mulieri castæ, quæ ab aliquo diligitur, ut in uxorem ducatur, ideo scilicet, quod pulchra sit, quod nobilis, quod abundans diuitiis, quod sapiens videatur; ut in illius pulchritudine delectetur, & de nobilitate filiorum gloriatur, ut augeantur sua illius censu, & seruentur sensu. Huic mulieri potest assimilari religio, quæ pulchra est in contemplatione, sapiens in sui circumspectione, nobilis, quia libera est à peccati seruitute, diues in hereditate, cuius hereditas est regni cælestis æternitas. Amat luxuriosus pulchram, sed non amat castam; sic quandoque carnalis animus tactus pulchritudine religionis, religionis induit habitum: cum autem castitatis munditiam reperit, displicet quod placuerat. Sic uxorem Abraham, quam rex Egypti propter pulchritudinem rapuerat, intactam reddit marito dicens; *Ecce uxor tua, &c. quare non dixisti mihi, quia uxor tua est?* hoc est, quod non perfectorie, sed legitime teneatur coniugio, sed dixisti sororem tuam, nullis legibus astricam, & naturæ sociam; Quis hoc ignorat nostris temporibus Ecclesiis euenisse? Sunt enim quidam qui delicatam ac voluptuosam fore credunt religionem, expertem laboris, vacantem otio; & ideo habitum religionis indiseretè rapiunt, votum faciunt, professionis vinculo constringuntur: cum autem religionis ordinem, & consuetudines eiusdem aduersantes carni nouerint, in hæc uerba prorumpunt: Putauimus, inquit, pondus religionis tenuius esse: quis enim potest ferre claustrum tedium, diurnitatem silentij, pondus laboris, asperitatem vestis, parsimoniam cibi? sic ergo uxorem suam reddunt Abraham expellentes eam, ut liberi remaneant in Egypto.

Religio est mons in quo saluamur.

10. **GENES. 19.** *Nec stes in omni circa regionem, sed in monte saluum te fac.* AMBROS. Nec in tota uitorum regione remoreris. CAETER. In Hebraeo habetur, [Nec stes in omni planitie, sed in monte saluum te fac. INTERL. ET ORDINAR. Mons altitudinem uirtutis significat, ad quam Angelus Christus hortatur dicens. [Si vis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, &c. Sequitur, nec possim in monte saluari, &c. RVPERTVS. Hoc planè illud est quod uidemus pleroticque admirari ait: [Quæ est ista quæ progreditur, &c. terribilis ut castrorum acies ordinata, & item. [Quid uidetis in Sunamite, nisi choros castrorum.] Non sunt hæc castra Philistinorum, sed filiorum Israël, & sicut de castris præcepit Moyses, ut hæc ponerentur ad Orientem, & hæc ad Occidentem, hæc ad Aquilonem, & hæc ad Meridiem; sic & nostra possumus ordinare. Sint ergo nouitij & nouiter professi ad Orientem, quibus de nouo incipit oriri Sol iustitiæ; in quibus rutilare incipit initium quoddam conuersationis honestæ, vel ideo ad Orientem: quia ad ortum Solis & Iustitiæ, & veri Orientis, de quibus dicitur, [Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ.] & [ecce vir oriens nomen illius,] in memoria habent: affectiones enim nouiter conuersorum præcipue circa Christi incarnationem versantur. Ad Occidentem ubi dies clauditur sint infirmi, quibus iam, iamque imminet dies mortis. Ad Aquilonem sint conuersi & obedientiales, hi sunt saga cilicina, quæ pluuia & tempestates sustinent, ut alij libera mente Deo vacare possint. Ad meridiem ubi clarior & feruentior dies, sint prælati & claustrales, in quibus amplior fidei calor esse debet; qui & præ cæteris maiori cognitione Dei replentur.

Contra malos religiosos.

11. **GENES. 19.** *Et mansi in spelunca ipse, & duæ filie eius cum eo, &c.* INTERL. Sicut Lot in Sodomis, iustus in monte peccauit. Sic quidam seculares inter malos statum rectitudinis tenent; cum uero ad altitudinē uitæ ascendunt, negligentiores facti grauitèr peccant, quod nec locus regionis sit securus, uide, Locum, nu. 7. ORIGENES. Sed & tu obseruare debes, ne forte etiam cum effugeris flammam sæculi, & incendia carnis euaseris, etiam cum pusillam ciuitatem Segor superaueris, & ad scientiæ altitudi-

nem uelut ad quædam cacumina montis ascenderis, uide ne tibi insidiantur duæ filie istæ, quæ à te non discedunt, sed sequuntur te; etiam cum ascendis in montem, scilicet, uana gloria, & maior soror eius superbia, &c. Vide Gloria uana, num. 1.

Religiosos mundus insequitur.

12. **GENES. 31.** *Cur ignorante me fugere uoluitis? &c.* RVPERTVS. Etiam uique hodie alutinos Christi mundum fugientes insequitur mundus; semper quidem malis exemplis, nonnumquam autem uisibimè conformare nititur; & etiam uique hodie Rachel insectatoris sui multum dolens furaturum in hi, qui habitum uel ordinem religionis contemplatiua pollicentes uitam, ad autritiam, quæ est tribulationum seruitus, aspiciunt; ita ut nonnumquam de rebus Ecclesiasticis fraudem faciant, siue spiritua lia Dei dona tebuant pro pecunia. Vide etiam Sa cerdos, numero 4.

Religionis bona.

13. **GENES. 32.** *Castra Dei sunt hæc.* ODO TYSCLANVS. Si quid agatur in castris militantium consideremus attentius, inueniemus proculdubio in castris nostris multa similia actuari. In castris nihil otiosum, nihil luxuriosum, nihil superfluum, nihil inordinatum. Hæc omnia in castris sanctæ congregationis manifestum est inueniri. Procul ab eis otiositas, de qua dicitur, [Inimica est otiositas animæ,] quæ etiam legitur strisse iniquitas Sodomæ, & Gomorrhæ. Nihil in eis luxuriosum: quoniam omnibus amica est castitas, quam etiam professi estis; uide hæc castra? Castra non immerito à castrando dicuntur, in quibus nemo dignè militare potest, nisi se ipsum castrauerit propter regnum caelorum: nihil superfluum: quoniam nobis multa necessaria defuit. Nihil inordinatum: quoniam iuxta Apostolum, [Omnia honestè, & secundum ordinem sunt in nobis.] Hunc ordinem obseruari in castris quærebatur legislator, cum diceret: homo secundum ordinem suum incedat in castris. omnia quidem fecit Deus in pondere & numero; & mensura, nec aliquid inordinatum reliquit, siue in caelo siue in mundo; uide & beati illi Angelici spiritus ordines appellantur. Solus infernus sine ordine est; ubi umbra mortis, & nullus ordo. In castris uinuersalis Ecclesiæ, cuius ordinem Spiritus sanctus in Canticis admiratus ait: [Quæ est ista quæ progreditur, &c. terribilis ut castrorum acies ordinata, & item. [Quid uidetis in Sunamite, nisi choros castrorum.] Non sunt hæc castra Philistinorum, sed filiorum Israël, & sicut de castris præcepit Moyses, ut hæc ponerentur ad Orientem, & hæc ad Occidentem, hæc ad Aquilonem, & hæc ad Meridiem; sic & nostra possumus ordinare. Sint ergo nouitij & nouiter professi ad Orientem, quibus de nouo incipit oriri Sol iustitiæ; in quibus rutilare incipit initium quoddam conuersationis honestæ, vel ideo ad Orientem: quia ad ortum Solis & Iustitiæ, & veri Orientis, de quibus dicitur, [Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ.] & [ecce vir oriens nomen illius,] in memoria habent: affectiones enim nouiter conuersorum præcipue circa Christi incarnationem versantur. Ad Occidentem ubi dies clauditur sint infirmi, quibus iam, iamque imminet dies mortis. Ad Aquilonem sint conuersi & obedientiales, hi sunt saga cilicina, quæ pluuia & tempestates sustinent, ut alij libera mente Deo vacare possint. Ad meridiem ubi clarior & feruentior dies, sint prælati & claustrales, in quibus amplior fidei calor esse debet; qui & præ cæteris maiori cognitione Dei replentur.

Contra

Contra malos religiosos.

14. **GENES. 34.** *Egressa est Dina, ut uideret mulieres regionis illius, &c.* GREGOR. 3. p. Pastoral. cap. 30. Dina, ut mulieres uideat extraneæ regionis egreditur, quando uuaquæque mens sua studia negligens, actiones alienas curans, extra habitum atque extra ordinem proprium euagatur, quam Sicheus princeps terræ opprimit: quia uidelicet inuentam in curis exterioribus, diabolus corrumpit, & adglutinata est anima eius cum ea: quia uinitam sibi per iniquitatem respicit, &c.

Religiosi qua docere debent uerbo & exemplo.

15. **GENES. 37.** *Viderunt Ismaelitas uiatores, uenientes de Galaad portantes aromata, & resnam, & stabiam in Egyptum.* INTERL. Ismaelita autem uiatores uenientes de Galaad sunt mundi contemtores, qui de gentibus ad fidem uenientes (vel dic de sæculo ad religionem) legis & Prophetarum testimonio odorifera, & salutifera mundo languenti superposuerunt malagmata. LIPOMAN. Aromata scilicet, resnam, & stabiam, hoc est orationem, & elemosynam, & carnis mortificationem, quæ tria commendat Dominus Mat. 6. Hæc ferre debent religio si prædicatores in Egyptum, ea uidelicet in semetipsis prius ostendentes; deinde gentibus annunciantes iuxta illud 1. Petri 2. [Conuersationem uestram inter gentes habentes bonam.]

Religiosus relinquat omnia, ut fructificet.

16. **GENES. 41.** *Nati sunt autem Ioseph filij duo, &c. Vocauitque nomen primogeniti Manasses, id est, obliuio, &c. Nomenque secundum appellauit Ephraim dicens: crescere me fecit; &c.* RVPERTVS. Hoc quoque Dominus nostro ita mysticè congruit, ut & nos exemplo eius obliuio si primùm, deinde fructuosi simus, iuxta hæc deo nomina, quorum alterum obliuio, alterum fructificans interpretatur: nam ille propter nos oblitus est domum patris sui, id est, Synagogam, & propter nos grano framenti assimilatus est, quod cecidit in terram & mortuus est, ut multum fructum afferret. Eius ergo exemplo, & nos obliuiscamur domum nostram, id est, omnem cognationem carnis, iuxta quod unicuique fideli animæ dicit Spiritus sanctus, [Audi filia & uide, &c. & obliuiscere populum tuum, &c.] Nam & ipse Christus in Euangelio dicit; [Si quis uenit ad me & non odit patrem, &c. non potest meus esse discipulus.] Quo uero fructu id fiat, ut secundum nomen, Ephraim, dicere possimus, crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ: in alio loco denunciat, cum dicit: [Et omnis qui reliquerit domum, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit.]

In religione perseverandum.

17. **EXODI 3.** *Locus in quo stas terra sancta est.* Quod perseverandum sit in religione, uide, Ecclesia, num. 37. EX AMBROSIO, & Perseuerantia, num. 9. & 10.

Pro ingredientibus religionem.

18. **EXODI 12.** *Mensis iste uobis principium mensuræ.* PRIMUS ERIT IN MENSIBUS ANNI. AMBROS. lib. 1. Examer. cap. 4. Regeneratis itaque dicitur: mensis hic uobis principium, &c. Derelinquit enim, & deserit, qui abluuitur, Pharaonem illum principem huius mundi dicens: abrenuncio tibi Diabolo, & Angelis tuis, & operibus tuis, nec iam seruiet ei, vel terrenis huius corporis passionibus, uel deprauatæ mentis erroribus, qui demersa omni malitia uice plumbi, bonis operibus dextera læuaque munitus inoffenso sæculi

huius freta studet transire uestigio. Hæc ille, Applicari hoc potest ingredientibus religionem. Et super illud. *Est enim Phasæ, id est, transitus Domini, ait GREGOR. NAZIANZ. sermone de Paschate.* Pascha transitum significat, historicè quidem eum; quo ex Egypto in terram Chananaeorum commigrarunt Hebræi; secundum uero spiritum eum transitum, quo nos ab his caliginosis locis deuolamus ad superos. HERRI. *Fabula.* Phasæ, id est, transitus id nobis indicat, quod de peioribus ad meliora pergentes tenebrosam Egyptum derelinquamus; Et super illud: *Et in cunctis diis Egypti faciam iudicia ego Dominus, ait idem ibidem.* Illud Iudæi autumant, quod nocte qua egressus est populus omnia in Egypto templa destructa sunt, siue motu terræ, siue tactu fulminum. Spiritualliter autem dicimus quod egredientibus nobis ex Egypto, errorum idola corruant, & omnis peruersorum dogmatum cultura quatatur. Et super illud, *Tulit igitur populus conuersam farinam antequam fermentaretur, &c.* ISIDOR. Sed & hoc à nobis modis omnibus, si fieri potest, elaborandum est, ut exeuntes à sæculo huius illecebris, in noui hominis conuersatione uiuamus; relicto pristino homine cum actibus suis.

Idem.

19. **EXODI 12.** *Profectique sunt filij Israël de Ramesse in Sochoth.* ORIGENES *hozm. 5.* Si quis est qui proficisci de Egypto parat, si quis est, qui cupit obliuiscere mundi huius actus, & errorum tenebras derelinquere: primo omnium ex Ramesse ei proficiscendum est, id est, ex commotione tinea; hoc est, non thezaurizes, ubi tinea exterminat, & ubi fures effodiunt, & furantur. Quod aperte Dominus in Euangelio dicit, [Si vis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus & habebis thesaurum in caelo, & ueni sequere me.] Si ergo vis uenire in Sochoth, id est, in tabernacula, ut Dominus tibi dux sit, & in columna nubis te præcedat, & sequatur te petra, quæ tibi escam spiritualem, & potum nihilominus præbeat spiritualem, exi ex Ramesse, & uenies in Sochoth, id est: discute à te tineas totius corruptelæ, & uitorum incitamenta reice, & habitabis in tabernaculis: habitatio autem in tabernaculis expeditum, & absque ullis impedimentis indicat esse eum, qui festinat ad Deum. HERRONVM. *Fabula.* Ramesses à quibusdam interpretatur Commotio turbulenta, aut amaritudo, commotioque tinea: nos autem uerius existimamus exprimi tonitruum gaudij. Ad hanc urbem, quæ in extremis sinibus Egypti erat, populus congregatus est; qui in deserto exire cupiebat, eo quod tumultum sæculi derelinquens mouetur à uitiis pristinis, & ab exedente se prius tinea peccatorum, ut omnem amaritudinem uertens in dulcedinem, Dei uocem in Sinai monte desuper tonantis audiat. Quod autem uerba diuina, & eloquia scripturarum in istius sæculi & mundi rota tonitruus appellentur, Psalmista declarat dicens: [Vox tonitruus tui in rota:] & Dei Patris uocem in Baptismo Saluatoris audientes, tonitruum purauerunt. Egyptij, id est, seculares admittuntur nos exire de sæculo, & torquentur inuidia, & postea nos tenere cupientes in persecutionibus suffocantur, quando & Egyptij sepeliunt primogenitos suos, id est, patres mortui terrenis operibus opprimunt inmortuos filios, Israël uiuus effugit. Circumdantur autem mortuis suis, ne exeuntes ex Egypto, primùm in tabernacula fugimus scientes nobis ad ueteriora pergeamus; tunc non comedere debemus de fermento Egypti malitiæ, & nequitia: sed uescimur azymis sinceritatis & ueritatis

tis, Domini præceptum opere consummantes: [Cauete à fermento Pharisæorum.]

In religione sacrificium acceptum.

20. **EXODI 13.** *Omne primogenitum hominis de filiis tuis precio redimes.* GREGOR. *hom. 20. in Ezech.* Sciendum quod Israeliticus populus primum sacrificium in Ægypto obtulit; secundum verò in eremo. Qui enim adhuc mentem habet in sæculo, sed boniam aliquid operatur, Deo sacrificium obrulit in Ægypto: qui verò præsens sæculum deserit, & agit bona, quæ valet, quasi iam Ægypto derelicta sacrificium præbet in eremo: quia repulso strepitu desideriorum carnalium, in mentis suæ quiete atque solitudine Deo immolat quidquid operatur.

In religione tentationes & arcta via.

21. **EXODI 13.** *Et armati ascenderunt filij Israel de terra Ægypti.* LIPOMAN. In Hebræo habetur. [Quini ascenderunt:] quia homines armati quinque ordinati procedebant ad bellum, idè dicitio Hebræa pro armatis ponitur. RVPERT. Armati ascenderunt videlicet in nostri exemplum, qui non ad otia de Ægypto huius sæculi, sed ad bella vocari sumus contra barbaricas acies vitiorum, aduersus phalanges malignorum spirituum, quamquam ipsi nondum essent idonei ad bellum, ante maris rubri transitum. Sicut & nos nihil fortiter agere potuimus ante perceptum salutare baptismatis Christi sacramentum. Et super illud; *Dominus præcedebat eos*, &c. ait D. PROSPER. Expulsi Hebræi per eremum ductantur, quia omni Christiano renuncianti mundo arcta illi, angustaque necessaria est via, quæ ducit ad vitam. Huic populo columna nubis in die, & columna ignis per noctem iter ostendit; quoniam Christiani hominis gressus à Domino diriguntur, & viam eius volet.

In religione perseverandum.

22. **EXODI 14.** *Multo enim melius erat seruire Ægyptiis, quam mori in solitudine.* ORIGEN. Tentationis & fragilitatis hæc verba sunt: alioquin falsum est; longè enim melius est in eremo mori, quam seruire Ægyptiis. Qui enim in eremo moritur: hoc ipso quod separatus est ab Ægyptiis, & discessit à rectoribus tenebrarum, & de potestate Satanæ, habuit aliquem profectum, etiamsi ad integrum peruenire non potuit. Melius enim perfectam vitam quærenti est, in itinere mori, quam ne proficisci quidem ad perfectionem quærendam. Vnde & eorum falsa videtur opinio, qui dum nimis arduum iter virtutis exponunt, dumque multas eius difficultates, multaque pericula & lapsus enumerant, ne incundum quidem id, aut incipiendum indicant: sed multò melius est me in hoc itinere vel mori; si ita necesse est, quam inter Ægyptios permanentem necari, & falsis atque amarissimis fluctibus obrui.

Religiosi conuersatio in cælis.

23. **EXODI 15.** *Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuæ.* ORIGENES. Non vult nos Deus in Ægypto plantare, nec in deiectis & humilibus locis, sed in monte hereditatis suæ, vult plantare quos plantat. Audi quomodo plantat. [Vineam de Ægypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam &c. operuit môtēs umbra eius, & arbuta eius cedros Dei.] Non plantat in vallibus, sed in montibus excelis, & sublimibus locis. Quos enim educit de Ægypto, quos de sæculo adducit ad fidem, (dic tu ad religionem) non vult eos iterum in humilibus collocare. Sed conuersationem eorum, vult esse subli-

mem, vult nos in montibus habitare; sed in ipsis nihilominus montibus, non vult nos super terram reperere, nec ultra vult vineam suam humi deiectos habere fructus, sed vult palmites eius sursum duci, in alto collocati, traduces fieri, & traduces non in quibuscumque humilibus arboribus, sed in excellis, & in altissimis cedris Dei. Cedros Des ego Prophetas & Apostolos puto, quibus nos si adiungamur, vitis, quam de Ægypto transtulit Deus, & per ramos eorum nostri palmites diffundantur, & ipsis iniuxi traduces quædam efficiamur charitatis ad inuicem vinculis connexi, fructum sine dubio plurimum afferemus: nam [omnis arbor, quæ non facit fructum excidetur, & in ignem mittetur.]

Contra non ferentes difficultates religionis.

24. **EXODI 16.** *Manna? quod significat quid est hoc? &c. iste est panis quem dedit vobis Dominus ad vescendum.* BERNARD. *serm. 65.* Paruulorum, alius est sapor cæli, alius est sapor terræ; haudquaquam nobis placere potest sapor cæli, dum saporem quærimus coqui nostri. In deserto dantur coturnices, & manna, id est, in loco disciplinæ maiora, & minoræ mandata. Cum vidissent filij Israel manna, dixerunt ad inuicem, *Manna? quid est hoc?* quibus ait Moyses: *Iste est panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum.* Huius facti mysterium in Euangelio conuenienter aperitur, cum enim Dominus diceret. [Amen, Amen dico vobis, nisi mandaueritis carnem filij hominis, &c. Multi discipuli audientes dixerunt, durus est hic sermo, quis poterit eum audire? Ex hoc multi abierunt retro.] Ad hunc itaque modum, cum aliqui simplices ad conuersionem veniunt, seueritatem regulæ expauescunt, si fiat eis sermo de mundi contemptu, de virtutum vitiorumque conflictu: si anxietas vigilandi, assiduitas orandi, parsimonia ieiunandi ab ipsis requiritur: dicunt conquerendo inter se, quid est hoc? quis tot & tanta implere sufficiat, nesciunt enim quanta sit virtus assumpti ordinis; sed pastor eis consolatoriè habet respondere, & de afferenda eis solitaria farina.

Religiosi populus specialiter dilectus.

25. **EXODI 19.** *Si ergo audieritis vocem meam.* INTERL. De auditu cordis sermo est, & custodieris pactum meum, eritis mihi in peculum, &c. RVPERT. Non dixit tantum si audieritis, sed addit & custodieritis pactum, quia profectò non auditores legis iustificabuntur apud Deum, sed factores; *Eritis mihi in peculum.* INTERL. id est, specialis populus, quos pascam, defendam, & sicut gregem proprium nutriam. D. THOM. *in 4. dist. 8. quæst. 1. art. 3. q. 2. ad 2.* Populus Israel erat dilectissimus pro tempore illo comparatione aliorum populorum, qui idolis seruibant; non autem comparatione noui testamenti, de quo dicitur 1. Pet. 2. [Vos estis gens sancta, populus acquisitionis,] &c. *Hæc ille.* Similiter religiosi dilectissimi sunt comparatione secularium.

Pro ingredientibus in religionem.

26. **EXODI 20.** *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti de domo seruitutis.* ORIGEN. *mysticè.* Non ad illos tantum dicuntur hæc, qui de Ægypto profecti sunt, sed multò magis ad te, qui sæculum contempnisti, si tamen proficiscaris ex Ægypto & Ægyptiis ultra non seruias, negocia sæculi & actus carnis domus est seruitutis. Sicut rufus è contrario relinquere secularia & secundum Deum viuere, domus est libertatis. Vnde Dominus. [Si permanferitis in verbo meo, vos agnosceritis veritatem, & veritas liberabit vos.] & Paulus, [Quæ sursum est

est Ierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum.]

In religione holocaustum Domino offerimus.

27. **EXODI 24.** *Misique iuuenes de filiis Israel, & obulerunt holocausta immolaueruntque victimas pacificas Domino, vitulos duodecim.* RABANVS. Holocaustum Domino offert, qui se ipsum Domino dedicat. Et benè iuuenes de filiis Israel dicuntur offerre holocausta: quia non nisi fortium est vitæ perfectionem apperere. Cæterum, qui adhuc infans est, hoc est rudis in fide, vel quem senectus debilitat, id est, quem consuetudo carnalis premit, non est habilis ad holocausta Domino offerenda; sed mandata legis inferiora seruet, per quæ saluetur. Vnde Saluator sciscitanti de salute sua, primum respondit, [Si vis ad vitam ingredi serua mandata.] Et paulò post de perfectione taliter docet: [Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, &c. & veni sequere me.] Victimæ ergo pacificas Domino offert vitulos, qui compressis inuentiis viriorum iucunditatem bonorum operum pacifica mente exhibet Deo.

Præponenda religio est cognationi parentum.

28. **EXODI 32.** *Ponat vir gladium super femur suum, &c. Et occidat unusquisque fratrem & amicum & proximum suum.* AMBR. Quod occidi fecit à proximis proximos Moyses, filios à parentibus, à fratribus fratres, præceptum euidenter est; quia præferenda est religio necessitudini, & pietas propinquitati. Ea est enim vera pietas, quæ præponit diuina humanis, perpetua temporalibus, & sanctiora cæteris. Ad hoc munus eliguntur ministeria Leuitarum, quorum portio Deus. Nesciunt enim suis parcere, qui nihil suum norunt, quoniam sanctis omnia Deus est. GRÆG. *in primam Regum cap. 14.* Si quis inquit est Domini, iungatur mihi; quasi dicat, in hoc ostendet quisque quia sit Domini, si pro eius amore fratri, proximo, vel amico non parcat, &c. *Wide, Correctio,* num. 11.

Religiosi serui Domini, qui vident faciem eius.

29. **EXODI 33.** *Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum.* HIERON. *super psal. 133.* Putamus parum esse quod dicitur, [Ego seruus Domini sum.] Summa virtus est hoc mereri; quomodo? Quasi dignitatem vendicat, qui dicit: Ego seruus imperatoris sum; & nemo audeat accedere ad seruum imperatoris. Sic infinita dignitas est se dicere esse seruum Domini. Vnde Paulus de seruitute Domini gloriatur, & scribit in principio Epistolarum suarum: [Paulus seruus Christi.] Et de Moysè dicitur: Et non sicut Moysès famulus meus, cui locutus sum facie ad faciem. Videte quid dicat? cæteris loquutus sum in visione & in ænigmate, sed non sicut Moysi famulo meo, cui loquutus sum facie ad faciem. Ponamus exemplum, dicamus esse aliquem Dominum ditissimum. Ille habet familiam, habet & seruos, qui sibi ministrant: nunquid tantam habent fiduciam serui qui in villis sunt, quantam illi, qui quotidie ministrant? illis magna dignitas est, qui faciem vident domini & ministrant ei. Denique ceteri serui, qui faciem non vident domini sui, si voluerint aliquid impetrare, conseruos petunt. Hoc totum quare dixit Dominus noster Iesus habet multam familiam, habet quasi ad faciem suam, qui sibi ministrant, habet alios in agris, Monachos, & virgines; ego putò illos esse, qui ad faciem ministrant Domino suo; seculariter autem qui sunt quasi in agro de familia sua: denique illi, qui sunt in agris istos postulant, vt rogent

Dominum, si quid necessarium habent. Quantam habent ergo dignitatem, qui quotidie vident faciem Domini, tantam habent pœnam, qui negligunt ministerium Domini. Solent enim mali serui quando sunt in agris, magis timere dominum; quia non videntur autem quotidie cœperint videre, cōtemnunt, & familiaritas superbiam facit; Et nos igitur non debemus de consuetudine contemnere bonitatem Dei nostri. Benedicite ergo Dominum omnes serui Domini, qui non estis serui peccati, sed serui Domini. Omnes serui Domini qui solum Dominum habetis Deum, Omnes serui Domini; quibus ira non imperat; in quibus libido non regnat, in quibus alia peccata non regnant, quibus non dominantur vitia; illi dominantur à Domino omnes serui Domini.

Religiosi ne se immisceant secularibus negotiis.

30. **LEVIT. 6.** *Et comedent similam absque fermento in loco sanctuarij, &c.* RODYLVVS. Mens religiosa cum proximorum curam susceperit, cum eorum visibus se contulerit, simplici intentione hoc faciat, vt nec culpas redarguens iræ suæ libidini seruiat, nec necessaria proximi procurans vanæ gloriæ deseruiat. Et comedent in loco sanctuarij. Illicitum est nisi in loco sancto similam consecratam comedere; quia studium animæ religiosæ, quæ se à mundi actibus sequestrauit, non in secularibus; sed in his solum quæ ad Deum pertinent debet proximis exhiberi. Cum igitur nuptiarum causa tractatur, cum augenda pecuniæ, cum bonorum sæculi huius acquirendorum ratio habetur, indignum est, vt mens Deo consecrata, quæ ipsa possidere negligit, aliis studeat procurare: conceditur tamen eis, in iis etiam quæ carnis sunt, si necesse fuerit curam proximorum habere; sed sicut sui in necessariis duntaxat, vt scilicet in huiusmodi proximorum fulciant infirmitatem, non expleant voluptatem.

Idem.

31. **LEVIT. 19.** *Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester.* INTERL. Quia estis templum Dei & sine sanctitate non potestis mecum esse. ORIGEN. Sancta dicuntur primogenita bouum, vel pecorum, & omnia quæ solis visibus sacerdotum sunt separata. Natus est mihi primogenitus bouis, vel vacæ, non licet eum occupare ad commune opus; quia Domino sanctus, nulli ergo quod sanctum est seruire debet, nisi Deo soli. Qui ergo se Deo vouit, separatus à negotiis sæculi & ab his, qui carnaliter viuunt, vt ei placeat, qui se probauit, sanctus appellatur. Dum enim vulgo miscetur non potest esse sanctus Sancti ergo estote, id est, separati: quia ego sanctus sum, id est, separatus, omnem excedendò creaturam quam feci. Græcus quoque sermo *ἅγιος*, hoc est, extra terram sonat, vt scilicet in cælo conuersationem habeatis. CYRILLVS. Sanctum est quod à mundi sordibus longè abest; quælibet res ex permixtione inferioris sordida sit, ex coniunctione verò cum meliori munda, idè sanctum segregatum est à communibus visibus, & Græcè *ἅγιος* dicitur, id est, sine terra, siue qui terrenum nihil habet. SANCTVS LEO *sermone 8. de ieiunio septimi mensis.* Sancti estote, &c. Hæc verba præcipiunt sanctitatem & modum eius acquirendæ, hoc est me diligite, & ab illis quæ mihi displicent abstinete. Facite quod amo, & amate quod facio. & cum videtur difficile esse quod iubeo, ad iuuantem recurrere, vt vnde datur præceptum præstetur auxilium; non negabo opem, qui tribui voluntatem.

Præponenda religio parentibus.

32. **LEVIT. 21.** *Super patre suo & matre non contaminabitur.* HIERON. *ad Fabiolam.* Multa nos cogit R R r 2 facere

facere affectus, & dum corporum propinquitates respicimus, corporis & animæ Creatorem offendimus; qui autem amat patrem & matrem super Christum non est eo dignus. Multi monachorum dum parentibus miserentur, animas perdidit. Sæpe patre aut matre pollui non licet, quàm ergo minus superfratre, sorore, consobrinis, familia, ac seruis; Genus regale & sacerdotale sumus, illum attendamus Patrem, qui nunquam moritur, aut qui pro nobis moritur, qui Deo viuens mortuus est, ut nos mortuos viuificaret. Si quid habemus de Agypto, quod princeps mundi suum possit agnoscere, tenenti Agyptiæ cum pallio relinquamus. Sindone opertus adolescens uinctum Dominum sequebatur, incurrisset in laqueos, nisi expeditus & nudus persequentium impetus declinasset, reddamus parentibus quæ parentum sunt, si tamen uiuunt, si filios suos seruientes Deo Patri præferri sibi gloriantur, &c. Vide *Loqui*, num. 22.

A religioso obedientia & perseverantia requiritur.

33. **LEVIT. 22.** *Bovem, & ovem auro & capda amputatis voluntarie offerre potest, &c.* **RADVLPHVS.** In auro itaque obedientiam, in cauda uero, quia finis est corporis intellige perseverantiam. Si enim homo quis in proposito suo usque ad finem non permanet, caudam non habet; si arbitrio suo uelit uiuere, nec alteri subditus esse, etiam nec auream habet: si tamen huiusmodi hostiam sponte sua offerat placere poterit.

Religiosus ordinandus secundum ordinem religionis suæ.

34. **NVMER. 2.** *Singuli per signa atque vexilla, &c.* **ORIGEN.** Hæc lectio docet qualiter componatur ordo castrorum. homo secundum ordinem suum, & secundum signa sua, &c. & Paulus quoque dicit *1. Corin. 14.* [Omnia autem honeste & secundum ordinem fiant.] Vnus ergo est Dei spiritus, qui in Paulo, & in Moysæ loquitur. Secundum ordinem Moysæ in castris incedi iubet; & Paulus in Ecclesia secundum ordinem omnia fieri. Omnis ergo homo debet incedere secundum ordinem suum, sacerdos, diaconus, uirgo, & quicumque in professionis religione uidentur. Agnoscat ergo quisque ordinem suum, & quid sit dignum suo ordine intelligat, & ita liberet actus, sermones, incessum quoque & habitum, ut eum ordinis sui professione conueniat, ne propter eum nomen Dei blasphemetur.

A religiosis amputande uita ueteris cogitationes.

35. **NVMER. 8.** *Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ.* **GREGOR. 1. Moral. cap. 24.** Pili carnis sunt, qualibet superflua humanæ carnis uita ueteris cogitationes, quas sic à mente excidimus, ut de amissione earum nullo dolore fatigemur: Leuita autem assumptus dicitur. Oportet ergo Leuitas, omnes pilos carnis suæ radere; quia qui in obsequium Dei assumitur, ante oculos Dei à cunctis carnis cogitationibus, debet mundus apparere, ne illicitas cogitationes, mens proferat, & pulchram animi speciem, quasi pilis fuscantibus deformem reddat: sed quamuis uirtus sanctæ conuersationis, quem liber euerit, adhuc tamen ei de ueritate uitæ nascitur, quod tolleret. Unde & ipsi Leuitarum pili, radi præcipiuntur, non euelli: rasis enim pilis in carne radices remanent, & cresunt, ut iterum recidantur; quia magno studio superflua cogitationes amputanda sunt, sed amputari funditus non possunt. Semper enim generantur superflua, quæ spiritus fer-

ro sollicitudinis recidat, sed hæc in nobis subtilius agimus, cum speculationis alta penetramus.

Religiosa paupertatis premium.

36. **NVMER. 18.** *Ego pars & hereditas tua in medio uisitorum Israel, in terra eorum nihil possidebis, nec habebis partem inter eos.* **OLASTER.** Magna dignatio hominis, si tamen sacerdos, vel religiosè cognoscas, quod uelit Dominus Deus tuus esse hereditas tua, quid non habebis si Deum habeas quæso? Audi quid dicat sanctus Dauid, [Dominus pars hereditatis meæ,] &c. & alibi [pars mea Deus in æternum.] **CYPRIC.** Mirum ualde est quod te solo sit Deus tuus contentus, nec uelit aliam præter te hereditatem habere. Tu uero eo non contentus ad terrenas inhiēs diuitias, & hereditates. Sufficiat quæso tibi Deus tuus, sicut tu sufficis Deo tuo; Et super illud *cap. 26. non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum cæteris data est possessio.* **ORIGENES hom. 26.** Sunt alij qui supereminent cæteris, & omnino non adducuntur ad sortem. Omnes Leuitæ scilicet, hoc est, omnes qui intentè permanent in ministerio Dei, & peruigiles in seruitio Dei excubias gerunt. Sortem in cæteros non querunt, uel accipiunt, sed nec in terra est sortis eorum; ipse Dominus est sortis eis & hereditas. Hi sunt qui nullis corporeæ naturæ obstaculis hebetati, omnium visibilium gloriam supergressi, in sola Dei sapientia, & uerbo Dei uiuendi usum, exercitiūque posuerunt; qui nihil corporeum requirunt, sed solam agnitionem secretorum Dei, & ubi est cor, ibi est thesaurus; semper in Domino, & in uerbo eius, & in sapientia delectabuntur, hic eis cibus; hoc poculum, ista diuitia, hoc erit regnum; Ego uero quod in cælesti hereditate aliqui non ueniunt ad sortem, nec cum cæteris (quamuis sancti sint) numerabuntur. Sed erit egregia eorum hereditas: sicut fuit Caleb & tribui Iudæ; & Iosue filio Nun; sicut enim cum adepta uictoria diuiduntur spolia, egregij bellatores cum cæteris non ducuntur ad sortem; sed optima quæque uirtutum merito percipiunt, cæteri sorte uiuant uictoria. Ita uidetur mihi Christus Dominus meus facturus, illis enim præcipuos & stabiles decerneret honores, quorum facta magnifica, & sublimes cognoscit uirtutes, unde ait *Ioan. 17.* [Volo Pater ut ubi ego sum illic & isti mecum sint.] *Et Matth. 19.* [Sedebitis & uos super sedem duodecim iudicantes,] &c. Et iterum [Sicut tu in me Pater, & ego in te; ita & isti in nobis unum sint.] Hæc omnia non forte descendunt, sed dilectionis prærogatiua.

Religiosus se ipsum offert Deo ex uotis.

37. **NVMER. 30.** *Omne quod promisi implebit.* **ORIGEN. hom. 24.** Leguntur diuersa uota in scripturis. Anna uouit Deo fructum uentris sui, & Samuellem consecrauit in templo. *1. Reg. 1.* Iephte quodcumque sibi post uictoriam occurrisset, & occurrente filia uota persoluit lachrymans. *Judic. 11.* Alij uirtutes, uel arietes, uel domos, uel alia ratione carentia: ille uero qui appellatur Nazareus semetipsum. Hoc uotum super omne uotum. Filius enim, uel filia, aut pecus, aut prædium extra nos est: semetipsum Deo offerre, nec alieno labore, sed proprio placere, perfectus & eminentius est in omnibus uotis. quod qui facit imitator est Christi: ille enim dedit terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, Cælum quoque, Solem, & Lunam, & stellas ministerio hominum; pluuias, & uentos, & quidquid in mundo est hominibus largitur, & postea semetipsum. [Sic enim dilexit Deus mundum, ut filium suum unigenitum daret pro mundi uita.] Quid enim magnū faciat homo, cum semetipsum offerat Deo, cum se Deus obtulerit prior? Sancta

Sancta dicuntur, quæ Deo uolentur. Unde aries si uocetur sanctus appellatur, nec licet eum tonderi ad communes usus. Similiter vitulus, nec licet eum iungi in commune opus, ut dicitur *Demer. 15.* Si ergo te uoueris Deo, imitandus est tibi vitulus, ut facias tantum, quæ pertinent ad diuinum cultum.

Religiosi amantiissimi Domini.

38. **DEUTERON 33.** *Benjamin amantiissimus Domini.* **STEPHAN.** Amantissimi Domini sunt claustrales, ut positium sit in poenitentibus, comparatum in iustis; superlatiuum in claustralibus, & hæc tria genera hominum per tria legis sacrificia designantur. Per hostiam, quæ dicitur ab hoste uincendo poenitentes; Per uictimam ab hoste iam uicto, iusti; Per holocaustum quod totum incensum dicitur, claustrales, qui se ex toto Domino obtulerunt.

Contra religiosos tepidos.

39. **IOSVE 5.** *Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ.* **ORIGEN.** Tres species ciborum generaliter describuntur; Vnum quo uescimur, excentes de terra Agypti, sed hoc ad paruum tempus sufficit. Post hæc autem manna succedit. Tertium autem de terra Chanaan capimus fructum. Si secundum literam accipiamus, inueniuntur filij Israel cum melioribus uerentur (manna enim de cælo accipiebant ex repromissione) deteriora accepisse, quibus Agypti deficientibus cibus melior cibus successerat, id est, manna. Quomodo enim potuit meliori cibo cessante deteriorem successisse? Hæc ille. Hoc assidue contingit tepidis religiosi quibus Deus manna dederat loco ciborum Agypti, id est, dulcedinem spiritus loco uoluptatum sæculi. Manna autem renunciant, ut comedant fructus terræ Chanaan, id est, renunciant dulcedinem spiritus, ut iterum ad delicias sæculares conuertantur. O indignam commutationem, quam deplorat. **ORIGEN.** cum admiratione: quomodo potuit meliore cibo cessante deteriorem successisse? Similiter propheta deplorat similem commutationem, quomodo obseruatum est aurum, mutatus est color optimus? qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercorea.

Religiosi nihil seculare accipiant.

40. **IOSVE 6.** *Sit ciuitas hæc scilicet Iericho anathema, & ea que in ea sunt Domino.* **ORIGEN.** Custodite uos ab Anathemate, ne forte concupiscatis, & tollatis ab anathemate, & faciatis castra filiorum Israel Anathema, & conteratis uos, & omnem synagogam Domini, quasi dicat, uidete ne aliquid in uobis seculare habeatis, nec de sæculo uobiscum deferatis ad Ecclesiam, sed Anathema sit uobis omnis conuersatio sæcularis, nolite mundana miscere diuinis, quasi dicat, nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Unde *1. Ioan. 2.* [Nolite conformari huic sæculo.] Qui enim hæc faciunt de Anathemate accipiunt. **STEPHAN.** Nota quod prima ciuitas, quæ à transfuentibus in terram promissionis destruitur, fuit Iericho, sic ab introeuntibus claustrum, mundus primus est subuertendus.

Malus religiosus toti religioni nocet.

41. **IBIDEM.** *Non solum sibi nocet religiosus, si a sæculo aliquid secum portet; uerum toti communitati, uolueritque religioni, hoc patet in filiis Israel, qui peccante Acham nimium confidentes ibant contra ciuitatem Hai, dicentes: Quare cunctus populus frustra uenturum contra hostes paucissimos? qui statim terga uertentes percussi sunt à uiris uerbis Elai, &c. percutitque eor popul, & adinstat aqua liquefactum est: ratio alli-*

gnatur infra, *Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet: quia pollutus est anathemate, & infra. Non ero ultra uobiscum donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est.*

Idem.

42. **IOSVE 7.** *Uidi inter spolia pallium coccineum, ualde bonum; alia litera chlamydem Babylonicam unam, cæmque pretiosam, & ducentos siclos argenti, regulamque auream.* Alia litera, linguam auream unam: **GLOSSA ORD.** Debemus diligenter discutere, ne quis habeat in tabernaculo suo Hiericoninam linguam absconditam. **INTERLID** est, conuersationis sæcularis cultum. **GLOSSA ORDIN.** Si enim eam sustuleris, & posueris in tabernaculo tuo, id est, si introdixeris in cor tuum, pollues omnem Ecclesiam Domini. **GLOSSA MORAL.** Per aquam significatur malus religiosus, qui furatur regulam auream sui ordinis; aurea autem dicitur, quia inducit ad charitatem Dei, & proximi, quæ per aurum significatur; furatur autem eam quando frangit contra uoluntatem institutoris; similiter uestem furatur; quia indignè portat habitum religionis sanctæ; & argentum, id est, bona gratis data, id est, eloquentiam, &c. operit humo, ad quæstum terrenum talia conuertendo.

Idem.

43. **IOSVE 9.** *Cur nos decipere fraude uoluitis, &c. Itaque sub maledictione eritis.* Alia litera, Execrati igitur eritis uos. **AVGVST.** Sicut non uidi meliores illis, qui in monasteriis profecerunt; ita non uidi deteriores illis qui in monasteriis defecerunt.

Religiosus seipsum offert.

44. **UIDIC. 5.** *Qui sponte obulisti de Israel animas uelut ad periculum benedicite Domino.* **RVPERTVS.** Canticum hoc spiritualiter in Ecclesia illis canendum est, qui ad bella spiritualia sponte animas suas obtulerunt, id est, religiosi, qui non contenti acceptasse præceptum pugnandi contra diabolum secuti sunt, & consilium sponte offerendi animas suas, id est, ex uoto gratuito, cum rebus & possessionibus ipsis, quæ pro Domino reliquerunt, suas quoque ubi causa poposcit obtulerunt animas. Sequitur, *audite reges, &c.* isti enim sunt reges, & isti sunt principes.

Contra religiosos murmuratores.

45. **UIDIC. 8.** *Venerunt filij Dan ad domum Michæ, & innenerunt ibi Ephod & sculpitile, atque constabile.* **HUGO DE FOILETO.** Filij Dan prouidentes sibi sortem hereditatis designant quosdam de sæculo, prouidentes sibi ad habitandum domum conuersionis; inueniunt autem sibi quandoque Ephod, id est, habitum religionis, & cum eo sculpitile peruersi operis, & constabile confabulationis. Notum est, quod cum fieri debeat constabile, metalli species circumpositis follibus ponitur in igne, sit tumultus follium, attrahit & emisso aëre commouentur cineres, crescit flamma, uolant scintillæ. Sic in quibusdam Ecclesiis euenire solet; dum simul in aliquo loco, conueniunt otiosi fratres, ponunt in medio metallum, id est, materiam conuictorum, aërem, folles emittunt & attrahunt, cum rumores audiunt fratres & referunt; auditur ibi tumultus follium, id est, dissensio impatientium; commouentur cineres, quia citò turbantur leuiore; crescit flamma, dum succenditur ira, uolant scintillæ, id est, uerba discordiæ. Sic cum Aaron fecit vitulum constabilem, à filiis Israel petiit in aures; in aures sunt rumores; quia sicut in auris imponitur auri, sic rumor auditui.

Contra malos religiosos.

46. I. REGVM 2. Non accipiam a te carnem coctam, sed crudam. IDEM. Carnem crudam idcirco desiderant, ut quod, & quomodo, & quantum velint sibi coquant. Tales sunt quidam, qui morantur in claustris, qui nihil aliud faciunt, nisi quod, vel quomodo, vel quantum volunt. Hi sunt qui cum mulieribus dormiunt, dum se carnis desiderii coniungunt, illos, qui veniunt in Silo, ne sacrificent impediunt; cum nouiter conuersos verbis & exemplis ab exercitio bonæ operationis auertunt. Accendi non permittunt adipem, quia extincto charitatis igne, non infundunt bonæ actioni cordis dulcedinem. Tales subditos prælati negligentes nutriunt, qui etsi quantum ad se bene viuunt, quia tamen tales increpando non corrigunt mortaliter peccant.

Religiosus acquiescens consilio senioris non decipitur.

47. I. REGVM 3. Surgens Samuel venit ad Heli, Ecce, inquit, adsum quoniam vocasti me. CASSIAN. Nihil aduersus minores callidissimus præualeat inimicus, si absque confusione operimento, omnia cordis sui secreta senioribus manifestent; atque ab eis vel remedia vulnerum, vel exempla conuersationis, ac vitæ fiducialiter sumunt. In tantum enim Deo placita hæc sententia comprobatur, ut etiam in scripturis sanctis, hanc institutionem inueniamus insertam; ita ut puerum Samuelem suo prælectum iudicio nollet per semetipsum diuini colloquij disciplinam erudire, sed recurrere semel, & iterum patreretur ad senem eum; quem ad suum conuocabat alloquium; etiam illius qui offenderat Deum, dum senioris doctrina vellet institui: & hoc ideo, quia & illius, qui ad diuinum ministerium vocabatur, probaretur humilitas, & iunioribus forma subiectionis, hoc proponeretur exemplo.

Contra religionis Apostatas.

48. I. REGVM 4. Cecidit de sella retrorsum iuxta obitum, & fractus cervicibus mortuus est. INTERL. Qui cumque retrorsum conuertitur à fide & veritate, necesse est ut cadat & moriatur. Et super illud 1. Reg. 5. Percussit eos in posteriori parte nauum. GLOSSA ORDIN. Hoc Psalmista de uocat Psal. 17. [Et percussit inimicos tuos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis.] Qui enim Testamentum Dei suscipiunt, & posteriora huius vitæ diligunt, ex ipsis iuste in posteriora cruciabuunt, quæ debent estimare sicut stercore; quia qui Testamentum Dei assumunt, & in posteriora respicientes veteris se vanitate non exuunt, similes sunt eis, qui arcam testamenti iuxta idola sua posuerunt, & vetera, illis etiam nolitibus cadunt, quia omnis caro fenens, &c.

In religione perseverandum.

49. I. REGVM 2. Edifica tibi domum in Ierusalem, & habita ibi, & non egredieris inde huc atque illuc, quacumque autem die egressus fueris, scito te esse interficiendum. GLOSSA ORDIN. Præcepit nobis verus Salomon habitantibus in Ierusalem, ne vnquam egrediamur; quod si fugerint nos nobis ante subiecti, non ideo egrediamur, ut sequamur fugitiuorum vestigia, ne dum volumus saluare fugientes, ipsi pereamus; quin potius [mortui sepeliant mortuos.] Luc. 9. & scandalizantem oculum, manum, pedem, dum licet eruamus, & abscindamus à nobis. GLOSSA MORAL. Per Semei qui clausuram intra Ierusalem acceptauit, & postea exiit, significatur professus clausuram religionis; qui postea egreditur per tentationem, & sicut Semei mortem incurrit corporalem; sic

iste mortem culpæ, & nisi verè poeniteat, mortem gehenna; Et super illud 4. Reg. 5. Lepra Naaman ad habebit ubi. GLOSSA ORD. Sic omnes qui post baptismum, & emendatiorem vitam ad pristina reuertuntur, sordibus, quibus se exutos sperabant, iterum inuoluuntur. hoc est canis reuersus ad vomitum, &c.

Religiosorum occupationes.

I. PARALIP. 2. Cognationes Scribarum habitantes in labes, cantantes atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. STEPHAN. Cognationes scribarum, sunt religiosi, qui scribas, id est, expositores sanctarum scripturarum, per conformitatem vitæ imitantur. Labes interpretatur exsiccans vel siccitas; Religiosi autem habitare debent in labes, hoc est, in siccitate, ut in eis siccetur noxius humor concupiscentiæ. Canentes per iucunditatem mentis, & resonantes per mortificationem carnis; vel resonantes, id est, ore & spiritu psallentes, & in tabernaculis commorantes. Quia non habent hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirunt. Et cap. 4. Hi sunt singuli habitantes in plantationibus, & in sepibus apud regem, in operibus eius commorati sunt. IDEM. In quatuor versatur religio: rudes sunt informandi, proficientes exhortandi, delinquentes corripiendi, pusillanimi consolandi. Cum dicitur, hi sunt singuli, notatur informatio rudium; cum dicitur, habitantes in plantationibus, exhortatio proficientium; cum dicitur, in sepibus, correctio delinquentium; sepes enim sunt disciplina; quæ claudit religionem: Apud regem Christum; morantes in operibus eius. Sic notatur consolatio pusillanimum: consolari enim pusillanimes opus est regis.

Religiosorum castitas.

I. PARALIP. 4. Cognationes domus operantium byssum in domo inrauenti. INTERL. in tabernaculo fœderis. LYRAN. de sella filio Iudæ dicit deriuatas esse cognationes eorum, qui in tabernaculo fœderis ornamenta byssina fecerunt. PATER DOCTOR IOANNES FERNAND. verbo Byssus, num. 9; Mysticè verò byssus castitas est, & cognationes operantium byssum, sunt planè virginum & religiosorum continentium religiones; de quibus Dominus ait Matth. 19. Sunt quidam qui se castrauerunt propter regnum celorum. GLOSSA super illud Exodi 15. Facies decem cortinas de bysso retorta. Byssus retorquetur in cortinas tabernaculi: quia lumbi carnis & mentis, restringendi sunt, ut caro à lasciuiis moribus; & cor refrænetur à cogitationibus, vnde Dominus Luc. 12. [Sint lumbi vestri præcincti, &c.]

In religione plures sunt Iusti.

I. PARALIP. 4. De filio Simeon dicitur: vniuersa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Iudæ. Sicuti in sæculo plures sunt peccatores, & pauciores Iusti: stultorum enim infinitus est numerus. Ita in religionibus plures sunt iusti; & pauciores sunt peccatores; ita ut dicere possimus, vniuersa cognatio, scilicet peccatorum, non potuit adæquare summam filiorum Iudæ, scilicet iustorum continentium Dominum.

Religiosi qui in choro occupantur in diuinis laudibus.

I. PARALIP. 9. Hi sunt principes cantorum per famulias Leuitarum, qui in exedris morabantur, ita ut die ac nocte iugiter suo ministerio deservirent. LYRAN. exedra, id est, habitacula circa templum ædificata. Hoc pro maxima laude illius religionis dici potest, in qua religiosi occupantur ex instituto in choro, & laudes

laudes Domino decantantur, de quibus dici potest, quod morantur in exedris, id est, in sedilibus chori die ac nocte, iugiter suo ministerio deservientes.

Religiosi pauperes adiutores Dei.

54. I. PARALIP. 12. Princeps militum in Manasse, hi præbuerunt auxilium Dauid aduersus latrunculos. INTERL. Qui vastauerunt Siceleg, & vxores eius captiuas duxerunt. 1. Reg. 30. GLOSSA MORAL. Per istos de Manasse, id est, obliuione significantur pauperes religiosi, qui propter Christum temporalia dimittentes, ea dare debent obliuioni, & anhelare ad præmia paradisi; ut cum Apostolo ad Philip. 3. dicant: [Quæ retro sunt obliuiscens, ad anteriora extendens me ipsum.] Hi pauperes religiosi præbuerunt auxilium Dauid, id est, Christo, contra latrunculos, id est, hæreticos, vel spiritus malignos, qui non cessant de Ecclesia rapere & captiuare, quos possunt. Vnde & dicitur: [Dei adiutores sumus.] & [Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu.] 2. Corinth. 2.

Religiosorum occupationes.

55. I. PARALIP. 16. Constituitque coram arca Domini de Leuitis, qui ministrarent. INTERL. Cor mundum cum pura conuorsatione exhibentes. Hoc est primum munus religiosorum, ministrare coram arca Domini, id est, Eucharistiæ Sacramento, exhibentes cor mundum, &c. Secundum, Et recordentur operum eius. INTERL. Meditantes in lege Dei, secundum regulam fidei die ac nocte. Tertium, Et glorificarent eum, & laudarent Dominum Deum Israel. INTERL. dignè. Et infra, Et ministrarent in conspectu arce ingier. INTERL. Nemo militans Deo implicat se secularibus negotiis.

Idem.

56. I. PARALIP. 22. Præcepitque Dauid cunctis principibus Israel, ut adiuuarent Salomonem filium suum. GLOSSA ORDIN. Et Deus Pater præcipit, ut qui sanctitate & virtute in Ecclesia principantur adiuuent verum Salomonem in ædificio eius, docendo scilicet & operando. Vnde Apostolus [Dei cooperatores & adiutores sumus.] Sequitur, Cernitis quod Dominus vester vobiscum sit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras, &c. præbete igitur corda vestra, & animas vestras, ut queratis Dominum Deum vestrum, & consurgite & ædificate sanctuarium Domino Deo. INTERL. Templum Domini sanctum est, quod estis vos. GLOSSA ORD. Anima iusti sedes est sapientiæ: in hac domo requiescit arca, id est, fides incarnationis Christi. Hac illa, & hoc etiam munus est religiosi maximè commendatum.

Religiosorum premium.

57. 4. ESDRÆ 2. Qui se de umbra sæculi transtulerunt, splendidas tunicas à Domino acceperunt. Sed quis hoc Esdræ dixit? Ego Esdras vidi in monte Sion urbem magnam, quam numerare non potui, &c. & in medio eorum erat iuuenis statura celsus, eminentior omnibus illis, & singulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur. Interrogauit Angelum quisnam esset ille iuuenis? & respondit: Ipse est filius Dei, quem in seculo confessi sunt, & hi sunt, qui mortalem tunicam deposuerunt, & immortalē sumpserunt, & confessi sunt nomen Dei. Surgite ergo & state, & videte numerum signatorum in conuiuio Domini. Per turbam, quam numerare non potuit, intellige fideles, per signatos verò conuiuas, intellige religiosos.

Religio dilecta à Deo.

58. 4. ESDRÆ 9. ait Angelus Esdræ, Consideraui seculum, & ecce erat periculum, propter cogitatio-

nes, quæ in eo aduenerunt. Alia litera [Consideraui mundum, & ecce periculosus erat propter studia quæ in eo exorta sunt.] Et infra; Consideraui mihi acinum de botro, & plantationem de tribu multa. Alia litera, [Plantamque de gente numerosa.] Per hunc acinum, & per hanc plantam intelligitur religio, quam Deus aspicit benignis oculis, & præ omnibus diligit. Vnde & addit, Pereat ergo multitudo quæ sine causa nata est, & seruetur acinus meus & plantatio mea: quia cum multo labore perfecit. Alia litera, [quam multo labore exolui.]

In religione multa exempla virtutum.

59. I. BIDE M. Tu autem ibis in campum florum, vbi domus non est ædificata, & manducabis solummodo de floribus campi, & carnem non gustabis, & vinum non bibes: sed solummodo flores, deprecare altissimum sine intermissione; & veniam (ait Angelus) & loquar tecum. Electos suos mittit Deus in campum florum, id est, in religionem, vbi quamplurimi flores virtutumque exempla sunt; quæ sunt cibi electorum, qui famem animæ explent. Vnde sequitur: Et facta est esca eorum mihi (ait Esdras) in saturitatem.

Religiosi dentibus comparantur & gregi tonsurum.

60. CANTIC. 4. Dentes tui sicut gregis tonsurum quæ ascenderunt de lauacro, &c. BERNARD. Non sunt hi dentes de quibus dicitur, [Deus cõteret dentes eorū.] Sunt autem dentes Ecclesiæ cuius decorè Dominus concupiuit, quæ cum tota sit pulchra, pulchrior tamen apparuit in dentibus. Dentes candidi sunt & fortes; carne carent, & corio; nihil intra se pari possunt; non est dolor sicut dolor eorum; clausi sunt labiis, ne videantur, indecens est, cum videntur, nisi ridendo; toti corpori masticant cibum; nullum inde trahunt saporem; non facile consumuntur; per ordinem positi sunt; superiores alij, & alij inferiores, & cum inferiorate moueantur, superiores nunquam; Dentes isti sunt homines monasticæ professionis, qui de toto Ecclesiæ corpore, quod candidum est, candidiores videntur; qui scilicet cogitationū, sicut actionum peccata deplorant. Fortes sunt, quibus tribulatio pro solatio, cõtumelia pro gloria, inopia pro abundantia datur. Hi carnem non habent, quia in carne carnis oblii sunt; Corio carent, quia nitorem, & distensionem mundanarum sollicitudinum non habentes in pace in idipsum dormiunt & requiescunt. Nihil morari intra se patiuntur; quia nec modicum quidem offendiculum, tolerabile reputant, aut inter se, aut in conscientia singulorum. Non est dolor sicut dolor eorum; quia nihil tam horrendum & horribile est, sicut murmur & dissensio in congregatione. Clausi sunt labiis ne videantur; & nos materialibus vallibus circumcingimur, ne sæcularium oculis & accessui pateamus. Indecens est si appareant, nisi ad risum; quia nihil turpius, quam Monachus per vrbes, & castella discurrens, nisi cum illa cogit, quæ operit multitudinem peccatorum; charitas: Charitas enim risus est, quia hilaris, læta, non tamen dissoluta. Dentes toti corpori cibum masticant; quia pro toto corpore Ecclesiæ, viuus scilicet, & defunctis orare sunt constituti. Nullum inde saporem habere debent, nullam sibi gloriam assignare. Non facile consumuntur, quia quanto annosiores, tanto feruentiores, & eo rapidius currunt quo vicinius propinquant ad palmam; Per ordinem positi sunt, quibus scilicet cibus & potus, vigilare, & dormire, laborare & quiescere, & cætera omnia, in pondere, numero & mensura, constituuntur. Alij superiores, alij inferiores; quia alij prælati, alij subditi, & sic superiores, inferioribus iunguntur, ut ab

inuicem non discordent, cum inferiores saepe moueantur; superiores nunquam debent moueri, quia et si subditi turbentur, constantia praelatorum immobilis perseveret. *Sicut grex conlarum, &c.* Bene Monachi tonsis ouibus comparantur. Bene enim tonsi, & ut dicitur, preses tonsi, quibus nec corda, nec corpora, nec mundanum aliquod derelictum est. *Lauacrum* baptisimus est de quo ascendit; qui ad celsitudinem vitæ perfectioris assurgit, descendit autem, qui se vitæ mancipat inhonestæ. *Omnes gemellis fatibus;* quia verbo pariunt, & exemplo, & *sterilis non est in eis;* quia nullus est infœcundus.

Vocatio ad religionem donum misericordie Dei.

61. **O**SEÆ 2. *Propter hoc ecce ego lactabo eam.* P. RIBERA. Cum multa scelera commemorasset, nunc felicitatem enumerat, dicens: *propter hoc, &c.* num tanta scelera meruerunt talem felicitatem, & non potius æterna supplicia? Verum id quidem, sed tanta est Dei misericordia; ut quæ ad iram & poenas prouocarent alios, iis ad misericordiam, & opem tantis malis ferendam excitetur maximè. Sicut pater medicus, quo magis maledictis, & probis à phrenetico filio lacessitur, tanto magis miseretur, & remedia applicat ei. Vnde Dominus *Psal. 111.* [*Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam.*] *Propter hoc,* inquit, *lactabo eam.* Hic *lactare* non significat ut sonat, ut arbitrantur RVPERTVS, RVEINVS, & multi alij; sed decipere, à verbo antiquo *lacio*, inde *allicere*; inde *lactat, delectat, illeclat, oblectat.* Hoc colligitur ex verbo Hebraico, & etiam Græco. *Quapropter lactabo eam:* quidam Hebræus vertit, [*Pelliciam eam verbis,*] id est, verbis blandis alliciam; quapropter nos dicere possumus; propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias tuas. Sequitur, *Et ducam eam in solitudinem.* CHALDÆVS vertit: [*Faciám cum illis miracula, qualia feci in deserto,*] (*per desertum hic intellige religionem.*) Præstabo eis, inquit, omnia, quæ prius in solitudine deserti præstiti. Et ut tunc populum suum ab Ægyptiis separavi, ita per verbum meum à secularibus. Illic aluit eos pane cælesti, & mirabiliter seruauit. hic alit pretiosissimo corpore & sanguine filij sui, & ab impugnationibus Diaboli potenter eripit. *Ducam in solitudinem,* id est, segregabo illam ab amatoribus suis, & ab omnibus, qui sermone, & persuasioni meæ obstatere poterant. Hoc contigit Loth, & filiis; intus vociferabatur Dominus: saluamini à generatione ista praua: surgite & egredimini de loco isto: salua animam tuam & noli respicere post tergum, sed in monte saluum te fac.

Religiosis non peccandum.

62. **O**SEÆ 4. *Si fornicaris tu Israël, non delinquat saltem Iuda.* IDEM *Mysticè,* quoniam multi sunt inter peccatores, quos Deus maioribus beneficiis obligauit, ut religiosi & sacerdotes, & ij, quos ad maiora vocauit, quosque saepe à peccatis extraxit, ad eos bonus, ac pius pater sermonem conuertit: *Si fornicaris, &c.* abiice ó Iuda idola Israël, noli imitari eius impietatem, id est, mundanorum hominum, & more gentium viuentium, cui mores, tua vocatio, & beneficia accepta aliam vitam postulant; mundani sua habent gaudia, quæ in æternum lucrum desinent; tu meliora quære: ipsi à varia, & nocua currunt, tu in loco tuo mane; terra enim in qua stas, terra sancta est. Illi ligantur, iuxta illud. *Prouerb. 5.* [*Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur, ne leuentur in cælum.*] Tuum est leuare te super te, & liberu esse, & clamare continenter: [*Quis dabit mihi poenas sicut columba, & volabo & requiescam.* *Psal. 54.*

Contra malos Religiosos.

OSEÆ 6. *Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi prauaricati sunt in me.* IDEM CHAL. ita. [*At ipsi sicut generationes præcæ transgressi sunt pactum meum, & in terra bona, quam dedi eis, ut ibi exequerentur voluntatem meam, prauaricati sunt in verbum meum.*] HIERONYM. Ipsi autè imitati sunt Adam, ut quod ille in paradiso fecerat, pactum meum, legemque præteriens, isti in terra facerent, &c. Nota hoc pro peccantibus in religione, iuxta illud, [*In terra sanctorum iniqua gessit, &c.*]

Per Nazaraos figurati Religiosi.

64. **A**MOS 2. *Et suscitauit de filiis vestris in Prophetas, & de inuisoribus vestris in Nazaraos.* IDEM P. RIBERA. Nazaraei se Domino consecrabant, & inter cæteros filios Israël erant, ceu religiosi inter Christianos. De eorum ritu & consecratione lege *Numer. 6.* Huius nominis interpretationem habemus *Iudic. 16.* Quia Nazaraeus, id est, consecratus Domino, est. Notandum autem inter maxima beneficia Deum numerare se ex eorum filiis aliquos sibi consecrasse, ut vel hinc constet, quam mirabiliter infamiant detrahentes religionibus. Non enim si pauci, aut multi à sancto suo instituto degenerant, ideo institutum ipsum reprehendendum est, nam nec Christiana religio & lex aut damnari, aut minoris firri debet quod tot modis ab eius puritate, & sanctitate quotidie recedant Christiani, quin potius exclamare debemus. Beata gens cuius Dominus Deus eius, populus, quem elegit in hereditatem sibi. *Psal. 132.*

Religiones montes vberes in quo saluantur anime.

65. **A**MOS 4. *Quia ecce formans montes, & creans auentum.* IDEM. Montes etiam dicuntur religiones, de quibus intelligi potest illud, *Exech. 34.* [*In pascuis vberibus pascam eas, & in montibus excelsis Israël erunt pascua earum, ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascuntur super montes Israël.*] In huiusmodi monte iustus Loth seruatus est, dicente ei Domino, [*Salua animam tuam, noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne & tu similiter pereas.*] Deus enim montes, id est, religiones parauit sæculi turpitudines relinquentibus, in quibus tiores sunt, & securius incendia fugiant Sodomoicum.

Religio fasciculus religatus, unde dicitur à religando.

66. **A**MOS 9. *Et fasciculum suum super terram fundauit.* IDEM HIERONYM. interpretatur *fasciculum*, id est, vniuersitatem electorum, de qua Dominus *Luc. 12.* [*Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.*] Iste, inquit, fasciculus vna Domini religione constructus est, vnde & ipsa religio à religando; & in fascem Domini vinciendo nomen accepit. Huius fasciculi meminit scriptura, *1. Reg. 25.* [*Si surrexit homo persequens te, & quaerens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium.*] Id est seruabitur, ut Deus seruat animas electorum tuorum. Vnde præclare CHALDÆVS. [*Et Ecclesiam suam in terra decorauit.*] Fasciculum dixit, ut sciamus numeratos omnes electos, & nullum ex eis periturum, non enim cadunt, quæ colligata sunt.

Contra malos Religiosos.

67. **A**VGVS. *Epist. 137. ad suos Hyponenses.* Simpli- citer fateor charitati vestræ coram Domino Deo nostro, qui testis est super animam meam, ex quo Deo seruire

seruire cæpi, quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in monasteriis profecerunt; ita nõ sum expertus peiores, quam qui in monasteriis ceciderunt; ita ut hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum, [*Iustus iustior fiat, & sordidus sordescat adhuc.*] Quare qui captiui erant in Babylone, non immeritò dicebant, [*Si oblitus fuero tui Ierusalem, &c.*]

Contra tepidos religiosos.

68. **M**ACHAB. 2. *Stultum etenim est ante historiam effluere, in ipsa autem historia succingi.* P. SER- RARIVS *super hunc locum.* Nota elegantem sententiam, quæ ad omnes transferri potest, qui magnos rerum quarundam apparatus faciunt, nec illas tamen rectè perficiunt. Sunt, qui antequam religiosum vitæ statum inierint, magno eius desiderio flagrant, multa piè admodum, ardentèque faciunt, ut videantur mirabilia postmodum facturi, sed in illum, vbi recepti sunt, inreperunt, vixque quod pristino feruori respondeat, quidquam agunt, *Stultum est enim ante historiam effluere, &c.*

Religiosis formam Ioannes Baptista præscripsit.

69. **M**ATH. 11. *A diebus Ioannis Baptista regnum cælorum vim patitur, &c.* In B. Ioanne (au GALTFRIDVS. Fuerunt sobrietatis viduus, asperitas habitus, fuga sæculi, & contemptus; daturus autè generalem poenitentiae formam, ordinè specialiter instituit monachorum, inducatur pilis cameli, ut in vestimento poenitentiae circumferret exemplum, vescebatur locustis, & melle siluestri, eis nimirum cibariis, quæ ad manum erant, in quibus conuenienter instrumitur; ut his quæ facilius & propinquius ad vltus nostros occurrunt contenti simus. Noluisset egredi locum solitudinis, ut mutaret panis dulcedinem, nec mellis; quia malè vnus dulcedinis dilectio fugitur, dū asperitatis intuitu in grauoris casus periculum festinat. Locusta, quæ crebris saltibus è terra se subleuat, spem æternæ consolationis designat, quæ toties reficimur, quoties eiusdem spei beneficio aliquid de superna dulcedine prælibamus. In melle siluestri, alicera potest quidem consolatio designari, illa videlicet, & in qua Apostolus gloriabatur dicens, [*Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus,*] hæc gloriatio per mel siluestre meritò designatur; quia nihil magis siluestre: & à ciuibus huius sæculi extraneum, quàm æstimare gaudium, quod ingeritur, ad tormentum, & forsitan hæc est pax, quam mundus non potest accipere; quia non pacificè potest ingruentis tribulationis angustias sustinere.

Contra religiosos differentias ciborum obseruantes, & mores negligentem.

70. **A**CTORVM 20. *Non facio animam meam pretiosorem quam me.* BERNARD. Optimus estimator rerum, qui nihil sui sibi præferendum existimat. Quam multi salutis propriæ, vilissimam modicamque pecuniam prætulerunt, &c. Vide *Anima*, numer. 12. Quid vos dicitis obseruatores ciborum, imorum neglectores? Hypocrita & sequaces eius, doceant animas saluas facere in hoc mundo, Christus & eius discipuli perdere quem è duobus sequi magistrum, eligitis? At manifestum se facit, qui sic disputat. Hoc oculis, illud capiti, hoc peccatori, vel stomacho nocet. Legumina aut alter, ventosa sunt, cæcus stomachum grauat, lac capiti nocet; potum aquæ non sustinet peccatus; caulis nutrum melancholiam; cholerae porri accendunt; pisces de stagno, vel de lutosa aqua mea non congrunt complexionem. Quale est hoc, ut in totis fluuiis, agris, hortis, cellariis vix possit reperiri quod

comedas? Puta te, quæso, monachum esse, non medicum, nec de complexionem iudicandum; sed de professione. Num in Euangelio legisti has differentias ciborum; aut in Prophetis, aut in literis Apostolorum? caro & sanguis profectò reuelauit tibi hanc sapientiam, non spiritus Patris. Epicurus, atque Hippocrates, alter corporis voluptatem; alter bonam habitudinem præfert, meus magister vtriusque rei contemptum prædicat.

Turpe est religioso in corporis solatio dispensare sibi.

71. **A**D TIMOTH. 5. *Viere modico vino propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates.* BERNARD. Illi qui hodie nimis sibi blandiuntur, de hoc exemplo Pauli attendere debent, primum quidem Apostolum minime sibi rem istiusmodi suadere, sed nec discipulum quidem æquè exposcere sibi deinde non monacho hoc intimari, sed Episcopo, cuius vita tenera & adhuc nascenti Ecclesie pernecessaria esset; Timotheus hic erat. Da mihi alterum Timotheum, & ego cibo eum etiam auro & potu balsamo; Cæterum tu tibi meriphi dispensas miseris tui. Suspecta est mihi fateor, tua ipsius vice dispensatio, & vereor tibi illud sub tegmine, & nomine discretionis à carnis prudentia, id re saltem admonitum esse volo, ut si ipsa tibi auctoritas Apostoli placet de bibendo vino modico, quod illi adiunxit non prætermittas.

Religiosis osibus aridis comparantur.

72. **E**ZECH. 37. *Ossa arida audite verbum Domini.* GALFRIDVS. Ossa nos oportet esse, non ligna, & ossa quidem arida, quæ nec noxiæ humore putrescant, nec lenta teneritudine in fragmenta dissoluantur; sunt enim quidam ligna non ossa, & alij ligna humida, & alij ligna arida: sunt quidam ossa humida; quidam arida. Ligna sunt & non ossa, in quibus nihil est solidum; nihil firmum. Ligna humida sunt, quos præsentis vitæ prosperitas irrigat, & folijs ac floribus transitoria felicitatis exornat, & hi subito statu cuiuslibet tribulationis arefcunt. Ligna verò arida sunt, quos nec temporalis prosperitatis humor irrigat, nec spiritualis gratiæ dulcedo confortat; qui tanto dignius perpetuis ignibus referuantur, quanto diutius à bonorum operum facultate, & spiritualiter & temporaliter aruerunt. Cæterum ossa humida sunt, qui rebus quidem terrenis abundant; sed contra noxias, & illicitas voluptates firmi nihilominus, & stabiles perseverant. Ossa verò arida sunt viri religiosi, qui carne pariter & cute deposita nihil carnale sapiunt, nihil de charitate transitoria quarunt: ita quidem humore præsentium voluptatum vacui, ut maneant semper internæ virtutis firmitate robusti. Os humidum erat Iob, quando erat ei familia celebris, & subitanea multa nimis: Quia verò in tanta bonorum affluentia nunquam non respexit datorem, conseruatorèque bonorum, nihil ei prosperitatis humor nocuit, quominus eum in fortitudine sua, timoris Domini soliditas retinuerit. Denique orbatus pignioribus, rebus expoliatus, carne pariter, & cute, nudatus aridum os efficitur, tantoque fortius in immentia illa tribulatione persistit, quanto in eo durius affluentia prioris humorem æstus tentationis excoxit. Ossa igitur arida in campo sunt viri religiosi in mundo, qui igne diuino vehementer afflati, dum præsentibus solatiis consolari tenent, ad æternam dulcedinè feruentius inardescunt. Ad se inuicem ossa de campo accedunt; cum viri religiosi de diuersis mundi partibus, ut viuificetur congregantur. Accedit post coniunctionem ossium tenax ligatura neruorum, si postquam simul habitare conueniunt, obedientia quoque, ac stabilitatis professio- ne ligantur.

ne ligantur, ut propositum teneant; ut prapostis pareant, ut in suscepti ordinis disciplina iugi firmitate persistant. Non solum autem nervis astringimur, sed & carne vestimur, illa scilicet de qua dicitur: auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum; Postremo necesse est, ut superextendatur, & cutis, honestas videlicet religiosæ conuersationis, in qua & ædificetur proximus, & Deus glorificetur. Vide etiã, Spiritus sanctus, num. 45.

Religiosi comparantur quibusdam arboribus deserti.

73. ISAIAE 41. Dabo in solitudinem cedrum & spinam, &c. Vide Prælati, num. 107. Sequitur, ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul, ut videant, & sciant & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, &c. GALFRIDVS. Per hæc intelliguntur religiosi, sicut per illa prælati. Abies est qui renunciat mundo, quæ sursum sunt quærens, & sapiens, non est abies qui non proficit, minus autem, qui respicit retro; Abies est mens deuota Deo. Vlmus, qui proximo officiosus existit. Vlmum enim se exhibet, qui sterilem, & infructuosum se reputat, & fructibus alienis, opitulando communicans, perinde suos facit, efficacius sibi præstans, dum videtur quærere magis quod vtile pluribus, quam quod sibi. Buxus arbustum magis; quæ arbor non sicut arundo vento agitata est, in locis humentibus, vbi leuiathan dormit, sed in petrosis oritur; in aridis, & in aquosis, vbi ille quantumlibet quærens, non inuenit requiem: attamen viret foliis; nec hyeme, nec æstate marcescens: quod in viris veræ religionis humilitas, & patientia diligit hilaritatem, ut non fiant sicut hypocritæ tristes: Insuper & lignum eius cæteris solidius, pene osseam obtinet firmitatem: virtutem eius non abnegans, cuius præfert speciem pietatis; Libet huic promissioni beati Malachiæ conferre versiculos, & tribus bona quatuor coaptare; quæ ex bono Thesaurio offerens, studuit commendare vir bonus, ut conueniant duo primis, æquæ duobus, vltima referantur ad buxum: Spernere mundum, spernere nullum, spernere sese, spernere se sperni, quatuor hæc bona sunt. Abies veluti ex alto deorsum aspiciens despicit mundum, & terrena non reputat aspernatur, nullum despicit vlmus, onera aliena suscipiens & sustentans. Buxus in magnis non ambulans difficilè frangitur vel secatur humilitatis & patientiæ typum gerens. Et quomodo seipsum spernit humilis, sic patiens spernit se sperni, eisdem tribus illa etiam tria conueniunt, super quibus nos erudiens apparuit gratia Saluatoris, ut sobriè, piè, iustèque viuamus. Ad Buxum sobrietas pertinet, quod non in terra suauiter viuendum, vbi nec sapientia inuenitur, sed in locis scopulosis & aridis oriatur; Ad Vlmum iustitia, quod exhibeat cuique quod suum est, insuper & se ipsum. Ad Abietem pietas cultus Dei, quod ei vacet, ei soli placeat contendant.

Religio castris comparatur.

74. GENES. 32. Castra Dei sunt hæc. BRVNO. Merito Iacob postquam separatus est à Laban, Angelos obuam habet; quoniam qui mundum relinquunt, mox in Dei militiam computantur; & qui fugiunt castra sæculi, castra Dei videre & habitare merentur.

Religiosi abstinere debent à mundanis rebus.

75. EXOD. 5. Vocauit nos ut eamus viam vsuum dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro. ORIGEN. Homil. 3. in Exodum, Quemadmo-

dum volebat. Moyses, ut populus Deo seruiret in Ægypto, sed exiret in desertum, ut ibi Domino seruiret: ita donec quis in tenebris secularibus manet, non potest seruire Domino. Et quemadmodum discedentes filij Israël de Ægypto, viam fecerunt trium dierum in deserto: ita qui relicto sæculo, Deo seruire cupit, in solitudine viam debet conficere trium dierum, id est, conseruare se ab omni inquinamento animæ, corporis, ac spiritus. BASILVS de institutione monachorum sermone 1. Qui in angelicã iam dignitatis ordinem transiit, is si humanis postea affectionibus se se contamineat, pardi assimilis efficitur pelli; cuius setæ neque ex toto albæ sunt, neque ex toto nigræ, sed cum sint dissimilium colorum missione variegatæ, & interpunctæ, nec in albis numerantur, nec in nigris. IDEM BASIL. Epistol. 1. Tamest vrbicas occupationes pro derelicto habui, ut sexcentorum malorum causas; me tamen nondum etiam habere pro derelicto quivi; similiterque illis affectus sunt, qui nauigandi insolentes nauis perditè afflicti: namque illi magnitudine nauigij offensi, tamquam vehementius succutientes in lembum, aut nauiculam cum transierint; sic quoque non secus à nausea laborant, nimirum molestia ipsos ac bile quocumque transferunt comitantibus; huiusmodi quiddam nobis in solitudine agentibus contingit, qui domesticas perturbaciones quoquo circumferentes gentium, vbique locorum perinde versamur in tumultu, quare non magnopere adiuti sumus ab hac solitudine. IDEM de institutione monachorum sermone 2. Conuenit igitur ut quemadmodum qui in balneum ingrediuntur, vestimentis se omnibus denudant: ita & qui colendæ pietatis causa ad solitariam vitam accedunt, omni rerum vitæ huius materia exuti, genus vitæ quod est secundum philosophiam ingrediuntur. IDEM in constitutionibus monasticis. Monachus rebus adhuc secularibus intentus est veluti statua, quæ solam monachi figuram circumferat, nimirum quæ nusquam virtutibus sit animata.

In religione ostenditur, quæ sit cuiusque virtus.

76. CHRYSOST. Lib. 2. de sacerdotio. Quemadmodum athleta tantisper dum domi se continet, ac cum nemine manus conferit, imbecillitatem, infirmitatemque suam occultare aliis potest: vbi verò nudato corpore in arenam decertaturus descendit, tunc facile apparet, quid ille possit. Eadem ratione qui priuatam hanc & quietam vitam viuunt homines, & solitudinem habent, suorum virtutum tamquam velamen quoddam: iidem rursus cum in medium prodierint, solitudinem illam sicut vestem exuere, ac per aduentitios externosque motus, suos ipsorum animos omnibus nudos exhibere coguntur. IDEM lib. 6. de sacerdotio. Quemadmodum qui intra portum ad gubernaculi regimen assidet, hic non continuo sufficiens artis periculum præbet. At verò qui in medio mari collocatus nauem sæuiente tempestate eripere potuit, hunc certè nemo est, qui non optimum gubernatorem esse dixerit: proinde nec monachum ipsi magnopere ac supra modum admirabimur, quod is apud se viuens, nec commoueat, nec in multa ac magna peccata prolatur.

Religio non sufficit nisi mores adsint religiosi.

77. CHRYSOST. Homil. 43. in Genes. Quod religio per se non sufficit, nisi & religiosi mores adsint. Vide verbum Societas, num. 8. Vbi inter cætera sic ait: Si igitur negligenti ac supino nihil prodest solitudo: nec enim locus, virtute nos facit præditos: sed mens & mores:

& mores: ita & prudens atque vigil non offenditur, etiam in mediã ciuitate viuens.

Conuersatio cum religiosi vtilis.

78. CHRYSOST. Homil. 70. in Matthe. Quemadmodum si quis, ad aurifabrum, aut rosetum venerit, recipit ab auro & rosis quemdam coloris splendorem: sic qui ad monachos accedunt, non nihil à fulgore illorum, vtilitatis consecuti, à priori superbia plerumque liberantur, ac veluti si quis editum locum perierit, etiam si minimus sit, magnus tamen atque sublimis videtur: si donec cum illis morari fecerint, excellentiores apparent, cum verò inde abierint, quasi à sublimiori loco descendierint, humiliores videntur.

Differentia inter mensam religiosorum, & diuitum.

79. CHRYSOST. Homil. 57. ad Populum Antioch. Vide differentiam mensæ monachorum & diuitum. Vnde hæc colligitur: ex innumeris lachrymis, ex viduarum oppressione, orphanorum rapina; illa ex iustis laboribus. & hæc quidem mensa similis est pulchræ ac speciosæ mulieri, nihil exteriorum indigenti, sed naturalem habenti pulchritudinem: illa verò meretrici cuiusdam turpi ac deformi, multos quidem habenti fycos, nec tamen pulchritudinem obumbrare valenti, sed quanto quis propius accesserit, magis redargutioni obnoxia.

Religiosus regi conseruitur & comparatur.

80. CHRYSOST. Lib. de comparatione regis & monachi tomo 5. Beatos vulgus ducit, qui gentium principes sunt, qui splendidis vehiculis feruntur, qui præconum clamorem ac satellitum magnum assequuntur. Contra philosophantium vita, & eorum, qui solitariæ vitæ institutum delegerunt, despicabilis est: atque illi quidem dum foras prodeunt ad sese conuendos populum ipsum conuertunt: hi autem sibi apparuerint, nullius oculos, aut saltem per paucorum ad sui spectaculum trahunt: & propterea horum nullus similis esse concupiscit, illorum contra, nemo non, quamquam principatum quærere, gentis alicuius imperio potiri, arduum sanè, ac supra vulgatum hominum vires, ac quorum animis impetum amor incessit; iis magna pecunia opus. Solitariam verò vitam eligere, Dei cultui vitam suam mancipare æquè omnibus procliuè ac facile. Adde quod principatus possessio vna cum vita hac definit, seu verius dicam viuos etiam sui amatores destituit, ut taceam hic multos olim extitisse, quos magnum in periculum, vel certè magnam in ignominia coniecit. At solitudo iustos hac in vita multis cum repleuerit, à vitæ exitu hilares ac ludibundos ad Dei Saluatoris tribunal ducit. Age verò contententes inter se regem & monachum audiamus. Rex vrbium, regionum præfecturam gerit, prætores, proprætores, exercitus; populos, senatus, suo vnus nutu agens: at Monachus, iræ, inuidiæ, auaritiæ, voluptati impetrat; assidue speculans, ne suum animum obsecnis affectibus subiciat: inuenies huic cum demonibus pugnantem eundemque & superantem, & vincentem, & à Christo coronam capientem: regem verò cum barbaris bellantem cernes: Quanto autem hominibus demones terribiliores sunt, tanto splendidior est qui hos superat, eo qui illos vincit. Quod si causam belli perdiscere cupis, magnam profectò inæqualitatem reperies. Alter pro pietate & Dei cultu cum demonibus bellum gerit, vel vrbes, vel vicos ab errore discedere desiderans: Al-

ter cum barbaris digladiatur pro locis, finibus, opibus raptis: illum auaritia, atque admodum inuisti principatus ambitione ad pugnam prouocante; vbi certè plerique plerumque reges maiora cum appetuissent parta amiserunt. Iam ad vtriusque vitam & gesta descendamus. Re vera hunc inuenies cum Prophetis versantem, assidue à Moyse ad Isaiam, ab Isaja ad Ioannem, à Ioanne ad alium quempiam transcendentem; at Regem assidue Centurionum, Proprætorum, & spiculatorum consuetudine abutentem. Porro cum quibus assidue quis versatur, horum mores similes habet. Itaque monachus animum suum ad Apostolorum & Prophetarum mores conformat. At Rex ad mores ducum, scutiariorum, satellitum, hominum vino seruientium, voluptatibus indulgentium; bonam diei partem in potu contententium. Quod si & noctis tempore examinare voluerimus, monachum quidem videbimus Dei optimi cultu ac precibus insignem, multo ante gallinacos tempore canentem, angelis conuictoribus vrentem, cum Deo colloquentem, cælestibus bonis fruuentem: Regem verò in lecto stertentem. Ille cibis, his alitur, qui altum ab eo somnum minime exigant: hunc autem delicia confopiant & potus. Monacho & vestis & mensa moderata, & conuictores eiusdem virtutis æmulli: at Regem necesse est & lapillis & auro superbum esse, mensamque struere splendidam, tum conuictoribus vti; siquidem imprudens ille fuerit, sua stoliditate dignis; si autem mensam habeat temperantemque sit, probis fortasse & iustis; sed tamen virtute his quos dixi longè inferioribus; Etenim rex in iuribus faciendis subditis & grauis est. Præterea & urbem habitans, & pace fruens, & bello operam dans, tum tributa exigens, tum exercitus conficiens, tum captiuos agens, & dum victor & dum victus est, subditos propriis malis replet: victor quidem tolerabilis est, victoria sese venditans, ac sibi placens, tum militibus præbens rapiendi licentiam, depraedandi viatores, iniuria afficiendi, urbem obsidione cingendi, pauperum domos depopulandi. At verò Monachus simul atque conspectus fuerit, statim tam diuitibus, quam pauperibus donum aliquod afferens, vtriusque æquè munificum se præstat vnorumque amicum vtens, tum aquam libentius bibens, quam vinum; quamuis admirabile, pro se quidem nullam nec paruum, nec magnam à diuitibus gratiam postulans: pro indigentibus autem tum multas, tum continuas, easque vtriusque conducentes, hoc est tam his qui largiuntur, quam his, qui accepturi sunt, sic fit, ut communem ille agat medicum, diuitum iuxta & inopum, illos peccatis liberans: per bonam admonitionem, hos ab indigentia eximens. At Rex tributa dum minus graui esse iubet, diuitibus magis quam pauperibus vsui est. idem dum contra facit paucarum facultatum dominos lædit: Nam diuiti tenuem admodum iacturam attulerit tributorum acerbitas: at eadem pauperum domos tamquam torrens distrahit, fletu complens vicos. Age igitur examinemus, qua nam in parte monachus; qua contra in parte Rex beneficus sit; igitur hic quidem aurum largitur, ille spiritus gratiam: præterea idem hic dum bonus est paupertatem soluit, ille autem animas demontum tyrannide oppressas precibus liberat. Quod si acciderit hunc & illum deturbari; hoc est, hunc quidem à virtute destitui, illum autem regno priuari: hic quidem paruo admodum negotio ad se redit, ac statim per preces, per lachrymas, per mærorem, per pauperum curam, peccatis absteris de integro facile ad pristinum principatum recurrit. At Rex solio deiectus cum fuerit, tum demum multis sane sociis indiget, multis item armatis militibus, equis, pecuniis,

eunius, periculis, denique salutem suam in aliis sitam habet, iam mors Regi terribilis est, eadem philosopho minime molesta. Quod si & hunc & illum iugulari contigerit: hic quidem pro pietate pericula sibi accerserit, immortalem ac caelestem vitam morte sua comparans: at Rex Tyrannum aliquem, & eum qui imperium affectat, iugulatorem suum habiturus, est. miserabile idemque horrendum post eadem est spectaculum: Adde his, quod Monachus bonorum suorum affectores, habiturus est a mulatores, ac discipulos bona ex parte comprecantes; ut ipsius similes euadant. At cum Rex multos frustra in precibus sermones insumpserit, Deum rogans, ut nemo existat, qui regnum affectet. Præterea illum interficere nullus audeat, nisi quis existimaturus est impium se in Deum futurum, si eum sustulerit: huic verò multi iugulatores ingruunt Tyrānidis affectores. Quam ob rem alter adhibet milites corporis sui custodes, alter vrbes precibus suis, tamquam muro communit. Quod si & certamen futurum examinare velimus: monachum quidem videbimus splendidum ac conspicuum, rapti inter nubes ad occursum Christi in aëra exemplo ducis, ac institutoris huius vitæ salutaris omniumque virtutum: At Rex si quidem iuste, & humane imperium rexisse videtur, (hoc autem admodum rarum) minorem salutem, minorem honorem fortietur.

De paupertate religiosorum.

81. **N**IL V S oratione 3. aduersus vitia; Monachus qui multa possidet est veluti nauis onerata, quæ in fluctuum tempestate facile mergitur. Quemadmodum enim illa legnis, vndis aspergitur: sic opulentis, solitudinibus opprimitur; Monachus qui nihil possidet, est veluti viator expeditus, qui tectum ubique reperit; Monachus pauper est tamquam aquila in sublime volans, quæ tunc ad escam se demittit, cum vrget necessitas.

De religiosi extra claustra.

82. **S**OZOMENVS libr. 1. Histor. cap. 13. Dicere solebat Antonius cognomento Magnus, aquam piscibus alimento esse, solitudinem autem monachis afferre ornamentum; atque illos cum terram attingunt vitam amittere, hos autem cum vrbes adeunt, monasticam grauitatem perdere solere. ANSELMVS libr. de similitudinibus c. 187. Sicut bubo dum in cauerna cum pullis suis est, lætatur, & suo modo bene sibi est: dum verò inter coruos, & corniculas ceu alias aues est, incuratur ac dilaniatur, & omnino sibi malè est, utpote; quia hic rostro percutit; ille alis in eum irruit; Alter verò vngulis discindit. Ita & monachus, quando enim cum fratribus suis conuersatur sibi bene est: quando verò remotus ab illis inter seculares conuersatur; hinc inde variarum causarum incurtus dilacerant, & quæ non amat secularia negocia vexant.

Religiosorum obedientia.

83. **H**ERON. Episto. ad Rusticum Monachum. Nulla res absque magistro discitur: etiam muta animalia, & ferarum greges, doctores sequuntur suos. In apibus principes sunt. Grues vnam sequuntur ordine literato. Imperator vnus, iudex vnus prouinciarum. Roma vt cõdita est duos fratres simul habere reges nõ potuit; Et paricidio dedicatur. In Rebecca vtero Esau, & Iacob bella gesserunt. Singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archipresbyteri, singuli Archidiaconi, & omnis ordo Ecclesiasticus suis rectoribus nititur. In nauis vnus gubernator, In domo vnus Dominus; In quouis grandi exercitu vnus si-

gnum expectatur. Et ne plura replicando fastidium legenti faciam, per hæc omnia ad illud tendit oratio, vt doceam, non tuo arbitrio dimittendum, sed viuere debere in monasterio sub disciplina vnus Patriis, consortioque multorum, vt ab alio discas humilitatem, ab alio patientiam, &c.

Religiosus non est in statu perfectionis sed tendit ad illam.

84. **D**RIPON. prefatione de Ecclesiasticis dogmatibus. Quemadmodum qui se exonerat, sarcinas graues, vestes, allaque impedimenta remouens, non ob id dicitur ascendisse aut esse in culmine montis; sed se in statu præfata ascensionis constituit, & ascendendo de hora in horam appropinquat ipsius montis culmini. Ita & is, qui accepta caelitus voluntate perpetuo continendi proficitur vitam monasticam, non ex hoc ipso iam est perfectus in vita Christiana; sed se potuit in statu quidem altiori, quo facilius proficere valeat in dilectione, abiciens impedimenta ceu auocamenta.

Nouitius in religione comparatur egrotio potionem suscipienti.

85. **A**NSELMVS libr. de similitudinibus cap. 77. Attendat nouitij, quia sic agit, qui Monachatus arripuerit difficultatem; quemadmodum infirmus qui grauem accipit potionem; plerumque enim contingit vt qui aliqua patitur infirmitate corporis, potionem quaerit, qua ab illa infirmitate curari valeat: cumque ei medicus dicit, vt illam, vel illam potionem accipiat, & sic sanari poterit; emittit eam, accipit datam; sed cum portio fortis eius viscera rimatur, membra omnia percurrit, malos humores contrahit, vires tollit, corpus dissoluit, terræ infirmum prosternit, desiderium maximum bibendi in eo accendit, vel dormiendi vel foras aduentum eundi, eique medicus hæc interdicit comminans quod morietur, si hoc fecerit. Heu me, infirmus inquit, cur potionem hanc accipit? malè mihi erat & modo est peius: heu quanto meo malo illos vidi, qui hoc consilium mihi dederunt; nec mihi, quia & hoc me oportere pati, prædixerunt. Sic iste conuertitur, dum potione coarctatur, cum verò mali humores defluere coeperint, totumque corpus paulatim leuari, gaudet & exultat, quia talem potionem accipit, per quam ad pristinam sanitatem redire se sentit; & homines qui hoc consilium ei dederunt, bene dicit. Similiter verò multoties accidit, vt aliquis, qui animæ suæ infirmitatem considerat, medicinam inde spiritualem quaerit, qua ab illa vitiorum suorum infirmitate mundari valeat; cumque ei spiritualis homo dicit, quod per Monachatum posset saluari: dat quidquid habet, vt in monasterio aliquo suscipitur, vel ei gratis aliquando conceditur; & suscipitur: Sed cum ordinis difficultas cogit eum vigilare, dum veller dormire, esurire, dum veller edere; sitire, dum veller bibere, tacere, dum veller loqui; legere vel cantare, dum veller quiescere; sedere dum veller stare. me miserum, inquit, quare hunc habitum suscepi. antea malè agebam, sed modo peius ago: quia tot & tanta, quæ mihi iubentur, adimplere valeo, & vix nisi inuitus aliquid boni perficere valeo. Quid igitur? vix mihi, vt quid his credidi, qui mihi hoc consulerunt? putabam quod omnes isti homines essent sancti. hæc & his similia nouitius dicit, dum ordo illi in primis videtur grauis. Sed postquam sentit, & secum considerat; quia hæc patiendo sua posse aboleri peccata, totum quod ante graue videbatur, leue efficitur, & lætari incipit, Deoque gratias agit.

Concordia

Concordia inter religiosos commendatur.

RESURRECTIO

Vniuersalis.

Resurrectionis exempla naturalia. 1. 16. 23. 24. 26. 27. 28. *Post resurrectionem immortales qualiter erimus.* 2. 18. 19. 20. 21. 22. *Resurrectio ab initio indicatur.* 3. 4. 5. 8. 10. *Resurrectionis gloriam, qui intelligant.* 6. 9. *In resurrectione perfecta pax corporis & spiritus.* 7. *Resurrectio congruit iustitiæ, & prouidentie Dei.* num. 29. *Resurrectio suauiore reddit vitam.* 11. & vide, Mors, num. 63. *Dispositio ad resurrectionem.* 12. 13. 16. 30. *In resurrectione gloria corporis superaddetur, numero 13.* *In resurrectione diuersus finis iusti & impij, numero 14.* *Dei potentia in resurrectione ostenditur.* 15. 17. *Christo credendum circa resurrectionem.* 25.

Resurrectionis exempla naturalia.

86. **GENES. 1.** Producat aqua reptile & volatile super terram. BASIL. Pro confirmatione fidei resurrectionis, propono tibi in exemplum bombycem, qui in crucem vertitur primo, deinde sit procedens id quod bombyx appellatur, deinde lentis latisque pennis veluti foliis binis abortis in volucris effigiem commutat. Cum igitur vos, o mulieres vermium illorum resolutis, retorquetisque opera, fila, inquam, ea, veniat vobis in mentem huiusce varietas animalis; atque in formas mutatio, indeque resurrectionis dilucidam, atque certam sententiam sumite, atque ei mutationi, quam hominibus omnibus communem, ipse Paulus pollicetur. Cum etiam apes & vespas conspexeris, veniat tibi in mentem eas præditas respiratione non esse, pulmonisque carere, sed totis suis corporibus aura vesci. Quapropter si oliuo fuerint madefactæ oclusis meatibus percunt: sin aceto protinus aspersis eas, reclusis foraminibus reuiuiscunt.

Post resurrectionem immortales qualiter erimus.

87. **GENES. 1.** *Præ sint vobis in escam & cunctis animalibus, &c.* IVNIVS. Alia est immortalitas carnis, quam in prima conditione in Adam accepimus; & alia quam in resurrectione per Christum accepturos esse speramus. Caro enim nostra post resurrectionem nulla eget refectione ciborum, quia nulla ei suppetit, vel à fame, vel lassitudine, vel alia qualibet infirmitate defectio; sed erunt homines sicut Angeli Dei. Vnde licet Angeli cum Patriarchis manducauerunt, id non indigentia causa, sed benignitatis agebant; & licet Dominus post resurrectionem manducauit cum discipulis, id fecit, vt se veram post mortem recepisse carnem monstraret. Caro autem Adæ ante peccatum ita est immortalis creata, vt administrata diuina temporalis alimonie, mortis expertus, ac doloris existeret, donec corporalibus incrementis, ad illam vsque perductus aetatem, quæ creatori placeret, iubente ipso sumeret, & de ligno vitæ, & perfectè immortalis effectus sustentacula sibi corporis vltorius nulla requireret. Sic ergo immortalis est condita caro Adæ, vt eandem suam immortalitatem per obseruantiam mandatorum Dei custodiret. AVEVS. T. S S S Corpus

86. **IDEM ANSELM.** *Ibidem cap. 78.* Veri Monachi debent esse in monasterio sicut Angeli in caelo respectu sanctorum spirituum humanorum: Angeli enim nec sanctos despiciunt, qui tentati aliquando victi peccauerunt: nec sancti Angelos, quia nullam, quam vincerent, passi sunt tentationem. Si enim Michaël diceret Petro, tu Dominum negasti, postea Petrus responderet: verum quidem est quod dicit; sed tu pro Domino nunquam vel vnum colaphum sustinisti; Quod omnino non faciunt, sed sunt conformes. Hoc idem debet esse inter nuntios in religione, & conuersos.

Opus bonum religiosi charius Deo quam secularis si cetera sint paria.

87. **IDEM IBIDEM cap. 84.** Optabilius est Deo opus bonum monachi, quam hominis cuiuscumque secularis. solet quippe accidere duos esse homines sub Domino vno, singulos habentes arbores in proprio solo, arbores autem illæ fructum ferunt bonum vtrique, verum vnus eorum, quia Dominum minus diligit, fert de fructu quantum ei visum fuerit, adeo autem alius eum amat, vt ad eum veniens arborem ei offerat: sanè eius seruitium domino magis erit acceptum, sic & seruitium Monachi Deo est magis acceptum, quam secularis. Secularis enim Deo offert quantum voluerit, Monachus verò offert se ipsum. BERNARD. *Serm. 1. de sancto Andrea.* Merito stagnis monasteria comparantur, vbi quo modo incarcerati pisces euagandi non habent libertatem, quo videlicet parati sint semper ad epulas spirituales, &c.

In vero religioso tria bona necessaria.

88. **ANSELMVS vbi supra cap. 9.** Sicut in denario Atria esse debent, vt sit ex puro aere, recto pondere, monetæque legitima; Ita Monachus debet habere hæc tria, eius quippe metalli puritas, pura est eius obedientia, rectum verò illius pondus, stabilitas est propositi eius, illius autem moneta est, habitus monachalis.

De monachis extra claustra egredientibus.

89. **HERON. Epistol. ad Demetriadem de virginitate seruanda.** Quæ viuunt in monasterio, & quarum simul magnus est numerus, nunquam solæ, nunquam sine matre procedant: de agmine columbarum crebrò accipiter vnam separat, quam statim inuadat, laceret, cuius carnibus & cruore saturet. Morbidæ oves suum relinquunt gregem, & luporum faucibus deuorantur. Scio ego sanctas virgines, quæ diebus festis propter frequentiam populorum pedem domi cohibent, nec tunc egrediuntur, quando maior est exhibenda custodia, & publicum penitus deuitandum.

In religione Deus manifestatur non in mundo.

90. **GENES. 12.** Apparuit Dominus Abraham & dixit ei: *femini tuo dabo terram hanc, &c.* CYRILLVS ALEXAN. *In dictis veteris testamenti.* Quomodo Abrahamo habitanti in propria terra, non apparuit Dominus, vocato autem & egresso, cum venisset in terram ei monstratam, visus est & magna dedit promissa: ita nobis in mundo manentibus, & mundanis voluptatibus, nulla fit diuinitus illuminatio; parentibus autem suis præceptis, sui manifestat pro capacitate cognitionem.

Corpus quod accepit Adam ante peccatum, mortale erat, & immortale secundum diuersas rationes, mortale, quia mori poterat, immortale, quia poterat non mori, hoc est, mortale conditione corporis animalis, immortale autem beneficio conditoris. si enim non peccasset Adam, non moreretur comedendo de ligno vitæ.

Resurrectio ab initio indicatur.

3. GENES. 2. Formauit igitur Deus hominem de limo terræ. SEVERIAN. De puluere formauit, ut homo quem moriturum sciebat, certo crederet se è puluere rursus suscitari posse, ac reformari ab eo, qui illum primum de puluere formauit: Et super illud; Plantauerat autem Dominus paradysum, &c. Plantauit Deus paradysum ad Orientem, quia quemadmodum luminaria cœli ab Oriente in Occasum cursum faciunt, ac peragunt: Ita homo per peccatum in occasum mortis declinaturus erat, deinde rursus per resurrectionis virtutem tamquam sol orienturus.

Idem.

4. GENES. 4. Vocauitque nomen eius Seth dicens: posuit mihi Deus semen aliud pro Abel. RYPERTVS. Seth, interpretatur resurrectio, vnde & mater [Suscitauit, inquit, mihi Deus (secundum aliam litteram.) semen, &c.] Quia quæ in Abel occubuerat generatio iustorum, in isto quodam modo resurrexit. CHRYSOST. Obscurè nobis hoc verbo resurrectionis exordia ostendit, quasi diceret, Abel mortuus est, sed Dei virtus, quia nondum tempus erat resurrectionis eius, hunc mihi suscitauit.

Idem.

5. GENES. 7. Et delebo omnem substantiam, quam feci de superficie terræ. AMBROS. Deleturum se dicit omnem carnem, non à terra, sed à facie terræ, florem percutit, radicem seruat, sicut ut substantiæ virtus humanæ in profundo maneat, & in superficie laboret. Vnde pulchrè dicit, delebo tanquam litterarum apices, qui delectur sine imminutione tabularum; atramentum deletur, sed lignum manet, delectur elementa, ut scribantur plerumque meliora. Delebo, inquit, corruptelam carnis, ut scribam incorruptionem. Vnde iuxta aliam litteram, delebo omnem resurrectionem carnis à facie terræ, ut scilicet scribam in cœlestibus resurgentes; delebo de libro terræ, ut scribam in libro vitæ. Delectantur Domine Deus meus, Domine delectantur citò elementa ferri, ut scribantur elementa Christi. aboleatur resurrectio terrena, ut cœlestis gratia redundet: delet ergo Deus resurrectionem carnis, quo declaratur, quod superfluum hominum natiuitatem propter impietatem eius deleuit, tanquam litterarum scriptionem, substantiam autem generis seruare voluit humani, ut ex ea semen reliquum pullularet.

Resurrectionis gloria non comprehenditur.

6. GENES. 7. Quindecim cubitis altior fuit aqua supra montes, quos operauerat. EVCHERIVS. Quindecim numerus continet octauum & septimum, per octauum resurrectio, per septimum requies gloriæ intelligitur. Aqua ergo quindecim cubitis altior fuit supra montes; quia sacramentum resurrectionis & quietis transcendit omnem sapientiam superborum, ita ut nulla possit indagare scientiæ suæ altitudo resurrectionis quietem.

In resurrectione perfecta pax inter corpus & spiritum.

7. GENES. 8. Egredere de arca tu, & uxor tua, filij tui & uxores filiorum tuorum. EVCHERIVS,

De arca coniuncti exeunt, qui disuncti intrauerunt, seorsum viri, & seorsum feminae, ut intelligamus quod in hoc tempore caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, sed in resurrectione iustorum, & in fine sæculi omnimoda & perfecta pace spiritui corpus adhærebit, nulla mortalitatis indigentia vel concupiscentia resistentem. Et super illud, Nequaquam unquam maledicam terræ, &c. Nequaquam enim post resurrectionem dominabuntur corporibus vitia, atque peccata; neque corruptioni subiacebunt & mori corpora, quæ ad gloriam resurgent.

Resurrectio indicatur.

8. GENES. Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum. THEODORRET. Resurrectio humanorum corporum significatur. Quia etiam à bestiis consumpta corpora congregabit Deus, & diligenter vbicunque sint requireret. Et super illud Genes. 26. Ego sum Deus Abraham Patris tui: ait LIPOMAN. Ex his verbis, ut ait Saluator, resurrectio mortuorum & rationalis animæ immortalitas probatur. Deus namque eorum qui sunt & viuunt, Deus est: non mortuorum; ergo Abraham corpore extincto secundum animam fuit & vixit.

Resurrectionis gloriam iusti intelligunt.

9. GENES. 8. Decimo mense appaerunt cacumina montium. ISIDOR. Spiritualiter sacramenta æternæ quietis & gloriæ resurrectionis, quam nesciuit sapientia superborum (ut habetur supra num. 6. ex EVCHERIO,) intellexit eminentiam sanctorum per impletionem præceptorum, vnde Propheta, à mandatis tuis intellexi, & Saluator ait. Quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Resurrectio indicatur.

10. EXODI 4. Apprehende caudam eius, extendit, & tenuit, versaque est in virgam. ISIDOR. In fine nouissimo velut in cauda sæculi redibimus ad manum Dei, atque apprehensi reparabimur, & nouissima inimica morte destructa resurgentes in dextera Dei virga regni erimus.

In resurrectione gloria corporum superaddetur.

11. EXODI 25. Ipsi labio coronam interrassem, aliam quatuor digitis, & super illam alteram coronam aureolam. BIDA. Certè corona aurea labio mensæ Domini apponitur, cum in verbis sacra scripturæ discimus egredientes carne animas ad æterna in cœlis præmia esse recipiendas: & super eam, altera aureola superadditur corona, cum in eadem scriptura reperitur, quod eis sublimior in fine sæculi gloria in corporum quoque immortalium receptione seruetur.

Resurrectionem prædicant renouationes rerum.

12. TERTULLIANVS lib. de resurrectione carnis, &c. ultimo apologetici. Restitutionem carnis faciliorem credas institutione. Aspice nunc ad ipsa quoque exempla diuinæ potestatis. Dies moritur in noctem, & tenebris vsquequaque sepelitur, funestatur mundi honor, omnis substantia denigratur, sordent, silent, stupent cuncta, vbique gentium est quies rerum, &c. Ecce accendantur enim stellarum radij, quos matutina suggestio extinxerat: reducantur & lyderum absentia, quas temporalis distinctio exemerat, redornantur & specula Luna, quæ mensuræ numerus attriuerat: reuoluuntur hyemes, & ætates; & vera & autumnus

autumni cum suis viribus, moribus, fructibus, quippe etiam terræ de cœlo disciplina est, arbores vestire post spolia, flores denuò colorare, herbas rursus imponere, exhibere eadem, quæ assumpta sint semina: neque prius exhiberi, quam assumpta. totus igitur hic ordo reuolubilis rerum testatio est resurrectionis mortuorum.

Idem.

13. CYPRIANVS, In symbolum Apostolorum. Iob quoque mysticis redundans totus eloquiis, audi quàm euidenter resurrectionem prædicet mortuorum. cap. 19. versu 10. Quasi emissa arbori abstulit spem meam. Est, inquit, arboris spes, si enim abscissa fuerit iterum pullulabit, & virgultum eius nunquam deficiet: quod si senuerit, in terra erit radix eius; si autem in terra mortuus fuerit, truncus eius vdore aquæ refloret, & faciet fruticem quasi nouella. Vir verò si mortuus fuerit abiit, & mortalis si ceciderit, vltimam non erit? Non tibi videtur in his cum quodam robore arguere homines & dicere: ita ne est ultimum hominum genus, ut videant abscissæ arbori vitam redire; ipsis nec lignis simile aliquid de semetipsis nec arboribus opinentur: & infra. Si quis diuersa semina in vnum permisceat, & hæc indiseret seminet, & passim spargat in terram: nonne vniuscuiusque seminis quocumque loco fuerit satio, competenti tempore secundum naturæ suæ speciem germen producit, & culmum suæ formæ, sui que corporis reparat: ita ergo & vniuscuiusque carnis substantia, quamuis variè & diuersè dispersa sit, ratio tamen ipsa quæ vnicuique inest carni immortalis est.

In resurrectione diuersus finis iusti & impij.

14. CYRILLVS IEROSOLYM. Catech. 15. Et quid fiet veniente Domino? Ecclesiastes 12. versu 5. Florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparitis, quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, & circumibit in platea plangentes. Quemadmodum verò interpretes dicunt amygdalus florens hyemis transitum significat; sic & corpora nostra post huius sæculi hyemem florebunt, flore supercælesti. & dilatabitur locusta, hoc est anima volueris, quæ nunc corpore est circumdata, & dissipabitur capparitis. Hoc est iniqui spinosi dispergentur.

Dei potentia in resurrectione ostenditur.

15. IDEM CYRILLVS Catechesi 18. Dicunt non tam Græci, quàm Samaritæ. Occidit homo mortuus & computruit, & totus in vermes resolutus est, atque hi vermes quoque interierunt; putrefactio tanta & corruptio corpus excepit, quomodo igitur resurget nauigatores à piscibus deuorati sunt, & ipsi quoque comesti sunt. Eos qui cum bestiis pugnarunt, viri & leones vna cum ossibus comminuerunt: vultures, & corui mortuorum humi projectorum corpora comederunt & in vniuersum mundum dispersi sunt. Vnde congregabitur corpus: cogita diuersa semina germen misceri, (infirmitas enim tibi in fide, infirma propono exempla.) Et hæc diuersa semina tuo pugillo contineri. est ne tibi homines magna, aut facili pugillum tuum aperire, & vnumquodque semen secundum ipsius naturam colligere, & ad germen restaurare? Et tu quidem id in tuo pugillo poteris, num & Deus quæ illius pugillo continentur discernere, congregare, & restaurare non poterit.

Resurrectio ex natura aliquarum rerum comprobatur.

16. EPIPHANIVS in Anchorato. Si non credis his, Equæ de resurrectione scripta sunt, gentilis exi-

stens, ex rerum natura id perspice, & ex his, quæ ad hodiernam vsque diem apparent, intellige. Seminatur frumentum, vel fortè aliud genus seminis, eadens moritur, & quasi putrescit, sitque omnino ineptum ad cibum: sed mox illud putridum fit herbidum & exile cadens surgit pulchrum; frumentum autem fit propter nos & propter vsum nostrum factum est: nec enim frumenta, & semina sunt propter se ipsa. Si ergo ista quæ propter nos nascuntur, mortua reuiuiscunt: nos verò quorum causa & illa nata sunt, mortui an non excitabimur? Si mense quidem & aqua suffocata sæpe post tempus anni resurgunt, & serpentum genera hyeme immobilia sunt, æstate verò deinde consurgunt: facile sanè quilibet intelligens similia his dederit exempla. Vidit Deus hanc hominum incredulitatem, & auem quandam in hoc fabricatus est, quæ Phoenix appellatur. Hæc ut scribit Clemens, & alij quàm plures idem referunt; cum sit vna tantum avis: & sola, in terram Ægypti in spatio quingentorum annorum venire solet, atque demonstrare resurrectionem: non in locis desertis, ne mysterium id ignoretur, sed in aperta ciuitate consistit, ut contractetur, quod non creditur. Septem enim sibi facit ex thure & myrrha, cæterisque aromatis, & completis annis eo deuenit; moritur apertè & putrescit; deinde ex putrefacta carne mortuæ vermis quidam generatur, & hic deinceps in auem efformatur. Ne diffidas huic: nam & apium genera sic etiam ex vermibus formari vides, & ex ouis humidissimis pennas & ossa, & venas auium vidisti. Phoenix sanè præfatus excrefcens in auem talis euolat in aërem, qualis & mortuus erat; apertissimè mortuorum resurrectionem hominibus demonstrat.

Resurrectio facilis per potentiam Dei.

17. CYRILLVS IEROSOLYMITANVS Catech. 4. Qui frumentum propter nos seminatum quottannis mortificatum excitat, nunquid & nos ipsos propter quos & ipse surrexit, difficile suscitabit? Cernis quomodo arbores tot mensibus sine fructu & folijs sunt, sed hyeme prætereunte rursus tanquam ex mortuis reuiuiscunt? Et non multò facilis nos reuiuifcemus? Virga Moysi in disparatam serpentis naturam voluntate Dei mutata est, & homo cadens, rursus in se ipsum non reficitur.

In resurrectione in melius immutabimur in eadem tamen specie.

18. EPIPHANIVS hæresi 64. contra ORIGENEM. Quemadmodum species est à puero vsque ad finem, etià si characteres ac formæ multam videantur habere variationem: Sic intelligendum est etiam in præsentem eandem speciem, quam in futuro, quantumuis plurima futura, in melius mutatione. Et quemadmodum si aquatici facti fuissetus; & si in mari viuere nos oportuisset, omnino sane oportuisset, nos etiam aliam corporis constitutionem consimilem piscibus habere: sic cum hæredes futuri sumus regni cælorum, & in locis excellentibus futuri, necessarium fuerit uti corporibus spiritualibus, non priore specie dissipata, etiam si ad maiorem gloriam eius mutatio fiat. Quemadmodum erat Iesu species, & Moysi, ac Eliæ, non alia in transformatione ab ea quæ erat.

Idem.

19. MATTH. 22. In resurrectione neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli in cælo; IDEM EPIPHANIVS. ibidem. Non dixit, erunt Angeli, sed sicut Angeli, nempe gloria quidam & honore, ut scriptum est coronati, verum paululum ab Angelis

variantes, & propemodum, vt angeli simus. Quemadmodum si quis dixisset, vbi bona aëris constitutio est, & tranquillitas noctis, & omnia ætherea lunæ luce ornata; Luna lucet velut Sol: non omnino luce carentem Lunam esse, ipsum testari diceremus, sed sicut Solem. Quemadmodum & quod non est aurum, propè autem est vt sit aurum, sicut aurum dicitur & non aurum, &c. Ita etiam cum velut Angelos fore dicit in resurrectione, non hoc ipsum proferre audimus, Angelos videlicet fore sanctos in resurrectione; sed propè vt sint angeli. Quare absurdissimum est dicere, quoniam Christus pronunciauit sanctos conspiciendos esse velut angelos in resurrectione, ob id corpora hæc non resurgere.

Idem.

20. **E**VSEB. EMISSEN. *hom. de Resurrect.* Sed requiritis à me quomodo homo defunctus in vitam de fauillis mortuis suscitetur? Et tu dic mihi quomodo granum tritici quod in cespite sepelitur, quomodo in melius sua morte renouatur? Dic mihi de gemmis mortuæ silicis, quomodo ignis viuus excutitur? Quomodo vile foenum in stipula moritur, & in semente reparatur? Quanto magis corpori humano inesse credenda est rediuisa conditio? Quomodo si requiras, id rationis & causæ est? Quia etiam potest factura dissolui, non potest natura consumi. Intendat charitas vestra, mors, & resurrectio, duæ istæ leges sociæ sibi atque connexæ sunt: sicut prima non debet præteriri, ita certum est secundam non posse vacuari, cum moriendi necessitate, causa coniuncta est resurgendi. vna sine altera esse non potest, quia vnam ex alia vna idemque constituit Deus.

Idem.

21. **M**ACHAR. *hom. 10.* Quemadmodum ignis, qui in Ierosolymis subseruiebat altari, tempore captiuitatis defossus erat in fouea, & idem in ita pace reuersusque captiuus, quasi renouabatur & pro more feruebat: ita corpus hoc modo nobis familiare (quod vbi dissolutum est vertitur in lutum) restituitur & renouatur ab igne cælesti, qui suscitatur corpora corrupta: Siquidem ignis, qui nunc intus latet in corde, tunc patet & suscitatur corpora.

Idem.

22. **I**DEM *Homil. 15.* Sicut acus in ignem proiecta mutato colore vertitur in ignem, non tamen deleta est natura ferri, sed subsistit: ita in resurrectione resurgunt omnia membra, nec vt scriptum est perit capillus, lucida redduntur omnia membra, & lumine ac igne tinguntur. Mutantur quidem, at non, vt quidam aiunt resoluuntur, aut in ignem euadunt, vt ultra non subsistat natura. Petrus enim, Petrus est, ac Paulus, Paulus, ac Philippus, Philippus, permanet quisque in sua propria natura & subsistentia spiritu repletus.

Resurrectio probatur ex natura bombycis.

23. **B**ASIL. *Hom. 8. Exameron.* Quid dicitis vos quæso, qui diuo Paulo non creditis de ea mutatione, quam in resurrectione fore dicit; qui pleraque videtis aëris animantes formas permutare, qualia de verme quoque illo Indico cornua protendent gemina narrari solent. Hic in erucam vertitur primò, sit deinde tæporis progressu, id quod bombyx appellatur, at nec hac in forma persistit; sed illis præ mollibus corniculorum bractæolis, sese sensim in alarum speciem transfert, ita demum fit volucris, &c.

Idem ex seminum mutatione.

24. **C**HRYST. *hom. de Resurrectione.* Semina nisi prius moriantur, & putrescant & corrumpantur,

non pariunt aristam. Sicut igitur, qui videt sibi granum quod corrumpitur & dissoluitur, non dubitat de resurrectione, sed certissimam demonstrationem facit: nam si ita maneret & non corrumpere, vel dissolueretur: certum est quod nunquam resurgeret. Sic cogita & in corpore tuo, cum vides corruptionem, tunc potissimum de resurrectione. philosophare. Nā mors nihil aliud est quam plena corruptionis consumptio: nec enim mors simpliciter corpus, sed corruptionem corporis absunt. Hoc etiam in metallorum materis vides euenire: rudem enim glebam in qua aurum eius artis gnari, & in conlatorium mittunt circumponendo stannum & aliam materiam, & aurum non proferunt donec purum excoquat: iam si tantum potest ignis potentia, cur non & diuina. *Idem homil. 35. Operis imperfecti.* Sicut lana intingitur naturalem habens colorem, vt coloretur purpurea, aut alicuius coloris accipiat dignitatem: sic & nos in mortem descendimus corporales, & resurgimus spirituales.

Resurrectionem promittenti Christo credendum.

25. **C**HRYST. *Sermone de Misericordia.* Dic mihi si quis senescentem te, & inopem pollicetur in pristinam restituere iuuentutem, redacturumque ad priorem illum ætatis florem, perfecturum etiam, & valetudine optima, & virtute præstantem; largiturum tibi insuper ad annos mille terrarum orbis summa tranquillitate imperium. Quidnam isti pro istiusmodi pollicitationibus, vel facere, vel pati reculares? Ecce verò Christus non solum hæc, sed his longè maiora pollicetur: Nec enim quantum inter se videntur senectus, & iuuenta distare, tantundem est incorruptionis, corruptionisque discrimen. Atque vt purissima margarita à luteo quouis lapillo secernitur: sic profecto est à corruptione immortalitas aliena: quin quo pluribus id exprimere conitemur, eo minus ac certe aliquid vel simile afferemus.

Resurrectio ex natura aliquarum rerum comprobatur.

26. **T**HEOPHIL. ANTIOCH. *lib. 1. ad Ancolicum.* Deus plurima rerum argumenta suppeditat, quibus incredulitatem nostram quantum ad resurrectionis negotium attinet propellat, arborum, & quercuum natura secundum Domini imperium, occulta quadam vi nobis inuisibili ætatis temporibus fructus proferunt: interdum passerulus, aut alia auicula deuorans semen mali, aut ficus aut aliter rei, auolat in locum aliquem editum saxosum, & id in foueam aliquam per diuersam corporis partem emittit. quid sit? Semen illud crescit, & in arborem magnam euadit, quamuis deuoratum per tantum calorem transierit. At hæc omnia operatur Dei sapientia, quibus confirmare aggredditur sibi non esse impossibile præstare ea quæ de vniuersali resurrectione referuntur. Præterea & in te ipso operationem resurrectionis agnosce. Nam non dubito quin aliquando aduersa valetudine affectus amiseris carnes tuas & formam roburque: cæterum Deus effecit, vt valetudinem amissam recuperares. & quemadmodum ignoras quo te relicto carnes abierint, sic te fugit vnde redierint, & vnde eas receperis.

Idem.

27. **D**AMASCEN. *Sermone de Resurrect.* Confideta in sulcis tanquam in sepulchris semina suffosar: quis illis radices imponit, & stipites, & folia, & culmos subtilissimos? nonne qui vniuersorum artifex est, cuius præcepto condita omnia, sic crede & mortuorum

tuorum resurrectionem fore, diuina voluntate & nutu: concurrentem enim habet voluntati virtutem.

Idem.

28. **P**ETRY CHRYSOL. *Sermone.* 118. Non solum fratres sine causa creditis, sed & sine causa vixit, qui se ad hoc solum natum credidit, vt periret. Homo, quid tibi oritur quod non occidat? quid tibi quod occiderit non resurgit? dies mane oritur, & iterum resurgit in mane; sol quotidie nascitur, quotidie moritur, resurgit ipse quotidie; tempora dum transcunt pereunt, dum redeunt reuiuiscunt; vnde homo si Deo non credis, si non acquiescis legi, si non consentis auditui: vel oculis tuis crede, vel elementis resurrectionem tuam tibi iugiter prædicantibus acquiesce. Certè si ista longè sunt inferiora, quæ in tuis manibus sunt, & de morte tuo opere suscitatur, te posse Dei opere docere suscitari. Vade ad semen Apostolo te docente, tolle triticum aridum, sine sensu, sine motu, duc sulcum, fode terram, fac sepulchrum, sepeli triticum; inspicere quemadmodum morte deperit, humore turgescit, putredine corrumpitur, & cum perierit totum, quiddam desperatio, quiddam incredulitas, quiddam corruptela tibi superius ingerebat, tum subito reuiuiscit in germine, in herba pubescit, iuuenescit in caule, maturescit in fruge, & ad illam totam ipsam quam tu perisse deslebas, speciem resurgit & formam.

Resurrectio congruit Iustitiæ & Providentiæ diuinæ.

29. **A**THANAGOR. *de Resurrectione.* Corpus sicut fuit animæ socium in actionibus passionibusque, tam virtutum quam vitiorum, & in sanctimonia & martyrio comes: ita debet in pœna vel præmiis habere consortium; est ergo corpus idem resurrecturum, nisi enim præmia manerent vitæ sequentis, providentiæ iustitiæque diuina traherentur in dubium. Homo, qui etiam gratis foret miserabilior, qui religionis & iustitiæ gratia, corporeis se priuat oblectamentis, & incommoda subit innumera, ipsaque virtus, religio, leges deliramentum forent atque detrimenta, nisi resurgant corpora: non habet iustitia diuina locum in corpore vel anima: Non in corpore: quia iniustum foret animam habere præmia laborum, in quibus magnam partem perpersum est corpus, ipsum verò non habere in præmio partem: non in anima, quia iniustum esset animam solam dare peccatorum quam plurimorum, quæ non commisit, nisi corpus ei fuisset adiunctum.

Resurrectionis mysterium Iob multis argumentis astruit.

30. **I**OB 19. *vers. 25.* Scio enim quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum, &c. **G**ALFRID. Dic mihi homo quomodo scis, quia viuit, qui pro redemptione tua mortuus est? Si à modo grauem reputas molestiam corporis, iniuriam operis, contumeliam cuiuscumque sermonis, quomodo scis redemptorem tuum viuere, nisi idem senseris in teipso? hoc iustus senserat cum dicebat, *Scio enim quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum.* Liqueat, ex illius resurrectione suam sperabat, in nouissimo, inquit, die de terra resurrecturus sum. Nihil tibi o homo incredibile promittitur. Ab humo, vnde prodieras, denuò resurrecturus, ipsa tibi fidem materia persuadet, quæ te protulit, quæ recepit, vt credatur aliquando redditura; efficacior tamen persuasio virtus authoris, vt quo plasmante surrexeris, quo iudicante cecideris, eo nihilominus vocante resurgas, sed quando veniet hora? in nouissimo die. Christus primo dierum omnium resurrexit, nos in

nouissimo: nam primitiæ Christus, & consummatio sæculi tempus messis. Rursum ait, *Circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum.* Dic mihi bone vir exuuiis talibus opus habes? non potes sine pelle tam lacera, tam misera carne bellari? *Repleta est ista putredine, & sordibus pulueris illa exaruit, & contracta est.* Quid facient in regno Dei illa scissa vlceribus, & vermibus ista scaturiens? Sed erit inquam ipsa pellis & caro ipsa, sed corruptio ista non erit. Igitur dum castigo & redigo in seruitutem ad illam vitam foueo, & nutrio carnem. *Psal. 61.* Nonne Deo subiecta erit anima mea? sed & caro mea requiescit in spe. Meritò totum exigit, qui totum saluat, & qui totum ei non exhibet, totum perdit. Totum exigit, totum recipit, totum reddit benignus exactor, fidelis debitor, redditor copiosus: non enim parum deesset animæ meæ, si nuda & sine sua carne assisteret ei, qui in humana carne gloriam non dedignabitur exhibere diuinam. Sequitur, *Quem visurum sum ego ipse & non alius.* Videlicet quantumlibet in qualitate mutatus, sed tamè ego ipse proprietate personæ, & vtriusque substantiæ veritate, & non alius, inquit, vt quid inculcas, verba multiplicas, quia propemodum alius, tamen ego ipse, & non alius. Inrerim namque quomodo video ego ipse, dum nondum eodem in statu permaneo, tunc ego ipse facturus sum videns eum, qui idem ipse est, similis factus ei. *Et oculi mei conspiciuntur sum.* Claudamus fenestras morti, vt aliquando pateant vitæ. Cauemus puluerem terrenæ cupiditatis, fumum vanæ gloriæ, & clationis, luxuria lippitudinè super omnia fugiamus, vramur collyrio lacrymarum, quas abstergat oculis nostris manus benignissima conditoris.

RESURRECTIO Christi.

- Virtus resurrectionis Christi impiis denegatur. 1. Resurrectionis Christi gaudium in Ecclesia. 2. In resurrectione Christi datur effectus vitæ. 3. Pater suscitauit Christum à mortuis. 4. 12. Abraham resurrectionis Christi fidem habuit. 5. Christi resurrectio figurata. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 14. 15. 16. 24. 26. 27. 28. 30. 31. 33. Fides resurrectionis Christi fundamentum nostræ fidei. 11. Christus seipsum suscitauit. 12. Christus post resurrectionem totus gloriosus. 13. 23. Resurrectionis solemnitas qualiter celebranda. 17. Media nocte Christus surrexit. 18. De resurrectione Christi speranda nostra. 19. 34. 39. In resurrectione Christus gloriose magnificatus. 20. 38. Resurgens Christus ducit nos ad calum. 21. In resurrectione quodammodo ostensa est gloria Domini. 22. In resurrectione sua Christus gloria coronatus. 23. 25. Per resurrectionem suam Christus omnia restituit homini. 29. Pro apparitione ad Virginem matrem. 32. Die tertia ostenditur resurrecturus Christus. 35. Contra peccantes tempore resurrectionis Christi. 36.*

*Qualiter nobis resurgendum est cum Christo. 37.
Christus resurgens quare plurimis apparet. 40.
Sicut mors sic & resurrectio est bipartita. 41.
Angeli collatantur in resurrectione Christi. 42.
Resurrectioni Christi comparatur Ionas. 43.
In resurrectione Christi quare lapis reuolutus est.
44.
Resurrectionis Christi omnes participamus. 45.*

Virtus resurrectionis Christi impiis denegatur.

1. **G**ENES. 4. *Cum operatus fueris terram, non dabit tibi fructus suos.* AVGVST. & ISIDOR. In ipsa terra quam Christus portauit, id est, in eius carne, Iudæi figurati in Cain, operati sunt salutem nostram crucifigendo Christum, qui mortuus est propter delicta nostra, nec tamen eis dedit eadem terra virtutem suam, quia non iustificati sunt in virtute resurrectionis eius, qui resurrexit propter iustificationem nostram. Hæc est ergo virtus terræ illius quam non ostendit impiis, & incredulis. vnde nec resurgens eis à quibus erat crucifixus apparuit: tamen quam Cain operanti terram, vt granum illud seminaret.

Resurrectionis Christi gaudium.

2. **G**ENES. 4. *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel.* GLOS. ORD. Per Seth qui interpretatur resurrexerit, significatur vita Christi ex mortuis. Dicit igitur Ecclesia, Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, id est, pro luctu, hoc est, quæ luctum pertulit de mortuo, gaudeo iam de resuscitato.

In resurrectione Christi datur hominibus effectus vite æternæ.

3. **G**ENES. 5. *Enoch non apparuit, quia tulit eum Dominus.* THOMAS. super Paulum ad Hebræos cap. 11. Sententia quam Dominus primis parentibus peccantibus infligit: *Morte moriemini*; in omnibus quocumque modo nascuntur ex Adam permanebit; etiam in Christo. *Quis est homo qui viuit, & non videbit mortem?* mors autem duorum dilata est scilicet Enoch, & Eliæ. Quia doctrina veteris Testamenti ordinatur ad promissa noni, in quo nobis spes vitæ æternæ promittitur, & ideo data sententia mortis voluit Dominus ducere homines in spem vitæ. Vnde in primo naturæ statu dedit in Enoch spem euadendi necessitatem mortis, & in secundo scilicet legis in Eliam tempore autem gratiæ in Christo datur nobis effectus huius promissionis. Et ideo alij scilicet Elias & Enoch morientur per Antichristum, iuxta Apoc. c. 11. [Christus autem resurgens ex mortuis iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur.]

Pater filium suscitauit.

4. **G**ENES. 8. *Et adduxit Spiritum super terram, & geminæ sicut aqua.* RVPERT. Magnum & pulchrum est pietatis opus, sed maximum atque pulcherrimum est, quod in seo mysticè præsignatur: recordatus est enim Deus Pater Christi filij sui postquam intrauerunt aquæ vsque ad animam eius, postquam tribulationes mortis pertransierunt animam eius, cum teneretur in sepulchro conclusus, & adduxit spiritum super terram, spiritum, inquam, id est, redemptam vitam adduxit super terram exanimi corporis: suscitauit enim illum à mortuis.

Abraham resurrectionis Christi fidem habuit.

5. **G**ENES. 22. *Tolle filium tuum, & c. atque ibi offeres illum in holocaustum.* LIPOMAN. Quia mi-

nimus sum tanti Patriarchæ cogitationes hæc audientis non valco persecrari; Paulus verò Apostolus, qui per Spiritum sanctum, vt credo, didicerat, quid consilij Abraham gesserit, indicauit ad Hebræos 11. dicens: Fide Abraham non hesitauit, cum vnigenitum offerret, in quo acceperat repromissiones, cogitans, quia & à mortuis eum resuscitare potens est Deus. Abraham ergo resurrectionem sperabat Isaac, & credidit futurum quod adhuc non erat factum. Quomodo ergo filij sunt Abraham, qui factum non credunt in Christo, quod ille futurum credidit in Isaac? imò vt apertius loquar, sciebat Abraham de Isaac filio suo nasciturum Christum, qui & offerendus esset totius mundi hostia verior, & resurrecturus à mortuis.

Christi resurrectio figurata.

6. **G**ENES. 28. *Erexit lapidem in titulum, & c.* ISIDOR. Ideo Christus inunctus dicitur, domus autem Dei dicitur locus: quia ibi natus est Christus, id est, in Bethleem, nam (vt nos arbitramur) locus in quo facta sunt hæc Bethleem extitit: porta verò cæli, quia ibi in terram descendit, ibi iterum in cælum conscendit; erectio autem lapidis resurrectio Christi est. Et super illud Genes. 32. *Dimittite me, iam enim ascendit aurora,* ait AVGVST. Serm. 80. de Tempore. In his verbis Angelus resurrectionem Domini figurauit: quia Dominus ante lucem legitur surrexisse à mortuis.

Idem.

7. **G**ENES. 37. *Vidi per somnium quasi Solem & Lunam, & stellas undecim adorare me.* RVPERT. Pater Ioseph per solem significatus, populus Patriarcharum est, de quo Christus incarnatus est, qui in die resurrectionis eum adorat fulgens sicut Sol. AVGVST. Serm. 81. de Tempore. Hoc in illo Ioseph impleri non potuit; quia iam mater ipsius de hæc luce migrauerat, in nostro autem Ioseph Domino Iesu Christo somni illius sacramenta completa sunt: Sol enim & luna & undecim stellæ eum adorauerunt; quando post resurrectionem sancta Maria quasi luna & Beatus Ioseph, velut Sol cum undecim stellis, id est, beatis Apostolis incuruari & prostrati sunt ante eum, & impleta est Prophetia Davidis: [Laudate eum Sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen.] Quod autem Apostoli lumen stellarum habuerint, ipse Dominus in Euangelio dixit: [Vos estis lux mundi.]

Idem.

8. **G**ENES. 37. *Reuersus Ruben ad cisternam, non inuenit puerum & scissis vestibus pergens ad fratres suos ait, puer non comparuit, & ego qui ibo?* INTER. Et nos cum reuertimur ad sermonem Propheticum, videmus, quia sic oportebat pati Christum, & resurgere à mortuis, & prædicare in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Luc. ultimo. Quod autem ait, *scissis vestibus puer non comparuit*; quid aliud est quam quod apertis sacramentis legis, & scisso répli velo dicitur Iudæis, [Quia Christus surrexit à mortuis, & mors illi ultra non dominabitur.]

Idem.

9. **G**ENES. *Qui in relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras.* EVSE. Ioseph à muliere detinetur, & Christus à morte, Ioseph pallio reiecto aufugit, & Christus linteamina in sepulchro reliquit & exsurrexit; Et super illud Gen. 40. *Tres propagines, tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharaon ministerij tui.* ait ISIDORVS. Tres dies aut dominicæ passionis, aut resurrectionis, accipiendum est tempus, in quo anima

animæ sanctorum educæ ab inferis leguntur à Domino; post trinam enim lucem Domino ab inferis resurgente, & legis obscura, vt Ioseph somnia reuelante, solutus est à peccatis credentium populus, & de inferni carcere & è potestate dæmonum liberatus, redditusque est ministerio legis diuinæ.

Idem.

10. **G**ENES. 41. *Prostratus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph rotundiorum, ac veste mutata obulcrum ei. D. PROSPER.* Post duos annos, tertio incipiente de carcere eicitur Ioseph: & noster Ioseph Christus Dominus die tertia à mortuis resurrexit. LIPOMAN. Tondetur etiam, & vestibus mutatur: quia in resurrectione omnis humanæ infirmitatis superfluitas abscissa fuit ab eo, & indurus est veste immortalitatis, veste mortalitatis deposita; præsentatur autem Pharaoni, hoc est, mundo: resurrectio declaratur.

Idem.

11. **G**ENES. 45. *Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra Ægypti.* INTERL. Id est, Christus resurrexit à mortuis & Dominus est orbis terrarum. AMBROS. Quid est terra Chanaan? quæ nutabat; quid igitur tam euidens, quam Apostolorum tempora designari? quibus in Græcis Iudæorum synagoga nutantes Domini IESV potentiam prædicabant: sicut scriptum est Act. 2. [Hunc IESVM resuscitauit Deus (ait Petrus) cuius nos testes sumus, dextera igitur Dei exaltatus repromissione Spiritus sancti accepta à Patre effudit hoc donum quod vos videtis.] Apostoli ergo Synagoga dicebant: *Ioseph filius tuus viuit, & c.* Sed Iudæi non credebant, sed iniiciebant manus in eos, sed tradebāt in custodiam prædicatores salutis. Sequitur. *Cumque vidisset planstra & vniuersa, qua miserat, reuixit spiritus eius.* IDEM AMBROS. Postquam populus Iudæicus Christi gesta cognouit tantis beneficiis & operibus delinitus, resumpsit spiritum, dicens: [Magnum mihi est si adhuc filius meus viuit.] Primum enim & maximum fidei fundamentum, in resurrectionem Christi credere. quicumque enim crediderit resuscitatum, festinus requirit, deuotus accipit, & intima eum mente veneratur: credit enim quod ipse non moritur, si credit in resurrectionis auctorem. ISIDOR. Quam bene his verbis Iudæicus ille populus conuersus exprimitur, qui Christi auditu aduentu, dum à filiis suis Petro, Ioanne & Paulo, & reliquis Apostolis ad gratiam fidei vocaretur, quasi à torpore carnalis vitæ euigilans, ad primam suasionem non credidit, sed cum agnouisset Euangelij plenitudinem, & charismatum distributionem qui per longam cæcitatem, quasi mortuus fuerat, fide resurrectionis Christi viuificatus est.

Christus seipsum suscitauit.

12. **G**ENES. 49. *Recumbens dormisti vt leo, quis suscitabit eum?* Vide Christum, num. 6. ex Ambrosio. AVGVST. 16. de Ciuit. cap. 41. Vnde dicit, [Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.] Et etiam de corpore suo dixit; [Solute templi hoc, & in triduo reedificabo illud.] Ipsum autem genus mortis, hoc est, sublimitas crucis, in vno verbo intelligitur quod ait: *ascendisti.* Quod verò ait: *Et recumbens dormisti,* Euangelista exponit, vbi dicit: [Et inclinato capite tradidit spiritum:] Aut certe sepultura eius agnoscitur, in qua recubuit dormiens, & vnde illum nullus hominum, sicut propheta aliquos, vel sicut ipse alios suscitauit. Sed sicut à somno ipse surrexit. GRÆGOR. 15. Moral. cap. 28. Quis suscitabit eum? aliquando in scriptura Sacra cum interrogando, quæ, ponitur, omnipotens designatur.

Sicut cum dicitur Iob 27. [Quis arguet corā eo viam eius?] Id est, nisi Deus cuius adiutorio electi, vt existeret valeant fulciuntur. Similiter & hic, *quis suscitabit eum?* Deus intelligitur, de quo Paulus ad Galat. 1. [Quem Deus suscitauit à mortuis.] EUCHEBRIVS. Secundum aliam literam, [Dormisti vt catulus leonis,] Aiunt Physici, quod catulus leonis cum fuerit natus tribus diebus dormit, & tribus noctibus, deinde patris fremitu tremefactus cubilis locus excitat dormientem. Christus quoque in cubili sepulchri tribus diebus, & tribus noctibus iacens, somnum mortis impleuit. Bene ergo Christus vt leo requieuit, qui non solum mortis acerbiter, sed & imperium vicit, & vt catulus leonis tertia die resurrexit. RVPERTVS. Requiescens accubuit vt leo, & quasi læna. Hoc mirabile est: requiescens, id est, moriens accubuit vt leo. Quia nec moriendo defecisti, aut imminuta est fortitudo tua, nec verò tantum vt leo apertis accubuit oculis, sed quasi læna, quam, vt sæuiat grandis agit amor, & affectus grâdis erga fœtus suos elurientes ad prædam excitat. accelerasti enim spolia derahere, festinasti prædari, vt ad catulos, id est, Apostolos tuos magna præda gaudium, magnum reportares triumphum resurrectionis. *Quis suscitabit eum, & re-ctè nos quoque de præterito dicamus, quis suscitauit eum?* Elias viduæ filium suscitauit, ipse Lazarum, ipsum quis suscitauit? Quis spiritum eius adiuuit? ipse nempe nullo indigens, proprio rugitu euigilauit.

Christus post resurrectionem totus gloriosus.

13. **G**ENES. 49. *Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius candidiores lacte.* THEODORETUS. Quia hi qui multo vino vtuntur sublingueos oculos habere consueuerunt, vt ostendat Patriarcha Dominum per passionem ac mortem mutatione quamdam senturum, sed in melius, ait, [Iucundi oculi eius à vino & dentes, & c.] Pro toto pattem hic posuit, id est, totus erit post mortem gloriosus ac candidus. Et sicut dentes candidi labijs reguntur, aperto autem ore deteguntur: ita candor gloriæ Domini, qui ante mortem tectus erat, post resurrectionem omnibus apparuit; vel quia Saluatoris passio exultatio est mundi: ita etiam passio Domini appellatur, vt cum ait, [Transeat à me calix iste,] & [Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?] Iucunditatem atque oculorum lætitiā, quæ passionem, ac resurrectionem dominicam sequuta est, indicat dicens: [Iucundi oculi eius à vino,] claritatem autem Euangelicæ atque Apostolicæ doctrinæ dentibus lacte candidioribus assimilauit.

Resurrectio Christi figurata.

14. **E**XOD. 3. *Videbat quod rubus arderet, & non comburetur.* CYRILLVS. Carnem suam apertam natam corrumpi, corruptione superiorem reddidit. CHRYSOST. Quemadmodum rubus ardebat, nec comburebatur: eadem ratione corpus illud mortuum quidem est, sed à morte nequaquam perpetuo detineri potuit. GRÆGOR. homil. 3. super Ezech. c. 28. Moral. cap. 5. Inter homines perfectus homo factus vnicus Filius Dei, qui spinas nostræ nequitiæ suscepit, & in semetipso ignem tribulationis nostræ suscipere dignatus est. Sed arsit & non arsit: Quia ex humanitate est mortuus, & tamen immortalis ex diuinitate permansit.

Idem.

15. **E**XODI 4. *Et versa est in colubrum, ita vtingeret Moyses, & c. & tenuit eam versusque est in virgam.* RVPERTVS. Quid virga hæc, nisi illam significat humanitatem Christi, quæ de radice Iesse sumpta est, tunc enim veraciter in terram proiecta est, atque in

colubrum versa, ita ut fugeret Moyses, quando unigenitus Dei filius per assumptionem humanitatis in hunc mundum venire, & mortem subire dignatus est: ita ut in eum credere fugiat ille carnalis Israël: Postquam autem omnia consummata sunt, qui mortuus fuerat iterum rediit in vitam, & bene per colubrum mors Christi figurata est: Quia per astutiam colubri mors euenit humano generi, quam in corpore suo Christus veraciter suscepit; sed postea [resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.] **161 BORVS.** Imo & discipuli eius, omnes relicto eo fugerunt, sed cauda apprehensa facta est virga. Quia qui primo occisus est, postea peractis omnibus, ad id quod fuerat resurgendo reuersus est, ubi per vitæ reparationem morte consumpta nihil in eo serpentis apparuit. **AMBROS.** super *Psal.* 118. Virgam proiecit Moyses in terram, & facta est serpens, & fugit ab ea: apprehendit caudam serpentis, & facta est virga: in quo declarabatur, descensurum in terram Dominum **IESVM**; qui cum se exinanisset poni in crucem, & deponi pateretur in tumulum, quasi serpens de virga factus, quia in tumulum proiectus, de quo resurgens in gloriam Dei, diuinæque sedis regale consortium de serpente remaneret, apprehendamus ergo & nos caudam serpentis illius crucifixi, ut potestatem eius regiam possumus agnoscere.

Idem & tertia die surrexit.

16. EXODI 5. *Et carnis viam trium dierum in solitudine.* **AVGVST.** *serm.* 90. *de tempore.* Non volebat princeps huius mundi exercitum Domini trium dierum sacramenta cognoscere: illa vtique sacramenta de quibus Propheta dicit: viuificabit nos post duos dies, & in die tertio suscitabit nos. Prima dies passio Domini Saluatoris est. Secunda qua descendit ad infernum. Tertia autem resurrectionis est dies.

De resurrectionis solemnitate qualiter celebranda.

17. EXODI 12. *Renes vestros accingetis.* **GREGOR.** *hom.* 22. vide *Castitas*, num. 18. Qui ergo Pascha comedit habere renes accinctos debet: id est, qui solennitatem resurrectionis, atque incorruptionis agit, corruptioni iam per vitia nulla subiaceat, voluptates edomet, carnem à luxuria restringat, nec enim cognouit quæ sit solennitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam, corruptioni subia et hæc quibusdam dara sunt, sed angusta porta est, quæ ducit ad vitam, & habemus iam multa exempla continentium.

Media nocte surrexit.

18. EXODI 12. *Factum est autem in noctis medio, percussit Dominus omnium primogenitum, &c.* **RVPERT.** In sensu mystico. Vigilia matutina ipsa est resurrectio dominica: matutino namque tempore sedit Angelus ad sepulchrum Domini: & post profundam tristitiæ noctem, magni gaudij diem mulieribus, & per illas fugientibus Apostolis euangelizauit. Hinc *Psal.* 129. [A custodia matutina usque ad noctem speret Israël in Domino.] Custodiam matutinam dixit, custodiam militum mane exterritam. Sed quid speret Israël ab

De resurrectione Christi speranda nostra.

19. EXODI 14. *Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus, &c.* **RVPERT.** In sensu mystico. Vigilia matutina ipsa est resurrectio dominica: matutino namque tempore sedit Angelus ad sepulchrum Domini: & post profundam tristitiæ noctem, magni gaudij diem mulieribus, & per illas fugientibus Apostolis euangelizauit. Hinc *Psal.* 129. [A custodia matutina usque ad noctem speret Israël in Domino.] Custodiam matutinam dixit, custodiam militum mane exterritam. Sed quid speret Israël ab

illa custodia matutina, videlicet, quia in se quod in illo factum est futurum est, scilicet surgere à mortuis. [Quia apud Dominum misericordia & copiosa apud eum redemptio, & ipse redimet Israël ex omnibus iniquitatibus eius.] Subaudi. Quemadmodum redemit illos filios Israël ex omnibus Ægyptiis in vigilia alia matutina, vnde Apostolus, [Contepulsi sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.] **RABANVS.** Benedictum est, quod in vigilia matutina aspiciens Dominus, &c. Interfecit exercitum eorum, interfecit quippe exercitum spiritualium Ægyptiorum, id est, Diabolum, & satellites eius, cum multitudine tora peccatorum in aquis spiritualibus, ubi credentes per similitudinem mortis eius baptizati à morte peccatorum resurgunt cum illo.

In resurrectione Christus gloriosè magnificatus est.

20. EXODI 15. *Gloriosè enim magnificatus est.* **ORIG.** Quasi non sufficeret dicere magnificatus est, addit gloriosè magnificatus est. Etenim aliud est magnificari, aliud gloriosè magnificari, nam Dominus meus **IESVS CHRISVS** cum carnem ex Virgine Maria pro salute nostra suscepit, magnificatus est quidem, quia venit querere quod perierat, non tamen gloriosè magnificatus est, dicitur enim de ipso *Isai.* 53. [Quia vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem.] Magnificatus etiam est, cum ad crucem venit, & pertulit mortem. Vnde & dicit. [Pater meus hora est, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.] Erat enim ei gloria etiam ipsa passio crucis; verum gloria hæc non erat gloriosa, sed humilis. Verum quia hæc oportebat pati Christum, & sic introire in gloriam suam, quando surrexit tunc gloriosè magnificatus est. Similiter cum venit in maiestate sua, &c. Vide *Iudicium finale*, num. 23. Et super illud: *Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine, &c.* ait **RABANVS.** Quæ est ista dextera, nisi illa de qua *Psal.* 117. dicitur: *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltabit me?* Quæ inimicū vitum, & antiquum hostem per crucis mysterium interfecit; Vnde sequitur. *Et in multitudine gloria tua deposuisti aduersarios tuos.* Gloria vtique resurrectionis dominicæ confusio fuit Diaboli, qui cum Iudæis meditatus fuit mortem Christi.

Resurgens Christus ducit nos ad celum.

21. IBI D. *Et portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum.* Quomodo hoc intelligatur scilicet descendendo ad inferos, & resurgendo; Vide *Ieccator*, num. 58. ex **ORIG.** Et super illud ibidem, *Qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas in dulcedinem versæ sunt.* **GREGOR.** **NISEN.** Lignum à Moysè in aquam immisissum, in dulcedinem amaritudinem eius conuertit, & qui voluptatibus in baptismo renunciauit, quibus in priori vita seruiebat, amarum atque arduum Christi iugum ei primo videtur, sed lignum quoddam immisissum, id est, resurrectionis mysterium toto corde admissum atque credidum suauiore reddidit vitam, quæ secundum Christum est, omnibus quæ dulcedines sensuum perfundunt, spe futurorum iucundissimè conditam.

In resurrectione Christi quodammodo ostensa est gloria Domini.

22. EXODI 16. *Vespere sciatis quod Dominus eduxit vos de terra Ægypti, & mane videbitis gloriam Domini.* **ORIG.** Hæc prophetice dicta sunt, & non intelliguntur, nisi per Euangelium: ibi namque inuenies scri

nies scriptum, [Quia vespere sabbati, quæ lucebat in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & Maria lacobi ad sepulchrum, & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento:] Ibi audies terræ motum factum, monumenta disrupta, Centurionem & milites qui ad custodiam positi erant dicentes: [Verè hic Filius Dei erat.] Agnitus est ergo per hæc in vespere Dominus: quia ipse est agnitus in virtute resurrectionis. Sed quomodo manè gloria eius visa est? cum venissent aliæ mulieres, prima sabbati valdè mane inuenerunt Angelos cum ingenti claritate ad sepulchrum sedentes, & dicentes: [Non est hic, resurrexit à mortuis. Venite & videte locum ubi positus erat, & ite, dicit discipulis, &c.] Visa est ergo manè maiestas Domini, cum per Angelos resurrectio nunciata est. Sequitur. *Dabit enim Dominus vobis vespere carnes edere, & manè panes, &c.* **AVGVST.** *quæst.* 60. Vel carnibus ad vespere, & manè panibus ille significatur, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: ad vespere quippe mortuus ex infirmitate sepultus est: manè autem apparuit discipulis, quia surrexit ex virtute. Et cap. 19. *Sanctifica illos hodie, & cras, & lauente vestimenta sua, & sint parati in diem tertium, &c.* **RABANVS.** Omnis qui ad conspectum Dei peruenire desiderat sanctificare se debet, id est, sana fide & digna conuersatione præparare, & vestimenta sua lauare, id est, opera sua mundare, in præfenti videlicet & in futuro tempore, quod significat hodiernus, & dies crastinus, quatenus ad gloriam resurrectionis, & immortalitatis dominicæ perungere possit, quod insinuat dies tertius, quia Christus die tertia à mortuis resurrexit.

In resurrectione Christus gloria coronatus.

23. EXODI 25. *Faciesque supra coronam auream per circuitum.* **BEDA.** Arcæ bene corona aurea super circuitum præcipitur: quia apparens in carne, atque ad redemptionem humani generis veniens Filius Dei certum expectabat tempus, & horam, quando susceptum pro nobis mortem cum ipso mortis auctore superaret atque ad Patrem victor & gloriosus ascenderet; De hac corona dicit Apostolus *Hebr.* 2. [Eum qui modico quidem ab Angelis minoratus videmus **IESVM**, propter passionem mortis gloria, & honore coronatum.] Et Ioan. *Apocal.* 6. [Vidi, inquit, & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiit vincens, ut vinceret.] Equus albus Ecclesiæ est; eques qui illi præsidebat Dominus est, qui habebat arcum, quia contra potestates aëreas ad bella veniebat, dataque est ei corona victoriæ, quia regnum mortis moriendo subuertit.

Resurrectio Christi figurata.

24. EXODI 25. *Ponisque in arca testificationem quam edabo tibi.* **BEDA.** Vrina aurea in arca habens manna, anima est sancta in Christo habens in se omnem plenitudinem diuinitatis. Virga Aaron, quæ excissa fronderat, potestas est inuicta sacerdotij eius, de qua dicit Propheta: [Virga æquitatis, virga regni tui] quæ postquam ad tempus per mortem visa est succisa, illucescent mane resurrectionis viuacius resplendisse inuenta est, atque perpetuò inuictabilis, atque immarcescibilis permanens esse innotuit. [Christus enim resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.] Tabulæ testamenti in arca omnem in Christo scientiam paternorum secretorum & potentiam iudiciorum designant, &c.

Gloria resurrectionis nomen super omne nomen.

25. EXODI 28. *Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpsit opere colatoris sanctum Dominum.*

LIPOMANVS. Alia litera habet *sanctus Domini*, subaudi, *est*, id est, sanctitas decet Dominum, quasi dicat procul este prophani, sanctè colendus est Deus. Vel interpretari potest, *sanctus Domino est*, id est, sanctissimus est. aliqui volunt sculptum esse in lamina non hæc verba, *sanctum Domino*, sed nomen ipsum sanctum tetragrammaton, hoc est, *Iehoua*. Huius sententiæ videtur esse Augustinus, *quæst.* 120. & Beda. **RVPERTVS.** Lamina aurea fronti imminens corona est gloriæ, & honoris in capite redemptoris. [Gloria, inquit Propheta, & honore coronasti eum, & constituisti, &c.] & Apostolus, [Donauit, inquit, illi nomen quod est super omne nomen.] Huius rei mysterium, scilicet nominis, quod est super omne nomen, in eo est, quod lamina, sanctum Domini insculptum est, id est, nomen Domini tetragrammaton, id est, quatuor literarum; ex quarum interpretatione colligi potest quod Euangelicam fidem non minimè delectat. Significant enim quatuor illæ literæ, principium, iste, & iste. Hoc, inquam, iure nos delectat, quia principium iste Pater, & principium iste Filius est. Quod pater sit principium patet, quod autem filius ipse dixit interrogantibus Iudæis: [Tu quis es? principium ait: qui & loquor vobis.] Hoc nomen profecto super omne nomen est: quia super principium nihil esse potest. Igitur maximum Pontificis decus est, lamina aurea insculptum habens ineffabile nomen, quod dicitur *sanctum Domini*. Quia videlicet Christo Pontifici propter passionem mortis, resurrectionis gloria coronato, nomen quod est super omne nomen pater donauit, ut [in nomine **IESV** omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus **IESVS** in gloria est Dei Patris.]

Resurrectio Christi figurata.

26. EXODI 29. *Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter, unum agnum manè, alterum vespere, &c.* **CYPRIANVS** lib. 2. *epist.* 3. *ad Ceciliam fratrem.* Vespertinus agnus **IESVM** significat in cruce morientem. Christum enim offert oportebat circa vespere, ut hora ipsa sacrificij ostenderet occasum, & vespere mundi: sicut scriptum est de agno Paschali: [Et occidit illum omne vulgus filiorum Israël ad vespere.] Et iterum in *Psal.* dicit Christus [Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.] **LIPOMANVS.** Matutinus autem agnus eundem nobis Christum de morte resurgentem adumbrat, de quo & in *Psal.* dicitur: [Ad vespere demorabitur fletus, & ad matutinū læticia.] & alibi, [In matutinis meditabor in te quia fuisti adiutor meus.] Et aliquid *Psal.* inticulatur: [Pro cerua matutina,] hoc est, pro Domino resurgente: nam mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit.

Idem.

27. IVDIC. 11. *Fuit septe vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis.* **GLOS. MOR.** Et Christus Dominus noster tantæ est fortitudinis, quod potest omnia verbo virtutis suæ, ut dicitur *Hebr.* 1. Et bene dicitur *filius mulieris meretricis*, vel secundum aliam literam *happuaticis*, id est, virginis Mariæ, quæ ex plenitudine suæ pietatis recipit omnes ad eam debite recurrentes in hospitium suæ misericordie. Vnde **BERNARDVS.** Maria omnibus omnia facta est, sapientibus & insipientibus, debitricem se fecit, omnibus suum misericordie suæ aperuit, ut de eius plenitudine acciperent vniuersi. Bene etiam dicitur septe natus de altera matre, id est, alterius conditionis quam ceteræ matres: nam ipsa sola mater est & Virgo. Dicitur

citur etiam quod [fugiens, & vitans eos, qui illum expulerunt, habitavit in terra Iob.] AVGVST. id est, in terra bona, vel potius optima. ita colligitur ex vocabulo Hebræo & Græco. Vbi videtur intelligenda resurrectio. quæ enim magis terra optima, quam terrenum corpus excellentia immortalitatis & incorruptionis indutum?

Idem.

18. **I**VDIC. 16. Dormiuit autem Samson vsque ad medium noctis, & inde confurgens apprehendit ambas portas fores. RVPERTVS. Gaza ciuitas, quam Samson intravit, infernum significat, in quem Christus descendit. Philisthæi autem, id est, Iudæi cum Domino mortuum viderent, eiusque corpus in sepulchro iam positum, custodes illic deputauerunt. Samson verò nocte media non solum exiit, sed etiam portas tulit, quia videlicet Redemptor noster ante lucem surgens non solum liberè exiit de inferno, sed etiam ipsa inferni claustra destruxit, & montis verticem subit, quia resurgendo claustra inferni abstulit, & ascendendo cælorum regna penetrauit. Vide GREG. hom. 21. super Euangelia.

Per resurrectionem omnia, imo plura restituit homini Christus.

29. **R**EG. 31. Erant ergo Dauid omnia que tolerant Amalechite, nec desuit quidquam à paruo vsque ad magnum de spoliis. Quantum destruxerat in hominibus peccatum, tantum restituit Christus resurgendo, abstulerat gratiam, & mortem animæ introduxerat, at Christus mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Cum vidissent autem Dauid ita locupletem & magnificatum, dixerunt hæc est præda Dauid. VATABLVVS. Præter vestra quæ restituntur vobis, hæc adducit Dauid applica ad quatuor dotes corporis, quas non possederat Dominus; non enim sicut delictum, ita & donum. Accedens autem Dauid ad populum salutauit eos pacificè: & Christus ad discipulos dicens pax vobis. Venit ergo Dauid in Siseleg, & misit dona de præda senioribus Iuda, & proximis suis dicens: accipite benedictionem de præda hostium Domini. INTERL. Vt attraheret eos in amicitiam scilicet duobus discipulis euntibus in Emaus, & mulieribus; & primò omnium Mariæ matris, quibus dixit Accipite benedictionem de præda, &c. Vnde remansit inuiolata lex, aqua pars erit descendenti ad prælium, & remanenti ad sarcinas, & similiter diuident.

Resurrectio Christi figurata.

30. **R**EG. 6. Accidit ut vnus materiam succidisset. INTERL. Christus instructuosos argueret, prauos increparet, caderet ferrum securis. INTERL. Descendit spiritus corporis, in aquam in profundo mortis, natantique ferrum; rediit ad carnem spiritus. GLOSSA ORD. Cum ipsos Iudæos per corpus operata præsentia Christi, tamquam instructuosas arbores cæderet. Vnde [ecce securis ad radicem arboris posita est.] accidit ut caderet ferrum securis in aquam. Vnde [veni in altitudinem maris & tempestas demersit me.] in profunda enim descendit & corpus quod in sepultura depositum est, tamquam ad manubrium spiritu redeunte resurrexit.

Idem.

31. **E**SDRA 2. Veni in Ierusalem & eram ibi tribus diebus, & surrexi nocte ego, & viri pauci mecum, & non indicauit cuiquam quid Deus dedisset in corda meo ut facerem in Ierusalem; applica.

Pro resurrectionis apparitione ad Virginem.

4. **E**SDRA 10. Esdras mulieri que filium amiserat dixit: tu ergo excute tuam tristitiam multam, & depone abs te multitudinem dolorum, ut tibi repropitiatur fortis, & requiem faciat tibi altissimus requirionem laborum. cum hæc dicens facies eius fulgebat subitè & species, coruscus fiebat visus eius, ut essem pauens valde ad eam, & cogitarem quid hoc esset. Et virgini tristissimæ ob amissionem filij Archangelus qui eius incarnationem annunciauit, eius etiam resurrectionem eidem virgini venit annunciaturus, dicit: Tu ergo d'excute tuam tristitiam, &c. cum diceret Archangelus, facies virginis fulgebat subitè, &c. in incarnationis nuncio virgo turbata est, & cogitabat qualis esset ista saluatio, in resurrectione verò angelus videns lætitiã subitam virginis, erat pauens valde ad eam, & cogitabat quid hoc esset.

Resurrectio Christi insinuat.

33. **T**OBIAS 8. Et factum est circa pulorum cantum, &c. Cum scilicet Raguel & omnis domus eius tristissimus iaceret timidusque, ne Tobia sponso filie suæ contigisset, quod cæteris sponsis; dicebat enim, ne forte simili modo euenerit ei, quo & cæteris aliis, cumque iam ageret de sepultura eius, quadam ex ancillis reuerfa nunciavit bonum nuncium, & dixerunt. Benediximus te Domine Deus Israël, quia non contigit nobis quemadmodum putabamus: fecisti enim nobis misericordiam tuam, & exclusisti à nobis inimicum persequentem nos. Per Raguel intellige Petrum, & Apostolicum collegium, qui existimabant contigisse Christo, quod & reliquis defunctis. Sed præter opinionem illorum resurrexit, & apparuit mulieribus, & vna earum scilicet Maria Magdalena nunciavit eis bonum nuncium; & gaudii sunt discipuli viso Domino, & dixerunt, benedicimus te Domine, &c. Quemadmodum putabamus, vnde & dicebant, [& nos sperabamus quia ipse esset redempturus Israël & nunc tertia die est hodie, &c.]

A resurrectione Christi resurrectio nostra.

34. **I**OB 19. Scio quod redemptor meus viuit. GALFRIDVS. Dic mihi ô homo quo modo scis, quia viuit qui pro redemptione tua mortuus est, nisi idem senseris in te ipso? Hoc iustus senserat, vnde & dicebat: & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Lique enim quod ex illius resurrectione suam sperabat, sed quando surget? in nouissimo die; Christus primo dierum omnium resurrexit, nos in nouissimo: nam primitiæ Christus, & consummatio sæculi tempus messis. reposita est inquit hæc spes mea in sinu meo.

Die tertia ostenditur resurrecturus Christus.

35. **O**SE 6. Viuificauit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. PATER RIBERA. Ex hoc loco sancti Patres ostendant resurrectionem Christi Domini tertia die, & DOROTHEVS MARTYR in Synopsi in principio. addit hunc locum indicatum esse à Paulo cum dixit [& quia surrexit tertia die secundum scripturas] 1. Corinth. 15. Nec enim alibi de tertia die inueniri in veteri testamento. Idem de hoc loco sentit ANSELMVS. Primus dies est quo Dominus orauit in horto, & captus est, eo inceptit mysterium nostræ salutis. Secundus dies est dies Parasceues, quo expirauit. Tertiæ diei tribuitur viuificatio, id est iustificatio nostra: quia passio Christi causa & meritoria & efficiens fuit nostræ iustificationis, & resurrectionis, quatenus operata est in virtute diuinæ naturæ coniunctæ. Sed secundum rationem exemplari-

tatis

tatis dicitur propriè causa destructionis mortis, & peccatorum: resurrectio verò est causa nostræ resurrectionis non meritoria, sed efficiens, & exemplaris: efficiens quidem quatenus humanitas instrumentum diuinitatis est, & operatur in virtute eius; exemplaris autem, quoniam illa resurrectio, ut fuit prima tempore, ita etiam dignitate & perfectione prima. Semper autem id quod est perfectissimum, est exemplar eius quod est imperfectum in illo genere. Ideo Paul. ad Philip. 3. [qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.] vide D. THOM. 3. p. quæstion. 56. art. 1. Propterea passio Christi tribuimus destructionem peccatorum, & resurrectioni, resurrectionem nostram, Vnde Apostol. Rom. 6. [Vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, & iterum [Cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit & confedere fecit in cælestibus in Christo Iesu.]] HERON. Quare Paulus Ephesus, non resurrecturos nos esse dicit, sed iam resuscitados cum Christo? tam certa enim & firma est spes resurrectionis nostræ Christo resurgente; ut possimus dicere nos esse conresuscitados, quia sine dubio resuscitabimur.

Contra peccatores tempore resurrectionis dominice.

36. **B**ERNARD. Sermone de resurrectione. Sic amatores huius sæculi inimici crucis Christi, cuius in vacuum accepto nomine dicuntur Christiani, toto tempore quadragesimali ad instantes inhiant dies resurrectionis, seu ut liberiùs indulgeant voluptati. Proh dolor peccandi tempus, terminus recidendi facta est resurrectio Saluatoris, ex hoc nempe comestationes, & ebrietates redeunt, cubilia & impudicitia repetuntur, & relaxantur concupiscentiæ strana, quasi verò ad hæc surrexit Christus, & non magis propter iustificationem nostram.

Qualiter nobis resurgendum est cum Christo.

37. **A**D COLOSS. 3. Si conresurrexistis cum Christo que sursum sunt querite, &c. BERNARD. Ac si dicat. Si conresurrexistis coalcendite, si conuiuistis, conregnate; sequamur igitur agnum quocumque ierit, sequamur patientem, sequamur & resurgentem, crucifigatur vnus homo noster simul cum illo, ut destruat corpus peccati, ut vltra non seruiamus peccato, sed quomodo ipse resurrexit per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. in hoc enim mortuus est & resurrexit, ut peccatis mortui iustitiæ viuamus. Cæterum quam vitæ nouitas locum exigit tutiorem, tam resurrectionis dignitas altiore expetit gradum. Sequamur etiam ascendentem, querere videlicet & sapere quæ sursum sunt, vbi ille, non quæ super terram.

Christi Resurrectio singularis.

38. **B**ERNARD. Queris signa Iudæe? expecta me Bin die resurrectionis meæ. Signum non dabitur tibi nisi Ionæ Prophete, non signum descensionis de cruce, sed signum resurrectionis. Quod si Iudæus non credit, amplectatur & gaudeat Christianus, clauso enim prodit tumulo, qui de patibulo non descendit. An verò id maius sit, inimici nostri sint iudices, qui tam curiosè munerant monumentum, signantes lapides cum custodibus. clauso inquam prodit tumulo rediit in vitam, & ad discipulos clausis intravit ianuis in conclau. Sed est locus vnde clausis procederet ianuis noluit, Carcer vtrique gehennalis.

Confregit siquidem ferreos vectes, repagula vnuerfa contriuit, ut liberè suos educeret, & plenè egredirentur portis agmina Sanctorum dealbatorum. Huius igitur resurrectionis miraculum, cui poterit comparari? Legimus quidem nonnullorum præcessisse ipsi resurrectiones aut magis suscitaciones, sed illius præambulas, quibus & duplici privilegio noscitur præeminere, nam cæteri resurrexerant mortui iterum morituri, Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Illi mortui opus habent denuò suscitari; Christus quod mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo; viuit in æternitate: Est & aliud in quo resurrectionis huius innotescat gloria singularis: quis enim ex omnibus cæteris suscitauit aliquando semetipsum? ineffabile est vt à morte se suscitaret ipse, qui dormit. Eliseus Propheta mortuum suscitauit, sed alterum non se ipsam; ecce enim quor annis iacet in monumento, quod à se non potest; sperans ab alio suscitari. inde est quod cæteris dicimus suscitatos Christum resurrexisse, qui solus virtute propria victor prodit de sepulchro.

Resurrectione iacere voluit, ut resurgerent, qui iacebant.

39. **M**ATTH. 9. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? P. CHRYSOLOGVS. Arguitur Deus, quare inclinat homo homini, quare coniacet peccatori, quare sitit reditum peccatorum, quare acceptat misericordias fercula; quare sumit poculum pietatis? Fratres venit ad prandium Christus, venit ad conuiuium vita, ut seculum conuiuari faceret mortuos, iacuit resurrectio, vt de sepulchris surgerent qui iacebant, decubuit innocentia, vt peccatores leuaret ad vniã.

Christus resurrectionis suæ testimonium multipliciter voluit commendare.

40. **M**ARCI 16. Recumbentibus undecim discipulis apparuit illis Iesus. GALFRIDVS. Increpata incredulitas, & duritia cordis fidei firmitatem commendat, & dominicæ resurrectionis certitudinem tribuit ampliorem; sic enim quod faciliùs seculpitur, faciliùs aboletur; citius venit in dubium quod velociùs fuerit persuasum. Propterea non contentus videri, audiri & tangi, vt quartus etiam sensus perhiberet testimonium veritati, cum discipulis suis vsque tertio voluit & conuesci. Solus huic testimonio mediis quinque sensuum defuit odoratus, quod ad probandam humanam corporis naturam, & soliditatem cæteris quatuor minus efficax videretur.

Sicut mors sic & resurrectio est bipartita.

41. **A**D COLOSS. 3. Si conresurrexistis cum Christo, &c. GALFRIDVS. Duæ sunt mortes, & duæ sunt resurrectiones. Prima mors est animæ, Secunda corporis. Mors corporis separatio ab anima: mors animæ separatio est à Deo: hanc operatur peccatum, illam pœna peccati. Item prima resurrectio animæ, Secunda corporis. Resurrectionem animæ operatus est humilis, & occultus Christi aduentus: resurrectionem corporis gloriosus manifestè perficit. Et sicut corpus, id est, homo exterior in resurrectione sua vitam & sensum recipiet: Ita & anima in sua vitæ resurrectione, vitam & sensum recipiet, id est, cognitionem, & dilectionem. Quod autem cognitio vita sit, veritas attestatur, dicens: [Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, &c.] Et quod dilectio sit sensus hinc accipe. Sicut exterior homo in vita non discernitur, quia in toto se æqualiter viuit, in sensu autem discerni

discernitur, id est, in quinque partes nouissimas, scilicet visum, auditum, gustum, tactum, & olfactum: quia aliter sentit in oculo; aliter in aure, & sic in cæteris. Ita interior homo in cognitione quidem non discernitur, sed in amore, & sicut ille in quinque partibus sensu diuiditur; ita & iste circa quinque Dei inuisibilia afficitur, quæ sunt veritas, iustitia, sapientia, charitas, æternitas, aliter enim afficitur circa veritatem, quam diligit propter libertatem; aliter circa iustitiam, quam propter æqualitatem, aliter circa sapientiam, quam propter suauitatem, aliter circa charitatem, quam propter virtutem, aliter circa æternitatem, quam diligit propter securitatem.

Angeli collatantur in resurrectione Christi.

42. **A**THANAS. in Euangel. de passione & cruce Domini. Sicut olim sub Dauide, cum iam prostratus iaceret Goliath, chori puellarum cum tympanis accurrentes dicebant: [Percussit Dauid per miriadas,] idem quoque factitatum est in morte Saluatoris, cui à morte resurgenti omnes occurrebant cum choris, carminibus & tympanis, sese mutuo incitantibus: [Agite quæso exultemus Domino, iubilemus Deo salutaris nostro.]

Resurrectioni Christi qualiter comparatur Ionas.

43. **M**ATT. 12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus. IUSTINVS. In responsionibus ad orthodoxos, responsione ad quæst. 64. Non mortem cum morte comparauit, sed triduanam in sepulchro mansionem, cum tridua mansione Ionæ. Alioquin si simile esset exemplum Ionæ & Seruatoris, nõ posset illud esse huius typus & imago. Oportet ergo ut veritas plus aliquid habeat, quam typus, secundum dictum illud, [hic plus est quam Ionas.] Intelligitur autem Ionas fuisse verum exemplum Christi, hoc pacto, quod quemadmodum Ionas resurrectionem habuit ex ceto post triduum, quo signo fides fieret eum à Deo missum esse, præconem euerfionis Niniuitarum: sic & Seruator habuit resurrectionem à sepulchro post triduum, quo signo fides fieret eum à Deo præconem regni cælorum.

In resurrectione quare lapis reuolutus est.

44. **I**DEM *ibidem*, Responsione ad quæst. 117. *Matth.* 28. *Et accedens reuoluit lapidem.* Quemadmodum non mutatione corporis in spiritum ambulauit Dominus super mare, sed diuina potestate fecit, ut ambulari posset mare; quod alioqui ambulari non potest; idque non solum suo corpori sed etiam Petri, sic eadem sua diuina potestate exiit ex monumento, saxo incumbente monumento, & ad discipulos ingressus est clausis ianuis, non enim propter eius resurrectionem, ablatum est saxum à monumento, sed ut declararetur expectantibus resurrectio; Nam quod in monumento visæ sunt vestes eius sepulture, ipse non item; indicium fuit euidentissimum resurrectionis; nobis autem intelligendum est ea, quæ sunt eandem virum, habere eandem fidem; siue concedantur, siue tollantur. Habent autem eandem vires ambulare super mare corpore non mutato, & ipsare ad Apostolos corpore non mutato clausis ianuis.

Resurrectionis Christi omnes participamus.

45. **T**HEODORETVS *Dialogo* 3. Quemadmodum principe generis condemnato, vniuersum quoque genus simul condemnatum est, ita cum Saluator

execrationem, & maledictionem soluisset, naturæ quoque, ut libertate fruere, euenit; Et quemadmodum descendente ad inferos Adam sequuti sunt, qui erant naturæ participes. Ita cum Christo Domino resurgente resurrectionis erit particeps; vniuersa hominum natura.

SACERDOS.

Sacerdotibus danda decima. Vide Decima, num.

1. & 7. item Primitiæ, num. 6. & 10.

Sacerdotalis dignitas maxima. 1. 36. 38. 42. 43. 60. 64. 66. 70. 84.

Sacerdos interpret est diuine voluntatis. 1. 10.

Sacerdotes olim erant primogeniti. 2. 11. 14.

Pro accedentibus ad sacerdotium propter temporalia. 3.

De sacerdotum auaritia. 4. 6. 39. 47.

Sacerdotes alendi à populo. 5. 6. 53.

Sacerdotum Christi paupertas. 6. 45. 46. 85.

Sacerdotes honorandi. 7. 9. 13. 16. 62.

Sacerdotes quales esse debent. 8. 16. 17. 18. 19. 20.

2. 1. 2. 3. 2. 7. 28. 44. 52. 63. 71. 73. 76.

Sacerdotum puritas. 11. 17. 21. 22. 23. 34. 50.

Sacerdotum honestas. 12.

Sacerdotes Dei appellantur, & Angeli. 13. 66. 1.

Ad sacerdotium non omnes assumi debent. 15.

Sacerdotes aliis præstantiores esse debent. 16. 23.

32.

Sacerdos sit irreprehensibilis. 17.

Sacerdotum exemplum. 19. 51. 56. 74.

Sacerdos prædicet verbo & exemplo. 19.

Pro ordinibus accipiendis. 22. 24.

Sacerdotum humilitas. 24. 66.

In Sacerdotem peccata populi cedunt. 25.

Sacerdotes auferunt peccata. 26.

Sacerdotes oportet esse in bono perseverantes. 29.

Sacerdotes peccare non debent. 30. 35.

Sacerdotum premium pro conuersione animarum.

31.

Sacerdotis officium. 33. 34. 36. 37. 41.

Sacerdotes saculum relinquunt. 40.

Sacerdotis recta intentio. 47.

Contra malos sacerdotes. 48. 49. 54. 55. 58. 61. 65.

66. 72. 79. 81.

Sacerdotum penitentia etiam pro peccatis subditorum. 55. 59.

Sacerdotes orare debent pro populo. 57.

Contra vsurpantes dignitatem sacerdotalem. 60.

Sacerdos non debet occupari nugis, nec scurrilibus.

61.

Sacerdotes sibi ipsis attendere debent. 66.

Sacerdotes in administratione sacramentorum æquales. 67.

Sacerdotium non vituperandum impio sacerdoti. 68.

75. 78.

Sacerdotium regno præfertur. 69.

Sacerdos redditurus rationem pro populo. 77.

De sacerdotibus simplicibus. 80.

De charitate sacerdotis erga proximos. 82.

Qualiter omnes fideles sint sacerdotes. 86.

Dignitas

Dignitas sacerdotalis maxima.

1. **G**ENES. 25. *Perrexitque Rebecca ut consuleret Dominum, qui respondens ait, &c.* CHRYSOST. Non ad humanum conuenit fugi subsidium Rebecca, nec se exposuit deceptioni curiosorum, aut ariolorum, sicut mulieres multæ, quæ negligenter viuunt, facere solent; sed perrexit, ut consuleret Dominum, cucurrit ad veram scientiam, & festinauit ad sacerdotum Dei ministrum enarrans omnia, quæ sibi contigerant, didicit diligenter omnia, misericorde Deo per sacerdotis linguam detegente ei omnia. Vide autem quanta erat tunc sacerdotalis dignitas. Nusquam enim dicitur, quod sacerdos ei responderit, sed quod ipse Deus. Vnde dicit scriptura: [& dixit dominus ei.] Vnde eadem scriptura sacerdotem Angelum appellat *Malachia* 2. ostendens quod ille loquatur, quæ inspirat ei DERS. AVGVST. Fortè vivebat Melchisedech sacerdos, cuius tanta fuit excellentia, ut à nonnullis dubitetur: vtrum homo an Angelus fuerit? vel fortè erant aliqui tales etiam illo tempore homines Dei, in quibus posset Deus interrogari. *Idem tenent* EUSEBIVS & GENNADIVS.

Sacerdotali officio fungebantur primogeniti antiqui.

2. **G**ENES. 27. *Vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum.* HIERON. In Hebræo pro, *valde bonis*, habetur [quæ erant desiderabiles;] & in hoc loco tradunt Hebræi; primogenitos functos officio sacerdotum, & habuisse vestimentum sacerdotale; quo induti Deo victimas offerrebant antequam Aaton in sacerdotem eligeretur. Et super illud Genes. 28. *Decimas offeram tibi*, ait CAIETANVS. Nulli sacerdoti dandæ erant istæ decimæ, sed in honorem Dei offerendæ iuxta ritum tunc solitum: & quod solitum erat comburi; comburebatur sacrificando, reliquum autem comedebatur, non tanquam cibus profanus, sed tanquam Deo oblatum.

Pro accedentibus ad sacerdotium propter temporale commodum.

3. **G**ENES. 28. *Si dederit mihi panem, &c. erit mihi Deus in Deum.* GREGOR. 25. *Moral. cap. 26.* Per panem subsidium omne præsentis vitæ accipitur, vnde & Dominus in Evangelio se sequentibus dicit *Ioan. 6.* [Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducaistis ex panibus meis & saturati estis.] Per horum personas Dominus illos intra sanctam Ecclesiam detestatur, qui per sacros ordines ad Dominum appropinquantes, non in eisdem ordinibus virtutum merita, sed subsidia vitæ præsentis exquirunt. Neque cogitant quid viuendo imitari debeant, sed quæ compendia percipiendo satiantur. Satiatos quippe de panibus Dominum sequi, est de sancta Ecclesia temporalia alimenta sumpsisse, & non pro signis est Dominum quærere, sed pro panibus ad religionis officium, non pro augendis virtutibus, sed pro requiritendis subsidiis inhiare.

De sacerdotum auaritia.

4. **G**ENES. 31. *Quæsiuit Laban & nihil suum inuenit apud Iacob.* RVPERT. Scrutatur Laban tentorium Rachelis, si fortè sua illic idola inueniat; quando sæculares homines illam simulachrorum seruitutem, quam solam sibi licitam esse putant, id est auaritiam in moribus sacerdotum, seu religiosorum furtim subesse denotant, vulgo iam scientes, quia vendentes, & ementes Iesus de templo suo rigidus

cum flagello eiecerit. at religiosi occasione quamlibet prætextant, quæ rationabilis quidem esse videtur, rationis tamen veritate caret, dicentes cum Rachel, quæ fortassis mentita est: *Secundum consuetudinem feminarum nunc accidit mihi.* Sed re vera de anima cuiusque talium, qui de prædicta simulachrorum seruitute furtum faciunt, rectè Propheta Ieremias *cap. 2.* dicit: [Omnes qui quærunt eam non deficient, in mensuris suis inuenient eam.] Vide etiam, *Religio*, num. 12.

Sacerdotes alendi.

GENES. 47. *Præter terram sacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis, qui & stantia cibaria ex horreis publicis vescabantur & ideo non sunt compulsi vendere possessiones suas.* INTERL. Hinc habemus exemplum quod possessiones Ecclesiæ distrahi non debent, cum à regibus Deo sunt mancipatæ, & ideo in nullius bonis computandæ. LIPOMAN. Dicimus etiam hinc lege naturæ & iure gentium, non solum sacris literis vberiter; vtrum homo an Angelus fuerit? vel fortè erant aliqui tales etiam illo tempore homines Dei, in quibus posset Deus interrogari. *Idem tenent* EUSEBIVS & GENNADIVS.

Differentia inter sacerdotes Christi & Pharaonis.

IBIDEM ORIGEN. Mihi autem per hoc nequiores esse cæteris ostenduntur sacerdotes Ægyptij, qui pro nimia familiaritate, quæ erat eis cum Pharaone, nihil immutationis recipiunt, sed permanent in mala possessione. Et sicut his, qui in fide & sanctitate profecerant; dicit Dominus: [Iam non dicam vos seruos, sed amicos.] Ita dicit & istis Pharaonis, tanquam qui ad summum gradum nequitie, & ad sacerdotium perditionis ascenderint; [Iam non dico vos seruos sed amicos.] Denique vis scire quid intersit, inter sacerdotes Dei & Pharaonis? Pharaon concedit terram sacerdotibus suis: Dominus autem sacerdotibus suis partem non concedit in terra, sed dicit eis: [Ego sum pars vestra.] Igitur sacerdotes, qui partem habent in terra, & terrenis studiis ac cultibus vacant, non tam Domini quam Pharaonis esse videntur. Pharaon enim est, qui vult sacerdotes suos habere possessiones terrarum, & exercere agri, non animæ culturam, ruri non legibus operam dare. Christus autem Dominus noster, sacerdotibus suis quid præcipiat audiamus: [Qui non, inquit, renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.] Contremisco hæc dicens, meus enim primo omnium, meus inquam, ipse accusator existo, meas condemnationes loquor. Negat Christus suum esse discipulum, quem viderit aliquid possidentem, & cum qui non renunciat omnibus, quæ possidet. & quid agimus quando hæc aut ipsi legimus, aut populo prædicamus? Qui non solum non renunciamus his, quæ possidemus, sed acquirere volumus ea quæ numquam habuerimus, ante quam veniremus ad Christum. Nunquid quia nos redarguit conscientia, regere quæ scripta sunt possumus? nolo duplicitate criminis fieri reus. Confiteor palam & populo audienti confiteor hæc scripta esse etiam si nondum implem me noui. Sed ex hoc saltem commoniti festinemus implere. Festinemus transire à sacerdotibus Pharaonis, quibus terrena possessio est, ad sacerdotes Dei, quibus in terra pars non est, quibus portio Dominus est. talis erat ille qui in talibus gloriabatur: [tanquam egentes, inquiens, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes & omnia possidentes.] Et Petrus, & Ioannes similiter dicebant, [Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc

T T t tibi

tibi do, in nomine Iesu Christi surge & ambula.] Vides sacerdotum Christi diuitias? Vides quanta, & qualia lajiuntur nihil habentes? Istas opes largiri non potest terrena possessio. *Ibidem* RABANVS. Quod terra sacerdotum vendita non est, significat terram Ecclesie, in qua veri sacerdotes sunt, liberam esse à censu mundiali, quæ à verbo diuino indefinenter pascitur, nec damnium famis spiritualis vllum sustinebit. *Egyptij* autem semetipfos Pharaoni vendiderunt. Hominis enim voluntas est iniqua; cum amat terrena, despicit cælestia, & propter auaritiam se subicit diabolo. Sequitur: *abque terra sacerdotali, qua libera ab hac condicione fuit.* THEODORET. Hoc honore viuentis ac veri Dei sacerdotes non funguntur, impij verò ita Deos suos honorant.

Sacerdotes honorandi.

7. *Ibidem* CHRYSOST. Audiant, qui nunc viuunt quantam olim sacerdotum idolorum curam habuerint, & dicant vel saltem parem habere honorem iis, quibus omnium Dei ministerium creditum, & sacerdotio insigniti sunt; Si enim narrantes illi, quia ex hoc putabant idola magis coli, si ita eorum ministros colerent: quanta non condemnatione digni, qui nunc imminuunt, qui ad sacerdotem spectat, cultum? an nescitis quod honor ad Deum ipsum pertinet? Ne igitur respicias eum, cui honor confertur: Non enim propter illum, sed propter illum cuius sacerdos est. Vnde Dominus: [Quod vni horum fecistis mihi fecistis.] & rursus. [Qui accipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet.] Sicut igitur honor qui propter ipsum impenditur, multum parit fiduciam (propria enim tibi facit Deus quæ in seruos suos collocantur) ita & illorum contemptum multam è supernis pœnam nobis deferet. Id scientes nunquam negligamus cultum, qui sacerdotibus Dei debetur. Et hæc dico non tantum illorum rationem habens, quantum vestræ charitatis, cupiens vos in omnibus lucrifacere. Nam pro illo vili cultu, qui in præsentia vita quæ simul dissoluitur, immortales accipies mercedes & ineffabilia bona. Nam si videntes viri alicuius sæculari dignitate insignis familiarem, statim illi præstamus obsequium, cogitantes, quod quæ illi sunt, eius domino, vel patrono accedant: multo magis hoc erit apud vniuersorum Dominum. Nam si quis in vulgarem aliquem & abiectum benignitatem & compassionem aliquam declarauerit, Dominus promittit se talem in regnum introducturum dicens: [Venite benedicti Patris mei, &c.] Quia esuriui & dedistis mihi manducare:] Multo magis si quis obseruauerit eos, qui propter Deum affliguntur, & sacerdotio insigniti sunt, non solum parem assequetur retributionem, sed multipliciter maiorem, ne igitur simus deteriores infidelibus; sed quantum distat error, & veritas, tantum distant & illorum & Dei sacerdotes; & tanto excellentiorem eis honorem impendere debemus.

Sacerdos qualis debet esse.

8. *EXODI 3.* *Immolabis Deo super montem illum.* *INTERL.* Quod Deus præcepit Moyfi, vt sibi in monte immolet, id spiritualiter nobis indicat, quod in eminentia virtutum debet, qui Deo vult immolare.

Sacerdotes honorandi.

9. *EXODI 14.* *Et crediderunt Domino & Moyfi seruo eius.* GREGOR. NYSSENVS. *Mysticè.* Qui mare spirituale iam pertransiit, & Ægyptum vidit in aquis extinctum, non solum ad Moysem virtutis virginem gerentem respicit, sed principaliter quidem in

Deum credit, vt historia tradit; obtemperat etiam Moyfi diuinæ maiestatis cultori, quod nunc quoque ab his fit, qui per aquam verè transferunt, qui se ipsos Deo dederunt, & sacerdotibus suis obtemperant.

Sacerdotum est legem Dei & voluntatem annuntiare alijs.

EXODI 16. *Dixitque Moyfes ad Aaron: dic vniuersæ congregationi, &c. accedite coram Domino, &c.* *INTERL.* Habes hic quod sacerdotum est legem Dei & voluntatem annuntiare populo, dum negocium istud commisit Moyfes fratri Aaron, qui in Domini sacerdotium inungendus erat.

Sacerdotes erant primogeniti.

EXODI 19. *Contestare populum ne forte velint transgredere terminos, &c.* Sacerdotes quoque qui ascendunt ad Dominum sanctificantur ne percutiat eos. CAIETAN. Sacerdotes tunc hi erant, qui primogeniti erant in populo. LIPOMAN. Vel fortè sacerdotes vocantur, qui in populo erant honoratiores & seniores, vel iudices iam constituti, consilio Iethro, nondum enim sacerdotes in populo habebantur; nondum Aaron electus, & consecratus erat. CAIETAN. Ne igitur sacerdotes putarent, se exemptos à contestatione, quæ fiebat populo, mouentur, vt se ipsos sanctificent, hoc est mundos custodiant à transgressione terminorum, & sit mentio specialis de sacerdotibus, eo quod ipsi, vt pote sacrificantes Deo, sunt propinqui Deo, & hinc occasionem fiduciam ascendendi in montem assumere poterant.

Sacerdotum honestas.

EXODI 20. *Non ascendes per gradus ad altara meum ne reueletur turpitudò tua.* D. THOMAS. 2. *quæst. 102. art. 4.* Hoc fuit etiam institutum ad excludendam idololatriam; quoniam in sacrificiis Priapi sua pudenda gentiles populo denudabant. Postmodum autem indictus est sacerdotibus sceminalium vsus ad tegmen pudendorum: & ideo sine periculo institui poterat tanta altaris altitudo, vt per aliquos gradus ligneos non stantes, sed portatiles in hora sacrificij, sacerdotes ad altare ascenderent sacrificia offerentes. RVPERT. Vnde & Salomon altare fecit in templo æreum altitudinis decem cubitorum, & quindecim gradibus ascendebatur in illud; vnde & cantica graduum in Dauid reperiuntur. LIPOMAN. Discite hinc facerdos honestatem ne in publico ministerio vel scurra appareas, vel disfunctione vestium eas corporis partes denudes, aut inusitato modo publicè vestiendi Ecclesie offendiculum præbeas.

Sacerdotes honorandi.

EXODI 22. *Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices.* *INTERL.* Id est, sacerdotibus, doctoribus, qui Ecclesie principantur. Cum enim omnis detractio perniciofa sit, in illos est perniciosior. DIONYSIVS AREOPAG. Inuenies quod Theologia Deos etiam vocat cælestes, & quæ super nos sunt substantias, & amicissimos Deo ac beatissimos viros. GREGOR. in *registro Epist. 75.* In diuinis cloquijs aliquando sacerdotes dii, aliquando Angeli vocantur. Vnde Moyfes. [Applica illos, ad Deos;] id est, ad sacerdotes, & rursus, *dijs non detrahes*, id est, sacerdotibus, & Propheta ait, [Labis sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est;] Quid ergo mirum si eos nostra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut

aut Deos ipse etiam appellat Deus: Ecclesiastica quoque restatur historia, quòd cum Constantino Principi oblata: accusationes contra Episcopos fuissent, libellos accusationum accepit, & eos qui accusati fuerant, Episcopos conuocans in eorum conspectu libellos incendit, dicens; vos dii estis à vero Deo constituti, ite & inter vos causas vestras discutite: quia dignum non est, vt nos iudicemus Deos. Quid ergo mirum si Christianus imperator veri Dei sacerdotes dignetur honorare, dum pagani principes eius prædeceffores honorem impendere sacerdotibus nouerunt, qui dijs ligneis, & lapidibus seruibant? LIPOMAN. Magni sunt igitur & meritis suscipiendi sacerdotes, quos Deus Deos nominat, & suo dignatur nomine. Itè & Paulus vocat eos ministros Dei, cunctosque eorum subdit imperio. At meminerint vicissim illi, ne quid admittant quod eos dedecet, qui loco Dei sedent, ne Dei nomen illis communicatum commaculent.

Sacerdotes erant primogeniti.

14. *EXODI 24.* *Misitque iuuenes de filiis Israel, & obulerunt holocausta, &c.* LIPOMANVS. Chaldaica habet. [Misit primogenitos filiorum Israel, &c.] Et congruit quidem rationi: nam ante Leuitici tribus electionem primogeniti in populo sacerdotio fungebantur.

Ad sacerdotium non omnes assumi debent.

15. *EXODI 28.* *Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel vt sacerdotio fungantur tibi.* LIPOMAN. Nemo enim sacerdotium sibi assumere debet, sed qui vocatur à Deo, sicut Aaron cum filiis suis. Quod autem impij quandoque rebelles, & seditiosi ad sacerdotium assumantur, hoc ex diuina permissione propter populi peccata fit: ob quam rem ne cum fieri videas in Ecclesia scandalizetis: Dominus enim ipse & Saluator noster summi Patris sapientia Iudam præuaticatorem in Apostolum elegit, & hic Nadab, & Abiu ad sacerdotium applicantur; quo tandem abusi durissime dignèque puniti sunt, & iusto Dei iudicio igne absumpti cum suis complicibus.

Sacerdotes quales esse debeant.

16. *Ibidem* BEDA. Necessè est vt quicumque ad maiorem in sancta Ecclesia gradum promouendi sunt, maiori mentis industria se se ad legem Dei applicent, id est, diuinorum obseruantiam mandatorum solertiori præ cæteris animo copulentur: id est, communem vitam electorum singulari mentis culmine transcendant, vt altiori excellentia meritorum ad altiora possint præmia peruenire. AMBROS. *lib. Epist. Epist. 6. ad Irenæum.* Pythagoram inuenimus prohibuisse discipulos suos communem atque populo vsitatam ingredi viam: forte cum ex populo Iudæorum, (vt plerique arbitrantur) genus duxerit, ex eius disciplina deriuauit etiam magisterij præcepta. Legerat itaque in Exodo Moyfi diuino præceptum esse oraculo: [Solue calcamenta pedum tuorum.] Id etiam præceptum Iesu Naue, videlicet, vt detrita & popularis viæ depõnerent puluerem, qui viam Domini ambulare desiderarent. Legerat præceptum eidem Moyfi, vt montem cum sacerdotibus ascenderet, populus autem deorsum staret. Legerat item eidem Moyfi mandatum, vt appliceret ad se Aaron fratrem suum, &c. Vides nihil in sacerdotibus plebeijs requiri, nihil populare, nihil commune cum studio atque vsu, & moribus multitudinis incognita. Sobrietatem à turbis grauitatem, seriam vitam, singulare pondus dignitas sibi vendicat sacerdotalis; quomo-

do enim potest obseruari à populo, qui nihil habet secretum à populo, dispar à multitudine: Quid enim in te miretur, si sua in te recognoscat? Si nihil in te aspiciat, quod vltra se inueniat? Si quæ in te erubescit, in te quem reuerendum arbitratu offendat. Supergradiamur igitur plebeias opiniones, ac vulgari semita: solum, quam currit ille, cuius vita leuior cursore, de quo dicitur transiit, & non vidit: si potius queramus nobis viam inaccessam sermonibus insolentium, inuiam operibus imperitorum; quam nullus maculosus deterat: conuertamur, & sequamur sapientie viam, quam non calcauerunt filij glorificantium se & iactantium, quam interitus ignorat; mors nescit: quia Deus direxit eam; abyssus dixit non est in me; mare dixit non est mecum; sed si queris viam sapientie & disciplina, colere Deum, atque ei subditum esse sapientia est, abstinere autem à peccatis disciplina est. Quid igitur nobis cum istius sæculi via in qua est tentatio: Ingrediamur autem portas Domini, portas iustitiæ, quas iustus qui fuerit ingressus confitebitur Domino; sed hæc paucorum ingressio: quia, vt ait Dominus: [angusta porta est, & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.]

Idem.

EXODI 28. *Facies & superhumeralis de auro, &c.* 17. BEDA. Quoniam in humeris onera portare solemus, superhumeralis Pontificis labores bonorum operum significat; quæ iugiter coram Domino ferre debet quilibet, qui ad sacerdotij ministerium assumitur, & aptè primo de humerali faciendo præcipitur: quia quisquis ad sacerdotium promouendus est primum eius opera debent cognosci & irreprehensibiles apparere, vnde Apostolus. [Oportet Episcopum irreprehensibilem esse.] LIPOMAN. Duo autem lapides Onychini signum sunt duorum lapidum supremorum, ad quos sacerdos omnis oculos mentis semper intentos habere debet. De quorum altero Iacob, dum Ioseph benediceret ait. *Genes. 49.* [Inde egressus est lapis pastor Israel,] De altero verò Isai. *Genes. 28.* [Ponam in Sion lapidem angularem pretiosum,] id est, Christum qui dicitur, & lapis angularis, & fundamentalis *prima Corint. 3. & ad Ephes. 2.* Nec vacat mysterio quod hic lapis abundare dicitur *Genes. 2.* in flumine Phison, quod è voluptate emanat: quia omnia ista sunt exemplaria cælestium, vnde prouenit ille lapis.

Idem.

Ibidem GREGOR. 2. *p. Pastor. cap. 3.* Rectè utroque humero sacerdos velamine superhumeralis astringitur, vt contra aduersa ac prospera virtutum semper ornamenta maneat, quatenus iuxta Apostolum [Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris gradens, in nullo delectationis infimæ latere fluctatur:] non hunc prospera eleuent, non aduersa perturbent; non blanda vsque ad voluptatem demulceant, non aspera vsque ad desperationem premant: vt dum nullis passionibus intentionem mentis humiliat, quanta in utroque humero superhumeralis pulchritudine regatur offendat. Quod rectè superhumeralis ex auro, hyacintho, purpura, bis tincto cocco, & torta fieri bysso præcipitur, vt quanta sacerdos clarescere virtutum diuersitate debeat demonstrare: in sacerdotis quippe habitu, ante omnia aurum fulgeat, id est, sapientia, cui hyacinthus, id est, desiderium supernorum adiungatur, vt per omne quod intelligendo penetret, ad amorem cælestium, non ad fauores infimos surgat. Purpura autem quæ vestimentam regum est, pernificetur, vt in semetipso suggestiones vitiorum

reprimat, eisque veluti ex regia potestate contradicat, vt de illo dicitur: [Vos autem genus electum, & regale sacerdotium.] quibus coloribus bis tinctus coccus adiungitur, vt omnia virtutum bona ex charitate decorentur, quæ charitas, quia Deum, & proximum diligit, quasi ex duplici tinctura fulgescit: sed cum mens ad præcepta charitatis tendit, restat proculdubio, vt abstinentia caro maceretur, Vnde & bis tincto cocco torta byssus adiungitur.

Idem, & sacerdotum exemplum.

19. **EXODI 28.** *Facies & tunicam superhumeralis rotam hyacinthinam, &c. quasi mala punica facies ex hyacintho, & c. mixtus in medio tintinnabulis.* AVGVST. *quæst. 119. super Exod.* Per vestem hanc sacerdotalem cum tintinnabulis significatur, quod nota debet esse conuersatio sacerdotis, sicut Apostolus dicit ad *Timum 2.* [Circa omneste ipsum præbe exemplum bonorum operum.] Magnum quidem hoc est, vbi tantum obseruationis in eo posuit vt diceret; ne moriatur. **HIERON.** *ad Fabiol.* Tanta debet esse scientia, & eruditio Pontificis, vt & gressus eius; & motus, & vniuersa vocalia sint, veritatem mente concipiat, & toto eam habitu resonet & ornatu, vt quidquid agit, quidquid loquitur, sit doctrina populorum, absque tintinnabulis enim diuersis coloribus & gemmis floribusque virtutum, nec sancta ingredi potest, nec nomen Antistitis possidere. **GREGOR.** *in registro lib. 1. cap. 14.* Præconis officium suscipit, quisquis ad sacerdotium ascendit, vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter sequitur ipse clamando gradiatur. Sacerdos ergo si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est quod super pastores primos in linguarum specie Spiritus sanctus inleat; quia nimirum quos repleuerit, de se protinus loquentes facit; hinc etiam sacerdos antiquus tintinnabulis ambebatur, vt videlicet voces prædicationis haberet, ne superni spectatoris iudicium ex silentio offendar, &c. Vide *Prædicator, n. 111.* **SEVERVS.** Tunica etiam talaris significat in sacerdotibus nihil à virtute à capite vsque ad talos nudum, ac vacuum esse debere.

Sacerdos qualis esse debet.

20. **IBIDEM BEDA.** Tunica tota erat hyacinthina, quia huius specie vniformi ostenditur manifestè qualis esse debeat vita sacerdotis tota hyacinthina, hoc est supernis solum desideriis, incessanter intentata, iuxta Apost. [Nostra autem conuersatio in cælis est,] & iterum: [Saluatorem expectamus, &c.] Quæ tunica etiam talaris dicitur esse; quia vniuersa membra sacerdotis à capite vsque ad pedes gratia virtutum celestium contecta esse debent, & nihil in sacerdotali vita infimum ac sordidum debet remanere, item talaris, &c. Vide *Perseuerantia*, num. 12. ex eodem **BEDA.** Vide etiam *Castitas*, num. 23.

Idem.

27. **EXODI 28.** *Porrò filius Aaron tunicas lineas parabis.* **D. THOMAS.** 1. 2. q. 102. art. 5. ad 9. Ex octo ornamentis quæ habebant summi sacerdotes; de quibus vide *Prælati*, num. 33. minores sacerdotes habebant quatuor, scilicet tunicam lineam, fœmoralia, Balthem, & Thyaram; & quatuor sunt necessaria omnibus ministris, castitas, quæ significatur per fœmoralia, puritas vitæ quæ significatur per lineam tunicam, moderatio discretionis, quæ significatur per cingulum, & rectitudo intentionis, quæ significatur per Thyaram protegentem caput.

Pro ordinibus sacerdotibus accipiendis.

EXODI 29. *Cumque laueris patrem cum filiis aqua, &c.* **BEDA.** Valde notandum quod consecraturus eos Moyses primò lauit aqua, & sic habitum illis sacri gradus imponit, quia nimirum necesse est, vt qui ad officium altaris promouendus est, maioribus se solito fluentis lachrymarum siue compunctionis, tempore dedicationis abluat, vt quo mundior ad gradum accipiendum accesserit, eo perfectiùs acceptum consumat.

Sacerdos qualis esse debeat.

EXODI 29. *Sanctificabisque & pectusculum conseratum, & armum, &c. cedentque in partes Aaron & filiorum eius perpetuò.* **HIERON.** *ad Fabiol.* Nunquid de bobus cura est Deo vtique, non multo magis de iecore bouis, arietis & hircorum, & armato manum, vt quod mente conceperit exemplo probet. Iesus enim cepit facere & docere, & Malachias ait: [Labbia sacerdotis custodiunt scientiam, & legè requirunt ex ore eius,] Nihil in se sacerdos habere debet sinistri operis, quod eum ducat ad tartarum, sed dextrum brachium, & separatam, vt opera sacerdotis à cunctis hominibus separata sint. **GREGOR.** 2. p. *Pastor. c. 3.* Diuina lege armum sacerdos dextrum in sacrificio accipit, & separatam, vt non solum sit eius operatio utilis; sed etiam singularis, nec inter malos tantummodo quæ recta sunt faciat, sed bene quoque operantes subditos, sicut honore ordinis superat, ita etiam morum virtute transcendat. Pectusculum quoque sacerdoti tribuitur, vt quæ de sacrificio præcipitur sumere, hoc de semetipso, auctori suo discat immolare; & solum pectore quæ recta sunt cogitet, sed spectatores suos ad sublimia operis inuitet, nulla prospera presentis vitæ appetat, nulla aduersa pertimescat: blandimenta enim mundi respecto intimo terrore despiciat; terrores autem considerato internæ dulcedinis blandimento contemnat.

Sacerdotum humilitas.

EXODI 29. *Septem diebus consecrabis manus eorum, & vitulum pro peccato offeres, &c. & dixerat, arietem sanctificationis tolles, &c.* **LIPOMAN.** In sacerdotum consecratione taurus, & aries immolabantur, & hoc septem diebus, in tauro ceruix superbia; in ariete autem ducatus gregum sequentium delingatur. Pro sacerdotibus ergo taurum arietemque mactare est sacerdotum superbiam ducatum interficere, vt de se humiliter sentiant, & sic post se corda innocentium per bonorum operum exempla trahant. Tumentem enim ceruicem ab Ecclesiæ rectoribus Dominus repellit, dum ait *Luc. 21.* [Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur, vos autem non sic, &c.] Vide *Superbia*, num. 32. **EX ORIGEN.** Potest & septem dierum sacrificium nobis indicare Ecclesiæ ministros, toto vitæ tæpore in sanctitate persistere debere iuxta illud *Exod. 19.* [Sacerdotes, qui accedunt ad me sanctificantur.]

Peccata populi in sacerdotem cedunt.

EXODI 32. *Videns ergo Moyses populum quod esset nudatus, spolauerat enim Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat, &c.* **AVGVST.** 9. 146. *super Exod.* Alia litera habet, [& cum vidisset Moyses populum, quia dissipatus est, dissipauerat

rat enim eos Aaron, vt in gaudium venirent aduersariis suis.] Notandum quemadmodum totum illud malum quod populus fecit, ipsi Aaron tribuebatur; quod eis consentiret ad faciendum, quod male petierant. Magis enim dictum est, dissipauit eos Aaron quoniam cessit eis, quàm dissipauerunt se ipsi, qui tantum malum flagitauerunt. **LIPOMAN.** In Chaldaeo habetur: [viditque Moyses populum quod otiosus esset, otiosum enim fecerat eum Aaron, vt contaminaret eos nomine pessimo in generationes suas.] supra etiam dixerat Moyses ipsi Aaron; *vt induceres super eum peccatum maximum;* vbi nota quod sacerdoti impingitur populi præuicatio in Deum, qui animam suam prodere magis debuisset, & elegisse mortem citiùs, quàm tantum admisisse sacrilegium ne dum iuuisse.

Sacerdotes auferunt peccata.

16. **EXODI 38.** *Fecit & labrum aeneum cum basi sua, &c.* **GREGOR.** **NYSSENS.** Vnas spirituales, id est, vasa ad lauandum quis ambigit eos esse, qui per sacramenta peccatorum sordes auferunt? talis vna erat Ioannes lauans in Iordane ad penitentiam homines; talis erat Petrus tria millia hominum simul ad penitentiam adducens; Philippus quoque vna Eumuchi Candacis fuit; Quid multa? omnes hi vna sunt ac lotoria, qui ministerio suo gratiam præbent.

Sacerdotes quales esse debeant.

27. **EXODI 39.** *De hyacintho verò, & purpura vermiculo ac bysso fecit vestes, &c.* **GREGOR.** **NISSEN.** Sacerdotalium vestium magna varietate colorum textura erat confecta. Hyacinthus purpura connectebatur, rubedo bysso iungebatur, & his omnibus aurea fila erant inspersa; ita vt multi colore ac tinctura vnus quidam commixtus splendor ex tegminibus resfulgeret. Ex quibus dicere possumus, quod indumenta superiora, quæ cordis sint, ornamenta multis variisque constant virtutibus. Hyacinthus enim ex purpura complicatur. Nam viuendi puritas atque mundities naturæ regno coniungitur. Natura enim quodammodo ipsa duce, vna cum pudoris rubore, laudabilis viuendi nascitur ratio. Aurum autem his tinctura floribus, resfulgens referuatur huic vitæ Theaurum ostendit. Patriarcharum quoque nomina lapidibus insculpta; non parum quoque nobis ad virtutis ornatum conferunt; præteritorum enim virorum, qui optimè vixerunt exemplis vita nostra corroboratur. spiritualis sensus scutorum quæ ab humeris dependebant, adhortatur nos esse armatos aduersus tyrannum & hostem nostrum: virtus enim vt à Paulo dictum est fide ac bona constat conscientia; quibus ita esse aduersus inimicorum telamunitos oportet, vt his iustitiæ armis dextris atque sinistris, inuulnerabiles maneamus. Quadratus autem ille ornatus, qui vtrinque à scutis dependebat, in quo nomina Patriarcharum, qui tribus nomina dederunt, impressa lapidibus, fuit cordis tegumentum, & diligenter nos decet omnibus Patriarcharum virtutibus, animum esse ornatum debere; qui duobus his scutis aduersarij tela repulerit. Quadrata verò figura; itabilitatem virtutis ostendit: nam hæc figura non facile de loco mouetur. *At verò catenula,* quibus ornamenta ad brachia connectuntur, præcipere mihi videntur oportere in altiori vita praxim speculationi coniungere. Cor enim speculationis loco poni videtur, brachia verò operationis; *Aerei coloris erat tunica.* Horrabatur enim nos hoc anigmate omnè qui Dei sacerdotium assumere studeat, se ipsum, ac corpus suum Deo offerre, hostiam viuentem, (vium enim hoc sacrificium rationalisque cultus hic est) ne pingui quo-

dam, ac carnoso huius vitæ amictu: sed tenue sicut telam aranæ munda viuendi ratione confectum, vt viuendi tenuitate, leue atque æreum factum sursum posse ferre videatur. Hoc enim modo cum nouissimam illam tubam audimus, omni onere liberati leues ad iubentis vocem exilemus; ne pondere vllò ad terram deprimamur, sed cum Domino per ætra sublimes feramur: Quin ergo vt Psalmista dicit: [Quasi telam aranæ animam suam liquefecit.] His etiam illam vestem induit quæ à capite ad pedes vsque circumfunditur, neque enim mancam aut truncam esse virtutem, sed integram ac per omnes numeros perfectam lex vult. *Aurea verò tunicabula;* bonorum operum splendore sunt malis puniis intercepta. Duo enim hæc sunt studia, quibus virtus tota conflat; Recta in Deum fides, & probata in hac vita conscientia, Hæc mala punica & tintinnabula indumento Timothei Paulus ille innoxuit, cum dicat oportere vt habeat fidem & probam conscientiam. Fides igitur sacerdotis veluti tintinnabulū clarè atque sonorè in sanctæ Trinitatis prædicatione exclamet: vita verò naturam puniicorum imitetur pomorum, quorum confusa exterius quali testa incommestibilis duraque est, interius verò quod reconditum est, ex visu, ex varietate coloris atque collocaçionis ordine iucundum est, & gustu incundius, non parua dulcedine sensum afficiens. Philosophica quoque & Christiana viuendi ratio dura exterius, atque aspera sensui est; intus sepius optimarum, pulcherrimarumque rerum plena, tempore suo cum matura fuerint, cumque agricola noster poma punica huius vitæ aperiet dulcissimam suorum fructuum præstabit fragrantiam. Apostolus etiam dicit nullam disciplinam in presenti vita videri lætitiæ afferre; sed tristitiam, & id est, quod per exteriora pomi punici figuratur. Post hæc autem pacificum fructum reddit, & id est dulcedo interior, ac pulchritudo. *Caput diademate coronatum,* referuatam virtuosos sacerdotibus coronam significat: ita induto, vestitòque sacerdoti *Nullum calceamentum imponitur,* ne tardior ad curandum sit, aut vix mobilis pelles secum attrahens animalium inuictorum, nam impedimentum calcei fuerat Moyfi, cum ad ardentem rubum accederet: quod si in primo statim aditu reprobantur, multo magis à sacerdotis pede reiciuntur.

Idem.

IBIDEM HIERONYMVS *super Ezechiel, cap. 16.* Sacerdotes variis vestibus utebantur, & Dominus ad Ierusalem per Prophetam dicit: [Induite variis.] Ista sunt vestimenta varia quibus indutus est Ioseph nec potuerunt cum frates vendere, nisi prius eū tunica varietate nudassent, & de sponsa dicitur *Pf. 44.* [Astetit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.] Hoc est vestimentum de quo & Apostolus loquitur *Ephes. 4.* [Induite nouum hominem qui renouatur in cognitionem iuxta imaginem creatoris. Voluimus scire quæ sunt varia vestimenta; idem nos Apost. doceat credentibus scribens; [Induimini ergo visceribus misericordiæ, bonitatis, humilitatis, mansuetudinis, patientiæ, quid hac varietate pulchriùs? de qua & Iob loquebatur,] [quis dedit mulieribus texturæ sapientiam? aut varietatis disciplinam?] Certè si diuitiæ varietatem vestium, non sanctitas faceret, diuersitasque virtutum; Pharaò & Nabuchodonosor hæc vestimenta habuisse scriberentur, & non Ioseph; qui sub peregrino & pastorali pane vestes discoloris & regias habere non poterat. **THOMAS.** Sacerdotibus suis Dominus omnigenum circumposuit ornamentum, qui vulgus plebènumque ipsam habitus varietate præcelleret, ipsos verò

sacerdotes doceret quanta ipsos animum suum pulchritudine exornare, & virtutum ornamentis conditorare teneantur.

Sacerdotis sanctitas continua & non intermissa.

29. **LEVIT. 6.** Decimam partem ephi offerent simila in sacrificio sempiterno, &c. **B R V N O.** Hanc oblationem sacerdotis, & Episcopi in die vinctiois suae praecipuntur offerre, id est, in sempiternum sacrificium. Non igitur vno sed omni die, Episcopus, & sacerdos inungi & sanctificari, & seipso melior fieri debet, &c. Sed quia mane & vespere diem & noctem significat, medium suae oblationis mane, & medium vespere sacerdos offerre debet, vt die nocte, id est, omni tempore ab hac immolatione non desistat.

Sacerdoti non peccandum.

30. **LEVIT. 3.** Si sacerdos, qui vinctus est peccaverit, &c. **OLEASTER.** Tu ergo sacerdos Dei, cum tibi peccatum faciendum occurreret vt vinctum esse memento oleo sancto, & peccatum a te repelle, & moueat te saltem quod sequitur; *Delinquere faciens populum.*

Sacerdotum premium pro conuersione animarum.

31. **LEVIT. 7.** Ad sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinet. **O R I G E N.** Dicant sacerdotes, quia pars data est eis, cum his scilicet quos ad poenitentiam adduxerint, & tales effecerint vt propitius sit eis Deus: meritum enim subditorum merces erit, & gloria tallium sacerdotum. Intelligant etiam vbi sit data vera portio, & in hoc vacent, nec se superfluis actibus implicent, sed sciant se in nullo alio habere partem apud Deum, nisi in eo, quod pro peccato offerunt, id est, quod a via peccati peccatorem conuertunt.

Sacerdos ceteris eminentior.

32. **LEVIT. 8.** Congregataeque omni turba, &c. obtulit Aaron & filios eius. **G L O S S A O R D I N.** Requiritur enim in ordinando sacerdote praesentia populi, vt sciant omnes, & certi sint, quia qui praestantior est ex omni populo, doctior, sanctior, & virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium.

Sacerdotis officium.

33. **LEVIT. 10.** Vinum & omne quod inebriare potest non bibetis, &c. vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum, & profanum, doceatisque filios Israel omnia legitima mea, &c. **I N T E R L.** Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Quodlibet vitium hoc habet. Vnde, [Cauete autem ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius saeculi.] Omne enim vitium mentem euertit. **E S I C H I V S.** vnde *Isai. 5.* [Vae qui confurgitis mane ad ebrietatem.] & post pauca, [vini in conuiuui vestris, & opus Domini non respicitis.] Qui autem opera Domini non respiciunt, quomodo exhortari, & illuminare populum de scripturis possunt? cuius mandati auctoritate ostendere cupiens dicit hoc Deum loquutum fuisse, id est, inspirasse spiritualiter.

Idem.

Et sacerdotis sanctitas coram Deo & hominibus.

34. **LEVIT. 21.** Sancti erunt coram Deo, & non polluent nomen eius. **G A L F R I D.** Hoc de sacerdotibus in lege mandatur, vt videlicet sancti sint coram Deo, & coram hominibus non pollucendo nomen eius. sancti opere & veritate, nec opinione nomen polluent sanctitatis. Vt quid haec? Incensum, ait, enim Domini & panes Dei sui offerunt; incensum ad sacri-

ficia & orationem, panes ad praedicationem verbi Dei arbitror referendos. Vt ergo apud Deum acceptabile sit sacrificium vel oratio, sanctos esse necesse est coram Deo. Vt apud homines non sit contemptibile verbum praedicationis, prouidere bona est necesse coram eis, apud quos dum quocumque modo praedicatorum vita sordescit, ipsa quoque doctrina vilescit. Propter quod non immerito subinfertur, & ideo sancti erunt. Non sicut prius dictum fuerat coram Deo; sed simpliciter, vt intelligatur apud Deum & homines, sancti, inquit, erunt coram Deo, culpam coram hominibus declinantes, & etiam notam culpae, & non solum castae, sed etiam caute viuentes.

Sacerdoti non peccandum.

35. **I B I D E M.** Ne contaminetur sacerdos in mortuis ciuium suorum. **I N T E R L.** Luctu scilicet mortuorum vel peccatis mortiferis Septuaginta [super omnem animam mortuam.] **H I E R O N.** ad *Fabul.* Non accedat sacerdos vbi peccatum est, & in peccato mors. (anima quae peccauerit ipsa morietur) quamuis sit potens & diues, & multitudinem offerat victimarum; si mortuus est non tangitur, a Pontifice, non videtur, si autem reuiuiscit, & ad vocem Saluatoris egreditur de sepulchro, & fasciis peccatorum solutus incedit, intrat ad eum Pontifex, & cum eo manet, & cum eo resurgente prandet.

Dignitas sacerdotalis.

36. **N V M E R. 1.** Leuita autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis. **I N T E R L.** Quia sacerdotalis dignitas a plebeia multitudine remota est, vt in exemplum boni emineant; Et infra, *Quisquis externorum accesserit, occidetur.* **G L O S S A O R D.** Qui ad sacrum ministerium indignus accedit, poenam praesumptionis non euadit: nemo enim debet sibi sumere honorem, nisi qui vocatur a Deo tamquam Aaron, ad *Hebraeos 5.* Vnde Ozias qui sacerdotium vsurpauit lepra percussus est, 2. *Paral. 26.* Et infra. *Porro Leuita per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel.* **L Y R A N.** Scilicet si aliqui de aliis vellent accedere nimis propere tabernaculum. *Eccles. 10.* [Si Spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris, quia curatio faciet cessare peccata maxima.] **S T E P H A N.** Ex qualibet parte tabernaculi erat aliqua pars tribus Leui. Ita nostri sacerdotes debent esse ex qualibet parte tabernaculi, quia si eos vocat pauper debent occurrere, ac si eos diues, &c.

Sacerdotum officium.

37. **N V M E R. 8.** Sanctificami eos mihi, & tuli Leuitas vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo foederis, & orent pro eis, ne sit in populo plaga. **G L O S S A O R D.** Videant ministri Domini quam necessarium sit eis officij sui iura custodire, nec terrenis lucris vel voluptatibus inhiare, quibus proprium est tabernaculo deseruire, & pro populo orare, ne sit in eo plaga disperdens, alioquin, & se, & populum in perditionem praecipitant, & dicitur eis *Malachia 1.* [Munus non suscipiam de manu vestra.]

Sacerdotalis dignitas.

38. **N V M E R. 26.** Leuita numerati sunt viginti tria milia generis masculini ab vno mense, & supra, quia non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum ceteris data est possessio. **O L E A S T E R.** Non sunt autem ministri Domini inter alios numerati, vt dicas quam longè mores illorum ab istorum moribus debeant separari. Sed qui est hoc Domine, vt profanos iubeas supputari a filio viginti annorum, sacerdotes vero,

verò, & Leuitas a filio mensis, vt nos doceas, quid inter sit ministerium tuum, & ministerium mundi. Paucis homo eget vt mundo seruiat, multis vero vt seruiat Deo suo, a pueritia discendum est qualiter Deo seruias, bonum viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.

Contra sacerdotum auaritiam.

39. **N V M E R. 35.** Praecepto filijs Israel, vt dent Leuitis de possessionibus suis, vrbes ad habitandum. **O L E A S T E R.** Quis non summa auiditate & voluntate non ministrabit tibi Domine Deus, qui tanta sollicitudine procuras seruis tuis necessaria vitae, vt eis tacentibus, nec petentibus, tu eis petas vrbiu inhabitacula, & campos ad recreationem. Aduerte etiam o sacerdos, & minister Dei, quia vult te habere in habitationem separata ab aliis, ne te negotijs secularibus implicares: Item vt dentur vrbes ad habitandum, non praedia, non vineae, aut oliueta; vt scias soli Domino vacandum tibi esse; Sit ergo Deus tuus ager tuus, vinea tua, & praedium tuum, quem summa diligentia colas. Quando nihil terrenum est vnde tam copiosos fructus colligere potes sicut ab eo; Hic deploranda est sacerdotum auaritia, qui maiore sollicitudine, quam saeculares diuitias querunt, & turpis quæstus gratia omnia venalia faciunt. Et super illud Deuteronom. 18. *Dominus ipse est hereditas eorum,* ait **G L O S S A O R D.** Non oportet vt qui semper altare debet officio diuino inhiat tereno lucro, cuius Dei hereditas est; quid ergo deesse potest illi, qui omnia habentem habet.

Sacerdotes fugaces, saeculum relinquentes.

40. **D E V T E R. 19.** Ambros. lib. de Fuga saeculi. Ciuitates refugij ad Leuitas pertinebant. Congruè prouisum liquet, quia & Leuitae fugitantes sunt mundi huius, vt placeant Deo. Vnde Abraham dictum est: [Exi de terra tua,] &c. qui habebat in lumbis suis Leuitas, & Dominus Leuitis, hoc est Apostolis dicit: [Si quis vult venire post me abneget semetipsum,] &c. Haec est vera fuga sacerdotis abdicatio domesticorum, vt se suis abneget; qui se Deo seruire gestit. Rectè ergo fugaces, fugacibus commendat aeternae legis sanctio, vt qui hunc mundum obliui sunt, eos recipiant, qui peccata sua condemnantes, atque opera obliuionem vitae superioris expectant, & saecularia quae gesserunt abolere desiderant. Est & alia causa; quia ministri Dei sunt Leuitae, & ideo ipsorum ciuitates fugientium homicidis per leges deputantur: quia ipsi ius est diuina mandata exequi circa eos, qui crimen mortale admiserunt; hinc **Apost. 1. Cor. 5.** Quasi Leuita tradidi, inquit, huiusmodi saeculari in interitu carnis, vt spiritus saluus sit: [percussus Leuitico gladio moriatur sensu carnis, vt viuat anima eius.]

Sacerdotis officium.

41. **D E V T E R. 21.** Acceduntque sacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus. **I N T E R L.** Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. **Ioan. 15.** vt ministrarent ei. **I N T E R L.** praedicando, & benedicant in nomine eius. **I N T E R L.** non ipsorum, & ad verbum eorum omne negotium pendet, & quidquid mundum, vel immundum est, iudicetur. **I N T E R L.** discernatur. Ecce munia nostrorum sacerdotum significata; qui quidem electi a Deo vt ministrarent tam in altari, quam in verbi Dei praedicatione, & benedicant, id est, absoluant, & consecrent in nomine Dei, non ipsorum, & ad verbum ipsorum, quidquid ligauerint, &c.

Dignitas sacerdotalis.

42. **I O S V E 3.** Sitque inter vos & arcam spatium cubitorum duum millium, vt procul magis videre possitis, &

nosse per quam viam ingrediamini. **A V G V S T.** Literaliter longè in illum est arcam praecedere, vt passeret populo videret; tam grande enim agmen si post eam proximè pergeret, non eam videret, praere, nec nosse qua sequeretur. **O R I G E N. hom. 4.** Longè sit populus ab arca testamenti Domini duo millia cubitotum, sacerdotes vero, & Leuitae proximi, & tam proximi, vt in humeris eorum portetur. Beati qui merentur proximi esse Deo. Sed scriptum est: [Qui approximant mihi, approximant igni.] Si aurum, & argentum fueris, & igni approximaueris, clariùs per ignem fulgebis: si superaedificasti ligna, foenum, stipulam, consumeris; Beati ergo qui proximi sunt, vt ignis eos illuminet, non adurat.

Idem.

43. **I O S V E 3.** Ingressus sacerdotibus Iordanem, & pedibus eorum in parte aqua tintis, &c. steterunt aqua, &c. Tanta est sacerdotum dignitas, vt quasi pede aquis, id est, populis imperent & obediant eis. Vnde **1 N T E R L.** Quia per sacerdotum magisterium deducitur populus ad terram promissionis; & si quis est hodie in illo ordine dignus ascribi, cedent ei ipsa fluenta Iordanis, & ipsa elementa verebuntur, & cap. 4. ait viris inter ceteros electis portare inde singuli singulos lapides in humeris vestris. Super humeros & capita principum populi vult poni lapides, quos conculcauerunt pedes sacerdotum.

Sacerdotes quales esse debent.

44. **I O S V E 13.** Tribus autem Leui non dedit possessionem, sed sacrificia & victima Domini Dei Israel, ipsa est eius hereditas. Et in fine capitis dicitur: *Quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio eius.* Alia litera; [Est hereditas eorum.] **V A T A B.** Est illis vice hereditatis. **O R I G E N. homil. 17.** Hi sunt qui in Ecclesia virtute animi, & meritorum gratia alios praecedunt. Hi sunt fortè qui in populo saluandorum, sapientiae & scientiae operam tribuunt, & mentem suam puram custodiunt, & omnibus praclaris virtutibus excolunt, & simplices docent, quomodo veniant ad salutem; horum hereditas ipse Dominus est, qui est sapientia, quam praeter ceteris omnibus dilexerunt; Sed notandum, quod Moyses duabus tribubus & semis hereditatem tribuens non dedit Leuitis portionem; **I E S V S** autem non solum in his tribubus, quibus terram diuisit, sed etiam in illis, quibus Moyses diuiserat habitacula, Leuitis in singulis tribubus decreuit.

Sacerdotum paupertas.

45. **I D E M ibidem.** Ordo sacerdotalis, qui Dei sapientiae, & scientiae operam impendit, non potuit a Moyse accipere sortem habitationis, qui non erat minister veritatis, sed vmbra & exemplaris; **I E S V S** vero noster, qui est sapientia Dei, habitacula sapientibus praebet; Non potuit dicere Moyses, [Vnde omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelis,] & [veni, & sequere me] hoc est partem dare Leuitis. Nec potuit dicere: [Qui non renunciauerit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus.] Beatus est ergo qui inuenitur dignus, vt ab Iesu sortis caelestis mansionem accipiat, de qua dicit **Ioan. 10.** [Volo Pater vt vbi ego sum, & isti sint mecum.] & [Sicut ego in te, & tu in me vnum sumus, & isti in nobis vnum sint.] **Ioan. 17.** Nota etiam, quod alia tribus, tribui Leui inter se habitationem praebent, vt quod per se non valent, per illos efficiantur participes sapientiae, & scientiae Dei; & ita ad minimos dispensatio diuina protendit, vt illud compleatur, [qui multum non abundauit, & qui minimum non minoratus est.] Et quod **Apostolus** ait **2. Corint. 8.**

[Vt vestra abundantia suppleat illorum inopiam.] Ita ergo cohabitare iubentur sacerdotes, qui non habent terram, vt percipiant ab Israelitis terrena, quæ non habent, & Israelitæ à sacerdote cælestia, & diuina quæ non habet. Lex enim sacerdotibus commissæ est, vt huic soli operam tribuant, & verbo Dei absque vlla sollicitudine vacent, Laicorum ministeriis sustentari. Si enim necessaria non præbuerint, minus legi Dei vacabunt occupati corporalibus curis; & periclitabuntur Laici, obscurabitur enim lux scientiæ, quæ in illis est, te non ministrante oleum lucernæ, & culpa tua cæcus cæco ducatum præbens in foueam cades cum eo.

Idem.

46. **I**OSUE 14. Nihil terra acceperunt inter fratres suos. **INTERL.** Ne temporalibus occupati, minus cælestibus deseruerint. **ISIDORUS, cap. 16. super Iosue.** Habitacula Leuitis per omnes tribus decreuit Iesus, dicit enim textus, *Nec acceperunt Leuitæ aliam in terra partem, nisi vrbes ad habitandum; Vt qui in Ecclesia Domini scientiæ operam dant, & doctrinæ gratiam administrant, ab his quibus diuina dispensant terrena subsidia recipiunt, vnde Paulus 1. Corin. 9. [Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, vt carnalia vestra metamus?]* Et mercedem in omnibus tribus diuiduntur, qui dispensatione omnium viuunt.

Sacerdotum auaritia.

47. **1. REGVM 2.** Porro filij Heli, filij Belial nescientes Dominum, nec officium sacerdotum ad populum, &c. **RVPERT.** Tria erant scelera filiorum Heli quæ hic numerantur. Primum, quod omne quod leuabat fuscina tollebat sibi sacerdos contra legem *Leuitici 7. & 8. & Exodi 29.* Solum enim tollere licebat pectusculum & armum dextrum. Secundum illorum peccatum erat quod antequam adoleret adipem, dicebat puer sacerdotis; [da mihi crudam carnem,] &c. Cum adeps hostiæ pius incendi deberet ex præcepto legis *Exodi 29. & Leuitici 3. & 7.* Tertium, quod dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi; Primo scelere illi sacerdotes contaminati sunt; qui non exigunt vt subditus reuelet Domino viam suam pura cordis confessione: ac deinde faciat fructus dignos penitentiæ, quod esset pectusculum ac armum dextrum ab offerente accipere, sed tori intendunt ad satisfaciendum auaritiæ, quod est carnes expiscari fuscina, & vno, auaritiæ suæ. Secundo peccato illi peccant sacerdotes qui peccata populi quæ per adipem hostiæ intelliguntur, nequaquam dignæ orationis incendio concremât, & tamen pro ipsis peccatis non solum mercedem accipiunt, sed etiam per vim extorquent. Vnde Dominus improperat eis per *Oseam, cap. 4.* [Peccata populi mei comedēt.] De incendiando prius adipe curandum illis erat, postea de carne sibi coquenda pertractandum. Quia qui pro peccatis hominum dignè intercedunt, iuste mercedem suam accipiunt; & ita seruientes altario legitime de altario viuunt. Tertio peccato, illi peccant sacerdotes, qui traditiones suas docent non Dei, quod est adulterino concubitu cum animabus Deum quærentibus nefariè permisceri; qui enim se ipsum magis quam Deum commendat, qui non Dei, sed suam doctrinam seminat, cum animabus ad ostium tabernaculi cælestis dormit.

Contra malos sacerdotes.

48. **I**BIDEM. Habebat fuscinulam tridentem, &c. **GLOS. MORAL.** Per hos pueros significatur mali sacerdotes qui habent fuscinulam tridentem, id est, concupiscentiam illam, de qua Ioan. in sua Canonica,

[Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est.] Ecce primus dens; Secundus concupiscentia oculorum. Tertius superbia vitæ. Per primum dentem attrahunt mali sacerdotes corporis delectabilia, per secundum bona temporalia, per tertium dignitates, & excellentias.

Idem.

49. **3. REG. 12.** Et fecit sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Leui. Alia litera, [Et fecit sacerdotes de fæce populi.] **VATAB.** Vt rem populi gratiã faceret creauit sacerdotes ex aliqua parte vulgi reiectis Leuitis. Quidam aiunt expulsos Leuitas, quod nolissent immolare vitulis. Et *cap. 13. Quicumque volebat implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum.* **LYRANVS.** Offerendo scilicet hostiam solennem sicut Aaron fecerat, & per hoc fiebat sacerdos. Aliter etiam exponitur referendo ad Ieroboam, qui vendebat sacerdotium, & ideo qui implebat manum suam dando sibi maius pretium obtinebat sacerdotium. Vnde alia litera, [Et qui ei placebat illum consecrabat vt fieret sacerdos.] **VATAB.** Quem volebat consecrabat manum suam, eratque de numero sacerdotum excelsorum.

Sacerdotum puritas.

50. **1. PARALIP. 15.** Tunc dixit Dauid: illicium est vt à quocunque porretur arca Dei nisi à Leuitis quos elegit Dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi usque in æternum. **GLOS. ORDIN.** Non vult Christus, vt indigni Ecclesiastico fungantur officio, sed eruditi scientia, & morum honestate spectati portant arcam Dei, id est, Ecclesiam humeris pij laboris, & exultant. Vnde 2. ad *Timoth. 4.* [Opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple.] Et infra; *Vos qui estis principes familiarum Leuiticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, & afferite arcam Domini Dei Israël ad locum qui ei preparatus est.* Eadem Glossa ministri noui testamenti debent esse mundi, quibus dicitur Sancti estote, quia & ego sanctus sum *Leuitici 19.* Qui rectæ fidei verbis & exemplo operis debent fidelibus commendare incarnationem Christi & redemptionem humani generis. **GLOS. MORAL.** In ministerio sacramenti Eucharistiæ in quo continetur Christus, soli sacerdotes, & ministri ad hoc ordinati accedere debent, & non alij: Quod, vt debite fiat non sufficit gradus ordinis, nisi cum hoc sit puritas mentis, & corporis.

Sacerdotes duces & Priores.

51. **1. PARALIP. 18.** Porro filij Dauid primi ad manum regis. Et 2. Reg. 18. habetur, [Filij autem Dauid sacerdotes erant.] **Vbi GLOS. ORD.** Sacerdos quasi sacer dux: Filij autem Dauid ducatum habebant in tribu Iuda. **INTERL.** Hic primi & illic sacerdotes dicuntur propter nobilitatem & prioratum. **GLOS. ORD.** Porro filij Dauid, id est Christi, sunt fideles, quos ei sancta patit Ecclesia, qui sunt genus electum, & regale sacerdotium; primi, id est principales, quia bonis operibus merentur sibi regnum cæli, tanto Deo viciniore, quanto sanctiores. *Hæc illa.* Quod si de omnibus fidelibus hæc dicuntur, quid de sacerdotibus?

Sacerdotes quales esse debent.

52. **1. PARALIP. 23.** De Leuitis dicitur, & erunt sub manu filiorum Aaron, in cultum domus Domini in vestibulis, & exedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerij templi Dei: sacerdotes autem super panes propositionis, &c. **GLOS. ORD.** Vt minores discant maioribus obedire, & maiores adiuti à minoribus possint digni officium explere,

explere, sicut in Ecclesia fit hodie. **LYRAN.** Per sacerdotes qui erant super panes propositionis, significati sunt sacerdotes nouæ legis, ad quorum officium expectat consecrare panem in Christi corpus, in sacramento altaris: per Leuitas verò significati sunt illi ad quorum officium spectat ministrare sacerdotibus in celebratione dicti sacramenti. *Et cap. 24. Erant enim principes sanctuarij, & principes Dei.* **INTERL.** Aliter excluduntur à ministerio sanctuarij, & principatus sacerdotij, nisi sint à Deo electi, nemo enim assumit sibi honorem, nisi qui vocatur à Deo tamquam Aaron.

Sacerdotes alendi à populo.

53. **2. PARALIP. 31.** Præcepit Ezechias populo, vt darent partes sacerdotibus, & Leuitis, vt possent vacare legi Domini. **LYRAN.** Videlicet studendo, docendo, templum officiendo. Istud enim semper fuit obseruatum apud omnes, quod illi, qui intendebant studio & cultui diuino acciperent necessaria victus à populo: Propter quod etiam sacerdotes Egypti tempore famis non fuerunt compulsi vendere possessiones suas, sicut alij, quia illis statuta cibaria ex horreis publicis præbebant, vt habetur *Genes. 47.*

Contra malos sacerdotes.

54. **1. ESDRAE 2.** Hi quaeserunt scripturam Genealogia sua, & non inueniunt, & eieci sunt de sacerdotio. **GLOS. ORD.** Sacerdotes suspectos ab altaris mouerunt officio vsque dum certius eorum origo claresceret, sed nihilominus in societate transigrantium, vnanimi secum pacem seruauerunt. *Mysticè.* Cum ministri altaris in tanta flagitia, vel nefanda dogmata decidunt, & si penitendo ad salutem animæ redeant non tamen digni sunt, qui ad sacrum gradum restituantur. Ersi enim inter fideles vitam expectent æternam; non tamen scripturam gradus sui, quem repetere nequeunt, inter perfectos sacerdotes inueniunt.

Sacerdotum penitentia pro peccatis subditorum.

55. **1. ESDRAE 10.** Esdras panem non comedit, & aquam non bibit: iugebat enim transgressionem eorum, qui venerant de captiuitate. **BEDA.** Exemplum hinc habent sacerdotes non solum flendi & orandi, sed etiam ieiunandi pro his qui peccauerunt. Beati enim qui propria peccata lugeant: quia accepta remissione consolabuntur; sed beatiore qui aliena desilent, & nolunt ascendere in lectulum fratris sui, sed in atris domus Domini orando pernoctant. *Hæc ille.* Ita fecit *Esdras lib. 1. cap. 1.* Cum audissem verba huiuscemodi, (scilicet qui remanserunt & relictis sunt de captiuitate in prouincia, in afflictione magna sunt & in opprobrio, &c.) Sedi, & fleui, & luxi diebus multis, ieiunabam, & orabam ante faciem Dei cæli, &c. Quod maximè dolui fuit in eo quod dictum ei etiam fuit: *Et murus Ierusalem dissipatus est, & porta eius combusta sunt igni.* **INTERL.** Qui scilicet alios munire debuerant vt murus; & qui dignos debent introducere & indignos arceri ab Ecclesia vti portæ, hi combusti sunt incendio vitiorum. *Hæc illa.* Tam per muros quam per portas, intelliguntur sacerdotes.

Sacerdotum exemplum.

56. **2. ESDRAE 3.** Et surrexit Eliaſib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes, & edificauerunt portam gregis, ipsi sanctificauerunt eam, &c. **INTERL.** Quia sacerdotum est opera sua sanctificatione speciali præceteris digna facere, & institer agere, vt qui sibi iunguntur nomen Domini in se bene viuendo sanctificent. **GLOS. ORD.** Vt qui gradu præcellerunt or-

dinis, exemplū fierent aliis in bonis operibus. **BEDA.** Portam gregis in primordio ædificandæ ciuitatis Dei sacerdotes ædificant, cum prædicatores ante omnia auditores suos fide veritatis, quæ per dilectionem operatur imbuunt, per quam victimas bonorum operum introducunt, & in altari cordis Dei offerant.

Sacerdotes orare debent pro populo.

57. **OSEA 4.** Peccata populi mei comedent. **P. RIBERA.** Hoc ad sacerdotes dictum est, id est, hostias pro peccatis oblatas comedent. Ita enim scriptura loqui solet. 2. *Corinth. 5. Eum qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit.* Id est, hostia pro peccato factus est, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Et *Leuit. 10.* vbi nos legimus, [Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto.] In Hebræo est, [Cur non comedistis peccatum.] Et Septuaginta, [Cur non comedistis quod pro peccato?] scilicet oblatum est. **ANASTASIVS NISSENVS EPISC.** in fine lib. *quest. in scripturam* ait. Ideo vobis ô sacerdotes dedit Deus ea comedenda, vt auferat peccatum populi, & pro eo ipsum placetis. Quapropter dicit Apostolus: [Impertiant nobis corporalia, eis autem impertimus spiritualia.] Hinc ergo docemur, quod vescentes his quæ offeruntur à populo, & pro eis preces non diligenter offerentes Deo pœnas dabimus. *Hæc ille.* Idem dicit *Theodo. quest. 10. in Leuit.*

Contra malos sacerdotes.

58. **OSEA 5.** Vobis iudicium, id est, damnationis pœna, quoniam laqueum facti estis speculationi. **HIERONYM.** Speculatores & principes vos constitui, vt populum regeretis errantem, vos autem facti estis laqueus, & non tam speculatores quam venatores appellandi. **P. RIBERA.** Quare per speculationem intelligit **HIERON.** populum ipsum, quem speculabantur, cuius curam ipsi gerebant. Idem sentit **CYRILLVS** hic & lib. 12. *super Ioan. cap. 26. & cap. 9. ipſius Osee speculator Ephraim, &c. Laqueus ruina factus est super omnes vias eius.* **P. RIBERA.** Id est, auctor fuit adorandi idola in domo Dei. Officium sacerdotis est esse speculatorem. Iuxta illud *Ezech. 3.* [Fili hominis speculatorem dedi te domui Israël, &c.] Vide *Ecclesia, num. 70. ex PETRO DAMIANO.*

Sacerdotum penitentia.

59. **IOELIS 1.** Accingite vos, & plangite sacerdotes, uitate ministri altaris, ingredimini & cubate in sacco ministri Dei mei, quoniam interii, &c. Sanctificate ieiunium, &c. **HIERON.** Sanctum ieiunium ieiunare. **P. RIBERA.** Vel parate ieiunium, confugite ad ieiunium; Sanctificare enim in scriptura interdum idem est quod parare. Vnde *Isai. cap. 13.* Deus Medis & Persis dicit, [Ego mandauit sanctificationis meis, & vocati fortes in ira mea;] & *Ierem. 6.* [Sanctificate super eam bellum.] Vel sanctificate, id est segregate. *Exodi 13.* [Sanctifica mihi omne primogenitum.] & *Numer. 5.* [Sanctificaui mihi omne quod primò nascitur in Israël.] Quare etiam licet interpretari. [Segregate tempus aptum ieiunio.] Vel vt interpretatus est **THEODORET.** In ieiunium vos segregantes sanctè & purè id obire. **HIERON. Mysticè.** Qui sacerdos peccator est, & quem remordet propria conscientia: cilicio accingatur & plangat propria delicta, cubet vel dormiat in sacco, vt præteritas delicias, per quas offenderat Deum vitæ asperitate compenset; Nec sufficit flere vel plangere, & habitum lugentis assumere, nisi sanctificet ieiunium, id est, sanctum faciat, non quale illud erat de quo dictum est *Isai. 58.* [Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra.]

Contra

Contra usurpantes dignitatem & officium sacerdotis.

60. **A**MOS 1. *Ante duos annos terra motu.* P. RIBER. Inter omnes conuenit hunc terramotum esse, cuius meminit Zacharias cap. 14. [Et fugietis, sicut fugistis à facie terramotus in diebus Osiæ regis Iudæ.] Tradunt etiam Iudæi quos hic refert HIERON. Et Zachar. 14. Factum cum Rex Osiæ, qui & Azarias dicebatur contra Dei legem officium sacerdotale usurpare tentauit; quod optimè omnium exponit IOSEPHVS 9. *Antiquitatum capitul. 11.* Vbi cum narraffet eum in solenni festi celebritate, sumpto sacerdotali habitu, in templum ingressum fuisse, ad altare aureum, fustitum facturam, obstitisseque sacerdotes, hæc etiam intulit. Tunc rex commotus, mortem illis minatus est ni quiescerent, & ecce tibi terra vehementer concutitur silloque superne templo radius solis os regis improbum ferit; quod è vestigio lepra contactum est. Accessit huic, & aliud prodigium, quod eodem terramotu, ante urbem, in loco, qui dicitur Eroge, dimidium montis, ad occidentalem vergentis reuulsam per quatuor stadia uolum, obiectu demum Orientalis montis constitit obstructa via publica, & oppressis ruina hortis regis. *Hæc Iosephus.* Vide qualiter Deus puniat usurpantes sacerdotalem dignitatem.

Sacerdos non occupari debet nugis nec scurrilibus.

61. **M**ALACHIA 2. *Labia sacerdotis custodiam scientiam, & legem requirent de ore eius.* BERNARD. Legem, inquam, non nugas, profectum non fabulas item faculares nugæ, nugæ sunt, in ore uero sacerdotis blasphemie; interdum tamen si incidant, ferendæ fortassis, referendæ numquam, magis interueniendum cautè, & prudenter nugacitati, prorumpendum sanè in serium quid, quod non modo uiriliter, sed & libenter auditur. Consecratum est os Euangelio, talibus aperire illicitum, assuaescere sacrilegium est, uerbum scurrile, quod faceti, urbanive colorant, non sufficit peregrinari ab ore procul, & ab aure relegandum est. Fædè, ad cachinnos mouetur sacerdos, fædius mouet. Porro detrahere aut detrahentem audire, utrum horum damnabilius sit, non faciliè dixerim.

Sacerdotes honorandi.

62. **M**ACH. 1. *De Alexandro ait EPIPHAN. Heresi 30.* Quo anno imperij sui quarto simulque quinto Phœniciam, Ægyptum, & Iudæam sibi subiecit; tuncque Iadus Pontifex cum pontificalibus uestibus ipsi, alioquin irato uenit obuiam, eumque ipse Alexander adorauit, seu potius Deum in ipso, ut ipse ait, apud Iosephum libr. 11. capite ultimo.

Sacerdotes quales esse debent.

63. **M**ACH. 4. *Et elegit Iudas sacerdos sine macula uoluntatem in lege Dei habentes, & mundauerunt sancta & edificauerunt domum intrinsecus, &c.* HUGO DE FOILET. Sacerdotes sine macula Iudas elegit, quando uirtutes, quæ in ara peccatoris Deo ministrant, immaculatas reddit. Qui in lege Dei uoluntatem habent, quia aliter medullatum sacrificium non offerent: & inundauerunt sancta, id est, deuotionem ab omni malitiæ culpa, & edificauerunt domum intrinsecus, ipsam uidelicet conscientiam, diuersis qualitatibus morum, Et ministrauerunt ad eam, & atria, intus mente, & exterius opera. Et fecerunt uasa noua sancta; uasa noua sancta fa-

ciunt, qui in nouitate conuersationis iuxta præceptum noui hominis, id est, Christi corda sua componunt.

Sacerdotum dignitas.

64. **M**ACH. 1. *Cum probasset (scilicet rex Persarum quod per manum sacerdotum aqua crassa conuertebatur in ignem,) Sacerdotibus donauit multa bona, & alia atque alia munera, & accipiens manu sua tribuebat eis.* Hoc faciebat rex idololatra uidentem conuerti per sacerdotes aquam in ignem. Quid faceret si crederet per sacerdotes conuerti panem in corpus Christi, & uinum in eius sanguinem? digni sane sunt huiusmodi sacerdotes multis donis, &c.

Contra malos sacerdotes.

65. **M**ACH. 6. *Eleazarus unus de primoribus scribarum uir aetate prouectus & uultu decorus, &c.* CYPRIANVS *libr. de singularitate clericorum.* Hoc tanti sacerdotis exemplo ualde clericos exhortatur. Peccantes, autem, fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam in Christum peccatis: Et quidem hoc non iuuenibus tantum; sed & senibus congruit fratrum imbecillitati consulere, ne senectus perire prouocet iuuentutem, ex qua debent omnia salutaria documenta procedere; sicut Eleazarus proficitur, & dicit. [Præmitti malo in infernum quam leges Patriæ deserere, &c.] Ille maluit uitam suam tormentis obicere, quam cuiquam magister perditionis existere. Et nos ubi nulla tormenta sunt fluxibus solis nolumus saluandos fratres antepone, cum hoc etiam laicos deceat; ne aut extraneis occasionem blasphemandi; aut fraternitati opportunitatem fornicationis opponant, tum maxime clericos uehementer necessitas ista constringat, quibus aut religio blasphemata, aut fraternitas perditæ pœnas duplices irrogabit. Nec inuenient in iudicio Domini, vllum omnino solatium, qui alienigenis & fratribus peccandi fomitem ministrarunt.

Sacerdotes sibi ipsos attendant.

66. **A**CTORVM 20. *Attendite uobis & uniuerso gregi, &c.* BALDWINVS. Primum uobis, deinde gregi: hæpnda est ratio salutis propria, his qui negotium procurant salutis alienæ, castigatis motibus decet nos uiuere, quibus credita est censura moralis disciplinæ. A se debent incipere, quos primum oportet pro se rationem reddere. Attendite, inquit, uobis. Attendite quid estis secundum naturam infirmæ conditionis, quid secundum functionem iniunctæ legationis, quid secundum potestatem acceptæ dignitatis; quid secundum humilitatem debitæ seruitutis? Attendite quid estis cum aliis, quid propter alios, quid denique infra alios. *Cum aliis quid estis, nisi homines? similes aliis passibiles in peccatis concepti, moriendi necessitate constructi.* Tales enim decet esse Pontifices, qui norunt esse compassibiles eo quod sint & ipsi passibiles. *Ergo quia homines estis, infirmi estis secundum naturam infirmæ conditionis. Secundum functionem iniunctæ legationis propter alios.* Angeli pacis estis in quibus Deus posuit uerbum reconciliationis, ut cum Apostolo dicere possitis. [Pro Christo legatione fungimur tamquam Christo exhortante per nos, obsecramus pro Christo reconciliati Deo, non enim in carne, sed in spiritu, sicut administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis.] Missi autem à Deo, qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis; unde & uos discipulorum corda urere & illuminare debetis, ut calore igniti elo-

quij pa-

quij pariter ardeant, & à calore eius non se abscondant. Mali uero sacerdotes, cum boni Angeli non sint, malis Angelis rebus comparantur; qui de cælo lapsi in ueritate non steterunt, & honorem dignitatis Angelicæ perdididerunt, ne ergo & uos cadatis attendite; quia non solum Angeli estis propter alios, sed dii estis supra alios. *Et hoc secundum dignitatem acceptæ potestatis.* Potestas uestra de cælo est, & ex Deo; quis enim potest peccata dimittere nisi solus Deus? & uobis tamen data est potestas dimittendi peccata; quia Deus Deorum locutus est, & dixit: [Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.] In hac autem potestate uestra Deus semper repræsentatur à uobis in terra, ut per uestrum ministeriū Deus semper præsentis quærentibus eum, non solum præsentia maiestatis, sed repræsentatione suæ autoritatis. Attendite quantus honor illi debeatur à uobis, qui tã honorabile nomen dedit uobis. In hoc enim nomine timendi estis, & honorandi; Timendi ut iudices, & honorandi ut Patres; Timendi pro potestate, honorandi pro sanctitate. Si cui uestrum sanctitas deest, quod absit, timeat ille, quoniã index est, timeat ille, quoniã stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deus diiudicans; nouit enim qui sunt eius. Nam qui amant primos recubitis in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & primas salutationes in foro, & uocari ab omnibus Rabbi; qui sunt mercenarij, qui sunt fures, & latrones; qui non intrant per ostium, qui sunt nummularij, qui uendunt columnas in templo, qui sunt canes muti, qui sunt operarij mali: Totum hoc genus Deorum, inter falsos Deos computandum uideatur. Simulachra enim sacerdotum sunt, & sicut imagines Deorum, aut idola abominationum in templo. Quemadmodum unius ueri Dei cultus per idololatriam, idolo indebitè exhibetur: Ita honorem Diis, id est, sanctis sacerdotibus debetur, indebitè sibi usurpant, qui sibi sumunt honorem non uocitati à Deo tamquam Aaron. Attendite iterum humilitatem uestram, & seruitutis necessitatem, & quid infra alios estis. Si uultis audire, dicat Propheta quid estis, qui ad Dominum loquens ait: [De fructu operum tuorum satiabitur terra producens foenum iumentis, & herbam seruituti hominum.] De tam alto in tam imum deuoluti estis, sicut scriptum est: Ascendunt usque ad cælum, & descendunt usque ad abyssos. Hoc enim sentire in uobis quod & in Christo Iesu: cū enim ille esset Deus, in forma Dei semetipsum exinanuit formam serui accipiens. & uos dii estis, exinanite uosmetipsos, & seruilem formam accipite; ut interdum efficiamini sicut Dominus propter homines, infirmi propter infirmos, sicut ille: qui dicit: [Quis infirmatur, & ego non infirmor?] Sequitur. *Uos posuit Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Hoc est enim officium uestrum secundum geminum regendi modum, dirigere, & corrigere in iustitia, & iudicio. His enim uirtutibus sedes Dei præparatur, aut corrigitur. Sicut scriptum est: [Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.] Per uestram iustitiam uestrumque iudicium præparanda est sedes Dei in his, qui nondum scilicet se Deo seffori præbuerunt; hoc est in his qui nondum Deo per obedientiam subiecti esse cœperunt: præparanda est in his etiam, qui lapsi sunt, ut erigantur; quia Dominus supponit manum suam, ad vos omnium oculi respiciunt: uita enim uestra speculum est sanctitatis, honestatis exemplum, & iustitiæ signaculum.

Sacerdotes in administratione sacramentorum æquales.

67. **G**REG. NAZIANZENSIS. *Oratione in Sanctum Glanacrum.* Noli mihi dignitates eorum qui te

purgant curiosè expendere, neque ex maiorum prolapia iudica: etenim alius alio melior, uel humilior, at uenustiusque est sublimior. Cæterum ita considera. Sint annuli duo; aureus hic, ferreus alius, uterque eadem regia imagine sculptus, ceræ ambo imprimantur, quid inter signum hoc, & illud intererit? nihil, discernere materiam in cera etiam si sapientissimus existas. die quodnam ferri, quodnam auri sit signaculum; sed quo pacto unum est? quia inter materiam non characterem est diuersitas. Ita & ubi sit omnis baptizator, qui tamen si conditione excellat, æqualis tamen baptismatis vis est, ac unusquisque æqualis tibi sit expugnator, qui fide eadem est formatus.

Sacerdotium malis sacerdotibus non vituperandum.

68. **C**HRYSOS. *Homil. 4. de uerbis Isaie, uidi Dominum, &c.* Cū uideris sacerdotem indignum, ne eraducas sacerdotium: non enim oportet damnare res, sed eum, qui bona re malè utitur, quandoquidem & Iudas proditor fuit, uerum ob id non accusatur ordo Apostolicus, sed illius animus, nec crimen est sacerdotij, sed malum animi; & tu igitur ne sacerdotium vituperes, sed sacerdotem re bona malè utentem. Etenim si quis tecum disputet, dicatque: uidisti illum Christianum? respondeat, ego non de personis, sed de rebus tibi loquor. Alioquin quot medici facti sunt carnifices, ac uenena pro pharmacis dederunt? non tamen artem vitupero, sed malè utentem artem. Quot nauarum malè reuerunt nauigii; uerum non ars nauigandi mala est, sed illorum animus; si Christianus fuerit improbus ne incutes professionem ac sacerdotium, sed re bona utentem malè.

Sacerdotium regno præfertur.

69. **C**HRYSOS T. *Ibidem.* Regi corpora commissa sunt, sacerdoti animæ. Rex maculas corporis remittit, sacerdos autem maculas peccatorum: ille cogit, hic exhortatur: ille necessitate, hic consilio; ille habet arma sensibilia, hic spiritualia: ille bellum gerit cum barbaris, mihi bellum est aduersus dæmones. **I**D E M *libr. 3. de sacerdotio; Quid? Sacerdotij optione proposita (quod quidem regno tanto est excellentius, quantum spiritus, & carnis interuallum esse potest) sustinebit ne adhuc quisquam contempus ac fastidij nos reos agere? qui uero id non absurdum? eos qui prouincias paruas respuunt, ut deliros incurare eos uero qui hoc idem in mare excellentibus factitant liberare quidem amentie crimine, insolentia autem ac superbia reos agere? perinde quasi si quis eum, qui bouillum armentum despiceret, qui armentarius esse recuset, animi quidem insolentia ne quaquam præditum esse, mentis autem alienatione præditum esse profusus criminaretur.*

Sacerdotium dignitas maxima.

70. **M**ATH. 16. *Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis, &c.* **C**HRYSOS T. *libr. 3. de sacerdotio.* Rex aliquis si cui ex subditis suis honorem hunc imperitus fuerit, ut potestatem habeat quoscumque uelit in carcerem coniciendi, eosdem rursus relaxandi, is nimirum beatus, ac mirandus iudicio omnium fuerit: at uero, qui à Deo tanto maiorem accepit potestatem, quanto cælum terra pretiosus est, quanto etiam animæ corporibus præstant, hic ita ne uilem à Deo dignitatem nonnullis accepisse uideri debet? & infra. Proinde naturales parentes, si eorum liberi principes quosdam, magnatésque ostenderint, opem certè illis nullam afferre possunt: cum

cum sacerdotes non principes, reges, sed & ipsum Dominum nobis infernum læpenumero concilient.

Sacerdotes vigilent ne in administratione peccent.

71. **C**HRYST. *lib. 3. de sacerdotio.* Si vsu venit, ut quibus ciuitatum principatus conceditur est; si nisi valde prudentes pariter ac vigilantes fuerint, tum ciuitates ipsas euertant, tum seiplos perditum eant: quanta illum virtute non sua tantum vnius; sed & caelesti præditum esse conuenit, cui forte contigit, ut Christi sponfam colat ornetque, si modo peccandi occasione vitare is velit? *& infra.* Quemadmodum in præliis videmus generosissimos quosque milites alacriter manum cum hoste conferere, eisdemque, si ita res ferat, fortiter occumbere: ita oportere putato imitatos esse, qui ad ministerij illius functionem se conferunt, ut videlicet, & consecrati, & summo iuxta parati sint.

De malis sacerdotibus.

72. **I**DEM *ibidem.* Quemadmodum seuentibus pugnantibusque inter se se asperrimis ventis derepentem mare antea quietum ac tranquillum furit: atque intumescit, eosque omnes quos tum vela facere contigerit, perdit; ita Ecclesie tranquillitas perditis hominibus turbulentis admissis, turbulentia ac naufragiis permultis infestatur. **I**DEM *homilia 24. operis imperfecti.* Prius in vallibus sit obscuritas die declinante ad occasum: quando ergo colles videris obscurari, quis dubitat, quin iam nox est. Sic primum in sæcularibus & laicis Christianis incipit præualere obscuritas peccatorum: nunc autem quando iam vides, quod sacerdotes positos in summo vertice spiritualium dignitatum, qui montes; & colles dicuntur, apprehenderit iniquitas tenebrosa, quomodo dubitetur, quia finis est mundi? **I**DEM *homil. 38.* Quemadmodum medicus quando primum ingreditur ad infirmum, statim de stomacho eius interrogat, & eum componere prius festinat; quia si stomachus sanus est, totum corpus validum est: ita si sacerdotium integrum fuerit, tota Ecclesia floret, si autem corruptum fuerit, tota Ecclesia marcidat est; *& infra.* Sicut in torpore si aliquod membrum infirmatum fuerit, non omnino languet stomachus, si autem stomachus languerit, omnia membra inueniuntur infirma. Sic si aliquis inferiorum peccauerit, non omnino peccant sacerdotes: si autem sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandum. *& infra.* Quemadmodum cum videris arborem pallentibus foliis marcidam, intelligis: quia aliquam culpam habet circa radicem: ita cum videris populum indisciplinatum, & irreligiosum, sine dubio cognosce, quia sacerdotium eius non est sanum.

Sacerdotum diligentia circa animarum salutem.

73. **C**HRYST. *Hom. 30. in Matih.* Imitandi sunt boni medici, qui non vno curationis modo vtuntur, sed cum viderint primis remediis non esse deprehensum morbum, alia, atque alia rursus excogitant, & aliquando quidem ligantes membra doloribus dolores excutiunt, aliquando verò incidunt, ita multis variisque medendi generibus, tandem corpus ad sanitatem reducant. Quare pariter tu animatum medicum factus, omni curationis modo secundum leges Christi vtaris, omni curationis modo secundum virtutem reducere, primum viuendi exemplis, deinde orationis gratitate, ac postremò patrocinij ac auxilij copia. **I**DEM *Homil. 8. operis imperfecti.* Quemadmo-

dum Paterfamilias studiosus scit in domo sua quid vnusquisque necessarium haber: ita sacerdos singulorum mores, & actus, & conuersationem debet discere, ut quale quibusque medicamentum necessarium fuerit, subministrer, cui consolatio consolationem, cui increpatio increpationem. **I**DEM *Homil. 38.* Sicut cor sapientie locus est: ita sacerdotes sunt receptacula sapientie spiritualis.

Sacerdotum exempli.

CHRYST. *Homil. 40. operis imperfecti.* Sicut qui futuriam aut quamcumque aliam proficetur artem, & si specialiter non spondeat, tamen per hoc ipsum quod futuriam professus est artem, & opificium, vel magisterium artis eius aperuit, videtur tacite omnibus spondidisse, ut sine reprehensione impleat quam professus est artem; Sic sacerdos, & omnis clericus, & si specialiter non promittat, tamen per hoc ipsum quod doctor constituitur aliorum, statim promittere Deo videtur, in omnibus obauditurum se Deo. *& infra.* Sicut colonus, quamuis de suo munera obtulerit Domino, non sic eum placat quomodo si de vinea eius redditus Domino obtulerit, sic sacerdos, non tantum propter iustitiam suam placet Domino, quomodo si populum Dei in sanctitate docuerit: quoniam ipsius iustitia vna est, populi autem multiplex.

Sacerdotes etiam mali honorandi & obediendi.

MATH. 23. *Quaecumque dixerint vobis seruate, & facite.* **C**HRYST. *Homil. 43. operis imperfecti.* Accipite quod vestrum est, & nolite discutere quod alienum est, sicut sacerdotes etiam infideles docent, propter fideles, melius iudicantes propter bonos etiam malos fouere, quam propter malos etiam bonos negligere: Sic & vos propter bonos sacerdotes etiam malos honorate, ne propter malos etiam bonos contemnatis. Melius est enim malis iusta præstare, quam bonis iusta subtrahere. Frequenter enim & de malo homine bona doctrina procedit; Ecce enim vilis terra preciosissimum aurum producit, nunquid propter terram vilem preciosum aurum contemnitur? non; Sed sicut aurum eligitur & terra relinquatur: sic & vos doctrinam accipite & mores relinquit. nam ut apibus herbae necessarie non sunt, sed flores herbarum: flores enim illæ colligunt, herbas verò relinquunt: sic & vos flores doctrinae colligite, & conuersationem relinquit. Fidem prædicant, & infideliter agunt: pacem aliis dant, & sibi non habent, veritatem laudant, & mendacia diligunt, auaritiam castigant, & auaritiam exercent; *& infra.* Vis apparere sanctus, circa tuam vitam esto austerus, circa alienam autem benignus: audiant te homines parua mandantem, & grandia videant facientem; talis est autem sacerdos, qui sibi indulget, & ab aliis grauiam exigit, quemadmodum scriptor tributum in ciuitate, qui se releuat & onerat impotentes.

Sacerdotum diligentia circa salutem animarum.

IDEM **C**HRYST. *Homil. 46.* Quemadmodum gallina habens pullos vocando illos non cessat assidua voce vagantem corrigere pullorum suorum. Sic sacerdotes in doctrina cessare non debent ut studio suo, & assiduitate doctrinarum suarum negligentiam populi errantis emendent.

Sacerdos redditurus est rationem pro populo.

MATH. 27. *Quis putas est fidelis seruus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam.*

suam. **C**HRYST. *Homil. 15.* Paterfamilias super possessionem suam villicum ponit, ut non cum singulis colonis habeat causam, sed de solo villico omnem exigat rationem: Si ergo inter colonos aliqua indisciplinatio fuerit facta, vnusquisque pro suo delicto reus efficitur, villicus autem pro omnium delictis: & si bene redditum suum reddiderint, vnusquisque quidem pro sua fide laudatur, villicus autem pro fide omnium remuneratur: Sic & Deus in populo ideo ordinat sacerdotes, ut actuum eorum ipsi discutiant rationem: ideoque peccante populo vnusquisque quidem pro suo malo punitur, sacerdotes autem pro suo bono remunerantur, sacerdos autem pro bonis omnium.

Sacerdotes diligendi etiam mali.

78. **I.** **A**D THESS. 4. *Propter opus ipsorum pacem habete cum illis.* **C**HRYST. *super hunc locum homil. 10.* Qui Christum diligit, qualis qualis sacerdos tandem sit, ipsum quoque diligit: quoniam per eum tremenda mysteria cõsecutus est. Dic mihi, si cupidus visendi regias auro multo splendentes & lapidum pretiosorum splendore vndique coruscantes, inuenires eum qui claus haberet, is autem rogatus abs te confestim illas refereret, introque te mitteret; an non illum præ omnibus honorares? An non æquè ut oculos tuos diligeres? Sacerdos verò tibi calum aperuit, & illum non amas, nec amplecteris; Si vxorem habes, an non eum qui tibi eam conciliauit omnium maxime amas? Ita si Christum amas, si amas regnum caelorum; agnosce eos per quos illos habes; Quapropter dicit. [Propter opus ipsorum, &c.] **I**DEM *homil. 99. in Genes.* Si videntes viri alicuius dignitate sæculari insignem familiarem, operam dant, ut quantum possibile est illi præstent obsequium, cogitantes, ut quæ illi sunt, eius domino accedant, & quod ille familiaris, vbi significarit patrono suo, maiorem nobis apud eum fauorem conciliet; multo magis hoc erit apud vniuersorum Dominum. Nam si quis in vulgare aliquem & abiectum benignitatem & compassionem declararit, Dominus quæ sunt sibi propria faciens, promittit se in regnum introducturum eos, qui aliquid boni ei fecerint, &c. *Hæc ille.* Quid faciet Dominus si hæc sacerdoti suo præstiterimus.

De malis sacerdotibus.

79. **P**ROVERB. 10. *Sicut acetum dentibus, & fumus contrarius est oculis, &c.* **HIERON.** *super hunc locum.* Ita sacerdos in Ecclesia prauus per acedinem peccati fidelium sensus obtundere facit, atque erroris ignorantia oculos cordis eorum ab intuitu fidei, seu intellectu rectitudinis, dum caligant, velut fumus excæcat, sicut hereticorum perfidia bonis doctoribus molestiam generat, & lacrymas: sic malè viuens Catholicus eis, qui se fidem suam ostendere ex operibus iusserunt, per inertiam grauis est. Oculi quidem & dentes, prædicatores sunt sanctæ Ecclesie; qui ei recta itinera præuidere, & alimenta spiritualia suggerere solent. Porro acetum quod à vino degenerat, & fumus qui ab igne ascendens euanescit, eos qui ab Ecclesiastica claritate, & suauitate per superbiam & focordiam recedentes, hanc etiam verbis impugnant, figuratè denunciant, de quibus dicit Ioan. [Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.]

De sacerdotibus simplicibus.

80. **P**SAL. 36. *Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.* **AMBROS.** *super hunc locum.* Philosophi in sermone diuites sunt, fidei inopes, veritatis extorres: & sunt plerique simplices Domi-

ni sacerdotes, in sermone pauperes, abstinentia, & virtute sublimes: Illi multis loquuntur perfidiam, isti paucis fidem asserunt: illi suos amittunt quotidie, sacerdos hic pauper populos acquirit Ecclesie numeroque credentium. Qui ergo hos audierit & viderit eorum qualitatem dicit: *melius est modicum, &c.* Hinc Salomon deriuauit illud, quod quasi suum exposuit: [Ex multiloquio non effugies peccatum.]

De malis sacerdotibus.

GREGOR. *hom.* super illud Luc. *Designauit Dominus & alios septuaginta duos, &c.* Cui similes dixerint sacerdotes malos, nisi aquæ baptismatis, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum caeleste mittit, & ipsa in cloacas descendit.

Sacerdos ampli pectoris esse debet.

LEVIT. 8. *Versu 29.* *Tulit Moyses pectusculum, & eleuans illud coram Domino, &c.* **BRUNO.** Ideo Moyses sibi pectusculum vendicat, quia pectorosi & sapientes pontifices esse debent: magnum enim pectus habere oportet, qui hæc tanta seruare debet & reponere sacramenta. Sed quare coram Domino, pectus eleuat? nisi ut corda & pectora nostra semper sint leuata ad caelestia contemplanda.

Num. 83.

DE grauitate sacerdotum erga verba, Vide, *supra.* **83.** num. 61. **EX BERNARDO.**

De sacerdotali dignitate.

MATH. 8. *Vade ostende te sacerdoti.* **ISAAC.** **84.** Nemini igitur peccatori dicat sanatura se esse, cum intus gemuerit, vbi solus, sed non totus Christus dimittit, si ostenderet se sacerdoti contempserit cui dispensatio credita est remissionis, & ob hoc honor debetur confessionis: Nam si dixerit, & immundior iam merito dicitur, à quo mundator contemnitur, qui sub hac conditione mundauit, ut mundum se leprosus non diceret, nisi se sacerdoti ostenderet, & munus offerret. Sicut enim dimissa dimittenti non redeunt: sic condemnata intus, foris contemnti consistit, nihil profunt. Sicut qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum: qui non honorificat sponfam, non honorificat filium qui suscepit eam, cuius vtique contempnus in totius redundat iniuriam Trinitatis, nihil ergo Ecclesia potest dimittere sine Christo; nihil vult Christus sine Ecclesia; nihil potest Ecclesia nisi penitenti, quem Christus prius tetigerit: nihil vult Christus dimissum seruare Ecclesiam contemnti. Omnia per se potest omnipotens Christus, scilicet baptizare, Eucharistiam consecrare, ordinare, peccata dimittere, & similia: sed nihil vult sine sponfa humilis, & fidelis sponfus. Quod igitur Deus coniunxit, homo non separet. Noli caput turturis prorsus abrumpere, noli caput corpori detrunicare, non enim decollari voluit Christus, sed cruce extendi, distendi, suspendi, ut ima, summa, media copularet. Noli ergo corpori caput subtrahere, ut nusquam totus sit Christus; nec enim totus Christus sine Ecclesia vsquam, propter quod dicit: [nemo ascendit ad caelum nisi qui descendit de caelo,] iste est solus homo, qui peccata dimittit.

Non est Evangelici sacerdotis pecuniam possidere.

ACTORVM 3. *Argentum & aurum non est mihi.* **BALDWINVS.** Digna vix principatu principis Apostolorum, principis Ecclesie. Quid Petro, & auro? Nonne Petrus dicit, Nos reliquimus omnia, quid ergo erit nobis? De mercede querenti non au-

rum repromittitur vel argentum; hæc enim contemnebat, quia in gloria egentium superbiebat. Vnde & agrorum pretia ad pedes ipsius ac cæterorum à fidelibus ponebantur, meritoque ante pedes, quasi pedibus conculcanda, quæ indignum erat vel manibus atrectari.

Qualiter omnes fideles sint sacerdotes spiritualiter.

86. ROMAN. 12. *Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam, uiuentem, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum.* PETRVS CHRYSOST. Apostolus sic rogando omnes homines ad sacerdotale fastigium iam prouexit. Ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam. O inauditum Christiani pontificatus officium, quando homo ipse sibi est, & hostia & sacerdos! Mirum planè sacrificium, ut corpus sine corpore, sanguis sine sanguine offeratur. Sed hoc sacrificium Christi descendit ex forma, qui corpus suum pro uita sæculi uitaliter immolauit, & uerè corpus suum fecit hostiam uiuam, qui uiuit occisus. Hinc Martyres morte nascuntur, siue uita in gloria & in cælo iacent, qui in terris putabantur extincti: & tu igitur induere sanctitatis stola, præcingere baltheo castitatis, sit in uelamento capitis tui Christus, crux in frontis tuæ munimine perseveret, pectori tuo appone diuinæ scientiæ sacramentum; in odore thymiamia semper orationis accende, arripe gladium spiritus; altare cor tuum pone, & sic corpus tuum aduocæ Dei securus ad uictimam. Deus fidem non mortem querit, uotum non sanguinem sitit, placatur uoluntate, non nece. Sic igitur fiet corpus tuum hostia uiua, si nullo peccati iaculo fuerit lauciatum: non enim potest mori qui in tali gladio meretur occidi. *Sanctam Deo placentem.* Quantum enim immaculata uictima placat Deum, tantum si maculata fuerit exacerbat. *Rationabile sit obsequium uestrum.* Obsequium ratione uigens feruor est quod non ratione frænuatur; quis enim non uocatus ad aula regalis se proripit seruitutem, quis sine titulo militari militem se ausus est profiteri, quis sine dignitatis insulis nomen dignitatis inuadit, hinc siquidem Saul tumens regali vertice, dum putat sibi de sacerdotio quid licere, regnum quod acceperat altaris temerator amisit; hinc Iudæus dum legem sine legis ratione excolit legis interimit auctorē. Vide, *Sacrificia*, num. 7. ex RVPERT.

Dignitas sacerdotum circa Eucharistiam, uide Eucharistia, num. 134. & 150.

SACRIFICIUM.

Sacrificia acceptabantur per ignem de celo missum. 1.
Sacrificia antiqua accepta, postea mortifera. 2. 14.
Sacrificia antiqua quare licita olim. 3. 5. 14. 19.
Sacrificium gratum facit bona uoluntas. 4.
Sacrificium gratum Deo spiritus contribulatus. 6. 7.
Sacrificium Abrabæ quare iustum. 8. 9.
De multitudine sacrificiorum antiquorum. 10.
Qualiter uerum sit Deum non præcepisse sacrificia animalium num. 11.
Sacrificia antiqua non permissa sed præcepta à Deo, 14. 16. 19.
Soli Deo debetur sacrificium. 12. 13.
Sacrificium uisibile inuisibile est sacramentum. 12.
Quæ sacrificia modo à nobis requirat Deus. 15. 17.

Sacrificia priuata prohibita. 16.
Nosmet ipsos offerre debemus in sacrificium. num. 17.
Sacrificia impiorum Deo abominabilia. 18.

Sacrificia acceptabantur per ignem de celo missum.

GENES. 4. *Respexit Deus ad Abel & ad munera eius, &c.* HERON. Vnde scire poterat Cain quod fratris eius munera susceperat Deus & sua repudiasset, nisi illa interpretatio uera esset, quam Theodotio posuit: [Et inflammavit Dominus super Abel, & super sacrificium eius, super Cain autem & super sacrificium eius non inflammavit.] Ignem autem ad sacrificium deuorandum solitum venire de cælo & in dedicatione templi sub Salomone legimus 3. Reg. 18. Et quando Elias in monte Carmelo construxit altare. 2. Paralip. 7. Item in prima consecratione sacerdotis Aaron, *Leuit.* 9. & super sacrificium Gedeonis *Iud.* 6.

Sacrificia antiqua primò accepta, postea mortifera.

GENES. 4. *Nonne si bene egeris recipies, &c.* Septuaginta. Nonne si rectè offeras, non autem rectè diuidas peccasti? AVGVST. Non rectè diuiditur dum non rectè discernuntur uel loca, uel tempora, uel res ipsæ, quæ offeruntur, uel qui offert, uel cui offertur, ut diuisionem intelligamus hic discretionem. Vide, *Bona*, num. 13. *Idem lib.* 12. *contra Eustum Manichæum*; Et si antea Iudæi rectè sacrificia legis fecerunt, in eo tamen infidelitatis rei sunt, quia Christo ueniente iam tempus noui testamenti non distinxerunt. Cain rectè obrulit, sed non rectè diuisit, & ideo peccauit.

Sacrificia animalium quare licita olim.

GENES. 8. *Adificauit Noe altare Domino, & tolens de omnibus pecoribus & uolucris mundis, obrulit holocausta super altare.* DIODORVS. Permissit autem ipse Deus Abel & Noe, qui primus altare Deo consecrauit, Abraham & Isaac aliosque sanctissimos Patres sibi sacrificia offerre, tum quia quandoque & ipse, pro salute mundi immolandus erat, tum ut Iudæi Patrum suorum exemplo, non idolis, sed Deo Israel per amplius deuotiusque offerrent. RVPERT. Altare ædificauit Noe in quo Saluator suus adoratur, & quia non solum hominem, sed & propter hominem iumenta & animalia Deus seruauerat, merito illi de cunctis pecoribus, & uolucris mundis super altare ab homine offeruntur holocausta: ipsa enim ratio naturalis dicitur, ut de suis donis honoretur in primis ipse qui dedit.

Bona uoluntas sacrificium gratum facit.

GENES. 8. *Odoratusque est Dominus odorem suauitatis.* CHRYSOST. Vide quomodo animus offerentis fumum, & nidorem, & omnem insuauitatem, quæ inde nascitur, multa fragrantia impleuit: at non est ita de ingratis Iudæis: incensum, ait Propheta, abominatio est mihi, ostendens uoluntatis offerentium malitiam: Quemadmodum enim hic iusti uirtus, fumum & nidorem fecit odorem fragrantiae, sic apud illos offerentium nequitia bene olens incensum in abominationem conuertit. Bonus enim Dominus non consuevit attendere ad ea, quæ à nobis fiunt, sed ad internam mentem, à qua ut hæc faciamus impellimur; quod si fumum & nidorem bona mens fecit, fieri odorem suauolentiae, quid non hæc spiritualibus nostris cultibus, & quantam non gratiam cælitus nobis procuraret? itaque siue prece-mur, siue ieiunemus, siue elemosynas faciamus (istæ enim sunt spirituales nostræ hostiæ) hoc faciamus bona

bona mente incitati, ut & laboribus dignam referamus coronam: Vnde & Apostolus. [Christi, inquit, bonus odor fumus, & iis qui saluantur, & iis, qui pereunt.]

Sacrificia animalium quare tunc licita.

IBIDEM IDEM. Propterea ab initio permisit Deus sacrificia sibi offerri, ut quoniam natura nostra imperfectius se habebat, simul, & suam gratitudinem declararet & idolorum perniciosum cultum effugere possit; Prius enim uoluit ut sibi dona offerrentur, quo uel sic à sacrificiis idolis immolandis homines depelleret, & intelligamus ex rebus ipsis, quod propter nihil aliud hæc fieri permisit, quam propter nostram utilitatem, propterea concessit ut igne consumerentur, ut ex his quæ fiunt discant etiam ij, qui offerunt Dominum nullius indigere, & quod omnia propter suam utilitatem fiunt.

Sacrificium gratum Deo spiritus contribulatus.

IBIDEM RVPERT. Non quod carnum niditibus oblectetur: Nec enim caro ipse est, aut corpus, ut talium delectetur odoratu. Sed quia spiritus est, & in hostiis corporalibus offerentis cor intuetur, & si pia est cõtritione eius delectatur suauis Dominus, plusquam homo corporali quantum suauis suauis odore mulceatur; unde in *Psal.* [Sacrificium Domino spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet.] CAIET. in Hebræo loco, *odorem suauitatis*, habetur, *odorem quietis*, ad differentiam odorum sensibilium. Nullus enim odor sensibilis, qui si perseveret non fastidio afficiat, & per consequens nullus est odor quietis; odor autem spiritalis, id est, deuotio offerentium, est odor quietis; nunquam enim fastidit Deum.

Idem.

IBIDEM RVPERT. Ille holocausta offert Deo & Patri, dum cum ipsius gratia facimus quod nobis præcipit. Vnde Apostolus *Roman.* 12. [Obsecro uos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem.] Sumus namque omnes hoc faciendo sacerdotes, sicut in *Apocalypsi cap. 5.* dicimus gratias agentes; [Redemisti nos Deo in sanguine tuo, & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes.]

Sacrificium Abrabæ quare iustum.

GENES. 15. *Sume mihi uaccam triennem & capram trimam, & arietem annorum trium, uerturam quoque, & columbam, &c.* CHRYSOST. More humano inquit cum eo fœdera, quando enim aliquid promittimus & uolumus certum reddere promissum, signum damus, & pignus, ut ad illud spectans is cui promissio facta est scire queat promissa omnino euentura. LIPOMAN. Mos paciscendi veterum erat, occidere animalia & in duas diuidere partes, interque de regione compositas partes transire. Vnde Poëta. *Et casa iungebat fœdera porca.* His enim ceremoniis dignus morte decernebatur, si quis fœdus aliquando rupisset, & pacta negligeret. Alij dicunt, ut CYRILLVS, quod antiqui hostiis fœdera sanciebant, & ideo dixisse Dominum Abrahæ: *Sume mihi uaccam, &c.*

Idem.

AVGVST. Similitudo hic data est, de tribus animalibus, & duabus uolucris, ut futura per hæc sciret Patriarcha. Per iuuenem significata est plebs posita sub iugo legis; Per capram eadem plebs peccatrix futura; Per arietem eadem plebs regnatura;

quæ animalia propterea *trima* dicuntur, quia per tres ætates hæc futura erant, nempe ab Adam usque ad Noe, à Noe usque ad Abraham, & ab Abraham usque ad Dauid. THEODOR. Vel tria illa animalia significant tres generationes, quæ in Ægypto futurae erant; turtur uerò declarat generationem illam, quæ ex Ægypto uolauit & in deserto permansit: auis enim hæc desertum amat. Columba uerò generationem quæ promissam terram adeptam est; columba enim domos inhabitat. GLOSSA GRÆCA. Vitula indomita significat generationem primam Hebræorum, quæ in Ægyptum descendit, quæ à seruitute libera fuit. Capra quæ modicum dominis suis prouentum præbet, secundam generationem, quæ modica seruitute Ægyptiis seruit. Ariet, qui copiam lanæ præstat, tertiam generationem, quæ longo seruitio Ægyptiis subiecta fuit.

De multitudine sacrificiorum antiquorum.

GENES. 49. *Beniamin lupus rapax, manè comedet prædam, & uespere diuidet spolia.* HERON. Hoc ita Hebræi edisserunt, altare in quo immolabantur hostiæ, & uictimarum sanguis ad basim illius fundebatur, in parte tribus Benjamin fuit. Hoc inquit ergo significat, quod sacerdotes manè immolabant hostias, & ad uesperam diuidunt ea, quæ sibi à populo ex lege collata sunt, lupum sanguinarium, lupum voracem, super altaris interpretationem ponentes, & spoliolum diuisionem super sacerdotibus, qui seruientes de altari uiuunt, ita exponit etiam Chaldaica. Vide, *Passio Christi*, num. 76.

Qualiter uerum sit Deum non præcepisse sacrificia animalium.

EXODI 20. *Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eum holocausta.* CAIETAN. Contrarium uidetur dicere Dominus per Ieremiam *cap. 7.* [Non sum, inquit, locutus cum patribus uestris, nec præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti super uerbis holocausti & uictimæ.] Respondetur quod Ieremias uerum dicit de sermone & præcepto Domini ore proprio ad populum: decem enim duntaxat præcepta dedit Deus colloquendo cum populo per se ipsum immediate. Nam quæ de altari, holocaustis, & uictimis præcipiuntur, mandauit Deus postea populo per Moysen. RVPERTVS. Vel quod ait Dominus, non sum loquutus nec præcepi; intelligitur quod Moyses iussit, non me iubente, sed me permittente præcepit. Vincula enim fuerunt sacrificia, permissa uidelicet propter transgressionem, uel dum talium sacrificiorum ritum detinerent, non uacaret eis errare à Deo suo in suis adinventionibus, & illicitis idolorum cultibus. LIPOMAN. Vel non sum locutus, nec præcepi ei, uidelicet primò & principaliter; cum propter aliud fuerint instituta sacrificia, designabant enim mortem unigeniti filij Dei, nec non & extinctionem carnalis nostræ uitæ. Qui ergo umbras futurorum, holocausta esse uoluit tantummodo, rectè dicere potuit non præcepisse uictimas & holocausta.

Soli Deo debetur sacrificium.

EXODI 22. *Qui immolat diis, occidetur, præterquam Domino soli.* AVGVST. 10. *de ciuitate Dei cap. 4. 5. &c.* Nullus hominum est qui sacrificium audeat dicere debere nisi Domino suo. Quis enim sacrificandum censuit, nisi ei, quem Deum aut sciuit aut putauit, aut finxit? quàm porro antiquus sit in sacrificando Dei cultus, duo illi fratres Cain & Abel satis indicant, quorum maioris Deus reprobauit sacrificium, minoris aspexit, quis autem ita despiciat,

vt existimet aliquibus vsibus Dei esse necessaria, quae in sacrificiis offeruntur? Vnde Propheta dixit Domino: [Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non indiges.] Non solum igitur pecore vel qualibet alia re corruptibili atque terrena, sed ne ipsa quidem iustitia hominis Deum egere credendum est, totumque quo rectè colitur Deus, homini prodesse non Deo: Nec enim fonti se quisquam dixerit profuisse, si biberit, aut luci, si viderit; Sacrificium autem visibile inuisibilis sacrificij sacramentum, id est, sacrum signum est. Vnde Propheta penitens: [Si voluisses, inquit, sacrificium dedissem utique: holocaustis non delectaberis; sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet.] Non vult ergo sacrificium Deus trucidati pecoris; sed vult sacrificium contriti cordis. Vnde alibi dicit: [Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius; numquid māduducabo carnes taurorum, &c.] Vide locum Augustini ubi latè probat sacrificia antiqua fuisse figuram sacrificij spiritualis animæ & corporis, & declarat quodlibet opus misericordiæ & penitentiae esse verum sacrificium acceptissimum Deo.

Idem.

13. **I**BID. D. THOM. 2. 2. q. 85. ar. 2. Sicut soli Deo summo debemus sacrificium spirituale offerre, ita soli ei debemus exteriora sacrificia. Sicut etiam laudantes, atque orantes ad eum dirigimus significantes voces, cui res ipsas in corde, quas significamus, offerimus, vt AVGVST. dicit 10. de ciuit. hoc etiam videmus in omni republica obseruari, quod summum Rectorem aliquo signo singulari honorant, quod cuiusque alteri deferretur, esset crimen læsæ maiestatis, & idè in hoc loco statuitur pœna mortis iis, qui diuinū honorem alijs exhibent. Vide eundem D. THOM. in 4. q. 49. ar. 2.

Sacrificia non erant ingrata Deo.

14. **O**SE 6. Quia misericordiam volui & non sacrificium. P. RIBERA. Per misericordiam intelligunt aliqui misericordiam Dei; Alij misericordiam hominis, de quo vide eundem Riberam, qui de sacrificiis veteribus sic ait. Ex hoc loco colligitur primo non reici sacrificia, vt ingrata Deo; sed illius misericordiam, beneficentiãque præferri. Nam cum de decima menthæ & anathi locutus fuisset Christus, & de grauioribus præceptis legis, ad extremum intrulit. [Hæc oportebat facere & illa non omittre.] Mat. 23. Et alibi cum dixisset, Mat. 5. [Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, &c.] Postea dicit: [Tunc veniens offeres munus tuum.] Ita sentit IRENEUS. lib. 4. contra hæres. cap. 32. & AVGVST. 10. de Ciuitate cap. 5. & lib. 20. contra Faustum c. 16. Et quamuis CHRYSOST. hom. 31. in Mat. notat quod non ait Dominus, Misericordiam volo magis quam sacrificium, sed, Misericordiam volo & non sacrificium, paulo inferius se ipsum exposuit dicens: ostendit quod non esset quod illi vituperabant, sed multo magis quam sacrificia, cautum. Secundò inferunt sacrificia illa antiqua non permissa, sed præcepta à Deo fuisse, illique placuisse donec vetus lex abrogaretur. Quoniam ante Moysen & ante idololatriam sancti immolauerunt hostias Deo. Abel obtulit de primogenitis gregis sui, & de apibus eorum, & respexit Dominus ad Abel & ad munera eius. Genes. 4. Item, Noe ædificauit altare Domino, & c. & obtulit holocausta, & c. odoratusque est Dominus, & c. Genes. 8. item, ad Abraham dixit Gen. 15. Summe mihi vaccam, & c. & idem obtulit arietem holocaustum pro filio. Genes. 22. Item, quoniam sacrificia antiqua fuerunt figura bea-

tissimi illius sacrificij pro nobis in cruce offerendi: bona ergo & grata erant Deo. Item tertio non peccat is qui omisit id, quod Deus non iussit, sed permissit, sed qui leges sacrificiorum violabant peccabant, vt patet ex grauiissimis penis quibus puniebantur ex præcepto Domini, ergo, &c. Vide D. THOM. 1. 2. q. 102. ar. 3. & AVGVST. 10. de Ciuit. c. 5. Per hoc autem non negamus non fuisse illa Deo grata per seipsa quasi eis indigeret, aut aliquid inde ipsi accederet, vt bene probat IRENEUS. lib. 4. contra hæres. cap. 32. & AVGVST. 10. de Ciuit. cap. 5. ex illo Psalm. 49. [Nunquid manducabo carnes taurorum, &c. Et optimè explicat D. THOM. 2. 2. q. 30. ar. ultimo ad primum, & q. 81. ar. 7. Sed fuerunt Deo grata propter rationes quas colligit D. THOM. 1. 2. loco citato. Ad loca scripturæ quæ videntur hæc sacrificia improbare, vt illud Ps. 39. [Sacrificium, & oblationem nolui.] & c. & illud Ps. 50. [Holocaustis non delectaberis,] & illud Isai. 1. [Sanguinem vitulorum, & agnorum nolui,] & c. [Holocaustomata vestra addite,] & c. & si quæ sunt alia. Respondent Apostoli apud CLEMENTEM lib. 6. constit. Apostolicæ cap. 22. in hunc modum: Recusabat populi sacrificia sapenmero in eum peccantis, atque existimantis sacrificiis eum non penitentia placatum iri, & ad hunc sensum interpretanda sunt verba sanctorum, qui sacrificia tollere videntur.

Quæ sacrificia modo nobis requirat Deus.

15. **R**OMAN. 12. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam Deo placentem. Super hoc, vide plura verbo Sacerdos, num. 86. ex PETRO CHRYSOL.

Sacrificia priuata prohibita.

16. **L**EVIT. 17. Homo quilibet, &c. si occiderit ouem, aut bouem, &c. & non obtulerit ad ostium tabernaculi. INTERL. ubi tantum licet offerre, sanguinis reus erit. INTERL. homicidij, quasi sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui. AVGVST. Non de his dicit qui occidunt ad vsum vescendi, sed priuata sacrificia prohibuit, ne sibi quisque sacerdos esse audeat; sed illuc afferat, ubi per sacerdotem offerat. Etilias tamen extra templum sacrificauit. 3. Regum 18. Quando & ignem de celo impetrauit. Sed cum iubet ille qui legem constituit aliquid fieri quod in lege prohibuit, iusto ipsa pro lege habetur. Spiritus enim Dei qui erat in Elia, quidquid in hac re fecit contra legem esse non potuit; quia dator est legis. L. YRAN. Idem dicendum de Manue, qui per monitionem Angeli sacrificauit extra tabernaculum.

Nosmetipsos offerre debemus in sacrificium.

17. **R**OMAN. 12. Offerentes hostiam viuam, Deo placentem. BERNARD. Quid offeremus, aut quid retribuemus Christo pro omnibus quæ retribuit nobis? Ille pro nobis obtulit hostiam pretiosiorẽ, quam habuit, qua nimirum pretiosior esse non potuit; & nos ergo faciamus quod possumus, optimum quod habemus offerentes illi, quod sumus, utique nos ipsi. Quis mihi tribuat, vt oblationem meam dignetur maiestas tanta suscipere? Duo minuta habeo, corpus & animam meam. Vtinam hæc perfectè tibi Deus possim in sacrificium laudis offerre. Longè enim vtilius mihi est, vt offerat tibi, quam vt deferat mihi ipsam: ad me ipsum anima mea conturbatur: Fratres, morituro Domino Iudeus mortuas hostias offerebat. Sed iam nunc [Vino ego dicit Dominus; nolo mortem peccatoris, sed magis, vt conuertatur, & viuat.] Non vult Dominus mortem meam, & non libenter offero ei vitam meam. hæc est enim placabilis hostia, hostia Deo placens, hostia viuã. Sed in oblatione

tionẽ Domini, ut eis fuisse leguntur, & in hac quoque tria à Domino requiruntur. Fuit in ea oblatione Ioseph sponsus matris Domini, cuius filius putabatur; fuit & ipsa virgo Mater; & pater, qui offerebatur. Sit ergo & in oblatione nostra constantia virilis; sit continentia carnis, sit conscientia humilis. Sit inquam in proposito perseverandi animus virilis, sit in continentia castitas virginalis; sit in conscientia simplicitas, & humilitas puerilis.

Sacrificia peccatorum Deo abominabilia; vt à peccatore procedunt.

18. **C**HRYSOST. hom. 72. in Ioan. Nos multa rapiendo, pauca dando putamus Deum placare, cum magis irriteamus. Dic quæso si animum mortuum, & fœditum è truiuis, in sacrificium offerres, nonne te omnes lapidarent vt impium & fœlestum? Quid ergo si ostendero oblationem, quæ ex rapina fit, fœtida asini oblatione, magis execrandam esse; quam veniam merebitur? Esto aliqua pecunia ex rapina condatur, nonne mortuo asino grauius olet? vis intelligere quantus sit peccati fœtor? Audi Prophetam, [Putruerunt, & corrupta sunt cicatrices meæ.] Tu autem verbis Deum latere censes, quæ committis? Ipse autem rapinas tuas, & fraudes perpetuè remittis. Imponitur peccatum tuum super altare: nec hoc solum reprehensione dignum, sed illud etiam grauius, quod sanctorum animas coinquinas. Siquidem hoc lapis est, & sanctificatur: hæc semper Christum secum ferunt, & audes illuc tanto scelere comparata offerre? minimè, inquis, nec enim eas offero pecunias sed alias. Ridiculum hoc. Nescis quod si in multa pecunia, vel guta iniquitatis inciderit tora coinquinatur? Et sicut quis in limpidum fontem sterco immiciat, totum immundum reddit: ita si diuitias auaritia attigerit, omnes fœtore suo corrumpit. Si Cain deterior offerens Deum prouocauit, qui aliena offert quo pacto Deum non prouocet.

Quare permisit Deus sacrificia animalium.

19. **C**HRYSOST. hom. 1. contra Iudeos. Etenim si postulasset similiter & pisces omnes, qui ante hos floruerunt, prius ad hoc vitæ institutum adesset. Quo, inquis, igitur consilio, hæc præcepit? nimirum vestra morem gerens infirmitati. Non aliter quam medicus videns hominem febricitantem, morosum, minimèque sibi temperantem, si concupiscat aquam frigidam bibere, ac ni accipiat periturum, ac plane futurum, vt vel ad laqueum fugiat, vel è sublimi se præcipitem det, dum studet manus excludere malum, permittit quod minus est, cupiens illum à violenta necereuocare: com simile admodum fecit & Deus, qui vidit illos insanientes, anxios, concupiscentes victimarum oblatione, iamque nisi acciperent quod desiderabant, paratos vt ad idola se delectant, imò non solum paratos, verum etiam eo iam prolapsos, permisit immolationem victimarum. Idem ibidem, & quemadmodum si medicus ille (nihil enim vetat eodem exemplo denuo vt.) posteaquam indulsit appetitui laborantis mox phiala ex suis ædibus allata præscribat, vt ex hac sola bibat aquam, deinde persuaso ægroto clam his qui ministrant, præcipiat constringere phialam illam, vt eum clam nihilque suspicientem auocet ab illa cupiditate bibendi frigidam. Itidem fecit Deus permittendo sacrificia,

SANCTI.

De exemplis sanctorum, vide Exempla. Sancti astra vespertina. 1. 2. 2. 6.

Sancti ligna paradisi. 3.

Sancti orant, & exaudiuntur. 4.

Sanctorum nomina pueris imponenda. 5.

Sanctorum memoria æterna. 6. 7. 14. 42.

Sanctorum mors pretiosa. 8. 11.

Sanctorum innumera multitudo. 9.

Sanctorum intercessio. 10. 12. 15. 21. 28. 29. 43.

Sanctorum exempla imitanda. 13. 16. 18. 19. 20. 26.

Sancti colles æterni. 14.

Fides in sanctos. 17.

Sancti foris despecti, intus pretiosi. 19.

Sanctorum reliquie. 2. 2. 2. 3. 2. 4. 25. 2. 7. 31. 35. 45. 46.

Sanctus quid significet. 30.

De dignitate sanctorum. 32.

Contactu sanctorum, nemo immunditiam contrahit.

33.

Quinam sunt verè sancti? 34.

Sancti licet Deum semper habeant, Deum tamen querunt. 36.

Gloria sanctorum correspondet cognitioni virtutis. 37.

Sancti quodammodo lugent in celo propter peccata. 38.

De sanctorum gloria æterna. 39. 40. 41.

Ad sanctos recurrendum in tribulationibus. Vide

Tribulatio, num. 124.

Sancti quare adorandi. 44.

Sancti in via. Vide, Iusti.

Sancti astra vespertina.

CHRYSOST. super illud Job 38. Cùm me laudarent astra matutina, &c. Nota quod quando creauit terram, Deum laudabant astra matutina, id est, angeli, ad distinctionem hominum sanctorum, qui postmodum creati, velut astra vespertina.

Idem.

2. **G**ENES. 1. Fecitque Deus duo luminaria magna, &c. & stellæ. ORIGEN. Stellæ, id est, sanctas. Moyses enim stella est nobis quæ lucet, & illuminat nos actibus suis. Abraham, Isaac, & Iacob, &c. Et omnes quibus Scriptura sancta testimonium dedit, quod placuerunt Deo. Sicut enim stella differt ab stella in claritate: Ita & sanctorum vnusquisque secundum magnitudinem suam lumen suum fundit in nos. Vide Iusti, num. 39.

Sancti, ligna paradisi.

3. **G**ENES. 2. Lignum etiam vite in medio paradisi, &c. AMBROS. Paradisus voluptatis in quo omne lignum pulchrum visu, &c. quid est, nisi ciuitas illa, quæ sursum est Ierusalem, libera mater nostra in qua plurima ligna, ligna fructifera, ligna plena succi, atque virtutis? Bona Angelorum plantatio; bona sanctorum, de quibus dicitur, & exaltabunt omnia ligna sylvarum, ligna semper florentia viriditate meritum. In illo enim pacis futuræ tempore iuxta prophetiam: [Sedebit vir subtus vitem suam, & subtus ficum suam, & non erit qui deterreat,] id est, sancti sedebunt iuxta Angelos. In medio paradisi est lignum vite, id est, Christus. Vide Christum, num. 80.

Sancti orant, & exaudiuntur.

4. **G**ENES. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. AMBROSIVS. Non mediocre etiam dogma in hoc: quia Deus iustos suos audit etiam mortuos, quoniam Deo viuunt: quia

V V II 3 1 etiam

etiam si corporis gustauerint mortem, vitam tamen incorpoream capiunt. Iustorum ergo etiam mortuorum Deus vocem audit, & sanguinem: auerit autem se à precibus impiorum: quoniam etiam si videantur vivere, miseriores tamen sunt omnibus mortuis, &c. Vide Peccator.

Nomina Sanctorum pueris imponenda.

5. GENES. 4. Sed & Seth natus est filius quem vocavit Enos, iste capiti invocare nomen Domini. EVSE. EMISSEN. In Hebræo legitur: [Hic speravit invocari nomine Domini.] hoc est Deus dici, & filius Dei. Iusti enim qui erant à semine Seth, filij Dei vocabantur, vt habetur Genes. cap. 6. CHRYSOST. In nomen horum impositione, quò solum parentum monstratur pietas, sed & magna erga pueros diligentia. Vide, Quomodo statim à principio erudiebant pueros ad moventes appellationibus, quas illis imponebant, vt virtutem exerceret, &c. Vide Filij, num. 2. Sed sanctorum virorum nomina eis imponatis, qui virtutibus fulserunt, vt virtutum eorum imitatores sint.

Iustus in memoria est aterna.

6. GENES. 5. Hic est liber generationis Adam, &c. CHRYSOST. Abel iniuste occisus ex eo tempore vsque in hoc nostrum, omnium decantatur ore. Cain autem continuè infamatur, & nec tempus illius memoriam extinxit, nec huius crimen imminuit. Vide quantum malitiæ damnum, & quantum virtutis robur. Malitia enim etiam si infestet & dominetur, extinguitur tamen, & aboletur, virtus autem licet infestetur, & innumera graui sustineat, ea occasione illustrior fit, & clarior. Sequitur: Genuit Adam filium Seth ad imaginem & similitudinem suam. Hoc est, eorundem morum quibus ille erat. Cum de priore locutus est filio, Cain dico, nihil tale dictum est, & merito. Non enim seruauit paternos characteres, & mores, sed protinus ad malitiam confugit. Seth autem genitus est ad imaginem, & similitudinem patris, non quoad corporis figuram, sed quoad animæ mores. Vnde & mater cum gratiarum actione ei nomen indidit, & nec naturæ, nec partui ascripsit natum puerum, sed Dei virtuti.

Iustus in aeternum manet in gloria.

7. GENES. 6. Ponamque fœdus meum tecum. AMBROS. Quia terrena omnia moriuntur diluuiò, solus autem iustus in aeternum manet; ad ipsum dicitur, [statuam testamentum meum ad te,] quia ipse diuinæ es hæres gratiæ, ipse cælestis possessor hæreditatis beatissimorum consors bonorum. Homines quidem cum moriuntur, patrimonium suum testamento transcribere solent, nec cedit hæreditas, donec viuat testator. Deus autem cum sit sempiternus, transfundit iustis diuinæ hæreditatis substantiam, & ipse non indigens, donat sua, sine vllò donationis dispendio, quem non grauant suorum consortes bonorum, magisque fruitur eo, quo nos vtimur. Multum autem tribuit iusto dicendo: [Statuam testamentum meum ad te.] Eo quod rationalis ipse vir sit testamentum Dei. Ipse est enim hæreditas, ipse possessio, in quo virtus diuini testamenti est, in quo hæreditas promissionis. De quo Dauid dicit: [Ecce hæreditas Domini, filij merces fructus ventris.]

Sanctorum mors pretiosa.

8. GENES. 15. Ego vadam absque liberis. CHRYSOS. Alia litera. [Ego sine liberis dimittor.] Qui vitæ honestè, & in virtutibus egerunt, quando ex hac vita emigrant, verè liberantur & quasi soluntur à certa-

minibus, & à vinculis relaxantur. Est enim mors his qui bene viuunt, translatio quædam ad meliora, à momentanea vita, ad perpetuam & immortalẽ, finemque non habentem.

Sanctorum innumera multitudo.

9. GENES. 15. Suspice caelum, & numera stellas si potes, & dixit ei, sic erit semen tuum. AVGVST. 16. de ciuit. cap. 23. Stellæ dinumerari non valent; quia nec omnes eas videri posse credendum est. Nam quanto quis acrius intuetur, tanto plures videt, exceptis eis, quæ in alia parte orbis remotissima à nobis, oriri, & occidere perhibentur. Semen autem innumerable promittitur, non sicut arena terræ, sed sicut stellæ cæli. Hic mihi magis videtur promissa posteritas cælesti felicitate sublimis. RVP. Sicut puluerem terræ promittit semen Abrahæ, supra, modo verò sicut stellæ cæli; quia superius posteritas promittitur populi Iudaici secundum carnem propagandi, ex quo multi carnales, terreni, aridi, & bonis operibus infecundi; hic verò posteritas per imitationem fidei dilatanda promittitur cælesti felicitate sublimis, & resurrectionis lumine coruscans, secundum quam Abraham pater omnium gentium est nuncupatus.

Sanctorum intercessio.

10. GENES. 15. Descenderuntque volucres cæli super caudauera, & abigebat eas Abram. HIERON. Ad significandum quod Abrahæ merito sæpe de angustiis liberatus est Israel. GLOSSA GRÆCA. Hostium enim concursus per descendentes aues super cadauera; Iudaorum autem diuina tutela, & inimicorum expulsio per id, quod Abram aues abigebat significatur. AVGVST. Velaues descendentes super corpora quæ diuisa erant, spiritus malignos aëris huius significant, partum quandam suum de carnalium diuisione quærentes. Quod autem illis (secundum aliam literam) confedit Abram, significat etiam inter illas carnalium diuisiones, veros vsque in finem sæculi perseveraturos fideles. Si autem legas cum vulgata (ait LIPOMAN.) & abigebat eas Abram, significatur quod nisi merita sanctorum patrum intercessissent, consumendi forent carnales à demonibus. Abigebat ergo eas Abram fide promissionum, & oratione pro fidelibus ad gloriam sui Dei.

Sanctorum mors.

11. IBIDEM. Tu autem ibis ad patres tuos in pace. CHRYSOST. Non dixit, moreris, sed ibis. Quali peregrinatio eo, & migratio à patria in patriam. Et ibis ad patres tuos, non carnales, inter eos enim, & nos, chaos magnum firmatum est, sed iustos; insinuans, scilicet Abel, Noe, & Enoch.

Sanctorum intercessio.

12. GENES. 18. Non delebo propter decem. Vide verbo Iusti, num. 25. CHRYSOST. Aliorum virtus, multorum tegere valet malitiam. Sæpe solet Deus propter paucos, multis dare salutem: & quid dico propter paucos iustos? Sæpe quando non inuentus est in præsentia vita iustus, propter defunctorum virtutem, viuentium miseretur, & curam habet. Vnde clamat dicens, 4. Reg. 19. & 20. [Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meum.]

Sanctorum exempla imitanda.

13. GENES. 30. Tollens igitur Iacob, virgas populeas virides, &c. Exempla sanctorum imitanda, Vide Exempla, num. 9. ex GREGOR. CHRYSOST. etiam super cap. Genes. 19. sic ait, Quomodo modum floridum

quoddam pratum varios flores ostentat, ita & diuina Scriptura iustorum virtutes nobis demonstrat, non vt sicut illorum florum fragrantia paruo tempore fruamur, sed vt perpetuam inde vtilitatem recipiamus. Flores statim marcescentes, suam gratiam amittunt, iustorum autem virtutes, si eas in sinu mentis reponimus, per omne tempus si volumus, earum suauis olerentia frui poterimus. Vide etiam diuum verbum Exempla, serpe torum.

Sancti, aeterni colles.

14. GENES. 49. Donec veniverit desiderium collium aeternorum. EYCHER. Colles isti, sancti sunt, qui Christi aduentum prophetantes, magno cum desiderio incarnationem eius expectauerunt, de quibus Dominus dicit: quia multi iusti & prophetae desiderauerunt videre quæ vos videtis. Qui dicti sunt colles propter excellentiam sanctitatis, qui etiam aeterni vocantur, quia vitam consequuntur aeternam, neque intereunt cum mundo, sed esse creduntur aeterni.

Sanctorum intercessio.

15. GENES. 50. Locutusque est Ioseph ad familiam Pharaonis dicens: Si inueni gratiam in conspectu vestro, loquamini in auribus Pharaonis, &c. LIPOMAN. Secundus à regibus, intercessores mittit, vt fauorem experiretur aulicorum, quandoquidem difficile impetrandam translationem putauit corporis, quod fortè Pharaos ob honorem filij, & sanctitatem Patris cõdi voluisset in loco aliquo Aegypti honorabili. Hac ille, spiritualiter. Ad sepelienda corpora mortua, hoc est, vt dimittantur peccata propria cuique necessaria est intercessio sanctorum domesticorum Dei, licet acceptus Deo tibi videaris.

Sanctorum exempla imitanda.

16. EXOD. 12. Et calceamenta habebitis in pedibus. GREGOR. Quid sunt pedes nostri nisi opera? Quid verò calceamenta, nisi pelles mortuorum animalium? Calceamenta autem pedes muniant. Quæ verò sunt mortua animalia ex quorum pellibus, nostri muniantur pedes, nisi antiqui patres, qui nos ad aeternam patriam præcesserunt? Quorum dum exempla conspicimus nostri operis pedes munimus. Calceamenta ergo in pedibus habere est, mortuorum vitam conspicerè, & nostra vestigia à peccati vulnere custodire. Et cap. sequenti. Tuli quoque Moyses ossa Ioseph secum. GLOS. GRÆCA. Iudæi, vt ipse infantibus similes aurum, atque argentum secum detulerunt; Moyses verò intemerati animi vir, Ioseph ossa deportauit. LIPOMAN. Exeuntibus quoque de Aegypto ossa Ioseph asportanda sunt: quia de valle vitiorum, & de profundo iniquitatis conuersis, sanctorum patrum qui nos præcesserunt, fides & opera sunt imitanda: quorum sequentes vestigia, ab incepto itinere, neque ad dexteram, nec ad sinistram declinabimus.

Fides in sanctos.

17. EXOD. 14. Et crediderunt Domino, & Moysi seruo eius. HIERON. in epist. ad Philemonem. Vna atque eadem credidit in Moysen refertur, & in Deum. Vide Fides, num. 19.

Sanctorum exempla sequenda.

18. EXOD. 15. Sumpsi ergo Maria, &c. tympanum, &c. & praeinebat, dicens: Cantemus Domino, &c. RVPERTVS. Pulcher ordo. Prius Moyses cū viris, deinde Maria cum mulieribus, vnum, idemque Canticum canit. Mulier à mollitie dicta est, sed oportet ab ipsa

mollitie sua fidelem animam parumper egredi, quatenus viros imitari, & dignè Deo canere possit.

Sancti foris despecti, intus pretiosi.

19. EXOD. 25. In ipso autem candelabro erant quatuor scyphi in nucis modum. BEDA. Sicut nux dulcem quidem habet fructum interius, sed non hunc ostendere foris, nisi fracta testæ duritia potest; sic iustorum vita præsens ita suauitatem gratiæ spiritualis intimo corde conseruat, vt hæc à proximis quanta sit nullatenus valeat perspici, donec soluto corporis domicilio liberæ se animæ ipsorum alterutrum in cælesti luce conspiciant, & quanta singulæ gratia sancti Spiritus fulgeant, quantum vnaquæque diligatur ab altera; nulli prorsus remaneat occultum. Fiuntque scyphi in candelabro ad modum nucis, cum quilibet electi vino sapientiæ repleti desiderantes, ad exemplum sese informare satagunt præcedentium iustorum, quos magna visibilium honorum dulcedine, ac dilectione plenos esse nouerunt. Quod Deus sic mirabilis in sanctis suis, Vide Prædicator, num. 26.

Idem.

20. EXOD. 27. Faciesque in visus eius lebetes ad suscipiendos cineres. BEDA. Lebetes cineres sanctos suscipiunt, cum fideles quique exempla sanctorum ad custodiam sui pia mente retractant, vel certè exitum eorum diligenter aspiciunt, quatenus consideratis maiorum virtutibus, & ipsi magni fieri possint. Iuxta præceptum Apostoli. [Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum, conuersationis imitamine fidem. Et cap. 28. Sculpes in eis nomina filiorum Israel, &c. memoriale filijs Israel, &c. ob recordationem. BEDA. Tres ob causas Aaron nomina Patriarcharum inter sacrificia semper in humeris, sicut & in pectore portabat. Videlicet, vt ipse fidem, vitamque Patriarcharum meminisset imitari. Secunda sicut ait HIERON. vt Pontifex ingrediens sancta sanctorum, nomina populi pro quo rogaturus est Dominum, portet in humeris. Tertia vt idem populus scripta in veste præsulis sui patrum nomina videns, curaret, sedulo ne ab illorum meritis desciscens, ad errorum contagia declinaret. GREGOR. 2. p. Pastor. cap. 2. In quo rationali vigilanter adiungitur, vt duodecim nomina Patriarcharum describantur. Ascriptos etenim patres semper in pectore ferre est, antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur, cum exempla patrum præcedentium indefinenter intuetur, & cogitationes illicitas deprimat, ne extra ordinis limitem, operis pedem tendat: quod bene, rationale iudicij vocatur; quia debet rector semper subtili examine bona, malaque discernere, &c.

Sanctorum intercessio.

21. EXOD. 30. Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum. BEDA. Placat quoque Aaron super altare incensi quando propter iustitiam sanctorum quos intercessores, & patronos quaerimus, nobis propitiatur Dominus. Oblesso namque ab hostibus Ezechia, & auxilium Domini inuocanti, ait: [Ciuitatem hanc saluabo, & protegam eam propter me, & propter Dauid seruum meum.] Et Moyses pro populo deprecante, patrum fecit memoriam, quasi super cornua deprecas altaris dicebat Exod. 32. Quiescat ira tua & esto placabilis super nequitiam populi tui, recordare Abraham, Isaac & Israel seruorum tuorum quibus iurasti, &c. vbi GLOS. ORD. Patres qui diliguntur à Deo inducit pro filiis, qui offendant, nec merentur audiri. Quia bona sanctorum patrum sæpe

sibiueniunt filiis. LIPOMAN. Ac si diceret, Si populus hic, incendio perire meretur, ecce Abraham pater eorum, cui amore in Vr Chaldaeorum proiectus extitit; Si gladio, ecce Isaac qui pro te immolati paratus fuit; Si exilio, en Iacob tanquam exul tibi & patri obediens fugit in Mesopotamiam. Sequitur eodem cap. 32. *Placuitque est Dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum.* IDEM LIPOMANVS. Vides quanti sunt apud Deum preces syncerae, & ardentissimae charitatis. Propterea Iſaias conquerens dicebat, cap. 64. Non est qui confurgat & teneat te, & per Ezechielem, cap. 22. Dominus contestatur, [Quisui virum qui interponeret sepe, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni, & effudi super eos indignationem meam.]

Sanctorum reliquia.

22. DEUT. 34. *Iosue vero filius Nūn repletus est spiritu sapientia; quia Moyses posuit super eum manus suas.* QLEASTER. Non parui faciendus est contactus manuum sanctorum quoniam vtilissimus est. Sunt enim omnia sanctorum membra salubria, ac res ex quarum contactu multi salutem consequuti sunt.

Idem.

23. IOSVE 14. *Nomen Hebron, ante vocabatur Cariat- Arbe.* INTERL. Ciuitas quatuor. *Adam maximus ibi inter Enacum situs est.* LYRANVS. Ciuitas quatuor dicitur, eo quod Patriarchae principales ibi sunt sepulchri cum suis coniugibus, scilicet Adam & Eua, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Lia. ORIG. Meruit ergo Caleb patrum reliquias in haereditatem accipere: quia per sapientiam qua vigebar intellexerat coniunctionis rationem. In memoriam ergo patrum, haereditatem capit sapiens Caleb, & efficitur ei fors vltima in hodiernum diem. Vtinam & mihi daretur fors Abraham, Isaac & Iacob, vt efficerer meus Deus, sicut effectus est Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob in Christo Iesu.

Idem.

24. IUDICVM 15. *Aperuit Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressa sunt ex eo aqua.* RVPERT. Prostratis enim in mortem sanctis Apostolis, & Martyribus sepulchra eorum viuas aquas emanauerunt corpora eorum, miraculorum gratiam profuderunt. Hoc membris Christi dulce fuit, & fidelibus in agone Christiano desudantibus. Tale fuit, quale, quies lassio, & dulcis aqua sitienti. Vnde sequitur, *Et refecit hanc spiritum, & viues suscipit.* Nam exinde creuit fides, roborata est spes, charitas magis, ac magis inualuit.

Idem.

25. IUDICVM 19. *Cadaver uxoris cum ossibus eius in duodecim partes, ac frustra concidens misit in omnes terminos Israel.* scilicet, vt omnes tribus ad zelum prouocaret talis facinoris vlciscendi. GLOSSA MOR. Quod autem huius mulieris innocentis interfectio fuit per terram Israel nunciata, per hoc significatum fuit, quod Apostolorum, aliorumque sanctorum martyria, debent denunciari per totam Ecclesiam, vt fideles eorum constantiam imitentur, & deuotione debita venerentur.

Sancti in celo collocantur.

26. RUTH 2. *Vadam in agrum, & colligam spicas, quas suggerunt manus metentium.* INTERL. Spicae remanent s. fideles significant, qui translatis ceteris ad caelum, nobis relinquuntur ad exemplum. Mellis sunt sancti, qui colliguntur reponendi in horreo Dei. Mes-

sores sunt Angeli. Vnde [exibunt Angeli, & separabunt, &c.]

Sanctorum reliquia.

4. RE G. 23. *Tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, &c.* GLOSSA ORD. Quia profana fuerunt eorum sacrificia, & per errorem idololatricae, non solum pecora demonibus offerrebant, sed & se ipsos, &c. *Hec illa.* At de ossibus hominis Dei, Prophete, scilicet qui venit de Iuda ait: *Dimittite eum, nemo commoneat ossa eius, & intacta remanserunt ossa eius cum ossibus Prophetae, qui venerat de Samaria.* Liberata sunt ossa Prophetae deceptoris ob reuerentiam ossium hominis Dei. VATAB. Liberauerunt, id est, effecerunt vt intacta eius ossa remanerent. Multi liberantur ob ossa, & reliquias sanctorum quas secum deferunt, &c.

Sanctorum intercessio.

4. ES DR 7. *Abraham propter Sodomitas orauit, & Moyses pro patribus qui in deserto peccauerunt, &c.* Si ergo modo quando incorruptibile intravit, & iniustitia multiplicata est, & orauerunt iusti pro impiis, quare & nunc sic non erit? Forte argumentum. Maxime si pro nunc intelligimus, statum gloriae sanctorum; Vnde BERNARD. *Inuens de quodam sancto, sic ait: Qui potens in terra fuit, potentior erit in caelo ante faciem Domini Dei sui.*

Idem.

PROVERB. 30. *Stellio manibus nititur & moratur in adibus regis.* Per stellionem Hispanè dicitur, *lagotis, & salamanquesa.* Intelligitur vilis homo, qui operando manibus propriis conseque meretur habitare in domibus regis. Quasi dicas: Optime quidem & multum iuuat ad habitandum in domo caelestis intercessio sanctorum. At nisi tu manibus propriis nitaris, hoc est opereris bene viuendo, nihil proderit tibi, etiam si vniuersa curia caelestis pro te obsecreret. Quia vtrai AVGVST. *lib. de vita Christiana, cap. 9. Qui fecit te sine te, non saluabit te sine te.* Vide circa hoc Iusti, num. 28.

Sanctus quid significet?

30. SHINC est quod purissimus Deus, A^g dicitur, & iusti in caelo per participationem dicuntur sancti. Nam vt dicit GREGOR. 18. *Moral. cap. 22.* Quos a cogitationibus terrenis euacuat, donis caelestibus replet, & quos infirmis curis exhaurit, supernis rigat fluentis.

Sanctorum reliquia.

1. MACHAB. 9. *Et sepeluerunt eum in sepulchro patrum suorum in ciuitate Modin.* AVGVST. lib. 1. de Ciuit. cap. 13. Non sunt contemnenda corpora defunctorum, maximeque iustorum; atque fidelium: quibus tanquam organis, & vasis ad omnia bona opera sanctus vsus est spiritus. Si enim paterna vestis, & annulus, ac si quid huiusmodi, tanto clarius est posteris, quanto erga parentes maior extitit affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quae multo familiarius atque coniunctius, quam quaelibet indumenta gestamus. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, exequiae celebratae, & sepultura praeuisa, ipsique dum viuerent, de sepeliendis, vel etiam transferendis suis corporibus, filiis mandauerunt, & Tobias sepeliendo mortuos Deum promeruisse teste Angelo commendatur.

De dignitate Sanctorum.

EXOD. 1. *Hec sunt nomina filiorum Israel.* ST E; EPHANVS. Id est honorum, soli enim boni habent nomen.

nomen. Vnde diues non nominatur quasi ignorus Domino: pauper vero tanquam familiaris Lazarus nominatur. De malis dicitur, Vocauerant nomina sua in terris suis. E contrario de bonis: [Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelis.] Vnde in confirmatione, & baptismo, & circumcissione puero nomen imponitur. Ac si dicatur, soli mundi interius, nomen habent. Aegyptiae mulieres, id est, carnales animae non pariunt antequam veniat obstetrix, id est, scientia timoris Domini, vel verbum praedicationis. Sed Hebraeae, id est, fideles animae pariunt fructum bonorum operum antequam audiant praedcatorem.

Contactu sanctorum, nemo immunditiam contrahit.

33. NVMBER. 19. *Cumque lauerit, qui vacca portauerat cineres, vestimenta sua, immundus erit usque ad vesperum.* RADVLPHVS. Hoc etiam dicitur de sacerdote qui eam immolat, & de eo qui eam comburit, & de illo etiam qui aquas expiationis tetigerit. Quae igitur est ratio cum vacca ista ad expiandos immundorum maculas immoletur, vt qui eam immolat, siue comburit, immundus fiat? Quae ratio est, cum cineres tantae dignitatis sint, vt non nisi a mundo homine permittantur efferi; ille tamen qui ad eos mundus accesserit portando contaminatur? Si aqua illa cinerum admixtione sanctificata immundos emundat dum super ipsos aspergitur, qua ratione qui tangit eam, immundus efficitur? Sed pater ratio: omnis enim qui sancta tractat, non exinde polluitur, sed hac de causa immunditiam sollicitus recogitare compellitur, alioquin si se mundum iudicat, cum Deo appropinat, inter superbos reputabitur, & immundus.

Hi verè sancti sunt qui & Dei memores, & bonis sunt operibus locupletes.

34. LV C. 1. *Erant ambo iusti ante Deum incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Dei, sine querela.* BERNARD. Hoc de Zacharia & Elisabeth legitur. Zacharias, memoria Domini, Elisabeth, Dei mei seruitas interpretatur. Merito tales iusti referuntur, quos diuinarum rerum memoria a malis cogitationibus, & dulcedinis supernae satietas ab omni praua delectatione reddebat immundos. Zacharias, apparitione Angelicae honoratur conspectu; Elisabeth dominici aduentus in virginem cognitione dignius sublimatur in merito. Sanctis enim cogitationibus, ipsi Deo sociantur, angelorum custodia a malis munitur, diuinae dulcedinis delectatione in bonis proficimus. Zachariam in templo de diuinis permissionibus Angelus instruit, Elisabeth beata Maria Deum in vtero gestans, visitat in montanis: quia diuinus sermo mentem diuinis intentam, & ab exterioribus vacante tumultibus de caelestibus erudit, & diuina gratia eandem in sublimi caelestium delectatione locatam familiarius visitat, & sanat vberius.

Sanctorum reliquias demones timent.

35. CHRYSOST. *homil. de Natiuit. septem Machabeorum.* Vt audaces latronum duces, siue impij sepulchrorum efflores, si forte dum praedas agunt, aut spolia capienda conquirunt, arma vel ornamenta imperatoris incurrent, quantumlibet cupidi praedarum, tamen ita agnitis regis insignibus deterrentur, vt fugiant, neque cominus accedere, vel attingere audeant: ita profecto demones qui verè latronum & principes, & magistri sunt, vbi amatorum martyrum corpora viderint posita, longè illicò a conspectu eorum fugiant, & abstant. Non enim ad naturam eorum intentant, sed in arcanam dignitatem, & glo-

riam Christi, qui in agone certantium induta corpora martyrum suorum, sicut arma portauit.

Sancti licet Deum semper habeant, semper tamen quaerunt.

36. AP O C. 3. *In medio, & in circuitu sedis Dei.* GILBERT. Hoc de beatis illis oculatis animalibus, & pennatis legitur. O qualis ibi circuitus erit pergere ab ipso in ipsum, ire, & redire, ire desiderio, delectatione redire, dum semper eius quod experientia desiderat, praesentia satiat, vt mens possidentis, simul & conuentis, & illi sit per appetentiam intenta, & illo sit sufficienter contenta. In medio, inquit, quia voti sui perducuntur ad intima, & in circuitu; quia semper voto rediuiuo feruntur in eadem ipsa. In medio; quia iam eorum completum est votum. In circuitu; quia non sufficiunt comprehendere totum. In medio sunt admissa per gratiam; in circuitu sunt exclusa per differentem naturam. Quae est enim sedes ista, nisi ea de qua loquitur Apostolus. Lux inaccessibilis, quam inhabitat Deus. Denique quantumlibet oculata sint beata illa animalia, tamen illuminant ea, vt quantum possunt capiant, & excedit ne ad totum sufficiant.

Gloria sanctorum correspondet cognitioni veritatis.

37. ORI G. *homil. 2. in cap. 1. Ioannis.* Non aliter potuit ascendere in Deum, nisi prius fieret Deus. Vt enim radius oculorum nostrorum species rerum insensibilium, colorisque non prius potest sentire, quam se solaribus radiis immisceat, vnumque cum ipsis, & in ipsis fiat: ita animus sanctorum, puram rerum spiritualium, omnemque intellectum superantium, cognitionem non sufficit accipere, nisi prius incomprehensibilem veritatis participationem dignus efficiatur habere.

Sancti quodammodo lugent in caelo propter peccata.

38. LV C. 15. *Versu 7. Gaudium est in caelo super vno peccatore, &c.* MACHAR. *hom. 15.* Quemadmodum gaudium est in caelo, ita tristitia multa est, & luctus in caelo propter vnam animam ab aeterna vita cadentem: & sicut in hoc saeculo si quis diues obierit, cum cantu lugubri, lamentatione, & planctu effertur a vita per suos fratres, cognatos, amicos, & familiares: ita propter eam animam omnes sancti lugent, lamentantur, ac voces lugubres emittunt, atque hoc alibi scriptura subindicat dicens: *Cecidit Pinus, lugete Cedri, Zachar. 11.*

De sanctorum securitate in gloria.

39. MACHAR. *hom. 30.* Veluti volucris, quae in altrum volauerit secura est, aucupes aut nocentes bestias nihil metuens: quia cum supra sit, omnes habet risui: sic anima alas spiritus adeptae, ac in sublimis caeli partes euolans, cum sit excellior omnibus, omnia deridet.

Sanctorum gloria aeterna.

40. CHRYSOST. *hom. 34. oper. imperf.* Sicut in corona, cum sit rotunda, nihil inuenis quod videatur initium, aut finis: sic inter sanctos quantum ad tempus in illo saeculo, nemo nouissimus dicitur, nemo primus. IDEM in *epist. 1. ad Timoth. cap. 2.* Quemadmodum Angeli vbicumque apparuerint, seculum gloriam portant, ita & sancti.

Fulgent in gloria sicut Sol.

41. **M**ATH. 13. *Versu 43. Tunc Iusti fulgebunt, sicut Sol in regno patris eorum.* CHRYSOST. in *epistolam 1. ad Timoth. 2.* Quemadmodum Sol, non indiget vestibus, non aliis aliquibus opus habet, sed simul atque illuxit, gloriam sui fulgoris ostendit, ita & tunc sancti. CYPRIANVS de *singularitate Clericorum.* Sicut modica aqua gutta multo vino infusa à se tora deficit, vinique saporem, & colorem induit: ferrum candens pristina, propriaque forma exiit, & igni simillimum efficitur: solis radio aer perfulsit in eandem transformatur luminis claritatem; & speculum radiis solatibus directè irradiatum Solis in se recipit similitudinem, idque putares alterum esse solem: Ita etiam beati Dei claritate in intimis suis totaliter penetrantur: sicque Deiformes effecti, in Dei similitudinem transformantur.

Sanctorum memoria utilis.

42. **B**ASILIVS *Homilia in Gordianum Martyrem.* Quemadmodum ex igne naturaliter emicat splendor, ex unguento quoque præstanti diffunditur odor: sic ex sanctorum commemoratione gestorum, ad omnes provenit utilitas. CHRYSOST. de *diversis.* Sicut nauæ hanc potissimum maris (portum videlicet) amplectuntur partem ob frequentes refocillationes: sic ego hanc anni partem præcipuè amo, non quod liberati sumus hyeme, nec quod ætate perfruemur afflante zephyro, sed quia crebri nos excipiant spiritali portu festi sanctorum dies. Non enim portus tam idonei sunt ad refocillandos nautas quam recreantur fideles sanctorum memoriis. IDEM *ibid.* Nautas liberant littora ab inundatione aquarum, multoque imperu marinorum fluctuum: sanctorum autem memoria fideles ad vestrorum festa confluentes à malignis spiritibus, immundis cogitationibus, magna animarum redduntur tranquillitate.

Sanctorum intercessio.

43. **C**HRYSOST. *In oratione de B. Philogonio.* Quamcuis nostræ facultates exiguæ sint minimique pretij: atamen quæ possumus offerimus, ea licet non respondeant magnitudini meritorum anime præclari iustique Philogonij, tamen hoc ipsum celsitudinis illius maximum fuerit argumentum, quod nec pusilla repellat; sed idem faciat quod solent divites. Siquidem illi cum acceperint à tenuibus exigua, quibus non egent, sua vicissim apponunt, remunerantes eos qui quod poterant obtulerint. Itidem & hic cum acceperit à nobis laudem verbis peractam, qua nequaquam eget; redonabit nobis per opera sua laudationem qua semper uti possumus. IDEM *sermon. 2. de verbis Isaie: Vidi Dominum, &c.* Faciamus ergo quod in regum aulis facere solent, qui cupiunt eas videre. Quid autem illi faciunt? Vbi quæsierunt cui claves commissæ sunt, illum adeunt, alloquuntur, supplicat, frequenter & pecuniam numerant, ut ipsis gratificetur. Adeamus ergo & nos unum eorum, quibus cælestes portæ commissæ sunt, appellemus, supplicemus, pro pecunia promptam voluntatem, sincerumque affectum exhibeamus; & si ille mercedem hanc acceperit manu nostra apprehensa per omnia circumducet. Non istam suppellectilem regiam; sed ipsum regem in throno sedentem, astantibus exercitibus, exercituumque ducibus, assistentibus innumerabilium angelorum, & archangelorum millibus, breuiter omnia nobis diligenter ostendet, quatenus nobis videre fas est.

Quare adorandi.

44. **D**AMASCENVS *Oratione 3. de imaginibus.* Quemadmodum sancti, verè sunt dij, non natura, sed quod illius qui natura Deus est participes sunt. Sic etiam adorantur, non quod natura sunt adorandi: sed quoniam illum, qui natura adorandus est, in se ipsis habent. Sicut ferrum ignitum, non natura sua eiusmodi est, ut tangi nequeat & comburatur, sed quia particeps ignis factum est, qui comburendi naturam habet. Adoratur igitur, ut qui à Deo sunt gloria affecti, aduersariis formidolosi, & in eos benefici, qui cum fide ad ipsos confugiunt; non ut ad eos qui natura sunt dij, sed ut ad seruos, ministrosque Dei. Adoramus illos; quia rex ipse colitur, cum videt seruum quem diligit non ut regem, sed ut ministrum.

Eorum reliquie veneranda.

45. **A**VGUST. *Lib. 1. de ciuit. Dei, cap. 12.* Si paterna vestis, & annulus, ac si quid huiusmodi tanto charius est posteris, quanto erga parentes maior exitit affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtiq; multo familiarius, atque coniunctius quàm qualibet indumenta gestamus. THEODORETVS *in historia Sanctorum Patrum.* Quemadmodum his qui amore aliquem prosequuntur, est à natura insitum, ut non ex solo eius aspectu capiant voluptatem, sed domum, & vestes, & calceos contemplantur cum magna lætitia. Ita dicendum est de sanctorum templis & reliquiis.

Idem.

46. **D**AMASCEN. *Lib. 4. cap. 16. Orthodoxa fidei.* Dicitur rex etiam regis imago. Ita sancti dij qui id participatione sunt effecti, quod ipse est natura. Quomodo igitur non honorandi sunt, qui filij Dei existunt? Nam honor erga gratos, & benignos conseruos benevolentie erga communem Dominum indicium est. Hi prompruarum Dei, & habitacula facti sunt & templum Dei: fontes nobis salutare dominator Christus reliquit sanctorum reliquias, multimoda beneficia scaturientes, unguentum suauitatis emanantes, ut nullus discedat. Si enim ex rupe & summo saxo aqua in eremo profluit volente Deo, & ex maxilla asini Samsoni sitienti; ex martyrum reliquiis unguentum stupeolens emanare incredibile est? Nullo profectò pacto iis qui sciunt Dei virtutem, & ab ipso sanctorum honorem. In lege *Numer. 19.* Omnis qui tangebatur mortuum, immundus erat, hic autem non sic. Quomodo enim mortui sunt qui viuunt, non tanget eos tormentum mortis, &c. Viuunt quomodo per eos demones abiguntur, infirmi curantur, cæci vident, leprosi mundantur, tentationes tristitiæ soluantur? Quantum labores ut inuenires adiutorem qui te ad mortalem regem adduceret, & pro te ad ipsum sermones faceret? Adiutores ergo totius generis Deo pro nobis supplicationes porrigentes, non honorandi sunt? Certè honorandi templa à nobis erigenda sunt in ipsorum nomine, in psalmis, hymnis, odis spiritualibus. Nam iis quibus delectatur Deus & colitur, coluntur, & delectantur eius serui; quæ despiciunt, & eius clientes.

Spiritu sancto locuti sunt sancti, vide Spiritus Sanctus, numer. 2. 2. 6.

SAPIENTIA ET Scientia.

Quo quis sibi sapientior eo ignorantior. Vide Ignorantia, numer. 9.

Obedientiam

Obedientiam exigit Deus, non scientiam. 1.
Scientiam boni Adam habuit ante peccatum. 2. 3.
Quare serpens dictus est sapientior. 4.
Scientiam naturaliter omnes appetimus. 5.
Scientia male vnde ortum habuerunt. 6.
Sapientia à Domino est, & contraria carni. 7. 35.
Sapientis est mutare sententiam. 8.
Sapientia lacti comparatur. 9.
Sapientia humana comparata diuina. 10. 11. 13. 14. 28.
Scientia diuina copiosius nunc communicata. 12.
Sapientia diuina necessaria, ut saluemur. 15. 18.
Contra sapientes huius sæculi. 16. 17.
Sapientia simplicibus conceditur. 19. 36.
Scientia sine charitate. 20. 26.
Quomodo sapientia sit querenda. 21. 22. 23. 27.
Sapientia triplex fructus. 23. 34.
Sapientia vincit malitiam. 24.
Sapientia disponit omnia suauiter. 24.
Sapientia effectus aquæ. 25.
Sapientia illuminat, & inflammat. 29.
Sapientia inuitum timor Domini. 29.
Id prius dicendum, quod vicinior est saluti. 30. 31. 32.
De intentione habenda in scientiis. 31.
Scientia sanctorum est cognitio sui. 33.
Bene compatitur, ut quis sit sapiens, & insipiens. 36.
Sapientia à solo Deo datur. 37.
Sapientia potius quàm scientia insistendum. 38.
40.
Scientia inflat, charitas adificat. 39.
In humilitate vera sapientia. Vide, Humilitas, numer. 77. & Magnanimitas, numer. 78.

Obedientiam exigit à nobis Deus, non scientiam.

GENES. 2. *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris.* AMBROS. Videtur quod non condemnatione, nec morte dignus fuit Adam comedendo; quia non nouit bonum, & malum, nec ipsum quidem nouit esse malum non seruare mandatum, nec ipsum bonum nouit, quod est obedire mandato. Respondetur quod considerare potuit homo ex his quæ Deus ante ei contulerat summam auctori obedientiam esse deferendam, & idcirco licet vim nesciebat boni & mali, tamen quia tantorū auctor dixerat de ligno scientiæ boni, & mali non esse gustandum, fidem præceptori seruare debuerat. Non enim ab eo peritiam, sed fides exigebatur, & si non intelligebat vim, qualitatemque iustorum, sciebat tamen præceptori deferendam esse reuerentiam. Habebat in natura hanc opinionem, et si non habebat iudicium boni, & mali,

Scientiam boni Adam habebat ante peccatum.

2. **G**ENES. 2. *De ligno scientiæ boni, & mali ne comedas.* SEVERIAN. Scientiam boni minime prohibuit: illam namque Adam habebat. Si enim scientiam boni non haberet, vxoris naturam non cognosceret, nec diceret hoc nūc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Nec etiā futura prædiceret dicens: [propter hanc relinquet homo patrem, &c.] Deum sciebat, nomina rebus imponebat. Habebat ergo

scientiam boni. Prohibuit autem ei Deus cognitionem mali vna cum cognitione boni, id est, ne cognitioni boni permisceret cognitionem mali: quod & Christus Dominus prohibuit dicens: [Non potestis Deo seruire, & mammonæ.] & quod Apostolus [Non potestis calicem Domini bibere, & demoniorum.] Non dixit Christus ne seruiremus Deo, sed, [Non potestis Deo seruire & mammonæ.]

Idem.

3. **G**ENES. 2. *Omne quod vocauit Adam anime viuens, ipsum est nomen eius.* CHRYSOST. Per hoc ostenditur nobis magna Adæ sapientia, ut cum præuaricatio mandati à Deo dati contingat, non putemus per ignorantiam peccasse, sed ex defidia, & quod magna sapientia præditus fuerit, disce ex impositione nominum.

Serpens dictus est sapiens, id est, prudens, & quare.

4. **G**ENES. 3. *Sed & serpens erat callidior cunctis animalibus terra.* Quare serpens dictus est callidior, & sapientior, Vide, *Diabolus, numer. 1. ex August.* RVPERTVS. Antequam serpens fieret organum Diaboli ad perditionem hominis sapiens vel prudens poterat dici, cuius prudentiam discipulis suis imitabilem ipse Christus ostendit dicens: *Matt. 10.* [Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.] Est autem in serpente naturalis prudentia siue sapientia, quod caput tegit corpore exposito. Postquam autem prudentia eius, malitiæ Diaboli cōiuncta est, callidus, & nequam, siue versipellis rectius potest nuncupari. Vnde & Dominus & prudentes dicit debere nos esse, & simplices, id est, non nocentes, quemadmodum serpentes, venenum habentes ex accidenti pollutione Diaboli, sed simplices sicut columbæ.

Scientiam naturaliter omnes appetimus.

5. **G**ENES. 3. *Eritis sicut dij scientes bonum & malum.* D. THOM. *Opus. 2. cap. 189.* Ut in transgressionem præcepti facilius inclinaret diabolus, illa promissit quæ homo naturaliter appetit, scilicet uitam ignorantiam dicens: [aperientur oculi vestri,] & excellentiam dignitatis dicens: *eritis sicut dij, & perfectionem scientiæ cum dixit: scientes bonum, & malum.* Homo enim ex parte intellectus naturaliter fugit ignorantiam, & scientiam appetit, & ex parte voluntatis appetit celsitudinem, & perfectionem ut nulli subdatur vel saltem paucioribus.

Scientiæ scelestes, ut Necromantia, vnde ortum habuerunt.

6. **G**ENES. 6. *Videntes filij Dei filius hominum, &c.* G. CASSIANVS *collatione 8. cap. 21.* Semen Seth paterna traditione suscepit ne commiseretur filiis Cain. Cum verò fuit impiæ generationi permixtum, ad res profanas, ac noxias instinctu quidem demonum deriuauit, curiosasque ex ea maleficiorum artes, ac magicas superstitiones audacter didicit. Sed dices, quomodo istarum rerum curiosarum notitia, diluio non perierit? Cham filius Noë (sicut antiquæ traditiones ferunt) qui superstitionibus istis, & sacrilegij fuit artibus infectus, sciens nullum se posse super his memorialem librum in arcam inferre, inquam erat ingressurus vna cum patre iusto, ac sanctis fratribus scelestas artes, & profana commenta diuersorum metallorum laminis durissimis, ac lapidibus insculpsit, ut scilicet aquarum non corrumpere

tenentur iniuria, qua diluio peracto eadem qua ille cælauerat curiositate perquirens, sacrilegiorum ac perpetuæ nequitia seminarium tranfmisit in posterum.

Sapientia à Domino est, & carni contraria.

7. **GENES. 6.** *Non permanebit Spiritus meus in homine in aeternum; quia caro est.* AMBROS. Spiritus sanctus, Spiritus sapientia est, & cognitionis. Habet enim sapientiam, habet & disciplinam. Vnde de Beſeleel dicitur. *Exod. 31.* [Quia repletus est spiritu prudentia, & disciplina.] Hic ergo spiritus datur hominibus, sed non permanet in eis: quia caro sunt. Carnis enim natura disciplinae repugnat; quia voluptati obtemperat. ORIGEN. *super illud Genes. 19.* *Quod Loth commixtus est filiabus.* Tu autem si vis generare, in spiritu genera; quoniam qui in spiritu seminar, de spiritu metet vitam æternam. Si vis amplecti, amplectere sapientiam, & dic sapientia fororem tuam esse, vt & sapientia dicat de te. [Qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, hic meus frater, foror, & mater est.] Quæ sapientia, Christus Iesus est. Vide etiam *Diligentia, num. 11.*

Sapientis est mutare consilium.

8. **GENES. 19.** *Qui dixerunt: minime sed in platea manebimus.* CASSIAN. *Coll. 17. cap. 25.* Si diuersos ad eum esse nouerant, simulatoria excusatione renuerunt; sin autem veraciter excusabant, cui denter mutasse sententiam comprobantur. Certè non-ob aliam causam Spiritus sanctus hoc sacris voluminibus indidit, nisi vt isto erudiamur exemplo in definitionibus nostris non pertinaciter permanere, sed eas arbitrio nostro debere subicere, & ita iudicium nostrum ab omni legis vinculo liberum conferuare, vt promptum sit ad exequendum, quocumque vocauerit salubre consilium, nec differat, aut recuset, ad id, quod vtilius discretio salutaris inuenit absque vlla cunctatione transire.

Sapientia diuina lacti comparatur.

9. **EXOD. 3.** *Ad terram fluentem lacte & melle.* LIPOMANVS. Non de lacte caprarum, aut ouium, & melle apum est sermo. Nam multæ aliæ regiones in huiusmodi fertiliores sunt: Sed per lac intelligunt sancti sapientiam rerum diuinarum; per mel verò, gustum ipsarum, & cum huiusmodi lacte, & melle præcipue cibus fuerit Christus, hinc de ipso scriptum est, *Isaia 7.* [Butyrum, & mel comeder, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.] Nec enim per butyrum pecudum, vel mel apum quis vaquam discet bonum à malo discernere. Lacti autem comparatur sapientia; quia pascit illos de quibus dicitur *Matth. 18.* [Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.] Quo lacte abundauit terra illa: quia inde venit Euangelium, propheta, & lex, quantumuis in Sina data fuerit, cum Sina (teste Apostolo ad *Galat. 4.*) iungatur Ierusalem, coniunctione videlicet superna.

Sapientia humana comparatione diuinae sapientia non est.

10. **EXOD. 4.** *Ex quo loquutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris lingua sum.* ORIGEN. *Hom. 3.* Donec Moyses in Ægypto erat, non erat gracili voce, nec tardus lingua, sed sonoræ vocis, & eloquentia incomparabilis; vbi autem cœpit audire vocem Dei, tunc sensit exilem, & gracilem vocem: tunc se pronunciat mutum, cum cœpit audire verum illud verbum, quod erat apud Deum. Homo enim quamuis imperitus si comparatur mutis animantibus, videbi-

tur eloquens ad comparationem illorum; si verò eruditus, & eloquentibus vitis conferatur, ineloquens & mutus videbitur. Sic humana sapientia respectu, & comparatione diuina. Vnde beatus David comparans se ad diuinam sapientiam, ait. [Vt iumentum factus sum apud te.] D. BASILIVS. Quamuis omni Ægyptiorum sapientia prædicitur esset Moyses, tarda lingua se esse non cognouerit: at postquam Deum loquentem audiuit, tunc linguæ suæ imbecillitatem agnouit, quæ nulla ratione magnitudinem, ac pondus mandatorum sustinere posset. RVPERTVS. Ac si diceret, Antequam loquereris ad seruum tuum, videbar mihi eloquens, & velocis lingue: nunc autem ex quo loqui cœpisti & occulta sapientia tuæ manifestasti mihi, hoc de me didici, & sensi, quod eloquens non sum, nec tam expeditæ linguæ, vt ea, quæ nunc agenda intelligo, dignè valeam coram hominibus loqui.

Idem.

11. **IBID. GREGOR. Homil. 8. super Ezechiel.** Moyses eruditus omni scientia Ægyptiorum, mox vt verba Domini audiuit, verba se non habere deprehendit, dicens: non sum eloquens, &c. & impeditioris, & tardioris linguæ sum. Ac si aperte dicat. Postquam à te verbum vitæ audio, confusum me in verbis prioribus agnosco sic loquente Domino, Ieremias clamat [a, a, a, Domine Deus ecce nescio loqui:] Iuxta enim ea verba quæ audiebat, verba se non habere cognouerit. Sic Daniel sublimem visionem videns, per plurimos dies elanguit, & ægrotauit; quia hi qui in virtutibus fortes sunt, cum altiora Dei conspiciunt, in sua sibi æstimatione infirmi, atque imbecilles fiunt. Sic beatus Iob, de quo Dominus amicis suis dixit. [Non estis loquuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob] cum verba Dei colloquentis audiret, respondit. [Inspicenter loquutus sum.] Et paulo post. [Idcirco ipse me reprehendo, &c.] Qui enim quantum ad homines sapienter loquutus fuerat, loquentem sibi Deum audiens, inspicienter se loquutum fuisse reprehendit. Quia in contemplatione veræ sapientia, sua ei sapientia viluit. Similiter ad vocem Dei desuper venientem animalia alas deponunt apud Ezechielem: quia virtutem Dei siue in natura sua cõttemplari requiramus, siue in occultis iudiciis inuestigare cogitemus, pro quo eius alta nobis impenetrabilia sunt, nostra in nobis, si qua inesse bona credebantur, vilescunt; & qui in aliquantulumque scientia volare credebamur, inuisibilem super nos naturam, & impenetrabilia eius iudicia perpendentes, submissis alis humiliter stamus.

Scientia diuina copiosius manifestata nunc quam antea.

12. **EXOD. 6.** *Et nomen meum Adonai non indicani ois.* INTERL. Subaudi, sicut & tibi. GREGOR. *Homil. super Ezechielem.* In illa verba Danielis *cap. 12.* [Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia.] Hoc nobis sciendum, quia per incrementa temporum creuit scientia spiritualium patrum. Plus namque Moyses quam Abraham, Isaac, & Iacob, vt pater ex hoc loco; plus Apostoli quam propheta in omnipotentis scientia eruditi sunt. Quod autem plus Propheta quam Moyses diuinam scientiam apprehenderint patet. Nam Psalmista dicit: [Super omnes docentes me intellexi, & super senes intellexi.] Quod verò plus sancti Apostoli, quam Propheta edocti fuerint, ipsa veritas dicit. [Multi reges, & Prophetae vulerunt videre quæ videtis, & audire, quæ auditis, & non viderunt.] Quia quod illi solo spiritu

spiritu viderant: iuxta illud. [Abraham vidit diem meum, ipsi Apostoli corporaliter videbant. RABANVS. Certè aliquid Moyſi reuelatum esse credimus, quod anterioribus patribus non est intimatum. Quanto enim ipsius veritatis appropinquauit aduentus in carne, tanto manifestius reuelata sunt sacramenta patribus.

Sapientia humana, mortifera, diuina, vitalis.

13. **EXODI 7.** *Eleuans virgam percussit aquam fluminis quæ versa est in sanguinem.* STRAUVS. Aqua in sanguinem versa, mundanam sapientiam significat; in qua omnis qui manserit necatur, sicut in sanguine piscis. Sequitur. *Foderunt autem omnes Ægyptij per circuitum fluminis aquam vt biberent, non enim poterant bibere aquam fluminis.* RABANVS. Quia gentilitas consula de meditatione secularis philosophia, cum viderit nihil vitale, ac salubre sibi illam præbere: istum studet, & inuestigando, ac salubriter tractando vsquequaque quarere sapientia haustum; quem tamen veraciter non inuenit nisi perueniat ad fontem vitæ, qui ait *Ioan. 7.* Qui sitit veniat ad me, & bibat, & de ventre eius fluent aquæ viua.

Sapientia humana, & diuina, in quibus consistant.

14. **EXODI 8.** *Abominaciones Ægyptiorum immolabimus Deo nostro.* Vide, *Conscientia, num. 5. ex GREGOR. 11. Moral. cap. 27.* Qui addit. Huius namque mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt, vera ostendere, quæ vera sunt falsa demonstrare. Hanc sapientiam qui sciunt, careros despiciendo superbiant: hanc qui nesciunt subiecti, & timidi in aliis mirantur: quia ab eis diligitur, dum huiusmodi mentis peruersitas, vrbauitas vocatur. At contra sapientia iustorum est nihil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire: vera vt sunt diligere: falsa deuitare; bona gratis exhibere: mala libentius tolerare quam facere, nullam iniuriæ vltionem querere: pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hæc iustorum simplicitas deridetur: quia ab huiusmodi sapientibus, puritatis virtus fatuitas creditur.

Sapientia diuina necessaria, vt saluemur.

15. **EXODI 28.** *Facies & laminam de auro purissimo.* HERON. Laminæ aurea rutilat in fronte. Nihil enim nobis prodest omnium rerum eruditio, nisi de scientia coronemur. Lini induimur; ornatur hyacinthinis, sacro baltheo cingimur, dantur nobis opera; rationale in pectore ponitur; accipimus veritatem; profert sermo doctrinam; Imperfecta sunt vniuersa, nisi tam decore curri dignus queratur auriga & super creaturas creator insitens, regat ipse quæ condidit. Vide, *Prudentia, num. 8. ex ORIGENE.*

Contra sapientes huius seculi.

16. **IOSVE 7.** *Abcondit Achon auream regulam in terram, &c.* STEPHAN. Aurea regula est sapientia, quæ vitam nostram quasi regula lineam in rectum dirigit. Hanc furatur qui sapientiam retorquet ad aliud, quam sibi à Domino datur; ad multiplicanda scilicet temporalia. Quod autem hæc regula quinquaginta siclorum fuisse dicitur, qui numerus est remissionis, hoc designat, quod ad hoc data est homini vt inde remissionem acquirat: hanc regulam abscondit in terra, qui terrenis inhiat, qui terrena cogitat, & scatur.

Sapientes difficilè conuertuntur.

17. **IVDICVM 1.** *Qui percussit Curio Sepher, id est, ciuitatem literarum, & vastauerit eam: tibi ei curiam filiam meam vxorem.* Alias quidem fortiores, & copiosiores ciuitates vicerat Caleb; sed preposuit præmium ob difficultatem quam sensit in ciuitate literarum. Difficile enim sapientes huius seculi conuertuntur. RVPERT. Et Christus vicit synagogam sapientia sua, cui, vt ait Apostolus, Primum credita sunt eloquia Dei, & eos qui tulerant clauem scientia, id est, scribas percussit, atque damnauit, proposito sibi à patre præmio, vt acciperet Axam coniugem, id est, nouam de gentibus Ecclesiam.

Sapientia diuina amplectenda.

18. **REGVM 1.** *Erat autem puella pulchra nimis, &c.* INTERL. Sapientia, quam complectentes, in eius dilectione flammescunt. HERON. Quæ est ista Sunamites vxor & virgo, tam feruens, vt frigidum calefaceret, tam sancta vt calentem ad libidinem non prouocaret: Exponat Salomon *Proverb. 4.* [Posside sapientiam, posside intelligentiam, ne derelinquas eam, & apprehendet te, ama illam, & seruiabit te.] Omnes penè virtutes corporis mutantur in sensibus, & crescente sola sapientia, decrescunt cætera, & fracto corpore minora fiunt. Senectus eorum qui adolescentiam suam honestis actibus instruxerunt, & in lege Domini meditati sunt die ac nocte, ætate fit doctior, processu temporis sapientior, & veterum studiorum dulcissimos fructus metit.

Sapientia diuina simplicibus conceditur.

19. **REGVM 3.** *Non videbitis ventum nec pluiam, & alienus iste replebitur aquis, & bibetis.* STEPHANVS. Per ventum intellige confictum disputationum: per pluiam, doctrinam scholarum, & per aluum, eum qui scholas non intrat. Hoc sape videtur in claustralibus, qui scholas non frequentant, nec disputationibus intendunt, & scientiam habent per gratiam: quia se humiliant, &c. Vnde Ioan. Non necesse habetis, vt aliquis vos doceat: vnctio enim docebit vos in omnibus.

Scientia sine charitate inflat.

20. **SVPER illud 4. Reg. 12.** *Fecit Ioas rectum cunctis diebus Ioiadae sacerdotis.* IDEM. Ioas interpretatur memoria Domini, Ioiadas dilectus Domini. Memoria ergo Domini bonum facit si sit cum dilectione Dei, aliter non. Hoc est, quod scientia cum dilectione ædificat, sine charitate siquidem inflat. Sicut Ioas malum fecit, & clatus est mortuo Ioiada.

Quomodo sapientia sit querenda.

21. **PROVERB. 3.** *Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.* BERNARD. Quare ergo dum inueniri potest, & dum prope est, inuoca illam. Vis audire quam prope sit: Prope est verbum in corde tuo, & in ore tuo, rãtum si recto illum quæris corde. Erige cor, surge de lectulo. Si enim corde, inuenies sapientiam, & ore afflues prudentia, sed affluere, non effluere cura vel emouere. Nimirum mel inuenisti si inuenisti sapientiam, tamen ne multum comedas, ne fatiatus euomas illud. Sic comede, vt semper esurias. Nam & ipsa dicit. [Qui edunt me, adhuc esurient.] Noli reputare multum quod habes, noli satiari, ne euomas, & hoc ipsum quod videris habere, & auferatur à te: quippe, qui ante tempus querere destitisti. Queramus ergo sapientiam in corde, & sapientiam, quæ est ex fide; quemadmodum Apostolus ait, [Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sa-

pere ad sobrietatem.] Sobria siquidem sapientia est in poenitudine peccatorum præteritorum, in contemptu præsentium commodorum, in desiderio futurorum præmiorum. Inuenisti sanè sapientiam, si prioris vitæ peccata desleas, si huius sæculi desiderabilia parui pendas, si æternam beatitudinem toto desiderio concupiscas. Sicut verò beatus homo qui inuenerit sapientiam: sic beatus vir vel etiam beatorum qui moratur in sapientia. Fortè enim ad affluentiam spectat. Sanè in his tribus ore affluit sapientia vel prudentia, si sit in ore confessio propriæ iniquitatis; si sit gratiarum actio, & vox laudis; sit etiam sermo ædificationis. An verò etiam in opere affluentem est sapientia? & maxime. Quæramus ergo triplicem affluentiam in opere. Itaque si vos meliùs non habetis, puro ego, quod ad opus pertinet, copiosè satis affluere sapientia, quicumque inter vos continenter, obedienter, patienter conuersatur. Tantum ut fidelis obedientia propriam mortificet voluntatem, humilis continentia, carnalem amputet pariter voluptatem, hilaris patientia, corporalem & mundanalem viriliter sustineat aduersitatem.

B. Benedictus qualiter sapientiam inuenit.

22. **I**DEM GALFRIDVS. In B. Benedicto non tam commendanda est gratia signorum, quod scilicet mortuum suscitauit, leprosum mundauit, futura prædixit: quam quod inuenit sapientiam, per quam sibi obtinuit sanctitatem, & prudentiam ad multorum salutem. Illud potius prædicandum in eo quod nobis est studiosius æmulandum. Relaxat enim pedem ab introitu mundi, nec dum sua plangens præcipit, sed expauescens ad aliena, & sanctimoniam potius illibatam seruare desiderans, quam infantem scientiam obtinere. & sapienter recessit indoctus, cum in scholis multos dycolos inuenisset. Quam multorum magister factus est, & in sacris, & salutaribus disciplinis, qui in studiis noluit sæcularibus retineri. Traxit sapientiam de occultis cum in altissimo specu se contulit.

Sapientia triplex fructus.

23. **I**DEM. Primi, & purissimi fructus eius. IDEM. Fructus nouissimus illos manet, quibus aliquando dicturus est iudex. [Venite benedicti patris mei, &c.] Medius eorum est qui in Domino moriuntur. Primus enim ipse qui inuenit sapientiam, & in præsentem etiam vitam gustat. *Lignum vite est apprehendentibus eam, & qui inuenit eam, beatus.* Si lignum vitæ est, qualiter apprehenditur, cum Cherubim, & flammæum gladium, atque versatilem collocauerit Dominus ad custodiendam viam ligni vitæ? Non desperationem inferat, sed desiderium magis inferat; consilium suggerat hæc custodia. Opus est diligentia, opus est prudentia. Nemo simulatorie, nemo temere accedat ad lignum quod à Cherubim custoditur, in quibus est plenitudo scientiæ. Opus est temperantia; quia gladius imminet qui superflua refecit vniuersa. Sed nec tepidè accedendum. Magnanimitate opus est, & feruore; quia gladius etiam flammæus perhibetur. Nihilominus sectanda est iustitia, ut reddamus cuique quod suum est; quia gladius versatilis, nihil dissimulat, nihil intactum pertransit. Et nunc si apprehenditur sapientia, in ea viuatur, & ex ea. Veruntamen solus ille beatus, qui non modo apprehenderit, sed tenuerit. Solus enim qui perseuerauerit, saluus erit. Inde est quod in vita hominum cauenda laudatio; nec enim militiæ, sed victoriæ exhibetur gloria triumphalis.

Vincit malitiam.

24. **S**APIENTIA 8. *Sapientia vincit malitiam.* BERNARD. Dum Sathanam conterit Dei virtus, & sapientia, Christus. *Attingit ergo à fine, usque ad finem fortiter, & disponit omnia iuauer.* In cælo quidem deiciendo superbum, in mundo, superando malignum, in inferno, spoliando auarum. & disponit omnia suauiter. In cælo stantes angelos confirmando; in mundo venundatos redimendo; in inferno captiuos liberando. Item *attingit à fine usque ad finem fortiter*, hoc est, à summo cælo usque ad inferiores partes terræ; à maximo angelo, usque ad minimum vermiculum. Attingit autem fortiter; non quidem mobili discursione vel locali diffusione vel subiectæ creaturæ tantum officiali administratione, sed substantiali quadam, & vbique præsentis fortitudine. Quia vniuersa potentissimè mouet, ordinat, administrat. Nec aliqua in his laborat difficultate. Sed disponit omnia suauiter placida voluntate, vel *attingit à fine usque ad finem fortiter*, hoc est, ab ortu creaturæ usque ad finem destinatum à creatore, siue in quem vrget natura, siue quem accelerat cura; siue quem concedit gratia. Attingit fortiter, dum nihil horum euenit, quod non prout vult potenti ordinat prouidentia. Sic & homo incitetur ad sapientiam, ut & vitii resistat fortiter.

Sapientia effectus aqua.

25. **E**CCLIS. *Aqua sapientia salutaris potabit illum.* BERNARD. Multiplex est aquarum vtilitas. Est enim vtilis aqua ad lauandum, ad potandum, ad cibos coquendos. Sic aqua sapientiæ salutaris, quæ hauritur de riuis scripturarum. Etenim sermo diuinus, non modo potat animam sitientem, sed lauauit dicente Domino: [Et vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis,] sed & crudos carnis cogitatus igne sancti Spiritus accedente coquit diuinum eloquium, ac vertit in sensus spirituales cibos mentis.

Scientia sine charitate.

26. **I**EREMIA 4. *Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo.* BERNARD. Sicut cibus indigestus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus, non nutrit: ita & multa scientia ingesta stomacho animæ, quæ est memoria, si decocta igne charitatis non fuerit, & sic per quosdam arctus, animæ mores scilicet atque actus transfusa, atque digesta, quatenus ipsa de bonis quæ nouerit, vita arrescens, & moribus, bona efficiatur; Nonne illa scientia reputabitur in peccatum, tanquam cibus conuersus in prauos, noxiosque humores? Annon malus humor peccatum? Annon mali humores, prauus mores? Annon inflationes, & torsiones in conscientia sustinebit qui huiusmodi est; sciens scilicet bonum, & non faciens? & forte personam talis animæ propheta plangit dicens. [Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo.] Nisi quod ipsa geminatio, geminum videtur innuere sensum. Puto enim quod & in sua persona potuit hoc dixisse Propheta, quod videtur scientia plenus, & æstuans charitate, & omnino effundere cupiens, non inueniret, qui curaret audire. Et sic quasi oneri sua sibi scientia erat quam communicare non poterat. Plangit itaque pius Ecclesiæ doctor tam illos qui scire contendunt quomodo sit viuendum, quam illos qui scientes malè nihilominus viuunt.

Sapientia qualiter acquiritur.

27. **O**SÆ 10. *Seminate vobis in iustitia & metite in ore misericordie, innotate vobis nonale.* ORIGEN.

28. **I**DEM. *Tract. 10. in Matheum.* Septuaginta ita habent. [Seminate vobis in iustitia, vindemiate fructum vitæ, illuminate vobis lumen scientiæ.] Conuenit, inquit, in primis quæ sunt actus implere, & opus bonum delectare, & sic ad scientiam rerum venire, ut primùm bona opera faciamus, post hoc autem, id est, postquam emendauerit quis mores suos, proficiatur ad scientiam, & illuminetur. BERNARD. *Serm. 37. in Cantica.* Vltimam posuit scientiam tanquam picturam, quæ statum habere nequeat super inane: Et ideo illa duo præmisit, & subiecit illi, tanquam si solidum aliquid picturæ subterneret. Tu ergo seminasti tibi ad iustitiam, si ex vera noticia tui euigilasti timere Deum; temetipsum humiliasti, fudisti lacrymas, elemosinas profudisti, cæterisque te pietatis actionibus mancipasti; ieiuniis, & vigiliis afflixisti corpus; si peccus tusionibus, cælum clamoribus fatigasti. Semina sunt bona opera, bona studia, semina lacrymæ sunt. *Ibant, inquit, & fiebant mites semina sua.* IDEM Epist. 108. Falleris fili, falleris, si te putas inuenire apud mundi magistros scientiam quam soli Christi discipuli, id est, mundi contemptores, Dei munere assequuntur. Nec enim hanc, lectio docet, sed vnctio, non litera, sed spiritus, non eruditio, sed exercitatio in mandatis Domini. [Seminate, inquit, vobis ad iustitiam, metite spiritum vitæ, illuminate vobis lumen scientiæ.] Vides quoniam non rectè proditur ad lumen scientiæ nisi iustitiæ germen præcedat ad animam ex quo formetur granum vitæ, non palea, gloria.

Sapientia sæculi comparata diuina.

28. **M**ATH. 5. *Beati pauperes spiritus, &c.* ISAA 6. Sæculi huius falsa sapientia, & vera stulticia non intelligens de quibus loquitur, nec de quibus affirmat, sententiam ponit, Beatos dicit filios quorum dextera, dextera iniquitatis, & os loquens vanitatem propter promptuariam plena, & cætera quæ sequuntur, quæ ad incertum pertinent pacis, & non pacis, & ineptæ latitiæ; contra quam, sapientia patris, Dei filius proprius, dextera patris, os loquens veritatem pronuntiat, beatos fore pauperes spiritus reges regni æterni. Ac si dicat. Erratis, corrigendi estis, beatitudinem queritis, & non est vbi queritis, & est vbi non queritis, curritis, sed extra viam, &c. Vide, *Paupertas*, num. 24.

Vera sapientia illuminat, & inflammat.

29. **R**OMAN. 1. *Et obscuratum est insipiens cor eorum.* BERNARD. Sol non omnes quibus lucet etiam calefacit. Sic sapientia cunctos quos docet, quid faciendum sit, non continuò etiam accendit ad faciendum. Aliud est diuitias multas scire, & aliud possidere, nec notitia diuitem facit, sed possessio. Sic aliud nosse Deum & aliud timere: nec notitia sapientem, sed timor facit; qui & afficit. Tunc sapientem dixeris quem sua scientia inflat? Quis illos sapientes dicat nisi insipientissimus, qui cum cognouissent Deum, non tanquam Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt? Et bene [initium sapientiæ timor Domini.] Quia tunc primum Deus animæ sapit cum eam afficit ad timendum, non instituit ad sciendum. Times Dei iustitiam, times potentiam, & sapit tibi iustus, & potens Deus: quia timor sapor est. Porro sapor sapientem facit, sicut scientia scientem, sicut diuitia diuitem. Quid ergo prior locus tantum præparat ad sapientiam? Præparatio rerum cognitio est. Verùm hanc facile sequitur elationis tumor, si non reprimat timor, ut merito dicatur, initium sapientiæ qui se pesti insipientiæ primus opponit. Ibi itaque accessus quidam est ad sapientiam, hic ingressus.

Id prius est discendum quod vicinius est saluti.

30. **R**OMAN. 12. *Dico autem per gratiam quæ data est mihi omnibus qui sunt inter vos non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* BERNARD. Non prohibet sapere, sed plus sapere quam oportet. Quid est sapere ad sobrietatem? Vigilantissimè obseruare quid scire magis, priùsve oporteat. Tempus enim breue est. Est autem quod in se est omnis scientia bona quæ tamen veritati subnixæ sit, sed tu qui cum timore & tremore tuam operari salutem pro temporis breuitate festinas, ea scire prius, ampliusque curato, quæ senseris viciniora saluti. Nonne medici corporum, medicinæ potionem definiunt, eligere in famendis cibis quid prius; quid posterius, & ad quem modum, quidque sumi oporteat. Nam & si bonos constat esse cibos; quod Deus eos creauit, tu tamen si in sumendo, modum, & ordinem non obserues, ipsos tibi reddis planè non bonos. Ergo quod dico de cibis, hoc sentite & de scientiis.

Idem.

31. **C**ORINTH. 8. *Qui se putat aliquid scire, non scit dum scit quomodo oporteat eum scire.* BERNARD. Non probat Apostolus multa scientem, si sciendi modum nescierit. Fructum enim & vtilitatem scientiæ in modo sciendi constituit. Quid ergo dicit modum sciendi? Quid nisi ut scias quo ordine, quo studio, quo fine, quæque nosse oporteat? Quo ordine, ut id prius quod maturius ad salutem. Quo studio, ut id ardentius quod vehementius ad amorem. Quo fine, ut non ad inanem gloriam, aut curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ad ædificationem tui, & proximi. Sunt namque qui scire volunt eo fine tantum ut sciant; & turpis curiositas est: & sunt qui scire volunt, ut sciatur ipsi, & turpis vanitas est. Qui profectò, non euadent subannantem satyricum dicentem. *Scire tuum nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter.* Et sunt item qui scire volunt, ut scientiam suam vendant, verbi gratia, pro pecunia, & honoribus & turpis quaestus est. Sed sunt qui scire volunt, ut ædificent, & charitas est. Et item qui scire volunt, ut ædificent, prudentia est. Horum omnium, soli vltimi duo non inueniuntur in abusione scientiæ, quippe qui ad hoc volunt intelligere, ut bene faciant. Reliqui omnes audiant. [Scienti bonum, & non facienti peccatum est illi.] Ac si per similitudinem dicat. Sumentem cibum, & non digerenti perniciosum est ei. Cibus si quidem indigestus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus, & non nutrit. Ita & multa scientia ingesta stomacho animæ, qui est memoria, si decocta igne charitatis, &c. Vide *supra*, num. 26.

Oportet primum seipsum scire.

32. **I**DEM *ibid.* Volo proinde animam primò scire seipsam, quod hoc postulet ratio & vtilitatis & ordinis. Quia quod nos sumus primùm est nobis vtilitatis; quia talis scientia non inflat, sed humiliat, & est quædam præparatio ad ædificandum. Nisi enim super stabile fundamentum, spirituale ædificium stare non potest. Porro se ad humiliandum nihil inuenit anima viuacius potest quam si se in veritate inuenit tantum, non dissimulet, non sit in spiritu eius dolus. Nam quomodo non humiliabitur in hac vita cognitione sui, cum se perceperit oneratam peccatis, mole huius mortalis corporis aggranatam? Terrenis nutritam curis? Carnalium desideriorum fece infectam? Cæcam, curtam, infirmam, implicitam multis erroribus? Expositam mille periculis, XXX 2 mille

mille timoribus trepidam, mille difficultatibus anxiam, mille suspicionibus obnoxiam, mille necessitatibus onerosam, proliuem ad vitia, inualidam ad virtutes: Vnde huic iam excellentia oculorum? Vnde lauare caput? Nonne magis conuertetur in ærumna sua dum configitur spina? Conuertetur ad lacrymas, ad planctus, ad gemitus: conuertetur ad Dominum, & temperabit mox amaram visionem suam læta Dei. Cui & dico: [Ad me ipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui.] Nec mediocris Dei visio, pium & deprecabilem experiri, sicut re vera benignus & misericors est, & placabilis super malitia. Cuius natura bonitas, cuius proprium est misereri semper & parcere. Tali itaque experimento, & ordine salubriter immotescit Deus, cum prius se nouerit homo in necessitate positum, & clamabit ad Dominum, & exaudiet eum, & dicit: [Etiam te & honorificabis me.] Et sic gradus erit ad cognitionem Dei tui cognitio, & ex imagine eius qui in te renouatur ipse videbitur. & vide quam necessaria sit vtraque cognitio ad salutem. Nam si ignoras non habebis timorem Dei in te, non humilitatem. Nemo igitur absque cognitione sui saluatur, qui tamen ætatem habeat, ac facultatem cognoscendi, quod propter paruulos loquor, & fatuos, quorum alia est ratio. Quod si Deum ignoras non potes amare, quod nescias, aut habere quem non amaueris. Noueris proinde te vt Deum timeas, Deum, vt ipsum diligas. In altero initiaris ad sapientiam, in altero consummaris. Cætera indifferencia sunt, nec salutem, si sciatur, nec damnationem, si nesciantur habentia. Nec tamen dico contemnendam, aut negligendam scientiam literarum, quæ ornat animam, & erudit, vt possit etiam & alios erudire.

Scientia sanctorum est cognitio sui.

33. AD PHILIP. 3. Ego me non arbitror comprehensisse. BERNARD. Nemini pigrum sit vestigare quid sibi desit, aut fateri, quid sibi desit verecundum, sed loquatur cum Apostolo, [Ego me non arbitror comprehensisse.] Hęc scientia sanctorum, longè abest ab illa quæ inflat, hanc qui apponit, apponit & dolorem, sed dolorem hunc nemo; nemo, inquam, sapientium subterfugit. Est enim medicinalis dolor, per quem stupor lethalis animi duri, & impoenitentis excluditur. Et ideo Sapiens, qui dicere potuit [Dolor meus in conspectu meo semper.]

Sapientia diuine effectus.

34. IACOBI. 3. Sapientia quæ desursum est, Primùm quidem pudica est, deinde pacifica. &c. BERNARD. Pudica quidem est contra propriæ voluntatis impuritatem: pacifica contra proprii consilij obstinatam rebellionem. Audiant igitur, qui propriæ voluntatis, & proprii consilij lepra sordet, audiant quam breui versiculo Spiritus sanctus, lepram vtramque condemnet.

De sapientia carnis.

35. ROMAN. 8. Sapientia carnis inimica est Deo; Legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. AUGUSTIN. Serm. 7. de verbis Apost. Quid est, nec enim potest? Prudentia carnis non potest, vitium non potest, non natura. Pes potest, sed claudicatio non potest. Tolle claudicationem, & videbis rectam ambulationem. Prudentia ista, vitium est. Vis nosse quid est? Sapere secundum carnem, mors est.

Bene compatitur ut quis sit sapiens, & inspicens simplex.

36. ROMAN. 16. Vers. 19. Volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. ORIGEN. lib. 10. in epist.

ad Roman. super hunc locum. Quod si aliquis nobis ex infidelibus argutè occurrat & dicat: quomodo potest idè esse sapiens, & stultus? Dicemus ad eum; Respice ad artes istas, quæ in vsu hominum habentur, quomodo ille qui sapientissimus est grammaticus, in arte fabrilis insipientissimus inueniatur? Vel rursus sapientissimus gubernator, quomodo in arte medicinae inuenitur insipiens. Sic ergo possibile est in iis quæ ad Deum pertinent esse sapientem; in iis quæ ad sæculum pertinent esse insipientem.

Sapientia à solo Deo datur.

37. AUGUSTIN. de scala paradisi. Spiritus sapientiæ solus dat veram sapientiam, & lapidam facit scientiam, quæ cum alicui inest, inestimabilis sapor iucundat, & reficit. Et de illa dictum est, Sapientia non inuay in maleuolam animam. Hęc autem, à solo Deo est; & sicut officium baptizandi Dominus concessit multis, potestatem verò, & auctoritatem in baptisino remittendi peccata, sibi soli retinet. Vnde Ioannes, antonomice, & discretè: ne de eo dicit: Hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Ita de eo possumus dicere. Hic est qui sapientiæ saporem dat, lapidam animæ facit sapientiam. Sermo datur siquidem multis, sapientia paucis, quam distribuit Dominus cui vult, & quomodo vult.

Sapientia potius quàm scientia insidendum.

38. CLEMENS ALEXANDRIN. lib. 1. Stromatum. Similis est philosophia Agar, & sapientia Saræ. Saræ autem interpretatur principatus, quasi principatum obtineat sapientia. Antea Saræ, id est, vera sapientia, erat sterilis, ideo permisit Abrahæ, vt paulisper accederet ad Agar, sed quia prohibet ipsa sapientia ne multum esset apud extraneam, id est philosophiam, relicta eadem accessit ad Saram, & genuit Isaac.

Scientia inflat, charitas adificat.

39. I. CORINTH. 8. Scientia inflat, charitas verò adificat. AMBROS. in epist. ad Roman. Sicut vinum non temperatum admixtione aquæ, mentem alienat: ita & scientia, superbum facit, nisi fuerit charitate temperata.

Sapientia necessaria.

40. BASIL. in Iuliam martyrem. Quemadmodum ægri & debiles rebus vtuntur ad curandum aptis: sic & stulti, sapientia indigent, meliùsque longè ipsam quàm argenti, & auri thesauros mercari, longèque item charior lapidibus pretiosis, & omne admodum pretiosum, ipsa prorsus dignum est.

SCANDALVM.

- Scandalum euitandum. 1.
- Scandalizantis pœna. 2. 3. 4. 5. 10.
- Scandalizari non est perfectorum, sed pusillorum. 3. 4.
- Scandali occasio data, vel accepta. 6.
- Scandalum graue peccatum. 7. 8.
- Non omnia scandala paria. 9.
- Scandala tripliv. 11.
- De scandalis interioribus vitandis. 12.
- Definitio scandali. 13.
- Rhina maioris, vel pelati generat scandalum. 14.
- Necesse est vt veniant scandala. 15.

Scandalum

Scandalum euitandum.

1. GENES. 13. Ne quæsis iurgium inter me, & te, &c. CHRYSOST. Debebat Abraham, vt pote missus omnibus Palæstinæ cultoribus sapientiæ doctor, nullam scandali dare occasionem, vel ansam concedere, sed morum lenitate omnes erudire, & suæ virtutis facere imitatores, & ideo dicit: ne sit iurgium, &c. docet non tam præsentis; sed posteros etiam omnes nunquam cum proximis esse litigandum, etiam his qui nobis præstantiores non sunt, nam eorum contentio magnam nobis affert ignominiam, & non illis impunitur quæ fiunt, sed in nos transfertur quod reprehendendum.

Scandalum dantis pœna.

2. EXODI 21. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari meo euelles eum, vt moriatur. RABAN. Mysticè. Si quis per inuidiam, aut odium muctone malitiæ aliquem percusserit, & in mortem animæ seduxerit, æternæ morti ipse obnoxias erit. Vnde Dominus Matth. 18. [Si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt mola asinaria addatur collo eius, & demergatur in profundum.] & Ioan. ait [Qui odit fratrem suum homicida est,] & scitis quia omnis homicida, non habet vitam æternam in se manentem. Hic talis ab altari Domini euelli iubetur; quia indignus dominicis sacramentis à participatione sacri altaris meritò remouetur. Qui autem non voto malitiæ, sed per incuriam, aut ignorantiam aliquem læserit, habet vrbes refugij, Ecclesiam videlicet catholicam; vbi se angustia poenitentia coarctans per omne tempus præsentis vitæ bonis operibus studium impendens maneat, & si spem suam in mortem Pontificis summi, redemptoris videlicet sui, posuerit, hic sine dubio in æternum saluabitur.

Idem.

3. EXODI 21. Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, &c. ORIGEN. Allegoricè. Sint duo viri isti qui litigant, duo disputantes, & de dogmatibus, vel quæstionibus legis secum inuicem conquirentes. Vnde Apostolus, sciens inter fratres huiusmodi lites exurgere præcepit. Noli verbis contendere: ad nihilum enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Quia ergo isti qui in quæstionibus litigant, ad subuersionem audientium litigant, idcirco percuit mulierem prægnantem, & euellit infantem eius, vel formatum, vel nondum formatum: Mulier prægnans dicitur anima, quæ nuper Dei verbum concepit, iuxta illud: [A timore tuo Domine in vtero concepimus, & peperimus.] Hęc ergo anima quæ nunc pro infirmitate sui mulier appellatur, duobus inter se litigantibus viris, & in certamine scandala proferentibus percuitur, & scandalizatur; ita vt verbum fidei quod tenuiter conceperat, abiiciat, & perdat. Si ergo nondum formatum anima quæ scandalizata est abiecerit verbum, quod scandalizauerit damnatum dicitur pati. Nam quædam sunt peccata quæ ad damnum pertinent, non tamen ad interitum. Vnde de damnis Doctorum dicit Apostolus: [Si cuius opus arserit, damnum patietur, ipse autem saluus erit; tamen quasi per ignem.] & ipse Dominus. [Quid prodest, inquit, homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?] & Ioan. Apostolus ait quædam esse peccata ad mortem, quædam verò non esse ad mortem, sed ad damnum. Hoc igitur damno percuit dicitur qui scandali causam infirmiori, & mulieri præbuit animæ. Subiacebit, inquit,

dāno quantū maritus mulieris experierit. Animæ discensit vir, & maritus Christus est. ille ergo qui ad subuersionem audientium verbis contendit, patietur damnum pro anima illa quæ nondum formatum abiecerit infantem; quod potest fortè de scandalo catechumeni accipi nondum formati. Quod si iam formatus fuerit infans dabit animam pro anima, &c. Formatus infans potest, videri sermo Dei in corde eius animæ quæ gratiam baptismi consequuta est, vel quæ euidentius, & clariùs verbum fidei concepit. Hęc ergo si nimia contentione Doctorum percussa abiecerit verbum, & inuenta fuerit esse de illis, de quibus Apostolus: [Iam quædam conuersæ sunt retro post satanam, animam pro anima dabit,] scilicet in die iudicij apud Deum iudicem, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam; vel fortè sic intelligitur animam pro anima dabit, vt qui sibi conscius tanti scandali fuerit, ponet animam suam pro illius anima, quæ scandalizauerit, & vsque ad mortem det operam quomodo redeat, quomodo restituatur ad fidem. Ponet etiam oculum pro oculo. hoc est, si oculum læsit animæ, id est, intellectum turbauit, auferatur oculus ipsius ab eo, & intellectus eius ille turbulentus, & ferox, qui scandalum generat deseratur, & si dentem læsit auditoris, quo suscipiebat cibum verbi Dei, si hunc dentem læsit, vexauit, vel euellit, ita vt non possit talis anima subtilitè, & spiritualitè suscipere verbum Dei, auferatur dens eius, qui non bene scripturarum comminuit, atque attriuit cibos, iuxta illud, [Dentes peccatorum contriuiti.] & illud, [Molas leonum confringet Dominus.] Quia ergo si scandalum patitur anima, non solum in fide, sed etiam in actibus, deicitur qui per manum significatur, & manus, & pedes auferentur illius, qui offendiculum præbuit, manus quibus non bene operatur, & pedes quibus non bene incedit. Recipiet etiam combusturam pro combustura, quia combussit, & gehennæ tradidit animam. Per quæ singula ostenditur, vt iste percussor, omnibus detruncatus membris, à corpore excidatur Ecclesie, vt ceteri timorem habeat Idecirco & Apostolus, cum doctorem describit præcipit, vt non sit percussor, ne percutiens prægnantes mulieres [ponat animam pro anima,] &c. Tales enim animas prægnantes deserit Dominus, dicens [Væ prægnantibus & nutriendis in illis diebus.] Nam non est perfectorum scandalizari, sed aut mulierum, aut paruulorum. Vnde Dominus, [Si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis minimis, qui in me credunt,] &c. Pusillus ergo est minimus qui scandalizari potest: Spiritualis autem diuideat omnia, & omnia probat, & quod bonum est continet, & ab omni specie mali abstinet.

Scandalizantis pœna.

4. IBID. AMBROS. super Luc. cap. 21. Verbi partus non temporis, sed diligentie plenitudine est. Nam iustus consummatus, in breui impleuit tempora multa. At contra citò anima imperfecta calcatur, & verbum, quod concepit amittit. Sed vae illi qui scandalizauerit vnum de pusillis istis. Vae illi qui prægnantem calcauerit: Nam si informe adhuc pignus exluserit, pecuniæ iactura est, si verò formatum; reddet animam pro anima, oculum pro oculo, &c. Id est, eodem modo, quo nocuit, damnandus est: Si enim catechumenum quis de vtero Ecclesie excusserit, leuius punitur; si fidelem grauius.

Idem.

5. IBID. RABAN. Si quis alicuius animam post conceptum semen verbi per iniuriam, vel fraudem læserit, ita vt vitale germen boni operis sanum proferri non possit, etiam ipsa adhuc in fide viuens perstite-

rit, percussor damnus illatum per poenitentiam restituit: si autem ipsa anima per errorem necata post prolatum abortiuum, hoc est, opus mortiferum, in infidelitate perseverauerit, sine dubio seductor illius quasi verus homicida, aeterna morte reus erit: Et super illud *Exod. 21. Si percusserit quisquam oculum serui sui, &c. dimittet eos liberos, &c. dentem quoque, &c.* **I D E M.** Si quis auditorem suum; ad intuitum recti intellectus debilem fecerit, aut dentem discretionis per quem subtiliter sententiam scripturarum comminuens ad pastum animae redigere poterat, per proteritiam suam excusserit: bonum est ei vt illi libertatem tribuat, alterius discipulatum subeundi, ne forte pro eius animae interitu, cum sibi iniustam obedientiam impendere exigat, ipse pro hoc poenas gehennae luere cogatur.

Scandali occasio data, vel accepta.

6. **EXOD. 21. Si quis aperuerit cisternam, &c. cecideritque bos, &c. reddet dominus cisterna pretium inuentorum.** **D. T. H. O. M.** Quodlib. 4. ar. 23. ad 3. Duplex est occasio, scilicet data, & assumpta. Tunc quidem dat aliquis alicui occasionem ruendi, quod est in cisternam cadere, quando facit aliquid, vel dicit minus rectum, ex quo datur proximo occasio ruinae, & tunc ruina proximi imputatur danti occasione. Aliquando autem non est occasio data sed assumpta, puta cum aliquis inducit aliquem ad bonum, & ipse ex hoc fit deterior; non est relinquenda ideo monitio bona, quia ille sumit inde occasionem ruinae. Vnde & Dominus non dimisit praedicationem veritatis propter scandalum Pharisaeorum. Et **A. V. G. V. S. T.** dicit in epist. ad Bonifacium, vt habetur 23. q. 4. ipsa pietas. Quod si plurimi essent in domo ruitura, & inde saltem vnus liberari posset, atque id quia facere conaremur, alij semetiplos praecipitatione necarent, doleremus de caeteris, verum de vnus salute saltem consolaremur.

Scandalum graue peccatum.

7. **EXOD. 22. Aduenam non contristabis, nec affliges eum.** **I N T E R L. I D** est, ad patriam caelestem tendentem non scandalizabis, iuxta illud. [Aduena ego sum, & peregrinus, &c.] Et super illud *Num. 31. Non occides primogenitum filios Israel de Madianitis, &c.* ait **O. A. I. G.** Longe grauius est causam praebere peccandi, quam peccare. Vnde dicitur, [Quia melius fuerat illi homini non nasci, aut molam aenariam alligari circa collum eius, & praecipitari in profundum maris, quam vt scandalizaret vnus de pusillis istis.] Scandalum autem est vbi recte ambulanti, deceptio ad peccandum subiicitur.

Idem.

8. **DEUTER. 35. Ne polluas terram, &c. que in fontium cruore maculatur, &c.** **G. L. O. S. S. A. O. R. D. I. N.** Polluunt terram habitationis suae, qui cruenta, & nefaria faciunt opera proximos scandalizando, & spiritaliter interficiendo, & nisi per confessionem peccatorum, & condignam poenitentiam, desideria carnis occidantur, terra corporum illorum nullo modo mundabitur, nec Creator omnium in eorum animis habitabit, vbi squalorem sordida conuersationis dominari videbit.

Non omnia scandala paria.

9. **MATTH. 18. Qui scandalizauerit vnus de pusillis istis, &c.** **B. E. R. N. A. R. D.** Non omnium scandala, aequa sunt lance pensanda. Aliter namque accipienda sunt scandala pusillorum, & aliter Pharisaeorum. Illorum quippe scandalum de ignorantia, istorum de malitia est. Illi scandalizantur, quia veritatem nesciunt, isti quia oderunt. vnde & pusillos illos ar-

bitror appellari; quod voluntatis quidem bonae, sed non magnae scientiae existentes zelum Dei habeant, et si non secundum scientiam. Talium scandala curam, non itam prouocare solent spiritualium duntaxat virorum. Indignum namque est humanam mereri indignationem, qui diuinam misericordiam tam facile consequantur.

Scandalizantis poena.

I B I D E M. *Vt homini illi per quem scandalum venit.* **I D E M.** **B. E. R. N. A. R. D.** Natus sane denuo, natus ad vitam, natus de spiritu, qui carne postmodum consumatur. Expedi ei qui scandala suscitatur in sancta fratrum congregatione, vt suspendatur in collo eius mola aenaria, & pro suauis, & leui onere Saluatoris graui mola terrenae cupiditatis humeris eius imposita, demergatur in profundum maris huius, quod est saeculum nequam. Minus enim damnabile erat ei in saeculo perire, quam in monasterio. Perire autem necesse est hominem qui charitatem non habet.

Scandala triplicia.

I B I D E M. **P. E. T. R. V. S. R. A. V. E. N. A. S.** In promptu belli semper sunt vigiliae militum distributae, vt insidiis nihil liceat, nihil pateat dolis. Perniciosissimus nimis repentinus est hostis, aut inscius praenitit, aut incautos occupat, aut opprimit dormientes. Hinc est quod Christus Rex noster ante saecula, per totam saeculi noctem milites suos praemandatis vigiliarum vicibus commonuit contra veteris hostis subtilissimos dolos, contra latentes impetus vitiorum, contra scandala, quae nobis variis oriuntur ex causis. *Impossibile est, inquit, vt non veniant scandala,* hoc est dicere, impossibile est, vt non veniant hostes. Scandalorum autem genera sunt diuersa; & prima sunt illa quae diaboli fraus parturit, secunda quae generat calliditas humana, tertia quae parit in nobis suspicax, & incauta natura.

De scandalis interioribus vitandis.

I B I D E M. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, &c.* **B. E. R. N. A. R. D.** Postquam ab exterioribus scandalis deterruit nos sermo dominicus, asperis fatis consilium dat, quid de nobis agendum sit, scandalo, quod in ceteris patimur contrariam inuenientes legem in membris nostris. Porro tripliciter fit scandalum istud, interdum enim est in nobis spiritualis intentionis oculus simplex, & qui gratiae magis quam noster esse, sit dicendus. Sed scandalizat nos oculus noster, dum voluntas nostra, aliam minus castam importune ingerit intentionem. Sed erue, inquit, eum, & proiice abs te: hoc autem fiet, si non consentias, sed abiicias, & resistas. Simili modo de manu, ac pede est intelligendum. Cum enim bonis operibus intentos ad alia opera trahere voluntas propria conatur, manus nostra scandalizat nos, sed abscindi debet, & proiici a nobis, vt non consentiamus. Sic etiam proficere in sancta conuersatione, & ascendere de virtute in virtutem desiderantes sapimus scandalum patimur a pede quodam pusillanimitatis, & negligentiae nostrae qui descendere magis, ac remissius ire conatur; sed abscindi eum necesse est, vt pes gratiae currere possit sine impedimento. Quod autem dicit nobis bonum esse ad vitam intrare, cum vno oculo, aut manu, aut pede, eos notat qui voluntatem suam, seu bona seu mala sit, aequè sequuntur, & ingrediuntur duabus viis nunc bona, nunc mala sectantes, secundum quod variantur desideria sua.

Definitio scandali.

D. T. H. O. M. 22. q. 4. ar. 1. Quod Graecè *σκανδαλον* dicitur, nos *offensionem* vel ruinaem, & impactionem

nem pedis possumus dicere. Contingit enim quod aliquando aliquis obex ponitur alicui in via corporali, cui impingens disponitur ad ruinaem, & talis obex dicitur scandalum. & similiter in processu viae spiritualis contingit aliquem disponi ad ruinaem spiritualem per dictum, vel factum alterius, in quantum scilicet aliquis sua admonitione, inductione, aut exemplo, alterum trahit ad peccandum, & hoc proprie dicitur scandalum. Nihil autem secundum propriam rationem disponit ad spiritualem ruinaem, nisi secundum quod habet aliquem defectum rectitudinis. Quia id quod est perfecte rectum magis munit hominem contra casum, quam ad ruinaem inducat. Et ideo conuenienter dicitur quod dictum, vel factum minus rectum praebens occasionem ruinae, sit scandalum.

Scandalum generat ruina maioris, vel prelati.

14. **C. H. R. Y. S. O. S. T.** *hom. 1. de verbis Apost. Modico vincto vivere.* Sicut in corpore, aliquo quidem membro corrupto non est magnum damnus: oculis vero laesis, vel capite contrito, totum corpus inutile redditur: sic & qui in alta quadam tanquam virtutis specula, cum multa claritate constitutus ab omnibus admirationi habitus, quando cadit, magnam ruinaem & iacturam facit: non tantum quia ex alto cecidit, sed quoniam aliis multis scandali materia est in ipsum respicientibus. **I D E M.** *hom. 40. op. imp.* Sicut quod de alto cadit, grandem sonum facit, vt audiant omnes: sic & qui de alto gradu cadit, ruina illius vbi-que auditur.

Necesse est, vt scandala veniant.

15. **M. A. T. T. H.** 18. *Necesse est vt veniant scandala.* **C. H. R. Y. S. O. S. T.** *hom. 13. op. imper.* Sicut vbi-que fuerit triticum, necesse est vt inueniatur illic & zizania: sic vbi-que fuerit bonum Dei, illic erit & scandalum inimici.

SCRIPTURA SACRA.

- Scriptura sacra litera sunt nobis à Deo missa.* 1. 49.
- Scriptura fonti vel puteo comparatur.* 2. 9. 12. 15. 17.
- Scriptura quibus comparatur.* 2. 3. 4. 8. 10. 13. 18. 19. 24. 25. 34. 35. 44. 61. 63. 66. 68. 69. 72. 73. 75.
- Scriptura spiritaliter interpretanda.* 5. 16. 21. 23. 27. 30. 37. 38.
- Ad scripturam pro veritate recurrendum.* 6.
- Ad scripturam vera doctrina qua itur ad caelum.* 7.
- In scriptura non omnia mysticos habent sensus.* 11. 70.
- Scriptura legenda.* 13. 3. 2. 4. 0. 42. vide *Predicator*, num. 12. 40. &c.
- Scripturam Iudei portantes, nobis seruiunt.* 15.
- Scripturas Christus aperuit.* 20. 26. 69.
- Scriptura à Spiritu sancto dictata.* 22.
- Scriptura diuina medicina animarum.* 25. 29.
- In scriptura varius sensus.* 7. 4.
- Quid de scriptura quam non intelligimus.* 28.
- In scriptura spolia multa.* 29.
- Scriptura mensae comparatur.* 34.
- Scriptura simplicibus manifestatur, superbis occultatur.* 36. 39.
- Duo scripturae testamenti.* 33. 41. 43. 45. 81. 83.
- Ad sacram scripturam vita nostra componenda.* 46.
- In scriptura laet spiritalis sensus.* 47. 54.
- Epistole sunt Dei promissoriae.* 48.

- In parua scriptura sententia, multa virtus.* 50. 56. 57. 58.
- Intelligentia difficilioris, ab executione facilioris pendet.* 51.
- Ad intelligentiam scripturae requiritur munditia animae.* 52. 53. 77.
- Scriptura sacra ubertas, & abundantia.* 55. 59. 60.
- Scriptura sacra lectio utilis.* 62. 65. 66. 67. 71. 76. 79.
- Contra scripturam non legentes.* 64.
- Scripturae partes concordant sibi ipsis.* 82.
- Quare in scriptura sit obscuritas.* 78. 80.

Scriptura sacra litera sunt à Deo missa.

E. N. E. S. I. *In principio creauit Deus caelum, & terram, &c.* **C. H. R. Y. S. O. S. T.** Deus humani generis conditor, ab initio per seipsum hominibus loquebatur, quomodo hominibus audire eum possibile est. Sic enim ad Adam venit; sic Cain increpauit; sic cum Noë loquutus est; sic apud Abraham hospitatus est. At vbi in magnam malitiam omne genus hominum degenerauit, nec tunc se totum ab hominibus auertit Deus: sed quia familiaritate sua indigni facti fuerunt, iterum suam erga illos amicitiam innouare volens quasi longè à gentibus literas mittit conciliaturus sibi vniuersam hominum naturam: & has quidem literas Deus dedit, attulit autem Moyses, dicunt autem literae. [In principio creauit Deus caelum, & terram, &c.] Alij omnes Prophetæ dixerunt, vel quae multis postea temporibus futura erant, vel quae in futuro saeculo eueniant. Beatus autem Moyses natus cum iam multa multi transissent saecula dignus est habitus, vt illa nobis diceret, quae ante suam natiuitatem omnium Dominus formauerat, & idcirco sic incipit. [In principio creauit, &c.] Quasi diceret. Non ab hominibus doceor vt loquar, sed qui haec cum non essent, fecit vt essent, hic & linguam meam ad isthaec enarranda impulit. **T. H. E. O. D. O. R. E. T.** Hanc doctrinam didicit Moyses cum audiuit: [Ego sum qui sum.] **L. I. P. O. M. A. N.** Vel cum illi iussit *Exod. 17.* [Scribe hoc in monumentum, &c.]

Scriptura sacra thesauro, & fonti comparatur.

I D E M. **C. H. R. Y. S. O. S. T.** Merito sacra Scriptura thesauro comparatur, siquidem in breui dictione variam sententiarum vim, & indicibiles diuitias inuenire licet. & non solum thesauro, sed etiam fonti largis, perennibusque scaturientis fluentis confertur. Haec autem est natura spiritualium fluminum, vt hoc magis scaturiat, & accrescat spiritualis gratia, quo quis magis inde haurire studet. Vide *Bona spiritualia*, num. 1. **D. B. A. S. I. L.** Si sacrae Scripturae verba legantur, syllabae perexiguae quaedam esse videntur, sed cum verborum sententiae peruestigantur, tunc quanta sit sapientia creatoris perspiciuntur.

Matri comparatur.

A. V. G. V. S. T. Sacra scriptura est quasi mater, quae filium suum paruulum, ac debilem manu ducit, & materno incessu tardius ambulat; quae etiam sic loquitur vt altitudine superbos irrideat, profunditate attentos terreat, veritate magnos pascat, affabilitate paruulos nutriat.

In scriptura multa medicamina.

C. H. R. Y. S. O. S. T. Sciens misericors Dominus nostrae voluntatis infirmitatem, & ad labendum pro-

clinitatem, magna nobis medicamina in Sacrarum literarum lectione reliquit, quæ cum vulneribus nostris imponimus, & vitam beatorum virorum ante oculos proponimus, ad amulandum prouocemur, & virtutem non negligamus, sed fugiamus peccatum. Vide etiam, *Exemplum*, num. 5. ex eodem CHRYS.

Scriptura non corporaliter, sed spiritualiter interpretanda.

Vide *Christus*, num. 81. ex ORIGEN. vide etiam *Ignorantia*, num. 3.

5. GEN. 3. *Conserunt folia ficus, & fecerunt sibi perizonata.* AMBROS. *Mystice.* Iudæi dum legis spiritualia verba corporaliter interpretantur, etiam dicuntur folia assuere. Bona igitur interpretatio spiritualis. Tunc enim ficus, id est, scriptura est fructuosa, sub qua sancti requiescunt, ut ait Propheta, quam qui plantauerit in animis singulorum; sicut Paulus qui ait, Ego plantavi &c. manducauit ex ea fructum. An enim sapiens, [Quis plantat ficum, & de fructu eius non manducat?] Mala autem interpretatio Iudæorum, & eorum, qui corporaliter interpretantur, quæ fructum ferre, & viriditatem seruare non poterit. Christus autem Dominus adueniens ficum inuenit, incultam, & frondosam, & rogatus ne eam iuberet excidi, ut coleretur permitti; & ideo iam non foliis, sed diuino succingimur sermone: quia ipse Dominus ait. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, ac si diceret non sæcularia, sed æterna debet zona vestra seruare.

Ad scripturam recurrendum pro veritate.

6. GEN. 5. *Hic est liber generationis Adam.* CAIET. *G*AUERIT Moyses omnes ab inquirendo generationem hominis, vel quando inceperit, vel si fuerit, æterna proponendo quod hic liber est ad quem recurrendum est pro veritate. *Hæc ille.* Idem dicendum de libro generationis IESU CHRISTI, quem Mattheus scripsit, & de omnibus aliis, scilicet quod est ad quem recurrendum est pro veritate.

In scriptura vera doctrina qua itur ad calum.

7. GEN. 11. *Confundamus tibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui.* RVPERTVS. Quoniam peruersa via tendere volunt ad calum, veram viam abscondamus ab eis, qua veraciter itur ad calum. *Confundamus linguam eorum, &c.* Etenim cum hæc diceret Deus sciebat futurum, ut sancta Scripturam vnus Dei notitiam contingentem conderet per hunc famulum suum Moysen, qua sola venietur ad Deum, quæ scilicet Hebræa lingua esset scribenda quæ tunc communis erat. Ut igitur cum data fuerint illæ margaritæ cælestis doctrinæ, non conculcentur à porcis huiusmodi. *Venue confundamus labrum eorum, ut non audiat, &c.*

Scriptura quibus comparatur.

8. CHRYSOST. *super cap. 12. Genes.* Est diuina Scriptura mercatus quidam spiritualis, & par est, ut sicut qui ad nundinas veniunt, inde multis mercibus conquisitis redeamus. Est & medicorum officina animabus, & par est, ut quasi è medici domo receptis, quæ animabus nostris congruunt medicamentis exeamus.

Idem.

9. GEN. 16. *Appellauit puteum illum puteum viuientis & videntis me.* HIERON. Hoc est scripturam veteris legis, & nouæ quam conditor noster vita viuientium, & spiritus morientium inuitur piæ miserationis

mortalibus dedit ut edocti, & à vitis correcti, Diuisione perpetuo digni esse mereantur.

Idem.

10. CHRYSOST. *super Gen. cap. 19.* Quemadmodum floridum quoddam pratum varios flores ostentat: ita & diuina Scriptura iustorum virtutes nobis demonstrat, non ut sicut illorum florum fragrantia paruo tempore fruamur, sed ut perpetuum inde vtilitatem recipiamus. Flores statim marcescentes suam gratiam amittunt, iustorum autem virtutes si eas in sinu mentis reponimus per omne tempus si volumus eorum suauolentia frui poterimus.

In scriptura non omnia mysticos habent sensus.

11. GEN. 22. *Obo istos genuit Melcha Nachor, &c.* INTER. Nec mirum si non hæc omnia mysticos sensus gerunt, quia nec omnes rami arboris fructum gerunt. AVEVS. *lib. 22. contra Faustum.* Sicut in citharis, & organis musicis non omnia quæ tanguntur canorum aliquidi resonant, sed tantum chordæ: cætera tamen ideo fabricata sunt, ut esset vbi vincerentur, vnde, & quo tenderentur illæ chordæ, quas ad cantilenæ suauitatem percussurus est artifex: ita in his prophetis narrationibus quæ de rebus gestis hominum propheticis spiritu deliguntur, aut aliquid iam sonant significatione futurorum, aut si nihil tale significant adhuc interponuntur ut sit, vnde illa significationa tanquam sonantia connectantur.

Scriptura quibus comparatur.

12. GEN. 24. *Deambulabat Isaac per viam qua ducit ad puteum, cuius nomen est viuientis, & videntis.* GREGOR. Puteus iste est, sacra Scriptura profunditas quam nobis ad irrigationem mentis dedit omnipotens Deus, &c. Vide *Passio Christi*, num. 15.

Scriptura sacra est ager consolationis.

13. IBID. *Egressus est Isaac ad meditandum in agrum.* ALIREDVS. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus. Dico vobis fratres, nihil poterit aduersi contingere, nihil tam triste, vel amarum emergere, quod non mox ut pagina nos sacra exceperit, aut euanescat citius, aut facilius toleretur. Hic est ager in quem sanctus Isaac inclinata iam die pergit ad meditandum, vbi ei occurrens Rebecca, illum qui acciderat, sua lenit suauitate dolorem. Quoties mihi IESV bone, dies vergit in vesperam, quoties parua alicui consolationi quasi diuinæ luci, intolerabilis dolor, velut nocturna caligo succedit, vertuntur in fastidium onera, oneri sunt cuncta quæ video: si quis loquitur vix audio, vix sentio: in modum silicis cor obduratur: hæret lingua, oculorum vena siccat. Quid tunc? Ex eo certe ad meditandum in agrum, sacrum reuoluo codicem, meditationes meas ceris imprimo, cum subito mihi occurrit Rebecca, scilicet tua gratia, IESV bone, sua luce tenebras disciuit, pellit fastidium, duritiam frangit. Mox suspiriis cedunt lachrymæ, & lachrymas, cæleste gaudium comitatur. Infelices qui cum infelicia quæque perturbant, non hunc agrum ingrediuntur ut gaudeant. Vide *Leitio*, maxime, num. 5.

Sacra scriptura quibus comparatur.

14. IBID. ORIGEN. Rebecca inuenitur ad puteum, & rursum Rebecca ad puteum inuenit Isaac, & Iacob ad puteum venit & ibi inuenit Rachel. Sed & Moyses ad puteum inuenit Sephoram. Quid sibi vult quod Patriarchæ ad puteos veniunt, & ad aquas coniugia fortiantur? Sanctorum nuptias coniunctionem ego dico animæ cum verbo Dei, qui ergo iungit se Domino,

no, vnus spiritus est cum eo. Hanc autem coniunctionem animæ cum verbo, certum est non aliter fieri posse, nisi per instructionem diuinorum librorum. Ad quos puteos si quis veniat, & hauriat ex his aquas, id est, meditando in his sensum intellectumque percipiat altiore, inuenit nuptias Deo dignas, & coniungitur anima eius cum Deo. Desiliet etiam de camelis, id est, discedit à vitis, abiicit irracionales sensus, & coniungitur Isaac. Sed & ad Euangelia veniamus. Ipse Dominus fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Vide vbi requiem quærit. Ad puteum. Ad puteos, & ad aquas venit, ut inueniat sponfam & Ecclesia, in lauacro aquæ Christo coniungitur.

Scripturam Iudæi per mundum portantes, nobis deseruiunt.

15. GEN. 25. *Maiores seruierunt minori.* LIPOMANVS. Populus populum superauit, & maior seruiet minori, quado reprobatis Iudæis assumptæ sunt gentes in Ecclesiæ gremium; illique in obsecratione sua remanentes per totum mundum duro, ac misero Christianorum seruitio astringuntur. AVEVS. Maior & senior populus Iudæorum, iuniori, id est, populo Christiano seruire probatur, dum per totum mundum populus diuinæ legis, ad instructionem omnium gentium portare cognoscitur. Vnde cum aliquem paganum ad fidem Christi volumus inuitare, possumus dicere: Si de nostris libris tibi dubitatio nascitur: ecce Iudæorum libros utique inimicorum nostrorum; ipsos lege, & cum in ipsis hoc, quod in nostris libris inuenieris, noli esse incredulus, sed fidelis.

Scriptura non corporaliter, sed spiritualiter intelligenda.

16. GEN. 26. *Palestini, omnes puteos, quos foderant serui patris illius, &c. obstruxerunt.* RVPERT. Putei quos foderant serui patris Christi, omnes Scripturæ sanctæ sunt, quas condiderunt Moyses, & Prophete, atque Apostoli. Hos puteos quantum in ipsis fuit hæretici obruauerunt humo, ut non facillè inueniri posset veritatis doctrina. Illo scilicet tempore, quo Isaac noster, id est, Christus magnus vehementer effectus est, id est, tempore primitiue Ecclesiæ. ORIGEN. Qui sunt isti qui terra puteos scripturarum nostrarum replent illi sine dubio, qui in lege terrenam & carnalem intelligentiam ponunt, & spirituales, ac mysticam claudunt, ut nec ipsi bibant, nec alios bibere permittant. Vnde Dominus, [Væ vobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ, quoniam tulistis clauem scientiæ, & nec ipsi introistis, nec intrare volentes permittistis.]

Scriptura quibus comparatur.

17. GEN. 26. *Foderuntque in torrente, & inuenerunt aquam viuam.* HIERON. Et hic pro torrente, Vallis scriptum est. AMBROS. *lib. de Isaac, & anima.* Puteus aquæ viuæ est profundæ altitudinis doctrinæ. Vnde & Agar, ad puteum angelum vidit, & Iacob ad puteum Rachel sibi inuenit vxorem. Moyses quoque secus puteum vxorem inuenit, & Isaac à puteo visionis adorsus est puteos, & bono ordine, ut eius putei aqua oculum animæ dilueret, & foueret quovisum eius faceret clariorem. Deinde fodit alios puteos plures. Vnde scriptum est, [Bibe aquam de tuis puteis.] Quanto enim plures fuerint, tanto erit vberior redundancia gratiarum.

Idem.

18. GEN. 27. *Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum.* HIERON. In Hebræo, loco, *Valde bonis*, habetur, quæ erant deside-

rabilia. Vestes aurem hæc Esau fides, & scripturæ sunt Hæbræorum, quibus gentiliū indutus est populus. Pelles autem quæ eius brachiis circumdatæ sunt, peccata vtriusque sunt plebis, quæ Christus in extinctione manuum cruci secum pariter affixit. GREGOR. *super Ez. echiel. bom. 6.* Vestimentis autem fratris maioris induitur, quia sacra Scripturæ præceptis, quæ maiori populo data fuerant in bona operatione vestitus est, & eis minor in domo vtitur; quæ maior foras exiens intus reliquit: quia illa gentilis populus præcepta tenet in mente, quæ Iudæicus populus habere non potuit, dum solū in eis literam attendit.

Idem.

19. GEN. 28. *Viditque in somnis scalam, &c.* Quod per istam scalam Scriptura sacra intelligatur, Vide *Perseuerantia*, num. 6. ex ZENONE.

Scripturas Christus aperuit.

20. GEN. 29. *Venit ad puteum, cuius os grandi lapide claudebatur, & de quo pecora adaquabantur, iuxta quem tres ovium greges accubabant.* RVPERT. Et Christus venit ad aperendam scripturam quam & Iudæi, & Samaritani, & Gentiles, modis omnibus disgregati exquirebant. Nam Iudæi, & Samaritani scripturam eandem habentes, sic ab inuicem erant disgregati, ut sicut Euangelista testatur, nec in haustu putei aquæ elementaris couerterentur Iudæi Samaritanis. & Gentiles ab vtrisque longè diuersi erant, quippe qui nec Deum cæli colebant, & tamen eandem scripturam per Septuaginta interpretes translaram scire tendebant. Sed frustra & hi, & illi taliter accubabant. Nam Scripturæ sacre puteum Scribæ, & Pharisei, grandi lapide clauderant propter traditiones suas. Vnde Dominus illis improperatur. [Væ vobis legis peritis, quia tulistis clauem scientiæ, & ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis.] & alibi. [Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras?] RABAN. Veniente igitur Christo, lapis remotus est prædicatione sua. EYCHER. Quia vniuersa quæ de se fuerant scripta, in se expleti permittit, vel expleta esse ostendit. LIPOMANVS. Tunc remouit eum in die resurrectionis suæ, Apostolis sensum aperuit, ut intelligerent scripturas.

Quomodo aliquando sequimur literalem scripturam sensum, aliquando morale, &c.

21. GEN. 30. *Tollens igitur Iacob virgas populeas virides, &c. ex parte decorticauit eas, &c.* Per has virgines intellige exempla sanctorum posita in sacra Scriptura, & quomodo ex parte decorticantur, &c. Vide *Exemplum*, num. 9. ex GREGOR.

Scriptura à Spiritu sancto dictata.

22. GEN. 40. *Tria canistra farinae habebam super caput meum, & in vno canistro quod erat excelsum, &c.* LIPOMANVS. Tria canistra super caput huius tripartita populo Iudæico concessa diuinæ legis eloquia sunt. Videlicet Propheta, lex, & psalmi, quæ omnia super caput portabat; quia mentem illorum excelsit spiritualis scientiæ plenitudo. Arte pistorum panes cocti significant, quod lex veteris Testamenti, non est humana inuenta astutia, sed Spiritus Sancti auctoritate. Spiritus enim sanctus per ignem significatur. Canistrum autem quod cæteris altius erat, lex Mosaiica est, propter densitatem mysteriorum, ex quo cibum volucres cæli percipiunt, dum animæ sanctæ quæ per cæli significantur aues, spiritualiter aluntur, & in lege Domini meditantur die, ac nocte, quæ possunt dicere cū Apostolo, [Nostra autem conuersatio in cælis est.]

Scriptura

Scriptura spiritualiter intelligitur, & à solo Christo.

23. **G**ENES. 41. *Septem bonae pulchrae, & septem spicae plerae, septem uertitatis anni sunt, &c.* INTERL. & RVPERTVS. Sicut somnium regis interpretari nemo potuit, nisi solus Ioseph: sic Dei patris consilium in scripturis sub velamine literæ absconditum, aperire nemo præter Dominum Iesum Christum dignus iuuentus est. Vnde Ioan. [& nemo poterat neque in caelo, nec in terra, nec subrus terram aperire librum, nec videre illum, & vnus de senioribus, &c.] Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid; aperire librum, & soluere septem signacula eius. Boves autem pulchrae, & crassa, seu spicae plerae, Christianorum qui scripturarum viuificantem sequuntur spiritum, tenent figuram septem annis, id est, omnibus diebus vsque ad consummationem saeculi. Boves verò foeda, seu spicae tenues, Iudaei sunt, qui occidenti literæ incumbunt, semper legentes, & solam scripturæ paleam sectantes, qui nullum futuritatis possunt dare vestigium. Hanc Egyptij saturitatem & hanc Iudaeis famem Dominus prænuñciauit dicens. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis, ecce serui mei bibent, & vos sitietis.

Scriptura sermo semini comparatur.

24. **O**RIG. super Exod. 1. Videtur mihi vnusquisque sermo scripturæ diuinæ similis esse alicui seminum, cuius natura hæc est, vt cum iactum fuerit in terram multipliciter diffundatur, & tanto cumulatius, quanto vel peritus agricola plus laboris impenderit vel beneficium terræ indulserit. Sic ergo efficitur vt cultura diligentia exiguum semen, verbi gratia sinapis, quod minimum quidem est, efficitur maior omnibus oleribus, & fiat arbor, ita vt volucres caeli veniant, & habitent in ramis eius. Ita & quilibet scripturæ sermo si peritum inueniat, & diligentem colonum, licet primo actu videatur exiguus, & breuis, vt primum cœperit excoli & spiritualiter tractari, crescit in arborem, ita vt possint venire disputantes, & rhetores huius mundi, qui velut ayes caeli, leuibus pennis verborum duntaxat pompa excelsa sectantes, & rationibus capti velint habitare in ramis istis, in quibus non loquendi decor est, sed ratio viuendi.

Scriptura diuina medicatur anime.

25. **E**XOD. 1. *Quarum vna vocabatur Sefhora, altera Phua.* ORIGENES. Sefhora interpretatur Passer. Phua verò rubens vel uerecunda. Mihi videntur obstetrices istæ duæ, vtriusque testamenti figuram seruare, & Sphora legi quæ spiritualis est posse conferri, Phua verò indicare Euangelia, quæ Christi sanguine rubent, & per vniuersum mundum passionis suæ rutilant cruore. Ab his ergo animæ quæ nascuntur in Ecclesia velut obstetricibus medicantur; quia ex scripturarum lectione cuncta, in ea eruditionis medicina confertur. Tentat tamen Pharaon per has necate Ecclesiae ualculos, cum studiosis quibusque in scripturis diuinis, hæreticos sensus, & peruersa dogmata suggerit; sed stat inuolubile fundamentum Dei, timentem autem obstetrices hæc Deum, id est, timorem Dei docent, quia initium sapientiae timor Domini,

In scriptura Christus inclusus.

26. **E**XOD. 4. *Quod si nec duobus quidem his signis credent, &c. quidquid hauseris de flumine uertetur in sanguinem.* RVPERTVS. Quisquis ergo prioribus

signis non credit, quod qui mittendus erat iam uenit, usque sit Iesus Christus qui solus à Pharaone liberare nos potuit, id est, à Diabolo; restat vt tertium contra illum impleatur signum scilicet, vt quidquid hauserit de fluuio uertatur in sanguinem; id est, quidquid attingere tentauerit de scripturarum fluentis malè necessario intelligat ad suam damnationem.

Scriptura spiritualiter intelligenda.

IBID. *Qui scilicet Aaron perlexit obuiam ei in monte Dei.* ORIGENES. Interest scire ubi occurrerit Moysi Aaron, cuius os aperiendum est à Deo, occurrit, inquit, in montem Dei. Merito igitur aperitur os eius, qui potuit occurrere in montem Dei, Petrus, & Iacobus & Ioannes, montem Dei ascenderunt, vt transfertur Iesum videre mererentur, & Moysen cum ipso, atque Eliam viderent in gloria. Et tu ergo nisi ascenderit ad montem Dei, & ibi occurreris Moysi, id est, nisi excelsum legis ascenderit sensum, nisi ad spiritualis intelligentiæ cacumen euaseris, non est os tuum apertum à Domino. Si in humili loco literæ steteris non occurreris Moysi in montem Domini, nec os tuum aperuit Deus, nec instruit te quæ oporteat loqui.

Quid de scriptura quam non intelligimus?

EXOD. 12. *Non remanebit quidquam ex eo usque mane, si quid residuum fuerit igni comburetur.* GREGOR. Quia videlicet veri agni Christi dicta, magna sunt sollicitudine discutienda, quatenus priusquam dies resurrectionis appareat in hac presentis uitæ nocte omnia illius mandata intelligendo, & operando penetrarent. Sed quia valde difficile est, vt omne sacrum eloquium possit intelligi; & omne eius mysterium penetrari, rectè subiungitur, Si quid autè remanserit igni comburetur, quod implebitur, quando hoc quod de mysterio incarnationis eius intelligere, & penetrare non possumus potestati spiritus sancti humiliter referamus, vt non superbè quis audeat vel contemnere vel denunciare, quod non intelligit, sed hoc igni tradit, cum sancto spiritui reseruat.

In scriptura spolia multa.

EXOD. 12. *Et expoliauerunt Aegyptios.* AMBROS. super Psalms. 118. Merito exulto necui qui inuenit spolia multa, quæ non habebam; inueni scripturam sacram; inueni uetus testamentum; inueni nouum, inueni admirabilem consiliarium Christum; inueni Paulum prudentem architectum; inueni sapientem auditorem populum Christianum, qui nouit ea quæ leguntur audire. Ille enim audit qui ea quæ audit intelligit. Lex spiritualis est, non eam audit Iudæus qui audit corporaliter, sed ille audit qui audit in spiritu. Habent illi libros, sed sensus librorum non habent, habent Prophetas, sed non habent quem illi prophetauerunt. Quomodo enim habent quem non receperunt? Multa habet spolia, qui habet Dei uerbum, habet resurrectionem, habet iustitiam, habet omnia; quia omnia in ipso constant. Hebraei spoliauerunt Aegyptios, & uasa eorum abstulerunt, Iudæorum spolia habet populus Christianus, & totum habemus quod illi habere se nesciebant. Illi aurum, & argentum materiale abstulerunt; nos aurum mentis accepimus, nos acquiuisimus caelestis sermonis argentum.

Spiritualiter intelligenda.

EXOD. 21. *Animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente.* HIERON. in Ezechielem cap. 47. Conf

Confidera legem Moysi, si intelligatur iuxta sensum carneum Iudæorum quomodo amara sit effodiens oculum pro oculo, dentem pro dente. Si enim intelligamus iuxta occidentem litteram, & non iuxta Spiritum, uiuificantem, amara sunt, & lectorem suum non tam ædificant quam destruant.

In scriptura Christus inclusus.

31. **E**XOD. 24. *Surrexerunt autem Moyses & Iesus minister eius, &c.* AVGVST. quest. 103. in Exod. Quid sibi uult quod Iesus Naue non commemoratus in illis quatuor, subito cum Moysen apparet, & cum illo ascendit in montem ad accipiendas tabulas legis, & subito rursus idem Iesus absconditur, id est, taceatur, & Moyses accepit legem in duabus tabulis, & cum eo iterum apparet? Fortè significat nouum testamentum nomine Iesu, & absconditum esse in lege, & aliquando apparere intelligentibus. SEVERVS. Duplex erat lex: vna quæ in superficie præcepta continebat; & hanc, utpote quam populus ille rudis capere poterat cum descendisset Moyses, toti populo contestatus est. Altera autem spiritualis, & interior, quæ in profundo spirituales sensus complectebatur, hanc vt acciperet Moyses, Iesum Naue secum assumpsit, qui figuram Iesu Domini, & seruatoris nostri gerebat. Nec enim sine Iesu profunda legis, & Euangelij mysteria intelligi poterant. BEDA. Iosue autem minister Moysi rectè uocatur; quia noster Iesus apparet in carne, Moisaicæ legis ceremonias suscipere in se dignatus est, quia non soluere legem uenit, sed adimplere. Moysi in omnibus uestigia sequitur; quia in cunctis quæ loquitur vel scribit Moyses, ille vel typicè, vel manifestè designatus, quasi comes indiuuans, si bene quaeritur, inuenitur. Hinc ipse Iudæus dicit Ioan. 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit.

Scriptura lectioni insistentium.

32. **E**XOD. 25. *Qui semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis.* Quod prædicatores insistenti debent lectioni sacrae scripturæ, Vide Prædicator, numer. 40.

Duo scripturae testamenta, Christum continent.

33. **E**XOD. 25. *Duos quoque Cherubim aureos, & prodauctiles facies ex utraque parte oraculi.* Cherub secundum Hebræos, ait LIPOMANVS, est dictio composita, idem significans quod, quasi puer. Cherubim autem plurale est. Habebant enim formam & figuram pueroꝝ. *Utriusque lateris propitiatorij tangant, &c. respiciant: que se mutuo uersis uultibus in propitiatorium.* GREGOR. Hom. 6. super Ezechielem. Quid per duos Cherubim qui plenitudo scientiæ dicuntur, nisi duo testamenta, significati sunt? Ex quibus vnum à summitate vna propitiatorij, aliud uerò à summitate altera stat. Quia quod testamentum uetus de incarnatione nostri redemptoris cœpit prophetando promittere: hoc testamentum nouum perfecte narrat expletum. Duo autem Cherubim ex auro purissimo facti sunt; quia utraque testamenta, pura, ac simplici ueritate describuntur. Expandunt uerò alas & oraculum operiunt; quia nos qui omnipotentis Dei oraculum sumus à culpis imminenti-bus, scripturæ sacrae ædificatione protegimur, cuius dum sententias sollicitè aspiciamus, ab errore ignorantiae, eius alis uelamur. Duo ergo Cherubim inter se mutuo respiciunt uersis uultibus in propitiatorium; quia utraque testamenta in nullo se discrepant, & quasi ad semetipsa uicissim facies tenent. Quia quod vnum promittit, hoc aliud exhibet; dum

inter se positum mediatorum Dei & hominum uident; facies quidem à semetipsis Cherubim auertent; si quod vnum testamentum promitteret aliud negaret, sed dum concorditer de mediatorum Dei, & hominum loquuntur, vt uicissim se respiciant, in propitiatorium intendunt.

Scriptura mensa comparatur.

EXOD. 25. *Facies & mensam de lignis Serchim, &c.* BEDA. Mensa de lignis Serchim facta, scriptura est sacra, de fortibus sanctorum patrum uerbis, actibusque compacta, quæ dum nobis quæ sint æternæ gaudia beatitudinis, & quomodo ad hæc perueniatur ostendit, cibum profectò nobis salutis, ac uitæ suggerit. Hæc habet longitudinem cum perseverantiam nobis cœptæ religionis; latitudinem cum amplitudinem charitatis, altitudinem cum spem remunerationis perpetuæ insinuat. Hæc mensa inauratur, quia scriptura sancta, sapientiæ caelestis sensu, clara refulget; & ipsi qui eam condidit Prophetae præclari uita, ac sermone fuerunt, labium autem aureum sit mensa per circuitum, quia doctrina sacri eloquij per mundissima nobis prædicatorum fidelium ora ministratur. Vido Prædicator, num. 41. Quatuor autem pedes habet mensa, quia quadriformi ratione omnium diuinarum eloquiorum series distinguitur. In libris namque omnibus sanctis intueri oportet quæ ibi æterna intimentur, quæ facta narrentur, quæ futura prænuñcentur: quæ agenda præcipiantur vel moneantur. Item habet quatuor pedes; quia uerba caelestis oraculi vel historico intellectu vel allegorico vel tropologico, id est, morali vel certe analogico solent accipi.

Scriptura mari comparatur.

CHRYSO. Libr. 2. de orando Deum. Qui uitam agant in mari, in ipsum profundum sese demittunt, ac pretiosos lapillos, his qui uersantur in terra deferunt. Nos uerò diuinarum scripturarum mare scrutantes in ipsum spiritualis sapientiæ profundum quantum quidem in nobis est decurramus, & legentibus afferamus thesaurum bonum melius ornabimur animas, quàm ornant regum capita à gemmis contextæ coronæ. Quem igitur thesaurum è profundo scripturarum adducimus? Non ipsum profundum attingentes sapientiæ, sed eo usque descendentes, quousque concedit Christus, &c.

Scriptura simplicibus manifestatur scripturis occultatur.

EXOD. 40. *Nec poterat Moyses ingredi relictum sedentis, nube operiente omnia, &c.* STRABVS. Moyses nube obstante in tabernaculum non poterat intrare. Quia Iudæicus populus nunquam sacramenta scripturæ ualuit penetrare. Nubes enim Domini per diem incubabat tabernaculo & ignis in nocte. Hoc loco ignis diuinarum mysteriorum scientiam significat. Scriptura enim sancta, sanctis, & ignorantiam suam fatentibus lumen est; Iniquis uerò, & scientiam iactantibus nubes, quia excæcat eos.

Scriptura spiritualiter intelligenda.

HIERON. super Leuiticum. Singula sacrificia imo singulae penè syllabæ, & uerbes Aaron, & totus fere Leuiticus ordo, caelestia spirant sacramenta. ORIGENES. Sicut in nouissimis diebus, uerbum Dei ex Mariæ uirginis carne uestitum processit immundum, cuius caro ab omnibus uidebatur; diuinitas uerò paucis, & electis cognita tegebatur: sic uerbum Dei per prophetas profertur ad homines, ibi canis, hic

hic litera velamine tectum: litera tamquam caro aspicitur; spiritalis autem sensus, tamquam diuinitas sentitur.

Idem.

38. LEUIT. 10. His ergo egreditur ignis a Domino, & mortui sunt coram Domino. ESYCHIVS. Res mandata. Vbi debuerant viuere ibi moriuntur. Qui enim alienum offerunt ignem, spiratam a Deo scripturam prauè interpretantur; quia non secundum intentionem, & virtutem spiritus interpretantur eam. Inde subiacent maledictioni vnde vitam poterant promereri. Filij Aaron dicuntur, doctorum scilicet habentes habitum, & mentientes spirituale magisterium. Vnde sequitur. Sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, &c. INTERL. Quia solent hæretici sanctitatis habitum anteferre, sed efficiuntur extra castra cum tunicis lineis, id est, cum simulatione & hypocrisis.

Scriptura simplicibus manifestatur.

39. DEUT. 32. Qui appropinquant pedibus eius, accipiunt de doctrina illius. INTERL. Pedibus, id est, Apostolis, & Evangelistis quorum doctrina repletur orbis. Vnde [quàm pulchri supra montes pedes euangelizantium pacem, &c.] Vel illi appropinquant pedibus eius ad capiendam doctrinam, qui spiritali desiderio fragrantibus Evangelicis, & Apostolicis scripturis, die, noctuque inuigilant.

Lectio diuinae scripturae insistendum.

40. GLOSSA BEDÆ super cap. 7. lib. 3. Regum. Quanto quis studioius diuinae scripturae institerit, tanto amplius in omnibus quæ agit, aut iudicat, iudicium Dei percipiescit, ne nimis in peccatis viadicans vel sine discretione ignoscens, itam iudicis incurat.

Duo scripturae testamenta.

41. REG. 13. Pone manum tuam super arcum, &c. GLOSSA ORD. Arcus sacra scriptura est quæ ex utroque testamento velut ex cornu, & chorda constat, vetus est cornu propter duritiam, nouum chorda & dum chorda trahitur, cornu curuatur, quia cum nouum testamentum discitur, vetus à rigore suo ad intellectum spiritualem flexitur. Sagittæ sunt verba quæ doctores proferunt. Nos ergo cum scripturae sacrae dicta pensamus, arcum intendimus, cum verba doctrinae damus, sagittas emittimus.

Lectio scripturae insistendum.

42. REG. 24. Transiit in Babylonem omnes fortes exercitus, & omnem artificem, &c. GLOSSA ORD. Arma quibus contra Diabolum repugnantes libertatem à Deo nobis donatam defendimus, sunt eloquia scripturarum, in quibus & ipsius Domini, & sanctorum exemplis, quo ordine bella vitiorum superare debeant luce clarius discimus. His armis Philisthi filios Israël priuant, cum maligni spiritus, animos fidelium à meditatione sacrae lectionis ne vel ipsi per exercitium resistendi fiduciam sumant, vel alij forte qui legere nesciunt ad resistendum vitiis, vel exhortando vel corripiendo accendant. Tollunt sabros armorum, cum eos, qui sacra eloquia norunt, in tantum sceleribus obruunt, vt dicere bona quæ didicerant profus erubescant.

Duo scripturae testamenta.

43. IEREMIAE 32. Sume libros istos, librum emptionis hunc signatum, & librum hunc qui apertus est, & pone illos in vase fictili vt permanere possint diebus multis. STEPHANVS. Ieremias enim à socio suo agrum

Manathor, & dedit ei socer duas chartas in testimonium, quas ipse vocat librum signatum, & apertum, quia vna erat clausa, & alia aperta, & dixit ad Baruch. [Sume libros istos, &c.] Emptio ista est comparatio vitæ æternæ, quæ continetur in nouo testamento, quod est liber apertus, & in veteri quod signatus, & hi duo libri reponuntur in vase fictili, id est, in fragilitate, & vilitate literæ exterioris.

Scriptura quibus comparetur.

44. PARALIP. 4. In regione Iordanis fudit vasa rex in argillosa terra, &c. GLOSSA ORD. Argillosa terra de qua factæ sunt formæ ad fundenda vasa, sacram scripturam de qua bene viuendi regulam accipimus significat. Formæ hæc docent quanta, & qualia vasa fieri debeant. Es autem liquefactum igne argillæ formas ingreditur, vt possit vas aptum ministeriis celestibus effici, cum ipsi salubriter humiliati, & flamma diuinae charitatis vel humanæ aduersitatis emolliti, viam patrum bene operando inuamus, vt ad præmia illorum bene currendo perueniamus. Non semper vasa informis argillæ tenebantur inclusa, sed vbi ad perfectionem veniant, fractis formarum claustris perducuntur in lucem, & in templo Domini pro suis quæque locis disponuntur. Nec enim nos semper regulis bene operandi necesse est arctari, sed completa operatione bona, palma beatæ retributionis est speranda. Franguntur autem formæ, non quod opera sanctorum interitura sint, sed vbi coronam iustitiæ acceperint cessabunt officia laboriosæ operationis.

Duo scripturae testamenta.

45. EXOD. 33. Numquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem. INTERL. Nec vniquam defuit coram populo obscuritas veteris testamenti, & lux noui.

Ad sacra scripturae consilium, vitam nostram componamus.

46. LEUIT. 2. Non auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. RADVLPHVVS. Nullus sensui suo se committere debet ad seruitutem Domini accedens, sed diuinae Ecclesiæ auctoritati: fœdus enim Dei testamentum Dei dicitur, id est, scriptura sacra, tam vetus, quàm noua. Hoc itaque sale optimo, sacrificia nostra sapida reddantur, vt scilicet omnia interiora nostra ad diuinorum præceptorum regulam componamus.

In scriptura latet spiritualis sensus.

47. ORIGEN. Homil. 1. in Leuit. Sicut in nouissimis diebus verbum Dei ex Mariæ carne vestitum processit in huic mundum, & aliud quidem erat quod videbatur, aliud quod intelligebatur: carnis namque aspectus patebat omnibus, paucis verò electis dabatur diuinitatis agnitio: ita & cum per prophetas vel legislatores, verbum Dei procedit ad homines, non absque competentibus profertur indumentis. Nam sicut ibi carnis, ita hic velamine literæ tegitur, vt litera quidem aspiciatur tamquam caro, latens verò intrinsecus spiritualis sensus, tamquam diuinitas sentiat.

Scriptura, epistole sunt Dei promissionis donorum eius.

48. MACCHAB. Homil. 36. Quemadmodum rex qui scribit literas ad eos, quibus codicillos, & peculiaria munera largiri desiderat, edicit omnibus, nempe satagite quàm primum ad me venire, vt accipia

accipiatis à me regia dona. Qui nisi venerint & acceperint, nihilo melioris conditionis erant, quod has legerint epistolas, imo potius capitali supplicio reuebantur, quod venire neglexerint, & manu regia honorarium consequi. Hunc in modum rex Deus, misit in hunc mundum scripturas diuinas, vel epistolas quibus significauit, vt inuocantes Deum & credentes postulerent, & acciperent donum celeste ex hypostasi diuinitatis eius. Scriptum est enim quo firmus diuinae confortes naturæ.

Scriptura sacra à Deo.

49. PROCOPIVS GALÆVS in Prefat. in Genes. Non oportet accipere quæ in sacra scriptura traduntur, quasi ex hominibus veniant, alius initium spectandum reor, ex Deo nempe, & inde per homines quasi canales ad nos promanare. Quemadmodum enim regius minister, siue tu eam præconem nuncupes, regis præceptum, & vocem imitatur dicens iussi, sententiam tuam declarauit. Sic Propheta sancti linguam quasi calamum præbent excellentissimo scribæ, quem nullus scriptor describere, nec vllus pictor delineare potest, iuxta Dauidis vaticinium. Si quis aurem locus se offert obscurior, aut Patres sibi consulendi, aut scientiarum Deus precibus fatigandus.

In scriptura parua sententia multa virtus.

50. CHRYSOST. hom. 1. ad pop. Antioch. Et si breue verbum, sed multa virtus, quoniam & gemmæ non in corporis tumore, sed naturæ pulchritudine pretium habent. Sic & scripturarum lectio. Peregrina verò doctrina, multas iactans nugæ, & multa detinens auditores loquacitate, vacuis remittit manibus, nullum nec magnum, nec paruam lucrantes emolumentum.

Intelligentia difficiliorum scripturae ab executione faciliorem pendet.

51. HERON. Epistola ad Paulam. Quomodo in his nostris literis non potest quis ad legenda verba, texendaque procedere, nisi prius ab elementis ceperit: ita etiam in scripturis diuinis non valeamus ea, quæ maiora sunt nosse, nisi ab ipsis ethicæ mandatis habuerimus exordium, secundum illud quod Propheta dicit. A mandatis tuis intellexi psal. 118. Quod videlicet post opera ceperit habere scientiam secretorum.

Ad scripturarum lectionem requiritur munditia anime.

52. CASSIANVS Collatione 14. cap. 14. Impossibile est immundam animam, quantalibet de fudaueris lectionis instantia adipisci scientiam spiritualem. Nemo enim in vas fœtidum atque putridum, siue corruptum vnguentum aliquod nobile, aut mel optimum aut pretiosum quidquam liquoris infundit. Facilius enim quamuis odoratissimam myrrham semel horrendis imbuta fœtoribus testa contaminat, quam vt aliquid ex eo suauitatis, aut gratiæ ipsa concipiat. Quia citius munda corumpuntur, quam corrupta mundantur. Ita & vas pectoris nostri, nisi prius fuerit ab omni fœtidissima vitiorum contagione purgatum, non merebitur suscipere illud benedictionis vnguentum de quo dicitur. [Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius.] Nec illam scientiam spiritualem, & eloquia scripturarum, quæ dulciora super mel & fauum, impolluta seruabit. Quæ enim participatio iustitiæ cum ini-

quitate? Aut quæ societas luci cum tenebris? Quæ autem conuentio Iesu ad Belial?

Idem.

53. IDEM ibid. cap. 16. Qui sacrorum voluminum lectioni, & memoriæ scripturarum diligenter insistant, carnalia tamen vitia non relinquunt, similes sunt illi mulieri de qua dicitur in proverbiis cap. 11. Sicut inauris aurea in naribus suis: ita mulieris maleodoratae species. Quid enim prodest quempiam ornamentum eloquiorum celestium, & illam pretiosissimam scripturarum speciem consequi, si eam lumentis operibus vel sensibus inhaerendo, quasi immundissimam terram subigendo confringat, aut cœnosis libidinum suarum polluat volutabris? Fier enim vt quod rectè ventibus decori esse consuevit, non solum istos ornate non possit, verum etiam maioris cœni colluione sordescat. Ex ore enim peccatoris non est pulchra laudatio.

Scriptura sensum spiritualem quæramus non flosculos verborum.

54. PETRVS CHRYSOL. serm. 18. In hac lectione quia spiritualis intelligentiæ lateat si scire volumus, verborum flosculos non quæramus. Qui maturitatis fructum quærit, despicit amœna camporum: Viola, rosa, lilia, narcissus, grati flores, sed gratior panis. Quod est odor naribus, hoc est auribus sermonis ornatus. Quod dat panis vitæ, hoc scientia dat salutem.

Scriptura ubertate, & abundantia.

55. IOAN. 6. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Manducantium autem numerus fuit quinque milia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis. EYSEBIVS EMISSENS. hom. dominica quarta Quadragesima. Non sunt panes nisi quinque, manducantes autem plus millibus quinque. Illi manducant, panes crescant, certamen fit inter panes, & homines vincunt panes, sperantur homines, illi sufficiunt, isti deficiunt. Nisi enim manducate homines cessassent, fortasse in infinitum panes creuissent. Sic igitur & cibus spiritualis, sic panis virtutis testamenti quanto plus comeditur, tanto amplius crescit. Nonne vides quomodo panis iste mihi quoque in faucibus crescit, pauca enim verba sunt, quæ exponuntur, quæ si quis comedendi avidus, & ruminandi validus, qui & dentes fortiores, & stomachum sanioerem haberet, ruminare adhuc, & plus frangere voluisset: multas adhuc delicias parate sibi potuisset.

Scriptura verba, magnam virtutem continent.

56. ORIGEN. hom. 8. in Leuit. Omnis medicus ex herbarum succis, vel arborum, vel etiam metallorum venis, vel animantium naturis profutura corporibus medicamenta componit; sed herbas istas, si quis forte, antequam ratione artis componantur aspiciat, siquidem in agris, aut montibus velut scenum vile conculcat, & proterit, si verò istas intra medici scholam dispositas per ordinem viderit, licet odorem tristem forte, & austerum reddant, tamen suspicabitur eas curæ vel remedij aliud continere, etiam si nondum quæ vel qualis sit sanitati aut remedij virtus agnouerit. Veniunt ad Iesum celestem medicum, intra ad hanc stationem medicinae eius Ecclesiam, & quia Iesus hic qui medicus est, & verbum Dei est agris suis, non herbarum succis, sed verborum sacramentis medicamenta conquirunt; quæ verborum medicamenta, si quis inculcatis per libros velut per agros videat esse dispersa ignorans singulorum doctorum virtutem, vt vilia hæc, & nullum sermone

cultum habentia præteribit. Qui verò ex aliqua parte didicerit animarum apud Christum esse medicinam, intelligit profectò ex his libris, qui in Ecclesia recitantur, tamquam ex agris, & montibus salutare herbas assumere vnumquemque debere sermonum duntaxat vim: vt si quis ille est in anima languor, non tam exterioris frondis, & corticis, quam succi interioris hausta virtute sanetur.

Idem.

57. **C**HRYSOST. *hom. 1. in verba Isaia, Vidi Dominum, &c.* Si qui fodiant in terra metalla, ne minima quidem frustra prætereunt, verùm vbi nacti fuerint aliquam venam auream, meatus omnes exactè circumspiciunt. Multo magis hoc facere nos oportet in scripturis: & tamen in metallis difficile est inuenire quod venantur: etenim cum & metalla sint terra, & aurum nihil aliud sit quam terra, ipsa quoque naturæ communio similitudoque celat aspectum eorum quæ quærentur. Attamen, ne sic quidem desistant illi, sed omnem adhibent diligentiam quantumuis simulatque viderint, sciant quid verè sit aurum. In scripturis autem non est eadem ratio: nec enim proponitur aurum terræ commixtum, sed purum est aurum. [Eloquia, inquit *psal. 11.* Dei pura, argentum igne exploratum, probatum terra:] Si quidem scripturæ non sunt metalla quæ indigent operariis, sed thesaurum præbent paratum his qui quærent opes in ipsis reconditas.

In scriptura parua sententia multa virtus.

58. **I**DEM *hom. 13. in Genes.* Sicut thymiamata, quanto magis digitis atteruntur tanto maiorem naturam suam fragrantiam reddunt: ita diuinis scripturis vsu venit. Quanto quis illis est familiarior, tanto magis videre potest latentem in eis thesaurum, pluresque percipere indicibilem eius diuitiarum fructus. **I**DEM *ibid. hom. 21.* Si in scriptis sæcularibus, quæ ab hominibus conficiuntur de rebus caducis sæpeque tempore corrumpuntur, vel vnam proæmij syllabam deesse multum momenti fuerit; quanto magis hæc in diuinis scripturis à Spiritu sancto compositis inuenitur. Non enim est articulus vel syllaba in quo non sit thesaurus, modo intenta mente omnia consuleremus. **I**DEM *ibid.* Sicut qui sensibiles thesauros effodere conantur, non in superficie solum fodiunt, sed in profundum descendunt, penitiores terræ sinus scrutantur, tametsi sæpe post labores, & sudores vix paucas portiunculas efferunt. Non sic in spiritualibus, sed labor hic minor, & magna vberitas. Ita & nos ad ima scripturarum descendentes vim in breuiculis verbis latentem inuestigemus. **I**DEM *hom. 35. in Ioan.* Quemadmodum in auri metallis ne minimam quidem venam quispiam qui rem intelligat amittere patitur, vt pote quæ ad augendas diuitias plurimum faciat: ita in diuinis scripturis, ne vnum iota, aut vnus apex, sed ne dimidium quiddam prætermittendum est, sed omnia diligentius inuestiganda. Nam ab Spiritu sancto omnia proueniunt, neque in eis quidquam superfluum, nihil non necessarium.

Scripturæ, pascuis comparantur.

59. **A**MROS. *Serm. 14.* Pascua sunt libri scripturarum caelestium, in quibus recreamur, & reficimur, cum ea quæ scripta sunt degustamus vel summo ore libata frequentius ruminamus. His pascuis grex Domini saginatur; carpis illic nouum florem qui bonum odorem dedit resurrectionis: carpis lilium in quo sit splendor æternitatis; carpis rosam; hoc est Dominici corporis sanguinem, pascitur os nostrum hic cum loquimur mandata verbi Dei; pa-

scitur oculus interior lucernæ spiritualis lumine, quæ nobis in hac mundi nocte præluceat, ne sicut in tenebris ambulantes, incertis titubemus vestigiis, & viam veram inuenire nequeamus.

Scripturarum cibi diuersissimi sunt.

60. **C**ASSIAN. *Collat. 8. cap. 3.* Satis proprie scriptura diuina agro optimo, ac fertili comparatur, qui cum multa gignat, ac proferat quæ ad hominum victum sine aliqua ignis coctione proficiant, quædam nisi prius flammæ calore mitigata atque mollita, omnem asperitatem suæ deposuerint crudelitatis, vel incongrua erunt vsibus humanis vel noxia; nonnulla verò ita in vtrumque acta nascuntur, vt nec incocta sua cruditate displiceant vel offendant; & tamen ignis calore lenita salubriora reddantur. Plura quoque ad eam tantummodo irrationabile iumentorum, & animalium minimè profutura, quæ etiam in sua asperitate maerentia, absque vlla ignis coctione, vitalem iumentis conferunt saturitatem. Quam rationem satis euidenter aspiciamus in hoc vberissimo scripturarum spiritualium paradiso contineri. In quo ita quædam signatione literæ plana, ac luculenta resplendent vt cum sublimiori interpretatione non egeant, simplici tamen literæ sono abundè pascant, ac nutriant audientes. Vt est *Exodi 6. Audi Israel, &c.* & *Deut. 6. Diliges Dominum Deum tuum, &c.* Quædam autem si allegoriæ explanatione extenuata non fuerint, & spiritualis ignis examinatione mollita, nullo modo ad salutarem interioris hominis cibum sine corruptionis labe peruenient, magisque ex eorum perceptione læsio quam utilitas aliqua subsequetur. Vt est illud *Luc. 11.* [Sint lumbi, &c.] & *cap. 22.* [Qui non habet gladium, vendat tunicam, & emat sibi gladium, &c.] & *Matth. 10.* [Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.] Quod quidam districte monachorum habentes quidem zelum, sed non secundum scientiam, simpliciter intelligentes, fecerunt sibi crucis ligneas, easque iugiter humeris circumferentes, non adificationem, sed risum cunctis videntibus intulerunt. Nonnulla verò ad vtramque perceptionem, id est, ad historicam & allegoricam, ita commoda sunt, ac necessaria, vt vtraque explanatio, vitales animæ succos impertiarit, vt est illud *Matth. 5.* [Si quis te percussit in maxillam dextram, præbe illi & alteram.] *Et cap. 10.* [Cum vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.] *Et cap. 19.* [Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia.] Producit sane scænum iumentis, quibus pabulis omnes scripturarum repleti sunt campi, simplex scilicet paræque narratio historice lectionis, qua simplices quique & minus capaces, perfectæ, & integræ rationis, (de quibus dicitur *psal. 35.* [Homines & iumenta saluabis Domine,]) secundum statum, ac mensuram suam conditionem ad opus suum, & laborem actualis vitæ vegetiores robustioresque reddantur.

Scripturæ aquis comparantur.

61. **I**SAIÆ 55. *Omnes sitientes venite ad aquas & qui non habetis argentum, &c.* **R**YPERT. *in Matth. lib. 3.* Aquæ sunt scripturæ quibus spiritualium continentur mysteria gratiarum. *Proverb. 5. Bibe aquam de cisterna tua, deriuentur fontes tui foras.* Aquæ istæ Domini sunt, & qui emerint eas, eius sunt, nec Domini esse desistant. Inuitat ad has omnes; sed præcipuè quæ non habent argentum. Certè in omni negotiatione terrena magis illi solent inuitari ad emendum; qui habent argentum. Hæc autem negotiatio, tota caelestis est. Quid ergo est argentum non habere, nisi in propheta sæculari vel prudentia eloquij non confidere?

fidere? Talis erat Moyses cum diceret ad Dominum. *Exodi 3.* [Obsecro Domine, non sum eloquens, & impeditoris linguæ sum.] Ita Salomon *Proverb. 30.* [Stultissimus sum virorum non didici sapientiam.] Sed eiusmodi non habentibus argentum, hoc ipsa humilis conscientia, magnum est emptiois pretium. **B**ERNARD. *Serm. 5. In cæna Domini.* Cur hoc displiceat in sensibus scripturarum, quod in vsibus reum assidue experimur? In quantos sola aqua nostrorum assumitur corporum vsus. Ita vnusquisque diuinitus sermo non erit abs re, si diuersos pariat intellectus diuersis animarum necessitatibus, & vsibus accommodandos.

Scripturæ sacre lectio utilis anime.

62. **O**RIGEN. *hom. 20. in Iosue.* Solent medici præbere interdum cibum aliquem, interdum etiam potum dare, verbi gratia. Ad discutiendam caliginem visus, ne tamen in edendo ipso cibo vel in potando sentimus, quia vtile est, & prodest oculis: sed cum transferit visum cibi illius, aut poculi virtus, paulatim purgat aspectum, & tunc demum sentire incipimus, quia cibus ille vel potus profuit oculis; sed in aliis similiter corporis partibus eadem fieri solent. Hoc ergo modo credendum est etiam de Scriptura sancta, quia vtilis est, & animæ prodest, etiam si sensus noster ad præsens intelligentiam non capit: quoniam vt diximus bonæ virtutes quæ nobis adiuuant, reficiuntur in his sermonibus & pascuntur, & contrariæ torpescunt his meditationibus, & fugantur. **I**DEM *hom. 1. in psal. 37.* Sicut corpori medicamenta Deus præparauit ex herbis arte, disciplinaque compositis: ita etiam animæ medicamenta præparauit in sermonibus quos per diuinas scripturas seminavit atque disperfit, vt hi, qui aliqua ægitudine fuerint oppressi, statim vt vim morbi senserint, atque alicuius vulneris stimulum, dolorumque prospexerint, requirant aptam, & conuenientem sibi rationabilem disciplinam; quæ eis præceptis Dei posset mederi. Huius medicinæ protomedicus est Christus, discipuli sunt medici.

Speculo comparatur.

63. **B**ASILIVS *hom. 10. Hexameron.* Vt oculi nostri ad externa contuenda, cum se totos effundant, se interim non vident, nisi forte quidvis solidum attingant, cuius quidem illius in se refractione, quasi è copia aquarum reduxit, ipsi in se resilientes, ac retroacti se sibi spectandos exhibeant, & visendos: itidem & mens nostra, cætera cum videat, minimè cernit se ipsam, nisi acie fixius intenta scripturarum contemplationi.

Contra scripturas non legentes.

64. **C**HRYSOST. *hom. 48. in Mattheum.* Audiamus qui scripturarum lectionem negligimus, quantum damnum patiamur; Opulenti siquidem qui cupiditate pecuniarum insaniant, assidue vestes suas, ne à tineis corrodantur, excutiant. Tu verò cum obliuio omnibus tineis maior, ac peior pestis animam tuam deuoret non accedes ad libros, non excuties tineas, non ordinabis animam tuam, non aspicies continuè imaginem virtutis, nec membra eius, & caput considerabis? **I**DEM *hom. 42. ad popul. Antioch.* Magnum malum est ignorare scripturas, ex quibus enim oportet adiuuari, ex his lædimur. Sic enim & medicamenta curatiuum habentia virtutem, propter ventium imperitiam corrumpuntur frequenter & perduntur. & si quis arma custodire idonea, tractare nesciat, ab eis perditur. Est autem causa quod potius aliena querimus quàm nobis vtilia.

Spiritualium librorum lectio contra inimicos vtilissima.

65. **C**HRYSOST. *Concione 3. de Lazaro.* Quemadmodum arma regalia reposita etiam si nemo fuerit qui possideat, tamen his qui habitant in ædibus multam præbent custodiam, ac tutamen, dum nec latrones, nec parietum perfossores, nec alius quispiam sceleratorum auder eam aggredi domum: sic vbi cumque fuerint libri spirituales, illinc à nobis expellitur vis diabolica, multaque habitantibus accedit consolatio: quandoquidem ipse etiam librorum aspectus segniores nos reddit ad peccandum. **I**DEM *hom. 10. op. imperf.* Sicut de turribus iacula contra hostes omnes iactantur, sic de prophetis libris, contra vanas gentilium fabulas, & contra infanas hæreticorum disputationes, salutaria veritatis proponuntur exempla.

Florido prato comparatur.

66. **I**DEM *hom. 43. in Genes.* Quemadmodum floridum quoddam pratum varios & omnigenos flores ostendat: ita diuina scriptura iustorum virtutes nobis demonstrat, non vt sicut in illorum florum fragrantia tempore paruo fruamur; sed vt perpetuum inde vtilitatem recipiamus. Illic, manu tantum accipimus flores & protinus marcescentes, suam gratiam amittunt, hic non autem sic, sed quando auribus iustorum virtutes accipimus, & eas in sinum mentis reponimus, per omne tempus, si voluerimus, eorum suauolentia frui possumus.

Non cessandum à lectione, & meditatione scripturarum.

67. **I**DEM *hom. 17. in Ioan.* Omnia præter diuinam doctrinam vana, & superflua ad eam nullum tempus intemptium, sit aliena licet domus ingredienda, vir clarus, ab obscuro interpellandus, nunquam eius contemnenda occasio. Cibus, balneæ, cœnæ, reliquæque sæcularia, statutum habent tempus: hæc nullo tempore circumscribitur, omne ei commode tempus est. Opportunè, ait Paulus, imporrunt. Moyses in lege; semper. David, die, ac nocte meditandum ait. Sæcularia, cibus, balneæ, cœnæ, vt necessaria, ita frequentia, rerum corpus imbecillum, diuina doctrina quanto magis imbuitur, tanto fortior efficitur. In illis nugis inutiliter tempus vniuersum consumimus, mane, merdie, vespere, crepusculo, frustra desidemus. Diuinum autem pabulum si semel, bisque ad summum audimus, vt saturi nauſeamus. Præua circa illa cupiditate appetitum dissoluimus. Ideoque spiritualem cibum fastidimus.

Scripturæ arma sunt, sed rectè vrentibus eis.

68. **C**HRYSOST. *hom. 29. in Ioan.* A scripturis spiritualia arma accipimus, verùm si ea nos induere, & discipulos armare ignorabimus, ipsa quidem proprias habent vires; accipientibus autem nihil afferunt vtilitatis. Esto thorax, & galea firmissima, & clypeus & hasta. Inde quis thoraca pedibus, galeam pro capite oculis aptet, clypeo non pectus, sed pedes protegat. Nunquid huic homini ea arma quid conferent, & non potius lædent? Planè hoc constat, non tamen armorum culpa, sed illius vti nescientis. Ita & in scripturis vsu venit, si earum ordinem confundemus, ipsæ quidem, vim suam retinent, nobis autem nihil conferunt.

Ostio comparatur.

69. **C**HRYSOST. *hom. 51. in Ioan. Ioan. 10. Qui non ingreditur per ostium in ouile ouium, &c.* Meritò

ostium scripturas appellat, quoniam nos ad Deum ducunt, & eius nobis cognitionem aperiant. Ipsa oues faciunt, ipsae custodiunt, neque lupos irrumperere permittunt. Tanquam enim ostium firmissimum hereticos arcent, & in tuto constituunt: neque nos, modo velimus, aberrare vnam sinet. & nisi hoc ostium infringamus, nunquam nos inimici nostri poterunt expugnare. Per hoc ostium & pastores, & alij omnes ingrediemur: in ouile autem, hoc est ad oues, & earum curam. Qui enim sacra non vtitur Scriptura, sed accepit aliunde, id est, non concessa via, is fur est.

Non omnia in scriptura significant mysteria.

70. **A**VGUST. *lib. 15. de Ciuit. cap. 2.* Non sanè omnia quae gesta narrantur, aliquid etiam significare putanda sunt, sed propter illa quae aliquid significant, etiam illa quae nihil significant attextuntur: solo enim vomere, terra profcinditur, sed vt hoc fieri possit, etiam caetera aratri membra sunt necessaria: & soli nerui in citharis atque huiusmodi vasis musicis aptantur ad cantum, sed vt aptari possint insunt & caetera in compaginibus organorum quae non percutiuntur à canentibus, sed ea quae percussa resonant, his connectuntur. Ita in prophetica historia dicuntur & aliqua, quae nihil significant, sed quibus adhaereant, quae significant, & quodammodo religuntur.

Scriptura studendum assidue.

71. **I**DEM *q. 110. ex utroq; Testamto Psal. Et erit tanquam lignum quod plantatum est iuxta decursum aquarum, &c.* Sicut lignum iuxta aquam plantatum sterile esse non potest: ita qui frequenter legi Dei studet, nō potest eius operis non habere affectum; lignum dat fructum tempore suo; sic & hic, qui legi Dei obtemperat, fructum habebit tempore praefinito. Humore decurrentis aquae vegetatum lignum folia continet sua. Sicut ergo lignum, auxilio decurrentis aquae, siccitatem non sentit: ita & hic qui legi Dei studet, accedente tentatione praesidio Dei tutus non amittit, sed acquirat salutem. **I**DEM *q. 120.* Sicut ferrum nisi vltimum fuerit euginem contrahit: ita & anima nisi frequentius, diuinis exerceatur lectionibus, nascantur illi peccata. **I**DEM *in Speculo peccatorum.* Vt thus non redoler nisi ponatur in igne, nec virtus sinapis sentitur, nisi conteratur in lapide: ita nulla sacrae Scripturae sententia vim suam declarat, nisi cocta in corde.

Scriptura arcui comparatur.

72. **P**SALM. 7. *Vers. 13.* Arcum suum tenentis & parauit, &c. **G**REGOR. *lib. Moral. 19. cap. 28.* Arcus est scriptura, de qua ad corda hominum sicut ferientes sagittae, sic terrentes sententiae veniunt. Hunc arcum Deus tenentis; quia peccatoribus per scripturarum minas exhibet, in eo parauit vasa mortis, & secundum eloquij sui sententiam, eos qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat.

Scriptura, & cibus est, & potus.

73. **G**REGOR. *lib. 1. Moral. cap. 21.* Scriptura sacra cibus est nobis in obscurioribus, quod quasi exponendo frangitur, & mandendo glutitur. Potus est in locis apertioribus; quia ita absorbetur sicut inuenitur.

In scriptura varij sensus.

74. **I**DEM **G**REGOR. *epist. 10.* Sicut ex vno auro alij aureas, alij annulos, alij dextralia, ad ornamentum faciunt, ita ex vna scripturae scientia, expositores qui per innumeros intellectus, quasi varia

ornamenta componunt, quae tamen omnia ad decorem caelestis sponsi proficiunt.

Turri comparatur.

CANTICOR. 4. *Vers. 4.* Sicut turris David, &c. **I**VS TVS *in Cantico.* **P**o-
test turris scriptura canonica veteris, & noui Testamenti conuenienter intelligi, quae per Spiritum sanctum, velut turris excelsa constructa est. Mille pendet clypei ex ea. Hic numerus per plenitudinem vniuersitatis accipitur, sicut in psal. [Verbi, quod mandauit in mille generationes.] Tanquam diceret: In omnes generationes. Itaque in hac sancta Scriptura omnis armatura fortium reperitur, cum prolatis ex sacra Scriptura testimoniis vsquequaque deucit.

Scriptura sacra vtilis intelligentibus, non idiotis.

HILAR. *in psal. 134.* Vt enim non omnium est herbarum genera, virtutesque nosse, & si quis imperitus, aut nescius in agrum his salubribus herbis diuitem venerit, omnia inuilia, & promiscue genita existimans praeteribit: At verò si peritus & doctus, hunc pretiosum in his germinibus agrum fuerit ingressus, omnia quae ab illis praeterita erunt demeter, & ea quae ab ignaris erunt neglecta, mirabitur sciens quando vtile, metendorum eorum tempus sit, & in quae genera sanitarum his vtendum sit, & quantum ex his, & quo vsque moderandum sit; Sic & diuinis Scripturis esse intelligendum est, si eas impia auris, & mens rustica audiat, tanquam otiosas, & non necessarias negligit. At verò si cadens ad cognitionem Dei auditor aut lector astiterit, & cui frequens lectio & spiritualis gratiae donum scientiam diiudicandi singula, intelligendique praestiterit, mirabitur omnia, atque his secundum naturales eorum virtutes & efficientias vtetur, non ignarus quando quid praesumendum sit, & in quam curationem eligendum, quando ex ea, corporis sanatio, quando animae medela tribuenda sit, ne quid praeposterum, ne quid importunum ac tardum, sed collatis & virtutibus, & temporibus, & rebus non impeditè his quae sibi comperta fuerint vtetur.

Puritas requiritur ad scripturae intelligentiam.

GREGOR. **N**AZIANZ. *Sermon. Quod non licet semper & publice de Deo contendere.* Non ita vtilis est Scripturae sacrae sermo, vt vulgo indocili & per terram adhuc reptantibus homunculis pateat. Non est ergo omnium mouere de talibus, sed eorum qui ingenium, & industriam suam in theoria, atque scientia assumpserint disciplinis, & eorum qui norunt amotis corporibus, & materia incorporalia, & spiritualia conspiciari. Ante omnia verò illorum est qui & anima, & corpore iam purgati sunt, vt minimum, qui certe purgantur. Qui verò minus purus est, quomodo audeat aurum contingere? Quoniam quidem nec imbecilles oculi, solis radios contuentur, impunè igitur ita demum sentire aliquid de talibus possumus, si otium geramus, & quietem, & contineamus nos ab omnibus, quae fornicus interturbant materiae corporalis illecebris: si absque omni desideriorum, & cogitationum seditione, mens nostra consistat; impuris autem, & solidis auribus quomodo pura, & sancta miscemus? Tale est quale si quis faetoribus ceni admisceat suaves odores, & stercori nectar infundat.

Quare in scriptura sit obscuritas.

BASILIVS *Proemio in Isaiam.* Quemadmodum **B**opifex noster haud quaquam inuidens nobis vitæ

vitæ commoditates non passus est eodem modo nasci quo brutis, sed rerum necessarium inopiam data opera addidit nobis, veluti ingenij exercitamentum. Idem in scripturis voluit esse obscuritatem ad vtilitatem mentis humanae. Primum quidem vt his occupata à deterioribus auocetur, deinde quod quae labore parata sunt, eo magis amantur, quaeque longo tempore contingunt, constantius permanent. **C**HRYST. *hom. 4. Operis imperfecti.* Sicut in caelo celatur Deus: sic in scripturis absconditur, & sicut hoc caelum corporale omnes homines vident, non autem aspicunt Deum inhabitantem in eo: sic & scripturas diuinas omnes quidem homines legunt, non tamen omnes intelligunt Deum veritatis positum in scripturis, nisi qui fuerit sic baptizatus, vt accipiat Spiritum sanctum. **G**REGOR. *Prologo in Cantico.* Sicut palea frumenta, sic litera regit spiritum, sed quia iumentorum est paleis velti, hominum frumentis: qui humana ratione vtitur, paleas abiciat, frumenta spiritus edere disponat.

Assiduitas legendi scripturas commendatur.

79. **C**HRYST. *hom. 18. Operis imperfecti.* Sicut in bello, non omnis qui pugnat vincit, nemo tamen vincere poterit, nisi pugnaverit: sic non omnes qui student, & legunt, acquirunt scientiam spiritalem; nemo tamen acquirere potest, nisi qui aut studiosus fuerit ad legendum, aut assiduitas ad audiendum. **R**VPER. *lib. 6.* Sicut Iacob luctatus est cum Angelo, in quo Deus erat, qui & victum se ferebatur: ita luctari debet verbi Dei amator cum sermone, vel scriptura in qua Deus est, quae ex Deo est, nec dimittere antequam vincat vincti volentem, sensumque comprehendat vtilem in litera iacentem. Lucta enim pulcherrima est tamdiu perseverare petendo, donec inueniat; pulsando, donec sibi aperiat. Haec lucta placet Deo, hac cupit vincti, hac fortitudine opus est, vt nobis aperiat & det sanctum.

Quare in scriptura sit obscuritas.

80. **B**ERNARD. *in sermone in cena Domini.* Sic est in spiritualibus cibis, quomodo in corporalibus, vt in quibusdam sapor praesto sit, in aliquibus oportet laborare: quae manifesta sunt, nostro non indigent ministerio, quae verò clausa sunt, diligentem volunt habere considerationem. Neque mater tradit paruulo nucem integram, sed frangit eam, & nucleum porrigit. **P**ETRVS **C**HRYST. *serm. 96.* Si dicta, vel facta Christi, passim carnalibus sensibus subiicerentur, torpesceret animus, mens vacaret, dormiret ingenium, cor tabesceret, extingueretur quidquid humani vigoris est, & caloris. Proposuit, inquit, illis parabolam. Sicut in lapide frigit ignis, latet ignis in ferro, ipse tamen ignis lapidis, ac ferri collisione flammatur; sic obscurum verbum, verbi accensus collatione resplendet.

Differentia inter vetus, & nouum Testamentum.

81. **C**HRYST. *in illud Pauli: Nolo vos ignorare fratres, &c.* Quid est umbra, & quid veritas? Age, similitudinem ab imaginibus sumamus, quas pictores pingunt. Vidisti saepe imaginem regiam venefo colore coloratam, deinde pictorem circumducere candidas lineas, & facere regem, & seruum regium, & equos circumstantes, & lancearios, & vinctos, hostes, & subditos. Et cum haec vides delineata, & adumbrata, nec scis totum, nec ignoras totum, sed quod homo pingitur, & equus, cognoscis obscure, qualis autem sit rex, & qualis sit hostis non valde perspicue cognoscitur, donec colorum veritas adueniens, certior reddat visum. Sicut igitur in hac imagine,

non exigit totum ante veritatem colorum, sed effi obscuro quandam accipias cognitionem eorum quae sunt, scis tamen picturam absolutam putas. Sic & de veteri, & nouo Testamento senti, vt non omnem veritatis diligentiam in typo exquiras.

Partes scripturae concordant sibi ipsis.

ORIGEN. *in Psalocal. cap. 7.* Nam vt differentes cithara, vel psalterij fides, quarum vnaeque proprio quodam sono, qui & minime videatur sono alterius consentiens, perficit, existimantur à musica imperito, & ignorante musica ratione, inter se discordare propter sonorum dissimilitudinem: Sic qui nesciunt intelligere Dei in sacris Scripturis conuenientiam, & concinnitatem, putant non congruere veterem nouae, aut legi Prophetas, aut Euangelia inter se, aut Apostolorum epistolas Euangelio aut sibi ipsis, aut aliis Apostolis.

Vtrumque Testamentum à Deo.

AVGUSTIN. *de vera religione.* Quisquis negat **A**ideo vtrumque Testamentum ab vno Deo esse posse, quia non eisdem sacramentis tenetur populus noster quibus Iudaei tenebantur, vel adhaerentur, potest dicere non posse fieri, vt vnus paterfamilias iustissimus, aliud imperet eis, quibus seruitutem duriorum esse iudicat, aliud eis, quos in filiorum gradu adoptare dignatur: si autè praecpta vita monent, quod maiora in veteri lege sunt, in Euangelio maiora, & ideo putantur, non ad vnum Deum vtraque pertinere; potest qui hoc putat perturbari. Si vnus medicus alia per ministros suos imbecillioribus, alia per semetipsum valentioribus praecipiat ad reparandam, vel obtinendam salutem. Vt enim ars medicina cum eadem maneat, nec villo pacto ipsa mutetur, mutat tamen praecpta languentibus; quia mutabilis est nostra valetudo. ita diuina prouidentia, cum sit ipsa omnino immutabilis, mutabili tamen varietate subuenit, & pro diuersitate morborum aliis alia iubet, aut vetat, vt à vitio vnde mors incipit, & ab ipsa morte ad naturam suam, & essentiam ea, quae deficiunt, id est, ad nihilum tendunt, reducat, & firmet.

Haeretici sunt scripturae deprauatores, Vide Scriptura, num. 1. 2. 10. 12.

SENECTVS.

Senectus pro vita prudenti, & immaculata. 1. 2. 4. 5. 6.

De mala senectute. 3. 4.

In senectute colligitur quod in adolescentia seminatur. 7.

Senectutis bona. 8.

Senectus pro vita bona, & immaculata quandoque accipitur.

ENES. 37. *Israel autem diligebat Ioseph super omnes fratres suos, eo quod in senectute sua genuisset eum.* **R**VPER. *Israel senex non erat quando genuit Ioseph: si quidem praeter Benjamin cunctos infra quatuordecim annos genuerat. Restat ergo senectutem illam hic assignari, de qua Sapiens cap. 4. dicit, [Senectus venerabilis est, non diuturna, nec annorum numero computata.] Cui enim sunt sensus hominis, & aetas senectutis, vita immaculata. In illa namque veraciter senectute Israel genuit Ioseph; quia propter illam iustitiae suae senectutem, talem habere meruit haereditem.*

dem. Vnde illud *Eccles.* 50. [Mortuus est pater illius & quasi non est mortuus: similem enim sibi reliquit, post se in vita sua vidit & lætatur est in illo, in obitu suo non est contristatus.] Vide etiam *Adolescentia*, num. 7. ex AMBROSIO. & num. 9. ex GREGORIO. & num. 12. 14. 15. & 16.

Idem.

2. **GENES.** 15. *Tu autem ibis ad patres tuos in pace sepultus in senectute bona.* CHRYSOST. Non iuxta presentium hominum opinionem iudices res, nec senectutem bonam esse censeas versari in luxuria, deliciis, & crapula, &c. Non enim hæc faciunt senectutem bonam, sed multam condemnationem afferunt. Ceterum qui in via virtutis ambulavit, hic verè sepultus in senectute bona: quia laborum invenit mercedem, & retributiones. De senectute bona, Vide *Sapientia*, num. 18. ex HIERON.

De mala senectute.

3. **AVGVSTINUS.** *Sermon.* 246. *de Tempore.* Tantus est in malis senibus plerumque gurgis auiditatis, & insatiabilis vorago ventris, & gutturis, ut quanta boni senes prudentia ferentur, tanta isti vinolentia sepeliantur. Quasi ad hoc in eis arida viscera, & succo exhausta eruentur, ut ad rigorem pristinum reparandum ebrietatis inundatione riganda sint. Quid de avaritia dicam, quæ est radix omnium malorum? Nonne in frigidis senibus tanto ad acquirendum fermentum inardescit, quanto citius relicta est quod acquiritur. Mirabilis sanè dementia.

De bona, & mala senectute.

4. **IOSVE** 13. *Iosue senex pronectusque ætatis erat, & dixit Dominus ad eum. Senusisti, & longævus es, &c.* ORIGEN. *hom.* 16. *in Iosue.* Presbiteri, & seniores, non pro longæva vita dicuntur, sed pro maturitate sensus, & gravitate vitæ veneranda. Vnde Abraham qui minus vixit, quam prædecessores patres, primus in scripturis presbiter & senior appellatur. & Num. 11. [Elige tibi ab omni populo presbiteros quos tu nosti, quia presbiteri sunt:] Observa autem sicubi inneneris peccatorem aliquem vocari seniore, & plenum diem; quia peccator, non est pronectus dicendum, sed deficient. De Nabuchodonosor dicitur *Dan.* 5. [Numeravit Dominus regnum tuum, & inuentus es minus habens.] Peccator non est pronectus, non enim se extendit ad anteriora, sed semper retrò convertitur ad vomitum suum, & ideo non est aptus regno cælorum. Nunc ergo Spiritus sanctus est vox pronunciantis Iesum presbiterum & seniore, & pronectum in diebus.

De bona, & sancta senectute.

5. **THEODORET.** 3. *Bonum est viro cum portaverit iugum ab adolescentia sua, &c.* *Sedebit solitarius, & rachebit, &c.* BERNARD. Non dixit sedet, sed sedebit solitarius cum habuerit honorem singularitatis illius, videlicet iudiciarie potestatis insigne, quod sancti in terra sua possidebunt cum lætitia sempiterna. Sed quare hoc? Quia lenavit super se, id est, cum adolescens erat, & ætatis adhuc lubrica sentiret ardores, senem induit, relinquens quod erat, assumensque quod non erat. Lenavit se super se, quia non respicit ad se, sed ad illum qui est super se. Sedebit enim & rachebit, & non movebitur de strepitu diabolicarum tentationum, à strepitu carnalium desideriorum, à strepitu mundi. Fœlix anima quæ linguas istas non exaudit, audiatur licet. Illa multo fœlicior (si tamen aliqua est) cui penitus non loquuntur.

Quales senes Deus visitet.

TOBIAS 14. *Reversus est ad soceros suos, invenitque eos incolumes in senectute bona. Quales senes visitet Deus.* Vide *Adolescentia*, numero 13. ex GLOSSA ORDIN.

In senectute colligitur quod in adolescentia seminatur.

CYPRIAN. *de duodecim abstinibus.* Sicut fructus non invenitur in arbore in qua flos prius non apparuit: sic in senectute, honorem legitimum consequi non poterit frequentius qui in adolescentia alicuius exercitatione non laboravit.

Senectutis bona.

CHRYSOSTOMUS. *hom.* 7. *ad Hebræos.* Animus in senectute potius confortatur, tunc viget, tunc exultat. Sicut enim corpus vsquequo febribus detinetur, & subsequenter inuicem ægitudinibus, etiam si sit validum, tamen affligitur, cum autem liberatum fuerit ab obsessioe illa morborum recreat propriam virtutem; sic etiam animus in iuventute febribus laborat, & amor gloriæ, & deliciarum, & venerarum rerum, & aliarum multarum imaginationum illum potissimum occupat. Cum autem senectus advenit, omnes has passiones effugit, alias per fatietatem, alias per philosophiam. **IDEM.** *hom.* *Cum presbiter esset designatus.* Inuentus pelago furenti similis est, immitibus vndis, ac malis ventis referto. Canities verò, velut in tranquillo portu fouet eorum animos, qui consenuerunt.

SENSVS CORPORALES.

Porta sensuum custodienda. 1. 2. 6. 7. 17. 19.

Visus custodiendus. 2. 3. 4. 5. 8. 9. 13. 19. 20. 21. 22.

15.

Sensus in malum proueni, refranandi. 6.

Quare in somnis reuelationes fiunt, nisi quia sensus clausi? 7.

Ex incauto aspectu multa mala. 8. 9. 13.

Qua ratione quinque sensus Deo restituantur. 10.

14.

Differentia inter sensus internos, & externos. 11.

16.

Qualiter Deus aperiat sensus nostros. 12.

Sensus quinque qualiter crucifigendi sunt. 18.

Porta sensuum custodienda.

GENES. 2. *Lignum etiam vite in medio paradisi.* HUGO DE S. VICTORE. Deus ita munierat hominem, intus per lignum vitæ sumptum in cibum, & extra per diuinam potentiam, & protectionem, ut posset non mori. Intus portam negligentia per rationem humanam, extra portam violentia obserans per diuinam custodiam, ut nisi homo ratione abutens portam negligentia aperiret, nunquam per portam violentia aliquid nocuum intraret. Sed quia noluit sibi cauere, ut seruaret portam sibi commissam, metitò Deus deseruit eius custodiam. *Et ecce ille.* Porta animæ sunt sensus exteriores, &c.

Sensus custodiendi, maxime visus.

GENES. 3. *Edidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, tulit de fructu eius, & comedit.* GREGOR.

21. *Mor.*

21. *Moral.* cap. 2. Ne in lubrica cogitatione versetur, non debemus intueri quod non licet concupiscere. Nec enim Eua, lignum tetigisset, nisi hoc prius incaute conspiceret. Pensandum ergo quantum ab illicitis debeamus visum restringere, qui mortaliter viuimus, si etiam mater viuentium per oculos ad mortem venit. Ut munda mens in cogitatione seruetur à lasciuia voluptatis suæ deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores. Vnde Propheta *Thren.* 3. [Oculus meus deprædatus est animam meam.] Per oculum corporis pertulit prædam cordis. Ad custodiendam ergo cordis mundiciam, exteriorum quoque sensuum disciplina seruanda est.

Idem.

3. **IBID.** BERNARD. *lib. de gradibus humilitatis.* O Eua quid tam intente tuam mortem intueris? Quid spectare libet quod manducare non licet? Oculos, inquit, tendo, non manum, non est interdictum ne videam, sed ne comedam. Et si culpa non est, culpæ tamen indicium est. Nisi mens, se minus curiose seruat, tua curiositas, tempus vacuum non haberet. Te enim intenta ad aliud, latenter interim in cor tuum illabitur serpens, blandiens alloquitur, blanditiis rationem, mendacis timorem compefcit; nequaquam inquiring, morjemini. Auget curam, dum incitat gulam, acuit curiositatem, dum suggerit cupiditatem. Offert prohibitum, & aufert concessum, porrigit pomum, & subripit paradysum. Haurit virus peritura, & perituros partura; perit salus, non desistit partus, nascimur moritur. ideoque nascimur morituri; quia prius morimur, nascimur. Propterea graue iugum super omnes filios suos vsque in hodiernum diem. Eua igitur serua commissum, expecta promissum, carne prohibentem, ne perdas concessum. Quid illo tam crebro vagantia lumina iacis?

Idem.

4. **GENES.** 6. *Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchre, &c.* CHRYSOSTOMUS. A pulchritudine enim victi sunt, & frenum imponere inordinatæ concupiscentiæ non valuerunt, sed spectando capti, submissique sunt. Oculus propterea factus est, ut dum videret creaturas, ipsarum conditor glorificetur. Itaque oculorum opus est videre, male autem videre, à mente est, quæ intrinsecus gubernat. Non igitur oculus est ruinæ causa, sed voluntatis negligentia, & irrefrenata concupiscentia. Mens in corpore respectu sensuum auriga est, qui si equos currum trahentes gubernare nesciat & equos & seipsum in præceptis ire facit: sic planè & voluntas nostra quando nescit sensibus ut oportet uti indulgens inordinatis concupiscentiis, seipsam, & sensus ipsos submergi facit. Propterea Dominus noster Iesus Christus sciens fragilem naturam nostram, & voluntatis negligentiam, ait *Matth.* 22. [Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo,] ac si dixisset. Propterea interdico vobis illicitum visum, ut ab opere illicito vos liberem sciens fragilitatem vestram. Hi enim vitæ pulchritudinis spectaculo capti sunt.

Idem.

5. **IBIDEM** THEODORET. Multo tempore filij Serb, nulla ratione se immiscuerunt generi Cain à Deo maledicti. Longo tamen post tempore, pulchritudine mulierum ex genere Cain delectati sunt, & musicis instrumentis quæ à Iubal è genere Cain orto, inuenta sunt, atque ita illis se immiscuerunt. EUCHEBIUS. His ostenditur malum à sexu fœmi-

neo rursus inuentum, sicut & ab initio. Amara siquidem fuere mulieres propter pulchritudinem corporis, quod bonum quidem Dei donum est, sed propterea id largitur etiam malis; ne magnum bonum videatur bonis.

Sensus in malum proueni refranandi.

GENES. 8. *Nequaquam ultra maledicam terra propter hominem: sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* RVPERT. Sensus nomine, quinque sensus corporis significatur qui prona sunt in malum, præsertim ubi cogitatio cordis qua restringi, & gubernari debuerant, & ipsa prona in malum eisdem sensibus pro armis vitur ad opus malum. [Igitur non ultra faciam, ait Deus, sicut feci, nequaquam maledicam terram, &c.] Deinceps namque terra quidem secura fit, & quisquis sic super eam ambulat, ut sensus vel cogitatio eius non sint prona in malum. Sed timeat solus ille homo cuius sensus, seu cogitatio sunt prona in malum. Etenim terra quidem deinceps in æternum stabit, & non solum non peribit diluuiò, sed fortasse deficient omnino aquæ. Iuxta illud. [Et mare iam non erit,] alio namque iudicio homines distinguuntur secundum propria merita singuli retributionem recepturi.

Quare in somnis reuelationes fiunt.

GENES. 31. *Leuauit oculos meos, & vidi in somnis, &c.* LIPOMAN. In somnis locutus est ei Angelus, sicut & Zacharia cap. 3. & Ioseph *Matth.* 1. In somnis exteriores sensus clausi sunt, ob idque tunc homo ad reuelationes, tanquam minus ad exteriora dispersus; minusque ab interioribus impeditus, est aptior, atque ab interiori audiendum auditu, quid loquatur in se Dominus Deus, seu Angelus eius. Tunc etiam potissimum viget ratio in Prophetis, & in eis qui desuper illustrantur. Cum tamen in aliis dormientibus propter exteriorum sensuum ligamen, visus, seu iudicium rationis sopitum sit.

Ex incauto aspectu multa mala.

GENES. 34. *Egressa est autem Dina ut videret mulieres regionis illius, &c.* BERNARD. *de Gradibus humilitatis.* Dina dum ad pascendos hædos egreditur, ipsa patri, & sua sibi virginitas rapitur. O Dina quid necesse est, ut videas mulieres alienigenas? Et si tu otiose vides, sed non otiose videris. Tu curiose spectas, sed curiosius spectaris. Quis crederet illam tuam curiosam otiositatem vel otiosam curiositatem fore post sic non otiosam, sed tibi, & tuis, hostibusque tam perniciosam? Sequitur. *Adamauit eam illicito amore & rapuit, &c.* CHRYSOSTOMUS. Vide quantum sit inuentum malum, quando rectæ rationis freno caret. Vidit Sichem virginem, & totus propter aspectum captiuus factus est, & concupiscentiam opere compleuit, & conglutinata est anima eius cum ea. LIPOMANVS. Ecce quomodo vincitur cupidine, qui sensibus non imperat.

Idem.

GENES. 39. *Erant autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu.* AMBROSIO. Et cum esset decorus aspectu, & speciosa facie valde, venustatem sui vultus non ad alienam deuiauit iniuriam, sed ad suam seruauit gratiam. Hoc se pulchriorem ratus si non dispendio castitatis, sed cultu pudoris speciosior probaretur; iam si qua petulantibus asperit oculis, illius crimen solum est quæ malè vidit, non huius qui mallet se nolle videri, nec in eo quod visus est,

Y Y 4 culpa

culpa est. **D**iscant tamen viri cauere etiam oculos feminaturam. Adamantur enim & qui nolunt amari. Denique amatus est Ioseph qui amantem contempserat. Sequitur: *Iniecit oculos in Ioseph.* Bene excusat eum scriptura; Non enim iste se ostentauit, nec cepit incautam, sed illa retia submisit, laqueos sparfit, & suis est capti uinculis. Prima adultera oculorum tela fuit; secunda uerborum, sed qui non capitur oculis, potest uerbis resistere. Suppetit defensio ubi adhuc habet assensus est.

Qualiter quinque sensus Deo tribuantur.

10. **G**ENES. 47. *Quintam partem regi dabitis, quatuor reliquas permitto uobis in sementem, & cibum.* INTER. Quinta pars quae regi dabatur quinque sensuum census est, qui Christo regi soluendus. Tunc nempe quintam partem damus cum pro moderazione quinque sensuum, Deo famulamur. Quatuor reliquae in sementem, & cibum possessoribus permittuntur; quia actualis uitae usus unicuique conceditur, ut seminet uirtutum opera, & fructus iustitiae metat in uitam aeternam. Quod à Saluatore nostro ueraciter nobis tribuitur. Unde Ioseph aegyptij dicunt, Salus nostra in manu tua est. Quia manifestum est, quod salus mundi in Christi potestate constituta est.

Differentia inter sensus internos & externos.

11. **G**ENES. 48. *Oculi Israël caligabant pro nimia senectute, & clarè uideri non poterat.* CHRYSOS. Vide hic iustum corporis oculos praesentate nunc infirmos habere: mentis autem oculis ualere, & fide prauidere futura. LIPOMAN. Vno namque sensu adempto alter melior reddebatur. Oculis quidem carnis cautebat, sed spiritalibus oculis futura in longinquum prauidebat. Vide, *Mundus*, num. 10. ex GREGORIO.

Qualiter Deus aperiat sensus nostros.

12. **E**XOD. 4. *Ego ero in ore tuo, &c. Qualiter Deus aperiat os, oculos, & aures.* Vide, *Lingua*, num. 5. ex ORIGENIS & AVEVSTI.

Ex incauto aspectu multa mala.

13. **E**XOD. 20. *Non concupisces, &c. nec desiderabis uxorem eius.* GREGOR. 21. *Moral. cap. 7.* Sicut saepe tentatio per oculos trahitur, sic nonnunquam concepta intrinsecus, compellit sibi extrinsecus oculos deseruire. Nam plerumque res quaelibet, innocenti mente respicitur, sed ipso conspectu animus concupiscentiae gladio confoditur. Non enim Dauid uiriae coniugem ideo studiosè respexit, quia concupierat; sed ideo potius concupiuit, quia incautè respexit. Fit ergo rectae retributionis examine, ut qui exteriori negligenter utitur oculo, interiori non iniuste caecetur. Saepè autem intrinsecus concupiscentia dominatur, & illecebratas animus ad usus suos, sensus corporeos famulari more tyrannidis exigit, suisque uoluptatibus oculos seruire compellit, atque (ut ita dicam) fenestras luminis ad tenebras aperit caecitatis. Unde sancti uiri, cum sinistra pulsari delectatione sentiunt, ipsa per quae formae species ad mentem ingreditur, lumina disciplinae magisterio restringunt, ne prauae cogitationi uisio lenocinata famuletur, quae si unquam subtiliter custodiri negligitur, cogitationis immunditia protinus ad operationem transit. CHRYSOS. *hom. 3. de uerbis Isaie. Vbi Dominum, &c.* Ut enim ignis ubi foenum aliquod, aut culmum arripuerit, nihil troratur, sed simul ut attingit materiam, lucidam accendit flammam: itidem & ignis concupiscentiae,

quae est in nobis, simul atque per oculorum intuitum elegantem, ac uenustam attigerit formam, protinus exurit animum. Proinde, ne spectes temporariam illam quae ex aspectu proficiscitur uoluptatem; sed perpetuum dolorem considera, qui nascitur ex concupiscentia. Nam illa inflicto uulnere plerumque celeriter auolat, atque uulnus non auolat, sed plerumque manet, & interficit: & quemadmodum cerua confixa iaculo in vitalis corporis parte, etiam si uenatorum effugiat manus, nihil inde fert lucri: sic & anima, accepto concupiscentiae iaculo à lasciuo, curiosoque aspectu, etiam si cum iaculo permittatur abire, tamen ipsa per se corrumpitur, ac perit, ubique uidentis hostem, & insequentem habens.

Sensus qualiter restituemus Domino.

14. **L**EVIT. 6. *Anima quae peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo suo depositum, &c. reddet omnia quae per fraudem uoluit obtinere, & quintam insuper partem.* ORIGEN. Septuaginta legunt quintam. Ut bis quinque in uno superaddito reddantur. Quinque autem sensus hoc modo possunt restitui, si eis in secularibus abusi fuerimus, ut alios quinque, id est, interiores hominis sensus restituamus, ut mundi corde, Deum uideamus, & audiamus quae Iesus docet, ut odorem capiamus, & Christi bonus odor sumus, gustemus illum de quo dicit, [Gustate, & uidete, quoniam suauis est Dominus.] palpepms secundum Ioannem de uerbo uitae. His omnibus unum addamus, & haec cuncta ad unum Deum referamus.

Oculi custodiendi.

15. **N**UMER. 17. *Et ponent in eis uitas hyacinthinas quas cum uiderint, &c. ne sequantur cogitationes suas, & oculos per res uarias fornicantes.* OLEASTER legit, [Non explorabit cor uestrum oculos uestrorum, post quos uos fornicamini.] Hic pulchre admonemur quanta custodia oculi claudendi, & custodiendi sunt nobis, quoniam solet concupiscentia cordis, concupiscentiam oculorum sequi.

Qui oculi claudendi, qui uide aperiendi sunt.

16. **N**UMER. 24. *Dixit homo cuius obturatus est oculus, dixit auditor sermonum Dei, qui uisionem Omnipotentis intuitus est, qui cecidit, & sic aperiantur oculi eius.* ORIGEN. *hom. 1.* Alij sunt oculi qui per praeruaricationem aperiantur, alij quibus Adam, & Eua ante praeruaricationem uidebant. Christus enim in iudicium uenit in hunc mundum, ut non uidentes uideant, & uidentes caeci fiant. *Ioan. 9.* Quia in peccatoribus non uident oculi, qui meliores sunt, sed qui sensus carnis dicuntur, & qui consilio serpentis aperti sunt. Opus ergo Christi fuit, ut qui non uident melioribus oculis quae bona sunt, sed his qui consilio serpentis aperti sunt, & quae mala sunt intuentur, caeci fiant, & qui caeci fuerint illis, quos serpens aperuit, uideant bona Domini, illis quos Iesus aperire uenit. Nisi enim prius claudatur uisus malorum, non parebit intuitus bonorum. Hinc quoque dicitur *Exod. 4.* Quis fecit uidentem, & caecum? Uidentem scilicet secundum spiritum Christi, caecum uero secundum consilium serpentis. GLOSSA ORDIN. Balaam dicitur obturatos habuisse oculos, & simul uisionem uidisse. Quia in somnis, clausis corporeis oculis angelico ministerio haec uidit. Oculos uero mentis partim habet apertos, partim clausos, qui mysteria futura agnoscit, sed errorem non corrigit. Sic iniqui aliud scientia, aliud moribus agunt, aliud ore, aliud opere ostendunt.

Sensus

Sensus qualiter custodiendi sunt.

17. **C**HRYSOST. *hom. 11. in priorem ad Thessalon.* Quemadmodum in lychno habet: ita & in nobis. Foramina sunt oculi, & aures, &c. Ne finas istis occurrere validum malitiae flatum: alioqui lychnum extingues, sed obtura foramina timore Dei. Ianua os est, claudere. Ita scilicet occlude ut & lucem exhibeat, & externum impulsu repellat, utpote conuiciatus quispiam: tu claudere os tuum, si enim aperueris, concitabis magis uentum hunc. Nonne uides in aedibus quando è regione duae ianuae oppositae sunt, & flatus uehemens irruerit; si alteram claueris, & respiratio prohibita fuerit, quomodo nihil ualeat efficere flatus, sed plurimum de robore illius praecidatur. Ita & hic. Duae sunt ianuae, os tuum, & os illius qui te uituperat, & probro afficit, si tuum occluseris, & respirationem non dederis, omnem flatum istum extingues, si uero aperueris effraenis reddetur.

Sensus quinque qualiter crucifigendi.

18. **I**OSUE IO. *Aperite os speluncae & educite ad me quinque reges qui in ea latitant, &c. atque suspendite supra quinque stipites, &c.* GALFR. Quinque reges in spelunca, quinque sunt sensus in carne humana, qui merito reges dicuntur, quia non nisi per illos ipsa caro regitur. Tolle tactum, nec pedes incedunt, nec manus operantur, & sic de singulis. Hos reges tunc spiritus noster suffocat, & in patibulo crucis affigit, si eos ita rationis disponit arbitrio, ut nusquam diuertere ualeant absque eius iudicio. Crux in qua crucifigendi sunt isti reges quatuor cernitur partes habere: Inferior est timor suppliciorum; superior est in spe futurorum bonorum: in longitudine perseverantia uirtutis notatur; in latitudine amplitudo charitatis designatur. Primo itaque, reprimendus est sensus per timorem gehennae, ne absque disciplina insolescat, & iterum per spem futurorum bonorum erigendus, ne in desperationem corruat; & quia multi sunt qui ad tempus credunt, & in hora tentationis recedunt, inter timorem, & spem, tamdiu perseverare debemus, donec gehennam ultra non timeamus, id est, cum quod sperauimus teneamus. Sed & charitatem tam latam nos oportet habere, ut ualeamus non solum amicos, sed etiam inimicos diligere. Sic itaque, bene crucifixus erit uetus homo noster, si omnes tam exteriores, quam interiores nostri sensus, rationis disponuntur arbitrio, ut uidelicet timorem habeamus gehennae, ne peccemus, & si peccauerimus, spem teneamus futurorum bonorum, ne desperemus, & longitudinem perseverantiae, ne ante tempus deficiamus, & charitatis amplitudinem, ut omnes Deum diligamus. Nec immerito è in charitate notatur sensuum mortificatio, quia ualida est ut mors dilectio. Igitur in cruce tali, crucifigendi sunt aduersarij nostri.

Oculi seruandi.

19. **C**HRYSOSTOMVS *homilia 11. ad populum Antiochenum.* Sicut in spicis arista, tanquam quaedam praetenta spicula aues repellunt, non sinentes fructui insidere, & stipulam inferiorem distingere, sic & in oculis uelut quaedam arista, & spicula praetentae sunt palpebrarum setae puluerem, & fluctuam, & omnia uexantia extrinsecus repellentes ab oculis, nec palpebras infestari sinentes.

Visus coercendus.

20. **C**HRYSOSTOMVS *hom. 17. in Mattheum.* Quemadmodum cum gladium à puero teneri uideamus

etiam si nondum uulneratum eum cernamus, uerberamus tamen, ac saepe minantes denunciamus ne quando illum rursus contingat: Ita etiam Deus inuenire eum dum coercet aspectum, ne quando in ipsam quoque incidat actionem *Matth. 5.* [Qui uiderit mulierem, &c.]

Idem.

21. **M**ATTHÆI 6. *Lucerna corporis tui est oculus.* CHRYSOSTOMVS *homilia 55. in Ioannem.* Quod sol mundo, hoc oculus corpori. Extincto sole, omnia perduntur, & perturbantur. Ita amissis oculis, pedes inutiles sunt, & manus, & animus. Ita oculus animi. Quare ut in regio quodam loco, altiori corporis parte sedem fortitus est, & ceteris praefertur sensibus. Oculus lucerna omnium membrorum ornat totum corpus.

Idem.

22. **N**AZIANZ. *de laudibus Basilij.* Visus haud facile à iucundis diuelli solet spectaculis, si uero uolentia quadam abstractus fuerit, iterum illac refertur quemadmodum sermo à narrationibus suauissimis. CYPRIANVS *de singularitate clericorum.* Ex improuiso uel transeuntes ad horam foemineus aspectus occurrens uelut sagittas alienis oculis iactat.

SILENTIUM & secretum.

Mysteria non reuelanda. 1. 2. 4. 5. 7.

Silentium seruandum. 1. 3. 6. 9.

Secretum seruandum in meritis. 8.

De malo silentio. 10.

De bono silentio. 9.

Mysteria non reuelanda.

1. **G**ENES. 5. *Cui respondit mulier. De fructu lignorum quae sunt in paradiso uescimur, &c.* CHRYSOST. Mulier confidens quod beneuolè erga se affectus esset serpens, totum mandatum detexit, diligenter recensit omnia, & responso suo, omnem sibi metipsum defensionem abstulit. Si dixisset ei, Apage impostor es, tu nefcis, nec mandati nobis dati potentiam, nec quantis fruimur. Verum, quia omne mandatum illi detexit, & margaritas porcis obiecit, impletur quod à Christo dictum est *Matth. 7.* [Ne mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent illas pedibus suis, & conuersi, uos distumpant.] Non solum enim illas conculcauit, sed & dictis se opposuit, & conuersus ipsam, & cum ipsa protoplastum, imo & nos omnes in morbum inobedientiae perduxit. Tantum malum est absque delectu cuius diuina mysteria detegere. Audiant qui sine discrimine simpliciter cum omnibus colloquantur. Qui enim porci, id est, porcinis moribus sunt, non solum ex dictis proficiunt, sed & bonas margaritas in suae perditionis profundum abiciunt. Ideo cum diligentia seruanda sunt haec, ne eadem patiamur quae parentes nostri, qui hic decepti sunt. LIPOMAN. Tacere debuerat mulier, & indicasse protinus marito. Periculosum est confabulari ueteratoribus demonum persuasionibus praebere aurem & obsequi.

Idem.

Idem.

GENES. 18. *Fac subcinericeos panes.* AMBROS. Subcinericea, id est, abscondita fieri iubentur: eo quod latere debeat omne mysterium & quasi operiri fidei silentio, ne profanis temerè diuulgentur auribus. Hoc pascitur diuina maiestas, hunc epulatur affectum, qui parcus loquendi sit, nec sacra in medium ferat. *Cap. 22. Igitur Abraham de nocte confurgens, &c.* ORIGEN. Non deliberat, non detrebat, non communicat cum vilo homine consilium, sed statim occupat iter. LIPOMANVS. Non dubitat de verbo Domini, non causam querit diuini præcepti, non allegat naturæ legem contrariam, non rogat pro filio, non plangit necem vnici, non murmurat, non refert Saræ, non tardat, sed contra spem, in spem erigitur. CHRYSOST. Obstupescit piæ, religiosumque, & prudentem animum. Quia enim sciebat magnitudinem præcepti, prorsus hoc significauit nec pueris, nec ipsi Isaac, sed solus secum agonem illum decertabat, & quasi Adamas manebat inuictus. Et infra. *Reuersus est Abraham ad pueros suos, abieruntque, &c.* LIPOMANVS. Nihil iactat iustus de tanto opere, vel promissis, sed parcissimus verbis arbitrat se id egisse quod debebat tanquam inutilis seruus.

Silentium seruandum.

GENES. 39. *En introduxit virum Hebraum, ut gilladeret nobis, &c.* AMBROS. Iustus accusare non nonit, ideo impune hoc impudica faciebat. Illam igitur verè exutam dixerim etiam aliena vestimenta seruantem, quæ omnia amiserat velamina castitatis: illum satis ornatum, satis defensum cuius vox non audiebatur, & innocentia loquebatur. Sic Sufanna postquam tacet in iudicio, melius locuta est orando, & ideo Prophetæ meruit defensionem quæ sui auxilium non quaerit.

Mysteria non manifestanda.

EXOD. 4. *Reuersus ad Iethro socerum suum dixit: Euidam, & reuertar ad fratres meos in Aegyptum, ut videant si adhuc viuam, &c.* RVPERTVS. Secretum visionis Dei seruat; non enim suam, sed gloriam Dei quaerebat. Quicumque igitur hunc imitari vult, huic superfluum sit propalare gratiam sibi collatam coram hominibus, vt videatur ab eis, sed opportunum tempus expectet, donec vltro clarescat secretum Dei, & opportunè luceat lux eius coram hominibus, vt videant, & glorificent patrem qui in cælis est. Vide *Gloria vana, num. 12. ex GREGORIO.*

Idem.

EXOD. 32. *Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen: ululatus pugne audiuimus, &c.* LIPOMANVS. Ex his verbis colligitur silentium Moysi, qui ipsi Iosue socio suo non statim reuelauerat, quod Domino indicante sciebat de populi casu horrendo. Non sunt enim aduersa infœlicia, subito prædicanda, dum malum emendari nequit. Moyses autem præmonitus intellexit, quod sonus populi vociferantis pratenderet.

Silentium seruandum.

NUMER. 19. *Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit.* GREGOR. 6. *Adoral, cap. 17.* Tegimen operculi vel ligatura est, censura disciplina, qua quisquis non premitur, quasi vas immundum, pollutumque reprobatur. Quasi enim vas sine operculo vel ligatura polluitur, quæ

per studium ostentationis patens, nullo velamine taciturnitatis operitur.

Mysteria occultanda.

TOBIAE 12. *Etenim sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei reuelare, & confiteri, honorificum est.* INTRER. Mysteria regenda, opera Domini prædicanda. & Iudith 8. *Vos autem nolo vt scrutemini altum meum.* Et angelus Azarias optimè custodiuit mysterium ad quod missus est. & Iudith etiam consilium Dei custodiuit, & addidit. Vt non scrutarentur quod factura erat.

Secretum seruandum in meritis.

CHRYSOST. Homil. 28. ad populum Antiochenum. Quotidie Dominum offendens lætaris, & gaudes, & necis quidem quod peccasti cum obliuioni cuncta tradideris: meritum verò memoriam extrudere non potes, licet te sit fortior metus. Nos autem contrarium facimus. Nam quotidie quidem offendentes, nec animaduertimus: si verò pauperi modicum argenti dederimus, sursum, & deorsum circumuoluimus, quod est extrema dementiæ, & maxima colligentis iactura. Tutus enim meritum penus obliuio meritum. & sicut cum vestes, & aurum, in foro quidem exponimus, multos prouocamus infidiatores; si verò domi reponamus, & celemus, in tuto posuerimus omnia: ita & merita si iugiter mente gestamus, Dominum iritamur, armamus inimicum, ad furum vocamus, si verò sciat ipsa nemo sed quem scire solum oportet in tuto iacebunt.

Silentium bonum quintuplex.

SILENTIUM bonum est primum quod nascitur à Sprudentia. De quo Sapiens. [Tempus tacendi, & tempus loquendi.] De quo etiam Amos 5. [Prudens tacebit in illo tempore quia tempus malum est.] & Eccles. 10. [Homo sapiens tacebit vsque ad tempus.] & Rursus *ibid.* [Est tacens sciens tempus apti sermonis.] Et *Psalms. 38.* [Obmutui, & non apertui os meum; quoniam tu fecisti.] Et 2. *Reg. 16.* [Sinite illum, vt maledicat mihi, Dominus enim præcepit ei vt malediceret mihi.] *Secundò Silentium bonum est,* quod nascitur à patientia. *Psalms. 38.* Obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis, & dolor meus renouatus est cum cõsisteret peccatum aduersum me. *Tertiò Bonum silentium est,* oriens à pœnitentia & mortificatione. *Threnor. 3.* [Sebebit solitarius, & tacebit, quoniam leuauit se supra se.] *Quartò item oriens à confusione.* *Isai. 47.* [Sede, & tace, intra in tenebras filia Chaldæorum.] *Quintò Bonum silentium est,* quando quis tacet, vt intelligat iuxta illud: [Audiens sapiens sapientior erit,] & illud *Danielis 10.* [Deieci vultum in terram, & tacui.]

De malo silentio.

MALVM autem silentium est quod nascitur ex ignorantia. *Ecclesiastici 20.* [Est tacens non habens sensum loquelæ.] *Secundum* quod nascitur ex negligentia. *Isai 62.* [Qui remississimi Dei, ne taceatis, & ne detis silentium ei, donec stabiliat, & donec ponat Ierusalem laudem terræ.] *Tertium* quod nascitur ex malitia. *Luc. 14.* [Interrogauit Christus si licet sabbato curare. At illi tacerunt.] *Quartum* quod nascitur ex iniustitia. *Isai 62.* [Supra muros tuos Ierusalem posui custodes, tota die non tacebunt, & cætera. & tota nocte in perpetuum.] *Et Ierem. 4.* [Non tacebo quoniam vocem buccinæ audiui.] & *Isai 6.* *Væ mihi quia tacui.* Hieronymus declarat. Quoniam Oziam regem non reprehendi quando debui. *Ezech. 33.* [Si me dicente ad impium, impie morie-

Idem.

morte morieris, non fueris locutus, vt se custodiat impius à via sua: ipse impius in impietate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.] Ab hoc peccato fuit immunis Paulus quando *Actorum 20.* dixit. [Mundus sum à sanguine omnium, non enim subterfugi, quo minus annunciarẽ omne consilium Dei vobis.] *Quintum* silentium malum est, quod nascitur ex impœnitentia. *Eccles. 4.* [Non confundaris confiteri peccata tua.] *Ibidem.* [Non confundaris dicere verum pro animata tua, [id est, pro salute animæ tuæ.] *Proverb. 28.* [Qui abscondit scelera sua non dirigitur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.] *Psalms. 31.* [Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.]

SOCIETAS BONORUM vel MALORUM.

Societas malorum obeft. 1. 2. 6. 20. 23. 24. *Societas malorum non obeft iusto.* 3. 5. 8. *Societas malorum fugienda.* 4. 9. 11. 12. 13. 14. 17. 18. 22. 26. *Societas bonorum ac malorum simul vitilis.* 7. 8. 10. *Societatis bonorum vitilitates.* 15. 16. 21. *Distimilium sociorum presentia non placet.* 19. *A verbis bonis, vel malis dependent mores.* 25. *Malus à societate bonorum rescandus.* 27. 28. 29. 30. *Etiã excommunicatione.* 31.

Societas malorum obeft.

GENESIS 1. *Benedixitque eis dicens, crescite, & multiplicamini, &c.* Quare natantia, & volatilia, quæ quinta die creata sunt benedicuntur à Domino, non autem terrestria animalia, quæ sexta die? **GLOSSA ORDINAR.** An idè forte animalibus sextæ diei non benedixit Deus, quia inter ea erat, & serpens, cui post paululum erat ipse maledicturus. *Hæc illi.* Ex dictis collige quantum noceat societas mala etiam vnici, & super illud *Genesis 3.* *Tulit mulier de fructu eius, & comedit, dedique viro suo, qui comedit, ait CHRYSOSTOM.* Verè sicut Apostolus ait 1. *Corinth. 15.* [Corrumpunt bonos mores colloquia praua.] A re diabolicum consilium mulier pulchritudinem arboris viderat; sed timebat malarum Dei, & subsecutum supplicium: postquam autem cum mala bestia conuersata est, cibum sumptit deditque viro, &c. **A VGVST.** Forte dedit verbo suasio, quod scriptura tacens reliquit intelligendum, &c. Crediendum est Adam suæ forminx ad Dei legem transgrediendam, non tamquam verum loquenti credidisse seductum, sed sociali necessitudine paruisse. Vnde non frustra dixit Apostolus. [Adam non est seductus, sed mulier, &c.] **VXOREM** igitur, quæ iam seducta manducauerat, delicias suas noluit Adam contristare, quam credebat à se alienatam tabescere, & sine solatio interire, non quidem carnis concupiscentia, sed amabili beneuolentia, qua sepe Deus offenditur. **RVPERTVS.** Quomodo autem dedit nisi iam abusu imperio, vel importunitate muliebri, non enim persuasit illi, vt in eo sibi crederet, in quo crederat ipsa serpenti: qualis autem, & quanta sit muliebri importunitas, passim non solum diuina, sed etiam humana testantur exemplaria, ergo cogendo potius quam educendo, imperando magis, quam aliquid fingendo, hoc effecit, vt obedi-rèt vir suæ voci plusquam Dei.

GENES. 6. *Acceperunt uxores sibi ex omnibus, quas elegerant.* **RVPERTVS.** Quam perniciofa permixtio hæc fuerit, ex Salomone facile conici potest; qui cum esset filius Dauid, & Abraham, ac per consequens ex filiis Dei, ex eo quod accepit sibi uxores ex filiabus hominum, [Amavit enim mulieres alienigenas, filiam quoque Pharaonis & Moabitidas, &c.] 3. *Reg. 11.* [Super quibus dixit Dominus filiis Israël *Demeron. 7.* [Non ingrediemini ad eas.] deprauatus est, quia auerterunt cor eius mulieres, vt adoraret Deos earum, &c. Propterea sapienter, & ante legem sancti viri filii suis huiusmodi conuicia præcauerunt, vt Abraham, qui dixit ad seruum suum *Genes. 24.* [Pone manum tuam subter fœmur, &c. non accipias uxorem filio meo de filiabus Cananæorum] & Rebecca dixit *Genes. 27.* [Si acciperit filius meus Iacob uxorem de stirpe huius terræ nolo viuere.] *Vide etiam Scientia, numer. 6. ex CASSIANO, & Peccatores, numer. 31. ex GREGORIO.*

Societas malorum nihil obeft iusto.

GENES. 6. *Noe vero inuenit gratiam coram Domino.* Quod societas malorum, iusto nihil obeft, *Vide Iustus, numer. 13, & 14. ex AMBROSIO & CHRYSOSTOMO.*

Societas malorum fugienda.

GENES. 13. *Et reuersus est Abram per iter, quo uenerat, &c. vsque ad locum ubi prius fixerat tabernaculum, &c.* **CHRYSOST.** Ecce iam multis ante seculis, impleuit hoc quod postea à Dauid dictum est, [Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.] Solitudo enim propter inuocationem nominis Dei gratior erat, quam ciuitas.

Societas malorum nihil obeft iusto.

GENES. 13. *Et habitauit Loth in Sodomis. Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino, nimis.* Pro expositione literæ, *Vide, Peccatores, num. 32. GREGORIVS 1. Moral. cap. 1.* Dicitur vbi habitauerit Loth, vt hoc eius laudibus proficiat, quod bonus inter malos fuerit, nec enim valde laudabile est bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim grauioris est culpæ inter bonos bonum non esse, ita immensè est præmij, bonum etiam inter malos extitisse. Vnde Petrus *Epist. 2. cap. 2.* Loth sic extollit. [Et iustum Loth oppressum à nefandorum iniusta conuersatione eripuit.] Aspectu enim & auditu iustus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant, hinc etiã Paulus discipulis dicit *Philip. 2.* [In medio nationis prauæ, & peruersæ inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.] Hinc Pergami Ecclesiæ dicitur. *Apocalyp. 2.* [Scio vbi habitas, vbi sedes est Sathanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam.] Hinc sancta Ecclesia sponsi voce laudatur *Cantic. 2.* [Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.]

Societas malorum obeft.

GENES. 14. *Nec non est Loth, scilicet captiuum duxerunt, &c.* **CHRYSOST.** Didicit Loth reipia quod multo satius ei fuisset vti consuetudine iusti, quam separatim in libertate viuere. Ecce enim vt diuinus est à iusto como putabat se in maiori esse vbertate rerum, & copia, repenti factus est seruus carens omnibus.

Societas

Societas iustorum & malorum simul utilis.

7. GENES. 17. Circumcidit carnem prapitij eorum & prapitij sui, ut scilicet distinguerentur à gentibus. CHRYSOST. Verum ne deteriores nos esse- mus omnino infans, & ingratis Iudeis. Illi enim suscipientes circumcissionem bene se muniunt, & ca- uent, ne vltra cum gentibus se misceant. At nos cum semel suscipimus baptismi circumcissionem, ita se- cutè nostra corrigamus; non dixerim, quod non liceat nobis versari inter gentes; sed cum illis versemur, nostram tamen custodiamus virtutem, & per bona opera eos ad nostram trahamus religionem. Ea enim de causa communis omnium Dominus per- misset, simul versari bonos, & malos, vt boni lucrifa- ciant malos, Nihil enim adeò gratum est Deo, vt salus animarum: nam sicut peccatores non solum puniuntur quod ipsi peccauerunt, sed & quod aliis scandalo sunt: Ita & qui virtutem amplexari dupli- cem mercedem à Deo accipiunt, tum quod ipsi vir- tutem exercuerint, tum quod alios ad virtutis com- munionem traxerint. Vide Iusti numer. 25. & Sancti numer. 12.

Idem.

Societas malorum nihil obest iusto.

8. GENES. 19. Sedente Loth in foribus ciuitatis, &c. Vide Hospitalitas, num. 4. ex CHRYSOSTOM. Et addit ibi, Sunt qui dicunt, quod non sit possibi- le in medio ciuitatis versantem seruare virtutem, sed opus esse secessu, & montana quadam conuersatione, & non posse patremfamilias habentem mulie- rem, ac filios virtute præditum esse? videant iustum hunc cum muliere, & pueris, & famulis in ciuitate degentem, & inter tam malos conuersantem, quasi scintillam lucentem, & non solum non extingui, sed & quotidie lucem clariorem emittere; sicut igitur negligenti nihil prodest solitudo; ita prudens ac vig- il non offenditur etiam in media ciuitate impiorum viuens, non enim locus nos virtute facit præditos, sed mens & mores.

Societatem malorum fugiendam esse.

9. GENES. 19. Dissimulante illo apprehenderunt ma- num eius, & manum uxoris, &c. posuerunt eum ex- tra ciuitatem. CHRYSOST. Secundum septuaginta [Turbati sunt, & apprehenderunt, &c.] Hæc vt au- dierunt Loth, & vxor, & filia, turbati sunt, id est, at- toniti fuerunt, & in nimium pauorem inciderunt, & propter minas anxij fuerunt, animabant verò eos ma- num contactu Angeli, & roborauerunt, ne timor eorum dissolueret robur. LIPOMANVS. Discite igitur festinandum à contubernio pessimorum cum spes emendationis nulla super sit. INTERL. Hic da- tur nobis exemplum, quod qui aliquo affectu car- nali malorum consortium exire dissimulant, crebra bonorum admonitione cogendi sunt, ne bonos mo- res corrumpant exempla malorum. Vide Predicator, numer. 14.

Societas bonorum malis prodest.

10. GENES. 24. Laban festinus egressus est ad homi- nem cum vidisset in aures, & armillas, &c. GREGORIVS. Carnales quique fidelibus comuni cuncta dunt spiritualium dona conspiciunt, in admiratione pos- siti, & si non vsque ad opera, tamen in animam vs- que ad suscipiendam fidem verbum prædicationis admittunt; quia enim bonos sæpe miraculis fulgere considerant; ea quæ de æternitate audiunt, non re- culant, quamuis sanctam electorum Ecclesiam mo-

ribus non sequentes, in carnali operatione rema- neant.

Societas malorum fugienda.

11. GENES. 25. Et separauit eos scilicet filios concubi- narum ab Isaac filio suo, cum adhuc ipse vixeret. INTERL. Quia præcipitur nobis ab Apostolo, hæ- reticum hominem post primam & secundam corre- ctionem deuita, & super illud Genesis 33. Nosti Do- mine mi quod paruulos habeam teneros, & ones ac- bones fortis mecum, quas si plus in ambulando fecero la- borare morientur in vna die cuncti greger. RVPERTVS ait, Hic magnæ discretionis exemplum est, paruulus enim est, & tener, qui nondum in fide, & sapientia perfectus est, & quasi sceta ouis, cuius inchoatio vel propositum nondum comprobatum est vsu operis, tales carnalium societate facile corrumpuntur, [Quo- rum, iuxta Prophetam Isaia 22. torum gaudium, & lætitia est occidere virtulos, & iugulare arietes, com- medere carnes, & bibere vinum.] vnde & Aposto- lus. [Corruptunt bonos mores colloquia praua.] Bene igitur Pater Iacob eiusmodi viatores improvi- dos deuitat, quamuis hoc exemplo in bonis quoque operibus vti oportet, quatenus sic omnia pastor dis- cernat; & temperet, vt & fortes sint quod cupiant, & infirmi non refugiant.

Idem.

12. EXOD. 3. Ibiimus viam trium dierum in solitudi- nem, vt immolamus Domino Deo nostro. RVPERTVS. Quod viam trium dierum in solitudinem ire, & Deo sacrificare præcepit Dominus, id nobis indi- cat, quod quisquis Hebræum, id est, transiorem se esse, & de Ægypto exiisse profiteretur, vt transeat, opus est ad patriam caelestem non habens hic manentem ciuitatem; & hanc viam teneat, & solitarius incedat, id est, remorus tam ab Ægyptiis, quam à Philistinim, Ægyptij namque tenebrosi, Philistinim, portione cadentes, interpretatur; & talium vtrique societas cauenda est ab eo, qui ad hereditatem Dei peruenire, qui Domi- no Deo suo immolare cupit victimas iustitiæ. Et capi- 10. Cuncti greger pergunt nobiscum &c. præsertim cum ignoremus quid debeat immolari. THEODORET- VS. Quid mirum si tam diu versati inter Ægyptio- rum superstitiones Hebræi suos ritus erant obliu- ti?

Idem.

13. EXOD. 22. Qui coierit cum iumento morte moria- tur. RABANVS. Stultorum hominum prohibe- tur consortium, quorum societas in fornicationem, pessimam hominem facit incidere, id est animam per errorem separari à Deo, & iungi per flagitium dia- bolo, vnde scriptura dicit amicus stultorum efficitur similis.

Idem.

14. EXOD. 34. Cave ne vnquam cum habitatoribus ter- ræ illius iungas amicitias, quæ tibi sint in ruinam. LI- POMANVS. Dicamus hinc cum impiis non esse fœ- dus ineundum, nequando, vt facile fit, ipsorum fa- cinore inficiamur, nouit Dominus conditiones fra- gilitatis humanæ: quàm proclue sit, ad deteriora in- clinari, accipere exempla peiorum facilis, decipi iu- stos ab impiis, quàm improbos à melioribus emen- dari; vnde sequitur, Avas eorum destruo.

Societatis bonorum utilitates.

15. NUMER. 24. Vt valles nemorosa. ORIGEN. Homil. 18. [Alij nemora vmbrentia.] Qui enim iter sapientiæ Dei incedunt, nemora sunt eis vmb- rantia

brantia omnis cætus iustorum, sub vmbra enim sen- sum quos apud eos scriptos inueniunt refrigeran- tur animæ eorum, & in doctrina eorum, quasi incede- dentes per opaca nemorum delectantur; vt hortu iuxta flumines irrigui; rigantur enim ab illis & inun- dantur, & ad omnem scientiam, & agnitionem ca- lestium nutriuntur.

Idem.

16. 1. REGVM 17. Eligite ex vobis virum, & descen- dat ad singulare certamen. G ALFRIDVS. Nul- lus ex nobis animositate proteruâ ineat hoc certa- men; non est enim, qui ad hoc sufficiat. Non enim timet nos solos aduersarius noster; idcirco pruden- ter prouocat ad singulare certamen sciens, quia vix solus, qui cum ceciderit, nullum habet subleuantem, quamobrem opus erat, vt veniret, & subueniret mag- nus ille David, manu fortis, & visu desiderabilis, id est, Christus, ex hoc collige societatis vtilitatem.

Societas malorum fugienda.

17. 1. REGVM 22. Dixit Gad Propheta ad David, noli manere in presidio, proficiscere, & vado in ter- ram Iuda. GLOSSA ORD. Ex ore Domini Gad Propheta dixit ad David, vt non moraretur inter gentes, in terra polluta. Sed in terra Iuda redeat, vbi iuxta voluntatem Domini persecutionem susti- neat. LYRAN. monuit recedere de loco, vbi securius erat corporaliter inter idololatrias, tamen periculo- sus spiritaliter; nam aliquid de societate David ad idololatriam declinare possent, si ibi diu mansissent; Vade inquit in terram Iuda, vbi Deus colebatur, ta- men Saul eius aduersarius ibi dominabatur. Hæc ille. Ac si diceret fatius est, vt periclitetur in corpore, quam in spiritu. Vnde quidam dixit Iudicum 19. Non ingrediar in oppidum gentis aliena, quæ non est de filiis Israel, & 4. Reg. 10. Inerfecti sunt à Iehu quadra- ginta duo fratres regis Ochozia, quos cum inuenisset, in- terrogauit eos, quinam estis vos: qui responderunt fratres Ochozia regis sumus, & descendimus ad salutandos fi- lios regis, & filios regina, scilicet Achab & Iezabel. Qui ait, comprehendite eos viuos; qui cum comprehendissent viuos; iugularunt eos, & non reliquit ex eis quem- quam. Si isti non haberent commercium cum Achab, & Iezabel idololatriæ, neutiquam interficerentur. Vnde quia Iosaphat cum Achab amicitiam habuit, audiuit 2. Paralip. 19. Impio prebes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & idcirco qui- dem iram Domini merebaris, &c. & 2. Paralip. 10. di- citur, Etiam quia habuisti fœdus cum Ochozia rege Israel, cuius opera fuerunt pessima, percussit Dominus opera tua, contritaque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.

A societate malorum fugiendum.

18. MATTH. 10. Veni enim separare hominem ad- uersum patrem suum, &c. CLEMENS lib. 6. re- cognitionum. Sicut sæpe vidimus putrefactas, & emortuas corporis carnes à connexionem viuientium membrorum ferro secante separari: tale aliquid est, quod agit veritatis agnitio; necesse est enim, vt sa- lutis causa filius, verbi gratia qui sermonem rece- perit veritatis à parentibus separetur incredulis.

Dissimilium sociorum presentia non placet.

19. PSALM. 118. Qui timeat te videbunt me & læta- buntur. HILARIUS super hunc locum. Con- suetudo impiorum est, vt conspectis religiosis viris tristes sint. Oderit enim necesse est ebrius sobrium, continentem impudicum, iustum iniquum, & tanquam conscientia onus presentiam sancti cuiusque non

sustinet. Contra verò ad conspectum viri fidelis re- ligiosi omnes, quibus timor Dei est letantur; vt vel solo corpore contemplationis vice gratulentur, mo- do animum, herbarumque quarundam, quæ visæ tan- tum, & conspectæ morbis aliquibus, & infirmitati- bus medentur.

Societas malorum nocua.

20. 1. CORINT. 15. Corruptunt bonos mores collo- quia praua. BASIL. hom. 9. quod Deus non est auctor malorum; Quemadmodum in pestilentibus locis sensim attractus aër latentem corporibus mor- bum iniicit: sic item in praua consuetudine, ac con- uersatione maxima nobis mala hauriuntur, etiam si statim incommodum non sentiantur. IDEM de Spiritu sancto, Quemadmodum in contagiis pestilentiarum, etiam hi qui summa cura seruant victus rationem, tamen iisdem morbis quibus ægroti laborant, ob consuetudinem eorum qui corrupti sunt, opplen- tur, & ipsi: Itidem nunc omnes similes inter nos fa- cti sumus à contentione quæ nostros animos occu- panit ad malorum æmulationem redacti.

Societas bonorum utilis.

21. BASILIVS in Psalmos. Non aliter quam ceruus venenum ex antris trahit halitu suo, & purgat: ita quidam sua pia conuersatione alios à peccato re- trahunt, & conuertunt. IDEM in Gordianum Marti- rum. Quemadmodum suauia aromatum odoramen- ta, proprium quiddam per aërem continentem spi- rant, quibus præsentem recreantur: ita vir bonus ceteri sibi commorantium contubernio salutaris, & iu- cuandus.

A societate malorum fugiendum.

22. GREGOR. NAZIANZ. Oratione 1. in Iulianum. Quemadmodum in corporibus, cum vnum, aut duo membra malè sunt affecta, haud difficulter reliquis succurritur, sanitatisque bonum maioribus subuenit partibus, quo celeriter, & illa conualescant: cum verò plura dissident, & malè habent, nullo remedio subueniri potest; quin omnia ægrotent, pe- riculumque illud, iam manifestè se ostendit: ita mor- bi etiam, qui singulis accidunt subditis, à commu- ni populo, qui melius habet, sunt abscindendi: cum verò maior pars corrupta est, tunc vnuerse immi- net periculum: Nec mihi secus hoc tempore his, qui nos tam capitali odio, nec non tantæ Christianorum retributioni euenisse videtur.

Societas malorum nocet.

23. GENES. 34. Depopulati sunt urbem in vltionem G-stupri. CHRYSOST. homilia 59. in Geseim; Considera hic quomodo propter vnus intemperan- tiam vnã ciuitatem habitantes pœnarum socij fiunt. Sicut enim accensa pyra, & qui propè habi- tant periculi sunt participes, igne omnia depauper- cent eodem modo, & nunc adolescentis intemperantia non solum patrem, sed omnes ciues perdit.

Idem.

24. 1. CORINTH. 5. Nescitis quod modicum fermentum vocam massam corrumpit? CHRYSOST. hom. 10. De pœnitentia. Sanies quædam peccatum est reliquum corporis depopulans veluti domo ardente, & qui nondum malo læduntur his, qui in malo sunt, molestia non minori premuntur: atque vnuerfam conferunt, quo ne vrgens ignis ad proprias inua- lescat domos. Sic & Paulus eos excitat dicens: pyra quædam est, præueniamus malum, extringuamus in- cendium, priusquam Ecclesiam inuadat.

A verbis bonis vel malis dependent mores.

25. **CORINTH. 15.** *Corrumpunt bonos mores colloquia praua.* CHRYSOST. *hom. 2. in 2. ad Theſſal.* Profunt ergo colloquia bona, castigant & colloquia terribilia. Est enim animus instar ceræ cuiusdam; nam si frigida colloquia induxeris, solidaueris ipsam, atque induraueris; si verò calida, & feruentia mollieris: emollitum autem ad quodcumque voles finges, ac formabis, imaginemque illi regiam insculpes. Non est enim anima nostra vel bona vel mala natura, sed voluntate aut mala fit, aut bona. Quemadmodum enim velum eo nauem defert quocumque spirauerit ventus: imo quemadmodum ipse clauus nauem defert: si prosper ac secundus fuerit ventus: ita & cogitatio si secundo, & prospero vento bona spirauerint verba, nauigabit absque periculo; si verò contraria submergent sapenúmero cogitationem. Quod enim nauigijs sunt flatus, hoc animis sunt sermones. *Et infra.* Et melius fuerit tristibus immorari, quam iucundis, nam si domum ingressus fueris ubi parantur nuptiæ, ad horam quidem ex spectaculo oblectaberis, nouissimè verò digressus te ipsum mœstitia macerabis, propterea quod tanta non habes; si verò domum lugentium intraueris, etiam si valde diuites fuerint, digressus magis recreaberis; non enim liuorem illinc capies; sed consolationem paupertatis tuæ. Videbis re ipsa, quam nihil boni habeant diuitiæ, nihil mali paupertas; sed utraque res sint indifferentes: Ita & numc si de delicijs sermocinatus fueris, magis animum dolore obtundes, non habentem pari modo vnde delicietur. Si verò aduerſus delicijs locutus fueris, & de gehenna sermonem in medium adduxeris, exhilarabit te res ista, plurimumque voluptatis capies. **IN EM HOMILIA 5. de ira.** Balneum egressus publica conuenticula euitas, ne beneficium forte fomenti negotia molestiora corrumpant: quanto magis cum ab Ecclesia congregatione regrederis, oportet hoc facere, ne ignem deuotionis, quem sermo in vobis prædicationis accendat; extinguant pestifera colloquia, & conuersatio vitioſorum hominum?

A conuersatione malorum fugiendum.

26. **MATTH. 23.** *Quaecumque dixerint vobis facite, secundum verò opera eorum nolite facere.* CHRYSOST. *hom. 43. operis imperfecti.* Ut aurum eligitur & vilis terra relinquatur, & ut apes flores colligunt, & herbas relinquunt: sic vos ab homine malo doctrinam colligite, conuersationem relinquite. **IN EM HOMILIA 28. in Matth.** Velut lutum farinam, acetum vinum corrumpit: ita mali, homines bonos. Discedamus ergo à Babylone.

Malos à societate bonorum refecandos.

27. **CHRYSOST. hom. de Dauid & Saule.** Veluti pastores dum oues scabie oppletas à sanis segregant, ut misero morbo leuata, denuò tuto ad sanas reuertantur, potius quam ægrotæ gregem vniuersum suo illo morbo inficiant; Sic verbi diuini præcones, manifestissimis peccatis infectos à congregatione fidelium separent, ut respicientes denuò recipiant. **IN EM HOM. 26. in Matth.** Pax vera tunc præstat, cum quod tabo, & sanie corruptum est abscinditur, atque proiectur; quando factiosa, & improba illa pax repellitur, vel omninò destruitur; sic certè cælis terra coniungi potest; Nam & medicus hoc modo reliquum corpus conseruat facile. Si quod reduci ad sanitatem nequit, ceciderit, atque abiecerit; & militiæ dux ad soluendam militum conspirationem, alterum, in alterum concitat; sic illius quoque

tempore turrim factam videmus quando pernicioſa illa pax per probatam discrepantiam dissoluta tranquillam atque laudabilem reddidit; sic Paulus, qui contra se conspirabant diuidebat. **IN EM HOMILIA 3. Periculosum esse adire spectacula.** Patres filios delinquentes, frequenter ex ædibus exigunt, & à mensa submouent, non ut semper exulent, sed ut hac correctione redditi meliores cum debita laude in patrum redeant contubernium: Idem sanè faciunt & pastores dum oues scabie oppletas, &c.

Idem.

28. **AVGVSTINVS contra Cresconium grammaticum lib. 4. cap. 4.** Nollenus quidem tanquam à proprii corporis iunctura præscidi, sed quando tabescentis vulneris putredo pestifera plus habet in abscissione solaminis, quam in remissione medicaminis; inuenta est causa salubrior, ne per cuncta membra pestilens irrepat virus, ut compendioſo dolore natum descendat vulnus.

Impius à societate bonorum expellendus.

29. **CYPRIANVS sermone 5. de lapsis.** Imperitus est medicus, qui timentes vulnere finis, manu parcente contrectat; & multis recessibus viscerum virus incensum dum seruat exaggerat. Aperiendum vulnus est, & secandum, & putredinibus amputatis medela fortiori curandum. Vociferetur, & clamet licet, & conqueratur ager impatiens per dolorem, gratias agat postmodum cum senserit sanitatem: sic oportet Dei sacerdotem, non obsequijs desipientibus fallere, sed remedijs salutaribus prouidere. **AMBROS. in primam ad Corinthios cap. 5. Nescitis quod modicum fermentum totam massam corrumpit.** Ita peccatum vnius, quod cognitum non arguitur, multos contaminat, imo omnes qui norunt, & non deuitant, aut cum possint arguere dissimulant; non enim sibi videtur peccare, quando à nullo corripitur aut vitatur.

Idem etiam excommunicatione.

30. **PROSPER lib. 2. De vita contemplatiua cap. 7.** Ecce autem crimina, si ipsis crimina confiteri nolentibus, vndeunque claruerint, quæcumque non fuerint patientiæ leni medicamento sanata, velut igne quodam piæ increpationis vrenda sunt, & curanda. Quod si nec sic quidem æquanimiter sustinentis ac piæ increpationis medela profecerit in eis, qui diu portati, & salubriter obiurgati corrigi noluerint, tanquam putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscindi; ne sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit salutem reliquæ carnes putredinis suæ contagione corrumpit; Ita isti, qui emendari despicunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis, in sanctorum societate permanſerint, eos exemplo suæ perditionis inficiunt.

Idem.

31. **CHRYSOST. hom. 4. ad Hebraeos.** Nemo conueniat vincula Ecclesiastica; non enim est homo qui ligat, sed Christus, qui nobis hanc potestatem dedit, & dominos fecit tanti honoris. Non tamen contingat quemquam eorum, qui in Ecclesia sunt ad necessitatem horum vinculorum venire: sicut enim bonum est non delinquere, ita correptionem ferre vtile est: Toleremus itaque increpationem, & festinemus quidem non peccare: si autem peccauerimus, toleremus correptionem. Sicut enim bonum est non vulnerari; si autem contingat, medicamentum imponere vulnere necessarium est: sic & hic, sed non contingat quemquam egere talibus medicamentis.

SOCIETAS IESV.

PER ea, quæ in hoc verbo dicuntur, nollem ab studioso lectore tanquam contemptore aliarum sacrarum religionum iudicari, cum earum vnamquamque maximè æstimem, magnificiam, & humiliter venerer; sed potius vellem gratus æstimator haberi; tum propriæ vocationis, tum etiam donorum, & gratiarum, quas diuina bonitas huic nostræ minimæ Societati largita est; & per quinquaginta ferè annos ab adolescentia mea in ea quamuis indignus expertus sum. Quapropter sic eam laudo, ut comparationes, (quæ odiosæ esse solent) subterfugiam. Cum autem nimium extulisse eam videro, non me lateret illud Apostolicum dictum **1. Corinthior. 7.** [Vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic.] Et iterum. [Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.] Quæ autem de Beato Parente nostro Ignatio hic dicuntur scripta fuerant ante eius Beatificationem à sanctissimo Domino Paulo Papa quinto promulgatam anno Domini 1609.

Vide etiam, Societas bonorum & Malorum.

Beati Ignatij sanctitas ab electione in Patrem societatis num. 1. 3. 9. 35. 36.
Christi assistentia & protectio societatis. 2. 19.
Pro his qui à societate excluduntur. 4. 12.
Beati Ignatij oratio omnibus utilis. 5. 25. 26.
Societatis usus frequentior Eucharistia. 6. 32.
Pro quarto voto obedientie, admissio. 7. 31.
Quid socij facere debent. 8. 40. 47. 48.
Beatus Ignatius, & socij liberi ab affectu consanguineorum. num. 9.
Societas vacat salutem animarum. 10. 13. 22. 23. 28. 31. 37. 43.
Societas qua ratione dicitur sancta. 11.
Decem priores Patres societatis. 14. 18. 25. 29.
Beatus Ignatius sacerdos fidelis, & societas domus fidelis. 15. 22. 44.
Spiritus sanctus in Ignatio, & socijs. 16. 20. 21.
Testimonium secularium de societate. 17.
Beati Ignatij charitas. 20. 24. 37. 49.
Beatus Ignatius vas nouum. 21.
Victoria societatis ab eius mutua charitate. 23.
Societatis officia qua. 27. 31.
Socij cooperatores Dei. 28.
Societas comparatur ferculo Salomonis. 30.
Contra impugnantes Societatem. num. 33.
Constitutio circa nominationem superiorum. 34.
Societatis obedientia. num. 38.
Pro felici transitu beati patris nostri Ignatij. num. 39.
Diaboli iracundia contra Societatem. 41.
Demonum timor de societate. 42.
Pro initio concionis de beato patre nostro Ignatio. 45.
Ignatius in Occidente, & Franciscus Xauierius in Oriente diabolum persequuntur. 46.
Ministeria nostre societatis gratis impertienda. 34. 50.
Institutum societatis Iesu sublime. 51.
Prophetia Ioachimi Abbatis de societate. 52.
Prophetia sancti Vincentij Ferrer de societate. 53.

Beati Ignatij sanctitas ab electione Dei in Patrem societatis.

GENES. 18. *Num celare potero Abraham, que gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam & robustissimam, & benedicenda sunt in illo omnes nationes terre?* CHRYSOST. Non tantum mercedem accipit, quia ipse bene egit, sed quia præcepit natis suis, largas benedictiones accipit. Is enim qui principium præbet ac initia, etiam eorum quæ postea sunt, autor est. Et non solum Dominus pro præterita virtute, sed & pro futura remunerat; scit enim Deus abdita cordis nostri: Et quando videt volentes quæ oportet, manum porrigit, & ante labores remunerat. **INTERL.** quasi ideo notifico ei iudicia mea, ut sequacibus suis nota faciat, & recedant à malo. **LIPOM.** Sicut amicis præsertim familiaribus secreta à Dominis reuelari solent: sic veri perfecti, & amici Dei per donum sapientiæ consummata, quasi eius consiliarij, ac secretarij efficiuntur; ita ut Deus incerta, & occulta sapientiæ suæ eis manifestet. *Hæc ille.* Nota hæc ad explanandam vtrunque sanctitatem B. P. N. Ignatij societatis Iesu fundatoris, & dona, quæ ei Dominus communicauit, quasi capiti totius societatis, de qua sequitur, *cum futurus sit in gentem magnam, & robustissimam.* **AVGVSTIN.** Duo illa brevissimè, & plenissimè promissa sunt, gens Israel secundum carnem, & omnes gentes secundum fidem. **RVERTVS.** Aliter gentem magnam magis secundum fidem, quam secundum carnem; robustissimam, cuius mirando fortitudinem rectè dicam: [regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.] **CAIETAN.** Vel robustissimam secundum robur diuinum, ut euentus manifestauit in præliis post exitum de Ægypto. *Hæc ille.* Electus siquidem fuit Pater spiritualis multorum in gentem magnam, & robustissimam, id est, Pater totius societatis, cuius robur consistit in mortificatione sui ipsorum, ut exponit **RVERT.** Et ut euentus manifestauit, ut dicit **CAIETAN.** Sequitur: *Et benedicenda sunt in illo omnes nationes terre.* Dic quot nationes barbaræ, & à Deo maledictæ, benedictæ conuersæ sunt, per Ignatium, & filios suos.

In societate Christi assistentia & protectio.

EXODI 20. *In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi.* Hanc promissionem adimpleuit, & semper adimplet Christus Dominus. Nam statim, ut Ignatius facta reuelatione

latione decreuit suæ religioni nomen Iesu impone- re, continuo Christus Dominus promisit ei, ecce ego vobis Romæ propitius ero: & tamquam verus dux suæ societati assistit benedictique ei. L I P O M A N. In Chaldæo habetur: [In omni loco in quo habitare fecero gloriam meam, & benedicam tibi.] Et hac parte etiam societati suo nomine insignitur, etiam benedictionem suam largitur. Ignatius enim eius parens cupiens gloriam Dei habitare in societate, constitutiones fere omnes condens, ad maiorem Dei gloriam iussit omnia fieri.

B. Ignatius Angelus, & Dux societatis.

3. **EXODI 23.** Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & introducat in locum quem præparavi. *Observa eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes; quia non dimittet eum peccaveris, & est nomen meum in illo.* L I P O M A N. Angelus iste, ille est, qui custodiam populi illius gerebat, qui castra præcedebat, viam eis ostendendo per columnam ignis, & nubis; quasi diceret Deus: Sancti sitis, & innocenter coram me ambuletis; Nam, & Angelus meus vobis semper aderit. C A I E T. Per hunc Angelum intelligit Dominus Moysem ducem populi. R A B A N. Per hunc Angelum intelligit Iosue secundum ducem populi, qui ideo Angelus nominatur, quia ad legationem Domini peragendam destinatus est. Angelus enim nunciatus interpretatur, & bene Iosue nunciatus dici potest, quoniam Israelitis Domini mandata innotuit, & domini Dei potentiam, ac terrorem gentibus intimavit; cuius voci Dominus iubet populum suum obtemperare, unde & idem populus ad eum dixit: *ferretur Iosue 1.* [Sicut obediimus Moyse, sic & obediemus tibi.] Bifarie etiam nomen Domini erat in Iosue, qui & Israelita fuit: *Israel enim interpretatur vir videns Deum, siue princeps cum Deo: & nomen Iesu, id est, Salvatoris, in se habuit, quem & in officio, & in nomine præfiguravit. Hac ille.* Hæ conditiones quas affert R A B A N. Ignatio Patri nostro facile accommodantur. Primum Angelus est in vita, & in officio. Nobis primus Angelus Christus, secundus Ignatius; quoniam ad legationem Domini peragendam destinatus est. Ipse enim filiis suis mandata Dei innotuit, id est, constitutiones condidit, & gentibus Dei potentiam intimavit, per Franciscum Xavier & alios socios: cui obediendum in omnibus Dominus præcipit. Bifarie etiam nomen Domini est in illo, primum quia videns Deum per contemplationem. Deinde quia nomen Iesu in se habet, & religioni suæ imposuit hoc sacrosanctum nomen.

Pro his qui excluduntur à societate.

4. **LEVIT. 14.** Die septimo considerabis domum. I N T E R L. Moderata increpatione corrigens ut poenitens veniam mereatur, & absolvatur: septenarius enim veniam in septiformi spiritu significat. *Si invenerit creuisse lepram.* I N T E R. dogmata impietatis, *lutebit erui lapides in quibus lepra est, & proiciet eos extra civitatem in loco immundo, domum autem ipsam vadit intrinsecus per circum, & spargit pulverem rasura, extra urbem in locum immundum, lapidesque alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum.* Hanc formam conservandi societatem mundam à lepra, & contagione scandalosa, videtur securus fuisse Ignatius pro dimittendis à societate. Postquam enim Dominus domus nunciaverit sacerdoti, id est, Rectori generali, vel Prouinciali; & dixerit: *quasi plaga lepra videatur mihi esse in domo mea.* Adhibenda multa remedia, & correctiones; ut poenitens veniam mereatur. *Quod si invenerit creuisse lepram, &c. proiciet lapides extra civitatem, &c. & radis domum intrinsecus; id est,*

mundari domestici cos remanentes, aliosque reponi, &c. id est, alios denuò admitti pro his, qui exclusi fuerint. Et Numer. cap. 5. *Præcipe filius Israel ut eiciant à castris omnem leprosum, &c. ne contaminent ea, cum habitaverint vobiscum.* Alia litera. [In quorum medio ego habito.] Assistentia & protectio Christi postulat, ut non sint inter nos leprosi, quorum contagione alii peiores fiant; & Numer. 35. *Ne polluat terra habitationis vestra, &c. me commorante vobiscum, ego enim sum Dominus, qui habito inter filios Israel.* Vide Societas, num. 29. 30. & 31.

B. patris Ignatij oratio omnibus utilis.

5. **NUMER. 24.** *Fluent aqua de scutula eius, & semen illius erit in aquis multas.* Scutula est vas quo educitur aqua à puteo; & ab Ignatij scutula, id est, contemplatione, & meditatione exercitiorum fluxerunt aquæ multæ gratiarum, & filij eius similiter fluere faciunt aquas multas. Et infra. *Deus educit illum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis.* Hoc animal fortitudinem suam maximam habet in cornu, quod in fronte habet, & noster Pater statim ut educus fuit ab Aegypto mundi deditur orationi in hac habuit fortitudinem. Item cornu rhinocerotis est contra venenum, & oratio quam docuit Ignatius in libello exercitiorum remedium præstantissimum est contra omnia vitia.

Societatis usus frequentior Eucharistia.

6. **NUMER. 26.** *Inter familias tribus Aser numeratur familia Iesu, à quo familia Iesuarum.* Et nostra familia & religio non ab Iesu filio Aser, sed à Iesu filio Dei principaliter descendit, & denominatur, qui figuratus fuit in Aser de quo dicitur, Aser pinguis panis eius, super er hanc panis pinguedinem fundavit Ignatius familiarum suam Iesuitarum, scilicet in frequentiori usu huius pinguisissimi panis.

Pro voto quarto obedientiæ admisiones.

7. **NUMER. 32.** *Si facitis quod promissum est expediri pergit coram Domino ad pugnam, &c. donec subvertat Dominus inimicos vestros, & subiciatur ei omnis terra, tunc eritis inculpabiles, & apud Dominum, & apud Israel; Si autem quod dicitis non feceritis, nullis dubium est, quin peccetis in Deum, & scitote, quoniam peccatum vestrum apprehendet vos.* Hoc sibi dictum putent professi societatis profitentes se ituros ad gentes expediti, & nullo petito viatico per votum speciale obedientiæ summo Pontifici.

Quid socij Iesu facere debent.

8. **DEUTER. 28.** *Suscipiat te Dominus sibi in populum sanctum, &c. Si custodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaveris in viis eius, videbuntque omnes terrarum populi, quod nomen Domini invocatum est super te.* I N T E R L. Intus in fide, & foris in opere radians, notandæ sunt conditiones, ut simus populus sanctus Domini, primum ut obedientes simus eius mandatis, & deinde ut ambulemus in viis eius, & vivamus iuxta constitutiones quæ ab illo processerunt: si hoc fecerimus videbunt omnes terrarum populi, inter quos ambulamus, quod nomen Domini invocatum sit super nos; quod quidem sanctificabitur per nos, si intus fide, & foris in opere radians fuerit.

Societatis perfectio à Deo, per Ignatium probatum tentationibus.

9. **DEUTER. 33.** *Perfectio tua, & doctrina tua à viro sancto tuo, quem probasti in tentatione.* Et nos gratulantes confitemur Domino, quoniam perfectio tua, &c. id est, quidquid nostra societas habet, & perfectionis

fectionis, & illustrationis, tu Domine communicasti ei per virum sanctum tuum Ignatium, quem probasti in tentatione, tum Manresa, tum etiam Compluti, Salmantica, & Parisiis, & per tentationes & contradictiones, quas habuit per totum vitam suam spatium. Sequitur: *qui dixit patri suo, & matri suæ: nescio vos, &c.* Et tamquam alter Melchisedech fuit sine patre & sine matre, hoc idem docuit verbo & opere filios suos. Sequitur: *hi custodierunt eloquium tuum, & passum tuum servaverunt, & iudicia tua à Jacob, & legem tuam à Israel.* I N T E R L. à mundo alienati. G L O S S A O R D. Debemus & temporaliter his, cum quibus viciniam coniungimur, plus prodesse, debemus copulam terræ cognationis agnoscere; sed si cursum mentis præpedit, ignorare, ut affectus mentis viscera repleat; sed à spirituali proposito non auertat. Hæc bene vacca innunt, quæ sub arca domini ad montana tendentes affectu, & rigido sensu gradiuntur, pro vitulis per gentes mugiebant, sed à cepto itinere regressus non deflectebant.

Societas vacat salutem animarum.

10. **IOSVEI.** *Vos autem iravistis armati ante fratres vestros.* I N T E R L. armis fidei, omnes fortis manu & pugnat pro eis. I N T E R L. operatione & doctrina, donec dei Dominus requiem fratribus vestris, & possideant quoque ipsi terram. I N T E R L. vicentiam, quam dominus Deus vester daturus est eis. Mona. his & solitariis, qui sibi ipsi attendunt non hoc dicitur: sed tantum iis, qui ex vocatione sua attendunt etiam salutem animarum, ut sunt ad societatem Iesu vocati, quibus ex regula præcipitur, ut impensa salutem, & perfectionem proximorum incumbant.

Societas qua ratione debeat dici sancta.

11. **IOSVEI.** *Cum esset Iosue in agro vrbis Iericho, &c. Iosue, inquit, calcamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas sanctus est.* I S I D O R. Quomodo Iericho terra sancta est, quæ ab hostibus detinetur? Sed forte quocumque venerit Princeps domini sanctificat locum: (dixerat enim) *Sum Princeps exercitus domini.* I N T. Christus est Princeps celestis militia: quia omnia per ipsum facta sunt, & dedit unicuique principatum suum. Ego amplius addo, & dico ubi stabat Moyses per se ipsum locus non erat sanctus, sed presentia Domini, qui erat cum eo sanctificaverat locum, ideo dicitur ei *Exod. 3.* Locus in quo stas terra sancta est. Hac ille. Societas nostra cum adhuc hostes secum detineat, si per se attendatur sancta appellari non debet: si autem attendatur presentia Christi; nomine, & re; Nomine, quia societas Iesu appellatur, ipse enim est princeps huius exercitus Domini; Re autem, quia societatis promissit: *Ecce ego vobis propitius ero; sancta in dō sanctissima potest, & debet appellari.* Sed notent socij quales esse debent ex verbis, quæ addit I S I D O R. Nos verò si vita, & meritis accedamus ad Deum, & digni efficiamus, ut assistat nobis Deus, dicitur nobis ut solvamus à pedibus animæ nostræ, si quid est in eis mortalis vinculi. Hi sunt enim pedes, quos lauit Iesus, quos nisi lauerit non habebimus partem cum illo. Si ergo ab anima nostra, & sensibus omne vinculum mortalis culpæ absolvimus, continuo libenter adheret nobis, & assistit nobis Deus.

Pro his qui à societate excluduntur.

12. **IOSVEI.** *Non ero ultra vobiscum, donec conteratis Iesus qui huius sceleris reus est, &c. Anathema in medio tui est Israel, non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus est scelere.* Vide quantum malum sit toti communitati unius offensus

si quidem priuat eam Dei presentia & protectione. Ideo merito excludit tales societas à se.

Societatis officia ad salutem animarum.

13. **SOCIETATIS** nostræ munia, & officia, ad salutem Animarum spectantia declarantur verbo *Sacerdos, num. 44. & 45. ex ORIGEN.*

Ignatius decem priores socios eligit.

14. **IVDIC. 6.** *Gedeon ut destrueret altare Baal, assumpsit viros de servis suis, & fecit sicut præceperat ei Dominus.* Idem fecit B. Ignatius, ut destrueret regnum Diaboli. *2. Reg. 18.* *Concurrerunt decem viri armigeri Iob, & percussantes interfecerunt eum: scilicet Ablalonem.*

Ignatius sacerdos fidelis, & societas domus fidelis.

15. **REG. 2.** *Suscipio mibi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet, & edificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.* Peccata sacerdotum Heli & filiorum, iustitia & fidelitate sacerdotis Samuel debent compensari, & suppleri, similiter peccata & blasphemæ Lutheri, & aliorum sacerdotum hereticorum; iustitia, & fidelitate Ignatij & sociorum sacerdotum debent suppleri. Ignatius sacerdos fidelis iuxta cor & animam Domini omnia faciens, quidquid enim faciebat ad maiorem Dei gloriam, & maius Dei obsequium semper intendo faciebat: in præmium cuius edificavit ei Dominus domum fidelem, id est societatem, &c. *1. Reg. 25.* *Faciens faciet tibi Domino meo domum fidelem, quia prælia Domini domine mi prælaris.*

Spiritus sanctus in Ignatio & sociis.

16. **REGVM 16.** *Et directus est spiritus Domini à die illa in David, & deinceps.* Alia litera. [Ab illo die & deinceps spiritus Domini agitare fecit David.] V A T A B L. Spiritum fortitudinis prophetiæ & prudentiæ intellige. Applica ad B. Patrem Ignatium cui Dominus hunc spiritum dedit à die conversionis suæ & deinceps. Unde de illo & decem sociis summus Pontifex testatur in bulla Spiritu sancto eos afflatos esse.

Testimonium secularium de societate.

17. **REGVM 25.** *Homines isti boni scitis fuerunt nobis.* Alia litera. [Magno usui nobis fuerunt.] & non molesti. Alia litera. [Nec nos pudefecerunt.] *Nec quidquam aliquando perit omni tempore quo fuimus conversati cum eis in deserto, pro muro erant nobis: iam in nocte quam in die.* Hoc testimonium reddiderunt famuli Nabal de David & sociis. Et idem reddunt seculares de sociis Ignatij. Pondera singula verba.

Priores decem patres fundatores.

18. **REGVM 5.** *Præcepit rex ut tollerent lapides grandes, & lapides pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos.* G L O S S A O R D. Quærendi lapides pretiosi, & grandes in fundamentum ponendi, ut abdicata priori cōuetudine, in omnibus vitam, & mores eorum inspiciamus, & auditoribus imitandos proponamus; quos per virtutem humilitatis Domino specialiter adherere novimus, & mentis stabilitate quadratos ad omnes tentationum incurfus immobiles durare conspiciamus: Grandes & pretiosos fama & merito, &c. Vide *Apostoli, num. 29.* Tales videntur esse priores nostræ societatis decem Patres, quos Deus posuit in fundamentum nostræ religionis.

In societate Christi assistentia & protectio.

20. **REGVM 9.** *Exaudi orationem tuam, &c. sanctificanti enim domum hanc quam edificasti, ut ponerem*

neven nomen meum ibi in sempiternum. VATA. Sancti-
fici ponendo nomen meum, &c. Id est, vocando
ædem istam, ædem meam, siue de nomine meo. Hæc
ille. Et hoc dictum considera patri nostro Ignatio;
cùm dictum illi fuit à Christo domino, ecce ego vobis
propitius ero. Vnde sequitur, *Et erunt oculi mei,
& cor meum ibi cunctis diebus.* VATA. Id est, conuicia
oculos meos in eam, & erit mihi semper chara.

Ignatij charitas.

30. 3. **R**EGVM 18. *Et manus Domini facta est super
Elam, accinctisque lumbis currebat ante Achab,
&c.* Applica hoc ad Ignatium quando pedester præ-
cedebat ante P. Lainez ægrotantem, & equitatem;
Vel ad P. Franciscum Xabier quando sequebatur
mercatores Iaponicos, vt ingrederetur Meacum.

B. Ignatius vas nouum.

31. 4. **R**EGVM 2. *Afferite mihi vas nouum, & mitte in
illud sal, &c.* Istud vas nouum est B. P. Ignatius
quem Deus renouauit, & quasi de veteri nouum red-
didit Manresæ mediante singulari penitentiâ, &
communicatione rerum spiritualium, & diuinæ tres
personæ, illi infuderunt sal sapientiæ diuinæ; quod
communicatum sociis, & populis sanatae sunt aquæ,
& fertiles factæ sunt, & suaues. Vnde *Ezech. 47.* [Ecce
in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte,
&c.] & intrabunt mare, & exibunt, & sanabuntur
aquæ, &c. & plurimæ species erunt piscium eius (sci-
licet maris mortui, quod pisces antea non generabat)
sicut pisces magni maris multitudinis nimis.

Ignatius sacerdos fidelis docet.

32. 4. **R**EGVM 17. *Cùmque ibi habitare cepissent (sci-
licet Assyrii in Samaria) non timebant Dominum,
& immisit eis Dominus leones qui interficiebant eos. Vt
hoc malum rex auerteret, dixit: Ducite illuc unum
de sacerdotibus, quos inde captiuos auxistis, vt vadat, &
habuet cum eis, & doceat eos legum Dei terræ. quod
quidem ita factum est: & docebat eos quomodo cole-
rent Dominum.* Applica sic ad B. patrem Ignatium,
non timebant, vt in plurimum homines Deum; &
quia non erat scientia Dei in terra, immisit eis Do-
minus leones, id est, dæmones, qui interficiebant eos:
Rex cælestis Christus præstitit remedium, mittite
illuc vnum de sacerdotibus, qui ex captiuis eligatur,
scilicet Ignatium, qui è numero captiuorum erat, &
vadat liber & vita cõmuni in exteriori degat, & habi-
tet cum eis, & doceat eos legem, & christianam do-
ctrinam, & hoc ab infantia, & pueritia, & ab adole-
scentia, & nunquam desistat, tam per se quàm per fi-
lios suos in vniuerso orbe, &c. *docebatque eos quomo-
do colerent Dominum.* Hic finis & scopus, scholarum
& magistrorum societatis.

Victoria societatis à mutua charitate.

33. 1. **P**ARALIP. 2. *Filij Salma Bethlen, & Neophati co-
ronis domus Ioab.* INTERL. Quia mutua societa-
te in præliis vtebatur. *Hæc illa.* Quali diceret, ideo isti
duo filij Salma duces fortissimi, & quasi coronæ to-
tius exercitus Ioab, quia mutua societate vtebantur.
Si interrogas quare tot victoriæ cõsequuntur per filios
Ignatij; & quare quasi coronæ totius exercitus Ec-
clesiæ? quia mutua societate, &c. habent ducem pri-
mariũ Christum Iesum, & ipsi ad inuicem fratres
& socij, ideo tot, & tantas victorias tam contra gen-
tes quam contra hæreticos, vti socij sunt Iesu, &
ipsi mutua societate in præliis vtuntur.

Ab Ignatio socij igniti, & inflammati.

34. 1. **P**ARALIP. 2. *Cognitiones quoque Scribarum
habitantium in Iabes.* GLOSSA ORDIN. Tradunt

Hebræi labes fuisse doctorem legis peritissimum, in
cuius conspectu sedebat filij Cynei canentes, atque
resonantes. GLOSSA ORD. Quia assidue in legis lo-
cutione versabantur; & in tabernaculis commorantes.
INTERL. Quia non habent hic maudentem ciuitatem.
*Hi sunt Cynei, qui venerunt de calore patris domus Re-
chab.* INTERL. Quia de stirpe Rechab fuerunt de qui-
bus narrat *Ierem. cap. 35.* GLOSSA ORD. Labes in-
terpretatur *exsuccans.* Vide *Religio, n. 50.* Et Cynoi posses-
sio: Omnes enim electi sunt possessio Domini, iuxta
illud [Hæreditas mea Israel,] & [Dominus pars hæreditatis meæ.]
Hæc illa. Hæc omnia, omnibus religiosis quadrant,
& specialiter filiis Ignatij, qui tamquam igniti, & in-
flammati venerunt de calore patris domus Rechab,
qui interpretatur *auriga.* à tali patre, tales filij.

Ignatius inclitus inter fratres, & de eius
orationis efficacia.

25. 1. **P**ARALIP. 4. *Fuit autem labes inclitus præ fra-
tribus suis, &c. Inuocauitque labes Deum Israel di-
cens: si benedicens benedixeris mihi, & dilataueris ter-
minos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à
malitia non opprimi. & præstitit Deus quæ precatus est.*
Et Ignatius, qui labes dici potest, id est, *exsuccans* ob
mortificationem propriam, fuit inclitus præ fratri-
bus suis, id est, eminens, & sanctitate excellens, non
solum inter decem priores, sed inter alios omnes so-
cietatis, cuius præcipuum munus fuit inuocare
Deum in orationibus frequentibus. *Si benedicens, &c.*
in monte Serrato coram Virgine matre, videbatur
petiisse hanc benedictionem, & in reliquo tempore
à conuersione totus erat in oratione pro augmento
societatis, & dilataueris terminos meos: quod ante
mortem suam vidit dilatam societatem per sexde-
cim prouincias, & nunc per triginta & eò plures, &
fuerit manus tua mecum. Clarè patet, quod manus
Domini erat cum illo; & ipse Pontifex fatetur dicens:
digitus Dei est hic. Sed præcipue hoc manifestatum
est, quia à malitia & contradictionibus mundi, nec
ipse nec socij oppressi sunt. Denique *præstitit Deus quæ pre-
catus est:* Dic de efficacia orationis eius in vita, &
modo, vt manifestant eius innumera miracula 1. Pa-
ralip. 5. *Porrò Iudas qui erat fortissimus inter fratres
suos.* INTERL. Quia vnxit eum Deus, oleo lætitiæ præ
confortibus suis. *De stirpe eius principes germinant
sunt.* INTERL. Apostoli & Doctores noui Testamenti,
de quibus dicitur pro patribus tuis nati sunt tibi filij,
constitues eos principes super omnem terram. *Hæc
illa.* Hoc principaliter dicitur de Christo domino or-
to de tribu Iuda; sed applicari potest ad B. patrem
Ignatium, qui ideo erat fortissimus inter fratres suos,
quia vnxit eum Deus oleo lætitiæ in oratione, de cuius
stirpe & progenie multi principes, & doctores sa-
pientissimi prodierunt, & prodeunt, &c. Ita vt dicere
etiam possimus de societate; pro patribus tuis nati
sunt tibi filij.

De societatis oratione etiam dum præliantur.

26. 1. **P**ARALIP. 5. *Viri bellatores sinu portantes &
gladios, eruditique ad prælia, &c. traditque sunt
in manibus eorum Agareni, &c. quia Deum inuocau-
erunt cum præliarentur, &c. Exaudiuit eos, &c. vulne-
rati autem multi corruerunt; fuit enim bellum Domini.*
Et filij & socij Ignatij viri bellatores eruditique ad
prælia, quia magistri spirituales; ratio huius, quia de-
diti orationi, ita vt etiam in medio prælio orent: &
ideo victoriam consequuntur de inimicis, quia Deum
inuocauerunt cùm præliarentur, & exaudiuit eos Do-
minus, bellum enim illorum fuit, & est bellum Do-
mini, non enim sua, sed ea quæ Iesu Christi sunt qua-
runt

runt. De oratione quam societas docet, Vide *Oratio,*
num. 95. super illud 1. *Paralip. 6.* [Incensum super altare
holocausti.] &c.

Societatis officia quæ?

27. 1. **P**ARALIP. 6. *Fratres quoque Leuita, qui ordinati
sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus
Domini.* Dixerat de altorum officiis maximè de can-
toribus, & aliis, sed cùm de Leuitis ageret dicit: quia
ordinati sunt in cunctum ministerium: Multæ sunt
religiones, & multæ, & sanctæ earum instituta. Alia
quidem ad prædicationem verbi Dei principaliter
instituta; alia ad hospitalitatè; alia ad redemptionem
captiuorum: sed religio societatis non est alligata ad
vnum opus pium, sed in cunctum ministerium, &
prædicat & confessiones audit, & hospitalia, & car-
ceres visitat, & pueros, & rudes erudit, &c. Omnia
hæc ex proprio instituta. Denique significata per fra-
tres Leuitas, qui ordinati sunt in cunctum ministerium.

Socij cooperatores, & coadiutores Dei.

28. 1. **P**ARALIP. 22. *Præcepit David cunctis principi-
bus Israël, vt adiuuarent Salomonem filium suum.*
GLOSSA ORDINARIA. Et Deus Pater præcipit, vt
qui sanctitate, & virtute in Ecclesia principantur ad-
iuuent verum Salomonem, in ædificatione eius, do-
cendo scilicet, & operando, vnde Apostolus, [Dei co-
operatores & coadiutores sumus.] Et infra, *Consurget
& adificat sanctuarium Domino Deo.* INTERL. Tem-
plum Domini sanctum est quod estis vos. GLOSSA ORD.
Anima iusti sedes est sapientiæ; in hac domo requie-
scit arca, id est, fides incarnationis Christi. *Hæc illa.*
Hæc omnibus religiosis præcipiuntur, & maximè his,
qui sunt de Societate IESV, qui Dei coadiutores, &
socij Dei dici possunt in reductione animarum tam
gentilium, quam hæreticorum, &c. *Consurget, inquit,
& adificat, &c.* Quia non habent sedem, nec domum
certam, sed semper debent esse in continuo motu ad
eundem in omnes partes mundi, &c.

Societatis decem priores Patres.

29. 2. **P**ARALIP. 4. *Fecit & candelabra aurea decem
secundum speciem qua iussa erant fieri, & posuit
ea in templo contra oraculum.* Vt in 3. Reg. cap. 7. dicitur:
Et quoderant ex auro purissimo, & quasi lilij flores.
Per hæc candelabra decem intelligi possunt decem
priores patres societatis fundatores omnes aurei se-
cundum speciem, &c. id est, ad modelum, & volunta-
tem Dei. Ex auro purissimo, id est, fundari in charitate
Dei, & proximi. Et contra oraculum positi; id est, de-
diti orationi, & ambulantes in Dei præsentia, & quo-
rum finis fuit flores beatitudinum. GLOSSA ORDIN.
Proverb. 6. Mandatum lucerna est, & lex lux. Lucernæ
enim sunt viri sancti, qui oleo Spiritus sancti infusi, &
ipsi igne dilectionis ardent in corde, & proximis lu-
cem scientiæ proferunt in lingua. Vnde de Baptista
dicitur *Ioan. 5.* [Ille erat lucerna ardens, & lucens.]
Quisquis enim in nullo propriam curat sequi volun-
tatem, verum quæ scriptura dicat, (quæ lux est) atten-
dit, eumque se subicere mandatis satagit, & ausculta-
re promissis, quasi candelabrum aureum, aureas ge-
stat lucernas: & hoc tam fixa intentione, quàm fir-
miter candelabrum ad superna erectum impositas si-
bi lucernas absque motione seruat; & quomodo ere-
ctum candelabrum lucernas habet in capite, & lilij
flores: ita electi erecto ad superna sensu bona cælestia
à Domino quaerunt & percipiunt.

Societas ferculum est Salomonis.

30. 2. **P**ARALIP. 9. *Fecit quoque rex solium eburneum
grande, & vestiuit illud auro mundissimo, sex*

quoque gradus quibus ascendebatur ad solium, & sca-
bellum aureum, & brachiola duo alvifecus, & duos leo-
nes stantes iuxta brachiola, sed & alios duodecim stantes
supra sex gradus ex vtraque parte, non fuit tale solium in
vniuersis regnis. Hæc omnia GLOSSA INTERL. & OR-
DIN. applicat Ecclesiæ, vide *Ecclesia,* num. 57. Sed
si bene considerentur applicari possunt huic particu-
lari congregationi & societati IESV. Hoc solium in
Canticis appellatur *ferculum* quia regem ferebat de
loco in locum, & societatem instituit Christus Do-
minus, vt deferret eum de loco in locum, quia sicut
Paulus electus est, vt ferret nomen Christi coram re-
gibus, & gentibus, &c. *Hoc solium grande est, & socie-
tas per vniuersum mundum extensa, est eburneum,*
quia castitate decoratur: Elephas enim temperas est,
&c. & vestitum est auro mundissimo; quia splendore
gratiæ suæ facit in Ecclesia splendescere cum signis
& miraculis præsentiam suam ostendere. [Ecce ego
vobiscum sum, &c.] *Sex quoque gradus, &c.* Et per sex
experimenta ascenditur ad societatem, vbi est scabellum
aureum vel sedile, quia anima iusti sedes est sapientia.
*Brachiola duo & duos leones stantes iuxta bra-
chiola.* Per ista duo brachiola intellige duas probatio-
nes: Nam prima potius est dicenda instructio quàm
probatio. Dicuntur autem brachiola, quia in eis re-
quiritur cooperatio postea, diminutiva sunt, quia no-
stra; Dei autem adiutorium brachium forte solum
est, & nisi per diuinum adiutorium nemo aliquid bo-
ni potest perficere. vnde Dominus. [Sine me nihil po-
testis facere.] *& duos leones, &c.* Animo forti sibi &
aliis dominantes debent esse diuina gratia adiuti. Per
leunculos autem stantes super sex gradus, significatur ex-
perimenta societatis debere protegi & defendi super-
riorum monitis, vt non deficiatur in eis; *Non fuit tale so-
lium in vniuersis regnis.* Cæteræ religiones solium Dei
sunt in quibus Dominus requiescit, & fructifera val-
de in Ecclesia, sed ad hoc quod est esse ferculum Chri-
sti, vt portetur nomen eius per vniuersum mundum;
non est tale solium, vt societas; vel aliis vocatis, scilicet,
ad alias religiones; vnaquæque sanctissima, at vo-
catis verè ad societatem, non fuit tale solium, &c. non
tamen nos aliis antefereamus.

Pro quarto voto.

31. 2. **P**ARALIP. 17. *Hi omnes erant ad manum regis
scilicet Iosaphat, Amasias filius Zechari consecra-
tus Domino cum grandi numero virorum fortium.* Inter
strenuos duces, id est, fundatores sanctos sacrarum
religionum, qui omnes sunt ad manum, id est, prom-
ptissimi regi Christo, vnus erat Amasias consecratus
Domino, id est, Ignatius cum grandi numero viror-
um fortium, id est, Professorum, qui omnes conse-
crati dicuntur Domino per quartum votum specialè
societatis, ad obediendum eius vicario circa missio-
nes; vel Ignatius dicitur consecratus Domino, quia
omnia faciebat ad maiorem Dei gloriam. De simili-
bus viris dicitur, 2. Paralip. 24. *Egeruntque hi qui ope-
rabantur industria & obducebatur parietum cicatrix per
manus eorum, quod cadere coepert fulciebatur: ac susci-
pauerunt domum Domini in statum pristinum, & firmi-
ter eam stare fecerunt:* Applica ad eundem.

Ignatius introduxit frequentem usum
communitionis.

32. 1. **E**SDRÆ 2. *Et dixit Atherfata eis, vt non com-
derent de sancto sanctorum donec surgeret sacer-
dos doctus, atque perfectus.* LYRAN. In Hebræo habe-
tur [donec surgeret sacerdos ad Vrim, & Thumim;]
Quod significat ad doctrinam & veritatem, prout
habetur etiam *Exodi 28.* Ista doctrina, & veritas erat
quidam

quidam fulgor procedens ex lapidibus rationalis qui significabat Deum placatum, & sic impleri in effectu quod sacerdos petebat, ut dicit Iosephus lib. antiquitatum. Dicit etiam quod iste fulgor cessavit per ducentos annos, & facta computatione, statim post reditum captivitatis Babylonice, surrexit sacerdos habens signum hoc. Hac ille: Athersata, interpretatur relaxatus, in quo significatur mundus, qui statuerat, ut fideles non comederent de sancto sanctorum, id est, de pane sancto Eucharistiae; Sed gratias Deo, quia surrexit iam sacerdos doctus, atque perfectus scilicet Ignatius, qui tam in societate, quam in uniuerso mundo introduxit antiquam frequentiam communionis; signum quidem esse iam Deum placatum, &c.

Contra impugnantem societatem.

33. **E**SDRAE 6. Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi: Dixit rex Darius licet gentilis, Dissipet omnia regna, & populum, qui extendit manum suam, ut repugnet & dissipet domum Dei. Nota contra impugnantem societatem in qua habitat nomen Dei.

Constitutio circa nominationem superiorum.

34. **E**SDRAE 7. Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei tui, qua est in manu tua constituere iudices, & presides, ut iudicent omni populo, &c. sed & imperitos docete liberè. Sapientia quam Deus Ignatio dedit in manu eius erat, id est, in operatione, id operabatur quod in oratione didicerat, &c. Nota etiam quomodo Ignatius, & eius successores praepositi generales à Deo imperatore caelsti acceperunt constituere superiores, & praepositos, non per electionem subditorum, &c. Sed imperitos docete liberè, & hoc est de substantia nostri instituti docere imperitos liberè, id est gratis. Confer hoc cum illo quod promittimus: & secundum obedientiam specialem curam circa puerorum eruditionem, Vide infra, num. 50.

Ignatij gratia ad congregandam societatem.

35. **E**SDRAE 7. Et ego confortatus manu Domini Dei mei, quae erat in me, congregavi de Israel principes, qui ascenderent mecum. Et hoc quadrat Ignatio, quando decem & alios multos congregavit socios. GLOS. ORD. Sic quilibet ad alios congregandos idoneus per doctrinam suam elicit, & ebrius per gratiam contra omnia, quae sanctum opus impediunt mente roboratur. Hac ille: Ex vna quidem parte Ignatius humiliter gratias agebat Deo dicens, Benedixit Dominus Deus patrum nostrorum, &c. Scilicet fundatorum aliarum religionum, Domini, Francisci, &c. Qui in me inclinavit misericordiam suam; Ut scilicet inter eos me eligeret in fundatorem societatis. Ex alia vero parte confortatus manu Dei mei, & velut ebrius per gratiam contra omnestribulationes, quae sanctum opus impedire conabantur mente roboratur.

Idem.

36. **E**SDRAE 8. Misi Eliezer, & Ariel, &c. nouem scilicet principes, & alios duos sapientes, ut adducerent nobis ministros domus Dei nostri, &c. Et adduxerunt vobis per manum Dei nostri bonam super nos virum doctissimum, &c. & alios ducentos quadraginta sacerdotes. Et Ignatius misit nouem socios, ut adducerent ministros, &c. & adduxerunt, non tam per industriam propriam, quam per manum Dei bonam, &c.

Beati Ignatij zelus animarum.

37. **E**SDRAE 2. Et considerabam murum Ierusalem dissipatum, & portas eius consumptas igne, &c. &

dixi sacerdotibus, & optimatibus, & magistratibus, & reliquis, qui faciebant opus: vos nostis afflictionem in qua sumus; quia Ierusalem destructa est, & porta eius consumpta sunt igne, venite & aedificemus muros Ierusalem, & non simus ultra opprobrii. Considerans Ignatius destructionem, & calamitates Ecclesiae similiter suos sic alloquitur.

Societatis obedientia.

38. **E**SDRAE 4. Opus grande est, & latum, & nos separati sumus procul, alter ab altero, in loco quocumque audieritis clangorem tubae, illuc concurrite ad nos. Hoc idem contingit societati per uniuersum mundum dispersae; ideo necessaria est coniunctio, & unitas ipsius cum suo capite, & ut omnes ei obediant summa cum diligentia.

Pro felici transitu patris nostri Ignatij.

39. **E**SDRAE 4. Et cum processisset, scilicet Zorobabel, eleuans faciem suam in Ierusalem, benedixit regem caeli, & dixit, abs te est victoria, & abs te est sapientia, & claritas, & ego seruus tuus sum, benedixitque es, qui dedisti mihi sapientiam, & tibi confitebor Domine Deus patrum nostrorum, &c. Hac vel similia verba dixit pater Ignatius in hora transitus sui.

Obligatio societatis ex dono uocationis.

40. **T**OBIAS 13. Ideo dispersi vos inter gentes, quae ignorant Deum, ut vos enarretis mirabilia eius & faciatis scire eos; quia non est alius Deus omnipotens praeter eum, & confitemini Domino filij Israel. INTERLIN. Videntes Deum. Et in conspectu gentium laudate eum. INTERLIN. In exemplum alius. Ex his verbis colligitur obligatio societatis, tum ad seruendum Deo, tum etiam ad docendas gentes. Sequitur. Aspicite ergo, quae fecit nobiscum. INTERLIN. Admirantes, & cum timore, & tremore confitemini illi. INTERLIN. Non tamen securi: nam beati omnes qui timent Dominum. Regemque saeculorum exalate in operibus vestris. INTERLIN. Non vos: ipse enim est qui operatur in vobis.

Diaboli iracundia contra societatem unde?

41. **I**VDITH 5. Quare praee omnibus, qui habitant in Oriente. INTERLIN. Luce fidei, & scientiae: quibus principes tenebrarum facilius expugnantur. Isti contempserunt nos, & non exierunt obviam nobis, ut susciperent nos cum pace? & serore nimio exarsit iracundia magna. GLOS. MORAL. Quando Diabolus percipit aliquos se preparare ad resistendum sibi, tunc gratius querit eos invadere & persequi. Vnde Leo Papa. Non desinit hostis antiquus transfigurans se in Angelum lucis deceptionum laqueos ubique praetendere, omnium discit consuetudines, ventilat curas, scrutatur affectus, & ibi quarit causas nocendi, ubi quemquam viderit studiosius occupari. Hac ille. Ex resistentia quam sentit sibi fieri in societate hinc sumit ansam eam persequendi.

Damonum timor de societate Iesu.

42. **I**VDITH 16. Tunc ululauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei arescentes in sui. INTERLIN. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: & demones tamquam canes ululauerunt, quando apparuerunt humiles patres societatis Iesu in mundo. Sequitur. Filij puellarum, compunxerunt eos. INTERLIN. Sagittis scripturarum Hymnum cantemus Domino, Hymnum nouum cantemus Domino Deo nostro. Hymnum nouum pro religione noua, quae in mundo apparuit.

Societas

Societas attendere debet salutem animarum.

43. **E**STER 4. Ne putes quod animam tuam tantum liberes. INTERLIN. Ne quaeras quae tua sunt, sed quae Iesu Christi, Quia in domo regis es praecunabris Indis. Et tu qui electus es ut esses in societate, & domo Iesu praeceteris aliis ne sis contentus animam tuam tantum liberare, neque quaeras tantum quae tua sunt, attende etiam impensè salutem proximorum, & quae Iesu Christi sunt quaere. Si enim nunc silueris, id est, cessaueris à liberatione animarum, per aliam occasionem liberabuntur Iudei, & tu & domus patris tui peribitis. INTERLIN. Quia filiorum curam non habes. LYRAN. Deus enim habet multos modos seruos suos liberandi.

Ignatij fidelitas exaltatur.

44. **E**STER 6. Quid pro hac fide honoris, & praemij Mardocheus consequutus est? responderunt nihil omnino mercedis accepit. Et Ignatius noster ad eo fidelis fuit Christo Domino, ut suae religioni societatis Iesu nomen imposuerit, & quidquid faciebat ad maiorem Dei gloriam operabatur. quid ergo pro hac fidelitate maxima honoris, ac praemij temporalis accepit? certe nihil nisi persecutiones, & tribulationes. Sed Deus, qui nihil sine praemio, & remuneratione in seruis suis vult remanere: humilem Ignatium etiam in praesenti saeculo exaltauit, & mirificauit sanctum suum, multa miracula eius intercessione faciendo, & modo vult eum in sanctorum numerum adscribi.

Pro initio concionis de B. Ignatio.

45. **M**ACHAB. 2. De Iuda Machabaeo, & fratribus eius, & de templi magni purificatione & de ara dedicatione (scilicet acturi sumus) sed & de preliis, &c. & de illuminationibus quae de caelo facta sunt ad eos, &c. Ita ut uniuersam regionem cum paucis essent vendicarent, & barbaram multitudinem fugarent, &c. Hoc pro initio concionis ad agendum de Ignatio & sociis & de fructu vberi quem fecerunt in Ecclesia.

Ignatius in Occidente & Franciscus in Oriente diabolum persequuntur.

46. **M**ACHAB. 3. Apparuit illis quidam equum terribilem habens sessorem, &c. Per quem intelligitur Christus Dominus, vide GLOS. ORDIN. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosique amictu, qui circumsteterunt eum, scilicet Heliodorum, & ex utraque parte flagellabant, sine intermissione, multis plagis verberantes. Per duos hos iuuenes intellige Ignatium, & Franciscum Xauier, iuuenes, id est, noui homines virtute decori, &c. Per Heliodorum verò intellige mundum hunc, quem ij duo flagellabāt, sine intermissione, tam per se ipsos, quam per socios ex utraque parte, scilicet, Ignatius in Occidente, Franciscus verò in Oriente, tot plagis eum cedentes, quot animas ab eius faucibus eruentes.

Quae allegare debemus in orationibus nostris.

47. **M**ACHAB. 3. Deprecabantur, ut eriperet eos, &c. propter testamentum quod erat ad patres eorum, & propter inuocationem sancti & magnifici nominis eius super ipsos. Et nos in persecutionibus, quae continentur contra nostram societatem insurgunt, deprecari debemus, ut nos eripiat, propter promissionem illam factam patribus nostris: [Ego vobis propitiusero, &c.] Et propter inuocationem sancti, & magnifici nominis, &c. Et dicere cum Propheta: Tu autem in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos, &c.]

Socij quales esse debent.

48. **M**ACHAB. 4. Versu 42. Et elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in legem Dei, & mundauerunt sancta, &c. GLOS. ORD. Ne forte opprobrium sit sanctae Ecclesiae quod habeat prauios, & facinorosos doctores, qui diabolica astutia seducti sint. Vnde Dominus, [Quod si sal euanuerit in quo salietur, &c.] Quia homines fide Catholica sani, scientia sanctorum Scripturarum imbuti, bonis moribus religiosi in locum regiminis, vnde ceciderunt prauaricatores subrogari debent, ut sine reprehensione in nouitate vitae, & norma iustitiae exhibeatur Dei ministerium in sancta Ecclesia, quam sibi acquisiuit Christus pretio sanguinis sui sponsam, non habentem maculam, nec rugam. Hac illa. Applica has condiciones ad sacerdotes societatis.

Ignatius ignem charitatis in societate reliquit.

49. **M**ACHAB. 1. Non inuenerunt ignem sed aquam crassam. STEPHAN. Primi religionis parentes absconderunt ignem in valle, id est, reposerunt dilectionem Christi in mente, sed si à successoribus eorum, modernis scilicet praetatis, modo requiritur ignis, non inuenitur nisi aqua crassa, scilicet voluptas carnis, quae citius inquinat quam emundat. Hac ille. Et Ignatius ignem dilectionis, in valle, id est, in humili societate reliquit. Quid enim ignis Ignatius relinquere nisi ignem debebat? Quod si modo non inuenitur nisi aqua crassa, scilicet frigiditas, & tepiditas, nostra culpa est, &c.

Ministeria societatis gratis impertienda.

50. **E**XODI 23. Nec accipias munera, quae excacant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorum. Ideo praecipitur in nostra societate, ut gratis demus quod gratis accepimus. Sed nota quod loco munerum etiam veniunt laudes humanae, & etiam cogitationes complacentes propriae virtutis. Super quae vide optimè quae dicuntur ab AVGVST. & GREG. verbo Adulatio, num. 6.

Institutum societatis sublime.

51. **G**ENES. 49. Zabulon in litore maris habitabit, & in statione nauium pertingens usque ad Sidonem. Quod magna sit gratia societatis institutum, nempe animarum salutem impensè intendere, & proximos iuuare. Vide Zelus animarum, num. 8. ex RICHARDO.

Prophetia Ioachimi Abbatis de societate.

52. **A**BBAS IOACHIMVS, qui floruit anno 1200. A tempore Clementis III. & spiritu Prophetiae fuit inclutus secundum PLATINAM in vita Lucij Papa tertij in fine. In expositione super Apocalypsin, fol. 83. sic ait, Exiet quidam ordo, quem designat Iesus, qui clarebit sexto tempore Ecclesiae, scilicet in fine mundi, & erit ceteris spiritualibus praeclearior & Deo amabilis. Et folio 175. exponens illa verba Ioannis, [Et vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis:] inquit, Arbitramur tamè in eo, qui visus est sedere super nubem candidam, & similem filio hominis significare quendam ordinem iustorum, cui datum sit perfectè imitari vitam filij hominis, & habere linguam eruditam ad euangelizandum, & colligendum in arcam Domini vltimam missionem; qui dicitur sedere super nubem propter contemplationem, & hic erit ordo perfectorum virorum seruantiu vitam Christi, & Apostolorum, &c. Et super Ieremiam cap. 1. Hunc ordinem quem praedebat futurum magis describens ait: Reuelandi sunt quippe in proximo in Ecclesia doctores, praedicatorésque fideles,

fideles, qui & terrena carnaliaque corpora omni plaga percutient, &c. Et bene filius Ecclesie Jeremias describitur; quia ille ordo futurus ad obedientiam summi Pontificis dirigeretur. & lib. 5. concordia cap. 14. ait idem I O A C H I M V S. Infurget vna noua religio sanctissima, quae erit libera, & spiritualis, in qua Romani Pontifices potiti pace Ecclesiae se continebunt. quam religionem & ordinem Deus super omnes alias diligit. Perfectio illius vincet omnes alias aliorum ordinum. THOMAS STAPLETONVS I. parte promptuarij moralis super Euangelium Dominici infra octauam natiuitatis Domini, affirmat hac Prophetia societatem Iesu designatam fuisse.

Prophetia de societate B. Vincentij Ferrer Ordinis Praedicatorum.

§2. BEATVS VINCENTIVS FERRER tractatu de vita spiritali in fine. Tria sunt à nobis singulariter & quasi assidue meditanda, primum Christus crucifixus, &c. Secundum status Apostolorum, & fratrum praedicatorum nostri ordinis, &c. Tertium status virorum Euangelicorum futurus. Et haec debes die noctuque meditari, scilicet statum pauperum, simplicissimorum, & mansuetorum, humilium, abiectionum, charitate ardentissima sibi coniunctorum; nihil cogitantium aut loquentium, nec sapientium, nisi solum Iesum Christum, & hunc crucifixum; nec de hoc mundo curantium, suiue obliuorum, supernam Dei & beatorum gloriam contemplantium, & ad eam medullitus suspirantium, & ob ipsius amorem semper mortem sperantium, & ad instar Pauli dicentium: [cupio dissolui & esse cum Christo.] & innumerabiles ac inestimabiles thesauros diuitiarum caelestium, & super dulces, & mellifluos riuos diuitiarum, suauitatum ac iucunditatum, & super omnia mirabiliter expansos, & superinfusos. Et per conuersationes imaginari debes eos ipsos, vt cantantes canticum angelicum in iubilo citharizantium in citharis cordis sui. Haec imaginatio ducet te, plusquam credi potest, in quoddam impatiens desiderium aduentus illorum temporum: ducet te in quoddam admirabile lumen amoto omnis dubietatis, ac ignorantie nubilo, & limpidiissime videbis, & distincte discernes omnes defectus istorum temporum, & immixtum, vel mysticum ordinem Ecclesiasticorum ordinum productorum, & producendorum ab initio Christi, vsque ad finem seculi; & vsque ad gloriam summi Dei Iesu Christi. Claruit sanctus iste insigni dono Prophetiae praeditus circa annos 1400. iuxta Surium in vita ipsius 5. Aprilis tomo 2. Si praedicta conueniant societati Iesu iudicet lector attentè, & videbit: quod si non omnia omnibus singularibus personis conueniant; homines enim sumus, & non Angelicamen toti corpori societatis maximè haec omnia quadrant.

S P E S.

Vide etiam Desperatio.

- Spes anchora comparatur. 29. 32.
Sperandum in Domino. 1. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 18. 19. 22. 23. 27.
In spe viuimus. 2. 19.
Non sperandum in homine, sed in Deo. 2. 9. 16. 18.
Spes nostra in morte & resurrectione Christi. 3. 13.
Spei fructus. 4. 21.
Ex acceptis beneficiis crescit spes. 11.

- Spei & timoris necessitas. 12. 14. 15.
Ob spem conuincenda parua. num. 31.
Rationes ad confidendum. 17.
Spe victoria consolatur, qui certat. 19.
Spei necessitas. 20.
Spes fundatur in bonitate vita. 21.
Ob spem labores sustinendi. 24. 25. 26. 30. 31.
Spes erigit mentem nostram. 28.

Sperandum in Domino ubique.

GENES. 1. Producant aqua reptile animam uentis. AMBROSIVS. Sunt etiam pisces ferri, & horribiles, hominique noxii, quia uoluit te creator nec in mari satis ab insidiantibus esse securum: vt quasi in excubiis positus arma fidei semper, & scutum deuotionis accinctus à Domino tuo debeas salutis sperare subsidium. BASILIVS. Super illud, & fecit Deus bestias terrae. Ipsae inquit ferae, fidei demonstrationes sunt. Confides in Domino? Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. fidem habes? Et c. dedi uobis potestatem calcandi scorpiones, &c. quod si fide careas, non tam feram exitialem, quam fidei vacuitatem metuere debes. Vide, Fides, num. 1.

In spe viuimus, & non sperandum in homine, sed in Deo.

GENES. 4. Sed & Seth natus est filius quem uocauit Enos, iste cepit inuocare nomen Domini. HIERONYMVS. Alia litera habet hic sperauit inuocare nomen Domini. EYSEBIVS EMISSENVS. In Hebraeo habetur hic sperauit inuocari nomine Domini, hoc est, Deus dici, & filius Dei. Iusti enim qui erant à semine Seth, filij Dei vocabantur iuxta illud Genes. 6. [Videntes filij Dei filias hominum.] AVGVSTINVS. de ciuitate cap. 18. Enos interpretatur Homo, hic sperauit inuocare nomen Domini. In spe enim uiuit homo, in spe uiuit filius resurrectionis, quando peregrinatur hic ciuitas Dei. spe enim salui facti sumus, sicut ait Apostolus; spes autem quae uideretur non est spes, quod enim non uidet quis, hoc sperat. Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Abel etiam sperauit inuocare nomen Domini, Seth etiam, sed huic Enos proprie tribuitur quod piorum omnium commune est; quia Enos, id est, Homo, hoc est, quia non homo in te terrenae felicitatis uixit, sed secundum Deum in spe felicitatis aeternae. Et non dicitur hic: hic sperauit in Domino, nec hic inuocauit nomen Domini, sed hic sperauit inuocare. Quid sibi hoc uult, nisi quia Prophetia est, exorturum populum, qui secundum electionem gratiae inuocaret nomen Domini Dei. unde Apostolus, [& omnis quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit.] Et uocauit nomen eius Enos, id est, Homo, & addit hic sperauit inuocare, &c. ut ostendat, quod non in se ipso spem ponere debeat homo; maledictus enim homo qui spem suam ponit in homine; nec in se ut sit ciuis terrenae ciuitatis, sed in nomine Domini sit in illa immortali ciuitate beatitudinis sempiternae.

Spes nostra in morte & resurrectione Christi.

IBIDEM AVGVSTI. & GLOSSA ORDIN. Ex duobus illis hominibus Abel qui interpretatur lactus, & eius frater Seth qui interpretatur resurrectio, id est, ex morte Christi & resurrectione, Enos gignitur, id est, homo, qui sperauit inuocare nomen Domini: spe enim salui facti sumus: vel ex morte Christi, quam significauit Abel, & ex resurrectione

rectione Christi, quam significauit Seth sit homo confitens Dominum conditorem, & uitae perditae reparatorem.

Spei fructus.

GENES. 12. Aedificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius. AMBROSIVS. ubi Bethel, id est, domus Dei, ibi & ara, ubi ara: ibi & inuocatio Dei nostri, meritoque processus tantos habuit; quia Deum sperabat sibi auxilio fore. Et super illud Nunc igitur ecce conuincit tua, accipe eam & uade, &c. addit idem AMBROSIVS. Pulcherrimus hic locus ad excitandam studium deuotionis quod his, qui Deum sequitur tutus semper est, & ideo Deum praeferre debemus omnibus: nec patriae contuitu, nec parentum filiorumque gratia, nec uxoris contemplatione reuocari debemus ab executione praecceptorum caelestium: quia Deus nobis illa omnia largitur, & potens est seruare quae donat. Itaque magnum exemplum deuotionis Abram, qui, quoniam propter Deum contempsit omnia, recepit à Deo multiplicata omnia. Sed primam Deum pudicitiae tribuit remunerationem, quam gratam sciebat coniugi. nam qui studio obediendi caelestis oraculi, uxorem quoque in periculum deduxit, etiam castimoniam coniugij defendit.

Sperandum in Dominum.

GENES. 13. Faciamque semen tuum sicut puluerem terrae, si quis potest numerare puluerem, &c. AVGVSTINVS. 16. de ciuitate cap. 21. Per hyperboleam hoc dictum est. Iste autem tropus, id est, modus locutionis fit, quando id quod dicitur longè est amplius, quam quod eo dicto significatur. Quis enim non uideat, quod sit incomparabiliter amplior pulueris numerus, quam potest esse omnium hominum ab ipso Adam usque ad terminum seculi. CHRYSOSTOMVS. Data opera differt ac moratur, ut cum in profundam senectam uerque ueniat, & de humanis uiribus desperauerit, tunc cognoscat inenarrabilis potentiae Dei eminentiam; Sed non impatiens erat Abram tanta promissionum dilatione. Scitis enim quod plerumque quando semel atque iterum pollicetur, & promissa implere tardat, legiores sumus ad credendum iis, quae iterum promittit: id quod in homine non iniurià locum habet; de Deo autem qui res nostras maxima dispensat sapientia, si qua semel promissa fuerint, etiam si innumera intercedant obstacula, confidendum est.

Idem.

GENES. 13. Aedificauitque ibi altare Domino. INTERL. Ut exhiberet culturam cui debebat fidem. CHRYSOSTOMVS. Non expectauit donec promissa complerentur; sed & mox pro promissione gratias egit, &c. Vide Gratiarum actio, num. 7. Et addit, ea enim de causa, & hic multa nobis donata sunt. Unde optimè Apostolus Roman. 8. [Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo cum illo non omnia nobis donauit?] qui propter suam bonitatem antequam esse inceperimus bona aeterna nobis preparauit, quomodo non & frui concederet dicit enim, uenite benedicti, possidete regnum, quod uobis preparatum est ab origine mundi.]

Idem.

GENES. 15. Noli timere Abram, quia ego protector tuus sum. CAIETANVS. In Hebraeo habetur [Ego securum tibi scilicet contra omnes hostes tuos, ego protector tuus, ego clypeus tibi ero, ego sagittas excipiam inimicorum, & propellam.] LI-

ROMAN. Sic Deus protector est omnium in se sperantium, qui licet interdum vincantur, & cadant, non est ex diuinae protectionis defectu, sed ex protectorum infirmitate & negligentia.

Idem.

GENES. 15. Credidit Abram Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. CHRYSOSTOMVS. Verum & nos charissimi discamus à Patriarcha Dei credere dictis & eius promissionibus fidere. Si enim Abraham promissum est quod ex semine eius maxima futura esset multitudo, nobis multò maiora promissa sunt. Magna igitur alacritate praeparemus nos ad uirtutis agones, ut promissis bonis frui possimus.

In Deo, & non in alio spes ponenda.

GENES. 30. Da mihi liberos alioquin moriar. Iacob autem iratus respondit ei, nunquid pro Deo ego sum. LIPOMANVS. In Chaldaeo clarius habetur, [Et iratus est furor Iacob in Rachel, & ait, Nunquid à me tu petis filios, nonne à facie Domini debuisses petere, qui prohibuit à te generationem uentris tui?] Licet enim Iacob amaret Rachel uehementius, quam par erat, Deum tamen cum timeret, æquanimiter ferre Dei blasphemiam non potuit; & ideo iratus est contra eam. CHRYSOSTOMVS. Sed uide quomodo sapientissimis uerbis doceat eam diligenter, ut non relicto Domino quærat ab alio ea quae ille solus praestare potest.

Idem.

GENES. 41. Post duos annos uisit Pharaon somnium, &c. AVGVSTINVS. Sermone 82. de tempore. Additi sunt duo anni carceris Ioseph, tamquam diceret ei Deus: Ego tibi ostendo, ut magis à me quam ab homine debeas auxilium postulare, petierat enim auxilium à magistro pincernarum, dicens: [memento mei cum bene tibi fuerit, &c.] Non dum quippe scriptum erat: [Bonum est sperare in Domino, quam sperare in homine.] Sine ulla dubitatione credendum est; quod pro castigatione sancti Ioseph, non permisit Deus magistrum pincernarum, ut in mente haberet, quod ei sanctus Ioseph supplicauerat, &c. Vide Tribulatio.

Ex acceptis beneficiis crescit spes.

DEUT. 3. Precatus sum Dominum in tempore illo, dicens: Domine Deus tu capisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, manumque fortissimam, &c. transibo igitur & uidebo terram hanc optimam, &c. LYRANVS. Ex uictoris diuinitus concessis filiis Israël assecuratur de concedendis in futuro; quia, ut ait GREGORIUS, Praeteritarum rerum exhibitio, futurarum est certitudo, & ex eo quod duos reges debellauerat opinatus est, quod uerbum Domini sibi dictum, scilicet quod non intraret terram promissionis, non esset uerbum sententiae definitivae, sed magis comminationis, quod frequenter retractatur, & ideo orauit, transibo igitur, &c.

Spei, & timoris necessitas.

DEUT. 24. Non accipies loco pignoris inferiorem, & superiorem molam, quia animam suam apposuit tibi. GREGORIUS. lib. 33. Moralium cap. 11. Accipere aliquando auferre dicimus, unde aues, quae alias rapiunt accipitres uocamus. Unde, si quis deuorat, si quis accipit, id est, rapit, pignus debitoris, confessio peccatoris. Hoc accipitur cum à peccatore peccati confessio tenetur: superior & inferior mola spes, & timor.

mor. Spes ad alta subuehit; timor autem cor inferius premit: vna mola sine altera inutiliter habetur. Peccatoris ergo in pectore semper debent spes & formido coniungi: quia incassum misericordiam sperat, si iustitiam non timeat; & incassum metuit, qui non confidit. **IN T E R L.** Inferiorem molam, id est timorem, qui quasi pigra mola iacet immobilis; & superiorem, id est, spem, quæ mira celeritate voluitur & acceptas fruges ad vsum hominum molit & minuit. **G L O S S A O R D.** Qui prædicat peccatori tanta dispensatione prædicare debet, vt non relicta spe timorem subtrahat, nec subtracta spe timorem relinquat. **I S I D O R V S** tollit molam superiorem, qui peccatum sienti dicit: non habebis veniam de commissis: tollit inferiorem, qui peccatum palpando dicit: age mala, quantumuis Deus pius est, & ad veniam paratus: vtiliter vtraque mola habetur, si spes sit cum emendantæ formidine; & formido cum spe.

Non in operibus nostris sed in sanguine Christi sperandum.

13. **E X O D.** 27. *Et ponet in fronte Aaron laminam auream.* **A D A M D E P E R S E V I A.** Post omnia ornamenta sacerdotalia lamina in fronte Pontificis ponebatur, hoc significat quod cum vestimentis illis, quibus sanctæ virtutes, & opera bona significantur induti fuerimus, utpote summi membra Pontificis, non in virtutibus, non in operibus nostris; sed in Christi sanguine spem nostram ponere debemus teste Apostolo: Spes capitis est munimentum, & galeam (inquit) spem salutis.

Spes, & timor simul.

14. **I V D I C V M I.** 3. *Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum, & libamenta non suscepisset.* **G R E G O R.** 6. *Moral. cap. 23.* Quid est quod ad visionem Angeli vir est timidus, mulier audax? nisi quanto cælestia nobis monstrantur, spiritus quidem pauore se concutit, sed tamen spes præsumit. inde enim spes ad maiora videnda se erigit, vnde turbatur spiritus; qui ea quæ superna sunt prior videt: Quia cum altiora secretorum cælestium sic leuata mens conspicit, cuncta humanarum virium soliditas contremiscit.

Idem.

15. **R E G.** 20. *Advento queso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te feci.* *Fleuit itaque Ezechias fleu magno.* **G L O S S A O R D.** Fælix conscientia, quæ afflictionis tempore bonorum operum recordatur iuxta illud. [Qui gloriatur purum se habere cor.] *Hæc illa.* Inter spem & timorem viuendum nobis est, vnde Sapiens consilium: [In die bonorum memor esto malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum.] Ezechias, & memor fuit bonorum & ex alia parte fleuit fleu magno.

Non in homine sperandum.

16. **R E G.** 18. *An speras in baculo arundineo atque confraeto, & in Egypto, super quem si incubuerit homo comminatus ingreditur, manum tamen eius & perforabit eam.* **V A T A B E L V S.** Homines quibus fidimus sunt similes fragili arundini, cuius cum frangitur fragmenta acuta solent lædere ianitentem ipsi. sic homines plustandem nobis incommodi afferunt, quam commodi. *Hæc illa.* Hanc gemmam pretiosam nobis reliquit illa testudo rudis, Rapaces, vt nobis prodesset, ille autem deputatus erat ignibus inferni cremandus.

Rationes ad confidendum.

2. **P A R A L I P.** 13. *Nostrer autem Dominus Deus est quem non dereliquimus, &c. proponuntur panes in mensa mundissima, estque apud nos candelabrum aureum & lucerna eius, &c. & perierunt Deus Ieroboam & omnem Israel, qui stabant ex aduerso Abia & Iuda.* **L Y R A N V S.** Modus perterrendi non exprimitur, sed potuit esse per aliquod exterius scilicet per fragorem tonitru, & lapides gradinis, & huiusmodi. Sicut dicitur de Philisthis 1. *Reg. 7.* vel immittendo terrorem interius tantum, per quem defecit cor. *Hæc ille.* Sed notanda sunt rationes fiducia: Abia & Iuda. *Nostrer autem Dominus Deus est quem non dereliquimus.* Prima ratio fiducia: populi Christiani fides est integra. Secunda Eucharistiæ sanctissime sacrificium, *proponuntur panes, &c.* Tertia Christus in ea consistens, estque apud nos candelabrum aureum. Quarta intercessio beatissime virginis eius matris, & *lucerna eius, &c.*

In solo Deo fidendum, & non in homine.

1. **E S D R A E** 8. *Dixerat Esdras regi Artaxerxi, manus Dei nostri est super omnes, qui querunt eum in bonitate: & imperium eius, & fortitudo eius & furor super omnes, qui derelinquunt eum.* Sequitur, *& erubui petere a rege auxilium & equites, qui defenderent nos ab inimico in via.* Et nobis erubescendum est si in nomine & non in solo Deo fiduciam habeamus.

Spe victoriae consolatur qui certat.

E C C L E S I A S T. 3. *Tempus belli & tempus pacis.* **E H V G O D E S A N C T O V I C T O R E.** Vt simul agnoscat homo quod sine pugna nemo ad victoriam peruenit, & qui legitime certat post adeptam victoriam in pace requiescit: idcirco enim post tempus belli tempus pacis ponitur, vt qui de concertatione frangi poterat, de pacis dono consoletur.

Spici necessitas.

A M O S 9. *Ecce dies venit dicit Dominus & comprehendet arator messores, &c. & stillabunt montes dulcedinem, &c.* **P. R I B E R A.** *Mysticè.* Non simul atque è captiuitate peccatorum quis egreditur statim dulcedinem spiritualem gustat. non simul Israel Egyptum reliquit, & panem cæli accepit, laborauit prius in deserto, & postea accepit: [Quam magna, inquit Dauid, multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te?] Ideo non statim videtur quia abscondita est. Spera in eo & ipse faciet. Vnde sequitur [Perfecisti eis, qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum: & anima nostra sustinet Dominum; Et in nomine eius sperabimus.] Et iterum, Expecta Dominum, & viriliter age & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. *Ei ibi Augustinus.* Non sustinebis mendacem, non cum qui poterit falli, non eum qui non est inuenturus quod det. omnipotens promisit, certus promisit, verax promisit, sustine Domine, viriliter age: noli dissolui, ne sis inter eos quibus dicitur, [Væ illis, qui perdididerunt sustinentiam, &c.] Arator & seminator præsentem fructum non habent, sed spe excitati laborant, sicut ait Apostolus: [Quoniam debet in spe qui arat arare, &c.] Patiamur ergo aliquid laboris in via Dei, & dies venire sinamus: sine dubio enim comprehendet arator messores, &c. & montes stillabunt dulcedinem: De iisdem collibus dicitur *Psal. 64.* Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur, & in *Isaie cap. 41.* [Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes, ponam desertum in stagna aquarum, & terram in viam in riuos aquarum, dabo in solitudine cedrum, &c.] vt videant & sciant, & recogitent

recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, & sanctus Israel creauit illud.

Spes in bonitate vite fundatur.

31. **A D A M D E P E R S E V I A.** Dei agnitio immortalis est sapientia, & si dilectio cognitioni affuerit bonum te facient, & beatum, bonum primo, postea beatum, quia ad beatitudinem gradus est bonitas, sicut fructum in naturalibus flos præcedit, vbi se botrus in florem non fuderit, inanis est fructuum expectatio. nec illi beatitudo speranda est, cui bonitas non infloret.

In Domino fidendum.

32. **M A C H A R.** hom. 31. Sicut pusillus se ipsum curare, vel ornare non nouit, sed fletus duntaxat oculos in matrem conuertit, donec misericordia mota excipiat illum: ita fideles animæ soli Domino perpetuo fidunt omnem illi tribuentes iustitiam: Quia sicut sine vite palmes arefcit, eodem etiam modo, qui citra Christum vult iustificari.

Idem.

25. **D A M A S C E N V S** lib. 4. *de fide cap. 12.* **E T H E O P H I L V S** *Antiochen. lib. 1. ad Antiochum.* Non animaduertis actiones omnes antecellere fidem. Quis cedo agricola metere poterit nisi semen prius credatur sulcis: Quis mare poterit traicere, nisi prius semetipsum credat nauis gubernatori? quis morbis implicitus sanitatem recuperare poterit, nisi semetipsum prius credat medico? quam artem, quam scientiam quis dicere poterit, nisi prius se ipsum tradiderit, & crediderit præceptoris? Si igitur agricola credit telluri, nauigaturus nauis, infirmus medico; tu ne refugies temetipsum credere Deo, à quo tot fidei arrabones recepisti: primum quidem cum non fores te creauit, &c.

Ob spem labores sustinendi.

24. 1. **C O R I N T H.** 9. *Debet in spe, qui arat arare.* **M A C H A R.** hom. 14. Vniuersa opera quæ spectantur in hoc mundo spem ob aliquam sunt, nempe mercedis recipiendæ, gratia laborum suorum. Itaque nisi quis certissime sibi persuadeat, se fructuum laboribus nihil promouet: nam & agricola seminat sub spe recipiendorum fructuum, & labores sustinet propter expectationem. Qui ducit uxorem sub spe hæredum habendorum ducere solet. Mercator quoque lucri gratia mari & promptissime morti se ipsum committit. Eadem ratione & in regno cælorum ob spem quam quisque concepit de cordis oculis illuminandis se ipsum dedicat, relictis rebus secularibus, dans operam precibus & obsecrationibus, expectans Dominum, quando veniens illi, seipsum patefaciat, & expurget eum à peccato inhabitante in eo. **I D E M** hom. 26. Vt qui plantat vineam priusquam aggrediatur laborè gaudio ac spe ducitur apud se, describitque in animo vindemias, ac redditum supputat, nondum nato vino, & hac ratione laborem suscipit, spes enim ac expectatio alacrem illum reddunt ad laborem: tandiuque è re familiari sumptus non paucos facit. Itidem qui domum ædificat aut terram excollit, de suo multa primum erogat, spe futuri redditus. Non aliter hic fit, nisi quis præ oculis habeat gaudium, ac spem, nempe consecuturus sum redemptionem, ac vitam, perferre nequit tribulationes, nec pondus, nec angustiam viam suscipere: spes enim & gaudium si adfuerint efficiunt, vt ipse laboret ac toleret afflictiones, pondusque & angustiam viam suscipiat.

Idem.

P S A L. I. *Beatus vir, qui non abiit, &c.* **B A S I L I V S** *super hunc locum.* Vt iter facientibus per asperissima quæque ac inaccessa loca tedium releuat laboris spes, certò proposita commodioris hospitij, vt que maris periculo auferat se committere mercatores, facit cupiditas parandarum mercium, & agricolis imminuit, ac suffuratur labores spes securaturæ fertilitatis. Eam ob rem eximius doctor ille Spiritus sanctus initio statim mercedem ob oculos ponit, vt laboribus dum in manibus sunt, veluti iam transmissis, tota mente ad bona, quæ nobis reposita sunt audiuis properemus.

Idem.

C H R Y S O S T. hom. 3. *de providentia Dei.* Dic oro si quis te ad regnum terre, & imperium vocaret, atque ante ingressum eius ciuitatis, in qua coronandus esses, in stabulum diuertere necesse esset, vbi luti ac fimi plurimum, viatorumque tumultus esset, & latronum perturbatio summaque pressura & angustia: Num ad illa tristitia cogitatione conuertereris, an illa omnia quasi nihil essent gaudio & spe regni contemneres? perquam igitur ineptum & indignum est terrenis mortalibusque rebus potiturum, nihil his quæ interim inciderint contrahi, æterni autem regni spe elatum, & erectum, atque ad cælos accersitum; per singula, quæ in diuersorio contingunt, tristitia decidere atque perturbare.

Sperandum in Deo, qui semper viuunt.

R O M A N. 5. *Spes non confundit.* **C H R Y S O S T.** hom. 1. *ad Romanos.* Quid igitur in spe nobis bona, in spe certe: sed non humana, quæ quidem intercidit, atque identidem pudefacit sperantem, eo absque quo præsidium expectabatur, vel mortuo, vel adhuc viuente à voluntate deducto. at non talis est rerum nostrarum conditio, imo firma atque immobilis spes. Nam qui spondit, is semper viuunt, nos autem ad quos promissi fruitio pertinet, vt moriendum nobis sit, tamen iterum resurgemus, ac nihil profus est quod possit nos pudefacere tanquam temerè, tanquam frustra, tanquam spe sublatos fragili.

Spes erigit mentem nostram.

1. **A D** *Thessalonic. 5.* *Induti lorica fidei & charitatis, & galeam spem salutis.* **C H R Y S O S T.** hom. 9. *in priorem ad Thessalon.* Quemadmodum galea principalis, membrum eorum, quæ in corpore nostro sunt conseruat, dum caput circumdat, & vndique tegit: ita & spes cogitationem nostram concidere non sinit, sed capitis instar erigit, nihil extraneum in illam incidere permittens, donec verò nihil deciderit, nec ipsa prolabitur. **I D E M** hom. 15. *ad populum Antioch.* Non vides naucleros, vt insaniente mari, nubibus transcurrentibus, fulminibus elicitis, omnibus in nauigio tumultuantibus, ad gubernacula sedeant, ipsi sine trepidatione & metu, arti suæ vacantes, vt imminentem procellam repellant: hos & tu imitare, & sacram capiens anchoram in Deum spe inconcussus permanc, & irruolubilis.

Spes Anchora comparatur.

A V G V S T. in *Psal. 64.* Spem iam in terram sanctam tanquam anchoram præmissimus ne in isto mari turbati naufragaremus. Quemadmodum ergo de nauis, quæ in anchoris est rectè dicimus, quod iam in terra sit, adhuc tamen fluctuat, sed in terra quodammodo educta est contra ventos & tempestates: sic contra tentationes huius peregrinationis no-

stræ spes nostra fundata, in illa ciuitate Ierusalem facit nos modo arripere in laxa.

Ob spem labores sustinendi.

30. **P**SAL. 123. *Qui seminat in lacrymis, in gaudio metent.* AVGVST. *super hunc locum.* Ipse agricola quando procedit, & portat semen, nonne aliquando frigidus est ventus, & imber deterreret, attendit cœlum, videt tristem diem, attendit, & expectat diem lætam, ne tempus transeat, & non inueniat quod metat: seminate & vos in hyeme, seminate bonâ opera.

Ob spem contemnenda parua.

31. **E**VCHER. *Epistola ad Valerianum.* Dirigenda est omnis animi intentio in spem futuri, quam spem ut plenius ac manifestius consequaris, aperire eam etiam sub alicuius exempli conditione non aniuam. Sicut aliquis quinque hodie ex ære denarios offerat, quingentos verd aureos in crastinum spondeat optionemque offerat, utrum eos ad præfens sumere, an aurum mallet in posterum dubium ne id est, quin præoptat propter grandia illa munera, cum parua mora? tu verd breuis huius, atque æternæ vitæ conditione perspecta, non eligas capere vilia, cum capere possis speciosa.

Spes columna & anchora comparatur.

32. **L**AVRENTIVS IVSTINIANVS. *In ligno vitæ.* cap. 2. De spe spes est quasi columna, quæ totum spirituale ædificium sustentat, qua deficiente ædificium corrui, ac in barathrum desperationis concidit. Est etiam anchora animæ eam seruans, ne procelis tentationum irumpatur, de qua Apostolus firmissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam.

SPIRITVS SANCTVS.

De Spiritu sancto, vide etiam, Trinitas.

Qualiter Spiritu sancto repleti Apostoli, vide Apostoli. num. 38.

Spiritus sanctus viuificator. 1. 2. 4. 8.

Spiritus sanctus omnia illustrat, & germinare facit. 1. 6. 61. 62.

Spiritus sanctus creator & conseruator. 2. 4.

Spiritus sanctus est charitas & vnio. 3. 53. 61.

Spiritus sanctus quibus communicatur. 5. 31.

Spiritus sancti septem dona. 7. 11. 20. 44. 46.

Spiritus sanctus peccata remittit. 8. 33.

Trina communicatio Spiritus sancti Christo, Apostolis, & hominibus. 9.

Spiritu sancto filius oblati à Patre, & à se ipso. num. 10.

Spiritu sancto Christus repletus. 12. 31.

Spiritus sanctus non dicitur Angelus. 13.

Spiritus sanctus digitus Dei quare dicatur. 14. 15. 18.

Spiritus sanctus multipliciter appellatur. 16.

Spiritus sanctus aqua comparatur. 17.

Spiritus sanctus facies Dei dicitur. 19.

Spiritus sanctus quare in igne apparuit. 21. 47.

Spiritu sancto loquenti sunt sancti. 22. 26.

Pro die Pentecostes. 23. 24. 26. 27. 29. 32. 35. 37. 38. 41.

Dispositio ad recipiendum Spiritum sanctum. 2. 5.

Spiritus sanctus quomodo perseuerabit in anima. 28.

Quomodo intelligitur illud Auferam de spiritu tuo. 30.

Spiritus sanctus spiritus fortis. 34.

Cooperandum motioni Spiritus sancti. 36.

Spiritus sancti donum ab immensa Dei misericordia. 39.

Spiritus sanctus vino comparatur. 40.

Spiritus sanctus quos effugiat. 42.

Spiritus sanctus multipliciter operatur in nobis. 43. 48. 51. 57. 64.

Spiritus vocatus à quatuor ventis. 45.

Spiritus sancti aduentum, & recessum nescimus. 49. 50.

Desperatio peccatum in Spiritum sanctum, vide, Desperatio, num. 3. & 8.

Verbo Dei cooperatur Spiritus sanctus, vide, Verbum Dei, num. 11.

Spirituum discretio necessaria. 52.

Suggestio declarat à quo Spiritus procedat. 52.

Non nouerunt Philosophi Spiritum sanctum. 54.

Spiritus sanctus purgauit affectum. 55.

Spiritus sanctus qualiter operatur. 58. 59. 60.

Peccatum Spiritum sanctum fugat. 63.

Spiritum sanctum habentes filij Dei sunt. 66. 67.

Spiritum sanctum habentes semper solliciti & timidi. num. 65.

Spiritus sanctus communicatur in baptismo. vide, Baptismus, num. 9. 19. 20. & c.

Blasphemia in Spiritum sanctum qualis. vide Blasphemia, num. 2. & 4.

Spiritus sanctus viuificator.

GENES. 1. *Et spiritus Domini ferebatur super aquas.* LIPOMAN. Alia litera, scilicet Syra habet, [& spiritus Dei fouebat aquas, vimque vitalem imprimebat aquis in similitudinem auis incubantis.] AMBROS. Ornan-do cœli polo germinaturis terris pulchrè spiritus superferebatur sanctus: Quia per ipsum habebant nouorum partuum semina germinare. Vnde *Psal.* 103. [Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.] Vnde etiam in symbolo, viuificans dicitur. Item *Psal.* 32. [Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.] CYRILLVS. Viuificat omnia spiritus Dei, cum & ipse natura vitæ sit, ut pote à vitæ. hoc est, à Deo Patre & filio procedens. CHRYSOST. Mihi videtur hoc significare quod affuerit efficax quædam & vitalis operatio aquis, & non fuerit aqua stans, & immobilis, sed mobilis, & vitalem quandam vim habens: nam quod immobile omnino, inutile est, quod verd mouetur, ad multa conducit. Vide etiam, *Baptismus*, num. 1. ex THEODORETO & AVGVSTINO. *Qui dicunt Spiritum sanctum omnia illustrare sua presentia.*

Spiritus sanctus creator, & conseruator.

GENES. 1. *Et vidit Deus lucem, quod esset bona.* AVGVST. Duo sunt propter quæ amat Deus creaturam suam, ut sit, & ut maneat, ut ergo esset, spiritus Dei ferebatur super aquas, ut autem maneret, vidit Deus, quia bona est: & quod de luce dictum est, hoc de omnibus quæ manent. Et super illud; *producant aqua reptile*, &c. ait AMBROS. Viuere pisces

pisces sine aqua non queunt, nec à sui parentis consortio separari, quin moriantur illic: quia quod nobis est spiritus, illis est aqua.

Spiritus sanctus charitas est & vnio.

3. **Q**UOD Spiritus sanctus sit charitas & vnio. Vide, *Anima*, num. 4. ex BERNARDO.

Spiritus sanctus viuificator.

4. **G**ENES. 1. *Ad imaginem Dei creauit illum.* BERNARDVS *lib. de via solitaria*, Homines docent Deum querere, Angeli adorare, solus Spiritus sanctus est, qui docet inuenire habere, & frui. Ipse viuificat spiritum hominis, & continet in vnum, sicut ipse hominis spiritus viuificat & in vnum continet corpus suum. Vnde in catalogo spiritualium exercitiorum Apostolus prudenter inferuit 2. *Corinth.* 6. Spiritum sanctum dicens: [In castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, in medio harum bonarum virtutum constituit Spiritum sanctum, quasi omnia facientem, ordinantem, & viuificantem sicut cor in medio corporis.]

Spiritus sanctus quibus datur.

5. **G**ENES. 2. *Factus est homo in animam viuentem.* Vide, *Caro*, num. 5. ex IRENÆO. Quomodo Spiritus sanctus detur calcantibus carnem suam, & addit. Adam nondum spiritualis effectus est; ob spiraculum vitæ, quod accepit: ait enim factus est homo in animam viuentem, tunc autem spiritualis effectus est, cum in paradiso constitutus est, & præceptum perfectionis accepit: & postquam peccauit, & emissus est de paradiso, in eo remansit, ut animalis esset; & ideo animale hominem prius gestamus omnes, donec assequamur spirituales Adam, id est, Christum iuxta illud Apostoli 1. *Corinth.* 15. [Non primum quod spirituale, sed quod animale.]

Spiritus sancti gratia terram germinare facit.

6. **G**ENES. 2. *Fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terræ.* RVPERT. id est, gratia Spiritus sancti tanta copia rigans massam generis humani, ut cum sanctorum & electorum cedris, & oliuis, & vineis lignum quoque vitæ, id est Christum fecerit de terra nasci virginæ carnis: omnem namque terram fecit aptam frugibus alendis.

Septem dona Spiritus sancti.

7. **G**ENES. 7. *Et de volatilibus cœli septena, & septena.* EVCHER. Quod autem septena sint munda, & bina immunda, non quia pauciores sunt mali, quam boni, sed quia boni seruant vnitatem spiritus in vinculo pacis. Sanctum enim spiritum diuina scriptura in septiforma operatione commendat, sapientia, & intellectus, consilij & fortitudinis scientia, & pietatis, & timoris Dei. Mali autem in binario numero ad schismata faciles, & quodammodo diuisibiles ostenduntur. Vide, *Tentatio*, num. 58. ex BERNARDO.

Spiritus sanctus peccata remittit.

8. **G**ENES. 8. *Et adduxit spiritum super terram & immixta sunt aquæ.* LIPOMAN. Aliqui per spiritum hic intelligunt aërem quemdam vehementem cuius flatu exsiccatae sunt aquæ, sicut *Exodi* 14. Flante vento vehementiori, & vrente vertit in siccum mare. AMBROS. autem & THEODORET. Spiritum sanctum intelligunt; quia ventus non poterat siccare diluuium: Aquæ enim ventis imminui

non solent sed fluctuare, atque turbati. AMBROS. Spiritus sanctus virtute inuisibili & cœlesti operatione repressit, non flatu, Vnde scriptum est, [Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.] Qui spiritus est creator vniuersorum, sicut etiam Iob dicit: Spiritus diuinus, qui fecit me.] EVCHEER. Ille spiritus de quo dictum est: [Spiritus Domini ferebatur super aquas.] tunc enim ferebatur, ut congregatis in suum locum, terra appareret: Nunc autem adducitur, ut ablati de medio aquis diluuij faciem terræ reuelaret. RVPERT. Magnum, & pulchrum est pietatis opus, sed maximum atque pulcherrimum est, quod in eo mysticè designatur; Vide, *Resurrectio Christi*, num. 4. & addit. Sed & super omnem terram per vnus viri resurrectionem, adduxit Deus spiritum. Dedit enim ex tunc hominibus Spiritum sanctum in remissionem peccatorum, qui ita nebulas cordium dissipat, tentationumque fluctus exsiccat, quomodo ille ventus, quem tunc Deus adduxit super terras aquas imminuit; Et super illud. *Emisit quoque columbam post eum*, &c. *Qua reuerfa est ad eum in arcam.* IDEM. Postquam Dominus noster à mortuis resurrexit, & opertos montes suos tristitia, in læticiam releuauit, quadraginta dies sustinuit, quibus transactis in cœlum ascendens, nouam prædicari baptismi iussit gratiam, misso Spiritu sancto de cœlo. *Coruus emissus est*, &c. Vide, *Ecclesia*, num. 15. Vide etiam, *Baptismus*, num. 8.

Trina communicatio Spiritus sancti Christo & Apostolis, & omnibus.

GENES. 8. *Et post septem alios dies emisit columbam, quæ non est reuerfa.* RVPERT. Tertio, columba emittitur, quia tertio, ipse qui caput est Ecclesie Christus, vnctus est Spiritu sancti vnctione. Primo, quando de Spiritu sancto conceptus est. Secundo, quando super eum ad Iordanem Spiritus sanctus in specie columbæ descendit. Tertio, quando resurrexit à mortuis; in cuius figura Dauid qui Christi typum gessit, tertio in regem vnctus est. Primo, quando vnctus est à Samuèle in domo patris sui. 1. *Reg.* 16. Secundo, quando vnctus est in Hebron super Iudam solum, 2. *Reg.* 2. Tertio, quando vnctus est super Israël vniuersum: similiter, & trina Spiritus sancti gratia cuique fideli animæ tribuitur in quolibet sacramento. Prima remissio peccatorum. Secunda diuersorum distributio donorum. Tertia remuneratio in resurrectione mortuorum. Igitur prima emissio columbæ, quæ est remissio peccatorum tributa est à vero Noe, id est, Christo requie nostra statim post resurrectionem suam, dum dixit *Ioannis* 20. [Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c.] At illi non ausi sunt exire in publicum, & annunciare hominibus talem gratiam propter metum Iudæorum. Bene ergo de columba primum emissio dictum est, quia cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuerfa est ad arcam: aqua enim erant super vniuersam terram. Illa videlicet aquæ, quæ iuxta *Psal.* 68. intrauerunt vsque ad Christi Domini animam, quas Apostoli adhuc infirmi meruebant. Quod secundo emissio columba redit ad vesperam, & deuexit ramum oliuæ virentibus folijs significat, quia datus est Spiritus sanctus secundo Apostolis in die Pentecostes; & tertio circa finem vitæ, & quemque illorum ad cœlesti Ecclesie requiem cum æterno perfectæ pacis premio reuocauit. tertio, emissio iam non est reuerfa, quia cum resurrexerint à mortuis; quæ tertia erit effusio Spiritus sancti, nusquam mittentur vnde redeant: nec enim ad operandum, sed ad regnandum immortaliter exhibent.

Spiritu sancto filius oblatu à Patre & à se ipso.

10. **GENES. 22.** *Iste verò portabat in manibus ignem.* LIPOMAN. Per ignem sancti intelligunt Spiritum sanctum, per quem semetipsum Dei filius obtulit restante Apostolo, [Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit Deo, emundabit conscientiam nostram,] &c. Sicut ergo Filius per Spiritum sanctum seipsum obtulit. Sic & per eundem Spiritum proprium Filium suum pro nobis obtulit. Vnde in Evangelio; [Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.] Sic dilexit, id est, Spiritu charitatis.

Spiritus sancti septem dona.

11. **GENES. 41.** *Ascendebant septem bonae pulchrae & grassae nimis.* ISIDOR. In septem speciebus plenae, sicuti in septem vaccis pinguibus ostendebatur, quod sunt septem charismatum spiritualium dona, quibus ubertas fidei diuinæ in gratiam noui Testamenti largi pietate redundat; quæ ad nutriendam infantiam Ecclesie primitiua processerunt, Itaque fertilitatis illa hebdomada, &c. Vide *Anichristus*, num. 3.

Spiritu sancto Christus repletus.

12. **GENES. 49.** *Lauit in vino stolam suam, & in sanguine vna pallium suum.* AMBROS. Bona stola est caro Christi, quæ omnium peccata operuit, omnium delicta suscepit; quæ omnium errores texit, bona stola, quæ vniuersam induit vestem iucunditatis. Lauit hanc stolam in vino, quando cum baptizaretur in Iordane, descendit Spiritus S. sicut coluba, & mansit super eum: quo significatur, quod plenitudo Spiritus sancti in diuina in eo fuerit, nec recesserit. Vnde Evangelista ait; [Quia plenus Spiritu sancto dominus Iesus regressus est à Iordane.] Lauit ergo Iesus stolam suam, non ut suam, quæ non erat, sordem ablueret, sed ut nostram quæ erat. Denique ait & in sanguine vna pallium suum, hoc est, in passione corporis sui diluit gentes suo sanguine. Etenim verò gentes sunt sicut scriptum est: [Viuo ego dicit Dominus, nisi omnes eos induam sicut vestimentum.] Et alibi; [Sicut amictum mutabis eos, & mutabuntur.] Non ergo sanguine proprio sua peccata, quæ non erant, sed nostra quæ fecimus delicta mundauit, &c.

Spiritus sanctus non dicitur Angelus.

13. **EXOD. 3.** *Apparuit ei Dominus in flamma ignis.* AVGVST. 2. *de Trinitate cap. 13.* Secundum aliam literam. [Apparuit ei Angelus.] Vnde non potest hic intelligi, quod Deus Pater ei apparuit, sed aut Filius, aut Spiritus sanctus; Quamquam Spiritum sanctum alicubi angelum dictum non recolam; sed ex opere possit intelligi. Dictum enim de illo est, quæ ventura sunt annuntiabit vobis, Angelus autem Græcè, Latine nuncius interpretatur, &c. Vide *Christus*, num. 13.

Spiritus sanctus digitus Dei quare dicatur.

14. **EXODI 8.** *Dixerunt malefici ad Pharaonem, digitus Dei est hic.* LIPOMAN. Hoc est, hoc fit virtute diuina, capitur enim digitus pro potentia, sicut & manus, & brachium. RVPERT. Hoc dixerunt victi ad consolationem pudoris sui, ac si diceret siquidem pugnaret contra nos homo præualuisset; nunc autem qui pugnat non hominis, sed Dei digitus est; & idcirco danda nobis est venia quia vincimur. AVGVST. 9. 5. in *Exod.* Digitus Dei, sicut Evangelium manifestissime loquitur Spiritus sanctus, intelligitur: namque vno Evangelista ita narrantem verba Domini, vt

diceret, [Stego in digito Dei eiicio dæmonia.] *Luc. 11.* Alius Evangelista, id ipsum narrant exponere voluit, quid sit digitus Dei, & ait *Matth. 12.* [Si ego in spiritu Dei eiicio dæmonia.] *Hieron. super Matth. 12.* Spiritus sanctus est digitus, quem continentur magi, qui contra Moysen & Aaron signa faciebant. Isto digito tabulae lapideæ scriptæ sunt in monte Sinai; si igitur manus ac brachium Dei filius est, & digitus eius Spiritus sanctus; Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna substantia est; non autem te scandalizet membrorum inæqualitas, cum ædificet unitas corporis. EVERT. Digitus autem dicitur Spiritus sanctus, propter partitionem donorum, quæ ab eo dantur vnicuique propria, siue hominum, siue Angelorum. In nullis enim membris nostris sic apparet partitio, quàm in digitis. RVPERT. Sed & plures digiti in Spiritu sancti significatione dicuntur, sicut & vnus est Spiritus, & tamen septem spiritus ante thronum legimus. Vnde & Pl. [Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum,] videlicet ob plurimam donorum. STRAVS. Per digitum Spiritus sanctus intelligitur, non quia minor sit Patre, & Filio; sed quia in digito plurimæ diuisiones sunt, & per Spiritum sanctum datur diuisio gratiarum.

Idem.

15. **EXODI 5.** *Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine.* AMBROS. *lib. 3. de Spiritu sancto c. 2.* Sicut Filium Dei scriptura dexteram Dei dixit hoc in loco: ita Spiritus sanctus appellatus est digitus Dei apud Lucam; [Quod si in digito Dei eiicio dæmonia] hunc digitum Dei Mathæus spiritum nominauit, dicens: [Quod si in spiritu Dei eiicio dæmonia.] Quid expressius dici potuit ad significandum diuinitatis, vel operationis unitatem; quæ secundum diuinitatem est Patris & Filij & Spiritus sancti, quam vt intelligamus, multo magis quam corpus hoc nostrum æternæ plenitudinem diuinitatis scindi videri, si quis unitatem substantiæ separet?

Spiritus sanctus multipliciter appellatur.

16. **EXOD. 17.** *Flauit spiritus tuus & operuit eos mare.* INTERT. Spiritus tuus indignationis scilicet, vel ventus vrens. HIRON. in *Proverb. cap. 2.* Spiritum suam potentiam vltionis nominat, de qua in *lib. Job cap. 5.* dictum est: [Iniquos flante Deo perisse, & spiritu iræ eius esse contemptos.] AVGVST. 9. 55. *super Exodum.* Ecce iam quinque commemorantur spiritus Dei in Scriptura. Meminerimus autem ex hoc loco spiritum Dei non solum ad beneficia, vt etiam ad vindictam commemorari, propter diuersas enim operationes & effectus spiritus Dei dissimiliter appellatur, cum sit vnus atque idem ille duntaxat: Proinde non arbitror alium quàm eundem significari, vbi dicit Apostolus; [Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis in quo clamamus Abba Pater.] Quia eodem spiritu Dei, id est, digito Dei, quo lex in tabulis lapideis conscripta est, timor incussus est eis, qui gratiam nondum intelligebant, vt de sua infirmitate atque peccatis per legem conuincerentur, & lex illis fieret pædagogus; quo perducerentur ad gratiam, quæ est in fide Iesu Christi: de hoc autem spiritu adoptionis & gratiæ dicitur: [Spiritus autem viuificat,] cum supra diceretur: [Litera occidit,] id est, lex conscripta tantummodo iubens sine adiutorio gratiæ.

Spiritus sanctus aquæ comparatur.

17. **EXODI 17.** *Percuties petram & exibit ex ea aqua.* RVPERT. Per aquam, quæ de petra fluxit, non solum

delabri sustentabantur, vt lux abundanter vndique perluceret iure multiformes spiritus fulgores in hoc tabernaculo perfulgere intelliges; septem partitos enim Spiritus radios etiam Ilias partitus est.

Spiritus sanctus in igne apparuit.

21. **EXODI 3.** *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis.* Quare Spiritus sanctus apparuit Apostolis in flamma ignis, Vide *Dem.* num. 6. 7. & 40.

Spiritu sancto loqui sunt sancti.

22. **EXODI 15.** *Cantemus Domino, gloriosus enim magnificatus est.* AVGVST. *lib. 1. de mirabilibus sacre Scripturæ cap. 21.* Carmen hoc vniuersi pariter decantabant, vbi enormi fatis admiratione accidit dignum miraculum, vt cuncti pariter senes cum pueris, & omnes ætates eodem inspirante flamine vno quasi ex ore, nulla præuentione edocti eadem concinentes literas decantarent in vnum: Vbi non consuetudine humani ingenij, sed diuino Spiritu cunctorum pectora & ora inspirata sunt.

Spiritus sancti datio æquiparatur dationi legis.

23. **EXODI 19.** *Umq; adueniat dies tertius, &c.* AVGVST. *quæst. 70. super Exod.* Dies tertius iste apparet tertij mensis ab exitu Israel de Ægypto, qui quidem quinquagesimus dies est à die decimo quarto primi mensis, quo pascha celebrantur; Quia prioris mensis superfuert dies decem & septem, secundi verò mensis, si numeres totos triginta, & huius tertij tantum hos tres, inuenies quinquaginta integros. BEDA *homil. vigilia Pentecostie.* Quinquagesima die post occisionem agni data est lex, descendente Domino supra montem in igne, & quinquagesima æquè die post resurrectionem nostri Redemptoris, data est gratia Spiritus sancti discipulis in cœnaculo constitutis; quæ apparente foris igni visibili inuisibiliter eorum pectora luce scientiæ irradiant, atque inextinguibili charitatis ardore succendit; Et hic altitudo cœnaculi, & ibi cacumen montis sublimitatem præceptorum & donorum indicat cælestium: Sed hic in maioris signum perfectionis, omnes qui accipiebant spiritum, in cœnaculo erant positi, illic ad designanda infirmorum corda auditorum, populum quidem omnis infra montem stabat, ac pauci seniorum montis partem conscenderant. Solus autem Moyses in ipsum verticem, (vbi in igne diuina maiestas præfulgebat) ascendit. Ibi inter flammam ignium, & micantia fulgura fragor quoque tonitruorum, & clangor buccinæ personabat. Hic autem cum ignearum visione linguarum sonitus pariter de cælo, tamquam spiritus vehementis aduenit. Sed cum in vtraque datione, & legis videlicet & gratiæ fortis audiretur sonitus, affuit virtus doni cælestis, quæ intus sine sonitu discipulorum corda doceret. Ibi auditis legalibus edictis respondet omnis populus concorditer. [Omnia verba quæ locutus est Dominus, audicimus & faciemus.] Illic accepta illustratione spiritus cætus omnium nationum linguis Dei magnalia loquebatur. Et bene quidem; Quia legis obseruatio vni tantum nationi Iudææ data est. Verbum verò Evangelij cunctis per orbem gentibus prædicandum erat, & cunctorum linguis populorum Christianæ fidei erant præconia dicenda, iuxta illud, [A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini.] ISIDOR. Aspexit illic cunctus populorum Christianæ fidei erant cunctorum linguis populorum Christianæ fidei erant buccinæ fortis prædicatio sanctorum.

lùm sanguis intelligendus est Christi, siue aqua visibilis, quæ de patefacto eius latere cum eodem sanguine cæcarrit, sed & inuisibilis gratia Spiritus sancti de qua mulieri Samaritanæ ipse dixit: [Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in æternum, sed fiet in eo, &c.] Et alibi, [Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.] Hoc autem (inquit Evangelista) dicit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum, & continuo subiunxit, [Nondum erat spiritus datus; quia Iesus nondum erat glorificatus.] Ergo nisi petra percussa fuisset, aqua non fluxisset, id est, nisi Christus per passionem hinc abiisset, ad nos, sicut ipse ait, Paracletus ille non venisset.

Spiritus sanctus digitus Dei dicitur.

18. **EXOD. 31.** *Deditque Dominus, &c. duas tabulas testimonij lapideas scriptas digito Dei.* AVGVST. *lib. de catechizandis rudibus cap. 20. & sermone 6. de verbis Apostoli.* Per digitum Dei intellige Spiritum sanctum; sicut in Evangelio manifestissime declaratur; nam vbi dicit vnus Evangelista, [Si ergo in spiritu Dei eiicio dæmonia.] Alius dicit, [Si ergo in digito Dei eiicio dæmonia.] Lex ergo digito Dei, id est, spiritu Dei scripta est, quo spiritu victi magi Pharaonis, dixerunt: [Digitus Dei est hic.] Dicitur autem Spiritus sanctus digitus Dei; quia per Spiritum sanctum, sanctis Dei dona diuiduntur, vt cum diuersa possint non tamen discedant à concordia charitatis. In digitis autem maxime apparet quædam diuisio, nec tamen ab unitate præcilio. AMBROS. *lib. de Spiritu sancto, cap. 2.* Non carnali digito Deus harum literarum apices, & elementa formauit, sed spiritu suo dedit legem. Et ideo Apostolus dixit, [Lex enim spiritualis est, quæ vtique non aramento scripta est, sed spiritu Dei viuæ, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Nam si Apostoli epistola scribitur in spiritu, quid obstat quominus legem Dei etiam non aramento sed spiritu Dei scriptam credere debeamus, quæ vtique cordis nostri mensuræ secreta non maculat, sed illuminat: scripta est autem in lapideis tabulis, &c. Vide *Lex*, num. 13.

Spiritus sanctus facies Dei dicitur.

19. **EXODI 33.** *Lixitque Dominus facies meæ præcedet te & requiem dabo tibi.* LIPOMAN. Hebraicè legitur, [Facies mea ibit, & requiescere faciam te.] Hebraismus est, quasi dicat: ego te præcedam, ego ipse ducam vos, quo tibi maior sit requies. Vnde Septuaginta, [Ego præcedam te, & requiescere faciam te.] Chaldaica, [Maiestas mea ibit & requiem dabo tibi.] Potest etiam hic verborum esse sensus: tu quidem in pace tuo tempore quiesces, Ego verò gratiam meam à populo hoc non solum auerturus vnquam, sed complebo ei promissa. CYRIL. *lib. 3. T. esauæ.* Sed & facies Patris Spiritus sanctus appellatur; Quoniam ostendit ipsam essentiam Dei, vnde est, qui manus quoque dicitur propter virtutem omnipotentem, quæ illi inest. GRÆGOR. 2. *Adoral. cap. 10.* Nos quod amamus respicimus, quod verò auertari volumus, ab eo faciem declinamus. Quid itaque Dei facies, nisi respectus eius gratiæ perhibetur intelligi: quæ eum in promissionis terra feliciter erant introducturus.

Spiritus sancti septem dona.

20. **EXODI 37.** *Fecit & candelabrum ductile de auro emundissimo, & fecit & lucernas septem.* ISIDOR. Candelabrum istud septem ramorum Spiritus sancti gerebat imaginem, qui septiformi gratia illustrat Ecclesiam omnem, in unitate fidei consistentem. GRÆGOR. NYSSEN. Cum de lychnis audis, id est, de lucernis, quod septem partitò ex vna basi, ac radice cau-

Spiritus sanctus missus à Christo in discipulos.
 24. **EXODI 24.** *Ascende ad me in montem, & esto ibi, & daboque tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata, quæ scripsi ut doceas eos.* RVPERT. Sed & altiori intelligentia Christus Iesus ascendit ad Deum, non in montem terrenum, sed in ipsum cælum, ut acciperet nobis non occidentem literam, sed viuificantem spiritum, iuxta illud. [Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona hominibus,] quæ dona? [Et ipse dedit quoddam quidem Apostolos, alios verò Euangelistas, &c. Hæc & huiusmodi dona spiritalia scripsit nobis non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, scripsit autem non calamo nec atramento, sed digito Dei, id est spiritu sancto, nam quinquagesimo die postquam resurrexit à mortuis, cuius etiam hic dies quinquagesimus exemplar fuit, cum essent omnes discipuli eius congregati, missus est ad scribendum hic Dei digitus, hic Spiritus sanctus, multiplex, subtilis.

Dispositio ad accipiendum Spiritum sanctum.
 25. **EXODI 25.** *Faciamque mihi sanctuarium & habitabo in medio eorum, &c.* BERNARD. *De interiori domo cap. 6.* Et nos igitur mundem conscientiam nostram, & semper parati sumus ut quacunque hora venerit Dominus, & nobiscum habitare voluerit, paratam sibi in nobis inueniat mansionem; hanc namque dixit, [Facite mihi sanctuarium, & ego habitabo in medio vestri.] Studeamus ergo templum Deo ædificare in nobis. Primò quidem, ut in singulis nobis. Deinde ut in omnibus simul inhabitet. Quia nec singulos dedignabitur, nec vniuersos. Primo igitur studeat vnusquisque ne distideat ipse à semetipso, quoniam omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet, nec intrabit Christus vbi parietes inclinati fuerint, & maceræ depulsæ; videat anima si desiderat Christum inhabitare per fidem in corde suo, & sollicitè caueat, ne à se ipsis membra eius distendant, id est, ratio, voluntas & memoria; Dignum enim habitaculum parat Deo, cuius nec est ratio decepta, nec voluntas peruersa, nec memoria inquinata. Fœlix illa anima est, quæ domum cordis sui, sic de peccatorum fordibus studet emundare, & sanctis ac iustis operibus adimplere, ut in eam non solum Angelos, verum etiam Dominum Angelorum habitare delectet.

Spiritus sancto loquuti sunt Apostoli nouis linguis.
 26. **EXODI 14.** *Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tue iriticeæ.* LIPOM. In eodem festo Pentecostes gratiarum actio deferebatur pro nouis fructibus, de quibus primitiæ tunc offerebantur Domino largitori: in quo festo nobis significabatur Spiritus sancti in Apostolorum pectora missio. Quando loquuti sunt nouis linguis magna gloria Dei, &c. Vide *Perseuerantia*, num. 16.

Idem.
 27. **LEVITI 2.** *De spicis adhuc virentibus torrebis eas igni, &c. si offeres primitias tuas Domino.* ORIGEN. Hoc in die Pentecostes lex Dei iussit fieri. Sed illis umbra data est, nobis veritas referuata est. In die autem Pentecostes, oblato sacrificio orationum Spiritus sancti primitias Apostolorum suscepit Ecclesia; & verè hæc fuerunt recentia, quia nouum erat, vnde & multo pleni dicebantur: *igni iossa.* Ignæ namque linguæ supra singulos confederunt.

Spiritus sanctus quomodo perseuerabit in anima.
 28. **LEVITI 6.** *Ignis in altari semper ardebit.* INTERL. **Q**ui perfectæ sapientiæ operationem quasi ho-

locustum vult offerre, ignem Spiritus sancti non sinat per negligentiam delicere, quem nutrit facies desubiciens ligna mane, per singulos dies. INTERL. Sanctorum scilicet exempla & Scripturæ testimonia. OLEASTER. Docet te iste locus, ne sinas extingui spiritus ignem, quem semel accenderit in te. Tribus enim solet, ut dicunt sancti, ignis foueri, lignis nempe, flaribus & cineribus: sic & diuinus ignis bonis operibus; quæ per ligna designantur, suspiriis gemitibusque ac humilitate, quæ admirantur flaribus, & cinere. Vide *Charitas*, num. 11. ex GREGORIO.

Pro die Pentecostes.
 29. **LEVITICI 9.** *Et ecce ignis egressus à Domino deuorauit holocaustum.* INTERL. Apertè Spiritum sanctum ostendit, qui in igne apparuit. deuorauit, id est gratanter suscepit. GLOSSA ORDIN. Egressus ignis à Domino, quia Spiritus sanctus à Patre filioque procedit, & apparuit omni multitudini, cui simile Lucas ait: Facta autem hac voce conuenit multitudo, & mente confusa est, & non solum conuenit, sed & expauit. Vnde, [Stupebant autem omnes & mirabantur.] *Et laudauerunt omnes.* INTERL. Hoc impletum est, quando variis linguis loquebantur Apostoli, & stupebant omnes qui eos audiebant, & laudabant Dominum. OLEASTER. Per gloriam Domini intellige ignem quem Dominus de cælo misit ad sacrificium comburendum; quod fuit apud Patres signum diuinæ acceptationis, ut ex multis Scripturæ locis constat, ut *Iudu. 6.* de Gedone, & *13.* de Manue, & *2. Paralip. 7.* de Salomone, & *3. Regum 18.* de Elia.

Quomodo intelligatur, Auferam de spiritu Moysi.
 30. **NUMERI 11.** *Auferam de spiritu tuo iramque eis ut sustinerent tecum vnus vnus populi.* AVGVST. *q. 18. in Numer.* legit: [Auferam de spiritu qui in te est.] Quia nihil aliud significare voluit, nisi ex eodem spiritu gratiæ illos quoque habituros adiutorium ex quo habebat Moyses, ut & isti haberent quantum Deus velit; non videro Moyses minus haberet. ORIGEN. *hom. 6. in Numer.* Moyses & Spiritus, qui erat in eo, quasi clarissimi luminis lucerna fuit, ex quo Septuaginta Deus accendit, ad quos principalis luminis splendor aduenit, & origo ipsius nihil damni ex deriuatione accepit. LYRAN. *Auferam de spiritu tuo*, id est, de cura tua, & iramque eis, ut parito in aliis onere leuius sit tibi. Aliter: *de spiritu tuo*, id est, de spiritu gratiæ tibi datæ. & tunc non est intelligendum quod aliquid sit ablatum Moysi, & traditum aliis, sed fuerunt illuminati absque diminutione gratiæ Moysi: sicut à lumine vnus candelæ illuminantur plures absque sui luminis diminutione.

Spiritus sanctus in quibus requiescit.
 31. **NUMERI 11.** *Cumque requiesceret in eis Spiritus, prophetauerunt, nec ultra cessauerunt.* ORIGEN. *vbi supra.* Non legitur requiescisse Spiritus sanctus, nisi in sanctis. Requiescit enim in his, qui mundo sunt corde, qui purificant animas à peccato: Sic vt non habitet in corpore subdito peccatis, etiam si habitauit aliquando: non enim potest pati societatem mali. Peccantes ergo contristamus Spiritum sanctum, bene agentes requiem ei paramus. Quod ergo hic ait: *quod Spiritus requiescit in eis*, laudem vitæ eorum & virtutes exposuit; quod verò ait, *et prophetauerunt, nec ultra cessauerunt*: aliam Spiritus sancti proprietatem insinuat, quod continuo operatur spiritus, nec otium patitur vbi operandi materia digna suppediat. Sed in hoc differunt Christus, & alij sancti, quod in Christo requiescit & perseuerauit semper Spiritus sanctus, iuxta illud *Isai. 11.* [Et requiescit super eum Spiritus

Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ,] &c. Vide quia super nullum alium Spiritus Domini requiescisse hac septemplex virtute describitur, per quod diuini spiritus substantia, quæ (quia vno nomine non poterat) diuersis vocabulis explanatur, requiescere super eum prophetatur: De aliis sanctis verificari non potest, quod perseuerauerit in eis Spiritus sanctus: cū peccatum aliquando habuerint. Vnde hoc certum signum datum est Baptista. *Ioan. 1.* [Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum ipse est.] de illo enim solum dictum est, [Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.] Quia enim solus est qui peccatum non fecit, ideo in illo solo mansit, & permansit Spiritus. Constat ergo reliquos omnes sub peccato fuisse, nec congruit vt tempore peccati dicamus spiritum mansisse in eis. Moyses enim Spiritum sanctum habuit, sed peccauit, quando *Numer. 20.* dixit: [Audite increduli, num potest ista poterimus aquam euicere vobis?] [Dauid quoque Spiritum sanctum habuit, vnde & dicebat: Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.] In quo ostendit, quia potest auferri, & sine ipso erat quando dicebat: [Redde mihi lætitiã salutaris tui, & spiritu principali confirma me.] Salomon etiam Spiritum sanctum habuit, vnde iudicabat populum in iustitia & æquitate, & templum ædificauit; sed non permansit in eo, vnde templum dæmonibus fecit, & dedit voluptatibus fuit. Abdias à Domino missus est in Bethel, & in Spiritu sancto verba Domini locutus est, sed non permansit, & à leone occisus est.

Pro die Pentecostes.
 32. **DEUTER. 32.** *Vt suggeret mel de petra oleumque de saxo durissimo.* GREGOR. *hom. 26. in Euangelium.* Hoc iuxta historiam factum numquam legitur. Sed de petra, id est Christo, mel luxerunt, quia eius facta & miracula viderunt. Oleum vero de firmamenta (sic enim legitur aliqui, vt ait INTERL.) Quia post resurrectionem eius Spiritus sancti vnctionem meruerunt; petra mel dedit, quando adhuc mortalis miraculorum dulcedine ostendit. Firma petra oleum fudit, quia post resurrectionem impassibilis, per afflictionem sancti Spiritus donum sanctæ vnctionis donauit. Iuxta illud *Isai. 10.* Computrescit iugum à facie olei.

Spiritus sanctus remittit peccata.
 33. **VDIC. 15.** *Irruit spiritus Domini in eum, & sicut fornax ad ardorem ignis.* Alia litera [ad odorem ignis.] *lina confemi, ita vincula, quibus ligatus erat dissipata sunt & soluta.* Etiam si peccatorum vincula fortia fuerint, adueniente spiritu Dei facillè remittuntur, & soluantur, quoniam ipse est remissio peccatorum, & vbi spiritus Domini ibi libertas.

Spiritus sanctus, spiritus fortis.
 34. **1. REG. 11.** *Et insiluit spiritus Domini in Saül, cum raudisset verba hæc, & iratus est furor eius nimis.* Alia litera, [Et incaluit natus eius vehementer.] VATAB. & CHALD. PARAPHRASES. Spiritus fortitudinis missus est à Deo in Saulem, id est, reddidit eum fortiorem, quàm prius erat.

Pro die Pentecostes.
 35. **3. REG. 18.** *Ecce nubecula paruula quasi vestigiū plumæ grandis.* ISIDORVS. Nascente Christo Dei filio inter homines, & terneritudinem carnis nostræ accipiente postquam mortem gustauit, & victor de mundo ad cælos ascendit, imbrem gratiæ diuinæ per septiformem spiritum de supernis ad terram misit,

quæ nos à peccato mundaret, & spirituales fructus gignere faceret.
Cooperandum motioni Spiritus sancti.
 36. **1. REG. 5.** *Cum audieris sonitum clamoris gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælum, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, &c.* GLOSS. ORD. *cap. in Græco est ignis: pyrorum cacumen est sublimitas sanctorum: Dat igitur Deus signum doctoribus sanctis, ad prædicandum missis, vt sequantur scilicet, deuotionis ministerium, quos Spiritus sanctus dirigit præmonendo.*

Pro die Pentecostes.
 37. **2. PARALIP. 5.** *Impleverat domus Dei nube, &c. Compleuerat enim gloria Domini domum Dei, ita vt nec possent sacerdotes stare & ministrare propter caliginem.* Applica ad diem Pentecostes. Hic erant centum viginti sacerdotes, & ibi, [Erat autem turba hominum simul fere centum viginti.] Hic *longè sonitus audiebatur*, & ibi, [Factus est repente de cælo sonus,] & hic, *laudabant Dominum dicentes consistemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius, & ibi,* [Erat omnes pariter in eodem loco perseuerantes vnanimiter in oratione.] Sed in hoc est differentia: quia hic *impletur domus nube & caligine, serui enim erant.* At in die Pentecostes, [repleti sunt omnes Spiritu sancto,] & [apparuerunt eis dispersita linguæ, tanquam ignis, sed quæ supra singulos eorum.] Verè filij lumine & igni circumdati, &c. Er non solum non impediabantur, ne facerent ministerium suum sicut hic; verum [cæperunt loqui variis linguis prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.]

Idem.
 38. **2. PARALIP. 7.** *Ignis descendit de cælo, & deuorauit holocausta, & victimas.* LYRAN. In signum diuinæ acceptationis, sicut enim in consecratione Aaron, & filiorum eius, *Leuitic. 9.* Et in oblatione Elæ, *3. Reg. 18.* Et sicut in sacrificio Dauid in area Ornan Iebulci, *1. Paralip. 21.* *Et maiestas Domini impleuit domum, sed & omnes filij Israel videbant descendentem ignem, & gloriam Domini super domum:* Hic effectus fuit orationis Salomonis regis; cum compleisset Salomon fundens preces, &c. Et aduentus Spiritus sancti effectus fuit orationis Christi Domini, &c.

Spiritus sancti donum ab immensa misericordia Dei processit.
 39. **2. ESDRÆ 9.** *Tu autem Deus propitius clemens & misericors longanimis, & multa miserationis non dereliquisti eos, sed & in misericordis tuis multis, non dimisisti eos in deserto: Spiritum tuum bonum dedisti eis, qui doceret eos, & manna tuum non prohibuisti, ab ore eorum.* Si de spiritu Angelico hac cum ponderatione loquitur, quid de inenarrabili dono Spiritus sancti diceret.

Spiritus sanctus vino comparatur.
 40. **3. ESDRÆ 3.** *Viri quam prauales vinum omnibus hominibus, qui bibunt illud? Per vinum intelligitur in scriptura Spiritus sanctus, & Apostoli multo pleni videbantur. Notandæ autem sunt vini proprietates hic posite. Seducit mentes, scilicet seductione sancta illas illuminando; Facit mentem vanam, Spirituale vero vinum firmam, optimum est gratia stabiliri cor. Serui ac liberi, pauperes ac diuites, & omnem conuertit in securitatem, & incunditatem: quam magna multitudo dulcedinis tuæ, &c. Non meminit omnem trinitatem, & debitum: In Cain, qui spiritum Dei non habuit*

huit contrarium inuenies: & omnia precordia facit honesta, tam opera exteriora quam interiora rectificat. Non meminit regem nec magistratum: vnde & Apostoli dicebant, obedire magis oportet Deo quam hominibus. Et omnia per talenta loqui facit: hoc est, secundum talentum cuiusque, eum loqui facit, vnde & Apostoli loquebantur variis linguis magna, &c.] Vnde secundum L Y R A N. de minimis rebus tanquam de maximis loquitur, vnde & Apostolus [quod momentaneum est & leue tribulationis nostra, &c.] Et maximam partem pendit, [Omnia arbitratu sum ut iterora.] Non meminerunt amicitiam nec fraternitatem, iuxta illud, [Qui non odit Patrem, &c.] Sed non multo post sumunt gladios: scilicet mortificationis & abnegant semetipfos; & cum à vino meserint & surrexerint, non meminerunt, que gesserunt: [Et quidem quare retro sunt obliuiscens ad anteriora extendens me ipsum, &c.] Et Qui sanctus est sanctificetur adhuc. O viri num procellis vinum?

Pro die Pentecostes.

41. 4. ESDRAE 3. Inclinaisti oculos, & statuisti terram, & commouisti orbem, & tremere fecisti abyssos, & conturbasti seculum, & transiit gloria tua portas quatuor, ignis, & terramotus, & spiritus, & genui ut daves semini Jacob legem, & generationi Israel diligentiam, Alia litera, quod [diligenter curaret.] Hæc omnia dationi vtriusque legis conueniunt, sed in hoc differentia est, quod quando primum legem dedit; Non abstulisti, inquit, ab eis cor malignum, ut faceret lex tua in eis fructum: At in die Pentecostes abstulit à nobis cor malignum, nam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Abstulitque à nobis cor lapideum, & dedit nobis cor carneum; & non est commissum legi, ut faceret in nobis fructum, sed ipse Deus operatus in nobis est omnia opera bona nostra.

Spiritus sanctus quos effugiat?

42. SAPIENTIAE I. Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum. GALERIDVS. Fictio disciplina hypocritarum arguit vanitatem, quamuis possit etiam sic distingui, quod sanctus disciplinae spiritus fugiat fictum: Et merito nomen ponitur discipline. Quis enim tam disciplinatus apparet, quam hypocrita tristis? At tamen spiritus amaret disciplinam, & ordinatorem, & datur odit & aspernatur; fugit, & execratur huiusmodi disciplinam. Sequitur, Et auferet se à cogitationibus, que sunt sine intellectu. Cogitatio autem sine intellectu carnalis est & secularis, sola animo versans visibilia & caduca: intellectus enim est, de spiritualibus, & inuisibilibus: quæ verò sine intellectu est cogitatio solum in exteriorum sequitur sensum: & in sola corporearum rerum imaginatione versatur. Intelligere enim intus legere est, non autem intus legit, qui circa exteriora vagatur. Secundum vulgare nostrum intelligere introcedere sonat, & non tendit intro, sed foras, qui non solum terrena agere, sed & cogitare assidue delectatur.

Spiritus sanctus multipliciter operatur in nobis.

43. SAPIENTIAE 7. Spiritus Domini multiplex. BERNARDVS. Verè multiplex, quia multiplex filiis hominum inspiratur. Siquidem conceditur eis ad vsum, ad miraculum, ad salutem, ad auxilium, ad solatium, ad feruorem, ad vsum vite bonis, & malis, dignis pariter, & indignis, communia bona abundantissime tribuens, ita ut videatur hic discretionis limitata non tenere. Ad miraculum in signis, prodigijs, & varijs virtutibus, sed quia nonnullis hæc quoque gratiam sine propria visitate largitur: infunditur ad salutem, cum in toto

corde nostro reuertitur ad Dominum Deum nostrum. Ad auxilium verò datur, cum omni colloquutione adiuvat infirmitatem nostram: Nam cum testimonium perhibet spiritui nostro quod filij Dei sumus, ea inspiratio est ad consolationem. datur etiam ad feruorem; cum in cordibus perfectorum vehementius validum ignem charitatis accendit, ut non solum in spe filiorum Dei, sed etiam in tribulationibus gloriantur, contumeliam reputantes gloriam, opprobrium gaudium, desperationem exaltationem.

De septem donis Spiritus sancti.

44. ISAIAE II. Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientie, &c. BERNARDVS. Prima gratia est timor Domini, qui hanc habet gratiam, omnem odit iniquitatem. Sine hac gratia gratiarum prima, quæ totius religionis exordium est, nullum donum pululare, vel manare potest: sicut enim securitas vel desidia causa, & mater est omnium delictorum: sic timor Domini radix & custos est omnium bonorum. Omne verò virtutum ædificium illico vergit in præcipitium, si huius gratiæ amiserit præsidium, & quid plura? connexa sunt timor, & religio; non manere potest alterum sine altero; iste diuinus timor, qui eum, quem perfectum imbuit, paupertati subicit, & à malo diuidit, ita est primum in ordine gratiarum, sicut paupertas in serie beatitudinis. Secundum charisma est spiritus pietatis, illi secundæ beatitudini simile de qua Dominus ait: [Beati mites, &c.] Et illud [Dilecti à me quia mitis sum, &c.] Vnde B. GREGORIUS. Quæ virtutes sine humilitate congregat, est quasi qui in eorum puluerem portat. Sicut enim puluis validi veteri flatu dispergitur; sic omne bonum sine humilitate manis gloriæ vento rapitur. Multo etiam melius est peccatorem esse humilem, quam iustum arrogantem. Tertium donum est spiritus scientiæ: de quo Salomon qui addit scientiam, addit & laborem: vera namque scientia est nos mortales esse, & caducos, & fragiles, & in hoc exilio, in hoc ergastulo, in hac pergrauatione dolendum, & lugendum esse. Vnde dicitur in tertia beatitudine hæc dono congruente, [Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.] Quarta gratia est spiritus fortitudinis. Quartæ beatitudini similis, qua dicitur, [Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, &c.] Qui enim iustitiam esurit & sitit, contra omnia aduersa lætis insuperabilis, & imperterritus ex sitit. Quintum donum est spiritus consilij, qui alijs facit compari, & meliorem, competens quanta beatitudini, qua dicitur [Beati misericordes, &c.] Hinc principiter trifariam exercemus, vel quando lex eius quæ in Euangelio legimus opera implemus. Vel quando delinquentes corrigere & ad bonum reducere studemus. Vel quando inuitas nobis illas facillè indulgemus. Sexta gratia est spiritus intelligentiæ, Sextæ beatitudinis congruens, qua dicitur [Beati mundi corde, &c.] Nisi enim mentis intuitus diligenter purificatus fuerit, mystica ac diuina liquidè intelligere nequit. Qui verò vult sincerum, & lucidum intellectum habere, prauarum cogitationum phantasias ac nebulas studeat effugare, omni que diligentia conseruare. Septimum donum est spiritus sapientiæ: scilicet quidam interius sapor ac suavissimus gustus: hoc diuinæ Sapientiæ interno gustu superna prægustamus, contemplantur, quam amœnum sit cælicolis interesse, vbi nihil poterit, quod displiceat esse, nihil quod placeat abesse: hæc septima gratia, septimæ beatitudini congruit, de qua Dominus [Beati pacifici, &c.] Qui enim mentem pacificam, & serenam habent, de supernis dulciter sapient, & subtiliter vident. Hæc septem gratiæ, septem sunt malieres virtutum apprehendentes; septem spiritus super flotem requiescentes; septem in candelabro lucernæ fulgentes;

ees; septem in lapide oculi; septem spiritus ante Thronum Dei.

A quatuor ventis spiritus vocandus.

45. ZECHIEL 35. A quatuor ventis veni spiritus & infusa super imperfectos istos, & renouiscant. GALERIDVS. Tota compositio nihil adiuvat nisi Deus nobis virtutem gratiæ spiritualis infundat: quandoquidem [caro non prodest quidquam, sed spiritus est qui viuificat,] desiderandus est spiritus, & à quatuor ventis euocandus. Porro ex quatuor ventis, à quibus spiritus est vocandus, duo tantum ponuntur in Cantico, vbi dicitur: [Surge Aquilo, & veni Auster, &c.] Significat enim Aquilo timorem iudiciorum, Auster verò desiderium præmiorum, ut ille à malo reuocet, iste ad bonum inuiter. Vnde etiam Aquilo quasi cum turbine surgit, Auster statu suauissimo venit. Vehementer enim iudicij timore concutimur, sicut desiderium regni suauiter delectamur; & quia non solum ex timore pœnæ & auiditate gloriæ, gratiam spiritalem accipimus, sed in ea etiam tam ex memoria beneficiorum Dei, quam ex peccatorum nostrorum recordatione proficimus; superest, ut non solum ab Aquilone, & Austro; sed etiam ab Oriente, & Occidente, salutarem spiritum expectemus. Tunc enim ab Oriente spiritus venit, cum ex diuinorum beneficiorum memoria ad charitatem Dei irreuocabiliter animamur. Tunc ab Occidente, si peccatorum nostrorum recordatione salubriter compungamur. Rectè autem per Occidentem peccata nostra, per Orientem beneficia diuina signantur: quia & nos peccando de statu rectitudinis cadimus, & Deus quoties nos in benedictionibus præuenit, velut sol iustitiæ iucundam nobis radium suæ dignationis ostendit. Sic igitur ex omni parte postolum proficere; si vndique noverimus spiritum attrahere, & gratiam eius exquirere: quod autem recepto spiritu super pedes suos ossa rediuita terebantur, id significare videtur, quod viri sancti recepta spiritali viuaci quadam hilaritate ad laudes conditoris exiliunt, & à timore iudicij ad spem gratiæ cælestis assurgunt.

Spiritus sancti septem dona.

46. I. MACHAB. 13. Et stauit septem pyramides, vnam contra vnam. GALERIDVS. Pyramides ab igne dicitur. Pater Græcè dicitur ignis, & Spiritus sanctus ignis est. Super ædificium sepulchri septem pyramides statuuntur: Quia spiritus septiformis bonis nostris moribus & actionibus, ut auctor, inspirator, & conditor superperficitur. Nam per spiritum sapientiæ nostram illuminat cæcitatem, per spiritum intellectus nostram acuit hebetudinem, per spiritum consilij nostram informat, & instruit dubietatem, per spiritum fortitudinis nostram adiuvat infirmitatem, per spiritum scientiæ erudit ignorantiam, per spiritum pietatis delet iniquitatem nostram, per spiritum timoris refrænat, & cohibet cupiditatem nostram. Septem igitur pyramides sunt septem spiritus sancti dona. Quod verò dicit: vnam contra vnam: germanam quandam societatem, & concordiam ipsarum gratiarum designat, quam etiã Esaias assignat dicens: [Spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis.] Iungit sapientiam cum intellectu: nam sine altero non est satis alterum possidere, sapientia enim sine intellectu cæca est, & intellectus, si abfuerit sapientia, insipiens est, connectuntur autem quatuor, & sapientiam intellectus illustrat, & sapientia intellectum condit, & dulcorat. Spiritus quoque consilij spiritui fortitudinis sociatur, eo quod, & consilium inefficax sit, nisi fortitudine roboretur; & fortitudo nisi regatur consilio,

suo plerumque impetu conquassetur: itaque se innar alterutrum neue fortitudo ruat, dum fuit incommata consilio, neue sit imbecille concilium fortitudine destitutum. Iam de scientia, & pietate, pietas idem est quod scientia, id est, cultus Dei, hæc ne fatuo errore ducatur, comitatu proculdubio eger scientiæ. Vnde Dominus ad Samaritanam, vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus; sed & scientia damnable est sine pietate: [Quia scienti bonum, & non facienti peccatum est illi.] Docet proinde scientia ut pietas non sit erronea; pietas agit, ut non sit scientia inutilis: vel damnosa. At vero spiritus timoris vallatur vndique in medio constitutus, quippe communis omnibus, & necessarius; namque sicut inritu sapientiæ timor Domini, sic plenitudo sapientiæ timere Deum, hinc illud; [Nisi in timore Domini tenueris te, cito subuertetur domus tua.] Denique de timore dicitur, quod de nullo aliorum dictum facile reperitur: [Beatus vir qui timet Dominum.]

Spiritus sanctus ignis est.

2. MACHAB. 1. Non inuenerunt ignem, sed aquam crassam, &c. inisse sacerdos Nebemias sacrificia aspergi ipsa aqua crassa, &c. & accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. AMBROSIO. Ille ignis typus Spiritus sancti fuit, qui descensus erat post Domini ascensionem & remissurus peccata omnium; qui quasi ignis inflammat animum ac mentem fidelem.

Spiritus sanctus tripliciter & inuisibiliter, & inuisibiliter communicatur.

48. LVC. 3. Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba. GUILLELMVS DE LAILLOE. Tribus modis Spiritus sanctus inuenitur visibiliter ad homines processisse, in columba, in nube, & in igne; Sunt verò tres status hominum quibus istæ processiones congruenter aptantur, incipientium, proficientium, & perfectorum, &c. Vide Strabo. Tribus etiam modis Spiritus sanctus inuisibiliter apparet. Aliis datur in munus, & non vsum muneris: Aliis in vsum muneris, & non in munus: Aliis simul in munus, & in vsum muneris. Primi sunt boni, sed imperfecti. Secundi sunt mali. Tertij boni & perfecti: & primi quidem columbina simplicitate gemunt sibi. Secundi verò nubium more compluunt multos, in se autem rapiuntur, in arida, in magnis, & mirabilibus supra se & dissipantur à ventis. Tertij patiter incenduntur & ardent sanctorum desideriorum stimulis, in se nutriendes amoris incendia, & eloquijs dominicis alios inflammantes.

Spiritus sancti aduentum, & recessum nescimus.

49. IOAN. 3. Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis unde venit, aut quo vadat. AILREDVS. Vnde venit, aut quo vadat spiritus qui replet orbem terrarum? nec ab ipso vox ista aliena est, cælum, & terram ego impleo, & tamen venit, & nescis vnde veniat, & vadit, & nescis quo vadat, nescis certè vnde veniat an à secretario misericordiæ, an à tribunali iustitiæ, an ex abyso iudiciorum, an ex thesauris scientiæ: cum enim ut excitet torpentem, vel compungat peccantem, ut consoletur afflictum, quasi ex cubiculo misericordiæ dicitur processisse: Quando verò ut bene operantem spiritualis compunctionis suauitate remuneret, ex iustitiæ cum sede ad nos dicimus descendisse. At vbi illorum mentibus salutarem inspirat affectum; quibus omnia cooperantur in malum; qui ingrati beneficijs, seruantur supplicijs, quibus bonum & malum simul sunt, ad tormentum cum ex abyso iudiciorum aduenisse non dubites. Si verò ea causa venire dignatur, ut mens huiusmodi visitatione pur-

gata ad timenda diuinæ secreta scientiæ luminosior, apertiorque habeatur, quasi ex scientiarum thesauris eum exiisse confides. Sed nescis unde veniat; cum nescias vitium amore an odio dignus sis, & vram misericordiam præroget, an mercedem restituat, an exerceat iudicium scire non possis. Nescis, & quo vadat, vram videlicet è vicino subleuat post modicum reuersurus, an longius eat, post multum temporis rediturus, an offensus recedat nunquam denud reuoluiturus.

Spiritus sancti aduentus signum.

50. ROMAN. 8. *Qui spiritum Christi non habet, hic non est eius.* HUGO DE S. VICTORE. Spiritum Christi non habet, qui verba Christi audiendo non ardet, Spiritus enim sanctus in linguis igneis apparuit.

Ad multa nos excitat Spiritus Domini.

51. AD GALAT. 5. *Spiritu ambulate.* GUILLEL. DE CAITLLOE. Alij in Ecclesia disponuntur; ad sedendum, alij ad standum, alij ad ambulandum, ad iacendum neminem disponit Spiritus Dei. Verum quamvis huiusmodi positiones, sessio, statio, ambulatio secundum hominum merita distinguuntur; vt sessio coniugatis, statio contemplatiuis, ambulatio prædicatoribus conueniat; omnibus tamen congruit sedere per humilitatem, stare ad sui custodiam; ad subsidia mutæ charitatis ambulare. Proinde prædicatoribus specialiter, generaliter tamen omnibus dicit Spiritus. *Spiritu ambulate.* BERNARD. Paulus ex occasione spiritualis naturæ, qua viuimus ad spiritualem conuersationem, nos excitat dicens: Si spiritu viuimus, spiritu, & ambulemus, ac si diceret; Si caro non prodest quidquam, sed spiritus est qui viuificat ipsam, separari oportet pretiosum à vili, vt secundum spiritum ambulemus, non secundum carnem.

Discretio spirituum necessaria.

52. I. IOAN. 4. *Nolite omni spiritum credere, sed probate spiritum si ex Deo sint.* BERNARDVS. Quia diuersa sunt spirituum genera, necessaria est nobis eorum discretio; videri non potest minus eruditus, & qui parum habent exercitatos sensus; omnem cogitationem non alterius quam ipsius humani spiritus esse sermonem, quod non ita esse, & certa fidei veritas probat, & diuinarum testimonia scripturarum. [Audiam (ait Propheta) non quod ego, sed quod in me loquatur Dens.] & [alius, Angelus, inquit, qui loquebatur, &c.] Et in Psalm. [didicimus fieri immisiones per Angelos malos.] Vnde & timet Apostolus, ne sicut serpens decepit Euam astutia sua, sic & discipulorum, quibus loquitur corda decipiuntur ab illo, cuius Paulus astutias non ignorabat. Vnde & ait. [Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes tenebrarum; &c.] Esse tamen spiritum carnis non bonum manifeste idem Apostolus indicat, vbi inflatos quosdam spiritu carnis suæ testatur, & malum etiam esse spiritum huius mundi declarat: Vbi gloriatur in Domino pro se, & pro discipulis suis; quod non eum acceperint, sed spiritum, qui ex Deo est, sunt ergo hi duo satellites maligni illius principis tenebrarum vt dominetur is spiritus nequitie, spiritui carnis, & spiritui mundi huius. Quisquis ergo ex his tribus spiritui nostro loquitur ne credamus ei, quoniam sanguinem sitit; non quidem corporum, sed quod grauius est animarum. Quis autem spiritus loquatur, ipsa suggestio declarabit; semper enim spiritus carnis mollia: spiritus

mundi vana; Spiritus malitie semper amara loquitur; Quoties ergo imporrunt, vt assolent carnalis cogitatio mentem pulsant, Verbi gratia cum de cibo, de somno, & similibus cogitantes, humano quodam desiderio; certum sit nobis spiritum carnis esse qui loquitur. Cum verò de ambitione seculi, de iactantia, de arrogantia cæterisque similibus cogitatio vana versatur in cordibus nostris; spiritus mundi est, qui loquitur, longè perniciosior hostis, & maiori sollicitudine repellendus; interdum satellitibus ipsis terga vertentibus, Princeps ipse habens iram ingentem, tamquam leo rugiens insurgit aduersum nos; cum videlicet ad iram, ad impatientiam, ad inuidiam, ad amaritudinem animi prouocatur importunè ingerendo, si quid minus amabiliter, minusve discretè factum videtur, aut dictum; si qua aut in signo, aut in opere quolibet data videtur indignationis occasio, materia suspicionis. Huic ergo cogitationi non aliter quam ipsi Diabolo resistendum est, nec aliter ab ea quam ipsa perditione cauendum. Fit tamen aliquando, vt spiritus noster à quolibet horum trium crebro superatus, & seruus addictus illi, seu in suam perniciem, vices illius agat, vt iam sine omni alterius spiritus suggestione ipsa in se anima, aut voluptuosas, aut vana, aut amaras pariat cogitationes, iam verò non facile arbitror posse discerni quando noster loquatur spiritus, quando ve loquentem alterum ex illis tribus audiat; Sed quid refert loquentis nosse personam, dum constat perniciosum esse quod loquitur? Si inimicus est resistite viriliter inimico. Si tuus spiritus est argue eum, & miserabiliter plange; quod in tantam miseriam, & tam miserabilem deuenit seruitutem: Quoties verò super castigando corpore, humiliando corpore, seruanda virtute, & charitate fratribus exhibenda, seu cæteris virtutibus acquirendis, conseruandis, amplificandis, salubris cogitatio mente versatur, diuinus est qui loquitur spiritus, aut per se ipsum, aut per Angelum, & quemadmodum de humano atque maligno spiritu dictum est, sic de angelico atque diuino, non facile est, quis loquatur discernere, aut ignorare periculum: præsertim cum certum sit, Angelum bonum nunquam loqui à se ipso, sed Deum esse qui loquitur in ipso. Solerter ergo studeamus de cætero, vt nec spiritum carnis mollia suadentem, nec spiritum mundi vana suggestentem, nec spiritum nequitie audiamus in mitemtem amaritudines, & scandala seminarem. Huius autem ultimi specialiter astutias nosse necesse est. Interdum enim transfiguratur se malignus ille, & nequam spiritus in Angelum lucis, vt virtutis simulatione plus noceat; sed & tunc, si diligenter aduertimus, nunquam nisi amaritudinis, & discordiæ seminare spergit. Suadet enim nonnullis singularia testimonia quædam; vnde cæteri scandalizentur, non quia ieiunium diligat; sed quia scandalo delectetur. Multa quoque in hunc modum solet asserere, quæ tamen à diuina sapientia facile discernantur.

Spiritum non habent qui unitatem deserunt.

53. IV DÆ 1. *Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.* BERNARD. Nihil æquè offendit Angelos sanctos, quò modo dissensiones, & scandala videre est, anima hominis, quæ admodum vniuersa corporis membra viuificet sibi coherencia; separata ergo quoduis à iunctura cæterorum, & vide an deinde illud viuificet. Sic est omnis qui dicit Anathema Iesu: quia Anathema separatio est. Sic est inquam omnis, qui ab unitate diuiditur: ne dubites quin ab eo recesserit spiritus vitæ, dignè ergo contentiosos & qui

& qui separant semetipsos Apostoli carnales, & animales vocant, spiritum non habentes.

Non nouerunt Philosophi Spiritum sanctum.

54. QVOMODO cum Philosophi aliquid correspondens Patri & Filio posuerunt; non posuerunt aliquid correspondens Spiritui sancto, Vide, Trinitas, nu. 29. ex AVGVST. & THOMA.

Spiritus sanctus purgauit affectum.

55. QVOD Spiritus sanctus veniens in nobis purgauit affectum, & Christus illuminauit intellectum, Vide Christum, numer. 95. ex BERNARDO.

Spiritus sancti septem dona.

56. LEVITIC. 8. *Septem ponuntur ornamenta sacerdotalia.* RADVLFFVS. Quia septem sunt Spiritus sancti dona, quæ quomodo sibi conueniant videamus; In linea, quæ exteriorem mundiciem significat, timorem accipe; primus enim eius progressus, si non affectus saltem opera corruptionis abiecerit. Sed quoniam virtus ipsa castitatis, ne dispareat, munienda est, accedit consilium sensus cohibend; & hic est baltheus: In tunica verò hyacinthina speciem habet fortitudinis, & illius cælestis firmamentum, cum anima proiectis aquis inferioribus terrenæ occupationis spiritualibus studiis tamquam quis superioribus decoratur. Iam in superhumerali quid nisi pietas intelligitur? Pium est namque dum proximo succurre vis, illius vitia donec corrigatur tolerare. Quinto loco rationale manifestæ scientiæ formam tenet. in cidari quoque, quæ interioris munditiæ typhus est, intellectus apparet. [Beati enim mudo corde, &c.] Quæ Domini sententia, & ipsa in Euangelio sexto loco posita est; restat lamina aurea, in qua figura sapientiæ manifestè signatur. Aurum enim diuinæ contemplationis claritatem designat. Illius ergo frons lamina aurea adornatur, cuius facies interior lumine speculationis diuinæ perfunditur. Sed quoniam multi fuerunt, qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, quibus nihil profuit Deum cognouisse, nec honorasse; idè lamina Pontificis consecrata dicitur, vt in sanctorum cordibus dilectione societatur, per quam & consecratur.

Idem spiritus diuersa operatur.

57. GENES. 2. *Fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terra.* CYRILLVS IEROSOLYMITA. Catechesi 16. Paradisum totum fons viuus irrigat, & vna pluuia in vniuersum descendit mundum, quæ alba quidem fit in spinis, rubra in rosis, purpurea verò in hyacinthis, ac in diuersis speciebus diuersa, & in omnibus fit omnia, cum nihilominus eadem sit, eiusdemque speciei. Nec enim se ipsam transmutans pluuia alia, & alia descendit, sed cuiusque naturæ se se adiunxerit, illi fit incremento. Sic & Spiritus sanctus cum sit vnus & idem & non diuisibilis, vnicuique diuidit gratiâ prout vult, IDEM *ibidem.* Quemadmodum & Aaron vocatur Christus, & David & Saül, & alij, Christi vocantur: vnus tamen est verus Christus. Sic & appellatio Spiritus, cum de rebus diuersis dicatur, pulchrum est videre, quid sit peculiariter Spiritus sanctus.

Spiritus sanctus qualiter operatur.

58. IDEM Catechesi 17. Aqua quidem exteriis circumdat, Spiritus autem interiorum animam abluit incomprehensibiliter. Si ignis per ferri spissitudinem interius transiens totum efficit ignem; & frigidum fit

seruens, & nigrum fit lucidum: si ignis cum sit corpus, in corpus ferri ingreditur; sic absque vilo impedimento, vt vides operatur. Quid miraris si Spiritus sanctus in animæ interiora ingreditur?

Idem.

59. BASIL. De Spiritu sancto. Spiritus sancti sic omnes participes sunt, vt ipse maneat integer, radij solis in morem, cuius beneficium sic adest ei, qui fruitur, quasi soli adsit, cum & terram illustret, & mari, & aëri misceatur. Itidem & Spiritus sanctus vnicuique capacium cum adsit, quasi soli omnibus sufficientem, & integrâ gratiam infundit, qua fruuntur quæcumque de illo participant, non quantum ipsa sua natura possunt capere, sed quantum potest ille & vult.

Idem.

60. IDEM BASIL. *Ibidem.* Sicut quæ iuxta floridos colores posita sunt, è splendore promanante colorantur & ipsa, sic qui euidenter intendit oculos in Spiritum, ex illius gloria quodammodo transformatur, vt fiat illustrior, dum veritate à Spiritu promanante seu corde illuminatur. DIDYMVVS *lib. 1. de Spiritu sancto.* Quomodo qui aliqua disciplina plenus est, qui perfectè eam habet eruditè, & subtiliter potest de ea proferre sermonem. Sic qui Spiritum sanctum consummatè acceperunt, ita vt impleantur eo, cum fiducia verbum Dei loquantur: quia præsens Spiritus sanctus dignam Deo vocem ministrat.

Spiritus sanctus membra Ecclesiæ unit, & vegetat.

61. AVGVST. *Lib. de gratia noui testamenti.* Spiritus sanctus est Patris, & Filij amor & connexio, ad ipsum pertinet societas, qua efficiunt vnum corpus vnicui Filij Dei. Sicut enim vnum corpus hominis multis constat membris, & vegetat omnia membra vna anima faciens in oculo, vt videat, in aure, vt audiat, sic in cæteris. Ita Spiritus sanctus membra corporis Christi, quod est Ecclesia, continet, & vegetat: & sicut humani corporis membrum præcelsum, formam quidem qua membrum fit & cognoscitur, retinet; sed nequaquam Spiritus sequitur, quo præter unitatem corporis viuat. Sic quicumque à prædictæ pacis unitate diuisus est, sacramentum quidem tamquam formam retinet, sed spiritu præter unitatem non viuat. Frustra ergo foris de forma gloriantur, nisi intus spiritu vegetentur.

Spiritus sanctus in nobis fructificat.

62. CHRYSOST. *Homil. 20. operis imperfecti.* Sicut non est possibile vt ex sola pluuia fructificet terra, nisi super eam flauerit ventus: sic non est possibile, vt sola doctrina corrigat hominem, nisi cooperatus fuerit Spiritus sanctus in corde ipsius. IDEM *Ibidem homil. 32.* Sicut terra non germinat nisi pluuia susceperit, nec pluuia fructificat sine terra: ita nec gratia sine voluntate aliquid operatur, nec voluntas sine gratia quidquam potest.

Peccatum spiritum sanctum fugat.

63. BASIL. De Spiritu sancto. Quemadmodum in speculo impurgato rerum imagines intueri non possunt: Sic homo Spiritus sancti illustrationem recipere non potest, nisi peccatum & carnis affectionem abiciat. MARTIALIS *in Epist. ad Burdegalenses.* Nulla sit in vobis inuidia, per hanc enim Spiritus sanctus mentem derelinquit, recedente autem Spiritu sancto à tabernaculo mentis, euacuat homo dulcedine &

dine & impletur omni amaritudine; nullusque locus ei est in caelo, quia alienum se fecit à bonitate, efficiturque cubile draconum, & habitatio immundorum spirituum; inde ab auaritia absorbetur, & ab omni dulcedine infructuosus, & sterilis contabescit miser, & derelictus.

Spiritus sanctus mira in nobis operatur.

64. **CORINTH. 2.** *Spiritualis diiudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.* MACHARIUS *Homil. 9.* Quemadmodum qui inflammatus est ac febre detinetur, exhorrescit & respuit quemcumque obtuleris ei cibum, etiam suauissimum: eo quod ipse febre ardeat, & ab ea grauitur torqueatur. Hac ratione, qui caelesti sancti spiritus desiderio sacro, & praclaro flagrant, & amore dilectionis diuinæ animam habent vulneratam, ac diuino, & caelesti igne (quem Dominus in terram mittere venit, vultque confestim ardere) vehementer impelluntur, & accenduntur caelesti desiderio Christi: quæcumque præclara sunt in hoc seculo, & pretiosa, respicienda & odio digna existimant; propter ignem charitatis Christi continentem eos, & efficientem, vt animi voto, bonisque caelestibus flagrent & ardeant erga Deum.

Qui Spiritum sanctum habent semper solliciti sunt & timidi.

65. **IDEM MACHARIUS Homil. 16.** Sicut ij qui Consulatus officia vel thesaurum regum adepti sunt, perpetuam gerunt curam, ne quoquam pacto regem offendant: sic & illi quibus aliquod opus spirituale creditum est, semper sunt solliciti; & quiete fruenter perinde sunt ac si non fruenter: quia in eo sunt, vt regnum tenebrarum, subintrans ciuitatem, hoc est animam, ac barbaros occupantes eius opaca à se propulsent.

Spiritus sanctum habentes Deo similes filij sunt.

66. **CHRYSOST. Homil. 13.** *operis imperfecti.* Filij carnales simulantur carnalibus patribus in facie aut in loquela, aut in risu, aut in aliquo corporis signo: Filij autem spirituales in sanctitate. *Et infra.* Filij quidem carnales etsi similes fuerint patribus, laudem nullam merentur, & si dissimiles, nullam vituperationem, quia non est in potestate hominis, qualem accipiat corporis qualitatem. Filij autem Dei, si quidem Deo similes fuerint, laudandi sunt, si autem dissimiles, nimis vituperandi: quia in potestate vniuersi cuiusque est mensura faciendæ iustitiæ.

Spiritu sancto signati sumus vt filij.

67. **ADEPHESIOS I.** *Signati estis spiritu promissionis.* **CHRYSOST. Hom. 2. in Epist. ad Ephes.** Quemadmodum si eos quos sortitos sibi comparauit, velit familiariter aliqua nota notiores reddere; sic & Deus nos discreuit à cæteris, vt in ipsum fidem haberemus. Porro ideo nos Spiritus sancti caractere insigniuit, vt futuram illam vitam possideamus, quamdiu in diuinæ mentis præsentia fuerunt homines; nondum erant manifesti. Vbi eos signauit Deus, manifestati sunt, cæterum non vt vos, fideles, erant enim præter paucos manifesti; signati sunt etiam Israëlitarum, sed circumcisionis nota vt pecora bruta, & nos ipsi signati sumus, sed vt filij, nimirum Spiritu sancto quem ex pacto accepimus.

STATUS INCIPIENTIIUM, PROFICIENTIUM, & PERFECTORUM.

Incipientium tentationes. Vide, Tentatio, num. 61. & tentationes proficientium. vide, Tentatio, numer. 62.

Timor perfectorum. Vide, Timor. 5. 8.

Ambulare cum Deo est semper proficere. 1. 3. 4. 16. 17. 19. 20. 35.

Perfectio in quo consistat. 2. 6. 9.

Perfectorum est ambulare cum Deo. 4. 12.

Omnes tres status simul. 5. 13. 18. 22. 26. 29.

Perfectio à Deo. 7.

Perfectorum est pacem interiorem habere. 8.

Incipientes quare non tentantur. 10. 11.

Perfecti magna petunt, & magna conceduntur eis. 14. 15.

Ad perfectionem tendenti puerilitas est relinquenda. 21. 33.

De triplici statu electorum. 22. 36. 37.

Perfectio quadruplex gradus. 23. 32.

Perfecti gratissimi Deo. 24. 34.

Perfectio paucorum est. 25.

Signa horum trium statuum. 26.

Incipientes facilius vincuntur à Diabolo. 27.

Perfectio in quo consistat. 28.

Perfectorum fortitudo, & suauitas. 30. 33. 37. 38.

Perfectorum status turri comparatur. 31.

Ambulare cum Deo est semper proficere.

GENES. 5. *Et ambulauit Enoch cum Deo, &c.* **LIPOMANVS.** Ambulare cum Deo in sacris literis est Deum timere, piè ac sincerè colere, illi per vitam innocentiam placere, Deo familiarem esse, & peculiarem gratiam eius experiri: demum de virtute in virtutem semper proficere iuxta illud *Michea 6.* [Indicabo tibi o homo quid sit bonum, &c. & sollicitum ambulare cum Deo tuo.] **CAIETANVS.** De Enoch dicitur, & ambulauit cum Deo, semel narrando vitam eius, vltique quogenuit Mathusalem; iterum narrando reliquam vitam eius: ad explicandum quod ab ineunte ætate profecerit, & perseuerauit proficiendo semper. Vide etiam *Perseuerantia*, numer. 3. ex **CHRYSOST.**

Perfectio in quo consistat.

GENES. 6. *Noë vir iustus atque perfectus in generationibus suis.* **CHRYSOST.** Similiter, & Iob ille vir simili ratione appellatur, & non solum vir, sed & iustus appellatur, hac enim appellatione omnem virtutem complectitur. Denique vt discas quomodo ad summum virtutis fastigium peruenerit, perfectus, inquit, fuit: omnia enim impleuit, quæcumque facere conuenit eum, qui virtutem amplextur; nihil intermisit; in nullo claudicauit. Perfectus fuit in generationibus suis, id est, in tempore illo, in generatione illa peruersa; Quod quidè maius virtutis pondus testatur **HERONYMVS.** Signanter additur, *in generationibus suis*, vt intelligatur, non iuxta iustitiam consummatam, sed iuxta generationis suæ iustitiam eum iustum fuisse. **INTERL.** Perfectus videlicet sicut viator, non sicut comprehensor, id est,

id est, secundum iustitiam perfectam præsentis vitæ, non futuræ. **AMBROS.** Non generationis nobilitate, sed iustitiæ & perfectionis merito laudatur: probati enim viri genus, virtutis profapia est, &c. Vide, *Nobilitas*, num. 3.

Ambulare coram Deo est proficere.

3. **GENES. 6.** *De Noë etiam dicitur, cum Deo ambulauit.* **HIERON.** Hoc est, illius vestigia secutus est. **CHRYSOST.** Alia litera habet [Deo placuit.] Tanta enim erat virtutis illius gloria, vt à Deo laudari promeruerit. **LIPOMANVS.** In Chaldaica editione habetur. [In timore Dei ambulauit,] quasi declarans quid sit cum Deo ambulare, nempe eum timere, & mandatis eius subiici, vel cum Deo ambulauit, piè innocenter vixit.

Ambulare coram Deo etiam perfectorum est.

4. **GENES. 17.** *Ego Dominus omnipotens ambulacoram me & esto perfectus.* **INTERL.** Omnipotens, qui possum humiliare & exaltare, *ambula coram me*, id est, secundum beneplacitum meum incede, & esto perfectus, id est, non in timore, sed amore seruius; **RVPERTVS.** Non iam hoc est proficiendi præceptum, sed perfectionis datum, idcirco rectè præmittit, *Ego Dominus omnipotens*: quia videlicet, vt ambulet coram Domino Abraham, vel alius quis perfectus sit, hoc omnipotentis Domini, hoc omnipotentis Dei opus est: [omne enim datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est.] Vide etiam: *Dei presentia*, num. 31. ex **CAIETANO**, & aliis.

Status incipientium, proficientium, & perfectorum simul.

5. **GENES. 19.** *Nec stes in omni circa regione.* **INTERL.** Sicut Sodomitica, sic & cætera fuge vitia. **AMBROS.** Id est, nec in tota vitiorum regione remoreris. **CAIETANVS.** Locus huius clarius in Hebræo habetur: [nec stes in omni planitie,] *Sed in monte saluum te fac.* **INTERL.** & **ORDIN.** Mons altitudinem virtutum significat ad quam Angelus Christus hortatur dicens: [Si vis perfectus esse vende omnia, quæ habes, &c.] Sequitur: *Nec possum in monte saluari, ne forte apprehendat me malum & moriar. Est ciuitas hac iuxta, ad quam possum fugere, parua est saluator in ea.* **ORIGEN.** Non erat ita perfectus, vt statim de Sodomis exiens, montem posset ascendere. Perfectorum namque est dicere: [Leuaui oculos meos in montes vnde venier auxilium mihi.] Loth ergo nec talis erat, qui inter Sodomitas perire deberet, nec tantus erat, qui cum Abraham in excelioribus posset habitare: Si enim fuisset talis, nunquam ei diceret Abraham: [si tu ad dexteram ieris, ego ad sinistram, &c.] Nec habitacula ei Sodomitica placuissent. Erat ergo medius inter perfectos & perditos. **INTERL.** Ne dum se perfectioni virtutum idoneum sentiebat; & idè spiritalem timebat mortem; si ea cœpisset, quæ ferre non posset. **GREGOR.** in *primum Reg. cap. 2.* Sodomam quippe eximus cum ardentis concupiscentiæ incendia declinamus, qui statim ad sublimia non ascendimus, quia superioris ministerij summam non tangimus; dum infirmitatem propriam, metiendo consideramus. **RVPERTVS.** Hoc planè illud est quod videmus plerisque nimium confisos infirmitatis suæ non audere, altius propositum arripere, ne deficiant forte sub onere, non audientes scripturam dicentem: [Qui confidunt in Domino mutabunt fortitudinem:] Item illud: [viriliter agite vt confortetur cor vestrum.] *Hæc ille.* Si bene considerentur, quæ in hoc numero dicuntur inuenies tres omnes status tam incipientium, quam proficientium,

quam etiam perfectorum hic declarari.

Perfectus est cui nihil deest & omnibus prodest.

GENES. 31. *Scrutanteque omne tentorium, & nihil inuenienti ait, &c.* **AMBROS.** Quæ fuit Laban & nihil suum inuenit apud Iacob. Secundum alium sensum. Magnus vir & verè beatus, qui nihil potuit suum amittere, nihil alienum habere, nihil superfluum. Itaque ille perfectus est, cui nihil deest, iustus cui nihil superest: hoc est, perfectum esse, ad hærentibus sibi commodi plurimum dare, nihil afferre incommodi. Denique iis, qui nocere cupiebat, inane eum non potuit dimittere: sapiens enim nunquam inanis est, semper in se habens amictum prudentiæ, qui potest dicere: [iustitiam inducbam, & vestiebam iudicium.] sicut dixit, *Iob cap. 27.* &c. Vide, *Gratia*, num. 6.

Idem.

GENES. 32. *In baculo meo trāsui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior.* **RVPERTVS.** Etiam cuiuslibet prælato conuenit hoc dictum, &c. Vide, *Prælati*, num. 9. Vbi inuenies prælatorum esse alere paruulos, quibus adhuc lacte opus est, & perfectos, quorum est solidus cibus. Et addit **RVPERTVS.** Imo cuiuslibet Christiano hoc congruit, qui perfectionis metam attingit: quia quisque nostrum nudus venit ad baptismum, nihil habens, præter solum sustentantem se Christianæ confessionis baculum, & nunc cum duabus turmis regreditur: quia & peccatorum remissionem, quam omnes æqualiter in baptismo accipiunt, & præter hoc, per impositionem manuum, diuini gratiam Spiritus sancti iuxta Apostolum *Ephesi. 4.* [Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.]

Perfectorum est pax interior.

GENES. 32. *Ipse verò mansit nocte illa in castris, &c.* Quod perfectorum sit interiorem pacem habere. Vide, *Pax*, num. 4. ex **AMBROSIO.**

Exemplum perfectionis.

GENES. 37. *Fecitque ei tunicam polymitam.* **RVPERTVS.** Tanquam perfectus plenoque virtutum, &c. Vide, *Perseuerantia*, num. 8.

Incipientes quare non tentantur.

EXODI 13. *Non eos duxit Dominus per viam terræ Philistinum, quæ vicina est, reputans ne forte perueniret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuenteretur in Ægyptum, sed circumduxit per viam deserti, quæ est iuxta mare rubrum.* **RVPERTVS.** Sed nunquid Dominus contra Pharaonem, & Ægyptios pro Israel pugnare poterat, & contra Philistinæos non poterat? planè & contra istos poterat, sed illa gens erat quam Dominus Israeli referuare decreuerat vtiliter, vt per illam exerceretur, & quasi proximo flagello castigaretur, quotiens legem Dei sui relinquerent. Igitur non quasi timidus, vt simplex sermo sonare videtur, sed benè prouidus, non eos duxit per viam terræ Philistinum, &c. *Sed circumduxit, & circumducendo erudiuit, sicut Moyses ipse in Cantico dicit:* [circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui.] **LIPOMANVS.** Quemadmodum aquila præsertim ea, quam *μαλακιστὴν* vocant, non statim extrudit pullos suos ad prædandum, sed fouet aliquandiu in nido, & postea alluefacit illos paulatim, vt volent; Et vt prudens parens non mox recentem infantem suum solido cibo pascit, nec statim à cunabulis obicit eum grauioribus negotiis; sed multis etiam annis lacte pascit, & ludicra proponit.

Ita Dominus Deus noster noluit statim Israelitas suos recens ex Ægypto liberatos, ac quasi renatos obicere grauibz bellis Philistinorum, ne tenelli adhuc in fide deterrerentur ab ingressu in terram Chanaan, & redirent in Ægyptum. Vnde Moyses in Cantico suo ait: [Sicut aqua prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.] & Deut. 1. [Portabit te Dominus Deus tuus, ut solet homo gestare paruulum filium suum in omni via per quam ambulasti, donec veniretis ad locum istum.]

Idem.

11. **IBIDEM GREGOR. 24. Moral. cap. 13.** Sæpe conuersi quique in ipso adhuc aditu inchoationis suæ, vel tranquillitatem pacatissimam carnis, vel dona prophetiæ, vel signorum miracula, vel gratiam curationis accipiunt. Post hæc autem duris tentationis probationibus fatigantur, à quibus tentationibus adhuc cum inciperent valde liberos se esse crediderunt: quod diuinæ gratiæ dispensatione agitur, ne in inchoatione sua tentationum asperitate frangantur: quia si eorum initia amaritudo tentationis exciperet, tam facile ad ea quæ reliquerant redirent, quam nec longius discesserant. Nam contemptis prius vitiis, quasi iuxta positis replicarentur. Vnde cum emisisset Pharaon populum, non eos duxit Dominus per viam terræ Philistinorum, &c. Ex Ægypto itaque exeuntibus, è vicino bella subtrahuntur, quia dereliquentibus sæculum, quædam prius tranquillitas ostenditur, ne in ipsa sua teneritudine, atque inchoatione turbati ad hoc territi redeant, quod euaserunt: prius ergo suauitatem securitatis sentiunt, prius pacis quiete nutriuntur; post cognitam verò dulcedinem, tanto iam tolerabilius, tentationum certamina sustinent, quanto in Deo altius cognouere quod amant. Vnde Petrus prius in montem ducitur, prius claritatem transfigurationis dominicæ contemplatur, & tunc demum tentari ancillæ interroganti permittitur, ut per tentationem factus sibi ex infinitate conscius, ad illud stendo, & amando recurreret, quod vidisset, & cum eum timoris vnda, in peccati pelagus raperet, esset prioris dulcedinis anchora quæ retineret. De tentatione incipientium & proficientium, Vide, *Tentatio*, num. 61. & 62. ex P. RIBERA.

Perfectionum est omnia facere coram Domino.

12. **EXODI 18. Veneruntque Aaron & omnes seniores Israel ut comederent panem cum eo coram Domino.** ORIGENES *mysticè*. Non omnes panes manducant coram Domino, &c. Sed qui perfecti sunt, & meriti probati, &c. Vide, *Gloria Dei*, num. 6.

De statu incipientium, proficientium & perfectorum circa notitiam Dei.

13. **EXODI 20. Percutiti ac pauore concussi steterunt procul,** &c. Vide, *Deus*, num. 3. ex GREGOR. NYSSENO, & num. 4. ex HIERONYMO, & THOMA, *de statu incipientium & perfectorum*. Item quod incipientium sit illecebras carnis simul & spiritus refrenare, Vide, *Cassitas*, num. 22. ex BEDA, Vide etiam, *Lacryma*, num. 8. ex eodem. Item *de statu etiam proficientium*, Vide, *Christus*, num. 54. ex HIERONYMO.

Perfecti magna petunt, & magna conceduntur à Deo.

14. **EXODI 33. Si inueni gratiam in conspectu tuo ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inueniam grauiam ante oculos tuos.** De hoc vide ad longum ver-

bum, *Contemplatio*, num. 5. ex BERNARDO, *sermone 32 super cantica*.

Idem.

15. **IBIDEM GREG. in 1. Reg. cap. 10.** Moyses qui facie ad faciem Deum videre dicitur, & eius faciem ad videndum postulare; quid rectius designat quam perfectionem electorum, &c. Vide verbum, *Contemplatio*, num. 6.

Status proficientium.

16. **EXODI 33. Non me videbit homo, & viuet.** GREG. NYSSENSIS. Non quia causa mortis videntibus sit illa facies, nam quomodo vitæ facies, causa appropinquantibus mortis esse poterit? &c. Vide, *Christus*, num. 66. Et addit *infra*. Qui diuinam pulchritudinem videre desiderat, & ad id tendit, in hoc cursu semper consistat, & id est verè Deum videre, ut nunquam id desiderium terminetur; Quare necesse est, ut eum videamus, sicut nobis possibile est, maiori videndi desiderio exardescamus, & sic nullus vnquam terminus abscondit nobis iter huius, cum nec ipsius boni terminus aliquis sit, nec fatietas desiderij huius possit fieri.

Idem.

17. **EXODI 33. Ecce inquit est locus apud me, & stabis super petram,** &c. GREG. NYSSENSIS. Vide, *Mortificatio*, num. 22. Attrahit ad se natura ipsius boni omnes, qui ad pulchritudinis eius radios sanis possunt oculis respicere; ita fit ut cælestium desiderio semper ad maiora, (ut Apostolus ait) consurgat, ac semper ad altiora peruolet. Quapropter magnus ille Moyses, cum semel per scalam, in qua Deus innixus erat (ut Iacob dicit) ascendere cepisset, nunquam stetit, nunquam terminum motus nouit; sed semper de gradu in gradum ascendebat, nec enim deficere vnquam potest altior gradus; negauit falsam Ægyptiorum reginæ coniunctionem; qua filius eius putabatur: Hebræum vltus est, ad desertam, & solitariam se transulit vitam, quam humanæ perturbationes non vexant, pauit cicurium animalium gregem; vidit resplendentem lucem diuinam; abiecit calceos, ut facilius ad lucem accederet; in libertatem vendicauit suos; hostem vndis vidit submersum; lucida nube ductus est; sicco lapide sedauit sitim; à cælo deduxit panem. Præterea extensione manuum alienigenam fudit; sonitum tubæ audiuit; caliginem subijt; ad penetralia diuini tabernaculi ingressus est; sacerdotis didicit mysteria; simulachrum destruxit, propitium Deum reddidit; legem de deorum prauitate dirutam restituit; gloria effulsit; ac tot tantisque sublimationibus elatus adhuc ardet desiderio; adhuc tanquam eo carens quo semper fruebatur, orat, ut videat non ut ipse capere potest, sed ut se habet, qui desideratur. Id ergo vult audax in monte illa petitio, ne per speculum, & imagines, sed per propriam faciem frui pulchritudine possit. Diuina verò vox per ea quæ negat concedit quod petitur. Annuit enim facturū se quod petebatur; finem autem atque cessationem huius desiderij futurum non promittit; nec enim ita quisquam Deum videre potest, ut videndi desinat desiderium; nam in hoc profectō Deus videtur: ut nunquam desinas ad eum respicere, sed quoniam est ille locus, qui apud Deum esse intelligitur; quis ille lapis? &c. Vide, *Christus*, num. 50.

Omnes tres status simul.

18. **NUMER. 17. Quem ex his elegero germinabit virga eius.** ORIGENES *hum.* 9. In numeros vnium fructum promittit Deus in virga, & dedit plura, ut libera

liberalitatem Dei largiorem promissionibus attendamus. Sequitur enim, *germinauit virga Aaron, & turgentibus gemmis eruperunt flores, qui folijs dilatatis in amygdalus deformauit.* Vide *Deus*, num. 131. Et addit. Possumus etiam sic intelligere eorum, quæ in virga germinauerunt differentiam. Primum germen est prima in Christo confessio. secundò frondescit, vbi renatus donum gratiæ, & spiritus sanctificationem recipit; inde refert flores, vbi proficit, & suauitate morum decoratur, & fragrantiam misericordiæ, & benignitatis effundit. Tandem affert fructus iustitiæ, quibus non solum ipse viuat, sed vitam aliis præbeat; proferendo scilicet ex se verbum fidei, & scientiæ Dei; ut alios lucrifaciat. Sic ergo singuli fideles de virga Aaron qui est Christus germinantur; Quorum quatuor istæ differentiæ, alijs scripturæ locis, velut ætates quatuor designantur. Vnde 1. *Joan.* 2. [Scripti vobis pueri, & scripti vobis adolescentes, & scripti vobis iuuenes, & scripti vobis patres,] In quibus non corporalis ætatis, sed animæ profectus differentias ponit. Vide, *Verbum Dei*, num. 51. ex ORIGENE, & *Crux*, num. 41. ex BERNARDO, & num. 42. ex PETRO LOMBARDO.

Status proficientium.

19. **NUMER. 24. Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel?** ORIGENES *hom.* 18. Non laudat eorum domos stabiles; quia non peruenerunt ad finem; sed tabernacula miratur, in quibus ambulat, & semper proficiunt, & quanto proficiunt, tanto proficiendi via augetur, & in immensum tenditur; & idè tabernaculum nominat. Tabernacula enim sunt eorum, qui semper in via sunt, & ambulat, nec itineris sui terminum repererunt; tales sunt qui Dei sapientiæ, & scientiæ student: quia nullus finis est. Quis enim finis, & terminus sapientiæ Dei erit? Quanto enim amplius quis accesserit, tanto profundiora inueniet, incomprehensibilis est enim sapientia Dei. Cum ergo ex his, quæ quis reperit, alia rimatur, & ad alios proficit intellectus: quasi eleuato tabernaculo tendit ad superiora, & ibi collocat animi sedem, sensuum stabilitate confixam; deinde ex ipsis alijs inuenit spirituales sensus, quos puriorum sensuum consequentia patefacit: ita semper ad priora se extendens, tabernaculis incedit. Nunquam est enim quando anima scientiæ igniculo succensa otiosi possit, & quiescere, sed semper à bonis ad meliora, & à melioribus ad superiora prouocatur.

Idem.

20. **NUMER. 33. De Iacubatha, id est, bonitas venerunt in Hebron, id est, transitus.** HIERON. Hæc est trigesima secunda mansio. Transeunt enim sancti cupientes semper meliora. Ad hanc mansionem venit verus Hebræus, id est, transitor, qui dicere potest *Exodi 3.* [transiens videbo visionem hanc magnam.] Vnde & non dixerunt qui præteribant benedictio Domini super vos. ORIGENES. Transeunda enim sunt omnia. Quod etiam si ad bona venias, oportet te ad meliora transire, vsque quo ad illud bonum venias, in quo semper debes permanere.

Ad perfectionem tendenti puerilitas est relinquenda.

21. **3. REGVM 19. Venit Elias in Bersabee Indæ & dimisit ibi puerum suum.** ODO DE MORIM. *Bersabee* vertitur in puteum abundantia, & hic puteus est plenitudo legis, id est, dilectio, ipsa virtutum omnium radix, & perfectionis vinculum, ipsa fons proprius cui non communicat alienus, ipsa est quæ redditur, & semper debetur; hauritur, nec exinanitur; effunditur, & crescit; diuiditur, & augetur; datur, & tenetur; dimittitur, & habetur; huc veniendam est;

quia æmulanda est charitas, & sectanda, sed puer dimittendus: quia à dilectione procul puerilitas est arcenda: dimisso vero puero securè iam pergunt in solitudinem. Puer enim, squalorem eremi, laborem itineris tolerare nequit; ardorem sitis, famis inopiam, ferre recusaret. Quanti cum puero pergunt in solitudinem, & eius impedimento deficientes in via non perueniunt ad montem Dei Oreb. Solitudo siue desertum religionis professio est, & disciplina de cælo cælestis, desertum quia deserit noxia; abdicat inhonestas; solitudo, quia vnitatem diligit, solum quod bonum est exequitur.

Triplex status electorum.

22. **CANTICOR. 5. Comedite amici & bibite & inebriamini charissimi.** BERNARD. Tres sunt status electorum. Primus laboriosus, sed fructuosus. Secundus otiosus, sed minimè fastidiosus. Tertius gloriosus. Laborantes vocat Deus ad cibum: iam positò corpore quiescentes ad potum inuitat: resumentes corpora, ut inebrientur impellit; quos & vocat charissimos, id est, charitate plenissimos. Nam & in cæteris, quos amicos appelleret differentia est; ut hi qui in carne grauati adhuc gemunt, chari habeantur per charitatem, quam habent: qui verò iam soluti carnis compede sunt eo sint chariores, quo & promptiores, & expeditiores facti sunt ad amandum. Porro præ utriusque merito nominantur, & sunt charissimi, qui recepta iam stola secunda in corporibus cum gloria resumptis tanto in Dei feruntur amore liberiores, & alacriores, quanto de proprio nihil iam residuum est, quod eos aliquantulum sollicitet, vel retardet: quod neuter reliquorum statum sibi vendicat, cum in priori corpus cum labore portetur, in secundo non sine aliqua proprietate desiderij expectetur. Primo igitur fidelis anima comedit panem suum, sed in sudore, dum per dilectionem operatur: ipsum enim opus cibus est. Carne verò exuta iam pane doloris non cibatur, sed vinum amoris tanquam post cibum haurire permittitur; non purum tamen, sed sicut sponsa dicit in canticis, [Bibi vinum meum cum lacte meo:] vino enim diuini amoris, miscet etiam tunc dulcedinem naturalis affectionis, qua corpus suum resumere glorificatum desiderat. Cæterum hoc adeptò, quod solum decrat, quid iam impedit à se ipsa quodammodo abire, & ire totam in Deum: merito iam charissimi, qui charitate inebriantur, merito inebriati, qui ad nuptias agni introduci merentur.

Perfectionis quadruplex gradus.

23. **THREN. 4. Sapphino pulchrior es.** BALDVINVS. **T**Ordine pulcherrimo perfectionis pulchritudo commendatur. Primus gradus perfectionis est ab omni corruptione vitæ præsentis immaculatum se custodire, quantum permittit humana fragilitas. Secundus, cuiã proximi omnino non negligere, quantum suppetit humana facultas. Tertius in calore sanctæ deuotionis & cum rubore sancti pudoris, dura & indigna fortiter tolerare, quantum finit humana infirmitas. Quartus est in bonis agendis, & in malis perferendis semper oculum intentionis ad Deum dirigere, & ad eius gloriam cuncta referre, quantum praualet humana possibilitas. In corde ergo Nazaræorum sic est puritas intentionis, ut indecoro virtus oculorum, pulchritudo boni operis, ipsa est puritas intentionis; hæc est autem pulchritudo Sapphiri. Sapphirus namque cæli habet colorem; puri & sereni cæli speciem imitatur; non tamen asequitur: nam à superiore superatur. Pulchrior quippe est puritas cæli, quam Sapphiri. Sic pia rectaque intentio, cum spe cælestium & desiderio in alijs habet

puritatem puri cæli, in aliis purissimi. Sunt enim qui purissimè Deum diligunt, non cum cæteris, sed præ cæteris: Alij verò præ cæteris, sed tamen cum cæteris: in his amor solus est: in illis summus est. Summus amor alterum non excludit amorem. Solus amor alterius amoris consortium non admittit.

Perfecti gratissimi Deo.

24. O S E 9. Quasi uvas in deserto inueni Israel, & quasi prima poma ficulneæ. STEPHAN. Ex uuis vinum elicitur, per pressuram, & religiosi per pressuras tentationum, tamquam uinum ab acino eliquatur; in cellario domini reponuntur. Et sicut uas in deserto non crescit, sed illuc aliunde afferuntur: sic uiri perfecti non sunt de hoc mundo: & quasi prima poma ficulneæ quæ gratius & auidius sumuntur: serotina enim poma non ita sunt grata sicut prima: hæc enim primos radios solis plenè suscipiunt; unde & citius matura sunt. Tales fuerunt Apostoli, & primitiui fideles, qui æstum persecutionum plenè susceperunt, & idèò permaturi siue prima poma fuerunt. tales sunt hodie etiam contemplatiui & idèò gratiores.

Perfectio paucorum est.

25. M A T T H. 7. Arcta est uia que ducit ad vitam, & pauci ingrediuntur per eam. CASSIAN. Considera te de paucis, & electis effectum, & ne exemplo ac tepore multitudinis frigescaas: uide, ut pauci, ut cum paucis merearis inueniri in regno Dei: multi enim sunt uocati, pauci uerò electi, & pusillus est grex, cui complacuit Patri hæreditatem dare. Itaque non leue noueris esse peccatum perfectionem professum quempiam ea, quæ sunt imperfecta sectari.

Incipientium, Proficientium & Perfectorum signa.

26. I O A N. 8. Qui ex Deo est uerba Dei audit, &c. BONAVENT. De septem uiribus æternitatis. Incipientium charitatis signa sunt quinque. contritio, delectatio in audiendo uerbo Dei, præcepta, promptitudo in bonis operibus, tristitia de defectu spirituali proximi concepta; & lætitia de profectu spirituali fratris proueniens. Proficientium uerò, hæc sunt signa etiam quinque, iusta & frequens conscientie examinatio de peccatis uenialibus, concupiscentie temporalium rerum diminutio, diligentia in exercitiis spiritualibus internis, studiosa mandatorum Dei obseruatio; denique si Dominus se tibi reuelat. Perfectorum autem hæc quinque sunt signa, quando quisque paratus est pro salute proximi mortem subire, inimicum diligere, & illi benefacere, aduersa omnia non solum patienter, sed etiam gaudenter suscipere, promptitudo ad renunciandum omnibus propter Christum. Denique nihil aliud quam Deum solum timere, hoc est, non homines, non pœnas, non tormenta.

Incipientes facilius vincuntur à diabolo.

27. Q U O D incipientes facilius vincantur, uide Tentatio, num. 30. ex HIERON.

Perfectionis status in quo consistat.

28. E S D R A 2. Secundum uires suas dederunt impensas operis, aurum, argentum, &c. INTERL. Hæc est mensura humanæ perfectionis. GLOSSA ORDIN. Hæc est mensura perfectionis, pro posse suo quemque pro Domino laborare, & statum Ecclesie primò in se, deinde in proximis confirmare. Qui taliter conuersantur, rectè principes patrum uocantur: quia perfectionem uitæ, & doctrinæ illis, qui in Ecclesia per sollicitudinis studium Patres uocantur, altius uinendo principantur.

De statu perfectorum & incipientium.

4. R E G V M 2. Oro ut fiat in me duplex spiritus. BERNARD. Quis est spiritus iste duplex, qui quæritur, nisi illuminatio intellectus & affectus purgatio: res difficilis, quia rarus est in terris, qui illa habere uideatur. Omnes quod bonum est nostis, & uiam per quam incedere, & quomodo incedere debeatis, sed uoluntas non una est. Aliqui enim ex uobis non solum ambulant, sed & currunt, uel magis uolant per uiam perfectionis: quia habent intellectum illuminatum, & affectum uoluntatis purgatum. Alij autem non sic, sed corde arido, & affectione recalcitrante uix trahuntur ad exercitia spiritualia; uix gehennali timore compelluntur miseri, & miserabiles, ut prope focij tribulationis, sed consolationis non ita. Isti non uident Christum cum tollitur ab eis, id est, non cogitant quomodo orphanos eos remanet. Inde autem tam perniciofa tepiditas emanat; quia affectus, id est, uoluntas eorum nondum purgatus est, nec bonum sibi uolunt, sicut nouerunt à propria conscientia abstracti grauius & illecti; numquid abbreviata est manus Domini, ut omnibus dare non possit, qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione.

Perfectorum fortitudo & suauitas.

30. A M O S 6. Numquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis? STEPHAN. Petre istæ uiri sunt sancti, & maximè claustrales, de quibus Zacharias [Lapides sancti eleuabuntur.] Item Dominus Ezechieli ait, [Ut adamantem & filicem posuere.] Unde sciendum est quod uiri sancti interdum lapides, interdum uermes dicuntur. Unde [Noli timere uermis Iacob.] Vermes quidem molles sunt, lapides uerò duri. Sic qui sanctis uult coniungi inuenit eos molles, sed qui eos uult impugnare inuenit eos duos, & fortes. In his petris equi, id est, demones currere non possunt, nec in his bubalis terrenorum curiositas exerceri. Sicut enim bubalus circulum habet in naribus, quo regitur, sic claustrales odorem uitæ æternæ, quo in huius uitæ præsentis exilio reguntur.

Perfectorum status turri comparatur.

31. M I C H E A 4. Et in turris gregis nebulosa, filia Sion usque ad iere ueniet, & ueniet potestas prima regina filia Ierusalem. STEPHAN. Ad literam, turris gregis, est templum siue locus templi propter multitudinem ouium, quæ ibi immolabantur, & propter eminentiam templi. Vel turris gregis, dicitur locus iuxta Bethleem, in quo cecinerunt Angeli, [Gloria in excelsis Deo.] Mystice. Turris, dicitur claustris conuersatio propter uirtutum fortitudinem, & eminentiam sanctitatis. Conuersatio uerò actiuorum uilla dici potest, quam hostes inuisibiles tamquam non munitam de facili expugnant. Gregis dicitur propter simplices, quibus sicut turris præ sunt maiores, hæc turris nebulosa dicitur, quia sicut nebula solem obscurare uideatur, sed ea diffusa sol gratius lucet. Sic uita claustralis, quæ quasi sol ariditate cibi, & asperitate habitus apud sæculares obscurari uideatur; unde eam contemnant. Tandem hæc nebula in morte corporali discussa gratior apparebit, & hæc turris est filia Sion: id est, speculationis; unde ad te specialiter ueniet; licet ad omnes ueniat Christus, ad illos tamen specialiter uenire dicitur, qui eum specialius imitantur, nudum nudum sequentes; & notandum quod hoc uerbum, ueniet, geminatur ad significandos geminos Christi aduentus, in secundo autem potestas ponitur, non in primo; quia in primo pauper & humilis apparuit. In secundo

cundo magnus & terribilis apparebit; & hæc potestas est regum filia Ierusalem.

Quibus gradibus ad perfectionis celsitudinem perueniatur.

32. M A T T H. 5. Beati pauperes spiritu, &c. VERRIC. M lætum prorsus, ac nouæ plenum gratiæ noui principium Testamenti, & quantumlibet infidelem, ac pigrum, prouocans ad audiendum; sed amplius ad faciendum: cum scilicet beatitudo miseris exulibus, & egenis promittitur regnum cælorum, gratum, inquam, & auspiciatum, nouæ legis initium; quando in ipso statim initio tot beatitudinum benedictiones dat legislator, quibus delectati eant de uirtute in uirtutem; donec ad uidentem Deum deorum in Sion ingrediantur templum: de quo Propheta dicit, [Et in octo gradibus ascensus eius.] Prima igitur uirtus inchoantium est renunciatio sæculi qua pauperes efficiuntur spiritu. Secunda mansuetudo qua nos obedientiæ subdimus, & assuescimus. Deinde luctus, quod ploratæ peccata, uel implorantur uirtutes; sibi nimirum gustamus, unde amplius esuriamus, & sitiamus iustitiam, tam in nobis, quam in aliis, zeloque contra peccantes incipimus commoueri. Sed ne zelus immoderatio ferat in uirtutum, sequitur misericordia, qua temperetur, & his studiis exercitatus, iam fortè erit idoneus vacare contemplationi, & pro mundicia cordis, Filius Dei appellari. Et sic Pater, & minister aliorum factus tamquam mediator, & sequester pacificus inter ipsos & Deum. Pacificus inter ipsos adiuuicem, uel etiam ad ipsos qui foris sunt. Sicut scriptum est in laude sanctorum Patrum. [Pacificantes in domibus suis;] In hoc officio qui fidelis & constans extiterit, sæpe uirtutem, & meritum sibi martyrij comparabit, persecutionem patiens propter iustitiam aliquando etiam ab his, pro quibus pugnat, ut sit ei dicere: [Filij matris meæ pugnauerunt contra me.] Quanta autem gloriæ in cælo sit culmè huius perfectionis, inde utrumque licet æstimare, quod ipsa abrenunciantium sæculo primordia tantæ Dominus felicitatis prædicat: [Beati pauperes spiritu,] &c.

Mens perfecti debet biformis euentus uniformi constantia superare.

33. R O M A N. 8. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. CASSIAN. Omnia, inquam, siue mors, siue uita, siue prospera, siue aduersa, ubique qui Deum diligit inuenit occasionem salutis. Verùm sicut de perfectis ac sapientibus hoc dicitur: Ita de infirmis pronuntiatur, ac stultis omnia aduersari uero incipienti. Nec prosperis enim rebus proficit, nec emendatur aduersis. Eiusdem namque uirtutis est tristitia fortiter superare, cuius & moderari secunda: Et eum qui in uino cori superatur, neutrum sufficere certissimum est: facilius tamen quis elidi potest prosperis quam aduersis: hæc enim inuitos interdum retinent atque humiliant, & compunctione saluberrima, uel minus peccare faciunt, uel emendant: illa uerò mollibus mentem, ac perniciosis tollentia blandimentis, securos felicitatis suæ prouentum, ruina maiore prosternunt. Proinde mens uiri iusti non debet esse similis ceræ, uel alterius cuiusquam materiæ mollioris, quæ semper characteri signifiantium cedens pro eius forma atque imagine figuratur, quamquam in se tandem retinet, donec alio rursus superimpresso signaculo reformetur: quin potius debet esse uelut quoddam adamantinum firmamentum, uel inuolabilem mensuram, figuram sui semper custodiens characteris; uel uersa quæ incurrent sibi, ad qualitatem sui status signet atque format, ipsa uerò insigniri nullis incurfibus possit.

Vir perfectus mortuus à terrena ad ea que Dei sunt sit paratus.

34. A D G A L A T. 1. Uir ego iam non ego, uiuam uerò in me Christo. BERNARD. Felix mors, quæ sic alienum seruat ab hoc sæculo: Sed necesse est ut qui non uiuit in se, uiuat Christus in illo. Et hoc est quod ait Apostolus: [Uir ego, iam non ego, &c.] ac si diceret: Ad alia quidem omnia mortuus sum, non sentio, non attendo, non curo; si quæ uerò sunt Christi, hæc uiuum inueniunt & paratum: nam si non aliud possum, saltem sentio; placet quod ad eius honorem fieri uideo. displicent quæ aliter fiunt.

Pro statu proficientium.

35. M A T T H. 21. Dabitur regnum Dei genti facienti fructum eius. BERNARD. Hi sunt quos enumerat Apostolus, dicens: fructus autem spiritus, Charitas, Gaudiū, Pax, Patientia, &c. Fructus isti profectus nostri, hi accepti Deo, quia ipsi cura est de nobis; non de uirgultis cura est Deo; homines non arbores amat Deus, & nostros profectus suos fructus reputat; tempus horum diligenter obseruat. Arridet apparentibus, & sollicitus satagit, ne percant nobis cum apparuerint, imo uerò ne pereant sibi, se enim reputat tamquam nos.

De diuersis gradibus perfectionis.

36. R O M A N. 15. Certus sum fratres mei, etiam ego ipse de uobis; quoniam pleni estis dilectione, repleti omni scientia. ORIGEN. lib. 10. in epi. ad Romanos cap. 15. Ad illam summam scientiam uel ad perfectionem, quæ in cælestibus est ordinibus, nullus potest inter homines perfectus dici, uel esse. Ut si dicamus in puerilibus studiis, ad comparisonem illius, qui nuper imbuitur, & prima literarum suscipit elementa, magister ipse librarius, appellatur perfectus, sed non est ita perfectus, ut ille, qui grammaticam docet, ipse uerò grammaticus quamuis sit superior, tamen & perfectior est Rhetor, & his omnibus longè eminentior Philosophicæ doctrinæ perfectio. Cùmque in his omnibus sit literatura doctrina, diuersus tamen gradus perfectionis, & magisterij in uoquoque habetur. Ita ergo potest fieri, ut cum Paulus dicit: non quod iam assecutus sum, uel perfectus sum, ad illum apicem cælestis perfectionis aspiciens, hæc uideatur scribere: cum uerò dicit: quicquid ergo profecti sentiamus; ad humanæ tantum perfectionis respicit gradū. Sic ergo & in præsentis loco, intelligendi sunt: uel pace, uel gaudio, uel bonitate, uel scientia repleti, siue Romani, siue Corinthij; in quantum possibile est repleti eos, qui docentur in Ecclesia, & sub perfectis doctoribus aguntur.

Idem, & paulatim acquiritur perfectio.

37. M A C H A R. hom. 15. Quemadmodum in utero imperfectus infans, non quam primum conuoluitur in hominem, sed paulatim formatur ac gignitur; Nec mox perfectus homo euadit, sed longo annorum successu augetur, ac uir efficitur: estque ueluti semina tritici, aut hordei; quæ terræ mandata, non statim radicem producant, sed ubi transferint hymes, & uentis; tum opportuno tempore spicæ nascuntur. Itidem qui pyrum plantat, non mox fructum percipit. Eodem etiam modo in rebus spiritualibus, ubi tanta sapientia est, & subtilitas paulatim augetur homo, euaditque in uirum perfectum, & plenitudinem ætatis, non ut quidam aiunt; induere & exuere. Qui discere literas optat; pergit primum ad discenda signa, in quibus cum fuerit primus, migrat ad scholam latinorum, in qua est omnium postremus; demum

cum ibi primus euaserit, proficiscitur ad scholam forensam; in qua rursus est omnium nouissimus, & principarius; deinde scholasticus effectus, omnium caudicorum nouitius, & extremus est; ceterum cum ibi fuerit primus, tunc dux euadit; qui ubi magistratum fuerit affectus adiutorem sibi sumit asseforem, si ergo rebus in externis, tot habet homo promotionis gradus, quanto magis caelestia myteria multis gradibus, promotionibusque acquiruntur. Et tum qui multas exercitationes, & varia rerum pericula progressus fuerit, perfectus euadit? Nam Christiani, qui re vera gustauerunt gratiam, habentes signum crucis in corde, & animo, hi a regibus, ad pauperimos quosque, ut stercora, & graueolentia existimant omnia.

Perfecti viri fortitudo in aduersis.

38. AMBROS. lib. de Iacob & uita beata, cap. 8. Perfecti viri est, quasi fortem militem grauisimumorum casuum sustinere incurfus, conflictum subire, & quasi prouidum gubernatorem nauem in tempestate regere, atque occurrendo insurgentibus fluctibus magis vitare naufragium sulcando undas, quam declinando.

SUPERBIA.

- Superbia militat contra castitatem. Vide Castitas, num. 2.
Superbia resistendum. 2. 3. 7. 10. 14. 19. 28. 31. 45. 46. 49. 53.
Superbia primorum Parentum. 4. 6.
Superbi humiliantur. 1. 4. 5. 8. 10. 12. 32. 33. 34.
Superbiae effectus. 9. 2. 7. 40. 41. 50. 54. 55. 56. 57. 58.
Superbia est peccatum contra naturam hominis. 1. 1. 12.
Superbia stultum vitium. 1. 3. 61.
De Superborum sine & suppliciis. 1. 4. 15. 17. 25. 26. 29. 36. 37. 39. 44. 48. 49. 51. 52.
De superbia diaboli. 16. 37.
Superbia fermentum est natura humanae. 18.
Superbia tentatio diabolica. 20. 30.
Bona que superbiam generant possunt intermitteri. 21.
Superbia difficile curatur. 21. 30.
Superbi qualiter curantur. 22. 35.
Christus superbos despicit. 23. 47.
Superbia grauisimum peccatum. 24. 32.
Superbiam occultam punit Deus manifesta luxuria. 38. 57.
Superborum incessus condemnatur. 42.
Occultanda bona nostra ne superbiamus. 43.
A superbia oritur contemptus Dei. 50.
Superbus extollitur supra Deum. 55. 56.
Superbia omnia perdit. 59.
Superbus cecus est. 60. 62. 63. 64.
Superbia mala. 65. 66. 68.
Superbus facile dissiparet. 67.
Scriptura superbis occultatur. Vide Scriptura, num. 36. 39.

Superbos Deus coerces.



ENES. 1. Congregentur aquae, quae sub caelo sunt, & appareat arida. EVCHER. Et Dominus fixit superbiorum limites, & coarctauit eos, ne turbulenti iniquitatum sua-

rum fluctibus aridam, id est, animam sitientem Deum conturbent, liceatque ei germinare bonorum operum fructus.

Ne eleuemur in prosperis.

2. GENES. 1. Luminare minus ut praeset nocti, &c. GBASIL. Luna nunc tota sinuata in orbem, nunc accrescens, aut decrescens, non tota conspicitur: nam alia nimirum obumbratur parte, cum incrementa suscipit, alia pars eius occultatur, cum imminuit. Ex eius varia figura exemplum nobis apertum nostrae naturae praestatur, nullam, inquam, rem humanam fixam, nullam stabilem, nullam perpetuam esse; sed alias denuo exortas, alias perire, alias crescere, alias decrescere; vt non plurimum nobis ipsis ob vitae prosperitatem tribuamus, non potestatis gloriarum, non ob incertum fortunae statum ac opulentiam efferamur: despiciamus carnem, in qua potissimum versatur mutatio, curam animae diligentiamque adhibeamus, cuius bona dumtaxat immobilia esse constat.

Idem.

3. GENES. 2. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. AMBROS. Contuendum est, quia nemo debet sibi facile praesumere, nam ecce mulier, quae in adiutorium facta est viro, praesidio virili indiget; quia vir caput est mulieris. Vir autem qui adiumentum vxoris habiturum se esse credebat lapsus est propter vxorem. Vnde nemo debet facile alteri se credere, nisi cuius virtutem probarit. Vnde sicut Apostolus Petrus praecipit, vt mulieres subditae sint viris suis; ita praecipit, vt viri, quasi infirmiori vasculo muliebri impartiantur honorem, tamquam cohaerentibus gratiae vitae. Vide etiam Humilitas, num. 4. ex GREGOR.

De superbia primorum parentum interiori.

4. GENES. 3. Qui dixit ad mulierem, Cur praecipit, &c. GRVPERT. Nota quod postquam dixit, [Erat vterque nudus nec erubescabant.] addit, [Sed & serpens erat callidior,] &c. Per hanc annexionem verborum ostenditur initium tentationis Adae, & vxoris eius non incepisse ab exteriori persuasione serpentis, sed ab interiori. Prius namque intus ad cor hominis per semetipsum locutus est spiritus diaboli, vt superbiat, Deumque praepceptorem ferre, vel mandatum eius portare despectui haberet. Nisi enim intus per superbiam tumuisset, foris tentatus non facile cederet. Prius in anima spiritali corruptus est superbiae vitio, deinde & corporeo contra Dei mandatum infectus est cibo. Hoc videtur insinuare Christus in parabola Luc. 10. [Homo quidam, inquit, descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones.] Prius dixit, [descendebat,] deinde [incidit.] Nisi enim descenderet, non incidisset. Quia videlicet, nisi mente superbiat, dati praepcepti praeruaricationem non incurrisset. Sed nunquid ascensum superbiae, descensum vocas? vtique; tumore namque ascendere veraciter descendere est, iuxta illud Ps. 72. [Deicisti eos dum alleuarentur.] Et illud: [Omnis, qui se exaltat humiliabitur.] D. THOM. 2. 2. q. 165. ar. 2. contrarium dicit. Cum diabolus, inquit, minimum potestatis haberet in homine ante peccatum, non potuit eum interiori suggestionem, sed solum exteriori tentare, &c. Et Opusculo 3. cap. 190. ar. Peccatum mulieris multiplex inuenitur, primum quidem superbiae, qua inordinate superbiam appetiuit, &c.

Superbi humiliantur.

5. GENES. 3. Conseruare iolia sicum & fecerunt sibi perizomata. CHRYSOST. Vide à quanta gloria in

in quantam vilitate deducti sunt, qui antea quasi terrestres Angeli viuabant, tegumentum sibi ex foliis excogitant; tantum malum est peccatum! LIPOM. Qui domini & imperatores rerum omnium constituti fuerant, iam honoris, & honestatis à fici foliis tutelam emendicabant. Is fructus est inobedientiae, & superbiae contra verbum Dei. Vide etiam Castitas, num. 1. & 2.

De superbia primorum parentum.

6. GENES. 3. Mulier quam dediisti mihi sociam, &c. De superbia primorum parentum se ipsos excusando, Vide Excusatio, num. 3. 4. 5. & 6.

Superbia resistendum.

7. GENES. 3. Ipsa conteret caput tuum; id est, superbiae Euz resistendo. Vide Ecclesia, numer. 8. ex RABANO.

Superbi humiliantur.

8. GENES. 3. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est. THEODORETVS. Hoc per ironiam à Domino Deo dictum est, vt ostenderet falsissimam fuisse Diaboli promissionem. AVGVST. Replacatum est in caput superbi, quo exitu concupierit, quod à serpente suggestum est, [Eritis sicut Dij.] Non enim Dei consentitis verba sunt haec, sed potius exprobrantis, non autem tam huic exultantis, quam ceteros, ne superbiant deterrentis, propter quos ista conscripta sunt. Ac si diceret, non solum fuit factus, quasi fieri voluit, sed nec illud quod factus fuerat conseruauit. GENNADIVS. Vehementi dolore affecti ipsam Adam Deus hoc dicens.

Superbia effectus appetere nomen immortale.

9. GENES. 4. Et edificauit Cain ciuitatem & vocauit nomen eius ex nomine filij sui Enoch. CHRYS. Vide quomodo res nostrae paulatim deteriores futurioreque fiunt. Quippe hominibus mortalibus studium est, immortalem suam memoriā facere, partim ex filiis, quos generabant, partim ex locis, quibus filiorum nomina imponebant. Haec enim peccatorum & ruinae primae, monumenta, [Eritis sicut Dij, &c.]

Superbi humiliantur.

10. GENES. 6. Gigantes autem erant super terram, &c. HIERON. In Hebraeo habetur, [Cadentes erant in terra.] Et Angelis enim & sanctorum liberis conuenit, nomen cadentium. Symmachus etiam violentos interpretatus est. RVPERT. Cadentes autem recte dicuntur, id est, superbi quicumque potentes à saeculo sunt, vel viri famosi; Nam hoc ipsum superbiat, cadere est, &c. Vide Nobilitas, num. 2. LIPOMAN. Vel Gigantes cadentes dicti sunt, quia omnes, qui in eos inciderent, corporis vastitatem mirati, ac formidine correpti corruerant, vel, quia illorum timor super alios irruerat. AMBROS. Gigantes, non potestatum more terrae filios appellat, sed ex Angelis, id est, filiis Dei & mulieribus generatos asserit, quos hoc appellat vocabulo volens eorum exprimere corporis magnitudinem. THEODORET. Cum audio diuinam Scripturam dicentem de Enoch, quod erat de stirpe gigantum, & de Og rege, quod lectus eius erat ferreus, nouem cubitorum longitudine, & quatuor latitudine, eo quod è gigantibus esset & ab exploratoribus dicentibus, se tanquam locustas, in conspectu gigantum esse. Ipsumque Dominum dicentem: tradidi tibi Amorrahæum, cuius altitudo erat instar cedri, & fortis sicut quercus. Et de Goliath, quod nostrum cubitorum & palmi erat longitudo eius. Non dubito fuisse quosdam quàm maximae staturae homines, Deo

ita disponente, vt cognoscerent homines, non infirmitatis diuinæ fuisse, tam proceram staturam non omnibus datam; sed vt metis tumorem atque iactantiam amputaret: cum & homines tam paruae staturae etiam aduersus Deum insurgant. AVGVST. De gigantibus, id est, nimium gradibus atque fortibus non esse mirandum puto: quia post diluuium, & nostris quoque temporibus extiterunt, quaedam corpora hominum ad incredibilem modum ingentia, non solum virorum verum etiam foeminarum, vide etiam Fortitudo, num. 2.

De superbia Nemrod, & quomodo interpretetur illud Genes. 10. Iste cepit esse potens, id est, gigas, &c. Vide Fortitudo, num. 3. & Hypocrisis, num. etiam 3. Et Idololatria, num. etiam 3. & Diabolus, num. 20.

Contra naturam est superbiat.

11. QVOD contra naturam superbiat sit, vide Humilitas, num. 6. & Pralati, num. 4. ex GREG.

Idem.

12. GENES. 11. Cumque proficiscerentur de Oriente inuenerunt campum in terra Sanaar, & habitauerunt in eo. CHRYSOST. Vide quomodo humanum genus, non potest subsistere intra suos limites, sed amplius concupiscens maiora super se appetit; semper maiora desiderat, & quae supra suam sunt dignitatem votis concupiscit. Hinc & qui ad mundana respiciunt opera, si quando multo abundauerint auro, & potentes fuerint, quasi obliti suae naturae, in tantum se fastigium efferri volunt, vt vique in profundum ipsum deducantur; & hoc videmus quotidie contingere, quamuis nec hac ratione emendatioris euadant. Alij, etsi ad paruum tempus corripiantur, subitò tamen omnium obliti, iterum eandem vadunt viam, & in eadem praecipitia deferuntur. Isti Orientalem terram relinquunt, & aliam quaerunt: Vide lubricam illorum voluntatem. RVPERT. Recte in Sanaar habitauerunt, interpretatur enim excessus denarium, vel fœtor eorum; excussio quidem dentium, quia tunc illis quodammodo excussi sunt dentes, quando solitam loquendi facultatē denati, id est, superbi, vel fortes illi perdidērunt: fœtor autem eorum recte; quia fœtorem superbiae eorum tali ausu, vique ad nares Dei emiserunt. Cui sicut humilitas, vel spiritus contribulatus sacrificium est in odorem suauitatis: sic è contra superbia fœtor horribilis est.

Superbia stultum vitium.

13. GENES. 11. Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen peringat ad caelum. CHRYSOST. Nobis inquit, non Deo scilicet, sed nobis ipsis. Vide quam inualuit malitia. Habentes adhuc recentem memoriam generalis in diluuiio interitus in tantam inciderunt insaniam. Cuius culmen, aiunt, peringat ad caelum. AVGVST. Si hoc posse crediderunt, nimium stulta audacia & impictas deprehenditur. Et quia ob hoc Dei vindicta sequuta est, vt eorum linguaz diuiderentur, nimium absurdè hoc cogitasse creduntur. Vide etiam Humilitas, num. 7. ex eodem AVGVST. Sequitur, Et celebremus nomen nostrum, &c. CHRYSOST. Ecce radicem mali, vt scilicet perpetuam memoriam consequamur, &c. Vide Ambitio, num. 1. Sequitur: Quam adificabant filij Adam. LIPOMAN. Chaldaica habet [filij hominum.] Hebraica autem phrasis est, vt genus humanum appellatur, filij Adam. Nam Adam, vt adnotauit HIERON. non solum primi hominis nomen est, sed & omnium hominum. Idem ergo est filij Adam, & filij hominum. RVPERT. Filij Adam dicit, vt multo acrius percutiat eos, qui dixerunt, celebremus nomen nostrum, & turrim superbiae, qua caelum attingerent, adificare cœperunt. Eo quod hoc modo specialiter praeruaricationem

tionem Adæ imitabantur, qua diabolus securus est, dicentem[eritis sicut Dij,&c.]

Superbia resistendum, & de fine superbiorum.

GENES. 18. Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis, & cinis. GREGOR. 3. Moral. cap. 23. Si ita se despicit, qui vsque ad honorem diuinæ collocutionis ascendit, sollicita intentione pensandum est, qua pœna illi ferendi sunt, qui ad summum non proficiunt, & tamen de minimis extolluntur, &c. Vide Humilitas, numer. 12. vide etiam Gloria vana, numer. 1. ex ORIG. Et super illud Genes. 33. Adorauit prout in terram septies, donec appropinquaret frater eius. GREG. 8. Moral. cap. ult. Quid (inquit) est quod Iacob greges ouium sequens humiliter graditur, atque huic Elau obuiam veniens, tumultu multiplici comitatu eleuatur? nisi quia & electi hic elationem non habent, & in bonis carnis reprobi latè tument. De superbiorum hominum fine, vide Luxuria, num. 11. ex AMBROS.

Idem.

GENES. 49. Cerastes in semita mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retrò. AMBROS. Fit Cerastes in semita: quia quos fideles reperit, scilicet, Diabolus; vel Antichristus, & se se ad præcepti celestis angusta itinera constringentes, non solum nequitiam callidæ persuasionis imperit, sed etiam terrore potestatis premit, & post beneficia fictæ dulcedinis exercet cornua potestatis. Equus autem, hunc mundum insinuat, qui per elationem suam spumat: & quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, Cerastes iste equi ungulas mordere perhibetur; scilicet, ut cadat ascensor eius retrò. Ascensor equi est quisque extollitur indignitatibus mundi, qui retrò cadere dicitur, & non in faciem, sicut Sathilus cecidisse memoratur. In faciem enim cadere est suas vnumquemque culpas agnoscere, easque pœnitendo flere; retrò verò, quo non videtur cadere, est ex hac vita repète discedere, & ad quæ supplicia ducatur ignorare.

De Superbia Diaboli.

EXODI 5. Quis est Dominus ut audiam vocem eius, & dimittam Israël? nescio Dominum, & Israël non dimittam. De superbia Diaboli opposita humilitati Christi Domini, vide Christus, num. 72. ex CAS.

Superbiorum supplicia.

EXODI 8. Venit musca grauisissima, in domos Pharaonis, &c. corruptaque est terra ab huiuscemodi muscis. LIPOM. Id est, propter multitudinem muscarum illarum deformata terra est, vel (vt LXX. aiunt) destructa, RVPERTVS. Grande spectaculum Deus vniuerso orbi præstitit, cum superbiâ Aegyptiorum, non de leonibus, & vrsis, sed de ranis domuit, & muscis; vnde in Psalmo. [Venit Gynomya & dissipauit eos,] id est, Canina musca; dignam quippe illis fecit contumeliam, videlicet caninas sordes, & contumeliosam illorum superbiâ omnino genere muscarum domando. Et super illud Exodi 10. Ventus creans leuauit locustas, quæ ascenderunt super vniuersam terram Aegypti, ait idem RVPERTVS. Ecce quibus instruxit acies vt pugnaret pro Israël, Ranæ, Cyniphos, muscæ, atque locustæ fuerunt castrorum eius acies, contra fortes Aegyptios. Vnde per Prophetam Ioël cap. 2. ait: [Reddam vobis annos, quos comedit locustas, bruchus, & cruca] & addit: [Fortitudo mea magna, quam misi in vos,] Fortitudo, inquit, mea magna, locustas, bruchus, & cruca subauditur, non supernarum virtutum, & fortitudinum caelestium, sed inferiorum atque imbecillum comparatione hominuro, in infir-

mitate sua superbientium, qui ceruicem suam erigunt contra Deum, quam palici subiiciunt.

Superbia fermentum est natura humana.

EXODI 12. Septem diebus azyma comederis, in die primo non erit fermentum in domibus vestris. RVPERTVS. Nunquid de fermentum panum cura est Deo? certè propter peccatum hoc dicit diabolica superbiâ, quo fermentatum est genus humanum, in primi præuaricatione parentis. Septem ergo diebus, id est, tota vita nostra ab hoc fermento cauemus. Nam per gratiam fit, vt primo die non inueniatur: etenim primo die solemnitate nostræ, id est, mox vt quisque nostrum signatus est sanguine Christi id est, baptizatus: omne peccati veteris fermentum euacuatum est, & inueniri non potest: deinceps nostri studij fit, ne iterum corrumpamur.

Superbia resistendum.

EXODI 21. Quod si bos cornepeta fuerit ab heri & annuus tertius, &c. nec Dominus recluserit eum, percussitque virum aut mulierem: & bos lapidibus obruetur & Dominum illius occidit. RABAN. Potest & aliter ista sententia intelligi, vt significatione bouis cornepeta superbû animi motum accipiamus: quem si Dominus suus, hoc est spiritus, qui rectè debet in homine principari, non constringit, & propter hoc animæ facit interitum; reatus sceleris redundat in autorem simul, & custodem illius, qui eum prohibere debuit, & non fecit. Vnde scriptura Proverb. 4. [Omni custodia serua cor tuum, quoniam ab ipso vita procedit,] & Proverb. 16. [Cor hominis disponit viam suam, &c.]

Superbia tentatio diabolica.

EXODI 23. Non euiciam eos à facie tua anno vno, &c. ne crescant contra te bestia. RVPERTVS. Quasi dicat non absque legitimi certaminis labore vitia delecto in te, ne extollat te in superbiâ repentina gloria victoriæ. Satis enim est pugnare cum hominibus, quam bestiis subdi; id est, tolerabilis est verbi gratia colaphizati stimulo carnis, quam deuari elationis stimulo: hæc enim humana, illa tentatio est diabolica. Vide etiam infra, num. 30.

Quaedam quæ superbiâ generant possunt intermitteri.

LEVITIC. 5. Sin autem obscurior fuerit locus lepræ postquam vestis est lota, abruptet eam & à solido diuidet. RADVLF. Locus lepræ intelligitur, quidquid homini superbiendi materiam dedit. Quidam enim abinentia, alij eloquentia, alij vt dicitur honoribus extolluntur, & omnino quidquid illud est, in quo ceteris excellentior apparet, nisi cultus sollicitus humilitatis fuerit, materiam ei tribuit superbiendi. Si ergo tale illud est, quod rationabiliter possit ad tempus subtrahi, si locus lepræ fuerit subobscurus, vt sacerdos incertus nec condemnare eum præsumat, nec de sanitate illius adhuc certitudinem habeat, expedit homini, vt munere eodem priuetur, & quasi manu, vel dextro pede abscisso seruet corpus suum, ne gehennæ tradatur. Sequitur: Quod si ultra apparuerit in his locis, quæ prius immaculata erant, lepra volatilis, & vaga debet igni comburi. Vt patrum testatur auctoritas, superbia est, quæ & prima hominem corrumpit, & nouissima ab eo recedit: difficilis quippe eius curatio est, ex contrariis enim sæpe exoritur causis. Videbis hunc prædiutarum affluentia, alium præ contemptu superbientem. Hunc falsa vestis, illum purpura, & byssus extollit. Hic eloquentia tumens, omnes muros indicat & elingues; ille taciturnitatem habens cunctos de loquaci

loquacitate condennat. Superbia igitur est, vt diximus, quæ postquam mentem possidere cepit vix extirpatur: nam frequenter inde argumentum capit, vnde minui credebatur. Ecce enim præcipit lex, vt postquam in vestimento lepra apparuerit, locus lepræ à solido diuidatur: & quicunque superbus deprehensus fuerit, ei (si fieri potest) elationis materia subtrahatur; inuenies tamen qui nihil hac diligentia remediij consequatur. Nam si fortè pro abstinentia gloria, subtracta ei ieiunandi facultate, tumet cogitatione, dum se tantæ virtutis attendit, quam opus sit refræuari; alios verò tam dissolutos & desides, quibus etiam stimulis additis, vix canonica continentia valet suaderi. Item si pro doctrina sua elatus, priuatur officio docendi, sola cuius sibi conficius est inflatur scientia: & si quis loco ipsius hoc opus susceperit, quidquid dicere potuit parui pendit. Hæc est lepra volatilis & vaga, quæ hinc euulsa, alibi protinus oritur, & sedes mutans, nullam certam occupat, in qua extirpetur. Hanc ergo condennat lex, dicens: Quia postquam deprehensa fuerit, debet igni comburi.

Superbi qualiter curandi.

NVMER. 10. Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis (inquit Moyses ad Hobab filium Raguelis) veni nobiscum, &c. GREGOR. 3. p. pastor. admonitione 18. Plerumque suadere elatis vilia melius possumus, si profectum eorum nobis potius quam illis profuturum dicamus. Facile enim eius elatio ad hominem flectitur, si in flectio eius alius produsse creditur. Vnde Moyses qui regente Deo, & duce columna pergebat, cum cognatum suum à gentilitatis conuersione veller abducere & Dei dominio subiugare, ait: proficiscimur, &c. cumque ille respondisset: non vadam tecum, sed reuertar in terram meam, in qua natus sum: illico adiunxit. Noli nos relinquere: in enim nostri in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster. Non Moyfi mentè ignorantia itineris angustiabat, quem & ad prophetiæ scientiam cognitio diuinitatis expanderat, quem columna & diuina collocutio instruebat, sed vir prouidus elato auditori loquens solatium petiit, vt daret, requirebat ducem in via, cui dux fieret ad vitam. Egit ergo vt superbus auditor voci ad meliora suaderet, eo fieret magis deuotus, quo putaretur necessarius: & vnde se exhortatorem suum præcedere crederet, inde se verbis exhortantis inclinaret. BRVNO. Quid est quod Moyses, gentilem hominè, ductorem exercitus ponere vult, cuius ipse Dominus ductor erat? Sciendum autem quod homo vanus & superbus, nisi quibusdam laudibus, & blanditijs suis salutis consilijs non acquiesceret; vnde & nobis regula datur, potentes homines, & superbos, etiam adulationibus ad iustitiam, & veritatem conuercere non est peccatum.

Christus superbos despicit.

NVMER. 10. Præcessit columna nubis in die, &c. STEPHAN. Columna est Christus, quia rectus & firmus, & fulciens iniquitates nostras. Præcessit ergo columna nubis in die, quia Christus nulla luce claret illis, qui se putant esse in die, superbis scilicet & præsumptiosis; & columna ignis in nocte: Quia qui se infirmos reputant igne sui amoris illustrat.

Superbia grauisimum peccatum.

NVM. 15. Anima verò qua per superbiâ, aliquid commiserit. INTERL. Contemnens præceptum Domini, quoniam aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. INTERL. De numero scilicet eorum, qui ad Deum pertinent: Verbum enim Dei contempsit. AVGVST. quæst. 25. in numeros. Alia litera.

[Anima quæcumque peccauerit in manu superbiæ, & Deum exacerbat, exterminabitur, &c.] Quod genus peccati non dixit vllò genere sacrificij, purgari oportere, tanquam insanabilem indicans illam curacionem, quæ per illa sacrificia gerebantur, &c. Si autem res, quarum hæc sacramenta sunt inquirantur, in eis inueniri potest purgatio peccatorum. Quod ergo scriptum est [peccator cum in profundum peccatorum venerit contemnit:] Ille significatur, quem scriptura hic dicit: in manus superbiæ delinquere. Hoc enim sine pœna committentis non potest aboleri, &c. Vide Pœnitentia, num. 4c. OLEASTER legit: Anima, quæ fecerit contra præcepta, scilicet Domini, manu excessu, id est, arbitrando se posse Deo resistere, aut potentem vt Deum, moriatur. Chaldaeus vertit, [Anima, quæ peccauerit aperto capite,] id est, palam seu publice, ac si dicat impudicè, &c. Ex hoc loco intelligere poteris, sententiam obscuram Pauli ad Hebr. 6. & 10. vbi dicit: [Quod voluntariè peccantibus nobis iam non relinquitur pro peccatis hostia, sed terribilis expectatio iudicij.] Alludere enim videtur ad hunc locum. Nam hic peccatû ignorantia, hostiæ sacrificij expiatur: per superbiâ verò, quod videtur voluntarium, non expiatur hostia, sed morte plectitur, displicent enim Deo valde peccata studiosè facta, & Deum exacerbant, & opprobrijs eum afficiunt, vt alij interpretantur.

Superbi puniuntur.

NVMER. 20. Quia non credidistis mihi, &c. non inducetur bos populos, &c. Vide quæ dicta sunt de gloria vana, numer. 9. OLEASTER. Tremenda potius quam interpretanda sunt verba hæc. Quis non stupeat, & miretur, videns hominem, cui abscondita sua reuelauerat Deus, qui cum eo loquebatur facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum, tam facile deliquisse; & qui tam facile iratum Dominum alij placauerat, non potuisse obtinere remissionem, & rem, quam alij concesserat ipse Deus: quamuis obnixè ab eo petierit Denteron. 3. [Domine Deus tu cepisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, manumque fortissimam, &c. transibit igitur, & videbo terram hanc optimam, &c. iratusque est Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi sufficit tibi, nequaquam vltra loquaris de hac re ad me.] Nemo ergo quantumcumque sanctus, & iustus præsumat de se, nemo sibi fidat, videns turres ipsas cecidisse, quia Deum priuauerant Moyses, & Aaron gloria sua, priuauit etiam Deus eos gloria introducendi populum in terram promissam.

Idem.

NVMER. 22. Ne in terram vestram (ait Balaam nuncijs à rege ad se missis) quia prohibuit Dominus venire vobiscum. LYRANVS. Balaam cupidus, & superbus fingit, quod non esset prohibitus ratione viæ, sed ratione societatis, quia non erant nuncijs sufficientes honorabiles ad deducendum eum, propter quod rex misit ad eum secundo plures, & honorabiliores nuncios: Vt enim audiuit rex: Noliui Balaam venire vobiscum: rursum ille multo plures, & nobilitiores, quam ante miserat, misit qui nomine suo dicerent. Ne cunctis venire ad me, paratus sum honorare te, & quidquid volueris dabo tibi, & super illud; aperuit os asini, &c. ait GLOSIA, vt arguatur per eam Balaam, vt mutæ pecudis voce confutetur, qui diuinus videbatur, & sapiens.

Superbiorum est se suaque iacture.

NVMER. 23. Septem aras erexi (dixit Balaam ad Dominum sibi occurrentem) & imposui vitulum,

lum, & arietem desuper. OLEASTER. Expende quæso quid impij Deo occurrenti offerant, & quæ sint illorum coram Domino preces, nempe, iactare, si quæ fecerint bona, qui mala sananda Domino offerre debuerant, bona remuneranda iactant, sic & Phariseus apud Luc. 18. [Ieiunio bis in sabato, decimas do, &c.] quasi iniquorum sacrificia Deus probaret.

Superbia non consentiendum.

38. NVMER. 33. Omnia excelsa vastate. INTERL. Id est, superbiam carnis. HERONYM. Nihil tam periculosum, quam gloriæ cupiditas, & iactantia, & animus conscientia virtutum tumidus. TERTULLIANVS. Nota quod nullus rex in Ierusalem excelsa abstulit, nisi vnus Iosias ille, qui dixit: [discite à me quia mitis sum, & humilis corde.]

Superborum supplicium.

39. DEVT. 1. Aduersantes imperio Domini, & tumentes superbia ascendisti in montem, sed egressus Amorrhæus, &c. GLOSSA ORD. Hæc sententia humanam percutit superbiam, quæ de suis virtutibus præsumit, nec in Dei confidit potentia. Hostes enim spirituales, qui habitant, in montibus superbiæ, præsumptuosos necat, vsque ad damnationem pœnarum. Quisquis enim virtutum sordibus non metuit pollui, hunc necesse est pro meritis ignibus gehennæ tradi, dæmones namque volunt nos, implicari cupiditatis terrenis, & si perseveramus, in peccatis, & in montem superbiæ ascendere non desistimus, ignitis iaculis concidunt; ait enim, sicut solent apes persequi, & perducunt ad Anathema perpetuum. Ideo non de nostra præsumamus potentia, sed infirmitatem nostram considerantes Domino per omnia obsequamur, vt superatis hostibus cælestis patriæ gaudij promissa consequamur. Cauendum est ne murmurantes contra Dominum ascendamus in montem superbiæ, putantes nos propriis viribus saluari posse, ne continuo tradamur Amorrhæis, id est, Dæmonibus.

Superbia difficile vincitur.

40. DEVT. 7. Non poteris delere eos pariter, ne forte multiplicentur contra te be. tie terra. Vide supra num. 20. GLOSSA ORD. Cauendum esse ostendit, ne forte expulsi peccatis à carne nostra, insurgat spiritualis bestia id est, iactantia superbia, vel vana gloria, quæ difficilius expiantur, quam carnalia vitia. Loth enim qui in Sodomis continebat, in monte fornicatione pollutus est, expulso vitio statim virtus plantetur, ne immundus spiritus redeat, & domum vacantem inueniat.

Superbia resistendum.

41. DEVT. 10. Circumcidite igitur præputium cordis vestri. INTERL. Id est, superflua cordis, & circuncisionem vestram ne indueris amplius. INTERL. Tumorem superbiæ, quia Dominus Deus vester ipse est Deus Deorum, &c. INTERL. Contra quem stultum est superbiere. Vide, Circumcisio, num. 14. ex GLOSSA ORDINARIA.

Superbia grauissimum peccatum, & superbi humiliantur.

42. IVDIC. 3. Iratusque contra Israël Dominus tradidit eos in manus Chusan-rasababam, id est, humiliatio eorum. ORIGENES Homil. 3. super Iudices. Quia in excelsis montium impiè agebant contra altissimum, ab ipso in humilitatem traditi sunt: quia in conspectu

Dei valde est odiosa superbia. Initium enim discendi à Deo superbia. Ecclesiastes 10. [Deus autem superbis resistit.] Si quis ergo Christi humilitate despecta extollitur, deicctus tradetur in manus huius tyranni & humiliabitur; potest quisque etiam paruus, vel minimus superbiæ vitio laborare: & nihil tam fœdum, tam execrabile, quàm pauper superbus, & diues mendax. Ecclesiastici 25. Penetrat aliquando superbiæ morbus ipsam Sacerdotalem & Leuiticum ordinem, & in nobis, qui ad exemplum humilitatis positi sumus, & in circulo altaris veluti specula quædam intuentibus arrogantia vitium fœter, & de altari Domini, quod debet incensi suauitate flagrare, odor superbiæ terretimus renitet.

Idem.

43. REG. 13. Filius vnus anni erat Saül, cum regnare cepisset, duobus autem annis regnauit super Israël. INTERL. Scilicet iudæ, & maniuere, postea enim magis tyrannus fuit quam rex. RVPERTVS. Arbor magna, & fertilis, valde cito inueterauit. Sed qualis putas vermis, intrinsecus radicem eius mordit? vtrique vermis superbiæ. Sicut de alio dicit Propheta Ezechie. 31. [Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosis, excelsusque altitudine, & inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius;] ac demceps, [pro eo quod sublimatum est in altitudine sua, tradidi eum in manu fortissimi gentium.] Similiter contigit & huic Sauli. Duo peccata eius pœnam hanc meruerunt, primum est quod homo nõ de tribu Leui, sed de tribu Benjamin factus nihil sibi non licere arbitratus, obtulit sacrificia, &c. Hoc quidem nimis grande fuit regis supercilium, dignè superno iudicio ferendum: si Ozias Davidici generis de tribu Iuda, quia tantum ingressus templum Domini, adolere voluit incensum Domini super altare thymiamatis, statim cælestis ultio superbiæ eius percussit: orta est enim lepra in fronte eius, & leprosus fuit vsque ad diem mortis eius, & habitauit in domo separata: Quanto magis iste proiciendus fuit, qui totum sibi faceret officium vsurpauit? vnde & dicitur ei, [nequaquam regnum tuum ultra conseruet, &c.] Secundum eius peccatum fuit, quod iussis in verbo Domini ire percutere Amalech, non fecit sic, de quo infra, cap. 15.

Idem.

44. REG. 15. Cum esses paruulus in oculis tuis, &c. Vide, Humilitas, num. 49. ex GREGOR. qui 34. Moral. cap. 17. & 2. part. p. 5. 1. cap. 6. sic ait. Miro autem modo cum apud se Paulus; apud Deum magnus, cum verò apud se magnus apparet, apud Deum paruulus fuit. Plerumque enim dum ex subiectorum affluetia animus inflatur, in luxum superbiæ ipso potentia f. stigio lenocinante corrumpitur. Humana etenim mens plerumque extollitur, etiam cum nulla potestate fulcitur, quanto magis in altum se erigit, cum se ei etiam potestas adiungitur? Vide etiam libro 18. Moral. cap. 20.

Quibus armis vincitur superbia.

45. REG. 17. Stans Goliath aduersus phalanges Israël clamabat. BERNARD. Credo non incongruè in superbo homine superbiam designari. Ipsum enim est peccatum maximè, quod speculiter insurgit aduersus eos, qui peccata cætera vicisse videntur. Nam, & Philistæi illo tempore timebant Israël, nisi quod tota eorum fiducia de Goliath pendebat. Vnde enim eiusmodi animam superbia tenet, quam sibi subiungit inuidia, siue cupiditas, quæ solet Deo vomitum prouocare, aut pigritia, quæ facit vt boum ster-

coribus lapidetur? & cui adde cætera vitia dominantur; vt diuidicari se ab omnibus, tamquam malè sibi conscius arbitretur? quis demique nisi manu fortis aduersus superbiam dimicaturus procedat? armetur ipse contra Goliath, qui & visum vic erit, & leonem proiectis armis Saülis, scilicet superbia seculari, siue philosophicis traditionibus; siue etiam litera occidente. collegit quinque lapides de torrente, quos nimirum, cum leuia quæque tolleret, leui gare torrens potuit, non etiam tollere secum. torrens, est sæculum præsens, quod vti nam pertranseat anima nostra scriptura teste. [Generatio præterit, generatio aduenit, tamquam tumens vnda, vndam impellens, verbum autem Domini manet in æternum.] Arbitror proinde quinque lapidibus istis, quinque partium intelligi verbum, comminationis, promissionis, dilectionis, imitationis, & orationis. Horum quippe verborum copia latè in diuinis scripturis reperitur, & forte ipsa sunt quinque verba, quibus loqui in Ecclesia Apostolus gloriatur; Hæc autem verba transeunte mundo non modo manent, sed etiam leuigantur, dum pertranseuntibus plurimis multiplex est scientia; Hos itaque collectos in vase memoriæ, reponat considerans, quanta nobis minetur Deus, quanta promittat, quantam nobis exhibeat charitatem, & quanta nobis sanctitatis exempla proponat; quemadmodum nobis orationum commendat instantiam. In quo sane conspectu funda quoque necessaria est longanimitatis formam habens, quam huic certamini nulla ratione deesse necesse est. Quotiens ergo prouocante vanitate ad recordationem comminationis diuinæ, seu promissionis aut quorumlibet cæterorum confundi cæperis, & erubescere, deicctus quidem est Goliath, sed forsitan adhuc viuunt. Accede itaque propius, ne forte resurgat, & stans super eum mucrone proprio caput eius abscinde, & de ipsa, quæ te appetit vanitate, perimens vanitatem, nimirum humilitatis, & abiectionis, tamquam de superbo homine sentiens de te ipso: & ita Goliath Goliath gladio peremisti.

Superbi puniuntur.

46. REG. 1. Considera Israël pro his, qui mortui sunt super excelsa sua vulnerati. GLOSSA ORD. Considera pro qua culpa interfecti sunt, & præcaue, ne & tu in scelere eorum parcas. Sequitur, montes Gelboe, nec vos, nec pluuia veniant super vos. GLOSSA ORD. Gelboe interpretatur decursus, per hos montes dignitates defluentes significantur. Super illos namque qui dignitates amant nec ros venit, nec pluuia, id est nec gratia, nec doctrina, &c. Vide Ambitio, num. 14. GREGOR. 4. Moral. cap. 4. Quid deliquerunt montes? propheta est contra superbos Iudæos, superbi quippe Hebræorum montes primum fructus non ferunt, quia in Christi, id est, vncti se morte miscuerunt, possunt tamen idcirco Gelboe montes maledici, vt dum fructus exarscente terra non occurrunt, possessores terræ sterilitatis damno feriantur, vt ipsi maledictionis sententiam acciperent, qui apud se mortem regis suscipere, iniquitate exigente meruissent.

De superbia Angelorum.

47. IBIDEM BERNARD. Vt noueris quod ad Angelos, qui præuaricati sunt ista loquatur, addit. [Vbi ceciderunt vulnerati multi] quàm multi in his maledictis montibus de exercitu Israël ceciderunt, à principio, & quotidie cadunt, de quibus dicitur. [Sicut vulnerati dormientes in sepulchris.] non mirum ergo, si steriles & infructuosus permanent montes, super quos, nec ros, nec pluuia descendunt,

quippe autore gratiæ, & benedictionum largitore tranilliente eos, omnes montes, qui in circuitu eius sunt vifitet Dominus, à Gelboe autem transeat; diabolo nempe, qui per Gelboe designatur. Hinc inde sunt montes, quos vifitat Dominus, supra Angelos, infra homines, ipse verò in medio aëre, vt videat, ipsaque inuidia torqueatur, dicente scriptura, [peccator videbit, & irascetur.] quàm miser cum suspicit caelos in quibus innumeros montes intuetur diuina claritate fulgentes, diuinis laudibus resultantes, sublimes, in gloria abundantes? quàm inferior, cum respicit terram, montesque plurimos habentem; fide solidos, spe excelsos, charitate spatiosos, virtutibus cultos, bonorum operum fructibus refertos, de rore cæli quotidianam capientes benedictionem. timendum ergo nobis ne veluti à montibus Gelboe transeat, & à nobis, si indignos sua vifitatione conspexerit. Quid superbis terra, & cinis? & Angelos tranfit Dominus, execrans eorum superbiam. Cooperetur ergo mihi in bonum, diaboli malum, & lauem manus meas in sanguine peccatoris. Si enim sic actum est cum Angelo, quid de me fieret terra & cinis? Si forte superbia inuenta fuerit in me? ille in cælo intrumuit, ego in sterquilinio. Quis non tolerabiliorem in diuute, quam in paupere superbiam dicar. Væ mihi, si tam durè in potente illo animaduersum est, pro eo quod intrumuit cor eius; quid de me exigendum mihi sero, & superbo?

Superbiam occultam punit Deus manifesta luxuria.

48. QVOD Deus superbiam occultam punit manifesta luxuria, & quare, Vide, Humilitas, num. 55. & Luxuria, num. 23. ex GREGOR. Vide etiam, Iustus, numer. 50. ex variis.

Superbia interior puniuntur.

49. REG. 13. Ecce vir Dei venit de Iuda in sermone Domini, &c. GREGOR. lib. 23. Moral. cap. 19. Nemo ergo alicuius virtutis se æstimet, etiam cum quid fortiter potest. Quia si diuina protectio deserat; ibi repente eneruiter obruitur, vbi se valenter stare gloriabatur; quid est enim quod vir Dei contra altare Samariæ ad prophetandum directus præfente rege auctoritatem liberæ vocis exercuit, eiusdemque regis extensum brachium in rigorem mirabiliter astrinxit; quod tamen mox misericorditer saluti restituit? Cuius in domo inuitatus comedere noluit, quia ne in via comederet prohibitionis dominicæ præcepta seruauit; qui tamè in eadem via, & seductus comedit, & passus interiit, quia in re quid subtili consideratione colligimus, quid, vt ita dixerim, formidandum suspicamus, nisi, quod forsitan apud semetipsum tacitum pro præceptis dominicis regem se contempsisse gloriabatur? ab æterna mox soliditate quassatus est, & inde ei in opere culpa subrepsit, vnde gloria in corde surrexit, vt Propheta falsi verbis deceptus disceret, quia nequaquam propriæ fortitudinis fuerit, quod verbis regis restitisset. Bene autem ex eius ore mortis sententiam accepit, cuius seductione à vitæ præcepto deuiauit, vt inde pœnam veraciter sumeret, vnde culpam negligenter admisisset. GLOSSA ORD. Cum quis in prosperis eleuatur, ita vt præcepta Domini contemnat, à leone qui circuit, quarens quem deuoret dente persuasione, malignè laniatus per consensum peccati interficitur; Ac per hoc necesse est semper querere protectionem omnipotentis, quæ minus necessaria queritur, si semper habeatur, sed vtiliter plerumque subtrahi

subtrahitur, ut libimet ipsi, homo, quam sine illa nihil sit ostendatur.

Superbia oculum mentis claudit.

40. **R**EG. 19. *Derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal.* VATA B. Septem millia, id est, multa millia. GREGOR. 31. *Moral. cap. 23.* legit reliqui mihi, &c. Certum, inquit, est, quod cordis sui oculum per elationis tenebras extinguit, qui cum recte agit considerare meliorum merita negligit. At contra magno humilitatis radio semetipsum illuminat, qui aliorum bona subtiliter pensat: quia dum ea, quae ipse fecerit facta foris & ab aliis conspiciuntur, eum qui de singularitate intus erumpere nititur superbiae tumorem premit, hinc est enim quod voce Domini ad Eliam solum se aestimantem dicitur. [reliqui mihi septem millia virorum, &c.] Ut dum non solum se remansisse cognosceret, elationis gloriam, quae ei de singularitate surgere poterat, declinaret; Propheta nempe erat, & saepe mytheria superna cognoverat. Quid ergo difficile fuit agnoscere, in hoc mundo fideliter Deo famulos, & alios remansisse? Sed hic solerter intuemendum est oculum cordis elatio quam nequitur claudat; quia qui humilis, & Dei iudicia nouerat, elatus, & aperta nesciebat.

Superbi leprosi.

41. **R**EG. 5. *Naaman princeps militiae, &c. erat autem vir fortis, & dives, sed leprosus.* GLOSSA ORD. Quia quamuis per potentiam regni ac rerum abundantiam dominari videretur, tamen per errorem idololatriae lepra foedus apparuit. Vide, *Humilis*, num. 58. ex BERNARDO.

Superborum incessus.

42. **R**EG. 9. *Est autem incessus quasi incessus Iehu filij Namsi, princeps enim graditur.* Alia litera, [Nam insane incedit.] VATA B. Id est, princeps foret incedere; minus recte Chaldaicus paraph. [quoniam lentè incedit.] *Hac ille.* Superbia sic incendentium, etiam Deo solet displicere iuxta illud. [væ qui opulenti estis in Sion, &c. ingredientes pompaticè, &c.]

Non manifestanda sunt bona nostra superbe.

43. **R**EG. 20. *Latus est autem in aduentu eorum Ezechias, &c. Vide, Gloria vana, num. 14. & 15.* GLOSSA ORDIN. Vnde Dei ira iustissima, quoniam non solum Thesaurus suos, atque Palatij; sed & Templi ostendit, quod certè fuit potestatis eius, de cuius valuis auri laminas ante iam tulerat. *Hac illa.* Reprehensus autem à Domino Propheta Isaiæ ægrè tulit & respondit. INTERL. Cum supercilio legendum. *de terra longinqua venerunt ad me de Babylone.* quæ in orbe potentissima est. GLOSSA ORDIN. Quasi dicat quanto terra longior, vnde venerunt: tanto ego gloriosior propter quem venerunt, ad me, inquit, debuerat dicere ad glorificandum Deum, pro signi magni udine. GREGOR. 8. *Moral. cap. 30.* Homines superbi cum inflati apud semetipsos fauoribus intumescunt, saepe mirantur taciti, etiam ipsi quod sunt. Videri quotidie semetipsos altiores cupiunt, ac miris intentionibus in opere excrescunt; quia sicut virtus humilitatis omne vitium eneruat, sic arrogantia roborat. Cogit namque mentem inuenescere, & contra vires valere. Quia & quod negat vigor valetudinis, imperat amor laudis. Vnde factis suis arbitros inquirunt; si verò eorum operi testes

deesse contingat, narrant ipsi quæ gesserint. Cumque efferrī fauoribus cœperint, saepe eisdem suis operibus, quæ peregrisse se referunt, mentiendo aliquid adiungunt cum vero; & vera dicunt; hæc dicendo aliena faciunt, quia quæstis remunerati fauoribus, ab eorum incima retributione vacuantur. In eo enim quod bona sua patefaciunt ostendunt malignis spiritibus, quasi insidiantibus hostibus quæ prædentur. Sicut Ezechias, qui postquam vna prece, & sub vnius noctis spacio centum octoginta quinque millia hostium angelo feriente prostravit, postquam occasui proximum ad altiora cæli spacia solem reduxit, postquam vitam propinquante iam termino coarctatam in tempora longa protelauit, suscepit Babylonicus regis nuntius bona omnia, quæ possidebat ostendit. Sed Propheta voce protinus audiuit. [Ecce dies venient, & auferentur omnia, &c.] Sic nimium hypocritæ postquam magnis virtutibus excrescant, quia cauere malignorum spirituum insidias negligunt, & celari in eisdem virtutibus nolunt, bona sua ostendendo hostium faciunt, & prodentes subitò amittunt, quidquid diutius studentes operantur. Vnde *Psal. 77.* [Tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.] Virtus quippe, & pulchritudo arrogantium inimici manibus traditur: quia omne bonum quod per concupiscentiam laudis ostenditur, oculi aduersarij iuri mancipatur. Hostes namque ad rapinam prouocant, qui suas eorum notitias diuitias denudat, quousque enim ab æternæ patriæ securitate disjungimur, per latronum insidiantium iter ambulamus; Qui ergo in itinere deprædari formidat, abscondat necesse est bona quæ portat. Hinc est quod per Euangelium veritas dicit *Matth. 6.* Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, &c. & pater tuus, qui videri in abscondito reddet tibi. Et *Psal. 44.* [omnis gloria eius filia regum ab intus.] Et *Paul. 2. Corinth. 1.* [Gloria nostra hæc est testimonium conscientia nostræ.] Quia scilicet fauores oris alieni non appetens vitæ suæ gaudia extra semetipsum ponere ignorat. Occultanda sunt ergo, quæ agimus, ne hæc in huius vitæ itinere incautè portantes latrocinantium spirituum incurfione perdamus.

Superbi puniuntur.

44. **P**ARALIP. 21. *Displicuit autem Deo quod insum erat, & percussit Israel.* GREGOR. 25. *Moral. cap. 14.* Iustus iudex ex populi animaductione corripuit peccantis vitium, ex cuius populi causa peccauit, sed quia ex voluntate sua superbians à culpa alienus non fuit, vindictam culpæ suscepit; ira enim, quæ corporaliter populum percutit, rectorem cordis dolore prostravit. vnde *2. Regum 24.* dicitur. [Percussit autem cor Dauid cum postquam numeratus est populus, id est conscientia eum reprehendit.]

Superbia non consentiendum.

45. **I**VDITH 1. *Arphaxad gloriabatur quasi potens.* INTERL. Non vere, quia solus Deus est. *in potentia exercitus sui.* Non Dei à quo omnis potestas. & *Nabuchodonosor obtinuit eum in campo magno.* GLOSSA MORAL. Hoc saepe contrigit, quod seruus Dei, qui plures tentationes diaboli superauit, & etiam auctitium bonorum operum fecit; de quibus insignite Diabolo per superbiā intumescit, ab eodem diabolo, qui per Nabuchodonosor significatur, debellatur; & sic victoria qua tentationes diaboli superauerat vertitur in luctum iuxta illud *2. Reg. 19.* [victoria est victoria in die illa in luctum.] Vnde dicit Bernardus; Quid dicis virgo superba, expedit tibi magis virginem

virginem non esse, quam de virginitate, insolescere, & Saluator *Luc. 18.* de Phariseo de suis operibus gloriante, & de Publicano sua peccata confitente. [Descendit hic iustificatus ab illo,] id est Publicanus magis quam Phariseus.

Idem.

46. **I**VDITH 5. *Sciens quod filij Israel prepararent se ad resistendum.* INTERL. Maris, ac montium itinera conclaussent, & quod fidenti animo omnem superbiā detestarentur per quam maximè aduersarij irumpere student, furore nimio exarsit in iracundia magna. GLOSSA MORAL. Quando enim diabolus percipit aliquos se præparare ad resistendum sibi, tunc grauius querit eos inuadere, & persequi. Vnde *Leo Papa.* Non desinit hostis antiquus transfigurans se in Angelum lucis deceptionum laqueos vbique prætere, omnium discit consuetudines, ventilat curas, scrutatur affectus, & ibi querit causas nocendi, vbi quemcumque viderit studiosius occupari.

Superbiā Deus odit.

47. **I**VDITH 6. *Inuere superbiā eorum.* INTERL. Ne dissimules peccata eorum, & respice ad nostram humilitatem, quæ tibi sola placet, & ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te, & de sua virtute gloriantes humilias.

Superbi puniuntur.

48. **E**STHER 3. *Solus Mardocheus non flecebat genua, nec adorabat eum,* scilicet Aman. GLOSSA ORDIN. Potentes seculi, qui beneficiis diuina potestate collatis abutentes quos consortes habent naturæ dedignantur habere consortes gratiæ, & honorem, & reuerentiam, quam soli Deo debuerunt; in se se transferre contendunt, eos autem qui consentire nolunt, odiis, & cruciatibus, persequuntur; sed iusto Dei iudicio in insidias suis capiuntur iniqui, vnde dicitur, iustus de angustia liberatur, & traditur impius pro eo, *Proverb. 11.*

Idem. Superbia non consentiendum.

49. **I**SAIÆ 14. *Quomodo cecidisti de celo lucifer qui imane oriebaris?* AILREDS. Cauete superbiā fratres, cauetis; quam multi enim (quod dolens dico) si forte se vident in luce sapientiæ profecisse verbo etiam, & exemplo aliis profecisse, ut meritò luciferi nomine digni habeantur. Ita ut mane, id est, in initio suæ conuersationis cæteris eiusdem vitæ confortibus elatioribus habeantur; occulta primùm interius elatione tumescunt, prælatos suos despiciunt; & nunc eos simplicitatis, & inscientiæ arguunt; nunc quod in temporalibus occupantur derident; & detrahunt, inferiores se cunctos aspiciunt, omnes denique prælatione iudicant indignos. Tunc & quisquis talis est dicit in corde suo ascendā in cælum, id est, cum mea conuersatio sit in cælis semper dignus sum, qui in cælestibus, id est, spiritualibus præsum. Ut quid perditio hæc? Perditio, inquit, tantæ sapientiæ, tantæ virtutis, & eloquentiæ, quæ ita prodesse; sed quia in inferioribus sedeo, prodesse non possunt. Supra sidera igitur Deo ego instar luciferi cæteris exaltato sedem meam in monte testamenti sedens. Similitudinem mihi de aliis proficiendo acquiram, cum enim testamentum sacra appellatur scriptura, mons testamenti non incongruè charitas dici potest: quæ omnibus excellentior virtutibus in se totam legem continet, & Prophetas. Nihil ergo magis arrogans, quam ambitiosus, cum in charitate præfisse se polli-

etur, &c. talis cum sui fuerit compos voti, & ad prælationem, quam ambierat, aut propria machinatione, aut aliorum factione promotus, Dei gratia spoliatus de virtutibus sictis in vitia manifesta prolabitur; & sic exosus omnibus proicitur, ut mereatur audire. *Quomodo cecidisti de celo lucifer, qui mane oriebaris;* Et quia tales ad corpus illius nefandi capitis certum est pertinere quali pœna digni habeantur, propheticus sermo non tacet.

Superbia oritur contemptus Dei.

50. **I**SAIÆ 14. *De radice colubri egredietur regulus.* AILREDS. Id est de superbia Dei contemptus. Regulus rex serpentum est; & Dei contemptus omnium potentissimus vitiatorum; quæ tunc magis damabilia iudicantur, quando non ex ignorantia, vel infirmitate, sed potius ex contemptu generantur. nascitur autem contemptus ex superbia: quia nisi prius mens humana tumuerit ad sui creatoris iniuriam non erumpit. *Semen eius absorbens volucrem.* Si enim contemptus desperatio est, quæ confessionem excludit, irridet pœnitentiam, satisfactionem abiurat; impius enim cum venerit in profundum malorum contemnet, per *volucrem*, animal pennatum, & celeri volatu superiora petentem spes significatur, per quam æterna temporalibus præponentes mente, in cælestibus habitamus, sed hanc volucem absorbet desperatio; quando auulsis pennis, quibus ad cælestia peruolat anima declinat ad infima, ut contemnens præsentia, futura amplectatur, nihilque ultra desideret, cum nihil sit ultra quod speret.

Superbi puniuntur.

51. **M**ACHAB. 1. *Et exaltatum est, & eleuatum,* cor eius, scilicet Alexandri; Adeo exaltatus est, ut & Callisthenem Philosophum, sibi que apud Aristotelem condiscipulum, cum eum non adoraret, ut Deum deposito salutandi more cum plurimis aliis principibus occidit. *Exaltatum est, &c.* Alia litera [cum iam ei terra pacata pareret, animo factus est elatior, & superbior.] Quippe parta est sibi potentia quam amplissima. Sed audi humiliationem, [post hæc decidit in lectum & cognouit quia moretetur.] [Et regnavit Alexander annis duodecim, & mortuus est.] Nota singula verba.

Idem.

52. **M**ACHAB. 1. *De Antiocho dicitur, & fecit Mæcedes hominū, & locutus est in superbia magna,* de cædibus dicitur *2. Machab. c. 5.* quod tribus diebus. *Erant autem toto viduo octoginta milia interfecti, quadraginta milia viri non minus aut venundati.* De superbia autem eius magna dicitur ibidem. *Antiochiam regressus est existimans se præ superbia terram ad nauigandum deducturum, propter mentis elationem.* Alia litera [præ superbia terram nauigabilem, mare autem, pedibus per viam est. Et tunc se existimans, tanta erat animi elatio; sed audi humiliationem. *2. Machab. cap. 9.* vbi multa de eius humiliatione narratur. Denique is qui sibi videbatur etiam fluctibus maris impetare supra humanum morem superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur manifestam Dei virtutem in seipso conestans, ita ut de corpore impij vermes scaterirent, &c. & qui paulo ante sidera cæli coningere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam furoris portare, &c.]

Superbia non consentiendum.

53. **M**ACHAB. 6. *Et inie scilicet Eleazarus sub pedes elephantis & supposuit se ei & occidit eum,* CCCC & ccc

Et cecidit in terram super ipsum & mortuus est. G L O S -
S A O R D I N . R A B A N I . Quid per Eleazarum
qui elephantem interficiens occubuit, nisi persona
arrogantium designatur. Qui dum volunt fortiter
aliquid gerere, & tamen non simplici animo sed elato
in suis conatibus deuicti prosternuntur. Vide etiam
Hypocritam, num. 9. G R E G O R . *Libr. 19. Moral. cap. 13.*
Eleazarus in praelio elephantem feriens strauit, sed
sub ipso quem extinxit occubuit, quid Eleazarus iste
significat, quem victoria sua oppressit, nisi eos qui vi-
tia superant, sed sub ista quæ subiciunt superbien-
do succumbunt? quasi enim sub hoste quem pro-
strauit moritur, qui de culpa, quam superat eleuatur.

Superbia conditiones.

54. **I**BIDEM. H V G O D E F O I L L E T O . Pulchre
per elephantem figuratur superbia, cuius natura
est vt iuncturis careat, & ideo flexere membra sua
nequeat, sed semper stet, vnde vt quiescat, & som-
num capret, stando latus suum inclinatur ad arborem,
quam, vt comprehendatur, succidere latenter solent
homines illius regionis; Cuncta ista superbia conue-
niunt. Membra superbia inflexibilia sunt, cum enim
aliquis superbus loquitur si imponas ei silentium
non acquiescit; sed vt ait Salomon, totum Spiritum
suum profert; si reprehendas, negligit, si contradi-
cis, non cessat, stat semper, sed male, ad propriam vo-
luntatem quasi ad arborem latus inclinatur superbus,
vt quietem recipiat: quod enim per dispositionem
propriæ voluntatis facimus, hoc quieto suscipimus
animo: si autem aliter ordinatur, pro labore reputa-
tur, succidatur ergo arbor propriæ voluntatis; vt ca-
dat, & occidatur bestia superbia: cauendum tamen
ne occisa, occisus te occidat.

Superbus extollitur supra Deum.

55. **L**V c. 2. *Et erat subditus illis.* B E R N A R D . Quis
quibus? Deus hominibus, Deus, inquam, cui
Angeli subditi sunt: cui principatus, & potestates obe-
diunt, &c. discite homo obedire, discite terra subdi,
discite puluis obtemperare, erubescite superbe cinis,
Deus se humiliat, & tu te exaltas, Deus se hominibus
subdit, & tu dominari gestiens hominibus tuo te præ-
ponis auctori: quotiens enim hominibus præsele-
desidero, totiens Deum meum præire contendo: de
ipso namque dictum est, [& erat subditus illis,] si
hominis homo imitari dedignaris exemplum, certe non
erit tibi indignum sequi auctorem tuum, sed non
potes forsitan sequi eum quocumque ierit dignare,
vel sequi qui tibi condescendit, hoc est si non potes
sublimem condescendere semitam virginitatis; se-
quere vel Deum per tutissimam viam humilitatis, à
cuius rectitudine si qui, etiam de virginibus, deuia-
uerint (vt verum fatear) nec ipsum sequitur agnum
quocumque ierit. Sequitur siquidem coinquinatus
& humilis, sequitur & virgo superbus, sed neuter
quocumque ierit, quia nec ille ascendere potest ad
munditiam agni, qui sine macula est; nec hic ad eius
mansuetudinem descendere dignatur, qui non coram
tondente, sed coram occidente se obmutuit, At ta-
men salubriorem elegit patrem sequendi in humili-
tate peccator, quam in virginitate, superbus, cum &
illius immunditiam sua humilis satisfactio purget, &
huius pudicitiam superbia inquinat, sed felix Maria
cui nec humilitas defuit nec virginitas.

Idem.

56. **A**D T H E S S A L . 2 . *Qui extollitur supra omne quod
credetur, & quod colitur Deus.* A I L R E D V S .
Horret humanus auditus verbum, vtinam abhorreat

similiter cogitatum malignum, pariter & affectum.
Dico enim vobis non ille tantum sed omnis super-
bus extollitur supra Deum, vult enim Deus fieri vo-
luntatem suam, & superbus vult fieri suam, iam vi-
detur æqualitas. Sed attende male congruam propor-
tionem. Deus enim in his tantum quæ ratio approbat
suam vult fieri voluntatem: superbus verò, & cum ra-
tione, & contra rationem.

Superbus multis repletur vitiis maxime luxuria.

57. **O**S E Æ 5 . *Et respondebit arrogantia Israël in fa-
cie eius.* H I E R O N . Hoc est non abibit impu-
nitus, humiliabitur eius superbia. P. R I B E R A . Et
merito, nam pœna pro peccato inflicta responsio est
quæ pro peccato debetur: sicut fauor Dei & benefi-
cia sunt responsio operis boni iuxta illud *Genes. 31.*
[respondebit mihi cras iustitia mea, &c.] & tibi
profectò respondebit arrogantia tua in facie tua,
qua Domino tuo aduersaris, & contradicis dicenti,
Apocal. 3. [Ego sto ad ostium, & pulso.] Qualem au-
tem responsionem expectare debeas docet *Salomon*
Proverb. 16. [Abominatio Domini est omnis arrogans
etiam si manus ad manum fuerit, nõ est innocens.] Id
est etiã si nihil operetur, nõ erit innocens huic super-
bia, cū alia vitia respondeant, tū maxime Fornicatio,
quod pulcherrimè admonet *Gregorius*, *26. Moral. c. 12.*
Sic, sic inquit elati iusta fuerant retributione ferien-
di, vt quia superbiendo se hominibus præferunt, lu-
xuriando vsque ad iumentorum similitudinem de-
uoluuntur. Vnde *Paulus*. [Euanuerunt in cogitationi-
bus suis.] *Roman. 1.* Audi autem quomodo in immen-
torum aut plusquam iumentorum voluptatem deci-
derint: [Tradidit illos Deus in desideria cordis sui, in
immunditiam,] occultam videlicet culpam. Sequitur
apta percussio, vt malis exterioribus interiora pun-
niantur, & cor publicè corruat quod latenter tume-
bat. hinc quippe per *Oseam* contra Israëlitas dicitur.
[Et respondebit arrogantia Israël in faciem eius.] Ac
si diceret culpa, quæ per elationem mentis in occul-
to latuit per carnis luxuriam in aperto respondit. Et
cap. 13. super illud *Iob*, *Qui docet nos supra iumenta
terra & super volucres celi erudit nos.* erudit nos inquit
super volucres celi, cum donat, vt veram humilita-
tem teneamus supra volucres celi, id est, dæmones
superbos, quia seruata non paremus moribus carnis,
vt iumenta.

Idem.

58. **T**O B I A 4 . *Superbiam nunquam in tuo sensu aut
in tuo verbo dominari permittas, in ipsa enim ini-
tium sumpsit omnis perditio.* Eccles. 10. *Initium omnis
peccati est superbia, qui tenuerit eam adimplebitur ma-
ledictus.* P R O S P E R . *libr. de vita contemplat. cap. 2.* Nul-
lum peccatum sine superbia potest, vel potuit esse,
aut poterit. B E R N A R D . *Sermon. 2. de sancto Andrea.*
Initium omnis peccati, & causa totius perditionis su-
perbia, propterea quisquis es, qui salutem tuam ope-
rari studeas aduersus hanc super caput tuum, signum
crucis habere memento, vt non eleueris in super-
biam, vt non exultetur cor tuum.

Superbia omnia perdit.

59. **L**V c. 13. *Non sum sicut ceteri hominum, &c.*
L C R H Y S O S T . *Hom. de profectu Euangelij.* Sicut
nauis, quæ multos fluctus transit, multaque tem-
pestates effugit, in ipso autem portu tandem in sco-
pulum impingit, iacturam totius in se reconditi
Theauri facit, ita & Phariseus ille postquam susti-
nuit labores ieiunij, aliasque virtutes omnes, quia
linguam non coërcuit arrogantia sua in ipso portu
nafragium fecit.

Superbus

Superbus cæcus est.

60. **I**D E M C H R Y S O S T . *Homilia de Ozia.* Sicut
Ioculis captus ab omnibus offendi potest facile: ita
& superbus quoque Dominū nesciens (principium
enim superbiae est nescire Dominum) etiam ab om-
nibus facile capi potest, vt pote lumine summo or-
batus.

Superbus insanit.

61. **I**D E M C H R Y S O S T . *Homil. 59. in Matth.* Quemad-
modum, si quis cum statura cubitus sit instar mon-
tium, imo etiam altiore se putet, ac ideo se ipsam,
quasi montes excessurus, erigat: nullum iam aliud
signum eius insanie quaeremus. Sic cum inflatum
videris hominem, qui meliorem se cæteris arbitretur,
contemni que opinetur, si cæteris hominibus con-
feratur: nullum aliud signum vecordiae hominis ex-
quiras: tanto quippe ridiculosior hic est, qui natura
insaniunt, quanto ipse sponte hunc morbum iniecit,
nec hac re solum miser, verum etiam, quia in mise-
riae fundum se detrusit, vt nihil sentiat. Certè quasi
vile mancipium, & miserum captiuum eum diabo-
lus abduxit, agitaturque verberibus, & mille contume-
liis quocumque velit: nam in tantam amentiam ple-
rumque impelluntur, vt persuasi esse videantur: li-
beris quoque ac vxoribus parentibus, & maioribus
esse meliores, non nullos autem maiorum excellen-
tia inflari facit, ita contrariis causis febricitant. Alij
quoniam parentes auos & proauos humiles habue-
runt, alij quoniam claros, & nobiles efferuntur. Quo-
modo quispiam vtriusque tumorem poterit depri-
mere? si ad alteros scilicet dixerit, tu qui magna de
nobilitate maiorum iactas, vltra proa uos atque
atauos, si progrediaris inuenies multos è genere tuo
Agafones forsitan, aut caupones fuisse. ad alteros au-
tem; progrediaris tu aliquantulum, vltra parentes,
& inuenies te multo chariores fuisse.

Superbus facile capitur & cadit.

62. **C**H R Y S O S T . *Homil. 69. in Matth.* Quamnam
cauem altius volare opinaris, vtrum eam, quæ per
aëra feratur, arundines acupis atque reeta non for-
midat? an eam quæ sine arundine vel visco quoniam
humi serpat, potius quam volat manibus facile capi-
tur? huiusmodi certè insolens animus est, qui cum hu-
mi ferpat in omnem laqueum incidit, quod etiam à
nequissimo illo dæmone colligere possumus, qui
propter arrogantiam in profundum depulsus est; ho-
mo autem quamuis corporeus sit, tamen si humili-
tate polleat, ita illum excedit, vt sub calce hominis
ille iaceat.

Idem.

63. **C**H R Y S O S T . *Homil. 20. in Epistol. ad Roman.*
Mihî videntur accensæ stupæ similes esse arro-
gantes: nam & illa post incedium tumidum quid esse,
& in nescio quid præcipui immutata videtur, modi-
cum verò passa contractum totum amittit omni pulue-
re vilior apparet: tales sunt, & illorum animi; nam
& illorum inflationem inanem, si facilis quidam con-
tactus apprehenderit humiliare, deiceréque pote-
rit; oportet enim omnino infirmus sit, qui arrogans
est: altitudo siquidem valida non est; sed quemad-
modum aquaticæ ampullæ facile rumpitur: ita & illi
facile pereunt, quod si dubitas da mihi temerarium
quendam, & arrogantem, & videbis illum quouis
reprehensum incommodo, quemadmodum enim
flamma illa, quæ in stupis aridis sursum fertur, simul
atque contracta fuerit in cinerem vertitur: solidorum
enim lignorum ea natura est, vt nec facile incendan-

tur, nec cum accensa fuerint ardentem flammam fa-
cile dimittant: ita & illi quidem animi qui solidi sunt
ac firmi, nec facile extinguuntur: isti verò vtraque
illa vnico momento patiuntur. hæc itaque scientes
humilitatè exerceamus: Nihil enim illa potentius, sed
& petra est & fortior, & adamante solidior, & in
maiores nos securitatem collocat, quam queant vel
turre, vel vrbes, vel muri, omnibusque diaboli ma-
chinamentis sublimior facta contingere volentibus:
insuperabiles facit, quemadmodum vicissim arro-
gantia etiam quibuslibet capti faciles reddit, ampul-
la quavis, vt dixi facilius rumpitur: Aranearum tex-
tura citius scinditur: fumo leuiss dissoluitur.

Superbus ignorans, & cæcus.

64. **C**H R Y S O S T . *Serm. contra desperationem & su-
perbiam.* Quemadmodum corpus commensu-
rata complexione amissa, intemperatumque factum
quibusuis passionibus est obnoxium, ita animus po-
stequam humilitatem, prudenciamque perdidit, ha-
bitum quemdam nactus diuersum, infirmus, tumi-
dus, temerarius ac stultus redditur, seque ipsum deinceps
ignorabit; qui autem se ipsum ignorat, quomodo
quæ supra se sunt cognoscat? quemadmodum
enim, qui phrenesi laborat, cum seipsum non agnos-
cat, neque quæ ante pedes sunt non videt, & oculus cum
ipse cæcus est omnia reliqua membra in tenebris sunt,
ita arrogantia se habet: Vnde & insanis, itaque qui
narura stulti sunt inferiores sunt arrogantes.

Superbie mala.

65. **C**H R Y S O S T . *Hom. 1. in 2. ad Thess. do.* Nullum ma-
lum est, quod superbia par sit, ex homine facit
dæmonem, conuiuiaorem, maledicum, peritium,
mortis ac cædis cupidum, superbus perpetuus est
in tristibus, perpetuò indignatur; perpetuò mæret.
Nihil est quod hanc animi ipsius affectionem ex-
turrare queat, etiam si regem ante se procumbere ac
procidere viderit, non satiatur: sed magis incenditur.
Quemadmodum enim auari, quanto plura accepe-
rint, tanto pluribus egent; ita & arrogantes quanto
maiori honore fruuntur: tanto cupiunt honorari
magis, crescit enim illis ista animi passio, passio verò
finem non nouit, sed tum priuum cessat, quando la-
borantem occiderit.

Idem.

66. **A**B A C V C 2 . *Quomodo vinum potantem deci-
pit, sic erit vir superbus.* H I E R O N Y M . *super
hunc locum.* Quomodo vinum contra potantem fa-
cit, & postquam surrexerit, nec pes, nec mens suum
officium tenet, omnisque læritia & mentis exhilara-
tio vertitur in ruina, sic vir superbus, non decora-
bitur: nec voluntatem suam perducit ad finem.

Superbus facile dissipet.

67. **P**S A L 36 . *Quemadmodum fumus deficient.* A V -
G V S T . *super hunc locum.* Fumus à loco ignis
erumpens in altum extollitur, & ipsa elatione in glo-
bum magnum intumescit, sed quanto fiet globus ille
grandior, tanto fit vanior; sic impius quo magis exal-
tatur tanto citius deficit.

Superbia omnium malorum causa.

68. **A**V G V S T . *Tractat. 28. in Ioan.* Medicus quando
ægritudinem discutit, si curet quod per ali-
quam causam factum est, & ipsam causam, per quam
factum est non curet, ad tempus videtur mederi cau-
sa manente morbus reperitur; verbi causa: apertius
hoc dicam. Humor in corpore scabiem, vel vlcera
C C c c 2 gignit,

gignit, in corpore sit magna febris, & non parvus dolor, exhibentur quaedam medicamenta quae scabiem compescant & feruorem illum vlceris sedent, & adhibentur, & proficiunt. Vides hominem, qui fuit vlcerosus, & scabiosus sanatum, sed quia humor ille non eiectus est, rursus ad vlcus redit, cognoscens hoc medicus purgat humorem, detrahit causam, & nulla erunt vlcera. Vnde ergo abundat iniquitas? per superbiam, cura superbiam, & nulla erit iniquitas, vt ergo causa omnium morborum curaretur, id est superbia, descendit & homo factus est Dei filius.

TEMPERANTIA.

Temperantia effectus. 1. 2.

Non plus comedendum quam temperantia exigit. 3.

Temperantia à vino. 4.

Temperantia effectus.

- 1.** **GENES. 2.** *Et nomen fluminis secundi Gehon, ipse est, qui circumit omnem terram Aethiopia.* **AMBROS.** Iuxta hunc lex data est Israëlitis, vt succincti lumbis agnum ederent, quod insigne est temperantiae. Castos enim & sanctificatos oportet pascha Domini celebrare. *Gehon*, id est, hiatus terrae. Sicut enim terra omnia purgamenta vel quaecumque in ea sunt hiatu absorbet: ita temperantia omnes corporis passiones aboleret confuevit: & iuxta hunc fluiuium merito lex data; quia per legem absorbetur carnale peccatum. Item merito dicitur de eo, quia *circumit terram Aethiopia.* Aethiopia enim *abiecta*, & *vilis* interpretatur. Quid autem abiectius nostro corpore? Quid tam Aethiopiae simile? Quod etiam nigrum est quibusdam tenebris peccatorum. Temperantia ergo Aethiopia, id est, corpus nostrum abiectum abluat, & carnis nigritiae, & vilissimae extinguit incendium.

Idem.

- 2.** **QUOD** temperantia debet associari oratio. Vide, *Oratio*, numer. 7. ex **AMBROS.** & super illud **GENES. 9.** *Euigilans autem Noë ex vino*, sic ait: Sobria erat mens iusti & quando ebria putabatur. Est enim praclarum poculum inebrians iustos. Ille autem velle inebriatus erat qui ridebat patrem.

Non plus comedendum quam temperantia exigit.

- 4.** **EXOD. 16.** *Colligat vnusquisque vestrum ex eo quantum sufficit ad vescendum Gomor per singula capita, &c. & collegerunt alius plus, alius minus, & mensi sunt ad mensuram Gomor, neque qui plus collegerat, habuit amplius, neque qui minus parauerat, reperit minus, &c.* **RVPERTVS.** Mihi autem videtur quod tentati filij Israëli, Domino dicente, vt tentem eos verum ambulent in lege mea, annon; in tentationem inciderunt & infidi reperti sunt; quia audito Dei sermone: *Colligat vnusquisque, &c.* *Collegerunt alius plus, alius minus, & miraculum Domini fuit quod mensi sunt ad mensuram Gomor, & qui plus collegerat, non habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus.* **LIPOMANVS.** Cum autem non sit omnium gula similis, & alius alio magis edat, non caret miraculo, quod singuli singulis Gomor cibabantur per diem, vt nihil superfluerit nihilque defecerit. **GREGORIVS NYSENSVS.** Quaecumque

de cibo illo narrat historia praecipua, statutaque sunt ad bene, recteque viuendum. Nam quod nec plus, aut minus quam indigētia exigebat à validioribus aut imbecillioribus colligebatur, meo iudicio, perceptio quaedam est, omnes communiter instruens, ne plura quam naturae sufficiant causa viuendi ex his materialibus appetamus, sed probe teneamus vnā esse communem in omnibus edendi mensuram, diurnam sufficientiam. Nam si etiam plura quam indigētia flagitat, praeparata fuerint, venter tamen ultra naturam suam suscipere non potest, nec praeparationis magnitudini correspondet.

Temperantia à vino.

- 2.** **MACHAB. 15.** *Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est, alterius autem vni delectabile, &c.* Alia litera. [Vt vinum per se bibere, atque item rursus aquam odiosum est; vinum autem aqua temperatum suauis est, & iucundum, ac gratam affert voluptatem.]

TEMPLA.

Templorum prophetia. 1.

Primum templum Abraham instituit. 2.

Præsentia Dei in templo. 3. 4. 12.

Reuerentia templis exhibenda. 3. 9. 10.

Altare templi Christum significat. 5.

Templi dedicatio quare celebratur. 6.

Ante tabernaculum, locus erat Deo dicitur. 7.

De templorum priuilegiis. 8.

Templi Salomonis descriptio breuis. 11.

Templorum ornatus laudabilis. 13.

Templi Salomonis dedicationes. 14.

Templa edificanda sumptuosa. 15. 16.

In secundo templo Ierosolymitano non fuit arca testamenti qua abscondita est à Ieremia vsque in finem mundi. 17. 18.

In templo non loquendum. 19. 20.

Templa frequentanda. 21. 22.

In templo mulieres sint separate à viris. 23.

Templa ornare floribus laudabile. 24.

Templorum Prophetia.

- 1.** **GENES. 9.** *Dilaret Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem.* Vide *Ecclesia*, num. 16. ex **HIERONYMO** & **RVPERTO**. **THEODORETVS** autem sic legit, & intelligit. [Dilaret Deus Iaphet, & ipse Deus habitet in tabernaculis Sem,] Ita vt Deum habitaturum in tabernaculis Sem praedicit. Quia primo Deus habitauit in posteris Sem, scilicet in Patriarchis & Prophetis, & postea habitauit in tabernaculis, deinde in Ierosolymis, ac tandem in tabernaculo carnis suae habitauit Dei verbum, & patris vnigenitus, quam secundum carnem assumpsit ex femine Abraham, & Dauid. Nam & hi ex Sem oriundi erant, & hunc finem habuit prophetia haec.

Primum templum Abraham instituit.

- 2.** **GENES. 25.** *Abraham autem plantauit nemus in Bersabee, & inuocauit ibi nomen Domini Dei aeterni.* **CAIET.** Iuxta Hebraeum habetur. [Et plantauit arborem.] Rationabile autem est, quod plantaue- rit arbores fructiferas potius quam nemus. Rationabilis

bilius autem est quod nemus quoddam tanquam templum effecerit velut locum sacrum, ad inuocandum nomen Dei, vt esset oratorum, tam sibi, quam aliis colentibus verum Deum. Quod quamuis prohibuit tempore legis scripta; ante tempus autem legis scripta licitum erat. **LIPOMAN.** Targus Ierosolymitanus vt refert Ionathas Syrus interpres, dicit: Abraham hortum plenum fructibus plantauit, & peregrinos suscepit hospitio, quibus gratias necessaria omnia suppeditabat, nihil aliud exigens pro pretio, quam vt scilicet orbis conditorem cognoscerent, venerentur, & timerent, cuius solus donum esset, quidquid comedissent, vel bibissent. Sicque in vera religione institutos, & ad vitam meliorem instituta conuersos dimittebat, &c. Vide *Zelus animarum*, num. 6.

Præsentia Dei in templo.

- 3.** **GENES. 28.** *Verè Dominus est in loco isto & ego inesciebam.* **AVGVST.** id est. Hic est demonstratio Dei. **RVPERT.** Id est, praesentia gratiae suae, hic specialiter adest Deus. *Paenitentiaque ait, quam terribilis est locus iste; non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta caeli.* **AVGVST.** Haec verba ad prophetiam pertinent alio modo: quia ibi futurum erat tabernaculum, quod constituit Dominus in hominibus in primo populo suo. **CAIET.** Visio haec figura fuit, & initium templum Dei edificandi ibidem. Nam vt ex **1. Paralip. 22.** & ex **2. cap. 3.** clarè habetur Bethel mons Moria est, qui demonstratus est Dauidi, in quo obulit sacrificium ad sedandam pestem; in quo etiam edificatum est templum à Salomone. **BERNARD.** *serm. 6. dedicationis.* Miratur Iacob gratiam, & de dignationis magnitudine expauescit, dicens: *Quam terribilis est, &c.* Terribilis planè locus, & dignus omni reuerentia quem fideles vni inhabitant, quem Angeli sancti frequentant, quem sua quoque praesentia Dominus ipse dignatur. Verè, inquit Dominus, est in loco isto, vbi scilicet, in eius nomine Angeli simul & homines congregantur. **RVPERT.** Vnde Propheta **Psal. 67.** [Dominus in loco sancto suo, Dominus qui inhabitare facit vnus moris in domo.] Non dubium quin est locus Ecclesia Dei, in qua terribilia Dei opera Iacob, miratus expauit. **BERNARD.** Testantur sacrae litterae, in paradiso olim positam primum Adam vt operaretur, & custodiret illum. Sic secundum Adam in Ecclesia sanctorum in congregatione suorum, in hortu deliciarum, si quidem deliciae suae esse cum filiis hominum. Ita, inquam & ipse Dominus est in loco isto vt operetur, ac custodiat: est quidem Deus in omni loco, sed tamen aliter & aliter. Apud electos operans, & seruans. Apud superos pasceus, & cubans. Apud inferos arguens, & damnans. Itaque apud impios est in dissimulatione, apud iustos in veritate, apud angelos in foelicitate, apud inferos in feritate. Vt est apud iustos, & iniustos, & pluit super bonos, & malos, pater est misericordiarum, vt damnat obstinatos, iudex est, vt cubat sponus est. *Cæterum in loco isto verè Dominus est; si tamen seruiamus ei in spiritu & veritate.* Non enim Dominus erat apud eos quibus dicebat. [Quid vocatis me Domine Domine, & non facitis quae dico.] Et vidit Iacob Angelos ascendentes, & descendentes. Et hic sunt etiam Angeli ascendentes, vt videant faciem patris, & descendentes vt prouideant nobis. Cum quanta ergo reuerentia hic esse debemus, & stare in loco isto, vbi Deus est operans, & seruans; ascendentes Angeli, & descendentes? Nimirum poenitentes, & expectantes esse nos conuenit, hoc est, obliuisci quae retro sunt, & extendere nos ad interiora, recogitare annos nostros in

amaritudine animae nostrae. Ad hoc venimus huc, haec sunt quae exiguntur à nobis, praeteritorum poenitudo peccatorum, & futurorum expectatio praemiorum.

Præsentia Dei in templo.

IBID. RVPERT. *Verè Dominus est in loco isto, &c.* **4.** In omni loco in quo inuocatur nomen Domini, veraciter hoc protestatur Ecclesia. Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta caeli. Vbi enim sanctum celebratur baptisterium, vbi sacrosanctum corporis, & sanguinis Christi conficitur sacramentum, vbi fideles animae renascuntur, & Angelorum ascendentium & descendentium manibus, orationes feruntur in caelum, quid nisi porta caeli & infernalibus portis terribilis locus est? Sed illic lapis, titulus perfusus oleo, & hic lapis altaris solemniter perfusus oleo benedictionis, Christum significans, [Quem vnxit Deus oleo exultationis praeparatibus suis.]

Altare templi Christum significans.

GENES. 28. *Surgens Iacob mane, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum fundens oleum desuper.* **CYRILL.** Et Iaias in persona Christi [Spiritus Domini super me, propterea quod vnxit me,] & ab Apostolis dictum est. [Insurrexerunt aduersum puerum tuum Iesum quem vnxisti.] Et iterum. *Quomodo vnxit eum Deus Spiritu S.* Hic lapis erectus est, quia à mortuis resurgens, vsque ad caelos & supra caelos ascendit. **GREGOR.** Hic est ille lapis quem Paulus in laude fidelium praedicat, dicens. [Superaedificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.] **ISIDOR.** Ideo Christus inunctus dicitur, domus autem Dei, dicitur locus: quia ibi natus est Christus, id est, in Bethleem: nam (vt nos arbitramur) locus in quo facta sunt Bethleem extitit. Porta verò caeli, qua ibi in terram descendit; ibi iterum in caelum conscendit. Erectio autem lapidis resurrectio Christi est.

Templi dedicatio quare celebretur.

IBID. RVPERT. Non vanè consecratio templi, **6.** festiuis laudibus per annos singulos celebrari consuevit. Nam sicut altare, vel lapis inunctus Christum, & singuli lapides parietum, singulos significat electos, viuos vtique lapides superaedificatos super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ad construendum vnus Ecclesiae templum. Vnde omnia quae sub nominibus altaris, & lapidis decantantur gratiarum actiones sunt pro principali vnctione Christi & pro generatione quorumcumque fidelium. Nec enim poterat fieri, vt quisque nostrum diem suae regenerationis annuatim celebrem ageret, nec rursus omittenda erat, absque memoriali celebritate tanta gratiae iucunditas, quae singulis nostrorum collata est. Igitur qui diuersis temporibus renati sumus, opportunè pro particularibus festis vniuersalia locorum festa celebramus, in quibus vitalia Dei dona percipimus.

Ante tabernaculum, locus erat Deo dicitur.

EXOD. 16. *Dic vniuersa congregationi, &c. accedite coram Domino, &c.* **CAIET.** Ex hoc loco colligitur quod ante conditum tabernaculum, & ante conditam arcam erat locus deputatus Deo, non ab homine, sed ab ipso Deo, videlicet locus sub columna in aere existente, & quod iste fuerit locus Domini ex eo confirmatur quod postquam factum est tabernaculum, sub columna fuit, vt scribitur *cap. ult. Exodi.*

De templorum privilegiis.

8. **EXOD. 21.** *Constituam tibi locum quo fugere debeas.* RABANVS. De loco refugij quomodo factum sit, liber qui dicitur *Iesu Nave* manifestat, cum commemorat Iosue; Domino iubente sex ciuitates refugij decernere homicidis, qui homicidium non sponte fecerint. LIPOMAN. Ex quo colligitur quod privilegia, quibus Ecclesie ad asyla publice deputantur, sancta sunt & bona, ac in diuina ordinatione fundata, qua insons ab iniusta, & illegitima violentia defendatur. Quare hæc privilegia non sunt temerè abroganda, sed tanquam reipubl. necessaria, & tanquam bona ordinatio conseruanda.

Templi reuerentia.

9. **1. REG. 1.** *Affligebat scilicet Phenenna quoque eam, scilicet Annam, & vehementer angebat.* Et sicque faciebat per singulos annos, cum redeunte tempore ascenderent ad templum Domini, & sic pronocabat eam. Hoc valde displicuit Domino, maximè autem, quia hoc faciebat in templo Domini cui maxima reuerentia debetur. De Ezechia rege dicitur 4. *Reg. 20.* Quod cum ægotaret ad mortem, & reprehensus esset à propheta, conuertit faciem suam ad parietem, & adorauit Dominum. Vbi Chaldaeos paraphrastes, ad parietem videlicet templi versus templum, vt scilicet maiori attentione oraret Dominum, auertendo faciem suam ab his qui adstabant. GLOS. ORD. Quia ad templum ire non poterat, parietem templi dicit iuxta quod palatium erat.

Idem.

10. **IEREMIAE 7.** *Nolite considerare in verbis mendacij, dicentes: templum Domini, templum Domini est.* GALFRIDVS. Quæ sunt ista verba mendacij, in quibus nos Propheta considerare prohibet? Primum quidem non videntur verba; sed verbum vnum tertio repetitur: & si propter repetitionem verba dicuntur, quomodo verba mendacij? Nonne enim templum Domini est Ecclesia Christi? Templum Domini etiã illud, quod Salomon ædificauit suo tempore, fuit? An ideo verba mendacij erant, quia [fecerant illud speluncam latronum.] Timeamus & nos, & cogitemus quomodo nos oporteat conuersari in domo Dei. Væ nobis, si & nobis propter mala nostra opera relinquatur domus nostra deserta. Pauens sanctus Iacob [Quam terribilis est, inquit, locus iste, &c.] Vanè, & perniciose confidit in verba mendacij qui sic dicit: *Templum Domini, templum Domini est, ac si ob ipsius gratiam templi sua prauitas, vel non appareat Deo, vel displiceat, vel ab eo puniri non debeat, cuius oculis cum omnia nuda sint, & aperta, quod in templo suo, in sanctuario suo committitur, ignorabit? Vide Verbum Dei, num. 44. ex ORIG.*

Templi Salomonis descriptio.

11. **IOELIS 2.** *Inter vestibulum, & altare plorabunt sacerdotes, &c.* PATER DOCTOR RIBERA. Quaritur quo loco plorare iubeat sacerdotes, & in qua parte templi? Pro quo sciendum, quod templum, seu domus Domini, duas partes habebat, interioriorem, & sacratiorem, quæ vocabatur *Sancta sanctorum*; in quam soli summi sacerdotes intrabant, & exterioriorem, quæ dicebatur *Sancta*. De hac domo, vide 3. *Reg. 6.* Huic domui adnectebatur porticus, quæ vestibulum hic à Propheta appellatur. Sic etiam appellatur 2. *Paralip. 3.* Ante hoc vestibulum erat atrium sacerdotum, quod *atrium interius* dicebatur, eratque area quadam magna aperto caelo muris conclusa, & porticibus vndique ornata. De quo 2. *Para-*

lip. 4. Atrium autem exterius erat ante atrium sacerdotum, in quo populus consistebat. & 2. *Paralip. 4.* dicitur *Basilica grandis*. Ultra hoc atrium exterius, nemini è populo transire licebat; sed vsque ad ostium atrij sacerdotum populus hostias immolandas deferrebat; quas ibi sacerdotes accipiebant; vt scribit *BEDA lib. de templo Salomonis, cap. 16.* Duplex autem erat altare, alterum quod vocabatur *THYMIA-MATIS*, siue incensi, quod erat in ea parte templi, quæ dicebatur *Sancta*, ante *Sancta sanctorum*, & non poterat videri à populo, cum esset in medio interpositum atrium sacerdotum, & vestibulum, seu porticus. Inde legimus *Luc. 1. de Zacharia.* Sorte exiit, vt incensum poneret ingressus in templum Domini, & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi, & erat plebs expectans Zachariam & mirabantur, quod tardaret ipse in templo (non enim videbant quid ageret) egressus autem non poterat loqui ad illos & cognouerant quod visionem vidisset in templo. Alterum altare erat æneum, in quo immolabantur hostiæ, & ideo *altare holocaustorum* appellabatur. Hoc altare erat in parte atrij sacerdotum quæ proxima erat vestibulo, vt docet Iosephus 15. *Antiquitat. cap. 14.* Viderique poterat à populo cum atrium sacerdotum non separaretur ab atrio exteriori populi muris altioribus, sed tantum septo quodam, altitudine trium cubitorum, vt docet etiam Iosephus 8. *Antiquit. cap. 2.* Ergo cum dicit Propheta, [Inter vestibulum & altare,] intellige de hoc altari holocaustorum. Itaque sacerdotes plorare iubet in parte sui atrij templo proxima; vt rei magnitudo postulabat, sed ante porticum tamen, id est, in spatio interiecto inter altare exterius, & porticum, seu vestibulum templi, quo videri possent à populo, & eorum verba, & ciuilatus audiri, vt clamor, stertusque populi coniungeretur cum stetu, & precibus sacerdotum, mutuoque se vtrique ad lugubres clamores exhortarentur, & misericordiam melius impetrarent. Eundem locum signari puto in *Matth. 23.* [Vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiz quem occidistis inter templum, & altare.]

Presentia Dei in templo.

12. **IONAE 2.** *Vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.* PATER RIBERA. Id est; ad te Deus qui habitas in templo sancto, quod est in Ierusalem. Non ignorabat Propheta vbique Deum exaudire preces supplicum, sed quia templum illud sibi consecrari voluit, vt esset domus orationis, cum ibi orare non posset, mente saltem ad illud conuersus orat. Sicut & Daniel oraturus, faciem vertebat contra Ierusalem *cap. 6.* Scriptum enim erat 3. *Reg. 8.* [Quod si peccauerint tibi, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum, & egerint pœnitentiam in corde suo & orauerint te, contra viam terræ suæ, &c. Et ciuitatis quam elegisti & templi quod ædificauit nomini tuo: Exaudies in caelo in firmamento solij tui orationes eorum, & preces eorum, &c.]

Templorum ornatus laudabilis.

13. **1. MACHAB. 4.** *Ornauerunt faciem templi coronis aureis, & scutulis, &c.* CHRYSOST. *hom. 18. in Acta Apostolorum.* Non est res noua templa habere ornata, & altaria Deo consecrare. Dic oro si rex tibi præcepisset domum extruere vt illic habitet, nonne omnia fecisses? Nunc igitur regia est Christi Ecclesie constructio, ne sumptum spectes, sed fructum computa. **HERONYM. Epistola ad Heliodorum de obitu Nepotiani.** Nepotianus erat sollicitus si niteret altare, si parietes absque fuligine, si tersa pauimenta, si ianitor creber in porta, vela semper in ostiis, si sac-

crarium

crarium mundum, si vasa luculenta, & in omnes caeremonias pia sollicitudo deposita non minus, non maius negligere officium. Vbicumque eum quaereres, in Ecclesia inuenires, Basilicas Ecclesie, & martyrum conciliabula, diuersis floribus, & arborum comis, vitiumque pampini obumbrabat vt quidquid placebat in Ecclesia, tam dispositione quam visu, presbyteri laborem & studium testaretur. **IDEM epistola ad Nepotianum.** Multi ædificant parietes & columnas Ecclesie substruunt, marmore nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguunt, & ministrorum Christi nulla electio est.

Templi Salomonis dedicationes.

14. **IDEM.** *Et statuit Iudas, & fratres eius & vniuersa Ecclesia Israël, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum, &c.* **BEDA In cap. 10. Ioan.** Hanc quidem solemnitatem, ipse saluator in Euangelio, prædicatione sua legitur decorasse, vbi scriptum est. [Facta sunt encenia in Ierosolymis, & hyems erat, &c.] Prima dedicatio templi Salomonis, celebrabatur in autumnio mense Octobri. Salomon enim septem in ædificio templi consumpsit annos, & mense Octobri dedicauit illud; quod quidem per 430. annos perseuerauit, quousque per Chaldaeos destructum fuit. Post 70. vero annos reædificatum est per quadraginta sex annos, & perfectum est sub Zorobabele, & Iesu summo sacerdote mense Martio, quo mense instituta fuit secunda solemnitas renouationis. Perseuerauit hoc templum per 356. annos quousque peruersus rex Antiochus illud spoliavit, & profanauit. Tertio vero anno, Iudas Machabæus illud renouauit, & restaurauit, dedicauitque mense Decembri, & hæc est dedicatio quæ in præsentem instituitur celebranda.

Templa ædificanda.

15. **1. MACHAB. 10.** *Ionathas habitauit in Ierusalem, & cepit ædificare, & inuolare ciuitatem.* **STEPHANVS.** Quidquid familiaritatis habuit cum Demetrio, retulit ad ædificationem sanctæ ciuitatis. Similiter prælati gratiam quam adepti sunt debent conuertere ad ædificationem Ecclesie. Vnde Nehe-mias factus pincerna regis expalluit coram rege, & ædificandi ciuitatem licentiam impetrauit. Et infra. *Et ad ædificanda, & restauranda opera sanctorum, sumptus dabuntur de ratione regis.* **CYRILLVS ALEXANDR. De recta fide ad reginas.** Valde sapienter operam datis vt quæ Christo probantur, & sentiat, & faciat, partim operibus, & irreprehensibili conspiciunt fide, & vestras, & regum aulas virginitatis gloria decoratis, partim sumptuosissima templa Christo erigitis. Concessum enim & hoc est cum aliis ab ipso animabus vestris. **CYRILLVS IEROSOL. Catechesi 14.** Isti qui nunc sunt reges, pietatis ergo, argento induentes & auro sanctam hanc Ecclesiam refectionis, in qua nunc sumus, extruxerunt, & argenteis monumentis splendendam effecerunt. **EVSEBIVS CÆSARIENSIS lib. 9. Historia cap. 10.** Aderat (sub Constantino) cunctis velut diuino munere infusa lætitia maximè videntibus ea loca quæ paulo ante impiis tyrannorum machinis fuerant destructa, rediuiua constructione clariora, & celsiora consurgere, templaque excelsa pro humilibus conuenticulis cleuari.

Idem.

16. **IDEM.** *AVGVST. in Psalm. 113.* Sed nos plerumque instrumenta, & vasa ex auro, & argento habemus in vsum celebrationum sacramentorum, quæ ipso ministro consecrata, sancta dicuntur. **CHRYSOST.**

Homil. 18. in Acta Apostolorum. Fora quidem, ac balnea constituunt multi, Ecclesias verò non item, & omnia magis quam has. Ideo oro, ac supplico, & gratiam peto, imo legem pono, vt nullus qui habet vilam appareat carere Ecclesia. Nèc mihi dixeris prope est, in vicinia est, magnus est sumptus, non magnum est commodum. Si quid habes infamendum in pauperes, illuc infume, melius est illuc quam ibi. Educa magistrum, educa Diaconum, & sacerdotalem ordinem. Venerabilis erit & presbyter, postea ad securitatem agri conducet. Preces illic perpetuæ propter te, laudes, & synaxes propter te, oblatio per singulos dies dominicos. Quid magis mirandum, quod alij extruunt clara sepulchra, vt posteri audiant quod ille extruxit, an quod tu Ecclesias excitas? Cogita quod vsque ad Christi aduentum, mercedem habiturus sis qui altare Dei excitaturus es.

In secundo templo Ierosolymitano, non fuit arca que vsque in finem mundi absconsa est.

17. **2. MACHAB. 2.** *Et veniens ibi Ieremias, inuenit locum speluncae, & tabernaculum, & arcam, & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit, &c. Dixitque quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat, & tunc Dominus ostendet hæc, & apparebit maiestas Domini, &c.* **P. SERRARIVS.** Dubitatur quando hæc prophetia completa vel complenda est, vel quando hæc omnia inuenta iam vel inuenienda sunt? Triplex est super hac re opinio. Prima **RIBERA super cap. 1. Haggaï,** inuenta fuisse Cyri tempore, cum è captiuitate Babylonica populus Ierosolymis cõgregatus est. Altera opinio. Inuenta fuisse, non propriè sed mysticè Christi, Domini, tempore qui est arca vera, & verum thymiamatis altare, qui verum tabernaculum excitauit, & in vnitatem fidei, gentes cõgregauit, vt clarè dicitur *Ioan. 11.* Ita **LYRANVS** hic. **RVPERTVS, lib. 10. de victoria verbi Dei c. 21.** & **AMBROSIVS, lib. 3. officiorum cap. 14.** qui sic ait. Congregatione populi tenemus, propitiationem Domini Dei nostri agnoscimus, quã propitiator in sua operatus est passione, &c. Tertia opinio vult in nouissimis mundi diebus hæc inuenienda cum Elias, & Henoch, reliquias Israël congregabunt, & ad Christum adducent. Ita **EPIPHANIUS lib. de vita, & morte prophetarum.** **DOROTHEVS RICHARDVS DE SVICT. lib. 4. Exceptionum, cap. 11.** **HISTORIA SCHOLASTICA, cap. 3. Indub.** Vide etiam **THEOPHYLACTVM, Cõmentaria in 9. cap. epistola ad Hebraeos.** Huius sententiæ videtur etiam esse **IOSEPHVS lib. 1. Historia Indaica cap. 17.** Cuius verba allata à **GLOSSA ORDIN.** sunt. In templo reparato post captiuitatem Babylonicam arca non aderat, quia abstulerat eam Ieremias Propheta, vna cum omnibus cortinis, quas fecerat Moyses seruus Domini in deserto & posuit eas in monte Nebo, vbi inuenit speluncam, in cuius concauitate posuit eas. Cuique sequerentur Sacerdotes, qui fuerunt in diebus illis post Prophetam, vt aduerterent locum, respiciens Ieremias post se, & videns eos, iratus iurauit dicens. [Non sciet homo, nec cognoscetur locus donec venero ego, & Elias famulus Domini. *Hæc ille.* Huius etiam sententiæ est **MAGISTER CANVS,** & ipse tandem **RIBERA** loco citato.

Idem.

18. **IDEM.** *Idem.* Ex secunda, & tertia opinionibus sequitur 1. In 2. templo reparato per Eisdram non fuisse arcam testamenti in Sancto Sanctorum contra 1. opinionem, licet altare thymiamatis nouum constructum sit, quia si hæc inuenta tuoc essent, vti-

que epistola hæc narrasset, sicut narrat [aquam cras-
sam loco ignis inuentam esse.] Deinde quia Cyri
tempore licet fuerit aliquis congregatio populi,
non tamen fuit perfecta. Vnde hoc ipso capite. *Verfu*
18. [Speramus quod citò nostri miserebitur & con-
gregabit de celo in locum sanctum.] & cap. 1. *Verfu*
27. Congrega dispersionem nostram, &c. Tertio lo-
s *EPHVS* clare hoc dicit, vt dictum est. Quarto si
reperita fuissent in templi secundi expoliatione quæ
per Titum facta est arca, in spoliis poneretur, at non
ponitur apud *IOSEPHV M lib. 7. de bello cap. 17. & 19.*
Imo idem *lib. 6. cap. 6.* expresse docet tunc in sancto
sanctorum nihil omnino fuisse. Denique ista in sen-
tentia sunt & veteres nostri doctores, & recentiores,
adeoque ipsi *R A B I N I*. Sequitur vltimo, arcam in
triumpho Romæ non fuisse vt existimat *H I S T O -*
R I A S C H O L A S T I C A Iudith 3. Nec hodie in
triumphali Titi imperatoris arcu Romæ videri,
quemadmodum loco citato se diligenter quæsiisse,
nec inuenisse refert *R I B E R A*. Nec veras illas prio-
ris testamenti tabulas, & cherubinos apud *E G E S I P -*
R V M lib. 1. cap. 17. Pompeium vidisse, sed illis prio-
ribus tantummodo similes.

In Templo non loquendum, &c.

19. **C**HRYST. *Homil. 36. in epistolam 1. ad Co-*
rinth. Scrinium aliud patrum thesauri exinan-
tum hodie dicam. Quondam psallebant in vnum
omnes; facimus & nos, sed tunc vna omnium mens,
cor omnium vnum fuit, hodie, ne vna quidem in
mente concordiam vllam reperias, sed bellis vndi-
que omnia feruent. Pacem & nunc Episcopus velur
paternam domum ingressus omnibus aptat, sed pacis
eius nomen frequens quidem extat; res prorsus nulla.
Tum etiam domus Ecclesiæ orant, nunc verò Eccle-
sia domus, imo domo qualibet prophana magis: nam
in domo quidem ordo seruari solet, hora thronum
occupat omni cum venustate, famulæ tacite sedentes
reunt, familiarium quisque quod imperatum est, in
manibus habent: hic verò magnus tumultus, magna
confusio, nihilque à caupona differunt nostra, tanta
turba, tantus risus, quantus in balneis, quantus in fo-
ro clamantibus, tumultuantibus omnibus, arque hæc
quidem in vrbe nostra solum, nam alibi ne amicium
quidem, in quem post longum tempus incidisti com-
pellare licet, sed foris ista fiunt; & rectè quidem.
Nec enim constra, aut vnguentaria taberna, Eccle-
sia est, aut officina forensis, sed locus Angelorum,
locus Archangelorum, regia Dei, cælum ipsum.
Quemadmodum igitur si cælum quispiam in angu-
stum redactum illuc inducat, etiam si fratrem, etiam
si patrem videas, tamen præ stupore non alloquere.
Sic nec hic aliud quidquam, quàm sancta seruire de-
cet. *& infra.* Quid domos ad nugandum non habetis?
Atqui iucundum colluqui cum familiari, esto sanè,
non veto; sed domi; sed foris, sed in balneis fiat.
Ecclesia enim non discipulandi, sed discendi locus est.
Nunc autem foro nihil differt; & si noui sit temera-
rium dictu, fortasse nec scena ipsa; adeo prostitutis
fortis peculantibus, quæ huc mulieres congregantur,
sefe comunt, & sine dubio non paucos hic sollicitant
homines intemperatos. Si quis corrumpere matro-
nam conatur, locum hunc maximè idoneum putat.

Idem.

20. **C**HRYST. *Homil. 7. ad Ephesios.* Qui se
conferunt in medicorum officinam, illis, non
eo simpliciter eundem est, sed curandum vt discant
quomodo curentur, ac pharmacis vtantur. Ita & no-
bis qui in Ecclesiam conuenimus, non hoc tantum-

modo agendum, sed discendum, quid ad salutem
prosit. *I D E M homil. 15. ad Hebræos.* Stat sacerdos
Dei orationem offerens cunctorum: tu autem teip-
sum nihil timens, non contremiscens, non colligens teip-
sum: & in aulam quidem regiam intraturus, & ha-
bitu, & oculis, & incessu, & in cunctis aliis compo-
nis & ornas temetipsum: huc autem ingressurus,
vbi est aula regis, & talis, qualis celestis est, rides?
I D E M hom. 5. ad pop. Antioch. Seminans, non propter
hoc seminat, vt tantum seminet, sed vt metat, quod nisi
fieret, & damnum seminis pateretur, seminibus te-
merè, & in cassum marcescatis. Mercator, non pro-
pter hoc nauigat, vt tantum nauiget, sed vt peregrina-
tione maiorem faciat rem; quod nisi hoc adit &
damnum accidet extremum, & damnosa mercato-
rum nauigatio. Sic nos in Ecclesiam conuenimus,
non propter hoc solum vt illic immoremur, sed vt
aliquid magnum lucrati, & spirituale lucrum disce-
damus.

Templa frequentanda.

21. **C**HRYST. *Hom. de non contemenda Ecclesia.*
Medicamentum si tibi adhibeatur, nec te pur-
get, nonne altera die rursus ipsum adhibes? Sit quis-
piam incisor arborum homo; velitque quercum in-
cidere, accipit asciam, deinde radicem incidit, quod
si vno ictu arbor non concidit, nonne & alteru ictum
addit, non quartum, non quintum, non sextum, non
decimum? Itidem tu facito; Ingressus es in Eccle-
siam ô homo, dignatus es Christi consortio, ne exeat,
nisi dimittare. Nam si ante dimissionem exieris;
perinde ac fugitiuus depesceris. Totum diem in his
rebus quæ ad corpus spectant infumis, & duas ho-
ras spiritualibus non vacas. Ad theatrum sæpe adis,
nec inde discedis donec dimittaris, & in Ecclesiam
ingressus, priusquam diuina mysteria peragantur abis.

Idem.

22. **C**HRYST. *Homil. 21. in Genes.* Est Ecclesia
Dei, mercatus quidam spiritualis, medicorum-
que officina animabus: & par est, vt sicut qui ad nun-
dinas veniunt, inde multis mercibus conquisitis re-
deamus: vel quasi è medici domo receptis quæ ani-
mabus nostris congruunt medicamentis exeamus.
I D E M C H R Y S T. Homil. 51. in Ioan. Si vnguen-
tario quispiam, aut vnguentariæ tabernæ affideat,
etiam inuitus illum accipit odorem, longè magis qui
Ecclesiam frequentat.

In Templo, mulieres sint separata à viris.

23. **C**YRILLVS IEROSOL. *Prefatione Carthe-*
gesion. Ne imiteris illos, qui nulli vacant me-
ditationi, at reuerentiam adhibe, cum sit exorcismus
quoad vsque alij exercitati aderunt, viri cum viris,
mulieres cum mulieribus. Nunc enim opus est pro-
ponere exemplum arcæ Noë, in qua erat, & vxor
eius, & vxores filiorum eius. Siquidem & arca erat
vna, & ostium clausum. Sed quid hæc significabant?
Si conclusa est Ecclesia & vos omnes intus, hæc ta-
men separantur; Viri vt sint cum viris, mulieres cum
mulieribus, ne studium salutis, sit perditionis occa-
sio, etsi enim pulchrum sit institutum proximo assi-
dere, sed procul tamen sint affectiones.

Templa ornare floribus, laudabile.

24. **H**ERONYMVS *Ad Heliodorum.* Apud Græ-
cos, philolophus ille laudatur, qui omne quo
vteretur vsque ad vallum, & annulum manu sua
factum, gloriatus est. Hoc idem possumus & de isto
dicere qui basilicas Ecclesiæ, & martyrum concilia-
bula,

bula, diuersis floribus, & arborum comis, vitium-
que pampinis adunbrauit; Vt quidquid placebat in
Ecclesia, tam dispositione quàm visu, presbyteri la-
borem, & studium testaretur.

T E M P V S.

Tempus multa docet. 1.

Temporis circumstantia declaratur in scriptura & quare. 2.

Temporum vicissitudo necessaria. 3.

Quid significet, in tempore suo. 4.

Tempus non perdendum. 5. 6.

Tempus multa docet.

1. **G**ENES. 1. *Et sint in signa & tempora, & dies, & annos.* **C**HRYST. Docere nos vult diuina scriptura, quod horum luminarium cursus scientiam nobis concedit temporum, numerum dieru anni curriculum, & ex eis possumus dignoscere omnia. **B A S I L I V S.** Imo & dissolutionis vniuersi signa sunt. Vnde *Luc. 21.* [Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis. Sol enim vertetur in sanguinem, & Luna non dabit lumen, & stellæ cadent de cælo.] **D. T H O M A S.** Sunt in signa, id est, in causas sensibiles corporalium transmutationum, & aliarum actionum hominum, non autem earum, quæ dependent ex libero arbitrio contra iudicarios.

Temporis circumstantia declaratur in scriptura, & quare.

2. **Q**UOD temporis, & loci circumstantiæ decla-
rantur in scriptura, eo quod conueniant peccatis. *Vide, Peccatum, num. 16. ex A M B R O S. & Locus, num. 5. ex G R E G O R I O.*

Temporum vicissitudo necessaria.

3. **G**ENES. 8. *Cunctis diebus terra sementis & messis, & frigus, & æstus, & hyems, & nox, & dies non requiescent.* **A M B R O S.** Id est, Permanebunt omnia incorrupta manentibus temporibus. Nam cum corrumpuntur tempora, corrumpuntur etiam illa, quæ temporibus suis quæque gignuntur; si autem confusio sit temporum, nõ possunt, quæ sunt gignètia permanere. Ideo annus ex contrariis constat, Verè, Autumno, Æstate, Hyeme. Sicut & mundus iste, ex quatuor elementis contrariis, imo sicut & corpora nostra frigore, & calore, humore, & siccitate, quendam naturæ ordinem ser-
uans. Quod si naturalis ordo, ac mensura confun-
datur, tunc necesse est sequatur interitus. Sicut har-
monia cantilenæ permixtis grauibus, & acutis vide-
tur consistere. Ergo certum ordinem temporum Do-
minus remota confusione diluuij ad perseverantiam mundi promittit futurum. **R V P E R T V S.** Ac si diceret. Talis annus, qualis hic extitit, vltra non erit, qui careat vicissitudine temporum, sed erunt com-
modæ vices naturæ æstus, & frigidis, &c.

Quid significet, in tempore suo.

4. **P**SAL. 1. *Quod fructum suum dabit in tempore suo.* **R V P E R T V S.** Superuacanea videtur hæc adie-
ctio. In tempore suo. Scimus enim fidem quæ est in
Christum, nunquam videri oriosam, sed semper pro-
ducere vberes fructus. At contra, tam sublimi sa-
pientia Dei, editum est psalterium, & potissimum
psalmus ille primus qui totus rei argumentum com-

pletitur, vt fas non sit. Hanc particulam superua-
caneam ab aliquo iudicari. Arbor igitur Domini per
fidem, per gratiam illius plantata, semper quidem
parit fructus, sed tunc maximè, quando subest oc-
casio. Quamquam enim vir bonus vt *Psalm. 111.* scri-
bitur, [tota die misereatur & commodat,] id est, ad
misericordiam, & charitatem erga fratres semper est
propensus; non tamen id agit, nisi quando fratrem
suum videt esurire, sitire, veste carere, & alios huius-
modi sustinere defectus. Sic in *Psalm. 103.* Cum Deus
benignus semper creaturis suis necessaria ministrat,
potissimum tamen hoc fieri inedia tempore dum
animantia cibum appetunt ostenditur. [Dante te illis
colligent, aperiente te manum tuam, omnia imple-
buntur bonitate.]

Tempus non perdendum.

5. **E**CCL. 7. *De negligentia tua, purga te cum paucis.* **V**ERRICVS. Omnino si de negligentia nos
purgaremus, de paucis essemus. Nunc autem, quo-
niam non modo minima, sed & maxima negligimus,
longè à paucis de terra diuisi sumus, & de nobis di-
cit ille, qui paucitatem sanctorum, multitudini præ-
fert negligentium, [inter multos erant mecum.] Hei
mihi, quotiens dormitauit anima mea præ tadio,
diemque fere totum, ac si reuocabile tempus esset,
in inertia consumo? Illud autem miserimum est,
quod hodie non putatur iactura, sed lucrû, si dies qui
nobis ad purgationem dati sunt, elabantur nobis,
dormiendo prætereant, & pereant negligendo. Gen-
tilis, vt aiunt, cum sederet ad mensam, venissetque
in mentem nihil strenuum, aut memorabile se egisse
illo die, cum gemitu graui, & dolore mensam re-
pultit exclamans. O amici, diem perdidisti. Nos hodie
dicere videmur: diem lucifeci, si sine opere totus
per inertiam possit elabi: sic nullus fere est, qui tem-
pori pretium ponat, qui cogitet apud se, quantum ad
comparandam æternitatem valeat dies vna. Putas ne
est aliquis in nobis, qui quotidianam diuinam suorum
à semetipso rationem exigat? Qui cuiusque diei di-
spendia vel emolumenta, sibi diligenter describat?
Vt si deprehenderit se hodie negligenter egisse, vin-
dicet in semetipsum, de cætero cautiùs agat? [Bea-
tus ille seruus quem cum venerit dies extremus, in-
uenerit ita facientem.]

Idem.

6. **L**V C. 2. *Postquam impleti sunt dies purgationis*
Mariae, &c. **I D E M V E R R I C V S.** O quam fœ-
lix est de quo dici potest. *Impleti sunt dies purgationis*
eius, vt iam nihil ei aliud super sit, nisi vt ferat eum
in Ierusalem superuacua, & sistant eum Domino. Ve-
rùm nos fratres, dies qui ad purgandum nobis dati sunt,
velimus, nolimus, implemus. Sed vè si dies imple-
ntur, & purgatio minimè impletur; vt postea necesse
sit illo nos igne purgari, quo nihil penatius potest
in hac vita vel acius cogitari. Fratres, breues dies
hominis sunt, sed tam valde pretiosi sunt; imo quo
breuiores, eo pretiosiores, quia dies sunt purgatio-
nis, cum statim postmodum futuri sunt dies retri-
butionis.

T E N T A T I O.

Contra fidem 1. tentatio diaboli. Vide, Fides, num. 3.
Iusti tentantur. 1. 8. 10. 12. 13. 14. 29. 37. 40. 46.
48. 54.
Tentatio non interimit iustitiam, sed abscondit. 1.
39.

Tentatio aliquando incipit ab exteriori, aliquando ab interiori. 2.

Omnes tentamur ad similitudinem primorum parentum. 3.

Tribus tentationibus Adam, & Christus tentati. 4.

Adam quare permissus tentari? 5.

Tentationis initio resistendum. 6. 16. 28. 47. 53. 60.

Tentationibus omnes subicimur. 7. 16.

Tentationum premium. 9. 42. 76.

In tentatione consolatio. 11.

Tentare Deum non debet homo. 15. 25. 50.

Deus qualiter dicitur hominem tentare. 17. 18. 41. 73.

Aliter Deus, aliter Diabolus tentat. 17.

Vis tentationis Abrahæ de immolando filio. 19. 20. 21. 22. 23. 49.

Quando quis non tentat Deum signum petens. 24.

Cauendum à tentatore. 27.

Tentatio statim à principio iustitiæ. 30. 32. 44. 51.

Quare fortius in Quadragesima tentamur. 31.

Tentatio à miraculis falsis. 33.

Sæpe non tentantur incipientes. 34. 61.

Contra tentationes auxilium Domini. 35. 36.

Contra tentationes victoria. 38. 53. 57.

Deus non sinit nos tentari ultra vires. 43. 65.

Tentationibus non omnes proficiunt. 45.

Triplex tentatio perfectorum, & imperfectorum. 52.

Tentandi licentiam à Deo habet Diabolus. 55.

Diabolus assiduus in tentando. 56. 59.

Quibus tentationibus vita nostra fatigatur. 58.

Tentationes incipientium. 61.

Tentationes proficientium. 62.

De qua tentatione petimus liberari in oratione dominica. 63.

Vnusquisque speciali tentatione tentatur. 64.

Tentationis necessitas. 66.

Tentatio probat. 67. 68.

Tentationes armis vincit gratitudo, vide Gratiitudo, num. 12.

Tentatio concupiscentias expellit. 69. 70.

Qualiter ferende tentationes. 71.

Tentationis uilitas. 72. 74. 75.

Fortitudo in tentatione requiritur, non dignitas personæ. 77.

Vigilandum in tentatione. 78. 79.

In tentatione auxilium ad non expectandum. 80.

Surgendum post lapsum in tentatione. 81.

Tentant nos Angeli ut probent, vide Angeli, n. 46.

Tentatio sequitur post iustitiam.

GENES. 1. Fiat lux, &c. & factum est vespere, &c. GREGOR. 8. Moral. cap. 6. Ex hoc quod prius refert Moyses, fiat lux, & paulo post ait, factum est vespere, ait quod creator omnium, humanæ culpæ præcius tunc expressit in tempore, quod nunc versatur in mente. Quia nimirum lucem rectitudinis, umbra sequitur tentationis. Numquam enim in hac vita sic peccatum deseritur per exercitationem iustitiæ, ut in eadem iustitia inconuersè maneat, quia & si iam à cordis ha-

bitaculo culpam rectitudo eliminat, ipsa tamen culpa quæ repellitur cogitationis nostræ foribus astans, ut sibi aperiat, pullat. Sed quia electorum lux tentationibus non extinguitur, nequaquam nox, sed vespera facta perhibetur post lucem. Tentatio enim lumen iustitiæ eis abscondit, sed non interimit. Quia etsi ad pallorem trepidationis pertrahit, funditus tamen non extinguit.

Tentatio aliquando incipit ab interiori, aliquando ab exteriori.

GENES. 3. Qui dixit ad mulierem: cur precepit, &c. Initium tentationis Adæ, & vxoris eius, non cepit ab exteriori persecutione serpentis, sed ab interiori. Vide Superbia, num. 4, ex RYPER. Ibi etiam inuenies contrariam sententiam D. THOMÆ. Vide etiam Diabolus, num. 1. &c. Item quod tentatio incipit ab infirmiori parte. Vide Diabolus, numer. 5. Item confidendo, & interrogando, &c. Vide Diabolus, numer. 6.

Tentamur omnes ad similitudinem primorum parentum.

GENES. 3. Tuli de fructu eius, & comedit de quoque vero suo, qui comedit, &c. EUCHEMIVS. Serpens per mulierem decepit, & non per virum, quia non potest ratio nostra seduci ad peccandum nisi præcedente delectatione in carnalis infirmitatis affectu, qui magis debet obtemperare rationi tanquam viro dominanti. Quod primis parentibus obtigit, hoc vnusquisque nostrum in se experitur, quando occurrit mala suggestio quasi serpens loquitur. Sed si sola cogitatio oblectatur illa suggestione, & refrænante ratione non succedit explendi operis consensus, sola videtur mulier comedisse illicitum. Quod si ipsum peccatum etiam & mens perpetrandū decernat, iam vir deceptus est, & iam mulier dedisse viro cibum videtur. Illecebræ enim consentire de ligno prohibito manducare est. Tunc quippe iure à vita beata tanquā à paradiso expellitur homo, peccatumque impuratur etiam si non sequatur effectus. GREGOR. 24. Moral. cap. 7. & 8. Quod tunc in paradiso antiquus serpens egit, hoc quotidie agere non sinit. Verba Dei de cordibus hominum molitur euellere, atque in eis ficta promissionis suæ blandimenta radicare quotidie hoc quod Deus minatur, leuigat, & ad hoc credendum quod falso promittit inuitat. Falso enim pollicetur temporalia, ut mentibus hominum ea supplicia leuiget quæ Deus minatur æterna. Sed quia diuino munere redemptus homo, iustitiam recepit robustiorem se iam contra blandimenta callidæ persuasionis exercet, quia experimento didicit quantum obediens esse debeat præcepto.

Tribus tentationibus Adam, & Christus tentatus.

IBID. GREGOR. homil. 16. Antiquus hostis primum hominem, tribus tentationibus pulsauit, gula, vana gloria, & auaritia, & cum tentando superauit: quia sibi eum per consensum subdidit. Gula tentauit cum cibum ligni vetiti ostendit. Vana gloria, cum dixit: eritis sicut dii. Auaritia, cum dixit: Sciens bonum, & malū. Auaritia enim non solum pecuniæ est, sed etiam altitudinis. Sed quibus modis primum hominem stravit, eisdem modis secundo homini, id est, Christo Domino, tentator succubuit. CASSIANVS collat. 5. cap. 6. In his vitiis Christum tanquam modo Diabolus tentat in quibus etiam primum hominem deceperat coniciens hunc quoque velut hominem similiter in ceteris illudendum, si eum in illis quibus priorē deiecerat sensisset elisum, vide ibi ad longum.

Quare

Quare tentari homo permissus.

IBID. AVGVST. Sed quaeritur cur Deus tentari esse præsciebat? Non mihi videtur magnæ laudis fuisse futurum hominem, si propterea posset bene viuere, quia nemo malè viuere suaderet cum & in potestate suæ naturæ haberet velle nō cōsentire suadenti, adiuvante tamen illo, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Ecce nos concedimus meliorem esse naturam, quæ omnino peccare nōlit: concedatur, & nobis non esse malam naturam, quæ sic facta est, ut posset non peccare, si vellet, & iustam esse sententiam qua punita est, quæ voluntate, non necessitate peccauit. Sinit ergo hominem tentari altitudine consilij sui, ut ostenderet animæ superbæ ad eruditionem futurorum sanctorum quàm rectè ipse vteretur animarum voluntatibus etiam malis, eas ordinando per pœnam, cum illi peruerse vterentur naturæ bonis.

Tentationis initio resistendum.

GENES. 3. Ipsa conteret caput eum, & tu insidiaberis calcaneo eius. GREGOR. 1. Moral. cap. 38. Caput serpentis obseruare, est initia suggestionis eius aspicere, & manu sollicitæ considerationis à cordis aditu funditus extirpare. Qui tamen cum ab initio deprehenditur, percutere calcaneum molitur, quia & si suggestionem prima in intentione non percutit, decipere in fine contendit, imo duriores in fine laqueos tendit; & tanto nequius obsidet, quanto solum sibi ad decipiendum remansisse videt. Vnde Propheta, [Ipsi calcaneum meum obseruabant.] Maligni ergo spiritus, siue prauit quique homines, illorum superbæ sequeaces calcaneum obseruantes actionis bonæ, finem vitare desiderant. EUCHEMIVS. Caput serpentis, cogitatio illicitæ suggestionis est, quod nos omni intentione conterere, atque allidere ad petram, quæ est Christus, debemus. Calcaneum mulieris est extremum vitæ nostræ tempus, quo Diabolus nos acrius impugnat, cui si viuiliter resistimus, victoriam perseverantia cum salute nostra percipiemus. Vide Cogitationes, num. 9. ex GREGOR. NYSS. Vide etiam Oratio, num. 43. ex CASSIANO.

Tentationibus subicimur.

GENES. 3. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitam tuam. EUCHEMIVS. Peccator habet maledictionem terrenæ operationis, habet & dolores temporalium curatum quasi spinas, & tribulos, habet & incertitiam vitiiorum. BERNARD. Donec in carne est anima, inter spinas profectò versatur, & necesse est ut patiarur inquietudines tentationum, tribulationumque aculeos.

Iusti tentantur.

GENES. 7. Remansit autem solus Noë, & qui cum Geo erant in arca, obdormieruntque aque terram centum quinquaginta diebus. LIPOMANVS. In Hebræo, & Chaldæo, [et præualuerunt aquæ] legitur. Tot igitur diebus immobiliter perseverabat altitudo aquarum, antequam minui inciperent, ut intelligamus non parum tentatam fiduciam Noë, cum post exactum iudicium de impijs, sibi quoque, & suis diffidere tentabatur, veritus portentum maioris mali esse, tam diuturnam aquarum perseverantiam, interim nulla consolatione accepta è caelo, sed iustus inuictò semper & infractò permanit animo, rotus à Dei misericordiā pendens.

Post tentationem premium.

GENES. 9. Et terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli, &c.

CHRYSOST. Iterum hic eandem benedictionem consequitur, quam olim Adam, cui dictum est. [Dominamini piscibus maris, &c. AMBROS. Merito illi comparatur, qui secundum imaginem Dei factus est perfectus; quia in diluuiio iustus inuentus est: & ideo super terrena omnia eum constituit Deus, sicut & Adam ad imaginem Dei, factum, quia vtrumque à vitiis terrenis temperabat. Ille quia ita generatus est, ut nihil terreno deberet contagio: iste quia in periculis fuerat approbatus, & examinatus in passionibus, & repertus quod in confusione non fuisset obnoxius passioni.

Iusti tentantur.

GENES. 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi. CAIET. Modus quo Deus Abram fuerit locutus, non est scriptus hic; sed à STERPHANO manifestatus est dicendo Ath. 7. [Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ.] In forma ergo gloriosa apparuit ei Deus dicendo verba ista. [Egredere de terra, &c. In Hebræo habetur: [Vade vel secede tibi de terra tua, &c.] Et significatur quod ad ipsius Abrahæ utilitatem præcipitur egressus de terra sua. AMBROS. Satis fuerat dixisse de terra tua. Ibi enim exire de cognatione, & de paterna domo: sed ideo addit singula, ut eius affectum probaret, ne forte, aut imprudenter cœpisse videretur, aut fraus aliqua, mandatis celestibus pararetur. Vide etiam, Religiosus, numer. 7. ex CHRYSOST. & AVGVST.

In tentatione consolatio.

GENES. 12. Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, &c. CAIET. Collige has promissiones, & summabis septenario numero cōprehēdi, ut Hebræo more vniuersitas bonorum etiam ex ipso numero significetur. AMBROS. Sicut coaceruanda fuerant præcepta, ne quid lateret, ita etiam proponenda merita, ne forte desperaret. Tentatur ut fortis, inuitatur ut fidelis, prouocatur ut iustus. Et infra. Septuaginta quinque annorum erat Abram, &c. Ut venit in terram Chanaan. CHRYSOST. Vnde sciebat quod in terra Chanaan futurus esset suæ peregrinationis exitus, cum ei dictum tantum sit à Domino: [Veni in terram quam monstrauero tibi.] Postquam Abram, quod suum erat fecit, & magna largitate attulit, mox ei Deus significauit in qua terra vellet eum domicilium habere.

Iusti tentantur.

GENES. 12. Semini tuo dabo terram hanc. RYPER. Ecce aliud in quo fides Abrahæ spectanda est. Supra dictum est. [Erat autem Sarai sterilis, & non habebat liberos.] Et Chanaanus tunc erat in terra. Nunc autem in vna promissione duabus rebus quodammodo repugnātibz fortiter Deus obedientiam, fidemque eius probat, dicens: Semini tuo dabo terram hanc, quam Chanaanus habitabat; Semini, inquit, tuo, cum vxor illius sterilis esset. Et super illud: Apparuitque Dominus Abram, ait CHRYSOST. vel secundum aliam literam. [Visus est Dominus Abram, &c.] Vide Deus, num. 41. ex CHRYSOST. & addit. Moram fecit, & distulit, ut hac potissimum ratione Patriarchæ pietas monstraretur. Non enim inquietus fuit, nec impatiens, nec turbabatur, sed immotus habebat animum certus de promissione, ut erudiamur fratres ne existimetis derelictum à Deo, si quando videritis studiosum aliquem, tentationibus vel aliis huius vitæ afflictionibus vexari, sed relinquantis hoc incomprehensibili Dei prouidentia.

Idem.

Idem.

13. **GENES. 12.** *Facta est autem fames in terra, descenditque Abram in Aegyptum.* LIPOMAN. Alia graui tentatione probatur Dei seruus, fame, scilicet contra naturam terræ, verum non incurrit perniciem semel vera fide donatus. Id nobis indicat quod sancti in Aegyptum tentationum descendunt, & ibi periclitantur non ut ibi habitent semper, sed quasi inuiti prima opportunitate ditiores meritis redituri ad promissam patriam. GLOS. GRÆCA. Non igitur incolæ, sed peregrinus fuit in Aegypto Abram, idque fame coactus. CHRYSOST. Ut opere impleteret Deus promissionem quam illi fecerat dicens: & magnificabo nomen tuum. Propterea & famem oriri permittit, & cogente necessitate in Aegyptum eum ire fecit, ut disceret & Aegyptij, quanta viri virtus esset. Fames igitur quasi licetor qui vincula iniecit, ita vi è deserto in Aegyptum eum abstraxit, ut non solum Palæstinam incolentibus esset doctor, sed & iis, qui in Aegypto erant lux suæ virtutis manifestaretur omnibus, ut eos qui in tenebris errorum sedebant, ad veritatis viam introduceret.

Idem.

14. **GENES. 12.** *Novi quod pulchra sis mulier, &c. Inversificent me, & te referabunt, &c.* LIPOMAN. Famis inedia cessante, succedit timor mortis, CHRYSOSTOM. Vide ex verbis in quanto angore, & metu constitutus fuerit iustus, & nec turbatur animo, nec cogitat se derelinqui à Deo, sed vnum hoc curabat quomodo arte aliqua posset Aegyptiorum manus effugere; & quia nondum mortis erat soluta tyrannis, propterea in adulterium vxoris consentit iustus, ut mortem effugiat. Erat adhuc terribilis facies mortis, nondum erant arcæ portæ contractæ, nondum erat aculeus eius hebetatus. Vide etiam, *Spei*, numer. 5. ex eodem CHRYSOST.

Tentare Deum non debet homo.

15. **IBID. AVGVST. 16. de Civit. cap. 19.** Quaritur vtrum conuenerit Abram tam sancto viro, ut clareret Saram vxorem suam, & cur non magis poneret spem suam in Deo, ne occideretur à Rege? Respondetur. Quod coniugis occidendam pudicitiam commisit Deo, humanas autem insidias cauens, ut homo, periculum, quantum cauere poterat, fugit. Quod si sic non caueret, magis tentaret Deum, quam speraret in Deo. Fecit ergo quod potuit pro vita sua, quod autem non potuit, Deo commisit, cui & pudicitiam coniugis commendauit. Ostenditur isto facto eius, quod homo non debet tentare Dominum Deum suum, quando habet, quod faciat ex rationabili consilio. *Idem contra Faustum.* Nec Abraham flagitio consentit vxoris cuiusque vendidit adulterium, ut impio Fausto videretur, sed coniugem castam & casto corde sibi coherentem, de cuius animo, ubi pudicitie virtus habitabat, nullo modo dubitabat, tacuit vxorem; dixit sororem, ne se occiso ab impiis captiua possideretur, certus de Deo suo, quod nihil eam turpe ac flagitiosum perpeti sineret; nec eum fides, ac spes fecerit. Sed dicit aliquis: cur non de Deo præsumpsit quod etiam eum liberaret à morte? Si interrogatus Abram illam fœminam indicasset vxorem duas res tuendas committeret Deo, & suam vitam, & coniugis pudicitiam. Pertinet autem ad sanam doctrinam, ut quando habet quod faciat homo, non tenter Dominum Deum suum. Et ipse quidem Saluator, rueri poterat discipulos suos quibus tamen ait: [Si persequuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.] Cuius rei prior exemplum præbuit, cum enim haberet potestatem ponendi

animam suam, &c. in Aegyptum tamé infans, portantibus parentibus fugit. Item, qui palam docendo, & arguendo & inimicorum rabiem nihil valere contra se ostendendo, Dei demonstrabat potestatem, idem fugiendo, & latendo, hominis instruebat infirmitatem; ut Deum tentare non audeat, quando habet, quod faciat, ut quod cauere oportet euadat. Nec Paulus desperauerat adiutorium diuinum quando per murum in sporta submissus est, ut inimicorum manus effugeret, sed ne Deum tentaret, cum potuisset fugere, & nolisset. Abraham ergo fecit quod potuit vitam propriam tuendo: quod autem non potuit scilicet vxoris pudicitiam seruare, Deo commisit.

Tentationes repellende.

16. **GENES. 15.** *Descenderuntque volucres super caudam, & abiebat eas Abram.* GILBERTVS. Mille sunt occurfantium phantasmata cogitationum, mille suggestiones Diaboli quæ dum se sacrificantium mentibus importuno ingerunt illapsu, dum eas ad diuersa distrahunt, dum hæreticam moliuntur inducere prauitatem, quid aliud faciunt quam velut quædam muscæ sacrificantes altaris ministros infestant & impediunt? Talium portenta muscarum propulsanda Abraham præsignauit, cum à sacrificiis aues abigeret incurstantes, & quia super sacrificia tantum descendisse leguntur, non etiam interrupisse ceptum officium, sacerdotes Christi tentationes, quas perferunt, ita docentur abigere ut à sacramentis altaris, talis eos lapsus non cogat abstinere. Hic enim defectus infirmitas est quæ virtutem perficiat, non quæ virtutis opera in irritum deducat. Vide *Cogitationes*, num. 5. ex GREGOR.

Deus qua ratione dicitur hominem tentare.

17. **GENES. 22.** *Tentauit Deus Abraham.* Vide *Amor hominis erga Deum*, num. 6. ex CHRYSOST. & AVGVST. RVPERTVS. Tentauit, non ut ipse sciret quem nulla cogitatio latet, sed ne ignoraremus nos futuri filij, qualis ille fuerit pater; cuius nobis fides ad imitandum proposita est. Sicut venditor sedulus rerum pretiosarum virtutes declarat eorum, non ut ipse cognoscat, cum prius eas optime nouerit, sed ne emptor dubitet dare omnia sua, & comparare illas. AVGVST. Quaritur quomodo hoc verum sit cum Iacobus dicat *cap. 1.* [Quod Deus neminem tentat?] Loquutione scripturarum solet dici, *tentat*, pro eo quod est, *probat*. Tentatio verò illa de qua Iacobus, non intelligitur, nisi qua quisque peccato implicatur. Vnde Apostolus dicit. [Ne forte tentauerit vos, is qui tentat.] AMBROS. Aliter Deus tentat, aliter Diabolus. Diabolus tentat ut subruat, Deus tentat ut coronet. Venique probatos sibi tentat. Vnde Dauid. [Proba me Deus, & tenta me.] Et sanctum Abraham probauit ante, & sic tentauit, ne si ante tentaret, quam probasset, grauaret. Probauit enim cum exire de terra sua iussit, & obedientem reperit, probauit cum de præda belli nihil attigit. Cum promissit seni filium, &c. Et probatum quasi fortiosem tentandum putauit maioribus, & quibusdam imperiis dantioribus. Hinc docemur, quia veris probatur quis; tentatur autem compositis, & fictis. Non enim volebat Deus immolari à patre filium, sed tentabat affectum patris si Dei præcepta præferret filio.

Deus qua ratione dicitur hominem tentare.

18. **IBID. AVGVST. serm. 72. de tempore.** Nouerit charitas vestra tentationem Dei non id agere, ut ipse aliquid cognoscat, quod ante nesciebat, sed ut illo tentante, id est, interrogante, quod est in homine occultum prodatur. Non enim sibi homo ita notus est, ut crea

tem esse in quo postea templum conditum est in arca Ornæ Iebusæ, sicut & in Paralip. scriptum est. Qui mons idcirco *illuminans* interpretatur & *luens*, quia ibi est oraculum Dei, & lex, & Spiritus sanctus, qui docet homines veritatem, & inspirat prophetias. RVPERTVS. Vel terra visionis dicitur, quia Dei tentans oculos super se apertos, atque defixos præcordialiter sensit Abraham, qui gratulabundus, atque iubilans, illum suæ lætitiæ locum, *visionis* nomine significauit; in quo visum se esse à Domino veraciter confiteri potuit. Itaque per anticipationem, *terra visionis* dicta est. LIPOMANVS. Vel *terra visionis*, quoniam ipsa à longè, & de ea à longè videri poterat, vel per anticipationem, quia futura erat Prophetarum habitatio, quibus copiosissimæ factæ sunt caelestes visiones, vel quia in ea filius Dei verus homo erat habitaturus palpabilis, & visibilis, iuxta illud Baruch. [Post hæc in terris visus est, &c.] Sequitur. *Super vnum montium quem monstrauero tibi.* AMBROS. Ut dum ascenderet senex, infringeret impetus, lassaretur dextera, deficeret intentio; dum quæreret montem discere dedisceret apparatus. ORIGENES. Montem iubetur ascendere, ut fide elatus terrena derelinquat, & ad superna conscendat.

Idem.

22. **IBID. AVGVST. serm. 73. de tempore.** Nouum præcepti genus est homini legem sceleris dari, & religiosum haberi, si impius voluerit perpetrari. Abraham si parricidium fecerit, iustus est, si non fecerit, indeuotus est. *Et serm. 72.* Magna fides, magna pietas Abraham, non solum in Deum, sed etiam in ipsum vnicum filium, cui nihil mali credidit, ipse pater quidquid de illo iusserat, qui creauit. Non trepidauit Abraham credere quando promittebatur ei filius; & non trepidauit offerre quando exigebatur. Nec fuit religio credentis contraria deuotioni obtemperantis. CHRYSOST. Iustus Abraham non turbatus est animo, non confusus mente, non consilio destitutus in tam graui præcepto, sed sicut gratus famulus omni ratione humana vnam tantum rem curabat, ut imperata opere impleteret, & quasi factus ab humana natura alienus postponendum ducens diuinis præceptis omnem affectionem, & dilectionem, ad bona implenda festinavit. LIPOMANVS. Tota fidelium vita tentatio est, quæ non nisi à Domino infertur piissimo patri qui & vires vincendi administrat fidelibus & electis. Vix Abraham enasit anxietatem de relegato in exilium primogenito filio, quando ecce tentatur omnium maximè de Isaac gaudio suo, filio promissionis. Tentatur autem ut pramitteretur figura diuini sacrificij, quo [proprio filio suo Deus non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.] Vide *Deuotio*, num. 1. & sequentibus.

Idem.

23. **IBID. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili?** ORIGENES. Hæc pro tempore à filio prolata, tentationis vox est. AMBROS. Pullatur pietatis vocabulis patris affectus, & fluctibus quibusdam hinc inde tunditur. Filius vocat patrem, pater dicitur filius, ut ipso verborum sono recognoscat pater quam impossibile est, ut ferre possit. Hæc nomina, vitæ solent operari gratiam, non ministerium necis, & hæc vocabula incitare ad pietatem non ad mortem solent.

Quando quis non tentat Deum signum petens.

24. **GENES. 24.** *Igitur puella cui dixero: inclina berydriam tuam ut bibam, & illa responderit: bibe,* quæ

Vis tentationis Abrahe de immolando filio.

19. **GENES. 22.** *Tolle filium tuum vnicum, quem diligis Isaac, &c.* ORIGENES. Vide tentationis pondus. Charis, & dulcibus appellationibus iterum, ac sæpe repetitis paterni suscitatur affectus, ut amoris euigilante memoria ad immolandum filium paterna dextera retardaretur, & ut aduersus fidem animi, tota carnis malitia repugnaret. CHRYSOST. Magnum præcepti pondus, & res humanam transcendens naturam. Verba hæc maius succendunt incendium, & fornacem amoris, quo Abraham in Isaac affectus erat violentius excitant; & vnumquodque verbum per se sufficiens erat ad faciendum animam iusti. AMBROS. A principio eum stimulat, & pungit pietatis aculeis, nec sinit otiosum esse affectum patris. GREGOR. 28. *Moral. cap. 7.* Præcipiendo dura nos interrogat Deus. Sicut Abraham iubetur vnicum filium immolare, quem ad consolationem senex acceperat. Cui nimirum ad interrogationem bene respondentem, id est, ad iussionem obedientem dicitur: [Nunc cognoui, quia times Deum.] *Scire enim Dei, est nostram obedientiam nosse nos facere, sicut tentare Dei, est magnis nos iussionibus interrogare.*

Idem.

20. **IBID. Tolle filium tuum.** ORIGENES. Sufficiebat hoc ad supplicium patris, sed addit quem diligis, ut sint & in hoc parenti triplicata supplicia. Additur autem nomen Isaac ut recordaretur Abraham, quia dixerat Deus ad eum, quod in Isaac vocabitur tibi semen. Item ut promissionum, quæ sub hoc nomine factæ sunt desperatio subeat. AMBROS. Nomen filij addit ad nomen necessitudinis, & vim amoris. Item Isaac additur, hoc est, eum quem suscepisti de vxore; vnicum suscepisti in senectute; suscepisti tanquam fidei tuæ præmium, & remunerationem operum tuorum, suscepisti ex promissione Dei non coniugis fecunditate ex qua alium sperare nõ possis. *Et vade in terram visionis.* ORIGENES. Ut dum ambulat, dum iter agit, per totam viam cogitationibus discerpatur, ut hinc perurgente præcepto, hinc verò vnici affectu oblectate, crucietur. Propterea ergo via iniungitur ut in his omnibus spatium certaminis accipiat affectus, & fides, amor Dei, & amor carnis, præsentium gratia, & spectatio futurorum. AMBROS. Interponitur spatium ne præcipitari subito videatur affectus ut illa dilatio obrepat pietatis gratia desiderium patris.

Idem.

21. **IBID. Et vade in terram visionis.** HIERONYMUS. In Hebræo habetur. [Terram Mora] quod alij [terram excelsum] transferunt, alij [terram lucidam], seu [terram visionis.] Aiunt autem Hebræi hunc mon-

D D d

quin & camelis potum tribuam, ipsa est quam preparasti seruo tuo Isaac. RVPERT. Non petendæ puellæ indicium suis commisit oculis, qui secundum faciem, non etiam mores, aut virtutem peruidere possent, sed credens quod Domini sui curam haberet Deus, totam in illo posuit electionis spem. LIPOMAN. Quotiescumque signum petitur à Deo, non ex fidei debilitate, sed ex magna quam quis de Deo habet confidentia, ut quid sit circa aliquod factum Deo placitum instruat, præsertim cum necessitas, seu pia aliqua subest utilitas, & adest diuinus instinctus ad hoc mouens, humili etiam oratione præcedente, tunc signum petere licet, nec ad Dei tentationem pertinet. Vnde non peccauit Abraham qui signum petiit à Domino dicēs. [Vnde scire possum quod possessurus sim terram hanc?] Genes. 15. Sic & Apostoli petierunt à Domino. Actor. 4. [Vt in nomine Domini Iesu Christi fierent signa.] Sic & Achaz reprehenditur, quasi impeditor communis boni, & salutis, quod signum petere nolebat, Isai. 7. Sic & Eliezer hic, diuino præcedente instinctu, & humili præuia oratione, rectè, & iustè admodum signum petiit, quod si quis cessantibus prædictis ex fidei infirmitate signum petat, dubitans videlicet de virtute diuina, illicite petiit, & Deum tentat, ac peccatum committit. Sic peccauit Zacharias dicens: Luc. 1. [Vnde hoc sciam?] Sic & Iudæi peccauerunt signum petentes à Domino. Matth. 16. Quibus responder Christus. [Generatio praua, & adultera signum petit, &c.]

Tentare Deum non debet homo.

25. GENES. 32. Si percussisset unam turmam salubiter altera. AVGVSTINVS. Dices ergo Iacob non credebat Dei promissionibus? Credebat certè, sed admonendi sumus hoc exemplo, ut quamuis credamus in Deum, faciamus tamen quæ facienda sunt ab hominibus in præsidium salutis, ne præmittentes ea Deum tentare videamur.

Iusti tentantur.

26. GENES. 39. Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu, &c. CHRYSOST. Mala bestia est Diabolus dilecti. Ut primum viderit iustum gratum esse, & per ea quæ putantur aduersa clariorem fieri, fremit dentibus, & insanit, & profundum barathrum effodit, & præcipitium parat, quo illum maximo ut arbitratu damno afficiat. Tempestatem excitat ut naufragium faciat: sed non post longum tempus discit, quod contra stimulum calcitretur, quod patet in nostro Ioseph. AMBROS. super illud Genes. 41. Septem bonæ pulchra, & septem spica plena, &c. Non ergo impinguet caput nostrum oleum peccatoris, nec falsi fructus delectare nos debent, ne dicat & de nobis feminastis impietatem, & iniquitatem eius vindemistis, manducasti fructum falsum; quia sperasti in curribus tuis. Osee 10. Nec me mouet quod habet spicas macras, & vento corruptas, quia & Dauid tunc melior erat quando sicut aranea tabescebat. [Et spiritus contribulatus sacrificium Deo est.] & illi præstantiores euadunt quos in hoc sæculo graibus iniuriis spiritus malignus exercuit.

Cauendum à tentatore.

27. GENES. 49. Fiat Dan coluber in via, Cerasites infemita mordens vngulas equi, ut cadat ascensor eius retro. AMBROS. Vnde & nos cum bene in via currimus caueamus ne serpens lateat in femita, &c. Vide Antichristus, num. 4.

Tentationibus resistendum.

28. EXOD. 1. Surrexit in terra rex nouus, &c. & ait ad populum suum. Ecce populus filiorum Israël multus,

& fortior nobis est, venite sapienter opprimamus eum ne forte, &c. ORIG. Rex iste qui nescit Ioseph Diabolus, insipiens ille est, qui [dixit in corde suo non est Deus,] qui genti suæ, hoc est apostaticis angelis dicit, Ecce genus filiorum Israël, magna multitudo est, scilicet eorum, qui possunt mente Deum videre, & potentior est nobis; venite itaque circumscribamus illos, ne forte increpant, & cum acciderit nobis bellum consentiant, & hi cum aduersariis & expugnantes nos exibunt de terra nostra. Sentit autem hoc Diabolus quia fortior ipso gens Israël est; quia sæpe congressus est, sæpe habuit luctamen, & sæpe superatus est. Prospicit autem imminere sibi bellum & maturi gentis suæ affuturum sentit exilium. Vitinam de nobis & hoc dicat, sentiatque nos valere super se. Sentit autem cum mihi cogitationes inicit malas, & concupiscentias pessimas, & ego non suscipiam, sed iacula eius ignita, scuto fidei repellam: si in omnibus quæcumque suggerit menti meæ, ego memor Christi Domini mei dicam. [Vade retro Satana, scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruius.] Vide Fides, num. 39. ex CYRILLO.

Iusti tentantur.

EXOD. 1. Oderantque filios Israël Egypti, & affligebant, &c. ad amaritudinem perducebat vitam eorum, &c. AVGVST. serm. 85. de tempore. Sic & in hoc tempore Diabolus, & angeli eius fideles Christianos bonis operibus deditos impugnare, & inquietare non cessant. Hoc tamen scitote fratres, quia Diabolus non persequitur nisi bonos. Malos enim luxuriosos, cupidos, superbos persequi Diabolus nō consuevit. Amici enim sunt sui, & semper voluntatem eius faciunt, & in tantum eos non persequitur, vt etiam per illos alios persequatur. Malos enim homines Diabolus quasi malleos vel flagella habere consuevit.

Tentatio statim à principio iustitie.

EXOD. 1. Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiciete, &c. ORIG. Videte quid princeps huius mundi præcipit suis, ut infantes nostros rapiant, & in flumen proiciant, primæ statim natiuitati nostrorum insidiantes continuo, ut cum vbera Ecclesiæ prima contigerint, irruant, diripiant, persequantur, vndis, & fluctibus huius sæculi absorbent, vide statim ut natus, imo ut tenatus fueris, quid tibi imminet. Hoc illud est quod legimus; quia Iesus statim ut ascendit de baptismo ductus est à spiritu in desertum ut tentaretur à Diabolo, hoc etiam fortasse est quod per Prophetam dicitur; [Quia intrauerit aquæ vsque ad animam meam, infixus sum in limo profundi, & non est substantia.] Sed propterea Christus superauit, & vicit, ut tibi vincēdi iter aperiret. Propterea ieiunans vicit ut & tu scias [huiusmodi genus dæmoniorū ieiuniis, & orationibus superandū.] Propterea & oblata sibi regna mundi, & gloriā eorum contemnit, ut & tu contemnens gloriā mundi possis superare tentantē. Hieron. in Nabum Prophetam cap. 3. Considera quod Ægyptius imperator viros Hebræos non possit occidere, nec eos qui iam egressi sunt de infantia, sed quorum ætas adhuc tenera est, & molle corpus, & profectus incipiens. Quod iusti fortius tentantur, Vide Concupiscentia, num. 11. ex REMIGIO.

Fortius quare in Quadragesima tentamur.

EXOD. 5. Vacant enim & idcirco vociferantur dicentes: eamus, & sacrificemus Deo nostro. Vide rationem quare plus tentamur in Quadragesima, verbo; Quadragesima, num. 11. ex CASSIANO.

Tenta

Tentatio statim à principio.

EXOD. 5. Ex eo quo ingressus sum ad Pharaonem, ut loquerer ex nomine tuo afflixerit populum tuum. ORIG. Certum est, quia antequam sermo Dei audiatur, non est tribulatio, non est tentatio; quia nisi buccinet tuba, non committitur bellum, vbi verò signum belli tuba prædicationis ostenderit, ibi sequitur tribulatio, ibi omnis tribulationum pugna confligit. Ex quo ergo loqui cepit Moyses, & Aaron ad Pharaonem, affligitur populus Dei. Ex quo in animam tuam, sermo Dei perlatus est, necessario certamen intra te virtutibus aduersus vitia suscitatur. Prius verò quam veniret sermo qui argueret vitia intra te, in pace durabant; sed vbi sermo Dei facere cepit vnus cuiusque discrimen; tunc perturbation magna confligit, & sine fœdere nascitur bellum. Cum iniustitia enim non potest cōuenire iustitia, nec impudicitia cum sobrietate, &c. GREGOR. 29. Moral. cap. 14. Cum lux diuina cor humanum illustrat, mox à Diabolo succrescunt testamenta, ut plus tentationibus se vgeri sentiant, quam cum lucis internæ radios non videbant. Vnde Israëlita postquam vocati sunt contra Moysen & Aaron de labore crescente conqueruntur. Quasi ergo contra legem mens submurmurat post cuius cognitionem tentationum stimulos acriores portat.

Tentatio à miraculis falsis.

EXOD. 8. Fecerunt autem malefici per incantationes sua similes. LIPOMAN. Grauis hinc tentatio fidelium orti potuit, & infidelium verisimilis excusatio parari ex maleficorum falsis signis, quæ per omnia ferè diuinis similia patrabant. Sic enim tentat Deus electos ad salutem, impios ad excacationem, & obstinatum animum. [Si surrexerit (inquit Moyses Dent. 13.) in medio tui Propheta, & prædixerit signum, atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: eamus & sequamur Deos alienos, quos ignoras, non audies verba Prophetæ illius; quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat utrū diligatis eū, an non in toto corde vestro, & in tota anima vestra.]

Sæpe non tentantur incipientes.

EXOD. 13. Non duxit eos Dominus per terram Philistin, &c. reputans ne forte paniceret eum si vidisset aduersum se bella, &c. Quod sæpe non tentantur incipientes ne retrocedat. Vide Status, n. 10. & 11. ex variis.

Contra tentationes auxilium Domini.

EXOD. 14. Inuixit Pharaon currus suum, & ornem populum suum assumpsit secum, &c. & persequutus est filios Israël. BERNARD. serm. 39. super Cantica. Pōnit aliquos currus Pharaonis, id est Diaboli, quibus populum Dei insequitur, scilicet luxuriā, auaritiā, &c. & addit. Sunt & alij principes regis Ægypti habentes & ipsi currus suos in expeditione Domini sui, sicut superbia quæ vnus est de maioribus principibus, & multi alij sunt inferioris ordinis Satrapæ, & equites quorum non est numerus in Pharaonis exercitu. In istorum itaque principū fortitudine currumque suorum inuisibilis Pharaon vbiq; discurrens in omnem familiā Domini quibus potest viribus more tyrannico debacchatur. In his etiam diebus, exeuntem Israël de Ægypto insequitur. At ille nec subuectus curribus, nec protectus armis, nihilominus tamē, sola Domini manu confortatus, securè decantat. [Cantemus Domino; gloriose enim magnificatus est, &c.] Et item. [Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus.]

Idem.

IBID. Clamaueruntque ad Dominum. CAIET. Clamor hic, potius fuit vocis querulæ, quam cordis

contriti, vt subiecta verba declarant. Et disserunt ad Moysen. Forstian non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos ut moriamur in solitudine. BERNARD. Hæc fatisceris in tentatione animi verba sunt, & tu ergo si ab Ægyptiis recedas, & de potestate dæmonum fugias, diuinitus tibi preparantur auxilia. Tantum est, vt permaneas fortis in fide, nec te Ægyptiorum equitatus, & quadrigarum formido perterreat, nec reclames contra legem Dei, & Moysen; Sed quis ita beatus est qui sic tentationum pondus expedit, vt nulla mentis cogitatio ambiguitatis obrepit? Vide magno illi fundamēto Ecclesiæ & patræ solidissimæ supra quam Christus Ecclesiam fundauit, quid dicat à Domino. [Modicæ fidei quare dubitasti?] AVGVST. serm. 89. de tempore. Includebantur Iudæi inter mare, & hostes, inter vndas, & gladios. Hinc mare spumabat, inde arma coruscabant, hinc aquarum, inde armorum strepitus. Sic operari Deus suis affuevit, vt vbi defecerit humanum consilium, illic intercedat diuinum adiutorium.

Tentantur iusti.

IBID. SEVERVS. Diuini moris est, eos, quos beneficio aliquo affecerit, laboribus tentando probare. Vt sciamus complures huiusmodi esse, vt beneficiis affecti erga Dominum suū grato animo sint; cū verò paululum vexati fuerint, beneficiorum immemores sint. Ad hunc modum Iudæis contigit. Cum enim illos Deus ex Ægypto eduxisset, atque ab inimici seruitute liberasset, atque eorum se patrem declarasset, suamque erga illos potentiam, tot signis, ac prodigijs editis exercuisset: statim illos, diuersis tentamentis probandos esse decreuit. Pharaoni namque, cum tot curribus, atque equitibus illos insequi permisit, atque à Deo consilij inopes reddidit, vt nullam salutis, atque effugij spem illis reliquam fecerit. At illi statim, diuinæ potentie, atque beneficentie immemores, atque ingrati, in Ægyptum regredi cogitabant, & iam Ægyptiacam seruitutem, memoria repetebant.

Contra tentationes victoria.

EXOD. 14. Reuersaque sunt aquæ & operuerunt currus, & equites, &c. nec vnus quidem superstit ex eis. BERNARD. serm. 39. super Cant. Cuncta quæ hic miraris magnificè perpetrata: inuenies nihilominus & in Ecclesia admiranda, imo multo magnificentius nunc triumphatur. Nam quæ illic corporaliter præcellerunt, hic spiritualiter adimplentur. Multo namque fortius, longèque gloriosius est Diabolum prostrernere quam Pharaonem, æreas debellare potestates quam currus Pharaonis subuerrere. Ibi quippe pugnatum est aduersus carnem, & sanguinem, hic aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, cōtra spiritualia nequitiæ in caelestibus. Prosequere modo mecum singula proportionis membra. Ibi populus eductus de Ægypto, hic homo de sæculo. Ibi prostrernitur Pharaon, hic Diabolus. Ibi subuertuntur currus Pharaonis, hic carnalia, & secularia desideria, quæ militant aduersus animam subruuntur. Illi in fluctibus, isti in steribus. Marini illi, amari isti. Puto & nunc clamitare dæmonia, si forte contingat incidere in talem animam, fugiamus Israëllem quia Dominus pugnat pro eo.

Tentationes non obsunt iustis.

EXOD. 15. Filij autem Israël ambulabant per siccam in medio maris. ORIG. Et tu si filius Israël es, potes ambulare per siccam in medio mari. Si fueris in medio nationis prauæ, & peruersæ, sicut lumen solis verbum vite continens ad gloriam, potest fieri vt in medio

medio peccatorum incedentem te non infundat humor peccati. Potest fieri vt transeuntem te per hunc mundum nulla libidinis vnda respargat, nullus cupiditatis aestus euerberet. Qui enim Aegyptius est, & sequitur Pharaonem, ille victorum fluctibus mergitur, qui verò sequitur Christum, & sicut ille ambulauit, ita & ipse ambulat, aqua ei murus sunt dextera, laeuaque, ipse autem media via incedit per siccum, non declinat ad dexteram, nec ad sinistram, vltquo exeat ad libertatem & hymnum victorix concinat Domino dicens. [Cantemus Domino: gloriose enim, &c.]

Iusti tentantur.

40. EXOD. 15. Et venerunt in Marath, nec poterant bibere aquas de Marath, eo quod essent amaræ, &c. Hieronymus. Fabiolæ. Non terrearis si post victoriam venias ad amaritudinem. Quia verum pascha facientes, azyma, cum amaritudinibus comedunt, & tentatio probationem, probatio spem, spes parit salutem. Apud medicos quoque quædam antidotus noxia humores temperans ex amaritudine nuncupatur, quæ dulcis ostenditur restituens sanitatem. Sicut è contrario voluptas atque luxuria amaritudine terminatur dicente scriptura. [Quæ ad tempus pinguefacit fauces tuas, nouissimè verò amarius felie inuenies,] & super Psalm. 114. [Sanctus igitur non querit requiem, sed tribulationem.] Nouit enim, [Quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, &c.] Tale quid & de Ieremia dicitur. [Tribulationem, & miseriam inuocauit.] Quoniam, inquit, amaro tuo verbo ridebo. Hoc est, in hoc sæculo quid aliud volo nisi tribulationem, vt in futuro requiem habeam, & felicitatem? Et propterea, inquit, nunc amaritudinem sustineo, vt postea dulciora promerear. Et populus Domini de Aegypto egrediens, venit in Mara, quod interpretatur amaritudo, & de Mara in Sina, quod interpretatur tentatio. Et iterum Ieremias. [Sonus sedebam, inquit, quoniam amaritudine repletus eram.]

Qualiter Deus tentet.

41. EXOD. 16. Ut tentem eum, virum ambulet in lege mea, ammon. Qualiter Deus tentet, & quæ requirantur ad veram tentationem. Vide Deus, num. 127. & 128. ex variis.

Post tentationem premium.

42. EXOD. 17. Profecta omnis multitudo de deserto Sin, &c. Castrametati sunt in Raphidim, &c. Origenes. homil. 11. super Exod. & Augustinus. serm. 93. de tempore. Sin, tentatio interpretatur, Raphidin verò sanitas iudicij. Nam qui bene exit de tentatione, & quem tentatio probabilem reddit, iste venit ad sanitatem iudicij. In die enim iudicij sanus erit, & sanitas cum eo erit, qui in tentatione non fuerit vulneratus. Sicut in Apocal. scriptum est. [Qui autem viderit, dabo ei de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.] Venit ergo ad sanitatem iudicij qui bene disposuit sermones suos in iudicio.

Deus non sinit nos tentari ultra vires.

43. EXOD. 17. Venit autem Amalech, & pugnabat contra Israel in Raphidim. Origenes. Antequam manducaret panem de celo & biberet aquam de petra, non refertur populus pugnasse, sed dicitur ad eum, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Est ergo tempus quando Dominus pugnat pro nobis, nec permittit nos tentari supra id quod possumus, nec impares viribus, ad fortis finit venire congressum.

Denique & Iob omne illud tentationis suæ famosissimum certamen iam perfectus impleuit. Et tu ergo cum cœperis manducare manna panem cœlestem verbi Dei, & bibere aquam de petra, cumque ad interiora doctrinæ spiritualis accesseris, sperato pugnam, & præpara te ad bellum.

Tentatio statim à principio insitit.

44. IBI D. AVGVST. serm. 93. de tempore. Tandiu aliquis Diabolum contra se pugnantem non sentiet, quam diu opera illius exercere voluerit. Qui verò illum reliquerit, & de petra bibens, Christum sequi elegerit, necesse est, vt illum patiat infestum, cui iusto iudicio voluit præponere Christum. Quisquis ergo Christo coniungitur, non ad delicias, non ad voluptates, sed ad prælium præparetur. [Quia omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patiuntur.] Et iterum. [Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.] STRAVS. Amalech interpretatur bibens, vel lambens sanguinè, & Diabolum significat qui sanctos de Aegypto exeuntes, & ad terram promissionis tendentes semper impugnat, & animarum sanguinem bibere desiderat, viam patriæ cœlestis intercludere moliens.

Tentationibus non omnes proficiunt.

45. EXOD. 18. Moyses egressus in occursum cognati sui, &c. cumque intrasset in tabernaculum, &c. Origenes. Mystice. Non ducit Moyses locum suum ad montem Dei, sed ducit eum ad tabernaculum suum. Non enim poterat sacerdos Madian ascendere ad montem Dei, sed nec in Aegyptum descendere potuit, vel ipse, vel vxor Moysi, sed nunc ad eum venit cum filiis eius. Non enim potest descendere in Aegyptum, & subire agones Aegyptios nisi qui fuerit athleta probabilis, & talis qualem dicit Apostolus [quia omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, &c.] Moyses ergo, quia magnus erat, & potens athleta, descendit in Aegyptum, descendit ad agones, & exercitia virtutum. Sed & Abraham descendit in Aegyptum, quia erat & ipse magnus, & potens athleta; & Iacob etiam, qui & lactator, & supplantator interpretatur: & ideo cum descendisset Iacob, factus est in multitudinem sicut stellæ cæli. Sed non omnes qui descendunt in Aegyptum, ita pugnant, & ita expediunt agones, vt in multitudinem fiant, & sicut stellæ cæli multiplicentur. Aliis in contrarium cedit descendisse in Aegyptum. Scio ergo Ieroboam fugientem à Salomone descendisse in Aegyptum, & non solum non creuisse in multitudinem, sed & scidisse & corripuisse populum Dei, quia accepit vxorem Aegyptiam.

Iusti tentantur.

46. EXOD. 23. Non eiciam eos à facie tua anno vno, &c. RABAN. Electos namque suos, aliquibus Dominus permittit impugnavi vitii, quatenus habeat semper in quibus se exercent, ne forte per inertiam, in maiorem ruinam peccatorum cadat. Vnde & doctori gentium petenti, vt Dominus à se angelum Satanæ, qui cum colaphizabat auferret, responsum est, [Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.] Sequitur. Non imbis cum eis sedus, &c. LIPOM. Hoc significat perpetuum sanctis bellum esse gerendum cum vitii, nec vnquam nobis cum eis conueniendum. Cohabitare quidem permittit, sed ne fœdus, aut societatem cum impiis, & peccatis ipsis ineat. Semper nobis aderunt vitia, & vitiosi, imo inter medios malos nobis habitandum est, sed perpetuò pugnandum cum eis, nec vnquam redeundum cum eis in gratiam.

Tenta

Tentationibus resistendum.

47. NUMERORVM 14. Nec timetis populum terræ huius, quia sicut panem possumus eos deuorare. Origenes. homil. 7. in Numeros. Figura præcessit in patribus; veritas completur in nobis. Eiecerunt illi gigantes, & consecuti sunt terram eorum, omnem terram Indæ, & Ierusalem ciuitatem, & montem Sion. Ad nos autem dicitur Hebræor. 12. Non accessistis ad ea quæ visibilia sunt, sed ad inuisibilia, & ad ciuitatem cœlestem Ierusalem. Sicut illi ergo de terrestri eiecerunt Chananæos, & Pherezæos, & ceteras gentes: ita & nos qui accessimus ad montem Dei, & ad regna cœlestia, necesse est vt expellamus de his contrarias potestates & spiritualia nequitie in cœlestibus, vt consequamur hereditatem. Illi armis visibilibus & corporalibus vincebant, nos inuisibilibus, & spiritualibus. Vnde Ephes. 6. [Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, &c.] & [Induite vos lorica charitatis, & galeam salutis, & assumite scutum fidei, & gladium spiritus quod est verbum Dei.] Cum talibus armis sequens Iesum ducem; sicut patres calcauerunt ceruices gentium, & tu calcabis ceruicem dæmonum. Luc. 10. [Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones.] Vult ergo Iesus semper res mirabiles facere, vult de locutis vincere gigantes, &c. Vide Verbo Diligentia, numer. 19.

Iusti tentantur.

48. NUMER. 23. Moriatur anima mea morte insto- rum. GREGOR. 34. Moral. cap. 21. Plerumque mali inutiliter compunguntur ad iustitiam sicut boni innoxie tentantur ad culpam. Fit enim dispensatione diuina, vt illi dum bonum aliquod agunt, quod tamen non perficiunt, superbe inter ipsa quæ etiam plenissime perpetrari mala, confidunt: & illi dum de malo tentantur, cui nequaquam consentiunt, quo per infirmitatem titubant, eo gressus cordis ad iustitiam per humilitatem altius figant. Alterum patet in Baalam, de altero Paulus Rom. 7. ait [Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c.] Ille ergo compungitur, nec iustitiam propinquat. Ille tentatur, & tamen culpa eum non inquinat. Quia nec malos bona imperfecta adiuuant, nec bonos mala inconsummata condemnant.

Vis tentationis Moysi.

49. DEVT. 1. Nec in ingredieris illuc, sed Iosue filius Nun minister tuus, ipse intrabit pro te. OLIVAST. Fortè fuit hæc magna tentatio Moysi, cum videret feruor suum sibi subrogari nõ filium, & concessum illi quod sibi negabatur. Omnia tamen æquo animo tolerat sanctus vir, sicut virtus Abrahæ probata, & tentata fuit, quando illi dixit Deus, [Tolle filium tuum quem diligis Isaac, &c.] Similiter ponderanda sunt verba hæc, nec tu, quamuis electus in Deum Pharaonis, & in ducem populi, non ingredieris, nec tu, nec filius tuus, sed Iosue minister, & ipse, & non tu, terram sorte diuidet filius Israel.

Quid sit tentare Deum.

50. DEVT. 6. Non tentabis Dominum Deum tuum. DGLOR. ORD. Deum tentat qui habens quod faciat, sine ratione se committit periculo experiens vt iam possit liberari à Deo.

Tentatio statim à principio insitit.

51. IOSVE 10. Ad me ascendite (ait Adonisedech rex Ierusalem ad alios quatuor reges) & ferite praesidium vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Iosue.

Et ad filios Israel. GLOS. ORD. Cum se anima verbo Dei sociat, statim patitur inimicos quos antea habuerat amicos, nec solum homines, sed etiam contrarias virtutes. Sciat ergo qui Iesu expetit amicitias, multorum scilicet inimicitias patienter tolerandas. Vnde 2. ad Timoth. 3. [Omnes qui pie volunt viuere in Christo persecutionem patiuntur.] & Eccles. 2. [Fili accedens ad seruitutem Dei, &c. Et præpara animam tuam ad tentationem.] Non solum hoc contingit perfectis, sed etiam Gabaonitis, quamvis ligni caesores erant, & aquæ portatores. Id est: vltimus meritis in Ecclesia sis, hoc ipso quod pertinet ad Iesum, impugnaris à quinque regibus. Sed nec Gabaonitæ spernantur ab Iesu, & à ducibus Israël, sed infirmitati eorum auxilium ferunt. Hoc autem agitur in nobis. Vnde 1. ad Thessal. 5. Consolamini pusillanimes, sustinete infirmos. & Rom. 5. Vos autem potentiores, imbecillitates infirmorum sustinete. Vide Tribulatio, n. 55.

Duplex tentatio perfectorum scilicet & imperfectorum.

52. IOSVE 10. Poluistis saxa ingentia ad os spelunca, & Iponie viros industrios qui clausos custodiunt. Vos autem nolite stare, sed persequimini hostes. ORIGEN. 11. super Iosue. Duplex pugna est Christianis, perfectis quidem qualis erat Paulus, & Ephesij aduersus principatus, & potestates, & aduersus rectores tenebrarum: Imperfectis vero, & inferioribus contra carnem, & sanguinem: his scilicet qui adhuc carnalibus vitii, & fragilitatibus impugnantur, qui à quinque regibus, id est, à quinque sensibus corporis impugnabantur. Perfecti verò, significati per filios Israël qui impugnabantur ab inimicis. Ad hos loquitur Iosue. Postea saxa ingentia ad os spelunca, &c.

Tentationi non consentiendum.

53. IBI D. Reuersusque est omnis exercitus ad Iosue in Macedonia sani, & integro numero. INTERL. Quia omnes scripti in libro vitæ, & numerati apud illum qui numerat multitudinem stellarum; Nullusque contra filios Israel mutire ausus est. INTERL. Septuaginta, nullus mutit in lingua, id est, nullus se iactat de victoria sua, scientes, quia Iesus est qui vincit. ORIGEN. homil. 12. Qui pugnant sub Iesu duce, debent hoc promereri, & reuerentius est omnis populus ad Iesum incolomis, & non mutit quisquam de filiis Israël in lingua sua. Qui enim sub Iesu militat, incolomis debet redire de prælio, nec vsquam ex iaculis maligni ignitis, vulnus accipere, nec corde, nec cogitatione pollui.

Iusti tentantur.

54. IOSVE 16. Et non interfecerunt filij Ephraim. INTERL. Qui in Deo creuant, & fructificant Chananeum. INTERL. Tentationum motum. ORIGEN. Certum est, quia cum eo qui fructificat, & crescit semper habitat Chananeus. Nunquam enim tentationum motus cessant ab eo. Chananeos autem, id est, vagos, & lubricas cogitationes, semper debent eicere de animabus suis. Potens est autem Deus Iebusæos, & Chananeos subicere nobis, sicut scriptum est. Subiecit Chananeos filijs Ephrem.

Tentandi licentiam à Deo habet Diabolus.

55. REG. 16. Exagitabat eum, scilicet Saulem, spiritus nequam à Domino. VATAB. Id est, ita permittente Domino, aut immitente. ISIDOR. Dicitur spiritus Dei malus, id est, minister Dei ad faciendum in Saule quod cum pati decerneret iudex omnium. GREGOR. lib. 2. Moral. cap. 6. Diabolus licet afflictionem iustorum semper appetat, tamen si à Deo potestatem

statem non accipit, ad tentationis articulum non conualefcit. Vnde omnis voluntas eius iniusta. Ex se enim tentare appetit, sed eos qui tentandi sunt & prout tentandi sunt, Deus iuste tentare permittit. Vnde idem spiritus, & Domini appellatur, & malus; Domini, per licentiam iustæ potestatis, malus per desiderium iniustæ voluntatis. Formidari ergo non debet qui nihil, nisi permissus ualeat. Quamuis enim malignitas à Domino non sit, potestas nisi à Deo non est. Vide etiam Lib. 18. Moral. cap. 3.

Diabolus assiduus in tentando.

56. I. REG. 17. Procedebat Philistæus. INTERL. Diabolus mane & uespere. INTERL. Prosperitate & aduersitate, & sabat quadraginta diebus. INTERL. Toto tempore præsentis uitæ quo contra Diabolum per quatuor elementa peccamus. Vnde Job. [Militia est uita hominis super terram.] & 2. Reg. 2. [Persequeretur autem Asaël Abner, & non declinauit ad dexteram, siue ad sinistram.] Omitteus persequi Abner. Per Abner intellige iustum, per Asaël Diabolum, qui assiduus est in tentando iustum, qui vexatus uidequaque, sic alloquitur. Vade ad dexteram siue ad sinistram, & apprehende unum de adolescentibus, & tolle tibi spolia eius. Noluit autem Asaël omittere quin uirgeret eum: iterum rogat. Recede, & noli me sequi, qui audire contempnit, & noluit declinare. Vide Concupiscentia, num. 11. ex REG. 10.

Tentationum uictoria.

57. I. REG. 24. Saül perrexit ad inuestigandum Dauid, & uiros eius etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruia sunt. INTERL. Ibices sunt animalia quæ de rupibus cadentia se cornibus excipiunt. Hæc illa. Si euadunt hæc animalia manus uenantium, & humiles significati per ista animalia eripiuntur à manibus dæmoniorum se persequebantur, se demittendo, & humiliando. Et sicut illa animalia fortitudinem habent in cornibus, quibus excipiuntur, ne pereant, ita & humiles in sui ipsorum deiectione, iuxta illud. [Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.] Nota etiam quod nullus locus nec persona sunt securi ab incurfu, & tentatione dæmonum.

Quibus tentationibus uita nostra fatigetur.

58. IOB 5. In sex tribulationibus liberaberis, & in septima non apprehendet te malum. BERNARD. Prima tribulatio, & occupatio grauis ipsa est necessitas huius miseri corporis, quod dum modo cibum, modo somnum, modo vestes, cæteraque similia querit, frequenter tribulat nos, & impedit ab exercitio spirituali. Secundo loco tribulant nos uitia cordis, ut est leuitas cordis, suspicio, impatientia, & iracundia motus, inuidia morsus, laudis appetitus, & similia quæ quotidie experimur in nobis. Tertia & quarta est tribulatio, prosperitas, & aduersitas huius mundi. (Nota me hic dicere tribulationem quod nos impediât ab exercitio.) Vtrumque scilicet cauendum est à laqueo tentationis, & querenda arma à dextris, & à sinistris. Quinta tribulatio, ignorantia nostra est. In multis enim omnino incertum habemus quid agere debeamus, ita ut quid oremus, sicut oportet, nescimus. Sexta tribulatio est aduersarius noster, qui tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret. Atque uitam in sex tribulationibus his liberaremur, ut vel in septima non tangeret nos malum, periculum scilicet in falsis fratribus. Vtinam soli impugnarent nos maligni spiritus cum suggestionibus suis, & nihil nocerent homines perniciosi exemplis, persuasionibus importunis, sermonibus adulationis vel detractio-

atque aliis mille modis. Videtis cerè quam necessarium sit, ut aduersus hæc septem pericula, quibus impedimur, septiformis Spiritus sancti auxilio subleuemur. Pro his enim septem quibus ab obseruantia Decalogi retardamur, in lectu penitentia septuagesima agitur, unde & reticetur Alleluia soleme, & humanæ transgressionis historia à capite recensetur.

Diabolus qualiter tenet.

59. OSE 7. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. STEPHANVS. Cor malum merito dicitur clibanus à coquente succensus. Sicut enim accendens clibanum intus non intrat, sed exterius ignem facit, & ministrat, nec ignis exit de clibano, sed gyatur interius, & clibanum ad coquendum panem calefacit: sic Diabolus, per suggestionem cor hominis accendit, ita quod substantialiter in cor hominis non intrat; hoc enim facere non potest. Vnde quod dicitur intrasse in cor Iudæ, intelligendum est per suggestionem, non per essentiam. Ille ignis non procedit exterius quousque succensus sit cor ad coquendum panem impietatis, & totum cor sit exustum, unde Ieremias. [Pellis nostra exusta est quasi clibanus.] Panis impietatis est ipse homo, qui primo frangitur in farinam per diuersos circuitus, & curas huius mundi. Deinde farina à qua conspergitur, & fermento fermentatur. Aqua, & fermentum duæ sunt filia: Loth, id est, declinantis, quæ ipsum inebriant, scilicet concupiscentia, & superbia. Hoc est quod dicitur. [Peccatore & ventre rcpes.]

Tentationibus non consentiendum.

60. IOB 11. Gens ascendit super terram meam fortis, & innumerabilis. Dentes eius, ut dentes leonis, & molares eius ut catulus leonis, &c. HIBERNYMVS. Ascendit gens super terram Dei, animam uidelicet humanam (omnes enim animæ Dei sunt sicut anima patris, sic & anima filij) & ascendit gens principum mundi istius, & tenebrarum, & spiritualia nequitia in celestibus aduersus quos nobis est lucta, atque certamen, de quibus dicitur. [Si spiritus potestatem habentis, ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris Ecclesiast. 10. Cuius gentis dentes, sunt sicut dentes leonis, de quo Petrus. [Aduersarius uester Diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret.] Et molares illius quasi catuli leonis. Catulus leonis vel eum intellige, qui eleuatur contra omne quod dicitur Deus, & religio, id est, Antichristum; vel certe omne dogma peruersum, de cuius contritis molaribus, qui intrinsecus latent, & non uidentur, ne facile uidentur etiam Psalmista lætatur dicens: Psalm. 57. [Molares leonum confringet Dominus.] Si ergo deriderimus locum huic genti, ut ascendat in nobis, statim ponet vineam nostram in desertum, de qua uinum facere solebamus, quod lætificat cor hominis, & ficus nostras decorticat, siue confringit, ne habeamus in nobis Spiritus sancti dona dulcissima, ne sub vinea nostra, & ficu uir sanctus requiescat, sub quibus cum fuerit, aduersarius impetus non timebit. Nec sufficit huic genti vineam disperdere sicumque confringere, nisi scrutans scrutetur eas, & quidquid in illis vitale fuerit interficiat, ut omni uitore consumpto, albi, atque mortui ramusculi remaneant, & compleatur in nobis. [Si in yridi ligno hæc faciunt, &c.]

Tentationes incipientium.

61. AMOS 4. Faciens matutinam nebulam. P. RIBERA. Non solum lucem in terris infundit, sed

sed potens est etiam lucem exortam, subita nebula obfcurare. Vnde in Hebræo est. [Faciens auroram nebulam, siue caliginem.] Ut sciamus quantum eius misericordia indigemus, eumque semper placare studemus. Mystice. Aliquando Sol, clarius exoritur, aliquando uero nebula exortens obfcuratur, sed paulatim suis radiis nebulam undique discutit, & clarior apparet. Similiter conuersio incipientium (quæ est quoddam illorum mane, post tenebras peccatorum,) nulla tentationum molestia, & obfcuritate turbatur, sed sole iustitiæ in eis fulgente, cogitationes peccatorum diffugiunt. Sicut ait Propheeta Psalm. 103. [Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa petrantibus omnes bestia filia, &c. ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocantur, exibat homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad uesperam.] Aliquando uero in ipso conuersionis initio, tentatio uehemens exurgit, quæ ut nebula iubar illud obumbrat, ut intra se dicat. Dum adhuc ordiret succidit me. Ista 38. Sed si Sol ille, radios suos non retraxerit, nebula euanesceat, fietque quod scriptum est Job 11. [Misericordie quoque obliuisceris, & quasi aquarum quæ paturierunt recordaberis, & quasi meridianus fulgor confurget tibi ad uesperam, & cum te consumptum putaueris orientis ut Lucifer.] Ne igitur timeas tentationes quæ inuadere solent incipientes; ipse enim eas facit, id est, fieri sinit in uilitatem tuam: uerum non est totius diei nebula, sed aurora, inualecet Sol, & eam dissipabit, iterumque luce perfruetis.

Tentationes proficientium.

62. IEREM. Et gradus super excelsa terra. IDEM RIBERA. Mystice. Excelsa terræ sunt illæ animæ agritudines, & illa uitia maiora, quæ in terra, id est, in cordibus terrenis dominari solent, & quoniam quo robustiores in progressu uirtutum efficiuntur, eo Diabolus acriores in nos sufficit tentationes, ut in Iob, in Dauidem, & Tobiam, ne forte quis terreatur, & de successu desperet, docemur gradi Dominum super excelsa terræ, id est, subiectam sibi esse vim omnem contrariarum potestatum, & propterea nihil esse quod formidet qui tantum, ac talem habuerit protectorem. Atque hoc uero iusto promittitur Ista 58. [Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hereditate patris tui Iacob. Ille super altitudines terræ sustollitur, qui per Dei gratiam superior fit auaritia, superbia, & carnis voluptatibus, idemque cibo alitur Sanctorem, quo & Dominus Iesus alebatur, sicut ipse ait Ioan. 4. [Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me.] Nam reliqui qui infra altitudines terræ sunt, non aluntur cibo Iacob; sed cibo Esau, qui propter coctionem rufam, primogenituræ ius vendidit.

De qua tentatione petimus liberari in oratione dominica.

63. MATTH. 6. Et ne nos inducas in tentationem. Quod per tentationem intelligatur uitium gula, Vide, Gula, num. 14. ex HVGONE DE S. VICTORE.

Vnusquisque specialia tentatione tentatur.

64. LUC. 11. Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutuum. ISAAC in homilia. Roget unusquisque charissimi benignum Iesum; & hoc assidue, ut suum à se penitus eiciat demonium, aut interim reprimat. Nam cum omnia nobis infesta sint demonia, & damno nostro lætentur, unumquemque tamen familiarem habere dæmonem qui cum in om-

nibus, & ubique obseruet, quem ignorare monachum non oportet, scriptura non tacet. Ego meum optime scio, nihil mihi notius; quia nihil nocuius, quæ & cuiusmodi tentatio me sapius, & acius uirget, & in qua parte facilius labor scio. Vnde quoniam scimus in commune psallo uersus illos, qui increpatorij uidentur, & liberationem, & auxilium querere, contra illum dirigo. Et illud, inquit, erat mutuum, meum mihi loquacissimum est, & de mundi huius gloria, & decore, & deliciis, longissimas, & mendacissimas fabulas rexit, & de illis mille suspensiones suffurat, mira promittit; minatur nunc de scientia, nunc de religione, nunc de genere, nunc de gratia, nunc de eloquentia, mecum multa concionatur: ita sibi sæpe, aures meas auellit, & occupat, ut nec legere, nec legentem audire uacuum sit. Vnde & mihi loquens, me penitus mutum efficit, stupidum reddit, & surdum, & hinc mutus dicitur spiritus malignus; quia quos inuadit, mutos facit à laude Dei, & propriis officiis lingue rationalis.

Deus non sinit nos tentari ultra uires.

65. CORINTH. 10. Fidelis Deus qui non patietur uos tentari supra id quod potestis. ORIGEN. lib. 3. Periarcho cap. 2. Sicut hi qui agonibus præstant eos qui ad certamen ueniunt non utcumque, neque fortuita inter se sinunt inire certamina, sed diligenti examinatione, prout corpora uidentur vel arates, æquissima comparatione iungentes illum cum illis: uerbi gratia, pueros cum pueris; uiros cum uiris qui sibi uel vi uel roboris propinquitate conueniant. Ita intelligendum est etiam de diuina providentia, quod omnes qui in hos humanæ uitæ descenderint agones, iustissima moderatione dispenset secundum rationem cuiusque uirtutis, quam ipse solus, qui solus corda hominum intuetur, agnoscit. Ut alius quidem pugnet aduersus carnem talem, & alius quidem in tantum tempus, alius uero in tantum, & ut alter instiget carnem in hoc; uel illud, alius uero in aliud: tum uero ut alius resistat aduersum inimicam illam potestatem uel illam, alius uero aduersus duas uel tres simul: aut nunc quidem aduersus aliam, & iterum aduersus aliam, & certo tempore, quo aduersus illam, & certo, quo aduersus aliam; uel post quæ gesta aduersus quas pugnet, post quæ uero aduersus malitias.

Tentationis necessitas.

66. CYPRIANVS Sermone de Mortalitate. Nisi præcesserit pugna, non potest esse uictoria. Cum fuerit in pugna congressione uictoria, tunc datur uincitibus & corona. Nam & gubernator in tempestate dignoscitur, in acie miles probatur. Delicata iactatio est cum periculum non est. Confluctatio in aduersis probatio est uirtutis. Arbor quæ alta radice fundata est, uentis incumbentibus non mouetur; & nauis quæ forti compage solidata est pulsatur fluctibus, nec fertur: & quando area fruges terit, uentos grana fortia, & robusta contemunt, inanes palæ flatu portatæ rapiuntur. Sic & Paulus post naufragia, flagella, post carnis, & corporis grauita tormenta non vexari, sed emendari se dicit in aduersis.

Tentatio probat.

67. BASIL. Hom. 8. in diuites auaros. Nec pueri sub pædagogis constitutis, similis fias, qui castigatione irati seindunt libellos, patri uero consulenti, ac cibum prohibenti uellem concerpunt, uel matris ora uingibus petunt. Nam & nauclerum tempestas, & athletam stadium, & ducenti pugna, magnanimi

num calamitas. Christianum verò tentatio probat, & examinat.

Idem.

68. **C**HRYST. *Homil. 40. in Genes.* Medicus quando infirmum curat, nec semper fame dicitur, nec semper larga mensa frui sinit, ut non voracitas febrem parientem augeat morbum; fames verò infirmo cum efficiat, sed cōiectans apud se quantitas sint agrotantis vires, & diligenter utens arte, omnia sua in medium affert. Similiter & misericors Deus sciens quid cuius expediat, aliquando concedit nobis prosperitate frui, aliquando etiam exercitationis gratia tentationibus nos circumdat.

Tentatio concupiscentias expellit.

69. **C**HRYST. *Homil. 3. op. imp.* Quemadmodum si focum posueris super terram comburit ipsas radices herbarum, & facit, ut in loco illo iam non facile nascatur herba: sic & tentationis ignis positus super carnem comburit radices concupiscentiarum in ea, ut non facile concupiscat.

Idem.

70. **C**HRYST. *Homil. 5. Operis imperf.* Sicut aurum, & argentum combustum in fornace foribus colatur: sic homo in fornacem tentationis missus depositis peccatis sanctificatur. *Idem homil. 31.* Ut qui ad bellum transmittitur, ad gloriam paratur: ita cui tentatio imponitur, correctio ostenditur ei.

Qualiter ferenda tentationes.

71. **D**OROTHEVS *doctrina 13. ut viriliter tentationes feramus.* Sunt plerique in mari natantes ex aliqua necessitate, qui cum peritiam, & artem nautandi optime teneant, ubi vndas in se proruentes aspexerint incuruati illis se subiiciunt, dum pertranfierint, atque ita ab eis nusquam læduntur: quod si vellet venienti vnda seipos opponere, illos absque dubio longius vnda repelleret, & quasi iacularetur in mare, atque ita fatigarentur, & frangerentur vi vndarum, nihil omnino proficientes. Idem in tentationibus contingit: cum quis aduenientem tentationem tulerit cum humilitate & patientia, illam sine molestia, sine latione vlla pertranfit: qui si angatur, crucietur, turberur, causas in quemcumque ferens, seipsum lædit, & tentationem ipsam grauiorem reddit: ita ut non solum non proficit ipsa tentatio, sed maxime obstat. Illi enim sine viles tentationes qui eas inrepede susceperit ac sustinuerit.

Tentationis utilitas.

72. **C**HRYST. *Homil. de Resurrectione.* Sicut hi qui in corporali certamine pugnant ante coronam, & brauium in meditatione, & palestra ipsa magnam accipiunt mercedem, eo quod corpora sua firmiora, & validiora exercitando faciunt: ita & nos, virtutis certamen certantes, priusquam aperiatur caelum, priusquam filius Dei adit, priusquam retributiones nobis dentur, magnam mercedem accipimus; eo quod anima sapientia fit amantior, & infirmitas. Et enim non numquam agricola cum sementem fecit, cum agrum coluit, cum iam segetem incresecere vidit, spe eandem, & retributione laborem excidit: quia vel grandis, vel eruca, vel locustæ, vel alia quædam talia acciderunt, & post multos labores, vacuis manibus, domum regreditur. Mercator quoque, post longam navigationem afferens onerata nauim sæpe in ipso portus ostio irruentibus ventis impingit in scopulum, & vix nudo corpore saluato egreditur: & in

summa, in sæcularibus negotiis omnibus sæpe sub finem, eiusmodi calamitates conueniunt; ceterum non idem in tuis contingit certaminibus, sed necesse omnino est, ut qui certauerit, & pietate seminauerit, multosque labores tulerit, finem ipsum allequatur, nec aëris intemperie, nec ventorum tempestate laborum mercedes subverti sinit Deus; sed repositæ sunt illæ in cælestibus & indeprædabilibus thesauris.

Permittit Deus tentationes, ut particeps sis victoria.

73. **C**HRYST. *Hom. 16. in Matth.* Propterea vult Deus te aliquod laborare, ut tua quoque possit esse victoria, & ut plerique rex aliquis vult quidem filium suum in acie versari, in hostem iacula torque-re, exercitu esse conspicuum, ut illum profecto habeat consortem triumphi, totum verò ipsum bellum gubernat, ac peragit: ita etiam Deus cum demone in prælio facit. Vnum enim solum illud a te requirit, ut aduersus hostem veras inimicitias pro honore regis, & tua salute suscipias.

Oportet exerceri in tentationibus.

74. **C**HRYST. *Ibid. homil. 24.* Cum nemo in arena seipsum exerceat, quomodo aliquis in certamine insignis erit, atque conspicuus? Quis vquam athleta, non ab ineunte adolecentia, in palestra corroboratus potuit in Olympicis excelsis & magno animo aduersarium aggredi? An non oportet quotidie luctari, atque currere? Nonne videtis eos quos certaminum athletas appellant, cum nullum forte relaxatorem repererint, ad saccum arena plenum vires suas excitare, iuniores cum iunioribus, quasi cum aduersario pugnam inire? Hos imitari stude, ac ipse tecum altioris philosophiæ instituta meditare, ac confirma. Insurge contra passiones; vince animi labes. *Idem homil. 5. op. imp.* Ut athleta ante certamen vngitur, ut luctetur: sic & homo spiritualiter ideo oleo Chrismatum inungitur, ut contra Diabolum quasi spiritualis athleta luctetur.

In tentationibus incunditas.

75. **R**OM. 5. *Gloriamur in tribulationibus.* **C**HRYST. *Homil. 9. in epistolam ad Rom.* Aliis quidem in rebus certamina laboriosa esse solent, pariuntque tum dolorem, tum afflictionem, corollæ ac præmia voluptatem afferunt. At hic non ad eandem rationem se res habet, quin potius lucta, ac certamina incunditatis haud paulo plus habent, quam vel ipsa præmia. *Idem homil. 22. ad Ephesios.* Qui luctatur, adhuc detinetur, incundum tamen est etiam non cadere. Tunc illustris erit victoria, cum hinc excefferimus. Verbi gratia, concupiscentiam malam admirabile quidem fuerit non admittere, sed extinguere, si nequiveris luctando cohibere; luctatus enim si excefferis, vicisti. Nam non hic res se habet ut apud athletas. Illic nisi aduersarium deieceris non viceris: hic viceris, si deiectus non fueris. Rite aduersarium deieceris, si deiectus minimè fueris. Illic ambo certantes vincere student; & si demum alter deiectus fuerit, coronatur alter: hic non ita, sed diabolus huc laborat, ut nos inferiores reddat, illi ergo si quod studet abstulero, vicisti non viget ut simpliciter deiciat, sed ut secum pariter deiciat, victus autem iam est quia deiectus. Eius verò victoria non in eo est ut coronetur, sed ut perditos perdat.

Premium tentationum omnes consequuntur.

76. **C**ORINT. 9. *Omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium. Sic currere ut comprehendatur, &c.* **C**HRYST.

CHRYST. *Sermon. de fide, spe, & charitate.* In studio terrestri vnus modo qui prior venerit coronatur, in cælesti quisquis peruenit. Illic velocitas quaeritur corporis, hic animi operatur affectus. Illic festinans, & proptersans, hic perueniens & perficiens coronatur. Festinatio enim fatigata nunquam deficit, feliciter verò peruenit quæ lætum iter ad destinata perducit.

Fortitudo in tentatione requiritur non dignitas persone.

77. **H**IERON. *lib. 1. aduersus Iovinianum.* Quomodo in legionibus, & exercitu sunt duces, sunt tribuni, sunt centuriones, sunt ferentarii, ac leuis armaturæ, & miles gregarius, & manipuli, & commissaque pugna vacant nomina dignitatum, & sola fortitudo quaeritur: ita & in hoc campo, & in prælio quod contra demones dimicamus, non quaeruntur nomina, sed opera, & gloriosior ille sub vero imperatore Christo, qui non nobilior sed fortior est.

Omni diligentia muniri oportet contra inimicos.

78. **G**REGOR. *lib. 19. Moral. cap. 17.* Si qua ciuitas contra insidiantes inimicos magno vallatur agere, fortibus cingatur muris, infomni muniatur custodia, vnum verò foramen tantummodo immunium per negligentiam relinquatur, inde proculdubio hostis ingreditur, qui vndique inclusus videbatur. Vnde dictum est. [Omni custodia serua cor tuum.] Iob, iustitia indutus est sicut vestimento vitæ, quo non vestitur, nec ex omni parte circumdatur: ita qui vndique bono opere defodit. **C**ELI-MACHVS *de discrezione graduum.* Sicut qui aduersus leonem pugnat, si ab eo oculum aliorum deflectat confestim perit: ita & qui contra carnem suam pugnat, si hanc per quietem nimiam fouerit.

Vigilandum etiam post victoriam tentationis.

79. **N**ILVS *in libr. Ascetico.* Tam ignaui solutique pugnamus, ut nec iacenti quidem hosti repugnare valeamus, sed stantes ab his, qui ceciderunt permittamus nos vinci. Quod enim quibusdam accidit propter avaritiam, ut dum mortuos spoliant post victoriam, sæpe intemantur à iacentibus, & turpis quaestus gratia post trophæa miserabiliter pereant ad iacentem hominem, & spirantem accedentes. Ut enim illi mortuos hostes ob prædam excutiendo sæpe in seminecem aliquem incidunt & clam lethali vulnere accepto cadunt, gloriosamque victoriam temeritate cædant. Sic nos cum barbarum aduersarium temperantia, & continentia deiecerimus, aut videbimus deiecitisse; tunc spoliolum cupiditate capti, eorum nimirum quæ in pretio sunt apud homines, ut diuitiæ, principatus, bona valetudo, gloria, ad eum accedimus, aliquid quod illius sit detrahere cupientes, atque ita sponte in perniciem ruimus. **PROSPERVS** *lib. 1. de vita cont. cap. 1.* In hac vita quamuis strenuè dimicemus, & adiuuante Domino, ceteruas hostium quibus circumfundimur prosternamus: tamen si ab eis vinci nolumus numquam pugnare desinamus, nec vincentes, securos faciunt viriliter defudata prælia, sed magis sollicitant aduersariorum rediitua certamina.

In tentationibus auxilium à Domino expectandum.

80. **P**SALM. 7. *Iustum adiutorium meum à Domino.* **BASILIVS** *super Psal. 7.* Proprie in bellis qui eruptionem inimicorum sustinent, auxilium quaerunt. Hic verò inuisibiles Propheta sentiens inimi-

cos, & instans sibi periculum ex inimicis, vndique totus exercitus impressione in se irruentibus animaduertens, ait: Auxilium meum, non ex diuitiis, non ex vilo corporali subsidio, non item ex facultate quantis, & fortitudine mea, at nec excogitatione quantumlibet humana, sed auxilium meum à Domino.

Post lapsum in tentationem surgendum.

81. **P**SALM. 40. *Numquid qui dormit, non adiciet ut resurgat?* **O**RIG. *Homil. 4. in Psal. 36.* Sicut in agone fieri solet ut duobus inter se luctantibus accidat, primò cadere vnum, & cum ceciderit surgat, & vincat: ita in nostro agone, qui est nobis aduersus principem huius mundi; si forte acciderit aliquem de nobis vinci, & in aliquo peccato cadere, possibile est ut post peccatum resipiscat, & exurgat, & perhorrescat malum quod admisit, & de cetero non solum contineat, se verum satisfaciatur Deo, lauas per singulas noctes lectum suum, accipiens verbum Prophetiæ autoritatis. *Numquid qui dormit, &c.*

T I M O R.

Timor à peccato ortus. 1.

Timor à Deo volutus. 2.6.21.22.

Quis timor malus. 3.4.12.26.30.

Timor perfectorum. 5.8.

Differentia inter charitatem, & timorem. 7.11.38.

Quibus studiis oriatur timor Dei in nobis. 9.

Deus ipse, timor noster dicitur. 10.

De timore seruilis, & amicitiae. 11.

Deus solus timendus. 13.

Timoris Dei laudes. 14.18.23.25.29.33.

Malum est modum excedere in timore. 15.

Etiam leones timere discunt. 16.

Deus, timore, timorem admittit. 17.

Timor etiam seruilis liberat à malis. 18.36.37.

Differentia inter timorem malum, & bonum. 19.

54.

Deus cum timore debet laudari. 20.

Timor, & spes necessaria. 24.32.

Timor Dei à Deo. 27.28.

Semper timendum. 31.34.35.

Timor, bonus magister. 33.

Timor expellit peccatum. 36.37.47.48.

Timorem qualem charitas foras mittit. 38.

Sanctis quare timendum est. 39.

Timor custodit animas à peccatis. 40.42.

Timor facit adherere Deo. 41.

Timoris Dei mirabilis effectus. 43.53.52.

Timor initium dilectionis. 44.53.55. Vide, Sapientia, num. 29.

Semper timendum usque in finem vite. 45.46.51.

Timor Dei animam gubernat. 49. 50.

Differentia inter charitatem, & timorem.

Vide, Charitas, num. 4. & 13.

Timor à peccato ortus.

- E**NES. 1. *Et præse piscibus maris, & volucribus celi, & bestiis terræ, &c.* **C**HRYST. Ab initio homo plenum & perfectum super bestias principatum habuit, & bestiae timebant hominem, & suspiciebant Domi-

dominium, ubi autem per inobedientiam dignitatem nostram amisimus, etiam principatus noster mutilatus est, & terrori nobis sicut bestia. Quemadmodum inter seruos fieri solet, quod probatores, & honestiores, conferuis terrori sunt: sic & de homine factum est quando salua illius in Deum fiducia terribilis erat bestia, ubi autem peccauit, timere cepit conferuos. Quod ante peccatum, bestia timerent homines accipere ex serpente. Adduxit, inquit, Deus bestias & omnia bruta ad Adam ut videret quid vocaret ea, & non timuit, imo tamquam Dominus seruis subditis, nomina imposuit, Item si terribiles fuissent hominibus bestia, mulier serpente conpecto non mansisset, nec illi locuta fuisset, nec consilium eius accepisset, sed statim ad conspectum eius obstupescit profugisset.

Timor à Deo volutus.

2. **GENES. 2.** Lignum etiam vite in medio paradisi, lignumque scientie boni, & mali. **BONAVENTURA** super 2. sententiarum. Posuit Deus hæc duo ligna in medio paradisi iuxta se inuicem, ut ex vno, ut pote ex ligno vitæ conciperet homo affectum amoris, ex alio verò affectum timoris.

Quis timor malus.

3. **GENES. 3.** Timui eo quod nudus essem. **RUFERTVS.** Quam peruersus hic timor est qui non facti sui gerere poenitentiam, sed solam poenæ suæ fatetur habere confusionem. Perseuerat hæc usque hodie peruersitas in filiis Adæ ut aliqua poena pro suis malefactis affecti, non quod ipsi fecerint, sed semper accusent, quod sibi à iudicibus suis factum sit, & donec penitus arteratur spiritus rebellis, & vulneretur vulnere intolerabili, stultitiam suam non agnoscant. Sicut scriptum est *Isaia 28.* [& sola vexatio dabit intellectum auditui.] **GREGOR. 4. Moral. cap. 28.** Primus homo post culpam audacior exiit, dicens, [Mulier quam dedisti mihi sociam, &c.] Absconderat quidem se timens, sed tamen requisitus innotuit quantum etiam timens tumebat. Cum enim ex peccato præsens poena mentitur, & amissa Dei facies non amatur, timor ex timore est, non ex humilitate.

Idem.

4. **GENES. 4.** Posuitque Dominus signum in Cain ut non interficeret eum omnis qui uideret eum. **RUFERTVS.** Non ut tremulo corpore uiueret, vel corru in fronte gestaret, vel tale quid, quod non ex auctoritate scripturæ, sed ex Iudaicis fabulis est, [sed posuit, inquit, iuxta aliam litteram Cain in signum,] id est, quasi signum videlicet, ut sic non auderet aliquis pro uisione contingere illum quomodo nemo debet amouere regis, vel imperatoris signum. **EVCHERIVS.** Vel posuit signum in Cain, ipsum videlicet signum quod tremens, & gemens, vagus, & profugus semper uiueret, nec usquam in orbe terrarum sedes posset habere quietas, atque ideo ut saluari posset forte edificauit ciuitatem. **AMBROS.** Anguste mentis homo præsentem mortem ueretur, perpetuam negligit, & diuinum iudicium non reformidat, &c. Vide. *Mors, num. 18. ex variis.*

Timor perfectorum.

5. **GENES. 6.** Cum Deo ambulauit. **NOË. LIPOMANVS.** In Chaldaica editione habetur. [In timore Dei ambulauit,] quasi declarans quid sit cum Deo ambulare, nempe eum timere, & mandatis eius subici, vel cum Deo ambulauit, piè & innocenter uixit. **CHRYSOST.** Alia littera habet, Deo placuit.

Deus

Tanta enim erat virtutis illius gloria ut à Deo laudari promeruerit.

Timor à Deo volutus.

6. **GENES. 7.** Ego pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. **CHRYSOST.** Poterat quidem Deus vno die, imo vno momento totam pluuiam inducere, sed dedita opera dicit duraturam pluuiam quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ut timorem incutiat, & simul occasionem præstet qua possent poenam quæ in foribus erat effugere. *Genes. 12.* Flagellauitque Dominus Pharaonem, &c. **vo-canique Pharaonem Abram, &c.** **CHRYSOST.** Nisi Dei fuisset gratia quæ mentem regis emolliebat, consentaneum erat quod in maiorem furorem inductus quasi deceptorem puniisset, & extremis affecisset suppliciis. At nihil horum fecit. Timor enim supplicij inflammata eius iram humiliavit, & restrinxit. *Genes. 19.* misit nos ut perdamus illos, scilicet Sodomitas. **LIPOMANVS.** Si damnati sunt omnes secundum animam, Deus scit; nostrum est tantum timere, & canere à similibus flagitiis. Tale quid & ad impios ludæos locutus est *Ieremias cap. 44.* [Non poterat vos Dominus ultra sustinere propter malitiam studiorum uestrorum.]

Differentia inter charitatem, & timorem.

7. **GENES. 21.** Non enim erit heres filius ancilla cum filio libere. **ORIGEN. spiritualiter.** Duo sunt filij Abraham, vnus de ancilla, & vnus de libera; vterque tamen filius, licet non vterque de libera; Omnes quidem qui per fidem veniunt ad agnitionem Dei, possunt filij Abraham dici, sed in his sunt aliqui pro charitate adherentes Deo, alij pro metu, & timore futuri iudicij. Vnde *Ioannes dicit.* [Qui timet non est perfectus in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem.] Istæ ergo qui in charitate perfectus est & de Abraham nascitur, & filius liberae est. Qui verò futuri poenæ metu mandata custodit, est quidem & ipse filius Abraham, accipit & ipse dona, id est, operis sui mercedem. Quia etiam qui calicem aquæ frigida dedit tanquam in nomine discipuli, non peribit merces eius, tamen inferior illo est, qui in charitatis libertate perfectus est.

Timor perfectorum.

8. **GENES. 28.** Si fuerit Deus inchoatio, & custodierit uerbo in uia, per quam ego ambulabo, &c. **LIPOMANVS.** Non dubitat quasi de regi cogitatu incertus, cum Dominus ei pollicitus hæc omnia fuerit, sed formidauit ne peccando obicem poneret gratiæ, ac beneficiis Dei. Nam promissiones huiusmodi diuinæ, frequenter sub conditione intelliguntur, si mandata Dei seruauerimus, & à uitiis nos continuerimus.

Quibus studiis in nobis oriatur Dei timor.

9. **GENES. 29.** Vidit Deus humilitatem meam. **RICHARDVS.** Initium sapientiæ timor Domini. Hæc est prima virtutum proles, sine qua ceteras non potes habere, qui talem filium habere desiderat mala quæ fecit, non solum frequenter, sed & diligenter attendat, hinc magnitudinem sui sceleris, illinc potentiam iudicantis. Ex tali consideratione timor nascitur, filius scilicet ille qui iure Ruben, hoc est, filius uisionis, vocatur, & eo nato certè mater exclamat. [Vidit Deus humilitatem meam] eo quod tunc ueraciter incipit videre, & uideri, Deum agnoscere, & à Deo cognosci: videre per intuitum formidinis, uideri à Deo per respectum pietatis.

Deus ipse, timor noster dicitur.

10. **GENES. 31.** Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, &c. **LIPOMANVS.** In Chaldaeo habetur. [Et ille quem timebat Isaac fuisset in adiutorium meum.] Per timorem, eundem mer Deum quem super omnia pater eius timebat, intelligit, iuxta illud *Isaia 8.* [Dominum exercituum sanctificare, ipse pauor uester, & ipse terror uester.] Timor autem dicitur Deus in abstracto, ut intelligamus quàm summè timendus Deus sit, & timor Isaac, dicit, ut insinuet quàm super omnia Deum timuerit Isaac.

De timore seruili, & amabili.

11. **GENES. 33.** Et posuit ueramque ancillam, & liberos earum in principio, &c. **INTERL.** In diuisione duarum turmarum Iacob naturalem ordinem virtutum sequitur. Quia iustus à minoribus incipit, & gradatim ad maiores progreditur. Prius enim in ordine seruilis timor est qui in duabus ancillis exprimitur, deinde amabilis quæ significat Lia libera. Demum, amor purgati animi, quem significat Rachel, quæ interpretatur, uisum principium.

Timor malus.

12. **GENES. 34.** Tulerunt tunicam eius, & in sanguine hædi, &c. Vide ueram tunicam filij tui sit an non? **CHRYSOST.** Quid decipitis uosmetipsos ò insensati. Nam licet patrem illum decipere possitis, non tamen falleris iudicem illum qui decipi nequit. Non ignorabit oculus ille, qui numquam dormitat, quem maximè omnium formidare oportebat. Sed ita se habet humana natura, imo multorum desidia, ut humanum timorem, & præsentis uitæ confusionem maximi faciat; in mente autem non uellet terribile illud tribunal & intolerabilem poenam.

Deus solus timendus.

13. **GENES. 39.** Quomodo ego possum hoc malum facere, & peccare in Deum? Quod solus sit timendus Deus, Vide, *Deus, num. 30. ex CHRYSOST.* Vide etiam, *Vua, numer. 13.*

Timoris Dei laudes.

14. **GENES. 49.** Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, principium doloris mei, primus in donis, maior in imperio. **RICHARD.** Per Ruben, intelligitur timor Dei. Tu fortitudo mea, quis enim in solo prælio uictor exiit, ubi spiritus aduersus carnem, caro aduersus spiritum concupiscit, si sine timore pugnauit? Rectè ergo primogenitus, quia & timore Domini omne bonum inchoatur. Rectè fortitudo dicitur, quia per timorè Domini, cor contra concupiscentias roboratur. Rectè, doloris principium, quia timorè Domini dolor utilis comitatur. *Primus, inquit, in donis, maior in imperio.* Inter omnia Dei dona quæ ad salutem hominis spectare uidentur, primum & principale donum bona uoluntas esse cognoscitur per quam in nobis, imago diuinæ similitudinis reparatur. Hoc est illud principale donum, quod Ruben tribuitur, quia absque dubio per timorem Domini, mala uoluntas commutatur in bonam. *Maior in imperio.* Omnia enim quæ constat homines amare, sperare, odisse, pro quibus dolere vel gaudere solent; multiplicis timoris causas ex se gignere ualent.

Malum est modum excedere in timore quamlibet ordinato.

15. **GENES. 49.** Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum

eius. **Idem RICHARDVS.** Si per Ruben debemus ordinatum timorem accipere, cur quæso iubet eum Iacob non crescere, nisi quod malum est in quamlibet ordinato timore excedere modum? Per aquam, carnalis prudentia figuratur. Vnde cum mundanæ scientiæ aqua superabundat cauendum est, ne timor solitudinis, ultra mensuram excreseat. Quæ est autem Balæ, id est, imaginationis corruptio, nisi cogitationis inordinata, & imprudens euagatio? In tantum quandoque timor superflua imaginationem, non dicam corrumpit, sed & prostituit, ut in tempore quidem orationis à suis se fornicationibus uix aut omino tepitate non possit. Cum enim præ nimia solitudine mundanorum negotiorum phantasias mens in oratione recipit, quasi Balæ ad fornicationes suum suum expandit.

Etiam leones timere discunt.

16. **AMBROS. lib. 2. de Cain, & Abel, cap. 1.** Leones cum sint ipsi terribiles, discunt timere. Cæditur canis ut paucescat leo, & qui sua iniuria irascitur, coercetur aliena, alteriusque exemplo frangitur. Quoties parata præda, & cibo obuio famem perpeti malunt, dum offensam magistri uerentur. Quoties repentino impulsu motu à porta ad morsus ora iussi resoluunt? Ita cernimus illos naturalem feritatem imperata mutare mansuetudine, suam rabiem deponere, nostros mores sumere.

Deus timore timorem adimit.

17. **EXOD. 4.** Occurrit ei Dominus, & uolebat eum occidere. **THEODOR.** Angelus, gladium nudatum ostendit Moyse, ut occideret eum, quia Pharaonem formidabat, & sæpe formidinem hanc declarauerat & idcirco supplicium illi Angelus comminatur, ut timorem timore expelleret, itemque maiori minorem. Quasi diceret Pharaonem times, magis me time qui nemine cerente plagam tibi facile inferre possum. *Idem tenet DIODORVS.* Et addit, Tale quid erga Balæam Angelus fecit. Timuerat enim primò Balæ regem, sed postea petitioni Balæ concessit, & ut abiret promisit, sed cum in uia esset, illum gladio educto quasi occidere uellet, timore percussit, non ut illum; sed ut à muneribus & à uoluntate regis alienum, atque auersum efficeret, & ad obtemperandum Deo promptiorem redderet.

Timor etiam seruilis liberat à malis.

18. **EXOD. 9.** Qui timuit uerbum Domini de seruis Pharaonis, secit confingere seruos suos, & iumenta in domos: qui autem neglexit sermonem Domini dimisit seruos suos, & iumenta in agris, &c. **LIPOMAN.** Timor igitur Dei præseruat à malis, etiam seruilis, præmium autem dignum sortitur perfidia & qui corrigi, vel moneri non uult sibi damnatum consciscet propriæ damnationis reus.

Differentia inter bonum, & malum timorem.

19. **EXOD. 9.** Noni autem quod & tu, & serui tui nec dum timeatis Dominum Deum. **AVGVST. quæst. 35.** Cum territus rogaret Pharaon Moysem ut rogaret pro illo confitente iniquitatem suam, Moyse ei dixit: noni, &c. Qualem ergo timorem ab eo petebat? Facile est enim poenam timere, sed non est hoc Deum timere, illo scilicet Domini timore pietatis, quem commemorat Iacob *Genes. 31.* ubi dicit. [Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac adesset mihi, nunc me inanem dimississet.] *Exod. 14.* de hoc timore bono dicitur. *Timuit ergo populus Dominum.* **INTERL.** Quia initium sapientiæ est timor Domini cuius

eius probauerunt potentiam viso miraculo illum timuerunt, & fidelem in promisso intellexerunt.

Deus cum timore debet laudari.

30. EXOD. 15. Terribilis, atque laudabilis. CAIETAN. In Hebræo habetur. [Formidatus laudum,] & est sensus, Laudes tuæ formidini sunt non solum hominibus, sed etiam Anglis, eo quod excedunt vires laudantium, vel formidatus laudum, quia à laudantibus es timendus; non enim tibi placet laudari sine timore, vel formidatus laudum. Quia tu solus per sola laudabilia opera, metuendus es.

Timor à Deo volutus.

31. EXOD. 19. Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. LIPOMANVS. Huius terribilis comminationis, & aliorum terribilium quæ sequuntur causa erat populi rudis inscitia, cui tamquam adolescentulo petulanti, qui pium patrem reuereri nesciret, feuerum paedagogum adhiberi oportebat. & quoniam ad claritatem nondum peruenerant oportebat ut timores stringerentur, vnde Moyses ad ipsos dicit, infra. [Ut probaret vos Dominus, & ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis.] Item docendus erat populus quod Deus patrum eius non esset talis ut dii Egyptiorum, quorum in sacris, imò sacrilegiis ludere, & choros ducere, & manducare, & bibere solemnè erat.

Idem.

32. EXOD. 23. Emitteus crabrones prius qui fugabant Heuam, & Chananeos, &c. AVGVST. loquutione 101. Alia litera. [& mittam vespas ante te, & eiciant Amorrhæos, &c. IDEM question. 93. Quæritur de istis bestis quid intelligendum sit? Nam & promittit hoc Deus, & liber sapientiæ cap. 12. dicit impletum, vbi ait. [Misit antecessores exercitus sui vespas.] Non autem legimus factam, nec Moyse temporibus, nec sub Iesu Naue, nec sub iudicibus, nec sub regibus. Ac per hoc, vespas ista, aculei timoris intelligendi sunt fortasse, quibus agitabantur memoratæ gentes ut cederent filis Israël. LIPOMANVS. Hoc autem impletum legimus Iosue 5. vbi legitur. [Dissolutum est cor eorum, nec remansit in eis spiritus, &c. THEODORET. Hoc idem contestatus est per prophetam dicens, Israël si in terris meis ambulasset pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliasset, hoc est, Facile admodum per minuta scilicet animalia, quemadmodum feci in Agypto, hostes eorum proflassent.

Timoris laudes.

33. ORIGEN. super exp. 33. Numerorum. Mansio vigesimatercia est in Thabath & interpretatur, paupor, qui est custos beatitudinis, ut qui tantum ascendit non superbiat. Ascendisti ad montem Sephor, id est, pulcherrimam: vides ibi Machab, id est, multos virtutis socios, noli autem sapere, sed time: Timor enim virtutum custos, securitas labitis. Vnde Psalm. 12. [Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.] Hoc est, Dum tormenta formido, gratiam acceptam seruo.

Timor, & spes necessaria.

34. QVOD timor associari debeat spei. Vide, Spes, num. 12. ex GREGOR. & aliis.

Timor, Dei miles.

35. DEVT. 32. Quomodo persequatur vnus mille, & duo fugarem decem millia. RADVLPHVS. Virtus mirabilis, & profus stupenda, ut vnus contra mille, & duo præualeant contra decem millia. Quis

tamen ignorat quantum stragem inimicorum efficiat, cum egregius miles summi regis, timor videlicet Domini sub ducis sui protectione contra vitiorum exercitum dimicat? Quid cum ei ille Dei miles præcipuus, & princeps militiæ Dei, scilicet amor adiungitur, &c. Vide, Charitas, num. 12.

De Timore malo.

16. IVDICVM 7. Qui formidolosus, & timidus est reuertatur. INTERL. Quasi dicat. Certamina fortibus viris derelinquas, ne exemplum timoris, & formidinis cæteris præbeat. ORIGEN. Hom. 9. Idem clamat Iesus hodie. [Qui nõ tollit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.] Qui non odit patrem, &c. Sic timidos, & formidolosos separat à suis castris. Miles ergo Christi, timorem, & formidinem depellat, & confidenter dicat. [Si consistant aduerum me castra, non timebit cor meum.] Solent in his castris mulieres vincere, non corporis robore, sed fidei virtute. Virgines quoque prima ætate pro martyrio tyrannica pertulerunt tormenta. In his ergo qui militant Deo, non corporis, sed animæ fortitudo queritur. Quia non iaculis ferreis, sed orationum telis victoria acquiritur. Cum Apocal. 9. numerantur qui in stagnum ignis mittendi sunt cum infidelibus, timidi, & formidolosi computantur. Septuaginta vertunt. [Formidolosus corde.] In corde enim & in interioribus animæ, defixum manet hoc vitium. Timidus autem est qui primo aspectu, ad congressum trepidat, non tamen toto terretur, sed reparari, & animari denuò potest. De timore nimio, quod impedit orationem. Vide, Oratio, num. 1. ex BERNARD.

Timor Dei, à Deo.

27. 1. REG. 10. Abiit cum eo pars exercitus quorum te reigerat Deus corda. In Chaldaeo habetur. [Abiit cum eo pars populi quæ timebat Dominum, & in cuius cor immiserat Dominus timorem.

Idem.

28. 1. REG. 2. Dominus iudicabit fines terræ. GREGOR. 1. libr. 19. Moral. cap. 6. Deus conditor noster facturam suam non deserens, mala hominum per suam patientiam tolerat, & per eorum quâdoque conversionem relaxat, cum duras, atque insensibiles mentes respicit. modo ea minis, modo verberibus, modo reuelationibus terret; ut quæ pessima securitate duruerant, salubri timore mollescant, quatenus vel serò redeant, & hoc ipsum saltem quod diu expectati sunt erubescant. Scit enim Dominus quia extrema vitæ nostræ plus iudicat, & idcirco, &c. Vide, Mors, numer. 34.

Timoris Dei laudes.

29. 2. REG. 23. Dominator hominum, iustus dominator in timore Dei. Alia litera. [Dominator supra homines iustus sit, dominator habeat timorem Dei.] VATAB. [Imperabit hominibus iustus, & dominans in timore Dei.] Id est, prædixit me futurum regem, & timentem Deum: Sequitur. Sicut lux aurora oriente sole mane absque nubibus rutilat & sicut pluuia germinat herba de terra. GLOSSA ORD. Qui in timore Dei, dominationem in subditis exercet, lucis opera per Solem iustitiæ illuminata profert, nec in eis aliquid obscurum remanet, sed imbre cælestis gratiæ irrigatus, germina virtutum in carne viuens fructificat.

Timor mundanus.

30. 3. REG. 18. Abdias autem timebat Dominum Deum valde. Nam cum interficeret Iezabel Prophetas Domini,

Domini, tulit ille centum Prophetas & pauit eos pane, & aqua. GLOSSA ORDIN. Abdias princeps exercitus Israël, cuius nomen interpretatur, seruus Domini, illos præfigurabat qui ex principibus Iudæorum crediderunt, & erant occulti discipuli, ut Nicodemus, & Ioseph. Hæc illa. De Gedeone etiam dicitur Iudic. 6. Per diem noluit facere, sed omnia nocte compleuit timens domum patris sui, & homines illius ciuitatis.

Semper timendum.

31. 3. REG. 20. Ne gloriatur accinctus. INTERL. Id est, armis adhuc indutus, æque ac discinctus, id est, depositis armis victor. GLOSSA ORDIN. Præuidendum est seruus Dei, ne secundum exemplum Achab securitate sibi blandiantur quamdiu hostis viuit, ne dum se quasi victores arbitrentur per fraudem diaboli pacem promittentis citius elidantur, quia sicut tunc Propheta regi pro inconsiderata pietate pronunciauit affore vltionem; ita nunc propheticus sermo pronunciat, si paciscamur cum diabolo, æternam nobis per hoc imminere pœnam.

Timor, & spes necessaria.

32. 4. REG. 20. Memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod placitum est coram te feci. GLOSSA ORD. Felix conscientia quæ afflictionis tempore bonorum operum recordatur. Iuxta illud. [Qui gloria tur purum se habere cor.] Hæc illa. Inter timorem, & spem nobis agendum est. Vnde Sapiens. [In die bonorum memor esto malorum, & in die malorum, ne immemor sis bonorum.] & Dauid plorans dicebat. [Tibi soli peccavi & malum coram te feci.] & Ezechias. [Quod placitum est coram te feci.] Ambo à Spiritu sancto mouebantur.

Timor bonus magister.

33. PROVERB. 1. Initium sapientiæ timor Domini. ADAM DE PERSEVIA. Sub timoris magisterio, tenera paruulorum initia conuenit erudire. Castigat enim amico verberare animum, ne aut de generis aut de scientiæ nobilitate superbiat, ne de corporis incolumitate lasciuat, ne de successibus, aut de lasciuia insoleat. Bonus magister timor est, vbi que animum continua sapientiæ lectione sollicitat, ne interruptis feriis, ad otia vanitatis diuertat. Denique de parsimonia in conuiuio legit, in cubilibus, de pudicitia, de fragilitate, in colloquio, in actionibus de iustitia, in moribus de innocentia, in obsequiis de modestia, de disciplina in claustris. Fili, si sub eius magisterio vixeris, faciet te Dei docibilem, ac per hoc immortalis sapientiæ non ignatum.

Semper timendum.

34. PROVERB. 28. Beatus homo qui semper est pauidus. HVGGO DE FOILETO. In veritate didici nihil æquè esse efficax ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, si in omni tempore coram Deo inueniaris, non altum sapere, sed timere. Time ergo eum arriserit gratia, tunc cum abierit, time cum denuò reuerteretur, & hoc est semper pauidum esse, cum adest, time, ne non dignè opereris ex ea, sed superbiar spiritus, si impedire non præualeat actionem, tentat intentionem fugerens, & suadens quatenus effectum gratiæ arroges tibi. Quod quidem genus superbiæ, intolerabile esse non ambigas. Timendum est ergo manente gratia. Quid si recesserit? Num multo magis timendum? Planè multo magis; quia vbi tibi desuit gratia, desicis tu. Audi quid dator gratiæ dicat. [Sine me, ait, nihil potestis facere.] Time ergo subtrahat gratia tamquam mox casurus. Time Deo tibi, ut sentis irato, time quia reliquit te custodia tua, nec dubites in causa esse superbiar, si non appareat, etiam si nihil tibi conscius sis. Nunquid enim qui humilibus dat gratiam, humili auferet datam? Ergo argumentum superbiæ, priuatio gratiæ est. Quamquam tamen interdum subtrahitur gratia siue retrahitur, non pro superbia, quæ iam est, sed quæ futura est, nisi subtrahatur. Habes huius rei euidentis documentum de Apostolo, qui stimulos carnis suæ sustinebat inuitus, non quia extolleretur, sed ne extolleretur. Iam si gratia repropitiata redierit, multo amplius tunc timendum, ne forte contingat reciduum pati, quod vtiq; deterius est.

Idem.

35. IBIDEM GALFRIDVS. Semper est pauidus, id est, in omni tempore. Nam in illa beatitudine quis timebit? Nunc autem interim time, si vis esse securus. [Simeon iustus, & timoratus, & Spiritus sanctus erat in eo.] Ne mireris, si timuerit iustus, & in quo Spiritus sanctus erat. Non enim erat vacuus coram latrone viator, & quomodo non timeret? Thesaurum magnum habebat in vase fictili, & timoratum fuisse miraris? Tua credo securitas, aut de inopia, aut de ignorantia est: aut enim deest quod possit auferri, aut deesse iam putas qui possit auferre. Time igitur vel ob hoc ipsum quod te inuenis non timentem. Vide, Lachryse, num. 11. ex CHRYSOST.

Timor expellit peccatum.

36. ECCLES. 1. Timor Domini expellit peccatum. GALFRIDVS. Nam qui timet hominem, citò cadet. Humanus etenim timor ad horam fortassis exterius peccatum coercet, & reprimit, sed eo ipso interius imprimit potius quàm expellit, & occasione sumpta vehementius mox ebullit quod inclusum fuerat, non extinctum. Vberius pullulat, quod præscissum superficie tenus, non radicibus amputatum. Verumtamen & si nulla videretur utilitas timendi Deum, vnde nobis securitas non timendi? Timeamus itaque, quia in multis offendimus, & qualiter Dominus ea reputer, quanti aestimet qualiter iudicet ignoramus.

Idem.

37. MALACHI 1. Si ego Dominus, vbi est timor meus? STEPHANVS. Tria sunt quæ præcipuè retrahunt à peccato, amor, pudor, & timor. Quæ notauit Dominus in Euangelio Ioannis, vbi ait. [Cum venerit paraclætus, ille arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio.] De peccato, quia non crediderunt in me; de iustitia, quia ad Patrem vado; de iudicio, quia princeps mundi huius iam iudicatus est. De peccato, nos arguit primus aduentus Christi: amor enim quem tunc nobis exhibuit, nos debet retrahere à peccato; de iustitia, nos arguit vita, & exempla iustorum: cum enim legimus quot, & quanta passi sunt pro Christo, pudor nobis esse debet, quod tam degeneres sumus; de iudicio verò nos arguit vltimus Christi aduentus incutiendo timorem. Hinc est quod ad accendendum Christi amorem, & incutiendum timorem, sæpe fit mentio de duplici eius aduentu. Sicut & hic patrem se vocat, & Dominum.

E E c c Timorem

Timorem qualem charitas foras mittat.

38. I. IOAN. 4. Perfecta charitas, foras mittit timorem. GILBERTVS. Velut inutilem, & superuacuum, sed non timorem illum qui castus permanet in se. Est enim timor quem foras mittit veritas. Primus cautus; Secundus castus, & non permanens in se. Tertius castus & permanens. Primus veteret poenam. Secundus offensam. Tertius totus libera quaedam & secunda reuerentia est. Primus metuit puniri. Secundus priuari. Tertius neutrum. Primum perfecta charitas exterminat. Secundum ad tempus tolerat. Tertium sibi indiuise collaterat. Frigidus timor est, & pigre incedit, satis habens tantum impunè euadere, hunc timorem perfecta charitas mittit. Amor fastidium nescit, feruidus est, & in anteriora extensus. Quid enim timebit charitas? Vectres offensas? Sed charitas operit multitudinem peccatorum. Infirmis propriam conscientiam timebit ne decidat? Sed fortis est vt mors dilectio. Temporales pro Christo timebit molestias? Sed ne quidem aeternae si fuerint defatigari, & euanescente poterit consummata dilectio. Non ideo amat charitas vt pareat, sed mauult foris poenali in aeternum perire, quam vsu aeterni amoris priuari. & quid mirum? Quid enim videbis in Christo, quod non eius & nobis charitatem exhibeat, & nostram exigat? Totus est nobis charitatis illecebra, irritamentum amoris. Nullum in se meticuloso relinquit locum affectui. Totus amari vult qui totus meretur amari. Otiosus debet esse timor, vbi tot insignia relucent amoris. Proinde dedignatur charitas timoris commercium cogi nesciens, quae nesciat compefci.

Sanctis quare timendum est.

39. AD PHILIPPEN. 2. Cum timore, & tre amore uestram salutem operamini. Audi rationem huius consilij quae sequitur. Deus enim est qui operatur in vobis velle, & perficere pro bona voluntate. Quasi dicat. Timete valde ne impediat opus Dei, ne obstitatis auxiliis diuinis. Deus enim est qui suis auxiliis operatur in vobis, velle, & perficere. Vnde LEO PAPA, 8. Sermones Epiphaniae. Hec sanctis causa est tremendi, ac metuendi, ne ipsis operibus pietatis elari deferantur ope gratiae, & remaneant in infirmitate naturae.

Timor custodit animas à peccatis.

40. PSALM. 118. Confige timore tuo carnes meas. BASILIVS In principium Proverbiorum. Sicut qui clauos corpori infixos habet, doloribus pressus, non facile quidquam agere potest: Sic Dei timore cōfectus non oculo vti praeter decorem, non manus ad nefarias mouere actiones, non denique paruum aliquid, aut magnum contra officium agere poterit, quasi mœstitia quadam minarum, ac suppliciorum spectatione victus, atque oppressus.

Timor facit adherere Deo.

41. AVGVSTINVS Super Psalm. 75. Tamdiu est aliquid homo quamdiu haeret illi à quo factus est homo. Idque nobis timor sanctus praestat, vt haereamus ei à quo sumus vt simus. IDEM AVGVSTINVS de vera religione. Pietas timore inchoatur. Finis modestiae timor Domini, diuinitiae, gloria, & vita. IDEM AVGVSTINVS. De ver-

bis Apostoli, sermone 18. Est quidam custos timor quasi paedagogus legis.

Timor Dei custodit animam à peccato.

42. PSALM. 118. Confige timore tuo, &c. LEO PAPA, Sermones 9. de Quadragesima. Sed cum caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem praesidio crucis Christi mens rationabilis instruitur, nec cupiditatibus nostris illecta consentit: quoniam continentiae clavis, & Dei timore transfigitur. AVGVSTINVS. Ad fratres in Eremo, serm. 62. Timor Domini expellit peccatum; per timorem Domini nascuntur multa dona. & infra. Per timorem Domini euadunt animae de poenis inferni.

Timoris Dei mirabiles effectus.

43. GREGOR. NAZIANZ. In oratione ad sancta lumina. Vbi timor est, illic quoque mandatorum obseruatio, vbi autem mandatorum obseruatio, carnis quoque purgatio. AVGVSTINVS. In tract. 9. in Epistolam Ioan. Timor Dei sic vulnerat, quomodo medici ferramentum putredinem tollit, & videtur quasi vulnus augere. Ecce putredo quando erat in corpore minus erat vulnus, sed periculosum. Vide, infra, num. 53. CHRYSOST. Homil. 15. ad pop. Antioch. Sicut in domo stante milite semper armato, non latro, non fur, non alius quis talis mala parantium apparere propius audebit: sic & metu animas nostras detinente subliberalium nulla perturbationum facile nobis subrepat, sed omnes fugiunt & pelluntur timoris imperio, vndique exactae; nec hoc solum est quod ex timore lucratur, verum & aliud hoc multo maius. Non enim improbas tantum nostras expellit passiones; caeterum & omnem cum multa facilitate inducit virtutem. Vbi timor est, ibi & eleemosynae studium, & orationis intentio, & lachrymae feruentes & continuae, & gemitus, multam habentes compunctionem. Nihil enim tantum peccata consumit, virtutem verò crescere facit, & germinare quantum continui timoris natura.

Timor initium dilectionis.

44. CLEMENS ALEXANDR. Lib. 2. Stromatum. Quomodo dies sunt pars vitae, quae pergit ascendere; ita etiam timor est principium dilectionis, qui fit per incrementum fides, deinde dilectio; sed non sicut feram, & odi, & timeo, ita etiam patrem vereor, quem timeo, & amo.

Semper timendum vsque in finem vitae.

45. EVSEBIUS EMISENVS. Homil. 5. ad monachos. Nemo de praeteritis securus sit. Tanti laquei obiecti sunt ante pedes animae nostrae, tam innumerati hostes obseruant, & custodiunt iter nostrum, tantae foueae, & tanta praerupta, tantae rerum difficultates interiacent inter nos, & sinem nostrum. Via ipsa quae per se ardua, & arcta est, tantis spiritualium latronum insidiis obsidetur, tantos nos scopulos tantisque fluctus transire necesse est & videre, antequam anchoram oprato in litore collocemus, & putamus nos de praeteritis esse securos, & sine quotidiana cura, & sine quotidiano timore, & tremore diem nostrum transigere debere? Quis transiens super alicuius profunda fluminis per arctissimi pontis angustias, etiam si maiorem partem inoffenso transmiserit pede, iam periculum euasisse se credat, cum in vltimi pontis spatio, si paululum titubauerit, casum, quem in medio spatio timebat,

Idem.

CHRYSOST. Homil. 53. in Ioan. Quemadmodum quercus altius defixis radicibus nullius venti viribus sternitur: ita animam diuino confisam timore, nullus tentationum ventus euellet. Idcirco, inquit, propheta Psalm. 118: Confige timore tuo carnes meas. IDEM, homil. 9. in secundam ad Timoth. Arbor cum in altum radices miserit, ne vehementer quidem eam procella agitare poterit; si verò superficie tenuis fibras porrexerit nec ad profunda descenderit, paruus licet venti status irruat eam à radicibus euulserit: ita & in nobis si affixerimus diuino timore carnes nostras, nihil mouere nos poterit.

Idem.

CHRYSOST. Homil. 6. in primam ad Timoth. Imitate pueros qui scholis traduntur, ac liberalibus disciplinis, qui cum viderint socios, & contubernales suos rationem reddere eorum, quae didicerint, eosque qui negligentiores fuerint caedi, ac per singulos discuti, concidique verberibus, admonentur quid de se sperare debeant, & penè praetimore moriuntur, & si quis ex sociis eos crebro pulsauerit, nequaquam irascuntur, cum metus illum animum penitus occupauerit. Neque magistrum interpellare habent, sed vnum tantum intuentur, quo pacto scilicet ingredi, atque egredi absque verberibus possint, solumque id tempus semper versatur ante oculos, & cum excesserint inuauas, eo iam metu liberi, maxima tenentur voluptate. Tu verò stans, ac pro tuis sceleribus deprecans non exhorrescis aliorum peccata animo voluere.

Timoris mirabiles effectus.

CHRYSOST. Homil. 18. ad pop. Antioch. Sicut in mare decidens immensum scintilla breuis, facile deletur: sic quantacumque Deum timenti illudantur, velut in vastum laticiae pelagus incidentia extinguntur, atque perduntur. CLIMACHVS. De discretione gradu 26. Vt solis radius domum per foramen ingressus, cuncta quae in ea sunt illuminat: ita & timor Domini si fuerit in anima, cuncta ei peccata sua etiam minutissima ostendit.

Post timorem sequitur charitas.

AVGVST. Tractat. 9. in Epistolam Ioan. Dei vulnerat, &c. Vide supra n. 43. & addit. Accedit ferramentum medici. Minus dolebat illud vulnus, quam doleat accedente medicina, vt nunquam doleat succedente salute. Occupet ergo cor tuum timor, & inducta charitate succedat cicatrix ferramenti medici. Talis est medicus, vt nec cicatrices appareant: tu subde te dextra ipsius, nam si sine timore es, non poteris iustificari. Opus ergo est vt primò timor intret per quem veniat charitas: Timor medicamentum, charitas sanitas.

Differentia inter duos timores explicatur.

IDEM AVGVST. Ibid. Non potest melius explanari quid intersit inter duos timores, castum & eum, quem foras mittit charitas, quam si ponas duas maritatas quarum vnã constituas volentem facere adulterium, delectari nequitia, sed tamen, ne damnetur à viro, huic onerosa est viri praesentia. Tales sunt qui timeant ne veniat dies iudicij ne damnentur. Fac alteram amare virum, debere illi castos amplexus, & nulla se adulterij immunditia maculari; optat praesentiam viri; vtraque timet, vox vna, diuersus animus. Illa timet, ne veniat, illa timet ne discedat. O anima quae sic times Deum ne te damnet, quomodo mulier virum quam delectat nequitia; quo-

modo tibi displicet mulier illa, displice & tu tibi. Si forte habes vxorem, numquid vis vt sic te timeat vxor tua ne damnetur abs te, vt deleat illam nequitia; sed pondere timoris tui deprimatur, non damnatione iniquitatis? Castam eam vis vt te diligat, non vt te timeat, qualem vis habere vxorem, exhibe te talem Deo. Timer illa ne oculos viri offendar, later eum, peccat; sed tu non poteris Deum latere. [Vultus eius super facientes mala.] Tu ergo non times eius oculos, quem fallere non potes? Castus timor ait, quomodo venies ad me? Cauet, obferuat se à peccato, ne deferatur, non vt puniatur.

Post timorem sequitur charitas.

1. IOAN. 4. Perfecta charitas, foras mittit timorem. HECTOR PINTVS, cap. 40. in Ezechiel. D. AVGVST. super hunc locum. Cum cœperit, ait, charitas habitare, pellitur timor, qui ei præparauerat locum. Ad cuius rei explanationem, hac vitur similitudine. Sicut videmus per setam introduci linum, quando aliquid suitur. Seta prius intrat, sed nisi exeat, non succedit linum: sic timor primò occupat mentem, non autem ibi remanet; quia ideo intrat vt induceret charitatem. Vt ad construendam templi lapidei testudinem, sit prius artificium quoddam ligneum, quod simplex fornicis appellatur. Hispanicè, Zimbria, sed consummato ædificio, totum illud simplex, in terram proicitur, quippe quod ad perficiendum templum solum seruebat: sic ad perfectæ charitatis constructionem erigitur timor, sed perfectæ iam charitate decidit timor ille.

TRIBVLATIO.

Tribulationis utilitates. 1. 5. 6. 8. 11. 12. 14. 17. 18. 19. 20. 24. 26. 30. 37. 42. 43. 48. 52. 56. 61. 63. 64. 65. 71. 80. 82. 93. 94. 100. 103. 106. 111. 114. 115. 121. Per tribulationes introeundum in regnum. 2. 39. 81. 83. 92. 97. 98. Tribulationes iustorum. 3. 9. 13. 21. 32. 46. 50. 53. 54. 60. 67. 69. 73. 74. 75. 76. 77. 78. Tribulatio à Domino. 4. 25. 27. 58. 72. Tribulationem non permittit Deus ultra vires. 7. Tribulari, signum misericordie. 4. 9. 35. 44. 45. 57. 62. Tribulatio illuminat. 8. Tribulantur peccatores. 15. 36. 51. Deus adiutor in tribulatione. 16. 22. 28. 38. 41. 55. Tribulatio impellit ire ad Deum. 17. 33. 79. 91. Per tribulationem purgamur. 20. 23. Post tribulationem premium. 29. 82. Tribulationes non timende. 31. Tribulationes quare prædicuntur à Deo. 34. Quid in tribulatione faciendum. 40. Tribulationes etiam diaboli vtilis. 42. Tribulationum necessitas. 47. 59. 84. 86. 90. 107. 116. Tribulationes Deo offerenda. 49. Tribulationum causa peccata. 66. 68. In tribulatione letandum. 70. Tribulantur iusti à malis. 73.

Post Spiritum sanctum acceptum tribulatio secuta est. 85. In tribulatione gloriandum. 87. 88. 89. Tribulantes magis flendi, quàm tribulati. 95. 119. 122. Sicut calum efficitur qui non sentit tribulationes. 96. Tribulatio temporalis ferenda. 99. 112. Post tribulationem tranquillitas. 101. De his qui in tribulatione defecerunt. 102. Tribulationis tempus est vita presens, non delictorum. 104. 120. Discrimen inter tribulationes iusti, & peccatoris. 105. 117. Quare iusti tribulantur, & non peccatores. 108. 113. Tribulationes, amore suauis redduntur. 109. Tribulatio virtutem declarat. 110. Quare beati qui persecutionem patiuntur. 118. Vexamur afflictionibus propter peccata nostra. 123. In afflictionibus ad sanctos recurrentes quibus comparamur. 124. Iudæi propter peccatum necis Christi, calamitatem grauissimam passi. 125. Tribulatio Antichristi magna. Vide, Antichristus, numer. 7. & 9. Tribulatio ad emendationem prodest.

GENES. 1. Et præsinit piscibus maris, &c. CHRYST. Quod autem post peccatum homo bestias timeat, etiam hoc diuinæ misericordie maximum argumentum est, &c. cum nunc sub tot terroribus, & pœnis, & suppliciis non emendantur homines, quales fuissent, si nihil passi graue pro suis delictis?

Per tribulationes introeundum in regnum.

GENES. 3. Et collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammam gladium, &c. ISIDORVS. Qui ad Deum conuertitur per flammam frameam versatilem, id est, per tribulationes temporales vrentes, peccata sua agnoscendo, & gemendo (temporalia enim volubilia sunt, & transitoria,) &c. Vide, Charitas, numer. 2.

Peccatores, iustos persequuntur.

GENES. 4. Consurrexerunt Cain adversus fratrem suum. BERNARDVS, Sermone 27. parvulorum. Ex eo tempore inueteratum est vt mali insurgant in bonos, & opprimant eos. Quod si ab infestatione cessare noluerint iniqui, patienter tolerant eos iusti, audientes Domini consolationem, dicentis Matthæi 5. [Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.] Vide etiam, verbum, Iusti, & verbum, Peccatores.

A Deo tribulationem pati, misericordia magna.

GENES. 6. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, &c. HIERONYM. In Hebræo scriptum est. [Non indicabit spiritus meus homines istos in sempiternum quoniam caro sunt.] Hoc est, quia fragilis est in homine conditio, nō eos ad æternos seruabo cruciatus, sed hic illis restituā quod merentur. Ergo non seruentur, vt in nostris codicibus

cibus legitur, sed clementiam Dei sonat, dum peccator hic pro suo scelere visitatur. Vnde & iratus Deus loquitur ad quosdam, Osee 4. [Non visitabo filias eorum cum fuerint fornicatæ, & sponfas eorum cum adulterauerint. & Psalm. 88. [Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non auferam ab eis.] Vide, Peccatores, num. 24. ex LIPOMANO.

Tribulatione, virtus clarior fit.

GENES. 6. Noë verò, inuenit gratiam coram Domino, &c. Vide, Gratia, num. 4. ex CHRYST. Et addit. Semper enim contra virtutem insanit malitia. At non solum illi nihil nocuit, sed & manifestando fortiorem reddidit, tantum enim virtutis robur est, vt patiatur superet negotium sibi facientes, & cum impugnatur, hostibus fiat potentior. IDEM CHRYST. super illud Genes. 5. Hic est liber generationis Adam, sic ait. Abel iniuste occisus ex eo tempore vique in hoc nostrum omnium decantatur ore, Cain autem continuè infamatur, & nec tempus illius memoriam extinxit, nec huius crimen imminuit. Vide quantum malitiæ damnum, & quantum virtutis robur. Malitia enim etiam si infestet, & dominetur, extinguitur tamen, & aboletur; virtus autem licet infestetur & innumera grauiā sustineat, ea occasione illustrior fit, & clarior.

Tribulationis utilitas.

GENES. 7. Factumque est diluuium quadraginta diebus super terram. CHRYST. Quia plenus erat malitia, purificatione orbis indigebat, & sicut bonus artifex si quando videt vas aliquod inueteratum, à rubigine consumi, iniecto eo in ignem facit, vt quicquid habet rubiginis deponatur, & transformans, in pristinum decorem reducat. Ita & Dominus noster, totum orbem hoc diluuiū purgavit, & à malitia hominum liberatum pulchriorem effecit.

Deus tribulationem ultra vires non permittit.

GENES. 8. Recordatus autè Deus Noë, &c. CHRYST. Recordatus, id est, misertus est quod in tanta esset angustia, & rerum difficultate constitutus, ignoraretque quando nam molestiæ illæ finem habituræ essent, & quia iustus, quod suum erat præstitit, tam patientiam monstrando, quàm copiosam fidem afferendo, nec non & miram fortitudinem præse ferendo, recordatus est Deus Noë, hoc est, pacti quod cum illo pepigerat. Nec enim valde neglexerat iustum, sed distulit quousque ferre potuit, & tunc ei suum beneficium, & gratiam impartitus est. Vnde Apostolus, 1. Corinth. 10. [Fidelis Deus qui non patitur vos tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione profectum, vt possitis sustinere.] LIPOMANVS. Semper aspicit Deus nos, & curat diligenter bonum nostrum; obliuisci tamen nostri videtur cum obruimur tentationibus: reminiscitur verò cum consolatur, succurrit, & adiuuat. Recordatur ergo Noë, cum eum eximit periculo. Vide, Tentatio, num. 43. ex ORIEN.

Tribulatio illuminat.

GENES. 8. Quidnam est hoc quod fecisti mihi? CHRYST. Vide quanta rerum vicissitudo. Pharao abstulerat vxorem eius, & tanquam peregrinum, & hospitem eum contempserat, & nihilominus ait. Quid fecisti mihi? Magna vtique fecit ei Abram. Deum namque inimicum ei reddidit, iram Dei super illum induxit, pœnz obnoxium fecit

eum, totamque domum eius. Sequitur. Quare non indicasti mihi quod vxor tua esset. Vnde didicit: Sensum ei pœna præstitit. Vel Deus vltor tantæ iniquitatis illi reuelauit, & rem, vt erat indicauit. CAIETANVS. Iosephus narrat quod ob istas plagas sacerdotes obtulerunt sacrificia, & cognouerunt quod propter iniuriam peregrino Abræ illaram, tollendo illius coniugem, hæc acciderent; & quod tunc Pharao diligentius exacta veritate à Sara cognouit, quod coniux Abræ esset.

Tribulatio signum misericordie.

GENES. 14. Tulerunt omnem substantiam Sodomorum, & Gomorraeorum, & vniuersa quæ ad cibum pertinent. LIPOMANVS. Peccata Sodomorum hoc bello Dominus clementer puniendo erudire voluit vt non conuersos ad meliora, grauius postea damnet, & id insuper per impios reges, qui & ipsi prostrati tandem sunt à viro Dei, sequitur. Nec non & Loth & substantiam eius. CHRYSTOMVS. Sed dices quare cum aliqui Sodomitarum in montem fugerint; iustus Loth in captiuitatem adducitur? Vt discas numquam ægrè ferendum, si quando iusti incidant in tentationes; improbi verò, & mali eundant.

Iusti tribulationem patiuntur.

GENES. 15. Scito prænosces, quod peregrinum sit futurum semen tuum in terra non sua, & seruiant eos subiciant, & affligent quadringentis annis. CHRYSTOMVS. Nisi generosum, & fortem animum, & optimis moribus præditum habuisset Patriarcha, tanta erant hæc vt perturbare potuissent. Non autem dicit quod in Ægypto futuri sunt annis quadringentis, sed in terra non sua, & ita connumerantur anni à tempore egressionis ipsius Abræ ex Charan, vsque ad exitum filiorum Israël de Ægypto. Vel dici potest quod cum Dominus sit misericors, imbecillitati nostræ respondentem, facit pœnas. Cum ergo vidit filios Israël ita labore pressos, & Ægyptios magnam in eos crudelitatem exercere, ante definitum tempus vltionem fecit, & ad libertatem eos reduxit. Mos enim Dei est, vt etiam si minetur se puniendum, si nos conuertamur ad eum, postumus eius reuocare sententiam: E conuerso si pollicetur aliquid suæ se nobis daturum, & nos ingrati fuerimus, nec ipse promissum adimplet ne nos ea ratione deteriores fiamus. LIPOMANVS. Afflictiones quæ patriarchæ prædicuntur hoc in loco, fidelibus indicant, quod quicumque pie viuere volunt in Christo, exponuntur variis tentationibus, quas tamen fides firma & sincera abigit, & vincit iuxta dictum Ioan. 1. cath. cap. 5. [Hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra.]

In tribulatione, multa utilitates.

GENES. 16. Paries filium, & vocabis nomen eius Ismaël, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam. CAIETANVS. Triplex afflictio Agar hic legitur. Prima inflicta à Sarai, quæ etiam si iustissima fuerit, quatenus tamen pœnalis erat, clamabat ad Dei misericordiam. Secunda assumpta ab ipsa Agar fugiendo, & in deserto periculum perpeffa. Tertia quam postea voluntariè exhibuit ad mandatum Angeli veniam petendo à domina sua. Has exaudiuit Dominus. CHRYSTOMVS. Hinc discamus quantum sit in afflictionibus lucrum, quanta calamitatis vtilitas. Quia enim Agar vehementer afflicta erat; ideo acceleratum nacta est subsidium. Ne igitur gratiam feramus si molestis

prementibus humiliemur, &c. Vide, *Humilitas*, num. 10. & super illud. *Peperitque Agar Abre filium*, ait IREM CHRYSOST. Hinc discamus etiam quanti fructus ex afflictione proueniant. Quia postquam ancilla à Domino afflictà fugit, & multum arum-nosa fuit, dolensque anima Dominum inuocauit, statim supernam uisitationem assequuta est. Vnde Angelus ei: *auduit*, inquit, *Dominus afflictionem tuam*, Tribulationes ergo nos magis Domino appropinquare faciunt, & tunc gratiam eius nobis conciliamus, quando dolente anima, & feruidis lachrymis ad ipsum accedimus. Ne igitur doleamus in afflictionibus, sed lucram ex eis facientes, omnia quæ nobis eueniunt, placido feramus animo.

Idem.

12. GENES. 16. *Inuocauit autem Agar nomen Domini, qui loquebatur ad eam. Tu Deus qui uisisti me.* Vide, *Christus*, num. 12. ex HILARIO, & aliis. INTEL. Id est, propitius fuisti. RABANVS. Rectè autem nomen eius ita uocatur, quia gratuitus consulit miseris, & humiles consolatur in tribulatione eorum. Vnde *Psalms*. 9. Tu laborem, & dolorem consideras & tibi derelictus est pauper. CAIETANVS. A beneficio quod dignatus sit ipsam uisere prouidendo illi, peculiare Deo nomen apposuit. Ipsa si quidem nominatio est beneficii agnitio, & gratiarum actio.

Tribulantur iusti.

13. GENES. 18. *Namquid perdes iustum cum impio?* CHRYSOST. O quanta iusti fiducia, imò o quanta animi compassio: Quodammodo compassionis ebrietate grauatus nesciebat quid dicat. Quid facis o beate: Quid opus habet tua exhortatione Dominus, ut ne hoc faciat. LIPOMANVS. Sciendum quod Deus numquam æterna pœna iustum damnat cum impio, sed in hac uita quandoque iustos occidit eum impiis permittit. Vnde *Ezechiel*. 21, ait per Prophetam ad Ierusalem. [Occidam in te iustum, & impium.] Quod facit ad maiorem iustorum mercedem, & ut in hac uita pro suis culpis purgentur, eorumque patientia exerceatur, & fides probetur. Interdum uerò eripit iustos, ne cum impiis trucidentur; Sicut Loth cum filiabus. Occulta enim & incomprehensibilia sunt iudicia eius. Vide etiam, *Tentatio*, num. 26. ex AMBROSIO.

Tribulationis utilitas.

14. GENES. 19. *Sedente Loth in foribus ciuitatis.* AMBROS. Sedebat Loth ad portam, quia emendauerat eum aduersa captiuitatis, & emendatiorem eum fecerant. RVPERTVS. Sedebat in foribus ciuitatis, eo quod animo non sedebat in sceleribus ciuitatis. Vnde Petrus de eo, 2. *Cath. cap. 2.* Aspectu, & auditu, iustus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam, iniquis operibus cruciabant.

Tribulantur peccatores.

15. GENES. 19. *Igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorram sulphur, & ignem à Domino de caelo.* CAIETANVS. A Domino, & de caelo; ad differentiam naturalium causarum naturali ordine incurrentium ad generandum sulphur, & ignem. Miraculum enim operatus est Dominus ut puniret iniquos à caelo, id est, à superiore aëre. LIPOMANVS. Quæritur an Sodomitæ isti temporaria illa & ualde acerba pœna, æternam damnationem euaserint, cum dicit Dominus per Naum *cap. 1.* [Non uindicabit Do-

minus bis in id ipsum.] Respondetur cõmuniter quod temporalis pœna quantumlibet magna, nullum iniquum à culpa purgat, nec ab inferno præseruat nisi ille uerè pœniteat. Ideo qui ibi non pœnituerunt, de temporali incendio ad ignem conuerterent inferni. Vna autem est duntaxat pœna dicenda, quæ hic incipit, postmodum in futuro sæculo sine fine duratura.

Dominus adiutor in tribulatione.

GENES. 22. *Vnde usque hodie dicitur, In monte Dominus uidebit.* HIERONYM. Hoc apud Hebræos exiuit in prouerbum. Ut si quando in angustia constituti sunt, & Domini operant auxilio subleuari dicant; *In monte Dominus uidebit.* Hoc est, sicut Abraham miserus est, miserabitur, & nostri. Vnde & in signum dati arctis solent etiam nunc cornu clangere. LIPOMANVS. Abraham uocauit locum, *Dominus uidebit*, seu, *prouidebit*, non à uocabulo, *montis Moria*, sicut aliqui putauerunt, sed à responso quod dederat Isaac interroganti; quando, ubi esset pecus holocausti, sciscitatus est, & respondit, *Dominus prouidebit.*

Tribulatio impellit ire ad Deum.

GENES. 31. *Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri, &c. & infra, Annuaduertit quod facies Laban non esset erga se sicut heri & nudus tertius.* RVPERTVS. Hinc dulcimus ueram esse diui Pauli sententiã *Rom. 8.* [Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum uocati sunt sancti.] Verba inuidia filiorum Laban, & illa uultus eius austeritas Iacob in bonum cooperata sunt. Nam bonum illi erat audire uocem Domini dicentis: [Reuertere in terram patrum tuorum, &c.] Item in hoc bonum cooperatum est etiam illud, quod uxoris dixit. [Pater uester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus.] Ut scilicet quo uolebat Deus, illuc ipsa aduersitate impellente citius sequeretur. Item & ipsis coniugibus in idipsum bonum cooperata est inclementia patris non amabilis, de quo conquestæ sunt dicentes. [Quasi alienas nos reputauit, &c.] Hoc uento aduerso nauigium facilius impellente uero portum aspexerant & dixerunt. [Omnia quæ præcepit tibi Dominus fac.] Nam sicut illas aduersa hæc impulserit, ut illum patre relinquerent, & talem sequerentur uirum: sic & aduersa mundi plerumque dilectam Deo inuuant animam, ut audiatur uocem qui dicit. [Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: & concupiscet rex decorem tuum.] Ut ad Deum anhelantius tendat. Vnde illi per Prophetam *Oseam cap. 2.* dicit Deus. Ecce ego sepiam uiam tuam spinis, & sepiam eam macerie, & semitas suas non inueniet, & sequetur amarities suos & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet, & dicit. Vadam & reuertar ad uirum meum priorem; quia bene mihi erat tunc, magis quam nunc. Ipse namque Iacob, antequam eiusmodi spinis offensus fuisset cum adhuc molliter exciperetur dicente Laban, [Inueniam gratiã in conspectu tuo. Experimento didici quod benedixit mihi Deus propter te, &c.] tardauit reuerti & dicit. [Si feceris quod postulo, iterum pascam, & custodiam pecora tua.] Nunc autem ubi læsus fuit surte, & impositis liberis, &c. abiit & tulit omnem substantiam, &c.

Tribulationis utilitates.

GENES. 32. *Perterritus diuisit populum, &c.* LIPOMANVS. Perterritus fuit Iacob Dei prouidentia

dentia anxietate hac animi ad tempus: forte ut purgaret inhumanitatis commissum olim quo circumuenerat fratri cibum famelico negando, & primogenita ad uendendum cogendo. Sic fidelium peccata in hoc mundo Deus purgat quandoque calamitatibus immixtis quibus magis quam impij obruantur. Vel ideo timere, & angustiati iustum permisit Deus ut oraret ardentius, ac liberatoris gratiam ampliorem expertus, fide confortaretur & cresceret, id quod & fecit Iacob.

Tribulationis utilitas.

19. GENES. 35. *Et recessit ab eo.* RVPERTVS. A sancto, & iusto recessit Deus, scilicet ut permitteret eum tentari, vel tribulari aduersis occurrentibus ad augmentum meriti. Nam ab hoc loco usque ad descensum eius in Ægyptum, multa aduersa ei acciderunt.

Idem.

Per tribulationem purgamur.

20. GENES. 37. *Madianite uendiderunt Ioseph in Ægypto, &c.* BERNARD. de gradibus humil. Quod autem Ioseph somnia sua adhuc adolescentibus narrabat non uanitati, sed pueri simplicitati, & mysterio deputandum arbitror, si qua autem in eo uanitas fuit per ea quæ passus legitur potuit expiari. Sicut enim medicus, non solum uinguentis, sed igne uicitur, & ferro, quo omne quod in uulnere sanando superfluum excreuerit secet, & urat, ne sanitatem quæ ex uinguento procedit impediatur. Sic medicus animarum Deus huiusmodi animæ procurat tentationes, immittit tribulationes quibus afflictæ, & humiliatæ, gaudium ueritatis in luctum & reuelationem putes illusionem. Vnde sit ut & uanitate careat, & ueritas reuelationis non pereat. Sic Pauli extollentia, per stimulum carnis reprimitur. Sic Zacharie infidelitas linguæ obligatione mulcatur. Sic per gloriam & ignobilitatem sancti proficiunt. CHRYSOST. Id scientes ne fugiamus malè affligi, sed malè agere: hoc est enim uerè malè affligi.

Iusti à peccatoribus tribulantur.

21. GENES. 39. *En introduxit uirum Hebræum, ut iluderet nobis.* CHRYSOST. Hoc modo se habet malicia; semper contra uirtutem pugnat, & ei sua peccata applicare, & impingere uult. Sed misericors Deus fieri hæc omnia permittit, ut per omnia famulum suum clariorem efficiat.

Deus adiutor in tribulatione.

22. GENES. 39. *Fuit autem Dominus cum Ioseph.* Scilicet in carcere. AMBROS. Inaudita causa inexplorata fide ueri, tanquam reus criminis, in carcere Ioseph mittitur, sed eum Dominus nec in carcere deserebat. Non turbentur innocentes cum falsis criminibus appetuntur, cum oppressa iustitia traduntur in carcerem. Visitat Deus & in carcere suos. Sed quid mirum si uisitat Deus in carcere positos, qui se ipsam in suis, in carcere inclusum esse memorauit, sicut habes scriptum *Math. 25.* [In carcere eram, & non uenistis ad me.] Et Christus Dominus qui uelut puniendus descendit in carcerem inferni, inde uelut Ioseph alios liberauit, ubi ipsi stringebantur mortis uinculis, ubi laxauit ipse uincula mortuorum.

Per tribulationem purgamur.

23. GENES. 40. *Et tamen succedentibus prepositus pincernarum, oblitus est interpretis sui.* AVGVST. *serm. 82. de tempore.* Sine ulla dubitatione credendum est, quod pro castigatione sancti Ioseph non permisit

Deus magistrum pincernarum, ut in mente haberet, quod ei sanctus Ioseph si applicauerat: Sanctus enim Ioseph quamuis sanctus sine peccato esse non poterat, & ideo tanto tempore fuit in carcere clausus, ut in eo impleteretur quod dictum est, *Apo. 3.* [Ego quos amo arguo, & quos diligo castigo.] Quamuis enim serui, & amici Dei, capitalia crimina uitauerint, & multa bona opera fecerint, tamen sine minutis peccatis eos fuisse non credimus, &c. Vide *Peccatum*, num. 34.

Tribulationum utilitates.

GENES. 41. *Tu eris super domum meam, & ad tuum imperium cunctus populus obediet.* De tribulationum utilitatibus, Vide *Patientia*, numer. 6. ex CHRYSOST. & *Humilitas*, num. 20. ex RVPERTO.

Tribulatio à Deo.

GENES. 43. *Tulerunt ergo uiri munera, &c. & steterunt coram Ioseph.* AVGVST. *serm. 82. de tempore.* Non credo fuisse sine causa quod Dominus qui se toties ostenderat beato Iacob, per tot annos noluit ei indicare, quod filius eius Ioseph uideret, sed permisit eum longa afflictione consumi: nec sine causa filius eius Ioseph, in tam proximo positus permixtus est ad patrem suum mittere, ut ei nunciaretur quod non solum uiuere; sed etiam in grandi honore floret. Occulto enim Dei iudicio hoc factum credo in tantum ut nec tunc se manifestaret fratri suo, quando ad emendum triticum uenerant. Quinimo durissimè eis loquens, & fratre illorum in uinculis tenens, ad patrem suum eos cum magno dolore redire iussit. Imo sciens patrem suum pro se intolerabilem amaritudinem sustinere quasi paruam esset quod ante petulerat, adhuc & Benjamin ei fecit auferri, quo facto utique nouerat eum multipliciter passurum esse dolorem. Hæc omnia sine Spiritus sancti dispensatione facta fuisse non credo. Deus enim (cuius iudicia plerumque sunt occulta, numquam tamen iniusta) cum grandi misericordia hæc fecit, &c. Vide supra num. 23. & *Peccatum*, num. 34.

Tribulationis utilitates.

GENES. 44. *Scyphus quem furati estis ipse est in quo bibi Dominus meus.* AVGVST. Nili magnum aliquid isto quod ludo significaretur, nec à Iosiph fieret, nec ea scriptura contineret, in qua est tanta sanctitatis autoritas. Non igitur negligenter considerandum puro, tantam misericordiam in hac perturbatione fratrum Ioseph, qui eos quamdiu uoluit tenuit, & quos ita uoluit, mora protraxit non eos utique faciens calamitosos, quando tantæ etiam ipsorum futuræ lachrymæ exitum cogitabat. Totum igitur hoc quod agebat, ut eorum gaudium differretur, ob hoc agebat, ut eadem dilatione cumuleretur. Tanquam non essent condignæ passionibus eorum in toto illo tempore, quo turbabantur, ad futuram gloriam exultationis quæ in eis fuerat reuelanda, fratre cognito, quem à se perditum esse arbitrabantur.

Tribulatio à Deo.

CHRYSOST. *super cap. 45. Genes.* Itaque in afflictionibus, & tentationibus esse diuinæ prouidentie est. Si sobrij sumus ne in omnibus prosperitatem, & affluentiam inquiramus. Sed siue in prosperitate sumus, siue in aduersitate gratias afferamus Domino, & uisã gratitudine nostra largiorem suam erga nos declaret. prouidentiam.

Deus adiutor in tribulatione.

GENES. 46. *Hec autem dicetis ut habitare possitis in terra Gessem.* EYCHERIVS. *Gessem*, interpretatur,

eatur propinquitas. Vnde etiam si in Aegypto habitabat Israël, non tamen longè erat ab eo, sed proximus erat ei, & coniunctus. Habitabat enim in terra Gessen. Quia ego, ait Dominus illi, *descendam tecum in Aegyptum, &c.* & nos etiam si videamur in Aegyptum descendisse, etiam si in carne positi, agones mundi huius & certamina sustinemus, etiam si inter eos habitamus, qui deseruiunt Pharaoni, tamen prope Deum sumus si in mandatorum eius meditatione versamur, & præcepta eius, ac iudicia perquirimus. Hoc est enim esse prope Deum, semper quæ Dei sunt cogitare, quæ Dei sunt querere: & Deus semper erit nobiscum.

Post tribulationem præmia.

29. **GENES. 47.** *Adductusque est, & multiplicatus nimis, &c.* CHRYSOST. Ecce iustus hic postquã tot annis Ioseph luxit quasi mortuum, vidit regnum Aegypti tenere, & ipsemet Ioseph post seruitutem, post carcerem, post alia omnia quæ sustinuit principatum totius regni suscepit, & si accedere volumus ad eas quæ in sacra Scriptura continentur historias, inuenimus omnes virtute præditos, sed tentationes ingrossos, & sic magnam à Deo assequutos gratiam, quam si & nos volumus nobis conciliare ne simus tristes in tentationibus, nec grauati feramus quæ nobis obueniunt, sed magis gaudeamus, & lætemur scientes quod hac ratione potissimè, diuina prouidentia fruamur, si cum gratiarum actione omnia ferre meditemur. IDEM super illud Genes. 50. *Mortuus est Ioseph ætatis centum decem uita sua annis.* Idcirco, inquit, illius annos nobis significauit, ut discas quot annis Aegypti principatum tenuerit. Septem & decem annorum erat cum ueniret in Aegyptum, & triginta annorum factus comparuit coram Pharaone: reliquum est ut octoginta annis præfuerit toti terræ Aegypti. Vidisti quomodo maiora sunt præmia quam labores, retributiones quam multipliciores. Tredecim annis certauit in tentationibus ferens seruitutem, & calumniam illam impiam & afflictionem in carcere: & quia generosè, & cum gratiarum actione tulit omnia, propterea largæ præmia accepit etiam in hac uita. Omnes igitur magna sollicitudine, curaque singulari, operam demus ut memores simus dictorum, & imitemur iustorum omnium uirtutem.

Tribulationis utilitates.

30. **EXOD. 1.** *Uenite sapienter opprimamus eum, ne forte, &c.* LIPOMANVS. Callidè consultant, astuteque circumueniunt filij huius sæculi, & sapientiores ad malum sunt semper filiis Dei. Piorum autem Ecclesia uelut castrorum acies terribilis est impiis. Semper sibi timent impij, præsumit semper sæua perturbata conscientia, & timer ubi non est timendum. GLOSSA GRÆCA. Cæterùm Deus Israël afflicti permittit, ut & Aegyptiorum Deos odio haberent, atque alacrius ex Aegypto egrederentur, quod æquo animo non fecissent, si in Aegypto uictum, tranquillamque uitam habuissent.

Tribulationes non timende.

31. **EXOD. 1.** *Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant.* CYPRIANVS, *De exhortatione martyrij, cap. 10.* Ex hoc loco perquam necessaria nobis traditur admonitio, nempe timendas non esse iniurias, & pœnas persequutionum, quia maior est Dominus ad protegendum quam Diabolus ad impugnandum. Iuxta illud 1. Ioan. 4. [Maior est qui in nobis est quam qui in isto mundo.] Item iuxta illud Psal. 117. [Non timebo quid faciat mihi homo, Dominus mihi auxiliator est.] Et iterum Psal. 19.

[Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur, ipsi obligati sunt, & ceciderunt, nos autem surreximus, & erecti sumus.] Et Psal. 26. [Si consistant aduersum me castra, in hoc ego sperabo, &c. Vnam petij à Domino, & hanc requiram, &c.] & Apoc. 2. Protectio diuina promittitur in passionibus nostris. [Nihil, inquit, horum timeas quæ passurus es,] & Isai. 43. dicit idem. [Noli timere, quia ego te redemi, & vocaui te nomine tuo, meus es tu. Si pertransieris per aquam tecum sum, &c.] & Math. 10. [Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini.] & Luc. 21. [Nolite præmeditari, &c. Ego enim dabo uobis os, & sapientiam.] Sic & Moyse cunctanti, & trepidanti ait Deus, Exod. 4. [Quis dedit os homini? & quis fecit mutum, &c. Nonne ego Dominus Deus? Nunc ergo perge & ego aperiam os tuum.] Nec difficile est Deo aperire os hominis deuoti sibi, & confessori suo inspirare constantiam, & fiduciam loquendi, qui aduersus Balaam Prophetam etiam asinum fecit loqui, Numer. 22. Quare in persequutionibus nemo cogitet quod periculum Diabolus importet, sed consideret quod auxilium Deus præstat, nec mentem labefaciat humana infestatio, sed corroboret fidem diuina protectio: quando unus quisque secundum dominica promissa, & fidei suæ merita, tantum accipiat de Dei ope quantum se credit accipere, nec sit quod omnipotens præstare non possit, nisi accipientis fides caduca defecerit. Ecce enim in Exodo dicitur; quod [quanto eos deprimebant, tanto plures fiebant, & inualescebant rogis.]

Iusti persequutiones patiuntur & tribulationes.

32. **EXOD. 1.** *Si masculus fuerit, interficite illum. Si femina ueruerit, &c.* ORIGEN. Cum ergo uideris hominem voluptatibus, & deliciis deditum, &c. in istis scias quod rex Aegypti masculos necat, & uiuificat feminas: Si uero rarum quemque uideas unum ex mille ad Dominum conuerti, quæ perpetua sunt querere; & contemplari non ea quæ uidentur, sed quæ non uidentur, odisse delicias, amare continentiam, &c. istum quasi masculum necare cupit Pharaon, persequitur, insectatur, mille aduersus eum machinis pugnat, odit tales, uiuere eos in Aegypto non sinit. Hinc ergo est quod in hoc mundo serui Dei despecti habentur, & contempti. Inde replentur opprobriis, quia odit eos Pharaon. Huiusmodi uires odit qui feminas amat. Vide etiam, Iust. num. 35. & 36. ex uariis.

Tribulationes ad Deum excitant.

33. **EXOD. 3.** *Congrega seniores Israël, & dices ad eos, &c. Uistans uistans uos, &c.* GREGOR. Tunc Moyses ad uocandum Dei populum missus est, cum iam Pharaon duris operibus ad opprimendum fuerat exercitus, ut Israëlitarum mentes Aegypto deformiter inherentes, alius dum uocaret quasi traheret, alius impelleret dum sæuere, & plebs in seruitio turpiter fixa, uel prouocata bonis, uel malis impulsu moueretur. Hoc quotidie agitur dum de prædicatis caelestibus præmiis scire in electos reprobi permittuntur. Ut si ad promissionis terram uocati exire negligimus presertim saltem scruentibus impellamur, atque hæc Aegyptus, uidelicet uita præfens, quæ nos opprimerat blandiens, adiuet premens, & quæ dum fouens seruitutis iugum contriuit, libertatis uiam, dum cruciat ostendat. Hæc itaque causa est quod ab iniustis iusti permittuntur affligi, ut scilicet dum futura audiunt bona quæ cupiant, patiantur etiam mala præsentia quæ perhorrescant, atque ad faciliorem exitum dum amor prouocat, cruciatus impellat.

Tribula

Tribulationes quare predicuntur à Deo.

34. **EXOD. 3.** *Ego scio quod non dimittet uos nisi per manum ualidam.* INTERL. Quasi dicat: Meum autem est monere, ut ille inexcusabilis sit, manum autem alidam; apertam intelligit potentiam. LIPOMANVS. Hoc uaticinio reuelat Deus Moyse induratione Pharaonis, ex qua Israëlita plurimum affligentur. Moris autem Dei est prædicere futuras afflictiones his, qui uocationem Dei sectantur, sicut Apostolis. [Tradent uos in conciliis, & in synagogis uis flagellabunt uos, absque synagogis facient uos, &c.] Et cum Paulum uocauit dixit de eo. [Ego ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.] Prædicat autem afflictiones, primum ut sciamus eas non euenire nesciente, aut negligente Deo, sed permittente in bonum nostrum. Secundo ut pij præparent, & mutuant sese ad tentationes, ne offendantur ab eis; unde ait. [Hæc locutus sum uobis, ut non scandalizemini, ut cū uenerit hora reminiscamini, quia ego dixi uobis.] Tercio ut hac occasione maiores Deus addat promissiones, & fidem nostram fortius confirmet. Vnde ait, [Plorabitis, & flebitis uos, &c. Sed tristitia uestra conuertetur in gaudium, iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, &c.] Sic & hoc loco cum Deus prædixisset Moyse futuras calamitates in Aegypto, addit magnificas promissiones dicens. *Extendamque manum meam, &c.*

Non tribulari, signum iræ Dei.

35. **EXOD. 4.** *Ego indurabo cor Pharaonis, &c.* Quod quando Deus non punit, & uisitat nos tribulationibus est iratus nobis, Vide Peccatores, num. 51. ex AVGVST.

Quare tribulentur quandoque peccatores non emendaturi.

36. **IBID. THEODORETVS.** Quemadmodum medici eos qui immedicabili morbo vexantur, coram multis secare solent, non tamen ut iis auxilium, atque opem aliquam ferant. Optime enim morbum illorum insanabilem esse sciunt, sed ut discipulis suis mendedi rationem hoc pacto ostendant. Sic Pharaonem immanissima ac ferina mente præditum, Deus uariis atque omnigenis suppliciis, ac plagis affecit, non quia sanandus erat; sed ut uniuersos homines hac ratione doceret, se illum unum esse, qui hominem à se creatum dirigat, atque gubernet, iisque qui in uia afficiuntur opem iuste ferat, itemque eos qui in uia sunt iuste ueliscatur. Hoc enim & ad ipsum Pharaonem ait. [Idcirco seruatus es, ut ostendam in te fortitudinem meam, & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra.] Vnde & Raab meretrix exploratoribus ait. [Timor uester & tremor cecidit super nos: audiuitis enim quemadmodum Dominus Deus uester rubrum mare exsiccauerit ante uos.] & Philistinum testantur etiam dicentes. [Hic est enim Deus qui perensit Aegyptum, &c.]

Tribulationis utilitas.

37. **EXOD. 5.** *Nescio Dominum, & Israël non dimittam.* ORIGEN. Quia in labore hominum non erat, & cum hominibus non flagellabatur, ideo tenuit eum superbia. Sed postea uidebis quantum profecit in flagellis, qui modò dicit. *Nescio Dominum.* Cum uim senserit uerborum, dicturus est. *Orate pro me Dominum.* Nemo igitur ita incedat diuinæ fir disciplinae, ut flagella diuina perniciem putet, ut uerba Domini, pœnalem credat interitum, ecce Pharaon durissimus, tamen proficui uerberatus. Est autem profectus in pœnis hoc ipsum agnoscere quod merueris pœ-

nam & Diabolus nescire se Deum dicit. Vnde quasi dubitans de eius diuinitate ait. [Si filius Dei es, dic ut lapides isti, &c.] Sed uide quomodo uerberatus emendet hanc uocem. [Clamauerunt dæmones (ait Euangelista) ad Dominum, & dixerunt. Quid uenisti ante tempus torquere nos? Scimus te quis sis. Tu es Filius Dei uiui.] Vbi tormenta senserunt sciunt Dominum, ante flagella uerò dicit, *nescio Dominum & Israël non dimittam*, & postea dimittit, & non solum dimittit, sed ipse perurgebit eum exire. Nulla enim societatis lucis ad tenebras, nulla pars fideli cum infideli.

Deus adiutor in tribulatione.

38. **EXOD. 9.** *Pluit Dominus grandinem.* STEPHANVS. Pluuia suauius est, grando contundens, & Deus ipsa sua sanat percussione, & nutrit. Manus enim eius percutit, & medetur. Vnde fulgura in pluiam fecit. Fulgur uir, pluuia nurr, quia ipsa tribulatio nutrit. Nam & fame corporis Deus animam pascit. Vnde & alar eos in fame. Ignis ergo & grando mixta pariter sunt, quia dum Deus hominè punit, & signum amoris sui impendit: in igne enim fernor diuini amoris exprimitur.

Idem.

39. **EXOD. 13.** *Dominus autem præcedebat eos ad ostendam uiam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis.* MAXIMVS EPISCOPVS TAURINENS. homil. 3. *Pentecost.* Semper Deus quos post iniurias perducit ad quietem, protegit eos nubis umbraculo, sicut filios Israël liberatos de Aegypto nubis columna protegit, & ut post multum laborem eos in terram repromissionis induceret refrigerij fouet umbraculo sicut ait Propheta Psal. 104. Expandit nubem ad protegendum eos. Expandit enim nubem ne siccitate eremi fatigaretur etiam solis ardore. INTERL. Tradunt Hebraei per quadraginta annos columna nubis, in die protecti sunt, ne calore solis uerentur.

Per multas tribulationes ueniendum ad regnum.

40. **EXOD. 14.** *Coarctati sunt in terra, conclusi eos de partem intrans gressibilis, ex altera mare coarctabat.* ORIGEN. Tu fortasse credebas, quia iter quod Deus ostendit planum esset, & molle, & nihil prorsus haberet difficultatis, aut laboris. Ascensio est, & descensio tortuosa. Non enim procliuè iter est quod tenditur ad uirtutes, sed ascenditur, & angustè, ac difficulter ascenditur. Vnde Dominus Math. 7. [Arcta est uia quæ ducit ad uitam.] Quia & in actibus, & in fide multa est difficultas, & multus labor. Multæ enim tentationes nobis occurrunt, multa in fide offendicula uolentibus agere quæ Dei sunt. Tum deinde multa inuenies tortuosa in fide, plurimas quæstiones, multas obiectiones hæreticorum, multas contradictiones infidelium. Hoc igitur iter agendum est sequentibus Deum. Sed est turris in hoc itinere, uidelicet illa quæ Dominus in Euangelio dicit. [Si quis uestrum uolens turrim ædificare, nonne prius sedens computat, &c.] Ista est turris, sedes ardua, & excelsa uirtutum. Fugiens ergo Aegyptum uenis ad hæc loca, uenis etiam ad mare, & occurrunt tibi fluctus. Non enim iter uitæ sine tentationum fluctibus agitur. Sicut & Apostolus dicit. [Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo persequutiones patiuntur.] Sed & Iob pronunciat, [quia tentatio est uita nostra super terram.]

Quid in tribulatione faciendum.

41. **EXOD. 14.** *Persequensque Aegyptij, ingressi sunt post eos, &c.* ORIGEN. Si Aegyptum fugias, si ignorantiæ

rantie tenebras relinquant & sequantur Moysen, id est, legem Dei; obtinet autem tibi mare, & conradicentium tibi fluctus occurrant, percute tu oblitantes undas, & virga Moysi, id est, verbo legis, & vigilantia scripturarum iter tibi ipsi per aduersarios pande. Cedent undæ continuo, & superari fluctus, locum victori dabunt, mirantibus, & attonitis, ac stupore defixis his qui paulò ante aduersabantur.

Tribulationes etiam diaboli vtilis.

42. **EXOD. 15.** Dixit inimicus Persequar & comprehendam, &c. Quod persecutiones diaboli sunt nobis vtilis, Vide, *Diabolus, num. 34. ex RVPERTO. & Tentatio, numer. 39. ex ORIGEN. & 40. ex HERONYMO.*

Tribulationis vtilitates.

43. **EXOD. 15.** Ibi scilicet in Mara, constituit ei precepta, atque iudicia. **ORIGEN.** Ibi, vbi amaritudo, vbi sitis, & quod est grauius sitis in abundantia aquarum ibi posuit Deus iustitias, & iudicia. Alius non erat locus dignior, aptior, vberior quàm iste in quo amaritudo est.

Tribulari signum bonum.

44. **EXOD. 15.** Si audieris vocem Domini Dei tui, &c. *conferentium langorem quem posui in Ægypto non inducam super te. Ego enim sum Dominus Deus sanctor tuus.* **LIPOMANVS.** In Hebræo, habetur medicus tuus. Quasi dicat quomodo inmitterem in te morbos cum ego sum is qui sanare te soleam, si quando morbo teneris? **ORIGENES.** Sed videamus quid eis promittitur qui mandata seruauerint? *Cunctum, inquit, langorem posui in Ægypto, non inducam super vos.* Quid ergo? Nunquid non febres nec alios dolores corporis patieris, aut nullam aliam ægitudinem? Non puto quod hæc sunt quæ promittuntur diuina mandata seruantibus. Alioquin iudicio nobis est, Iob iustissimus, & totius pietatis obseruantissimus qui à capite vsque ad pedes repletur vlcere pessimo. Sed non habebunt illas infirmitates qui mandata custodiunt quas Ægyptij habent. Ægyptus namque mundus signatim appellatur. Diligere ergo mandum, & ea quæ in mundo sunt Ægyptus langor est, de seruire carnis luxuria, & voluptatibus operam dare, vacare deliciis, Ægyptus langor est. Caret ergo his infirmitatibus, & langoribus is, qui mandata custodit.

Idem.

45. **EXOD. 16.** Venit multitudo filiorum Israël in desertum Sin. **HERONYMVS Fabula.** Sin, interpretatur, rubus, vel, odium, quorum vtrumque facit ad mysticos intellectus. Nam postquam venerimus ad eum locum de quo fit nobis Dominus loquutus, grande odium meremur inimici. Tunc videbimus audere rubum, & non comburi, inflammari Ecclesiam persecutionibus, & eam, loquente in illa Domino, non perire.

Quare tribulationes seruis suis Deus immittit.

46. **EXOD. 23.** Peregrino molestus non eris: scitis enim aduenarum animas. **INTERL.** Quomodo scilicet facile contristentur non habentes unde consolentur. Quia & ipsi peregrini fuistis in terra Ægypti. **AVGVSTI.** Libri, de vita Christiana. Non sine causa, nec sine Dei providentia factum esse reor quod populum suum Deus in alienam prouinciam, hoc est in Ægyptum migrare fecit, sed hanc fuisse puto rationem, quia Deus populum suum quem elegerat, præ-

ceptis misericordiae, pietatis, iustitiae, cæterisque bonis operibus cupiens erudire, voluit eum in externa patria pro tempore peregrinum esse, & captiuum, vt captiuitatis, & peregrinationis miseriam disceret, & labores: quo facilius postmodum misereri peregrinantibus & laborantibus nosceret. Nemo enim tam libenter peregrino, & aduenæ miseretur, quam qui peregrinationis exitus nouit. Nemo ita esuriemtem cibis, nemo sic sitientem potat, nisi qui sitim, esuriemque perpeffus est. Vt putas eum bonum fuisse agricolam, qui prius quam semen mittat diu terram aratris, & rastus domat, ne quod illi traditurus est semen pereat. Ita Deus populum suum diu ante macerat, & domat quem ei salutarium mandatorum semen impertiat, vt ob hanc causam hæc eum pertulisse euidentius clareat ipsius Domini inueniamur mandata dicentis. *Peregrino molestus non eris, &c. & Dent. 24.* [Orphano, & vidua date panem, & vestimentum, diligite prostratum, quia & ipsi fuistis in terra Ægypti peregrini.] Vnde facile dignoscitur eum populum ob hanc causam cunctis afflictum fuisse miseris, vt misereri alteri suo doceret exemplo. Sicut scriptum est *Sapientia 12.* Docuisti enim populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustos esse, & humanos.

Tribulationum necessitas.

47. **EXODI 32.** Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. **CHRYSOST.** De providentia Dei lib. 1. Si laboribus addidi, & ærumnis, nec sic quidem peccare desistimus, quo scelerum progressa non esset audacia nostra, si nos affluere deliciis, & otio constitisset Deus: [Omnia, inquit, mala otiositas docuit.] Attestantur autem nostræ rationi, & quæ quotidie fiunt, & quæ maioribus nostris contigerunt. *Sedit namque populus manducare, &c. & rursus [incastratus est dilectus, & recalcitrauit.]* Consona his quoque beatus David loquitur *Psal. 77.* dicens. [Cum occideret eos quærebant eum, &c.] Ad Ierusalem quoque per Ieremiam *cap. 6.* loquitur Deus. [Per omnia erudite Ierusalem, ne recedat anima mea à te.]

Tribulationum vtilitas.

48. **NUMER. 16.** Cumque oriretur seditio, & tumultus increpseret, Moyses, & Aaron iugerunt ad tabernaculum, &c. & apparuit gloria Domini. **INTERL.** In tribulatione scilicet, non enim dormienti, & otioso potest apparere gloria Domini. **ORIGEN. hom. 9. in Numeros.** Discamus etiam ex hoc quanta sit vtilitas in persecutione Christianis, quomodo protegat eos Deus, & infundatur Spiritus sanctus. Tunc enim adest maximè gloria Domini, cum hominum scuitia concitatur; & tunc pacem habemus apud Deum cum ab hominibus propter iustitiam expugnatur. Vbi enim abundat peccatum, superabundat gratia. Quamuis Moyses, & Aaron magni meriti sunt & virtutibus polleant, non apparuit eis gloria Domini, nisi in tribulatione, & periculo, & penè in ipsa morte. Apostolus etiam in his gloriam Domini confesqui meruit, vnde *2. Cor. 11.* Enumerat se super cæteros in tribulationibus fuisse ter virgis caesum semel lapidatum, &c.

Tribulationes Deo offerende.

49. **NUMER. 21.** Fac serpentes aneam, &c. **OILEASTER.** Serpens momordit, & serpente à moribus sanauit. Bona sunt, & salutifera mala quibus nos Dominus sapiens visitat, si sciamus ea eleuare, & Deo nostro presentare. Nihil vtilius, nihil salubrius ista potione amarissima, si modo ea æquo animo

mo lata, Deo tuo noueris offerre. Acaronita: à muribus quidem afflicti sunt, & à suis sacrapis edocti mures aureos faciunt, Deoque presentant, vt iis quibus flagellari erant à Domino presentatis, plaga immissa cessaret.

Tribulantur iusti.

50. **DEVT. 2.** Transibimus per terram tuam, publica gradiemur via, &c. **GLOS. ORD.** Volunt fideles cum pace transire & pacifici esse, etiam cum inimicis pacis, sed eo magis principem mundi offendunt, quo se cum illo nolle morari dicunt, nec aliquid eius contingere. Inde exacerbat magis persequitur, pericula suscitatur, & cruciatus intentat, cõgregat populum suum, exit consilere aduersum Israël. Populus eius sunt principes, & iudices mundi cunctique nequitiae ministri, qui persequuntur populum Dei.

Tribulationes impiorum.

51. **DEVT. 32.** Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferos nouissima. **GREGOR. lib. 9. Moral. cap. 5.** De his quos damnant flagella, & non liberant, scriptum est *Ierem. 5.* Percussisti eos, nec doluerunt. His flagella in hac vita inchoant, & in æternum permanent. Vnde Moyses. Ignis exarsit ab ira sua, & ardebit vsque ad inferos, & deorsum. De presentis enim percussione dicitur. Ignis exarsit ab ira mea, de æterna sequitur, & ardebit vsque ad inferos, & deorsum. Non tamèn iudicat Deus bis in id ipsum. Vnum est enim flagellum, quod temporaliter incipit, & in æternis suppliciis consummatur.

Tribulationum vtilitates.

52. **DEVT. 32.** Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo. **GREGOR. lib. 6. Moral. cap. 14.** Occidit vt viuificet, percutit vt sanat. Exteriora verberat, vt interiora transfigat: quia mentis nostræ duritiam, suo percutit desiderio, & percutiendo sanat, quia terrore saculo transfixos ad sensum rectitudinis nos reuocat. Corda enim nostra malè sana sunt, cum nullo Dei amore sauciantur, cum peregrinationis ærumnam non sentiunt, & infirmanti proximo nullo affectu compatiuntur, sed amoris sui spiculis insensibiles Deus percutit, & sensibiles per amorem charitatis facit.

Tribulationes iustorum.

53. **DEVT. 33.** Qui inundationem maris quasi lac surgent. **STEPHANVS.** Inundatio maris est abundantia tribulationis, quæ tunc fugitur cum dulcis à iustis reputatur. Denique sicut lac est nutrimentum paruulorum: sic tribulatio, pabulum fit electorum. Vnde Apostolus. [Sed & gloriamur in tribulationibus.]

De tribulationum necessitate.

54. **IOSVE 3.** Quæ autem inferiores in mare solitudinis, Iquod nunc vocatur mortuum descenderunt, vsque quo deficerent. Vide num. 81. ex GILFRIDO.

Tribulatio iustorum.

55. **IOSVE 9.** Cuncti reges congregati sunt pariter, vt perirent contra Iosue, & Israël uno animo eademque sententia. **GLOS. MORAL.** De ista congregatione contra Christum, & contra omnes electos eius dicitur *Psal. 2.* [Aliterunt reges terræ, &c.] Sed non prauauerunt: nam è contrario in istis persecutionibus maximè creuit populus Christianus, & per consequens nomen Christi. *Exod. 1.* Quanto magis opprimebantur, tanto magis multiplicabantur, & crescebant, & ideo *Psal. 2.* additum est. [Qui habitat in ca-

lis irridebit eos, &c.] Quia fecit euenire oppositum intentionis suæ.

Auxilium Dei in tribulatione.

56. **IOSVE 10.** Gabaonita: afflicti, & impugnati, vt dicitur *Tentatio, num. 51.* auxilium petunt ab Iosue hoc modo. *Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum, ascende cito, & libera nos, serque presidium. Conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis.* Sequitur. *Ascenditque Iosue de Galgathis, & omnis exercitus bellatorum cum eo viri fortissimi.* **GLOS. ORD.** Sic Iesus cum ducibus & principibus adest iis, qui pro nomine suo à contrariis virtutibus oppugnantur.

Tribulationis vtilitates.

57. **IVDIC. 3.** Reliquit Dominus gentes vt erudiret in eis Israël, & omnes qui non nouerant bella Chananæorum, & postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem prauandi. **INTERL.** Erat ergo ista causa in eorum tentatione, vt bella discerent, vt tanta pietate, & obedientia Dei bellarent, quanta patres eorum, qui Deo etiam bellando placuerunt.

Tribulationes bonum signum.

58. **REG. 10.** Si dixerit puero: ecce sagitta intra te sunt, tolle eas. Tu ueni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali, uiuit Dominus. Per sagittas intellige persecutiones, & tribulationes quæ si ad sint nobis bonum signum sunt, quod nihil mali sit. Si autem dixerit, ultra te sunt, vade quia dimisit te Dominus. Alia litera. [Quoniam amandauit te Dominus.] Malum enim signum est quando sagittæ non sunt in nobis, sed ultra, & extra nos, iuxta illud. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia, &c.

Tribulatio à Deo.

59. **REG. 22.** Dixit Gad propheta ad David. Noli manere in presidio, proficiscere, & vade in terram Iudæ, & profectus est David. **GLOS. ORD.** Ex ore Domini Gad propheta dixit ad David, vt non moraretur inter gentes in terra polluta, sed in terram Iudæ redeat, vbi iuxta voluntatem Domini, persecutionem sustineat.

Iusti tribulantur.

60. **REG. 25.** Anima Domini mei erit custodia quasi in fasciculo, porro inimicorum tuorum anima notabitur. **GLOS. ORD.** Pulcherrima comparatione statum iustorum, & reproborum discent. Horum quippe animas appellat viuentes, illorum spirituali morte occupatas: anima enim quæ peccauit, ipsa morietur, hos fasciculis, illos lapidi fundæ assimilat. Fasciculus enim astringitur vt conseruetur, lapis in funda ponitur, vt abiiciatur. Sic enim electi pressuris tribulationum constringuntur, vt his admoniti arctius adinuicem mutua charitate necentur, & adunati per manus redemptoris in perpetuum conseruentur. Reprobi quanto latius voluptatibus suis dimittuntur, tanto longius à diuinæ visionis gloria proiciuntur. Ipsi enim de manu Dei repulsi sunt, *Psal. 78.* &c. Vide *Iusti, num. 47.*

Tribulationum vtilitates.

61. **REG. 30.** Amalecita imperum fecerunt in Siceleg, &c. & inuenerunt virum Ægyptium in agro, &c. **GREGOR. hom. 30. in Evangelia.** Hos eligit Deus, quos despicit mundus: quia plerumque ipsa despectio, hominem reuocat ad semetipsum. Prodigus ille filius postquam esurire cepit, in se reuersus dixit.

dixit, [Quanti mercenarij in domo patris mei, &c.] Si non elorasset, in semetipsum minime rediisset. Postquam terrenis rebus indignis, tunc cogitare cepit quid de spiritualibus amisit. Infirmi ergo quique, atque in hoc mundo despecti, plerumque tanto celerius vocem Domini audiunt, quanto & in hoc mundo non habent ubi delectentur. Quod bene Amalechitarum puer ille Aegyptius designat, qui ager remansit in via, & fame, litique aruit, &c. qui illico conualescens dux David factus est.

Tribulatio signum misericordiae.

62. 2. REG. 7. Qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum & in plagis filiorum hominum. Alia litera, [Castigabo virga virorum, & verberibus filiorum hominum.] VATAB. Qua homines patres, solent castigare filios suos, hoc est humano more, poena humana, & clementi. INTERL. Incommoditatibus corporum, quia talia merentur.

Tribulationis utilitas.

63. 2. REG. 14. Et cum Iob nolisset venire ad Absalonem, dixit servis suis agrum Iob iuxta agrum meum habentem messem hordei, ite igitur, & succendite eum igni, &c. ? Respondit, nisi ad te obsecrans venires, &c. Idcirco Deus tollit a nobis temporalia & immittit tribulationem, vt obediamus eius vocationi, &c.

Idem.

64. 3. REG. 6. Malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cum edificaretur. GLOS. ORD. Quia hic tundimur aduersitatibus, & disciplina veritatis exercemur, vt illic iuxta meritum locis congruis disponamur, & castigatione cessante, solo amoris glutino quoad inuicem copulemur, vno impleti spiritu perfendamur. GREGOR. lib. 34. Moral. cap. 10. ponit praedicta ferè verba & addit. Lapidus ergo extra tunc sunt vt in constructione templi Domini abique mallei sonitu ponerentur, quia videlicet nunc foras per flagella tundimur, vt intus in templum Dei postmodum sine disciplina percussione disponamur. Quatenus in nobis quidquid est superfluum modo, percussio refecet, & tunc sola in aedificatione concordia charitatis liget. Vide Isai 65. [Obliuioni datae sunt angustiae priores.]

Tribulationum utilitas.

65. 1. ESDRAE 2. De principibus patrum cum ingrederebantur templum Domini sponte obtulerunt, &c. secundum vires suas dederunt in pensas operis aurum, argentum, &c. GLOS. ORD. Notandum vero quantum populo Dei captiuitas profuit. Qui enim secundum Ieremiam quatuor millia sexcenti captiuati sunt, inter hostes multiplicati quinquaginta ferè millia viri in patriam redierunt, & qui pauperes, & serui fuerant, auro, & argento, & seruis locupletati reuertuntur, & qui propter multitudinem falsorum Deorum patriam perdidissent, nunc vnus veri Dei fide gaudentes repatriant. Cultum item pietatis, qui in terra sancta Prophetis reclinantibus, & exempla iustitiae demonstrantibus, spreuerunt, nunc in terra aliena hostibus idololatriae seruientibus dilexerunt. Quos enim libertas, & copia in patria negligentem fecit cælestium mandatorum, eos seruitus & inopia in peregrinatione ad obsequium creatoris adduxit. Humanum enim corpus opibus, & libertate soluitur, ærumnis quoque, & paupertate ad semetipsum colligitur. Quod ergo in populo illo semel factum est, hoc in omnibus poenitentibus quotidie fieri solet.

Tribulationum cause peccata.

4. ESDRAE 15. Ecce ego iuduco, dicit Dominus, super orbem terrarum mala, gladium & famem, & mortem, & interitum, propter quod super polluit iniquitas omnem terram, & adimpleta sunt opera nocua illorum. Ecce causas tribulationum. Audi remedium, cap. 16. Timece Deum, & desine ad peccatis vestris, & obliuiscimini iniquitates vestras tam agere eas in sempiterno. Alia litera, [Iniustaque vestra facinora obliuione sempiterna dediscite.]

Tribulantur iusti.

66. 2. TOBIAE 2. Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus euenire illi vt posteris daretur exemplum patientiae, sicut & sancti Iob, &c. AMBROS. sermone 14. Quanta est circa nos sollicitudo Dei nostri, illos examinat, vt nos erudiat, illos conterit, vt nos acquirat, eorum cruciatus nostros vult esse profectus. Ideo Apostolus ait. [Alij secti sunt, tentati sunt, lapidati sunt, &c.] Scilicet vt posteris daretur exemplum, &c. Vide etiam, humero 76. & cap. 3. Hoc autem pro certo habet omnis qui colit te, quod vira eius si in probatione fuerit, coronabitur, si autem in tribulatione fuerit liberabitur, & si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. INTERL. Misericorditer enim corripis qui flagellas omnem filium quem recipis. Non enim delectaris in perditionibus nostris. INTERL. Quod est nobis nec perdere vis quem creasti. Quia post tempestatem tranquillum facis. INTERL. Vnde post tenebras spero lucem; tempestatem, inquam, corporis, vel animæ, vel vtriusque: Et post lachrymationem & fletum, gaudium, & exultationem infundis. INTERL. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. & cap. 12. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. INTERL. Corripit enim Deus filium quem recipit. Quis enim filius quem non recipit pater?

Tribulationum cause peccata.

67. 1. TOBIAE 13. Ierusalem ciuitas Dei, castigauit te Dominus in operibus manuum tuarum. INTERL. Non occidit. Confitere Domino in bonis tuis. INTERL. Quod eius sunt, non tua. Et benedic Deum saeculorum, vt redificet in te tabernaculum suum. INTERL. Quod destructum erat per peccatum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudet in omnia saecula saeculorum. Et Iudith 5. Perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum, &c. Dem enim eorum odit iniquitatem, si verò non est offensio populi huius coram Deo suo non poterimus resistere illis quia Deus eorum defendit eos. Vnde Ecclesiasti nulla ei nocebit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas.

Iusti cur tribulantur.

68. 4. ESTHER 4. In omnibus prouinciis, opidis, & locis ad que crudelis regis dogma peruenerat planctus ingens erit apud Iudeos, &c. GLOS. ORD. Si quis querat quomodo rex iustissimus, tormenta inferat innocentibus, sciat hoc non ex voto malitiae, sed ex summi nutu consilij procedere. Sapientia enim vincit malitiam, [Attingens a fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter.] Sap. 7. Cuius iusto iudicio agitur vt fideles in manu persecutorum tradantur, vel ad purgationem, vel ad correptionem, vel ad meritum augmentationem. Sic Iob Satanæ traditur. Paulus ab angelo Satanæ colaphizatur.

In tribulatione latandum.

69. 35. IOB 35. De ingrato ait Helio, Et non dixit ubi est Iqui fecit me, qui dedit carmina in nocte. GREG. hom. 9. super

super Ezechielem. Carmen in nocte est letitia in tribulatione. Carmen nobis ostendebat Apostolus cum dicebat Rom. 12. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Carmen in nocte se Dauid habere indicat cum dicit: [Tu es mihi refugium in tribulatione, quæ circumdedit me, exultatio mea, &c.]

Tribulationum utilitas.

70. 2. MACHAB. 6. Obsecro autem eos qui hanc librum lecturi sunt ne abhorrescant propter aduersos casus, sed repuent ea quæ acciderunt non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. Etenim multo tempore non sine peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere magni beneficij est indicium.

Tribulationes quare immituntur à Deo.

71. 1. MACHAB. 6. Ecce pereo tristitia magna in terra aliena. IDROTA. Sapientissimus lib. 2. de vera poenitentia cap. 14. Misericors, & miserator Domine, dum considero iudicia tua quæ incomprehensibilia sunt, & vias tuas inuestigabiles, timor, & tremor concutunt mentem meam quæ nullo ignorantiae obsecrata, non discernit ad quem finem tribulationes tuæ tendant. Aliquos namque affligit probando, sicut Iob, & Tobiam, qui cum probi, sanctique essent, fuerunt tamen afflicti. Alios affligit, & purgas sicut Nabuchodonosor, qui flagellis respuit, alios affligit & damnas, sicut Pharaonem qui flagellis magis induratus perstitit. Alios affligit vt glorificeris, sicut accidit caeco nato. Alios affligit, & tribulas, & desperati moriuntur, vt hic incipientes infernum suum, de tormento transeant ad tormentum: sicut legitur de Antiocho qui post acerbas afflictiones in doloribus mortuus est, & damnatus. De quo, & similibus dixisti per Ieremiam cap. 18. [Dorsum, & non faciem ostendam eis in die perditionis ipsorum.]

Tribulantur iusti à malis.

72. 2. MACHAB. 9. Orabat sceleratus Domitianum à quo non esset misericorsiam consequentur. AVGVST. serm. 110. de diuersis. Per istum miserum Antiochum populus Dei flagellatus est, & probatus. Per eum isti sancti iuuenes coronati sunt, ergo habuit hic locum suum. Malus erat, sed bene vsus est illo qui malus esse non potest. Sicut enim mali homines male vtuntur creaturis bonis: sic creator bonus, bene vtitur hominibus malis. Nouit quid tamen agat qui creauit totum genus humanum: Artifex portat, appendit. Artifex librat, pictor nouit ubi ponat nigrum colorem, vt sit decor à pictura: & Deus nescit ubi ponat peccatorem, vt sit ordinata creatura? HERONYM. lib. 2. contra Pelagianos. Antiochus Epiphanes rex crudelissimus subuertit altare, ipsamque iustitiam fecit conculcari: quia concessum ei erat à Domino, causaque reddit, propter peccata plurima. Ergo non fecit quod ipse tantum voluit, sed quod propter peccata populi concessit Dominus.

Quare iusti tribulantur.

73. 2. TOBIAE 2. Hanc autem tentationem, &c. Vide supra, num. 67. Vide etiam, num. 76.

Idem.

74. 1. PSAL. 97. In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. AVGVST. super haec verba. Tubæ ductiles aræ sunt, & tundendo produuntur, si tundendo ergo vapulando eritis tubæ ductiles ad laudem Dei productæ. Si cum tribulamini proficiatis, tribulatio, tunc, profectus productio est. Tuba ductilis erat Iob quando repente percussus tantis damnis, & orbitare filiorum, tunc illa tanta tribulationis fa-

ctus tuba ductilis sonit. [Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sicut nomen Domini benedictum.] Quomodo sonit, quæ suauem sonum dedit ista ductilis tuba? Adhuc auditur datus in potestatem Diaboli, vt & caro eius percurreretur. Percussit eum à capite vsque ad pedes graui vulnere, & putrescens veribus sedebat in stercore. Audiuimus quemadmodum ventus est, audiamus quomodo sonet vox tubæ huius ductilis. Si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus? O sonum fortem, & sonum dulcem, & quem non dormientem excitet sonus iste? Confer Iob cum Adam. Melior Iob pater in stercore quam ille integer in paradiso. Non enim obtemperauit Iob vxori in stercore, obtemperauit autem Adam Eua in paradiso, audi sonum eius. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es.

Idem.

75. 119. VICTOR questionum ex vtroque testamento, quæst. 119. Quam laudabilis, inquit, sit sanctus Tobias, scriptura docemur, cuius deuotionem, nec captiuitas minuit, nec oculorum amissio, quo minus Deum benediceret persuasit, nec exhausta substantia, à via iustitiae, & veritatis auertit. Necessitas enim probat iustum in egestate æquitatem seruare, vera, & perfecta iustitia est, vnde enim quorundam deuotio minuitur, inde augmentum facit laude dignum Tobiam.

Idem.

76. 118. PSAL. 118. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. LXX. & recta iudicia tua. HILARIUS. Indefessa & perseveranti fide necessarium est vt immobilis in nobis, & inconcussa confusio sit, ne vel aliqua temporum iniuria, aut persecutionum dolore commoti, deuotionis studium relaxemus, sed quando morbi vexabunt, passiones & cruciatus corporis deseruent, damna defatigabunt, luctus, & orbitates affligent, semper vt emur hac qua nunc Propheta vsus est vocæ dicens. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.

Iusti quare tribulantur.

77. CHRYSOST. homil. 1. ad pop. Assignat sequentes rationes quare iusti tribulationes patiuntur. Prima quod qui facile in arrogantiam propter meritum magnitudinem, & miraculorū tollantur ipsos sinit Deus affligi. Secunda ne ceteri maiorem habeat de ipsis opinionem, quam humana patitur natura, & ipsos Deos, non autem homines arbitrentur. Tertia, vt Dei virtus appareat per ægrotantes, & comeditos exuperans, & prædicationem augens. Quarta, vt ipsorum illorum patientia manifesta fiat nõ propter mercedem Deo seruientium, sed tantum exhibentium gratitudinem, vt & post tot mala succera in ipsis beneuolentia ostendatur. Quinta, vt de resurrectione cogitemus. Cum enim virum iustum, & multa plenum virtute innumera passum mala, & sic hunc digressum videris, oportet ex hoc omnino aliquid de illo iudicio cogitare ubi remunerabuntur, & coronabuntur labores eius. Sexta, vt omnes in grauita incidentes sufficientem consolationem, & mitigationem habeant in eos respicientes, & malorum quæ ipsis accidere. Septima nequando exhortamur vos ad illorum virtutem propter gestorum excessum, alterius ipsos naturæ participes fuisse cogitantes, ad imitationem torpeatis. Octaua, vt discamus quos quidem beatos, quos autem miseros, & ærumnolos putare debemus. Nona quia spectabiliores tribulatio facit tribulatos. Tribulatio enim patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio autem spēs, spes verò nõ confundit. Decima quod si quas habeamus maculas, per tribulationes

tiones eas deponamus. Vnde bene Patriarcha quoniam Lazarus recepit sua mala, vnam consolationem accepit, quantum enim tribulationes intenduntur tantum & retributiones ampliabuntur, imo verò & multo plus. [Non enim sunt eò dignæ passionēs, &c.]

Ad Dei seruitium ipsa tribulatio nos appellat.

79. **EXOD. 1.** *Afflicti filij Israël à Pharaone operibus luti, & lateris.* PETRVS DAMIANVS. Sicut prouidentia diuina disposuit ad educendum de Ægypto Israëliticum populum duce Moysè, cum iam Pharaon ad opprimendum duris operibus esset excitatus quatenus Israëlitarum populos Ægypto deformiter inhaerentes, alius dum vocaret, quasi traheret, alius velut impelleret dum sciret, vt dum plebs in seruitio turpiter figitur dum malis impulsæ, vel prouocata bonis moueatur. Hoc etiam in populo Dei agitur frequentius, cum prædicatis cælestibus præmijs, scire in electos reprobi permittuntur, vt si vocati ad terram promissionis, venire negligimus, pressuris saltem scilicet impellamur. Atque hæc Ægyptus, vita videlicet præsens, quæ nos oppremit blandiens, adiuer premens, quatenus quæ dum foueret iugo nos seruitutis attriuerat, liberatis viam dum affligit ostendat.

De utilitate tribulationis.

80. **EXOD. 9.** *Pluit Dominus grandinem.* Vide suprâ, num. 41. hoc idem ex STEPHANO.

Tribulatione presentis nobis æternam gloriam comparamus.

81. **IOSVE 3.** *In mare solitudinis quod nunc vocatur mortuum, &c.* GALFRIDVS. Mare solitudinis amaritudo est conscientie peccatricis, quam in seipso singulariter quisque solus, & solitarius experitur. Per mare autem solitudinis ad dulcedinem solitariam peruenitur. Sed quid dicimus, quod hoc mare mortuum vocatur, quam vereor ne illud viuum inueniat in futuro, qui nunc mortuum reputant, & qui interitum parui pendunt in perpetuum non euadent. *Est qui multa redemat modico pretio*, ait Sapiens, *Ecclesiast. 20.* Si perennis tibi amaritudo debetur, & euadere potes percipiens temporalem, magna utique paruo pretio redemisti. Fateor, mare est, sed mare mortuum in quo nauigas, & quantas debes gratiarum actiones Deo quod mare vnum feruens, & fremens salustiam, & intransmeabile merueras, & ecce tibi illud mari mortuo misericorditer commutauit. Vt nam per mortuum mare ad terram viuentium valeas pertransire. Vt nam mortuum magis transuehat te, quam viuum absorbeat te. Dum viuunt culpa, amaritudo etiam viua, & vera est, vbi autem amaritudinis causa viuere iam eadem amaritudine suffocata, desierit, nec dum, vel de propitiato peccato expedit esse securum, ipsa tamen amaritudo quodam modo moritur, dum subintrante dulcedine temperatur, & paulatim iam superatur à Deo.

De utilitate tribulationis.

82. **IONAE 1.** *Misit Dominus ventum magnum in mare, &c.* STEPH. Ecce Ionam fugitiuum tenuit mare, & ad Deum reduxit. Quod sit quotidie, dum illi qui à Deo recesserant, per pressuras & tribulationes, ad ipsum reuertuntur.

Præsens tribulatio requiem mereatur æternam.

83. **LV C. 23.** *Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.* BERNARDVS. Via vitæ est tri-

bulatio præsens, via gloria, via regni, secundum quod clamat Iatro de cruce. [Memento mei, &c.] Euntem enim in regnum vidit, quem cum peruenisset sui memorem fore rogauit. Peruenit ergo & ipse, & si vis nosse quam compendiosa via, eadem die meruit cum Domino esse in paradiso. CLEMENS ALEXAND. *lib. 6. Stromatum*, vt cibum labor præcedat oportet: ita & sudor eos qui per arctam viam ad æternam transmittuntur salutem.

De necessitate tribulationis.

84. **MACHARIUS homil. 11.** Alius est is qui est in certamine & afflictione, & alius qui ignorat quid sit bellum. Quandoquidem etiam femina cum in terram mittuntur, afflictionem sustinent à glacie, hyeme, & frigoribus aeris: postea tempore opportuno renouiscit germen.

Post Spiritum sanctum acceptum tribulatio sequitur.

85. **IDEM hom. 15.** Viri diuini præparare se debent ad certamen, & præmium, & sicut strenuus adolescens illata verbera sustinet, ac repercutit, ita etiam Christiani æternas tribulationes, tum interiora bella perferre debent, vt afflicti vincant per patientiam. Ea est enim Christianæ religionis via, vt vbi est Spiritus sanctus, ibi statim sequatur conflictus, & persequutio. Vides Prophetas quoniam pacto à contri- bulibus suis persequutionem passi sunt in quibus tamen Spiritus operabatur. Vides quomodo Dominus, qui est via, & veritas, non ab alia gente, sed à suis persequutionem passus est, nempe à propria tribu Israël. Idem & Apostoli. Itaque statim à cruce transit Spiritus paracletus, & migravit ad Christianos. Ita vt de cætero nullus persequutionem passus sit, sed Christiani martyria pertulerunt.

Tribulatio necessaria ad fructum ferendum.

86. **ISAIA 5.** *Dimittam vineam, & non putabitur, nec fodietur.* BASILIUS *super hunc locum.* Quemadmodum qui vineam putant astringunt eius vites, vt maiori cum temperamento procedat ad profertendos viles fructus: ad eundem modum contingit animæ assiduitate afflictionum propendenti, & incuratæ quodam modo in se contrahitur, seque vtiliter demittit, atque humiliat, & ad sui diligentiore custodiam retrahitur. E contrario, anima quæ indulgeter, ac remissè viuere finitur, perinde atque vinea quæpiam neglecta eluxuriat, & siluescit sarmentis, seque effundens circa incommoda, nec vllam afferentia frugem, nativo succo exhauritur, in hoc instituens omnium suorum operum ostentationem, vt multos in errore pelliciat.

In tribulatione gloriandum.

87. **GREGOR. NAZIANZ.** *Oratione cum reueretur ex agro.* Arbor quædam est fabulosa, quæ excisa magis germinat, & contra ferrum decer- tat, & si quid mirabilius in re mirabili dicere oportet, morte viuunt, & abscessa pullulat, nec non consumpta augetur. Hæc referunt fabulæ, & arbuti illius natura illis est: mihi autem manifestè videtur tale quid philosophum esse ei qui per afflictiones clarescit, & ex grauibz materiam facit virtutis ac in aduersis gloriatur, nec dextris iustitiæ armis extollitur, nec sinistris deprimitur, sed semper ille idem, licet non eisdem permanet, tanquam aurum in fornace igne examinatum.

In tribu-

In tribulatione beatitudo.

88. **AMBROS. lib. 2. officiorum cap. 5.** Quid laboriosius B. Iob? Nunquid minus beatus, quam si illa non pertulisset, in quibus magis probatus est? Et tamen fuisse in illis aliquid acerbatis, quem virtus animi non abscondit dolorem. Neque enim profundum mare negauerim, quia vadosa sunt lit- tora. Nec cælum lucidum, quia interdum obtrexi- tur nubibus, nec terram fecundam, quia aliquibus locis ieiuna gloria est; aut lætas segetes, quia inter- mixtam solet habere sterilem auenam: similiter puta beatæ messis conscientie interpellari aliquo acerbo dolore.

Idem.

89. **CHRYSOST. homilia de resurrectione.** Sicut qui mare nauigant, & innumeras procellas rulerunt, multasque hyemes perpassi sunt, antequam merces referant, non paruum suæ peregrinationis lucrum reportant, eo quod aliquando fidentiores sunt, ac pelagi scilicet trinitas horrent. Namque in- trepidè, & voluntate quadam transmarinas peregrinationes aggrediuntur: ita & qui in præsentis vita pro- pter Christum multas fert afflictiones, multaque gra- uia patitur etiam antequam regni cælorum magnam illam retributionem assequatur, magna hic potitur fi- ducia, animamque suam ita excellentem efficit, vt post hæc grauia omnia quasi è sublimi derideat.

Ex tribulatione multa bona procedunt.

90. **CHRYSOSTOMVS homil. 9. in Mattheum.** Ponamus seruum aliquem multarum pecunia- rum proprio domino esse debitorem, vim quoque perpeti ab iniquis hominibus, hunc seruum & ali- quantam eorum quæ habebat amittere. Si igitur Do- minus volens cohibere raptorem, non quidem seruo restituat erepta, sed cuncta tamen quæ perdidit sibi illa computet reddidisse: nonne etiam lucra damni occasione collegit? Quod certè ab omnibus probatur absque ambiguo. Hoc & in nobis cum iniuste ali- quid patimur cogitemus, quia scilicet pro illatis iniuriis nobis remissionem accipiamus omnium peccato- rum, aut si in nobis iusta delicta non fuerint, clario- ribus honoremur coronis.

Tribulamur vt ad Deum confugiamus.

91. **CHRYSOSTOMVS homil. 10. in Mattheum.** Deus tribulationes irruere permittit, vt ad ipsum frequentius confugiamus. Tale aliquid faciunt amantiores filiorum parentes, cum paruulos suos vi- derint à se quidem discedere, æquiorum autem suorum iustis detineri. Præcipiant famulis terribi- lia multa simulatè, vt exagitati etiam metu paruuli ad maternum sinum confugere festinent: ita Deus non solum ab alijs nos sæpe tribulati finit, sed non- nunquam etiam ipse plagam minatur, vt nos ad se adducat.

Tribulatio suauis propter regnum cælorum.

92. **CHRYSOSTOMVS homil. 14. in Mattheum.** Si nautis minaces illi pelagi fluctus, si tempe- states, atque hyemes agricolis, si vultera cædesque militibus, si grauis illi ictus, plagaque pugilibus leues videntur, atque tolerabiles propter spem tem- poralium, ac pereuntium commodorum, multo magis cum cælum proponatur in præmio, & ineffabilia illa bona, atque perpetua, nihil ex præsentibus his aduersitatibus sentietur.

Tribulatio prodest multum.

93. **SAPIENT. 3.** *Tamquam aurum in fornace probant electos.* CHRYSOST. *homil. 14. ex varijs in Mattheum locis.* Si animam præparatam habes non nocebit tribulatio. Sicut enim aurum in camino non læditur: sic nec stabili animæ tribulatio nocebit. Quid operatur caminus? aurum mundat. Quid ope- ratur tribulatio? Tolerantiam ampliozem quam pa- tientiam. Abscindit enim desidiam & coadiuuat ani- mam, & sobriorem reddit.

Idem.

94. **CHRYSOSTOMVS homil. 5. operis imperf.** Sicut granum tritici inclusum in palea non e- greditur, nisi fuerit trituration: sic & homo impe- dimentis mundialibus, & rebus carnalibus quasi in palea inuolutus, difficile egreditur nisi fuerit ali- qua tribulatione vexatus. *Et infra.* Sicut plenum granum mox, vt leniter percussum fuerit de palea sua exilit foras; si autem subtile fuerit tardius egre- ditur, si vacuum, egreditur nunquam, sed illic con- teritur palea sua, & ita cum paleis foras iactatur. Sic omnes homines in rebus carnalibus delectan- tur, sicut grana in palea, sed qui fidelis est, & boni cordis habet medelam, mox vt leuiter tribulatus fuerit negligens quæ sunt carnalia, currit ad Deum: si autem modicè infidelior fuerit cum grandi tri- bulatione vix recedit, & vadit ad Deum. Qui au- tem infidelis sit, & vacuum quantumvis contritus fuerit sicut granum vacuum è palea non egredi- tur. Sic nec ille de carnalibus rebus, & impedi- mentis mundialibus vnquam egreditur, nec tran- sit ad Deum, sed illic in malis constitutus con- teritur, & cum infidelibus quasi cum paleis foras proiciatur.

Tribulantes magis flendi quam tribulati.

95. **IDEM CHRYSOSTOMVS homilia prima de Resurrectione.** Iustum hic multa sustinere oportet, & si sunt multi quos perturbat impiorum scilici- tas, hi secum perpendant quod quemadmodum, & latrones, & fures, & homicidæ, & piratæ prius- quam ad iudicem trahantur multis delicijs fruun- tur, & ex aliena calamitate, suam constituent ab- undantiam, iniustusque opibus locupletati inebriantur: vbi autem iudicis sententiam audierint, omnium horum luent pœnam. Ita & illi qui scorta mercantur, & sybariticas mensas in- struunt, & supercilia subrigunt, & fastu pleni pau- peres opprimunt, quando vnigenitus Dei Filius aderit cum Angelis suis, & sedens super thro- num illum, orbem terrarum in medium adducet, tunc nudi, & animi sui splendore destituti addu- centur, & nullum vel aduocatum, vel patronum habentes, absque venia in igneos flumines proi- cientur, quapropter nec hos beatos dixeris ob præsentis delicias, sed potius desite ob futura sup- plicia.

Sicut cælum efficitur qui non sentit tri- bulationes.

96. **IOAN. 14.** *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* CHRYSOSTOMVS *hom. 16. ad Hebræos.* Quid mihi curæ esse cælum, cum vi- deam Deum cæli, cum ego efficiar cælum? Facia- mus igitur animam nostram cælum: clarum quidem & festiuum est cælum propria natura, nec enim in hyeme nigrum efficitur: non enim ipsum est quod conuertit faciem, sed nubes concurrentes illud ob-

FFF 2 regunt

regunt; cælum autem solem habet, habemus & nos solem iustitiæ, imo & meliores cælo fieri licet nobis. Quomodo modo? Quando Dominum solis habemus cælum ubique mundum est, & sine macula, non in hyeme, non in nocte mutatur. Proinde & nos neque in tribulationibus, neque in versutiis Diaboli hoc patiamur: sed maneamus immaculati, & mundi. Cælum altum est & multum distans à terra. Hoc etiam nos faciamus, separemus nos à terra, & in excelsum illud leuemur, & multum nos à terra extollamus. Cælum superius est, & ab imbribus, à pluuiis, & à nullo consumitur. Hoc & nos poterimus si voluerimus. Cælum quidem putatur pati, verum tamen nihil patitur: sic etiam si puramur pati, tamen non patimur. Sicut in hyeme pulchritudo eius non agnoscitur.

*Tribulatio ferenda propter regnum
celorum.*

97. **CHRYSOST.** *homil. 28. ad Hebræos.* Vmbra sunt ista, & somnium qualiicumque sint, illa speremus, & expectemus. Ita nobis mala nulla apparebunt, vel ex naturæ consideratione vel temporis. Quid enim vis ad mala illa futura comparemus? Quid ex huius vitæ rebus inæquale possis edicere stridori dentium, vel vinculis, vel exterioribus tenebris? Quid illi ira? Quid tribulationi? Quid angustia? Præterea tempori infinito quid conferes? Quid sunt decem millia annorum cum sæcula cogitas infinita? Nonne quantum est stillicidium minimum abyssi comparatum? Sed illic immensitas est bonorum, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, pro quibus milles concedi nemo non eligat occidi, comburi, & mille mortibus subire, & quidquid dici potest læuissimum tolerare, vel verbo, vel opere. Si eam in ignis combustione esset viuendum nonne tolerandum erat, ut possemus adipisci illa quæ nobis repromissa sunt bona?

Idem.

98. **CHRYSOSTOMVS** *lib. 1. de compunctione cordis.* Qui principibus sæculi ministrant nullum defugiant laborem, nullum periculum vitant, nullam indignitatem excusant, non negant peregrinationes longinquas, contumelias ferunt, omnem sustinent laborem spe lucri, separationem quoque coniugis, & liberorum patiuntur. Nos è contra qui non pecuniam quærimus, sed sapientiam, nec terram, sed cælum petimus, & ad cæli diuitias festinamus, [quas nec oculus vidit, &c.] Vide quanto illis meliores sumus, & miseriores. Quid agis ô homo? Cælum paras ascendere, & interrogas ne qua tibi difficultas occurrat?

Tribulatio temporalis ferenda.

99. **CHRYSOST.** *sermone de tolerantia in aduersis.* Insanabilis morbi indicium est velle potius nequiter vitam ducere quam ad diem vnum tormentis vexari. Nam & pueri minores, cum medicum expectant, vel visionem, vel incisionem aliquam illaturum, diffugiunt gemeundi, & se lacerantes exiliunt, maluntque sanie continua, & tunc interire quam momentaneum dolorem ferre, ut in reliquum conualescant. Verum qui mentis sunt compotes non ignorant aduersam illam corporis valetudinem fore cautio quibus, & scissione grauiorem.

Tribulationis fructus, & lucrum.

100. **OSÉE IO.** *Renouate vobis noualia, & nolite seminare in spiritis.* **CHRYSOSTOMVS** *hom. 4.*

ad pop. Antioch. Quemadmodum igitur aratrum immittens deorsum terram aperit rutam seminibus custodiam parans, ne iacta in superficie remaneant, sed in ipsos terræ sinus immittantur, & in tuto radices figant, sic & nos facere necessarium, & tanquam aratro tribulatione vtentes cordis profundum scindere. Hoc enim & alius Propheta admonet dicens. *Ioel. 2.* [Scindite corda vestra, & non vestimenta, &c.] Multum enim de tribulatione lucrum. Nam & cum agricola femina cum multo labore collecta, seminauerit, ignarus quidem omnia quæ sunt, cernens admirabitur, forteque apud seipsum dicit. Quid hic homo tandem facit? Collecta dissipat, nec dissipat tantum, sed & terræ cum multa cura commisceat, ne facile colligi possint, nec tantum commisceat terræ, sed & optat vehementer fieri pluuiam, ut proiecta omnia marcescant, & lutum fiat; & turbabitur cernens, fulmina, & coruscationes deferri. Agricola verò non ita, sed lætatur & gaudet hyemem cernens, non enim præsentia respicit, sed futura, non respicit ad fulmina, sed manipulos computat, non marcescentia semina, sed venientes spicas. Idem & nos non præsentem spectamus tribulationem, aut dolorem, sed orientem ex ipsa vtilitatem, ex ipsa nascentem fructum.

Idem, & post tribulationem tranquillitas.

101. **ROMANOR.** *5. Tribulatio patientiam operatur.* **IDEM CHRYSOSTOMO.** *Ibidem.* Sicut firmas arbores ventorum impetus incidens, & vndique iactans non euellit, sed & solidiores, & firmiores his incursum reddit. Sic animam sanctam, & piè viuentem tentationum incursum, & tribulationum non supplantant, sed etiam ad maiorem patientiam præparant. *Et infra.* Potest Deus omnia graua hodie soluere, sed donec nos purgatos videat, donec videat factam conuersionem, & penitentiam firmam, & inconcussam, non dissoluit tribulationem. Etenim aurifex, donec aurum bene purgatum viderit, de confatorio non extrahit: sic & Deus non abducit hanc tribulationis nubem, donec nos penitus emendauerit. Qui enim tentationem permisit ipse nouit & tentationis soluendæ tempus, & sicut citharædus nec neruum intendit, ut non abrumpat, nec remittit ultra modum, ne harmoniæ concentum lædat: sic & Deus agit. Neque in remissione continua, nec in longa tribulatione, nostram constituit animam, ne vel segniore fiamus, aut desperemus. Et sicut ex remissione tribulatio facta est: sic ex tribulatione remissionem expectare conuenit. Nec enim semper hyems, nec semper æstas, nec semper procella, nec tranquillitas, nec semper nox, nec semper dies, ita nec semper tribulatio.

De his qui in tribulatione defecerunt.

102. **CHRYSOST.** *homil. 64. ad populum.* Quid de his dices qui frequenter à tribulatione subuersi sunt? Quod non tribulationis est subuersio, sed illorum imbecillitatis. Nec enim si quis infirmum habens stomachum, amarum non admittat medicinam curare valentem, sed potius atteratur, medicinam non accusabimus, sed membri infirmitatem. Sicut & hic mentis facilitatem.

Tribulationis lucrum considerandum.

103. **IDEM CHRYSOST.** *ibid.* Cum omni virtute ingruentia mala feramus, non ad tribulationes spectemus, sed ad lucrum hinc nobis proueniens. Hæc enim est spiritalis creatura, & sicut pecunias colligere volentes, & hanc sæcularem exercentes mercaturam,

Quare iusti, & non peccatores tribulantur.

104. **AVGVST.** *super Psalm. 93.* Boni laborant, 105. quia flagellantur ut filij: mali exultant quia damnantur ut alieni. Duos filios habet homo, alterum castigat, alterum dimittit. Facit vnus malè, & non corripitur à patre; alter mox ut se mouerit colaphis cæditur, flagellatur. Vnde illi dimittitur, & ille cæditur, nisi quia hæc cæto hæreditas seruatur, ille autem dimissus exheredatus est: Videt eum non habere spem, & dimittit eum ut faciat quod vult; puer autem qui flagellatur si cor non habuerit, & imprudens fuerit, & stultus gratulatur fratri suo qui non vapulat, & gemit de se, & dicit in corde suo: Tanta mala facit frater meus, quidquid vult facit contra præcepta patris, & nemo illi facit durum verbum: ego mox ut me mouero cædor: stultus est & imprudens, attendit quid patitur, & non attendit quid illi seruetur. Ideo ait Propheta *Psalm. 91.* [Vir insipiens non cognosceret, & stultus non intelligit hæc.] Quæ sunt quæ non intelligit stultus, & quæ imprudens non cognosceret? [Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum.] Quid est, [Sicut fœnum?] Virent cum hyems est, sed æstate arefcant. Attendis florem fœni quid citius transit? Quid lucidius? Quid viridius? Non te delectet viriditas ipsius, sed tunc ariditatem ipsius. *Sed iustus ut palma florebit.* Palma in nouissimis pulchra est, ut initium eius à terra ducas, finem ipsius in acumine, vbi habet totam pulchritudinem; aspera radix videtur in terra, pulchra coma sub cælo est. Erit & tua pulchritudo in fine. Radix tua fixa sit, sed sursum versus habeamus radicem nostram. Nunquid cum sol exierit, arefcit palma? Nunquid arefcit cedrus? Cum autem sol cæderet aliquando fuerit, arefcit fœnum. Veniet iudicium ut arefcant peccatores, ut virefcant fideles.

Amore tribulationes suas redduntur.

106. **AVGVST.** *sermone 9. de verbis Domini ex* 107. *Matthæo.* Secari, & vri-se homines patiuntur, ut dolores non æterni, sed aliquanto diuturnioris vlcis acriorum dolorum premio redimantur. In languida & incerta vocationis breuissimæ, atque vltimæ vita, immanissimis bellis miles atteritur pluribus fortasse annis in laboribus inquietus quam in otio quieturus. Quibus tempestatibus, & procellis quam horribilibus, & tremenda læuitia cæli, & maris impetuum sustinet mercatores, ut diuitias ventosas acquirant maioribus, quam quibus acquisituri sunt, periculis, & tempestatibus plenas? Quos æstus, quæ frigora, quæ pericula ab equis, à fossis, & præcipitiis, à fluminibus, à feris perferunt venatores? Quem laborem esuriendi, & sitiendi, quantas vilitissimi, & sordidissimi cibi, & potus angustias, ut bestiam capiant, & interdum nec ipsius bestie carnes propter quam, & hæc tanta sustinent, epulis necessarias. Quanquam & si aper, ceruicque capiatur, magis suaue sit venantis animo quod captus est, quam comedentis palato quod coctus est, &c. Sed in his omnibus qui hæc non amant, eadem graua pati videntur. Omnia enim scena, & immania profus facilia facit amor. Quanto ergo certius, ac facilius ad veram beatitudinem charitas facit? Quod ad miseriam quantum potuit cupiditas fecit. Quam facile toleratur quælibet aduersitas temporalis, ut æterna pœna vitetur, æterna requies comparetur? Non immerito ille vas electionis cum ingenti læticia dixit, *Romanorum cap. 8.*

curam, non aliter propriam rem augere possent nisi multa terræ, marisque pericula sustinerent. Necessarium enim est, & latronum insidias, & piratarum incursum suffere, & profus omnia cum magna subeunt promptitudine, propter lucri expectationem, nullum capientes tristium sensum. Eodem & nos modo dituitas hic nobis confluentes, & spiritualem cogitantes mercaturam gaudere decet, & exultare, nec quæ videntur, sed quæ videri non possunt considerare.

*Tribulationis tempus est vita presens
non deliciarum.*

104. **I. CORINTH. 9.** *Ita pugno non tanquam ad-* **CREM** *verberans, &c.* **CHRYSOST.** *hom. 67.* *ad popul.* Nullus athleta generosus in stadio balnea querit, aut mensam cibis & vino redundantem. Hoc non est athletæ sed delicari. Athleta namque pugnat puluere, oleo, solis ardore, sudore largo, tribulatione, & angustia. Hoc est certaminis tempus, & pugna: igitur & vulneris & cruoris, & doloris.

Discrimen tribulationis iusti & peccatoris.

105. **AVGVST.** *lib. 1. de Ciuit. cap. 8.* Sicut ab vno **AGNE** aurum rutilat, & palea fumar, & sub eadè tribula stipula comminuantur, frumenta purgantur, nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem preli pondere exprimitur: ita vna eademque vis irruens, bonos probat, purificat, eliquat, malos damnat, vastat, & exterminat. Vnde in eadem afflictione mali Deum detestantur, atque blasphemant, boni autem precantur, & laudant, tantum interest, non qualia, sed qualis quisque patiarur. Nam pari modo exagitatum & exhalat horribiliter cœnum, & suauiter fragrat vnguentum.

In tribulatione lucrum.

106. **SAP. 3.** *Tanquam aurum in fornace, &c.* **AVGVST.** *super Psalm. 61.* Nunquid læcet aurum in fornace aurificis? In monili lucebit, in ornamento lucebit, patiarur tamen fornacem, ut purgatum à sordibus veniat ad lucem. Fornax ista, ibi palea, ibi aurum, ibi ignis, ad hanc stat aurifex. In fornace ardet palea, & purgatur aurum; illa in cineres vertitur, & sordibus illud exurit; fornax mundus, palea iniqui, aurum iusti, ignis tribulatio, aurifex Deus. Quod vult aurifex facio, vbi me ponit tolero, iubeor ego tolerare, nouit ille purgare.

De necessitate tribulationis.

107. **AVGVST.** *super Psalm. 83.* Vna pender in vitibus, & oliua in arboribus: his enim duobus solent torcularia præparari & quandiu pendunt in fructibus suis libero aëre perfuuntur, & nec vna vinum est, nec oliua oleum ante pressuram. Sic sunt homines quos prædestinat Deus ante sæcula, [Conformes fieri imaginis filij,] quem præcipue in passione magnus botrus expressus est. Huiusmodi ergo homines antequam accedant ad seruitutem Dei, fruentur in hoc sæculo tanquam deliciosa libertate: velut vna aut oliuæ pendentes. Sed quoniam dictum est. [Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem.] *Ecclesiast. 2.* Accedens quisque ad seruitutem Dei, ad torcularia se venisse cognoscat. Contribulabitur, conteretur, comprimeretur, non ut in hoc sæculo pereat, sed ut in apothecas Dei defluat. Exiit carnalium desideriorum integumentis quasi vinariis. Hoc enim illi contigit in desiderijs carnalibus.

[Non sunt condignæ passiones, &c.] Et ecce unde il-
lud *Matth. 11.* [Iugum meum suave, & onus meum
leue.] Et si angusta est via paucis eligentibus, facilis
tamen omnibus diligentibus. Dicit Psalmista *Psal. 16.*
[Propter verba laborum tuorum ego custodiui vias
duras.] Sed quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis
mitemiscunt amantibus.

Tribulatio virtutem declarat.

110. **GREGOR.** *lib. 1. Moral. cap. 4.* Sicut vnguenta, ni-
si commota, redolere alius nesciunt, & sic ut
aromata fragrantiam suam non nisi cum incendun-
tur expandunt: ita viri omnes quod virtutibus redo-
lent, in tribulationibus innotescunt. Unde dicitur in
Euangelio, *Luc. 17.* *Si habueritis fidem sicut granum
sinapis, &c.* Nam non contritum, leue est, si vero con-
teratur inardescit, & quod in se acerrimum latebat
ostendit. Sic vir sanctus cum non pulsatur, despici-
lis, ac leuis aspicitur, si qua vero illum tritura per-
secutionis optinat, mox omne quod callidum sapit
ostendit, atque in feruorem virtutis vertitur quidquid
in illo ante despicabile, infirmumque videbatur.

Tribulationis utilitas.

111. **GREGOR.** *homil. 15. de Quadragesima super il-
lud: Exiit qui seminat, &c.* Quantum proficit hic
pati, causa Dei: Vna calcibus tunditur, & in vini sa-
porem liquatur: sic oliua contusionibus expressa a-
murcam suam deserit, & in olei liquorem pingue-
scit. Sic per trituram aræ, à paleis grana separan-
tur, & ad horreum purgata veniunt. Ita quisquis hic
flagellatur, securus ad Deum venit, quippe cuius ru-
biginem ignis tribulationum purgavit. **IDEM** *epi-
stola 27.* Aduersitas magis auget desiderium in Deum.
Sic semina messium gelu cooperta fertilius germinat.
Sic ignis flatu premitur ut crescat.

Tribulationes ferenda.

112. **IDIO TA** *lib. 2. contemplat. cap. 3.* Sicut infirmitas
Iquæ à circumstantium & superiorum corporum
impressionibus infligitur, necessariò radices agit in
homine, ita quod vix aliqua medicina curari possit:
sic necesse est, quod tribulationes quæ à causis su-
perioribus, scilicet à Deo, & à Dei misericordia, &
iustitia & à naturæ necessitate generaliter omnibus
sunt indictæ patiamur, & quod ab ipsis quamdiu vi-
nimus affligamur.

Iustus tribulatur.

113. **IDEM** *ibid. cap. 11.* Egro, de quo desperatur, me-
dicus concedit, ut cuncta quæ concupiscit accipiat:
qui vero sanari posse creditur, eum à multis prohibet.
Ita Deus quem diligit, tribulationibus afficit.

Tribulationis utilitas.

114. **PSALM.** 37. *Sagitta tua infixæ sunt mihi & confrin-
gisti super me manum tuam.* **IDEM** *IDIO TA*
ibid. cap. 16. Sicut sagitta infixæ corpori dolorem in-
fert, & remedium quærere compellit: sic tribulatio,
dolorem affert cordi nostro, & nos mouet, & im-
pellit ut in re alia solatium requiramus scilicet in co-
gitatione boni æterni.

Idem.

115. **IDEM** *ibid. cap. 14.* Sicut in medicamentis illa
communiter sunt vitiosa quæ amara sunt: sic
mundi attritio, correctio, & tribulatio quamuis sen-
sualitati, & carni sit medicina amara, tamen animæ, &
spiritui est vitilis, & proficua, medicinalis, & fructuo-
sa, quia scilicet retrahit hominem à peccato.

De necessitate tribulationis.

IDEM *ibid. cap. 19.* Scriptum est quod in ædificio
itemplii omnes lapides prius malleis rundeantur:
sic & viui lapides qui ponendi sunt in illa caelesti Ie-
rusalem, quæ ædificatur ut ciuitas, variis infortunis,
& concisionibus prius poliuntur. Sicut in horreum
non ponitur granum, nisi tritutum.

Tribulatio iusti, & peccatoris.

IDEM *ibid. cap. 21.* Qui ambulare nõ vult vias duras
tribulationum non est filius Dei, sed seruus. Scri-
bitur namque Ioan. 8. versu 35. *Quod seruus non ma-
net in domo in æternum, filius autem manet.* Nam seruus
offendens Dominum non flagellatur, sed è domo ex-
pellitur, & odio habet Dominum suum, eumque quan-
tum potest fugit: filius autem patrem offendens fla-
gellatur à patre, sed ex domo non expellitur, nec ha-
bet patrem suum odio, nec ab eo fugit, & ideo dicitur
quod filius manet in domo in æternum.

*Quare beati qui persecutionem
patiuntur.*

MATTH. 5. *Beati qui persecutionem patiuntur, &c.* **118.**
GREGOR. **NYSSENSUS**, oratione 8. de bea-
titudinibus. Quis ignorat quanto grauius esse iudice-
tur insidiis petri, quam diligit? Hoc tamen quod mole-
stum esse videtur, sæpe felicitatis causa multis exitit.
Quale de Iosepho scriptura indicat, qui à fratribus in-
sidiis petitus, & illorum conuictu remotus per ven-
ditionem rex eorū designatus est, forsitan ad tantam
dignitatem non progressurus. Quemadmodum igitur,
si quis futuri scientia præditus Iosepho dixisset:
insidiis petitus beatus eris. Prima fronte credibilia dice-
re audienti, & ad id, quod in præsentia acerbum est,
respicienti non videretur. Ita nimirum hic, cum per-
secutio, quæ fideles à tyrannis agitantur, multum iuxta
sensum acerbioribus habeat, efficit ut ab iis qui carni
paulo magis obnoxij sunt, & quæ per res asperas ipsis
proposita regni spes haud facillè admittatur, atque
proberetur; sed Dominus naturæ vitio despecto, præ-
dicat infirmioribus qualis laboriosis certaminis euan-
gelistæ sit, ut spe regni aduersas res facillè vincant.

*Qui persecutionem patiuntur, potius
ledunt quam leduntur.*

MATTH. 16. *Et porta inferi non præualebunt
aduersus eam.* **BASILIVS** *Epistola 11. ad
Nicomopolitanum presbyterum.* Persecutiones perinde
sunt atque grandines, & torrentes, & quæcumque
alia subita sunt, ac temporaria, quæ mollia quidem
facillè lædunt, ac dissipant, à solidis verò & resistentibus
si in illa inciderint magis patiuntur aliquid,
quàm ut illis incommodent. Sic & vehementes illæ
tentationes contra Ecclesiam motæ imbecilliores de-
prehensæ sunt, quàm ut robur fidei, quæ in Chris-
tum est infringent. Itaque quemadmodum vbi
grandinis nubilum præterit, & torrens aluco suo
effluxit, illud in serenitatem dissoluit iste profan-
do absorptus viam qua fluxerat siccam, & aridam
relinquit: ita & tempestas illa, quæ iam nos apprehendit,
paulo post non erit, modo sustineamus non
inspicere præsentia, sed spem in ea extendere, quæ
paulo sunt vltiora.

*In presenti tempore est tribulatio-
nem patiendi.*

2. **AD** *Timoth. cap. 3.* *Omnes qui pie volunt viuere in
Christo persecutionem patiuntur.* **CHRYSOST.**
Homil. 5. ad Hebræos. Nemo fortis athleta in stadio
lauacra

lauacra requirit, & mensam repletam cibus, & vino.
Hoc enim non esset athleta, sed delicati. Athleta nam-
que pugnat cum puluere, cum oleo, cum radio solis,
cum sudoribus multis, tribulationibus, & angustias
certandi hoc est & pugnandi tempus, proinde etiam
vulnera suscipiendi, & sanguinem effundendi.

Virilissima est.

121. **AVGVST.** *in Psalm. 55. in præfatione.* Tenetur
corpus Christi, id est, Ecclesia in torculari, id est,
in pressuris, sed in torculari fructuosa pressura. Vna
in vite pressuram non sentit, integra videtur, sed ni-
hil inde manet, mittitur in torculari, calcatur, premi-
tur, iniuria videtur fieri vix, sed ista iniuria sterilis
non est, imo si nulla iniuria accederet, sterilis re-
maneret.

Qui persecutionem patiuntur, non leduntur.

122. **ACTORVM** 9. *Durum est tibi contra stimulum
calcitrare.* **CHRYSOST.** *Sermon. de Sancto
Spiritu.* Quia non stimulum retundes, sed pedes
recalcitrans lædis vulneribus. Neque fluctus qui sa-
xo illiduntur, amplius aliquid proficiunt, quàm ut se-
metipsos fracti dissoluant, & in spumas extenuati
depereant. Qui iustum hominem impugnatæ velit,
tale est, ac si cælo bellum mediteretur.

*Vexamur afflictionibus propter pec-
cata nostra.*

123. **GREGORIVS NYSSENSUS**, *in mystica Mo-
saica vita enarratione.* Quemadmodum si prauis
ac perniciosi humores in præcordiis, ac intestinis la-
teant, non accusatur medicus quod eos ipse fecerit,
si arte eos in cute ut appareant traxerit, sed efficit
quidem illos inordinata diæta, traxit in manifestius
non imperitus medicus. Sic enim cum dolores ac
cruciatibus hominibus à Deo factos audimus, intelli-
gere decet à nobis ipsis initia, & causas earum vexa-
tionum fuisse.

*In afflictionibus ad sanctos recurrentes mar-
tyres quibus similes efficitur.*

114. **CHRYSOST.** *Oratione 5. aduersus Iudæos.*
Si tu famulum tuum flagris cecideris, & ille tri-
ginta, aut quinquaginta plagis acceptis illico prouo-
cer ad libertatem, aut deserat tuum Dominum, & ad
alios quospiam se conferat qui te oderint, eosque in
te concitet, dic mihi num is abs te veniam impetra-
turus sit? An quisquam pro illo poterit esse patro-
nus? Nequaquam. Cur ita tandem? Quoniam offi-
cium est heri punire talem famulum non ob id tan-
tum, verum etiam ob hoc, quod si fugiendum erat,
non ad hostes, & osiores Domini prioris oportebat
fugere, sed ad amicos & cognatos. Proinde tu quo-
que si videris puniri à Deo, ne profugas ad inimicos
Iudæos, ne magis etiam illum in te pronoces, sed ad
amicos illius martyres, ac sanctos, qui illi placuerunt,
quique multam apud illum habet auctoritatem. Sed
quid loquor de famulis, & heris? Filius non poterit
hoc facere, nec abnegare cognationem quam habet
cum patre. Nam & naturæ leges, & leges ab homi-
nibus institutæ sic præscribunt; etiam si flagris ca-
dat pater, si à mensa depellat, si ædibus exeat, si
quocumque modo puniat iubent omnia fortiter per-
peti, nec vllam illi veniam concedunt nisi paruerit
peruleritque, etiam si filius cæsus innumeras que-
rimonas deplorans proferat. Hæc verba audit ab
omnibus. Pater est qui cecidit, ac Dominus, habet-
que potestatem in te, quod vult faciendi, & oportet

omnia placidè ferre; ergo famuli quidem ferunt do-
minos, filij parentes frequenter, & præter æquum
punientes. Tu verò non sustines Deum te corri-
pientem, qui plus habet in te iuris, vixit te Do-
minus, qui plus te diligit quàm pater, quique nihil
per iracundiam, sed omnia facit in tuam volunta-
tem. Sed si leuis aliquis morbus acciderit, illico resi-
liens ab illius dominio ad dæmones accurris, & ad
Synagogas confugis; & quam tandem post hæc veni-
am consequeris? Quemadmodum enim postquam
repperis incantationem, sanusque factus fueris, mi-
serius affectus es his qui febri laborant, dum recum
reputas peccati magnitudinem, sic tamen quoque,
etiam si fabriciteris, innumeræque patiaris mala, repul-
sis impiis illis, quousis sano melius affectus eris,
animo gestiente præ gaudio conscientia, ac laudan-
te te, probanteque, & dicente: euge euge, heus ho-
mo Christi, seruus fidelis, vir athleta pietatis, qui
malueris molestus immori, quàm deferere tuam pie-
tatem, proximo secundum martyres loco stabis, illa
die. Quemadmodum enim illi præoptarunt cædi
flagris, torquerique ut ad honorem peruenirent: ita tu
quoque hodie præoptasti flagellari, torquerique à
febri vulneribusque, ne abiiceres pietatem, non in-
cantamentis, non applicaturis, atque spebus istius-
modi ineluctas, neque sensu prementium dolo-
rum deiectus.

*Propter peccatum necis Christi, calamita-
tem grauissimam Ierosolymita-
ni passi sunt.*

LV c. 23. *Si in viridi ligno hoc faciunt in arido quid
115.* **ISIDORVS CLARIVS**, *Oratione 4. Tom. 1.*
Accepta est similitudo à lignorum combustionem qua-
dam humida sunt, difficilius ardent, quod si ignis in
humidis, ac viridibus vim habet, multo profectò magis
in arida sæuier. Sic si aduersus innocentissimum,
in quem pœnæ vim nullam habere debuerant tam
crudeliter sæuier, quid his fiet qui tanquam ligna
arida apta incendio sunt? Quod exemplum nobis
vehementer est metuendum. Nec mirum cuidam
videatur quod sum dicitur, sed loco admirationis, ve-
lim ut formidetis. Vereor enim ne quæd graves pœ-
næ nes maneant, quamquam illæ fuerunt supra quam
dici possit grauissimæ. Nam ut cætera taceam quæ
Iudæis acciderunt, tam ingens fames Ierosolymam
inuasit, ut certasse inter se armis domestici dicantur.
Si quid eluculentè temerè ad manus venisset, filij
ex ore parentum rapere, nec fratrem fratris mife-
reri, nec sororis sororem. Multi bubulam suam
mandere coacti sunt. Alij cloacas rimati, cibosque
inde obscenos sibi quærere. Coria scutis detracta, &
calceorum aluta fuit multis cibus, fœnique lacerata
menta quibusdam victui fuere. Quare perit in-
terim tanta vis mortalium inedia, ut Annius Eleazari fi-
lius qui medio tempore obsidionis ad Titum trans-
fugit, centum quinquaginta millia cadauerum in vix
elata dixerit. Feruenteque defuncta tali, aut simili
clade ad sexcenta hominum millia Romanis Iero-
solymæ affidentibus. Ita vos terreat? Sed audite
cur dixerim metuere me ne eadem clades nos ma-
near: si hi quorum maxima pars ignorabat verita-
tem rei, & ob ignorantiam potius quàm ob mali-
tiam peccauerunt, necem Domini postulantem tam
crudeliter fuerunt tractati, quid nos mereamur qui
cum agnoscamus, tam iniurij in Christum sumus, &
quotidianis probris illum afficimus?

*Apostoli gaudentes in tribulationibus. Vide, Apo-
stoli, numer. 32.*

TRINITAS
Beatissima.

A tota Trinitate Maria preparata. Vide Maria, num. 15. 72.
Trinitatem substantia, & trinitatem personarum in primo verbo ostendit Moyses. 1.
Tota Trinitas in creatione ostenditur. 2. 3. 4.
In hominis creatione Trinitas ostenditur. 5. 6. 8.
Filius imago Patris, non Spiritus sanctus, qui similitudo utriusque dicitur. 7.
Sicut de Patre filius sic de Adam Eva. 9.
Trinitatis fides fundamentum omnium. 10. 30.
Omnes tres personae Trinitatis, aequales. 11. 33. 43. 44.
Figure Trinitatis. 12. 13. 14. 17. 23. 25.
Trinitatis mysterium ultra omnem naturalem cognitionem. 15. 29.
Tota Trinitas, incarnationem operata. 16. 35. 47.
Trinitatis mysterium quibus reuelatur. 18.
Trinitatis mysterium insinuat. 19. 20. 21. 24. 26. 27. 28. 34.
Predicator Trinitatis Christus Dominus. 22.
Deus quod sit vnus, ostenditur manifeste. 3. 13. 21.
Deus est trinus. 32. 44. 45. 46.
Spiritus sanctus a nullo Philosopho est cognitus. 29.
Spiritus sanctus a Patre, Filioque procedit. 36.
Tota Trinitas in iusto requiescit. 37. 40.
Trinitatis mysterium imperfecte cognoscimus. 38.
Triplex sacrificium Trinitati offerendum. 39.
Carnales iniuriam faciunt toti Trinitati. 41.
Trinitatis mysterium non curiose scrutandum. 42.
Trinitatis similitudines. 4. 3. 44. 45. 46. 49. 50.
Trinitatis opera indiuisa. 48.
Vna substantia in Trinitate personarum. 49. 50. 52. 61.
Vna eademque sapientia in tribus personis. 51.
Filius a patre procedens comparatur aliquibus rebus. 53. 54. 56.
Solus, & vnus Deus in Trinitate personarum. 55.
Trium personarum incommunicabilitas. 57.
Tres personae in vna substantia. 58. 62.
Filius a patre procedit per generationem. 59. 60.
Sola secunda persona incarnata. 61.
Trinitatis Theologiam Deus ipse docuit homines. Vide, Amor Dei erga hominem, num. 6.
Vnaquaeque persona Trinitatis circa homines munus suscepit. Vide, Amor Dei erga homines, num. 24.
Trinitatem substantiae, & Trinitatem personarum in primo verbo ostendit Moyses.

GENES. I. *In principio creauit Deus, &c.* LIPOMANVS. Alia litera habet. [Creauit dij,] cui fauet Chaldaica scriptura, simul & Hebraica. Nam in Hebraeo habet. [Creauit Heloim,] id est, dij in plurali. Vt in verbo singulari, creauit, ostendat vnitatem diuinam substantiae, & essentiae, in plurali autem nomine plu-

ralitatem trium personarum diuinarum. Tam manifestum autem Indae offendiculum in exordio legis Dei a Moysse minime poneretur quando summi boni vnitas maxime commendanda erat, nisi in simplicissima vnitate diuinitatis, & vnus Dei, necessario etiam credenda fuisset pluralitas aliqua non Deitatis, sed personarum, quatum vna Pater, secunda Verbum, tertia, Spiritus sanctus, vnus tamen essentialiter Deus. Liber autem iste, *creatio, vel, generatio*, intulatur, quia Hebraei, vt dicit Hieronymus, habent hanc consuetudinem vt voluminibus, ex principis eorum nomina imponant. Appellatur autem *Genesis*, non solum vt alij dicunt, quia generationem omnium rerum contineat, sed quia vitamque Christi generationem narret, *Diminuitas*, nempe in eo quod dicit. [In principio creauit Deus,] *humanitatis* autem in eo quo ad Abraham dicit. [In semine tuo benedicentur omnes gentes.]

Tota Trinitas in creatione ostenditur.

GENES. I. *Et spiritus Domini ferebatur super aquas.* 2. **A**M BROS. Quia per ipsum habebat nouorum partium semina germinare, vnde *Psal. 103.* [Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrae.] Vnde etiam in Symbolo, *viuificans*, dicitur. Item, *Psal. 32.* [Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.] Ex quo colligimus totam sanctissimam Trinitatem creationis operi concurrisse. [In principio enim, id est, in Filio, creauit Deus Pater caelum, & terram, & spiritus Dei ferebatur super aquas,] id est, viuificabat aquas. **CYRILLVS.** Viuificabat omnia Spiritus Dei cum & ipse natura vita sit, vt pote a vita, hoc est, a Deo patre, & filio procedens.

Idem.

GENES. I. *Vidit Deus lucem quod esset bona, &c.* 3. **T**HOMAS. *part. 9. q. 74. art. 3. ad 3.* Sicut in opere creationis Trinitas personarum insinuat, persona Patris per *Deum creatorem*, persona Filij per *principium*, in quo creauit, persona Spiritus sancti in eo quod *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Ita & in opere formationis, persona Patris in Deo dicente, persona Filij in verbo quo dicitur, persona Spiritus sancti in complacentia qua vidit Deus esse bonum quod factum est.

Idem.

GENES. I. *Et vidit Deus quod esset bonum.* R. V. P. **R**VPERTVS. Notet auditor Trinitatis tribus partibus, scilicet caelo, terra, & mari mundum consistere, & explicitum esse tertia die, opportunaeque Deum dixisse, *quia vidit quod esset bonum*, ad denotandum summum bonum nostrum consistere in beatifica Trinitate qui vnus Deus est.

In hominis creatione Trinitatis mysterium subindicatur.

GENES. I. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Vide, *Grantudo*, num. 2. **CYRILLVS.** **T**H E O D O R E T V S. Vniuersorum Deus, singulari numero loqui consuevit, raro tamen pluraliter, Trinitatis mysterium ostendere volens. Vnde Propheta dicendo, *Dixitque Deus*, communicationem diuinam naturae expressit. Subiiciens vero, *Faciamus*, trium personarum numerum indicauit: ac rursus, *imaginem*, singulari numero dicens, diuinarum personarum eandem esse naturam ostendit, *nostram*, vero pluraliter nominans personatum numerum insinuaui. **I**V N I L I V S. Antea non est vsus hoc loquendi

quendi modo, quia non erat qui disceret, & ideo in profundo fuit abdita praedicationis Deitatis: vbi vero coepit hominis expectati creatio, reuelatur fides, & euidenter doctrina veritatis emicuit: **T**H E O D O R E T V S. Personarum numerum subindicauit, vt homo, qui Deum creatorem suum in terra laudaturus esset, Theologiam in aenigmate disceret.

Idem.

IBIDEM **A**M BROS. *Libr. de dignitate humana conditionis.* Haec imago ex interioris hominis nobilitate consideranda est. Primum quidem, quod sicut Deus vnus semper vbique totus est, omnia viuificans, mouens & gubernans, sicut Apostolus *Act. 17.* confirmat, [quod in eo viuimus, mouemur & sumus.] Sic anima in suo corpore vbique tota viget, viuificans illud, mouens, & gubernans, tam in minimis membris quam in maximis tota. Haec est imago vnitatis Dei, est & imago Trinitatis tam in eo quod sicut Deus est, viuus, & sapiens, ita anima secundum suum modum est, viuus, & sapiens, quam etiam quia sicut Deus vna natura, tres tamen personae Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, &c. Vide, *Amor hominis erga Deum*, nam, **A**V G V S T I N V S. & hoc est lumen de quo psalmista gloriatur dicens. [Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.]

Filius imago Patris, non Spiritus sanctus qui similitudo utriusque dicitur.

IBID. **R**V P E R T V S. Non dicit, *Faciamus hominem ad similitudinem & imaginem nostram*, sed ad imaginem & similitudinem; Imago enim & similitudo in hoc differunt, quod imago vnus est, similitudo autem non minus quam duorum similitudo est. Filius Dei est imago Patris: sanctus autem Spiritus similitudo Patris & Filij est; communis enim bonitas, siue charitas est Patris & filij: filius namque sicut non est filius Patris & Spiritus sancti simul: sic nec est imago Patris & Spiritus sancti simul, sed solius Patris imago est, & Spiritus sanctus, sicut Patris & filij communis dilectio est, sic & eorumdem communis similitudo est. idem ergo est, [faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram,] ac faciamus hominem, qui trinae operationis nostrae, in semetipso habeat euidentiam.

Anima hominis imago Trinitatis.

IBID. **B**E R N A R D. *Libr. de Meditatione, capit. 1.* Mens nostra imago Dei est, in qua sunt haec tria, memoria, intelligentia, & voluntas. Memoriae attribuimus omne quod scimus, intelligentiae omne quod verum inuenimus; voluntati omne quod amamus. Per memoriam patri similes sumus, per intelligentiam filio, per voluntatem Spiritui sancto.

Sicut de patre filius, sic de Adam Eva.

GENES. 5. *Ad similitudinem Dei fecit illum.* **A**V G V S T I N V S. Vnus vnus fecit, & sicut ab vno Deo sunt omnia: ita & ab vno homine omne genus humanum. Similitudo haec est vt quemadmodum de patre filius est, sic & de viro mulier, vt vnus principij authoritas conferretur. Sed filius ineffabiliter, & incomprehensibiliter natus est de Deo patre: mulier autem corporaliter facta est de viro.

Trinitatis fides fundamentum omnium.

GENES. 8. *Edificauit autem Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundum obtulit holocausta super altare.* **E**V C H E R I V S. *Mystice.* Constructio altaris per Noe facta sanctae

Trinitatis confessio intelligenda est, de qua Dominus Apostolis, *Matth. ultimo.* [Ite docete omnes gentes baptizantes eos, in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti.] Super hoc altare fidei oblationes sunt sanctae, & Deo placentes, & rationale obsequium nostrum. Per pecus mundum, illi significati sunt qui simpliciter viuunt in Ecclesia, sensumque retinent innocentiae, nec habent morsum malitiae. Porro per aem mundam illi intelliguntur, qui in lege Domini meditantur die ac nocte, qui possunt dicere cum Apostolo. [Nostra autem conuersatio in caelis est.] Vtrique postmodum offerendi super altare fidei Deo patri, mortificati quidem carne, viuificati autem spiritu. Vide, *Fides*, num. 9. **E**X G R E G O R.

Omnes tres personae Trinitatis pares.

GENES. 11. *Venite igitur descendamus & confundamus, &c.* **A**V G V S T. *Lib. 16. de ciuit. cap. 5.* Angelis intelligitur hoc dictum, &c. Vide *Angelus*, num. 13. Potest etiam hic tota Trinitas intelligi tanquam pater dixerit ad filium, & Spiritum sanctum. *Venite descendamus, &c.* **C**H R Y S O S T. Ceu ad honore pares. **G**L O S S A **G**R A C A. Ad filium, & ad Spiritum sanctum dixit Pater. Nec enim angeli conditores sunt. Descendit ergo Deus vt illorum lingua cofunderet, & cofundendo humanum genus toto orbe terrarum disseminaret. Descendit filius & hominem induit, vt homines ad similitudinem Dei congregaret. Descendit Spiritus sanctus vt homines eodem ore, eadem sententia, vnum, eundemque Deum confiterentur. Indicum ergo malitiae istorum fuit linguarum confusio vt e contrario indicium virtutis credentium sit cor vnum, & anima vna, **R**V P E R T V S. Non Angelorum multitudinem ad auxilium cohortatur, sed ad tollendam superbiam se adesse testatur tota Trinitas vnus Deus. Quod ex proposito remedio magis liquet. Vbi enim in ore Apostolorum omnia reuocantur genera linguarum, eadem Trinitas sese aperit hominibus, & ea die primum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti humiles homines baptizantur quae vera structura est altissimae turris qua in caelum fugiat homo Deo conreggaturus.

Figura Trinitatis.

GENES. 11. *Sume mibi vaccam triennem & capram trimam, & arietem annorum trium, iumentum quoque, & columbam.* **R**V P E R T V S. Trium annorum erant animalia, quia patres primi per quos inuocatum est nomen Domini super illos, tres numero sunt a quibus denominationem suscipere Dominus Deus dignatus est, vt diceretur, *Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob.* Sub istis namque nominibus Trinitas vnus Deus saeculis illis praedicari voluit, quia nondum capere possent homines manifesta nomina eiusdem Trinitatis, id est, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. **A**V G V S T. *Sermone de Quinquagesima.* Omnes gentes quae in Christum credunt, & crediturae sunt filij sunt Abraham, imitando fidem non nascendo per carnem. Animalia autem illa & aues, figuram omnium gentium praetulerunt; dicta sunt autem trium annorum, quia omnes gentes in Trinitatis mysterium erant crediturae. Quia autem cum carnalibus sunt etiam spirituales, ideo turtur & columba sunt additae, quia Ecclesia, non solum habet spirituales, sed etiam carnales: quamuis enim in trinitatem se credere dicant nonnulli, carnales tamen sunt, quia crimina & peccata vitare distimulant, &c. **L**I P O M A N V S. Sunt autem omnia ista animalia trium annorum, quia in Christi nomine tota sanctissima Trinitas continetur, videlicet Pater vngens, Filius vnctus, Spiritus sanctus vnctio.

Idem.

Idem.

13. **GENES. 18.** *Apparuit autem ei Dominus, &c. Cumque eleuasset oculos apparuerunt ei tres uirī stantes prope eum.* AMBROS. Vide primum fidei mysterium. Deus illi apparuit, & tres respexit, ubi Deus refulsit in Trinitate. Non sine filio patrem suscipit, nec sine Spiritu sancto Filium conficitur. CYRILLVS. Tres Angelos vidit Abraham in figuram Trinitatis, duos autem Loth, ut ostenderetur ordo filij ad Spiritum sanctum. E V S E B I V S. Abraham Deum excepit hospitio sub Angelorum numero, & habitu uirorum. Tres enim Angeli, tres diuinitatis personas significant. A V G V S T. 16. *de ciuit. cap. 29.* Hoc dubitandum non est Angelos fuisse, quamuis quidam existiment unum in eis fuisse Dominum Christum. Sed multo credibilis est quod & Abraham in tribus, & Loth in duobus uiris Dominum agnoscebant, cui per singularem numerum loquebantur etiam cum eos homines esse arbitrarentur. Nec enim aliam ob causam, sic eos susceperunt, ut tamquam mortalibus, & humana refectione indigentibus ministrarent. Sed erat profecto aliquid, quo ita excellabant ut in eis esse Dominum, sicut esse assoler in Prophetis, hi, qui hospitalitatem illis exhibebant, dubitare non possent. Atque ideo eos aliquando pluraliter ut Dominos, aliquando singulariter, ut in eis Dominum appellabant.

Idem.

14. **IBID.** *Quos cum uidisset, &c. adorauit in terram dicens: Domine si inueni gratiam, &c.* A V G V S. Abraham tribus occurrit, & unum adorat, trina unitas & una Trinitas. In eo quod tres uidit Trinitatis mysterium intellexit; quod autem quasi unum adorauit, in tribus personis, unum Deum esse cognouit. AMBROS. Tres uidit, & unum Deum appellat, ipsius solius se seruum faceret. E V C H E R I V S. Quod tres uidens unum adorauit, ostendit illum unum saluatorem esse, cuius iam aduentum est prelo latus. Vidit & ipse Dominus: [Abraham parer vester exultauit ut videret diem mentis, vidit, & gaudis est. A V G V S T. In quæstionibus super Genes.] Forte intelligebat unum ex eis Dominum, & alios Angelos. C H R Y S O S T. Fortassis vnus gloriosior cæteris apparebat, ad quem exhortationem suam commertit. G R E G O R. *Homil. 18. super Euangelia.* Tunc diem Domini Abraham vidit, cum in figura summæ Trinitatis tres Angelos hospitio recepit, & sic tribus quasi vni locutus est. Quia & si in personis numerus Trinitatis est, in natura unitas diuinitatis est.

Trinitatis mysterium ultra omnem naturalem cognitionem.

15. **IBID.** GREGOR. 9. *Moral. cap. 51.* Bene cum Abraham tribus Angelis occurrisse memoratur. venientibus, extra ostium tabernaculi obuiauit. Quia videlicet vir, ac Dominus domus spiritualis, noster scilicet intellectus debet in cognitione Trinitatis claustra carnis excedere, & quasi habitationis infirma ianuam exire.

Tota Trinitas, incarnationem operata.

16. **IBID.** R V P E R T V S. Apte ubi nasciturus erat Isaac Trinitatis mysterium reuelatur: quia ubi Christus nascitur eiusdem incarnationem presentia sua, maiestatis tota Trinitas in hospitio virginis ventris operatur, & exinde nomen eiusdem Trinitatis toto mundo publica prædicatione declaratur.

Trinitatis figura.

GENES. 18. *Accelera, vna jara simile commisce.* AMBROS. Sara vnus dimidat tres mensuras faciens, typum Ecclesiæ habet cui dicitur. [Latere sterilitis quæ non parit, &c.] Hæc enim quæ intimissimam spiritui sonet, eiusdem diuinitatis asserens Trinitatem, pari quadam mensura, ac reuerentia Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum adorans, maiestatis vnitatem concelebrans, personarumque proprietatem distinguens, hac fidei assertionem deuotionem tuam conspergit.

Trinitatis mysterium quibus reuelatur.

GENES. 19. *Veneruntque duo Angeli Sodomam vespere.* R V P E R T V S. Non tres, sed duo tantum Angeli venerunt Sodomam quia cordibus impiorum non reuelatur Trinitatis mysterium; verumtamen Dei filius inter peccatores super terram visus est; & cum hominibus impiis conuersatus est; & Spiritus sanctus visibilis specie apud eosdem apparuit primum in specie columbæ super Dominum: deinde in specie ignis super discipulos. Duæ ergo personæ Filij, & Spiritus sancti hominibus innotuerunt etiam peccatoribus, ut inexcusabiles sint, non autem tota Trinitas. AMBROS. Idem ipsi qui ad Abraham simul cum Domino venerant Sodomam petierunt, ut accerterent crimen eorum: quia quos iustus honorauerat, his iracunde sacrilegio impij vim conantur inferre item nota quod ubi gratia largienda est, Christus adest, ubi exercenda seueritas soli adfuit ministris; deest Iesus. *Vide Deus, num. 69.*

Mysterium Trinitatis insinuat.

GENES. 19. *Igitur Dominus pluit super Sodomam, &c. ignem à Domino de celo.* CAIETANVS. A Domino, & de celo, dicitur pluisse ad differentiam naturalium causarum naturali ordine concurrentium ad generandum sulphur, & ignem. Miraculum enim operatus est Dominus ut puniret iniquos à celo, id est, à superiore aere. CYRILLVS. Dominus à Domino, id est, filius à patre, iuxta illud. [Dixit Dominus Domino meo.] & illud. [Sedes tua Deus in sæculum, propterea vnxit te Deus tuus.] Ex huiusmodi enim locis colligitur trinitas personarum in veteri testamento.

Idem.

GENES. 22. *Dio autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul.* AMBROS. Salutaris hic etiam trium dierum numerus, & conueniens sacrificaturis. Vnde & Moyles ad Pharaonem, [viam trium dierum ibimus, & immolabimus Deo nostro.] & recte tertio die celebratur Trinitatis sacrificium.

Idem.

IDEM IBID. *Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum, ipse vero portabat in manibus ignem, &c.* ORIG. AMBROS. CHRYSTOST. & alij. Abraham comitabatur filium, pater Christum. Nec Isaac solus, nec Iesus solus. Ipse enim ait [Non sum solus quia pater mecum est.] Abraham portabat ignem per quem Spiritus sanctus intelligitur, per quem semetipsum Dei filius obtulit, testante Apostolo. [Sanguis Christi qui per Spiritum sanctum, semetipsum obtulit Deo, emundabit conscientiam nostram, &c.] Sicut ergo filius per Spiritum sanctum se ipsum obtulit, sic & pater per eundem Spiritum proprium filium suum pro nobis obtulit. Vnde in Euangelio. [Sic Deus dilexit mundum ut Filium

Filium suum vnigenitum daret.] Sic dilexit, id est, Spiritu charitatis.

Prædicator Trinitatis Christus Dominus.

22. **GENES. 16.** *Tertium puteum fodit Isaac & appellauit nos Dominus, &c.* ORIG. Vere enim dilatatus est Christus, & auctum est nomen eius super vniuersam terram cum adimpleuit in nobis scientiam Trinitatis. Nam antea tantum in [Iudæa notus erat Deus, & in Israël sanctum nomen eius.] Postea autem [in omnem terram exiit sonus eorum, &c.] Ait enim seruis suis Apostolis: [Euntes in vniuersum mundum prædicate, &c. baptizates eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,] id est, aquam viuam omnibus ostendite.

Trinitatis figura.

23. **GENES. 30.** *Tollens igitur Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas & ex platano, &c.* AMBROS. *Lib. de Iacob, & vita beata.* Iacob potaturis ouibus virgam storacinam, (secundum aliam literam) [& nucinam, & de platano] proposuit, quo concupiscentes beatissimæ Trinitatis præfigurata mysteria haud quaquam decolores fœtus pia mentis conceptione formarent. Bonæ oues, quæ honorum partus operum fidei sacræ non degeneres ediderunt. Per storacem, significatur incensum & sacrificium vespertinum quod Deo Patri defertur in Palmo. Per nucinam, seu amygdalinam virgam, sacerdotale munus Christo defertur. Hæc enim virga Aaron, quæ reposita floruit, qua sacerdotalis gratia significationis emicuit. Per Platannum, Spiritus sanctus significatur vbertas. His itaque diues factus est valde, bonum gregem nutrens Christo quem fidei titulo & variarum virtutum nobilitabat in signibus.

Trinitas insinuat.

24. **GENES. 35.** *Locutus est Deus. Fac altare Deo.* HILARIVS. Deus honorem Deo postulat, & postulat cum alterius significatione personæ, dicens. [Qui apparuit tibi cum fugeres Esau, ne qua personæ eiusdem confusio nasceretur.] & supra de Trinitate. Per Deum filium, ad Deum patrem habemus adiutum, & sicut non potest Deus, nisi per Deum intelligi: ita nec honorem Deus à nobis nisi per Deum accipit. A V G V S T. Fortè filius ibi apparuit, & Deus Pater hoc dicit. L I P O M A N V S. Vel filius, & verbum Dei iubet, Deo Patri altare construi.

Idem.

25. **GENES. 45.** *Benjamin verò dedit trecentos argenteos.* INTERL. Vel trecenti argentei dati Benjamin, scientiam Trinitatis significant quæ per, Thau, literam præsentatur.

Idem.

GENES. 48. *Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, Deus qui pascit me, &c.* Angelus qui eruit me de cunctis malis. L I P O M A N V S. Ex Hebræo proprius reddi potest. [Angelus redimens.] Quo loquendi modo clarissime filius Dei, mundi generalis redemptor denotatur: & si diligenter aduertis, tacite Propheta Domini sanctissimam inuocat Trinitatem, Patrem scilicet, & Spiritum sanctum sub nomine Dei bis repetito, vnigenitum verò Dei Filium, sub nomine Angeli.

Idem.

26. **EXO D. 3.** *Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob.* BASILIVS. Cum articuli additione

dicitur est, ut vnus cuiusque personæ diuisionem declararet. S E V E R V S. Trium tantum iustorum se Deum esse faretur ut sanctissimam Trinitatem inueneret, idque ita esse articuli additio ter repetita manifestissime declarat. Nam cum nominum vnitatem præmississet, scilicet qui est Dominus & Deus, statim trium personarum significantiam subiunxit. Qui est enim & de Patre, & Filio & de Spiritu sancto æquè dicitur. Eadem ratione Dominus, & Pater, & Filius & Spiritus sanctus dicuntur esse. Similiter Dei nomen Patri, & Filio, & Spiritui sancto ascribitur.

Idem.

EXO D. 3. *Et camus viam trium dierum.* AMBROS. *Lib. de Abraham patriarcha.* Salutaris quoque is numerus & conueniens sacrificaturis. Rectè enim trino die celebratur Trinitatis sacrificium. A V G V S T. *Sermone 90. de tempore.* Tres etiam dies non incongruè possumus dicere Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum; quia & Pater dies est, & Filius dies est, & Spiritus sanctus dies est, & hi tres vnus dies.

Tertia persona Trinitatis, Spiritus sanctus scilicet, non est agnitus à Philosophis.

EXO D. 8. *Digitus Dei est hic.* H I E R O N Y M. *super Math. cap. 12.* Spiritus sanctus est digitus quem confitentur Magi, qui contra Moysem, & Aaron signa faciebant. Isto digito tabulæ lapideæ scriptæ sunt in monte Sina. Si igitur manus, & brachium, Dei filius est, & digitus eius Spiritus sanctus, Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna substantia est. Non autem te scandalizet membrorum inæqualitas, cum ædificet unitas corporis. S T R A B V S. Per digitum Spiritus sanctus intelligitur, non quia minor sit Patre, & Filio, sed quia in digito, plurimæ diuisiones sunt, & per Spiritum sanctum datur diuisio gratiarum. A V G V S T. *quest. 15. super Exod.* Cur autem in tertia ista plaga magis Magi defecerunt quam in prima vel secunda. Fortasse, quia commendatur Trinitas. Quia scilicet, summi Philosophi gentium quantum in eorum libris indagatur sine Spiritu sancto philosophari sunt quamuis de Patre, & Filio non tacuerunt. Quod etiam D I D A C H V S, in libro suo meminit quem scripsit de Spiritu sancto. D. T H O M. *super cap. 1. Epistole ad Rom. lect. 6.* In tertio signo, defecerunt Magi, id est, Philosophi, quia non posuerunt aliquid respondere Spiritui sancto, sicut posuerunt aliquid respondere Patri, scilicet ipsum primum principium & aliquid respondere filio, scilicet primam mentem creatam quam vocabant primum intellectum, ut Macrobius dicit in libro super somnium Scipionis. S T R A B V S. In tertio signo victi sunt Magi, quia omnis perfidia & humana sapientia fide Trinitatis vincitur. Cum enim Philosophiam inuenerint, & de machina totius mundi disputauerint, ad cognitionem Trinitatis peruenire nequiverunt. Vide etiam, Spiritus sanctus, numero 15. ex AMBROSIO.

In fide Trinitatis ambulandum.

EXO D. 15. *Ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam.* ISIDORVS, & INTERL. Ideo tribus diebus ambulauit; quia in fide, & cognitione Trinitatis, fidelibus ambulandum est. Ducitur autem post maris transitum populus per desertum; quia baptizati omnes per mundum, non perfruentes promissa patria, sed per patientiam expectando tamquam in deserto sunt.

Deus

Deus vnus, & trinus est.

31. **E**X O D. 20. *Ego sum Dominus Deus tuus, &c.* CYPRIANVS lib. de exhortatione mar. viij. c. 2. Quod Deus solus colendus sit ostenditur in Deut. cap. 6. [Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.] & cap. 32. [Videte, quia ego sum Deus, & non est Deus præter me.] & Apoc. cap. 14. [Timeate Deum & date illi claritatem, &c. & adorete eum qui fecit caelum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.] & Dominus. Marth. 22. [Audi Israël Dominus Deus tuus vnus est & diliges Dominum Deum tuum.] & Ioan. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum verum Deum.] Hæc ille. Deuter. 6. *Audi Israël Dominus Deus tuus vnus est.* INTERL. In maiestate, trin is in personis. Nec habet diuisionem, nec recipit solitudinem. DAMASCENVS lib. 1. de orthodoxa fide, cap. 5. 6. 7. & 8. Vnum Deum esse, & non multos ab his quibus diuina persuaserunt eloquia nequaquam ambigi potest. Nam & Dominus dicit in principio legis. [Non erunt tibi dii alij præter me,] & per Isai. cap. 44. [Præter me non est alius, &c.] Verum aduersus eos qui diuinæ scripturæ non credunt, sic differimus. Deus secundum omnia perfectus est. Secundum bonitatem, sapientiam, virtutem, &c. Si igitur multos asserimus Deos, & in multis differentiam contemplari oportet. Nam si nulla in ipsis differentia, vnus potius erit, & non multi; si autem differentia in ipsis vbi perfectio? Nam si secundum bonitatem siue secundum virtutem, &c. vnus subeat discrimen à perfecto descendit, non itaque erit Deus. Sin verò per omnia fuerit identitas, vnum potius ostendet, & non multos. Secundo quomodo etiam si multi in scripturis erunt? Quandoque vbi cumque fuerit vnus nequaquam erit alter. Tertio quo pacto etiam ab huiusmodi multis gubernabitur mundus & non dissoluetur, ac corrumpetur attentra in his ipsis gubernationibus pugna? Differentia enim contrarietatem inducit. Si enim dixerit quisquam, quia quisquã parti principabitur mundi, quid id ipsum est, quod ordinat, & hanc illis distributionem efficit? Illud sane erit valentiori iure Deus. Vnus ergo perfectus Deus est in circumscriptione, vniuersi factus, & gubernator, super perfectus, & antep perfectus. Vide etiam in hoc eodem loco plura de necessitate trium personarum in Deo.

Idem.

32. **I**BIDEM BERNARD. Lib. 5. de consideratione. Multa dicuntur esse in Deo, & quidem sanè, & catholicè, sed multa. Vnum est autem Deus vnus, & quomodo aliud nihil si dici posset vniuersum est. Vnus est Sol quod non sit alter, vna Luna quod æquè altera non sit. Atque id quidem Deus, sed plus; Quid plus? Vnus etiam sibi, hoc est, idem est semper & vno modo, nõ sic vnus Sol, non sic vna Luna. Clamat vterque non esse se vnum sibi, ille motibus, illa & defectibus suis. Deus autem, non modo vnus sibi, & in se vnus est. Nihil in se nisi se habet. Non ex tempore alterationem habet, non in substantia alteritatem. Hinc de eo Boëtius. Hoc verè vnum, in quo nullus est numerus, nullum in eo aliud præter id quod est. Compara huic vni omne quod vnum dici potest & vnum non erit. Trinitas est tamen Deus. Quid ergo destruius quod dictum est de vnitatem, quia inducimus Trinitatem? Non, sed statuius vnitatem. Dicimus patrem, dicimus filium, dicimus Spiritum sanctum, non tamen tres Deos, sed vnum. Substantia vna est, personæ tres sunt. Quid mirum, quid vel obsecrum in hoc? Nihil personæ seorsum à substantia

cogitentur. Personarum proprietates non aliud quàm personas, ipsasque non aliud quàm vnum Deum, vnam diuinam substantiam, vnam diuinam naturam, vnam diuinam, & summam maiestatem fides catholica confitetur. Quærit quis quomodo hoc possit esse? Sufficiat ei tenere sic esse, atque hoc non rationi perspicuum, nec tamen opinioni ambiguum, sed fidei persuasum. Sacramentum hoc magnum est, & quidem venerandum non scrutandum. Nam scrutari illud, temeritas est, credere pietas est, nosse vita, & vita æterna est.

Persona tres æquales.

33. **E**X O D. 20. *Non ascende per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudinis tua.* INTERL. Qui gradus in Trinitate facimus, & maiorem patrem, minorem filium, minimum Spiritum sanctum docent, hi per gradus ad altare Domini ascendunt, quod Deo maxime abominabile est. BAVNO. Hoc altare fides est Trinitatis; ad quam ille quidem per gradus ascendit qui maius, & minus in Trinitate credit, & intelligit. Plane igitur & non per gradus ad hoc altare ascendamus, & Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum æquales esse credamus. Per gradus enim ad hoc altare Arius ascendit, ideoque eius turpitudinis stulta, eius nefanda hæresis cunctis gentibus est reuelata. Ascendens enim cecidit, fulsusque vilceribus turpiter, & inaudita morte interit.

Trinitas insinuat.

34. **E**X O D. 23. *Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitur.* BRVNO. Tribus vicibus in vno anno festa celebrat, qui in vnitatem, & Trinitatem Deum adorat.

Tota Trinitas operata in Maria.

35. **E**X O D. 25. *Facies & arcum de lignis Serchim.* Quod Tota Trinitas operata sit in Maria, & quid singulæ personæ diuinæ. Vide Maria, num. 1. ex BERNAR.

Spiritus sanctus à Patre, Filioque procedit.

36. **E**X O D. 28. *Facies laminam de auro purissimo, in qua serps opere calcatoris sanctum Domino.* LIPOMAN. Quod per uomen tetragrammaton significatum est principium iste, & iste, hæc est maxima gloria pontificis nostri Christi esse principium cum Patre personæ diuinæ Spiritus sancti. Ita vt verum sit dicere principium iste, scilicet Pater, & iste, scilicet Filius. Vide Resurrectio Christi, numer. 25. ex RVPERTO. Spiritus enim sanctus procedit à Patre, & Filio, tanquam ab vno principio.

Tota Trinitas requiescit in iusto.

37. **N**VMER. 27. *Provideat Dominus Deus spirituum omnium carnis hominem qui sit super multitudinem hanc, &c.* ORIG. hom. 22. in Numeros. Oremus ergo vt Iesus regnet super nos, & terra nostra cesset à bellis, ab impugnationibus scilicet carnalium desideriorum, & tunc [requiescet vnus quisque sub vine sua, sub ficu sua, & oliua sua,] id est, sub velamento Patris, & Filij, & Spiritus sancti requiescet anima nostra. Hæc ille. & hoc videtur à Christo promissum. [Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.]

Trinitatis mysterium, imperfectè cognoscimus.

38. **I**OSVEI. *Rebenitis quoque, & Gaditis, & dimidia tribu Manasse ait, &c.* STEPHANVS. Nota quod

Carnales iniuriam factum toti Trinitati.

41. **A**D PHILIP. 3. *Inimicos crucis Christi.* BALDWINVS. Si crux Christi quæ nobis portanda imponitur voluptati aduersatur, & voluptas cruci, quomodo excusari possunt voluptatis amatores, vt non iudicentur crucis persecutores? Vita carnalis Dei iniuria est, & in totius Trinitatis contumeliam redundat. Iniuria siquidem Patris est, quod Filius conculcatur, iniuria Filij quod sanguis eius quasi polluitur, iniuria Spiritus sancti, quod gratia contemnitur.

Trinitatis mysterium, non curiosè scrutandum.

42. **G**REGOR. NAZIANZ. *Oratione de statu Episcopali.* Quin nec Spiritus curiosè scrutari processum: sufficit mihi quod Filius, quod ex Patre, & quod hic sit Pater, ille verò Filius, & nihil in his curiosè scrutor, ne in uocibus, quæ penitus omnem elocutionem superant humanam, mihi accidat quod visui, cum in radios dirigitur solares. Quando enim quis plus, & diligentius videre voluerit, tanto magis sensu læditur, & dum nimium cernere quærit, etiam illo quod plus est, priuatur. Cum res quæ videri debet longè etiam visum exuperet, si illam totam videre volueris, & non ita quemadmodum cernere est tutum. Vide etiam Deus à num. 42. vsque 47.

Tres personæ æqualiter venerandæ.

43. **I**DEM *oratione in dictum Euangely.* Crede Trinitatem margaritam esse vnam vndique similem, & æqualiter splendens. Margarita enim si in aliqua parte derurpatur, tota eius gratia euanescit. Ita cum Filium ignominia afficit, quò Patrem venereris, nequaquam honorem tuum suscipit, ob Filij dehonorationem Pater minime glorificatur. Si sapiens Filius laudat Patrem quanto magis Filij honor, honor erit Patris.

Tres personæ æquales, & coeternæ.

44. **I**DEM *ad Euagrium de Deitate.* Quemadmodum lucis radij habitum inter se iuxta naturam habent indiuisibilem, & nec à luce segregantur, aut inuicem absconduntur, sed ad nos vsque gratiam luminis mittunt: eodem etiam modo Saluator noster, & Spiritus sanctus geminus Patris radius ad nos vsque veritatis lumen subministrat, patrique comunicat, & quemadmodum cum humor nectarius à fonte aliquo aquarum copiosè scaturiens pro fluuio suo abundantiam ostendit; inde lapsu perenni in flumina duo incidit; vnicam ex vno fontis ortu vim à principio continens, bifaria autem fluminum formatur specie, sine nocumento tamen essentia flumen illud diuiditur; fluuio enim positione tantum fluor ille discriminarur: at humoris qualitatè vnam & eandem continet, etiam si flumen vtrumque vt dictum est, quàm longè distaret, & multum à fonte abesse videatur: principium enim ad continuatam fontis communem cum sua habet matre. Similiter etiam omnium bonorum Deus veritatis ille administrator, & Saluatoris Pater, prima vitæ causa, ac immortalitatis planta, fons vitæ sempiternæ, bifluam quandam Filij & Spiritus sancti cognoscibilem ad nos demisit gratiam, ipse verò nullum propterea nocumentum in essentia est perpeffus: nullam enim immutationem propter istorum ad nos demissionem, & ad nos vsque accessum sustinuit, nec illi propterea à Patre separationem vllam sustinuerunt.

Idem.

45. **D**AMASCENVS lib. 1. *Orthodoxæ fidei, cap. 9.* Sicut simul ignis, & simul ab ipso lux, nec

G G g g prius

quod circa Iordanem duæ tribus, & dimidia remanserunt, quia antiqui Patres fidem Trinitatis perfectè minime habuerunt. Sed & vltra Iordanem, hoc est in tempore gratiæ post baptismum, nouem tribus, & dimidia transierunt. Per quod etiam quædam imperfectio designatur, quæ adhuc est in sanctis noui testamenti. vnde. [Multa habeo vobis dicere, &c.] & ita vtrouique est imperfectio. Nihil enim perfectum est in homine iuxta illud. [Cum omnia bene feceritis, &c.] Hoc est quod arca Noë in omni sua dimensione dimidium retinuit cubitum. Item [quotquot perfecti sumus, id sentiamus quod imperfecti sumus.] Item, [Minimus in regno caelorum maior est Ioanne Baptista.] Item. [Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.] Item. [Cum venerit quod perfectum est, &c.] Item. [Quilibet tabula tabernaculi, duobus cubitis fitebat, & dimidio.] Item. [Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto.]

Triplex sacrificium Trinitati offerendum.

39. **M**ICHEE 6. *Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid Dominus querat à te: vitique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo.* H V G O. Tria hæc sunt quæ offerte debes, quia Deus Trinitas est, & non nisi trino sacrificio placari potest. Offer ergo iudicium filio iudici, misericordiam Spiritui sancto, charitatis sollicitudinem paternitati.

Totius Trinitatis liberalitas se se tradendo hominibus.

Vide, Christus, numero 99. ex BERNARDO.

40. **I**OANN. 7. *Si quis sitit, veniat, & bibat.* VVERRICVS. O affluens liberalitas Dei! O indeficiens largitas bonitatis diuinæ. Spiritum cuius primitias dedit Apostolis, offert vniuersis. Thesaurum suum fontem aquæ viæ aperit tam hominibus quàm iumentis, tanquam & ipse omnibus sapientibus, & insipientibus debitor sit. Parum erat Patri tradidisse filium vt redimeret seruum, nisi daret & Spiritum sanctum, quo seruum adoptaret in filium. Dedit filium in pretium redemptionis, dedit Spiritum sanctum in priuilegium adoptionis; sed denique totum seruauit in hæreditatem adoptatis. O Deum (si fas est dicere) prodigum sui præ desiderio hominis! An non prodigum, qui non solum sua, sed & seipsum impendit vt hominem recuperaret, non tam sibi quàm homini ipsi. An non prodigum qui [sicut proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.] sic nec Spiritui sancto pepercit, vt ita loquar, sed noua, & mira largitate super omnem carnem effudit illum? Multum quidem effusus sui prodigum ille filius, qui tam patrimonium quàm seipsum donauit meretricibus, sed multo effusior pater in recuperationem perditii filij, quàm ille in perditionem sui. Si tamen vlla debet esse comparatio gratiæ, & pecuniæ; spiritus, & carnis, hominis, & Dei. Clamat namque & dicit. Omnes sitientes venite ad aquas. Ecce personas non accipit, conditiones non discernit, merita non requirit, tantum strere quos nouit venire veli. Gratia quippe non admittit fastidientes, sed [sicut esurientes replet bonis: sic diuites dimittit inanes.] O fastidium, tinea cordium, rubigo mentium, langor pessimus animarum, qui abominari facis bonum Dei verbum, contemnere calesce donum, fastidire manna propter olulas carnium.

prius est ignis, & posterior lux, sed simul sunt; & quemadmodum lux ab igne semper gignitur, & nequaquam separatur ab eo, sed semper in eo est, sed lux quæ ab igne inseparabiliter gignitur, in illo semper manens, non habet propriam substantiam præter ignem: nam natura qualitas ignis est. Verum filius Dei vnigenitus à Patre inseparabiliter genitus, & indiuisibiliter, & in eo semper manens propriam habet substantiam præter eam, quæ Patris est: & quemadmodum non dicimus alterius substantiæ ignem, & alterius lucem; hunc in modum fieri non potest vt rectè dicamus Patrem & Filium alterius & alterius substantiæ, sed vnus, & eiusdem, & quo pacto dicimus per eam lucem quæ ab ipso est ignem illucere, & non ponimus organum administratorium ignis esse lucem, quæ ex ipso est, sed potius virtutem naturalem: sic dicimus Patrem quæcumque fecit per vnigenitum Filium eius, non vt per instrumentum virile, sed vt per virtutem naturalem, & substantialem: & vt dicimus ignem illuminare, & rursus dicimus lucem illuminare: sic omnia quæcumque facit Pater, similiter & Filius facit. Sed lux quidem propriam substantiam præter ignem non possidet: filius autem perfecta substantia est à paterna substantia discreta. *Idem cap. 2.* Sicut ex sole radius, & splendor (ipse enim fons est & radij, & splendor) & per radium nobis splendor tribuitur, & ipse est, qui illuminat nos.

Idem.

46. **A**VGVST. *libr. de Fide, & Symbolo, cap. 9.* Cùm de fonte interrogari, non possumus dicere quod sit fluuius, nec de fluuiio interrogari possumus dicere quod sit fons, & rursus portionem aquæ quæ de fonte vel fluuiio est, nec fluuium, nec fontem possumus appellare; tamen in hac trinitate aquam nominamus. Nam si quero vtrum in fonte aqua sit? responderetur aqua: & si queramus vtrum aqua in fluuiio? Nihil aliud responderetur, & in illa portione? Non potest esse alia responsio; nec tamen eas tres aquas, sed vnā dicimus. Sicut in arbore radix non est; nisi radix, nec robur, nisi robur, nec ramos nisi ramos possumus dicere; non enim id quod dicitur radix potest dici robur, & rami, nec lignum quod pertinet ad radicem potest alio etiam transitu nunc in radice esse, nunc in arbore, nunc in ramis, sed tantummodo in radice, cùm illa regula nominis maneat, vt radix lignum sit, & robur lignum, & rami lignum, nec tamen tria ligna dicantur, sed vnum. Aut si hæc habeant aliquam dissimilitudinem, non possit non absurdè tria ligna dici propter firmitatis diuersitatem, illud certè omnes concedunt, si ex fonte tria pocula repleantur posse dici tria pocula, tres autem aquas non posse dici: sed omnino vnā aquam, quamquam de singulis poculis interrogatus in quolibet eorum aquam esse respondeas, quamuis nullus transitus fiat, sicut de fonte in flumina dicebamus. Hoc autem non solum propter illius diuinæ naturæ similitudinem, sed etiam propter visibilibus vitæ corporalia exempla data vt intelligatur fieri posse, vt aliqua tria non tantum sigillatim, sed etiam simul vnum singulare nomen obtineant.

Tota Trinitas incarnationem operata est, & sola secunda persona incarnata est.

47. **I**DEM *libr. de Domini incarnatione contra Indeos.* Citharam respice vt musicum melos sonis dulcibus reddat, tria pariter adesse videntur, ars, manus, chorda, & tamen vnus sonus auditur. Ars dicitur,

manus tangit, chorda resonat, tria pariter operantur, sed sola chorda resonat, nec ars, nec manus sonum reddunt, sed cum chorda pariter operantur: sic nec Pater, nec Spiritus sanctus susceperunt carnem, & tamen cum Filio pariter operantur. Sonum sola chorda excutit, carnem solus Christus accepit. Operatio in tribus constat, sed quomodo pertinet ad solam chordam soni redditio, sic pertinet ad solum Christum carnis humanæ susceptio.

Trinitatis opera indiuisa.

48. **I**DEM *tractat. 18. super Ioan.* Cùm scribimus literas, facit eas primo cor nostrum, deinde manus nostræ. literæ fiunt primo à corde, deinde à corpore nostro. Manus seruit imperanti cordi. Eadem literas facit & cor, & manus. Nunquid alias cor, alias manus? Nam aliud est manus, aliud cor. Eadem quidem facit manus, sed non similiter. cor enim facit eas intelligi inuisibiliter, manus autem visibiliter. Ecce quomodo fiunt eadem, & dissimiliter, sic Pater facit, quæ Filius similiter.

Vna substantia in Trinitate personarum.

49. **I**DEM *tractat. 20. super Ioan.* Attende candorem lucis. In celo est, & expandit candorem per terras omnes, per maria omnia, & vti que corporalis lux est. Si separas candorem solis à sole, separa Verbum à Patre. De sole loquor. Lucernæ vna flammula tenuis, quæ vno flatu possit extinguere, spargit lucem suam super omnia quæ subiacet, vides lucem sparsam, à flammula generatam, emissionem vides, separationem non vides. Intelligite fratres sic Trinitatem, Patrem, Filium, Spiritum sanctum sibi coherere, & omnia opera vnus Dei esse, hæc esse Patris, hæc Filij, hæc Spiritus sancti esse.

Idem.

50. **L**ACTANTIUS *libr. 4. de vera sapientia, cap. 24.* Cùm igitur & Pater Filium suum faciat, & Filius Patrem. Vna vti que mens, vnus spiritus, vna substantia est, sed ille quasi exuberans fons, hic tamquam defluens ex eo riuus. Ille tamquam Sol, hic tamquam radius ex sole porrectus. Qui quoniam summus Patris & fidelis & charus est, non separatur, sicut nec riuus à fonte, nec radius à sole, quia & aqua fontis in riuo est, & solis lumen in radio æquè. Nec vox ab ore se iungi, nec virtus aut manus à corpore diuelli potest. Cùm igitur à Prophetis idem manus Dei, & virtus & sermo dicatur, vti que nulla discretio est, quia & lingua, sermonis ministra est, & manus in qua est virtus indiuiduæ sunt corporis portiones. Propriori exemplo vti liber. Cùm quis habet filium, quem vnice diligit, qui tamen sit in domo, & manu patris, licet ei nomen domini, potestatemque concedat, ciuili tamen iure & domus vna & vnus Dominus nominatur. Sic hic mundus vna Dei domus, & Filius, & Pater, quia vnanimis incolunt mundum. Deus vnus, quia vnus est tamquam duo, & duo tamquam vnus.

In tribus personis est eadem sapientia.

51. **R**ICHARDVS VICTORINVS *libr. 6. de Trinitate, c. 25.* Non est aliud aliquid diuina substantia, & aliud diuina sapientia. Ecce sunt tres aliqui, quorum vnus scientiam aliquam inuenit & docuit, alter ab eodem inuentore didicit, & scripsit: tertius legit, & intellexit. Primus habet à semetipso. Secundus à solo primo. Tertius tam à primo, quàm à secundo. Nam ex eo quod primus eam inuenit, & alter scripsit, ad tertij notitiam peruenit. Si itaque eadem intelligentiæ veritas plena & integra est in omnibus,

nibus, nunquid quantum ad essentiam veritatem, alia scientia est alicuius vnus, & alia alicuius alterius? Si ergo in tribus personis potest esse vna, eademque, non multo magis credatur esse vna, eademque sapientia?

Vna substantia in Trinitate personarum.

52. **C**YPRIAN. *in Symbolum Apostolorum.* Quomodo Pater genuerit filium, nolo discutias, nec te curiosius inderas in profundi huius arcanum, ne forte inaccessæ lucis fulgorem perscrutans, exiguum ipsum, qui mortalibus diuino munere concessus est perdas aspectum; aut si putas in hoc omni genere nitendum, prius tibi propone, quæ nostra sunt, quæ si consequenter valueris expedire, tunc à terrestribus ad cælestia præpara te. Expedi primò si potes, & explana quomodo mens quæ intra te est generet verbum, & quid sit in ea memoria spiritus: quomodo hæc cùm diuersa sint rebus, & actibus, vnum tamen sint substantia vel natura, & cum è mente procedant, numquam tamen ab ipsa separantur. Fons quomodo ex se generat fluium? Quo autem Spiritu rapido fertur fluium? Quod quidem cum vnum, & inseparabile sit & fluuius, & fons, tamen nec fons fluuius, nec fluuius fons intelligi, aut appellari potest, & tamen qui viderit fluium, videt & fontem. Exerce te prius in horum explanatione, & discute si potes, quæ habentur in manibus, & tunc ad horum sublimiora veniemus. Nec putes quia starim te de terra suadeam ascendere super cælos, sed potius te si placet, ad istud firmamentum, quod oculis patet educam, & ibi si potes naturam inuisibilis huius luminis discute. Quomodo ignis iste cælestis generat ex semetipso splendorem lucis? Quomodo etiam producit vaporem? & cum sint tria in rebus, vnum tamen sunt in substantia. Quod & si hæc singula inuestigare potueris, scito adhuc diuinæ generationis mysterium, tanto esse differentius, & eminentius, quanto creator creaturis potentior. Credendus est ergo Deus Pater esse vnici filij sui Domini nostri non discutiendus.

Filius à Patre procedens comparatur aliquibus rebus.

53. **A**THANASIVS *de decretis Nicene Synodi Epistola.* Non res quæpiam extrinsecus adiuuenta, est filij substantia, neque ex nihilo inducta est, sed ex patris substantia nata est. Quemadmodum à luce splendor, quemadmodum ab aqua vapor. Nec enim splendor, nec vapor est ipsa aqua, aut ipse Sol, sed res aliena: sed defluxus ex patris substantia: ita vt patris substantia non perpeffa sit partitionem. Nam quemadmodum Sol, idem manens non minuitur radijs ab ipso effusis: ita nec substantia patris mutationem perpeffa est: cum habeat suam ipsius imaginem filium.

Idem.

54. **I**OAN. I. *Qui videt filium, videt & patrem.* ATHANASIVS *sermon. 4. contra Arrianos.* Quippe cum in filio sit, & conspiciatur patris diuinitas. Quod exemplo regiæ imaginis cõmodius intelliges, quandoquidem in imagine species regis, & forma apparet, & in rege imaginis species, sine enim omni discrepantia vultus regis in imagine expressus est, vt qui videt imaginem, videat in ea regem, & vicissim, qui regem intuetur agnoscat illum ipsum eundem esse qui in imagine representatur: ceterum quia in ambobus nulla est dissimilitudo, si quis post conspectam imaginem velit regem videre, huic ad eum modum iure imago loqueretur. Ego & rex vnum sumus, ego

enim in illo sum, & ille in me, & quod in me animaduertis, id quoque in eo animaduertas, & quod videris in illo, videris & in me. Qui igitur adorat imaginem, in illa adoratur ipsum regem. Quippe cum ipsa imago nihil aliud sit quàm regis forma, & species. *Idem in Euangelium de sanctissima Deipara.* Sicut annulo signatorio species aliqua effigatur quam & imaginem expressam, & sigillum appellamus, nihilque quatenus ad suos pertinet deficit ab exemplario suo. Ita filius eandem cum patre formam gerit. Non enim euariat impressa imago ab imprimente signaculo, sed immutabilis perseverat iuxta sculpturam annuli.

Solus, & vnus Deus in Trinitate personarum.

55. **D**EVT. 3. *Ego solus sum Deus, & præter me non est alius.* ATHANAS. *sermon. 4. contra Arrianos.* Hoc nihil aliud vult quàm ea quæ non sunt vituperet & ad Deum conuertat, non aliter quàm si quis per diurnum tempus sole iam lucente lignum temerè depingat, in quo ne imaginaria quidem species lucis appareat, asseratque hoc lignum auctorem esse diurni luminis: Sol contra id videns exclamet ego solus sum diurna lux, nec est alia lux præter me, non respectu sui iubaris id dixerit, sed ob lignæ imaginis imposturam, & dissimilitudinem vanissimæ apparentiæ; Eadem ratione dictum est. *Ego sum Deus, &c.* vt à falsis numinibus homines abduceret. *Idem Epistola de decretis Nicene Synodi.* Et ignis quidem natura, multas lucernas ab vna accedit, & quæ prima est non imminuitur. Rursus autem potest eadem essentia ex multis particularibus lucernis, aut facibus in vnā coire. At non sic Deus: absit. Non enim rursus venit Verbum, & conjunctionem cum Patre fecit, sed Pater Pater est, Filius Filius, Spiritus sanctus Spiritus sanctus.

Filius à Patre procedit.

56. **V**SEBIVS EMISSIVS *hom. 1. de Symbolo.* Sicut non potest esse Sol sine splendore, vel ignis sine calore, vel immortalitas sine æternitate, vel virtus sine fortitudine, sicut inquam, non potest esse ratio sine sapientia, vel veritas sine iustitia, vel bonitas sine misericordia: ita non potest esse pater sine filio. *Idem ibid.* Quomodo si cereus illuminatur ex alio, vnus ex vtroque ignis coruscet, duo licet cerei sint, ista tamen flamma est in secundo, quæ resfulget in primo: ita Dominus noster Iesus Christus (in quantum possunt magna parua conferri) cum patre alius est in persona, sed non alius in substantia vel natura.

Trium personarum incommunicabilitas.

57. **B**ASILIVS *Epistola 43.* Quoniam is Christi Spiritus, teste Paulo, ex Deo est; sit vt quemadmodum in catena qui vnus annuli summam apprehendit, hoc ipso simul, & inferum alterum attrahit: ita & hic, qui Spiritum trahit, vt Propheta inquit, per ipsum, & filium, & patrem vna simul attraxerit.

Tres persone in vna substantia.

58. **A**VGVST. *Libr. 9. de Trinitate, cap. 4.* Non sicut ex vino, aqua, melle vna sit potio, & singula per totum sunt, & tamen tria sunt: nulla enim pars est portionis quæ non habeat hæc tria. Non enim iniuncta sunt, velut si aqua, & oleum essent, sed omnino commixta sunt, & substantiæ sunt omnes, & totus ille liquor vna quædam est ex tribus confecta substantia. Non tale aliquid arbitrandum est esse hæc tria mentem, amorem, notitiam. Nam non vnus substantiæ sunt aqua, vinum, & mel, quamuis ex eorum commixtione fiat vna substantia portio.

G G g 2 *Filius*

Filius à Patre procedit per generationem.

59. **AD HEBRÆOS I.** *Qui cum sit splendor gloriae, &c.* GREGOR. NYSSENSIS in oratione ad Simplicium. Paulus filium gloriae splendorem appellat, ut doceat nos quemadmodum lux è face proueniens & ex natura facis splendentis est, & cum illa est, nam simul atque fax apparet lux ex ipsa pariter effulset. Sic etiam Filius ex Patre esse, & sine Patre fuisse numquam. Sicut enim fax esse non potest sine luce: sic gloria Patris sine Filij splendore esse non potest. Quamobrem ut ille qui splendorem esse dicit, gloriam item esse testatur, quæ nisi esset, nec splendor ex illa fulgeret; ita qui splendorem negat aliquando fuisse, tunc non fuisse gloriam ostendit, cum splendor non erat. Non potest enim esse gloria sine splendore. Sicut igitur de splendore non licet dicere, si erat genitus, non est, si genitus est, non erat. Sic amentis est ea de filio qui splendor est loqui. Qui verò minus, & maius de Filio & Patre dicunt, discant à Paulo ea quæ mensuram non capiunt metiri non oportere. Apostolus enim Filium, Patris figuram appellat. Iam qui genitum ingenito natura dissimilem affirmant exemplo Adam, & Abel, discant non insanire. Adam enim naturali hominum lege non est generatus, Abel autem ex Adam generatus est, nec tamen propterea fit quominus eorum uterque sit homo, tam ille qui generatus est, quam ille qui sine generatione factus est. Nullam igitur in ratione diuinitatis exploranda naturæ differentiam dicimus proficisci, ex eo quod Pater ingenitus, Filius autem genitus sit. Sed quemadmodum in Adam, & Abel vna est humanitas, sic vnam esse in Patre, & Filio diuinitatem.

Idem.

60. **DAMASCENVS lib. 1. de Fide cap. 9.** Docet sancta, & Apostolica Ecclesia simul Patrem & simul vnigenitum eius Filium. Quemadmodum simul ignis, & simul ab ipso lux, nec prius est ignis, & posterior lux, sed simul sunt. Et quemadmodum lux ab igne semper gignitur, & nequaquam separatur ab eo. Hunc in modum & Filius à Patre gignitur, & nequaquam ab eo separatur, sed semper in eo est. Sed lux quæ ab igne inseparabiliter gignitur, in ipso semper manens non habet propriam substantiam præter ignem: nam natiua qualitas ignis est. Verum Filius Dei vnigenitus à Patre inseparabiliter genitus, & indissimiliter in eo semper manens propriam habet substantiam præter eam quæ Patris est, & quemadmodum non dicimus alterius substantiæ ignem, alterius lucem; hunc in modum fieri non potest ut rectè dicamus Patrem, & Filium alterius, & alterius substantiæ, sed vnus, & eiusdem: & quo pacto dicimus per eam lucem, quæ ab ipso est, ignem illucere, & non ponimus organum administratorium ignis esse lucem quæ ex ipso est: sed potius virtutem naturalem, sic dicimus Patrem quæcumque facit per vnigenitum eius filium non ut per instrumentum seruile, sed ut per virtutem naturalem, & substantialem facere. & ut dicimus ignem illuminare, & rursus dicimus lucem illuminare: sic omnia quæcumque facit Pater, & Filius facit. Sed lux quidem propriam substantiam præter ignem non possidet: filius autem perfecta substantia est à substantia paterna discreta.

Distincta tres personæ in vnitatis substantiæ, & secunda sola incarnata.

61. **ANTONIUS** *Constantinienensis Epistola ad Arcadium aditum in exilium.* Deus vnus est Pa-

ter, & Filius, & Spiritus sanctus, & tamen ad solum Christum pertinet caro. Nempe aliud est anima, aliud ratio, & tamè in anima est ratio, & vna est anima, sed aliud anima agit, aliud ratio. Anima viuunt, ratio sapit. Ad animam pertinet vita, ad rationem sapientia; & tamen nec anima est sine ratione, nec ratio sine anima, & cum vnus sint, anima sola suscepit vitam, ratio sola suscepit sapientiam: Sic Pater & Filius licet vnus sint, & vnus Deus sit, tamen ad solum Christum pertinet caro. Sicut ad solum rationem pertinet sapientia, licet non recedat ab anima. Ecce igitur in sole calor, & splendor in vno radio sunt, sed calor exsiccatur, splendor illuminat, aliud suscipit calor, aliud splendor, licet ab inuicem calor, & splendor non possint separari. Suscepit ergo splendor illuminationem, non feruorem; suscepit calor feruorem, non illuminationem. Aliud ergo singulariter agunt, & tamen ab inuicem non recedunt. Sic & filius carnem suscepit solus, & tamen non deseruit patrem, nec se diuisit à Patre. Ad hoc citharam respice ut musicum melos sonis dulcibus reddat: tria pariter adesse videntur, ars, manus, chorda, ars dicitur, manus tangit, resonat chorda. Tria operantur, sed sola chorda resonat quod auditur, nec ars, nec manus sonum reddunt, sed cum chorda pariter operantur. Sic nec Pater, nec Spiritus sanctus suscipiunt carnem, sed tamen cum filio pariter operantur: sonum sola chorda excipit, carnem solus Christus accipit.

Sicut in homine tres substantiæ in vna persona: sic in Deo tres personæ in vna substantia.

62. **RICHARDVS VICTORINVS lib. 3. cap. 3. de Trinitate.** Habet homo quomodo legat & discat in se ipso quid per contrarium æstimare debeat de Deo suo. Conferamus si placet in vnum, quæ ratio ratiocinando inuenit in natura diuina, & ea quæ experientia reperit in natura humana. Vtrobique vnitatis, utrobique pluralitatis. Ibi vnitatis substantiæ, hic vnitatis personæ: ibi pluralitas personarum, hic verò pluralitas substantiarum, ibi siquidem pluralitas personarum in vnitatis substantiæ, hic autè pluralitas substantiarum in vnitatis personæ. Ecce quomodo natura humana, & diuina videntur se mutuo, & quasi ex opposito respicere; alterutra alteri, veluti per contrarium respondere.

TRISTITIA. VIDE Gaudium.

De Tristitia peccatoris. 1.

Non seruiendum Deo mente tristi. 2.

Tristitia causat ut luminosa non videantur. 3.

Tristitia orationem impedit. 4.

Tristitia sequitur post voluptatem. 5.

Tristitia multum nocet. 6.

Tristitia cuique maxima videtur. 7.

Tristitia ad solum peccatum instituta. 8.

Tristitia mala. 9. IO. II.

De Tristitia peccatoris.

63. **GENES. 4.** *Cur concidit facies tua?* AMBROS. Cain tristis factus est, quia in propria conscientia intellexit Deo sacrificium suum non probatum, &c. Vide, Gaudium, numero quarto.

Non

Non seruiendum Deo mente tristi.

2. **LEUIT. 10.** *Respondit Aaron.* INTER L. Placide, quia Moylem iratum videt. *Oblata est vultu hodie, &c. quomodo potius comedere eam, aut placere Deo in ceremoniis mente lugubri?* OLEASTER. Ex hoc loco colligitur, non esse Domino supercilio aut tristi vultu seruiendum. Quoniam ut Paulus docet hilarem datorem diligit Deus. Mauult enim Dominus te non administrare sibi, quàm quod te videat tristem ad eius accedere ministerium. Vide, Gaudium, numer. 7.

Tristitia causat ut luminosa non videantur.

3. **AMOS 8.** *Et erit in die illa dicit Dominus Deus occidet Sol in meridie, &c.* CHRYSOST. *Hom. 2. ad pop. Antioch. loquens de tristitia populi, sic ait.* Non tantum verò terra, sed & ipsa aeris natura, & ipse solarium radiorum circulus nunc mihi quodammodo mœrere & obtusior lucere videtur, non elementis naturam mutantibus, sed nostris oculis, qui tristitiæ nube turbati sunt, non valentibus purè, nec cum eadem virtute radiorum lumen suscipere. Hoc est quod olim Propheta legebat dicens, Occidet ipse Sol meridie, & obtenebrabitur dies. Hoc autem dicebat non quod planeta absconderetur, nec quod dies euanesceret, sed quod mœrentes, nec in meridie propter doloris caliginem lucem cernere possint.

Tristitia orationem impedit.

4. **IDEM** *homil. 2. de diuersis.* Sicut nubes quædam Icondensata, & sub solarem radium currens, omnem retrorsum splendorem auertit: sic & tristitia nebula, cum ante animum nostrum steterit, non sinit facilem esse orationis cursum, sed suffocat, & cum multa necessitate intus reprimat. Sed cogito quod non solum nebulae natura radij in anteriora processum impedit, sed & contrarium ipsa sepe patitur, nam cum Sol calidior continè illapsus nubem contriuerit, medium ipsius sepe dissipauit, & totum simul elucens splendidius tormentum obtutibus incidit. Hoc ipsum & mihi futurum spero, sermone in animis vestris continè versante, & amplius immorante fractam iri spero tristitiæ nebulam, & mentem vestram solita rursus doctrina micaturam.

Tristitia sequitur post voluptatem.

5. **PROVERB. 14.** *Extrema gaudij lætus occupat.* MAXIMVS *lib. 2. de charitate.* Quemadmodum diebus succedunt noctes, & æstares suscipiunt hyemes; sic inanem gloriae cupiditatem, & voluptatem suscipiunt dolores, & tristitia, aut in præsentia, aut in futuro. BERNARD. *Sermone 1. de diuersis.* Ascendit cereus, non purum lumen est, sed lucerna. Si quidem ignis ipse propria fomenta consumit, nec nisi ipsa consumptione fouetur, porò deficiente materia etiam ipse deficiet, & vbi videris illam profusus exustam, hunc quoque nihilominus extinctum esse reperies. Sicut ergo flamma illius nouissima fumus occupat, & caligo: sic lætitia lætæ rei in tristitiam commutatur.

Tristitia multum nocet.

6. **PROVERB. 25.** *Sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi.* CASSIANVS. Satis euidenter ac proprie vim noxij huius, ac perniciosi viri sermo diuinus expressit. Vide, infra, num. 10. ex eodem CASSIANO, ad longum, item ex BASILIO.

Tristitia cuique maxima videtur.

7. **CHRYSOST.** *Homil. 1. in 2. Epistolam ad Timoth. & homil. 67. ad pop. Antioch.* Quemadmodum hi quibus aliqua pars corporis dolet, putant se plus dolere quàm proximos, & qui oculo dolent, nullum putant sibi æquari posse dolorem, rursumque qui stomachi languore tenetur, illum putat dolores omnes excedere, singulique qui detinentur incommodis, omnia vi suæ magnitudinis transcendere existimant, ita & in angore animi ac mœstitia contingit, ut quo quisque premitur, cum putat cæteros sua acerbitate superare, quippe qui hoc suo experimento diiudicat. Sicut qui filios non habet, nihil ea infelicitate putat esse molestius, & qui inter pauperatis angustias filius angitur, nihil æquè arque filiorum multitudinem exæctatur.

Tristitia ad solum peccatum instituta.

8. **CHRYSOST.** *Homil. 7. ad pop. Antiochenum.* Tristitiam Deus non ob aliud nobis indidit, nisi propter peccatum, & hoc per ipsam rerum experientiam manifestauit: In pecuniarum enim muleta & morte, & ægritudine, & aliis nobis ingruentibus molestiis dolentes, & mœrentes, non tantum nullam consolationem capimus, verum & molestias augemus; in peccatis verò si doleamus & tristemur peccati magnitudinem minuiamus, & quod erat magnum, reddimus paruum, sæpe verò & funditus ipsum totum delemus. **IDEM** *ibidem homil. 18.* Sicut arborum radices ipsæ quidem sunt amaræ, incundissimum autem nobis fructum ferunt: sic profectò & secundum Deum tristitia nobis, multam affert voluptatem.

Tristitia mala.

9. **CHRYSOST.** *Epistola 8. ad Olympiam.* Tristitia, animarum crudele tormentum est, dolor quidam inexplicabilis, & iudicium omni iudicio, vinctaque deterius. Nam & vermi est similis venenato, non solum modo carnem, sed & animam ipsam perimens, & tinea non solum ad ossa, sed ad corda pertingens, & perpetuus quidam carnifex, non animam dilacerans, sed vires animæ consumens, & iugis nox, ac tenebræ profundæ & tempestas, & turbo, feris non apparens omni igne validius incendens, & pugna requiem non habens.

Idem.

10. **PROVERB. 25.** *Sicut tinea vestimento & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi.* CASSIANVS *lib. 9. de institutis canobiorum, cap. 2. & 3.* Vestimentum namque tinctum esu atactum nullius pretij vel honesti vsus poterit ulterius habere commercium. Itidemque lignum vermibus exaratum non iam ad ornatum vel mediocrii ædificii, sed ad combustionem ignis merebitur deputari. Ita anima quæ edacissimis tristitiæ moribus deuoratur, inutilis erit vel vestimento illi pontificali, quod vnguentum Spiritus sancti de calo descendens prius in barbam Aaron, deinde in oram suam, solere suscipere sancti David varicino perhibetur. *Psal. 132.* [Sicut vnguentum in capite, &c.] **BASILIVS** *homilia de Grauarum altione.* Ut vermes plurimi innasci solent tenerioribus lignis, haud secus angor ipse deiectionis animi in eos homines se infinat qui molliores sunt, nec constanti ingenio.

G G g 3 VER

VERBUM DEI.

Verbum Dei aeternum. 1. 2. 41. 65.
Verbum Dei operatur secundum dispositionem cuiusque. 3. 51. 70. 80. 95.
Verbi Dei efficacia. 4. 14. 20. 21. 22. 24. 53. 64. 68. 83.
Verba Dei attendenda, & opere implenda. 5. 23. 35. 37. 44. 48. 50. 56. 84. 98. 108. 109.
Verba que sancti loquuntur sunt Dei. 6.
Sub verbis Dei mendacia inferuntur à diabolo, & ab hereticis. 7.
Verba dubia loquitur Diabolus. 8.
Verbum Dei à corde tollit diabolus. 9. 81.
Verbum Dei peccatores nolunt audire. 10. 26. 27. 28. 46. 62. 80.
Verbo Dei cooperatur Spiritus sanctus. 11.
Verbum Dei sanat animam. 12. & illuminat. 76.
Verbum Dei est gladius. 13. 49.
Verbo Dei desponsamur Christo. 14.
Verbum Dei considerandum. 14. 15. 104. 105. 112.
Verbi Dei sumem Christus satiat. 16. 17. 18. 25. 63.
Verbum Dei communicatum non minuitur. 19.
Verborum Dei pulchritudo. 21. 22.
Verbum Dei semini comparatur. 28. 45.
Verba Dei etiam humilia veneranda. 29.
Verbum Dei qui habet exultat. 30. 31.
Verbum Dei manna. 31. 32. 33. 34. 47. 73. 75.
Verbum Dei iniquis vermibus efficitur. 33.
Præparatio ad audiendum verbum Dei. 36. 107.
Verbum Dei audire vocati debemus. 37.
Verbum Dei accomodandum capacitati auditorum. 38. 72.
Verbum Dei audiens alios vocet. 39.
Verbum Dei qualiter videatur. 40.
Verbum Dei assidue prædicandum. 42. 43. 78.
Verbum Dei quibus sit fastidiosum. 46.
Verbum Dei interius audiendum. 48. 52.
Verbum Dei cibus nostris. 51. 57. 63. 85.
Verbo Dei superantur vitia. 54.
Verbum Dei in Spiritu, non in persuasibilibus. 55.
Verbo Dei coniungimur Deo. 58.
Verbi Dei contemptores puniuntur. 59. 62. 111.
Deus multipliciter verbum suum impartitur. 60.
Verba dubia loquitur Deus ad animam. 61.
Verbum Dei aliter electis, aliter reprobis sapit. 66.
Verbum Dei durum indicatur à duritia cordis. 67.
Verbum Dei disertissimum est. 69.
Verbum Dei sagitta comparatur. 71. & virga. 74.
Verbis correspondere debent affectus, & opera. 77. & vita. 79.
Verbum Dei calculo comparatur. 86.
Verbi Dei diversi gradus. 87.
Verbum Dei ignis est mirabilis. 88.
Verbum Dei dum dividitur augetur. 89.
Verbi Dei necessitas. 90.
Verbum Dei nivi comparatur. 91.
Verbum Dei exterius, Deus verò interius operatur. 92.

Verbum Dei à catholico, & non ab heretico. 93.
Verbo Dei indigent omnes, etiam qui videntur magistri. 94.
Verbo Dei humiles pascuntur. 96.
Verbum Dei post tribulationem melius auditur. 97.
Non alta de verbo Dei differere debemus. 99.
Verbum Dei assidue audiendum. 78. 100. 102. 103. 106.
Verbi Dei multiplex impedimentum. 110.
Obediendum verbo Dei. 101.
Verbi Dei concionator. Vide, Prædicator, & quod cani venatio similis, numer. 113.

Verbum Dei aeternum.

GENES. 1. *Dixitque Deus fiat lux, &c.* 1.
BASILIVS. Per vocem Dei non intelligendus sonus qui per instrumenta vocis elicitur, nec aer lingua formatus, sed imperium, præceptumque Dei. Unde, [dixitque Deus,] id est, imperavit Deus. Secundò (secundum alium interpretem) [dixit Deus,] id est, fecit Deus. Scriptor enim vt celeritatem, & facilitatem operis Dei ostenderet posuit, dixit, ac si diceret. Tam facile lucem firmamentum, &c. fuit, sicut qui loquitur. Tertio, [dixit Deus,] scilicet verbo suo aeterno per quod facta sunt omnia, [fiat lux, &c.] Ita AVGVST. & communis doctorum. Vt si requiras quomodo facta sit lux firmamentum, &c. audias verbo Dei aeterno, iuxta illud *Psalm.* [Verbo Domini caeli firmati sunt.] Non autem intelligendum est quod quotiens dixit, totiens verba formavit. Vnum enim genuit Verbum coæternum, & consubstantiale sibi, in quo omnia ineffabiliter, & intemporaliter dixit. D. VERD THOMAS assignat rationem, 1. part. quæst. 65. artic. 4. Quia formæ corporales quas in prima productione corpora habuerunt, sunt immediatè à Deo productæ, cui soli ad nutum obedit materia. Ad hoc significandum Moyses singulis operibus præmisit. [Dixit Deus fiat hoc, &c. Quod Deus multipliciter dicit, & loquitur, Vide, Deum, num. 54. ex D. THOMAS, & aliis.]

Idem.

GENES. 1. *Factum est vespere, & mane dies vnus.* 2.
AVGVST. Per mane, & vespere, intellige cognitionem Angelicam matutinam, & vespertinam. Vide, *Angelus, num. 5.* RVPERTVS. Nota autem quod non dicitur, dies primus. Quia Angelica lux quamuis pulchra sit, & decora, non tamen est prima dies, nam longè minor est illo die sanctificato, & benedicto, in quo requiescit Deus, id est, verbo aeterno in quo facta sunt omnia, de quo *Isa.* [Iste sunt generationes caeli, & terræ, quando creatæ sunt in die, quo creauit Deus caelum, & terram, &c.] id est, in verbo. Hic dies primus, imò & dierum dies. Sed dices si verbum est primus dies, ergo hic dies, id est, natura Angelica erit secundus? Absit. Quia dies ille, id est, verbum, non ordine, nec natura cæterorū dierum est, sed dierum originalis causa, quem ceteri dies cognoscentes glorificent, & gratias agunt, qui perpetua merces cæterorum dierum est, in quo requiescunt omnes dies; & ideo ceteris diebus non suppositus, sed superpositus. & ideo hic non dicitur dies primus, nec dies secundus, sed dies vnus. Vide, *Christus, num. 24. ex eodem RVPERTO.*

Verbum Dei operatur secundum dispositiones cuiusque.

GENES. 1. *Germinet terra herbam, &c. & lignum pomiferum.* BASILIVS. Vna, eademque aqua per

Verba dubia loquitur Diabolus.

IBID. *Nequaquam moriemini, &c.* Quod Diabolus 8.
 Verba dubia respondeat, vt verus appareat, Vide *Mendacium, num. 5. ex AMBROS.*

Verba Dei de corde euellit Diabolus.

IBID. *Qua comedit, deditque viro suo.* Quod Diabolus 9.
 Verba Dei de corde nostro euellere conetur, Vide *Tentatio, num. 3. ex GREGOR.*

Vocem, & verba Dei, peccatores non audiunt.

GENES. 3. *Vocem tuam audiui in paradiso, & tibi.* Quod vocem Dei peccatores non audiunt, 10.
 Vide *Peccatores, num. 10. ex AMBROS. & num. 17. ex GREGOR. & CHRYSOST.*

Spiritus sanctus verbo Dei cooperatur in electis.

GENES. 4. *Consurrexit Cain aduersus fratrem, &c.* 11.
AVGVST. 15. *de Ciuit. cap. 1.* In electis Spiritus sanctus operatur intrinsecus, vt valeat aliquid medicina verbi, quæ adhibetur extrinsecus: alioquin nihil prodest homini omnis prædicatio veritatis. Facit autem hoc Deus, à vasis misericordia: ita vasa discerens: nam hoc ipsum quod Deus locutus est ad Cain, locutus est & ad primos homines, & illi non profuit, his autem maximè profuit.

Verbum Dei sanat animam.

GENES. 8. *Et clausi sunt fontes abyssi, &c.* AMBROS. 12.
BROS. His causis minuitur diluuium, quibus creatum est. Erupti erant fontes aquarum & apertæ cataraçæ caeli, debuerant claudi ea, ex quibus origo diluuij manauit, vt eius inciperent esse defectus, ingrediente Dei verbo ad visitationem animæ, quæ diutina ægritudine laborabat disceptationum improbitate, & passionum acerbitate: prius debuerant cause ægritudinis amputari. Principium enim medicina est causas languoris incidere, ne diutius ea quæ nocent ad incrementum ægritudinis ministrarent. Quod nos etiam lex docet *Leuit. 13.* Cum enim steterit lepra, vt iam non diffundatur, tunc ait mundam esse lepræ stationem quandam, & mansionem. Hæc igitur est animæ sanitas, vt affluentia cesset erroris, sistatur culpa ne serpat: cessante incontinuo culpa, atque delicti, salus tua est atque inoffensis vigor animæ se refundit.

Verbum Dei est gladius circumcisoris.

GENES. 17. *Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, &c.* Quod gladius, seu machæra pettina sit verbum Dei quo circumcidimur spiritaliter, Vide verbum *Circumcisio, num. 7. ex ORIGEN.* Vide etiam *Incarnatio, numer. 22. ex BERNARD. & Anachristus, num. 5.*

Verbo Dei desponsamur Christo.

GENES. 24. *Panxillum aque mihi ad bibendum præbe de hydria tua.* AVGVST. Abraham qui puerum dirigebat, vt acciperet uxorem filio, typum habebat Dei patris, puer autem verbum propheticum designauit. Misit enim Deus pater propheticum verbum per vniuersam terram, vt quæreret Catholicam Ecclesiam sponsam vnigenito suo. ORIGEN. Vult te Christus sibi desponsare. Ad te enim loquitur per Prophetam. Desponsabo te mihi in sempiternum, & desponsabo te mihi in fide, & misericordia, & cognosces Dominum, & quia te vult sibi desponsare præmittit ad te puerum, id est, Propheticum sermonem, quem nisi prius susceperis, nubere Christo nõ poteris. Scito tamen quia nemo in exercitatus, & imperitus leuom

per fibras, radicisque attracta, alio modo radices, alio corticem, alio lignum, alio medullam alit, eademque & folium fit, & in ramos, saculoque diffundit. Ab eodem rursus humore in vite quidem vinum, in olea autem oleum emergit. Hæc ille. Similiter, & verbum Dei dissimilia operatur secundum dispositiones varias cuiusque.

Verbi Dei efficacia.

GENES. 1. *Producat terra animam viuentem, &c.* 4.
BASIL. Nota verbi Dei efficaciam, tunc operari coepit & hucusque operatur, & operabitur etiã semper quousque mundus fuerit consummatus. Succedit enim equus equo, leo leoni, &c. Nam vt pila compulsa manu, si decliuem naçta fuerit locum præceps ad ima sua celeritate fertur, nec prius moueri desinet, quam plana suscipiat ipsa loca. Sic sanè natura rerum, hoc vnico concitata præcepto, æquali quodam cursu transit, rerumque successione similitudine seruat, vsque ad exitum consummationemque mundi.

Verba Dei attentè audienda & adimplenda diligenter.

GENES. 2. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso vt operaretur, & custodiret illum.* AVGVST. Ex Græco colligitur iste sensus, & posuit eum in paradiso operari eum, & custodire, scilicet, vt quod operaretur homo in terra per agriculturam, in seipso custodiret per disciplinam. Vt sicut ager ei obtemperaret colenti se, ita & ipse præcipienti Domino fructum, non spinas inobedientie redderet. Quoniam autem similitudinem à se culti paradisi in seipso custodire subditus noluit, similem sibi agrum damnatus accepit. [Spinæ, inquit, & tribulos pariet tibi.] CHRYSOST. Verba sacra Scripturæ, atenta mente, & excussis curis sæcularibus, omnique ignauia deposita audienda. Diuinæ enim leges sunt, & cælitus allatæ ob salutem nostram. Si cum regis leguntur literæ, vbique est silentium, omnium aures arriuntur, vt sciant quæ regis literis manifestentur, & quisquis vel parum tumultuatus fuerit, in magno periculo est. Multo magis cum magno timore, & tremore adstandum, & alium habendum silentium, & pellendæ cogitationes turbulentæ, vt verba Dei intelligere possimus quo Deus approbata obediçtia nostra, maioribus nos muneribus remunerare dignetur.

Verba que sancti loquuntur, sunt verba Dei.

GENES. 2. *Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit uxori suæ.* AVGVST. lib. 9. *super Genes.* Nota quod verba hæc quæ Adam dixit, Christus Dominus *Matth. 19.* Deo tribuit dicens. [Non legistis, quia qui fecit ab initio, masculum, & feminam fecit eos, & dixit: propter hoc dimittet homo patrem, &c.] Vt hinc intelligeremus propter eccliam quæ præcesserat in Adam, hoc eum diuinitus tamquam Prophetam dixisse. & D. THOMAS ait, quod & Adam vt à Deo inspiratus hæc dixit, & ipse Deus, vt Adam spirans, & docens. Vide *Matth. 10.* [Non estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.]

Sub verbis Dei mendacia inferuntur ab hereticis.

GENES. 3. *Cur præcepit vobis Deus, &c.* Quod Diabolus, & heretici, eius ministri sub verbis Dei mendacia inferant. Vide *Diabolus, numer. 4. ex AMBROS. & RVPERTO, & Heretici, numer. 1. ex LIPOMANO.*

nem Propheticum suscipit, sed qui scit haurire aquam de profundo putei, & qui in tantum scit haurire aquam, ut etiam his sufficiat qui irrationabiles, & peruersi videntur, quorum figuram tenent caneli, ut & ipse possit dicere, [Quia sapientibus, & insipientibus debitor sum.] Nisi quoridie venias ad puteos, & haurias aquas, non solum alios potare non poteris, sed & ipse quoque firim verbi Dei patieris. Vnde Dominus: Qui sitit veniat ad me, & bibat. *Rebecca ut vidit puerum petentem aquam celeriter deposuit de humero hydriam;* Quia anima fidelis statim ut audit Propheticum verbum deponit elatam humanæ facultatis arrogantiam, & ad tam humilem, ac tam simplicem se inclinat Propheticum sermonem dicens, [Bibe Domine, &c.] Nec mirum quod Propheticus sermo poteretur ab anima, quam ipse magis potare deberet, cum & Dominus IESVS, cum sit panis vitæ, & pascat animas esurientes esurire se fateretur cum dicit, [Esuriui, & non dedistis mihi manducare.] Et iterum cum sit ipse aqua viua, & potum det omnibus sitientibus ipse dicit ad Samaritanam, [Da mihi bibere.] Sic & Propheticus sermo cum ipse potum det sitientibus, nihilominus ab his potari dicitur cum studiosorum exercitia, & vigilantiam suscipit. Anima igitur quæ tam prompta est, verbo Dei copulari potest nuptiis Christi.

Verbi Dei consideratio.

15. GENES. 26. *Foderuntque in torrente & repererunt aquam viuam.* AMBROS. *lib. de Isaac & anima.* Puteus aquæ viuæ est profundæ altitudinis doctrinæ. Vnde Agar ad puteum Angelum vidit, & Iacob ad puteum Rachel sibi inuenit uxorem; Moyses quoque secus puteum uxorem inuenit; & Isaac à puteo visionis adoratus est puteos, & bono ordine, ut eius putei aqua, oculus animæ dilueret, & fonderet, quo visum eius faceret clariorem. Deinde fodit alios puteos plures. Vnde scriptum est: Bibe aquam de tuis puteis. Quanto enim plures fuerint, tanto erit vberior redundancia gratiarum.

Verbi Dei famem Christus satiat.

16. GENES. 41. *Aperuitque Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Aegyptiis.* INTERL. Tunc venduntur frumenta verbi Dei Aegyptiis cum se mancipant diuinis obsequiis. LIPOMAN. Aperit autem Ioseph horrea cum scripturarum sensus quando, & quibus vult manifestat Christus. Vnde de eo dicitur, *Luce. ult.* Tunc aperuit illis sensus, ut intelligerent scripturas. PROSPER. Tempore autem famis aperuit horrea: Nam [oculi Domini super iustos, &c.] & sequitur, [Ut eruat à morte animas eorum & alat eos in fame.] *Psal. 32.* Famem vero animæ Amos Propheta ostendit, *cap. 8.* cum dicit, [Dabo eis famem in terra, ait Dominus, non famem panis nec sitim aquarum, sed famem audiendi verbum Dei.] Et in Euangelio *Matth. 24.* Ipse Dominus [quia abundauit iniquitas, refregisset charitas multorum.] In hac fame positus, noster Ioseph ex horreis suis nobis diuinam sui corporis annonam administrat, quam gustantes, videmus quàm suavis est Dominus. ISIDORVS. Ioseph à penuria frumenti saluat Aegyptum, & Christus à fame verbi liberat mundum; nisi fratres Ioseph vendidissent, deficeret Aegyptus. In Ioseph, argumentum non habuit nisi sola Aegyptus; in nostro vero Ioseph augmentum meruit habere vniuersus mundus. Ille erogauit triticum, noster Dei verbum. [In omnem enim terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.]

Idem.

17. *Idem.* IBI D. *Ite ad Ioseph.* AMBROS. Quicumque famem patiebantur, ad Ioseph mittebantur, illi scilicet quibus dictum est *Psal. 58.* Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes. Ideo Dominus IESVS, ieiunia mundana miscrat aperuit horrea sua, id est, thesauros sapientiae, & scientiæ Dei patefecit absconditos, vt nulli alimenta desissent. Vnde dicit *Prouerb. 9.* [Venite edite panes meos,] & de illo dicitur *Psal. 22.* [Dominus pascit me, & nihil mihi deerit.] Aperuit ergo horrea sua Christus, & vendebat non aere pecuniæ, sed fidei pretium, & deuotionis stipendium quærens; vendebat autem non paucis in Iudæa, sed omnibus: omnes enim tenuerat famem, & omnes esuriunt quos non pauerit Christus, &c. Vide *Christus*, num. 61.

Idem.

18. GENES. 42. *Erat autem famem in terra Chanaan.* *Es Ioseph erat princeps in terra Aegypti, &c.* PROSPER. Venerunt in Aegyptum fame compulsi fratres Ioseph ab eo quem vendiderant sub pretio comparare frumentum. Venerunt & ad nostrum Ioseph Christum Dominum qui cum crucifixum, vt eius refecti cibario, famem qua eorum animi vexabantur auferret. LIPOMAN. Et princeps in terra Aegypti Ioseph, & Christus in toto mundo princeps qui solus pastor est, imo & frumentum ipsum, quod alimenta præstat omni populo terræ: dicit enim de seipso *Ioan. 12.* [Nisi granum frumenti cadens in terram, &c.] Granum quidem mortuum in infidelitate Iudæorum, multiplicatum autem in credulitate gentium.

Verbum Dei communicatum, non minuitur.

19. GENES. 43. *Nolite timere, &c. nam pecuniam quam dedistis mihi probatam ego habeo.* INTERL. Non mentitur sapiens dispensator, quia de pecunia verbi Dei dicit. AVGVST. Mendacium videtur, sed aliquid significare credendum est. Argentum enim probatum quod datur, & non minuitur, illud intelligitur de quo legimus, Eloquentia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum probatum terræ, purgatum, septuplum, id est, perfectè. Vide *Mendacium*, num. 10. ex LIPOMANO.

Verbi Dei efficacia.

20. GENES. 49. *Ligans ad vincam pullum suum, & ad vitem filii mi usum suam.* LIPOMAN. Huius loci hæc est sententia. Terra Iudæa, siue fors quæ illi obueniet erit tam ferax vini, vt vit aliquis possit ligare asinum suum ad vitem vnam, & ex eius fructu onerare asinum: & in summa tantæ erit fertilitatis, vt vini & frumentorum copia mirabilis vix enumerari possit cum pace, & alacritate: securus enim, & absque timore Iudas habitabit. ISIDORVS. Quidam dicunt hoc loco vim dominicæ doctrinæ significari, vt quemadmodum Dominus adeo mitis, ac mansuetus erat, vt de eo scriptum sit, [Non contendet, nec clamabit, &c.] Ita gætes efferas, atque agrestes per Euangelicam fidem mansuetas redderent, vt vitem cui alligatæ erant præ mansuetudine minimè læderent.

Idem.

21. GENES. 49. *Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.* LIPOMAN. Sensus est. Rubescunt oculi vitorum Iudæa ab ipso vino, quod terra tam largiter illis proferet. Quæ & lactis in ea forte tanta erit copia, vt dentes ipsi, ex eius frequentu esu sint albicati. Vide etiam *Apostoli*, num. 6. ex AMBROSIO, & aliis. RVPERTVS. *Oculus Christi pulcherrimos*

Verbi Dei efficacia.

EXOD. 4. *Obsecro Domine non sum eloquens, &c.* 24. De verbi Dei efficacia, Vide *Hieronymus*, nu. 26. ex GREGOR. RVPERTVS. Ac si diceret, antequam loquereris ad seruum tuum videbar mihi loquens, & velocis linguæ, nunc autem ex quo loqui cœpisti, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, hoc de me didici, & sensi quod eloquens non sum, nec tam expedita linguæ, vt ea quæ nunc agenda intelligo, dignè valeam coram hominibus loqui.

Verbi Dei fames, & egestas, multa inducit mala.

25. EXOD. 5. *Multus est populus terra, &c.* BERNARD. *Serm. 34. paruulorum.* Sicut fames cœgit Isaacem intrare in Aegyptum, & de libero seruum fieri, interireque tyranno operibus luti, & lateris: sic fames nõ panis, nec sitis aquarum, sed verbi Dei compellit multos intrare in Aegyptum, id est, tenebras. Qui enim verbi Dei patitur egestatem, inuoluitur tenebris ignorantia, & subiacet dominio Pharaonis, id est Diaboli, qui princeps est Aegypti, hoc est tenebrarum, iuxta illud *Apostoli*. [Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, &c.] Sub iugo Pharaonis fiunt Iudæa opera, id est, dissoluta, & sordida, ab ipso dantur paleæ, id est, leues cogitationes, &c. Vide *Cogitationes*, num. 7.

Verbum Dei quare non auditur.

26. EXOD. 6. *Qui non acquieuerunt ei propter angustiam spiritus, & opus durissimum.* INTERL. Nihil durius quam dæmonibus in operibus carnis inseruire. LIPOMANVS. Sic misera caro peccato in tantam vitia est, vt nunquam possit regia via incedere: in prospero enim rerum successu viuunt securissimè, nullo penè timore Dei: in afflictionibus autem ita desperat, vt nullam profus consolationem verbi Dei admittat, quia diuersum iuxta æternam rerum speciem sentit. Sequitur. *Ecce filij Israël non audiunt me, & quomodo audiet Pharaon?* INTERL. Qui debent me tamquam filij Dei audire non audiunt, quomodo audiet ille qui semper aduersatur. LIPOMAN. Forti argumento vitur Moyses: Si filij Israël populus tuus non audiunt me, quanto minus rex impiissimus? Si filij nequeunt patri credere, quomodo hostis ex professione acquiescet? Sed maior est Dei benignitas, quàm humana fragilitas. Credit qui à Deo patre trahitur. Sequitur. *Locutusque est Dominus ad Moysen, & Aaron, & dedit mandatum, scilicet eis ad filios Israël, &c.* INTERL. Lex enim & Prophetæ docent populum, quæ facienda, vel fugienda sunt, & increpant Diabolum. LIPOMANVS. In quo & bonus prælatus instruitur ne taceat, nec quæ subditorum salutem concernunt omitat, etiam si in principio cum non audiant. Forte enim post audituri sunt. Vnde *Apostolus* ad discipulum scribens ait, *2. ad Timoth. 4.* [Prædica verbum, in sta opportundè, importundè, argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.]

Idem.

27. EXOD. 7. *Ego indurabo cor eius.* CHRYSOST. *Super cap. 12. Ioan. homil. 67.* Quemadmodum sol debilem oculorum aciem perstringit non natura sua: ita vsu venit his qui diuino non attendunt sermoni. Ita & Pharaonis cor obdurasse dicitur. Ita his accidit, qui Dei verbum oppugnant. Proprium hoc scripturæ, vt illud, [Tradidit illos in reprobum sensum,] & illud. [Abiit à gentibus,] hoc est, secessit dimisitque eas. Non enim hæc à Deo, sed ab illorum malitia peruenire ostendit. Vt ergo auditorem perterreat, inquit, *Indurauit, tradidit, & dereliquit.* Quod enim ipse non solum

rimos seprè esse & in Zacharia Propheta, & in *Apo. legimus* [qui sunt septem spiritus missi in omnem terram.] Constat autem, quia sepriformis gratia Spiritus sancti, quam accepimus ex gratia Euangelij ventustate legis pulchrior, atque dulcior est. *Dentes quoque*, ij sunt qui in corpore eius, quod est Ecclesia fortes sunt ad capiendum solidum cibum, & ij profectò *lacte candidiores*, id est, illis quibus pro infantia sensuum lacte opus est, sanctiores, atque pulchriores sunt. ISIDORVS. *Dentes* verba significant, iuxta illud. [Dentes eorum arma, & sagittæ] qui *lacte candidiores* dicuntur, quia doctrina Domini nihil purius, nihil candidius dici potest. CYRILLVS. Quodcumque enim loquitur Christus admiratione dignum est, & in auditorum animis splendorem quandam gignit. HIPPOLYTUS. Nam Christi verba credentibus per gratiam eius lucida sunt.

Verbi Dei efficacia, & pulchritudo.

22. GENES. 49. *Nephtalim ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis.* LIPOMANVS. Conuenienter exponitur hæc litera de Barach, & cantico Debora post prælium Israël contra Sisaram per mille viros de tribu Nephtalim peractum, ipso duce. CARIETANVS. Assimilatur enim Barach ceruo emissio; eo quod cum mitteretur dux prælij, noluit sine Debora proficisci timidus, vt *ceruus dans eloquia pulchritudinis*, hoc ad canticum, quod Debora cecinit spectat. Vide *Apostoli*, numer. 8. ex EUCHERIO, RVPERTVS. Melius cuncta ad Saluatorem referenda sunt, quippe cui verissimè dictum est. [Speciosus forma præ filiis hominũ, diffusa est gratia in labiis tuis:] qui tamquam ceruus emissus currendo rem omnem breui tempore confecerit. Vnde illi in *Cant. cap. 2.* Sponsa dicit: [Reuertere, similis es dilectæ mi capræ hinnuloque ceruorum super montes Berhel,] vel aliter. Qui dignus esse debet hoc nomine *Nephtalim* quod interpretatur *latitudo*, oportet vt dilatato corde tamquam ceruus emissus currat viam mandatorum Dei, detque eloquia pulchritudinis, quemadmodum ceruus ille, qui in emissione sua currens, & stationis impatiens dicit, *2. Corinth. 6.* [Os nostrum patet ad vos ó Corinthij, cor nostrum dilatatum est, non angustiamini in nobis.]

Verbum Dei semini comparatur.

23. ORIGEN. *super cap. 1. Exodi.* Mihi videtur vnusquisque sermo Scripturæ diuinæ similis esse alicui seminum, cuius natura hæc est, vt cum iactum fuerit in terram multipliciter diffundatur, & tanto cumulatius, quanto vel peritus agricola plus laboris impenderit, vel beneficium terræ indulerit. Sic ergo efficitur, vt culturæ diligentia exiguum semen, verbi gratia sinapis, quod minimum quidem est efficiatur maius omnibus oleis, & fiat arboris ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Ira & quilibet scripturæ sermo si peritum inueniat, & diligentem colonum, licet primo attractu videatur exiguus, & breuis, vt primum cœperit excoli, & spiritualiter tractari, crescit in arbore, ita vt possint venire disputatores, & rhetores huius mundi, qui velut aues cæli leuibibus pennis verborum dumtaxat pompa excessa sectantes, & rationibus capri velint habitare in ramis istis, in quibus non loquendi decor est, sed ratio viuendi.

Verbum Dei qualiter audiatur.

EXOD. 3. *Cumque minasset gregem ad interiora deserti, &c.* Qualiter verbum Dei audiri debet. Vide *Mundus*, num. 10. ex GREG. Vide etiam *Tentatio*, num. 32. ex ORIG. & GREG.

solum non tradat, sed nec derelinquat quidem nisi velimus, audi quid dicat *Osee 4*. [Nonne peccata vestra diuidunt me à vobis?] Et iterum. [Qui longe discedunt, à te pereunt.] Et iterum. [Oblitus es legis Dei tui, & ego tui obliuiscar.] Et iterum: [Veni & non erat homo, vocaui, & non erat qui audiret.] Hæc autem dicit, ut nostra causa deserit nos, & nobis ipsis perditionis nostræ auctores demonstret. Deus enim non modo nos derelinquere, & punire vult, sed quoties punit, inuitas punit. [Nolo, inquit, mortem peccatoris.] Christus etiam cum peritura esset Ierusalem la-chymatus est quod nos in amicis facimus.

Verbo Dei non credere, nec obedire malum.

28. **EXOD. 9.** *Qui timuit verbum Domini de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos, & iumenta in domos; qui autem neglexit sermonem Domini dimisit seruos suos, & iumenta in agris.* Vide differentiam eorum qui verbo Dei credunt, & opere complent ab his qui negligunt. Sequitur. *Et percussit grando in omni terra Ægypti cuncta quæ fuerunt in agris ab homine usque ad iumentum.* Vide *Fertum*, num. 4. ex *RVPERTO*.

Verba Dei alta, & etiam humilia venerari debemus.

29. **EXOD. 12.** *Caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitis, &c.* Quod tam verba alta, & sublimia diuinitatis, quam etiam humilia humanitatis venerari, & colere debemus. Vide *Christus*, num. 9. ex *GREGOR.* & *RVPERTO*.

Verbum Dei qui habet exultat.

30. **EXOD. 12.** *Perierunt ab Ægyptiis vasa aurea, & argentea, vestemque plurimam, &c.* *AMBROS.* super illud *Psal. 118.* *Labor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.* Habet, inquit, spolia multa quæ à Iudæis abstulit, & exultat, qui habet verbum Dei: Sicut *Dauid* abstulit *Golia* gladium, & ipse gladio caput eius exsecuit. Sic verus *Dauid* humilis, ac mansuetus *Dominus Iesus*, *Diaboli* caput armis ipsis amputauit; arena eius quæ genus erant abstulit, vasa eius diripuit, quia alligatus est foris. Vas *Diaboli* caro erat hominis peccatoris, sed posteaquam in *Christo* credimus, caro nostra cepit esse vas electionis, ut habes dictum de *Apostolo*. [Vas electionis est mihi.] *Act. 9.* Merito vocatur est nomen *Christi Ista* 8. [Veloceiter spolia detrahe, festina prædatis; quia puerum sciat puer vocare patrem, aut matrem, accipit virtutem *Damasci*, & spolia *Samaritæ* contra regem *Assyriorum*.] Et à *Iudæis* *Dominus Iesus* abstulit spolia, hoc est, regnum cælorum, & dedit genti facientis fructum eius; illis abstulit, nobis dedit. Merito exulto, &c. Vide *Scriptura sacra*, num. 29.

Verbum Dei manna de celo.

31. **EXOD. 16.** *Eccc ego pluiam vobis panes de celo, egredietur populus, & colligat, quæ sufficiunt per singulos dies.* *ORIGEN.* Et ego hodie dico; quia pluit *Dominus* manna de celo. Imo semper manna nobis datur de celo. Cælestia namque sunt eloquia Dei, & à Deo descenderunt verba quæ nobis hodie recitata sunt, & ideo nos scilicet qui tale manna suscepimus. Illi infelices dolent, & suspirant, & se miseros dicunt, quia manna sicut acceperunt patres ipsorum, ipsi non merentur accipere. Sequitur. *Apparuit in solitudine munitum, & quasi pilo tufum in similitudineque pruina.* *GLOS. ORIGEN.* Manna etiam simile est pilo tufum; quia cælestis doctrina diligenti deliberatione discutitur, ut literalis sensus exuatur. *ORIGEN.* Tu ergo si vis māducare manna, id est, si cupis suscipere verbum

Dei, scito illud minutum esse, & valde subtile, sicut semen coriandri, habet enim in se aliquid oleris quo nutrire, & recreare possit infirmos; quia qui infirmus est, olus manducat. Habet aliquid rigoris, & ideo ut pruina est. Candoris autem, & dulcedinis habet plurimum. Quid enim candidius, quid splendidius eruditione diuina. Quid dulcius, quidve suauius eloquiis Domini quæ sunt super mel, & fauum? *CYRILLVS lib. 3. super Ioan. cap. 34.* Coriandro comparatur, & minutum dicitur verbum Dei, quia tenuis profectus est, & frigidior diuini sermonis virtus, passionum ardore frigiditate sua extinguit. Frigidissima enim dicitur esse vis coriandri.

Idem.

32. **IBID.** *Dixerunt ad inimicem Manhu, quod significat, quid est hoc? Ignorabant enim quid esset.* *ORIGEN.* Bene dicitur quod ignorabant quid illud esset. Nihil enim *Iudei* in verbo Dei minutum, nihil sentiunt spiritale, sed totum pingue, totum crassum. [Incrassatum est enim cor populi illius.] Vide etiam si non ipsa nominis virtus, scilicet *Manhu* ad discendum te prouocat, & cum audieris legem Dei recitari, inquitur semper & interrogas, & dicas doctoribus. Quid est hoc? **IBID.** *Factum est vesper, & ascendens conuallis, cooperuit castra.* *ISIDORVS.* Quid per volucrum elcas, nisi prædicationes diuinitus missas, ut intelligantur quæ transcurrunt per verba sonantia, quasi per aërem volatilia pennata, quibus per fidem pascantur hi qui ad patriam regni cælestis peruenire contendunt? Potest & volucrum elca veteris significare legis eloquia, quæ plebem carnalem, tamquam carne aiebant per verba diuinitus missa, quasi per volatilia. Vnde & vesper dantur; quia cuncta quæ carnaliter ipsis concessa sunt finem erant habitura. Manifestato autem lumine fidei manna populo datur. Manna utique *Christus* est, [qui tamquam panis viuus de celo descendit,] qui per nubes euangelicas vniuerso orbi pluitur. Hic est panis Angelorum, qui etiam corruptibiles homines incorruptibiliter pascit.

Idem.

Verbum Dei, iniquis vermibus efficitur.

33. **EXOD. 16.** *Scatere cepit vermibus atque conputruit.* *ORIGEN.* Sed dicit aliquis: si manna verbum Dei esse dicis quomodo vermes facit? Non te hic turbet audiens. Audi *Prophetā* ex persona Domini dicentem. [Ego autem sum vermis, & non homo.] Sicut enim ipse est qui fit aliis in ruinam, aliis autem in resurrectionem. Ita & ipse est qui iniquorum mentes arguit, & correptionem spiculis peccatorum conscientias tenebrat. Ipse est qui & ignis efficitur in cordibus illorum, quibus adaperit scripturas. Iuxta illud: [Nonne cor nostrum ardens erat in nobis cum aperiret nobis scripturas? & aliis ipse ignis est, qui conflamat spinas de terra mala, id est, qui malignas cogitationes in corde consumit: & ideo peccatoribus quidem nec vermibus arguens iniquè moritur, nec ignis exurens aliquando restinguitur. Iustis autem, & fidelibus permanet dulcis & suavis. Iuxta illud: [Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus.] Non ergo aliunde fiunt vermes in nobis, nisi ex verbo Dei. Sic enim & ipse dicit: [Nisi venissem, & locutus es fuisset, peccatum non haberent.] Post susceptum ergo verbum Dei, si quis peccet, efficitur ei ipsum vermibus quod eius semper conscientiam fodiat, & arcana pectoris eius rodant.

Verbum

Verbum Dei manna habens omne delectamentum.

34. **EXOD. 16.** *Gustus eius quasi simile cum melle.* *THEODORETVS.* De illo etiam *Sapiens* *Sirach* dicit [quod omne delectamentum in se habebat.] Quod quidem verbo Dei optime quadrat: Ad omnem enim spirituales cibum accommodatum est. Nam in *Christo* infantes verbum Dei, ut potum sumunt: perfectiores verò qui exercitatos habent sensus, illud ut solidum cibum sumunt ad discretionem boni, & mali. *ORIGEN.* Sed festinemus & nos cæleste manna suscipere: istud enim manna prout vult quisque saporem reddit in ore eius. Audi *Dominum* dicentem iis qui accedunt ad se. [Fiat tibi secundum fidem tuam:] & tu ergo si verbum Dei, quod in Ecclesia prædicatur tota fide, tota deuotione suscipies, fiet tibi ipsum verbum quodcumque desideras: verbi gratia. Si tribularis, consolatur te, dicens. [Cor contritum, & humiliatum Deus non spernit.] Si letaris pro spe futura cumulat tibi gaudia, dicens. [Letamini in Domino, & exultate iusti.] Si iracundus es, mitigat te, dicens. [Desine ab ira, & derelinque indignationem.] Si in doloribus, sanat te, dicens. [Qui sanat omnes infirmitates tuas.] Si paupertate consumaris, consolatur te, dicens. [Suscitans de terra inopem, &c.] Sic ergo manna verbi Dei reddit in ore tuo saporem quemcumque volueris.

Verbi Dei factores.

35. **EXOD. 19.** *Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium, &c.* *INTERL.* Antequam legem det promissis allicit, ut libenter accipiant, & de auditu cordis sermo est. *RVPERTVS.* Non dixit tantum si audieritis, sed addit: Si custodieritis pactum. Quia profectus non auditores legis iustificabuntur apud *Dominum*, sed factores. Eritis mihi in peculium de cunctis populis. *INTERL.* Id est, specialis populus quos pascam, defendam, & sicut proprium gregem nutriam.

Preparatio ad audiendum verbum Dei.

36. **EXOD. 19.** *Sanctifica illos hodie, & cras, lauenteque vestimenta sua, & sint parati in diem tertium.* *THEODORETVS.* Non solum sanctificari, sed etiam vestimenta lauare *Hebræi* à Deo iubentur cum legem sunt accepturi, quia per corporales res ad spirituales eos adducit. Ex his namque facile intelligere poterant multo magis mentem, animumque expurgari debere. *CYRILLVS lib. 4. super Ioan. cap. 51.* Per lotionem indumentorum, corporis puritatem ostendit. Indumentum enim animæ quodam modo corpus est. Per sanctificationem autem, probitatem morum studiosè acquirendam significat. *ORIGEN.* Si quis est qui ad audiendum verbum Dei conueniat, audiat quod præcepit *Dominus*. Sanctificatus venire debet ad audiendum verbum; lauare debet vestimenta sua. Si enim sordida huc detuleris vestimenta audies & tu: [Amice quomodo huc intrasti nõ habens vestem nuptialem?] Nemo ergo potest audire verbum Dei, nisi prius fuerit sanctificatus, id est, nisi fuerit sanctus corpore, & spiritu, nisi vestimenta sua lauerit, &c. Vide *Eucharistia*, num. 49.

Verbum Dei audire vocati debemus.

37. **EXOD. 19.** *Cum clangere cæperit buccina, tunc ascendant in montem.* *CAIETANVS, & LIPOMAN.* Licet tunc erat *Israëlitis* in montem ascendere cum clangere cæperat tuba quod erat signum recessus Dei à monte. In *Hebræo* habetur. [Cum protraxerit buccina vocem suam, tunc ascendat,] id est, cum

prolixius buccina insonuerit. *RABANVS.* Humanam per hoc audaciam compefcit, & premit, & ad obediendum diuinæ iussioni mentem erigit. Ad sonitum ergo buccinæ ascendere oportet in montem, quia ad sacræ prædicationis vocem se erigere debet ad superna mens auditorum. Nec enim inordinatè ad inuestigationem sacramentorum cælestium animum pertinax se immittere debet irrationabili motu præsumptionis suæ instigatus, sed ad vocationem diuinam promptus, ac deuotus subsequi quo prouocat gratia largitoris. *LIPOMANVS.* Nec Deus ascendit in mentem hominis, nisi prius proluxè, & humiliter, ac cum timore audito verbo Dei.

Verbum Dei accommodandum capacitati auditorum.

38. **IBID.** *Et sonitus buccinæ paulatim crescebat in manus, & prolixius sondebat.* Sonitus buccinæ (ait *RABANVS*) est sermo prædicatorum, qui secundum auditorum intellectum formari debet, ut cuique personæ videretur expedire. Non enim eodem tenore doctrinæ imbuenda est ruditas neophytorum, qua instruenda est capacitas eruditorum. Vnde *Paulus* quibusdam dixit: [Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tamquam paruulis in *Christo* lac vobis dedi, non escam.] Aliis verò alibi dicit. [Sapientiam loquimur inter perfectos, quam nemo principum huius sæculi cognouit.] Vide etiam *Prædicator*, num. 42. ex *GREGOR.* *GREGOR. NYSSENVS.* Est itaque tuba magnum stuporem per auditum efficiens veritatis prædicatio; valde quidem statim ab initio sonans, magis autem, atque quæ in vltimis intonans. Insonuit lex, & *Prophetæ* diuinum incarnationis mysterium, sed imbecilliores erant illæ primæ voces quam ut possent duos commouere, sed vltimæ voces quæ *Euangelica* prædicatione factæ sunt ad auditum commouerunt, quibus *Propheta* ait. [In omnem terram exiit sonus eorum, &c.]

Verbum Dei audiens alios vocet.

39. **EXOD. 19.** *Vade & ascende, ascendeque tu, & Aaron tecum; sacerdotes autem, & populus non transcant terminos, &c.* *RVPERTVS.* Nota quod *Moyse*, quem Deus misit, montis *Sion*, & *Ciuitatis* Dei viuientis *Ierusalem* *Hebræi* ianuas aperuit, vocando illum intra secreta contemplationis, quo populus ascendere non meretur; quia carnali sensu premitur; quia qui vocatus à Domino est, is vsque in tertium cælum aut in paradysum raptus, cælestem *Ierusalem* perambulat, tantæque visionis eius nunquam abesse festiuitati, totis visceribus exoptat, sed oportet, ut qui audit, dicat, veni. Id est, ut is qui supernam dulcedinem prægustauit inuiter alios ad promerendam requiem, qui miserè laborantes, & onerati nesciunt adhuc ubi pax, & vera resectio sit. Nec enim idcirco aperti sunt illi thesauri beatitudinis, ut reperitis solis diuitiis incumbat. Dicitur ergo *Moyse*, ut descendat ascendens iterum, & assumat secum *Aaron* fratrem suum populoque prædicet quatenus lotis vestimentis ascendat ad *Dominum*.

Qualiter verbum Dei videatur.

40. **EXOD. 20.** *Cunctus autè populus videbat voces, &c.* *HERON.* in *Abdiam*, cap. 1. De *Deuteronomio* sumemus etiam exemplum, cap. 4. in quo non res, sed verba cernuntur. [Attende, inquit, tibi, & conserua animam tuam vehementer, ne forte obliuiscaris sermonum, quos viderunt oculi tui.] Et *Moyse* vocem Domini quæ ad eum loquebatur, vidisse se dicit. *AVGVST.* quæst. 72. super *Exodum*. Quamquam nonnulli

nullo *videre vocem* nihil aliud arbitrati sunt esse quam *intelligere*, qui *visus mentis est*. Tamen Moyses, brevitate studens ait: [Videbat populus voces, & lampades & sonitum, &c.] ne diceret: [Audiēbat voces, & videbat lampades, &c.] Quo more loqui nos solemus. Nam *vide quid sonet*, solemus dicere. *Videre* enim solet pro generali sensu poni non solum corporis, verum etiam animi. Vnde est illud *Genes. 42*. Cum vidisset Iacob, quia sunt esca in Aegypto. *Idem dicit super Ioan. tractat. 121. super illa verba, quae vidisti me Thoma, credidisti*. Non ait, [quod tenuisti me, &c.] *Basilivus super Psal. 28*. Vox est percussio aeris, aut forma illa circa aërem, quam exprimere vult qui vocem emittit. Hanc vocem qui carnis organa habent vi spiritus ad aures vsque illius impellunt, ad quem loquuntur. Vox verò Domini, non est huius rationis, propterea quod imaginatione cum illis agit, quos vult audire, vocem suam. Hic namque sensus eorum quae dicuntur, non per aures verberato extrinsecus aëre apprehenditur, sed mens ipsa intellectu accipit quae in memoria eorum quae considerata sunt permanere solent, Vnde in *Genesi* dicitur: [Facta est vox Domini ad Abraham:] quoniam aures habebat quibus precepta Dei audire poterat arcano modo insonata illi voluntate diuina. Vox verò illa qua cunctus populus vidit in *Exodo*, visio erat, hoc est cognoscibilis, & omnibus intellectu comprehensibilis: non enim colore aliquo depicta, aut delineata erat vox illa, ut oculis fuisset sensibilis, sed vidit populus vocem propterea quod preceptum Domini lucidum est, illuminans oculos, nec vlla inest iis quae dicuntur obscuritas.

Verbum Dei aeternum.

41. *Idem Ambros. in proemio super Lucam*. Vox non videtur, sed auditur, vox enim quid est, nisi sonus? Qui non oculis cernitur, sed aure percipitur. verum altissimo ingenio voluit declarare Moyses, quia vox videtur Dei. Interioris enim mentis videtur obtutu. At in Euangelio, non vox, sed illud quod voce praestantius est verbum videtur. Vnde *Ioan. 1. Can. cap. 1*. [Quod fuit ab initio, quod vidimus oculis nostris, quod percipimus & manus nostrae contrectauerunt de verbo vitae, &c.] Non enim prolatum verbum, sed substantiale significatur. Verbum illud [quod caro factum est, & habitavit in nobis.] Non vulgare verbum, sed illud caeleste cui Apostoli ministrarunt. Non solum enim viderunt verbum Domini secundum corpus, sed etiam secundum verbum. Iudaei autem non viderunt eum, quia non videbant in spiritu: obcaecatum enim erat insipiens cor eorum.

Verbum assidue praedicandum est.

42. *Exod. 25. Et ponas super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.* Quod verbum Dei semper proponendum est, & praedicandum populo. Vide *Prædicator*, numer. 43. *ex Beda. Rvbertvs.* Tabernaculum primum praesentem significat Ecclesiam. Illic mensa est, & contra mensam candelabrum. Etenim in hac Ecclesiae peregrinatione mensa est Domini parata laborantibus in agone certaminis, mensa geminae refectio. Nam hic propositus est panis, id est, Scriptura sacra, quae magna verbi Dei complementem reficit, & panis corporis eius, & calix sanguinis quem de sancto altari Christianus ad vitam aeternam sibi profuturum percipit. Candelabrum quoque hic est, & dignè conuiuantibus lucet, videlicet Christus, qui dicit, [Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem saeculi.

Idem.

43. *Exod. 27. Ardeat lucerna semper in tabernaculo vestram.* *Beda.* Diligent er intuendum est quod

vi lucerna semper in tabernaculo Dei possit ardere, filij quidem Israel oleum offerre; Aaron autem, & filij eius ipsam lucernam collocare iubentur, & ad lucem nutriendam populus oleum offerat in domo Domini, & sacerdotes lucernam componant, ut figuratè doceamur, quod fideles, & religiosi auditores prompta ad obediendum fidei corda afferant, doctores verò eis ignem verbi caelestis quo illuminentur ad agnoscendum, & inflammentur ad diligendum Deum praedicando ministrent. Offerant ergo humiles auditores deuotionem mentis, & ministerio sermonis doctores doceant eos caelestis arcana scientia. Et notandum quod nullum oleum licet offerre in tabernaculo Dei, nisi quod de lignis oliuarum conficitur. Sicut nec ignis quam qui de caelo descendit, vel in lucernis sanctis ardere, vel in altari Dei debeat accendi. [Sanctus enim spiritus, disciplinae effigiet factum, &c.] Offerant ergo boni auditores spiritualibus doctoribus conscientiam puram, & charitatis gratia fecundam, piloque sedule probationis ab omni nequitia permundatam commixtione, quae sola videlicet intentione placendi, & seruendi Domino, verbo eius audit, delectetur. [Offerat Aaron cum filiis suis ignem non alienum, &c.] Id est, praedictum verbum doctores non suum, sed Domini, protestantes cum fiducia illud, *2. Corin. 2*. [Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed ex Deo sicut coram Deo, in Christo loquimur.] Bene autem dicitur, *ut ardeat lucerna semper, &c.* Quia nunquam in Ecclesia sancta lux praedicationis, nunquam debet humilitas auditorum pura, quae hanc libenter excipiat, imo & solenter inquirat deesse.

Verbum Dei attentè audiendum.

44. *Exod. 34. Posuit velamen super faciem suam, &c.* *Orig. homil. 12. super Exod.* Cum Apostolus dicit, *2. Corin. 3*. Id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet, amputaret nobis omnem intelligentiae spem, nisi addidisset. [Cum autem quis conuersus fuerit ad Dominum auferetur velamen.] Igitur causam auferendi velamen conuersionem nostram esse dicit ad Dominum. Ex quo colligenda sunt nobis iudicia; quod donec legentes scripturas diuinas laet nobis intellectus; donec obscura sunt nobis, & clausa, quae scripta sunt, nondum conuersi ad Dominum sumus: si enim conuersi essemus ad Dominum sine dubio auferretur à nobis velamen. Sed hoc ipsum *conuerti ad Dominum* quale sit videamus. Dicendum tamen prius est quid sit *auerfus*. Omnis, qui cum recitantur verba legis, communibus fabulis occupatur, auersus est. Omnis qui dum concio fit, de negotiis saeculi, de pecunia, de lucris, de gloria saeculi, & mundi honoribus sollicitudinem gerit, auersus est. Sed quid est *conuerti*? Si his omnibus terga vertamus, & studio, & actibus, mente, & sollicitudine verbo Dei operam demus, & omisiss omnibus Deo vacemus, hoc est, *conuersum esse ad Dominum*. Sed quid de illis qui in remotioribus dominicae locis domus saecularibus fabulis occupantur? De his ego ausus sum dicere; quia iam non velamen super cor eorum, sed paries quidam, & murus est positus.

Semen est verbum Dei.

45. *Leuit. 12. Mulier si suscepto semine masculinum pepererit, &c.* *Radvlphvs.* Sicut ex Euangelio didicimus, semen est verbum Dei. Mulier ergo quae suscepto semine masculinum parit, illam significat animam quae diuini semine verbi fecundata perfectionem virtutum, quasi masculinam sobolem ex interna conceptione producit, nihil molle, nihil habens in sua conceptione foemineum, sed pro robore fortitudinis,

rudinis, & virtute masculini partus formam quaedam praefera, & exemplum. Illa verò quae foeminam parit, illam animam significat quae etsi de semine verbi aliquem fructum proferat, remissas tamen, & debiles actiones, nullo virtutum culmine, nulla virilis virtutis perfectione consummat. Porro mulier sterilis quae reproba erat, & maledictio legis obnoxia animam illam significat quae semen verbi suscepit, sed boni operis fructum aliquem non producit.

Verbum Dei quibus sit fastidiosum.

46. *Numer. 11. Anima nostra iam nauisat super cibo isto leuissimo.* *Baldvins.* Verbum Dei non numquam ex facilitate intelligendi, vel ex copia legendi, & audiendi, & ex desiderio ciborum Aegypti fastidiosus vilescit animis, & in tedium vertitur, haec sufficit eis panis vitae, & intellectus & aqua sapientiae salutaris quin panem futuorem, & aquam turbidam desiderant.

Verbum Dei manna.

47. *Ibid. Cumque descenderent nocte super castra, ros, &c.* *Idem.* Verbum Dei cum perfuderit, ros est, cum reficit manna est, cum praedicatur, perfunditur, cum dignè suscipitur, & custoditur reficit. Noctè autem descendit, quia cum medium silentium tenebant omnia, &c.

Verbum Dei corde audiendum.

48. *Exod. 22. Ita dumtaxat ut quodcumque praecepero facias.* *Orig. legit.* [Verbum quodcumque posuero in ore tuo, hoc loqueris.] Si non indignus fuisset verbum suum Dominus non in ore eius, sed in corde posuisset: sed quia in corde eius desiderium mercedis erat, & pecuniae cupiditas, verbum Domini non in corde, sed in ore ponitur. Vnde ipse ait *intra*: [Nunquid aliud loqui poterò, nisi quod Deus posuerit in corde meo?]

Vti debemus gladio verbi Dei.

49. *Numer. 25. Phinees arrepto pugione, &c. & perforat ambos simul.* Quod vti debeamus gladio verbi Dei, Vide *Cogitationes*, nu. 16. *ex Orig.*

Dei verbum attentè audiendum.

50. *Orig. super Numeros, homil. 27.* Omnia quae dicuntur non solum ex sermone, qui dicitur pensanda sunt, sed ex persona dicentis. Si puer loquitur animos nostros ad auditum eloquij puerilis apramus, nec plus in his quae dicuntur, quam puer sentire poterat expectamus. Si autem vir loquitur, continuo contemplamur, si verò digna sunt quae dicuntur, si eruditus sit, pro eruditionis intuitu etiam dicta pensamus, si autem imperitus, & idiota, aliter quae dicuntur accipimus. Si autem senior, ac multae peritiae, ac probatae, ut qui in eruditione consenuit, longe in co maior habebitur dictorum expectatio. Hic qui loquitur, Christus Dei sapientia est, &c.

Verbum Dei cibis noster.

51. *Idem ibid.* Diuerfas creauit Deus ciborum differentias pro diuersitate animalium, vel humani desiderij. Vnde animalia cognoscunt proprios cibos. Aliis vitur leo, aliis ceruus. In hominibus quoque qui sanus est, & validus fortem cibum requirit. Infirmus delectatur oleribus, & fortem cibum non patitur. Paruulus verò si non voce, re tamen ipsa, lac tantum requirit. Cibum autem rationalis naturae verus, sermo Dei est. Sed & hic differentias habet. Non omnis eodem verbo nutritur. Est aliis in verbo Dei cibus lactis aptior, scilicet doctrina moralis quae rudibus solet praebere; hi lectionem in qua nihil est obscurum li-

benter accipiunt. Alium cibum inquit proficiens, alium perfectus, iuxta illud. [Sapientiam loquimur inter perfectos.] Sed sicut leo si habeat intellectum, non abundantiam herbarum culpabit incretam, nec dicit superfluum; quia carnibus vitur. Nec homo, quia sibi aptis vitur alimentis culpate debet, quod fecit Deus serpentes in cibum cernorum: ita in cibis rationabilibus non culpanda est scriptura, quae obsequior videtur, & inconueniens incipientibus, parulis, infirmis, & minus ad intelligendum validis. Quisque quod sibi sanum sentit assumat.

Audiendum est verbum Dei interius.

52. *Indicium 5. Audite reges, auribus percipite principes.* *Interlin. LXX. Sarrapae.* *Orig. homil. 6. super Iudices.* Sicut inferiores sunt regibus sarrapae: ita auribus percipere inferius videtur esse, quam audire: audire enim ad interiorem pertinet hominem. Vnde *Luc. 8*. [Qui habet aurem audiendi audiatur.] Auribus verò percipere, ad exteriorem, & corporalem auditum. Vnde hi qui audire debent, reges dicuntur, qui verò auribus percipere, sarrapae. Exulta igitur popule Dei audiens tuae nobilitatis insignia: vocatis ad audiendum verbum Dei, non ut plebs, sed ut rex, Tu es enim regnum electum, & regale sacerdotium. Vnde *Christus rex vester*, dicitur *rex regum, & Dominus dominantium, &c.* Vide *Nobilitas*, num. 4.

Verbi Dei efficacia.

53. *Regum 7. Intonuit Dominus fragore magno in die illa super Philistinum, & exterruit eos, & cæsi sunt à filiis Israel.* *Glossa ordin.* Cum per praedictores Euangelij Dominus intonat, spirituales hostes in fugam conuertuntur. Vide *Prædicatores*, num. 81.

Verbo Dei superantur vitia.

54. *Regum 17. Stans Goliath aduersus phalanges Israel, &c.* Quod verbis Dei superentur superbia, & reliqua vitia, Vide *Superbia*, num. 35. *ex Bern.*

Verbum Dei in spiritu, non in persuasibilibus verbis humanae sapientiae.

55. *Regum 10. Non erat argentum, nec alicuius preij putabatur in diebus Salomonis.* Alia litera. [Non erat argentum quippe nihili pensum.] *Vatavilvs.* Id est, nulla erant vasa argentea inter illa, quod argentum pro nihilo duceretur. *Glossa ordin.* Et in tempore primitiuae Ecclesiae veri Salomonis Christi non erat argentum, id est, sonus elegans, & compositus in verbis: quia secundum Apostolum, [non est in sermone verbum Dei, sed in virtute.] & praedicatione Euangelij; non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis consistit, sed etiam in ostensione spiritus, & virtutis, ut fides nostra non in sapientia hominum, sed in virtute Dei sit.

Verbum Dei opere implendum.

56. *Regum 17. Nisi quantum pugillus capere potest farinae.* *Stephanvs.* Farina verbum Dei, pugillus operatio; quantum ergo fidelis recipit de verbo Domini, tantum debet in opus conuercere. Vnde Christus: [Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.] Foritan haec vidua ideo electa *Luc. 4*. Multae viduae erant in diebus Eliae in Israel, quando clausum est calum annis tribus, & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illarum nullus est Elias nisi in Sarepta Sidoniae ad mulierem viduam, quae scilicet verbum Dei opere implebat.

Verbum Dei cibus noster.

57. 3. REG. 19. Et ambulavit in fortiitudine cibi illius usque ad montem Dei. GLOS. ORD. Angelus qui Eliam pavit magni consilij Angelum significat, cuius opera tam in corporali, quam in spiritali natura substituitur. Elias autem bis pastus exprimit nostrae naturae infirmitatem, quibus non sufficit simplex pastus, sed duplex, quatenus ad superna valeamus ascendere. Sicut enim corpus sine alimento subsistere nequit, ita nec anima vivere potest sine verbo Dei. Vnde Christus. [Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.] Vide Evangelium, nam 115.

Verbo Dei coniungimur Deo.

58. 2. PARALIP. 3. Sed & clavos fecit aureos, ita ut singuli clavi scilos quinquagenos appenderent. GLOS. ORDIN. Clavi sunt verba caelestia quibus in amore bonorum operum proficimus, & cōservamur. Hi sunt clavi dilectionis, & clavi timoris. Clavis dilectionis figuratur perfecti, iuxta illud Psal. 72. [Mihī autem adhærere Deo bonum est.] Timoris autem incipientes, iuxta illud. [Confige timore tuo carnes meas, & mādatis tuis timui.] Vtique clavi, scilos quinquagenos appendunt. Quinquagenario numero spiritalis gratia peccatorum remissio, & requies aeterna figuratur.

Verbi Dei contemptores puniuntur.

59. 2. PARALIP. 36. dicitur de rege Sedecia. Nec erubuit faciem Ieremia Propheta loquentis ad se ore Dei. A rege didicerunt hoc idem principes regni, de quibus etiam dicit. At illi subsannabant nuncios Dei, & parvi pendebant sermones eius, illudabant, Propheta. Hinc secutum est supplicium debitum, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio.

Multipliciter Deus verbum suum impartitur.

60. OSEE 2. Ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, &c. GREGOR. in 3. past. admonitione 25. Frumentum à Domino accipimus quando in dictis obsecratoribus subducto tegmine literæ per medullam spiritus, legis interna sentimus. Vinum cum scripturæ suæ alta prædicatione nos inebriat. Oleum cum præceptis apertioribus, vitam nostram blāda lenitate disponit: Argentum multiplicat, cum nobis luce veritatis plena eloquia subministrat. Auro quoque nos dicitur quando cor nostrum intellectu summi fulgoris irradiat. Vide etiam ORIG. hom. 2. in Cant.

Verba dulcia loquitur Deus ad animam.

61. IEREM. 31. Quapropter ecce ego lactabo eam. P. RIBERA. Quidam Hebræus verit. [Pelliciam eam verbis.] Hoc fecit Deus per prædicationem Evangelij, & per internam locutionem qua ita animā inescat, & blandè alliciat, ut vltro omnia cōtemnat, & Deo se totā dedat. Ita lactatus erat ille, qui dicebat Psal. 72. [Quid enim mihi est in caelo, & à te quid volui super terrā, defecit caro mea, & cor meum Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.] Et qui ait, ad Philip. 3. [Verumtamē existimo omnia detrimentū esse propter eminentem scientiā Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christi lucrificam.] Sequitur. Et loquar ad cor eius. Id est, loquat ei verba blanda, & consolatoria. Ita HIERON. hic, & super illud Isaia 40. [Consolamini, consolamini popule meus, dicit Dominus Deus vester, loquimini ad cor Ierusalem.] Item Genes. 34. vbi nostra litera habet. [Tristemque delinuit blanditiis,] in Hebræo est. [Locutusque est ad cor adolescentu-

lx.] Quare manifestato Evangelio, ita primos credentes consolatus est Deus, ut non solum in prosperis rebus, sed etiam in aduersis exultarent. Vnde Paulus Roman. 5. [Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, &c.] 2. Corimb. 1. [Benedictus Deus, &c. qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus, & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt per exhortationem qua exhortamur & ipsi à Deo, quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis; ita & per Christum abundat consolatio nostra.] & ad Hebr. 10. [Rapiam bonorum vestrorum cum gaudio suscepitis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam.]

Contra non audientes verbum Dei.

62. AMOS 4. Et pluit super unam civitatem, & super alteram civitatem non pluit. Pars una completa est, & pars super quam non pluit, annuit. GREGOR. hom. 10. in Ezechiel. Cum sanctæ exhortationis verba aliamens suscipit, alia suscipere recusat, super unam civitatem Dominus pluit, & super alteram non pluit: Cum verò & ipse qui proximos audit, ab aliis se vitijis corrigit, atque ab aliis emendari contemnit, vna, eademque civitas ex parte cōpluitur, & ex parte arida remanet, in qua à se prædicationis pluviam repellit.

Verbi Dei penuria, & fames, multum nocet.

63. AMOS 8. Et emittam famem in terram, non sumam panem, & sum aqua, sed audiendi verbum Domini. CHRYSOST. hom. 54. in Genes. Hæc famēs, scilicet panis corpus emaciæ: illa autem animam attenuat. HIERON. Mittit autem Dominus famem in terram super eos, qui terrena sapiunt, quando propter peccata populi, doctrina defecit in Ecclesiis, &c. Ex quo intelligimus quando doctrina non fuerit in Ecclesiis, perire pudicitiam, castitatem mori, omnes abire virtutes; quia non comederunt verbum Domini, quod qui comederit, saginatus eius cibo, audit per Salomonem, Proverb. 11. Iustus comedens saturat animam suam, animæ autem impiorum esuriēt. Et David qui ad senectutem pervenerat Abraham liberè decantabat Psal. 36. [Iunior fui, etenim senex, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.] GREGOR. hom. 10. in Ezech. super illud Ezech. 3. & aperui os meum, & cibavit me volumine illo. Scriptura sacra cibus, & potus est. Vnde Dominus per Prophetam alium minatur. [Mittam famem in terram, non famem panis, &c.] Qui ergo subtrahit suo eloquio, fame, ac siti nos dicitatē, quod eius verba, & cibus noster, & potus sint, demonstrat. Sed notandum quod aliquando cibus aliquando potus sunt. In rebus enim obscurioribus quæ intelligi nequeunt, nisi exponantur, Scriptura sacra cibus est. Quia quidquid exponitur, ut intelligatur, quasi manditur, ut glutitur: in rebus verò apertioribus potus est. Porum enim non mandendo glutimus.

Verbi Dei efficacia multiplex.

64. LVC. 11. Beati qui audiunt verbum Dei, &c. BERNARD. Vultis nosse quam beati? Primum quidem sonans in auribus animæ vox diuina conturbat, terret, diiudicat, sed continuo si non auertis aurem vivificat, liquefacit, calefacit, illuminat, mundat. Denique & cibus noster est, & gladius, & medicina, & confirmatio, & requies, & resurrectio, & consummatio nostra. Nec mireris, quod verbum Dei iam nunc invenias omnia esse in omnibus, quantum ad iustificacionem; siquidem & futurū est omnia in omnibus ad glorificationem. Audiat illud peccator, & conturbabitur venter eius, à voce illa carnalis animæ contemiscet. Omnia namque cordis secreta rimatur sermo vivus,

viuus, & efficax. Vnde licet mortuus in peccato, si audieris vocem Filij Dei, viues. Si cor tuum induratum est, emitter verbum suum, & liquefaciet illud. Si tepidus es, & enomi tā formidas, non discedas ab eloquio Domini, & inflammabit te: quia ignitum eloquium eius vehementer. Quod si tenebras ignorantie plangis diligeret, audi, quid loquatur in te Dominus Deus tuus; & erit lucerna pedibus tuis verbum Dei, & lumē seminis tuis. At forte tantò amplius doles, quanto clarioris etiam peccata minora illuminatus agnoscis. Sed sanctificabit te pater in veritate, quæ est vtiq; sermo eius, ut inter Apostolos merearis audire. [Ia vos mundi estis propter sermones meos.] Nam vero cum lauris manus tuas, ecce parabit in cōspectu tuo mensam, ut non de solo pane viuas; sed de omni verbo quod procedit de ore Dei. Vbi si consistit aduersum te castra, & prælium tentationis insurgit, accipe gladium spiritus, quod est verbum Dei, & in eo facile triumphabis. Quod si ut est certaminis contingit in eo aliquando vulnerari, mittit verbum suum, & sanabit te & eripiet te de intentionibus tuis, ut in te impletur quod ait illi Centurio. [Domine dic tantum verbo, & sanabitur puer meus.] Quod si, & si titubas, confitere, & clama. Mei autem penè mori sunt pedes, & in verbis suis confirmabit te, ut experimero dicas. [Verbo Domini cæli firmati sunt.] In his itaque & eiusmodi persevera, donec dicat spiritus, ut requiescant à laboribus suis. In hoc verbo requiesces dulciter, & suaviter soporaberis, donec veniat, & omnes qui in monumentis sunt audiant vocem eius, & procedent. Quod? Alij, quidem in iudicium; alij in vitam; & quis scit si est dignus amore, vel odio? Tunc maxime memor esto verbi tui seruo tuo Domine, ut ab auditione malorum non timeam, sed beata magis auditio ad visionē, cum dices. [Venite benedicti Patris mei, &c.]

Verbum Dei æternum sequi debemus.

65. IOAN. 1. Verbum caro factum est. BERNARD. Qui Christum apprehendere cupit citius illum sequendo quam legendo apprehendere potest. Quid queris o homo verbum in verbo; quod iam caro factū præsto est oculis? Iam de latibulo Prophetarū egressum est ad oculos piscatorum; iam de mote vmbroso, & condenso, tamquā sponus de thalamo profluuit in campum Evangelij. Iam qui habet aures audiendi audiat illum clamantem; [Qui sitit, veniat & bibat.]

Verbum Dei aliter electis, aliter reprobis sapit.

66. IOAN. 6. Durus est hic sermo. IDEM BERNARD. Prædicante aliquando Salvatore, & sub mysterio edendi corporis sui ad communicandum passionibus suis admonente discipulos, fuerunt qui dicerent. [Durus est hic sermo.] Absentibus autem illis inquisiti Apostoli an & ipsi vellent abire? [Domine, inquit, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.] Videsne quam dinerfa videtur de verbo Dei sententia diversorum? Valde enim contraria sunt durus sermo, & verba vitæ. Idem cibus apponitur: sed non idem sapere videtur vtriusque. Nec verò cessat vtiq; hodie partis vtriusque successio. Invenire est etiam nunc in Ecclesia, quibus manifestum est: quia [verba quæ Iesus loquitur, spiritus, & vita sunt.] Ideoque sequuntur illum; quocumque ierit. Aliis durus videtur sermo Iesu, nec possunt audire eum, & ignorantes, quod diffusa sit gratia in labijs eius. Inde est quod pergunt miseram quærere consolationem. Non sic impij, non sic, cum intonuerit sermo durus, & verbum asperum. Ite maledicti, &c.

Verbum Dei indicatur durum à duritia cordis.

67. IEREM. 17. Verricus. Esto, durus est, nunquid non verum est? Lapis durus est, nunquid non pretiosus

est? Quare autem veritas dura est tibi, nisi propter duritiam cordis tui? Si cor tibi pietate mollesceret, plus tibi soliditas veritatis quam vanitas mēdaci, vel oleum adulationis placeret. Durus est yieabant, hic sermo; quia quasi lapis, virtus erat probatio sapientie, idēque non sunt demorati proicere eam, & retro abire, nec ob aliud pretiosum, & electum à Deo lapidem reprobaerunt, nisi, quia durum putaverunt, & erat quidem perla Christus, sed quæ cōtineri posset in stagna aquarum vbi mollia, & humilia quibus infueret invenit: corda fidelium.

Verbi Dei efficacia.

68. AD HEBR. 4. Vnius est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. HVGON. S. VICTOR. Vnius est vtiq; credas, efficax ut speres; penetrabilior, ut timeas. Vnius est in præceptis, & prohibitionibus. Efficax in promissis, & comminationibus. Penetrabilior in iudiciis, & damnationibus. Penetrabilior, inquit, omni gladio ancipiti. Ancipis gladius ex ambabus partibus carnem incidit; & gladius Dei corpus, & animam in gehennam perdit.

Verbum Dei disertissimum est.

69. ORIGEN. homil. 3. in Exod. Muris, & animalibus quamuis sit imperitus, & indoctus rationalis homo, si comparetur, videbitur eloquens, ad comparationem eorum, quæ rationis & vocis expertia sunt: si verò eruditus & eloquentibus viris, atque in omni sapientia probatissimis conferatur, ineloquēs, & murus videbitur. At si ipsum quis contempletur diuinum, verbum ipsamque diuinam respiciat sapientiā, quantævis sit eruditionis, & quantæcumque sapientiæ, multo amplius quam apud nōs sunt pecudes ipsæ apud Deum, mutum se animos præstebitur.

Verbum Dei, diuersimodè operatur in bonis, & malis.

70. IDEM ORIG. hom. 3. in Numeros. Scriptum est de Imanā, quia secundum tempus illud si quis id ita sumpsisset nutritur ex eo: si quis verò contra præceptum Dei, & contra statutum diuinitus modū voluisset assumere, nō frueretur ex eo ut vitalis cibos; sed vermes ebullirent ex eo. & ita fiebat ut vna atque eadem species mannae alijs vermes; & putredines generaret, alijs verò salubrem cibum conferreret, & vitæ necessarium. Igitur & nostrum manna verbum Dei est, & apud nos ergo sermo Dei alijs efficitur ad salutem, alijs ad pœnam. IDEM hom. 5. in Iudices. Vinum sanos, & commodè degentes iuvat, & sicut scriptura dicit. Cor hominis dumtaxat letificat: Fabricitantibus verò si sumperint perniciem continuo, & interitum parit. Ita fit ut eadem res (cuiusmodi est verbum Dei) vni quidem vitam, alij autem conferat mortem.

Verbum Dei sagitta comparatur.

71. PSALM. 37. Quoniam sagitta tua infixæ sunt mihi. ORIGEN. hom. 1. super hunc locum. Sermo Domini sagittis est similis. Denique & Saluator ita dicit. Posuit me sicut sagittam electam, & in phœra sua abscondit me. Qui ergo loquitur sermonem Domini sagittas iaculatur, & cū loquitur corripit, & castigat correptionis iaculo cor perforat audientis. Qui ergo ita suscipit verba Domini, ut ex his quos audit sermonibus cor suum configatur, & per stimulū eorū quæ dicta sunt ad pœnitentiā suscitetur: certū est quoniam in illū, in vanum non abiit sermonis Dei iaculum, nec transuolauit, sed in ipso omnes illæ sermonū Dei defixæ sunt sagittæ.

Verbum Dei, cuique attemperatur.

72. IDEM ORIG. hom. 3. in Ezech. Ad medicum vadunt decem habentes species infirmitatum. Non

omnes eodem modo curat, sed alium illo, alium alio, ut puta; sanat emplastro, aliis aliud tribuit medicamentum, nonnullis, quod cauterium nuncupatur imponit, alium amara, alium dulci temperat portione, cuiusdam verò vulnera vngvine delinit, crassiori. Sic & sermo Dei pro qualitatibus hominum loquitur, nec passim sapientiae suae ingerit sacramenta.

Verbum Dei manna assimilatur.

73. Hic est sermo quem praecepit Dominus. Exod. 16. Philo lib. 2. legis allegoriarum; & Procopius in Deut. Vide cibum animarum qualis sit? verbum Dei continuum tori simile per circuitum totam complectens, & nullam partem eius expertem sui relinquit. Hic sermo non ubique apparet, sed ubi desertum est vacuum vitis, & affectibus: estque tenuis, qui percipitur & intelligitur, pellucidusque valde, ac purus aspectus, & coriandro similis. Ajunt autem rei rusticae periti, etiam si semel hoc concidatur minutissime, singulaeque portiunculas, & micas satas germinare, non secus quam coriandrum solidum. Huiusmodi etiam sermo Dei, qui vel integer iuare potest, vel quacumque sui particula. Quid si corio, id est, pupillae oculi similis dicitur? Sicut enim haec quamuis minima particula videt hos caelestes orbis, & immensum mare, & aëris amplitudinem, praeterca folis tam Occidentis quam Orientis terminos. Pari modo sermo quoque diuinus cernit acutissime, qui sufficit inspicendis omnibus rebus, per quae videbuntur quaecumque digna sunt spectari; ideoque alibi est manna. Quid enim fulgidius Dei sermone, aut radicanus? Cuius participatione, & aliae res caliginem ac tenebras excutunt, quae appetunt lucem animarum; huic sermoni quiddam peculiare accedit. Nam quando animam ad se aduocat gelu excitat in omnibus rebus terrenis, corporeis, ac sensibilibus; ideo dicitur. *iamquam pruina super terram.* Quoties enim homo Deum videns fugam meditatur ad affectibus, congelantur vnde, hoc est, impetus ac mores eorum, & iactantia: concreuerunt enim vnde in medio mari, ut transiret affectum Israel videns Deum. Itaque percogitentur se inuicem animarum quae admiserunt quidem iam sermonem, sed non possunt dicere quidnam sit. Nam saepe perfasti dulcedine saporem nescimus vnde illa proficitur, & suaves odores olfaciendo ignoramus. Sic & anima saepe gaudens non potest indicare causam suae latitiae, sed docetur ab initiatore Moysse. Hic est panis, cibus quem dedit Deus animabus, ut se pascant verbo ipsius, atque sermone.

Verbum Dei virga comparatur.

74. Psalm. 2. *Servite Domino in timore.* Hilarius super hunc locum. Sermo Dei quo ex errore ad veritatem extrahimur, quo per comminationem, terroremque iudicij, ad innocentis, & sanctae vitae viam regimur, virga est, per quam intra disciplinam diuini meritis cohibet timoratio, ac providentis rectoris motu coercemur. Apostolus monuit Corinthios, vtrum mallent cum severitate doctrinae atque obiurgationis adesse, an in spiritu lenitatis: quod vtrumque secundum modestiae tenorem erat necessarium, ut obedientibus lenior, insolentibus verò saevior adveniret. Virga de radice Iesse floruit, ut virgae severitatem floris suavitas temperaret, cum unicuique nostrum doctrinae terror, regimen perfectae beatitudinis admoneret.

Verbi Dei in anima dulcedo.

75. Psalm. 118. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super os meum.* Idem Hilarius super hunc locum. Mel in ore, etiam in faucibus dulce est. Extra regionem enim oris corporalium saporum nullus est

sensus; sed Dei eloquia in faucibus dulcia sunt, in animam scilicet defluentia, & in intima penetrantia, non in ore modo sibi placentia; sed illic dulcia, ubi cognitionis, & prudentiae, & intelligentiae sensus est, & ideo, eloquia in faucibus, in ore mel dulce est, sed ut mel per aegritudinem, & tumorem febrium ea quae acciderint oris amara iustificat: ita animae nostrae amaritudines, & tristes cupiditatum insalutarium febres infusa Dei eloquia iustificat, si modo non ore contineant, sed faucibus deorentur.

Verbum Dei, illuminat animam.

76. Psalm. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Idem super hunc locum. Ut enim quis nocte egressus lucernam antefert, & quo pedem inferat contuetur, atque ad singulos gressus lumine praevente sollicitus est: ita unusquisque nostrum manens in se verbum Dei in omnibus operum processibus tamquam lucernam praetendit. Omnis enim doctrina caelestis dux nobis ad iter vitae est, quae lucernae modo in hac nocte saeculi praerenda est cum agimus, aut cogitamus, aut loquimur, ut in ea omnem progressum cuiuscumque operationis utamur. Idem super illud Psalm. 140. *Orem peccatorum non impinguer caput meum.* Ut lumen ex oleo, luminis habet caulam: ita ut lucem spiritualis gloria retineamus: doctrina atque operatio praestat, ut caput nostrum sedes, scilicet prudentiae, vitae, & omnium sensuum oleo operationis, doctrinaeque pinguecat.

Verbis correspondere debent affectus seu opera.

77. Macharius hom. 17. Quemadmodum si quis vilibus indutus per visum se locupletem perspexerit, surgens autem a somno, rursus se pauperem, & nudum videat: sic & qui sermonem spirituale loquuntur, commodè loqui videntur, verum si non habeant verborum affectum, cum quodam gustu, facultate, ac certitudine fidei in mente firmatum, in opinione quadam subsistunt. Aut velut mulier holosericeis & margaritis circumornata prostrat in lupanari. Sic eiusmodi hominum cor, quoddam lupanari est immundorum spirituum. Volunt quidem sermocinari de iustitia, ad quam opere complendam minime se inclinant. Idem ibid. Qui ergo non gustantes usurpant verba spiritualia sunt eius similes, qui calore vidente desertum agrum perambulant, & sitibundus depingit fontem fluentem aquam, adumbrans se ipsum bibentem: cum tamè praesenti qua tenetur, labra eius, ac lingua exarescat: aut quis de suavitate mellis dispurat, qui non noquit vim dulcedinis eius cum non gustaverit. Sic se habent qui de perfectione, exultatione, seu affectionum vacuitate verba faciunt, cum vim ac certitudinem non teneant, certè non omnia sic habent, ut loquuntur. Idem homil. 30. Debent qui verbum Dei audiunt, in suis ipsorum animis opus verbi demonstrare. Nam verbum Dei non est otiosum, sed habet opus quod peragitur in anima: perinde appellatur opus, ut opus quoque inveniatur apud eos qui audiunt. Praestat ergo Dominus opus veritatis audientibus, ut verbum in nobis fructuosum reperiat. Quemadmodum enim umbra praecedit corpus; umbra verò corpus indicat, at veritas est ipsum corpus: ita verbum est velut umbra veritatis Christi.

Verba Dei assidue audienda.

78. Chrysost. hom. de Anna, & Sannelis educatione. Quemadmodum arbor perpetua irrigatione in magnam excessit altitudinem, sic & divinum eloquiorum sermonibus assidue irrigatus, ad virtutis fastigium pervenit. Idem homil. 1. in Esaiam. Quemad-

Quemadmodum esurire bonam corporis valetudinem declarat: sic & sermones appetere spirituales, animae sanitatem arguit. Idem hom. 15. in Genes. Sicut esurire signum est bonae valetudinis: ita amare divina eloquia spiritualis sanitatis indicium fuerit maximum.

Verbis Dei auditis correspondeat vita.

79. Chrysost. homil. 8. operis imperf. Sicut gladius carnes praecidit, sic sermo diuinus concupiscentias carnales. Idem homil. 20. Sicut grana arenae non conveniunt in vnum, nec adherent adinvicem, sed semper sunt separata: sic verba quae audiuntur, & non concurunt in vnam iustitiae massam per opus separata sunt, & dispersa. Idem homil. 31. Non est possibile, ut inter tantas vitiorum amaritudines sentiantur dulcedo sermonum. Sicut qui in magno vase aceti modicam guttam mellis immisceat, etiam mel perdit, & acerbitas aceti non mutatur; sic homini in hac malorum multitudine collocato, si colloquutus fueris iustitiae verbum, & verbum perdis, & ille non temperatur in concupiscentia mundialium rerum.

Verbum Dei in impiis non agit.

80. Chrysost. hom. 31. Ecce si ostendis leoni viridem herbam, aut campum bene florentem, non excitas eum in concupiscentia; quia non habet hoc in natura, ut herbas manducet. E contra si ostendas boui carnes, non concupiscit: quia bouis natura non est, ut manducet carnem. Sic & homini mundiali, si de bono caelesti loquaris, non exciatur in concupiscentia boni. Ibid. Quemadmodum si pluvia super lapidè cadat, desuper quidem sudat, intus autem siccus est, quia non descendit humor in eum: sic & homini mundiali quando loqueris verbum Dei tantummodo sonus verbi desuper percutit aures eius carnales, in cor autem eius nihil descendit.

Verbum Dei quando Diabolus tollat de corde.

81. Luc. 8. *Veni Diabolus, & tolli verbum de corde eorum.* Chrysost. ibid. Merito iacentia super lapidem verbi semina rapientis volatiles daemones: puto enim non esse eorum rationis daemones. Ille enim latro est qui postea dicitur in secreta domus parte ingreditur, qui ante inuenit foris expositum, & projectum quomodo quasi latro culpetur? Sic & Diabolus si poterat introire in secreta pectoris tui, ut à te nolente raperet verbum Dei, benè culparetur, nunc autem, quod à te neglectum est, & contemptum, hoc ille diripit.

Verbum Dei suscipitur diversimodè.

82. Idem Chrysost. hom. 38. Sicut stomacho ministrante vnumquodque membrum suscipit nutrimentum, & conuertit ipsum in se secundum suam naturam, ut puta quod suscipit iecur totum sic sanguis, quod autem suscipit fel, bilis efficitur totum, quod verò in pulmone phlegmata sunt; quod autè in mammillas, totum efficitur lac. Sic sacerdotibus in Ecclesia loquentibus verbum omnes recipiunt, unusquisque autè conuertit illud secundum suum cor, ita ut vni id ipsum verbum in cordibus quidè rectis procedat ad vitam, in cordibus autè peruersis suscipit iracundiam, quasi bilis: in aliis autem operetur dilectionem dulcissimam, quasi lac; in aliis autem odium, quasi phlegma nocuum, & expnuendum.

Verbi Dei efficacia.

83. Idem Chrysost. hom. 40. Sicut duram terram ferrum emollit: sic & verbum duritiam cordis relaxat. Idem, ibid. Sicut rostro ferreo herbae radicibus euelluntur à vinca: sic & acri sermone vitia de populo reserantur.

Ut verbum Dei fructificet, diligentia opus est.

84. Idem Chrysost. hom. 17. in Ioan. Terra semel accepto semine mox fructum profert, nec altera eget satione; In anima nostra non ita vsu venit, sed frequenter, & diligenter in ea serendum, ut vel semel fructum recipiat. Primum enim Dei verba, nec facile incidunt, nec imprimuntur animo, multis obstruuntur spinis, multa difficultas, multi insidiatores semen rapientes. Item cum germinat, & radices agunt, multa iterum indigent diligentia, ut mature exant, multa cum peruenerint, ut integra persistant, & à nemine laedantur. In seminibus spica è vagina erumpens rubiginem, caetera tunc noxia facile contemnit. At in doctrina opus interim perfectum tempestas incumbens perdidit, idque & rerum difficultate, & hominum qui laedere sciunt, & volunt, fraude, aliisque tentationibus omnino labefactatur. Idem homil. 83. in Ioan. Neque si quis vultus acceperit, & medicinam imposuerit, non diligenter alligabit, sed decidere permittet, nec aquam, puluerem, & alia vulnere contraria cauebit, ne grauius malum sequatur, non medicinae, sed propriae desidiae culpa. Hoc nobis accidere solet, cum diuinis sermonibus parum, saecularibus semper attendimus. Ita semen omne suffocatur, fructus nullus prouenit.

Differentia inter cibum corporalem & spiritualem verbi.

85. Psalm. 44. *Eructauit cor meum verbum bonum.* Chrysost. homil. 2. in Psalm. 50. Reliquias, & mensam, cum audis nihil probabile arbitramur, aut crassum. Nos carnem non conficimus, sed verbum Dei vobis insinuamus. Ex mensa carnali caro die vna cocta remanens deperit, & corrumpitur, aliter in proloquio sapientiae vel integrum manens annum suauitatem longè lateque diffundit. Remansit caro, & paulo post computruit. Remansit sapientia, stauior euasit. Comedit quis carnem, sentiet corruptelam, comedit sapientiam, verbum bonum eructat, & proximum suum replet dulcedine. Ita qui tales cecus edebat fiducialiter dicebat. *Eructauit, &c.* Idem hom. 2. in cap. 2. Ioan. contra Iudeos. Hirundines alimenta suis pullis ab ore in os tradunt, nostra autem non sic, sed ab ore in aurem. Illa quippe in corruptionem, nostra in incorruptionem procedunt; illa corpus; animam autem nostra impingunt.

Verbum Dei calculo comparatur.

86. Apocal. 2. *Dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum, &c.* Hieron. epistola ad Damasum. Sicut calculus genus est lapidis durissimi & rotundi, & omni puritate leuissimi: ita sermo Dei, qui neque haereticorum, nec omnium aduersariorum potest contradictionibus cedere, dicitur calculus.

Verbi Dei diversi gradus.

87. Galat. 4. *Vbi est ergo beatitudo vestra?* Hieron. lib. 2. Comment. in epist. ad Galat. cap. 4. Beatus qui ambulat in virtutis via, sed si ad virtutes vsque peruenierit, nec prodest à vitiis recessisse, nisi optima comprehendat: quia non tam initia sunt in bonis studiis laudanda, quam finis. Sicut enim in vinca multi vsque ad praelum vineae gradus sunt, & primum necesse est, ut vitis germinet in pampinis, spem promittat in floribus, dehinc ut flore decussio futuri botri species deformatur, paulatimque turgescens vna parturiat, ut pressa torcularibus dulcia musta desudet. Ita & in doctrina, singuli beatitudinum sunt protectus, ut audiat quis verbum Dei, ut concipiat, ut in vtero animae eius adolescat, & ad partum vsque perueniat, ut cum pepererit illum, de lacte enutriat, &

per infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, ad perfectum vlque virum perducatur. IDEM *ibidem*. Sicut in vuluam mulieris primum semen iacitur in forme, vt sulcis, & fundo eius quasi quodam glutino adhæreat, deinde per nouem menses restricto sanguine futurus homo coagulatur, corporatur, pascitur, atque distinguitur, vt postquam in vtero palpitarit statuto tempore fundatur in lucem, & tantis difficultatibus nascitur, quantis postea ne intereat enutritur. Ita & semen sermonis Christi cum in animum audientis incidit, per gradus crescit, & vt multa præteream, tamdiu in ancipiti est quamdiu pariat qui concepit.

Verbum Dei ignis est mirabilis.

88. **P**SALM. 118. *Ignitum etoquium tuum, &c.* AMBROS. *serm. 18.* Ignis est verbum Dei, quem misit qui secreta mentium diuinæ ardore cognitionis inflammaret affectus, qui vaporem fidei, & deuotionis adoleret, qui cupiditatem virtutis accenderet. Bonus ignis qui calefacere nouit, nescit exurere nisi sola peccata. Hoc igne super bonum fundamentum posito Apostolicum illud aurum probatur. Hoc igne illud morum vel operum examinatur argentum. Hoc igne lapides illi pretiosi illuminantur, fœnum autem, & stipula consumitur. Mundat hic ignis aurum, consumit errorem. Hoc igne urebatur rubus, & non exurebatur. Vrit enim sermo diuinus, vt corrigat conscientiam peccatoris, non exurit vt perdat. Hic ignis habitare per fidem Christum in cordibus facit. Hic ignis materialium extinguere sæua flammaram consuevit incendia. Denique Hebræi hoc igne succensi, fornacis ardentis vaporem, nec timere, nec sentire potuerunt.

Verbum Dei, dum diuiditur, augetur.

89. **A**MBROS. *lib. 6. in Lucam, cap. 37.* Hoc quidem mirum quidquid de fluminibus haurias, signo dispensij non notari: quidquid de fontibus haueras vsurario quodam reparari meatu, sed ex fluminibus si nihil decederet, nihil tamen videtur accedere, & fontibus vt cumulata fluentia cernuntur, ita dum minuantur fluentia produntur. At vero hic panis quem frangimus, id est, sermo Dei cum diuiditur, augetur, dum editur sine vlla dispensij cumulatione cumulat.

Verbi Dei necessitas.

90. **A**VGUST. *lib. 4. de doctrina Christiana, cap. 15.* Sicut corporis medicamenta quæ hominibus ab hominibus adhibentur, non nisi eis profunt quibus Deus operatur salutem, qui & sine illis mederi potest cum sine ipso illa non possint, & tamen adhibentur, & si hoc officiosè fiat, inter opera misericordiæ, vel beneficentiæ deputatur. Ita & adiumenta doctrinæ tunc profunt animæ adhibita per hominem cum Deus operatur vt profunt, qui potuit Euangelium dare homini etiam non ab hominibus, nec per hominem.

Verbum Dei nini comparatur.

91. **M**ATH. 17. *Veſtimenta Christi alba sicut nix.* AMBROS. *lib. 7. in Lucam, cap. 41.* Hoc est, verba eius. Nix è cælo missa in terram, ieiuna nostrorum arua peccatorum fœcundat, vt mens nostra pluuiæ huius humore viridescat, terram nostram huius niuis candore respergat, ne præproperè calore vernantis arua luxurient, sed potius potu niuali femina verbi cælestis pressa fœcundet. Nix cum cadit non habent aues cæli vbi inhabitent, & latior solito tritici prouentus exuberat.

Verbum Dei exterius, Deus vero interius operatur.

92. **C**ORINTH. 3. *Ego plantauit, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit.* AVGVSTIN. *Tract. 4. in epist. Ioan. & serm. 4. de verbis Apostoli.* Sic sunt ista verba fratres quæ forinsecus dicimus, quomodo est agricola ad arborem, forinsecus operatur, adhibet aquam, & diligentiam culturæ quamlibet forinsecus adhibet. Nunquid poma formant? Nunquid nuditatem lignorum vestit umbra foliorum? Nunquid tale aliquid intrinsecus agit? Sed quis agit hoc? Audite agricolam Apostolum, & videte quid sumus, & audite magistrum interiorem. *Ego plantauit, &c. Deus autem, &c.* Neque qui plantat est aliquid, nec qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Id est, vntio illius quæ docet nos de omnibus. Nos qui forinsecus loquimur ad aures vestras, ita sumus quasi operarij adhibentes culturam forinsecus ad arborem, sed incrementum dare non possumus, nec fructus formare, ille autem qui nos creauit, & redemit, & vocauit per fidem, & per spiritum suum habitans in nobis nisi loquatur vobis intus sine causa nos perstrepimus.

Verbum Dei à Catholico, & non ab hæretico.

93. **P**ETRVS CHRYSOL. *de Epiphania sermone 156.* Quoties salutaribus suavis contra lethales morbos antidotum temperat peritia præcauta medicorum, si præter artem, præter medicinam, præter tempus accipere præsumat ægrotus, fit periculi causa, quod prouisum est ad salutem. Sic Dei verbum, si præter magisterium, se præter doctrinam, præter dogma fidei scire temerarius præsumat auditor, quod est vitæ materia, fit perditionis occasio.

Verbo Dei indigent omnes, etiam qui videntur magistri.

94. **C**LEMENS ALEXAND. *lib. 1. Stromatum.* Non omnibus dictum est. *Vos estis sal terra.* Sunt enim aliqui etiam ex his qui verbum Dei audiunt, marinis piscibus similes, qui cum ab ipso ortu in salo nutriantur, salibus tamen ad condendum indigent.

Ad verbum Dei requiritur audientis dispositio.

95. **I**DEM *lib. 1. Stromatum* Quemadmodum sphaera ludere non tantum dependet ab eo qui mittit sphaeram, sed ei etiam opus est qui numerosè eam excipiat, vt sphaeræ legibus peragatur ludi exercitatio: ita etiam vt sit doctrina fide digna, accidit quando fides eorum qui audiunt, quæ est ars naturalis, confert ad disciplinam. Adiuuat terra fertilis ad feminum deiectionem. Nec enim optimæ doctrinæ est aliqua vitia, nisi ad sit obedientia eorum qui audiunt. Aridæ enim festuæ quæ sunt paratæ ad suscipiendam vrendi facultatem facilis accenduntur, & lapis qui vulgo iactatur ferrum trahit, & lachryma succini attrahit festucas, & electrum paleas.

Humiles verbo Dei pascuntur.

96. **M**ACHAR. *hom. 43.* Dum committitur bellum, non eo proficiunt sapientes, aut primates, sed mortè extimescentes resident, obiciuntur autem tyrones, pauperes & plebei: & accidit vt parent victoriam aduersus hostes, quos persequentes expellunt è limitibus, & victoriæ præmia, coronasque à rege accipiunt, & promouentur ad dignitates: illi verò indigni, reperiuntur his posteriores. Ad huc se modum habet res spiritualis. Simples initio verbu veritatis intellectu audientes ipsum opere exprimit, & gratiam spiritus à Deo accipiunt: sapientes autè, & qui subtilitatem in verbo querunt, fugiunt bellum, nec proficiunt, sed his qui dimicant & vicerunt, posteriores inueniuntur.

Post

Post tribulationem verbum Dei melius auditur.

97. **B**ASILIVS *in principium Prouerbiorum.* Quemadmodum parui pueri doctrinam despicientes obferulas, flagellaque, quæ magistri, & pædagogi adhibere solent attentius dictata suscipiunt, & ipse sermo ante plagas non auditur, post verbera dolores, veluti statim apertis auribus, & auditu excipitur oratio, & memoria custoditur, sic accidit & his qui diuina audiunt præcepta, & ad ea seruanda se negligenter habent; postquam à Deo illis disciplina inflicta est, tunc quæ molestè semper illis inculcabuntur diuina mandata, quasi iam primum in aures ipsorum cadant, suscipiuntur. Hac itaque de causa, inquit, disciplina Domini aperit aures meas.

Non sufficit verbum audire vel legere nisi opere impleatur.

98. **R**OMAN. 2. *Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores, &c.* BASILIVS *in regulis suis disputans.* Quod si quis dicat ad componendas animi sui affectiones, moreque animi sui instituendos sufficere sibi diuinarum scripturarum doctrinam, is similiter faceret, vt si quis diceret ædificare, nec vnumquam tamen ædificaret, & æs eudere, & quæ didicisset, ea in actum nunquam educeret. Sine dubio autem in eiusmodi hominem probè Apostoli illud conueniat. [Si quis dixerit non auditores legis iusti sunt, &c.]

Non alta de verbo Dei differere debemus.

99. **G**REGOR. NAZIANZ. *lib. 1. de Theologia.* De quibus disputandum, & quatenus? De his solùm humani ingenij acies pertingere potest, & quatenus conditio auditoris & facultas quierit affeque, ne vt intensior vox auribus, aut alimentum immodicum corpori, vtque onera paulo grauiora subeuntibus, terræ denique crebriores pluuiæ nocent. Ita sanè & auditores quæstionibus altioribus, & quasi solidioribus degrauiati, depressique damni aliquid accipiunt.

Verbum Dei assidue audiendum.

100. **C**HRYSOST. *Hom. 1. de Lazaro.* Qui hodie quod cauduit repulit, cras fortassis audiet ac recipiet. Tam qui hodierno, crastinoque die contempnit, fortassis post dies complures præbebit animum iis quæ dicentur. Quandoquidem & illud crebrè fit vt piscator, qui per totum diem vacuum attraxit rete, sub noctem iam abire parans, capto qui per totum se fellerit diem, pisce discedat.

Obediendum verbo Dei.

101. **C**HRYSOST. *Homil. 2. in Genes.* Sicut qui corporali morbo laborant, quamuis sexcenties remedia afferat medicus, & valerudinaris medicinæ curam respuit, & medicus imponens pharmacum, infirmus autem impatiens doloris illud reiciit, nulla inde vtilitate suscepta: Ita nihil effecerit Ecclesiastes, nisi obtemperent auditores. IDEM *homil. 44. in Genes.* Vt in humanis rebus quando rex diademate coronatus literas mittit, tunc is qui affert eas per se nullius momenti est, sed humilis quidam, sæpe nec progenitores numerare sciens, obscurus, & ex obscuris. Sed non ad illu spectant qui literas suscepturi sunt, sed propter regis literas magna reuerentia, & silentio eas suscipiunt: sic auditores, non ad dicen-

tem respiciunt, nec ad tenuitatem eius; sed quia quæ dicit à Deo affert, ea collecto animo, & attento accipiunt.

Verbum Dei attentè audiendum.

CHRYSOST. *Homil. 14. in Genes.* Diuina leges sunt, & cælitus allatæ propter salutem nostram. Iam si cum regis leguntur literæ, vbi que est silentium, abestque strepitus, & tumultus omnibus altantibus, & aures arigentibus, vt sciant quæ regis literis manifestentur, & quisquis vel parum tumultuatus fuerit, in magno periculo est; multo magis cum magno timore, & tremore astandum & altum habendum silentium, & pellendæ cogitationes turbulentæ, vt quæ dicuntur intelligere possitis, quo rex approbata obedientia vestra maioribus vos muneribus remunerare dignetur.

Idem.

CHRYSOST. *Homil. 45. in Genes.* Nihil tanto peius dicenti necessarium, quam auditorum beneuolentia, vt quos cum viderit feruere desiderio firmatur & ipse, & sæpe robur accipit sciens quanto sumptuosior mensam proponit, tanto suæ plus abundantia accessurum. Secus enim se habent spiritalia, quam sensibilia; illic mensæ largitas sumptum facit, & conuiuium exhibentis imminuit substantiam; hic omnino aliter, quanto plures verbi participes, & concionis, tanto plus concionantis accedit substantia.

Verbum Dei assidue ruminandum.

CHRYSOST. *Homil. 5. in Matth.* Si balneum egressus publica conuenticula cuitas, ne beneficium balnei fomento partum negotia molestiora corrumpant: quanto magis cum ab Ecclesiæ congregatione regrederis hoc te oportet efficere? Nunc verò contraria agentes vox cuncta disperdimus. Nondum quippe vtilitæ sermonis in mente defixa plurimus irruens sæcularium impetus actionum, omnia pariter euellit, quod ne accidat, quoties à sancta congregatione disceditis, ea, quæ audiendo didicistis, conseruate meditando. Nimia enim omnino indotio, vt quinque & sex dies in rebus carnalibus consumentes, vnum spiritalibus diem, imo exiguum diei partem nolitis impendere. IDEM *homil. 41. operis imperfecti.* Sicut qui mittit in os suum fragmentum panis aut qualemcumque cibum, primum molit eum dentibus, & ita dimitit eum in stomachum, sic & cum audimus verbum Dei, necesse est ipsum meditari in ore sensus, & videre quid est quod dicit, aut vnde dicit, aut propter quare rem dicit. IDEM *ibidem.* Quemadmodum qualemcumque cibum nisi masticauerimus dentibus, non sentimus saporem eius: ita & verbum, quod audimus, nisi masticauerimus illud tractantes in nobis, non possumus intelligere virtutem verbi illius.

Idem.

LEVIT. 11. *Omne quod ruminat in pecoribus comedatis.* CHRYST. *Homil. 41. op. imp.* Apud Iudæos, illa animalia sunt munda quæ reuocant cibum, & ruminant. & homo ille est spiritualis, & sanctus, qui audiens verbum Dei tractat, & cum intellexerit memoriæ quasi vtero tradit, & iterum de memoria quasi vtero reuocat, & ruminat, & retractat. IDEM *ibidem.* Sicut cibus nihil prodest si manducauerimus & iterum euomimus eum de stomacho, sic nihil in nobis prodest verbum quod audimus, & obliuiscimur illico.

Attentiè audiendum.

106. CHRYSOST. *Prologo in Ioan.* Qui agonum certamina spectare consueverunt, cum insignem quempiam athletam, & plurimis coronis donatum, alicunde profectum intelligunt; omnes certatim concurrunt, ut eius luctas, artemque, & corporis robur conspiciant: & videre nonnumquam vniuersum theatrum licet multis hominum millibus inundans, qui & corporis, & animi oculos intendunt, ut nihil eorum quæ in ipso aguntur spectaculo se prætereat. Tum si quis præstanti ingenio musicus aduentauerit, non minori studio idem ipsi theatrum occupant, & omnis omnibus quæ in manibus habent negotiis, & sæpenumero necessariis, & vrgentibus, non minori studio aduolant, sedemque indicibili cantus, planusque accipiendi cupiditate, & de virtusque præstantia inter se disputant. Qui autem rhetorum callent rationes ipsi quoque in sophistis hoc idem contendunt. Quippe & in his spectacula sunt, audiunt omnes plausus, suffragia, & inquisitiones eorum, quæ dicuntur diligenter. Quanto ergo maior diligentia adhibenda est, non in tibicinis, nec in sophistæ aut gladiatoris, sed viri à cælo vocem tonitru clariorem proferentis spectaculo qui vniuersum orbem suo clamore cohibuit, comprehendit, implicuit, non nimio quidem artificio, sed diuinæ gratiæ exuberantia quæ ab eius lingua affatim emanauit.

Ad verbum Dei audiendum preparatio.

107. CHRYSOST. *Homil. 1. in Ioan.* Date ut in terram bonam semen iaciamus. Curate ut ad recipiendum præparemini, & si quis spinas fouerit spiritus sancti ignem iniciat, si quis durum, & contumax cor habuerit, eodem igne, & molle reddet, & placabile. Si quis secus viam multis cogitationibus conculcatur, interiora petat, neque his affideat, quæ ipsum vincto ad se trahere annuntur, ut bonarum segetum in vobis exuberantium prouentum pulcherrimum conspiciamus. Quare summopere cauendum ne nobis dicatur, quod aspidis aures habeamus. Nihil enim à fera talis differt auditor. Nonne omnibus bruis est rationis expertior, qui loquentem eum audire dedignatur?

Verbum Dei conseruandum.

108. CHRYSOST. *Homil. 16. ad pop. Antiochenum.* Aquantes non tantum apud fontem habent vasa repleta, donum autem abeuntes euacuant, sed illic ipsa maxima cum cautela reponunt, ne subuertantur, & labor fiat inanis. Hos etiam imitemur, & donum profecti dicta cum studio seruemus. Itaque si hic maneatis satiati, domum verò redeatis inanes, vasa mentis vestræ admonitione vacua referentes, nulla vobis ex hac repletione erit vtilitas.

Verbum Dei ope implendum.

109. CHRYSOST. *Homil. 7.* Dic mihi si tuum videas filium quotidie scholam petentem, & tempore progressu nihil amplius inde lucrantem, numquid patienter feres? nonne & flagella puero infliges & præceptorem accusabis? Postea si didiceris quod à præceptore quidem omnia facta sunt, & prætermissum est nihil, sed omnium causa fuit pueri negligentia; nonne causa liberans præceptorem, omnem in puerum transferes accusationem? Idem hic fieri iustum est. Nos enim quodammodo à diuina sumus gratia constituti quasi spirituales filij. Ad hanc

Scholam quotidie venimus, salutarem vobis doctrinam apponimus, non quæ veniunt ex propria mente loquentes, sed documenta nobis à Domino per diuinas donata scripturas in medium proponentes. Itaque si nobis omne studium, & sedulitatem exhibentibus & quotidie vos ad virtutis ducentibus semitam, vos in iisdem permanentes, & quantum nobis erit dolor, & vobis quanta damnatio, cogitate.

Verbi Dei multiplex impedimentum.

110. HIERON. *lib. 2. Comment. in Epistolam ad Galat. cap. 4.* Quomodo in coniugio sæpe, viri semen in causa est ne liberi procreentur, & nonnumquam sterilis vxor femina non tenet, & frequenter neuter ad generandum aptus est, & è contrario, vterque fecundus. Ita & in his qui verbum Dei seminant quadrifariam, hæc diuinitus custoditur, ut impleat quidem suum doctor officium, sed si sterilis auditor vel auditor bonæ indolis sit, sed per imperitiam doctoris verbi semen intereat, aut certè tam vecors sit, qui docetur, quàm ille est, qui præcipit. Raròque contingit ut magister & discipulus sibi consentiant, scilicet ut tantum iste doceat, quantum ille potest audire vel tantum suscipere doctus, quantum doctor ingerere.

Pro nolentibus audire verbum Dei.

111. PSALM. 57. *Sicut aspidis surda, & obturantis aures suas.* Et A. V. G. V. S. T. in *Psalm. 110. sermon. 13.* Dicitur Aspido hinc alteram aurem quàm pressius potest terræ insigere, inde verò alteram caudæ immixtione nihilominus obturare, ne audiat. Quid ad hanc incantantis vox? Quid sermo faciet prædicantis? Orabo pro eo, baptizabor pro mortuo, vberimo quodam profluvio lachrymarum apud quem videro nihil humanæ incantationis quamlibet sapientiam, nihil quantumcumque admonitionis industriam præualere. Nouerit tamen vir sapiens non cælo sese, sed solo insigere caput, quod sapientia, quæ desursum est, non modo pudica, sed & pacifica sit. Hæc autem, ut ita dicam aspidica, nisi terrena esse non potest, sed nec ideo oburdesceret, nisi cauda quoque obturaret auditum. Cauda est finis intentionis, hæc surditas desperata, dum siquidem velut terræ infixus propriæ quisque inhaeret voluntati, inde velut rest. cæns caudam, finem aliquem meditatur, & insiguntur, quod desiderat adipisci. Inde tam mordax, & amarus sermo inuenitur in ore hominis obstinati, quod nulla ad eum penetrare queat beneuolentia admonitoris. Inde aspidis virus in linguæ aculeo perseuerat, quod aduersus linguam incantatoris, tanto se studio obturavit. Aspido latrat in arena, etiam aues volantes statu attrahit venenato.

Verbum Deo ruminare oportet.

112. A. V. G. V. S. T. *De vera innocentia cap. 110.* Verbi auditor similis esse debet animalibus, quæ ab hoc quod ruminant munda esse dicuntur, ut non pigeat cogitare quæ in aluo cordis accepit, & cum audit sit similis edenti, cum audita in memoriam reuocat, sit similis ruminanti.

Verbi Dei concionator, cani venatico similis.

113. CYRILLVS *libro 4. in Ioan. cap. 13.* Canes venaticos imitatur sapiens, ac probus auditor, huc, illucque feras querentes. Ipse enim non intellectam rem sæpe, ac multum inuestigans, interrogansque tandem assequitur.

VERITAS

VERITAS.

Hæreticus non videt veritatem. Vide, Hæretici, numero 16.

Veritatis definitio. 1. 6.

Veritas cognoscitur in humilitate. 2.

Veritas prelato necessaria. 3.

Veritatem qui non audiunt. 4. 6.

Quid sit veritatem facere vel mendacium. 5.

Veritas ubi locum non habeat. 6.

Veritatem occultare non est mentiri. Vide, Mendacium, numero 7. 16.

Veritatis definitio.

1. EXOD. 3. *Qui est, misit me ad vos.* GREGORIUS NYSSENVS. Deus veritas est, quæ quidem veritas non de cælo illucescit, ne à stellis defluxa lux videatur, sed à rubo ipsoque spinoso, ab humanitate videlicet Saluatoris effluens, ad cognitionem sui per Euangelicam nos tubam reuocat, quæ quidem lux cum nobis illuxerit, primò docebit quid faciendum sit, ut possimus ad veritatis radios accedere, quod calcei soluendi eiciendusque sit omnis amictus pelliceus, ac terrestris, & sordidus passionum æstus, ut ipsius, qui est, cognitio possit suscipi, quæ opiniones de eo, qui non est, falsas, penitus repellit. Hæc enim est (ut ego sentio) veritatis definitio, firma eius, qui est, intellectio. Falsitas enim est phantastica quædam circa id quod non est, comprehensio, quasi subsistat quod non est. Vnde Moyles hac visione didicit nihil earum rerum, quæ aut sensu comprehenduntur, aut mente perspicuntur, præter supremam essentiam, quæ omnium causa est, à qua omnia dependent, verè subsistere. Nihil enim abque participatione veri entis potest esse.

In humilitate, veritas cognoscitur.

2. GENES. 28. *Et Dominum innixum scalæ.* BERNARD. Illud quoque quod in scala quæ in typo humilitatis Iacob monstrata est, Dominus desuper innixus apparuit, quid nobis aliud innuit, nisi quod in culmine humilitatis, cognitio constituitur veritatis? Dominus quippe de summitate scalæ prospiciebat super filios hominum tamquam veritas: cuius oculi, sicut fallere nolunt, ita falli non possunt. An non tibi videtur de alto clamare, & dicere requiruntibus se? Nouit enim qui sunt eius. [Transire ad me, qui concupiscitis me & generationibus meis implemini.]

Veritas prelato necessaria.

3. EXOD. 28. *Ponat in rationale iudicij doctrinam, & veritatem.* Quam sit necessaria Episcopo veritas, Vide, *Prelati, num. 30.* Et BERNONE.

Veritatem qui non audiunt.

4. IVDITH 5. *Cum cessasset loqui Achior, irati sunt omnes magistratus.* Et c. STEPHANVS. Qui fastu mundi superbiunt, præconia veritatis audire non possunt. Vnde, Non recipit stultus verba prudentis, nisi ea dixerit quæ versantur in corde eius.

Quid sit veritatem vel mendacium facere.

5. OSEÆ 7. *Omnes operati sunt mendacium.* P. R. IBERA. Veritas, & mendacium ut in verbis, ita

& in factis inuenitur. Veritas est cum quis facit quod debet pro statu, & pro persona, iuxta illud Ioann. 8. [Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit,] id est, non fecit quod Angelo dignum erat. Ideo nos admonet Apostolus, *Ephef. 4.* [Veritatem autem facientes per omnia crescimus in ipso.] E contrario mendacium faciunt qui ab officio recedunt, ut si sacerdos vel Episcopus vitam degant turpem iuxta illud *Ieremie 8.* [A Propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium,] & *ibidem.* [Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reueri.]

Veritas ubi locum non habeat.

6. IOAN. 18. *Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudeos.* A. V. G. V. S. T. *Tractat. 115. in Ioan.* Credo cum dixisset Pilatus: *quid est veritas?* In mentem illi venisse continuè, consuetudinem, qua solebat illis dimitti vnus in pascha; & idèd non expectauit ut responderet ei Iesus, *quid esset veritas,* ne mora fieret. P. SALMERON. Alij dicunt. Forte sicut solent principes cum de aliqua re incidit sermo quæ ipsis cordi non est, leuiter interrogare. Vel tamquam futilem hominem, & inanem contemnens abiit, non expectato responso. Tacuit ergo Christus, *quid esset veritas;* quia in aulis principum non habet locum: [& vbi non est auditus non effundas sermonem.] *Eccles. 23.* E. G. S. I. P. P. V. S. (ut quidam annotat) refert Christum respondisse Pilato. *Veritas est Iesus Nazarenus rex Iudeorum.* Cui veritati attestatus est Pilatus in titulo crucis. Sed mihi non licuit hæc tenus apud Egypcium inuenire. Melius forte quærisset Pilatus, *vbi est veritas?* & audisset quod non erat in pontificibus, nec in iudicibus, nec in Phariseis, nec in turbis, nec in aulis principum, nec in platea, nec in matrimonio, nec in religione: vbi que denique exulat. *Seneca lib. de verborum copia.* Oportet prædicatorem, aut amicitiam aut veritatem perdere.

In humilitate veritas cognoscitur.

7. GENES. 28. *Vidit Iacob scalam, &c.* Vide supra, numero 2.

Peccatores non recipiunt veritatem.

8. IVDITH 6. *Cum cessasset loqui Achior, irati sunt omnes magistratus.* Et c. Vide supra, numero 4.

Veritas est quam Ecclesia Apostolica docet.

9. A. V. G. V. S. T. *Epistola 9.* Incomparabiliter pulchrior est veritas Christianorum quàm Helena Græcorum. Pro ista enim fortius nostri martyres aduersus hanc Sodomam, quàm pro illa illi heroes aduersus Troiam dimicauerunt.

Veritas impugnatur quando non expugnatur.

10. CHRYSOST. *Homil. 25. op. imp.* Quemadmodum si princeps aliquis, imperatoris videns ciuitatem Romanam ab hostibus expugnari, cum possit liberare eam & neglexit defendere, ipse videbitur tradidisse, quam potuisset liberare, si voluisset. Ita & tu videns veritatem ab impijs impugnari, cum eam potuisses defendere, si loqui voluisses, tacens expugnasti per hoc ipsum quod passus es expugnari.

Veritas condienda ut recipiatur.

11. A. V. G. V. S. T. *lib. 4. de doctrina Christiana, cap. 2.* Bonorum ingeniorum insignis est indolis in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodest clavis aurea si aperire quod volumus non potest?

AUT

Aut quid obest lignea si hoc potest, quando nihil querimus, nisi patere quod clausum est? Sed quoniam in se habent nonnullam similitudinem vestes, atque dicentes; propter fastidia plurimorum, etiam ipsa, sine quibus viui non potest, alimentum condenda sunt. **H E C T O R P I N T V S** in cap. 58. *Isaia.* Vt perdis est optimus cibus, sed non comeditur cruda. Nullus est enim stomachus qui eam possit digerere. Sic veritas est excellentissimum pabulum, sed non est proponenda cruda, sed assa, aut cocta & sale prudentiae temperata. Nullus est stomachus, qui velit crudam veritatem recipere.

Quae veritas credenda nobis est.

12. **O R I G.** *Libr. 1. Periarcho. cap. 1.* Sicut multis apud Graecos, & barbaros pollicentibus veritatem desicimus apud omnes eam querere, qui eam falsis opinionibus asserebant. Posteaquam credidimus filium esse Christum, & ab ipso nobis hanc dicendam esse persuasimus. Ita cum multi sint qui se putant sentire quae Christi, & nonnulli eorum diuersa à prioribus sentiant: Seruetur verò Ecclesiastica praedicatione per successionis ordinem ab Apostolis tradita, & vsque ad praesens in Ecclesiis permanens. Illa sola credenda est veritas, quae in nullo ab Ecclesiastica discordat traditione. Illud tamen scire oportet quoniam sancti Apostoli de quibusdam quidem quae necessaria crediderunt omnibus credentibus, etiam his qui pigriores erant manifestissime tradiderunt, rationem scilicet assertionis eorum relinquentes ab his inquirendam, qui Spiritus dona percipere merebantur. De aliis verò dixerunt quidem, quia sunt, quomodo autem, aut vnde sint siluerunt profecto, vt studiosiores quoque ex posteris suis amatores sapientiae exercitium habere possent, in quo ingenij sui fructum ostendere valerent.

Idem.

13. **I D E M** *homil. 5. in Leuiticum.* Sicut hostiarum quae offerantur, aliae soli Deo seruabuntur, nec eas comedere audebat sacerdos; aliae verò quas edere licebat sacerdoti, aliae quas populo. Ita in Ecclesia quaedam dogmata sunt quae propter obscuritatem soli Deo referantur, quaedam solis presbyteris, aliae etiam populo communicantur.

Idem.

14. **C Y P R I A N V S** *Epistola ad Pomp. contra Epistolam Stephani.* Si canalis aquae qui copiose prius, & largiter profuebat, subito deficiat, nonne ad fontem pergatur, vt illic de flexione ratio noscatur, vtum ne crescentibus venis in capite siccauerit, an verò integra sit, & plena procurrens in medio itinere destiterit; aut si vitio interrupti vel bibuli canalis effectum est quominus aqua perseveranter fluxerit, refecto, & confirmato canali ad usum, atque potum ciuitatum aqua collecta eadem vbertate atque integritate representatur, qua de fonte proficitur: quod & nunc facere oportet Dei sacerdotes praecipua diuina seruantes, vt in aliquo si mutauerit, & vacillauerit veritas ad originem dominicam, & Euangelicam, & Apostolicam traditionem reuertantur. & inde surgat actus nostri ratio, vnde & ordo, & origo surrexit. Nam si ad diuinam traditionis caput, & originem reuertantur, cessat error humanus, & sacramentorum caelestium ratione perspecta, quidquid sub caligine, ac nube tenebrarum latebat, luce veritatis aperitur.

Idem.

15. **T H E O D O R E T V S** *dialogi primi statim initio.* Velim ne tu humanis rationibus veritatis inquasi-

tionem permittas, sed Apostolorum & Prophetarum, & qui eos secuti sunt Sanctorum vestigia inquiras. Hoc enim facere solent viatores quando à via destiterint, vt semitas considerent, si aliquorum recentium, aut venientium pedum typos habeant, aut hominum, aut equorum, aut asinorum, aut mulorum, & quando inuenerint instar canum vestigia persequuntur, nec prius desistunt quam rectam viam recuperauerint.

V E S T E S.

Vestes primorum parentum quid significant. 1. Vestes sunt velut penitentiae habitus ob peccatum.

2.

Non gloriandum in vestibus. 2.4.9.

Vestes sacerdotales. 3.

Vestes curiose signum leuitatis. 4.7.8.10.

Vestes viduarum. 5.

Quid significat vestis commixta. 6.

Priores vestes primorum parentum quid significant.

G E N E S. 3. *Fecit quoque Dominus Deus Ada, & uxori suae tunicas pelliceas & induit eos.* **R V P E R T V S.** Non qualescumque tunicas, sed tunicas fecit eis pelliceas; quia iuste talia voluit esse corpora illorum, quae non solum tegi propter turpitudinem, sed etiam calefieri opus esse propter infirmitatem. **H I P P O L Y T V S.** Mortuum quidem vestimentum fecit eis, qui à peccato mortui fuerant, vt vestimentum illud corporis corruptionem significaret. Vnde **I N T E R L.** In tunicis pelliceis, mors, quae post peccatum debebatur naturae, significata est. **E V G E R I V S.** Ipsi sibi praecinctoria de foliis fici, Deus autem tunicas pelliceas eis fecit: id est, ipsi appetierunt mentendi libidinem relicta facie veritatis, & Deus mutauit corpora eorum in ista mortalitate carnis. Quia cum homo per superbiam Deus esse appetit, vsque ad beluarum mortalitatem deiectus est. **S T R A B V S.** Ipsi fecerunt sibi perizonata, vt peccatum suum absconderent, Deus verò tunicas pelliceas, quibus totum eorum corpus induit; quia & in corpore, & in anima iuste damnauit.

Vestes sunt velut penitentiae habitus ob peccatum.

I D E M. Sicut misericors pater (ait **C H R Y S O S T.**) 2. filium habens bona indole praeditum & omni cura educatum, & fruuentem omnibus deliciis, & veste nitida, & sericis amictum: cum viderit eum nimia prosperitate in malitia prolapsum praecipitium, priuat illis omnibus, & veste spoliatur, & vilem, seruilēque togam illum induit, ne omnino nudus sit, & turpis. Ita & misericors Deus quoniam primi parentes indignos se exhibuerunt, indumento glorioso illo & nitido status innocentiae, exiit illos nunc illa gloria, & fructione, & velamentum illis excogit vestem frugalem ostendens qualibus se vestibus dignos fecerint, & fecit tunicas pelliceas, id est, imperauit vt essent, iussit enim togis pelliceis vestiri in perpetuam memoriam quod inobedientes fuerimus Deo. Audiant opulenti, & qui luxuriantur in vermium operibus, & vestiuntur sericis, discantque quomodo ab initio humanam naturam misericors Deus docuerit. Pelliceas vestes fecit eis vt confusionem tegerent: quo

quo docuit nos vt mollem, & dissolutam vitam fugiamus, nec in ortem, & remissam secedamus, sed magis austeram amplectemur. Itaque vestium amictus continuum nobis firmonumentum quo memores simus quantis bonis exciderimus, & discamus quanto supplicio humanum genus ob inobedientiam ita affectum. Dicant igitur nobis qui tanto vtuntur apparatu, vt iam usum lanæ profusus audire nolint, sed serico vestiuntur, eoque infaniae perueniunt vt aurum vestibus intexant. Praecipue autem mulieres huic molliciei deditae sunt. Quare dic obsecro, corpus ita ornas, & gaudes eiusmodi amictu? An ignoras quod pro magno supplicio propter transgressionem tegmen hoc excogitatum est? Audi Paulum. [Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus.] Vnius dumtaxat rei habenda est cura, videlicet ne corpus nudum sit, sed vt tegatur.

Vestes sacerdotales.

3. **G E N E S.** 27. *Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum.* De vestibus sacerdotum, Vide, *verbum Sacerdos, maxime super hunc locum, num. 2. ex H I E R O N Y M O & in aliis numeris.*

Vestes curiose signum leuitatis & lasciuiae.

4. **G E N E S.** 37. *Fecitque ei tunicam polymitam.* De expositione literae huius, Vide, *Perseuerantia, num. 8. ex H I E R O N Y M O & A M B R O S. L I P O M A N V S.* Non multicolore ergo ferre vestem peccatum est, sed superfluo cultu lasciuam. Declinandas tamen vestes eiusmodi monemur quae tanti mali occasio fuerunt, & leuitatis sane signum praefecerunt hodie vestes eiusmodi lasciuissimae.

Vestes viduarum.

5. **G E N E S.** 38. *Thamar deposuit viduitatis vestibus Gassumpsi iheristrum & mutato habitu sedie in bivio.* **A V G V S T.** Hic insinuat etiam temporibus Patriarcharum certa, & sua fuisse vestimenta viduarum non vtique talia qualia coniugarum. *Theristrum.* **I N T E R L.** Velamen est, quo utebantur Palaeinae mulieres. **R V P E R T V S.** Est et astitium, ac subtile palliolum. **L I P O M A N V S.** Locus hic est aliquas Christianorum viduas reprehendendi, quae nostro tempore non coniugarum, sed turpissimarum induunt vestimenta meretricum. Nam & de *Ludith. cap. 10.* legitur quod exiit se vestimenta viduitatis. Quod vestes animae sint virtutes, Vide, *Virtus, num. 25. ex B E R N A R D O.*

Quid significet vestis duplex, & commixta.

6. **L E V I T.** 19. *Vestem qua ex duobus contexta est non induas.* **R A D V L P H V S.** Vestis adulterina, & reprehensibili duplicitate commixta, est biformis habitus mentis, & corporis: cum munditiam exterius scilicet corporis coram hominibus simulamus, immundos autem nos interius diuinis oculis exhibemus.

Vestes indicant mores.

7. **C L E M E N S A L E X A N D R.** *Libr. 3. Pedagogy, cap. 11.* Quomodo signa quae ad causas proximè accedunt si adit ipsum rei affectum significant, sed potius indicant, vt fumus ignem, bonus color, bonusque pulsus sanitatem. Ita amictus noster indicat qualis sit morum nostrorum constitutio.

Vestium ornatus quibus conueniant.

8. **C Y P R I A N V S** *de habitu virginum.* Delinquis hoc ipso in Deum si ad hoc tibi ab illo diuitias

datas credis, vt illis non salubriter perfruaris. Nam & vocem homini Deus dedit, & tamen non idcirco amatoria cantanda, nec turpia, & ferrum esse ad culturam Deus voluit; nec homicidia idcirco sunt facienda. Aut quia thura, & myrrham, & ignem Deus instituit sacrificandum est idolis, vel quia abundant pecudum greges in agris tuis, victimas, & hostias immolare debebis. Ornamentorum, & vestium insignia, & lenocinia fucorum, non nisi prostitutis, & impudicis feminis congruunt, & nullarum ferè pretiosior cultus est, quam quarum pudor vilis. **M A X I M V S** *sermon. 34.* Cum animaduertisset Aristoteles adolescentem propter chlamydis magnificentiam se iactantem, & gloriantem. Non desinis adolescens, inquit, propter ouis gloriari virtutem?

Ornatus vestium perniciosus.

C Y P R I A N V S *de habitu virginum.* Quis non id excretur, & fugiat, quod aliis fuerit exitio? Quis id appetat, & assumat quod ad necem alterius pro gladio fuerit, & telo? Si hausto poculo moretur ille qui biberat venenum, scires esse quod ille potauit. Si accepto cibo, qui acceperat interiret, scires esse lethale, quod acceptum potuit occidere, nec ederes inde, nec biberes vnde interiisse alios ante conspiceres. Nunc quanta ignorantia veri est, animi quanta dementia, id velle, quod & nocuerit semper, & noceat, & putare, quod inde non pereas, vnde alios periisse cognoscas? Nec enim Deus purpureas, aut coccineas oues fecit, aut herbarum succis aut conchyliis tingere, & colorare lanas docuit. Nec distinctis auro lapillis, & margaritis contexta serica, & numerosa compage digestis monilia instituit, quibus ceruicem, quam fecit absconderet, vt operiatur illud quod Deus in homine formauit, & conspiciatur id, quod diabolus adinuenit.

Vestium ornatus indicat mores.

L A V R E N T I V S I V S T I N I A N V S *in libr. de ligno vite, cap. 5.* Sicut continens, ac pudicus vilibus induit vestimentis, vt se oculis diuinæ maiestatis exhibeat mundum, ita impudicus, atque incontinens, vt videatur magnificus fatagit vestiri pretiosioribus ac mollibus.

V I R G I N I T A S.

Virginitas matrimonio praefertur. 1. & Vide, Matrimonium, num. 49.

Virginitatis laudes. 2. 19.

Virginitas consilium est, non praecipuum. 3.

Virginitas in corpore, & anima laudatur. 4. 11. 12. 13. 20.

Virginitas, & continentia antiquorum. 5.

Virgines qualiter instruende. 6. 14. 15.

Virginitatis coronam concupiscentia illustriorem facit. 7.

Virginitatis excellentiae super omnes status. 8. 18. 21.

Virgines vnde dicantur, & calibes. 8.

Virginitas raro inuenitur. 9. 10.

Virgines debent esse cauta. 14. 15. 24. 25.

Virgines debent esse humiles. 16.

Virgo appellatur Israël, & quare. 17.

Virginitas apibus comparatur. 21.

Virgines

Virginis casus non terrere nos debet. 22.

Virginitatis continuum bellum. 23.

Virginitas matrimonio praefertur.

GENES. I. *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* INTERL. Nuptiae enim terram replent, virginitas caelum. I N T E R L I V S. Non ergo damnandae sunt nuptiae, quas gratia benedictionis Dei instituit, sed magis honoranda, maioriq; digna benedictione virginitas, quae postquam impleta est terra hominibus, casta mente simul, & corpore agnum quocumque ierit, id est, Dominum Iesum in caelestibus sequi desiderat. Idem qui nuptias benedixit, veniens in mundum carnem de virgine assumpsit, ut virginitatis se gloriam potius quam nuptias diligere probaret.

Virginitatis laus.

GENES. 4. *Conversus Cain aduersus fratrem suum, & interfecit eum.* AVGVST. lib. 1. de mirabilibus sacrae scripturae. Tota iustitia haec est virginitas. Sacerdotium & martyrium quae triplex iustitia in Abel primum fuit. Nam pro sapientia generis in saeculo non relinquit, & munera Deo placita obtulit, & martyrij coronam sanguinis effusione promeruit, & recte competebat, ut qui primus in terra iustus eligitur, & qui primus post delictum gestavit Saluatoris figuram (qui virgo, Sacerdos & martyr est) in eorum iustitiae forma seruetur. Merito ergo huic Abel Dominus Iesus primatum iustitiae hominum commisit dicens. [A sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariae filij Barachiae.]

Virginitas consilium est non praecipuum.

GENES. 19. *In monte saluum te fac.* RVPERTVS. Vel mons status continentiae est. Familiare enim consilium est de seruanda virginitate. Vnde Apostolus. [Praecipuum Domini non habeo, consilium autem do.] Vide, *Castitas, num. 24.* ex BASILIO.

Virginitas, in anima, & corpore laudatur.

GENES. 24. *Puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro.* ORIGEN. Nonne suffecerat dicere Virgo. Quid opus est dicere, & incognita viro? Non sufficit animus, ut casta sit corpore, opus est ut & vir ille pessimus de quo in Euangelio dicitur [Venit inimicus homo & superseminavit zizania tritico,] non cognouerit eam. Potest enim fieri ut habeat quis in corpore virginitatem, & cognoscens istum virum pessimum diabolum, atque ab eo concupiscentiae iacula in corde suscipiens animae perdidit castitatem. Quia ergo Rebecca virgo erat sancta corpore, & spiritu, ideo eius duplicat laudem, & dicit. [Virgo erat, & incognita viro.]

Virginitas, & continentia antiqua.

GENES. 25. *Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei parvuli.* LIPOMANVS. Dicunt Iudaei, quod non licuit Isaac plures habere coniuges ex quo sponte accessit ut Deo in holocaustum immolaretur: quia ex tunc Domino stetit consecratus. Alij dicunt quod sicut Elias, & Ieremias continentia virginali Euangelicae castitatis typum gesserunt, ita & Isaac continentiam coniugalem; quia in lege Euangelica est praesignauit. MAGISTER in 4. *sententiarum d. 33.* Non deliquit Abraham, & Iacob, quia praeter uxores filios ex ancillis quaesissent, nec nunc illorum exemplo praeter coniugale debitum saecun-

ditatem in aliqua licet alicui quaerere. Cum illorum coniugia monstrorum aequantur virginitati, & immoderatus vsus coniugij nostri temporis turpitudinem fere imitetur fornicationis illius temporis.

Virgines qualiter instruenda.

GENES. 34. *Egressa est autem Dina ut videret mulieres regionis illius.* LIPOMANVS. Curiositate adducta ad contemplandum habitum, & morem mulierum regionis, & ideo periclitatur de castitate. Discimus hinc disciplinam pro virginibus domi seruandis ne sint curiosae rerum externarum. Instituantur a matribus ad labores, & ad verecundiam, nihil inhonestum videant, audiant, aut loquantur, exercentur domesticis exercitiis: non nisi coacte prodeant, idque verecunde; aspectus subterfugiant hominum. Suspectas semper timeant societates non solum externorum, sed etiam externarum, quia tentatio iuncta est periculis.

Virginitatis coronam concupiscentia illustrorem facit.

EXOD. 20. *Non concupisces, &c.* CHRYSOST. Homil. 52. *super Matth.* Sed ne desperare faciamus etiam virgines bonas, quia diximus per concupiscentiam animas fornicari, sciendum est, quod aliud est concupiscere, aliud velle. Concupiscere passionis est, velle autem arbitrij. Frequenter enim concupiscentiam etiam quod nolumus. Si ergo concupiscentiae non consentit voluntas, concupiscentia sola non damnat, magis autem & gloriosiore facit virginitatis coronam.

Virginitatis excellentia speciet status.

EXOD. 26. *Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis, & super hoc rursus aliud operimentum de hyacinthinis pellibus.* BEDA. Quomodo inter praecipua Christi, & Ecclesiae membra eximium sacra Virginitas locum tenet, apte post variatum decus cortinarum, post ciliciorum munimina sanctorum, post rubricatas arietum pelles aliud operimentum de hyacinthinis pellibus superadditur. Hyacinthus namque caelestis est coloris. Pellis vero mortui animantis pars, & indicium est: in quibus significantur virgines, qui mortificatis ad purum cunctis concupiscentiae carnalis illecebris, caelestem quodammodo in terris vitam gerunt: atque inter homines positi, angelicam magis puritatem imitantur. Quibus per Prophetam *Isaia cap. 56.* permagnu praemittitur praemium. [Hae, inquit, dicit Dominus Eunucho, qui custodierint Sabbata mea, & elegerint, quae ego volui, & tenuerint foedus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non auferetur.] De quo loco, ac nomine Euangelista Ioannes qui erat vnus ex ipsis refert *Apo. 14.* [audisse se canentes eos canticum nouum ante sedem Dei quod nemo alius poterat.] Merito ergo pelles hyacinthinae supremum in domo Dei locum tenent: bene etiam de velis cortinarum, ac sagorum dicitur, quod si in alto posita ad terram tamen demissa penderent, quamuis cortinae nequaquam ad terram vsque pertingere poterint. Columnae quoque ac tabulae tabernaculi, & si in altum erant erectae, bases tamen in quibus starent habebant in terra positas. At vero de rubricatis, ac hyacinthinis pellibus, quod in alto tectum operiret dicitur; quod vero ad terram essent flexae non additur. Quia nimirum ceterae virtutum species commune aliquid cum his, qui in terra adhuc detinentur habere videntur: Certamen vero

verò martyrij, & decus Deo dicatae virginitatis quasi ab infimis, ac terrenis rebus suspensum, & supernis ciuibus specialiter constat esse coniunctum. Nam & martyr in tormentis positus nihil aliud toto animo intendit, quam ut omnia, quae sunt in hoc mundo, & ipsum semel mundum citius relinquat, atque ad videndum mundi conditorem perueniat, & caelices dum communem generis humani legem [Crescite, & multiplicamini, &c.] intuitu maioris praemij transcendunt, iure altiore ceteris fidelibus sedem sibi eligunt, de quibus recte scribit Ioannes. Hi empti sunt ex hominibus primitiae Deo, & agno. Re & teque Latino sermone, vel *virgines*, quasi *virtute insignes*, vel *caelices*, quasi *caelo beati*, cognominantur, id est, caeli ciuium in terra vitam imitantes. Vide etiam, *Maria virgo, num. 19.*

Virginitas raro inuenitur.

EXOD. 35. *Si quis habebat aurum, hyacinthum, &c. lignaque Sethim in variis vsus, &c.* LIPOMANVS. In Hebraeo habetur. [Et omnis apud quem inuenta sunt ligna Sethim ad omne opus ministerij obtulerunt.] Ita & Chaldaica, & Septuaginta. ORIGEN. *Homil. 13. in Exod.* Si quis diligit Christum Dominum in incorruptione lignum imputrisferum offert Domino. Beatus ergo apud quem inuenitur vel sensus incorruptus vel corpus incorruptum, & hoc offert Deo. Vnde & bene valde dixit. Apud quem inuenta sunt ligna imputribilia: non enim apud omnes inueniuntur: Non dixit hoc, *de auro*, vel *argento*, &c. Nam incorruptionis, & virginitatis gratia apud rarum quemque inueniri potest. Sicut Dominus dicit. [Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.]

Idem.

LEUIT. 14. *Quod si pauper est, & non potest manus Leuiti inuenire qua dicta sunt, &c.* HIERONYMVS. Si diuitias caelestium charismatum non habet. Verbi gratia si virginitatem seruare non valet, thorum custodiat immaculatum. Si martyrij non potui reportare trophaeum, se saltem seruet inuictum.

Virginitas cordis, & corporis placet Deo.

NVMER. 31. *Cunctos interficite, &c. puellas autem, & omnes feminas virgines reseruate.* OLEASTER. Accepta fuit Domino semper virginitas, nec solum cordis, sed etiam corporis munditia illi semper placuit ob quam solam istae seruatae sunt a morte. Vide etiam *num. 13.*

Idem.

IVDICVM II. *Flebat virginitatem suam in montibus, &c. qua ignorabat virum.* LYRANVS dicit non occidisse Iephthe filiam suam, sed Deo dicasse eam ut seruaret virginitatem suam. Vide eum in hoc loco, ubi dicit multa de Virginitate.

Idem.

IVDICVM II. *Hoc est quod obseruare debetis (dictum est ducibus exercitus proficiscentibus contra Iabes Galaad) mulieres qua cognouerunt viros interficite, virgines autem reseruate. Inuentaeque sunt de Iabes Galaad quadringenta virgines, qua nescierunt viri thorum, & adduxerunt eas in Silo, &c.*

Virgines debent esse timidae & caute.

REG. 13. *Eucite vniuersos ad me, &c.* GLOSSA RMO. Intrauit sola cum solo, & ibidem fuit desolata Thamar. Talis solitudo caueri debet a virgine vel muliere continere proponente. BERNARDVS *super Missus est.* Solent virgines, quae vere virgines

sunt, semper esse pauidae, & nunquam securae, & vt timedo caueant etiam tota pertinaciter. GLOSSA ORDINI. Incestus Amnon in sorore sua Thamar, & patricidium Absalon in Amnon fratre monet nos, vt semper caute agamus, ne vitia in nobis dominentur, & princeps peccati, qui falsam pacem periclitantibus spondet, nos imparatos inueniens de improviso trucidet.

Idem.

TOBIAE 3. *Sara filia Raquelis, virgo fuit mente, & corpore placens Deo.* Vnde in oratione sua sic ait. *Tu scis Domine, quia nunquam concipui virum, & mundam seruauit animam meam ab omni concupiscentia.* Sed audi modum quo conseruauit se mundam. *Nunquam cum ludentibus miscuit me.* INTERL. *Quia risu dolore miscbitur, &c. Neque enim his qui in leuitate ambulat.* INTERL. De vitio in vitium participantem me feci.

Virgo debet esse humilis.

QUOD Virgo debet esse humilis, vide *Superbia, num. 16.* 45. ex BERNARDO.

Virgo appellatur Israel, & quare.

AMOS 5. *Cecidit, & non adiecit ut resurgat virgo Israe.* P. RIBERA. Quomodo Virgo dici potest Israel tot idolorum fornicationibus prostituta? HIERON. Virgo appellatur populus Israe, non quia in Virginitatis permanerit puritate, sed quia quondam instat virginis sit Domino copulatus, videlicet in Patriarchis, & Prophetis, vt exponit GLOSSA. Sed contra quia aliae nationes idola colentes in scriptura virgines nuncupantur *Isaie 37.* [Descende, & sede in puluere virgo filia Babylon,] & *Jerem. 46.* [Ascende in Galaad, & tolle resinam virgo filia Aegypti.] Responso est, quod mos est scripturae, ita de ciuitatibus, & prouinciis loqui, ac si essent mulieres. Cum ergo idololatram exprobrare eas volunt, meretrices vocat, vt *Ezech. 16.* [Propterea meretrix audi verbum Domini, &c. quia reuelata est ignominia tua, &c.] Cum vero vult significare ardentem a se, siue ab aliis quodam amaram, sollicitaque seruata, virginem vocat, aut etiam cum significat eius pulchritudinem, & ornatum speciosum, aut delicias, & propter opes, & pulchritudinem eam esse omnibus valde optabilem. Vt de Ierusalem perterrefacta a rege Assyriorum dicit *Isaie ca. 37.* [Depexite, & subannanite virgo filia Sion,] & de Babylone, *cap. 47.* [Descende, & si de in puluere virgo filia Babylon,] id est, quae prius vt virgo domi clausa in deliciis vivebas. Vnde statim subdit. [Non est solum filia Chaldaeorum, quia ultra non vocaberis mollis, & tenera.] Eadem ratione Sydonem virginem vocauerat, *cap. 23.* Cum ergo Israel virgo vocatur, non sumitur metaphora a pudicitia virginali, sed virgo dicitur propter diuitias, pulchritudinem, & quod more virginis domi seruatur, atque inclusus vsque ad tempus captiuitatis fuisset. Nunquam enim de terra sua fuerat eductus.

Virginitatis excellentia.

LVC. I. *Missus est Angelus Gabriel a Deo ad virginem. P. RAYENAS.* Quia semper est Angelo cognata virginitas. In carne praeter carnem vivere non terrena vita est, sed caelestis, & si vultis scire angelicam gloriam, acquirere maius est quam habere. Esse Angelum, felicitatis est, virginem esse, virtutis. Angelus ergo, & virgo diuinum est officium, non humanum. BERNARDVS. Quid ni visitet Angelus vitam sociam? Quid ni saluet ciuicus sanctorum & domesticam Dei? Angelica plane vita virginitas, & qui non nubent nec nubentur, erunt sicut Angeli Dei.

Virginitatis laudes.

19. **CORINT. 7.** De virginibus preceptum Domini non habeo, consilium autem do. & c. **HILDEBERTVS.** Virginitas curarum est silentium, pax carnis, vitorum redemptio, principatus virtutum. Virginitas contenta paruo, sollicita est pro natura, non ambitiosa pro matrona. Damni virginitatis sicut nulla est reformatio: sic omnis recompensatio inferior. Impar mercimonium est breuicium iactura comparare perenni. Minus sibi prouidet, quisquis gratia Virginitatis aliud anteponeat. Incomparabili comparatur pretio, quam si sollicitetur ut asporter, Dominus ut seruet. Nescit à quanta hereditate decidit quisquis, ut heredes relinquat, similitudinem Angelorum deponit. Nunquid non intelligis sabbatum consilij, non precepti? Sabbatum quo feriat ab opere carnis caro; quod sapit quiddam super carnem caro. Virginitas angelicam redolens conuersationem cantat canticum nouum, quod nemo potest dicere præter eos qui cum mulieribus non coinquinati sequuntur agnum quocumque ierit. Quippe quibus fuit cum Christo quoddam Virginitatis participium, quoddam est & in præmio consortium. Sub hoc autem sponso fecunditate non impedit integritas, nec famulante concupiscentia, filij generantur. Beata nimirum sponsa cuius pudor dum concipit, non deperit, dum generat non laborat. Beatissimus etiam sponsus cui nisi coheret, nulla virgo est, nulla casta, nisi eum diligat, nulla libera, nisi ei seruiat. Eius prole nihil viuacius, cum qua nulla propagatur mortalitas. Eius dote nihil vtilius, in qua sufficientiam comitatur æternitas.

Virginitas imitanda.

20. **DIVVS BASILIVS** libr. de vera virginitate, cap. 27. Quemadmodum Satyrorum conspiciuntur imagines risum intuentibus mouent, ac sicuti alia moriostiores effigies cernentium & amicum, & faciem tristitiam imaginibus confundunt, &c. ita & virgo castitatis imago, imo ipsius virtutis effigies etiam conspicienda solum ad Dei considerationem humanos mox conuertere, ac mouere debet affectus.

Virginitas apibus comparatur.

21. **AMBROS. lib. 1. de Virginibus.** Digna Virginitas quæ apibus comparatur, sic laboriosa, sic pudica, sic continens. Rore pascitur apes, nescit concubitus, mella componit. Ros quoque virginis est sermo diuinus. Quia sicut ros Dei verba descendunt. Pudor virginis est intemerata natura. Partus virginis fructus laborum expers amaritudinis, fertilis sanitatis, in commune labor, communis est fructus. Quam te vellem filia imitatricem esse huius apiculæ, cui cibus flos est, ore soboles legitur, ore componitur. Hanc imitare tu filia. Verba tua nullum doli velamen obtendant, nullum habeant fraudis inuolucrum, ut & puritatem habeant, & plena grauitatis sint.

Virginis casus non tertere nos debet.

22. **MATH. 19.** Non omnes capiunt verbum istud. **MC HRYSTOST.** Homil. 32. op. imp. Ex eo quod quidam non possunt, & à proposito continentia cadunt, non debemus circa virtutem castitatis fieri pigriores. Si enim quidam in pugna cadentes, non exanimant ceteros, sed dicunt, illis sic datum fuisse; rem non applicant pugnae, sed homini; quanto magis nos cadentium negligentia imputare debemus, non difficultati virginitatis.

Virginitatis continuum bellum.

23. **IDEM** hom. 9. de Penitentia. Pinge mihi Virginitatis speciem. Bellum habet quotidie, non vnquam hic

sedabile, barbarico deterior. Nam & hoc temporis habet requiem, quo vel paciscuntur, vel ordinant, ut quandoque pugnent quandoque cessent: belli vero in virginem nulla quies, inducia nulla: Diabolus eam semper nudam inuenire querit quo lethale vulnus infligat. Non hoc vel illud tempus obseruat, sed semper belligeratur. Sic virgo nunquam cessat à bello.

Virgo occasiones fugiat.

24. **HERON. ad Gaudenium de Pacule educatione.** Virgo es, quid te mulieris delectat societas? Quid fragilem, & futilem ratem magnis committis fluctibus, & grande periculum navigationis incertæ securus ascendis? Nescis quid desideres, & tamen sic eis iungeris, quasi aut ante desideraueris, aut ut leuissimè dicam, postea desideraturus sis.

Virginitatis excellentia.

25. **SVLPITIVS in vita sancti Martini.** Cum Beatus Martinus dioceses circumiret, boues ex parte prata depauerant, porci etiam nonnulla suffoderant, pars cætera quæ manebat illæsa diuersis floribus quasi picta vernabat. Speciem, inquit, gerit pars illa coniugij quæ pecore depasta, etiam non penitus gratiam amisit herbarum, nullam tamen florum retinet dignitatem. Illa vero quam porci, pecora immunda foderunt, fornicationis imaginem fœdam præterdit. Cæterum illa portio, quæ nullam sensit iniuriam, gloriam virginitatis ostendit, herbis fœcunda luxuriat, fœni in ea fructus exuberat, & ultra omnem speciem distincta floribus quasi gemmis micantibus ornata radiat.

Pro castitate virginali, Vide, Castitas, num. 11. 13. & 24.

V I R T V S.

Virtutum fundamentum paupertas. Vide, Paupertas, num. 9. 14. 16. 19.

Virtutes paulatim, & per gradus acquirenda. 1. 18.

Virtutum opera laudatore externo non egent. 2.

Virtutum habitus acquirendi. 3. 39.

Virtutes Dei imitari debemus. 4.

Virtutes quatuor cardinales. 5. 10. 15. 21. 22.

Virtutes tres theologice. 7. 9. 12. 16. 24. 26. 27.

Virtutes querenda, & conseruanda. 6. 20. 30.

Virtutes inter vitia lucent. 8.

Virtutis robur, & vis. 11. 19.

Virtus iusti ornamentum. 11. 19. 25.

Per virtutum gradus ascendendum. 13. 14. 36. 37.

Virtutes sunt abominaciones peccatorum & sacrificia Deo accepta. 17.

Virtutum profectus Deus in nobis operatur. 23.

Difficile est discernere qua virtus præcellat. 28.

Multiplices sunt virtutum via. 29.

Virtutis corona perpetua est. 31.

Virtus in quo consistat. 32.

Virtutes manifestantur, & edificant. 33. 38.

Post virtutem sequitur voluptas, post vitium amantudo. 34.

Virtutes sibi ipsis connexæ sunt. 35.

In virtute progrediendum. 36. Vide etiam, Diligentia, num. 2. & deinceps.

Crux separat virtutes à vitis. Vide, Crux, nu. 25.

Virtus

Virtus crescit per mortificationem. Vide, Mortificatio, num. 13. 18. 22.

Perseueranter ascendendum ad Deum per virtutes.

Vide, Perseuerantia, num. 6. 7.

Perseuerantia virtutes coronatur. Vide, Perseuerantia, num. 16.

Virtutes paulatim, & per gradus acquirenda.

1. **GENE S. I.** Terra autem erat inanis & vacua. Alia litera, [Erat inuisibilis, & incomposita. Interrogat. **AMBROS.** Quare ab initio non fecit eam Deus pulchram, & venustam? & inter alia responder: quia imitatores sui nos Deus esse voluit, ut primo faciamus aliqua, & postea venustem, nedum simul utriusque adorimur, neutrum possimus implere, & Christus Dominus quando Lazarum resuscitauit primum iussit tolli lapidem & postea cum suscitauit. Bene poterat remouere lapidem, qui poterat mortuum suscitare, sed hoc fecit ut per gradus quosdam credulitas in nobis nasceretur. Fides enim nostra quodam gradu crescere debet.

Virtutum opera, laudatore externo non egent.

2. **GENE S. I.** Vidit Deus lucem, quod esset bona. **BASILIVS.** Quas laudes nos dixerimus ipsa luce dignas, quæ testem suæ pulchritudinis ipsum iam suum habuit creatorem? **AMBROS.** Plus enim est quod probatur aspectu, quam quod sermone laudatur. Ita bonorum operum proprium est, ut externo commendatore non egeant, sed gratiam suam cum videntur ipsa testantur. Vnde, [oculi Domini super iustos,] & similia.

Virtutum habitus acquirendi sunt.

3. **GENE S. I.** Germinet terra herbas viuentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. **ORIGEN.** Non solum iubet Deus ut terra proferat herbam & lignum fructiferum, sed & semina iuxta genus suum: ut nobis ostenderet non tantum bona opera, sed & semina habere in nobis ipsis, id est, omnium bonorum operum, omniumque virtutum semina in corde nostro continere, id est, habitus virtutum, ex quibus omnes actus boni nascantur.

Virtutes Dei imitari debet homo.

4. **GENE S. I.** Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Virtutes Dei homo imitari debet, quandoquidem ad eius imaginem, & similitudinem factus est. Vide, Homo, num. 11. ex **AMBROS.** & num. 14. ex **GENNADIO,** & num. 17. ex **BERNARDO,** & Deus, num. 58. ex **AMBROS.**

Virtutes quatuor cardinales.

5. **GENE S. 2.** Fluvius egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum paradysum qui inde diuiditur in quatuor capita. **LIPOMANVS.** supra. Iste fluuius dictus est fons. Fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terra. Quisnam erat iste fons tam copiosus ut sufficeret ad irrigandam superficiem terræ? **THEODORBT.** legit in Hebræo loco, fontis, vaporem, seu humorè qui in terra, inquit remanserat post aquarum à terra separationem, & iste humor sufficiebat ad irrigandam vniuersam superficiem terræ. Alij dicunt, fontem, in singulari hic accipi pro plurali, & sic intelligunt, fontes multos, per vniuersam terram loca vel regiones irrigantes. Alij per fontem, intelligunt, abyssum, matrem omnium aquarum ex qua omnes fontes aquarum, & flumina egrediuntur & irrigabunt vniuersam superficiem terræ sicut etiam modo irrigant. Alij dicunt quod ille fons irrigabat vniuersam superfi-

ciem terræ paradisi. Quemadmodum etiam Nilus, Ægyptum, & Iordanis Pentapolim. Cui expositio videtur fanere illud *Genes. 1.* Vniuersa irrigabatur sicut paradysus Domini, & sicut Ægyptus ante quam subreteret Deus Sodomam, & Gomoriam. Potest etiam ita intelligi omnis terra facies irrigata quemadmodum dicitur omnis vestis colorata, etiã si non continuatim, sed maculatim fiat. Præsertim, quia tunc in nouitate terrarum, & si non omnia, plura tamen plana fuisse credibile est. **ISAIAHVS.** De hoc igitur fonte, siue fluuiio modo dicitur quod habes ortum à paradiso inde diuiditur in quatuor capita, nomè vni, *Physon,* &c. Sed dices, quod aliquorum horum fluuiorum origines notæ sunt. **REFAVGVST.** & alij, ea flumina quorum fontes, & origines noti esse dicuntur, iuste sub terras & post tractus prolixarum regionum aliis locis erupisse. Nam hoc solent nonnulli aquæ facere. **SERAPION.** ait quod hoc diuina prouidentia factum est, ut curiosum hominum superuacaneam inuestigationem tollerent Deus. Si enim horum fluminum fontes, atque principia nacti fuissent, paradysum videre atque intrare tentassent, qui tamen desiderio frustrati essent. Hæc pro expositione literæ. **AMBROS.** Hæc sunt quatuor flumina. Primum *Physon,* secundum Hebræos, Gages autem secundum Græcos, quod fuit contra Indiam. Secundum *Geon,* id est, Nilus qui circuit terram Ægypti vel Æthiopiæ. Mesopotamia autem dicitur eo quod alij duo, scilicet *Tigris,* & *Euphrates,* includunt eam, quasi mediam inter hæc duo flumina. Itaque flumina quatuor ex illo fonte manantia, significant fluentia quatuor virtutum, scilicet prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iustitiam. Vide *vnquamque harum in suis verbis ex eodem AMBROSIO.*

Virtutes querenda, & conseruanda.

6. **GENE S. 2.** Posuit eum in paradiso ut operaretur, & custodiret illum. **AMBROS.** Nō idem est operari, & custodire. In opere enim quidam virtutis processus est; in custodia quædam consummata operis deprehenditur, eo quod quasi consummata custodiat. Hæc duo ab homine requiruntur, ut & operibus nona querat, & parta custodiat, quod est generale, & quamuis paradysus operibus ruralibus non egeret, tamen quia primus homo lex posteritatis futurus erat, ideo etiam legitimi in paradiso specie suscepti laboris, ut nos ad operationem & custodiã debiti officij munus astringeret.

Virtutes tres theologice.

7. **IBID.** RVPBRT. Idecirco tulit hominem in paradysum ut operaretur homo opus Dei, quod nō est aliud, nisi opus fidei, nisi officium spei, nisi obsequium charitatis, & ut custodiret eum, scilicet ne deserta fide vel dilectione creatoris simul perderet datum optimum.

Virtus inter vitia lucent.

8. **GENE S. 2.** Præcepit ei dicens, & c. de ligno autem scientia boni, & mali ne comedas. **AMBROS.** Iterum quaestio. Superfluo ne Deus præcepit protoplasto illi Adæ quod nouerat minime seruaturum? Vide, Deus, num. 59. & addit Concedo quidem quod non confiteret peccatum, si interdictio non fuisset, sed tamen etiam concedo quod non consistente peccato non solum malitia, sed etiã virtus fortasse non esset, quæ nisi aliqua malitia fuissent semina, vel subsistere, vel eminerere nō posset. Quis enim est peccatum nisi prauaricatio legis diuinæ & celestium inobediencia præceptorum.

Virtutes tres theologice exiguntur ab homine.

9. **GENE S. 2.** Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientia boni, & mali ne comedas: in quocumque die comederis morte morieris. **RVPERTVS.** His tribus propositionibus, tres ab homine virtutes

exigit Trinitas sanctissima charitate, spem & fidem, quas nunc reciproco ordine à nobis exigit eadem Trinitas: fidem, spem, & charitatem. Ut, quia ille cadendo descendit, nos resurgentes à fide per spem ad charitatem Dei ascendamus, &c. Creans enim Deus hominē ad imaginē, &c. ut præsēt piscibus maris, &c. & collocās eum in paradiso voluptatis, ut comederet de omni ligno, debitorem magnæ charitatis eundem sibi effecit. At ille ingratus tanæ gratiæ debitum charitatis non rependit. Item in præcepto de ligno scientiæ boni, & mali ne comedas, spem exigit insignē. De Deo enim sperare debuit homo, quod is qui gratis tāta iam bona sibi contulerat, profectō subiectionē, & obedientiā in præcepto custodienti maiora, quæ promittebat, id est, cælestem paradysum, & Sanctorum Angelorum societatem quandoque conferret. Sed qui ingratus fuit pro bonis præsentibus & charitatem non habuit, etiam ingratus fuit pro futuris, nec spem habuit. Denique in communicatione, [in quocumque enim die comederis ex eo morte morieris,] fidem exigit. Credere enim debebat homo quod non invidendo diuinitatem homini Deus tale lignum interdixit. At homo serpenti magis quam Deo credidit, & hunc veracem, Deum autem meritum fuisse purauit. Cū ergo in isto plasmate suo fidem, spem, & charitatem, secundum præceptum suum Deus non inuenit: nequaquam frustratum est consilium eius vel propositum. Valēter enim de trunco illo virtutes illas resfloretere fecit. Inuentus est enim de genere eius homo secundum cor Dei, id est, Christus Dominus qui contentas ab omni concupiscentia manus, ad pœnalem sibi obedientiam in ligno crucis extendit, & sub pedibus eius conculcato peccato harum, & reliquarum virtutum exempla multis millibus sequentium se proposuit.

Quatuor virtutes cardinales.

10. **GENES. 4.** Nonne si bene egeris recipies, &c. Quod oratio nostra sociari debet quatuor virtutibus cardinalibus, Vide, *Oratio, num. 7. ex AMBROSIO.* Vide etiam *Fides, num. 9. ex GREGORIO.*

Virtutis robur, & vis.

11. **GENES. 6.** Noë inuenit gratiam coram Domino. *Hæc sunt generationes Noë, Noë vir iustus, atque perfectus fuit, &c. CHRYSOST.* Contra veritatem insanit malitia. At non solum nihil illi nocuit, sed & manifestando fortioer reddidit. Tantum enim virtutis robur est, ut patiendo superet regotium sibi facientes, & cum impugnetur hostibus fiat potentior. **AMBROSIO.** Non generationis nobilitate, sed iustitiæ, & perfectionis merito laudatur: probati enim viri genus virtutis præcipua est, &c. Vide, *Nobilitas, nu. 3. Genes. 12. Noni quod pulchra sis mulier.* Quod in muliere virtus non pulchritudo, non diuitiæ quærenda est. Vide, *Matrimonium, numero 17. ex AMBROSIO.*

Virtutes tres theologales.

12. **GENES. 18.** Accelera tria fata similes commisce. **GAVGVS.** Alio modo tres mensuras similes fidem, spem, & charitatem intelligimus. In his enim tribus virtutibus vniuersæ fructus continentur Ecclesiæ. Qui hæc tria in se meruit habere, securus potest ad conuiuium cordis sui totam Trinitatem excipere.

Per virtutum gradus ascendendum ad Deum.

13. **GENES. 28.** Tuli Jacob lapidem unum & supposuit capiti suo, &c. **BRUNO.** Scala quæ cælos tangit, virtutum, & bonorum operum concatenatio intelligitur. Sicut enim per scalam quibus gradibus ad altiora ascenditur, ita de virtute in virtutem profici-

scuntibus videbitur Deus decorum in Sion. Angeli vero, qui per hanc scalam ascendebant, & descendebant, sanctos viros significant, qui virtutum gradibus & bonis operibus ad cælestia regna ascendunt. *Sic enim iter ad astra.* Quod autem & descendere dicuntur hoc significat; quia sancti viri in hac vita sine peccato esse non possunt. Bene autem hinc scalam obfirmatus, & innixus stare videtur Dominus, ut nos quoque doceat, quod semper virtutum baculo debeamus inniti.

In virtutibus procedendum.

14. **IBID.** Et angelos ascendentes, & descendentes. Vide, *Diligentia, num. 14. ex BERNARDO & in pluribus numeris.* Qui addit; Nunquid sedentem quempiam, sine stantem? Non est stare omnino in pendulo fragilis scalam, nec in incerto mortalium vitæ, quidquam in eodem statu permanet. Non habemus hic manentem ciuitatem, nec futuram adhuc possidemus, sed inquirimus. Aut ascendas necesse est, aut descendas. Si ardentis stare, ruas necesse est. Minimè quidem bonus est, qui melior esse non vult, & ubi incipis nolle fieri melior, ibi definit esse bonus, &c.

Virtutes quatuor cardinales.

15. **GENES. 39.** Et mulier molesta erat adolescenti, & illerecusabat ut stuprum. **RYBERTVS.** In Ioseph quatuor agnoscimus virtutes, temperantiā, iustitiam, fortitudinem, & prudentiam. Quid enim temperatius eo, quod dicenti non cuiuslibet, sed dominæ suæ, dormi mecum, adolescens suum non declinavit animum? Quid iustius eo quod ait. *Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, &c. Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum?* ut habet alia litera. Quid fortius ea persequerantia, quod huiusmodi verbis per singulos dies loquebatur, &c. & ille recusabat stuprum? Quid prudentius eo, quod cum illa apprehensa vestimenti lascinia diceret: *dormi mecum:* ille relicto in manu eius pallio fugit. Tutius nempe iudicauit vestimentum suum cum temporali dispendio exuere, & ignem procul à se abicere, quàm silentio diu premedo flammam fœmineam in sinu suo alligare cum periculo animæ. Rectè igitur hunc psalmista virum nuncupauit dicens. *Misit ante eos virum. Psalm. 104.*

Qualiter Angeli virtutes cardinales feruant, Vide, *Angelus, num. 21.*

Virtutes tres theologice.

16. **GENES. 50.** Et conditum aromatibus repositus est in loculo in Aegypto. **RABANVS.** Loculus est vas repositorium, ubi aliquid ad conseruandum cōmendatur. Fœlix illa anima, quæ virtutum aromatibus condita in loculo corporis degens, quotidie proficendo perenni vitæ reseruat. Proculdubio si tali condimento condita in fide, spe, & charitate custodita fuerit per gratiam Christi, ad diuinam contemplationis speciem peruenire merebitur, cuius adeptio perfecta est læticia, quam psalmista aspicebat. [Adimplebis me læticia cum vultu tuo, &c.]

Virtutes sunt abominaciones peccatorum, & sacrificia Deo accepta.

17. **EXO D. 8.** Abominaciones Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro, &c. **RYBERTVS.** Pulchra instructio eorum, qui veri adoratores vnius Dei esse cupiunt. Quia de nullo hic pecore agitur, quod vel abominandum vel colendum sit Aegyptiis, ut Domino Deo mactetur, aut immoletur. Nam per *Ieremiā, cap. 7.* ipse loquitur. [Holocaustomata vestra adite victimis vestris, & comedite carnes: quia non sum

sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocaustomatum & victimarum, sed hoc præcepi eis dicens: audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, &c. Abominaciones ergo Aegyptiorum sunt fides, & omnes animæ virtutes, & quæ Aegyptij colunt, sunt omnia vitia, &c. Vide, *Peccatores, numero 56.*

Paulatim in virtute procedendum.

18. **EXO D. 11.** Postulet vir ab amico suo & mulier à vicina sua vasa argentea, & aurea, &c. **GREGORIUS.** Moral. cap. 17. Diligenter considerandum est, quod mentes vsui vitæ carnalis inhærentes euelli ab infimis non possunt, nisi gradatim ducta prædicatione proficiat. Hinc est, quod in Aegypto positus pio, iustoque moderamine latenti eorum concupiscentia descenditur, & vicinorum suorum vasis aureis, argenteisque sublatis discedere iubentur, qui ad Sina montem ducti mox audiunt: *Non concupisces rem proximi tui.* Hinc etiam in lege, oculum pro oculo, dentem pro dente præcipiuntur exigere, & quandoque tamen reuelata gratia percussit in maxillam, alteram iubentur præbere, ut dum discunt mala non multipliciùs reddere, quandoque discerent ea, & multiplicata sponte tolerare.

Virtutes firmant animam.

19. **EXO D. 13.** Sanctifica mihi omne primogenitum, &c. Vide, *Opera, num. 14. ex AMBROSIO.* Qui addit: Harum generationum quædam fœminæ sunt, malitia, peccantia, luxuries, intemperantia, impudicitia, & alia huiusmodi vitia, quibus animæ nostræ quædam eneruatur virilitas. Masculinæ sunt castitas, patientia, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia, quibus mens nostra, & caro ipsa firmatur, & ad obedienda impigrè munia virtutis erigitur. Hos partus alius ille propheticus parturiuit, & ideo ait. In vtero concepimus, & parturiuimus Spiritum salutis. Masculinum igitur, & parturiuit, & peperit qui Spiritum salutis effudit.

Virtutes anime inserende.

20. **EXO D. 23.** Introducet te ad Amorraum, & Hethæum, &c. quos ego conteram. **RABANVS.** Spirituualiter. Redemptor noster in nobis has gentes cum simulachris earum exterminat, cum septem principalia vitia à nobis eicit, & omnem dolorem inimici de cordibus nostris procul pellit: quatenus naturæ nostræ terram pleniter, ac perfectè possideamus. Quod verò istarum perniciosarum gentium regiones salubriter possidere præcipimur, ita intelligitur: habet vnumquodque vitium in corde nostro propriam stationem quam sibi vendicans in animæ nostræ recessu exterminat Israël, id est, contemplationem rerum summatarumque sanctorum eiusque temper aduersari non desinit: nō enim possunt virtutes cum vitis pariter morari. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci cum tenebris? Sed cum ab Israël populo, id est, à virtutibus cōtra se dimicantibus fuerint vitia superata, locum quem sibi in corde nostro concupiscentiæ vel fornicationis spiritus tentabat, deinceps castitas obrinebit, quem furor ceperat, patientia vendicabit, quem tristitia morte operas occupauerat, salutaris & plena gaudio læticia possidebit, quem acedia vastauit, incipiet excolere fortitudo, quem superbia conculcabat, humilitas honestabit, & ita singulis vitis expulsi eorū loca, id est, effectus virtutes cōtari possidebunt. Cū autē filij Israël, id est, animæ Deum videntes vniuersas cordis expulerint passiones, non tam alienas possessiones perua-

lisse, quàm proprias recuperasse credēdi sunt. Etenim quātum docet verus traditio, hæc casdem terras Chanaanæorum, in quas introducuntur filij Israël filij Sem quondā fuerunt in orbis diuisione sortiti, quas deinceps per vim, atque potentiam posteritas Cham per inuasionis iniquitatē possedit. In quo & Dei iudicium rectissimum cōprobatur, qui & illos de locis alienis quæ malè occupauerant expulit, & istis sanctis tantquam patrū possessionem, quæ prospiciat eorum diuisione orbis fuerat deputata, restituit. Quæ figura in nobis quoque certissima ratione cōgruēditur. Nam voluntas Domini possessionem cordis nostri, non vitis, sed virtutibus naturaliter deputat, quæ post prauaricationem Adæ insolentibus vitis à propria religione depulsa, cū rursus eis per Dei gratiā diligentia nostra, ac labore fuerint restituta, non tam alienas occupasse terras, quàm proprias credendæ sunt recepisse.

Virtutes quatuor cardinales.

21. **EXO D. 26.** Facies decem corinas de bysso recorta, & hyacintho, ac purpura coccoque bis tincto, &c. **BRUNO.** Per hæc quatuor, quatuor principales virtutes significatur. *Hyacinthus* igitur, qui cælestē, & diuinum colorem habet, prudentiam significat, quæ de cælestibus à Deo descendit secundum illud. [Omnia sapientia à Domino Deo est.] *Purpura* verò, quæ reges & principes induitur, iustitiam designat. Vnde & eis dicitur. [Diligite iustitiam qui iudicatis terram.] *Percocum* verò, qui sanguinei est coloris, fortitudo notatur, quæ sancti martyres vsque ad sanguinem resistentes in Christi fide fortissimi extiterunt. At verò per *byssum*, quæ de terra oritur temperantia intelligitur: quoniam sicut terra omnium elementorum media est, & in se omnia recipit elementa: ita & temperantia inter omnes virtutes mediā discurret, omnesque coniungit, atque conciliat. Harum igitur virtutum excutio, est materia cortinarum. Vide etiam *Christus, num. 99. ex BERNARDO.*

Idem.

22. **IBID.** Quod appendes ante quatuor columnas de lignis Serim, &c. **BRUNO.** Quatuor columnæ ante quas appellam est hoc velum cælestium sunt portantes agminum virtutibus quatuor eximii præclaræ, scilicet fortitudine, temperantia, prudentia, iustitia. Quæ quidem virtutes aliter à nobis in laboribus vitæ huius, aliter ab angelis, & animabus sanctis in cælis seruantur. Ibi namque regnanti Deo subditum esse immortalis omnino iustitiæ est. Nullum bonū Deo præponere vel æquare prudentiæ. Deo firmissimè coherere: fortitudinis. Nullo defectu noxiō delectari, temperantiæ. Hic autem, quod agit iustitia in subueniendo miseris, quod prudentia in præcauendis insidiis, quod fortitudo in perferendis molestiis, quod temperantia, in coerendis delectationibus prauis, non ibi erit ubi nihil erit omnino mali.

Virtutum profectus, Domini bonitas in nobis operatur.

23. **EZECHIELIS 47.** Et ecce aqua egrediebantur à latere templi dextro, &c. **GALERIVS.** Aqua ista multitudo dulcedinis Domini est, quæ à latere dextro emittitur, & ad filios dextræ mittitur. Ea autem vsque ad talos peruenit dum nos afficit & instruit, ut gressus rectos faciamus pedibus nostris. Proccedit vsque ad genua dum ad tolerantiam tribulationis & viriliter stando pro iustitia debilia genua roborauerit. Pertingit etiam vsque ad renes, si carnalis fomitem voluptatis vel ex maxima iam parte refrigerat, vel etiam prorsus extinguit. Nimirum aqua ista vnicuique crescit, secundum quod metiri nescit

voluit, qui euitit. Prima aquæ huius egressio per fidem sacramentorum. Secunda per obedientiam mandatorum. Tertia per tolerantiam tribulationum. Quarta per mortificationem agitur voluptatum. Quia enim mortua est sine operibus fides, tunc primum prima eius mensura completur, cum ad talos aqua peruenit. & quia sine patientiæ virtute, infirma titubatur actio: & qui genu flexerit, ut aquam hauriat, ad numerum trecentorum, & sacramentum *Tan*, sub Gedeone non peruenit: tunc plenum erit, & solidum opus nostrum, cum ad genua aqua peruenit. Quia verò ut perficiatur in nobis etiam contra voluptatum illecebras, eadem nobis est exercenda fortitudo, necesse est ut ad renes aqua perueniat. Postremo quia super effluentem mensuram lætitiæ spiritualis sola obtinet, mortificatio perfecta carnalis voluptatis, post quartum tandem millenarium in immensum aqua confurgit. In quibus etiam quatuor millenariis virtutum, totidem Spiritus intelligere licet. Primus ad prudentiam fidei. Secundus ad iustitiam actionis. Tertius ad magnanimitatis constantiam. Quartus ad temperantiam pertinet castitatis.

Tres virtutes Theologicae.

24. **A**CTORVM I. *Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione.* &c. BERNARDVS. Expectabant si quidem caelestem consolationem, cuius acceperant repromissionem. Laudabili magnanimitate pusillus grex, pastoris solatio desiturus, minime tamen dubitans, quin illi cura esset de eis, sed paternam pro eis gereret sollicitudinem, denotis pulsabat supplicationibus caelum, certus quod penetrarent illud iustorum orationes, nec pauperum preces spernerentur à Domino, aut sine copiosa benedictione redirent. Sed nec sine longanimitate persistebant indeficientes, iuxta illud Propheticum. [Si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.] Porro vnanimitas legitur euidenter expressa, quod hæc sola diuini Spiritus charismata mereatur. Nec enim est Deus dissensionis, sed pacis, nec habitare facit nisi vnus moris in domo. Iure igitur præparationem cordis eorum audiuit auris diuina, nec ab expectatione sua confudit eos, qui & magnanimes, & longanimes, & vnanimes essent. Certissima namque hæc testimonia sunt fidei, spei, & charitatis: & quidem euidenter spes longanimitatem, vnanimitatem charitas operatur. Nunquid non fides quoque magnanimum facit? Facit & sola. Quidquid enim sine fide præsumitur, non est illa animi solida magnitudo, sed ventosa quædam inflatio, & tumor inanis. Imitemur & nos triplicem hanc præparationem, si desideramus supereffluentem mensuram Spiritus obtinere. Euidens fuit magnanimitas in conuersione nostra, sit etiam in consummatione longanimitas, sit vnanimitas in conuersione. Huiusmodi siquidem animabus caelestis illa Ierusalem desiderat instaurari, quibus nec fidei magnitudo desit in suscipiendo onere Christi, nec longitudo spei in persistendo, nec charitatis iunctura, quod est vinculum perfectionis.

Virtutes ornamentum, & vestes hominis.

25. **G**ENE 5. 3. *Timui eo quod nudus essem.* BERNARDVS. Videre mihi videor quatuor virtutibus amictum hominem primum, misericordia scilicet, & veritate, iustitia, & pace, ab ipso suæ creationis exordio, & ut Propheta meminit vestibus salutis indutum. Est enim in his quatuor salutis integritas, nec sine his omnibus potest constare salus; præsertim cum nec possent esse virtutes si ab inuicem separentur: acceperat enim homo misericordiam, custodem scilicet atque pedise-

quam, ut ipsa præueniret, atque sequeretur eum, ipsa protegeret, & conseruaret vbique. Vides qualem nutrimentum contulit paruulo suo Deus, qualem dedit pedisequam homini recens orto. Sed illi necessarius est eruditor, tamquam ingenue, & rationabili creaturæ, ut non sicut iumentum aliquod custodiretur, sed tamquam paruulus educeretur, cui sanè in mysterio nemo poterat aptior inueniri quam veritas ipsa, quæ eum in agnitionem summæ perduceret aliquando veritatis. Interim verò ne sapiens inueniretur ut faceret malum, essetque peccatum, & tamquam scienti bonum, & non facienti; iustitiam quoque qua regeretur accepit. Adhuc autem & pacem qua foueretur, & delectaretur addidit manus benignissima creatoris: pacem utique duplicem, ut nec intus pugnaret, nec foris timores, id est, ne caro concupisceret aduersus Spiritum, nec esset ei creatura vlla formidini. Quid huic deerat quem misericordia custodiebat, docebat veritas, regebat iustitia, pax fouebat? Sed heu homo iste descendit ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones à quibus ante omnia legitur spoliatus. An non despoliatus qui Domino veniente, nudum se esse conqueritur? *Timui, inquit, eo quod nudus essem.*

Virtutes tres theologicae.

26. **C**ORINT. 13. *Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc maior autem horum est charitas.* GALFRIDVS. Harum etiam charitas maior, neutra tamen reliquarum non magna. Fides mundat, spes saluat, charitas in nobis Deum & nos facit esse in Deo. His studere sapere est, in his proficere, salutis ascensus. Primum itaque fidei gradum ad confessionis mysterium referamus. Secundum ad studium inquisitionis. Tertium ad contemplationis excessum. Primum conuenit etiam idiotis, & vasa templi non nisi inuoluta gestantibus. Secundum discretis. Tertium spiritualibus, & perfectis. Gradus spei sunt, ut propter peccatum nemo desperet, ut propter spem nemo peccet, ut ceteras spes vniuersas spes beata disperdat & dissipet. Gradus charitatis, ut amor Dei præferatur voluptatibus huius vitæ & necessitatibus, & etiam ipsi vitæ. Summus hic gradus quod maiorem hac dilectionem nemo habeat, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

Virtutes tres theologicae.

27. **E**XOD. 29. *Tolleque tortam panis vnus & crustulam conspersam oleo, & lagannum de canistro azymorum quod posuimus est in conspectu Domini.* BRVNO. Per hæc tria fidem, spem, & charitatem intelligimus, sicut enim panis inter omnes cibos, ita fides omnium virtutum prima, & maxima est. Sine fide enim impossibile est placere Deo. Hæc prima dicitur, hæc in baptismo suscipitur. est autem torta panis vnus, quoniam & fides vna est. Sic enim Apostolus ait. Vnus Dominus, vna fides, vnus baptisma. Sed quare torta? Torta enim coronæ similitudinem exprimit, per fidem autem venit ad coronam. Vnde Apostolus cum dixisset: [Bonum certamen certavi, cursum consummaui,] mox addit. [Fidem seruavi, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.] Crustula verò spem significat. Quod enim in sartagine frigimus, quod in craticula allamur, quod diuersis tribulationibus affligimur, hoc totum spes futuræ beatitudinis operatur. Quid verò per *lagannum latitudinem*, nisi charitatem? De qua dicitur. [Latum mandatum tuum nimis.] Hæc autem omnia & azyma sunt, & oleo lita quoniam sincera, & incorrupta sunt, & sancti Spiritus gratia perfusa. Hæc verò de canistro azymorum tolluntur, quoniam in sacra pagina reperiuntur.

Difficile

Difficile est discernere, quæ virtus præcellat.

28. **G**REGOR. NAZIANZ. *Oratione de paupertate sordida.* Nequaquam inuentum facile est quamnam ex virtutibus præcellat, ut ei victoriæ tribuatur palma, quemadmodum nec in prato odorifero, ac variis floribus distincto flosculum discernere pulcherrimum, & fragrantissimum, cuius alius aliter odoratum, & aspectum ad se rapit ac ut primum decerpatur sua deat.

Multiplikes sunt virtutum viae.

29. **I**DEM GREGOR. *de modestia in dispensationibus.* Quemadmodum inter homines multæ sunt differentia viarum, ac electionum instituta tam maiorum quam minorum, splendorum, ac periculosorum: ita & in diuinis non vnica solum virtutis est via per quam saluamur, sed plures, & quod solum sint plures apud Deum, hoc vbique diuulgatum est, ac omnium celebratum, ac cognitum linguis, ob nullam aliam causam, quam quod multæ sunt viæ, quæ illac ferunt, quædam periculosiores, clariores tamen; aliæ verò humiliores, sed tiores. Cur igitur securiores relinquimus, & ad hanc vnã nos conuertimus, cum sit lubrica, ac perniciosa, & quoniam ferat ignoramus? Si quidem non omnibus idem conuenit cibis, sed aliis aliis, iuxta varietatem ætatis, ac habitus.

Virtutes discende, ac conseruanda.

30. **C**HRYST. *hom. 24. ad Hebræos.* Aggrediamur virtutes dum tempus habemus, distribuamus virtutes nobis, sicut sibi distribuunt agriculturæ agricolæ. In hoc mense vitæ nos detractiones, iniurias, iracundiam, iniustitiam, & dicamus: hodie ab hoc nos vitio corrigamus. In illo autem mense patientiæ doceamus; & in alio aliam virtutem, & cum hanc virtutem in habitu perceperimus, ad aliam transeamus. Sicut solent discipuli, qui quæ acquisierint custodiunt, qui vero nec diem didicerint, discendo acquirunt.

Virtutis corona perpetua est.

31. **C**HRYST. *homil. 14. in Genes.* Iam verò in mediis illis Olympicis corona post victoriam nihil aliud est quam lauri folia, quam vulgi applausus, atque clamor quæ vespere accedente marcescunt omnia, & pereunt. At corona quæ pro virtute proque eius datur sudoribus, nihil habet sensibile, nec in hoc nobiscum sæculo dissoluitur, immarcescibilis est, perpetua extendit se in omnia sæcula, tempori non cedit, & finem non habet.

Virtus in quo consistat.

32. **I**DEM *hom. Quod nemo laediur nisi à se ipso.* Quemadmodum equi vitæ non in argenteis frænis, pulchrisque tapetibus, ac sericeis flammulis, phalerisque gemmatis, iubaque aureis intexta funiculari, sed in velocitate cursus, & fortitudine pedum, gressusque cautela ac pectoris firmitate: sic animi virtus non in diuitiis, corporis sanitate, fama, aut æstimatione humana, nec in libertate: ista enim auferri possunt, sed ut de Deo beneficiat, & rectè inter homines agat. **I**DEM *hom. 4. ad pop. Antioch.* Sicut arboribus accidit, si quis fructum cum foliis auferat, & ramos omnes amputet, radice manente tota cum maiori etiam ornatu arbor resurgit: sic si pietatis radix permaneat, et si diuitiæ auferantur, & corpus corrumpatur, omnia rursus nobis cum maiori copia redeunt, quod in Iob deprehensum facile est. **I**DEM *hom. 63. in Genes.* Quemadmodum si quis margaritam in luto conculcet, eius amplius demonstrat pulchritudinem: sic virtus sanctorum quocumque eam proieceris, declarat suam virtutem, in seruitute, in carcere, in prosperitate.

Virtutes manifestantur, & edificant.

33. **C**HRYST. *hom. 2. in 1. ad Thessal.* Quemadmodum vnquam vnquam odoriferum fragrantiam in seipso non detinet oclusam, sed protinus illam immittit, & æterem odore penetrans vicinorum quoque sensus occupat. Ita & generosi, ac præditi virtute viri, virtutem suam in se ipsis clausam non habent, sed fama sua multos iuuant, & meliores reddunt.

Post virtutem sequitur voluptas, post vitium amaritudo.

34. **I**DEM *hom. 30. ad Hebræos.* Qui amara bibunt antidota patienter ferunt quidem primum molestiam, & tunc sentiunt utilitatem. Talis res est etiam virtus, tale quoque illic vitium. In isto primum est voluptas & sequitur ægritudo: in illa vero primum est molestia, & tunc iucunditas procreatur. Sed non sunt paria, non enim est par, cum molestia prius fueris affectus, postea lætari: & cum prius lætatus fueris, postea molestia affici, & quomodo hoc? Hic enim timor futuræ tristitiæ præsens gaudium immittit, illic autem spes futuræ iocunditatis detrahit præsentem tristitiæ. **I**DEM *ibidem.* Noli mirari, si cum virtus amara sit fructus tamen proferat dulciores. Nam in arboribus cortex penè semper amarus, & asper est, fructus tamen ipsi suauitate iucundi sunt.

Virtutes sibi ipsis connexæ sunt sicut & vitia.

35. **M**ACHARIVS *hom. 40.* Hoc scitote dilecti virtutes omnes inter se colligatas esse, tamquam enim catena quædam spiritalis, vna dependet ab altera, precatio à dilectione, dilectio à gaudio, gaudium à mansuetudine, mansuetudo ab humilitate, humilitas ab obsequio, obsequium à spe, spes à fide, fides ab auditu, auditus à simplicitate. Haud secus quam in aduersaria parte vitia dependent vnũ ab altero, odium ab ira, ira à superbia, superbia à vana gloria, vana gloria ab infidelitate, infidelitas à duritia cordis, duritia cordis à negligentia, negligentia ab ignauiâ, ignauiâ ab acedia, acedia ab impatientia, impatientia à voluptate: & reliqua vitiorum membra inuicem dependentia, ita etiam circa bonam partem virtutes à se mutuo manant, & dependent.

Qui virtutem semel exercet, excitatur ad progrediendum ulterius.

36. **C**HRYST. *Oratione 4. aduersus Iudæos.* Quemadmodum in pecuniis qui duos lucratus est aureos procliuus est ad decem, & ad viginti colligendos congregandosque; sic vsu venit in virtute: qui fecerit bonum opus, officiumque præstiterit, stimulationem aliquam, aut exhortationem ad agendum sumit, ut alia quoque benefacta aggrediantur.

Virtutem sequentis securitas, & contra.

37. **C**HRYST. *hom. 26. in Genes.* Sicut is, qui super excelsum petram stat, fluctus ridet, quos videt, ac fluctus magno impetu rumpere, & protinus in spumofam solui: ita & virtuti vacans, in securo constitutus loco nihil insuaue fert à rebus turbulentiis, sed tranquillus animo, & quietus sedet. **I**DEM *ibidem.* Quemadmodum marini fluctus videntur nunc quidem in altum extolli, mox autem deprimi: ita & videmus, qui virtutem contemnuerit, & malitiam operantur, nunc quidem sublimia sapere, & supercilium surrigere, nunc verò ad profundum inferni descendere.

Virtus una si desit, deformitatem causat.

38. D I O D O C H V S de perfectione spiritali. c. 42. Sicut quocumque membro hominis, vel minutissimo adempto totum corpus quamuis sit parua pars, quae desit toti figuræ, infortiè efficitur: sic qui vel vnam virtutem neglexerit; vniuersum conscientia decorum dissoluit, ac delet.

Virtutem exercere debet qui virtuosus esse vult.

39. A N S E L M. lib. de beatitudinib. c. 153. Vt si is qui citharista esse debuerit, citharâ nō nouit, qualiter citharedus erit? Si etiam illud instrumentū non agnouerit, & si agnouerit, sed tangere illud noluerit, qualiter citharedus erit? Si autē illud agnouerit, & tetigerit, sed eius vsum habere contempserit, numquā propter cognitionē & voluntatē sine vsum, huius artis peritus erit. Taliter namque licet quis habeat scientiam bene viuendi, & voluntatē; nequaquā bonus erit, nisi etiam boni operis vsum tenuerit, iuxta suam possibilitatem. H E C T O R P I N T V S in cap. 20. Ezech. Quem admodum non ille dicitur diues qui multas intelligit diuitias, sed qui possidet eas. Sic non ille iustus est, qui scit de virtutē differere eiusque definitionem agnoscit, sed qui illa præditus eam colit, & agnoscit.

Omnium virtutum officia charitas obtinet. Vide Charitas, num. 29.

VITA HUMANA.

Vita breuis. 1. 2. 4. 6. 12. 19. 20. 21. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. & vide Homo, num. 58.

Vita viuere quid sit. 3.

Vita potius mors dicenda. 5. 13.

Vita amatores errant. 5.

Vita omnium in potestate Dei. 7.

Vita hominis tentatio. 8.

Tota vita immaculata esse debet. 9. 17. 18.

Vitam longam iustus Deus pollicetur. 10.

Qualis vita, talis mors. 11.

Vita presentis paupertas magna. 13. 32. 33.

Vita nox est. 14.

Vita anime iustitia est. 15.

Vita qualiter perdenda ut inueniatur. 16.

Vita præsens, tempus ferendi. 22.

In vita presentis aeterna emenda. 23. 24.

Vita breuis.

1. G E N E S. 1. Germinet terra herbam viuentem, &c. F E R V S. Primū gramina, & herbas cremit, vt in primo statim aspectu expressam habere vniuersam imaginem vite humanæ. [Omnia enim caro sanctorum, &c.] I s a i e 40.

Idem.

2. G E N E S. 2. Flumini autem quartus ipse est Euphrates. A M B R O S. Causam autem cur cæteri quæ comedant flumini describuntur regiones, quæ Euphrates comedat non describatur, illam accepimus; quia aqua eius vitalis afferitur, & quæ vitam foueat, atque auget. Vnde A u x e n e u m Hebraei, & Assyrii dixerunt; contra autem fertur esse aqua aliorum fluminum.

Vita viuere quid sit in scriptura.

3. G E N E S. 2. Morte morieris. A M B R O S. Sicut vita viuere admirabilem quandam vitam illam,

beatamque significat, & hunc viuendi vsum, spirandi que munus cum beatæ vitæ gratia veluti compunctum, & quadam participatione permixtum demonstrat: vita enim viuere in scriptura, id est, virtute viuere, & beatæ vitæ actus habere in istius corporis vita: sic & contra morte mori, nihil est aliud, nisi cum morte corporis deformitatem significare morientis, cuius & caro communi viuendi munere defraudatur, & anima vitæ aeternæ vsum priuatur.

Vita breuis.

4. G E N E S. 3. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & uiuat in æternum, &c. Quod Dei misericordia magna fuit, vt vita hominis non esset aeterna cum sit misera, Vide Homo, num. 30. ex C H R Y S O S T. & R Y P E R T O, & D. T H O M A.

Vita potius mors dicenda.

5. G E N E S. 4. Posuitque Dominus signum in Cain, vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum. De hoc signo, vide Timor, numer. 4. ex R Y P E R T O, & E V C H E R I O. Quod autem vita non vita, sed mors potius dicenda, quia plena miseriis, &c. Vide Mors, num. 18. ex A M B R O S. & addit. Redarguuntur hoc loco amatores huius vitæ. Ecce enim iustus innocens, pius Abel propter gratiam deuotionis odia fratris incurrens, immaturus adhuc sublati est periciditio, & iniquus sceleratus, impius Cain, fraterna cæde pollutus longeuam duxit ætatem; duxit uxorem, posteritatem reliquit, vires condidit, & hoc meruit permissioe diuina: nonne aperte in his vox clamat. Erratis qui putatis hic esse omnem viuendi gratiam.

Vita breuis.

6. G E N E S. 6. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum; quia caro est, eruntque dies illius centum viginti annorum. R Y P E R T V S. Supra dixerat Dominus: Ne forte mittat manum suam, &c. & uiuat in æternum, emisit eum de paradiso. Quid enim futurum erat, si uiueret homo in æternum, cum certissimè moriturus, & quotidie moriens, etiam nunc corruperit omnino viam suam? Igitur sicut tunc prouidentis dixit, sic & nunc confirmata sententia dicit: non permanebit spiritus meus, id est, spiritus à me ad imaginem meam factus in hominibus in æternum: quia cum deberent spirituales esse, caro sunt, solaque ea quæ carnis sunt sapiunt, adeoque in sententia hac perdurabo, vt non modo non uiuat homo in æternum, verum etiam breuius viuendi tempus, & pauciores sint de hinc anni singulorum, & erunt dies illius centum viginti anni. Alij quidem paulo plures, alij paulo pauciores post diluuium vixerunt annos. Vt Iacob qui centum quadraginta septem; vt Ioseph qui centum & decem vixit annos; sed eius qui hæc scripsit, scilicet Moyse dies fuerit centum viginti annorum cum esset vir mitissimus super omnes homines, & per consequens viuacior.

Vita omnium hominum in potestate Dei.

7. G A M B R O S. Alta litera habet. [Tempus omnis hominis venit ante me:] Tempus quidem omnium hominum in conspectu Dei, & in eius voluntate est. Sed tamen specialiter hic dictum puto; quia in Euangelio Dominus redempturus humanum genus passioni sui corporis, & emundaturus sanguine suo, sacramentoque baptismatis dicturus erat. [Pater, venit hora clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te.] Ioan. 17. Ita & nunc seruaturus per arcam Noë in diluuiio reliquias generis humani ad seminarium reparationis,

Vita presentis paupertas magna.

13. T O B I A 2. Memor esto fili quod pauperem vitam gerimus, habebis multa bona, si timueris Deum.

G A L F R I D V S. Pater sanctus filium admonet vt paupertatis presentis, & futuræ vbertatis meminerit. Sic nimirum humanus animus facilius discit, & plenius quæ sursum sunt sapere, non quæ super terram, dum virgetur hinc, & expellitur tædio, illinc autem trahitur desiderio. Alioquin minus facile quamlibet modica deserit, qui maiora non sperat, minus vel maxima quæuis promissio prouocat, qui tenere iam magna se reputat. Nec parum ignorantia humanis sensibus nocet; sed obliuio forte non minus. Sed nec mediocrem locum tenent inter ea quorum nobis & scientia, & memoria utilis est ad salutem, presentis vitæ inopia, & bonorum copia futurorum. Nobis facile est iam scire quod vitam ducimus pauperem, tamen difficile est scire, quàm pauperem. Tanta est si quidem hæc paupertas vt leniter satis agnoscat, sed non leuiter valeat comprehendere, & magna quidem paupertas ipsa scientiæ. Pauca liquidem de præteritis, de presentibus pauciora, de futuris paucissima nouimus; nulla forsitan de æternis: & quæ sola omnium miserabilior est ignorantia, nescit homo, vtrum amore sit dignus, an odio. Multa, & multiplex est paupertas nostra, & vt quodam paupere modo de paupertate loquamur, consideranda nostrorum in hac paupere vita quam ducimus pauperes corporum; pauperes facultatum; virtutum egestas, inopia personarum. Egena prorsus humana corpora, & præcunctis vt arbitror animantibus insufficientia sibi, & pluribus egestia adminiculis. Nam & quadrupedia quælibet, seu etiam volatilia ex humana cohabitatione cæteris etiam sui generis fieri fragiliora, & quodam modo pauperiora videtur. Sic & paupertas substantiæ mundialis etiam ipsis, quos præ cæteris dicimus locupletes, inuenitur tam communis, vt vix alicui sufficere videatur, nedam abundare quod habet. Crescit cum terrena facultate cupiditas, nec est remedium aliquod pauperulæ cupiditatis vel cupidæ paupertatis, nisi paupertas alia; paupertas voluntaria. Quid autem dicimus de paupertate virtutum? Vbi hodie iam antiqua illa martyrum patientia? Vbi iustitia confessorum? Vbi hodie prælatorum indefessa custodia lucris inhians animarum? Vbi subditorum simplex obedientia, sine discussione solis obtemperans nutibus prælatorum? &c. Quàm multum errat, si quis hodie sibi multum locuples in virtute videtur, quando & Apostolo Paulo dicitur. [Quia virtus in infirmitate perficitur.] Sola tamen hodie abundat in hac paupere vita iniquitas: nam charitas refrigescit. Verum iniquitatis abundantia summa inopia est. Igitur hæc pauper vita parum habet de vita. Vita quippe mortalis mixtura quædam est vitæ, & mortis, sed minus habens vitæ quàm mortis. Quin etiam hanc eandem qualemcumque pauperulam vitam, non tenemus, vt manentem, sed ducimus vt euptem. Sequitur. Habebis multa bona si timueris Deum. Duo quædam in hac consolatione considero, quod & mutauit numerum, & conditionem prouidus pater adiecit. Communis si quidem paupertas vitæ, communis omnibus, quibus ipsa est vita communis: non sic autē illorum multitudo bonorum: vnusquisque enim accipit secundum laborem suum. Habebis multa bona, inquit, si timueris Deum. O vitam pauperem, & multa bona! Sed quid agimus, quod illa certa est, hæc autem subsistat. Ibi enim nihil conditionis adiciens, memor esto, inquit, quoniam pauperem vitam gerimus: hic verò habebis multa bona si timueris Deum. Sed qualis ipsa conditio? quàm multum est hoc ad bona multa? ò si

rationis, & renouationis futuræ præmisit, dicens: [Tempus hic hominis venit.] Ideoque exclamat Apostolus Rom. 5. [Superabundauit peccatum, vt superabundaret gratia.]

Vita hominis tentatio.

8. G E N E S. 21. Tentauit Deus Abraham. L I P O M A N. Tota fidelium vita tentatio est, quæ non nisi à Domino infertur piissimo patre, qui vires vincendi administrat fidelibus, & electis. Vix Abraham euasit anxietatem de relegatio in exilium primogenito filio, quando ecce tentatur omnium maximè de Isaac gaudio suo filio promissionis. Teuratur autem vt præmitteretur figura diuini sacrificij; quo [proprio filio suo Deus non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.] Vide Tentatio, num. 17. 18. &c.

Tota vita immaculata esse debet.

9. E X O D. 12. Septem diebus azyma comedetis, &c. Quicumque comederit fermentatum peribit, &c. R A B A N V S. Omnes qui passionis Christi, & resurrectionis eius mysteria fide vera celebrant, oportet, vt sine fermento malitiæ, & nequitie presentem vitam, & septenario dierum numero discurrat, totam incontaminatam ducant. & super illud. Dies prima erit sancta, atque solennis, & dies septima eadem festiuitate venerabilis, &c. ait I D E M. Diem primam in initium credulitatis, & diem septimam finem vitæ presentis vocat. Omne enim tempus vitæ presentis conuenit veris Israëlitis, festiuitatem ducere, hoc est, in passionis, & resurrectionis Christi mysterio honorare, nihilque operis in illis facere, exceptis his, quæ ad vscendum pertinent. Quia non licet eis in mundi concupiscentia, & peccatorum opere laborare, sed in meditatione sanctorum scripturarum, ac in bonis operibus quæ aeternam in calis refectionem sanctis præparant, continuò desudare.

Vitam longam iustus Deus pollicetur.

10. E X O D. 23. Numerum dierum tuorum implebo. T H E O D O R E T V S. Hoc est, in longam senectutem vitam tuam producam. Quemadmodum enim intempertiam mortem non obedientibus sibi Deus minatur, ita obedientibus sibi, longam vitam pollicetur. Non quod certum quendam, atque eundem terminum viuendi omnibus hominibus statutum sit (quod plerique putant) nam quemadmodum omnibus mortalibus à Deo statutum est, vt semel moriantur, nec vllus dari potest, qui mortem effugiat: sic si certus, atque idem viuendi terminus definitus esset, nec iustus longiore, nec iniustus breuiore vita frueretur. Illud autem quod apud Dauidem scriptum est. [Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni; ideo dictum est, quia pauci admodum septuaginta annorum circulum transcendunt.] Vnus quisque igitur nostrum eos dies viuere, quos Deus prænoscit, &c. Vide, Prædestinatio, num. 4.

Qualis vita, talis mors.

11. N U M E R. 23. Morietur anima mea morte iustorum. Quod qualis vita, talis mors sit futura. Vido Mors, num. 30. ex A V G V S T.

Vita breuis.

12. I. P A R A L I P. 29. Peregrini sumus coram te, & aduenas sicut omnes patres nostri, dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora. Nota ascensum. Peregrinus per aliquot dies morari solet, ideo addit quasi umbra super terram, quæ per vnum diem durat, & addendo & nulla est mora, breuitatem maximam insinuat.

rem grandè dixisset: certè facere deberemus; quanto magis quia dixit habebis multa bona, si timueris Deum? Quis enim non timeat Deum? Quid ni timeat maiestatem parvulus, iudicem reus, servus Dominum, homo Deum? & nomen ipsum Dei terribile est. & *theos*, ut aiunt, dicitur à *terrorè*. Vnde etiam Ethnicus ait: *Primo in orbe Deos fecit timor*. Quid ergo magnum existimus ut timeamus Deum? Multi modi timendi Deum, & multa materies & in eo pariter & in nobis. Non fallere eum possumus, non latere, non iudicio contendere contra eum, non resistere ira. Eius consilio tamen necesse est frænare timorem, nec sic timeas Deum vt effugas, sed ad eum eas, &c. Vide *Consilium*, num. 9.

Vita, nox est.

14. **T**HRENORVM I. *Consurge in nocte*. GALFRIDVS. Nox in Scripturis sacris, præsentis temporis aduersitatem significare solet, ponitur etiã pro tenebris, & nigredine peccatorum, quia vt ait B. GREG. *Vita peccatorum nox est*. Ponitur etiam pro ignorantia, Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ, id est, nox ignorantia vos comprehendant. Si ergo horum trium, quodlibet in nocte congruè intelligitur, multo congruentius vita præsens, quæ tria ista complectitur. Multam si quidem aduersitatem habet, quia non solum corporalium necessitatum exterius, sed spiritualium tentationum interius frequens nos perturbat incurfus. Habet & peccati nigredinem, nam quamlibet iustè, quamlibet sobriè, & piè viuentes, tamen dum in carne corruptibili sunt, omnes peccant, & egent gloria Dei. Quam autem boni habeant ignorantiam, facile est agnoscere. Nam licet cognitionem Dei, & secretorum caelestium quis acceperit, corpore tamen quod corrumpitur aggrauatus, obscure adhuc, & sub quibusdã figuris caelestia contemplantur. Quia igitur hæc tria continet vita præsens, rectè nox vocatur. Quemadmodum ob plenitudinem lucis, & perfectam cognitionem Dei; itemque purissimam sanctitatem futura vita dies Domini dicitur. Hanc diem iacendo nonnulli expectantes consurgere in nocte contendunt; cum autem dies illucescere, & sol splendidissimus Christus Iesus in secundo aduentu suo vniuersum orbem irradiare cœperit, tunc primò, sed iam serò surgere volent. Nos autem impleamus, quod ait scriptura, *consurge in nocte*. In hac nocte dormiunt, qui spiritualia non attendunt. Vigilant, sed non surgunt, qui ad bona quæ intelligunt corda non erigunt. Vigilandum est ergo cogitatione, sed auditate surgendum, nec solummodo surgendum est, sed etiam consurgendum.

Vita animæ iustitia est.

15. **I**OAN. 6. *Caro non prodest quidquam, spiritus est qui uiuificat*. BERNARD. Quid est qui uiuificat? Cum enim mors animæ peccatum sit; anima quippe quæ peccauerit ipsa morietur, vita eius siue dubio iustitia est, quoniam [iustus ex fide uiuit.] Iustus autem quis est, nisi qui amanti se Deo vicem rependit amoris? Quod non fit nisi reuelante spiritu per fidem homini æternum Dei propositum super sua salute futura. Quæ sanè reuelatio non est aliud quam infusio gratiæ spiritualis per quam dum facta carnis mortificatur, homo ad regnum præparatur, quod caro, & sanguis non possident, simul accipiens in vno spiritu, vt vnum se præsumat amatum, & vnum redamet, ne gratiis amatus sit.

Vita qualiter perdenda ut inueniatur.

16. **I**OAN. 12. *Qui amat animam suam perdet eam*. BERNARD. Perdere autem dixit, siue ponendo vt mar-

tyr, siue affligendo, vt pœnitens; quamquam genus martyrij est ipsum facti. Carnis mortificare, illo nimium quo membra caduntur ferro, horrore quidem mitius, sed diuturnitate molestius. Vidēsne hac sententia magistri carnis, sapientiam condemnari perquam aut in luxum voluptatis diluitur, aut ipsa quoque bona valetudo corporis ultra, quam oportet appetitur.

Qualiter in hac vita currendum.

17. **C**ORINTH. 9. *Sic curro nõ quasi in incertum*. CHRYSOST. *hom. 7. in epistolam ad Hebræos*. Cursores sumas, cursu opus est, & valido. Qui currit neminè occurrentè sibi videt, siue per prata, siue per aspera loca transeat. Qui currit non spectatores attendit, sed ad palmam, siue diuites, siue pauperes, siue detrahat quis, siue cadat, siue iniuriat, siue lapidem, siue domum diripiat, siue videat vxorem, siue aliud quid. Ad vnum tantum festinam currendo, vt accipiat palmam; qui currit nunquam stat, nam si vel modicum negligat rotam amittit. Qui currit nihil anteponit fini, sed magis ad Deum præcedit.

Idem.

18. **P**ETRI 2. *Obsecro vos tamquam aduenas, & peregrinos, &c.* BERNARD. *serm. 7. in Quadrag.* Felices qui se præsentis sæculo nequam, & aduenas, & peregrinos exhibent, immaculatos se custodientes ab eo. Peregrinus si quidem via regia incedit; non declinat ad dexteram, neque ad sinistram, si forte iurgantes viderit, non attendit, si nubentes, aut choreas ducentes, aut aliud quidpiam facientes; nihilominus transit; quia peregrinus est, & non perit in eum de talibus. Ad patriam suspirat, ad patriam tendit, vestitum, & victum habens, non vult aliis onerari.

Vita breuitas.

19. **I**SAIÆ 40. *Omnis caro fanum, &c.* BASILIUS *hom. 5. hexameron*. Breuitas temporaria istius, ac deciduæ vitæ oblectamentumque prosperitatis humanae, atque hilaritatis, exiguo tempore persistens accommodatissimam est apud Prophetam similitudinem sortita. Hodie florulentus corpore, propter delicias obesus & florente colore præditus, ob ætatis viriditatem efflorescentem lasciuens, vehemens, impetu intolerabilis, nec quoque secum consistens cras idem ipsemet miserabilis, aut tempore marcidus, aut morbo forsan dissolutus, senioque confectus. Est quispiam ob amplitudinem patrimonij illustris ac suspiciendus, & adulatorum hominum copia, & satellitium circa ipsum versatur, septusque est fidei amicis, &c. Quid post hæc quæso? Nox vna, vna febris, aut certè pleuritis, abreptum huc è medio hominum cœtu, abire secum abducens hominem, omni profusus, quæ eundem circumstabat, scœna spolians in vestigio ac nudans.

Idem.

20. **I**DEM BASIL. *in Psal. 1*. Via vitæ dicitur per quam quilibet natus properat ad finem. Quemadmodum, qui in nauigijs dormiunt spontè à vento in portum deducuntur: sic & nos vitæ nostræ tempore præterente velut quodam motu continuo, & in quiete ad proprium quilibet terminum larenti vitæ cursu properamus. Omnes vnum currimus curriculum, ad propriam metam tendentes. Quam obrem in via omnes sumus, in via si fuerimus, cuncta quæ oculis occurrunt, facile despicias, præteribis plantas, herbas, animalia, & quæcumque spectatione digna, breui tempore oblectatus relinques. Rursum in loca iniqua crepidines, valles, scopulos; quandoque in feras & fentes,

fentes, & alia duriora, & aspera incideris, parumper aspectu turbatus, paulo post deserens. Talis est vita humana, quæ nec delectabilia, nec rursus tristia & acerba diu retinet. NAZIANZ. *Oratioe cum reuertetur ex agro*. Natura humanarum rerum nihilo fecius se habet, quam annuum fluxus, & fumo in aërem euanescente fugacior est, & umbra præcurrenre inanius. In his si philosophus fueris, nec suaui potuerunt te inflare, nec molesta deicere.

Vita velut somnus breuis.

21. **C**HRYSOST. *hom. 24. in epistolam ad Rom.* Somnus est præsens vita, nihilque ab intomniis differunt, quæ in ea geruntur. & quemadmodum qui dormiunt, & delirant sapenumero: ita & nos, imò verò multo etiam peius. Nam qui turpe quid in somno, vel fecit, vel dixit, quam primum à somno liberatur, protinus & ab ipsa turpitudine liber, nullas dat pœnas: hic verò non ita, sed & turpitudine, & supplicium perpetuò durat. Rursus qui somniando diuites sunt orto die frustra se diuites factos apparuisse sibi deprehendunt: hic verò & ante diem sæpe deprehensio illa incidit, & antequam hinc abeat, vana huiusmodi somnia iam auolantur. **I**DEM *homil. 15. in 1. ad Timoth. & hom. 55. ad pop. Antioch.* Scœna quædam est vita præsens, ac somnium. Sic enim in scœna sublato velamine varia illa soluuntur, vt somnia, vbi solis illuxit radius auolant omnia. Ita & modo consummatione propinqua, & omnium, & singulorum cuncta soluuntur atque euanescent. Ac arbor quidem abs te plantata permanet, & domus abs te condita durat: opifex verò & agricola pereunt. Hisque ita contingentibus, nec si quidem temperemus, nec erubescimus, sed veluti immortales hæc omnia præparamus in luxum, deliciasque reuoluti.

Vita præsens tempus ferendi.

22. **C**HRYSOST. *hom. 24. in Ioan.* Dum tempus est seminemus, vt metamus, antequam tempus adueniat, dum mare nauigari potest, dum huius negotiationis sumus domini; sed quando erit hyems? Quando magnus ille & tremèdus dies aduenit. Non amplius mare hoc spatiosum, & immensum nauigare nobis licebit. Mari namque præsens vita comparatur. Nunc ferendi tempus est, tunc messis, & prouentus qui non sementis tempore, sed in messe seminauerit est sane ridiculus.

In præsentis vita, æterna emenda.

23. **C**HRYSOST. *hom. 36. ad pop. Antioch. & hom. 7. in 2. ad Timoth.* Vide quanta Dei clementia, mortem tibi æternam redimere posse non temporalem concessit, ne breuem, ait, vitam hanc, sed æternam illam emas: illam tibi vendo futuram, non præsentem hanc. Non illud tibi, hanc si accepisti, nihil accepisti, illam noui quanti sit pretij. Non ita capones, qui faculares quæstus sectantur faciunt, hi si quos fallere volunt, & liceat quibus volunt illudere, paruum pro magno exhibent, vilia quæque carnis vendunt. Dic quæso si ad aliquem profectus negotiatorem duabus propositis gemmis, vili vna, pretiosa altera, vilis pretium poneret, pretiosam acciperes: Num illum rideas, aut incularis, & non potius admirareris, & gratias ageres? Nos contra cum duæ vitæ sint propositæ temporalis, & æterna, & vendat vtramque Deus, æternam vili pretio dare malit, stultorum infantium more tristamur, & indignamur quod pretiosiorum pro vilissima accipimus.

Vita præsens laboriosa, vt desideret æterna.

24. **G**REGOR. *lib. 23. Moral. cap. 22*. Via est vita præ-

frequenti perturbatione ne viam propriam diligamus. Solent enim nonnulli vitatores cum amana in itinere prata conspiciunt, pergendi moras enectare, & accepti itineris rectitudine declinare. Electis autem suis Deus ad se pergentibus iter huius mundi asperum reddit, ne dum quisque vitæ præsentis requie, quasi amœnitate viæ pascitur, obliuiscatur patriæ.

Vita breuitas.

25. **G**REGOR. *lib. 6. registri epistol. 26*. Vita nostra nauiganti similis est. Is qui nauigat stat, sedet, iacet, vaditque, impulsu manû ducitur, ita & nos sumus qui siue vigilantes, siue dormientes, siue tacentes, siue loquentes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus. **I**DEM *lib. 11. Moral. cap. 77*. Homines nati in mundo sunt quasi flores in campo: vita in carne flos in sæno est. Homo more floris ex oculis, & apparet subito in publico, qui statim per mortem trahitur ad occultum. carnis viriditas nos ostendit, sed acriditas pulueris ab aspectibus retrahit.

Vita præsens nido hirundinum comparatur.

26. **C**HRYSOST. *hom. 2. in epistolam ad Coloss. & hom. 50. ad pop. Antioch.* Nidus est præsens vita, ex festucis, & luto coagmentatus. Licet mihi magnas edes ostentes, siue regias ipsas autò multo fulgentes, & gemmis, nihil ab hirundinum nido differere censebo. Hyems quidem instante, cadent omnia sponte sua. Hyemem verò diem illum iudicij dico, non quidem omnibus hyemem: nam & Christus illum noctem simul vocat, & diem; noctem propter peccatores, diem propter iustos. Ita & ego hyemem nunc illum voco si ætare bene enutriti non fuerimus, vt imminente hyeme volare possimus. Non agnoscent nos matres, nec fouebunt, sed fame perire sinent, aut cadente nido profus interire. Tanquam enim nidum quendam, imò & facilius etiam nido subuertet tunc omnia Deus reparans ac restaurando adaptans omnia. Qui vero tunc pennis carebunt, illique in aëra occurrere nõ poterunt, sed ita fuerint ignauiter educati, vt leue alarum remigium non habeant, ea patientes, quæ meritò ad hunc modum dispositis ferenda, veniunt. Nidus quidem hirundinum si ceciderit, vox perit: nos non ita peribimus, sed continuè puniemur. Hyems erit futurum illud tempus, imò hyeme sæuius. Non enim illic torrentes vndarum præcipitabunt, sed fluuij ignei, non sicut ex nubibus tenebræ insolubiles, atque adeo crassæ, & obscuræ, vt nec cælum videre liceat, nec aërem, maiotique premantur angustia improbi, quam si qui in terram defodiendi sunt.

Vita breuitas.

27. **C**HRYSOST. *homil. 32. ad Hebræos*. Nemo sanæ mentis in ciuitate quæ casura est ædificat. Dic mihi si aliquis diceret quoniam post annum ciuitas hæc tota lapsura est, aliam verò quamlibet permanentem esse firmaret: num rogo ædificares in ciuitate ruitura? Non ædificemus ergo in hoc mundo: post paululum enim casurus est, & cuncta perditum ibit; & quid dico quod mundus casurus est? Nos ante ruinam eius peribimus, & formetã sæua patiemur. Quid ædificamus super arenam mobilem? Quin potius ædificemus in petra, &c. Hic enim & terræ motus obruant, & incendia consumunt, & infestantia bella deuastant, & viuos nos auferunt, antequam mundus iste concidat, sæpe etiam cum illo multi pereunt, sed stante mundo morbus irruit, & aut celeriter hinc excludit aut permanentes hic non sinit viuere congruenter, &c. in cælis autem nihil tale verendum est, ne forte aliquo moriente adueniat inimicus, & hereditatis

tatis iura suscipiat. Illic enim nec mors vlla erit, nec inimicus vllus stabit, sed tabernacula sola iustorum; in sanctis autem exultatio erit, & gaudium & iucunditas sempiterna, Psal. 117. [Vox, inquit, exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.] Illa quippe tabernacula permanent in vigore perpetuo: ista verò ædificia tempore consumuntur, & possidentes diuersis vicissitudinibus mutant.

Vita presens ludo comparatur puerorum.

28. CHRYSOST. hom. 24. in Math. Vita nostra ludus est, & forte quid deterius. Non enim tendit ad ritum, sed intolerabilem quoque portendit dolorem eis, qui mores suos non mature, & diligenter instruit; quo enim distamus à pueris ludendi gratia calculus & dificantibus nos qui ampla prætoria, & clara constitutumus? Quæ autem est dissimilitudo inter eorum prandiola ad ludum parata, & nostra hæc splendide, & delicate apparatus conuiuia? Nulla planè nisi quod ea quæ nos ad supplicium nostrum sepe facimus, illi imitatur ad ludum. Nondum venimus ad maturitatem virorum quo cum venerimus intelligemus ista omnia esse puerilia. Nam & illos cum ad virilem ætatem traahimus ridere consueuimus, ob ea cerè ipsa, quæ cum pueri essemus, etiam studiosè credebamus esse facienda. Nam & testas aliquando, & lutum sæpius aggerentes nõ minus gloriabamur, quam hi qui certatum amplas porticus, & triclinia gaudent superbe construere. Sed tamen peribant illa continuo, & corruebant, & sicut nos paruulos de illa stentes destructione ridemus: sic isti quoque viri nobis de hac subuersione mœrentibus non modo non rident, sed desunt, quousque lusibus occupamur, ac salutem nostram ipsi despiciunt, ac prodimus. Ut pueri cum neglectis literis ad huiusmodi nugas, sua studia conuertunt, durissimis verberibus subiacent: sic nos quoque, qui in rebus istis studium consumimus, cum à nobis spiritualium exigeretur operum disciplina; nisi quæ reddenda erant habuerimus parata, horrenda illa supplicia perferemus. Et hæc quidem quibus nunc dediti sumus, cuncta paciter euanescent, quæ verò ex istis pena colligitur, immortalis erit, & perpetua. Quod quidem accidere solet in parulis, quorum puerilis illa constructio à patre tota subuertitur, ipsi etiam verberati post lusum, ad lacrymas conuertuntur.

Vita scene comparatur.

29. CHRYSOST. epist. 6. Non est theatralibus scænis presens vita dissimilis. Nam ut illic ille imperatoris, hic iudicis, alter & militis implet officium, ubi autem conseruata nox fuerit, nec imperator, agnoscitur imperator, nec iudex qui fuerit, iudex videtur, nec miles postea qui prius miles: ita vnusquisque nostrum in illius sæculi die non personis, sed rebus atque actibus competentem accipiet dignitatem.

Vita breuitas, multis comparatur.

30. IDEM epist. 7. ad Eutropium. Omnia vanitas, omnia Irepente spiritus flatu, tamquam folia cunctorum decussa sunt, & arbor nulla derelicta est, & non solum nuda, sed ab ipsis conuulsa radices. Omnia nox sunt, & sonnium, & die exorta, nusquam compauerunt. Umbra erat, & pertransiit, fumus fuit, & dissolutus est. Bullæ aquarum fuerunt, & disruptæ sunt. Araneæ telæ erant, & disseissæ sunt. Hoc verò sæculum si sapere, qui in potentia versantur, in parietibus omnibus, & in vestibulis scriberent, in foro, in domo, in aruis, in ianuis, in ingressibus, & ante omnia in conscientiis.

Idem.

ORIG. hom. 5. in Psal. 36. Si nauiges & in nauis positus vides terras, ac promontoria, & montes transeuntia, non quod illa continuo moueantur, sed quia tu vento prosperè flante transis, illa se subducere videntur, ac ferri: ita & hoc sæculo sancto Spiritu mentem tuam persilante, & spirante secundo ac prospero nauiges cursu, pertransibis sentiu tuo omnia hæc, quæ videntur: quia temporalia sunt, & intuentis illa quæ æterna sunt, sine dabo dicis, quia hæc omnia quæ videntur iam non sunt, quia nec futura sunt.

Vita presens mortalitatis miseria.

PSAL. 109. De torrente in via bibet, &c. AVGVST. super hunc locum. Sicut torrens pluuiatibus aquis colligitur, redundat, perstrepat, currit, & currendo decurrit, id est, cursum finit: sic est omnis iste cursus mortalitatis. Nascuntur homines, moriuntur, & aliis morientibus, alij nascuntur, succedunt, accedunt, decedunt, nec manebunt; quid hic tenentur? Quid non decurrit? Quid non quasi de pluuia collectum it in abyssum? Quomodo enim fluius repente collectus de pluuia, de guttis imbrium it in mare, nec apparet: quia nec apparebat antequam de pluuia colligeretur: sic hoc genus humanum de occultis colligitur, & profuit in mortem. Rursum in occultum vergit, medium hoc sonat & transit. De hoc torrente bibit Christus, hoc est, natus est moriturus.

Miseria vita ab utero incipit.

CHRYSOST. epistola 5. ad Theodorum lapsam. Quemadmodum in utero puellus sic in mundo viuimus, multis interclusi angustiis, venturique sæculi nec fulgorem, nec claritatem contueri valentes: cæterum ubi tempus imminet parturitionis, & partus editur, iuxta legitimum, præuisumque tempus, hæc vita omnes tunc excipit mortales. DYGONPHILONIVS de scientia bene moriendi. Nonne omnes in utero materno tamquam vermes in fœtida cloaca concipimur, ad partus vsque tempora captiui latemus in tenebris? Nonne omnes ex eodem utero tamquam à sepulchro quodam proicimur in mundum? Ut haud ineptè hominem sepultum prius quam natum dicas. Nonne omnes vitam auspicamur à fletu, certo miseriæ futuræ ominæ?

VITA ACTIVA ET contemplatiua.

Quod prelati sint dediti vite actiua & contemplatiua, vide Prælati, 2. 5. 40. &c.

Ad actiuam vitam confugiunt qui contemplatiuam non assequuntur. 1.

Vita actiua, & contemplatiua figura. 2. 15. 16.

Quid actiui, quid contemplatiui facere debent. 3.

Virtusque vite premium. 4. 7.

Per actiuam peruenitur ad contemplatiuam. 5. 6.

11. 12.

Præstantior contemplatiua quam actiua. 8.

Etiam bonam non tam contemplatiui, quam actiui habent. 9.

Vita actiua non omnino deserenda. 10. 13.

Contemplatiuam nemo aggrediatur nisi mortificatus. 14.

Quod predicator vite actiua, & contemplatiua sit deditus, vide Prædicator, num. 7.

Ad actiuam

Ad actiuam vitam confugiunt qui ad contemplatiuam non ascendunt.

1. GENES. 19. Nec possum in monte saluari, &c. est ciuitas hæc iuxta ad quam possum fugere parua, & saluabor in ea. ISIDORVS. Altitudo montium speculatio, vel contemplatio est perfectorum. Sed quia multi illecebras mundi fugiunt, tamen in actione positi, contemplationis apicem subire nequeunt, cum Loth ad montana non perueniunt, sed remanent in ciuitate parua, id est, in vita actiua quæ iuxta est, quia nec à mundi curis ex toto discreti, nec à gaudio æternæ salutis est aliena. Ad quam, inquit Loth, possum fugere; quia qui ad contemplatiuam ascendere non sufficiunt, ad actiuam vitam confugiunt, in qua saluentur.

Vita actiua, & contemplatiua figura.

2. GENES. 23. Sepelivit Abraham Saram uxorem in spelunca duplici. Quod per hanc speluncam intelligitur vita actiua & contemplatiua, Vide Prædicator, num. 7. ex GREGOR.

Quid actiui, quid contemplatiui facere debent.

3. GENES. 26. ait Dominus Isaac: Ne descendas in Ægyptum, sed quiesce, &c. LIPOMAN. Abraham vero, & Iacob permitti sunt intrare in Ægyptum, quia per Abraham partem multarum gentium prælati, per Iacob laboribus deditum vitæ actiuae studiosi intelliguntur. Per Isaac autem continentem, & domi nentem contemplatiui significantur. Abraham ergo, & Iacob permitti sunt ingredi Ægyptum; quia prælati, atque actiui sæculi homines per mundum bene operando discurrere possunt: contemplatiuae autem vitæ dediti in abscondito vultu Dei persistere, nec sæcularium conuersationi misceri debent.

Virtusque vite premium.

4. GENES. 27. Da mihi osculum filii mi: accessit, & osculatus est eum. INTERL. & LIPOMANVS. Hoc reconciliationem mundi significat. quam desiderabat Ecclesia peres, & dicit: [Osculetur me osculo oris sui.] sed nec hoc caret mysterio, quod postquam Isaac cibum iumpit: Iacob obtulit ei vinum, & deinde benedictionem accepit. Per cibum vitæ actiuae opera designantur, per vinum verò quod mentes alienat, contemplatiua accipitur, quæ ab amore sæculi mentes electorum alienas facit, vt significetur nobis, quod illi benedictionem cælestem à Deo percepti sunt, qui ei vsque in finem bonis virtutisque vitæ operibus placere student.

Per actiuam perueniendum est ad contemplatiuam.

5. GENES. 29. Imple hebdomadam huius copula, & hanc quoque dabo tibi pro opere, quo seruiturus es mihi septem aliis annis. HERON. Non igitur vt quidam malè existimant post septem annos alios Rachel accepit uxorem, sed post septem dies nuptiarum vxoris primæ. Nam sequitur, & ingressus est ad Rachel, & dilexit Rachel magis quam Liam, & seruitus ei septem annis aliis. Idem tenet AVGVST. dicens. Apparet igitur quod postquam duxit Rachel, seruitus pro ea septem annos alios. Nihil enim durum, & valde iniquum fuisse, vt deceptum adhuc differret alios annos septem, & tunc eam traderet quam primò debuit. Septem autem diebus solere nuptias celebrari etiam liber Iudicum cap. 14. ostendit in Samone, quando fecit conuiuium septem diebus, & addit scriptura; quod sic solerent facere iuuenes, fecit autem hoc propter nu-

ptias suas. RVPERTVS. Viro Ecclesiastico ad perfectionem tendenti, sciendum est duas esse vitas necessarias, actiuam scilicet & contemplatiuam, quas & gentiles philosophi adulterantes alteram prædicent, alteram theoreticam dixerunt. Per actiuam ordinatè perueniri potest ad contemplatiuam. Iacob huius rei manifestissimum exemplum est, qui de terra sua, egressus ad puteum venit, & illic Rachelem pulchra facie inuenit, statimque in amorem eius incidit. Quotiens enim quisque supplantator vitiorum Christum sequi cupiens, sacrae Scripturæ studiis incutitur, & inde contemplatiua vitæ pulchritudinem delectabilem esse comperiens, protinus ad eius amplexum prorumpere gestit: optimam quidem partem eligere vult, quæ nõ auferetur, sedere scilicet ad pedes Domini, & iugiter audire verbum illius, iuxta consilium dicentis, Psal. 45. [Vacate, & videte quoniam suavis est Dominus.] Sed altera prior, quæ sollicita est, & turbatur erga plurima; quia in septem misericordiarum operibus exercetur, ex qua progrediendum ad contemplatiuam; & hunc legitimum esse ordinem viuendi. Propheta Thren. 3. quoque testatur cum dicit, [Bonum viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit se super se.] & Job, cap. 5. [Ingredieris in abundantia sepulchrum,] id est, cum ditatus fueris actiua vitæ retributibus, tunc demum nõ defecturus quiescere poteris intra contemplationis latibulum. Hæc per Liam, quæ interpretatur laboriosa, fœcundam quidem, sed minus videntem, rectè figuratur. Nam quasi lippis oculis minus contemplatur spiritualia dum sollicita est, & turbatur erga plurima. Porro Rachel pulchra quidem, sed sterilis, contemplatiuam designat, quæ dum vni, quod necessarium est, intendit, venusto aspectu, plus videt, & sancto vacans otio, quasi minus parit. Igitur dum repente quis ommissis gradibus festinando ad arcem contemplationis Rachelem præripere contendit, bene nonnunquam cum illo agitur, vt prius Liæ teneatur nuptiis, videlicet protrahatur foras ad actiones laboriosas frequentis ministerij. Qui si contra quid iussit, vel querulo gestu stridet, dicit ei sancta Scriptura: Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias, imple hebdomadam, &c. Nam sicut sex diebus cuncta Deus operatus est, & in septimo requieuit: sic prius oportet in operibus corporalibus misericordiarum quemque exerceri, vt tunc demum iure in contemplatiua sabbatizare possit.

Idem.

IBID. GREGOR. 6. Moral. cap. 28. Rachel interpretatur visum principium. Lia autem laboriosa dicitur. In contemplatione quippe principium, quod est Deus queritur, in operatione autem sub grati necessitatem fæce laboratur. Vnde Rachel pulchra, sed sterilis, Lia autem lippa est, sed fœcunda. Quia nimirum mens cum contemplando otia appetit, plus videt, sed minus Deo filios generat; cum verò ad laborem se prædicationis dirigit; minus videt, sed amplius parit. Post Liæ ergo amplexus Iacob ad Rachel peruenit, quia perfectus quisque ante actiua vitæ ad fœcunditatem iungitur, & post ad requiem contemplatiua vitæ copulatur. IDEM in 1. Reg. cap. 11. Iacob Rachelem coniugem habere desiderat, sed tamen prius ei Lia subternitur, & pro obtinenda illius specie septem alios annos inseruire iubetur. Quia amator vitæ contemplatiuae hanc in vbertate æterni gaudij cito adipisci desiderat, sed tamen ei omnium donorum largitor cito non tribuit ne habitam quasi vilem despiciat, sed tanto ea fruatur dulcius, sollicitiusque custodiat, quanto hæc difficiliter promeretur. Vide etiam Prælati, num. 7. ex eodem GREGOR.

KKkk Actiua

Actiue vite cultores saluabuntur.

7. **I**BID. *Prædicens autem Dominus quod despiceret Liam aperuisse vuluam eius sorore sterili permanente.* RVPERTVS. Non in eo miseratus est vt de lippa, venustam aspectu faceret; sed in eo vt sorore sterili permanente vuluam eius aperiret. Semper enim actiua vita minus videt, & est talis qualem Apostolus 1. ad Timoth. 3. mulierem in Ecclesia docere non permittit, sed dicit: [Saluabitur talis per filiorum generationem.] id est, per operum misericordiarum exhibitionem. Vnde in die iudicij dicit rex. [Venite benedicti, &c. esuristi enim & dedistis mihi manducare, &c.] Illa igitur, quæ ad virilem non peruenit perfectionem, id est, vita illorum, qui in sola actiua remanserunt, & nunquam ad contemplatiuam gratiam profecerunt, saluabitur per operum honorum exhibitionem.

Præstantior contemplatiua quam actiua.

8. **G**ENES. 30. *Cernens Rachel quod infecunda esset, inuidit sorori suæ.* AVGVST. contra Faustum. Vide *Prædicatores*, num. 20. & addit. Rachel clara aspectu videt quidem in principio verbum Domini apud Deum, sed vult parere, & non potest: quia vacare vult ab omni negotio, & ideo sterilis. Affectando quippe otium, quo studia contemplationis ignescunt, non contemperat infirmitati hominum, qui in variis pressuris sibi desiderant subueniri, sed quia & ipsa procreandi charitate inardescit, vult docere, quod nouit: vnde scriptum est. [Inuidit Rachel sorori suæ.] Non quia contemplatiua inuideat actiue patienti, & laboranti; sed, quia dolet potius currere homines ad eam virtutem, qua eorum necessitatibus, infirmitatibusque consulitur, quam ad illam vnde diuinum, & incommutabile aliquid discitur.

Famam bonam non tam contemplatiui quam actiui habent.

9. **G**ENES. 30. *Da mihi partem de mandragoris filij tui.* Quod famam bonam non tam contemplatiui quam actiui habeant. Vide *Fama*, n. 1. ex AVGVST. & sequitur in textu. *Redeunt ad vespertam Iacob de agro egressus est in occursum eius Lia, & ait: ad me intrabis; quia mercede conduxisti te pro mandragoris.* Profecit AVGVST. Hæc in Ecclesia geri quisquis aduertit conet. Quis non videat hoc geri toto orbe terrarum, veniri omnes ex operibus sæculi, & ire in otium agnoscendæ, & contemplandæ veritatis, tanquam in anplexum Rachel, & excipi de transuerso Ecclesiastica necessitate, atque ordinari in labore tanquam Lia dicente. [Ad me intrabis.] Quibus castè mysterium Dei dispensantibus, vt in huius sæculi nocte Deo generent filios fidei. Laudatur à populis etiã illa vita, cuius amore conuersi spem sæculi reliquerunt, & ex cuius professione ad misericordiam regendæ plebis assumpti sunt, & tamen vt hanc curam suscipiant vi coguntur: quia *mercede*, inquit, *conduxisti te pro mandragoris*, tanquam diceret, doctrinæ quam diligis vis conferre bonam opinionem? Noli diffugere officiosum laborem.

Vita actiua non deserenda omnino.

10. **G**ENES. 35. *Non vocaberis ultra Iacob, sed Israel* *erit nomen tuum.* AVGVST. Quæritur cur nomen Iacob in eo adhuc perseuerauit? Nimiram nomen hoc ad illam rectè intelligitur pertinere promissionem, vbi sic videbitur Deus quomodo non ante à patribus visus, vbi non erit nomen vetus, quia nihil remanebit, vel in ipso corpore vetustatis, & Dei visio summum erit præmium. INTERL. Quod tandem erit cum videbimus eum sicuti est. LIPOM. Vel forte in hoc designatur, quod qui ex actione ad contemplationem transeunt, id

est, ex Iacob in campo luctante, ac præliante contra passiones, ad Iisael, id est, ad contemplationis actiem, non omnino deserant ipsam actionem, sed in ea pro loco, & tempore exerceantur, quod est nomen Iacob retinere, ne per eiusmodi cessationem passiones eadem iterum insurgant. Vide etiam *Prædicatores*, num. 30. ex GREGOR. & *Prælati*, num. 19. ex RVPERTO.

Per actiuam veniendum est ad contemplatiuam.

11. **E**XOD. 19. *Omnis qui tetigerit montem morte morietur.* GREG. 6. *Moral.* c. 27. Quid est quod cum lex accipitur, populus à monte prohibetur, nisi quia qui infirmis adhuc mentibus terrena desiderat, considerare sublimia non præsumat? Vnde & rectè dicitur. *Si bestia tetigerit montem lapidabitur.* Bestia enim montem tangit cum mē irritationibus desiderii subdita ad contemplationis alta se erigit. Sed lapidibus percussitur; quia summa non sustinet ipsius superni ponderis ictibus necatur. Qui ergo culmen apprehendere perfectionis nituntur, cum contemplationis arcem tenere desiderant, prius se in campo operis per exercitiū probent: vt sollicitè sciant, si nulla iam proximis mala irrogant, si irrogata à proximis æquanimiter portat, si obiectis bonis temporalibus mens nequaquam lætitia soluitur, si subtractis non nimio mœrore sauciatur: ac deinde perpendicularant si cum ad semetipsos introrsus redeunt in eo quod spiritualia rimantur, nequaquam secum reuerti spiritualium umbras trahunt, vel fortasse tractas, manu discretionis abigunt, si incircumspectum lumē videre cupientes cunctas circūscriptionis suæ imagines deprimunt, & in eo quod super se contingere appetunt, viuunt quod sunt. RVPERT. Si autē rationabiliter, vt homo, per actiuam vitam seipsum prius quis exercuisset, ac deinde ad contemplandam veritatis gloriã ordinatè promouisset, suos ab illo fortitudo maiestatis lapides, & iacula cōtinuisset.

Idem.

12. **E**XOD. 21. *Si emeris seruū Hebræum sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis.* GREG. super *Ezech. hom. 3.* Seruus Hebræus emitur, quando vnusquisque, qui iã ab hoc sæculo mente transit, (Hebræus enim *transitus* interpretatur) se ruitio omnipotentis Domini subditur. Ille etenim verè Deo feruire appetit, qui ab hoc sæculo mente transire didicerit: seruus verò Hebræus emptus sex annis seruire præcipitur, ita vt in septimo liber exeat gratis: quia per actiuam vitam quicquæ ad contemplatiuam vitæ libertatē transit. Per senariū enim numerum actiue vitæ perfectio designatur: per septenarium autem contemplatiua vita exprimitur; & notandū quod gratis liber egredietur: quia hi postquam omnia fecerint dicunt se inutiles seruos, eis proculdubio sicut actiua fuit ex munere, ita erit ex gratia ipsa contemplatiua, &c. Vide *Perseuerantia*, num. 11.

Vita actiua non deserenda.

13. **N**UM. 7. *Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum faderis, ut consuleret oraculū, &c.* Vide *Prædicatores*, num. 61. ex GREG. 33. *Moral.* c. 12. Qui addit Christus in monte orationi inhæret, miracula in verbis exercet imitationis viam bonis rectoribus sternens, vt si iam summa contemplando appetit, necessitatibus tamen infirmantium compatiendo misceantur. Quia tunc ad alta charitatis mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum misericorditer se attrahit, & quomodo benignè descendit ad infima, valenter recurrit ad summa, & is qui intus in contemplatione rapitur, foris infirmantium negotiis vtgetur, intus arcana Dei considerat, foris onera carnalium portat.

Contemplationem nemo aggreditur nisi mortificatus.

14. **D**EVT. 20. *Quis est homo qui plantauit vineam, &c. qui despondit uxorem, &c. vadat & reuertatur in domū suam, &c.* ISIDORVS. Docet non quemquam professio

professionem contemplationis, vel militia spirituales arripere, qui adhuc nudari terrenis operibus pertimescit ne infirmitate mentis reuertatur, suoque exemplo alios reuocet, & terrore suo infirmet, &c. Tales nec initium renunciationis accipiunt, quibus melius est, vt in actiua vita consistant, quam tepidè contemplationem exquentes maiori se discrimine inuoluant. Idem illi dicitur, qui vxorē duxit, qui vineam plantauit, id est, propagines filiorum, non enim potest seuire contemplationi seruus vxoris, nec assequi studio contemplationis qui hæret in delectatione carnis. Nemo enim militans Deo implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat qui se probauit, melius est professionem vel persecutionem deuitare, quam in ea succumbere.

Figura vita actiua & contemplatiua Martha, & Maria.

15. **L**VC. 10. *Mulier quædam Martha nomine exceptit vltimum in domum suam, & huic orat soror nomine Maria.* BERNARD. Sorores sunt, & debent esse contubernales, occupatur hæc circa frequens ministerium, illa dominicis est intenta sermonibus. Ad Martham spectat ornatus, sed impletio ad Mariam: vacat enim Domino vt non sit domus vacans, &c. Neminem tamē moueat quod suscipiens mulier Dominū, non Maria; sed Martha vocatur; quando in hac vna, & summa Maria, & Martha negotium, & Maria non otiosum otium reperitur. Sed quid est, quod ex duabus sororibus altera tantum legitur suscepisse, & ea ipsa, quæ videtur inferior? Optimam partem elegit Maria teste ipso, quem Martha suscepit. Sed prior nata Martha videtur, & salutis initiū sibi magis actio quam cōtemplatio vendicat. Laudat Christus Mariam, sed à Martha suscipitur. Amat Rachelē Iacob, sed Lia supponitur ignorantia. Si de fraude queritur, audiat non esse consuetudinis, vt iuniores prius tradantur ad nuptias. Quod si lutea hæc cogites domū, facile erit nosse, quemadmodum in ea Martha magis Christum excipiat quam Maria, quod enim ait Apostolus, [Glorificate, & portate Deum in corpore vestro,] Martha dicitur non Maria. Hæc enim corporis vitur instrumento, cum illi magis sit impedimento. Forte tamē, & Maria Dominum suscepit, sed in spiritu. Dominus enim spiritus est. Huic inquit, erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. Vides quod vtraque suscepit? Hæc in corde, illa in voce.

Idem.

16. **I**BID. *Martha autem satagebat circa frequens ministerium quæ stetit, & ait. Domine non est tibi cura, quod soror mea reliquit me sola ministrare.* BERNARD. Idem. Puras; in domo in qua Christus suscipitur vox murmurationis audietur? Fœlix domus & beata congregatio, in qua de Maria Martha conqueritur. Nam Mariæ Martham æmulari, prius illicitum est. Alioquin vbi legis Mariam cantantem; quia *soror mea reliquit me solam vacare?* Absit vt qui Deo vacat adspiciat ad tumultuosam fratrum officialium vitam. Respondit autem ei Iesus. *Martha Martha sollicita es & turbas erga plurima, porro vnū, &c. Maria optimam partem elegit, &c.* Hoc illud vnū quod necessariū est, hæc quam tam sedulè propheta requirebat. [Vnā petij à Domino, hæc requirā, &c.] Quid tamē est quod optimam partem dicitur elegisse. Quæ enim consolatio laborati, quasi in eius suggestionem partem vacantis attolleret: vnū ergo arbitror esse de duobus, vt aut de electione Mariæ laudetur, quod pars illa, quantum in nobis est, sit omnibus eligenda, aut certè vt neutrum dicatur, nec in partem quamlibet præcipita esse sententiã, sed ad obedientiam præceptoris in vtrumlibet sit parata: vnū dicam, si tamen id de Martha liceat suspicari. Nonne enim quasi otiosam reputasse videtur, quam dari sibi petiit

adiutricem? Sed carnalis est, & omnino non percipit, quæ sunt spiritus Dei. Si quis forte Deo vacantem animam, sua de vacatione redarguit, audiat optimam hanc esse partem, quæ maneat in æternum. Nunquid enim non rulis omnino videretur, si diuinæ contemplationis penitus expertus illam intraret regionem, vbi hoc vnum omnium opus, vnum studium, eadem vita? Habet autem quæcumque perfecta est anima simul & Marthæ administrationem, & Mariæ, & Lazari penitentiam. Magis autem videntur ad singulos singula pertinere: vt in vna congregatione alij dediti sint fraternali administrationi, alij vacent sanctæ contemplationi, alij in amaritudine animæ suæ recogitent annos suos sicut vulnerati, & dormientes in sepulchris. Maria ergo piè & sublimiter cogitet de Deo suo: Martha benignè, & misericorditer de proximo: Lazarus miserè, & humiliter de ipso. Gradum suum quisque consideret. Nemini nos blandimur, vtinam ne vestrum quispiam se seducat, Cui enim necessitas non incumbit, vt turbetur erga plurima, vnum est necessarium, aut non turbari penitus, aut delectari magis in Domino, aut si id nec dum potes, non turbari erga plurima; sed vt de se propheta loquitur ad te ipsum. [Si inuenti fuerint, ait propheta, in ciuitate hac Noë, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabuntur, verumtamen filium, aut filiam non liberabunt, ait Dominus.] Oportet igitur te frater, ad quæ de fabricanda, siue regenda arca nihil spectat, aut virum esse desideriorum, vt Daniel, aut cum B. Iob virum dolorum, & scientem infirmitatem.

Quod maius sit vinculum charitatis vitz contemplatiua, vide Amor proximi, num. 45. ex STEPH.

VOCATIO.

- Vocatio signum salutis. 1.
- Vocatio duplex ad fidem, & ad regnum. 2.
- Vocatio à solo Deo procedit. 3. 9. 10.
- Triples modus vocationis. 4.
- Post vocationem, tribulationes. 5. 7.
- Vocatio duplex, interior & exterior. 6.
- Vocationi obtemperandum. 8.
- Vocamur à misero statu in gratiam Christi. 11.

Vocatio signum salutis.

1. **G**ENES. 3. *Adam vbi es?* AMBROS. Hoc ipsū quod vocat iudiciū sanatur est, quia Dominus quibus miseretur, & vocat, &c. Vide *Deus*, n. 62. ex CHRYSOST. & *aliis.*

Vocatio duplex ad fidem & ad regnum.

2. **G**EN. 9. *Vos autem crescite, & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam.* RVPERTVS. Prius idē dixerat, sed diuerso ordine. Nam dixerat *ingredimini super terram*, ac deinde *crescite, & multiplicamini super eam*. nunc autē prius dixit: *crescite & multiplicamini*, & postea *ingredimini*. Sunt enim due prædestinatorum vocationes: altera qua vocamur ad fidem de qua dicit Apostolus *Rom. 8.* [Quos prædestinauit illos & vocauit:] altera qua vocadi tumus ad regnū, iuxta fidē Euangelij dicente Domino *Matth. 25.* his qui à dextris eius erunt. Venite benedicti Patris mei, percipite regnū, &c. Bene ergo in prima vocatione prius est *ingredi terram, & sequens crescere, & multiplicari*, quia videlicet qui præsentē Ecclesiã ingredimur, crescere, & multiplicari debemus, alios vocado, iuxta illud, *Apoc. 22.* [Qui audiat dicat veni.] In secunda verò prius est *crescere, & multiplicari*, & sequens *ingredi super terram, & replere eam*. Quia profectò post omnia incrementa virtutum erit illa ingressio in regnum Dei, post quam iam non est *crescere, & multiplicari super terram.*

Vocatio à sola voluntate Dei procedit.

GENES. 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, &c. CAIETANVS. Modus quo Deus Abram fuerit locutus non est scriptus hic, sed à Stephano manifestatus est dicendo Act. 7. [Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham.] In forma ergo gloriosa apparuit ei dicendo verba ista. [Egredere de terra tua, &c.] In Hebræo habetur. [Vade vel secede rjbi de terra tua, &c.] & significat quod ad ipsius Abiæ utilitatem præcipitur egressus de terra sua. LIPOMANVS. Vocationis ipsius causa nulla describitur præter Dei voluntatem. Quos enim vult indignos etiam vocat, Eis autem conditionibus vocat ipsum, vt in terra nihil ex animo possideat Abraham. Quæcumque chara in mundo habebat inbetur relinquere, soli Deo impensè credendo adherere, omnibus renunciare paratum vt dignus habeatur promissionibus Dei magnificis. De renunciationibus, Vide Pauperum, num. 1. ex CASSIANO.

Triplex modus vocationis.

IBID. CASSIANVS. Collatione 3. cap. 3. & 6. Tres sunt vocationum ordines. Primus vocationum ordo est ex Deo, scilicet quotiens inspiratio quædam immissa in cor nostrum, nonnumquam etiam dormientes nos ad desiderium æternæ vitæ ac salutis exsuscitat. Deumque sequi, & eius inhzere præceptis compunctione saluberrima cohortamur. Sicut Abraham legimus euocatum dicente ei Domino. [Egredere de terra tua, &c.] Sicut etiam B. Antonium accitum esse cognouimus à Domino qui audita Dei interiori inspiratione, renuncians cunctis, sequutus est Christum nulla exhortatione, nec doctrina hominum prouocatus. Secundus vocationis modus est per hominem, cum videlicet vel exemplis quorundam sanctorum, vel monitis instigati ad desiderium salutis accendimur. Hoc nos modo gratia Domini sumus acciti; huic nos studio professionique tradidimus, quo etiam ordine filios Israël per Moysen de afflictione Egypti legimus liberatos. Tertius vero vocationis modus est, ex necessitate, videlicet cum nos diuitiis mundi huius, vel voluptatibus obligati, ingruentibus repente tentationibus, quæ vel mortis pericula comminantur vel amissione bonorum percipiunt, vel charorū morte compungunt, ad Dominum, quem sequi in rerum prosperitate contemptissimus saltem inuiti properare compellimur. Hoc modo sæpissimè filios Israël vocatos reperimus, cum ob merita peccatorum suorum à Domino hostibus traditi essent, & conuersos ad Dominum, rursus proclamasse. [Et misit, inquit scriptura, Iudic. 3. eis Saluatorem primū Aiorh, deinde Othoniel.] De talibus dicitur, [Cum occideret eos, quærebant eum.] & rursus. [Clamauerunt ad Dominum cum tribularentur.]

Post vocationem tribulationes.

EXOD. 2. Quare percussis proximum tuum, &c. Quis te constituit principem? &c. Quod post vocationem obtemperatam insurgant contradictiones, Vide Iusti, num. 36. ex LIPOMANO.

Vocatio duplex, interior & exterior.

EXOD. 3. Dominus Deus Hebræorum vocauit nos. D. THOM. super epist. ad Rom. c. 8. lect. 6. & ad Galat. c. 1. lect. 4. Vocatio hominis est duplex, vna exterior qua Apostolus vocatus est cælesti voce. [Saul, Saul quid me persequeris.] Hoc modo & Dominus vocauit Petrum, & Andream, & alios Apostolos, & Moysen ac seniores Israël: & alios multos ore prædicatoris, Pron. 9. [Misit ancillas suas vt vocaret ad arcem.] Alia est vocatio interior quæ nihil aliud est quam quidam mentis instinctus, quo cor hominis mouetur à Deo ad as-

sentendum his, quæ sunt fidei vel virtutis; sic vocat à mala via in bonam, & hoc per gratiam suam non nostris meritis. Vnde per Isaiam cap. 41. ait, [Quis suscitauit ab Oriente iustum, & vocauit eum vt sequeretur se.] & Paulus Rom. 8. [Quos prædestinauit hos & vocauit.] Isai. 45. [Ego suscitavi eum ad iustitiā.] Amos 5. [Qui vocat aquas maris, &c.] Hæc autè vocatio necessaria est; quia cor nostrum nõ se ad Deum conuerteret, nisi ipse Deus nos ad se traheret. Ioan. 6. [Nemo potest venire ad me nisi Pater meus traxerit eum.] Thren. 4. [Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.] & etiam hæc vocatio est efficax in prædestinatis; quia eiusmodi vocationi assentiunt. Ioan. 6. [Omnis qui audit à Patre meo, & didicit veniat ad me.]

Post vocationem tribulationes.

EXOD. 5. Paleæ non dabuntur vobis & reddetis conseruicium numerum laterum. LIPOM. Hoc ordine, & his gradibus vocatus est ex Agypto Israëliticus populus. Primùm reuelatur eis per Moysen, & Aaron subsecutura liberatio: Deinde postquam fidem adhibent reuelationi, longè crudelius affliguntur ab Agyptiis quam antea. Postremo liberatur ex Agypto maximis miraculis. Idem plane ordo, & isdem gradibus in omnibus vocationibus obseruandi sunt. Primùm enim proponuntur nobis promissiones Euangelij Dei. Post cum incipimus ex fide Euangelij vocatione Dei sectari, tunc cooritur in nos maiores afflictiones, quam antea, cum sectaremur vocationem Satanæ. Ad extremum tamen contingit nobis tanto clarior salus, quanto grauiores fuerunt afflictiones.

Vocationi diuine obtemperandum.

EXOD. 19. Cum clangere cœperit buccina tunc ascendant in montem. Quod obtemperandum sit diuinae vocationi, Vide Verbum Dei, n. 3. 7. ex RABANO.

Vocatio à solo Deo miserente procedit.

EXOD. 33. Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. LIPOM. In Hebræo habetur, [& miserebor cuius miserebor, & clemens ero, cui clemens ero.] Hebraismus est sicut & illud. [Quod scripsi scripsi.] Hoc est: Scripsi quod volui. Ita & hic, miserebor, & parcam cui voluero, & cui mihi placuerit, prout doctissimus reddit interpret. AVGVSTIN. quæst. 154. super Exod. Hic expressius ostendit vocationem qua nos vocauit in suum regnum, & gloriam non pro meritis nostris, sed pro misericordia sua. Sicut Apostolus dicit Rom. 13. [Gentes autem super misericordia glorificare Deum.] Quibus verbis prohibuit hominem veluti de propriarum virtutum meritis gloriari, vt qui gloriatur in Domino gloriatur. Nõ enim ait, miserebor talibus vel talibus, sed cui misericors fuero, vt neminem præcedentibus bonis operibus suis misericordiam tantæ vocationis meruisse demonstraret. Etenim Christus pro impiis mortuus est, misericordie autem suæ firmitatem Deus ista repetitione monstrauit, sicut [Amen Amen] sicut [fiat, fiat.] Sicut repetitio somnij Pharaonis, pluraque similia. Aut in vtrisque populis, id est, gentibus, & Hebræis hoc modo Deus pronuncianit misericordiam se esse facturū. Quod Apostolus ita dicit Roman. 12. [Sicut enim vos aliquando non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis in illorum incredulitate.] Sic & ipsi nunc qui nõ crediderūt in vestra misericordia, vt & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim Deus omnes in incredulitate vt omnium misereatur.

Idem.

AMBROS. in epistola ad Demetriadem lib. 10. epist. 84. Vt misericordiam Dei quæramus, Dei misericordia est, qui ait, [Miserebor cui misertus ero, & miseri-

misericordiam prælabo cui misericordiam præstitero.] Vnde per Ieremiam cap. 31. Idem Dominus manifestat quod Dei gratiam nemo præueniat merito suo, sed propter misericordiã, qua Deus diligit, etiam auerfos ad misericordiam trahit. [Dilectione, inquit, æterna dilexi te, propterea attraxi te ad miseratione, quia ædificabo te, & ædificaberis virgo Israël.] Cui consonat Ioan. in 1. cap. 4. [Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos.] & infra. [Nos ergo diligamus quoniam Deus prior dilexit nos.] & Paulus 2. ad Timoth. 1. [Collabora Euangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberauit, & vocauit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.] & infra. [Nõ ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, &c. Vt iustificati gratia ipsius hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.] Omnis igitur illuminatarum mentium pius motus alienari quidem non potest à propria hominis voluntate, &c. Vide Liberum arbitrium, num. 5.

Vocatur à misero statu in gratiam Christi.

DEUT. 32. Inuenit eum in terra deserta in loco horroris, & vasta solitudine, circumdaxit eum, & docuit, & custodiuit, quasi pupillam oculi sui. OLIVASTER. Quales ex nobis sumus, & qualis habitatio nostra antequam nos sibi eligat, pulchre locus iste adumbrat, & Dominus apud Ezechielem manifestat c. 16. [Eras auda, & confusione plena, & transiui per te & vidi te, &c.] Quales etiã nos facit Deus noster habes hic: nempe ex seruis liberos, ex abiectis nobiles, ex nudis vestitos, ex pollutis mundos: & nota quod post electionem, & vocatione prius circumducit, id est, hinc inde transfert, & tribulationibus probat; sed hoc in vtilitatem nostram euidentem. Vnde sequitur, & docuit & custodiuit, quasi pupillam oculi sui; iuxta illud Amos 9. [Ecce ego concutiam in omnibus gentibus domum Israël, sicut concutitur triticum in cribro, & non cadet lapillus super terram.] Videlicet in signum puritatis, & munditiei, & Dominus Petro. [Simon ecce Satanæ expetinit vos, vt cribretis sicut triticum: & ego rogavi pro se vt non deficiat fides tua.

VOLUNTAS.

Immolatione proprie voluntatis non moritur gaudium. 1.

Voluntarie sacrificandum. 2.

Voluntatis malitia, iram Domini promouetur. 3.

Voluntatis proprie innumera mala. 4. 5. 11. 17.

Quid sit Domini voluntatem fieri. 6.

Voluntas post peccatum infecta. 18.

Voluntatis proprie nummo emuntur dona gratie. 7.

Quandodoque bona voluntas sola sufficit ad salutem. 8. 9. 13.

A patre ad filii nisi voluntarij non trahuntur. 10.

Voluntas sine opere non prodest. 12. 14.

Voluntatem nostram requirit Deus & Diabolus. 15.

De proprie voluntatis filijs, & nepotibus. 16.

In immolatione proprie voluntatis, non moritur gaudium.

GENES. 22. Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac. BERNARD. Oblatus Isaac sanctificatus est, non uactatus, & tu ergo si vocem Domini audieris, intus in animo, & dicatur tibi vt offeras Isaac, tuū quodcumque gaudium immoles Deo (interpretatur enim gau-

dium siue visus, fideliter obedi, ne timeas. Nimirum & si rem grandem dicit tibi Propheta facere debes, & obtemperandum est ei per omnia, etiam si oportuerit ipsum Isaac iugulari. Nunc autem quidquid affectio propria iudicet, securus esto. Nõ Isaac sed aries morietur, non peribit tibi læticia, sed contumacia, cuius vtiq; cotrua veprbus hærent, & sine punctio-nibus anxietas esse non potest. Tentat enim te Dominus, nec mactatur Isaac vt opinaris. Viuens viuet, sed eleuatus vtiq; super ligna, vt in sublime gaudas, nec in carne propria, sed in cruce Domini glorieris per quem nimirum crucifixus & ipse es, sed mundo.

Voluntarie sacrificandum.

EXOD. 24. Oblulerunt holocausta immolaueruntque vitulum pacificas Domino. HERON. super Amos, cap. 2. Non est iste locus contrarius ei, quod dicitur à Domino per Prophetam. [Nunquid hostias, & sacrificiū obtulisti mihi quadraginta annis domus Israël?] Nã quæ Domino eos legimus obtulisse sacrificia hic, & postea, non voluntate, sed penarum fecerunt metu, & eorum interfectione qui propter idola corruerunt. Dominus autem non ea quæ offerantur, sed voluntatem respicit offerentium.

Non solum operis, sed voluntatis malitia iram Domini mouetur.

LEUIT. 17. Homo quilibet, &c. Si comederit sanguinem obfirmabo faciem meam contra animam illius, &c. RAVLPHVS. Vehementer terreat, si quis ad tantum tonitruum surdus non fuit. Obfirmabo, inquit, faciem meam, &c. Ecce quam graue sit comedere sanguinem, & Dei præterire mandata. Sanguis carnalem significat appetitum. Deus autem non solum quid agam, sed etiam quid appetam discernit. Ante quam ergo quidquam mali exterius operemur, si sanguinem sorbuimus, si iniquitatem corde concepimus, mente à Deo alienati inimicitias eius incurrimus, hoc est, quod dicitur. Qui comederit sanguinem, &c. Nota autem quod non ait contra Deum, sed contra animam illius, quia ubi iusti remunerantur, ibi etiam impij puniuntur. Iuxta illud quod canitur in Psal. [De timente Dominum, anima eius in bonis demorabitur.] Cum igitur audiamus, quia anima carnis in sanguine est, & iuxta carnis sententiam verum est; quia caro per sanguinem viuit, & iuxta figuram in appetitu prauo operis fomes consistit carnalis conuersationis. Funde sanguinem & caro morietur, tolle malum voluntatem nec erit qui mala operetur. Perpende igitur quam rationabile sit, vt Deus iustus qui odio habet iniquitatē elum sanguinis execretur in quo totus iniquitatis deprehendit originem, &c. Sicut igitur iniquitatis consensus Deo execrabilis est, sic renuntiatio placabilis.

Voluntatis proprie innumera mala.

REG. 5. Erat autem vir fortis, & dices, sed leprosus. Vide BERNARD. verbo, Humilitas, nu. 58. ubi addit. Voluntas propria est quæ non est communis Deo, & hominibus, sed nostra tantum. Huic recta fronte contraria est charitas, quæ Deus est. Hæc enim aduersus eum inimicitias exercens est. Quid enim odit Deus aut quid punit præter propriam voluntatem? cesset voluntas propria, & infernus non erit. Et nunc cum frigus, aut famem patimur, aut aliquid tale, quid læditur nisi voluntas propria? Porro voluntas propria, quo furore Dominum maiestatis impugnet audiat, & timeant serui proprie voluntatis. Primum subtrahit semetipsam, & subducit eius dominatui, cui tanquam auctori seruire debuerat. Secundo etiam quod in se est, omnia quæ Dei sunt tollit, & diripit, dico fiducialiter. Tertio nemini qui sit in propria vo-

luntate posset totus mundus sufficere; sed adhuc addit quartò & ipsam quod in ipsa est punit Deum voluntas propria. Omnino enim vellet Deum peccata sua, aut vindicare nò posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum non esse Deum. Crudelis sane & execranda malitia, quæ Dei potentiam, iustitiam, sapientiam perire desiderat. Hæc est crudelis bestia, fera pessima, rapacissima lupa, & læna seuissima, hæc est immundissima lepra animæ propter quã in Iordane mergi oporteat, & imitari eum qui non venit facere voluntatem suam.

Propria voluntatis due filia.

5. **PROVERB. 30.** *Sanguisuga due sum filia.* Pessima mater voluntas propria (ait **GALFRIDVS**) cuius sunt due filia non degeneres, iniquitas scilicet & voluptas, hæc animam inquinat, illa contrahit, & quodam modo rugat.

Quid sit voluntatem Domini fieri.

6. **ISAÏA 6.** *Et plena erat maiestas eius omnis terra.* **BERNARD.** Licet omnis terra ipsius plena sit maiestas, ubique enim regnat, ubique imperat, ubique maiestas eius, sed gratia forte non ita. Non sicut potestas, sic & voluntas eius bona, & bene placens, & perfecta. Fit enim voluntas eius de omnibus, fit per omnes, non in omnibus tamen.

Voluntatis propria nummo, dona gratie emuntur.

7. **ISAÏA 55.** *Venite emite absque argento & absque vlla commutatione.* **BERNARD.** Quid est autem emere absque argento, & absque vlla commutatione? Non talis est emptio apud amatores huius sæculi, sed apud auctorem sæculi alia esse non potest. Propheta dixit Domino. [Dens meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.] Quam igitur ei commutationem dabit homo pro anima sua qui nullius eget, & cuius sunt vniuersa? Gratia gratis datur, etiam cum emitur gratis emitur; quia quod datur pro ea, nobis melius retinetur. Nummo igitur propriæ voluntatis emenda sunt omnia, quam dimittentes nihil amittimus, & lucratur plurimum commutantes illam in melius, ut communis fiat quæ propria fuit. Porro communis voluntas charitas est. Emimus ergo absque commutatione recipientes, quod non habuimus, & quod habuimus melius retinentes. Quando verò compatietur fratri, qui in propria voluntate nescit compati, nisi sibi? Aut quando amans se ipsum, diligit iustitiam, & odio habebit iniquitatem? Simulare quidem potest ante oculos hominum, etiam & semetipsum seducere, ut cum priuato amore, vel odio ducitur, compassionis affectum, aut zelum putet esse iustitiæ.

Aliquando bona voluntas sine opere sufficit ad salutem.

8. **LVCA 2.** *Et in terra pax hominibus bone voluntatis.* **BERNARD.** Magna quidè, sed audeo dicere, nec dum perfecta laus donec veniat qui dicat. [Sinite paruulos venire ad me:] & pax hominibus sine voluntatis vsu in sacramento pietatis. Considerent hoc qui de voluntate, & opere tam contentiosis solent disputationibus corrumpi. Considerent, & aduertant neutrum negligi oportere vbi non videtur deesse facultas: præsertim cum vtrumque sine altero (vbi tamen facultas deest) non modo salutem conferre possit, sed etiam sanctitatem. Sed & hoc quoque firmiter teneant prodesse quidem opus sine voluntate, non autem contra voluntatem; ut vnde saluatur infans, inde magis damnetur si cetera accedentes. Nihilominus sanè in quibusdam sine opere voluntas sufficiens, non autem contra opus. Verbi gratia, rapitur quis in bona quidem voluntate, sed necdum perfecta, necdum idonea martyrium sustinere. Quis illi audeat pro hac imper-

fectione negare salutem? Forte enim propterea non finitur in illam grandem tentationem venire, ne deficiat, & damnetur. In ea igitur imperfecta voluntate, in qua saluatur, vbi deest facultas operis, iam nò posset saluari, propter defectum operis, vel opus defectonis. Idem verò in ignorantia posset accidere.

Idem.

9. **IBID. HVGO DE S. VICTORE.** Totum meritum hominis in voluntate. Quantum vis, tantum mereris, sed ne dicas, Quid ergo opus est operari? Non est enim voluntas, si non operatur quod potest: si autem non potest, sufficit ipsa sibi. Sed idea post voluntatem etiam opus requiritur, ut ipsa eo opere augeatur. Tale est cor hominis ut opere suo amplius inardescat, siue ad bonum, si rectum est, siue ad malum, si peruersum. Quantum ergo voluntas crescit, tantum & meritum.

A patre ad filium, nisi voluntarij non trahuntur.

10. **IOAN. 6.** *Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum.* **BERNARD.** Quotiescumque trahere, vel compellere videatur benignus Pater ad salutem, qui omnes vult saluos fieri, nullum tamen iudicat salute dignum quem ante non probauerit voluntarium. Hoc quippe intendit cum terret, aut percutit, ut faciat voluntarios, non saluos inuitos. Quatenus dum de malo in bonum mutat voluntatem transferat, non auferat libertatem. Quanquam tamen non semper inuiti trahimur. Nec enim cæcus, aut fessus contrahitur, cum trahitur; & Paulus ad manus tractus est Damascum, utique non inuitus. Trahi denique spiritualiter volebat, qui & hoc ipsum magnopere flagitabat, in Canticis. [Trabe me post te.]

Propriæ voluntatis mala.

11. **IEREMIA 35.** *Præcepit Ionadab filius suis, ut non biberent vinum, &c.* **BALDVINVS.** Vix anima quidquam plus amare potest quàm propriam voluntatem, propriamque sententiã, propterea cum à propria voluntate retrahitur quasi à se auulsa, quasi insulso vulneri faucia creuantur. Amor propriæ voluntatis vinum est mentem inebrians, & omnes sensus eius perturbans, ut puta, auditum, ne audiat obedientiam, oculos discretionis, ne videat vanitatem, cæterosque sensus suis officiis destituit, in medio gurgitis spirituum vertiginis. Vinum propriæ voluntatis eliquatum est, & expressum in torculari inobedienciæ, & vna acerrima, quam comederunt patres nostri & dentes filiorum obstupescunt. Adam pater inobedienciæ vinum hoc miscuit, & poculum mortis filiis propinavit, quasi diceret: [Bibite ex hoc omnes,] & adhuc quidem bibunt ex eo omnes peccatores terræ. Christus è contra qui nò venit facere voluntatem suam, sed Patris, calicem obedientiæ vsque ad mortem propinavit nobis dicens: [Bibite ex hoc omnes.] Iudæi increduli, & inobedientes, Domino in cruce pendenti, & eorum scienti salutem obtulerunt vinum, quale fuit in reprobis moribus eorum, & cum gustasset, noluit bibere abstinens à vino tanquam Nazareus. Bonum est ergo homini nò bibere hoc vinum. Norunt hoc illi, qui omnem voluntatem suam suspectã habent, qui se sibi non credunt, sed alieno arbitrio sese regendos committunt, qui semper trepidant à se, & quasi per se aliquid velle: propterea vinculis obedientiæ sese ligant, & voluntatem suã in necessitate conuertunt, & libertatè in seruitutè redigunt. Sed hæc omnia propter Christum, ut in Christo sit seruitus libera, & necessitas voluntaria.

Voluntas sine opere non prodest.

12. **ROMAN. 7.** *Velle adhaeret mihi, perficere autem non inuenio.* **ORIGEN. lib. 6. in epist. ad Rom. cap. 7.** Hoc ut cui

De propriæ voluntatis filiis, & nepotibus.

16. **ANSELMVS libr. de similitudin. cap. 37.** Propria voluntas est velut adultera quædam regina, quæ se cuidam regi adultero coniunxit, ex quo etiam tres filios habuit, ex his verò tribus tot alij filij, & nepotes geniti ita multiplicati ut numerari non possint, omnes autem in familia illius regis, & reginæ consultant, eorumque insula quisque suo modo perficiunt. Rex itaque cum regina ista cuidam alij regi aduersatur, collectoque filiorum, & nepotum exercitu regnum illius aggressus prædatur; hic autem exercitus sic feruos illius regis inuadit, ut aut plures plures, aut vnus vnus, aut plures vnus, aut vnus plures aggrediatur. Quoscumque verò deuincere possunt vincetos, & adductos in carcerem trahunt, exigentes ab eis quantum nunquam persolvere possunt; sed omnibus affecti miseris in carcere illo deficiunt. Hæc autem regina propria est voluntas, omnium obedienciã domina, quæ ideo vocatur adultera; quia separatur à Deo cui deberet esse coniuncta, & diabolo coniungitur à quo deberet esse disiuncta. Ipse verò diabolus idcirco rex dicitur, & adulter, quia in hominibus regnans per voluntatem propriam animabus eorum, Dei videlicet sponsis abutitur, cui se postquam voluntas propria iunxit, ex illius semine, id est, peruersa suggestione tria principalia vitia, delectationem, extollentiam, & curiositatem concipit, & per quinque corporis sensus velut ea pascens emittit. Ex his verò tribus tot alia vitia nascuntur, sicque implicentur, ut absque numero habeantur. Omnia verò ex familia diaboli propriæque voluntatis existunt, & ex seipsis quandam admirandam multitudinem reddunt. Diabolus itaque, propriæque voluntas, Deo regi regum aduersatur, & congregata vitiorum militia regnum illius, scilicet hunc mundum aggredientes prædantur. Hæc autem militia sic humanum genus inuadit, ut aut plura plures homines, aut vnus, aut plura vnus, aut vnus plures in diuersis modis accipiant: quemcumque verò superare possunt mala consuetudine ligatum in infernum detrudunt, vbi ab eo vnumquodque vitium exigit, quidquid vnquam per illud commisit, quod quia nunquam persolvere poterit, & ei miseria nunquam deerit.

Propria voluntas herba venenosa comparatur.

17. **IDEM ibid. cap. 38.** Propria voluntas, cuidam herba venenosa, atque mortifera assimilatur, quam medicus quidam peritissimus progeniei cuiusdam interdixit, prius parentibus comminans; quia si ea comederent, leprosi effecti, proculdubio perirent. At illi præceptis eius obedire noluerunt, sed ex eadem herba comederunt; vnde & leprosi effecti, leprosos quoque filios genuerunt; atque ut medicus eis comminatus fuerat mortui sunt; quorum filij licet agnouerint patres suos illa herba infirmatos fuisse, & mortuos, seque ipsos lepra percussos, & mortuos, eandem tamen herbam super omnes alias diligunt; indeque cibos vniuersos suos condiant, mane quoque surgentes ex eadem, quasi pro medicamento accipiunt. Hi igitur quam sint dementes, omnis qui audit aduertere potest. Sed nec minus demantur qui propria voluntate vtuntur. Ipsa est enim herba diaboli venenosa suggestione venenata, & omnibus ea ventibus pestifera; hæc Deus qui nostris pedes medetur peccatis, primis humani generis parentibus interdixit, cum eos comedere potum sub mortis comminatione prohibuit; quia præceptum eius transgressi ex eo comederunt, mox peccatores effecti, & in animæ carne mortui sunt, homines tamen eandem voluntatem præ cæteris diligunt, & eam immiscunt omnibus penè quæ agunt. Nihil itaque istis dementes, quam

Voluntas requiritur ad salutem.

13. **MACHARIUS homil. 20.** Quemadmodum mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, etsi vulnerata erat, nec sanari poterat, pedes tamen habebat quibus veniret ad Dominum, & veniens sanaretur. Iidem & cæcus ille quamquam accedere non poterat, & ad Dominum venire, quia visu careret, vocem tamen emisit, nunciis velociorem *Lucæ 18.* [Dicebat enim Fili David miserere mei.] Et ita credens sanitatem esse adeptus, ad illum accedente Domino, & visum illi restituerat. Ita etiam anima licet vulnerata sit obscenarum affectionum vulneribus, & tenebris peccati obæcata, nihilominus prædita est voluntate clamandi, & inuocandi Iesum ut ipse veniens, æternam redemptionem conferat animæ. Sic enim cæcus ille nisi clamasset, & mulier illa nisi Dominum adiuisset, non fuisset sanata: sic nisi quis propria sponte, ac voluntate integra venerit ad Dominum & deprecatum eum fuerit, cum plenitudine fidei sanitatem non consequitur. **CHRYSOST. homil. 25. op. imp.** Sicut ex floribus poma formantur; ita ex bonis voluntatis opera perfecta nascuntur. *Et infra.* Sicut ante pomum flos præcedit, ita ante opus bonum bona voluntas.

Voluntas sine opere non prodest.

14. **CHRYSOST. Homil. 6. ad Hebræos.** Vult aliquis fieri gubernator. Non dicit volo tantum, sed rem ipsam aggreditur, & sic in omnibus actibus non sufficit volo tantum, sed etiam opus oportet aggredi: in cælum autem volens ascendere, dicit tantum volo. Quomodo ergo dicebas, quia velle sufficit? De voluntate dixi tui opus sit adiunctum, quæ laboranti in ipsa re concertet.

Voluntatem nostram requirit Deus, & diabolus.

15. **ANSELMVS libr. de similitudin. cap. 2.** Voluntas illa quæ est instrumentum volendi, sic est inter Deum, & diabolum, quomodo mulier inter legitimum suum virum & adulterum. Vir enim præcipit ut sibi soli coniungatur, adulter verò persuadet ut & sibi copuletur. Si itaque se soli legitimo viro coniungat, legitima est, & ipsa filios legitimos generat: si autem adultero se iunxerit, adultera est, & ipsa filios adulteros parit. Similiter ergo Deus imperat voluntati ut societur ipsi soli, diabolus verò ex altera parte suggerit, ut coniungatur & sibi: si itaque se soli Deo coniunxerit, id est, Spiritus sancti suggestionem velut semen bonum receperit, fit eius coniux legitima, filiosque legitimos generat, id est, virtutes, & opera bona: mox enim ad imperium eius aperiuntur omnes animæ, & corporis sensus ad implendum, quod præcipit Deus.

quam quod nihil vtineat sua morte libentias.

Voluntas post peccatum infecta.

MAC H A R I V S hom. 17. Voluntates hominum post transgressionem incurte sunt, deserte, ac spinosa. Dixit enim Deus homini. Spinas, & tribulos germinabit tibi terra. Multum igitur laboris, ac diligentia est adhibendum, vt quis peruestiget, ac collocet fundamentum, donec ignis veniat in corda hominum, qui spinas exurat, & ita incipiant homines sanctificari, gloriam referentes Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Z E L O T Y P I A.

Zeli furor deponendus. 1.

Zelotypia graue malum. 1. 2. 7. 8.

Qualiter Deus sit Zelotes. 3. 4. 5. 6.

Zeli furor deponendus.

GENES. 16. Tullit Sarai Agar ancillam suam Aegyptiam post annos decem, &c. & dedit eam viro suo uxorem, &c. A M B R O S. Discant mulieres, nec agitari vana suspitione pellicatus, nec inuidere praeuiguis, si ipse liberos non susceperint. Discite mulier zelum deponere, qui saepe mulieres in furorem incitat: sed & vos moneteo viri, maxime qui ad gratiam Domini tenditis, non commiseri adulterino corpori, nec dare hanc occasionem diuortij mulieribus: nec enim viro licet quod mulieri non licet, &c. Vide, Adulterium, & infra. Ecce ancilla tua in manu tua est, &c. C H R Y S O S T. Hoc est verum contubernium. Ita vir quando non magna diligentia ad mulieris spectat verba, sed imbecillitati seque venae non nihil concedit, hoc vnum fatagat, vt e medio tollatur tristitia, & pax atque concordia constingantur artibus. Audiant viri, & mirentur iusti lenitatem, & tantum honoris, & reuerentiae mulieribus tribuat vt & imbecilli vasculo parcat, & concordia vinculum crescat: illae enim verae sunt diuitiae, si vir cum muliere non discordet, sed coniuncti sint, vt corpus vnum. [Erunt enim, inquit, duo in carne vna.] Tales & si in paupertate sint, & si in vilitate, omnium sunt beatissimi. Sicut e contra qui hac non fruuntur, sed zelotypia laborant, & bonum pacis amittunt, etiam si magnis affluant diuitiis, etiam si clari sint, ac nobiles, miserimi omnium sunt. Verum hic nihil tale, sed Patriarcha indignationem vxoris suae sua placauit lenitate, & data ei contra ancillam potestate domum pace repleuit. Quod grauis sit dolor Zelotypiae, Vide, Aiors, num. 21. ex eodem C H R Y S O S T.

Idem.

GENES. 30. Cernens autem Rachel quod infecunda esset inuidit sorori suae & ait marito suo: da mihi liberos, alioquin moriar. T H E O D O R. Vxoribus Iacob, mutua zelotypia afflictae, eo quod imperfectae erant, & impij viri idola colentis filiae. Ob id Deus cum legem statueret, ait: non accipias vxorem super sororem suam, ne se inuicem amuletur. C H R Y S O S T. Da mihi liberos, &c. Inconsiderata, & muliebris est haec petitio, animaeque ab aemulatione impugnata. Quare, dic, a viro petis, quae supra naturam sunt, & relicto naturae Domino virum arguis? Graue malum est zelotypia, & desinit in insipientiam, id quod & huic euenit. Sequitur. Iacob autem iratus respondit ei. Numquid pro Deo ego sum, &c. L I P O M A N V S. In Chaldaeo clarius habetur. [Et iratus est furor Iacob in Rachel, & ait: nunquid a me tu petis filios? Non ne a facie Domini debuisses petere, qui prohibuit a te generationem ventris tui?] Licet enim Iacob amaret Rachel vehementius quam par erat, Deum tamen cum timeret aequanimiter, seque Dei blasphemiam non potuit, & Deo iratus est contra eam.

C H R Y S O S T. Sed vide quomodo sapientissimis verbis docet eam diligenter, vt non relicto domino quaerat ab alio ea quae ille solus praestare potest.

Qualiter Deus sit Zelotes.

EXOD. 20. Ego sum Dominus Deus tuus fortis Zelotes. O R I G. Vide benignitatem Dei, vt nos doceat, & perfectos faciat, ipse fragilitatem humanorum non recusat affectui, & vt possimus edoceri, notis & vilitatis affectibus nobis loquitur. Deus, inquit, zelans ego sum. Sed vt contemplari facilius possint diuina, de humanis doceamur exemplis. Qui ingreditur ad meretricem, scit se ad eam ingressum esse mulierem, quae profuturata est, & cunctis volentibus pater. Qui vero legitimo vitur matrimonio, non patitur in vxore potestatem peccandi, sed accenditur zelo ad castitatem matrimonij conseruanda. Hoc ergo exemplo intelligamus omnem animam aut prostituta esse demonibus, & habere plurimos amatores, ita vt intret ad eam modo quidem Spiritus fornicationis, modo autem Spiritus auariciae, modo vero Spiritus superbiae vel irae vel inuidiae, &c. Ibi autem omnes, ita cum infideli anima meretricantur, vt alter alteri non inuideat, nec Zelotypia amoueat ad inuicem, imo se inuicem inuicent, & sponte se conuocant iuxta illud. [Et reuersus adducit secum septem alios Spiritus nequiores, & ingressi habitant ibi.] Si vero anima legitimo coniuncta sit viro, illi scilicet, cuius matrimonio Paulus animas coniungit, & sociat. Sicut & ipse dicit. Respondi enim vos vni viro Virginem castam exhibere Christo. Cum ergo anima hunc virum sortita fuerit matrimonio, etiam si fuit aliquando peccatrix, etiam si fornicata prius fuerit cum amatoribus multis, tamen si se huic viro tradidit, vltra eam peccare non patitur, non potest ferre, vt talis anima rursum alludat cum adulteris, quia excitatur super eam Zelus eius viri, & defendit coniugij castitatem, & ideo Zelans dicitur Dominus: quia animam sibi mancipatam non patitur demonibus administrari: alioquin, si eam viderit temerantem iuxta coniugij, tunc, vt scriptum est; [dat ei libellum repudij, & dimittit eam dicens; Vbi est libellus repudij matris vestrae quo dimisi eam.] Et addit; [Ecce peccatis vestris venundati estis, & propter iniquitates vestras dimisi matrem vestram.] Haec qui loquitur Zelans est, & Zelus comotus haec dicit. Non enim patitur animam cuius ipse vel spūs, vel vir appellatur cum demonibus ludere, scortari cum immundis spiritibus, cum vitiiis, & immunditiis volutari. Quod si forte aliquando eueniat infeliciter, saltem vt auertatur, & redeat, & poeniteat, miseratus expectat. Nouum enim hoc bonitatis est genus, vt etiam post adulterium reuertente tamen ex toto corde poenitentem suscipiat animam, &c. Vide, Poenitentia, n. 25. & addit. Si vero castigatus non recipiscis, correctus non emendaris, vt beatus contemnis, scito quod si eo vsque peccando profeceris, discedet a te Zelus eius, & dicitur tibi. [Propterea discedet Zelus meus a te, & non irascar vltra super te.] Vide misericordiam, & pietatem boni Dei quando vult misereri, indignari se dicit, & irasci. Sicut per Ieremiam dicit. [Dolore & flagello castigaberis Ierusalem viri ne abscedat anima mea abs te.] Haec si intelligis, miserentis Dei vox est vbi irascitur, & zelat, vbi adhibet dolores, & verbera. [Flagellat enim omnem filium quem recipit.] Vis autem audire indignantis Dei terribilem vocem? Audi quod per Prophetam dicit, cum enumerasset multa nefanda quae populus commiserat addit. [Et propter hoc non visitabo super filias vestras, cum fornicatur, nec super nurus vestras cum moechantur.] Hoc est terribile, & hoc extremum cum iam non corrigimur pro peccatis.

Idem.

I B I D. A V G V S T. contra Adamantium Manicheum 4. cap. 11. Sicut ea quae dicitur ira Dei, non perturbatio uentis

mentis est, sed potentia vindicandis; sic Zelus Dei non cruciatum animi, quo maritus aduersus vxorem vel vxor aduersus maritum torqueri solent significat, sed tranquillissimam sincerissimamque iustitiam, qua nulla alia beata esse finitur, falsis opinionibus, prauisque cupiditatibus corrupta, & quodammodo grauidata. Sanctus enim Spiritus hominibus intelligentibus insinuans quam sunt ineffabilia summa diuina, his etiam verbis vti voluit, quae apud homines in vitio poni solent, vt inde admonerentur etiam illa quae cum aliqua dignitate Dei se putant homines dicere, indigna esse illius maiestate, cui honorificum potius silentium, quam vlla vox humana competeret. Quero zelum hominis & inuenio perturbationem cruciantem cor: tam cum quero causam, nihil aliud inuenio nisi quod non patitur coniugis adulterium. Itaque si maritus esset per seipsum beatus, & omnipotens, & iustus sine villo cruciatu, & tota facilitate, & nulla iniquitate, peccatum coniugis vindicaret. Sicut ergo potest esse in Deo misericordia sine cordis miseria: ita etiam sine tate atque cruciatu animi Zelum Dei non dedignemur accipere, & humani conditione sermonis feramus, vt ad diuinum perueniamus silentium. I D E M contra eundem, ca. 7. Sancta scriptura verbis nostris loquens, etiam per haec verba demonstrat nihil de Deo dignè dici posse. Cur enim non etiam verba ista dicatur de illa maiestate, de qua quidquid dictum fuerit, indignè dicitur. Quia omnes opes linguarum omnium ineffabili sublimitate praecedit: Nam quoniam zelando solent mariti vxorum pudicitiam custodire, potestatem & disciplinam Dei qua fornicari animam impune non sinit; Zelum Dei scripturae vocauerunt, Est autem animae fornicatio auersio à fecunditate sapientiae, & ad conceptum temporalium illecebrarum corruptionemque conuersio.

Idem.

I B I D. T H E O D O R. Lex instat viri erat, populus vxoris: idque nos Dominus ipse edocuit per Ieremiam Prophetam. [Quemadmodum despicit mulier virum suum, ita despexit me domus Israel, & domus Iuda dicit Dominus.] & Paulus ait, [quod lex dominatur homini, quoad vixerit. Na quae sub viro est mulier viuenti viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius liberata est a lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Eadem ratione & vos mortui estis legi per corpus Christi vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit vt fructificetis Deo.] Ob id autem Deus Zelotes, se appellat humanis quidem vsus nominibus, terrens autem eos, & modestè sese gerere cogens. Quemadmodum enim vir qui adulteram vxorem habet illamque adhortatur dicens. Zelotypus ego sum, nequeo pati te cum alio viro colloquium habere: sic & Dominus Deus cum illos à superstitione liberare vellet, non solum zelotè se ipsum appellat; verum etiam ignem consumentem. Zelus autem iste à nimio amore proficiscitur, charitatemque Dei erga nos maxime declarat.

Idem.

EXOD. 34. Dominus zelotes nomen eius Deus est amulor. A V G V S T. q. 158. super Exod. Non humanae perturbationis vitio facit Deus semper atque omnino incommutabilis, atque tranquillissimus; sed hoc verbo indicat non impunè plebem suam per alienos Deos fornicaturam. Ductum est enim verbum tropo metaphora à zelo maritali, quod castitatem custodit vxoris, quod nobis prodest, non Deo. Quis enim tali genere fornicationis Deo nocuerit? Sed sibi plurimum, vt pereat, quod Deus prohibet terrore grauisimum zelotem se appetlans, cui dicitur in Psal. 72. [Perdidisti omnes qui fornicatur abs te: mihi autem adhaerere Deo bonum est.] C Y R I L L V S li. 3. contra Iulianum. Caret affectuibus Deus, sed zelare dicitur eo quod nihil, quod semel agnouit gloria eius, in malas rapi velit inclinationes.

Natura enim bonus est Deus, & omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Zelat igitur molestè ferens vt humano more loquamur si quosdam è suis viderit miserè perditos.

Zelotypia malum.

R E G. 11. Adamaui mulieres alienigenas multas, & fueruntque ei uxores quasi regina septingentiae, & cocubinae trecentiae. P L I N. minor epistola ad Traianum Imper. Nihil tam pronum ad similitates, quam aemulatio in foeminis. Eccles. 26. [Dolor cordis, & luctus mulier zelotypa. In muliere zelotypa flagellum linguae omnibus communicans.] Alia litera. [Dolor animi, luctusque est mulier aemulans mulierem, & flagellum linguae cum quibusuis communicans.] Si res ita se habet, considera obsecro, quot dolores, & animi afflictiones passus est Salomon inter tot mulieres zelotypas. H I E R O N Y M. lib. 1. in Iovinianum, refert de Socrate magnae patientiae viro philosopho, duas tantummodo habuisse uxores, & coactum saepe fuisse domo exire non ferens earum contentiones.

Idem.

C H R Y S O S T. Hom. 2. op. imp. Rex quidquid aduersus regnum suum putauerit, totum verum existimat animus eius; semper in suspitione versatur, regni zelo repletus dum omnia timet, omnia suspicatur, facile credit quidquid fuerit suspicatus. Sicut vir si zelet vxorem, aut vxor virum, omnem auditionem turpem credit de illo, & si non sit auditio digna, & idonea vt credatur, tamen fidem auditionis zelus commendat.

Z E L V S A N I M A R V M.

Iusti dispendia animarum maxime sentiunt. 1. 13.

Zelum habere debemus. 2. 3. 5. 6. 12. 13. 14. 16. 17.

Zelus animarum grauis Deo. 4. 9. 10. 11. 17.

Zelus contra peccantes moderandus. 7.

Maxima gratia Zelus conuersionis animarum. 8. 17.

Verus Zelus promptior est ad protegendum quam ad ferendum. 8.

Zelus procedit ex amore. 11.

Zelus quid sit. 15. 16.

Quod iusti dispendia animarum, ex zelo maxime sentiunt.

GENES. 6. Ego disperdam eos cum terra. Quod iusti magnopere sentiunt dispendia animarum. Vide, Iusti, nu. 16. ex C H R Y S O S T. B A S I L. circa illud, Stultus vt luna mutatur. Si dolore te, inquit, Luna paulatim sublationibus lucem absumens afficiat; dolore te maiori afficiat anima, si probitatem alluceat, deinde bonum virtutis ob negligentiam amittat, & nunquam in eadem affectione persistat, sed frequenter ob mentis instabilitatem vertatur.

Zelum animarum habere debemus.

GENES. 6. Fenestram facies in ea. Vide expositio-nem; verbo Lux, n. 12. O R I G. & A V G V S T. Mystice. Fenestram arcae melius accipimus respectum in salutem animarum quae sunt bitumine intrinsecus, & extrinsecus sociatae & colligatae inuicem in vnitatem Spiritus sancti, & in vinculo pacis.

Idem.

GENES. 14. A filo subrogaminis usque ad corrigiam caliga, non accipias ex omnibus quae tua sunt. Vide, Paupertas, nu. 4. ex variis. C H R Y S O S T. A rege Sodomorum nihil accipere voluit, accepit autem ea, quae à sacerdote sunt oblata, quibus nos docuit habendum delectum, & non passim ab omnibus dona accipienda. Non accepta à rege Sodomita, quia incredulus erat, & institutione multa indigebat: sed potius omnem curam adhibuit, & per ea quae accipere recusauit, & per ea quae dixit, vt illum ad pietatem induceret, à Melchisedech autem non iniuria accepit. Viri enim virtutè scriptura declarat, dicēs. Erat autem sacerdos Dei altissimi. Zelus

Zelus animarum gratus Deo.

4. QVOD Zelus animarum sic Deo gratus, & maxima remuneratione dignus, Vide, Societas, num. 7. ex CHRYSOSTOMO. Vide, Prælati, num. 3. ex eodem. Vide, Hypocritæ, numer. 5. ex LIPOMANO. Vide etiam, Gloria vana, numer. 2. ex RVPERTO.

Zelum animarum habere debemus.

5. GENES. 19. Nolite queso fratres mei, nolite malum hoc facere, habeo duas filias, &c. CHRYSOS. Loth filias suas prostituit, vt hospites ignotos eriperet ab impiorum contumelia. Nos autem videntes sæpe fratres nostros in profundum impietatis, & in fauces Diaboli cadere, nec sermone eos dignamur, nec consolare, nec verbis admonere, & eripere à malitia & ad virtutem manu luere. LIPOMANVS. Vt omne studium interponendum pro impediendis criminibus dicamus. Sic non omnia in exemplum trahenda patrum gesta, Vide, Misericordia, n. 3. ex CHRYSOST.

6. GENES. 21. Abraham autem plantauit nemus in Bersabee, & inuocauit ibi nomen Domini Dei eterni. Vide, Templum, num. 2. ex LIPOMANO. Qui addit. Vt nos quoque dicamus liberalitatè ad peregrinos, & studium promouendæ gloriæ Dei, & agnitionis sui nominis ad ignorantes. Vt omne nostrum studium, peculum, & quicquid Domino Deo nostro seruiat.

Zelus contra peccantes moderandus.

7. GENES. 34. Depopulati sunt urbem in ultionem stupri. Vide, Prælati, num. 10. ex KABANO. GREGOR. lib. 3. Registri, cap. 101. Corruptor Dinæ princeps terræ dicitur, per què apertè diabolus designatur iuxta illud. [Nunc princeps mudi huius eiecitèr foras.] IOAN. 12. quia etiam vxor è perit, quia malignus spiritus festinat vt possideat animam, quam prius occulta seductione corrupit. Vnde iacob filij vehementer irati contra omnem Sichem dõsum, & eiusque patriã, gladios sumunt. Quia à cunctis zelum habentibus ipsi quoque insequendi sunt, qui maligni Spiritus adiutores sunt, quibus prius circumcissionem præcipiunt, quos in dolore posticos postmodum occidunt. Quia plerumque magistri seniores, si zelum suum moderari nesciunt, quamuis per prædicationem vitia corruptionis seceant, cum iam à delinquentibus plangitur, quod factat perpetratum, adhuc tamen ipsi per asperitatem discipline seui, & duriores existunt. Qui enim iam se præputia abfiderant, mori minime debebant; quia qui culpam plangunt luxurie, & voluptatem carnis in dolore vertunt, à magistris seniore non debent asperitatem disciplinæ ne ipsè humani generis redemptor minus ametur, si pro eo anima plusquam debet arriterur. Vnde & eisdem filiis iacob dicit. Turbastis me, & odiosum me fecistis Chanaanis. Quando enim & hoc quod iam delinquentes plangunt, adhuc magistri crudeliter insequuntur, infirmæ menti ipse redemptoris sui amor intepescit. Quia ibi se affligi considerat, vbi sibi & ipsa non pareitur.

Verus zelus non est qui ad feriendum quàm ad protegendum promptior est.

8. GENES. 49. Zabulon in litore maris habitabit, & in statione nauium peringens vsque ad Sidonem. Vide, Ecclesia, num. 33. RICARD. Debet Zabulon non solum delinquentes corripere, sed etiam eos tempore tribulationis cõtra persequentes defendere. Alioquin verus zelus non est, si paratior est ad feriendum, quàm ad protegendum. Ideo namque, habitabit in litore maris vt extrema terræ munit, & defendat. Illorù ergo periculis se opponit, quos alidius persecutionù procellis conspuit fatigari. Vt enim naufragibus paratus semper ad ferendum sit auxiliù in statione nauium cõmoratur. Ad Sidonem etiam vsque peringit quoties verum hostis insidias detegit, quoties falsorù fraudulenta cõsilia deprehendit; quotù sermo,

teste Apostolo, vt cancer serpit. O qualis est hic filius, qui non solum seipsum, sed & alios contra vitia, munit, & defendit. Nescio an possit hac gratia interim maiorem aliquã Deus homini conferre, quàm vt eius ministerio peruersi homines in melius immutentur, vt de filiis diaboli filij Dei efficiantur. O qualis dos. Quanta dignitas talem gratiam à Deo accipere! Non debuit Dei sponsa à sponso suo aliam dotè accipere, non de cuius caelestem sponsum sponse suæ aliam dotè donare, quàm vt per adoptionis gratiã possit Deo multos filios generare, & de ira filius, filijque gehennæ regni caelestis hæredes ascribere. Vnde & merito Zabulon nato Lia mater ei? exclamat. Dicitur me Deum dotè bona.

Zelus Deo acceptus.

9. EXOD. 2. Percussitque Aegyptium abscondit sabulo. EVSEBIVS. Interfecit Moyses Aegyptium non furori cedens, nec ira superatus, sed zelo erga Deum inductus. Caterum quidquid in gratiam Dei sit pietas, ac religio est. Nam & Phinees qui duos vna manu occiderat audiuit; [Sterit Phinees, & placuit, & cessauit quallatio, & reputatum est ei ad iustitiam.] Tantùque ipsius præclarù facinus valuit vt iram Dei restingueret, & quod antea ipsius pater Aaron ad altare præliterat, id Phinees homicidiù, imo pietas potuit.

Idem.

10. EXOD. 32. Iratusque Moyses valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis. LIPOMANVS. Iam quidè Moyses à Domino audierat peccatum hoc populi, sed nõ ita piùm peccus audiuit per motum est, vt visus, eatenus vt zelus diuinæ gloriæ vicinè institutum etiam religiosum & piùm. Erat enim totus ardens in Dei gloriã & populi electi statum scelicem; sed dices: estis populus grauius peccauit, quid tamen infantes tabulæ dinna manu consciptræ meruerunt? At quemadmodum homicidiù quod Moyses perpetravit in Aegyptium, nõ fuit peccatum aduersus legem Dei, sed heroicus spiritus, & zelus Spiritus sancti; & hæc. Moy si ira, nõ est carnalis affectus, sed spiritualis zelus aduersus publicam impietatem propter honorè Dei. Quale quid de Phinees narratur, quando fornicantes confodit, quale quid etiam in Enã zelio, de Christo Domino dicitur, qui flagellis eiecit vendentes, & ementes de templo, & infra. Congregatique sunt ad eum filij Leni, &c. IDEM LIPOMANVS. Leuitarum hic declaratur fides & zelus pro gloria Domini se ipsos & sua periculis maximis exponendo cum pauciores essent omnibus tribubus. Vnde nõ omnino sine causa, & meritis asciti sunt à Domino in sacerdotes, & in ministerium Dei veri. Sicut enim aliorù inobedientia, & impietas reprobationem promeruit; sic Leuitarù fides & obediētē zelus laudè, & electionem sanctitatisque prærogatiuam reportauit.

Idem.

11. LEVIT. 6. Quæ scilicet farina vel simila in sartagine oleo conspersa frigitur, offeret autem eam calidam in odorem suauissimum Domino sacerdos qui patri inre successerit, & tota cremabitur in altari. GREGOR. 34. Mor. cap. 7. Nullum Deo tale sacrificium est quale zelus animarum. Vnde, [Zelus domus tuæ comedit me.] Simila in sartagine frigitur cum munda mens iusti per zelum sancti amoris crematur quæ conspergi oleo præcipitur, id est, misericordia, quæ in conspectu Dei ardet & lucet. Distinctio ergo sancti zeli misericordie virtus ardeat, & clarescat. Amat enim etiã quem insequitur. Vnde calida in suauissimum odorem Domino offertur. Si enim zelus amorem non habet, simila in sartagine calorè amittit. Sacerdos offeret eam qui patri succedit. Qui se Dei filium mortibus ostendit, nec ab eius nobilitate degenerat. In altari tota crematur vt holocaustum fiat. Qui enim omnia quæ mundi sunt deserunt, & tota mēte igne diuini amoris accenduntur Deo holocaustum fiunt. Qui verò sic operantur quæ

quæ sunt Dei vt non relinquunt quæ sunt sæculi, sacrificia offerunt, sed non holocaustum.

Zelum habere debemus.

12. 1. RE G. 4. Cumque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum, &c. & mortuus est, &c. audio nuncio, quod capta esset arca Dei, &c. in ipso autem momento mortis diximus ei qui stabant circa eam: nunc timeas, quia filium peperisti, quæ non respondit eis, nec animaduertit, & vocauit puerum Iobabod dicens. Translata est gloria de Israël, quia capta est arca Dei. Tam Heli quàm nurus eius, exemplo sunt omnibus zelantibus gloriam Dei. Heli in hora mortis non meminit filiorum mortis, nec nurus mortis mariti, nec soceri: hoc vnum dicitur. Translata est gloria ab Israël eo quod capta esset arca. Hoc lugubri cantu, & finitur cantus, & mors amborum.

Idem.

13. 2. ES DR A. 1. Aurus Ierusalem dissipatus est. INTERL. Qui scilicet alios munire debebant, & porta eius combusta sunt igni. INTERL. Incendio vitiorum qui dignos debetè introducere, & indignos ab Ecclesia arcere. Cumque audisset verba huiusmodi sedi, & fleuit, & luxit diebus multis, & ieiunabat ante faciem Dei cali. GLOSSA ORD. Si vir sanctus audiens destructa lignorum & lapidum ædificia, rectè lugebat, ieiunabat, & orabat, diu sedens in tristitia: quãro magis in destructione, & ruina animarum continuis luctibus & orationibus est insistendù, vt miserante Deo ad pristinam erigantur sospitatem, qui in opprobrio religionis triumphante inimico iacebant diuina vitiorum sordè squalentes? Hæc illa. Et Dominus noster Iesus Christus in deserto per quadraginta dies, & noctes sedit, & fleuit, & luxit, & ieiunauit ante faciem Dei videns peccata hominum, & dicebat cum Nehemia. [Fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, vt audias orationem serui tui, quam ego oro coram te hodie, nocte, & die pro filiis Israël seruis tuis, & cõsistor pro peccatis eorum, quibus peccauerunt tibi.]

Idem.

14. OS E E 6. Venite, & reuertamur ad Dominum. HIBRON. Non sunt propria salute contenti, sed se mutuo prouocant vt reuertantur ad Dominum quem reliquerunt. P. RIBERA. Charitas non emulatur, non agit perperam, non querit quæ sua sunt. Mutuo sese hortantur, & socios ad Dei cultum quarunt, qui audit, dicat veni, & qui lucem à Deo accepit offerat eam sedentibus in tenebris, & in vmbra mortis. Bona sæculi socios male patiuntur; diuina enim minuuntur. Bona caelestia quo plures possident, eo sunt singulis gratiora. Reuertamur, inquiunt, ad Dominum. Omnes enim nos sicut oues errauimus, vnus quisque in viam suam declinauit. Reuertamur igitur ad ducem, & Episcopum animarum nostrarum.

Zelus quid sit.

15. IOELIS 2. Zelatus est Dominus super terram suam, & pepercit populo suo. P. RIBERA. Id est Zelus commotus indignatus est Dominus quod tam durè populus ab hostibus tractaretur. Est enim zelus indignatio quædam ex amore orta, quod rem quam amabamus contemni, aut molestia affici videmus. Vocatur & emulatio iuxta illud: [Quid emulatis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus propheteret?]

Idem & Zelum habere debemus.

16. 1. MACHAB. 2. Vidit Mathathias & doluit, &c. & accensus est furor eius secundum iudicium legis, & insulhis irucidauit eum super aram, sed & virum,

&c. & zelatus est legem, &c. & infra. Omnis qui zelum habet legis, &c. exeat post me. AMBROS super Plalm. 118. Octonario 18. Zelum debet habere sacerdos, & ideo princeps sacerdotù dicitur [Zelus domus tuæ deuorauit me.] Et Phinees sacerdos erat, & nepos sacerdotis, & filius sacerdotis. Bonus zelus, & utilis in sacerdote præcipuè ne negligens, ne remissus sit. Zelus Dei gratia est, qui exquirat, qui superuenit, qui se iusti infudit peccatori. Zelus Dei vita est. Zelum habuit Elias, & ideo raptus est ad caelum. Zelum habuit Mathathias qui aduersus sacrilegia Antiochi excitauit Dei plebè. Zelum qui habet, omnes inimicos suos sibi putat qui sunt hostes Dei; quamuis patrem, fratres, sorores, de omnibus dicit sicut David. [Hostes facti sunt mihi.] CYPRIAN. lib. 1. de exhortatione martyrum, c. 5. In Deuter. præcipit Dominus. [Quod si rogauerit te frater tuus, aut filius, aut filia, aut vxor, aut amicus dicens: camus, & seruiamus diis alienis, &c. manus tuas erit super eum, &c.] Iam præcepti, & vigoris memot Mathathias interfecit eum qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quod si ante aduentum Christi circa Deum colendum hæc præcepta seruata sunt, quanto magis post aduentum seruanda?

Zelus animarum grauisimus Deo.

17. DIONYSIVS de caelesti hierarchia, cap. 3. Vniuersi cuiusque bene ordinatæ personæ perfectio est secundum propriam congruentiam in Dei imitationem ascendere: & quod omnium diuinitus est, Dei cooperatorem fieri in reductione animarum iuxta illud 1. Corinth. 3. [Dei adiutores sumus.] CHRYSOST. Homil. 9. in secundam ad Corinth. Nihil ita gratum est Deo, & ita curæ, vt animarum salus, sicut clamat Paulus, 1. ad Timot. 2. [Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.] Audi Prophetam Ierem. 15. ex persona Dei dicentem. [Qui educit pretiosum à vili quasi os meum erit, id est, qui ab errore ad veritatem proximum manduxerit pro virili humano me imitator.] IDEM super Psalm. 48. Nihil est quod animæ possit equiparari, ne vniuersus quidem mundus. Inaque si immensas pecunias pauperibus erogas plus tamen effeceris, si vnã conuerteris animam. GREGOR. homil. 12. in Ezechielem. Nullum omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est animarum zelus. INNOCENTIVS 3. de regularibus, & transuentibus. cap. licet. Sicut maius bonum minori bono præponitur: ita communis utilitas speciali utilitati præfertur, & in hoc casu rectè præponitur doctrina silentio, sollicitudo contemplationi, & labor quieti. CHRYSOST. homil. 1. aduersus Iudeos. Donaria omnium pretiosissima si animas pereuntium rederimus etiam si contumelia fuerit ferenda, si toleranda verbera: breuiter, si quid aliud his etiam molestius sufferendum, omnia faciamus vt illos recuperemus, quandoquidem & agrorum ferimus calcibus ferientes, contumelias, & conuitiis incessentes, nec offendimur contumeliis. Verùm nihil aliud videri cupimus quàm sanitatem hominis præter modum indecora facientis. Quin & medici vestem sæpe lacerauit ægrotus & non ideo à cura desistit ille. Qui fit igitur vt qui corporibus consulunt, tanta veantur diligentia, nos animabus istorum pereuntibus cessemus, perinde quasi existimemus nihil accidere graue, cum membra nostra putrescunt. At non ita Paulus, sed quomodo? Quis, inquit, infirmatur & ego non infirmor.

FINIS.

LAVS DEO OPTIMO MAXIMO, VIRGINIQUE MATRI eius Mariæ, necnon & beato Ignatio Patri nostro.